Digitized by Google

2 L.lat. 64-3



Digitized by Google

2. B. L.

GLOSSARIUM
ad Scriptores
MEDIÆ & INFIMÆ
LATINITATIS
[illegible]

TOMUS III.
D

<36611597470016
<36611597470016
Bayer. Staatsbibliothek
33

Digitized by Google

2 L. lat. 64 - 3 Dufresne

Ling. latina.
Lexica.
Pg. 453.

Digitized by Google

GLOSSARIUM
ad Scriptores
MEDIÆ & INFIMÆ
LATINITATIS
TRES IN TOMOS DIGESTUM.

TOMUS III.
O.

Digitized by Google

Digitized by Google

GLOSSARIUM
ad Scriptores
MEDIÆ & INFIMÆ LATINITATIS,

IN QVO

LATINA VOCABULA NOVATÆ SIGNIFICATIONIS, aut uſus rarioris, Barbara & Exotica explicantur, eorum Notiones & Originationes reteguntur:

Complures ævi medii Ritus & Mores, Legum, Conſuetudinum municipalium, & Iuriſprudentiæ recentioris Formulæ, & obſoletæ voces:

Vtriuſque Ordinis, Eccleſiaſtici & Laïci, Dignitates & Officia, & quamplurima alia obſervatione digna recenſentur, enucleantur, illuſtrantur.

E libris editis, ineditis, aliiſque monumentis cùm publicis, tum privatis.

ACCEDIT DISSERTATIO de Imperatorum Conſtantinopolitanorum, ſeu de inferioris ævi vel Imperii, uti vocant, Numiſmatibus.

Auctore CAROLO DU FRESNE, *Domino* DU CANGE, *Regi à Conſiliis, & Franciæ apud Ambianos Quæſtore.*

TOMUS TERTIUS.

Des Essards

LUTETIÆ PARISIORUM.

Typis GABRIELIS MARTINI.

Proſtat apud LUDOVICUM BILLAINE, Bibliopolam Pariſienſem.

CIↃ. IↃC. LXXVIII.

Cum Privilegio Regis Chriſtianiſſimi ad annos XXX.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

Digitized by Google

Bayeriſche Staatsbibliothek MÜNCHEN

GLOSSARIUM ad Scriptores MEDIÆ & INFIMÆ LATINITATIS.

O

O Litera numeralis, quæ 11. denotat, unde verſus:

Undenos facit O, cognoſcat ſic numerando.

ſeu ut habet Ugutio:

O, numerum geſtat, qui nunc undecimus extat.

Eidem literæ ſi recta linea ſuperaddatur, undecim millia ſignificat.

O, *in ſuperſcriptione cantilenæ, figuram ſui in ore cantantis ordinat.* Notkerus Balbulus opuſc. *Quid ſingulæ literæ ſignificent in ſuperſcriptione cantilenæ.* Vide A.

O. Sic dictæ Antiphonæ ſeptem, quæ in Eccleſia toto Adventus Domini tempore cantantur, quod ab O, admirationis nota, principium habeant. Vide Honorium Auguſtodun. lib. 3. Gemmæ animæ cap. 5. & Durandum lib. 6. Ration. cap. 11. n. 4. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromanduis: *Vinum de paſtibus, de poſtmeridiis, caritatibus, & de omnibus O, ante Natale debet eſſe vinum decens refectorium.*

O, Literam nominibus præfigunt optimates Hiberni, *ob eminentiam*, inquit Camdenus in Hiberniæ deſcriptione.

Obaudire, in veteri Lexico apud Petrum Danielem ad Querolum, eſt *malè audire.* Vide *Abaudire.*

Obaudire, Parere, obedire. Gloſſ. Gr. Lat. ὑπακοὴ, *obauditio, obtemperantia, obſequium.* ὑπακούω, *obaudio, obtempero.* ὑπήκοος, *ſubjectus, obaudiens.* Paulus Diacon. in Miſcella, & Anaſtaſius in Mauricio: *Nihil mihi gravia Imperatoris præcepta in aliena terra hyemare Romanos jubentia: nam illi non obaudire ſævum eſt, & rurſus obaudire ſæviſſimum.* Ubi Theophanes ὑπακούειν habet. Concilium Meldenſe an. 845. c. 6. *Si verò obaudire renuerit; &c.* Adde Epiſt. 68. inter Francicas tom. 1. Hiſt. Franc. & Sibertum Priorem S. Pantaleonis Colon. p. 526.

Obba, *Oba, genus calicis*, Ugutioni & Joanni de Janua: *nappo* Italis. Gloſſ. Anglo-Sax. Ælfrici: *Canpus, vel Obba*, Cuppe. Jo. de Garlandia in Synonymis:

Urceus, urceolus, eſt urna, vel amphora, teſta,
Obba, vel œnophorum; ſimul orca, fidelia, vaſa.

Gloſſæ MSS. *Cratera, vel obba, calix anſas habens.* Petrus Damianus lib. 6. epiſt. 26. *Parili converſione pepigerat, ut appoſitâ cuique vini, ſicut mos eſt, perſonaliter obbâ, uterque quotidie utriuſlibet menſura contentus eſſet.* Domnizo lib. 1. de vita Mathildis cap. 10.

Obbas & lances ad menſam fert equus.

Monaſticum Angl. tom. 1. p. 104. *Hæc verò menſura bis in die obba Monachorum implebantur, ſcilicet ad prandium & ad cœnam.* Vide *Olba.*

Obducere, Africanis ſcriptoribus, eſt offuſcare, obſcurare, imminuere, violare, lædere. Tertullianus Apolog. c. 50. *Sed obducimur, certè cùm obtinuimus. Ergo vivimus, cùm occidimur. Denique evadimus, cùm obducimur.* Vide Rigaltium in Gloſſario ad eundem ſcriptorem. Paſſio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Ideo ad hoc ſponte pervenimus, ne libertas noſtra obduceretur.*

Obedientiæ, munia ac officia omnia monaſtica, quæ per *obedientiam* injunguntur, vel conferuntur, adeo ut ipſum munus Abbatis *Obedientia* ſit, & ita appelletur à Gregorio VII. PP. lib. 1. epiſt. 32. & ab Udalrico lib. 3. Conſuetud. Cluniacenſ. cap. 1. *De officiis, vel, ut regulariter loquar, obedientiariis, nondum quicquam dixi; quarum omnium cùm ſit principalis Obedientia domini Abbatis, ſit etiam principium relatio-*

Digitized by Google

uis noſtra. Cap. 6. *Si dominus Abbas non adeſt, nec*
Prior, non ſolum omnes Obedientarii, qui in clauſtro
ſunt, obediunt ejus imperio, ſed etiam ipſi ad quodcun-
que opus fuerit, Decani. Et cap. 10. de officio Præ-
centoris & Armarii: *Hæc eſt obedientia, quam ex mo-*
re nullus meretur, niſi nutritus. Lanfrancus in Decre-
tis Ord. S. Benedicti cap. 2. *Omnes qui intra Mona-*
ſterium obedientias habent, & res Monaſterii ſervant,
ſuarum obedientiarum claves ante pedes ejus ponant.
Chronicon Virdunenſe Hugonis Flaviniac. anno 582.
Hic monaſticam vitam ducens, cùm in piſtrino fratrum
habuiſſet obedientiam, &c. Obedientia hoſpitalis, in
Tradit. Fuld. lib. 3. Trad. 29. *Obedientia Præpoſituræ,*
apud Leonem Oſt. lib. 2. cap. 51. *Obedientia Cellerarii,*
apud Gervaſium Dorobernenſem pag. 1504. & apud
Vindricum in vita S. Gerardi Epiſc. Tullenſis n. 5.
Vitæ Abbatum S. Albani: *Auxit ſiquidem ſupradi-*
ctam obedientiam, videlicet coquinam Monachorum pro-
prii laboris acquiſitione annuo reditu librarum 100. &
3. marcarum. Alibi pag. 91. *Exceptis ſuarum Obedien-*
tiarum ſummis Procuratoribus, videlicet ſummis Celle-
rario, Coquinario, Camerario, Infirmario, & Sa-
criſta.

Sed & quicquid Monachis ab Abbate injungitur,
Obedientia dicitur. Hinc *Obedientiam Abbatis ſui exer-*
cere, in Concilio Vernenſi an. 755. can. 10. Capitul.
Caroli C. tit. 6. c. 15. *Ut Monachi ad palatium non*
veniant, niſi cauſa obedientiæ, exceptis Abbatibus.
Obedientiam ſuam explere, id eſt munus ſibi impoſi-
tum apud Chrodegangum in Reg. Canonicorum Me-
tenſium cap. 9. *Sub prætextu obedientiæ villicationi-*
bus inſervire vetantur Monachi, in Concilio Melden-
ſi an. 845. can. 57. Vita ſancti Romani Preſbyteri
MS. *Sanctus autem vir Dei Sacerdos Romanus, illuc*
cùm de quadam obedientia remearet, nutu Dei acceſſit.
In Obedientiam exire, proficiſci, tranſmitti, in Capi-
tulari Aquiſgr. an. 817. in Addit. 1. Capitul. c. 33. in
vita S. Aicadri cap. 27. in vita S. Bavonis cap. 8.
apud Leonem Oſt. lib. 2. c. 53. &c. *Ad Obedientiam*
foris pergere, in Capitulari I. Caroli M. an. 802. c.
17. Victor III. PP. lib. 2. Dialog. *Quidam frater*
cùm cauſa obedientiæ è Monaſterio ad civitatem deſcen-
diſſet, &c. Adde Hugonem Monachum in vita S. Hu-
gonis Abbatis Cluniac. p. 442. & Rainaldum Veze-
liac. in ejuſdem S. Hugonis vita n. 19. &c.

Obedientiæ verò præſertim dictæ Cellæ, Præpoſituræ,
& grangiæ, à Monaſteriis dependentes, quòd Mo-
nachi ab Abbate illuc mitterentur *vi ejuſdem obe-*
dientiæ, ut earum curam gererent, aut eas deſervirent.
Gregorius VII. lib. 6. epiſt. 36. *Quicunque obedien-*
tias vel Eccleſiæ diſpenſationes pretii pactione adepti
ſunt, &c. Sugerius de Adminiſtratione ſua cap. 23.
In ea autem, quæ dicitur Bernevallis, poſſeſſione, — in
qua etiam primam alicujus Præpoſituræ ab anteceſſore
meo ſuſcepi obedientiam, &c. Concilium Eboracenſe
an. 1195. c. 9. *Prohibemus ne redditus, quos Obedien-*
tias vocant, ad firmam teneant, &c. Matth. Paris an.
1213. *In qualibet baliva, quas Obedientias appellamus,*
&c. Idem an. 1238. ex ſtatuto Honorii III. PP. *Nec*
alicui committatur aliqua obedientia perpetuò poſſiden-
da, tanquam in ſua ſibi vita locetur, ſed cùm oportue-
rit amoveri, ſine contradictione qualibet removeatur.
Concilium Eboracenſe: *Ut ergo eis* (Monachis) *adi-*
matur opportunitas evagandi, prohibemus ne redditus,
quos Obedientias vocant, ad firmam teneant. Ejuſmodi
Obedientiarum mentionem agunt Fulbertus Carnot.
epiſt. 1. & 21. Jo. Sariſberienſis epiſt. 55. 85. S. Ber-
nardus epiſt. 326. Goffridus Vindocin. lib. 1. epiſt. 9.
lib. 2. ep. 32. lib. 4. ep. 7. lib. 5. ep. 18. Leo Oſt.
lib. 1. c. 34. lib. 2. c. 51. Petrus Diac. lib. 14. c. 98.
100. 101. Ivo Carnotenſis epiſt. 161. 187. Inno-
centius III. PP. lib. 1. epiſt. p. 120. edit. Venet.
Chronicon Lauriſhamenſe pag. 93. præterea variæ
Chartæ apud Beſlium in Comitibus Pictavienſibus
p. 468. 504. 505. in Epiſc. Pictav. p. 79. Joannem
Columbum in Epiſc. Vivarienſib. n. 46. Ruffium in
Comitibus Provinciæ p. 59. Marcam lib. 5. Hiſtor.
Bencharn. cap. 12. n. 1. Henr. Meibomium ad Witi-
kindum p. 109. Sanjulianum in Matiſcone p. 239.
Guichenonum in Epiſc. Bellicenſ. p. 26. *Du Pas* in
Stemmatib. Armoric. part. 2. p. 510. in Chronico Be-
ſuenſi p. 621. &c.

Ab iſtis cellis Obedientiariis originem duxere *Prio-*
ratus rurales. Cùm enim interdum plures ad eandem
obedientiam procurandam mitti neceſſe eſſet; Monachi
Obedientiarii ſubinde Capellas & Eccleſiolas ibi con-
ſtruxere, quo in iis ſacrum peragerent officium, &
monaſtica munia obirent, quibus præerat qui ab Ab-
bate *Prior* dicebatur. Liber Ordinis S. Victoris Pa-
riſienſis cap. 51. *Fratres qui ad Obedientias commo-*
rantur, ſingulis locis tres, ſi fieri poteſt, aut duo ad
minus eſſe debent. In victu & veſtitu & tonſura à com-
muni inſtitutione non recedant: ad menſam ſilentium te-
neant: in Eccleſia non loquantur: Completorium & in
æſtate & in hyeme tempeſtivè dicant: per vicos non diſ-
currant, &c. *In quocunque loco ubi duo vel plures ſi-*
mul habitant, unus eorum, cui Abbas hoc injunxerit,
inter eos Prioris officium agat, & cæteri obediant ei.
Idem ferè ſtatuitur in Concilio Monſpelienſi an. 1214.
c. 30. ubi *Prioratus & Obedientiæ* confunduntur. Et
in Conventu Aquiſgran. an. 817. vetantur Abbates *ne*
minus de Monachis in cellis *habitare permittant quàm*
ſex. Hinc igitur Prioratuum ruralium origo manavit,
unde Chronicon Novalicienſe lib. 6. *Prioratum* vocat:
quem paulò antè *Obedientiam* appellavit, p. 643. Et
Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. *Prioratus*
quoque ſeu Obedientiæ pretii traditione nulli tradantur.
Altare in Obedientiam ſuſcipere, in Catalogo Epiſcop.
Friſingenſium tom. 1. Metropol. Saliſburg. p. 138.

Cùm porro labente ſenſim diſciplina Eccleſiaſtica
& Monachica,, Monachi vel Canonici Regulares per
ejuſmodi *Obedientias inobedienter viverent*, ut ait Ste-
phanus Tornac. ep. 114. *nec Abbati revocanti reſpon-*
derent, nec corrigenti vellent acquieſcere, nec credere corri-
pienti, nec niſi eorum morte ad Monaſteria ex redirent,
tandem habitæ ſunt pro *Beneficiis*, quomodo etiam vo-
camus, id eſt feudis Eccleſiaſticis. Statuta Eccleſiæ
Lugdun. an. 1251. *Honores Eccleſiæ, quæ Obedientiæ*
appellantur. Ubi *Honor* idem valet quod *Beneficium &*
feudum. Et Monachi vel Clerici, qui ejuſmodi feuda
Eccleſiaſtica poſſidebant, dicuntur ea *tenere in obedien-*
tiam, in teſtamento Hugonis I. Epiſcopi Toloſani apud
Catellum p. 838. Tabularium Brivatenſe ch. 32. *Poſt*
mortem verò Raginberti ſi Golfaldus Sacerdos vivit,
iſta ſuperiùs ſcripta in manu teneat per obedientiam.
Ch. 215. *Et ipſum manſum teneat Vitalis Sacerdos in*
obedientia. Adde ch. 179. Vide V. cl. Jacobum Peti-
tum poſt Pœnitentiale Theodori p. 610.

Obedientiarii, qui vel aliqua in Monaſterio officia exer-
cebant, uti ſupra diximus, vel qui in Cellas & Priora-
tus, ſeu *Obedientias* mittebantur, eaſque procurabant:
qui *regebant Obedientiam*, ut eſt in Chron. Beſuenſi
p. 621. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 23. *De Mo-*
nacho, quem Obedientiarium fecerit, reſpondeat Abbas
ejus per omnia, ſicut rectum ſit. Chronicon Andrenſe:
Ita ejus exemplo ſinguli & omnes, ſive Obedientiarii,
ſive clauſtrales, ad horas canonicas & ad Miſſam ma-
jorem accedere certatim contendebant. Ejuſmodi Obe-
dientiariorum meminit Matthæus Paris p. 432. 441.
& alii paſſim.

Obedientialis, eadem notione. Petrus Diac. lib. 4 Chr.
Caſin. cap. 102. *Facto ab Obedientialibus ſacramento.*
Tabularium S. Amantii Inculiſm. *Qui tunc temporis*
Obedientialis erat Turne. Occurit ibi non ſemel, in
Provinciali Cantuarienſis Eccleſiæ lib. 3. tit. 19. 29.
& in Tabulario Conchenſi ch. 73.

Obedientiarius, præterea idem qui Advocatus, ſeu De-
fenſor Monaſterii. Bertholdus Conſtantienſis an. 1092.

Digitized by Google

Hiſ temporibus Rex Hiſpaniæ Aldefonſus in fide Catholicus, & in conſervatione Cluniacenſis Abbatis Obedientiarius, &c. Idem an. 1093. *In hac Synodo venerabilis Abbas Sigefridus de cella S. Salvatoris ſuper Dudonem Obedientiarium ſuum ſe proclamavit, qui ſe & bona ſua ad aliud Monaſterium liberè contradidit: ſed non multò poſt ſacrilege ſe & ſua inde penitus abalienare tentavit. Unde ſancta Synodus juxta Canonum ſtatuta judicavit, ut vir ille abſque omni contradictione, ad obedientiam Abbatis ſui rediret, eique cum bonis ſuis jure perpetuo humiliter ſubjaceret*, &c.

Obedientia, homagium, vel ea quam vaſſallus erga dominum profitetur obedientia, ſeu potius *ſervitium, relevium*, uti accipi videtur vox *obeiſſance* in Conſuet. Andegav. art. 258. & Cenoman. art. 276. ut & in ſtatutis S. Ludovici Regis Fr. *Nus ne Quens, ne Bers, ne autres ne puet donner ſon homme de foy, ſe n'eſt à ſon frere, ou à ſa ſuer; més à icens le puet il bien donner en partie, més il ne le pourroit pas donner à un eſtrange, ſe il ne le donnoit à toute l'obeiſſance que il avoit ſans riens retenir. Car ſe li Bers le donnoit à un de ſes vavaſors, ce ſeroit au domage de celui; car il convendroit fere 2. obeiſſances, à celui à qui il la donroit, & au Baron de qui il tendroit ſon fié.* Generalius tamen in veteribus tabulis uſurpatur pro quibuſvis præſtationibus aut ſervitiis vaſſallorum. Charta Ricardi II. Regis Angl. apud Seldenum de Titulis Honorariis p. 40. 2. edit. *Una cum homagiis, obedientiis, vaſallis*, &c. Charta Fulconis de *Matfelon* Militis, & Aliciæ uxoris an. 1273. ex Regeſto Andegavenſi fol. 48. *Tam in pedagio & coſtumis euntium & tranſeuntium, redeuntium, ementium & vendentium pedagiis, vectigalibus, redevantiis, angariis, parangariis, & obedientiis*, &c. Alia an. 1310. ex eodem Regeſto: *Et omnes obedientias & redevantias hominum, cenſus, ſervitia, & alia deveria*, &c. Eadem Gallicè conſcripta: *Les autres appartenances d'icelui herbergement quelles qu'elles ſoient, & toutes les obeiſſances, les cens, les ſervages, & autres devoirs*, &c. Alia qua Carolus V. Rex Ducatum Turonenſem fratri concedit 18. April. an. 1304. p. 81. *Collations & patronages de benefices, hommes, hommages, vaſſaux, vaſſelages, obeiſſances, honneurs, & quelconques autres rentes & appartenances*, &c.

Obeiſſentia, ex Gallico, *obeiſſance*, de qua voce ſupra. Charta an. 1267. apud Argentreum in Hiſt. Britan. lib. 4. c. 24. *Salvis nobis & noſtris heredibus obeiſſentiis & redevantiis noſtris à dictis hominibus, de terris & feudis, quas & quos tenent*, &c.

OBEDIMENTUM, idem quod *Obedientia*, poſtrema notione. Tabularium Eccleſiæ Uzeticenſis an. 1272. p. 6. *Cenſus, uſatica, & obedimenta, paſcua, pacua*, &c.

Obedimentum, idem quod *Mandamentum*, juriſdictio, territorium. Charta an. 1312. in Regeſto 48. Philippi Pulchri Regis Francor. ex Tabulario Regio n. 70. *Et prædia vulgariter appellata de Balazon, quæ ſunt in obedimento ſeu paſtayragio hominum villarum S. Paulleti & S. Juliani, quorum paſtayragiorum obedimentorum & bannum dicti loci vendi conſuevit ſingulis annis 20. ſol. Turon.* &c.

OBEDITIO *exercitalis*. Capitulare 3. an. 811. *De cauſis propter quas homines exercitalem obeditionem dimittere ſolent.* Qua ſcilicet ſubditi tenentur *obedire* banno regio, quo in hoſtem evocantur. Vide c. 6.

OBELLARIUS, Vide *Oblata*, *Oblia*.

OBEROS. Lex Longob. lib. 1. tit. 24. §. 5. *Mulier curtis rupturam, quod eſt oberos, facere non poteſt.* §. ſeq. *Componat curtis rupturam, id eſt oberos, ſol.* 20. Adde tit. 36. §. 4. Papias editus: *Oberus* .i. *cutis ruptura*. MS. Collegii Navarræi: *Oberus, cutis ruptatur*. Ubi legendum *curtis ruptura*. Quaſi *hoba* rupturam interpretatur Lindenbrogius. Eſt autem *hoba* & *huba*, modus agri cum habitatione, *ros* verò, vel *ris*, ſive *riſſe*, quod aliis *rete*, ruptura. At Lex eadem in edicto Rotharis tit. 13. §. 8. & 9. habet priore §. *vel Wegorf.*; altero, *id eſt wegoranis*. Et tit. 114. §. 4. *Si ſervus Regis hoberus, aut wegoren, ſeu marahworf, aut quamlibet aliam culpam minorem fecerit*, &c.

OBFIBULARE, *Concludere, circumdare*. Papias.

OBFICUS, *Turpis ludus, impudicus*, Papiæ, qui infra eadem verba habet in *Obſicus*.

OBITER, iter obeundo, in itinere. Ordericus Vitalis lib. 5. *obiterque virgo defuncta eſt*. Ita rurſum p. 585. 859.

OBESTA, Coloſtrum. Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Obeſta* beoꞅꞇ *Coloſtrum*: Bẏꞃꞇ.

OBICITER, *celeriter*, in Gloſſ. Regio MS. cod. 1197. pro *obiter*.

OBITUS, Anniverſarium, dies obitus quotannis recurrens, officium Eccleſiaſticum: noſtris vulgo, *Obit*. Charta Willelmi Betunienſis Domini an. 1197. in Tabulario Monaſterii S. Bertini: *Pro cujus eleemoſyna largitione ſeptem ſpeciales obitus, videlicet obitus meus, & uxoris meæ, — ſingulis annis debent fieri.*

OBLAQUIATIO, in veteri Kalendario, menſe Septemb. *Dolea picantur, poma leguntur, arborum oblaquiatio, epulum Minervæ*. Papias ex Iſidoro lib. 17. cap. 5. *Oblaqueare, circa codicem terram aperire, & velut lacus efficere, hoc quidam dicunt excodicare. Oblaqueatio, putatio, propaginatio, foſſio. Vitibus iſta conveniunt.* *Ablaqueare* & *ablaqueatio* habent Columella, Palladius, & alii.

OBLATA, Panis ad ſacrificium oblatus, hoſtia nondum conſecrata. *Oblata non conſecrata*, apud Bromptonum in Stephano Rege. Petrus Damian. lib. 4. epiſt. 1. extrema; *Oblati per celebriora ſolemnia panes.* Concilium Aurelian. V. cap. 1. *Ut oblatæ, quæ in ſancto offeruntur altario, non aliter niſi ad formam Arelatenſis offerantur Eccleſiæ.* Ordo Romanus: *Tunc Subdiaconi levantes oblatas de manu Subdiaconi ſequentis porrigunt Archidiacono, & ille componit altare.* Leo IV. PP. de Cura Paſtorali, & Ratherius Veronenſis in Synodica p. 261. *Calicem & oblatam recta cruce ſignate, id eſt non in circulo & varicatione digitorum, ut plurimi faciunt, ſed ſtrictis duobus digitis & pollice intus incluſo, per quod Trinitas innuitur*, &c. Concilium Toletan. XVI. can. 6. *Ut aliter panis in altari Domini ſacerdotali benedictione ſanctificandus proponatur, niſi integer & nitidus, qui ex ſtudio fuerit præparatus, neque grande aliquid, ſed modica tantum oblata, ſecundum quod Eccleſiaſtica conſuetudo retentat.* Hincmarus Remenſis in Capitul. ad Preſbyt. an. 852. c. 7. *Ut de oblatis quæ offeruntur à populo, & conſecrationi ſuperſunt*, &c. Vetus Charta in Actis Murenſis Monaſterii: *Accepit iterum — in prædio meo duos diurnales perſolventes in cenſum 2. modios tritici, & dedi S. Martino, ut ex ipſo tritico fiant oblata ad divinorum myſteria peragenda.* Vide Ordericum Vital. lib. 11. p. 819. Chilienum in S. Brigida n. 52. Monaſtic. Angl. t. 1. p. 681. Probat. hiſt. Guinenſis p. 676. &c.

Ejuſmodi autem Oblatas apud Latinos in ferro calido, modica figura, & ut ait Ernulphus Roffenſis ep. 2. in Spicilegio Acheriano t. 2. p. 434. *in forma nummi*, confectas etiam prioribus Chriſtianiſmi temporibus, probant nummi aliquot Regum noſtrorum primæ ſtirpis quos deſcripſit Bouteroüs. Liber Ord. S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 20. *Similiter hoſtias de frumento electo & puriſſimo in alba faciat*, (Sacriſta) *in loco mundiſſimo linteis cooperto, cui duo fratres ſubminiſtrent, ne aliud quam ipſas hoſtias tractare cogatur: quorum unus ignem ſollicitè faciat, alter verò inſtrumentum ferreum ad coquendas hoſtias teneat.* Ut porrò *hoſtiæ* ſeu *oblatæ* ex grano puriſſimo, ab ipſis Monachis, cum ſtatis ceremoniis & precationibus in *ferramento characterato* fiebant, pluribus proſequuntur Udalricus lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 13. & Uſus antiqui

Ciſtercienſes c. 114. Anſelmus Epiſcopus Havelber-
genſis lib. 3. Dialogor. c. 18. de Oblatis: *Quod etiam*
(Azymum) *apud religioſos Latinos per manus Dia-*
conorum, & ex electis granis, & ex mundiſſima ſimila,
in ſacrario ad futuram hoſtiam cum decantatione pſalmo-
diæ reverenter præparatur, & ſub diligenti cuſtodia uſque
ad tempus ſacrificii reſervatur. Raymundus Ord. Præd.
In Summula:

Munda ſit oblata, nunquam ſine lumine cantes.
Hoſtia ſit modica, ſic Presbyteri faciant hanc.
Candida, triticea, tenuis, non magna, rotunda,
Expers fermenti, non ſalſa ſit hoſtia Chriſti.
Spernitur oblata duplex, vel à terra levata
Fracta, vel inflata, vel diſcolor, aut maculata.

Wolphardus Preſbyter in Miraculis S. Walburgis
cap. 1. *Actas & nitide coctas, atque in buxula ob-*
truſas altario oblatas impone, &c. Vide Miracula S.
Wandregiſili n. 36. Engelhardus in vita ſanctæ Mech-
tildis cap. 22. *Illius amoris memor beata Mechtil-*
dis, inquit, O in Chriſto Pater & Domine, — ego
miſella precor, veſtra provida diſpenſatione mihi de-
tur, ut de decima per præſentem patrem meum huic
Eccleſiæ Diezzen nomine meo collata pars tanta quan-
titatis ad Oblatas inſtituatur, ut etiam omnibus ad-*acen-*
tibus Eccleſiis largè & perpetuo tribuantur. Gaudium
enim mihi generat, & ſalutem omnibus reſiduis ejuſdem
decimæ partibus fruentibus, ſi panis ille myſticus, qui
de cœlo deſcendens in uterum Virginis, & in cruce pen-
dens, qui teſte Oſeo Propheta (7. Levit. 2.) *coctus*
eſt in clibano, ut nobis fieret eſibilis. Infrà: *Ut igitur*
tui effectum deſideriis ad optatum ducam affectum, —
præcipio, ut ſingulis annis in tam ſuperabundanti quan-
titate medulla frumenti de decima in Dieggen, & de
confinio ibidem ſpecialiter ad Oblatas, ſicut beata Ma-
thildis petiit perenniter tribuatur; & ſicut ſalutaris illa
Euchariſtia in eadem panis forma figurata, nulli poeni-
tentis ſimul & poſtulantis affectui eſt neganda, itaetiam
ipſa panis ſubſtantia nunquam cuiquam denegetur. Vide
quæ de ejuſmodi Oblatis congeſſit vir doctiſſimus
Joannes Mabillonius in Præfat. ad tom. 3. SS. Or-
dinis ſancti Benedicti §. 16. & in Diſſertat. de Azy-
mo.

Oblata ſuper pectus defunctorum poſitæ, non con-
ſecratæ, uti par eſt credere. Anonymus in vita S.
Cuthberti Epiſcopi Indisfarn. lib. 4. c. 13. *Poſtquam*
ergo Cuthbertus Epiſcopus — abiit in viam Patrum, à
navigantibus ad inſulam noſtram delatus, toto corpore
lavato, capite ſudario circumdato, Oblatis ſuper ſanctum
pectus poſitis, veſtimenta ſacerdotalia indutus, in ſepul-
chro lapideo depoſitus eſt. Iſo Magiſter de Miraculis
S. Othmari lib. 1. cap. 3. *Sub capite autem, & cir-*
ca pectus viri Dei quædam panis rotulæ, quæ vulgo Obla-
tæ dicuntur, ita illæſa atque ab omni corruptione extra-
nea ab eodem Epiſcopo inveniebantur, ut in nulla om-
nino parte colorem vel ſpecimen ſui amittentes aſpicien-
tium oculis infra ſpatium ipſius hebdomadæ viderentur
eſſe confecta. Addo lib. 2. c. 2. Vide *oſculum.*

Oblata nomen inde datum pani tenuiſſimo ex farina &
aqua confecto ad ignem ferreis prælis toſto, noſtris
vulgo *Oblée*, & *Oblie.* Nam quod Caſaubonus ad
Athenæum lib. 3. cap. 25. vocem ex Græc. ὀβελίας,
id eſt *panis veru vel ferro toſtus*, deducit, nihil ad
rem facit. Joannes Monachus Majoris Monaſterii lib.
1. Hiſt. Gaufredi Ducis Norman. *His panibus, quos*
Oblatas vocant, conficiendis pariter & excoquendis ex-
hibebat miniſterium. Udalricus lib. 1. Conſuetud. Clu-
niacenſium cap. 49. *In Quinquageſima, quia de cætero*
nec caſeum nec ova comedimus, poſt veſperos ad cœnam
de ipſis ovis coctis in pipere habemus generale, quod
toto anno amplius non contingit, ut aliud quid ea vi-
ce habeamus præter ſolum panem, & ſi forte ſunt in
promptu, cruda poma, vel ea quæ in ferramento cha-
racterato de conſperſione farinæ tenuiſſimæ fiunt, & ab
hominibus Romana lingua Nebulæ, à noſtratibus ap-
pellantur Oblatæ. Monaſticum Angl. to. 1. p. 149. *Item*
ſingulis diebus Dominicis in Quadrageſima dimidium
præbendarium frumenti de granario ad Oblatas ad cœ-
nam: & dimidium ſimiliter in Cœna Domini ad idem.
Et pag. 419. *In craſtino omnium ſolemnitatum, in*
quibus Oblatæ ad cœnam deferuntur, mittit Eleemoſy-
narius ſingulis eorum, ſicut ſingulis Monachis apponi
ſolet, hoc eſt quatuor Oblatas. Burchardus de Caſib.
S. Galli c. 6. *Quia in hebdomada Paſchali, etiam*
in meridie, vinum & Oblatas fratribus dari conſtituit.
Charta Odonis de Sulliaco Epiſc. Pariſ. anno 1202.
ex Tabulario Epiſc. Pariſ. Puteano fol. 56. *Panes*
qui Eſchaudati dicuntur, & Oblatas, & vinum,
quæ ſolent reddi Clericis Pariſienſib. in vigilia Aſcen-
ſionis. Chron. Abbat. Gemblac. p. 534. *In 12. præ-*
cipuis ſolemnitatibus, omni hora prandii placentas &
Oblatas cum aliis bellariis ad cœnam miniſtrari præce-
pit. Vide Falconem Beneventanum p. 222. Radul-
phum in Miracul. S. Richardi Epiſc. Ciceſtr. n. 3.
& in voce *Nebula.*

Oblia idem quod *Oblata*, ex Gallico *Oblée*, vel *Oblie:*
Gaufridus Votienſis 1. part. c. 74. *Sunt qui depravant*
Eulogias, quas vocamus Oblias, ſeu hoſtias. Statutum
de Hoſpitio Philippi Magni Reg. Fr. an. 1317. *Jean*
de Vernon fera le pain de bouche, les paſtez & les ou-
blées, & fera l'en à luy marché de la paſtiſſerie, & ne
fera l'en que dix ſoudées de bouche, & 12. denrées
d'oublées de bouche le jour. Statutum aliud de Hoſpi-
tio Joannæ Reginæ Fr. & Navar. an. 1316. Decemb.
Il y aura un Paticier à qui l'en fera marché de faire
le pain de bouche, les oublées, & les paſtez de bou-
che & du commun.

Obliæ præterea dictæ *Oblatarum*, ſeu panum tenuiſſimo-
rum præſtationes, quæ certis diebus fiebant dominis
à vaſſallis & ſubditis, quæ poſtea in tenuem & puſil-
lam pecuniæ quantitatem evaſerunt: *Droit d'oublie,*
in Conſuet. Montarg. c. 2. art. 40. *Droit d'oubliage,*
in Bleſenſi art. 40. ubi nolim ut quiſpiam amplecta-
tur Dion. Pontani ſententiam ita ſcribentis: *Obliagia:*
hoc nomine ab oblivione tracto Gallorum vulgus utitur
pro juribus quæ pœnam ſeu mulctam ſua deſidia ha-
bent annexam, ſeu quod noſtro vulgari idiomate dici-
mus; quæ ſecum ſuam important emendam, ob ſolutionem
ſtata die non factam, eoque obliviosum ſua ſequatur
pœna. Sic nempe viri peritiores ſæpius excutiunt in vo-
cabulorum quæ in Conſuetudinibus municipalibus oc-
currunt ſignificatu. Tabularium Eccleſiæ Uzeticenſis
an. 1224. *Obliæ quæ ſolent præſtari, videlicet 12.*
nummi Præpoſito, &c. Charta an. 1306. in Regeſto
Philippi Pulchri Regis Franc. an 1299. p. 91. *Pro*
minutis obliis debitis annuatim. Charta Raimundi Co-
mitis Toloſani anno 1149. *Dimitto & reddo — tibi*
Amelio ejuſdem loci Abbati omnem medietatem to-
tius Montis-Albani, de omni dominio, de omnibus
juſtitiis, de obliis, de leddis, de aquis, de omnibus
redditibus & de omnibus quæ pertinent ad dominium Mon-
tis-Albani. Conſuetudines Toloſæ part. 4. tit. de feud.
art. 10. *Feudatarius — tenetur ſolvere domino feudi*
pro dicto feudo oblias, cenſus, & alias dominationes in
cartis feudi contentas. Oblia nummorum, art. 18. Con-
ſuetudines urbis Vaſatenſis: *Item de quolibet ſolo de*
4. canis vel ulnatis in latitudine & 12. in longitudine
habebimus ſex denarios Caturcenſes Obliarum. Hiſto-
ria Abbatiæ Condomenſis p. 485. *Et dedit ei Eccle-*
ſiam quæ dicitur ſancta Gelada, quæ reddit 30. pa-
nes obliales, & 2. ſolidos, &c.

Obliga, eadem notione. Libellus dotis apud Bignonium
ad lib. 2. Form. Marculfi: *De vineis, de pratis, de*
cenſu, de frixingis, de obligis, & de omnibus reddit-
ris tibi medietatem dabo.

Oblagia, idem quod *oblata*: & *oblia.* Capitulare Aquiſ-
gran. an. 817. c. 59. *Ut oblagia Fratribus à Preſ-*
byteris in refectorio dentur.

Oblita, idem quod *oblia.* Charta Goſleni Epiſcopi Car-

nnenſis in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ n. 59. — *Depoſuiſſe clamorem adverſus Radulfum Præpoſitum de Nogento ſuper oblitis agripennorum de culturis quæ apud unum pilum ſunt.* Mox: *Proinde memoratus Radulphus — eas oblitas Capitulo quietas dimiſit, eo rurſus à Capitulo ſibi prece noſtra obtento, quod dum Præpoſituram illam teneret, oblitas ſub nomine precariæ haberet.*

Ublada, pro *oblada*, ſeu *oblata*. Tabul. Brivatenſe ch. 110. *Et habet conceſſum, & ubladas, & nebulas, & pigmentum.* *Ublia*, in Tabulario Prioratus de Domma.

Oblata denique; ſeu *oblies*; etiamnum dicuntur quæ in quibuſdam Eccleſiis non in feſto Aſcenſionis, ut habet Naogeorgius, ſed in feſto Pentecoſtes, inter Miſſæ majoris ſolennia, cum ſtupis ardentibus, de ſupremis volutionibus ſparguntur in populum.

Oblearius, qui *oblias* conficit, in Ordinatione Hoſpitii S. Ludovici Reg. Fr. an. 1261. *Oublier* in alia Gallica an. 1285. Habentur verò ſtatuta pro *Oblearius* Pariſienſ. in Regeſto I. Artificum Pariſienſium. Vide Conſuetud. Monaſterii Regulæ apud Labeum p. 746.

Obellarius, qui *oblias* Canonicis diſtribuit, in Charta Henrici Epiſcopi Ratiſbonenſis an. 1278. in Metropoli Saliſburgenſi t. 1. p. 285.

Oblialis, Cenſualis. Charta an. 1306. in Regeſto Philippi Pulchri Reg. Franc. an. 1299. Tabularii Regii n. 205. *Item 42. ſolidos 9. denar. Turon. cum picta & dimidia obliales annui reditus.*

Obliaria, cenſus *obliarum*, in Charta R. Abbatis Carotenſis an. 1308. in 2. Regeſto Philippi Pulchri Regis Fr. n. 11. ex Tabulario Regio: *A ſolutione cujuſlibet penſionis, aut obliariæ, ſeu redhibentiæ*, &c.

OBLATIO, idem quod *oblata*, ſeu hoſtia. Ordo Romanus: *Et ponit Pontifex oblationem in loco ſuo, & Archidiaconus calicem juxta eam.* Fortunatus in vita S. Radegundis c. 16. *Oblationes etiam ſuis manibus faciens, ſolis venerabilibus inceſſabiliter diſpenſavit.* Ermenricus poſt Iſonis lib. 2. de Miraculis S. Othmari cap. 24. *Ut ei intimaret oblationes non ita munde paratas eſſe, ut puritas ſacrificandi popoſciſſet.*

Oblatio, ipſum ſacrificium. Gloſſ. Gr. Lat. *oblatio*, προσφορά, ſic Græci ſacrificium Chriſtianum vocant. Capit. Caroli M. incerti anni c. 12. & lib. 6. c. 305. al. 407. *Non ſolùm ſacrificia quæ à Sacerdotibus ſuper altare Domino conſecrantur, oblationes fidelium dicuntur, ſed quæcunque ei à fidelibus offeruntur*, &c. Ita S. Cyprianus ep. 37. *Significet mihi dies quibus in carcere beati fratres noſtri ad immortalitatem glorioſæ mortis exitu tranſeunt, & celebrentur hic à nobis oblationes & ſacrificia ob commemorationes eorum*, &c. Et epiſt. 27. *Communicando cum lapſis, & offerendo oblationes eorum*, &c. id eſt eorum nomina è diptychis recitando. S. Audoënus in vita S. Eligii lib. 2. c. 20. *Alio verò tempore, cùm diœceſes ſuas, ut Epiſcopis mos eſt, viſitaret, extitit quædam certa cauſa ut in una Baſilica interdiceret curſum vel oblationem, quouſque ipſe juberet, celebrari.* Additio 3. Lud. Pii c. 4. & Chrodogangus Metenſis in regula Canonicorum cap. 72. *Non oportet in domibus oblationes celebrari ab Epiſcopis vel à Presbyteris.* Ex Concilio Laodiceno c. 58. ubi προσφορὰ habetur. Utuntur præterea Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 77. 94. 111. lib. 6. c. 70.

Oblatio formata & ſacrata, hoſtia conſecrata. Ordo Romanus: *Cùm autem venerit ad communicandum, Dominus Pontifex porrigit ei* (novo Epiſcopo conſecrato) *formatam atque ſacratam oblationem integram. Suſcipienſque eam Epiſcopus, ipſe ex ea communicet ſuper altare: quod verò reſiduum erit, ſibi reſervet denuo ad communicandum unoquoque die uſque ad 40. dies expletos.* Eadem verba habet Alcuinus lib. de Offic. divin. *Oblationes conſecratæ*, apud Anaſtaſium in S. Melchiade PP. p. 27. Vide *Forma*.

Oblationes Fidelium, quæ à Fidelibus & Chriſtianis Eccleſiis offeruntur: in Concilio Aurel. I. c. 5. 14. 15. Aurel. II. c. 48. Matiſcon. I. c. 4. in Capit. Caroli M. lib. 1. c. 47. lib. 5. c. 22. lib. 6. c. 84. 305. 1. edit. & in Capitulari Aquiſgranenſi an. 816. can. 4. ubi Oblationum partes duas in uſum pauperum, & tertiam in uſus Clericorum aut Monachorum cedere debere præcipitur. Oblationis autem nomine intelligi debere quicquid offertur Eccleſiæ, quocunque modo, in Miſſa vel extra, ſtatuitur apud Gregorium de verbor. ſignific. cap. 29. Adde Capitulare 2. Caroli M. incerti anni c. 11.

Oblationes altaris, quæ pro Miſſis decantandis Sacerdoti fiunt, apud Gaufridum Vindoc. lib. 4. epiſt. 40. vide *Altare*.

Oblationes defunctorum, quæ per teſtamenta, aut alio quovis modo Eccleſiis offeruntur ac donantur, in Concilio Carthag. IV. c. 95. Vaſenſi I. c. 4. Arelat. II. c. 43. Aurel. II. c. 15. Aurelian. III. c. 22. Matiſcon. I. c. 4. Agath. c. 4. in Capit. Caroli M. lib. 7. c. 199. in Inquiſitionibus Synodalibus c. 54. apud Reginonem lib. 2. cap. 5. apud Petrum Diacon. lib. 4. Chr. Caſin. c. 78. &c.

Oblationes mortuorum, quæ pro humandis corporibus mortuorum offeruntur, apud Goffridum Vindocin. lib. 3. epiſt. 40.

Oblationes calicis, Charta Ludovici VII. Reg. Franc. an. 1071. *Notum — quod Manaſſes Eccleſiæ Aurelianenſis Epiſcopus Canonicis ſuis videlicet Capitulo S. Crucis annuum reditum 15. librarum in oblationibus magni Altaris & Calicis in eleemoſynam perpetuam donavit*, &c.

Oblationes Confeſſionum; vide *Confeſſio*.

Oblationes Crucis, Charta Petri Epiſc. Pariſ. an. 1168. in Minore Paſtorali ejuſdem Eccleſiæ ch. 120. *Donavit inſuper Clericis matutinalibus partem illam quam percipiebat in oblationibus Crucis; quæ proveniunt ſexta feria in Paſſione Domini.* Eadem habet Necrologium ejuſdem Eccleſiæ 3. Id. Julii: cum ſcilicet Crux inter ſacram Liturgiam à fidelibus adoratur die ſacræ Paraſceves.

Oblationes Pentecoſtales. Synodus Exonienſis an. 1287. c. 54. *Quia verò Eccleſia Exonis, mater eſt omnium Eccleſiarum diœceſis, omnibus parochianis noſtris per Presbyteros parochiales ſollicitè præcipimus ſuaderi, ut in ſignum debitæ ſubjectionis, oblationes ſuas Pentecoſtales ad Eccleſiam antedictam deferant, vel ſaltem per ſuos Presbyteros parochiales tranſmittant.* Ubi *Synodalia* fortè intelliguntur. Vide in hac voce.

Oblationes pœnitentium, in Concil. Arelat. II. c. 12. quæ à pœnitentibus fiunt.

Oblationes, munera quibus *tenentes* dominos ſuos in certis occaſionibus proſequi tenebantur. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Quando autem — aut magiſter illuc venerint, occurrunt eis deferentes oblationes prout meliùs potuerint, aut poſſibilitas fuerit.* Alibi: *Major ejuſdem villæ ſi amplius non habet niſi unum manſum ingenuilem, ex antiqua conſuetudine debet Nativitate Domini & Paſcha venerari ſeniores in Monaſterio ex his oblationibus, de melle buticulas 2. de vino 2. ſin autem, de melle 1. & de vino altera, fogas. 4. pull. 6. anga 1. Decanus ſimiliter: Cellerarius ſi manſum habet, & ſervl. 12. fogas. 4. pull. 4. buticulas vino plenas.* Rurſum: *Major ejuſdem villæ, ſi manſum habet integrum, Nativitate Domini & Paſcha in venerationibus Magiſtrorum; fog. 3. pullos 4. buticulas plenas vini 2.* Libertates oppidi Cellenſis in Biturgib. an. 1216. apud Thomaſſerium in Conſuet. Bituric. *Nullus, nec ego, nec alius hominibus de Cellis talliam, nec oblationem, nec rogationem faciat.*

OBLATIONARIUS, Subdiaconus, interdum & Diaconus, ad cujus miniſterium pertinebat Oblatas, panem ſcilicet & vinum, Pontifici Miſſam celebranti à Patriarchio deferre, & eas Archidiacono offerre. Ordo Romanus: *Et ſuſcipit* (Pontifex) *Oblatas de*

manu Presbyterorum & Diaconorum, quibus licitum eſt accedere ad altare: deinde Archidiaconus ſuſcipit Oblatas duas de Oblationario, & dat Pontifici. Alibi: *Ornato verò altari tunc Archidiaconus ſumit amulam Pontificis de Subdiacono oblationario regionario, & refundit ſuper colum & in calicem.* Anaſtaſius in Gregorio III. PP. p. 74. *Iiſdem inſtitutis diſpoſuit, ut in cœmeteriis circumquaque poſitis Romæ in diebus Natalitiorum, eorum luminaria ad vigilias faciendas & oblationes de Patriarchio per Oblationarium deportentur ad celebrandas Miſſas per eum quem præviderit Pontifex pro tempore Sacerdotem.* Hiſtoria Tranſlat. S. Sebaſtiani n. 27. *Oblationario itaque vocato, cui ut erat fortis ex Romana conſuetudine aperire ſepulchrum*, &c. Anaſtaſ. Bibl. ad 8. Synod. art. 2. ubi δημάρχης τῶν ὑποδεκτῶν apud Græcos occurrit, hæc ſubdit, *Quem Romani Oblationarium* vocant. Oblationariorum Eccleſiæ Romanæ meminerunt Benno in vitâ Hildebrandi, initio, Ditmarus lib. 4. p. 43. Luithprandus lib. 6. c. 7. Chartæ variæ apud Baronium an. 963. n. 3. Ughellum to. 1. Ital. Sacræ p. 121. 125. t. 3. p. 712. &c. Προσφορικοὺς ejuſmodi Oblationarios, quibus oblationis comparandæ cura incumbebat, vocabant Græci. Cyrillus Scythopolitan in vita S. Sabæ: οὐδὲ ἕως τῶν ἀναγκαίων λείπεται, πέμψαι ὁ Κασσιάρχης κομμάλιον, ὁ ἀπελθὼν ἔξω τοῦ Προσφορικεῖν εἰς τὴν πόλιν.

Oblator, συντελεστής, in Gloſſ. Lat. Gr. Dicuntur autem *offerre*, qui tributa inferunt, apud Ammianum lib. 19. ut *ſuſcipere*, qui ea colligunt.

Oblatrices. Vide *Quadragintaria*.

Oblati, dicti infantes ac puеruli, qui à parentibus Monaſteriis in Monachos attondendi offerebantur, divinoque cultui conſecrabantur, ita ut ætatem adultiorem conſecutis non liceret diſcedere: quod ſi facerent, pro apoſtatis haberentur. Id ex Regula S. Benedicti cap. 59. profluxit, tametſi iſtius liberorum Deo dicandorum ritus ac moris primus autor haberi non debeat, de quo ita præ cæteris Salvianus lib. 3. ad Eccl. Cath. *Si qui à parentibus filii offeruntur Deo, omnibus filiis poſtponuntur oblati: indigni judicantur hæreditate, qui digni fuerunt conſecratione.* Et Avitus Viennenſis lib. 6. poëm. v. 24.

Et quia principium jam ſancti fœderis eſſes,
Tu ſimul offerris Chriſto, qui protinus ipſis
Accipit in cunis lactentia membra dicatis.

Et verſ. 76.

Ortu quarta quidem, ſacro ſed munere prima,
Dulcis nata mihi, cælo quam carne fideque
Bis genui, Chriſtoque rudem de ventre dicavi.

Oblatos etiam deinceps in ipſis cunis infantes teſtatur Anonymus in Homilia in Dominic. Octavam poſt Pentecoſten: *Sunt multi in ſancta Eccleſia qui ab ipſis infantiæ ſuæ cunabulis mancipantur Dei ſervitio, & omni tempore vitæ ſuæ immaculatè Deo ſervire ſtudent, ſive in Monaſtico ordine, ſive Canonico.* Herimannus de Reſtauratione ſancti Martini Tornacenſis cap. 62. *Quantus ibi omnium luctus præ dulcedine fuit, cùm vidiſſent quartum filium Radulfum adhuc lactentem cum cunabulo allatum, & de cunis à patre abſtractum ſurſum levatum, Deoque commendatum.* Et infrà: *Minimumque cum cuna ſuper altare ponit, non ſine lacrymis multorum circumſtantium.*

In diſquirenda hujuſce Oblationum moris ac ritus origine non una eſt virorum eruditorum ſententia. Hanc enim ſupremæ parentum in filios poteſtati adſcribit Suares, ſcribens ſolam patris voluntatem ſufficere ut filii Monaſterio obſtringantur, non exquiſito eorum conſenſu, quam voti iis vice eſſe contendit. Alii id à Veteri Teſtamento profluxiſſe volunt, in quo Samuel adhuc triennis templo oblatus à matre legitur, 1. Regum cap. 24. quod quidem exemplum deſcriptum legitur in ejuſmodi oblationis Charta Sanctii Ramirez Regis Aragonum apud Yepez to. 7. Chronici Ord. S. Benedicti, & Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 3. cap. 22. *Vos igitur confratres mei de ſancto Pontio, miſeremini amantiſſimo filio meo Ranimero, quem dono & offero Deo, & prædicto Cœnobio, ea videlicet devotione & fide, qua obtulit Abraham filium ſuum, & Anna Samuel filium ſuum Sacerdoti Heli in conſpectu Dei, quatenus in templo Dei ſemper deſerviat, atque eius exemplo & vita ac doctrina provocatus, nec non precibus prædicti filii mei, ac veſtris adjutus, valeam pervenire ad virentis Paradiſi gaudia.* Aliam oblationis formulam habet ſub an. 1144. eod. to. idem *Yepez*.

Sic porrò Regula S. Benedicti: *Si quis forte de nobilibus offert filium ſuum Deo in Monaſterio, ſi puer minori ætate eſt, parentes ejus faciant petitionem, quam ſupra diximus. Et cum oblatione ipſam petitionem & manum pueri involvant in palla altaris, & ſic eum offerant. De rebus autem ſuis aut in præſenti petitione promittant ſub jurejurando, quia nunquam per ſe, nunquam per ſuffectam perſonam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occaſionem habendi: vel certè ſi hoc facere noluerint, & aliquid offerre volunt in eleemoſynam Monaſterio pro mercede ſua, faciant ex rebus quas dare volunt Monaſterio, donationem, reſervato ſibi, ſi ita voluerint, uſufructuario. Atque ita omnia obſerventur, ut nulla ſuſpicio remaneat puero, per quam deceptus perire poſſit, quod abſit, quod didicimus. Similiter autem & pauperes faciant. Qui verò ex toto nihil habent, ſimpliciter petitionem faciant, & cum oblatione offerant filium ſuum coram teſtibus.*

Hactenus S. Benedictus, ubi multa veniunt obſervanda; ac primò quidem ritus involvendi manum pueri in palla altaris, ſeu *qua altare coopertum eſt, & cujus pars alterius pendet*, ut habent Lanfrancus in ſtatut. cap. 18. & Boërius ad Reg. S. Benedict. c. 59. At Paulus Diaconus, *non in palla altaris ſacrata, ſed in illa tobalia, in qua portatur calix, quando debet ad ſacrificium offerri, quæ dicitur eſſe altaris, eo quod altari ſervitur in ea.* Bernardus Caſinenſis hæc verba de *Palla ſacrata quæ ſemper eſt in altari* intelligenda contendit, itaque obſervari ait. Sed rationem iſtius ritus non tradunt, opinor, interpretes, quæ non alia videtur, quàm quod puer divino ſe ſervitio mancipat, dum manum palla altaris involvit. Addit Lanfrancus, *puerum, facta ſibi prius corona, manibus portare hoſtiam & calicem cum vino poſt Evangelium Sacerdoti qui Miſſam celebrat*, tum verò à parentibus offerri, eaque oblatione à Sacerdote ſuſcepta, parentes manus pueri involvere in palla, qua altare coopertum eſt, & cujus pars anterius pendet, deinde ab Abbate ſuſcipi. Rem explicatius ſcribit Udalricus lib. 3. Conſuetud. Cluniac. cap. 8. Poſtquam enim petitionem parentis, vel ejus Vicarii deſcripſit, hæc ſubdit: *Accipit ipſe puer cum offertorio patenam & calicem, hoſtia impoſita, & vino infuſo, & ita Vicarius ille involvit manum pueri cum palla altaris, ut tam ipſum puerum, quàm ejus ſacrificium offerat à Sacerdote recipiendum. Poſtea induitur cuculla, & de cætero benedictio ejus differtur uſque ad legitimam ætatem, id eſt, ſi non ampliùs, vel uſque ad quindecim annos ætatis.*

Ex dicta præterea Regula S. Benedicti, puer oblatus omni parentum ſucceſſionis ſpe privatur, ne ad ſæculum redeat, & revera exhæredari jubetur: quod diſertè docent verba parentis in oblatione apud Richardum Monachum Eremi S. Mariæ in Helvetia: *Promitto per viventem in ſæcula, quia nunquam do illi hæreditatem ſuam, aut aliquid quicquam: ſed exhæredo illum ab omni mea hæreditate, ut exhæres ſit in perpetuum, ita ut per nullum ingenium poſſit quærere hæreditatem meam.*

Licebat tamen parentibus Monaſterio aliquid in eleemoſynam *pro mercede ſua*, id eſt in ſpem divinæ remunerationis offerre: quod fere ſemper factum do-

cent formulæ ejuſmodi oblationum mox deſcribendæ.

Denique ex laudato capite colligitur, pueros, illis parentum oblationis vi, ita Monaſterio fuiſſe alligatos, ut ab eo recedere, & ad ſæculum reverti neutiquam iis licitum fuerit. Quod etiam ſtatutum legitur à Gregorio III. PP. epiſt. 4. ad S. Bonifacium Mogantin. in excerpt. Egberti Archiepiſc. Eborac. c. 95. in Concilio Toletano IV. c. 48. Triburienſi c. 6. & Wormacienſi an. 868. c. 22. 23. ubi hæc habentur: *Monachum aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit: quicquid horum fuerit, alligatum tenebit.* Adde legem Wiſigoth. lib. 3. tit. 5. §. 2. & Lanfrancum epiſt. 32. qui idem de Sanctimonialibus oblatis ſtatuit: ut & Concilium Matiſconenſe I. c. 12. *De puellis vero quæ ſe Deo voverint, & præclara decore ætatis ad terrenas nuptias tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decrevimus, ut ſi qua puella voluntarie, aut parentibus ſuis rogantibus religionem profeſſa, vel benedictionem fuerit conſecuta, & poſtea ad conjugium aut illecebras ſæculi, quod potius ſtuprum eſt quam conjugium judicandum, tranſgredi præſumpſerit, uſque ad exitum cum ipſo qui ſe hujuſmodi conſortio miſcuerit, communione privetur.* In Synodo Tullenſi ad Saponarias c. 8. *mota eſt quæſtio de Attone Virdunenſium Epiſcopo, quod oblatione regulari, unde petitio ibidem eſt præſentata, in Monaſterio S. Germani Antiſiodorenſium adſtiterit, & contra regulas Eccleſiaſticas inde diſcedens — ad ordinem Epiſcopalem pervenerit, &c.* Aliud exemplum de *Oblato* Monaſterium relinquente refert Petrus Damian. lib. 1. epiſt. 9. p. 29.

Vim tamen hanc à parentibus liberis illatam improbant plerique, atque in iis (ut omittam Novellam Majoriani Imp. de Sanctimonialibus) Gaudentius Epiſcop. Brixienſis tract. 8. *Imperare quidem perpetuam continentiam non poſſunt* (parentes filiis) *quia res eſſe noſcitur voluntatis. Sed voluntatem tunc in melius nutrire poſſunt, & debitores ſunt ut moneant, ut hortentur, ut foveant, ut pignora ſua Deo magis geſtiant obligare, quàm ſæculo, ut de propinquis ſeminis ſui, vel in Cleri ordine dignos altari divino miniſtros exhibeant; vel in ſanctarum numero feminarum puellas caſtimonia dicatas enutriant, ut Eccleſiam Dei talibus nutrimentis ornantes, beatitudinem debitam conſequantur.* Atque id fortè cauſæ fuit, cur in Concilio Aquiſgranenſi c. 36. cautum fuerit, ut pueri oblationem à parentibus factam *tempore intelligibili*, id eſt cùm ad diſcretionis ætatem perveniſſent, confirmarent. Scripſit porro Rabanus Maurus *ad Ludovicum Imperatorem librum unum contra eos qui oblationem ſecundum regulam S. Auguſtini deſtruere volebant; cujus meminit Rudolphus Presbyter in ejus vita.* Extat ille MS. in Cœnobio Mellicenſi & Sangermanenſi. Vide Capitulare 2. an. 811. c. 10. Oblationes ejuſmodi tutantur ac defendere conantur Regulæ Benedictinæ interpretes, atque in iis Menardus & Haëftenus.

Non defuere etiam qui omnino improbarunt, imo ſimoniæ damnarunt, eam exactionem quam faciebant Monachi pro ſuſceptione puerorum in Monaſteriis, quam vetant præ cæteris Capitulare 2. an. 789. c. 15. & Capitul. Francofordienſe an. 794. c. 14. Sed hanc validis ſatis argumentis tutari conatus eſt Sibertus Prior S. Pantaleonis Colonienſis in ep. ad Rodulphum Abbatem Trudonenſem, edita to. 2. Analector. Jo. Mabillonii.

Formulas verò ejuſmodi Oblationum complures habet Tabularium Abb. Belliloci in Lemovic. ch. 77. *Cùm legaliter ſancitum antiquituſque teneatur, & cantum, cum oblationibus Domino parentes ſuos tradere filios in templo Domini Domino feliciter ſervituros, procul dubio & de noſtris filiis faciendum nobis ſalubriter præbetur exemplum: æquum etenim eſt judicium Creatori noſtro de nobis reddere fructus. Idcirco Nos nomine Gauſfredus & uxor mea Foſenſa hunc filium noſtrum nomine Petronem cum oblatione in manu atque petitione altaris palla omnia involuta ad nomen Sanctorum, quorum hic reliquiæ continentur, & in præſentia Frodonis Abbatis, & omnis congregationis, tradimus coram teſtibus regulariter permanſurum, ita ut ab hac die non jam liceat ei collum de ſub jugo regulæ excutere: & ut noſtra traditio inconvulſa permaneat, promittimus ſub jurejurando coram Deo & Angelis ejus, quia nunquam per nos, vel quolibet modo per rerum noſtrarum facultates, egrediendi ei aliquando de Monaſterio tribuamus occaſiones. Et ut hæc noſtra traditio inconvulſa permaneat, manu noſtra eam firmavimus, & teſtibus tradimus roborandam. Cedimus autem cum ipſo filio noſtro terram quam Galfridus tenet, totum & ad integrum dimitto Deo & B. Petro hoc quod habeo, vel viſus habere, hoc eſt vicaria &c. S. Goffredi & Fulcaſſæ matris ſuæ. S. Archambaldi Prenſaco. S. Geraldi Cantaminum. Facta eſt carta iſta in menſe Januario regnante Philippo Rege.* Similes oblationum formulas proferunt idem Tabularium ch. 88. 101. 173. Smaragdus; viri doctiſſimi D. Lucas Acherius ad epiſt. 32. Lanfranci, & Jac. Petitus poſt Pœnitentiale Theodori p. 502. 503. 504. quibus aliam addere placet ex Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu ch. 96. *Ego Odilo de Auriatge offero Deo omnipotenti & beatiſſimis Apoſtolis ejus Petro & Paulo in manu Domni Hugonis Prioris de Domina filium meum nomine Petrum, ut ſuſcipiat habitum ſancti Benedicti, ad ſalutem & remedium animæ ejuſdem, & animæ meæ, uxoriſque meæ, ipſius filii matris, nec non & aliorum filiorum meorum, omniumque propinquorum meorum, tam vivorum quam defunctorum. Pro hoc autem quod ſupradictum eſt, dono in eleemoſyna Domino Deo & prædictis Apoſtolis ad Monaſterium de Domina, ubi Domnus Hugo præeſſe videtur, omnia quæcunque Boſo Presbyter habebat de me in Eccleſia S. Mariæ, videlicet primitias, decimas, & omnia alia beneficia quæ pertinent ad ipſam Eccleſiam. Ultra hoc etiam dono Cymiterium quod dicitur vetus, &c. Laudatores verò & teſtes fuerunt fratres mei, &c. Accepi autem pro iſta guirpitione à præfato Hugone Priore unam mulam & 130. ſolidos, & unum bliaſdum de fuſtanio.* Extat porro teſtamentum Guillelmi Sibyllæ filii Dom. Montiſpeſſulani apud Gariellum in Epiſcopis Magalonenſibus p. 151. quo Monaſterio Grandis-ſilvæ *relinquit pro Monacho filium ſuum Raimundum, & pro eo mille ſolidos Melgorienſes.* Adde p. 191.

Regulæ Benedictinæ interpretes plerique idem juris tutoribus quod patribus adſcribunt: adeo ut iis licuerit pupillos ſuos offerre: quod ſanè vix crediderim, niſi id parentum teſtamento cautum eſſet: quomodo extat in eodem Tabulario Bellilocenſi ch. 91. alia oblationis formula fratris à fratrib. factæ ex præſcripto patris in teſtamento, iiſdem pænè verbis quibus illa quæ Philippo regnante facta eſt: *Idcirco nos Gauffredus & Benedictus hunc fratrem noſtrum nomine Petronem cum oblatione in manu atque petitione altaris palla omnia involuta ad nomen Sanctorum quorum reliquiæ continentur, & Frodonis Abbatis & omni Congregationi tradimus coram teſtibus regulariter permanſurum, ita ut &c. — Cedimus autem cum ipſo fratre noſtro manſum de Rozairet &c. S. Geraldi patris ſui, qui in vita ſua hoc fieri præcepit. S. Gaufredi fratris ſui. S. Bernardi fratris ſui.* Sanè in Capitulari Caroli M. ad Salz an. 804. c. 6. *ei qui filiam ſuam, aut neptam, aut parentem offerre voluerit, licentia conceditur.* De oblatis agunt prætereà Capitul. Caroli M. datum ad Salz c. 6. Addit. Capitul. c. 26. 37. 45. Vita S. Amati Abbat. Habendenſis cap. 2. Ordo Roman. ubi de conſecratione ſacræ Virginis, Regulæ Magiſtri c. 91. Leo Oſt. lib. 1. c. 14. 24. 49. lib. 2. c. 8. Ordericus Vital. lib. 3. p. 479. lib. 5. p. 548. Sugerius lib. de Adminiſtrat. ſua extremo, Lanfrancus

epiſt. 32. &c. Adde Gariellum in Epiſcop. Magalon. p. 120. Haeftenum lib. 4. Diſquiſ. Monaſt. tract. 1. diſq. 1. & ſeqq. Guſſanvillam ad epiſt. 54. Petri Bleſenſis, virum doctiſſimum Carolum Cointium in Annalib. Franc. Eccleſiaſt. an. 544. n. 74. Vide *Nutriti*.

Offerri ad Clericatum. Ado Viennenſis in Chron. de Carolo Calvo: *Hic ex Regina Ermentrude quatuor filios ſuſcepit, — ex his Deo in clericali habitu duos obtulit, Carlomannum & Lotharium*. Guillelmus de Podio Laurentii in Præfat. ad Chronicon: *Milites enim rarò ſuos liberos clericatui offerebant: ſed ad Eccleſias, quarum tunc ipſi decimas percipiebant, hominum ſuorum filios præſentabant*. Ludovicus VIII. Rex Francor. in teſtamento ſtatuit, ut *quintus ejus filius ſit clericus, & omnes alii qui poſt eum naſcentur*. Vide *Clericus*.

OBLATI Monaſteriorum, *qui ſe ac ſua, vel majorem partem bonorum ſuorum ſine fraude ac dolo Monaſteriis ipſis ſponte ac liberè obtulerunt*, ut eſt in epiſtola Bonifacii VIII. PP. an. 1298. apud Waddingum. Concilium Lateranenſe IV. c. 57. *Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſæculo, eorum ordini ſunt oblati, mutato habitu ſæculari: vel cui inter vivos ſua bona dederunt, retento ſibi, quandiu in ſæculo vixerint, uſufructu*. Atque hi quidem iidem ſunt qui *Donati*, ſic nuncupati, quod ſe totos, & bona ſua Monaſteriis *donarent*, ac *offerrent*. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 7. rubr. 3. *Quando perſona laica converſantur alicui Eccleſiæ, offerunt ſe ſimul & ſua*. Ubi Petrus de Boateriis ait diſcrimen eſſe inter *Profeſſionem* & *Offerſionem*: *Profeſſionem* quippe eſſe abnegationem propriæ voluntatis vitam activam abnegantis, & contemplativam eligentis: *Offerſionem* verò eſſe perſonæ, rei, vel rerum alicui domino vel loco religioſo factam oblationem. Atque ita *Profeſſionem* intelligit propriam eſſe Monachorum, cùm Oblati ex ipſa oblatione admiſſa, nulla prævia probatione facta, tantummodo obedientiæ profeſſione, in *Oblatorum* & *Donatorum* ordinem reciperentur.

Quidam tamen Monaſteriis, cum bonis ſuis univerſis, vel eorum parte aliqua ita ſe offerebant, ut monachicam vitam amplecterentur, & ad profeſſionem admitterentur, reveraque eſſent Monachi: cujus quidem oblationis ea eſt formula apud eundem Rollandinum: *Obtulit perſonam ſuam Deo & D. Antonio claustris manibus ſe intra manus venerabilis Patris D. Abbatis recipientis vice & nomine ipſius Eccleſiæ; & pro ſe & ſuis ſucceſſoribus dans & ponens, necnon & promittens & profitens ſtabilitatem, converſionem & obedientiam debitam ſecundùm regulam Ordinis*, &c.

Ejuſmodi Oblatos ſpectat Charta Roncelini Vicecomitis Maſſilienſis ex Tabulario S. Victoris Maſſilienſis fol. 179. qui tanquam dominus Gardanæ confirmat donationem, *quam fecit Guillelmus de Gardana, filius Raimundi de Lauriac, qui abrenuntians ſeipſum, cum univerſis rebus ſuis in fratrem & filium prædicto Monaſterio tradidit, & hominem vice Dei ſuper caput ſuum poſuit, obedientiæ ſe ſubjiciens, & regulari diſciplinæ collum ſtatim penitus ſubmittens*. Ita in Chronico Caſin. lib. 1. c. 49. *Hermefrid civis Eſculanus, vir dives, Subdiaconus, ſeipſum obtulit per capillos capitis ſui Præpoſito Walmelfrid, cum omni omnino ſubſtantia ſua quam in illis partibus poſſidebat*. Infra: *Walamir item alius ejuſdem civitatis oriundus ſeipſum Deo in hoc Monaſterio offerens, obtulit in Eccleſia S. Benedicti curtem unam magnam*, &c. Charta Ludovici Imp. in Chronico Farfenſi p. 662. *Codimundus & Simaldus de Furcone, qui ſe in eiſdem cœnobiis ad ſerviendum Deo devoventes ibidem condonaverunt*. Ex voce verò *condonaverunt*, percipitur qui fuerint *Condonati* in Charta Gaufredi Comitis Andegavenſis in Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andeg. p. 10. *Perdonavi quoque vinagium omnium vinearum ſuarum, quandiu ipſi, vel Condonati eorum ipſas coluerint*. Iidem enim ſunt qui *Donati*, ut & in Concilio apud Campinacum an. 1238. c. 26. *Ut Abbates ter in anno publice injungant Monachis ſuis ſub pœna excommunicationis à ſe proprium abdicere, & in manu ſua reſignare compellant, & etiam Condonatos*, &c. In Synodo Bajocenſi an. 1300. can. 52. *Statuitur ut Condonati cujuſlibet domus religioſæ aliquod ſignum in eminenti loco portent ad arbitrium Epiſcopi, & religioni congruentia indumenta*. Polyptychus Floriacenſis: *Hiſemburgis Britonica gratanter ſe condonavit S. Petro antequam acciperet maritum, ut in poſterum cum filiis & filiabus ſub ſervitutis jugo teneretur*.

Qui porro hîc *Condonati*, aliis *Donati* nudè dicuntur. Charta an. 1231. in Regeſto Comitatus Toloſæ Cameræ Comput. Pariſ. fol. 24. *Item petebat omnes juſtitias Monachorum & Clericorum, & Donatorum ſuorum, & ſpecialiter familia ſua, videlicet Donatorum illorum qui in templo S. Theodardi donant ſe & ſua eidem Monaſterio, & promittunt obedientiam Abbati & ſucceſſoribus ſuis, & victum percipiunt à dicta Eccleſia*. Infra: *Quod Abbas haberet eorum juſtitiam Monachorum, Clericorum, & ſpecialis familiæ, & Donatorum ſuorum, videlicet illorum Donatorum qui ſunt recepti, ut ſupra dictum eſt, & non poſſunt facere teſtamentum ſine aſſenſu Abbatis*. Concilium Biterrenſe an. 1233. c. 23. *In nulla Eccleſia laici recipiantur in Donatos ad præbendam panis & vini, de quorum turpi converſatione ſcandalum generetur*. Deſcripſit V. cl. Jacob. Petitus poſt Pœnitentiale Theodori pag. 500. ſacramentum quod Monaſteriis præſtabant ejuſmodi *Condonati*, ſeu *Donati*. Vide Inſtitutiones Capituli gener. Ciſtercienſis diſtinct. 9. c. 11. Barralem in Hiſt. Lerinenſi part. 2. p. 156. Gariellum in Epiſc. Megalon. p. 391. & Browerum lib. 9. Annal. Trevir. Mentio eſt præterea in Capitulis ad Legem Salicam tit. 3. §. 9. & in lib. 1. Capitul. Caroli M. c. 120. *Liberorum hominum qui ad ſervitium Dei ſe tradunt, non tam cauſa devotionis, quàm exercitus ſeu aliarum functionum vitandarum cauſa*.

Interdum ea conditione ſe ſe Monaſteriis offerebant, ut in ordinem Monachorum admitterentur, ſi luberet, ac interim *Donatorum* & *Oblatorum* vice haberentur. Sed id ſpectabat potiſſimum viros nobiles, quod præ cæteris docet ſequens Charta ex Tabulariis Regiis Provinciæ deſcripta. *Notum ſit omnibus præſ. & fut. quod anno Dom. Incar. 1209. menſe Decemb. ego Willelmus D. G. Comes Forcalcar. filius quondam Geraldi Amici, divino inſpiratus amore, bono animo, & ſpontanea voluntate, dono animam meam & corpus meum Domino Deo & Beatiſſimæ Mariæ; & Domui Militiæ Templi, in hunc modum, quod ſi ad religionem venire voluero, ad religionem Templi veniam, & non ad aliam; ſolummodo ut veniam juſtè & liberè, & abſque omni impedimento. Si verò in ſæculo me vitam finire contigerit, in Cimiterio Domus Templi ſepeliar. Promitto equidem dare prædictæ domui Templi, & fratribus ad obitum meum, amore Dei, & remedio animæ meæ, & parentum meorum, & cunctorum fidelium defunctorum equum meum, & duas alias equitaturas, & omnia arma mea completa, lignea & ferrea, quæ uni Militi ſunt neceſſaria, & 100. marcas argenti. Præterea dum in ſæculo vixero, ſingulis annis ad feſtum Nativitatis Domini præfatæ Domui Templi & Fratribus 100. ſol. Guill. pro recognitione hujus donationis dare promitto, & univerſa bona dictæ domus Templi, ubicumque ſint, bona fide, juſtè tamen & rationabiliter protegere & ſalvare. Hanc quippe donationem feci in poſſe Fratris P. de Montacuto Magiſtri, & Fratris Will. Catelli Præceptoris Provinciæ, & quamplurium aliorum Fratrum. Et Nos Frater P. de Montacuto Magiſter, cum conſilio & voluntate Fratris W. Catelli, & aliorum fratrum, recipimus vos ſupradictum Dom. W. Forqualquerii Comitem in* DONATUM, *& confratrem noſtræ Do-*

mus

mus, & in univerſis beneficiis, quæ in Domo Templi ſunt, vel ſient uſque ad finem citra mare, vel ultra, bonam vobis concedimus portionem. Hujus donationis noſtræ teſtes ſunt de fratrib. Templi Fr. W. Catelli Præceptor Provinciæ, & Fr. Bermundus Præceptor Ruc, Frat. Rev. Chaſoardi Præceptor de Barles, Frat. Jordanus de Miſon Præceptor Embredunenſis, Fr. G. de Turre Præceptor Domus Limaſiæ. De ſecularibus vero Domina Comitiſſa mater prædicti Comitis, Geraldus Amici frater ejus, R. de Medullione, Ricaus de Inſula, Riambaldus de Dalfino, Bertrandus de Villanovo, Guibertus de Relana, P. Garſannus, P. Ferols, Guill. de Bedouin, Guido Rota, Raymundus Suavis ſcriptor fratris G. Catelli ſcripſit. Charta alia ex Tabulario S. Maxentii Pictavenſis: *In nomine Domini, ego Ganterius Presbyter filius Ademari de Garda dedi animam meam & corpus meum Domno Goffredo Abbati ſedenti in Capitulo cum Monachis ſuis die quodam Dominico Adventus Domini in ſocietatem & beneficium totius Monaſterii, & quando voluero Monachus eſſe, cum rebus quas habuero, accipiant me, ſive ſanum, ſive infirmum. Dedi eis unam borderiam de terra, & unum quarterium de prato pro beneficio & ſalute animarum parentum meorum in eleemoſynam, ſine ulla requiſitione progeniei meæ. Ipſi autem me & fratrem meum Lactum de hoc beneficio cum Regula reveſtierunt nos, & oſculati ſunt. Et ibidem convenimus donum hoc à dominis noſtris carnalibus ſervaturos. Hoc donum fecimus cum iſto pergameno ſuper altare, videntibus teſtibus iſtis ſubſcriptis, &c. Facta eſt autem hæc Chartula an. ab Incarn. Domini* 1110. *regnante Ludovico Rege & Guilielmo Comite in Aquitania, Petro quoque Epiſcopo Pictavenſi.* Tabularium S. Dionyſii de Capella diœceſis Bituricenſis, charta 112. *Ego Ambiardus filius Bernardi Groſſinelli video quod in periculo mundano poſitus ſim, nolo degenerare, volens ſequi veſtigia parentum meorum, trado me Deo & S. Dionyſio & Monachis Capellæ in manu Radulphi Prioris avunculi mei, tali tamen conditione, ut ſim particeps de beneficiis & orationibus Eccleſiæ. Si autem Monachus eſſe voluero, honorificè me recipiant, & ubicumque me mori contigerit, diligentiſſimè ut fratrem Eccleſiæ procurabunt. Hoc factum eſt in Capitulo S. Dionyſii Capellæ coram Monachis ac famulis ejuſdem Eccleſiæ.* Et charta 173. *Deo & B. Dionyſio & loco Capellæ ſeſe dedit & ſua: hoc etiam addito, quod ſi aliquando ſibi placeret ſtrictioris vitæ ſemitas ingredi, Monachus ibi fieret, alterius Eccleſiæ ſibi denegata licentia.* Ch. 173. *Dedit namque ſupradictus Petrus corpus ſuum, omneſque res ſuas: unde Radulfus Prior & cæteri Monachi conceſſerunt ei beneficia ejuſdem loci, videlicet neceſſariam eſcam, & orationum participationem.* Vide L. Acher. ad Guibert. p. 635.

Oblatorum autem & *Donatorum* ea erat conditio, ut ex familia Monachorum cenſerentur, Abbati obedientiam profiterentur, & victum & veſtitum ab iis conſequerentur. De obedientia eſt Charta ex Tab. Graſſenſis Monaſterii deſcripta à viro doct. L. Acher. ad Guibert. *Seipſos & omnia bona ſua generaliter dant, — & incontinenti promittunt obedientiam eidem domino Abbati nomine dicti Monaſterii, junctis manibus: & ibidem Abbas recipit dictos Blacatium & Jordanam junctis manibus in fratres & participes & Donatos dicti Monaſterii, &c.* De victu verò & veſtitu extat Charta in Tabulario Caſaurienſi, quam hîc damus. *In Dei nomine, ab Incarn. D. Jeſu Chr. an.* 1159. *Ind.* 11. *die* 21. *menſ. Novemb. Ego Petrus filius quondam Walteri civitatis Sulmonæ, bona & ſpontanea mea voluntate obtuli me & omnes res meas mobiles & immobiles in Monaſterio S. Trinitatis. — Cui etiam & tibi domino Leonati venerabili Abbati ac cunctis ſucceſſoribus tuis in perpetuum dono, offero, & concedo unum caſarinum meum infra ipſam civitatem Sulmonæ, &c. Ita tamen ut donec moriar, victum & veſtimentum ab eodem veſtro Monaſterio ad ſufficientiam habeam: quod hujuſmodi omnibus abſolutè feci, & teſtes mihi eſſe rogavi ſubſcriptos homines, &c.* Tabularium Vindocinenſe charta 446. *Odo de Sarzeriis qui fuit bergerius, ſibi & illis dedit omnia quæ ad præſens habebat, vel ſemper habiturus vel jure poſſeſſurus loco S. Trinitatis univerſis rebus quas poſſidebat, videlicet mobilib. & nummis, ac annona, per talem convenientiam ut ipſe Odo reciperet ſolummodo victum & veſtitum competentem à Monacho & Hulſeto quamdiu vixerit, non autem ovium gregem ſicut ſolebat aſſiduè ſequens, ſed tamen ſuper paſtores ſuum viſum ſibi erit qualiter & quomodo grex ovium tractandus ſit, ſemper decernent. Actum Vindocini* 1081. Charta an. 1239. to. 7. Spicilegii Acher. p. 272. *Concedentes vobis dictæ dominæ Mabiliæ Prioriſſæ dictæ Eccleſiæ, & per vos aliis Prioriſſis — liberam & plenariam poteſtatem recipiendi Moniales tam converſas, quam Clericas, & fratres, & Donatos, & Donatas, tam Laicos quam Clericos qui intrare voluerint Eccleſiam ſupradictam, hoc adhibito moderamine, ut omnes habitantes ibidem poſſint de bonis Eccleſiæ commode ſuſtentari: ita quod omnes qui intrare voluerint, vobis obedientiam promittant, & vivere juxta regulam B. Benedicti, &c.* Pactum initum inter Abbatem S. Theodardi, & Raymundum Comitem Toloſæ an. 1191. in Regeſto Toloſano p. 25. *Item petebat* (Abbas) *omnes juſtitias Monachorum & Clericorum & Donatorum ſuorum, & ſpecialiter familiæ ſuæ, videlicet Donatorum illorum qui in Templo S. Theodardi donant ſe & ſua eidem Monaſterio, & promittunt obedientiam Abbati & ſucceſſoribus ſuis, & victum percipiunt a dicta Eccleſia.* Et infra: *Item conceſſit dominus Comes quod Abbas haberet totam juſtitiam Monachorum, Clericorum, & ſpecialis familiæ & donatorum ſuorum, videlicet illorum Donatorum qui ſunt recepti ut ſupra dictum eſt, & non poſſunt facere teſtamentum ſine aſſenſu Abbatis.* Statuta contra hæreticos, apud Catellum in Comitib. Toloſan. p. 351. *Diſtrictius quoque mandamus quod in nulla Eccleſia Laici recipiantur in Donatos ad præbendam panis & vini, de quorum turpi converſatione ſcandalum generatur.* Sed id ſpectabat Oblatos & Donatos, qui in ipſis Monaſteriis degebant ac deſerviebant: & habitum forma & colore diverſum à Monachorum cæterorum veſte deferebant.

Interdum Monaſteriis ac Eccleſiis ita ſeſe offerebant, donabant, ac mancipabant, ut ipſi ac eorum progenies pro ſervis Eccleſiæ deinceps haberentur, dimiſſa ingenuitate ac libertate. Extat præclara ejuſmodi oblationis Charta in Tabulario Vindocinenſi hiſce verbis concepta: *Cùm ſit omni carnali ingenuitate generoſius extremum quodcumque Dei ſervitium, ſcilicet quod terrena nobilitas multos plerumque vitiorum ſervos facit, ſervitus verò Chriſti nobiles virtutibus reddit, nemo autem ſani capitis virtutibus vitia comparaverit, claret pro certo eum eſſe generoſiorem, qui ſe Dei ſervitio præbuerit promtiorem. Quod ego Raynaldus intelligens, juſtumque eſſe vera ratione perpendens, cùm me ab avis & atavis naturaliter liberum conditio humana protulerit, nullius neceſſitatis penitus occaſione cogente, ſpontanea mea voluntate meipſum, meoſque, ſi quos mihi dederit, ſucceſſionis liberos, in ſervitium trado S. Trinitatis, & fratrum hujus loci, reputans me ab hac die inante, ſicut unum quempiam de ſervis eorum, ad faciendum de me & rebus meis quidquid eis ſalva juſtitia lege placuerit. Et ne quis putet timoris cauſa, vel cupiditatis adquirendi aliquod tranſitorium me iſtud agere, ſciat & credat me id primum ac potiſſimum pro ſalute animæ meæ facere; deinde quod circa eos à puero nutritus omnia penè habeo apud eos, & per eos conquirens, juſtius mihi eſſe videtur, ut ipſi habeant quam alius quiſpiam. In teſtimonium autem hujus meæ deditionis, ut certior ſit, & firmior omni tempore, cartulam iſtam ſcribi rogavi, manuque mea Crucis impreſſione ſignavi, adhibitis teſtibus qui me hoc facere viderunt, & audierunt, quorum iſta ſunt nomina, Odo*

Sartor, Joſcelinus, Garinus, Hervens filius Alcherii, Girardus Hoſpitalis, Odo pater Lamberti, Hugo filius Morini, omne Capitulum. Actum Vindocini in Capitulo S. Trinitatis an. Dom. Incarn. 1079. 6. *Id. Mart. Ind.* 2. Ordericus Vitalis lib. 3. p. 498. *Recepta ſoſpitate, perpetualiter in ſervum ſancto Jodoco tradidit ſe.*

Hujus autem Oblationis is erat ritus, ut in ſervitutis ultro ſuſceptæ ſignum quatuor denarii offerrentur. Tabularium Vindocinenſe ch. 114. *Voluntarie ſe ſe tradidit Martinus quidam juvenis perenni ſervitio dum advixerit, Monaſterio Vindocinenſi S. Trinitatis: cui conventioni coram fratribus in Capitulo factæ, præſentes interfuerunt qui ſubſcripti ſunt teſtes, ſub quorum præſentia Martinus idem ſuperpoſuit altari hanc chartam, oblatis in teſtimonio quatuor denariis, quod eſt ſervilis conditionis.* Idem Tabularium charta 111. *Tradiderunt ergo ſe Domno Abbati Oderico juxta conſuetudinem ſervorum coram ſuprascriptis teſtibus in Capitulo. Poſtea verò firmata teſtibus iſta traditionis ſuæ Charta, traditis quoque ſeipſis altari manu propria præſentem chartam ſuperpoſuerunt altari. Nomina teſtium,* &c. In eodem Tabulario fol. 196. Gofridus de Pruliaco Comes Vindocinenſis, cùm ob quaſdam Eccleſiæ S. Trinitatis Vindocinenſis bonorum invaſiones fuiſſet ſacris interdictus, deinde anathemate ſolutus, *nudis pedibus cum quibuſdam ſuis qui cum eo Capitulum violenter intraverant, proſtravit ſe ante altare Dominicum & Domini Abbatis pedibus: ibique promiſit, coram Deo & Sanctis ejus quod nunquam deinceps perſonæ D. Abbatis vel cujuſlibet Monachi ſui damnum aliquod qualibet occaſione quæreret, & quidquid in rebus Monaſterii prius reclamaverat, ſepoſita omni controverſia quietum dimiſit: quatuor etiam denarios ſuper caput ſuum poſuit, quos idem ſuper altare cum quodam cultello miſit, quatenus non ſolum præſentes, verum etiam homines poſtfuturi, quod firmiter hoc actum fuerit, plenius agnoſcerent.* Qua quidem quatuor denariorum Oblatione, quodammodo Eccleſiæ ſervum ſe ſe profeſſus eſt. Ejuſmodi porro Oblati *ſervi de quatuor nummis* videntur appellati. Extat enim Charta Ranulfi Abbatis S. Mauri ex Tabulario ejuſdem Eccleſiæ, in qua agitur *de quodam Coliberto S. Mauri nomine Simone Fabro, qui diu ventilatus hominem ſe ipſius Sancti recognoſcebat, ſed non ſicut alii qui de quatuor nummis erant.* Et infrà: *Et ille reſpondit ſe eſſe hominem S. Mauri, ſed non ſicut alii qui quatuor nummos reddebant.*

Spectabant autem fortean hi quatuor nummi ſeu denarii cenſum totidem denariorum, qui quotannis penſitari ſolebat ab ejuſmodi ſervis & Oblatis Eccleſiaſticis, ut colligitur ex variis tabulis quæ in Hiſt. Guinenſi habentur p. 57. 58. 59. 681. & alia apud Joannnem Robertum in Hiſt. S. Huberti p. 292. quem quidem ritum neſcio an ſpectaverit Concilium Lateranenſe IV. c. 57. *Ne ſi de quibuſlibet ipſorum fraternitatem aſſumentibus fuerit intellectum, pro duobus aut tribus denariis annuatim ſibi collatis diſſolvatur pariter & vileſcat Eccleſiaſtica diſciplina.*

Alius præterea fuit hanc Eccleſiaſticam ſervitutem ultrò ſubeundi ritus, collo ſcilicet campanæ fune innexo, de quo ſunt ſequentes Chartæ ex Tabulario Vindocinenſi ch. 135. *Noverit omnis cœtus Cœnobii Vindocinenſis, quod Raynaldus Monachorum famulus, cùm eſſet vir ingenuus, recognoſcens quod in eorum familiam à puero altus & nutritus fuerat, & omnia quæ habebat, ſub eorum dominio acquiſiverat, obtulit Deo & S. Trinitati omnia ſua, atque ſemetipſum ad ſervum: eligens magis eſſe ſervus Dei quàm libertus ſæculi; firmiter credens, & ſciens, quòd ſervire Deo, regnare eſt, ſummaque ingenuitas ſit in qua ſervitus comparabatur Chriſti. Quod prius quam fecit in Capitulo, ac deinceps ſtatim in Monaſterio, involvens juxta morem collum ſuum corda ſigni, coram teſtibus ſubſcriptis,* &c. *Factum eſt hoc an.* 1079. 6. *Id. Mart.* Et Charta 440. *Ego Ingelbaldus, cùm quidem naturalem ſecundum ſæculum à progenitoribus haberem libertatem, voluntate propria me in ſervum trado Domino Deo & loco S. Trinitatis, quod moleſtia corporis urgente diſtrictius promiſeram, hoc factus ſoſpes & incolumis libenter exſolvo. Dono etiam mecum ac idem venerabili loco univerſa quæ poſſeſſionis meæ vel ſunt hodie, vel etiam in tota vita mea juſte poterunt, quæ dare legaliter & poſſum & debeo. In cujus facti memoriam etiam quatuor denarios de capitagio meo, ſicut mos ſæcularis eſt talibus facere, ſuper altare dominicum prædicti loci gratanter imponens, funem quoque ſigni collo meo devote circumplicans, chartulam iſtam ſcribi in teſtimonium poſtulavi, manuque mea firmavi, addita etiam inſuper congerie teſtium juxta humanæ opinionis æſtimationem idoneorum, quorum iſta ſunt nomina,* &c. *Actum Vindocini in Capitulo S. Trinitatis an.* 1080. 10. *Kal. Oct.* Addo quæ habet in hanc rem Cæſarius lib. 7. Miracul. c. 39. *Intantum illius* (Deip.) *amore ſucconſus eſt, ut in quadam paupere Eccleſia in ejus honore dedicata, conſcio Sacerdote, fune collo ſuo injecto, ſervum gratiâ ſe illi ſuper altare offerret, ſolvens ſingulis annis cenſum de capite ſuo, qualem ſervi originarii ſolvere conſueverunt.*

Ita etiam quandoque Eccleſiis & Monaſteriis ſeſe offerebant & donabant ſub annuo cenſu, ut libertatem & ingenuitatem non dimitterent, ſed eam diſertis & expreſſis verbis retinerent. Charta Aleidis Ducillæ Burgundiæ an. 1212. in Hiſt. Reomaenſi p. 247. *Præterea dicti Odo, & Regina, & Adelina dederunt ſe prætaxatæ Eccleſiæ ut liberos in perpetuum poſſidendos.* Charta alia an. 1243. in ead. hiſt. p. 270. *Dictus vero Pariſetus ſpontaneus dedit & conceſſit ſe pro homine libero Eccleſiæ noſtræ Reomaenſi, & ipſe & hæredes ſui erunt homines liberi noſtri Conventus pro quinque ſolidis Divionenſibus nobis annuatim in feſto S. Remigii ab eiſdem perſolvendis. Ita quod nos, vel ſucceſſores noſtri ultra quam dictos quinque ſolidos ab ipſis non poterimus per exactionem aliquam reclamare. Imò tenemur ipſos, tamquam liberos homines noſtri Conventus adverſus omnes homines pro poſſe noſtro defendere, manutenere, & bona fide garantire.* Extat inſignis in hanc ſententiam Charta alia, quam ex S. Vitonis Virdunenſis Tabulario deſcripſimus. *Summæ nobilitatis nitet decore, qui opifici ſuo tota ſinceritate & puritate mentis ſtudet inceſſanter deſervire. Quapropter notum eſſe volumus, Ego Dei gratia Abbas Ricardus, omnibus tam præſentibus quàm futuris Eccleſiæ Dei fidelibus, quod quædam religioſæ mulieres, nobilibus & ingenuis ortæ natalibus, Dei timore & amore pariter compunctæ, bona ſcilicet cum filiabus geminis Heredeſendis, & Reſpendis: Conrada quoque & ejus ſoror Ruſpendis ſemetipſas ultro ut liberæ & nobiles S. Petro Virdunenſi Cœnobii, ubi inſignis requieſcit corpore Vito Præſul, ſubdiderunt ad poteſtatem villæ Haſtom dictæ, ſuæ ditioni mancipatæ: ea ſcilicet ratione, ut annuatim die ſolemnitatis S. Remigii ejuſdem villæ villicis 2. den. tam ipſa, quàm univerſa ſoboles ex eis proditura perſolvat, de manu mortua 12. de licentia maritalis copulæ 6. placita generalia in jamdicta villa Haſtum ter in anno ſerviant. Quibus etiam petentibus quia non incongruum erat, hanc chartam fieri juſſimus, ne fortè aliquis potentium, vel infimorum alteram quandoque legem imponere tentet. Hæc Charta facta, & plurimorum hominum præſentia & teſtimonio roborata, ut firma in poſterum maneat & inconvulſa, noſtra & fratrum eſt manu confirmata, & Advocati Hermanni Comitis atteſtatione ſubnixa. S. Richardi Abb.* &c. *Dat. an. Dom. Incarn.* 1025. *Conradi Regis* 1. *Ind.* 8. Ejuſmodi Chartas alias proferunt Willh. Heda in Epiſc. Traject. p. 287. 1. edit. & Miræus in Donat. Belg. lib. 1. c. 18.

De jure Regum noſtrorum ponendi *Oblatos* in Monaſteriis, vide Choppinum lib. 3. de Sacra Polit. tit.

2. n. 12. 13. 14. 15. tit. 5. n. 14. 15.

Oblatarii hoſpites, iidem qui ſe ſe cum univerſa familia, & bonis ſuis Monaſteriis offerebant, & mancipabant. Chronicon Mauriniacenſe lib. 1. p. 360. *Hoſpites Oblatarios pene octoginta ibi congregavit. Dati*, ſeu *Donati hoſpites* etiam dicuntur in Concilio Senonenſi an. 1269. c. 6.

Offerti, eadem notione. Chronicon Farfenſe pag. 657. *In alio precepto conſtituit ut ſi Monachi, vel ſecundùm regulam S. Benedicti Offerti ſanctæ Mariæ, quos Abbas ordinaliter providere debet, fuga lapſi, per Epiſcopia, & cetera Monaſteria, ſive per diverſa loca perrexerunt, ubicumque eos invenerit, tam ipſe quàm & miſſi ſui præſentaliter recipiant abſque alicujus dilatione vel contrarietate.* Charta Caroli M. ibid. p. 658. *Aut homines ejuſdem Monaſterii tam ingenuos, quam ſervos libellarios, aldiones & aldianas, ſeu Clericos, vel cartulatos, aut Offertos ſuper terram ipſius Monaſterii commanentes, diſtringendos*, &c. In alia Lotharii Imp. ibid. p. 668. *Servis, ancillis, libellariis, cartulatis, offertis, apilionibus*, &c. Alia Caroli C. Imp. ibid. *Offertos vero ejuſdem Monaſterii nolumus in ſeculo vagari, ſed ubicumque inventi fuerint, licentiam habeat Abbas — eos ad Monaſteria reverti facere.* Alia Caroli M. in Chr. S. Vincentii de Vulturno p. 679. *Seu etiam excuſatos, ſeu Offertos, qui in præfatis Monaſteriis legitimè jam ſubjecti ſunt, vel qui devotè afferre ſe cum ſuis rebus voluerint, juſte & rationabiliter licentiam habere debeant.* Ejuſmodi *Offertorum* occurrit alibi mentio.

OBLIGARE, *Contradicere, vel contra leges venire, circummittere: Obligatum, injunctum mandatum.* Papias, & Gloſſæ antiquæ MSS.

OBLIGA, *Oblita.* Vide *Oblata.*

OBLIGATI, Servitio alicui obſtricti. Notitia ſub Ludovico II. Imp. in Chronico S. Vincentii de Vulturno p. 690. *Reclamans, quod de ipſa Cella — per pravos & iniquos homines ſubdolè & ingenioſè ſervos & ancillas, vel obligatos, vel alias res ſubtractas eſſe de Monaſterio*, &c.

Obligati, excommunicati; apud Nicolaum I. PP. epiſt. 7. c. 2. 4. *Alligati*, ibidem. Anaſtaſius Biblioth. in præfatione ad VIII. Synodum: *Ignatius verò dum pelleretur, Eccleſiam ligavit ne quiſquam abſque ſe in ea ſacra celebrare tentaret officia.* Id eſt, *ſub interdicto poſuit.*

OBLIGATORES, qui ligamentis magicis ad morborum ſanationes utuntur, in Capit. Caroli M. lib. 1. c. 64. Adde Capitul. 1. ejuſd. Imp. incerti anni c. 40. Apud Apuleium lib. de Herbarum virtutib. cap. 15. n. 3. *Si quis ad mulierem non poterit affectari, obligatus.* Id eſt maleficio & veneficio incantamentoque alligatus, detentus, devinctus & impeditus, quominus *affectetur*; id eſt afficiatur, commoveatur, ſtimuletur, & accendatur ad cupiditates & libidinem veneris. Exemplum hujuſcemodi obligationis præ cæteris profert Guibertus lib. 1. de Vita ſua cap. 12. 17. Vide *Ligatura.*

OBLIGATORIUM, [illegible], in Gloſſ. Gr. Lat.

OBLIGIA. Ælfrici Gloſſ. de partibus corporis: *Obligia*, nicte. Ubi Somnerus: *Acromphalum, ni fallor, intelligit.*

OBLITERE, *Latere.* Papias.

OBLIVIUM. Gloſſ. Gr. Lat. Λήθη, *Oblivium, Obliteratio.* Quæ quidem vox utraque Græca & Latina in memoriam revocat carceris Epiſcopi Pariſienſis nomenclaturam ſat inſolentem, qui vulgari idiomate *Oubliette* dicebatur, quod qui in eum conjicerentur delinquentes Clerici, quaſi *obliti*, in eo diutius detinerentur, apud Froiſſartem 2. vol. c. 84. Guillelmum Epiſcop. Tornacenſem in Hiſt. Vellens aurei, & in Chron. Flandrenſi c. 86. ubi de Henrico *de Maleſtroit*. Eadem perinde ratione caſtrum neſcio quod in Perſide, Λήθην vocitatum memorant ſcriptores, quod, ut ait Procopius lib. 1. de Bello Perſico c. 5. de eo qui illuc eſſet conjectus, mentionem unquam fieri ex lege vetitum eſſet, pœna etiam capitali iis propoſita, qui ipſius nomen protuliſſet. Agunt præterea de hoc caſtro Theophylactus Simocatta lib. 3. c. 5. Leontius in vita S. Joannis Eleemoſynarii, Agathias p. 138. Theophanes p. 220. & Miſcella lib. 17. Simili etiam nomenclatura poſtremos Imperatores Byzantinos carcerem habuiſſe docemur ex Nicephoro Gregora lib. 9. & Pachymere lib. 3. c. 38. qui illud Nicææ fuiſſe innuit; in quem amandari ſolebant proceres qui deliquerant.

OBMALLARE, vide *Mallum.*

OBNOXIATIO, & *Charta obnoxiationis*, in Formulis antiquis, interdum ſpectat bona ipſa, interdum perſonas. Prioris generis extat formula apud Marculfum lib. 2. form. 9. qua pater, qui bonorum quæ uxori ſuæ præmortuæ dederat, uſumfructum a filiis accipit, ea conditione ut villas alias ex ſuis bonis illis *obnoxiet pro ipſo uſu*, ita ut ea vendere aut alienare ei non liceat; ſed in filiorum arbitrio & poteſtate remaneant. Adde formulam 9. ex Baluzianis.

Obnoxiationis ſpecies alia fuit, cùm quis præ inopia, neceſſitate, ac infirmitate, pecuniam aut bona alia in victum accipit, eoque nomine libertatem ſuam commodanti *obnoxiat*, ita ut, velut de quolibet mancipio proprio, ipſi commodanti facere liceat, poteſtatemque habeat debitorem *vendendi, commutandi, & diſciplinam imponendi*, ut eſt in Formulis ſecundum legem Romanam, form. 10. *Placuit mihi ut ſtatum ingenuitatis meæ in veſtrum deberem obnoxiare ſervitium, quod ita & feci. Unde accepi à te pretium, in quod mihi bene complacuit ſol. tantos, ita ut ab hodierna die, quicquid de me ſervo tuo, ſicut & de reliquis mancipiis tuis facere volueris, à die præſente liberam habeas poteſtatem.* In Capitulis verò Theodori Cantuarienſis c. 12. *Homo tredecim annorum ſeipſum poteſt facere ſervum.* Lex Friſionum tit. 11. §. 1. *Si liber homo ſpontanea voluntate, vel fortè neceſſitate coactus, nobili, ſeu libero, ſeu etiam lito in perſonam & ſervitium ſuum ſe ſubdiderit*, &c. Synodus Vermerienſis an. 752. c. 6. *Niſi pro inopia famæ cogente ſe vendiderit*, &c. Edictum Piſtenſe c. 34. *Quidam Comites noſtri nos conſuluerunt de illis francis hominibus, qui cenſum regium de ſuo capite, ſed & de ſuis riſcellis debebant, qui tempore famis, neceſſitate cogente, ſeipſos ad ſervitium vendiderunt*, &c. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 76. *Servi alii natura, alii facti, & alii emptione, alii redemptione, alii ſua vel alterius datione.*

Licuiſſe etiam patri urgente neceſſitate, filium in ſervitutem dare, docent Novella 2. Valentiniani & l. un. de Patribus qui filio diſtraxerunt, l. un. de His qui ſanguinol. & l. 2. de Alimentis quæ inop. parent. Præterea Pœnitentiale Theodori Cantuar. c. 12. *Pater filium neceſſitate coactus poteſtatem habet tradere in ſervitium ſeptem annos: deinde ſine voluntate filii licentiam tradendi non habet.* Adde ejuſdem Capitula c. 18. Exod. c. 21. S. Hieron. in vita S. Paphnutii, Gregor. M. lib. 4. Epiſt. 33. Aimoinum lib. 3. de Miracul. S. Benedicti cap. 10. & quæ obſervant Aimarus Rivallius lib. 2. Hiſt. Juris civilis p. 131. & Jacobus Gotofredus ad d. l. un. de Patrib. qui fil. &c. Hujuſmodi verò ſervorum liberi, in tali ſervitio nati, liberi erant, ex Edicto Piſtenſi c. 34.

Non autem ſeipſos ſemper vendebant, ſed per alios vendi patiebantur, tanquam originarii eſſent ſervi, de quibus hæc ſancit Lex Wiſigoth. lib. 5. tit. 4. §. 10. *Ingenuum qui ſe vendi permiſerit, & pretium cum venditore partitus ſit, ut circumveniret emptorem, in ſervitute permanere debere; poſſe tamen pretio dato redimi, & in priſtinam libertatem aſſeri, vel à ſe, vel à parentibus.* Quo ſpectant quæ habet Gregorius Turon. lib. 3. c. 15. *Veni mecum, & venunda me in domo barbari illius, ſitque tibi lucrum pretium meum.* Anonymus de Miraculis S. Bavonis lib. 2. cap. 5. *Adoleſcens quidam familiæ ſancti Confeſſoris, tempore famis coactus, à quodam ſua ſponte eſt venditus, ut poſſet habere neceſſ*

ſaria villæ. Verùm ne ſtatus ejuſmodi in obnoxiationibus oriretur, ſanxit Lex Longobardorum lib. 3. tit. 9. §. 5. ut *in publico per antiquam conſuetudinem* id ageretur, ſcilicet in Curia, coram Magiſtratibus. In Quoniam Attachiament. cap. 70. quilibet liber homo poteſt relinquere libertatem ſuam, ſi voluerit, in Curia Regis, vel in alia qualibet, quam dum vixerit recipere non valeat. Lege verò Saxonum nullus ſe in ſervum dare poteſt, reclamante hærede: ita Speculum Saxonicum lib. 3. art. 32. §. 4. art. 42. §. 9.

Diverſis porro modis quis ſe ſe in ſervum obnoxiabat. Interdum enim ut pretium ſui acciperet, ut in ſupra allata formula Marculfi. Interdum à mortis periculo liberatus ob crimen aliquod perpetratum, ei à quo *compoſitio* exſoluta fuerat, cùm ipſe ſolvendo non eſſet, ſe ſe in ſervum obnoxiabat. Extat apud Marculfum formula ejuſmodi obnoxiationis lib. 2. form. 28. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 36. *Clericum ſub pretio venundari procurant, ea videlicet ratione, ut aut eſſet qui redimeret, aut certè morti addiceretur obnoxius. Cumque hæc Ætherio Epiſcopo delata fuiſſent, miſericordia motus, datis 20. aureis, ab imminenti exemit interitu.* Leges Aſtulphi Regis Longob. tit. 9. §. 4. *Si pro furto aut alia malicia ad ſerviendum in manus datus fuerit, & probatum fuerit, deſerviat ei inantea.*

Præterea aliquis in ſervum ad vitam ſuam ſe ſe dabat, cùm pecuniam, in quam condemnatus fuerat, pro reſtitutione aliqua, non haberet quam tranſſolveret, cujus obnoxiationis extat formula in Formulis parenſalibus, form. 13. Charta an. 1189. apud Roverium in Reomao p. 224. *Præterea 4. homines Joannem & fratres ejus qui in eadem villa prædicta Eccleſiæ antea liberi fuerant, & pro ſui forefacto in ſervitutem ſe redegerant, Eccleſiæ prænominatæ conceſſit.* Denique ſi quis rem furatus fuerat, donec compoſitionem exſolviſſet, in dominium illius cujus res erat tranſibat, *brachio in collum poſito, & per comam capitis ſui*, ut eſt in iiſdem Formulis parenſalibus cap. 26. Huc etiam referri poteſt quod habet Capitulare Arechis Principis Benevent. cap. 6. *Si liber homo habet uxorem liberam, nihilque proprium poſſidens, talem culpam perpetraverit pro qua damnatus, Quæſtori ſecundum legem in manu pro ſervo tradendus fuerit, ipſa uxor maritum tantum cuſtodiat. Ille verò qui eum in ſervitio acceperit, de marito ejuſdem infra ſeptimanam duos dies, ſicut propriis ſervis, quatenus eam poſſet nutrire. Sin autem minorem culpam perpetraverit, unde mos legis tradendi deeſt, ſub æſtimatione juſtiſſima vir & conjux deſerviat ei cui culpatum eſt, uſque ad præfinitum tempus. Poſt conſtitutionis autem dies liberantur in priſtinam libertatem. Et ſi ipſa uxor tantùm culpata fuerit, eiſdemque modis, ut de viro ſuperius cenſuimus, ſimul de utroque æqualitate ſententia detur. Ita tamen ut ejus qui eos acceperit, diſciplinis & imperio, ſicuti ſervi ſubjaceat. Si verò infra conſtitutum ſupradicti ſervitii tempus alteram alteri homini ingeſſerunt culpam vir aut conjux, in perpetuum ſervi tradantur*, &c. Lege Ladiſlai Regis Hungariæ lib. 1. cap. 11. lib. 3. c. 5. Nobilis qui domum alterius invaſit, aut illius uxorem flagellavit, ſi mulctam decretam ſolvere non poſſit, raſo capite vendi jubetur. Adde quæ in hanc ſententiam habent Lex Bajuvar. tit. 1. c. 11. tit. 2. c. 1. §. 5. Capitulare 1. an. 779. c. 19. Capitul. pro partib. Saxoniæ an. 789. c. 21. Capitul. 2. an. 813. c. 1. Capitul. 1. an. 819. c. 2. Capitul. Ludov. Pii an. 824. c. 2. lib. 4. Capitul. c. 14. Additio 4. c. 137. & quæ notavimus ad Cinnamum p. 485. Vide *Falſare.*

OBOLUS. Gloſſ. Gr. Lat. *Dipondium*, διπλοῦς χαλκοῦς, ἢ ὀβολός. Sed hæc ſpectant veterum obolos, de quibus copioſè actum ab iis qui de re nummaria ſcripſerunt. Apud noſtros fuit etiam

Obolus aureus. Charta communiæ Abbatiſvillæ c. 10. *Unicuique novem libras, & aureum obolum perſolvere tenebitur.* Fori Morlanenſes art. 10. *Si aliquis extraneus præſumptuosè aliquem ceperit, 900. ſolidos & obolum auri dabit Domino.* Pactum inter Abbatem Moiſſiacenſem, & Simonem Comitem Montisfortis an. 1212. ex Regeſto Carcaſſonenſi: *Caſtrum quod eſt in villa de Moiſſiaco, quod fuit Durandi Meroeri, debet tenere Simon Comes de Abbate, & inde ſingulis annis ipſe vel bajulus ſuus debent offerre unum obolum aureum ſuper altare B. Petri in eodem feſto.* Chartæ inſcriptio *Maille d'or*, præfert. In pacto alio inter Petrum Archiepiſcopum Turonenſem & Judæos diœceſis Turonenſis pro quodam Cœmeterio, M. Oct. an. 1255. ex Chartophylacio Regio, ſcrinio *Tours* A. 2. tit. 15. habetur, Judæos præſtare, ex cenſu annuo, Archiepiſcopo Turonenſi 5. obolos aureos, pro 20. ſolidis monetæ currentis computatos. Ita obolus aureus valuit tunc temporis 4. ſolidis. At in alia Charta anni 1270. in Regeſto Andegavenſi fol. 47. Obolus aureus, 5. ſolidis Turonenſium æſtimatur: ſed hîc intelliguntur *parvi Turonenſes.* Alia an. 1292. in Hiſt. Epiſcopor. Cadurcenſ. n. 144. *qui obolus* (aureus de quo ſuprà) *quinque ſolidorum Turonenſium parvorum valorem habeat.* Obolos aureos cuſos in Anglia an. 1344. autor eſt Henricus de Knyghton.

Obolus argenti, in Monaſtico Anglicano tom. 2. pag. 414.

Obolus albus. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis, Kalend. Febr. *Dedit nobis 200. libr. monetæ currentis — videlicet in obolis albis, quolibet 6. den. obol. Pariſ. implicandis in reditus pro anniverſario ſuo. — quo tempore valebant dicti oboli albi quilibet 4. T. tantummodo una cum trecentis libris Tur. dictæ debilis monetæ currentis anno 1327. videlicet obolis albis, quolibet obolo 8. Tur. qui prædictæ emptionis valebant quilibet 4. Tur. tantummodo.*

Obolus, pro minutiore moneta. Hepidanus de vita S. Wiboradæ cap. 14. *Cùm neſciam de tot talentis beniſſeclas vel obolos obſervare.* *Droit d'obole*, quod Regi competit in Tabellionatu Senonenſi, in Conſuet. Senon. art. 246. Vide Conſuetudines Monaſterii Regulæ in Aquitania p. 745. apud Labeum, & in VV. *Moneta Quatrans.*

Obolus, Ponderis apud Medicos ſpecies, de qua ita Matthæus Silvaticus: *Obolus eſt pondus trium Kirat. Kirat ponderat quatuor grana hordei: ergo obolus ponderat 12. grana hordei*, &c.

Obolus aquæ, in l. 2. Cod. Th. de Aquæductu.

Obolata terræ, Terra ſeu ager, reditus unius oboli. Tabularium Lewenſis Prioratus in Anglia p. 21. *In manu Domini poſt mortem I. S. quatuor denariatas & 1. obolatam terræ in tenement Quitteby.* Pag. 48. *Simon Lucas tenet 3. obolatas terræ cum 1. cotagio*, &c. Charta an. 1331. in Tabulario Autiſſiodorenſis Eccleſiæ fol. 434. *Item unam obolatam terræ, ſitam*, &c. Monaſticum Anglic. tom. 1. p. 501. 837. *Simul cum uno obolatu redditus*, &c. Quidam, inquit Spelmannus, aſſerunt *obolum terræ* continere longitudine 10. pedes, latitudine 5. tota ſcilicet ſuperficie 50. Alii *obolatam terræ* exponunt de dimidio perticatu, cùm *denariatam terræ* pro ipſo perticatu accipiunt, qui juxta ſtatut. *de terris menſurandis* 16. pedes & dimidium continet. Vide *Libra terræ.*

OBOLATUS *panis.* Vide *Panis.*

OBRÆ. Vide *Opera.*

OBRYZUM, Vox veteribus ſcriptoribus incognita. Papias ex Iſidoro: *Obryzum aurum dictum, quod obradiet ſplendore. Eſt enim coloris optimi, quod Hebræi obſaz, Græci ciron dicunt. Obryzum dicitur obrude aurum, ſplendor auri, nitidum.* Ita etiam Ugutio. Ælfricus in Gloſſ. Saxon. *Aurum obrizum* ꞃeaꝺ ᵹolꝺ. i. rubrum aurum. Gloſſ. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Meram, puram, obryzam.* Infra: *Obryzum, ſplendor auri.* Malè igitur *Abrigeum*, ut Gloſſ. Iſidori. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062. ὄβρυζον χρυσίον, τὸ καθαρὸν ἑψηθὲν, τὸ καθαρώτατον. Gloſſæ Biblicæ MSS. *Obrizum, aurum purgatum, vel obrude aurum.* Vita S. Hilarii Arelat. *Corpus ſuum diverſis mancipavit ægritudinibus, ut ſuperna moneta*

vertum obrizum ægritudinum calculo exortum theſaurus reconderet æternus. Vide Anaſtaſium in vitis PP. p. 119. 120. 145.

Obridium, nudè in Gloſſ. Arabico-Lat.

Obritium, Vetus charta apud Ughellum to. 5. pag. 1540. *pœna nomine auri obritias* (obritii) *uncia ſex.*

Auribritum corruptè etiam in diplomate Longobardico Paſchalis I. PP. pro Eccleſia Ravennenſi. Fragmentum Petronii p. 57. *reticulum aureum, quem ex ſobruſſa eſſe dicebat.* Legendum fortè *obruſſa*, nam Salmaſius *obrizum aurum* dictum cenſet ab *obruſſa*, quod eſt auri experimentum quod igne ſumitur, ex Græco ὄβρυζα. Apud Suetonium, *aurum ad obruſſam.* Cicero; *Hic adhibenda tanquam obruſſa ratio eſt*, i. probatio. Gloſſæ L. Gr. *obruſſa*, [illegible]. Eſt igitur *aurum obryzum*, probatum, & ad *obruſſam* examinatum. Adde quæ annotantur in libro de Originibus populor. p. 39. 40. & à Jacobo Gotofredo ad l. 1. Cod. Th. de Oblat. votor.

Obryzatus, in Gloſſis MSS. *Diſauri, vel Theſauri.*

OBSCARIONES; *Carcerum cuſtodes*; in Gloſſis ad Legem Longob. lib. 1. tit. 55. §. 19. *Si quis in curte Regis cauſam habuerit, per ſacramentum Obſcarionum, cum aſſertoribus finiatur.* Videntur tamen iidem qui *Scarioues*.

OBSCULTARE, obaudire, obtemperare, & ſecundare. Præfatio Regulæ S. Benedicti: *Obſculta, ô fili, præcepta Magiſtri*, &c. Ita præferunt vett. codd. pro *auſculta*, quam lectionem defendit Smaragdus. Præfatio regulæ Magiſtri: *Qui me obſcultas dicentem.*

OBSECRATIO; *Matricis vulneratio*, in Gloſſis MSS. cod. Regio 1013.

OBSECRILOQUIUM, *Ænigma*; Gl. Iſid.

OBSERVATIO, in Gloſſ. Lat. Gr. [illegible]. Papias: *Obſecratio, preces, gratiarum actiones*; *Obſecrationes*, inquit Rabanus lib. 2. de Inſtit. cleric. cap. 12. *ſunt implorationes, ſeu petitiones pro peccatis, quibus vel pro præſentibus, vel pro præteritis admiſſis ſuis unuſquiſque compunctus veniam deprecatur.* Adde Hugonem à S. Victore in Speculo Eccleſ. lib. 2. cap. 4. *Religio anniverſaria obſecrationis* in l. 7. Cod. Theod. de Indulgentiis criminum pro die Paſchatis. Propriè autem *Obſecratio* dicitur Alcuino lib. de Divin. off. pars Canonis Miſſæ, & Beleto c. 43.

OBSECUNDATORES *ſacrorum ſcriniorum*, in l. 3. Cod. Th. de Proximis, &c. qui in ſcriniis operam navant, *obſecundant*, Scriniarii omnes.

OBSELLA. Jo. Bromptonus p. 1224. *Dum quadam die poſt celebrationem Miſſæ veſtibus ſacerdotalibus ad altare adhuc ſtaret indutus, illi funeſti ſatellites venientes, vehicula & obſellas, & quæcumque ejus vel clericorum ſuorum erant, diripuerunt.* Leg. fortè *ciſtellas*.

OBSEQUIÆ, Exequiæ funebres, Gall. *Obſeques, funerailles*, quod pompas iſtas funebres famulorum & amicorum *obſequia* cohoneſtent. Petrus Chryſol. ſerm. 121. *In obſequium divitis migrat hic tota civitas, cum ſuus effertur.* Lex Bajuvar. tit. 18. c. 2. §. 1. *eo quod funus ad dignas obſequias reddere non valet.* Ita editio Heroldi & aliquot codd. MSS. ubi alii *Exequias* habent. Nicolaus I. PP. in Reſponſis ad conſulta Bulgarorum c. 98. *Non eſt — ſolito cum obſequiis more ad ſepulchra ferendus.* Occurrit in vita S. Ruſticulæ Abbatiſſæ Arelat. cap. 33. In Vitis Abbatum S. Albani p. 3. 4. In Conſtitutionibus Nicoſienſibus c. 25. &c.

Obſequiæ Epiſcopales, Munia Epiſcopalia, in Decreto Taſſilonis Ducis Bavariæ in Prologo.

OBSEQUIUM, Famulorum & amicorum comitatus; pompa. Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062. [illegible], ὀψίκιον. VI. Synodus act. 4. [illegible] ὀψικίῳ. Capitolinus in Pertinace; *Cum de caſtris ad obſequium Principis convenîſſent.* Paulus Warnefrid. lib. 5. de Geſtis Langob. c. 33. *Ibi omnia obſequia Palatina, omnemque regiam dignitatem — præparatam ſe reperit expectare.* Adde lib. 1. cap. 20. Geſta Conſtantini M. *Dum feſtinus vellet à latere Imperatoris tranſire, obſequium ordinare volens, calcavit chlamydem Imperatoris.* Corripus lib. 1.

——— Itur in arcem
Obſequio comitante Patrum. Et lib. 3.
Adfuit obſequio caſtorum turba virorum.

Anaſtaſius in S. Agathone: *Advecati ſunt in proceſſione ad ſanctam Dei Genitricem in Blachernas, in tanta honorificentia, ut etiam de Palatio caballos ſtratos dirigeret cum obſequio pietas Imperialis.* In Hadriano: *Direxit — univerſa obſequia ad eundem Regem.*

Ab ejuſmodi Auguſtali obſequio dictum Thema ſeu legio τὸ Ὀψίκιον, apud Conſtantinopolitanos, quod ex eo potiſſimum confecta eſſet: à qua poſtmodum indita nomenclatura Aſiaticæ cuidam Provinciæ, cujus Metropolis fuit Nicæa; quam deſcribit Conſtantinus Porphyr. lib. 1. de Themat. cap. 4. Hujus etiam mentio eſt apud Zonaram p. 87. 90. Nicephor. CP. in Breviario p. 150. 155. 172. &c. Adde Cantacuzen. lib. 4. cap. 18. Vide Gloſſ. Meurſii.

Obſequiare, Obſequi, famulari: Gall. *ſervir*. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 39. *Cuſtodiebatur autem à Magnatibus Imperatoris; ab ipſis etiam & obſequiabatur.* Ita ὀψικεύειν Græci recentiores dixerunt. Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062. [illegible], ὀψικεύω καὶ [illegible]. Alibi: [illegible] ὀψικεύοντων. Aliud ſign. 930. [illegible], ὀψικεύειν. Gloſſæ Baſilic. [illegible], [illegible], ἤγουν ὀψικεύοντες, &c. Adde Menæa 3. April. in S. Joſepho ſub finem.

Obſequium, Officium Eccleſiaſticum, præſertim pro mortuis: noſtris vulgò *ſervice*. Nicolaus PP. in epiſt. ad Michaëlem Imp. *Ecce quotidie imò verò in præcipuis feſtivitatibus inter Græcam linguam veluti quiddam pretioſum, hanc* (Latinam) *quam barbaram & Scythicam linguam appellatis, miſcentes, quaſi minus decori veſtro facitis, ſi hac etiam bene ac ex toto intellectu, in veſtris obſequiis ac officiis non utamini.* Herbertus de Miraculis lib. 2. cap. 24. *Revelatum eſt quendam de filiis ſuis Claravallenſibus tunc migraſſe: ſtatimque de vehiculo deſcendens, fecit obſequium pro defuncto, commendans animam ejus Deo.* Anſelmus Leod. cap. ult. *Obſequium quo honorare debent quinque Eccleſiæ — matrem Eccleſiam.* Mox: *In quibus feſtis tenentur Eccleſiæ venire cum pleno choro & ſchola ad veſperas, &c.* Vetus charta apud Buzelinum in Gallo-Frandr. lib. 2. cap. 23. *Cum fratribus de Monte Eligii talem habemus ſocietatem; quod annis ſingulis unum plenarium obſequium faciemus pridie Non. Martii, & Miſſam in conventu.* Vide Durandum lib. 5. Ration. cap. 2.

OBSERVARE, Expectare. Proverb. 8. §. 34. *Obſervat ad poſtes oſtii mei.* Collatio Carthag. cognitione 1. *Perendie, ſi præcipis, obſervabimus.* Synodus Romana ſub Bonifacio II. PP. ſeſſ. 1. *Quia non recederem, ſed obſervaturum eſſe in Regia civitate.* Seſſ. 2. *Theodoſius Echinenſis Epiſcopus, — ſicut præterita ſeſſione conſtituiſtis, obſervat.*

Obſervare dicuntur Clerici, Preſbyteri, quoties in Eccleſiis munia conſueta & ſibi impoſita *obſervant*, & exequuntur. Concilium Andegavenſe c. 10. *Quicumque vel de Laïcis vel de Clericis miniſtri fuerint ordinati, & obſervare noluerint; ſi Laïcus, communicare non liceat.* Epaonenſe c. 5. *Ne Preſbyter territorii alieni, ſine conſcientia ſui Epiſcopi, in alterius civitatis territorio præſumat baſilicis atque oratoriis obſervare.* Ita in Concilio Aurel. IV. c. 7.

Obſervantes Clerici, qui in Eccleſiis deſerviunt, in Concilio Aurelian. III. c. 5. Aurel. IV. c. 26.

Obſervare, jejunare. Gloſſæ Iſidori: *Abſtinet, obſervat.*

OBSES, Sponſor, præs, *cautio*: *oſtagius per ſacramentum*, in Epiſtolis Francicis to. 4. Hiſt. Franc. ep. 61. Maximè is, qui ſi ille pro quo ſpoponderat, defeciſſet à pacto, in ejus poteſtatem tranſire tenebatur: unde ejus *hoſpes* eſſe dicebatur, quod in ejus teneretur domo manere, quandiu is qui in pacto defeciſſet, feciſſet ſatis. Charta Fulconis Abbatis Corbeienſis an. 1055. ex Tabulario Corbeienſi: *De qui-*

bus omnibus Comiti & Abbati in hac conventione ſacramento ligato tradidit 7. obſides, ut ſi hæc violaverit aliquando, intimabitur obſidibus monere dominum ſuum, ut ſe juſtificet infra 40. dies: ſi verò neque ſe juſtificaverit, aut ipſi Abbati ſe tradent, aut 30. libras perſolvent obſides, quorum nomina ſunt hæc, &c. — *Quando vero aliquis eorum vita deceſſerit, eandem obſidionem ſubibit cum ſacramento is in cujus locum ſucceſſerit.* Hugo Flaviniac. in Chron. Virdunenſi an. 1197. *Hominium recognovit, & reformavit, & ex toto cellam eandem werpivit: obſides dedit, quorum hæc ſunt nomina*, &c.

Obſidum præſtatio, jus quod dominus habet in ſubditos, cujus vi, vaſſalli ac tenentes pro ejus liberatione, ſi in prælio captus fuerit, ut conventi lytri obſides, in hoſtium poteſtatem tranſire tenebantur. Charta an. 1288. apud Gueſnaium in Annalibus Maſſilienſib. hoc an. n. 14. *Et haberi de Maſſilia illos obſides, qui gratis, & de ſua bona & ſpontanea voluntate ſe obtulerunt ituros in Catalomam ſeu Aragoniam ob liberationem Domini Principis ſupradicti, cùm ipſa civitas Maſſiliæ Vicecomitalis ſit, & eſſe debeat immunis & libera à præſtatione obſidum, prout in inſtrumento dictæ tranſactionis & pacis plenius continetur.*

Obſes, pro *hoſpes*. Capitulare de villis c. 12. *Ut nullus Judex obſidem noſtrum in villa noſtra commendare faciat.* Vide *Oſtagius*, & infra, *Obſidio*.

Obsessus, Dæmone correptus, Energumenus, noſtris, *Obſedé*. Victor III. PP. lib. 2. Dialog. p. 64. de Energumeno: *Ibique obſeſſus vehementer fatigatus obdormivit.* Vide Bedam in Vita S. Cuthberti Epiſc. n. 62. Rodulphum Tortarium in Miraculis S. Benedicti n. 4. Cæſarium Heiſterbach. lib. 3. c. 2. lib. 5. c. 11. 14. &c.

Obsetrix. Gloſſ. MS. Regium cod. 1013. *Obſtetrix, quæ corrupte — Obſetrix nuncupatur.*

Obsidio, *obſidium*, *obſidatus*, datio in obſidem, Gall. *hoſtage*. Gregorius Turon. lib. 2. hiſt. cap. 15. *Obſides adinvicem acceperunt.* — *Multi tunc filii Senatorum in hac obſidione dati ſunt.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 118. *Quod ſi Bruno ſuam partem* (5. ſolidor.) *huic termino non reddiderit, uno quoque anno revertatur in obſidione, & inde non exeat ſine juſſione Prioris ipſius loci*, &c. Occurrit etiam in Charta laudata Fulconis Abb. Corbeienſis.

Obſidium. Epiſtola Balduini Imp. CP. apud Arnoldum Lubecenſem lib. 6. cap. 20. *Imperiale Palatium, Blacherna dictum, nobis ſub Imperatoris & ſuo juramento promittit in obſidium, donec cuncta nobis promiſſa reddantur.*

Obſidiatus, eadem notione apud Eutropium lib. 2. & Ammianum lib. 16. & in Codice Carolino epiſt. 88. *Petentes Ramualdum ejuſdem Arichiſi filium in obſidiatum.* Adde Laurentium Leodienſem in Epiſcopis Virdunenſib. p. 293.

Obsidium, pro *obſidia*, *inſidia*. Wichbild. Magdeburgenſe art. 90. *inſidias, ſeu obſidia, ſtupra, domorum irruptiones*, &c.

Obſidiare, Inſidiari. Gloſſ. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Obſidiaverunt, inſidiati ſunt.* Commodianus inſtruct. 62.

Obſidiando perit, & ideo ſentit iniquum.

Obſidias etiam dixit.

Obsolefacere, Deterere, inquinare. S. Auguſtinus in Pſalm. 29. *Et quia contemnit in ſe quod melius eſt pecoribus, permit in ſe vel deſerit, & quodammodo obſolefacit imaginem Dei.*

Obsoletare, Obſoletum reddere, infuſcare, polluere. Gloſſ. Arabico-Lat. *Obſoleto, obſcuro vel inquino.* Iſidori Gloſſæ, & Papias: *Obſoletatus, inquinatus, pollutus.* Tertullianus in Apologet. c. 5. *Si honorem inquietant divinitatis, ſi majeſtatis veſtigia obſoletant.* Idem in Scorpiaco c. 6. *Qui veſtitum obſoletaſſent nuptialem.* Fortunatus in vita S. Albini Epiſc. Andeg. n. 3. *Radiantem vitam, ſi pigri relatoris impar lingua prædicat, obſoletat.*

Obsonium, *Convivium: nam obſonia, i. panis.* Ita Gloſſæ MSS. ad Alexand. Iatroſoph. Interdum capitur hæc vox pro *procuratione*, ſeu *convivio*, quod vaſſallus domino debet. In Charta ſub Roberto Rege Franciæ an. 1023. exarata ex Tabulario S. Vedaſti Atrebatenſis: *Ab Eccleſia autem Epiſcopali juri nullam conſuetudinem perſolvendam ſtatuimus, vel ſtatui permittimus, niſi ut in Synodo denarii octo pro obſonio in anno perſolvantur.*

Obſonium, Stipendium: Iſid.

Obſoniator, *ſtipendiarius* in Gloſſ. vett. Vide Caſaub. ad Spart. Meurſ. in ὀψώνιον, & Gloſſ. Fabroti ad Cedr.

Obstagium. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 11. §. 3. *Cui argentum vel nummi ſunt ſolvendi, & ſi ad terminum ſolutionis non venerit, vel ſi venerit, pecuniam tamen accipere noluit, per hoc pecuniam ſuam non amiſit, illum vero diem noſcat ſe perdidiſſe. Reus etiam ab obſtagio ſeu equitatura tunc liberatur, ſed minimè à pecuniarum ſolutione.* Id eſt obſidem ſe pro ſuo debito debitori tradere, neque rurſum eum convenire ad debitum perſolvendum tenetur.

Obſtagius, Obſes, in Mamotrecto ad 2. Paralip. c. 24.

Obstare. Vetus interpres Juvenalis ad ſat. 6. v. 152. *Quo jam mercator Iaſon.*] *Illud ſignificat quod Romæ in porticu Trajanarum thermarum tempore Saturnaliorum ſigillaria ſunt. Tunc mercatores caſas de linteis faciunt, quaſi picturam obſtant. Ideo autem dicit, Mercator Jaſon, quoniam antea in porticu Agrippinarum ſigillaria proponebantur: in qua porticu hiſtoria Argonautarum depicta eſt, & caſæ cùm fierent, picturæ obſtabant.* Id eſt picturam occultabant: Gallis, *oſtent la veue de la peinture, ſe mettent au devant de la peinture.* Ita *luminibus obſtare* dixit Ulpianus. Sic etiam

Obſtare, & *Oſtare* viam, eſt viam auferre, vel impedire: obſtare alicui quominus pertranſeat: unde Gall. *oſter*. Capitulatio Caroli M. de Partib. Saxoniæ c. 25. *Ut nulli hominum contradicere viam ad nos veniendo pro juſtitia reclamandi aliquis præſumat. Viam claudere*, in Capitul. 3. an. 813. c. 39. Lex Salica Pithœana tit. 33. *Si quis Baroni viam ſuam obſtaverit, aut eum impinxerit*, &c. Editio Heroldi tit. 34. §. 1. *Si quis Baronem de via ortaverit*, &c. §. 2. *Si vero mulierem ingenuam de viâ ſuâ ortaverit*, &c. Ubi *viam obſtare*, eſt *viam auferre*: qui enim obſtat ne quis pertranſeat, hic viam auferre rectè dicitur. Quod ſi *Ortare* aliud ſonat, uti vult Wendelinus, & *hurten* Flandricum, & *hurter* Gallicum exprimat, erit *ortare*, aliquem de via cum vi aliqua propellere: quomodo etiam Itali ſcriptores *urtare*, pro *detrudere, impellere, vim facere, contraſtare*, uſurpant. Sed videtur *ortare* idem ſonare quod *obſtare*. Tit. 37. apud Heroldum §. 10. *Si quis vero de campo alieno aratrum anteortaverit, aut jactaverit*, &c. quæ apud Pithœum tit. 29. §. 19. ſic redduntur: *Si quis aratrum in campum alienum intrare prohibuerit, vel arantem foras jactaverit*, &c. Ubi *anteortare*, eſt vi propellere. Lex Alemann. tit. 98. §. 2. *Si porcarius ligatus de via oſtatus fuerit, vel battutus fuerit*, &c. In legibus Scaniæ Andreæ Suenonis lib. 4. c. 3. 4. 5. fit mentio *tranſitus ad ſtratam publicam, ad civitatem, ad Eccleſiam, impediti*: & cap. 6. *de pœna publicam viam inutilem facientis.* A voce *Ortare* nata vox

Ort, pro impedimento, in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. c. 28. de Miſſis: *Ut abſque ullum ort eant per miniſteria eorum*, (Comitum) &c. Vide *Anteſtare*.

Habetur pactum nuptiale originale an. 1133. in archivis Nobilium *de la Roche des Aubiers* in Ducatu Andegavenſi, in quo mentio fit *de Monſour Lancelot Hurant Grant Orevoie du Roy d'Angleterre*. Sed an hæc dignitas, de qua non memini legere, huc pertineat, non auſim aſſerere. Vide *Marrire*.

Obstinatia, Pertinacia, pervicacia, Gallis *Obſtination*. Commianus Hibernus de Controverſia Paſchali: *Vos*

enim eſtis capita & oculi populi, qui ſi in errorem per veſtram obſtinatiam inducetur, reddetis ſtricto judici rationem, &c. Helmodus lib. 1. cap. 25. *Tantaque animi obſtinatia libertatem defendere niſi ſunt, ut prius maluerint mori, quam Chriſtianitatis titulum reſumere.* Charta Gastonis Vicecom. Benearnenſis an. 1215. apud Marcam l. 6. c. 19. *Cum propter hoc—eſſem multis excommunicationibus innodatus, & diu in magna obſtinatia perſtitiſſem*, &c.

Obſtinantia. Epiſtola Monachorum S. Remigii Remenſis ad Catinenſes: *Cumque pervaſor iniquus ſolita obſtinantia diutius hoc ageret*, &c.

OBSTROPARE. Acta S. Thyrſi Mart. cap. 4. ex MS. Velſeri: *Quantum arte magica obſtropandos oculos hominum facis*, i. illudendos, fallendos: vel fortè *obſtupandos*, i. claudendos. Nam

OBSTUPARE, eſt Claudere, obturare, Gallis *Eſtouper*, quaſi foramen *ſtupa* obducere. Iter Camerarii Scotici c. 39. §. 7. *Si ſint aliqua communes venella obſtupata & obſtructa.* Monaſticum Anglic. tom. 2. p. 854. *Quod omnes lada quas Monachi de Saltreia fecerunt in illo mariſco obſtupabantur.*

OBTENDERE. Acta Murenſis Monaſterii p. 45. *Semen quod ſeminat, & metit: & fœnum quod ſecat, ſæpe debet obtendere.* Id eſt fortè *diſpergere*, Gall. *eſtendre*.

OBTINERE, Occupare. Frontinus de Limitib. agror. *Femer um à privatis operibus obtineri non oportebit.* Utur alibi, ut & Aggenus.

Obtinere, Vincere, victoriam obtinere: non ſemel occurrit in Hiſtoria Cortuſiorum lib. 5. c. 2. lib. 8. c. 16. & alibi.

OBVENTIO, Commodum, emolumentum. Gloſſ. Gr. Lat. *ἀποτυχία*, *acceſſus*, *oblatio*, *obventio*. Arnulfus Lexovienſis in Epiſt. ad Alexandrum PP. p. 42. *Quod in Regulares perſonas ſicut prabenda, ita & Archidiaconatus, & omnium rerum tam poteſtas, quàm adminiſtratio conferretur, ita nimirum ut omnes obventiones deberent in commune referri*, &c.

OBVIUS, Contrarius. Bulla Cæleſtini III. PP. apud Buzelinum in Gallo-Flandr. p. 365. *Cùm deteſtabile ſit & obvium rationi.*

OBUNCARE, Papiæ, *objugare*. S. Althelmus cap. 17. *Quam refundis ulnarum gremiis procax obuncabas.*

OCCA. Vide *Anca*.

OCCARE. Paſſio S. Victoris Maſſil. MS. ex Cod Vaticano:

Surge, deoſque voca, ſumenſque per occiput occa
De grege quidquid ames, & ſi faciendo reclames.
Infra:
Quæ lex iure docet vitulos ut quilibet occet
Numinibus mutis, &c.

Ubi *occare* eſt ſacrificare, quod qui immolant animalia, ea *occant*, i. ſecent, ſcindant, truncent. Eſt enim proprè *Occare*, *quando ruſtici aratione & ſatione facta dimiſſis bobus grandes glebas cedunt, & ligonibus frangunt*, apud Jo. de Janua: in Gloſſ. Gr. Lat. *βωλοκοπῶ*.

OCCASIO, Tributum aut præſtatio quæ propter *occaſiones* bellorum vel aliarum neceſſitatum à dominis ſubditis imponebatur. Concilium Turonenſe VIII. c. 4. *Propter diverſas occaſiones res pauperum multis in locis attenuata ſunt.* Hincmarus in Concilio Duziacenſi I. part. 5. *Cœpit Clericos & Laicos qui eum elegerant per varias occaſiones affligere*, &c. Rodericus Tolet. in Hiſt. Arabum c. 15. *Fiſcum diverſis occaſionibus augmentavit.* Charta Alarici Regis Goth. ex Tabulario Pennenſi: *Remota omni occaſione Regali & Epiſcopali.* Lex Longob. lib. 3. tit. 1. §. 33. Capit. Caroli M. lib. 4. c. 47. & Capitul. 5. an. 819. c. 4. *De injuſtis occaſionibus & conſuetudinibus noviter inſtitutis, ſicut tributa ſunt & telonea*, &c. Charta Caroli Simplicis in Tabulario Eccleſiæ Auguſtodun. *Nec ullas redditiones, aut illic tas occaſiones requirendas*, &c. Quæ quidem formula occurrit paſſim in Chartis veteribus, in Spicilegio Acheriano to. 8. p. 353. in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 503. to. 2. p. 812. apud Vaſſorium in Annalib. Noviomenſib. p. 681. 682. in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 20. apud Bivarium in Notis ad Pſeudochronicon Maximi p. 570. &c.

Occaſionare, Occaſionibus ſeu præſtationibus gravare. Statutum Eduardi II. an. 21. *Non propter hoc occaſionentur coram Domino Rege & juſticiariis quibuſcumque*, &c. Fleta lib. 1. c. 24. §. 7. *Ita quod ipſi vigilatores non occaſionentur, ſeu in aliquo graventur.* Adde lib. 2. c. 66. §. 18. 19. & Statutum Marlebridgenſe ſub Henrico III. Rege Angl. cap. 11. Monaſticum Angl. to. 2. p. 916. *Foſſa tamen ita claudi faciant, quod averia mea non poſſint tranſire: & ſi tranſierint inde non occaſionabo.* Libertates MSS. villæ *de l'Iſtré* conceſſæ à Theobaldo Comite Campaniæ an. 1230. *Je promes à bone foi que je ne les ſemondrai en oſt ne an chevauchie par aus oquiſoner, mais que par mon beſoin.* Vide *Acheſo*.

OCCILARE. Willelm. Brito lib. 5. Philipp. de quibuſdam ad furcam ſuſpenſis:

Quos in ſe occillare ſinit vix pendulus aer.

OCCITABULUM, *Quoddam pondus habens dragmas 17. ſcrupulos.* Sic Ugutio MS. Vide *Acitabulum*.

OCCLATA, ex *Occiliata*, terra *Occata*, ſeu quivis agri modus. Gloſſ. Gr. Lat. *βωλοκόπος*, *Occilator*. *βωλοκοπῶ*, *Occo*, *occilio*, *paſtinor*, *paſtino*. Charta Lerinenſis an. 1032. in Chronico Lerinenſi part. 1. p. 364. *In vineis, campis, hortis, occlatis, terris cultis & incultis*, &c. *Agglatis*, eadem notione ſcribitur pro *Ogglatis*, in Charta Caroli Craſſi apud Jo. Columbum lib. 2. de Geſtis Epiſcop. Vaſionenſium n. 3. Vide *Olca*, *Paſtinum*.

OCCURRERE, Ire, pergere, vel convenire; noſtris, *ſe rencontrer en quelque lieu*. *Occurrere in tempore*, in l. 1. Cod. de Aquæductu. Capitularia Caroli M. lib. 17. cap. 20. *Placuit ut quotieſcunque Concilium congregandum eſt, Epiſcopi & Presbyteri, qui neque ætate neque ægritudine, aut alia graviore neceſſitate impediuntur, competenter occurrant. Quod ſi occurrere non potuerint, excuſationes ſuas in tractoria ſubſcribant.*

OCCURSUS, Exactio. Charta Ludovici Pii Imp. in Tabul. Foſſatenſi p. 8. v. *Aut ullum cenſum, vel ullum occurſum, aut ullam redhibitionem ab ipſis accipere aut exactare præſumat.* Habetur eadem fermè formula in Charta Pipini Regis Aquitaniæ, & Lotharii Imp. an. 840. apud Chifflet. in Hiſt. Trenorchienſi, & aliis apud Beſlinum in Epiſcopis Pictavenſ. V. cl. Stephan. Baluzium in Append. ad Capit. n. 47. 67. &c.

Occurſus mali, apud Apuleium lib. de Herbar. proprietat. c. 71. 109. phantaſmata, terriculamenta, & occurſabula dæmonum terrorem incutientium. Sextus Platonicus de Medicina animal. l. 1. c. 4. n. 16. *Efficit ut nec caducus fiat, nec phantaſma incurrat.* Vide *Incurſus*.

OCHA, *Ochia*. Vide *Olchia*.

OCISTRIO, *Tabernarius*. Ugutio. Sed legendum *Cociſtrio*.

OCONONISTÆ. Nizo Abb. in vita S. Baſini Archiep. Trevir. n. 2. *Brabantiam, Auſtraſiam — nuncupatam tradunt Geographi: & Oconoiſtæ Auſtraſiæ vocabulum derivatum aſtruunt ab Auſtraſia Principe magnificentiſſimo nepote Caroli Pulchri ex Laudone filio.* Quid hæc vox ſibi velit, fatentur ſe ignorare viri doctiſſimi, & an reponendum *Chroniſtæ* ſubdubitant. Quid ſi *Othoniſtæ*? nam *ὀθόνη* & *ὀθόνιον*, eſt ſindon ex lino, ſeu mappa; in mappis autem fiebant Provinciarum deſcriptiones, unde *Mappamundi*.

OCTACHORUM, ex Gr. *ὀκτάχωρον*, Salmaſio dicitur templum, quod abſidem octo ſinuatam receſſibus: Roſweido, quod octo receſſus, ſeu diverſa loca habet. S. Ambroſius in inſcript. ad Fontem S. Teclæ Mediolani:

Octachorum ſanctos templum ſurrexit in uſus.
Octagonus fons eſt munere dignus eo.
Hoc numero decuit ſacri Baptiſmatis aulam
Surgere, quo populis vera ſalus rediit, &c.

OCTAPULUM. Anaſtaſius in Gregorio IV. PP. *velum de Octapulo unum.* Vide Quadrapolum.

OCTAVA, Æterna requies, dies requiei cæleſtis, qui ideo *Octava* dicitur, quod ſeptem hi noſtri dies mundani ad laborem pertinent; Dominuſque noſter in *octava* die ad æternam reſurrexit requiem. Hepidanus in Annal. an. 778.
Quis dederis partem voluiſti quam dare ſeptem,
Nec non Octavam, ô Deo ſancte, tuam.
Et an. 1017.
Harker in melius mutatur, ut opto, Recluſus,
Dexter in Octava ſit, bone Chriſte, tua.

Octava, Dies octavus à feſto dominico, aut Sancti alicujus, quo tota ſolemnitas clauditur; unde ἀπόλυσιν Græci appellarunt, ut ex Baſilio Seleucienſi lib. 2. de S. Thecla c. 18. obſervatum à viris doctis: qua quidem voce etiam utuntur pro fine cujuſcumque officii Eccleſiaſtici, ut pluribus probat Leo Allatius de Dominicis & Hebdomadib. Græcor. cap. 7. *Solemnitas Octavæ dies*, apud Joannem Monachum in vita S. Odonis Abbatis Cluniac. lib. 2. initio. Alcuinus de divin. offic. *Octava quas hodie colimus, ideo reverenter celebrantur, quia primis diebus concurrunt ſicuti unus dies dominicus ad alterum, qui eodem ritu celebratur.* Adde Amalarium lib. 4. de Eccl. offic. cap. 32. & 36. Rupertum lib. 8. c. 5. Durandum lib. 7. c. 1. n. 42. & Baronium ad Martyrologium. Corippus lib. 4. de Octava Natalitii Chriſti:
Lux octava novo naſcentis lumine Chriſti.
Frodoardus in Leone IV. PP.
Octavam ſtabilit feſti celebrarier alma
Regina ſuperi Regis ſine more parentis.

Octava infantium, Dominica in Octavis Paſchæ. S. Auguſtinus ſerm. de Tempore 160. c. 1. *Hodie Octavæ dicuntur infantium, revelanda ſunt capita eorum, quod eſt indicium libertatis.* Idem ſerm. 11. de Diverſis, qui inſcribitur *De monitis baptizatorum: Vos qui baptizati eſtis, & hodie completis ſacramentum Octavarum veſtrarum, infantes appellamini, quoniam regenerati eſtis, & ad vitam æternam renati eſtis — reddendi eſtis populis, miſcendi eſtis plebi fidelium.*

Octava, in jure Hungarico, eſt Conventus juriſdicundi 40. dierum extra ferias ante SS. Georgii & Michaëlis feſtum 8. diebus. Sambucus & Molnarus.

OCTAVARIUM, Vectigal quod ex rebus venalibus fiſco præſtabatur, de quo eſt lex 7. & 8. Cod. de Vectigal. & l. 7. Cod. de Locato. Anonymus de Miraculis SS. Cyri & Joann. ὁ δὲ τοῦ τῆς ὀκταβίας ἄρχων, τέλος τοῦτο, καθ' ὀγδοάδα καθίσταται, ἄδικος δὲ συναγόμενον, τελῶνης δὲ ... ὃ οἱ ἐκεῖ Ῥωμαῖοι λέγουσιν. Vide Sueton. in Caligula cap. 40.

OCTIMBER, pro *October*, apud Flodoardum lib. 3. cap. 3.

OCTODIUM. Will. Heda in Epiſcopis Traject. p. 274. 1. edit. *Nota autem, quòd iſta tria caſtra quæ data ſunt Comitiſſæ ab Imperatore pro morte Comitis mariti ejus, & tribus induciis quas fecerat Imperatori, ſita ſunt in Lucenſi Epiſcopatu, quorum unum vocatur Decendium, propter decem dierum inducias; alterum autem dicitur Octodium, propter octo dierum inducias quas Rex tribuit Comitiſſæ, &c.*

OCTOPHORUM. Vetus interpres Juvenalis ſat. 1. *Lecticarum uſum primi dicuntur inveniſſe Bithyni. Cicero: Nam una haud mos eſt Bithyniæ Regibus vehi lectica, id eſt octophoro.*

OCTOGILD, dictum, ut *novigildum*, de qua voce ſupra, id eſt mulcta irrogata reo, qua is rei furatæ vel alia quavis ratione ſublatæ capitale octies reſtituere tenetur, in Capitulis ad Legem Alamannor. editis à V. cl. Steph. Baluzio c. 43. In lege Longob. lib. 1. tit. 18. §. 1. tit. 19. §. 6. 13. tit. 23. §. 7. tit. 25. §. 12. tit. 34. §. 1. tit. 36. §. 3. tit. 25. §. 44. &c. lib. 2. tit. 21. §. 25.

OCULARE, Oculos indere, aperire, videre. Gloſſ. Arabico-Lat. *Oculo, video, proſpicio.* Cyprianus de Idolor. vanitate: *Ut homines ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis ocularent.* S. Pacianus in Parænesi ad Pœnitentiam: *Excæcatos hirundo pullos novit oculare de ſua chelidonia.* Vide Tertullian. de Pœnit.

OCULARE, pellis quæ oculis ſubeſt. Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 8. *Qui cùm laberetur inter tenentium manus, antequam decideret, ab altero ſub ocularibus per medium naſi ex tranſverſo percuſſus occubuit.*

OCULARIUM, Rima galeæ per quam quis videt, Gall. *œillere*. Rigordus an. 1215. *Occiditur — cultello recepto in capite per ocularium galeæ.* Wil. Brito lib. 11. Philippid. p. 235.
— feneſtras
Per galeæ medias, quibus eſt ocularia nomen,
Per quas admittit ocularis pupula lumen.
Idem ſupra:
Scrutatur thorace vias, galeaque feneſtris
Qua ferro queat immiſſo terebrare cerebrum.
Matth. Paris an. 1217. *Irruit quidam de Regalibus, & per ocularium galeæ caput ejus perforando, cerebrum effudit.* Ammianus lib. 25. initio: *Erant autem omnes catervæ ferratæ, ita per ſingula membra denſis laminis tectæ, ut juncturæ rigentes compagibus artuum convenirent: humanorumque vultuum ſimulachra ita capitibus diligenter aptata, ut in bratteatis corporibus ſolidis ibi tantum incidentia tela poſſint hærere, qua per cavernas minutas, & orbibus oculorum affixas parcius viſitur, vel per ſupremitates narium anguſti ſpiritus emittuntur.*

OCULATIM, de viſu, propriis oculis. Coſmas Pragenſis part. 2. Chr. Aulæ Regiæ cap. 1. *Regina ut tanta mala oculatim cerneret, &c.*

OCULATUS. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 19. Kal. Jan. *Præterea dedit idem Epiſcopus capam rubeam brodatam, & capam viridem, & capam albam oculatam, & unam albam ſericam, & aliam ad imagines, cum ſtola & manipulo ad imagines, & infulam, & dalmaticam, & tunicam, albas, & ſuccinctorium ſericum,* i. in qua delineatæ ſunt figuræ inſtar oculorum. Sic *veſtes purpura oculare* dixit Tertullianus lib. de Pudicitia, quod idem eſt ac *purpura clavare*. Vide Salmaſium ad Vopiſcum p. 512.

OCULUS *araneæ*; Tela araneæ rotunda. Occurrit in Antidotario.

ODARIUM, ᾠδάριον, Cantilena. *Odaria ſaltare*, in Fragmento Petronii.

ODEWINI. Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 10. *Tranſitus terræ ejus difficillimus & incognitus eſt; quia flantibus ventis ſtrata ſabulo ita infundit, ut vix à quoquam ſciatur, niſi ab Odewinis, qui ſæpius illuc tranſeunt.* Ubi Editor vocem corruptam putat ex ὁδηγοί. Sed legendum *Bedewinis*, populis ſcilicet ita appellatis, de quibus multa ad Joinvillam adnotavimus.

ODIUM *vetus*, Crimen quod quis ſciens, & ex inveterato odio contra aliquem peragit. Charta Communiæ Sueſſionenſis an. 1181. art. 2. *Omnia forisfacta, exceptis infractione urbis, & veteri odio, quinque ſolidis emendabuntur.* Charta Communiæ Hamenſis: *Nullus aliquem de Communia propter vetus odium extra villam ſequatur, nec ante eum exeat, ut illi inſidietur, aut quidquam mali faciat: quod qui fecerit, illico capietur de illo & de ejus pecunia ſine aliquo judicio. Viès haine,* in eadem Charta Gallica. Charta Communiæ Royenſis: *Si qua vilis aut inhoneſta perſona aliquem probum virum aut mulierem turpibus conviciis inhoneſtaverit, liceat alicui probo viro de pace ſi ſupervenerit illum objurgare, & uno aut duobus colaphis eum ſine forisfacto ab importunitate ſua compeſcere. Sed ſi pro veteri odio*

cum

eum percuſſiſſe terminatus fuerit, ſi percuſſus inde clamorem fecerit, percuſſor ſuper ſanctas Reliquias jurabit, quod non pro veteri odio eum percuſſerit, ſed tantum pro eo ab importunitate ſua compeſcendo. Adde Chartam Communiæ Valliaci an. 1187. to. 13. Spicilegii Acheriani p. 323.

ODIVUM, Ὠδεῖον, in vett. Gloſſ. ut *divum*, pro *dium*; *Muſium*, pro *Muſivum*.

ODONARIUM. Edgarus Rex Angl. in Legibus Monaſterii Hydenſis cap. 5. de Adamo & Eva: *Uterque tandem præfatis privati Odonariis, paradiſi eliminati metis, in præſentis vitæ crimina miſerrimis dejiciuntur.* Ubi fortè legendum *donariis*, donis, muneribus. Quid verò ſignificet ὀδονάριον, apud Græcos recentiores, vide in Gloſſis Baſilicon.

ODORANTIA, *Odor*, Ugutioni.

OECONOMUS. Olim, & inprimis Chriſtianiſmi incunabulis, Eccleſia nullos alios habebat reditus præter oblationes fidelium: at creſcente poſtmodum ejuſdem religione, locupletata etiam legitur latifundiis, & agris, quod quarto potiſſimum invaluit ſæculo, quod pluribus docent Nic. *le Maiſtre*, de Eccl. poſſeſſ. & Petrus Marca lib. 8. de Concord. Sacerd. & Imp. c. 18. At quod eorum cura Epiſcopos, Presbyteros, & Clericos, à divinorum Officiorum executione quodammodo avocaret, unde & S. Auguſtinus, ut autor eſt Poſſidius in illius vita, cap. 22. plebem eorum curam in ſe recipere enixius rogaverat, ea propter ſtatutum eſt à Concilio Calchedonenſi can. 26. & Nicæno II. can. 11. ut in unaquaque Eccleſia Cathedrali *Oeconomus* inſtitueretur, è Clero Eccleſiæ illius eligendus: quod deinde legibus Imperatorum variis definitum legitur, ut Epiſcopi nempe miniſtros hujuſmodi conſtituant. Sed & idem aliis in Conciliis & à Summis Pontificibus & Patriarchis præterea ſtatutum legimus, in Concilio Hiſpal. II. c. 9. Toletano IV. c. 47. à Theophilo Alexandrino Patr. in Commonitorio cap. 7. à Gregorio M. lib. 2. ep. 22. lib. 9. ep. 66. &c. Hi porro *Oeconomi* dicuntur, *qui Eccleſiaſticas conſueverunt tractare rationes*, de quibus copioſè egit Jac. Gotofred. ad tit. Cod. Th. de Bonis Clericorum.

Nec tantùm Eccleſiarum bona ſuperſtite Epiſcopo adminiſtrabat Oeconomus, ſed etiam illo excedente è vivis, eorum gerebat curam, de iis Epiſcopo ſucceſſuro rationem redditurus. Id enim præcipitur in Concil. Calchedonenſi can. 25. & in Concil. Valentino can. 2. Synodus Spalenſis II c. 9. & Toletan. IV. c. 47. *Eos quos Oeconomos Græci vocant, hoc eſt qui vice Epiſcoporum res Eccleſiaſticas tractant.* Hincmarus Remenſis ad Clerum Laudun. *Oeconomus, id eſt Eccleſiæ facultatum diſpenſator.* Id autem muneris olim fuit Archidiaconorum, uti ſuo loco docuimus, res ſcilicet Eccleſiæ diſpenſare. Poſtmodum qui *Oeconomi* Græcis, Latinis *Vicedomini* dicti ſunt. Sed hæc infra.

Oeconomos ſuos habuere etiam Monaſteria, ut ex B. Dorotheo Doctr. 11. Columbano in Pœnitentiali, & ex Concordia Regular. p. 1097. colligitur.

Oeconomus, Defenſor, Advocatus. Math. Paris an. 1245. de Imperatore: *Summus ſecularium œconomus & protector Eccleſiæ, hoſtis factus familiaris, Eccleſiæ Chriſti efficax & validus factus eſt inimicus.* Eodem anno: *Rex Francorum Eccleſiæ S. Dionyſii ſpecialis Oeconomus & Patronus.* Idem: *Archiepiſcopus — in Regno Angliæ vices ſummi agebat Oeconomi.*

OECONOMICÆ *Epiſtolæ*. Vita S. Sabæ: Γράμματα οἰκονομικὰ ἢ οἰκονομικῶς πρὸς Βασιλέα χρησάμενος. Infra: ... Vetus VII. Synodi Interpres Act. 1. vertit *diſpenſatoriam Epiſtolam*.

OECUMENICUS. Oecumenici, ſeu univerſalis epitheton ſibi adſcripſiſſe Patriarchas Conſtantinopolitanos palam eſt. Sed an id obtinuerit ſub Chryſoſtomo, cui id tribuitur in Actis Synodi Conſtantinopolitanæ ſub Hormiſda, jure in dubium vocat Baronius an. 518. n. 14. qui à Græculis recentioribus in hoc falſata exiſtimat, cùm ea, inquit, neutiquam recepiſſet Eccleſia Romana: præterea ex Pelagio PP. epiſt. 1. conſtet Joannem Conſtantinopolitanum hujuſmodi titulum ſibi tum primùm arrogaſſe, quo eum nomine pluribus redarguit, ut & Gregorius M. Pelagii ſucceſſor lib. 4. epiſt. 38. Vide Glabrum Rodulphum lib. 4. Hiſt. cap. 1. Hugonem Flaviniac. p. 174. & Franciſcum Turrianum lib. 3. pro epiſt. Pontific. cap. 1.

OFELLA, pro *Offella*, vel *Offula*. Gloſſ. G. L. ὀφέλλιον, *Ofella*, Kempo Theſſalienſis:

Ferculum ſplendens, & Ofella dulcis
Grata fuerunt Domini.

Mox:

Dicito tandem mea quo locorum
Permanes, fallax quæ & ofella nobis
Detinet.

Ælfricus in Gloſſ. *Offella, vel particula*, ſpicæſ ſnæd. i. fruſtrum porci, offula porcina. Offulam dixit Capitolinus in Pertinace. Jo. de Janua: *Sic velle videtur Ugutio, quod offella debeat ſcribi per geminum ff. licet unum aliqui ſubtrahant cauſa metri.*

OFFARIUS, *Coquus*. *Offatim*, *particulatim*, apud Jo. de Janua. Gloſſæ MSS. apud Voſſium: *Offatim*, μιγματωδῶς Ælfricus: *Offatim, vel particulatim*, ſpicke pe.

OFFENDIX, *quod reſtringitur, & remittitur, vel quo liber ligatur.* Jo. de Janua.

OFFENSACULUM, *Scandalum, vel ira, vel impedimentum.* Jo. de Janua.

OFFERENCIUM, Oblatio, offerenda, pars Miſſæ, vel potiùs prædium ad oblationum reditus. Tabularium Briviatenſe ch. 245. *Apſum 1. quem Rigaldus viſus eſt excolere, & vineam 1. quæ remaneat in offerencio in opus S. Juliani.* Et ch. 259. *In tali ratione quod omni tempore firma permaneat in Eccleſiam S. Juliani in offerencio ad Miſſas cantare, ſine ullo contradicente.*

Offerentia, Oblatio, ſeu proventus oblationum. Charta Willelmi Comitis Pictavenſis apud Beſlium p. 425. *Per vim invaſerat, ſcilicet medietatem offerentiæ, & decimas de ſua terra propria;* &c. Tabularium Monaſterii Conchenſis in Ruthenis: *Dono Eccleſiam de Baint cum ſepultura & decima, & offerentiam S. Salvatoris, & ſanctæ Fidis*, &c.

OFFERENDA, uti definitur à Balbo, Ugutione, & Jo. de Janua, eſt *Antiphona, quæ cantatur, quum Oblatio debet celebrari.* Rupertus lib. 2. de Divin. offic. c. 1. *Offerenda cantus eſt Eccleſiæ, nomen hoc habens ab offerendo tractum, eo quod tunc cantatur, quando omnipotenti Creatori noſtro incorruptum laudis offerimus, vel præparamus ſacrificium.* Alcuinus lib. de Divin. Offic. & ex eo Remigius Autiſſiodor. lib. de Celebr. Miſſæ: & Hugo à S. Victore lib. 2. Theolog. erudit. cap. 22. *Sequitur Offerenda, quæ inde nomen accepit, quod tunc populus ſua munera offerrat. Dicto Symbolo cantatur Offertorium, ſive Offerenda, ut aliqui dicunt.* Ekkeardus Junior de caſib. S. Galli cap. 5. *Quos quidem tropos Karolo ad Offerendam, quam ipſe Rex fecerat, obtulit canendos.* Adde Udalricum lib. 1. Conſuetud. Cluniacenſium cap. 6. Statuta Petri Cluniac. c. 65. Anonymum in Miraculis S. Berlendis n. 11. Uſus antiquos Ciſtercienſes c. 24. 59. 84. &c. Vide *Offertorium*.

Offerenda, Oblatio quævis Gallis: *Offrande*. Occurrit in Charta pro Eccleſia S. Andreæ Viennenſis in Probat. Hiſtoriæ Sabaudicæ p. 7. & in alia apud Perardum p. 29. Tabularium Longi-pontis in diœceſi Pariſ. *Feodumque Hugonis Baſſatt apud Brettigny, & omnem decimam, ſepulturam, atque offerendam totius terræ quam habebat apud Bonduflum.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu ch. 213. *Medietas offerendarum debitalium eſt noſtra, quam comparaverunt filii Odonis*, &c.

OFFERRE, Sacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebrare. Ita uſurpat S. Cyprianus epiſt. 12. 63. & 77. qui in-

terdum *Sacrificium offerre* dixit lib. de Lapſis, epiſt. 54. 68. *Sacrificium celebrare*, epiſt. 66. & 77. Vide S. Auguſtinum epiſt. 118. cap. 3. & 4. Concilium Arelatenſe I. c. 15. Martinum Bracarenſem c. 56. &c. Eodem ſenſu Græci προσφέρειν dixerunt. Vide Concilium Ancyranum c. 2.

Offerre ſuſceptione, dicitur Epiſcopus aut Sacerdos, qui in aliena parochia eſt : non enim ei licet Miſſam celebrare : ſed divinam Euchariſtiam à proprio Sacerdote *ſuſcipere* debet, ſeu cum cæteris fidelibus communicare. Populus enim cum Sacerdote ſacra faciente offert, ſed *ſuſceptione*, non autem ſumptione Euchariſtiæ. Canones S. Patricii cap. 30. *Epiſcopus quiſlibet qui de ſua in alteram progreditur parochiam, nec ordinare præſumat, niſi permiſſionem acceperit ab eo qui in ſuo principatu eſt : die dominica offerat tantum ſuſceptione, & obſequi hic contentus ſit.*

Offerre dicebantur præterea Chriſtiani Laïci, qui panem & vinum in Eccleſiam deferebant, & ibidem offerebant. Quippe Sacerdos ex pane particulam, ex vino ſorbitionem deſumebat, quibus ſacrificabat : unde oblatio illa fidelium *Sacrificium* dicitur Cypriano in libro de Opere & eleemoſyna: *Locuples & dives es, & Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non reſpicis, quæ in dominicum ſine ſacrificio venis, quæ in partem de ſacrificio, quod pauper obtulit ſumis.* Auguſtinus ſermone 215. de Tempore. *Oblationes quæ in altario conſecrentur offert. Erubeſcere debet homo idoneus, ſi de aliena oblatione communicaverit.* Hanc autem oblationem Græci canones προσφορὰς vocant, cujus ſoli fideles jus habebant, qui neque abſtenti, neque pœnitentes erant, ſed integram dignitatem habebant, ut eſt in Concilio Nicæno I. can. 11. Ancyrano can. 16. &c. Vide in voce *Communio*. Atque hac notione *Oblatio* ſumitur in Ilerdenſi c. 9. Vaſenſi I. c. 2. Arelat. II. c. 12. Eliberit. c. 28. &c. Fabianus PP. *Decernimus ut in omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus viris & mulieribus fiat tam panis quàm vini, ut per has immolationes à peccatorum ſuorum fascibus liberentur.* In Capitulis Caroli M. lib. 5. c. 219. jubentur omnes *per dies Dominicos oblationem Deo offerre*, ipſaque oblatio *foris ſepta altaris* recipi. Adde lib. 6. c. 167. 192.

Quo pacto autem reciperentur Oblationes à Sacerdote Liturgiam ſacram celebrante, & in qua Liturgiæ parte, ſcitè deſcribit Ordo Romanus, his verbis: *Expleto Symbolo, ſalutat Epiſcopus populum, dicens, Dominus vobiſcum. Poſtea dicit, Oremus, tunc cantatur Offertorium cum Verſibus. Tunc venit Subdiaconus, ferens in brachio dextro patenam, & in ſiniſtro calicem, in quo recipiuntur amulæ populorum, & ſuper corporale, id eſt ſindonem, quod accipiens Diaconus ponit ſuper altare à dextris, projecto capite altero ad Diaconum ut expandant. Deinde tranſit Sacerdos ad ſuſcipiendas oblationes. Interim cantant Cantores Offertorium cum Verſibus, & populus dat oblationes ſuas, id eſt, Panem & Vinum, & offerunt cum fanonibus candidis, primo maſculi, deinde feminæ: noviſſimè verò Sacerdotes & Diacones offerunt, ſed ſolum panem, & hoc ante altare. Subdiaconus verò cum calice vacuo ſequitur Archidiaconum: & Pontifice oblationes populorum ſuſcipiente, Archidiaconus ſuſcipit poſt eum amulas, & refundit in calicem majorem, tenente eum Subdiacono, quem ſequitur cum ſcypho ſuper planetam Acolytus, in quem calix impletus refunditur. Oblationes autem à Pontifice ſuſcipit Subdiaconus, & ponit in ſindonem, quæ eum ſequitur, quam tenent duo Acolyti.* Adde Honorium Auguſtodun. lib. 1. c. 43. & Amalarium in Eclogis.

De Oblationibus verò Principum, ſic idem Ordo Romanus alio loco : *Oblationes verò Principum Subdiaconus regionarius à Pontifice ſuſcipit, ac ſequenti Subdiacono porrigit, & ipſe in ſindonem, quam tenent duo Acolyti, eas ponit.*

Denique aquam tantùm offerebant Cantores. Amalarius lib. 1. de Eccl. Offic. c. 19. *Cantores qui ſunt de genere Levitarum, propter inſtantem neceſſitatem cantandi, non habent licentiam huc illucque diſcurrendi, ut ſinguli offerant cum cæteris. Statutum eſt eis, ut penitus non ſint exterres à Sacrificio, cuſtodire aquam, & hanc unam offerre pro cæteris,* &c. Ibidem : *Oblationes quæ veniunt in altare, Panes propoſitionis appellantur. De ipſis oblationibus tantùm debet in altari poni, quantum populo poſſit ſufficere, ne aliquid putridum in Sacrario remaneat.*

Feminæ etiam offerebant, ſed non ad altare : at in locis ſuis manebant, & ibi Sacerdos earum oblationes accipiebat, ut habet Theodulfus in Capitulis c. 6. Ex quibus fortè intelligenda Capitula Theodori Cantuar. c. 28. in quibus dicitur, *mulieres poſſe oblationes facere ſecundùm Græcos, non ſecundùm Romanos.* Id eſt ſecundùm Latinos non licuiſſe mulieribus ad altare offerre. De feminarum oblationibus agunt Fabianus PP. Concilium Matiſconenſe I. can. 4. Joan. Diaconus in vita S. Gregorii PP. cap. 41. Gregorius Turon. de Gloria Confeſſ. cap. 65. Ordo Romanus, &c.

Offerebant & Monachi, ut docent S. Columban. in Pœnitentiali, & Udalr. lib. 1. Conſuet. Clun. c. 7.

Offerre aurum, thus, & mirrham ad altare die Epiphaniæ ſacro ſolviſſe Reges noſtros ſcribit Continuator vernaculus Guill. Nangii an. 1378. *Si fut l'offrande du Roy telle qu'il enſuit : Trois Chevaliers ſes Chambellans tenoient hautement trois couppes dorées & eſmaillées : en l'une eſtoit l'or, en l'autre l'encens, & en l'autre du mirrhe, & allerent tous trois par l'ordre comme l'offrande devoit eſtre baillée devant le Roy, & le Roy aprés, leſquels s'agenouillerent, & il s'agenouilla devant l'Archeveſque. Et la premiere offrande qui de l'or fut, bailla celui qui la portoit, & baiſa la main : La ſeconde qui eſtoit de l'encens, bailla le ſecond Chevalier qui la tenoit au premier, & il la bailla au Roy, & il l'offrit, en baiſant la main de l'Archeveſque : Et la troiſieſme, qui eſt de mirrhe, bailla le troiſieſme Chevalier qui la tenoit au ſecond, & le ſecond au premier, & le premier la bailla au Roy, lequel en baiſant la main dudit Archeveſque tiercement offrit : ainſi parfit ſon offrande devotement & honorablement.*

Offerri nomina fidelium dicuntur apud veteres, cùm eorum memoria & nomen è ſacris Diptychis recitabantur in Miſſæ ſacrificio. S. Cyprianus epiſt. 10. *Ad Communionem recipiuntur, & offertur nomen eorum.* Epiſt. 11. *Et poſſunt nobis vicenis & tricenis offerri.* Idem epiſt. 66. *Neque enim apud altare Dei meretur nominari in Sacerdotum prece, qui ab altari Sacerdotes & miniſtros voluit avocare.* Adde Innocentium I. epiſt. 29. ad Decentium. Vide *Diptychum*.

Offerre ad Baptiſmum dicuntur *Patrini*, ſeu *geſtantes*, aut *ſuſceptores*, apud S. Auguſt. ep. 23. & Homil. 50. c. 2.

Offerre, Indicare. *Theſaurum offerre*, dicitur qui invenit, & ultro fiſco indicat, in l. 1. Cod. Th. de Theſaur. & apud Senator. lib. 6. var. cap. 8.

Offerre proximis ſuis *burgagia vel libera tenementa ſua* tenentur, qui ea *propter ſui paupertatem vendere vel invadiare, aut ad feudifirmam dimittere* volunt : nec extranei ea emere aut ad feudifirmam accipere poſſunt, ſi proximi adſint, qui ea emere aut ad feudifirmam accipere velint, ex legibus Burgorum Scoticor. cap. 115. quo ſpectant quæ habent Uſitica Ambianenſis civitatis MSS. *S'il avient coſe cum hom ou une feme ſunt enſanble par mariage, & il vendent un hyretage que ils ont, & il aient enfans qui ſoient en leur baillie, ſans che kil ſe ſoient parti deus, il n'iont nule offre, car on offre mie hyretage d'aqueſte à nullui ſ'on ne veut, ains le convient offrir au plus prochain aprés les enfans devant dis, & à ceſt enffans devant dis le convarroit otroier ſ'on voloit que le vente fuſt eſtables, & ſ'il avenoit c'aucuns qui fuſt ſeurés du pere ou de la mere par mariage, ou par autre maniere, chil avoit l'offre, & ſi manoit avenc lui, & euſt de ſon catel à par lui, auſſi aroit-il l'offre,*

&c. Vetus Conſuetudo localis ejuſdem urbis MS. *S'aucuns puet baillier ſon yretage a cens, & n'y a point d'offre, ſe il n'i a entree d'argent, mais ſil i a entree d'argent combien que che ſoit il i a offre.* Alibi: *Nus n'offre ſen acat qui ne vent, & qui an & jour le tenroit, puis qu'il aroit acate, nus n'aroit l'acat par le bourſe tant fuſt proiſme. Item s'aucuns vent offrir le vente de ſen yretage, il le convient offrir au plus proiſme, & convient que cil qui l'yretage vent, ſoit hom ſoit feme, & de quel coſte il eſt ſoit preſens. ſe cheſt feme, & ele a baron il convient qu'il ſoit preſens avenc ſa feme come avouez de ſa feme; & ſe c'eſt femme ſans baron qui ſoit aagiee, il ne convient qu'elle ait nullui d'avoué part, & ſe elle eſt deſaagiee, il fau qu'ele ait ſon cureur, avoec li, — & convient que li acateres ſoit preſens, & convient qu'il i ait Majeur ou un Eſquevin en lieu du Majeur & 2. Eſquevins au mains: & convient que li venderres ou le vendereſſe offre à ſen proiſme la vente qui eſt faite de ſen yretage, & nomera le vendeur, & dira toutes les conditions de le vente, & ſe li proiſmes veut il ara ſairement du vendeur, — & ſe luec ne le veut prendre, il puet demander quinzaine de li conſeiller & au kief de le quinzaine s'il veut il ara les ſairemens & retenra ſa vente par le bourſe, & donra le prochainnité de le bourſe a cui il li plaira, — & emprendra argent s'il veut, ne ja ſes proiſmes le prochainnité n'ara, ains demorra à chelui à cui ele ſera donnée proiés ſoit eſtranges, ne nus qui ſoit parens au vendeur puis qu'il eſt offert au plus proiſme puis ne l'ara, &c.* Huc etiam pertinent quæ habentur in Legibus Henrici I. Regis Angliæ c. 88. *Nulli liceat foriſmittere hæreditatem ſuam de parentela ſua, datione vel venditione, ſicut diximus, maximè ſi contradicant, & pecuniam ſuam velit in ea mittere.* Burchardus Wormacienſis in Lege Familiæ: *Lex erit familiæ: ſi quis prædium vel mancipia in hæreditatem receperit, & in paupertatem inciderit, & ex hac neceſſitate vendere voluerit, prius proximis hæredibus ſuis cum teſtimonio proponat ad emendum. Si autem emere noluerint, vendant ſocio ſuo cui voluerit.* Adde Conſuetud. Montis in Hannonia cap. 49.

OFFERSOR, Offertor, qui offert, in veteri charta apud Ughellum to. 7. p. 1443.

Offerſire, pro *offerre*, in Charta Sikelgaitæ uxoris Roberti Guiſcardi apud Ughellum to. 7. p. 396.

Offerſio, Oblatio, paſſim in Chartis Longobardicis. Vide Chron. Farfenſe p. 667. Ughellum to. 2. p. 123. &c.

Offerti. Vide *Oblati.*

OFFERTORIUM, Papiæ, *Oblatio quæ altari offertur & ſacrificatur à Pontificibus.* Seu, ut eſt apud Joannem de Janua, *locus ubi reponuntur, vel ubi fiunt oblationes.*

Offertorium, inter Miniſteria ſacra repônitur: ſed quid revera ſit, non omnino inter ſcriptores convenit. Onufrius & ex eo Ludovicus de Lacerda, aiunt eſſe ſindonem ſericeam, ſeu linteamen in quo fidelium oblationes reponebantur. Sanè oblationes fidelium in ſindone repoſitas teſtatur Ordo Romanus. Locum dedimus in voce *Offerre*. In Inſtitutis Monaſterii Ciſtercienſis, apud Georgium Caſſandrum, in liturgicis, *Offertorium ſericum* occurrit, ſed ad alios uſus: *Aqua etiam cum argenteo colatorio ab uno Diaconorum nihilominus cappa induto cum Offertorio ſerico offertur.* Sic Offertorium fuerit pannus oblongus, quo involvitur calix, cùm à Diacono offertur Sacerdoti. Ordo Romanus: *Levat calicem Archidiaconus de manu Subdiaconi: & ponit eum ſuper altare juxta oblatam Pontificis, involutus anſis cum Offertorio ſuo, quod etiam ponit in dextro cornu altaris.* Ibidem: *Et ponit Pontifex oblationem in loco ſuo, & Archidiaconus calicem juxta eas, dimiſſo in anſis ejus Offertorio.* Uſus antiqui Ord. Ciſtercienſis c. 53. *Calicem deſuper cum corporali & Offertorio*, &c. Infra: *Diaconus autem poſt Evangelium diſplicet corporale habens tres plicaturas in latum, & quatuor in longum, — & ſtatim poſt Oremus, opertis manibus de Offertorio tenens ſiniſtra manu pedem calicis, dextra autem patenam, offerat Sacerdoti ſimul utrumque.* Rurſum: *Subdiaconus eadem hora accipiat patenam Offertorio coopertam*, &c. Ibidem: *Reddens Offertorium Subdiacono. Subdiaconus autem recondat illud plicatum.* Adde cap. 100. Ita ſanè etiamnum in compluribus Eccleſiis obſervatur quoad ejuſmodi ſindonem qua calix involutus offertur Sacerdoti, qui ad dextrum cornu altaris reponi ſolet. Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli Londinenſis an. 1295. *Offertorium ſtragulatum de rubeo & viridi. Item quatuor Offertoria minora de rubeo ſerico liſtata aurifilo, facta de quodam veteri panno, quorum duo habent extremitates de opere Saraceno contextas. — Item 2. Offertoria de panno albo, cum extremitatibus contextis de ſerico, beſtiis, arboribus, turilis, & avibus.* De ejuſmodi etiam Offertoriis pannis videtur locutus Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22. *Cumque jam altarium cum oblationibus pallio ſerico opertum eſſet, ſubitò ingredientem Guntkrannum Regem conſpicio*, &c. Mox: *At ego cùm hæc audirem, ad te converſus dixi: Adprehende pallium altaris, infelix, quo ſacra munera conteguntur, ne hinc abjiciaris*, &c. Adde Vitam S. Willelmi Ducis apud Mabillonium n. 21.

Verùm etſi ſindonem iſtam *Offertorium* appellatam concedatur: aliud tamen fuiſſe apud alios ſcriptores, quibus quidpiam ſolidum, & calicis, perinde, ac patenam, appendicem fuiſſe colligitur. Annales Anianenſes: *Calices aureos ſive argenteos, vel Offertoria cum patenulis & Offertoriis cum auro & gemmis ornatos.* Ardo Monachus in vita Sancti Benedicti Abbatis Anianenſis num. 25. *Calices argenteos prægrandes, Offertoria argentea, & quidquid operi Dei neceſſarium eſſe conſpexit — acquiſivit.* Idem ſcriptor infra num. 33. *Veſtes ſacras præbuit, calicem argenteum, Offertoria*, &c. Nec eſt quod *argentea* expungat Menardus, cùm hanc vocem adjungant perinde alii. Hariulfus lib. 2. cap. 10. *Calices argentei cum ſuis patenis 12. Offertoria argentea 10.* &c. Lib. 3. cap. 3. *Calices — patena aurea 2. — Offertoria aurea 4. argentea 60.* Occurrit infra rurſum. Chronicon Fontanellenſe cap. 16. *Offertorium aureum cum patena ſua aurea operis mirabili.* Infra: *Offertorium argenteum ejuſdem calicis habens effigiem mirifici operis. Alia Offertoria argentea cum patenis argenteis eorundem.* Vita MS. Caroli M. juſſu Friderici Imp. exarata lib. 2. *Calices aureos ſive argenteos cum patenulis & Offertoriis.* Vetus Scheda apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. n. 114. *Calicem aureum cum patena aurea in crucis modum compoſitum: alium item gemmatum cum cochleari aureo, gemmatoque, & fiſtula nihilominus aurea cum gemmis; Offertorium aureum gemmatum cum patena*, &c. Areſtum Pariſ. 9. Maii 1320. *Item unum offertorium, in quo tenetur patena pretii 10. ſolid.*

Offertoriolum, in miniſteriis ſacris, habetur etiam in Actis Murenſis Monaſterii p. 29.

Offertorium, idem quod *Offerenda*, Cantus *qui inter offerendum cantatur*, ut eſt apud Walafridum Strab. lib. de Rebus Eccl. cap. 22. Bernonem Augienſem lib. de Miſſa cap. 1. Innocentium III. PP. lib. 2. Myſter. Miſſæ c. 53. &c. ſcilicet inter Evangelium & ſacrificium: noſtri *Offertoire* dicunt. Ordo Romanus: *Tunc cantatur Offertorium cum verſibus*, &c. Hildebertus Cenomanenſis de Concordia veteris ac novi ſacrificii:

Affectum ſpondet Chorus Offertoria cantans.

Vide Adamum Bremenſem cap. 197. *Offertorium autem Gregorium M. inſtituiſſe, & ad Miſſam cantari præcepiſſe* tradunt Hugo à S. Victore lib. 2. de Offic. Eccl. cap. 11. Honorius Aug. lib. 1. cap. 88. Chron. Reicherſp. an. 424. &c. At Durandus lib. 4. Ration. c. 27. ait ignorari quis *Offertorium* inſtituerit. *Offertorius cantus*, apud Theodericum de Tranſlat. S. Celſi Epiſcopi Trevir. n. 22. *Cantus Offertorii*, apud Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 77.

Offerterium, Oblatio quæ Eccleſiis à fidelibus fit. Charta Godefridi Epiſcopi Ambianenſis an. 1108. ex Tabulario S. Arnulphi Criſpiacenſis: *Et exceptis offerteriis totius anni, præter Nativitatis & Purificationis ſanctæ Mariæ*, &c.

Offesa. Charta an. 1274. regnante Carolo Rege Siciliæ, apud Joannem Lucium lib. 4. de Regno Dalmatico c. 9. *Commodabit dicta Univerſitati Spalati duas galeas cum offeſis & corredis ſuis, ſive hominibus, uſque ad finem dictæ guerræ.* Occurrit ibi pluries.

Officialis. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Miniſter, ſervus, Officialis.* Gloſſ. Gr. Lat. Ταξεώτης, *Apparitor, Officialis.* Lex 1. Cod. Th. de Habitu quo uti oportet intra urbem: *Officiales, per quos ſtatuta complentur, ac neceſſaria peraguntur.* Spartianus in Caracalla: *Non ignorantibus Martio Agrippa, qui claſſi præerat, & præterea pleriſque Officialium, impulſu Martialis.* Apuleius 1. Metam. *Jubet Officialem ſuum piſces pedibus obterere.* *Officiales Provinciæ Aquitaniæ*, in veteri Inſcriptione 422. 7. Occurrit paſſim.

Propriè autem *Officiales* apud noſtros appellantur judices Epiſcopales, ſeu Epiſcoporum, in quos acriùs invehitur Petrus Bleſenſis epiſt. 25.

Officiales Archidiaconorum, (nam & juriſdictionem habent, uti obſervatum ſupra in *Archidiaconis*) de quibus Provinciale Cantuar. Eccleſiæ lib. 3. tit. 1. & ibi Lindwodus.

Officiales, Clerici ac Sacerdotes qui Eccleſiam deſerviunt, in Charta an. 1072. in Hiſt. Pergamenſi tom. 3. p. 274. & in alia an. 1174. ibid. p. 324.

Officialis de bando. Prima Curia Generalis Catalaniæ ſub Jacobo Rege Arag. an. 1291. *Quod nos vel ſucceſſores noſtri non imponamus Vicarium vel alium Officialem de bando in illo loco quo fuerit de bando.* Eadem habentur in alia an. 1333. ſub Alphonſo Rege.

Officialis liber, qui noſtris *Manuale Sacramentorum* dicitur, in Concilio Toletano IV. can. 26. in Concilio Moguntino c. 12. &c. *Officialis liber*, apud Agobardum de Correct. Antiphonarii c. 19. qui partem aliquam officii Eccleſiaſtici continet. Ita vero in MSS. Codd. liber Amalharii inſcribitur, *Liber Officialis Amalarii Corepiſcopi, id eſt de Eccleſiaſtico ordine, cæteriſque officiis.* Illius meminit Concilium Rotomagenſe an. 1072. cap. 22. apud Ordericum Vitalem lib. 4. p. 529. Vide eundem Amalarii librum cap. 57. *Libri officiales*, apud Joannem Epiſcop. Abrincenſem de Offic. Eccleſiaſticis p. 22. *Officiarium*, in Hiſt. Abbatiæ Condomenſis p. 504.

Officiare. Ugutio: *Funerare, ſepelire, officiare, ut, Iſte funerat corpus, i. officiat corpus, ſcilicet facit exequias funeris, & funeroſa officia agit.* Itinerarium Gregorii XI. PP. *Non licuit nos officiare pro mortuis.*

Officiare, Eccleſiam deſervire, in ea officium Eccleſiaſticum peragere. Charta Landolphi & Pandolphi Ducum Beneventan. in Chronico S. Sophiæ p. 654. *Jam dictam Eccleſiam cum omni ornatu, vel rebus pertinentibus ad eandem Eccleſiam poteſtatem habeatis tenere, donare, & eandem Eccleſiam officiare, & dare ad tenendum ac dominandum cuicumque vobis pro veſtro libero arbitrio placuerit, qui in eadem Eccleſia officiare debeat, ſicut conſuetudo eſt.* Vide Ughellum tom. 6. p. 297. tom. 8. p. 654. Will. Thorn. p. 2089. Concilium Lambethenſe an. 1281. cap. 2. Stephanum Tornacenſem epiſt. 231. &c.

Officiari, dicuntur dies feſti, cùm in iis proprium diei & feſti officium Eccleſiaſticum peragitur, apud Honorium Auguſtod. lib. 3. cap. 71. & Durandum lib. 6. Ration. c. 36. n. 3. *Officiata dies*, in Summula Raymundi, id eſt *feſta dies*, ut eſt in Gloſſa ſuperlineari.

Inofficiari, apud eundem Honorium lib. 4. cap. 14. & 96. in Micrologo cap. 29. 41. apud Radulphum Tungr. lib. de Canonum obſervantia cap. 15. 17. Metropolis Salisburgenſis tom. 3. p. 38. *Quod vobis liceat noſtras Eccleſias Parochiales inofficiare*, id eſt, in iis ſacra officia peragere.

Officioſitas, Officii Eccleſiaſtici peractio, apud Durandum lib. 6. c. 36. n. 4.

Officiatus, Qui officio aliquo fungitur, vel miniſterio, in Monaſteriis, & alibi. Chronicon Trudonenſe lib. 8. p. 449. *Satagebat multa anxietate, — multoque labore apud Officiatos, maximè apud Folrardum fratrem noſtrum*, &c. Et lib. 12. p. 501. *Cumque ad hanc* (ſtructuram) *Abbas ſollicitaret Officiatos, & ſollicitarentur à fratribus*, &c. Utitur etiam Albertus Argentin. p. 142. *Cum autem antiquitus Romani habuerint Patricios, Senatores, Præfectos, Tribunos, & multos Officiatos*, &c. Adde p. 173.

Officinæ, in Monaſteriis, dictæ ædiculæ, in quibus aſſervantur quæ ad victum aut alios uſus Monachorum ſpectant. Jo. de Janua: *Officina, locus ubi ſunt officia.* Ratpertus Monachus de Caſibus S. Galli c. 6. *Denique Cellario cunctiſque ſimilibus Monaſterii officinis laicales præfecit perſonas*, &c. Cap. 8. *Harmoto injunxit ut — exteriora officinarum neceſſaria conſtrueret — cùm priùs Monachi colerent officinas ſuæ utilitati incommodas.* Adde cap. 16. *Officinæ regulares*, apud Petrum Cluniac. lib. 1. epiſt. 27. *Ubicumque enim ſibi obviant fratres, junior à Priore benedictionem petit, Benedicite, dicendo, ſi extra regularia loca fuerit, & humiliter inclinando, ſed nihil ore proferendo, ſi intra officinas regulares ſibi occurrerit.*

Officinum, pro *Officina.* Eadmerus in vita S. Wilfridi cap. 17. *Officina regularia decenter conſtructa lapidibus, & tegulis ligneis tecta.*

Officinale, eadem notione in vita S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduenſis n. 14. *Conſtruxit — officinalia regularia uſibus Monachorum omnimodis apta*, &c.

Officinator, Præcipuus inter opifices, opifex, faber, qui cæteris fabris præeſt. Gloſſæ veteres: *Officinatores*, ἐργαστηριάρχης. Vide Diſſertat. 23. ad Joinvillam p. 286.

Officiolatus, Dignitates, munia publica. Occurrit ſæpe in legib. Hungaricis, & apud Thwroczium in Ladiſlao c. 58.

Officionarius, Officiarius, miniſter Judicis, Præſidis, in Hiſtoria Tranſlationis S. Sebaſtiani n. 29. in Actis S. Thyrſi Martyr. n. 31. & alibi paſſim in Actis Martyrum.

Officiositas, Officium, munus. Eulogius Cordubenſis lib. 1. Memor. Sanctor. *Quia vobis incumbit officioſitas prædicandi, ita vobis ſubeſt neceſſitas audiendi.*

Officiperdi, *Qui laboris non habent remunerationem. Catoni quoque* (in Diſtichis) *dicuntur Officiperdi.* Ita Gloſſæ Iſid. Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 7.

Perditio ſigni defectum ſignat, abhinc quin
Nomen ei creſcat, quod dicitur Officiperdi.

Apud Petrum Bleſenſem epiſt. 25.

Nam genus hoc hominum, quod dicitur Officiperdi.

Officium, Officialis, Miniſter Judicis, Magiſtratus apparitura, Palatina militia. Gloſſ. Gr. Lat. Τάξις ἀρχόντων, *Officium, Apparitio.* Gloſſæ aliæ, *Officium*, Τάξις. Ita τάξιν uſurpant Acta SS. Philemonis & Apollonii, ubi de Ariano Judice n. 2. Ἀρειανὸς εἶπε τῇ τάξει, &c. Acta Proconſularia ſub Munatio Felice, apud Auguſtinum lib. 3. contra Creſconium cap. 29. *Non eos novimus. Paulus Epiſcopus dixit: Novit Officium publicum, id eſt Edeſius & Junius Exceptores.* Acta S. Aſclæ Martyris n. 1. *Quem cum vidiſſet Judex, dixit ad Officium, Quis eſt hic? Apollonides unus ex Officialibus dixit, Puto, Chriſtianus eſt.* Acta S. Agathæ Virginis n. 14. *Quintianus arripuit iter cum Officio ſuo ad inveſtigandas facultates ejus.* Vita S. Severi Militis & Martyris n. 2. *Miſit itaque milites ex Officio ſuo, ut ubicumque eum reperiſſent, abſque honore cum ſuis præſentarent aſpectibus.* Acta Paſſionis S. Felicis Epiſcopi Tubzocenſis: *Statim cum ſibi per Officium præſentari conſtituit.* Senator lib. 11. epiſt. 8. *Non ſolum noſtras*

ſed & Officii innoxias cuſtodimus manus. Et epiſt. 9. *Scitote, judices, Officia vobis quaſi actuum veſtrorum teſtes aſſiſtere.* Adde Epiſt. 7. & 34. Vita S. Aviti Vienn. Epiſc. n. 2. *Accidit ut quidam ex Officio Regis Sigiſmundi, nomine Stephanus, qui ſuper omnem dominationem fiſci principatum gerebat*, &c. Eadem habentur in vita S. Apollinaris Epiſcopi Valentini in Chronologia Lerinenſi p. 377. Corippus lib. 3.

Poſtquam diſpoſitis ornata palatia turmis,
Officia explerunt, &c.

Vide præterea Paſſionem S. Caloceri Mart. n. 5. 6.

Officium, interdum ſumitur pro *Obſequio*, ſeu comitatu domeſticorum ac famulorum. Bundemundus in Vita S. Amandi n. 5. *Rurſum cum Officio Clericorum Romam perrexit.* Vide Regulam Magiſtri cap. 93.

Officium Eccleſiaſticum, à S. Hieronymo, Damaſo PP. rogante, primitus ordinatum fuiſſe aiunt: ordinavit enim ille, inquit Durandus lib. 5. Ration. cap. 2. n. 3. quantum de Pſalmis in Dominica, quantum in ſecunda feria, & quantum in tertia feria, & ſic deinceps legeretur. Evangelia quoque & Epiſtolas, &c. quæ de novo & veteri Teſtamento in Eccleſia leguntur, præter cantum magna ex parte ordinavit, cujus operis exemplum idem Hieronymus Romam miſit, & à Damaſo PP. canonizatum eſt, & præceptum à cunctis Eccleſiis obſervari. Poſtmodum Gregorius & Gelaſius orationes & cantus addiderunt, & lectionibus & Evangeliis Reſponſoria coaptaverunt. Gradualia verò, Tractus & Alleluia Ambroſius, Gelaſius & Gregorius ad Miſſam cantari inſtituerunt. Exhinc duplex in Eccleſia officium obtinuit, Gregorianum & Ambroſianum: ſed Gregorianum tandem prælatum Ambroſiano, Carolo M. imperante, quod Ambroſius multa inſtituiſſe diceretur juxta ritum Græcorum, illudque in ſola Mediolanenſi Eccleſia deinceps receptum eſt. Hæc ferè idem Durandus, cui adjungendi alii qui de Officiis Eccleſiaſticis ex profeſſo ſcripſere, atque in primis Cardinalis Bona lib. 2. Rerum Liturgicar.

Officium plenarium, ſolemne. Conventus Aquiſgranenſis an. 817. c. 46. *Ut in præcipuis ſolemnitatibus — plenarium officium agatur, & bis reficiatur.*

Officium B. Mariæ, inſtituit Urbanus II. PP. & ut quotidie diceretur, & in die Sabbati ſolemnitas fieret ſtatuit. Vide eundem Durandum lib. 6. cap. 2. n. 6.

Officia, loca ubi conſiſtunt Officia, ſeu Miniſtri Auguſtales in Palatiis. Vita S. Domitiani: *Quæſitus per omnia officia Palatii, & minimè repertus, putatus eſt mortuus eſſe grandine*, &c. Vel inter *miniſtros* Imperatorios.

Officia, ſeu *offices*, vulgò etiam appellamus quæ alii *officinas* vocant, ſeu ædificia Monachorum uſibus & officiis addicta. Radulfus de Diceto an. 1071. *Eccleſiam Chriſti Cantuarienſem cum omnibus officiis quæ infra murum ipſius curiæ ſunt, cum ipſo muro ædificavit.*

Officium, pro Miniſterio, ſeu feudo, ratione cujus vaſſallus obſequium certum domino debebat: in probat. hiſt Guin. p. 515. 626.

Officium, Miniſterium. Thwroczius in Attila c. 17. *Navigii officio, Rheni fluminis alta ſecantes*, &c.

Officium. Acta Murenſia: *Cum XII. hominum pecora adunantur in unum, vocatur Officium, propterea quod non magiſtro committitur.*

OFFOCARE, *Suffocare*. Sextus Placitus ſeu Platonicus de Medicina animalium lib. 1. cap. 1. *Mulier ſi offocatur à vulva, quod iniquiſſimum vitium ùtem̃ mik dicitur*, &c.

OFFUM. Vide *Noffum*.

OFGANGFORDELL. Leges Canuti Regis de foreſtis c. 11. *Eamque ad triplex judicium, quod Angli Ofgangfordell dicunt. Ita autem acquiratur illud triplex judicium: accipiat ſecum quinque, & ſit ipſe ſextus, & ſic jurando acquirat triplex judicium, aut triplex juramentum. Sed purgatio ignis nullatenus admittatur, niſi nuda veritas nequit aliter inveſtigari.* Angloſaxonibus, oꝼȝanȝ, vel oꝼȝan, eſt procedere, progredi, oꝛdell, ſeu *ordalium*, purgatio, examen.

OFFATINUS. Extat apud Joann. Lucium de Regno Dalmatico lib. 5. c. 2. diploma Mariæ Reginæ Hungariæ, quod ſic clauditur: *Datum — 1387. ſub ſigillo Butcho Comitis Corbaniæ, curiæ noſtræ Magiſtri Offatini. His præterea ſtuduimus facere ſigillari ſigillis prædicti Offatini curiæ noſtræ, quia ad præſens ſigillo caremus.*

OGA. Vide *Auca*.

OGETHARIUS, in Regiam Majeſtatem lib. 4. cap. 31. §. 3. Hybernicum nomen dignitatis, vulgò *Ochiern*, quo loco æquiparatur Thano.

OGIS. Nicolaus de Braja in Ludovico VIII. Rege Franc. p. 290.

Rex regum mundi venerabilis ille Philippus,
Catholicæ fidei calidus defenſor & Ogis.

OGLATA, *Oglatta*. Charta Avæ Comitiſſæ Ruſcinonenſis an. 971. edita à V. Cl. Steph. Baluzio: *Silvis, garricis, aquis, aquarumve ductibus vel reductibus earum, oglatis tam ruſticum, quàm & urbanum*, &c. in Append. ad Capitul. n. 144. Charta an. 1032. apud Columbum in Sanrufenſibus Canonicis: *Curtis, hortis, oglattis, paſcuis, vineis, campis*, &c. An *olcatis*? vide *Olca*.

OLA, *Summi humeri pars poſterior*, in Gloſſis antiquis MSS.

OLAX, *Olidus*, & *Olacitas*, *fœtulentia*, *olor*, in Gloſſ. Iſidori. Utitur Martianus Capella lib. 1. *Hujus greſſus incerti, atque olacis temeti madoribus implicati.*

OLBA. Verſus MSS. citati in Gloſſa ad Diſticha Magiſtri Cornuti:

Urceus, urceolus, eſt olla, vel amphora teſta,
Olla, vel idria ſit vas, vini dico lagenam,
Oba, vel onophorus, ſed & orca, fidelia, vas eſt,
Olbaque jungatur Monachis appropriatum.

OLCA, *Olcha*, *Ochia*, Gall. *Ouſche*, vel *Oſche*, in Conſuetudine Nivern. cap. 6. art. 1. & in Regeſto cenſuum & feodor. Carnotenſ. p. 21. terræ portio arabilis, foſſis vel ſæpibus undique clauſa. Ita paſſim in veterib. chartis S. Sulpitii Bituric. S. Sergii Andeg. in Tabulario S. Dionyſii de Capella diœceſ. Bituric. &c. Gregorius Turon. de Gloria Confeſſ. c. 69. *Erat autem haud procul à baſilica, campus tellure fœcundus, tales enim incolæ* (Campani) *olcas vocant*. Formulæ Pithœi c. 36. *Concedimus tibi olca in villa noſtra illa quam illa fœmina quondam tenuit.* Adde Perardum in Chartis Burgundicis p. 159. 161. 162. 445. Hiſtoriam fundat. Monaſterii S. Nicolai Andeg. p. 17. 81. Chiffletium in Trenorchio p. 310. Sammarthanos in Abbat. p. 766. &c.

Ochia. Regeſtum Feodorum Campaniæ f. 53. *Guido de Mellegniaco tenet de Domino Campaniæ Porchiacum — præter cœmeterium & unam ochiam vel duas.*

Olcha. Tabularium Vindocinenſe ch. 240. *Dedit de terra ſua quantum duo boves conſuetis ſationibus arare poſſunt, & duas alias portiones terræ, quas ruſticè Olchas appellare conſueverunt, unum vivarium, & 12. combros in flumine Ledi, atque 20. fiſſinas in eodem flumine, quæ ponuntur ad anguillas capiendas.* Et n. 295. *In vineis cultis & incultis, in terris & olchis.* Ita etiam in Tabul. Prioratus de Domina in Delphinatu p. 5. & alibi.

Olchia, & *Oſchia*, promiſcuè in Tabulario Prioratus Neronis-villæ.

Oſchia, in Tabulario Antiſſiod. & Neronis-villæ, paſſim.

Oſca, in Charta an. 1082. apud Sammarthanos in Abbat. p. 5. 397. Charta Hugonis Arch. Senonenſis an. 1154. in Tabul. Abb. Ferrarienſis: *Scilicet apud Manſum oſcam unam, quam tenet Giraudus — ad Longam quercum oſcam aliam, quæ de feodo Martini &c.*

Ocha, In Teſtamento Herberti Comitis Viromand. an. 1059. apud Joan. Carpentarium in Hiſt. Cameracenſi

p. 7. in Charta Herberti Vicecomitis Thoarcenſis
an. 1099. apud Sammarthanos. & in alia apud Gal-
landum lib. de Franco-alodio p. 296.
Hochia. Charta an. 1246. In Chart. Camp. Biblio-
thec. Reg. f. 529. *Tantummodo tenebunt avenam,*
quam Huguelinus d'Otricort armiger habebat in hochiis
Barri ſuper Secanam.
Olchia, Cenſus vel præſtationis ſpecies. Charta liberta-
tum oppidi *des Ais*, in Biturigib. *Cenſus autem meos,*
& venditiones, & olchiam meam mihi retineo, ſicut
ſolitus ſum.
Videntur efficta ea vocabula ex Latino *Occare*,
βωλοκοπεῖν, in Gloſſ. Gr. Lat. glebas confringere;
ita ut *olca*, *occhia*, *oſchia*, &c. fuerit ager *Occatus*,
ſeu ruptus, proſcillus, *terre à labeur*, ex quo pro
modulo agri uſurpata vox deinceps fuerit. Vide *Ogla-*
ta, & *Paſtina*.
Olca, in Gloſſis antiquis MS. *Gemma barbarici nomi-*
nis, ex fulvo & nigro viridique & candido eſt. V. *Olea.*
OLDA, *Diſtinctio, diverticulum*, Jo. de Janua. Gloſſæ
antiquæ MSS. habent *Diſtrictio ſive deverticulum.*
OLDERMANNI, olim dicti in urbe Groningana, qui
negotiantium diſciplinæ, & juri nautico tuendo, &
dirimendis inde natis controverſiis præfecti erant. Vi-
de Ubbonem Emmium in Groninga p. 165.
OLDUNGEBONDER. Andreas Suenonis lib. 4. legum
Scanicarum c. 8. *Eligendi ſunt duodecim de pruden-*
tioribus totius provinciæ, quos Oldungebonder *natale*
nominat idioma, ut ipſi terminos demonſtrent.
OLEA. Papias: *Olea, gemma, barbarum eſt: ex ful-*
vo & nigro, viridique & candido conſtat. Neſcio an
de hac *Olea* intelligendus ſit. Anaſtaſius in Leone IV.
PP. p. 188. *Et ſuper illud Ciborium fecit oleas, quæ*
pendent in circuitu altaris habentes tabulas quatuor ex-
auratas, necnon & gammadias numero quatuor. Ibidem:
p. 196. *Obtulit tres oleas maſoricas, admirabilis pul-*
chritudinis, ſerico textas, coloreque depictas, quæ vide-
licet feſtis diebus in circuitu altaris majoris depende-
rent. Certè cùm ſolidum quid fuerint *Olea*, quæ in
circuitu Ciborii dependerent, haud abſonum videtur
exiſtimare fuiſſe grandiores gemmas, aut quid ſimile
in gemmæ grandioris orbiculatæ figuram, atque adeò
ex *murrhina* materia: quod non modò ſuadent vox
maſorica, quæ idem valet ac *murrhina*, ſed & co-
lores Oleæ, quibus murrham conſtitiſſe ſcribit
Plinius lib. 37. c. 2. nam quod *ſerico texta olea* dicun-
tur Anaſtaſio, error eſt fortè librarii, ita ut legen-
dum ſit *ſericotecta*.
OLEARIUM, Ἐλαιοπωλεῖον, in Gloſſ. Gr. Lat. eſt etiam
ibidem ἐλαιοφόρον.
OLIPORA, *Fromage*, in veteri Gloſſar. Lat. Gall. MS.
ex Biblioth. Thuana n. 525.
OLERARE, *Plantare, olera, vel oleribus uti. Deolerare,*
exolerare, valde deolerare, vel olera auferre. Jo. de
Janua.
OLESCERE. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Αὐξάνομαι, *Oleſco,*
gliſco, creſco. Αὔξομαι, *Creſco, oleſco. Virgil. modis in-*
oleſcere miris.
OLEUM *triplex*, conſervatur & benedicitur ſeparatim
& diviſim feria quinta Majoris Hebdomadæ, ſci-
licet *oleum pro infirmis, oleum ad chriſma*, & *oleum*
ad Catechumenos ungendos, ut eſt in Ordine Roma-
no, & apud Honorium Auguſtud. lib. 3. cap. 80. 81.
82.
OLEI *infirmorum*, ſeu pro infirmis & energumenis,
Exorciſmus & Benedictio habetur in Ordine Romano.
Vide præterea Durandum lib. 6. c. 74. num. 3. &
ſeqq.
Olei Catechumenorum, ſeu quo ungebantur Catechume-
ni, Exorciſmus deſcribitur pariter in Ordine Romano.
Dicitur etiam *Oleum* iſtud *Sanctum*. Vide Honorium
Auguſtod. lib. 3. cap. 81. Geſta Innocentii III. PP.
p. 60. & Durandum lib. 6. cap. 74. n. 21. & ſeqq.
Oleum exorcizatum, vel Chriſma, ſeu *Chriſmale oleum*.
Hujus Exorciſmus perinde extat in Ordine Romano.
Vide præterea Canones Romanor. ad Gallos c. 8. Ca-
pitula Theodori Epiſc. Cantuar. c. 20. edit. Acherianæ,
& ejuſdem Pœnitentiale c. 3.
Oleum benedictum, quod a Pontificibus aut viris ſanctitate
conſpicuis benedicebatur, & quo fideles ad depellendos
morbos, aut dæmonas ab energumenis fugandos utebatur.
tur. S. Hieron. in vita S. Hilarionis: *Concurrebant Epi-*
ſcopi, Preſbyteri, Clericorum & Monachorum greges—
ſed & potentes viri, ut benedictum ab eo panem, vel
oleum acciperent. Infra: *Benedicto itaque oleo univerſi*
agricolæ atque Paſtores tangentes vulnera, certam ſa-
lutem reſumebant. Et paulò pòſt: *Cujus generum &*
filiam de morte liberavit unctione olei. Tertullianus ad
Scapulam: *Proculum Chriſtianum, qui eum aliquando*
per oleum curaverat, requiſivit, &c. Sulpitius Severus
Dial. 3. cap. 3. *Non prætermittendum videtur Avitia-*
ni Comitis uxorem miſiſſe Martino oleum quod ad di-
verſas morborum cauſas neceſſarium, ſicut eſt conſuetudo,
benediceret. Paulinus lib. 5. de vita S. Martini:

Nec ſanè alterius minor admiratio facti eſt,
Cujus me memorem medicati infuſio ſucci,
Et decantati benedictio fecit olivi.
Et quoties pietatis opem medicina popoſcit,
Diſparibus cauſis par gratia ſanctificavit.
Namque ut ſæpe ſolent præcauto corde fideles,
Vas oleo oppletum ſervando ea ducta ſalutis,
Vel juſtis offerre viris, vel condere ſanctis
Religione locis, quibus aut operatio præſens,
Martyrii emeritos prodit virtute patronos, &c.

Porro ſæpe legimus varios morbos curatos fuiſſe à
ſanctis viris adhibito oleo benedicto, aut facta deſuper
oratione, apud eundem Severum lib. de vita S. Mar-
tini cap. 15 Dial. 3. cap. 2. Rufinum lib. 2. Hiſt. Eccl.
cap. 4. Cyprianum & Meſſianum in vita S. Cæſarii
Arelat. pag. edit. Baralli 239. 253. Jonam in vita S.
Euſtaſii Abbatis Luxovienſis n. 5. Jonam Fontanellen-
ſem Monachum in vita S. Vulfranni Archiep. Seno-
nenſis n. 7. Gregorium Turon. de vitis Patrum cap. 9.
14. 15. & lib. 6. Hiſt. cap. 6. Fortunatum in vita S.
Paterni c. 8. 11. Thiotfridum Epternacenſem Abbat.
lib. 3. cap. 5. in Vitis Sanctorum Tillonis Monachi n.
19. Theodori Syceotæ n. 57. Lucæ Junioris n. 62.
Paterni Epiſcopi Abrincenſis n. 11. 14. Nicetii Epiſc.
Lugdun. n. 4. Parduli Confeſſ. Licinii Epiſcopi Ande-
gav. Samſonis Confeſſ. c. 7. Baomiri Confeſſ. MS.
Romani Preſbyteri MS. Amatoris MS. Magnobodi
Epiſcopi Andegav. cap. 14. 16. 22. 32. 33. 40. 42.
44. 46. Sulpitii Epiſcopi Bituric. S. Melonii Epiſc.
Urſmari cap 6. Thuribii Epiſc. Cenoman. num. 12.
Siviardi, &c. Præterea apud Græcos aliquot ſcriptores,
Sozomenum lib. 6. cap. 29. Palladium in Hiſt. Lau-
ſiaca cap. 13. 20. 43. 53. Euſtathium in Vita Eutychii
P. CP. n. 47. 53. 58. 60. Pachymerem lib. 6. cap. 32.
in Martyrio S. Bacchi Junioris p. 67. 68. in Græco-
rum Menæis 8. Decemb. in S. Patapio, in vita S. Nili
Junioris p. 100. 101. &c.
Oleum S. Catharinæ, de quo Boethius in deſcript. Scotiæ
p. 6.
Oleum ſanctæ Crucis, quod à Leontio Exconſule Gregorio
M. miſſum, ut ipſemet Gregorius teſtatur lib. 7. ind.
1. epiſt. 35. Scribit Beda de Locis SS. c. 20. *De nodis*
ligni ſancti liquorem odoriferum oleo ſimilem profluxiſſe,
cujus ſi etiam modica particula contingeret, omnem ægri-
tudinem ſanabat. Hauſit ab Adamnano lib. 3. de Terra
ſancta cap. 3.
Oleum lardinum, in fragmento hiſtorico de Concilio A-
quiſgranenſi, pro pinguedine, ſeu *Garo*. *Et quia oleum*
olivarum non habent Franci, voluerunt Epiſcopi ut
(Canonici) *oleo lardino utantur.* Perperam editum
lardivo.
OLFACITAS. Gloſſ. Longob. S. Germani Pariſ. *Gaſtri-*
margia, gula, vel olfacitas.
OLFACTORIUM, *Vas unguentarium muliebre, in quo*

odoramenta geſtantur. Jo. de Janua, ex Gloſſis antiquis MSS.

OLIBANUM, Thus, Ital. *Olibano.* Charta Benedicti PP. an. 1033. apud Ughellum tom. 1. part. 1. p. 124. *Et duo congiaria de oleo, & duas libras de Olibano.*

OLICIUS. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Capas duas, — toalias olicias duas, una cum argento, &c.*

OLIFERALE, ſeu *Oleiferale*, quemadmodum *ceroferale*, vas in quo continetur oleum ad lucernas. Vita S. Dranſii Epiſcopi Sueſſion. n. 16. *Ut accepit Oliferale, quod alio nomine vocatur Cicendelum.*

OLITANUS, Antiquus, vetus, ex voce *olim*. Gloſſ. Gr. Ἀρχαῖος. *Antiquus, olitanus, priſtinus, vetuſtus.* Anaſtaſius in vitis PP. p. 113. 116. 117. 119. 122. *Per olitana tempora.* P. 116. *Exemplo olitano, — olitanas enim que marcuerant trabes*, & alibi non ſemel. Hadrianus PP. ep. 1. *Sicut olitana conſtat traditio.* Codex Carolin. epiſt. 95. *Olitanus vetus, olitana regula.* Adde epiſt. 80. 85. Capitul. Caroli C. tit. 30. c. 1. & Epiſtolas Francicas Joſephi Scaligeri n. 79.

Olitarius, in eodem Codice Carolino epiſt. 71. *Olitaria traditione.* Niſi legendum ſit, proclivi mendo, *olitana*.

OLIVATIO, ἐλαιωνία, in Gloſſ. Gr. Lat.

OLLA, Imbrex, tegula. Galbertus in vita Caroli Comitis Flandr. n. 62. *Stabat autem Eccleſia B. Donatiani ædificata in rotundum & altum, contecta fictitio opere, ollis & lateribus cacuminata.* Rurſum: *Et tale opus confinxeram ex ollis & lateribus, quod elementum igneum exurere non potuiſſet.*

OLOCRYSTALINUS, totus ex cryſtallo. Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Fecerat unum phylacterium olocryſtallinum in gyro auro puro adornatum.*

OLOFLAMMA. Vide *Auriflamma*.

OLOFORUS. Gloſſæ MSS. *Olofora, veſtis purpurea.* Papias: *Olofora, veſtis tota ex purpura.* Ex Iſidoro lib. 19. c. 22. quippe, ut auctor eſt Salmaſius in Obſervat. ad Jus Atticum, pro *holoporphyra, tota ex purpura*, in MSS. legitur *olofora*. Anaſtaſius in vitis PP. p. 34. *Pallia olobera blattea.* Ubi editor monet in aliquot codd. legi, *olofora blatea*. Vide *Holoverus*, & eundem Salmaſium ad Pollionem p. 342.

OLOGRAFUS. Vide *Holografus*.

OLORA, Papiæ, *Oloſerica veſtis.* Legendum *olovera*, vel *olofora*, ut ſupra.

OLOVERUS. Vide *Holoverus*.

OLOVITREUS. Vide *Holovitreus*.

OMELIUM. Vide *Homilia*.

OMASUS. Odericus Vitalis l. 12. p. 852. *Radulfus autem Rufus pacifici tenoris fuit omaſus, quia præfati Militis erat ſororius.* Joannes de Janua; *Omaſus, i. tripa, vel ventriculus qui continet alia viſcera, quia in ipſo rerum eventus inſpiciebant. Horatius in Epiſt. pertinax cenabant omaſi. Item alius: noſcitur per naſum mulier quæ vendit omaſum.* Videat lector an ex his aliquid explicari poſſit ad mentem Orderici.

OMNIMODIS, pro Omnino, omnibus modis. Gloſſæ Iſonis. *Uſquequaque, omnimodis.* Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſ. παντοίως, apud Theophanem, *omnimodis* reddit. Utuntur Lex 7. Cod. Th. de Honorariis codicill. Caſſianus, Gregorius Tur. Hincmarus, & alii paſſim. Sic *hujuſmodis*. Gloſſ. Græco-Lat. Τοιουτοτρόπως, *hujuſmodis*.

OMNIPOTENTATUS. Adrianus PP. in Codice Carolino, in epiſt. ad Irenen & Conſtantinum filium: *Barbaras nationes ſub ſuis proſternens conculcavit pedibus, omnipotentatum illarum demans, & ſuo ſubjiciens regno adunavit.*

ONA, Dolii vinarii ſpecies, apud Trevirenſes. Magnum Chron. Belgic. an. 1015. ex Chron. Trevir. *Captato deinde conſilio opportuno 30. Onas comparat, in quibus ſingulis ſingulos milites electos, loricatos & galeatos, enſibuſque præcinctos collocat, & inſuper linteis opertos funes, quibus vectes ad portandum eos inſeruntur, componit: deinde 60. viros nihilominus electos, & plebeia veſte amictos, enſibuſque eorum in Onis reconditis geſtatores conſtituit, &c.* Mox: *Dic, ait, Domino tuo me vinum magnæ dilectionis gratia olim promiſſum deferre, — Adelbertus, juſſit viros intromitti: quibus ingreſſis, & Onas coram Adelberto in terram ſimul ponentibus, — portitores verò, ſicut erant edocti, uno momento pariter omnia Onarum velamina dejiciunt, gladios diripiunt, inſidiæ de Onis exiliunt, gladios ſtringunt, &c.*

ONATIZARE. Hymnus MS. in S. Ildevertum Epiſcopum Meldenſem:

Ildevertum collaudemus, orgiis
Onatizemus, miracula enarremus.
Hac Clerici jubilemus, &c.

ONCUNNE. Ex Sax. Oncunnen, *notatus, accuſatus.* Leges Alvredi Regis MSS. c. 29. *Si quis alium Godborges Oncunna, & compellare velit, quod ei aliquod ipſorum non complevit, perjuret, hoc in 4. Evangeliis fiat.*

ONEUS, Supercilium montis. Vita S. Wnebaldi cap. 3. *Et protinus paſſivantes ſuper Alpium oneos, uſque dum Condones amplos militum intraverunt terminos.* Ita editiones omnes. Ejuſdem Itinerar. n. 18. *Ibi erumpebat fons qui erat ſterilis in oneo montis.*

ONOMA, nomen ex Gr. ὄνομα. Baldricus lib. 1. Chronici Camerac. cap. 88.

Onoma dactylicis actoris quæritur ipſis
Si numeris.

Utitur Dudo in præfat. ad Acta Norman. Ingulphus p. 885. Matthæus Weſtmonaſt. an. 1212. & alii.

ONUS *ſententiæ*, In Jure Hungarico, eſt gravamen & liberatio mulctæ. Sambucus & Molnarus.

ONUSTUS, qui oneri eſt, oneroſus. Saxo Grammaticus lib. 7. extremo: *Quum enim ob ſenectam ſeveritatemque civibus etiam onuſtus exiſteres, &c.* Vide Stephanium ad hunc locum, ubi hac notione vocem *Onuſtus* uſurpari apud Valerium Maximum lib. 9. cap. 2. in ſcriptis codd. obſervat.

Onuſtare, pro *onerare*. Junilius Epiſcopus Afer in Geneſin: *In vere enim ſolent herbæ virentes apparere in terra, & ligna pomis onuſtari.* Ita *Onuſtatus* pro *Onuſtus* uſurpavit Petrus Cluniacenſis lib. 1. epiſt. 24.

OPEDERE, *Contraire, quaſi pedem contraponere.* Papias.

OPENTMEFT, Apertum furtum, vox Saxonica ab open, *apertum*, vel *manifeſtum*, & ðeꝼꞇ, *furtum*. Occurrit in Legib. Kanuti Reg. c. 90. apud Bromptonum, & c. 61. apud Lambardum, & in Legibus Henrici I. cap. 12.

OPERÆ, idem quod *Mannopera, Corvata*: operæ quas patronis exhibent liberti: in Gloſſ. Gr. Lat. Αἱ ἐπιμονιαὶ ἃς παρέχουσιν οἱ ἀπελεύθεροι τοῖς πάτροσιν. Chartæ Alemannicæ Goldaſti c. 59. *Panes 40. friſginga trimiſſem valente, unius hominis anno vertente operas tres.* Charta an. 1195. apud Ughellum to. 7. p. 1321. *Debet — 6. mannas lini, & miſſatica, & operas quinque, tres ex his in perſona, & duas in alia cum bobus.* Adde tom. 1. p. 823. Leo Oſt. lib. 1. c. 11. *Servos — libertate donavit — ea ſcilicet lege, ut ſinguli eorum 4. per menſem operas, ubi neceſſe fuerit, Monaſterio impendant.* Adde c. 21. præterea Cod. Th. tit. Ne operæ à conlatoribus exigantur: Legem Bajwar. tit. 1. cap. 14. §. 6. Legem Longob. lib. 1. tit. 25. §. 53. lib. 3. tit. 12. §. 1. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 151. lib. 7. c. 254. Theophanem p. 371. &c.

Obra, pro *Opera*, in Tabulario Prioratus Dominæ in Delphinatu. Vide *Manopera*.

Operatio, eadem notione. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 822. *Recepit in eſcambium 1. bovatam — per ſervitium 2. ſolid. per annum, & operationem unius diei in hebdomada.* Mox: *Et operationem 8. dierum in Auguſto.*

OPERAGIUM, ex Gall. *Ouvrage*. Statutum Ludovici Regis Franciæ datum Pariſiis an. 1225. regni 3. In Regeſto *Noſter* Cameræ Comput. Pariſ. fol. 99. *Talis eſt uſus monetæ Pariſ. quod plumbum debet ponderare 16. marcas & dimidium, & de hoc plumbo debent ba-*

bere operarii 7. ſol. pro operagio inter carbones, &c.

Operarius, Dignitas in Collegiis Canonicorum, & Monaſteriis, cui operibus publicis vacare incumbit: vulgò, *Maître de l'œuvre. Opera Eccleſiæ*, in Charta Iſarni Epiſcopi Toloſani apud Catellum. S. Bonifacius Arch. Mogunt. epiſt. 17. *Sit me in coquina ſit t Bernhardus Operarius ſit, & ædificet domunculas veſtras ubi opus ſit.* Statutum pro Eccleſia Cadurcenſi, in Hiſt. Epiſc. Cadurcenſ. n. 118. *Ordinamus ut ſit Operarius de cætero in Eccleſia Cadurcenſi, qui bona operis procuret fideliter, & requirat unde faciat quod hactenus fieri conſuevit.* Et mox: *Statuimus ut — prabendæ Archidiaconi — Sacriſtæ, Cantoris, Operarii, ac Magiſtri Scholarum ſint Sacerdotales. Operarum magiſter*, Browero lib. 2. Antiq. Fuld. c. 10. dicitur. *Magiſter operis*, in vett. Conſuetud. Floriacenſis Monaſterii p. 392. Teſtamentum Guillelmi filii Sibyllæ D. Montiſpeſſulani apud Ganellum p. 151. *Dimitto operi Eccleſiæ Vallis-magna 50. ſolidos Melgorienſes*, &c. Noſtris *l'Euvre*. Vide to. 7. Spicilegii Acheriani p. 268. 274. tom. 9. p. 141. & to. 13. pag. 509. 510. Rocchum Pirrum in Archiep. Mellan. p. 387. Molanum lib. 2. de Canon. cap. 24. & Haeftenum lib. 9. Diſquiſ. Monaſt. tract. 3. diſq. 1. 2. &c. Vide *Decanus operis*. Habebant etiam Reges noſtri ſuos *Operarios*. Einhardus lib. 4. de Tranſlatione SS. Martyr. Marcellini & Petri cap. 8. *Gerwardus Palatii Bibliothecarius, cui tunc temporis etiam Palatinorum operum ac ſtructurarum à Rege cura commiſſa erat.*

Operata, Quantum quis per diem operari poteſt in vinea. Charta Joannis de Vergeio Seneſcali Burgundiæ an. 1399. apud Ducheſnium: *Manſum, dominum, & circuitum ipſius, — una cum viginti operatis vineæ, Gallicè Ouvrées, retro dictum manſum exiſtentibus*, &c. Chartam aliam vide in *Panalata*.

Operatio. Vide *Opera, Opus*.

Operatorium, Officina, apotheca, Noſtris *Ouvroir*. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Ergaſterium, vel operatorium*, ƿeorc-huſ. i. Operum domus. Iſo Magiſter in Gloſſis: *Ergaſtron, Operatorium*. Tabularium Eccleſiæ Cadurcenſis: *In Operatoriis quæ circa turrim ſunt & in furno dedit ſimili modo 3. ſolid. de acaptamento & 7. den. de cenſu.* Adde Conſuetudin. Toloſæ part. 2. rubr. de Locato, Catellum in Comitib. Toloſan. p. 31. Concilium Monſpelienſe an. 1258. c. 3. &c.

Operatus, Elaboratus, *Obrado* Hiſpanis, Gallis *Ouvré* Helgaudus in Roberto Rege: *Fecit nihilominus ſancto Pontifici Martino caſulam auro operatam optimo, inter ſcapulas majeſtatem veri Pontificis continentem, Cherubim quoque ac Seraphim colla Dominatori omnium ſubmittentia.*

Operosus, Operarius. Sugerius in Ludovico VI. p. 308. *Rex Angliæ caſtelli apparatum multa inſtantia præparat, operoſos ſollicitat*, &c.

Opertaneus, *Latens*. Papias.

Ophisticus, ὀφιστικός, Serpentinus, prudens; conſtat enim ſerpentem eſſe prudentiæ ſymbolum. Anaſtaſius Bibl. in Nicolao I. p. 208. *Tertio conſecrationis ejus die Auguſto conveſcens, ophiſtico famine reſplendebat.*

Opicizum Fridegodus in S. Wilfrido cap. 15.

Incumbunt feſſi feſſo labore latomi,
Nec minus approperant, opicizi emblemata proni
Arcus incultos hyalino claudere velo.

Legendum fortè *obryzi*, auri.

Opinabilis, Opinatus, celebris, famoſus. Alvarus in Vita S. Eulogii Preſb. & Mart. n. 3. *Opinabilem & celebritate doctrinæ præconabilem virum.* Utitur Senator lib. 3. epiſt. 3. 48.

Opinanter, Inopinatè. Concilium Lateranenſe ſub Martino I. PP. Act. 2. *Suggerimus — novitatis commentum ad nos uſque opinanter fuiſſe delatum.*

Opinantia. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Οἴησις, *Putatio, Opinantia, Opinio*. Editum habet *opinatio*.

Opinatores, Exactores annonæ militaris. Gloſſ. Gr. Lat.: Ὁ τῆς ϛρατιωτικῆς ἀνόνης ἀπαιτητής, *Opinator*. Gloſſ. Lat. MS. Regium: *Opinatores, æſtimatores, arbitratores.* Occurrunt in Codice Th. lege 26. 34. de Erogat. milit. annon. l. 1. de Excoctione, l. 186. de Decur. l. 16. de Exact. Vide Jacobum Gotofr. ad leges 26. & 34. de Erogat. milit. ann.

Opinatus, Probus, bonæ famæ, celebris Jo. de Janua: *Opinatus, opinione præceptus.* Gloſſ. Gr. Lat. Προσδόκιμος, *Opinatus, expectatus*. Προσδόκιμος, *Opinatò*. Δοκιμασμένως, *Opinatè*. Gloſſ. MS. Regium: *Nominatiſſimus, opinatiſſimus.* Papias, *Opinatiſſimus, nominatiſſimus, frequentiſſimus. Philoſophi opinati*, Apud Julium Firmicum, lib. 3. c. 3. Vetus Gloſſ. *Militaris opinatus, id eſt vetus miles.* Vita S. Boniti Epiſc. Claromont. n. 10. *Pergit ad quendam opinatiſſimum Dei famulum.* Vita S. Deicoli c. 2. *Opinatiſſima munitio.* Cap. 8. *Præſtigiatrix opinatiſſima.* Vita S. Euſebiæ Virg. *Et quia erat opinatiſſimus divitiis à proſapia.* Gregorius, ſeu ejus interpres Ruffinus in Actis S. Phileæ M. *Sicut fuit opinatiſſimus ille Dorotheus*, &c. Adde eundem Ruffinum lib. 8. hiſt. c. 1. &c. & lib. 1. Invectiv. in Hieron. Jornandem, Senator. lib. 3. epiſt. 21. lib. 8. epiſt. 33. Ottonem de S. Blaſio c. 32. Wolphardum Preſb. lib. 3. de Mirac. S. Walburgis n. 12. Lupum Servatum in vita S. Maximini Epiſcopi Trevir. in Præfat. & c. 6. Vitam S. Pirmini cap. 2. Annales Franc. Metenſes an. 692. Vitam S. Bernardi lib. 3. c. 7. Monach. Elnonenſ. in vita S. Euſebiæ virg. Helmodum lib. 1. cap 15. Joan. Sariſber. in Metalogico lib. 2. c. 10. &c. λαύρα ἐρήμου περιφανεστάτη, apud Theophanem, *laura eremi opinatiſſima*, in Miſcella.

Opinax, in Gloſſ. Iſid. *Manifeſtus*. Ugutioni, *Opinax ab opinione dicitur, i. frequenter opinatus vel manifeſtus: ſic dici mus leccatorem opinacem eſſe, i. manifeſtum omnibus.*

Opinio, Fama, exiſtimatio: Δόξα, in Gloſſ. Gr. Lat. Anianus ad leg. un. Cod. Th. de His qui veniam ætatis, &c. *Quos morum & honeſtatis commendat opinio.* Adſo Abbas Dervenſis in vita S. Baſoli c. 19. *Cum autem ejus opinio cœpiſſet ire per populos*, &c. Id pluribus probant Salmaſius ad Solinum p. 143. & Altaſerra ad lib. 1. Gregorii M. epiſt. 35. Hinc vaſſallus dicitur *quærere opinionem facere domino ſuo*, qui in exercitum cum eo pergit, & in prœliis præclarè ſe gerit, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 7. §. 1.

Opinio, Rumor, fama, nuntius. Capitulare Caroli M. an. 802. c. 17. *Pervenit ad aures noſtras opinio perniacioſiſſima*, &c.

Opinosus, Gloſſ. Ælfrici: *Famoſus vel Opinoſus*, Hliſ ꝼul.

Opipare, Joanni de Janua, *eſt nobilitare, vel renovare, vel recomponere, aut poſt planctum in conviviis gaudere.*

Opirus. Matth. Pariſan. 1248. *Tritico deficiente, panis eorum opirus & mucidus.* Ita præferre MSS. codices monet Watſius, qui vim vocis ignorare ſe fatetur. Sed legendum videtur *autopyrus*, (vide *Panis*) vel *opicus*, id eſt vetuſtus.

Opiso. Speculum Saxonic. lib. 1. art. 61. §. 6. *Opiſo, id eſt titubans, ſi in dictis ſuis ceciderit, ſine damno relevare & meliorare ſua dicta valebit.*

Opitularium, *Auxilium*. Papias.

Opizare, *Opicus*. Ugutio: *Abops, pis, quod eſt terra, opizo, as, i. corrodere, diminuere, quia omnia terra corrodit & diminuit: unde opicus, corrodens & diminuens. Inde Juv. Et divina opici rodebant carmina mures. Hinc & opici dicuntur balbutientes, & verba quodammodo diminuentes. Inde Juv. Nec curanda viris opica caſtigas amica. Verba ſolœciſmum liceat feciſſe marito. Opicus etiam dicitur quicumque alterius linguæ genus corrumpit.*

Opius, pro *Populus*, arbor. Charta Deſiderii Regis Longobard. in Bullario Caſinenſi tom. 2. p. 14. *Clauſura curtis prædicti Monaſterii de Brixia, quæ dicitur. Miliarina,*

Militarina, de oplo teclato. inter terra de Leonis, — inde per runcoras uſque in cornale ſignato. & exinde in carpeno groſſo, vel oplo. per ronere habentes literas Omega uſque in foſſa, &c. Infra: *Uſque oplo, qui eſt teclato*, &c. *Arbor Hopla*, dicitur in Charta alia Mathildis Comitiſſæ an. 1096. ibid. p. 117.

OPPA, in Legib. Adelſtani de Hundredis c. 8. Vide *Blanbornum*.

OPPERATUS. Vide *Apparatus*.

OPPONERE, in pignus dare. Gregorius M. lib. 1. epiſt. 42. *Suppeſitorium aliquod argenteum pro uno ſolido dicitur eſſe oppoſitum. & calix pro ſex ſolidis dicitur eſſe oppoſitus.* Ubi Jameſius monet in aliis codd. MSS. legi *appoſitum*, & *appoſitus*. Sed *oppoſitus* eſt quaſi *contra poſitus*, vice pignoris datus. Vide *Apponere*.

OPPORTUNUS, Idoneus. Liberatus Diaconus cap. 17. *Detrahebant apud Zenonem, & accuſabant eum, quaſi opportunus Epiſcopatui non eſſet Joannes.*

OPSTICARE. Charta Henrici III. Imp. pro privilegiis Piſanorum an. 1081. apud Ughellum: *Nec caſas apprehendere, nec diſſipare, nec ſigillare infra civitatem Piſa, neque in burgis, ſi foras civitatis habuerint tenimentum, nec muros iſta civitatis deſtruere, neque opſticare, neque iſtam civitatem igne cremare, nec foderare jubebimus.* Legendum puto *Oſtaticare*, vel *Hoſtaticare*, id eſt *fidejuſſores tollere*. Vide *Hoſtaticus*.

OPTARI Canonicus dicebatur, maximè in Eccleſia Upſalienſi apud Suecos, in qua vacante Canonia per deceſſum alicujus licebat alteri Canonico omiſſâ ſua in pinguiorem vacantem ſuccedere. Neque tamen omnes optari poterant Canoniæ: quæ enim optari poterant, *liberæ* dicebantur: quæ verò optari non poterant, *ligatæ*. Ita Joannes Schefferus ad Chronicon Archiepiſcoporum Upſalienſium p. 215. Vetus Scheda apud eundem: *Notandum quod ab iſtis prabendis videlicet — nunquam eſt admiſſum optari, & hoc propter colonos, ne colonia deſertarentur, & quia habuerunt patronos*, &c. Pag. 177. *Poſtea optavit eam* (canoniam) *D. Joannes*, &c. *deinde D. Signaſtus*, &c. *quo facto Decano, optavit eam D. Jacobus*, &c. Pag. 162. *Ipſo reſignante prabendam prædictam, per optationem alterius Canoniæ, ſibi ſucceſſit D. Nicolaus Marci in Prabenda ſeu Canonicatu.* Pag. 180. *Quo iterum optante prabendam Tierp, obtinuit eam D. Benedictus Joannis per optionem.* Paſſim ibi. Ita *feudum optare* dixit Ericus Upſalienſis lib. 5. Hiſt. Suecicæ p. 189. *Feudi verò poſſeſſio tandem duravit in manibus & poteſtate cujuſlibet ſic ementis, donec veniret alius qui idem feudum vellet optare.* Edictum Chlotarii II. Regis in Concilio Pariſienſi an. 615. c. 3. *Ut nullus vivente Epiſcopo adoptare locum ejus præſumat.*

OPTIMATES, Præcipui è Palatinis proceribus, maximè apud Gothos, Burgundos, Francos, &c. *Optimates Gothica*, in Epiſtola Aureliani Imp. apud Vopiſcum in Bonoſo. Gundebaldus Rex Burgund. in Præfatione ad leges Burgund. *Coram poſitis Optimatibus noſtris univerſa penſavimus.* Ii autem *Comites* ſunt in indice qui ſubſequitur. *Optimates nobiles*, in ead. lege tit. 2. §. 2. & in Addit. 1. tit. 14. §. 1. *Optimates, Majores domus, Domeſtici, Grafiones*, &c. in lege Ripuar. tit. 88. *Optimates palatii*, in lege Wiſigoth. lib. 12. tit. 1. §. 3. Placitum Chlodovei III. Regis Franc. apud virum doctiſſimum Joan. Mabillonium to. 4. SS. Ord. S. Bened. p. 617. *Cum nos in Dei nomine Luſarca in palatio noſtro una cum Apoſtolicis viris in Chriſto patribus noſtris Sigofrido, Conſtantino, — Epiſcopis, nec non & inluſtribus viris Ragnoaldo, Nordeberchto, Ermenfrido, Optimates; Madelulfo, Turnoaldo, Gravionibus, nec non & Benedicto & Chadoino Seneſcalcis, ſeu Marſone Comite Palatii noſtro, ad univerſorum cauſas audiendum, vel recto judicio terminandum reſederimus*, &c. Similia pene habentur in alia ibidem p. 619. — *ſeu & inluſtribus viris, Godino, — Sigoleno, Optimatis, Angligberto, Comitibus*, &c. Epiſtola Childeberti Regis ad Mauricium Imperatorem: *Illuſtri viro Sennodio Optimate*, &c. tom. 1. Hiſtoriæ Francicæ pag. 866. Ita ut *Optimates* habiti ſint, qui *Inluſtres. Optimates & Principes*, in epiſtola 1. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis. Idem præterea Deſiderius in epiſtola Veri 81. inter Francicas tom. 1. Hiſt. Franc. *Optimas* inſcribitur. Proſtant Eginhardi epiſtolæ 45. & 49. inſcriptæ *N. glorioſo Comiti atque Optimati*. In Monaſtico Anglicano tom. 3. p. 121. quidam Goda (ſub Edw. Confeſſ.) *Optimatem & Miniſtrum Regalem* ſe ſe inſcribit. In alia Charta Regis Anglo-Saxonici an. 605. ſubſcribit *Tangiſilus Regis Optimas*, apud Spelmannum in *Referendarius*. Vide S. Audoënum lib. 2. vitæ S. Eligii cap. 20. Capitul. 2. an. 813. c. 10. Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 132. lib. 5. c. 5. Marculfum lib. 1. form. 24. Formulas 18. & 21. ex Baluzianis, Aimoini Continuatorem lib. 5. cap. 50. Annales Franc. Metenſes an. 692. Caſaubonum & Salmaſium ad Capitolinum, &c.

Optimates, Vaſſalli, Barones qui à domino ratione hominii nudè pendent. Charta Fulconis Comitis Andegav. an. 1033. in Hiſt. S. Nicolai Andegav. *Et ille eam* (terram) *tenebat de Alberico de Monte Joannis quondam Optimate noſtro.* Charta Willelmi Talemondenſis domini apud Beſlium p. 422. *Convocans omnes Barones meos, quos de diverſis regionibus adduxeram, quoſque in honore meo placitaveram*, &c. — *quibus ſucclamantibus, omnes poſtmodum filios Optimatum meorum, infantes, pueros, adoleſcentes parvos & adultos congregari feci in præſentia patrum*, &c. Ubi *Barones* & *Optimates* iidem ſunt, & pro vaſſallis majoribus accipiuntur.

Optimates, apud Anaſtaſium & Paulum Diaconum in Hiſt. Miſcella, qui Byzantinis ſcriptoribus Ὀπτίματοι, quorum nomine in Aſia Provincia erat ita appellata, quod *Optimatum thema*, ſeu legio in ea præſidio eſſet. Dicti autem *Optimates*, apud Gothos, præcipui è militaribus viris, quos cum Rodogaiſo eorum duce devictos in Auguſtalem militiam adſcivit Stilicho, ut autor eſt Olympiodorus apud Photium p. 179. ex quo deinceps nomen manſit eidem militiæ, quæ poſtmodum vilioribus militaribus officiis addicta eſt, ut autor eſt Conſtantinus lib 1. de Them. c. 5. Iſtius Thematis meminit Pachymeres lib. 1. cap. 9. Vide Gloſſ. Rigaltii, & Notas Fabroti ad Hiſt. Ec. Anaſtaſii p. 233.

OPTIO, quid apud Latinos ſignificet, notum ex Grammaticis, maximè ex Stewechio ad Vegetii lib. 2. cap. 7. apud quos propriè dicuntur electi milites, *honeſti gradus, quaſi adoptati in cohortes*, ut ex Varrone docet Nonius. Gloſſ. Ælfrici: *Optiones*, ʒecoꝛenne cempan, i. delecti milites. Ordericus Vitalis lib. 8. p. 687. *Famoſus optio ſic inter verba deficiens hominem exuit.* Ita ſub finem ejuſdem libri Tancredo *Optionis* nomen tribuit, & lib. 9. *Famoſi Optiones*, p. 720. Adde lib. 11. p. 817. lib. 12. p. 870. lib. 13. p. 922.

Optiones, Militaris annonæ erogatores, qui annonas militibus diſtribuebant, in Cod. Th. l. 1. 24. de Erogat. milit. annonæ, l. ult. de Jure fiſci, l. 21. de Divin. off. in Nov. 2. Majoriani, & Novella Juſtiniani 130. &c. Ita etiam Procopius lib. 2. Vandal. c. 20. & lib. 1. c. 17. non militaris duntaxat annonæ erogatores, ſed & qui domeſticorum ſumptuum curam gerebant, Optiones dictos innuit: ὅς οἱ ἐπεμελεῖτο τῆς περὶ τὴν οἰκίαν δαπάνης, Ὀπτίωνα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. *Optio legionis*, in vita MS. S. Theagenis. V. Cujacium ad l. 7. C. de Exact. tribut. Alemannum ad Procopii Hiſt. arcanam, Salmaſium ad Spartianum, & Jacobum Gotofred. ad d. l. 1.

Optiones præterea dicuntur Carcerum cuſtodes. Acta SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Pudens miles Optio præpoſitus carceris. Optio carceris*, apud S. Ambroſium in Epiſtolam ad Epheſios cap. 4. S. Eulogius in epiſt. ad Alvarum: *Cùm me furibundo Optio præſidialis carceribus applicaret.*

OPTUMESCERE. Capitulare Caroli M. an. 808. c. 4.

De his qui ſe fraudulenter ingenuare volunt, & aliqui optimeſcunt. Fortè pro *optimeſcunt*, i. obtinent, nempe ut pro ingenuis habeantur.

OPULUS, pro *Opulentus*. Henricus Roſla in Herlingſberga: *Qui poterit facere quos vult opulos vel egenos.*

OPUS, *Operatio*, Eleemoſyna, quæ præcipua eſt inter opera bona, virtus nempe quæ avaritiæ opponitur. Epitaphium Berthæ uxoris Adalberti Marchionis in Italia apud Ughellum to. 1. p. 856.

Exulibus miſeris mater cariſſima manſit,
Atque peregrinis opus ſemper tribuit.

Extat D. Cypriani liber qui inſcribitur, *de Opere & Eleemoſyna*. Ibidem: *Et quia ſemel in baptiſmo remiſſio peccatorum datur, aſſidua & jugis operatio baptiſmi inſtar imitata, Dei rurſus indulgentiam largitur.* Occurrit ibi pluries. Ep. 3. *Pro cætera ſollicitudine & cura ſua, quam fratribus in omni obſequio operationis impertit.* Prudentius in Pſycomachia avaritiæ & operationis:

Cum ſubito in medium frendens Operatio campum
Proſilit.

Gualdo Monachus Corbeienſis in vita S. Anſcharii Archiep. Hamaburg. n. 82.

—— *operatio virtus,*
Virtutum radix, & earum ſedula nutrix.

Opus Dei, Officium divinum, ſacra liturgia, *Opus* quod *Deo* impenditur. Ita utuntur Regula S. Benedicti c. 19. 22. 43. 44. 47. 50. 52. 58. &c. Gregorius M. lib. 3. ep. 18. lib. 8. ep. 39. in Paſtorali, &c. Chrodegangus Metenſis in Reg. Canonic. Metenſ. c. 6. Vita S. Auſtrebertæ n. 16. Rupertus Abb. in vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 35. Vita S. Willelmi Gellonenſis n. 30. edit. Mabillonii, Eckehardus Minimus de vita Nockeri Balbuli c. 16. Vita S. Zozimi Epiſc. Syracuſani n. 15. Regula Magiſtri cap. 55. Uſus antiqui Ciſtercienſes cap. 68. 71. 74. 75. 92. &c. Adde Haeftenum lib. 7. Diſq. Monaſtic. tract. 2. diſq. 2. 3. *Le Roman de Girard de Vienne*, MS.

Dedans Vianne fu li Quens Oliviers,
A ſans Moriſe eſt allez au moſter,
Si oi et le Diameden meſter.

Ubi vox poſtrema *meſter*, pro *meſtier* ſcribitur, quod Gallis *opus* eſt. *Opus Dominicum*, eadem notione in Miraculis S. Ludgeri num. 10. *Opus divinum*, apud Chrodegangum in Regula Canonicor. Metenſium c. 7. *Opus ſacrum*, apud Gregor. M. lib. 1. epiſt. 41.

Opus. Lex Longob. lib. 1. tit. 2. §. 11. *De actore quod ad noſtrum opus fuerit wadiatum*, &c. §. 10. *Ille tertiam partem ad ſuum recipiat opus, duas vero ad palatium.* Galli dicunt *à ſon profit*. Adde Capitul. 2. an. 813. c. 6.

Opera tricare. Vide *Tricare*.

Opus de Limogia. Vide *Limogia*.

Opus, pro *Corvata*. Vide in *Seiſo*.

Opus, pro *Matricularia*. Vide *Operarius*.

ORA, inquit Skenæus, generaliter ſignificat quodvis metallum, veluti cùm dicimus, ait idem, *Leed-ore*, id eſt plumbi metallum, &c. Ex Saxonico ore, *metallum*.

Ora præterea, ſignificat vel monetam, vel certè partem libræ monetariæ. Nam Skenæo eſt monetæ ſpecies, ex auro, vel ære, valoris, ut videtur, 2. ſolidorum: quippe in Regiam Majeſtatem lib. 4. cap. 36. §. 1. *tres oræ* pro *vacca* pretio computantur: & cap. 27. ſupra, ſex ſolidi conficiunt pretium & æſtimationem unius vaccæ. Janus Dolmerus ad Jus Aulicum Norvegicum pag. 504. *Ora, vernacule Aura, Danis Ore, fuit olim genus monetæ valens 15. minuta. Ita 2. Oræ faciebant 2. ſolidos Danicos cum dimidio. 2. ſcilicet Oræ argenti erant 2. ½ monetæ, quæ nunc valent 7. ½ ſolidi Danici. 3. oræ autem erant 7. ½ marcæ, nunc verò duplicem faciunt valorem. 25. marcas.* At Spelmannus & Sommerus *Oram*, non monetam, ſed *unciam* eſſe volunt, quæ fuit 20. denariorum: unde in Domeſdei paſſim hæc verba occurrunt, *Tale manerium reddit 10. 20. vel 30. libras denariorum de 20. in ora.* Quia interdum *ora* fuit 16. denariorum. Vetus placitum apud eundem Spelmannum: *Solebant habere talem conſuetudinem, quod quando maritare volebant filias ſuas, ſolebant dare pro filiabus ſuis maritandis duas horas, quæ valent 32. denarios.* In legibus Canuti c. 31. de ponderibus apud eundem: *15. oræ libram faciunt.* In Regeſto Monaſterii Burtonienſis, apud Camdenum in Wiltonia, 20. *oræ* dicuntur valere 2. argenti marcis. Charta Guillelmi Nothi Regis Angior. apud Hariulfum lib. 4. cap. 24. *Molendina 3. quæ ſolvunt 35. oras denariorum.* Charta Jacobi Archiepiſc. Upſalienſis an. 1280. edita à Jo. Schetfero ad Chronic. Upſal. *Volentes ut die quo anniverſarium celebratur, cuilibet Canonico reſidenti ora denariorum, cuilibet Sacerdoti vicario dimidia ora, cuilibet parvulo Præbendario quatuor denarii, Campanariis 12. denarii de bonis Epiſcopalibus computentur.* Vide eundem Schefferum pag. 108. 109. 152. Occurrit etiam apud Ericum Olaum in Hiſt. Suecica lib. 5. p. 159. & alibi non ſemel. *Orarum* mentio eſt præterea in legibus Edw. Confeſſ. cap. 12. in legib. Scaniæ apud Andr. Suenonem paſſim, in legibus Preſbyterorum Northumbrenſium in Conciliis Anglicanis, & ſub an. 977. &c.

Ora terræ ſeu reditus *oræ* in terra. Charta Ripenſis Epiſcopi, apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. p. 383. *Omnes terræ noſtræ in Kanltrup, decem oræ terrarum in Gerrupmarck.* Charta Birgeri Regis Suecorum an 1310. apud Schefferum: in Chron. Upſalienſi: *Videlicet in Valumtroe tredecim oræ terræ cum dimidia & 2. denariis & dimidio: in Aleby 12. oræ terræ*, &c. Vide eundem p. 76. 77. 86. 87. 88. 119. 138. 140. 227.

ORABEÇELA. Vide *Lito*.

ORACULARIUS, pro *Auricularius*. Fragmentum Petronii: *Habent oracularios ſervos, qui illum peſſime deferunt. Nunquam autem recte faciet, qui cito credit.* Vide *Auricularius*.

ORACULUM. Ædes ſacra, in qua oratur. Will. Brito in Vocabulario MS. *Oraculum, dicitur Propitiatorium, unde Exodi 38. Deus fecit Propitiatorium, i. oraculum. Et in eodem ſenſu accipitur fere per totam Bibliam. — tamen pro templo poteſt accipi*, &c. Plinius lib. 12. cap. 23. *Ab Hammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor.* Vita S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis c. 8. *Ædificavit etiam aliquanto procul à majore Eccleſia ſub intervallo trium domiciliorum elegans oraculum vivo opere, miraque volutione conſtratum.* Theodorus Campedon. in vita S. Magni cap. 26. *Repererunt ibi Epiſcopum in oraculo ſuo, ſedentem & orantem.* Vita S. Jacobi Epiſcopi Tarantaſienſis, c. 1. *Oraculum conſtituunt, cellamque ædificant.* Fortunatus in vita S. Medardi c. 3. *Cum ad templorum oracula — diſcurreret.* Utuntur Gregor. M. in Dial. Anaſtaſius in vitis PP. p. 60. 90. 181. Vita S. Domitiani, Paul. Warnefridus lib. 4. c. 48. 59. Lex Longob. lib. 3. tit. 1. §. 17. Capit. Caroli M. &c.

Oraculum, Reſcriptum Principis. Arcadius & Honorius in Appendice Cod. Theod. c. 2. *Comitatum ſacrum petere, mereri mendaciis oracula, & furtiva reſcripta.* Ita paſſim in Codice, in Legibus Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 30. lib. 12. tit. 3. §. 1. &c.

ORAGO, Pluvia vehementior, tempeſtas, Gall. *Orage*, vox formata ab *aura*, quam vide. Regeſtum Eccleſiæ Pariſienſis inſcriptum, *Officium vini*, fol. 20. *Conventum ſiquidem fuit inter ipſas partes, quod ſi contingeret infra dictum terminum prædictas granchias — per communem tempeſtatem, per voraginem, vel guerram in toto vel in parte deſtrui*, &c.

ORALE, Veſtis Epiſcopalis, in formam ſindonis, quam Pontifex Romanus capiti quaſi in modum veli imponit, & replicat ſuper humeros & ante pectus. Ita Innocentius III. lib. 1. Myſter. Miſſæ c. 53. & ex eo Du-

randus lib. 3. Ration. c. 9. Teſtamentum Leodebodi Abbatis apud Helgaudum in Roberto Rege: *Sandalia* 2. *ad Miſſas, & Oralia ad menſam una cum cappis & omni apparatu*, &c. Wolphardus Preſb. lib. 2. de vita S. Walburgis n. 2. *Riſile, quo ſuper aurem orale connexerat, caſu perdidit accidente.* Charta Siſnandi Epiſcopi Iriensis æræ 952. apud Anton. de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti to. 4. *Id eſt miniſteria Eccleſiæ, calicem argenteum cum ſua paropſide, crucem argenteam, capſa argentea, ſignum cum * aquiſibus ſuis, frontales duos, palles, pallia deſuper altare, duas pallas, cellos duos, caſullas duas, orales tres*, &c. Alia Rudeſindi Epiſcopi Dumienſis æræ 930. apud eundem to. 5. *Orales* 11. *ex quibus unum auro & argento compoſitum.*

Oralia feminis etiam adſcribit Concilium Arelatenſe an. 1234. c. 16. *Mulieres autem Judeæ a* 12. *annis & ſupra, Oralia deferant extra domos.* Id eſt vela quibus caput & os tegant.

ORAMA. Vide *Horama.*

ORAMEN, Invocatio, preces. Vita S. Severi Epiſc. Raven. n. 6. *Finitoque oramine*, &c. Concilium Engilenheimenſe an. 948. in præfat. *Recitato primitus Evangelio, oramineque finito*, &c. Occurrit apud Theodericum de Tranſlat. S. Celſi n. 19. in epiſt. Bonifacii Moguntini Archiep. 3. 5. 7. 11. in Hiſt. Tranſlat. S. Landoaldi n. 18. apud Ditmarum p. 108. &c.

Pro *omine* videtur uſurpaſſe Nizo Abbas in vita S. Baſini Arch. Trevir. n. 8. *Quem in Baptiſmatis unda quodam oramine præſago Luitwinum appellavere.*

ORARIUM. Joannes de Janua: *Orarium, ab ora, pro extremitate veſtium, derivatur: limbus qui apponitur oræ, i. margini & extremitati alicujus veſtimenti, cauſa ornatus. Item Orarium poteſt dici ab os oris; & tunc Orarium, i. peplum, ſcilicet infula illa quæ involvit & operit ora, i. vultus.* Catholicon parvum: *Orarium, un ourlet de robe ou touret à mettre ſur le viſage.* Vide Salmaſium ad Vopiſcum p. 409. Propriè verò

Orarium dicitur Sudarium quo os abſtergitur. S. Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum: *Plenum dedecoris eſt referta marſupia, quod ſudarium orariumque non habeas gloriari.* S. Ambroſius de Reſurrect. *Et facies ejus* (Lazari) *orario colligata erat.* Acta S. Cypriani: *Linteamina & oraria ante eum ponebant, ne ſanctus cruor deſinens abſorberetur à terra.* Quo loco Acta alia habent *mantilia*. Acta S. Dorotheæ cap. 2. *Apparuit ferens in orario tria mala optima, & tres roſas.* Acta SS. Nicandri & Marciani Martyrum apud Caracciolum: *Poſt hæc percuſſor orariis oculis Martyrum circumdatis, injecto gladio, finem dedit eis martyrii.* Prudentius lib. περὶ Στεφάνων *Hic ſui dat pignus oris, ut ferunt, orarium.* Ubi Iſo Magiſter; *ab ore, id eſt ſudarium.* Anaſtaſius Biblioth. in Hypomneſtico p. 259. *Donata etiam particula ſancti orarii, id eſt facialis, quæ ſibi fuerat ab eo dimiſſa.* Adde Paſſionem S. Luperculi apud Boſquetum p. 169. Regulam S. Iſidori cap. 13. Gregorium M. lib. 6. epiſt. 27. & Caſaub. ad Vopiſcum in Aureliano.

Orarium B. Mariæ Virginis, apud Marlotum in Metropoli Remenſi lib. 3. cap. 15. quam vocem non percepit vir doctus, idem quod ὠμοφόριον τῆς Θεοτόκου, de quo multa diximus ad Alexiadem Annæam: eſt enim Papiæ, *Orarium, ſtola, operculum capitis*: & Ugutioni *peplum, infula illa, in qua, vel quâ involvit & operit ora.* Quod verò ὠμόφορον alii, ὀράριον dicunt Synaxaria in S. Demetrio 26. Octob. Καὶ τι τὸ ὀράριον λαβὼν, ὁ ... ὀράριον ..., &c.

Orarium, vel *Orarius*, Papiæ, *Stola Sacerdotis.* Alcuinus lib. de Divin. offic. *Orarium, id eſt ſtola, dicitur eo quod oratoribus, id eſt prædicatoribus concedatur orarium ſeu ſtola*, in Statutis Riculfi Epiſcopi Sueſſionenſis cap. 7. in Concilio Sariſberienſi an. 1217. c. 39. & in Statutis Provincialibus S. Edmundi Archiepiſcopi Cantuarienſis an. 1233. c. 25. Ordo Romanus: *Si Diaconi ordinandi ſunt, dat eis orarios & dalmaticas: ſi verò Presbyteri, orarios & planetas.* Alio loco: *Accedens autem Archidiaconus tollat orarios de Confeſſione, qui heſterna die repoſiti ſunt.* Concilium Moguntinum an. 813. c. 28. & Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 81. *Presbyteri ſine intermiſſione utantur orariis propter differentiam Sacerdotii dignitatis.* Vita S. Fulgentii Epiſcopi Ruſpenſis cap. 18. *Orario quidem ſicut omnes Epiſcopi, nullatenus utebatur.* Synodus VIII. act. 2. *Et accipiens Patriarcha oraria ipſorum*, (Preſbyterorum) *reddidit eis.* Anaſtaſius in Agathone PP. *Ea hora ſancta Synodus una cum principe ejus orarium auferri juſſerunt à collo ejus: & exiliens Baſilius Epiſcopus Cretenſis Eccleſiæ, ejus orarium abſtulit, & anathematizantes projecerunt eum foris Synodum*, &c. Bruno Signienſis de Veſtimentis Epiſcop. &c. *Orarium, jugum ſimul & onus eſt: jugum Sacerdotibus, onus Diaconibus: unde fit ut Sacerdotibus circa collum, & Diaconibus ſuper humeros ponatur: ut enim collo portatur jugum, ſic & humeris onera feruntur. — Vocatur autem orarium, quia quamvis ſine aliis indumentis ſacerdotalibus, baptizare & conſignare, & alia multa orando facere: ſine orario tamen, niſi magna neceſſitate cogente, nihil horum agere licet.* Nicetas Paphlago in Vita Ignatii Patr. CP. ὠμοφόρια καὶ ὀράρια ..., καὶ ὅσα τῆς ἱερατικῆς σύμβολα χρηματίζει πλείονας: Tradit. Fuldenſes lib. 1. trad. 39. *Oraria purpurea* 4. *fanones auro argentoque paratos ſeptem.*

Orarium Levita geſtat in ſiniſtro humero, propter quod orat, id eſt prædicat, dextram autem partem oportet habere liberam, ut expeditus ad miniſterium ſacerdotale diſcurrat. Concil. Tolet. IV. c. 40. Vide Germanum CP. Patr. in Theoria myſtica, & Concil. Bracarenſe an. 563. c. 9.

Orarium ferre prohibentur Lectores & Subdiaconi, in Concilio Laodic. c. 22. 23. & Monachi in Concilio Aurelian. I. c. 20. Vide Concil. Bracar. I. c. 9. Bracar. III. c. 1. 4. Ferrandum Diac. c. 124. Creſconium c. 172. 173. &c.

De *Orario*, conſulendi Rabanus lib. de Ordine Antiphonarii cap. 19. Honorius Auguſtodun. lib. 1. cap. 114. & Hugo à S. Victore lib. 1. de Sacamentis cap. 48. ubi obſervat, *quod apud antiquos non Orarium dicebatur ſtola, ſed Alba. Orarium* porrò à *ſtola* videtur diſtinxiſſe auctor vitæ S. Livini Epiſcopi cap. 14. *Eique caſulam purpuream, — & ſtolam cum orario — contradidit.* Vide *Stola.* Sed & *Orier* olim dixere noſtri. *Le Roman de Charité MS.*

Bien ſés que par un autre nom
Apelle on l'eſtole Orier,
Car d'ourer te fait labourier.

ORATIO, Licentia exeundi, apud Monachos, quia licentia dabatur oratione ſeu benedictione Prioris. Concordia regularum ex regula Pauli & Stephani cap. 4. *Quem cauſa manifeſta compulerit, oratione à Priore ſperata & conceſſa diſcedat.* Cap. 5. *Nec bini, nec terni, ſed ſingillatim exeuntes, orationem ſperent.* Beda in vita S. Cuthberti c. 36. *Dixerat hæc, & data oratione & benedictione, ſuam manſionem introierunt.* Petrus Diac. lib. 4. Chronici Caſin. c. 4. *Pſalmos decantantes ad cœmeterium pergant, ibique dantes orationem, poſtea de more Capitulum ſolvant.* Cap. 37. *Lavicanus Epiſcopus orationem dedit.* Regula ſancti Fructuoſi cap. 8. *Neque uſpiam ſine benedictione ſui ſenioris progrediatur.* Εὐλογία Græcis hac notione. Liber ... Εἴτις ἐξέλθοι τῆς μονῆς ... μὴ λαβὼν τὴν εὐλογίαν, ἢ ἀπελυθεὶς ὑπὸ Ἀρχιμανδρίτου μετὰ εὐχῆς, ... Vide Menardum ad Concordiam Regular.

Oratio Dominica, ſeu quam *Dominus* Jeſus Chriſtus ſuis diſcipulis præſcripſit. Hanc in Miſſa poſt Canonem recitari ſtatuit Gregorius PP. ut auctor eſt Rupertus lib. 2. de Divinis offic. cap. 21. Papias in V. *Miſſa*: *Orationem Dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrarent: & valde mihi inconve-*

nient viſum eſt, ut precem quam Scholaſticus compoſuerat, ſuper oblationem diceremus, & ipſam orationem quam Redemptor noſter compoſuit, ſuper ejus corpus & ſanguinem non diceremus: ſed & Dominica Oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos verò a ſolo Sacerdote. Vide Menardum ad libr. Sacram. Gregorii M. p. 21. 22.

Oratio Dominica periculoſa. Vide *Crucis Examen.*

Oratio paterna, aliàs Dominica, *Pater noſter*, &c. Ita vocatur in Ordine celebrandi Concilii. *Oratio Herilis*, in Vita S. Sifredi Epiſcopi Carpentoratenſis.

Oratio quotidiana, eadem à SS. Patribus appellata, ut habetur in Concilio Toletano IV. c. 10. ex SS. Cypriano, Hilario & Auguſtino, quod quotidie recitari debeat à Chriſtianis, qui per eam *panem quotidianum* ſibi dari poſtulant. Cæſarius Arelat. ſerm. 12. *Ante omnia, fratres, orationem dominicam in oratione dicamus, quia libenter ſine dubio orationem exaudit, quam ipſe pro ſua ineffabili benignitate conſtituit.*

Oratio ſuper populum, vocatur *ultima benedictio*, quæ fit in Officio Miſſæ, inquit Hugo à S. Victore lib. 3. Speculi Eccl. cap. 3. Micrologus cap. 51. *Oratio poſt Communionem, pro ſolis communicantibus ſolet orare: populus autem, etſi quotidie in Quadrageſima conveniat, non tamen quotidie, ut deberet, communicat. Ne ergo populus ita oratione ut Communione careret, adjecta eſt Oratio ſuper populum, in qua non de Communicatione, ſed pro populi protectione ſpecialiter oratur.* Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 67. *Statutum eſt ut panis poſt Miſſam benediceretur, & populo pro benedictione Communionis partiretur, hoc & Eulogia dicebatur. Sed quia hoc in Quadrageſima fieri non licuit, Orationem ſuper populum dici inſtituit, ut per hanc particeps Communionis ſit.* Vide eundem lib. 3. cap. 156. & Durandum lib. 4. Ration. c. 59.

Oratio plebis, quæ poſt Evangelia legitur, in Concilio Lugdun. I. cap. 6.

Orationes vocant Rituales libri eas preces quas in ſacris Liturgiis peragunt, quæque à verbo *Oremus* initium habent, & ſemper ad Deum Patrem diriguntur, de quibus in Concilio Carthag. apud Ferrandum Diacon. in Breviario c. 19. in Capital. Caroli M. lib. 6. c. 66. in Excerpt. Egberti Archiep. Eborac. cap. 53. &c. Has & *Collectas* appellant. Vide Durandum lib. 4. c. 15. qui n. 17. obſervat in Eccleſia Lateranenſi nunquam dici orationem, ſed in Miſſa & in omnibus Horis alta voce pronuntiari *Orationem Dominicam*, quæ in novo Teſtamento prima oratio fuit: ſicque fieri conſueviſſe in primitiva Eccleſia.

Orationale, Liber in quo continentur Orationes, quæ in Eccleſia recitantur, quæ à voce *Oremus* initium habent, in Charta an. 1176. apud Ughell. to. 7. p. 1275. Idem

Orationarius, in Teſtamento Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. dicitur.

ORATOR, Qui Deum orat, precatur. Jo. de Garlandia in Æquivocis:

Orator Chriſtum rogat, & verbum bene profert.

Salvianus epiſt. 8. *Deus tribuat, ut qui fuerunt diſcipuli quondam mei, ſint nunc quotidie Oratores mei.* Liber Epiſtolar. S. Bonifacii Archiep. Mogunt. ep. 113. *Notum ſit Pietati veſtræ, quia in quantum Deus nos exaudire dignatur, Oratores veſtri inceſſanter ſumus, & attentiùs eſſe cupimus.* Epiſt. 114. *Vernaculus veſter & fidelis orator.* Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. c. 52. *Genus humanum ab initio trifariam diviſum eſſe monſtravit, in Oratoribus, agricultoribus, pugnatoribus, — Oratorum à ſæculi vacans negotiis, dum ad Deum vadit intentio*, &c. Ordericus Vitalis lib. 3. *Talis homo non debet Abbas eſſe, qui exteriores curas neſcit, negligitque. Unde vivent Oratores, ſi defecerint aratores?* Occurrit in Concilio Aquiſgran. II. c. 15. in Charta Caroli M. quæ extat in Vita S. Autberti Beneventani n. 9. apud Ermanricum in Vita S. Soli cap. 7. & alibi paſſim.

Oratores, Peregrini qui ad Sanctorum limina orationis & pietatis ergo pergunt. Concilium Narbonenſe an. 1054. c. 24. *Negotiatores & Oratores qui ferunt ſpirias, nemo ſubſtantiam eorum apprehendat.* Nicolaus II. PP. in Decreto an. 1059. *Illi etiam qui peregrinos, vel Oratores cujuſcunque Sancti, ſive Clericos ſive Monachos, vel feminas ſeu in omnes pauperes deprædati fuerint*, &c. Concilium Romanum an. 1078. *Quicunque autem aut Orator ſive peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum devenerit*, &c.

ORATORIUM, Εὐκτήριον, εὐκτήριος οἶκος. Gloſſ. Gr. Lat. Εὐκτήριον, *Oratorium.* Ædes ubi oratur, locus orationi dicatus, juxta illud Chriſti Matth. 21. & Lucæ 19. *Domus mea, Domus orationis vocabitur.* Ugutio: *Oratorium, locus orandi, tantùm orationi conſecratus.* S. Auguſtinus ep. 121. *In Oratorio præter orandi & pſallendi cultum penitus nihil agatur, ut nomini huic & opera jugiter impenſa concordent.* Et in ep. 109. *In Oratorio nemo aliquid agat, niſi id ad quod eſt factum, unde & nomen accepit.* Ex quo S. Benedictus in Regula c. 52. *Oratorium hoc ſit quod dicitur, nec quicquam ibi aliud geratur, aut condatur.* Victor Tunnenſis in Chron. *Monaſteria atque Oratoria apud urbem regiam*, &c. Vide Honorium Auguſtod. lib. 1. c. 127.

Quærunt viri docti, quid ſit εὐκτήριον τοῦ ἀχράντου μαρτυρίου *S. Euphemiæ Calchedonenſe*, in quod ſeceſſiſſe Epiſcopos tractatum de fide habituros, dum ageretur Concilium Calchedonenſe, tradunt Acta ejuſdem Concilii, quod habitum ἐν τῷ μαρτυρίῳ ejuſdem ſanctæ Euphemiæ conſtat ex act. 3. & Scriptoribus. Vir doctiſſimus ad lib. 2. Evagrii c. ult. *Oratorium Martyrii* S. Euphemiæ contendit idem eſſe quod *altare*, *quod nos*, inquit, *Chorum vocamus*. Sed aliud fuit βῆμα, ſeu altare apud Græcos, aliud ναὸς vel chorus, uti docuimus in Deſcriptione ædis Sophianæ. Deinde in Conſtitutione Impp. Theodoſii & Valentiniani de his qui ad Eccleſiam confugiunt, *altare* ab *oratorio* diſtinguitur: *Pateant ſummi Dei templa timentibus: nec ſola altaria, & Oratorium templi circumjectum: quæ Eccleſias quadripertito intrinſecus parietum ſepto concludit, ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita, ſed uſque ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur, confugientibus aram ſalutis eſſe præcipimus.* Græca habent: Ἀνεῴχθωσαν τοῖς δεδιόσιν οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου Θεοῦ· οὐ γὰρ μόνα τὰ θυσιαστήρια, καὶ τὸ εὐκτήριον ναὸν τῶν περιβόλων τῶν τειχῶν περιβολῆ, ἕως εἰς τὰς ἐσχάτας θύρας τῶν προσφευγόντων θεσπίζομεν, &c. Ubi Jacobus Gotofredus *Oratorii* nomine intelligi vult eam Martyrii partem, à bemate & altari ſecluſam, in quam populus orationis cauſa ſecedebat.

Oratoria deinde dicta ſunt, Sacella, Monaſteriis adjuncta, quæ non erant omnibus pervia uti Eccleſiæ, quas ideo [illegible] vocabant, quod utriuſque ſexus populo paterent, & in quibus Collectas celebrare non licebat, ſed erant tantùm ad Monachorum preces & aſſiduos cantus accommodata. Sic Evagrius in Vitis SS. Patr. cap. 5. Eccleſias & Oratoria diſtinguit: *Sunt*, inquit, *in ipſa urbe — 12. Eccleſiæ, in quibus publicus agitur populi conventus, exceptis Monaſteriis in quibus per ſingula loca orationum domus ſunt, quæ certis temporibus ad orationem frequentantur.* Beletus de Divinis offic. cap. 2. *Ignorandum non eſt quin Oratorium pro ipſa Eccleſia interdum accipiatur, atque etiam quivis locus alius ad orandum conſtitutus vocetur Oratorium: cujuſmodi in ſuis cœnobiis ſibi ſtatuerunt Monachi. Oratoria*, ejuſmodi Monaſteriis ædes ſacras adjunctas vocant S. Benedictus in Regula cap. 38. 52. 58. Gregorius M. lib. 1. epiſt. 54. lib. 9. epiſt. 38. Regula Cæſarii cap. 34. 36. 42. Regula Tarnatenſis cap. 15. Ardo in vita S. Benedicti Anianenſis n. 39. &c. Olim verò Monachi ad Eccleſias Sabbato tantum & die Dominico confluebant, ut eſt apud Palladium in Hiſtoria Lauſiaca cap. 17.

Oratoria tandem dicta Sacella quædam domeſtica, aut

privatæ ædes ſacræ in agris & villis extructæ; quæ parochiarum jus non habebant, & à magnatibus ex fundis ſuis dotabantur, & ab Epiſcopis conſecrabantur. Agit de ejuſmodi Oratoriis Gregorius M. PP. qui perpetuò annotat, ea abſque Miſſis publicis ab Epiſcopis conſecranda, & idoneis reditibus locupletanda, lib. 2. epiſt. 9. Agunt etiam de iis Concilium Agathenſe c. 21. Epaonenſe c. 25. Aurelianenſe IV. c. 7. 33. Cabillonenſe c. 14. Ticinenſe an. 855. c. 3. &c. ex quibus docemur in iis Miſſas teneri propter fatigationem familiæ permitti præterquam in maximis feſtivitatibus, quas & Preſbyteri qui ea deſerviunt, & Laici, in civitatibus cum Epiſcopis tenere jubentur. At in iis baptiſmum peragi vetat Synodus Trullana can. 58. Notum præterea Romanos habuiſſe privata ſua ſacella, quæ *lararia* vocabant, Perſas ſua [illegible]. Ad ſacella iſta domeſtica fortè ſpectant quæ habet Odo Cluniac. de Tranſlatione S. Mauri: *Ubi dum quadam die iiſdem venerabilis Comes in oratoriolo compendioſe ibidem extructo, ut nobilioribus mos eſt, poſt matutinos reſidens hymnos, divinis intenderet theoriis*, &c. Vide Juſtinianum Nov. 131.

Oratorium, vulgò noſtris, *un Prié-Dieu*. Ordo Romanus: *Quartus verò Schola precedit ad Pontificem, ut ponat Oratorium ante altare, ſi tempus fuerit: & accedens Pontifex orat ſuper ipſum.*

ORATRIX, [illegible], in Gloſſ. Gr. Lat. quo loco, inquit Meurſius, intelligi debet Enchiridion precum, quod in Orientali Eccleſia habebant pariter, ut in Occidentali, & *Breviarium* vulgò indigitatur.

ORBARE, Membris privare, mutilare. Capitula Caroli M. ad Monachos an. 789. c. 16. *Ut diſciplina Monachis regularis imponatur, non ſecularis: id eſt non orbentur, non mancationes alias habeant, niſi ex auctoritate regulæ.* Gloſſ. S. Benedicti cap. de Medicina: *Orbatio*, [illegible]. Vide *Ictus orbus*.

ORBICULARE. Liber Anniverſariorum Baſilicæ Vaticanæ, apud Joannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. p. 345. *Item tria ſuperpellicia de vimpa & cortina. Item duo orbicularia de opere ad acum.* Legendum puto *auricularia*.

ORBIS, Imperium, regnum, dominatio. *Orbis Romanus*, pro Imperio Romano, in l. 17. D. de Statu hom. apud Plinium lib. 27. c. 12. Firmicum lib. 1. Matheſ. Senatorem lib. 10. ep. 8. Guill. Neubrig. lib. 5. c. 11. Gruter. inſcr. 281. 10. in Conſtitut. 4. Appendicis Cod. Theod. &c. [illegible], apud Gelaſ. Cyſic. in Actis Concilii Niceni: *Latinus Orbis*, apud Vincentium Lirin. Common. 1. *Orbis Africanus* apud Salvianum lib. 7. *Orbis vaſtus Galliæ*, in Vita S. Sulpitii Epiſc. Bituric. Veterem Chartam ita ſubſcribit Knuto Rex Angliæ in Conciliis Anglicanis: *Ego Knuto gubernator Anglici Orbis propria manu confirmo.*

Orbis, interdum pro pago, ſeu provincia. *Orbis Lemovicinus, Orbis Caturcinus*, crebro in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicib. Vide Probat. hiſt. Turenenſis non uno loco.

Orbis terrarum. Helgaudus in Roberto Rege Franciæ p. 68. *Beato videlicet Dionyſio caſulam miro itidem opere factam contulit: cui & aliud, ut tantam decebat feminam, ornamentum contexuit, quod vocatur Orbis terrarum, illi Caroli Calvi diſſimillimum.*

ORBIS, *Orbus*, *orbare*. Vide *Ictus*.

ORBITATIO. In veteri Gloſſ. Saxon. Cottoniano, [illegible], i. tritæ viæ ſeu *orbitæ* calcatio.

ORBITUDO, *Orbitas*, [illegible], in Gloſſ. Gr. Lat.

ORBITUS, *Annualis*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Lege *Obitus*, noſtris, *Obit*. Vide in *Obitus*.

ORCA, Vas Hiſpanicum, Varroni: Iſidoro lib. 20. c. 6. *amphoræ ſpecies*, cujus ratio, ait Budæus, non menſura, ſed ſua forma conſtitit: Papias; *Serca*, ſingul. *vaſis genus, orca; inde ſeriola*. Jo. de Janua: *Orca, vas olei, vel ſpecies amphoræ magnæ*. Certè *Orca*, vas eſſe fictile, præſertim oleatorium, Perſius auctor eſt:

——— anguſto collo non fallier orca.

Orca bene picata apud Columellam lib. 12. c. 15. Gregorius Tur. lib. 4. Hiſt. c. 38. *Vigilii Archidiaconi homines 70. vaſa, quæ vulgo Orcas vocant, olei liquaminis furati ſunt.* Senator lib. 3. epiſt. 7. *Sexaginta Orcas olei ad implenda luminaria.* Acta S. Sabiniani Mart. n. 7. *Et præcepit exhibere 40. Orcas olei, & mitti ſuper flammam ignis.* Hanc præterea vocem uſurpant Feſtus, Plinius lib. 15. Dolabella & alii Agrimenſores p. 253. 258. 260. 274. 304. Acta Proconſularia ſub Munatio Felice, Vopiſcus in Aureliano, Collatio Carthag. Severus Epiſc. Minoricenſis de Mirac. S. Steph. Gregorius M. lib. 1. epiſt. 53. &c.

Orcula, diminut. ab *orca*. apud Gromaticos, unde *Orculares termini*, quibus *Orculæ* erant vice finium.

ORCEOLUS. Vide *Urceolus*.

ORCHISTOPOLUS. Vide *Orciſcopalarius*.

ORCIUM, *Orciolus*, *Orciarius*, urceus. Gloſſ. Gr. Lat. Κεράμιον, *Orcium*, *amphora*. *Orcium* verò idem videtur quod *orca*, de qua voce ſupra. *Orcio*, pro vaſe oleario uſurpant Joannes Villaneus lib. 12. c. 72. & Matth. Villan. lib. 3. c. 56. hinc

Orciolus, Amphora in ſpeciem *orcæ*, urceolus: *Orciuolo*, Boccacio. Colloquia Gr. Lat. apud H. Steph. in Gloſſ. [illegible] *Allata eſt aqua ad faciem in orciolum*. Leg. [illegible]. Cap. de Laneis: *Orciolum*, [illegible]. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *Orciolus*, [illegible], *matella*. [illegible], *matella*, *urceus*, *urna*. Gloſſ. Lat. Gr. *Orceolus*, [illegible].

Orciarius, Urceus. Tradit. Fuldenſes lib. 1. trad. 39. *Cortina 12. orciarii 4. manile 1. concha 4.* &c.

ORCISCOPALARIUS. Jul. Firmicus lib. 8. Math. c. 15. *Petalmarius, Ephalmator, Orciſcopalarius*, &c. Quo loco, vocem hanc ſic effert Manilius lib. 5. à quo hauſit Firmicus quidquid de ſphæra Barbarica ſcripſit:

Corporaque immergunt undis, ipſumque ſub antris
Nerea, & æquoreas conantur viſere Nymphas.

Unde conjectat Scaliger *Orciſcopalarios* eſſe *urinatores*, ſique dictos, quod [illegible], cæcos & latentes explorent: ut *Orci galea*, latens, aut quæ latere facit dicta eſt. At Salmaſius ad Solinum legendum cenſet *Orcheſtopolarius*, atque ita appellari qui Græcis [illegible], qui ſcilicet vertiginoſa & concita ſaltatione in orbem moventur. Nam [illegible] eſt in circulum moveri & circumagi apud Heſychium. In veteri libro [illegible]arum *Orchiſtopolus* legitur.

ORCISTRA, Pulpitum Eccleſiæ, ex Gr. ὀρχήστρα, locus in quo mimi actiones ſuas exhibebant. Ordericus Vitalis lib. 11. p. 817. *Ibique ante aram Virginis & Matris in orciſtram conſcendit, & ingenti catervæ, quæ convenerat, caſus ſuos & res geſtas enarravit.* Ita *Orcheſtram* pro ſuggeſtu dixit Joannes Thwroczius.

ORDA, Tartaris, tentorium, ſtatio, curia Imperatoris. Occurrit apud Vincentium Beluacenſem lib. 32. cap. 21. 22. 24. 25. 31. & apud Abulfaragium in Hiſt. Dynaſtiarum p. 305. 326. 356. &c. Gloſſ. Theotiſcum Lipſii: *Ordon, Habitabat.*

Orda. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Si ſuper hanc orcam mihi tu juraveris ordam,
Oſcula dans illi, crimine liber abi.

Fortè idem quod *Ordalium*, quod vide.

ORDEA. Hujus vocis vis ſic exponitur in Tabulario S. Petri Generenſis: *Abſolvit idem Gaſto in Bearno omnes homines ad dominium S. Petri Generenſis pertinentes, ab exercitu, & ab omni expeditionis genere, & à repentina hoſtium inſecutione, quam vulgus conſuevit Ordeam appellare.* Quo loco Marca lib. 6. Hiſtoriæ Benehaenenſis cap. 11. num. 6. cenſet *Ordeam* idem eſſe, ac *Wardea*, in Legibus Wiſigoth. & in Capitularibus Caroli Magni, certum ſcilicet militum numerum, qui in caſtris & oppidis conſtituuntur ad arcendas repentinas hoſtium invaſiones & irruptio-

nes. At Dominicus lib. de Prærogat. allod. cap. 22. §. 5. ſcribit vocem hanc ſignificare tumultua-
riam illam & repentinam militum convocationem, quæ
æris campani ſonitu hoſti jam finibus imminenti oppo-
nitur: in veteri quippe Codice forenſium actorum
ditionis Mixiæ in regno Navarræ, conventus gene-
ralis, denuntiatio *ab orde ſonade*, idem eſt ac inter-
poſito æris ſonitu, ut interpretatur Oyhenartus in No-
titia Vaſconiæ p. 127. Ita *ordeam pulſare*, idem eſt
quod noſtris *battre le beffroy*, Anglis *levare bueſinum*.

ORDEACUM, Præſtatio ex ordeo. Vide in *Meſtiva-
rius*.

ORDELA, *Ordalium*, quodvis judicium divinum, pur-
gatio vulgaris, modus criminis purgandi, ex Saxoni-
co ordela, in Canonib. Saxonicis ſub Edgaro datis
c. 24. 62. in Senatuſconſulto de Monticolis Walliæ
c. 2. in Fœdere Edwardi & Guthruni Regum c. 9.
in Legibus Athelſtani c. 7. 14. 21. 23. Ethelredi c.
1. & Canuti c. 17. parte 2. c. 20. 27. 29. 32. 54.
in Concilio Ænhamenſi an. 1009. c. 18. 26. & in
Charta Edmundi Regis apud Will. Malmeſb. lib. 2.
de Geſt. Regum Angl. cap. 7. Vox conflecta ex Saxon.
or. i. magnum, & dael, vel dele, judicium. Alias
originationes affert & expendit Petrus Reſenius ad Jus
aulicum Canuti II. Regis Daniæ pag. 618. Vide Ki-
lianum in *Watter-or-deel*, & Olaum Wormium in
Monumentis Danicis lib. 1. cap. 11. & in voce *La-
da*, ubi de ſimplici, duplici & triplici ordalio, & in
voce *Urtella*.

ORDIBARII, Hæretici, Valdenſium ſectarii, de qui-
bus Raynerus contra Valdenſes c. 6.

ORDINABILITER, per ordinem, compoſitè. Zeno
Veronenſis ſerm. 6. ad Neophytos: *Tribulos in læta
frumenta mutavit, quam diligenti cultu purgata, mo-
larisque lapidis pio pondere feliciter fracta, ordinabili-
ter creta, omni furfure abjecto, mirifico ſplendore in fa-
rinam candidam micuerunt*. Ordo Romanus: *Ordinabi-
liter compoſitis veſtimentis ſuis*. Alibi: *Diaconus ſalu-
tato Pontifice egrediuntur de Secretario cum ordinabili
diſciplina*. Vide Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 80.
lib. 7. cap. 142. & alibi.

ORDINALE, vel *Ordinalis*. *Liber in quo ordinatur modus
dicendi & ſolemnizandi divinum officium*, inquit Lind-
wodus ad Provinciale Cantuar. Eccleſ. lib. 3. tit. 27.
Ranulfus in Polychron. lib. 7. c. 3. ſub ann. 1077. de
Oſmundo Sariſberienſi Epiſcopo. *Hic quoque compoſuit
librum ordinalem Eccleſiaſtici officii, quem Conſuetudina-
rium vocant, quo fere nunc tota Anglia, Wallia ... &
Hibernia*. Adde vitas Abbatum S. Albani p. 32. Syno-
dum Wigornienſem an. 1240. c. 1. Monaſticum An-
glic. to. 3. p. 241. &c.

Ordinarius, in Teſtamento Philippi Belvacenſis Epiſcopi
an. 1217. in Hiſt. Drocenſi p. 244. *Miſſale & Ordina-
rium texta (tecta) argento*. Statuta Synodalia Nicolai
Epiſcopi Andegav. an. 261. *Statuimus quod in ſingulis
Eccleſiis liber, qui dicitur Ordinarius, habeatur, quo Sa-
cerdotes reſpiciant ſingulis diebus ante Veſperarum inca-
ptionem, ut ipſas Veſperas, Matutinas, & officium diei ſe-
quentis faciant & exequantur, juxta Ordinarii inſtructio-
nem*. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 3. Id. Jul. *Dedit
— balſamum cum criſtallo, pallam paratam cum aurifri-
ſio, librum ordinarium, ſandalia, & caligas, & tapetum
Epiſcopale*. 13. Kal. Nov. *Obiit Bartholomeus Epiſc.
Pariſienſis, qui dedit nobis Miſſale in 3. voluminibus, &
unum Ordinarium Epiſcopale*. &c. Conſtitutiones Odo-
nis Legati Apoſtolici in inſula Cypro an. 1248. c. 12.
*Et quia Nicoſienſis Eccleſia Ordinarium, prout intellexi-
mus, in multis deficit, propter quod in eadem Eccleſia
frequenter contingit ſervitium fieri perturbatè, præcipi-
mus ut ad alicuius magnæ & ſæcularis Eccleſiæ Regni Hie-
roſolymitani dictum, Ordinarium reformetur*, &c. Si ita
diſpungas, nihil deerit, quod vult vir doctus: eſt enim
dictum, ſententia, arbitrium.

Liber ordinis, in Charta Siſnandi Epiſcopi Irienſis
æra 952. apud Ant. de Yepez in Chronico Ord. S. Be-
nedicti to. 4. *Item calices duos, libros ordinum Sacer-
dotalium, primo Feronium, tertium cum ſuo officio*, &c.

ORDINARE, Statuere, diſponere, Gallis, *Ordonner*. *diſ-
poſer*. Præceptum Caroli M. pro Hiſpanis edit. à V.
Cl. Steph. Baluzio: *Et mandamus illi ut — ordinari
faciat quomodo aut qualiter ipſi Hiſpani vivere debeant*.
Conſuetudin. Toloſæ 4. part. tit. de Homagiis: *De im-
mobilibus — nihil poteſt ... de corpore ſine aſſenſu do-
mini ordinare vel facere inter vivos*, &c. V. *Ordo*.

ORDINARIUS, *Manipularis, qui in ordine eſt*, apud Fe-
ſtum. Gloſſæ Iſidori: *Ordinarius miles, qui in integro
ordine eſt, vel numero*. Gloſſæ Gr. Lat. Ταγματικός, *Ordi-
narius*. Ita uſurpant Vopiſcus in Bonoſo, & Capitoli-
nus in Clodio Albino. Sed &

Ordinarii interdum appellantur, qui *ordines* ducunt.
Gloſſæ eædem: Ταξιάρχης, *Ordinarius, Manipularius*.
Atque ita occurrunt *Ordinarii* apud Vegetium lib. 2.
cap. 7. 8. 15. Præterea

Ordinarii, dicuntur judicum Ordinariorum officiales, vel
Apparitores, qui inter Corniculanos, Commentarien-
ſes, Numerarios, Apparitores, vel Speculatores recen-
ſentur in Notitia Imperii, in l. 16. Cod. Th. de Cohor-
talib. & l. 3. de his qui adminiſtr.

Ordinarius, Judex ordinarius. Charta Henrici Imp. an.
1312. *pro Janoto Spinola Henrici filio: Te in vicarium
noſtrum Caſtri Caſſani ac Forcatiæ Brunici territorio-
rum & diſtrictuum eorundem uſque ad beneplacitum Impe-
rialis Majeſtatis conſtituiſſe recolimus, ac ea quæ ſunt
meri & mixti Imperii ac ſimplicis juriſdictionis in locis ip-
ſis tibi plenarie commiſiſſe, ac te feciſſe Ordinarium in
prædictis, nec non pro te tuiſque poſteris conceſſiſſe ut ...
... pedagii ... pro qualibet ſalma*, &c.
Charta Rogerii Regis Siciliæ an. 1137. apud Ughellum
to. 7. p. 564. *Similiter ... ut nullus ... Ordina-
rius animalia hominum Salerni, & conſilium eorum, an-
gariare præſumat*. *Ordinarii judices*, in Cod. Th. l. 5. de
Proximis, l. 2. Ne quis in palatio, &c.

Ordinarius, loci Epiſcopus, qui habet ordinariam juriſdi-
ctionem in cauſis Eccleſiaſticis, noſtris vulgò, *l'Ordinai-
re*; *ordinary*, apud Littletonem ſect. 136, 648. Vide
Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 22. §. 2.

Ordinarii etiam dicuntur ex ordine Eccleſiaſtico, dignita-
tes Eccleſiarum, quibus competit aliqua juriſdictio.
Lindwodus ad Provinciale Cantuar. Eccleſ. lib. 1. tit.
3. *Ordinarius principaliter habet locum de Epiſcopo &
aliis ſuperioribus, qui ſol. ſunt univerſales in ſuis juriſ-
dictionibus, ... ſed ſunt ſub eo Ordinarii, hi videlicet
quibus competit juriſdictio ordinaria de jure, privilegio
vel conſuetudine*, &c. De his videtur intelligendus
Ratherius Veronenſis in Itinerario: *Recolitis — me
præcepiſſe ut duobus diebus Archipresbyter & Archidia-
conus me abſente advenantes cum ordinariis omnibus pa-
riter reſidentibus diſcuterent, die tertia emendanda mihi
omnia recitarent*.

Ordinarius ordinariorum dicitur ſummus Pontifex, ex quo
collationem beneficiorum ſibi arrogavit, in Concilio
Lateranenſi cap. 5. cap. Antiqua de Privileg. Exinde
Pontifex concurrit cum omnibus Ordinariis, & jure præ-
ventionis confert omnia beneficia vacantia.

Ordinarius, Dignitas in ordine Canonicorum regularium,
cujus munus recitat Innocentius III. lib. 1. Epiſt. p.
30. edit. Venetæ: *Prædictorum autem octo (Canonico-
rum Regularium in Eccleſia Peruſina) major Archi-
presbyter erit, alius Ordinarius, ſequens Camerarius, —
Ordinarius vero clauſtrum debet ex officio cuſtodire, ſigna-
re diligenter, & auſcultare à ſingulis lectiones*, &c.

Ordinarii dicuntur Canonici Eccleſiarum Collegialium,
in Charta an. 1040. apud Ughellum to. 4. p. 147.
961. & Puricellum in Ambroſ. Baſil. p. 425. 517.

ORDINATUS mori dicitur, qui teſtamentum condidit,
apud Will. Tyrium lib. 12. c. 25. Vide *Inordinatus*.

ORDO, Modus, ratio.

Malo Ordine, in Lege Ripuar. tit. 59. §. 8. tit. 67.

6. 5. &c. apud Luciferum Calarit. De non parcendo hæretic. p. 248. S. Audoënum in vita S. Eligii lib. 3. c. 55. in vett. Chartis apud Doubletum p. 692. 694. in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 65. &c.

Malo ordine & contra leges, in vet. Charta apud Ughellum to. 7. p. 1418. *Malo ordine & iniquo ingenio*, in alia apud Sammarthanos in Epiſcop. Maſſil. n. 14. *Ordine violento*, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 110. §. 1.

Quieto ordine, apud Doublet. p. 859. Ughell. to. 2. p. 145.

Ordine legitimo, in Charta Caroli M. apud Doubletum p. 717.

Æquitatis ordo, in formulis Lindenbr. c. 105.

Canonico ordine vivere, diſtringere, in Lege Longob. l. 3. tit. 1. §. 18.

Uſu & ordine fructuario poſſidere, in Pancharta nigra S. Martini Turon. fol. 103. col. 2. eſt jure uſuſtructus. *Uſufructuario ordine beneficiare*, in Form. vet. c. 38.

Vivo ordine. Teſtamentum Ephibii Abbatis de Geniciaco an. 696. ex to. 12. Spicilegii Acheriani: *Facio teſtamentum de rebus meis & hæreditate mea quæ ex parentibus meis Leobio & Theodigna legitima auctoritate ad me pervenit, & ex ſorore mea, quæ ſine liberis defuncta hæreditatem ſuam mihi vivo ordine dereliquit.* Id eſt dum viveret.

Ordo, Curia, Senatus. Gloſſ. Gr. Lat. Βουλευτήριον, *hæc Curia, Ordo.* S. Auguſtinus in Breviar. Collat. 3. cap. 13. *Scripſit etiam Secundus & ad ſeipſum miſſos à Curatore & Ordine, Centurionem & Beneficiarium.* Occurrit ibid. cap. 15. & 17. & in Cod. Theod. non ſemel.

Ordo Reipublicæ ſuperior & inferior, i. Magiſtratus majores & minores. Charta Carlomanni Regis, ex Archivis Pictav. S. Crucis. *Nec à quibuſquam ſuperioris aut inferioris Ordinis Reipublicæ procuratoribus, aut quibuſlibet miſſis diſcurrentibus exigatur, aut fieri præcipiatur.*

Ordo, Ordinis Sacramentum, quod ei confertur qui in aliquem ordinem Eccleſiaſticum cooptatur. Zozimus PP. epiſt. ad Heſychium c. 1. *Hinc paſſim numeroſa popularitas — dum parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præſtare non poſſunt, divinos Ordines largiuntur.* Vide Baronium an. 44 n. 85. & ſeqq.

Ordines majores ac ſacri ſunt, *Subdiaconatus, Diaconatus, Preſbyteratus, Epiſcopalis:* minores verò, ſeu non ſacri, *Cantoratus, Pſalmiſtatus, Oſtiaratus, Lectoratus, Exorciſtatus, Acolytatus.* Omnes tamen ordines *ſacros* promiſcuè appellatos annotat Menardus ad lib. Sacrament. p. 270. Synodus Beneventana an. 1091. c. 1. *Sacros Ordines dicimus Diaconatum ac Preſbyteratum.*

Cur Ordines in 4. temporibus fiant, vide Honorium Auguſt. lib. 3. c. 155. & Durandum lib. 2. Ration. cap. 1. præterea Menardum p. 272. Cur verò Epiſcopi diebus dominicis, Preſbyteri & cæteri miniſtri Eccleſiæ in Sabbato ordinentur, vide Hugon. à S. Victore lib. 1. de Sacram. c. 44.

Ordinare, Ordines ſacros & Eccleſiaſticos conferre, quod faciunt Epiſcopi. S. Auguſtin. epiſt. 137. *Cum pronuntiveri in Clericatu — conaretur, ego autem nullo modo adducerer ei homini, de quo tantum mali exiſtimarem, manus ordinationis imponere.* Gillebertus Lunicenſis Epiſcopus de Uſu Eccleſiaſtico: *Ordinat Epiſcopus Abbatem, Abbatiſſam, Sacerdotem & cæteros ſex gradus.* Apud Anaſtaſium in vitis PP. paſſim habentur hæc verba, *Hic fecit Ordinationes per menſem*, &c.

Ordinati, qui ordinibus Eccleſiaſticis donati ſunt. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11. *Qui ordinatum occiderit, vel malignaverit*, &c. Adde cap. 68. Matth. Paris in Henrico III. *Juravit quod honorem, pacem, & reverentiam portabit Deo & ſanctæ Eccleſiæ, & Ordinatis, omnibus diebus vitæ ſuæ.*

Exordinare, Sacerdotali gradu ſpoliare, *degradare*. Leges Alvredi Regis Weſt-Sax. art. 24. apud Bromptonum: *Si Preſbyter hominem occidat, — exordinet eum Epiſcopus.* Leges Henrici I. c. 7. *Si Diaconus hominem occidat, exordinetur.* Eadmerus in Vita S. Wilfridi c. 23. *Si me adſeris contra ſcita Canonum ordinatum, libenti animo exordinari concedo.* Adde Chronicon Mauriniacenſe pag. 384.

Reordinationes vetant Canones Conciliorum. Fulbertus Carnot. epiſt. 25. *Rebaptizationes & Reordinationes fieri Canones vetant. Propterea depoſitum non reordinabitis, ſed reddetis & ſuos gradus per inſtrumenta & per veſtimenta, quæ ad ipſos gradus pertinent, ita dicendo, Reddo tibi gradum Oſtiarii, &c. In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Noviſſimè autem benedictione lætificabitis eum, ſic concludendo, Benedictio Dei Patris & Filii & Spiritus ſancti ſuper te deſcendat, ut ſis confirmatus in ordine ſacerdotali, & offeras placabiles hoſtias pro peccatis atque offenſionibus populi omnipotenti Deo, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.*

Ordo, Liber Eccleſiaſticus, ſic dictus, qui vulgò *Ordo Romanus*, editus cum ſcriptoribus de Ritibus Eccleſiaſticis, cujus mentio eſt in lib. 7. Cap. Caroli M. cap. 143. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. cap. 57. *Moxque ſuper eum orationem primam, ſicut in Ordine continetur, Lavicanus Epiſcopus dedit.*

Ordo, nudè, pro Ordine religioſo. Arnoldus Lubecenſ. lib. 4. cap. 13. *Quid ergo damno, reprehendo? Ordinem? non Ordinem, ſed Ordinis ſuperfluitates, quæ ex illo tempore cœperunt, ex quo facta eſt mutatio Ordinis.* Curia Generalis Catalaniæ an. 1289. *Neque aliam Eccleſiam, neque domum Ordinis, vel Religionis, vel Monaſterii*, &c. *Homo Ordinis*, Religioſus. Curia General. Catalan. an. 1291. *Aliquem Richum hominem, Militem, Clericum, hominem Ordinis, vel civem*, &c. Synodus Sueſſionenſis an. 744. c. 5. *Ut Ordo Monachorum vel ancillarum Dei ſecundùm regulam ſanctam ſtabilis permaneat*, &c. *Ordo Eccleſiaſticus*, lib. 1. Capitular. c. 78. &c. Adde Gerbertum epiſt. 45. & quæ de voce *Ordo* annotavit Seldenus in Eutychii Origines p. 27. & ſeqq. 1. edit.

Ordo, Regula ipſa, vel obſervatio monachica. Eadmerus lib. de Similitudinib. S. Anſelmi cap. 77. *Hæc & his ſimilia novitius dicit, dum Ordo imprimis illi videtur gravis.* Cap. 79. *Ipſi jam probati ſunt in omni humilitate & obedientia, & patientia, & obſervatione omnium quæ Ordo expoſcit.* Charta Stephani Epiſcopi Noviomenſis an. 1215. *Et anno elapſo in conſpectu univerſitatis fratrum & ſororum Ordo domus ei exponatur*, &c. Hinc Regula primaria Canonicorum Regularium S. Victoris Pariſienſis inſcribitur *Liber Ordinis S. Victoris. Ordo ſanctus*, in Capitulari an. 779. c. 3. *Ordo regularis & canonicus*, in Synodo Vernenſi an. 755. c. 11.

Ordo niger, *Nigri Monachi*, Benedictini in Occidente paſſim dicti, apud Matth. Paris p. 321. 514. *Nigri Monachi ſub norma S. Benedicti famulantes*, apud Ingulfum p. 851. Tidericus Langenius in Saxonia:

Nigris amicti velut ordinis hi Benedicti
Gradu ſublimi ſubſiſtunt ordine primi.

Poëta infimi ævi MS.

Sunt tria nigrorum quæ vaſtant res Monachorum,
Renes, & venter, & pocula ſumpta frequenter.

Veteres porro Monachos μέλαιναν ἐσθῆτα induiſſe autor eſt Eunapius in Ædeſio p. 78. Vide Haëftenum lib. 5. Diſq. mon. tract. 6. diſq. 3.

Ordo albus, Canonicorum Regularium Ordinis ſancti Auguſtini. Jacobus à Vitriaco in hiſtor. Occident. cap. 13. *Cùm à priſcis temporibus in partibus Occidentis duæ tantum fuiſſent regularium diverſitates, Monachi ſcilicet nigri, ſancti Benedicti regulam profitentes: & Canonici albi ſecundùm regulam B. Auguſtini viventes, poſtquam peccatis exigentibus primò modica negligentes paululum cadere cœperunt, tandem ad tantam diſſolutionem plures regularium Conventus devenerunt, quod viri timorati & prudentes, ſub alio habitu & aliis inſtitutis Domino militaturi ab ipſis receſſerunt.* Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 711. *In ſaltibus & campeſtribus paſſim conſtruuntur Cœnobia, noviſque ri-*

tibus variiſque ſeemat ibus trabeata peragrant orbem cucullatorum examina. Albedine præcipuè in habitu ſuo nituntur, quâ ſingulares ab aliis notabileſque videantur. Nigredo in plerìſque locis ſancta Scriptura humilitatem deſignat, quem idcirco colorem religioſorum fervor hactenus geſtat. Nunc autem nigredinem, quâ priſci patres tam regulares Clerici in cappis, quàm Monachi in cucullis, ob humilitatis ſpecimen uſi ſunt, moderni tanquam ob majoris juſtitiæ oſtentationem abjiciunt: intſitata quoque pannorum ſectione ſuorum ab aliis diſcrepare appetunt, &c. Archithrenius lib. 2. cap. 14. *de ſobrietate alborum Monachorum*:

> *O ſancta, ô felix albis galeata cucullis*
> *Libera paupertas*, &c.

Will. Brito lib. 8. Philipp.

> *Non parcit Monachis, aut quos Ciſtercius Ordo*
> *Candidat, aut habitus denigrat Cluniacenſis.*

Vide Matth. Paris p. 241.

Ordo griſeus, Monachorum ſcilicet qui coloris cineritii, ſeu *Pſeudolactini*, veſtibus induebantur: quo nomine Ciſtercienſes Monachi intelliguntur, qui *nigrum habitum primi in griſeum commutarunt*, ut autor eſt Jacobus de Vitriaco in hiſt. Occident. cap. 14. Ita de his intelligendi Marianus Scotus an. 1099. Cæſarius lib. 10. Miraculor. cap. 46. Brocardus in Itiner. Terræ ſanctæ, Albertus Stadenſis an. 1195. Cromerus in Metropoli lib. 7. c. 14. & alii. Sed & Tironenſes Monachos in Carnutibus, *à conſortio nigrorum Monachorum, mutato habitu, in griſeum* receſſiſſe ſcribit idem Jacobus de Vitriaco cap. 20. Vide Michaëlem Scotum lib. 4. Menſæ philoſophicæ c. 39.

Ordo Aſinorum. Vide *Aſinus*.

Ordo Fidei, ſeu *Militia Ordinis Fidei Jeſu Chriſti*, Ordo militaris inſtitutus contra Albigenſes, cujus quidam Savaricus *Pauperem* ſe *Magiſtrum* inſcribit in literis an. 1220. in Regeſto Curiæ Franciæ de negotiis Seneſcalliarum Carcaſſonæ, &c. ch. 48. Extat ibidem fol. 23. v. Charta alia de terris collatis Ordini Fidei Jeſu Chriſti in partibus Narbonenſibus à Comite Montisfortis ejuſdem an. 1220.

Dare ordinem, Phraſis Gallica, *donner ordre de faire quelque choſe*, curare ut aliquid fiat. Occurrit non ſemel in vitis PP. ab Ill. Epiſcopo Monſpellienſi editis p. 108. 134. 190.

ORE DELFE, Raſtallo, *eſt l'om une clayme de aver le ore que eſt trové en ſon ſoile, ou terre*. Id eſt cùm quis clamat, ſeu ſibi vindicat metallum, quod in ſuo ſolo vel agro inventum eſt. Ex ore Saxon. *metallum*: *nummus*, (hoc autem loco theſaurum ſonat) & delfan, *fodere*, Theſaurus defoſſus.

ORESTE. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 16. 17. 827. *Habeant etiam — Curiam ſuam & juſtitiam cum Soka & Saka — flemenefrith, & ordel, & oreſte infra tempus & extra, & cum omnibus aliis conſuetudinibus & immunitatibus*, &c.

OREXIS, Cibi appetentia, aviditas, ex Gr. ὄρεξις. Lampridius in Heliogabalo: *Amabat ſibi pretia majora dici earum rerum quæ menſæ parabantur, orexin in convivio hanc eſſe aſſerens*. Paulinus epiſt. 3. ad Severum: *Ac ne in hoc ipſo delicatius nobiſcum agere videretur, qui nos ad orexim Monachorum parabat imbuere, fabam intrivit panicio, quo citius Senatorium poneremus faſtidium*. Joan. Sariſber. lib. 8. Policrat. c. 6. *Et quos magis onerare voluerint majoribus oneratos minoribus poculis ingurgitant, & diſtendunt: & donec rapidam orexin excutiant, aliquid amicitiæ aut feſtivitati credunt eſſe ſubtractum*. Henricus Roſla in Herlingſberga, de quodam prælio:

> *Sanguinis hic aliquis miſerandam fundit orexin.*

Id eſt, amittit deſiderium fundendi ſanguinis.

ORGANUM, quod vario calamorum ordine conſtat, follibuſque inflatur: nam ὄργανον, *fiſtula*, exponitur, ut ὀργανάριος, *fiſtularius*, in Gloſſ. Gr. Lat. Non omnino nuperum eſſe inventum, ſatis declarat S. Auguſtinus in Pſal. 56. *Organa dicuntur omnia inſtrumenta muſicorum. Non ſolum illud Organum dicitur, quod grande eſt, & inflatur follibus, ſed quicquid aptatur ad cantilenam, & corporeum eſt, quo inſtrumento utitur qui cantat, Organum dicitur*. Ut & Iſidorus lib. 3. Orig. c. 20. *Organum, vocabulum eſt generale vaſorum omnium muſicorum. Hoc autem cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant. Ut autem Organum dicatur, magis ea vulgaris eſt conſuetudo Græcorum*. Eadem pene habent Amalarius lib. 3. de Eccl. Offic. cap. 3. Papias, & Ugutio. Sed & ejuſmodi organa reſpexit, opinor, Senator lib. 1. epiſt. 45. *Facit aquas ex imo ſurgentes præcipites cadere: ignem ponderibus currere, organa extraneis vocibus inſonare, & peregrinis flatibus calamos complet, ut muſica poſſint arte cantare*. Quinetiam deſcribitur ab eodem in Pſalmum 150. *Organum itaque eſt quaſi turris diverſis fiſtulis fabricata, quibus flatu follium vox copioſiſſima deſtinatur, & ut eam modulatio decora componat, linguis quibuſdam ligneis ab interiore parte conſtruitur, quas diſciplinabiliter Magiſtrorum digiti reprimentes grandiſonam efficiunt & ſuaviſſimam cantilenam*. A Juliano etiam, quem Parabatam plerique putant, hocce Epigrammate deſcribitur in Anthol. lib. 1. cap. 64.

> Ἀλλοίην ὁρόω δονάκων φύσιν· ἦ που ἀπ' ἄλλης
> Χαλκείης τάχα μᾶλλον ἀνεβλάστησαν ἀρούρης,
> Ἄγριοι, οὐδ' ἀνέμοισιν ὑφ' ἡμετέροις δονέονται,
> Ἀλλ' ὑπὸ ταυρείης προθορὼν σπήλυγγος ἀήτης,
> Νέρθεν ἐϋτρήτων καλάμων ὑπὸ ῥίζαν ὁδεύει.
> Καί τις ἀνὴρ ἀγέρωχος ἔχων θοὰ δάκτυλα χειρὸς,
> Ἵσταται ἀμφαφόων κανόνας συμφράδμονας αὐλῶν.
> Οἱ δ' ἁπαλὸν σκιρτῶντες, ἀποθλίβουσιν ἀοιδήν.
>
> *Quam cerno alterius natura eſt fiſtula: nempe*
> *Altera produxit fortaſſe hanc ænea tellus:*
> *Horrendum ſtridet, nec noſtris illa movetur*
> *Flatibus, at miſſus taurino è carcere ventus*
> *Subtus agit leves calamos, perque ima vagatur.*
> *Mox aliquis velox digitis, inſignis & arte*
> *Adſtat, concordes calamis pulſatque tabellas.*
> *Aſt illa ſubito exiliunt, & carmina miſcent.*

In allatis Organi deſcriptionibus, nulla hydraulicorum, quomodo deſcribuntur à Voſſio ex Vitruvio & Herone, in libro de Poëmatum cantu & virib. rythmi p. 100. & ſeqq. nulla fit mentio, immo follibus ſpiritum accepiſſe dicuntur, adeò ut ab hodiernis non omnino diſcrepaſſe fatendum ſit, etſi Latinis vix cognita fuiſſe evincant quæ habent Francorum Annales, qui in Franciam tum primùm allatum organum an. 757. ac Pipino Compendii tum agenti, cum aliis muneribus miſſum à Conſtantino Imp. narrant. Exhinc ſimile Organum Carolo M. oblatum per Legatos ab Imperatore Conſtant. Michaële forte cognomento Rhangabe, ſubdit Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 10. à quo ita deſcribitur: *Adduxerunt etiam iidem Miſſi omne genus Organorum, ſed & variarum rerum ſecum, — & præcipuè illud muſicorum organum præſtantiſſimum, quod doliis ex ære conflatis, follibuſque taurinis, per fiſtulas æreas mirè perflantibus, rugitu quidem, tonitrui boatum, garrulitatem verò lyræ vel cymbali, dulcedine coæquabat*. Organa verò habuiſſe Veronenſem Eccleſiam Carolo M. imperante docent aliquot Chartæ deſcriptæ ab Ughello to. 5. p. 604. 610. Ad Ludovicum Pium deinde adductus eſt *Presbyter quidam de Venetia, nomine Georgius, qui ſe organum poſſe facere aſſerebat: quem Imperator Aquiſgrani cum Thancolfo Sacellario miſit, ut ei omnia ad id inſtrumentum neceſſaria præberentur imperavit*, ut eſt apud Eginhardum in Annalibus an. 826. Autor vitæ ejuſdem Ludovici: *Qui diceret organum more Græcorum poſſe componere*. Idem Eginhardus de Tranſlat. SS. Martyrum Marcellini & Petri c. 16. de Georgio: *Hic eſt Georgius Veneticus, qui de patria ſua ad Imperatorem venit, & in Aquenſi Palatio organum, quod Græce hydraulica vocatur, mirifica arte compoſuit*. Quod

quidem

quidem Organum Aquiſgranenſe illud idemque eſſe videtur, quod deſcribitur à Walafrido Strabo, qui primum ejus inventum Græcis attribuit, & ab ipſo Ludovico confectum innuit:

En queis præcipue jactabat Græcia ſe ſe
Organa Rex magnus nos inter maxima ponit.

Sed ſcrupulum injicit, quod loco proximè laudato Eginhardus, organum illud Ludovici juſſu à Georgio Veneto Aquiſgrani confectum, *Hydraulicum* appellat, quaſi aquarum vi, ut ſunt hydraulica organa apud Vitruvium lib. 10. cap. 13. ſonum ediderit: cùm ejuſmodi hydraulica quantum ad formam haud multùm differrent ab hodiernis organis: quod abundè docet ea pars Porphyriani Panegyrici Conſtantino M. dicti, quæ organi ſpeciem refert, quod hydraulicum fuiſſe teſtatur hic verſus:

Sub quibus unda latens properantibus incita ventis, &c.

Sed & hydraulicorum organorum uſum obtinuiſſe in Eccleſiis noſtratibus teſtatur Willelmus Malmeſburg. *Extant etiam apud illam Eccleſiam doctrina ipſius monumenta, horologium arte mechanica compoſitum, organa hydraulica, ubi mirum in modum aqua calefacta violentiam ventus emergens implet concavitatem barbiti, & per multiforatiles tranſitus ænea fiſtulæ modulatos clamores emittunt.* Quæ verò de organis muſicis narrant Conſtantinus Manaſſes & Michaël Glycas à Theophilo Michaelis F. Imperatore Conſtantinopol. adinventis, non organa noſtratia ſpectant, ſed muſicam quandam avium fictitiarum arbori perinde fictitiæ inſidentium organicam intelligunt, quod ex Leone Grammatico licet colligere.

Organorum noſtratium ac ingentium, præclaram deſcriptionem habet Volſtanus in prologo ad vitam S. Swithuni:

Talia & auxiſtis hic organa, qualia nuſquam
Cernuntur gemino conſtabilita ſono.
Biſſeni ſupra ſociantur in ordine folles,
Inferiuſque jacent quatuor atque decem.
Flatibus alternis ſpiracula maxima reddunt,
Quos agitant validi ſeptuaginta viri,
Brachia verſantes, multo & ſudore madentes,
Certatimque ſuos quiſque movet ſocios,
Viribus ut totis impellant flamina ſurſum,
Et rugiat plena Kapſa referta ſinu.
Sola quadringentas quæ ſuſtinet ordine muſas,
Quas manus organici temperat ingenii.

In interdictis porro *ſuſpenduntur Eccleſiæ organa*, ut eſt apud Will. Neubrigenſem lib. 1. cap. 17. extremo. Sed de Organorum uſu in Eccleſiis conſulendus Steph. Durantus lib. 1. de Ritibus Eccleſiæ c. 13.

Organum triplum ſeu quadruplum. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 7. Id. Jan. *Et quilibet Clericorum qui ad Miſſam Reſponſorium vel Alleluia in organo triplo vel quadruplo decantabunt, 7. den. habebit.* Adde 3. Id. Jul.

Organa, ſeu *Orgues* noſtri appellant cataractas lapſiles ferreas ad urbium & caſtrorum portas. Vide Tactica Ducis Clivenſis p. 81.

Organizare, Canere in modum organi. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis Non. Jul. *Et 4. Clericis qui organizabunt Alleluia, cuilibet 6. den.*

Organarius, qui Organa muſica pulſat, vel qui conficit, ὀργανικός, in Gloſſis. Gloſſæ aliæ: Ὀργανικός, *Organarius*, *fiſtularius*. Jul. Firmicus lib. 3. Matheſ. c. 14. *Muſicos vel organarios faciet.* Sic lib. 4. c. 7. & 15. Vide Cujac. ad l. 4. Cod. de Excuſat. muner. lib. 10. Meſſianus in vita S. Hilarii Arelatenſis: *Tanquam ſpiritalis & ſanctus organarius corda tangebat ſingulorum.* In Statutis MSS. pro *Joculatoribus* & *Miniſtellis*, *Organeurs* appellantur, qui organa pulſant.

Organiſtrum, locus in Eccleſia ubi ſunt organa. Galbertus in vita Caroli Comitis Flandriæ cap. 4. *Se in organiſtro, ſcilicet in domicilio quodam organorum Eccleſiæ — occultaverat. Domus Organorum*, dicitur in Catalogo Epiſcoporum Friſingenſium, in Metropoli Saliſburgenſi: *Ruit ciborium deauratum, & domus organorum*, &c.

ORGERAFRUS. Bernardus Monachus, poſtmodum Archiep. Toletanus, in Conſuetudinibus Cluniac. MSS. ex Bibl. Sangermanenſi Pariſ. c. 9. *In Quadrageſima omni die Dominica, & omni die Jovis facit per conſuetudinem caritatem de Orgerafro facto de betonica, & aliis bonis herbis, admixto melle.*

ORGILDE, vox Saxon. quæ *ſine compenſatione* ſignificat, de eo uſurpata cujus vita nullo pretio redimenda eſt, ut qui jure fuerit occiſus: ex or, quæ negativam ſonat, & ʒyld, *compenſatio*. Leges Alvredi & Godrini c. 9. apud Bromptonum, & cap. 6. apud Lambardum: *Si hoc invenitur, jaceat orgilde.*

ORIA, pro *Orgia*. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. c. 21. *Ille quem aſpexi puteus altitudinis habet vicenas orias, hoc eſt 40. cubitos. Oria ergo, ſive cubitus, eſt utriuſque manus à latere extenſio utroque.*

ORIGINARII, *Originales*, *vernaculi*, Iſidoro in Gloſſis & Papiæ. Servi glebæ addicti, adſcriptitii, à prima *origine* colonariæ conditionis adſtricti. *Coloni originales*, in l. 14. Cod. Th. de Annona & tribut. *Originali inquilinatu obnoxii, & tributarii*, apud Sidonium lib. 5. epiſt. 19. Edictum Theoderici Regis cap. 142. *Liceat unicuique domino ex prædiis, quæ corporaliter & legitimo jure poſſidet, ruſtica utriuſque ſexus mancipia, etiamſi originaria ſint, ad juris ſui loca transferre, vel urbanis miniſteriis applicare, ita ut illis prædiis acquirantur, ad quæ voluntate domini migrata fuiſſe conſtiterit, — alienare etiam ſupradictæ conditionis homines liceat dominis abſque terra aliqua portione*, &c. Adde cap. 21. 48. 56. 63. 64. 65. 66. 67. 68. Teſtamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 1. cap. 18. *Innocentium ſervum, quem accepi à Profuturo originario meo*, &c. Sic in l. 1. Cod. Th. de Inquilin. *Qui aliquid per originem debent*, apud Avitum Viennenſem epiſt 32. *Originariæ conditioni obnoxii*, apud Gelaſ. I. PP. epiſt. 9. *Qui conditionem loci debent*, apud Gregor. M. lib. 3. epiſt. 21. *Qui originali aut alicui conditioni obligati detinentur*, in Capit. Caroli M. lib. 7. c. 34. & apud Hincmarum Remenſem epiſt. ad Clerum Beluac. *Qui cavagia debent ratione originis*, in Charta an. 1220. apud Hemeræum. Ita in Novella Theodoſ. & Valentin. de 30. annor. preſcript. in Nov. Valentin. de Epiſcopali judicio, in Concilio Tolet. V. c. 9. in Lege Burgund. tit. 7. tit. 17. §. 5. tit. 21. §. 1. in Wichbid. Magdeb. art. 50. apud Cæſarium Heiſterbach. lib. 4. cap. 88. lib. 6. cap. 7. lib. 7. cap. 39. Joan. de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 6. &c.

Originales ſervi, apud Theganum de Geſtis Lud. Pii c. 44. in Formulis veterib. apud Bignonium form. 16. &c. Charta Gallica manumiſſionis an. 1315. tom. 11. Spicilegii Acheriani p. 386. *Teles ſervitudes ſoient ramenées à franchiſe, & à tous ceus qui de ourine & ancienneté ou de nouvel par mariage, ou par reſidence de lieus de ſerve condition ſont encheus, ou porroient encheoir ou lieu de ſervitude*, &c. *Francorine*, id eſt origine francus, liber, in Conſuet. Hannonienſi cap. 83. Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.

Pietres li Rois d'Eſpaigne en hay la Royne,
Qui donnée li fu de la Royal orine.

Infra:

Li Baron du pays, qui ſont de bonne orine.

ORINALE, idem quod *Orarium*. Acta S. Baſiliſci Mart. n. 20. *Abiit ergo ipſe Agrippa ad flumen ubi decollatus fuerat S. Baſiliſcus, & cùm inveniſſet modicam guttam ſanguinis ejus, colligens manibus ſuis ſimul cum pulvere, miſſum in orinale præcinxit corpus ſuum, & ſtatim mundatus eſt à dæmone.* Vide *Orale*.

ORINDA, Panis genus, & ex quo conficitur, ſemen, Æthiopiæ peculiare, & ſeſamo perſimile, quod cò-quentes veſcuntur, ut eſt apud Heſychium in Ὀρίνδης.

Ita porro hanc vocem reſtituit Gabriel Humelbergius apud Apicium lib. 2. cap. 2. pro *Oridia*.

Oxipalatum. In Gloſſario Saxonico Cottoniano, Cyle ꝑẏꞃꝺ. Ubi Somnerus, *reponendum forte*, *Oxylapathum*.

Oriolum, Porticus, atrium. Matth. Paris an. 1251. *Nisi in refectorio vel oriolo pranderet*. Idem in Vitis Abbat. S. Albani: *Ut non in infirmaria, sed seorsim in oriolo Monachi infirmi carnem comederent*. Alibi: *Adjacet atrium nobiliſſimum in introitu, quod porticus vel oriolum appellatur*. Vocis etymon non agnoſco.

Ormesta. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 558. *Oroſius Presbyter, qui librum de ormeſta mundi ſcripſit*, &c. Ita etiam inſcribitur Pauli Oroſii Hiſtoria in MS. Regio. Codices verò MSS. Collegii Navarræ Pariſienſis, Monaſterii Dunenſis in Flandria, Vallis S. Martini Lovanii, & alii *hormeſtam* præferunt. Hanc in linguam Anglicam tranſtuliſſe Alvredum Regem Anglorum ſcribit Balæus. Sed de vocis ſignificatione planè non conſtat: quidam legendum cenſent de *Orcheſtra*, i. ſcena, *mundi*: ſed cùm conſtans ferè ſit hæc lectio, non temere mutandum. Varias de ea conjecturas proferunt Voſſius lib. 2. de Hiſt. Lat. c. 14. & Bivarius ad Pſeudo-dextrum p. 431. qui locum Orderici non viderant. Sed vix quidpiam veriſimius, nedum certi tradunt.

Ormiscus. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 11. ubi deſcribit Epiſcopi conſecrationem:

Gemmata vehitur Archontum more curuli,
Induit ormiſcum, ſubiit hoc ſchemate templum.

An ex Greco ὁρμὸς, ὁρμισκός, *monile*, pro veſte aut ornamento Epiſcopali?

Ormizatus. Vide *Armizatus*.

Orna, pro *urna*. Autor Queroli: *Euclio aurum in ornam congeſſit olim, quaſi bulla patris, odoribus inſuper infuſis, tituloque extra addito. Nam ornam aſcendens domi ſolus, rem nulli aperuit*. Aliud ſonat ὄρνα apud Cedrenum p. 393. ubi hæc vox pro limbo ſumitur, quomodo *orle* dicimus: idemque quod *orna*, & *ornatura*, de qua mox. Vide Salmaſium ad Hiſt. Aug.

Ornamentarius, *Ornator*, Κοσμήτης, in Gloſſ. Gr. Lat. Ibid. Κοσμητικός, *Ornamentarius*.

Ornator. Gloſſ. Gr. Κοσμητής, *Ornamentarius*, *Ornator*. Jul. Firmicus lib. 5. Math. *Sculptores, aut Ornatores efficiet, aut mechanicos*.

Ornatrix, Κοσμήτρια, in Gloſſ. Gr. Lat. alibi, Σιρώτρια, *Ornatrix*, Σιρῶ, ἐπὶ ἱματίων, *Orno*. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 930. Κοσμήτρια, ἡ κοσμοῦσα καὶ ... Heſychius: Κοσμήτρια, ἡ κοσμοῦσα τὰς τρίχας καὶ ... Occurrit in l. 65. D. de Legat. 3. & in aliquot inſcript.

Ornatura. Papias: *Limbus eſt quam nos ornaturam dicimus, quæ ambit extremitatem veſtium, aut ex filo aureo contexta aſſutaque extrema parte veſtimenti*. S. Cæſarius in Regula ad Virgines cap. 42. *Plumaria & acupictura, & omne polymitum, vel ſtragula, vel ornatura, nunquam in Monaſterio fiant*. Adde Recapitulationem ejuſdem Regulæ cap. 11. Epiſtola Baſilii Imp. ad Hadrianum II. PP. poſt octavam Synodum: *Unum cazzulin diredinum habens ornaturam auream*, &c.

Orobiotæ, Græci qui montes incolebant: ex Græco, ὀρεβιωταί. Annales Francorum an. 809. *Populonium civitas maritima à Græcis qui Orobiotæ vocantur, deprædata eſt*. Perperam *Orobotta* ſcribitur in Annalib. Franc. Bertinianis.

Orodona. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Caſulas Epiſcopales optimas tres, unam dioprasiam* (l. *diapr.*) *& alias duas de orodonas*. Mendum indubiè in hac poſtrema voce.

Orodum, *Bladum conculcatum*, in Gloſſario Saxon. exarato ſub Edw. III.

Oroma. Vide *Orama*.

Orphanari, Viduari. Fundatio Monaſterii Pamburgenſis, in Metropoli Saliſburgenſi tom. 3. pag. 82. *Parentum ſolatio orphanari*.

Orphanus, *Lapis pretioſus*, inquit Albertus Magnus, *qui in corona Imperatoris, non unquam alibi viſus eſt, propter quod Orphanus vocatur. Eſt autem in colore quaſi vinoſus, ſubtilem habens vinoſitatem, & hic eſt ſicut ſi candidum nimis micans penetraret in rubeum clarum vinoſum, & ſit ſuperatus ab ipſo. & traditur quod aliquando in nocte fulſit: ſed nunc tempore noſtro non micat in tenebris*. Meminit Nicephorus Bryennius lib. 1. c. 17. ... μάργαρον, ὃν Ὀρφανὸν καλοῦσι ..., *Margariti illius decantati*, quod in clade Romani Diogenis in Turcorum poteſtatem venit: cujus pretium 90. milium aureorum fuiſſe ait El-Macinus in Hiſt. Saracenica.

Orrata. Teſtamentum Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1211. tom. 9. Spicileg. Acher. p. 142. *Quacumque ibi habeo — orratas, caminos, boſcos, & paſcua, aquas, & vileriaſ, & peretras, & eremos, quæ teneo ad feudum de Comite Melgorienſi*. Fortè *ortagos*, pro *hortos*.

Orsa, pro *urſa*, ἄρκτος. Septentrio, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 6. vox Italica.

Orscardi. Lex Aleman. tit. 6. §. 1. *Si autem medietatem auris abſciderit, quod Alamanni orſcardi dicunt, cum 6. ſolid. componat*. Vox compoſita ex Germ. *or*, auris, & *ſcard*, fragmen, ſeu fiſſura.

Orsus, Juramentum, ex Gr. ὅρκος. Hroſwita de geſtis Odonum p. 168.

Votis & formis hoc confirmaverat orſis.

Infra:

Lacrimans mox utitur orſis.

Ortare, *Ori*. Vide *Obſtare*.

Orthoplumus, ſeu *Orthoplumeus*, pannus *rectis plumis* variegatus, diſtinctus, opere ſcilicet plumario, ex hibrida voce Gr. ὀρθόπλουμος. Charta donationis factæ Eccleſiæ Cornutianæ edita à Suareſio: *Vela holoſerica alba auroclava orthopluma duo*, &c. Infra: *Vela blattea auroclava orthopluma duo, vela tramoſerica aquitea auroclava orthopluma duo*, &c. Rurſum: *Vela linea blattata coccopraſina duo*, &c. *tramoſerica orthopluma 2.* &c.

Orticlinium. Bulla Benedicti VIII. PP. apud Ughellum in Epiſcop. Portuenſ. *Confirmamus vobis curtem in integrum quæ dicitur Galeria, cum caminatis, ſeu orticlineis, atque diverſis cubiculis, & omnibus ædificiis quæ infra ſe & circa ſe habere dinoſcitur*.

Ortilli, pedis ungulæ, *Orteils* Gall. Charta Joannis Regis Angliæ de libertatib. foreſtar. apud Matth. Paris an. 1215. *Talis autem expeditatio ſit per aſſiſam communiter, quod tres ortilli abſcindantur de pede anteriori ſive pelota*.

Ortlibienses, Valdenſes hæretici, qui *Ortolevi*, in Conſtit. Friderici II. contra hæreticos. De iis & eorum pravis opinionibus agit Raynerus contra Valdenſes cap. 6.

Ortolevi. Vide *Ortlibienſes*.

Ortuga, apud Danos, moneta, quæ valet 2. obolis Danicis. Vide Janum Dolmerum ad Jus Aulicum Norvegicum vetus, cap. 47.

Os, *In ore gladii*. Vetus verſio Lucæ c. 21. v. 24. πεσοῦνται ςόματι μαχαίρας, *cadent in ore gladii*. Theophanes: Στόματι μαχαίρας ἀνεῖλεν, Hiſt. Miſc. *ore machæra occidit*. Gregorius Turon. lib. 2. Hiſt. *Ne univerſa multitudo in ore gladii rueret*.

Os ſonans. Lex Aleman. tit. 59. §. 4. *Si autem de capite os fractum tulerit de plaga, ita ut ſuper publica via lata 24. pedes in ſcuto ſonaverit, illud os cum 6. ſol. componat*. Lex Ripuar. tit. 68. §. 1. *Si quis in capite, vel in quocumque liber membro plagatus fuerit, & os exinde exierit, quod ſuper viam 12. pedum in ſcuto jactum ſonaverit*, &c. Lex Friſion. tit. 22. §. 70. *Si de vulnere os exierit tantæ magnitudinis, ut jactum in ſcutum trans publicam viam ſonitus ejus audiri poſſit*, &c. Ita fere in Addit. 3. §. 24. & in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. §. 3. Ex quibus liquet *os ſonare ſuper ſcutum* dici, cum ejus eſt magnitudinis, ut jactum trans viam publicam 12. aut

24. pedum, in ſcutum, æreum fortè aut ferreum, ſonum ita edat, ut audiri poſſit.

Os claudere & aperire novis Cardinalibus. Vide Ceremoniale Roman. lib. 1. ſect. 8. p. 78. 79.

Oſſa animalium, quaſi pro vitanda animalium peſte, alicubi ſuſpendere, vetitum in Concilio Londonienſi an. 1075. & in Decretis Lanfranci Cantuarienſis Archiep. in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 307.

Os aureum, dictus S. Joannes Patriarcha CP. qui Græcis Χρυσόστομος. Facundus Hermianenſis lib. 4. cap. 2. *Agedum veniamus & ad illud os aureum Conſtantinopolitani Joannis*, &c. Nicolaus I. PP. epiſt. 8. & vetus Scheda poſt Pœnitentiale Theodori p. 361. *Sanctus Joannes Os aureum.* Interdum unica voce: Synodicum Raphaelis Archiepiſcopi Nicoſienſis pro Græcis c. 6. *Et ut qualibet die maximè in Quadrageſima quilibet Parochialis Sacerdos Miſſam cantet integram ſecundum morem S. Baſilii & S. Joannis Oſaurei, niſi fuerit impeditus.*

Os aureum præterea dictus Hibernis S. Gregorius M. Cummianus Hibernus de Controv. Paſchali: *Ad Gregorii Papæ urbis Romæ Epiſcopi, à nobis in commune ſuſcepti, & Oris aurei appellatione donati, verba me converti*, &c. S. Leo IX. PP. in epiſt. ad Leonem Achridanum, de S. Auguſtino: *Beatus & Catholicus doctor Auguſtinus, in Latinaque lingua clariſſimus, atque noſter Chryſoſtomus.* Galfridus de Vinotalvo ad Innocent. III. PP.

Eſto quod in verbis aut hic aut ille ſit ore
Aureus, & totus reſplendeat; os tamen ejus
Impar eſt, oriſque tui præjudicat aurum.

Iſidorus Pacenſis de S. Ildefonſo: *Meliſſinæ os aureum in libris diverſis eloquentia.*

OSA, *hoſa, hoſa, oſſa, houcia*, &c. Tibiale, curale, caliga: Germanis *Hoſe*, Cambrobritannis *Hoſan*, Gallis *Heuſe, houſeaux*, Italis *uoſa*.

Oſa, cum unico ſ. Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Oſa quoddam genus calceamenti, & dicitur ab os, oſſis, quod primo de coriis boum oſſa facta ſunt, & quamvis nunc ex alio genere fiant, priſtinum tamen nomen retinent: unde Oſatus, Oſas habens: oſare, calciare.* Gloſſar. Lat. Gall. *Oſatus, heuſez, chauſſez de houſes. Oſare, chauſſer houſes. Oſſula, la petite heuſe.* Ita etiam Catholicum Armoricum V. *Heus*. Ex his emendandus fortè, à quo accepere, Iſidorus lib. 19. c. 34. de Calceamentis: *Oſſas, puto ab oſo primum factas, & quamvis ex alio genere, tamen nomen priſtinum retinent.* Ubi legendum *ab oſſe* cenſerem, ſi *Oſas* ex oſſibus factas liceret conjicere. Paulus Warnefrid. lib. 4. c. 23. *Poſtea cœperunt oſis uti, ſuper quas equitantes tybrugos byrreos mittebant.* Chronicon Beſuenſe p. 558. *Omnia reddidit per caligulam ſuam, quæ vulgò oſe dicitur, quam ei plevit de ipſa terra*, &c. Udalricus lib. 3. Conſuetud. Cluniac. c. 22. *Caveat autem omnimodo ne quis aliquando intret, vel calcaria portans, vel oſis de corio factis indutus. Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Au matinet quant ſoleux deuſt raier,
Li Rois ſe leve por ſoi appareiller,
D'une grant hoſe ſe fiſt le ior chaucer.

Oſſa cum duplici ſſ. apud Iſidorum loco citato. Adalbero Laudunenſis in Carm. ad Robertum Reg.

Oſſa ſuperficiem ſtringit diffuſa deorſum.

Hoſa. Monachus Sangallenſis lib. 2. de Carolo M. *Cumque ad obſequium domini cuncti hoſſas ſuas vellent extrahere*, &c. Supra, *Galliculam*, mox *ocream* dixit.

Heuſe. Matth. Paris an. 1247. *Calceamentis militaribus, quæ vulgariter heuſes dicuntur, ſeculariter imò potiùs prodigaliter calceati & calcarati.* Wilharduinus num. 116. *Et Marcuflex chauſſa les hueſes vermeilles, par l'aiu & le conſeils des autres Grecs.* Fecialis qui vixit ſub Henrico VI. Rege Angl. in tract. MS. de Officio Heraldorum: *Heuſes ſont faites pour ſoy garder de la boe & de froidure, quand l'en chemine par pays, & pour ſoy garder de l'eaüe.* Philippus *Mouskes* MS. in Henrico I. Rege Franc.

Et de ſes hueſes emboles,
Qui grandes eſtoient & lées.

Le Roman de Garin MS.

Cil chamberlanc vont à li por ſervir,
Veſt le bliau & peliçon hermin,
Hueſes tirées, eſperons à or fin.

Gloſſ. Lat. Gall. *Ocrea; Heuſe, ou Eſtivaux, ou Eſquembaux, pour chaucier les gembes. Ocreare: heuſer.*

Houcia. In Statutis Synodalibus Guillelmi Majoris Epiſcopi Andegavenſis an. 1298. *Houcias & clochas deferre præſumerent.* Joinvilla in Hiſt. S. Ludovici: *Et le cuir nous devenoit tanné de noir & de terre, à reſſemblance d'une vieille houze qui a eſté long-temps mucée derriere les coffres.*

Hoſella, ex Gall. *houſeaux*. Concil. Pariſienſe an. 1212. part. 2. c. 9. *Ne calceamentis ſecularibus, puta hoſellis, vel calceis nimis ſtrictis & peracutis — utantur. Le Roman d'Auberi* MS.

Et veſt les dras qui furent au paumier,
Et les houzeaus qui ni volt atargier.

Robertus *Bourron* in fabuloſa Hiſt. Merlini MS. *Et vint en la ville comme un beſkillons, une cuigniee à ſon col, uns grans houſiaus cauchiés.*

Uoſa, Itali dicunt voce triſyllaba. Matthæus Villaneus lib. 8. cap. 74. *Dove gli Ungheri, in uoſa e gravi di lor armi e giobboni, non potean ſal re.*

Hoſobinda, Faſciæ crurales, hoſebendas Saxonibus; *Hoſe-banden*, Theutonibus: *Hoſe-garters*, Anglis: *Bendes de Houſeaux, Jarretieres*: ex *hoſe*, & *binden*, ligare, nectere, vincire. Epiſtola Synodalis Concilii Duziacenſis I. *Inde uingas ad ſpatas & balteos, & calcaria, atque ligaturas hoſarum, quas hoſobindas dicunt, fieri juſſit.*

OSANNA, *genus ligonis*, Papiæ. V. *Dominica Oſanna*.

OSBERGUM. Vide *Halsbergum*.

OSCA, *Oſchia*. Vide *Olcha*.

OSCILLI. Vita S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduenſis n. 22. *Ut incredibilis numerus ſcabellorum atque oſcillorum poſt perceptam incolumitatem è redeuntibus ibidem remaneret.* Ubi Godefridus Henſchenius *Oſcillos*, fulchra ſubalaria interpretatur.

OSCLIUM. Vide *Oſculum*.

OSCULATIO. Vox Medicorum, Gr. ἀναστόμωσις, oſculi venæ aut arteriæ apertio, ex qua ſequitur ſanguinis profluvium. Cælius Aurelianus Siccenſis lib. 2. Chron. cap. 10. *Demetrius Erophili ſectator duas inquit eſſe principales differentias fluoris ſanguinis, unam inciſura, aliam ſine ulla inciſura. — Eam verò quæ ſine ulla diviſura eſt, in 4. dividit partes, quarum unam varietate fieri dixit, aliam expreſſione ſive ſudatione, tertiam defectione vel debilitate, quam Græci atoniam vocant: quartam oſculatione: vult enim eam differre à ſupradicta, id eſt expreſſionis, quam tertiam nominavit: oſculari enim inquit corpora nimia plenitudine, ſive virtute medicaminum oſculantium, quæ Græci anaſtomatica vocant*, &c. Adde cap. 13. p. 65. & Gorræum in ἀναστόμωσις.

OSCULATORIUM, Tabula quæ fidelibus inter Miſſæ ſolennia oſculanda defertur, vulgo noſtris, *la Paix*: in Statutis Walteri Archiep. Eboracenſis an. 1250. in Provinciali Cantuar. Lindwodi lib. 3. tit. 27. & in Concilio Mertonenſi an. 1300. ubi etiam *Oſculare* nuncupatur, in Statuto Joannis Archiep. Cantuarienſis an. 1281. &c. Vide Monaſticum Anglic. to. 3. p. 327. 331. Baron. an. 44. n. 26. & infra in verbo *Oſculum*.

OSCULUM. Eulogia, Benedictio, vice oſculi, in ſignum caritatis ac mutuæ benevolentiæ. Liber Epiſtolar. S. Bonifacii Arch. Mogunt. epiſt. 85. *Celſitudini veſtræ, vice oſculi, duas vini cupellas tranſmiſimus.* Ita ἀποστολιμαῖον φίλημα dixere Achilles Tatius lib. 2. & Euſtathius lib. 9. de Iſmen. Epigrammata vetera lib. 4.

Ut ſi diſſimulas, multum mihi cara, venire,
Oſcula cum pomis mitte, vorabo libens.

Oſculum mortuis tradi vetat Concilium Autiſiod. c.
12. *Non licet mortuis, nec Euchariſtiam, nec oſculum*
tradi, nec velo vel pallis corpora eorum involvi. Eadem
habentur in Capitulis S. Bonifacii Mogunt. cap. 20.
quæ quidem verba accipienda quidam cenſent de eo
ritu qui invaluerat apud priſcos Chriſtianos, ut priuſ-
quam ſacram Euchariſtiam ſumerent, ſe ſe mutuò oſ-
cularentur, de quo Dionyſ. de Sacra hierarch. Tertul-
lianus lib. de Oratione, Acta S. Mariæ Ægyptiacæ, S.
Gregor. lib. 3. Dialog. c. 37. & Regula S. Ferreoli c.
25. quod nempe qui Euchariſtiam dabant mortuis, id
facerent oſculo præmiſſo.

Oſculum, in ore, fronte & oculis, impertitur Henri-
co Imp. Paſchalis PP. apud Petr. Diac. lib. 4. Chr.
Caſin. c. 37.

Oſculum manuum, in ſignum honoris & venerationis,
apud Hieronymum in vita S. Hilarionis, in Vita S. Pauli
Eremitæ, in Epiſtola ad Aſellam, in Regula Magiſtri c.
93. apud Cantacuzen. lib. 1. Hiſt. cap. 34. 41. Codi-
num de Offic. cap. 14. n. 22. c. 17. n. 45. &c. Præter
Plin. lib. 11. cap. 46. Plutarchum in Catone, Xiphi-
linum p. 132. 153. Quintilian. decl. 298. Phædrum,
Mamertinum, & alios paſſim.

Oſculum genuum, quod ſcilicet ex reverentia & ſubmiſſio-
ne olim ſubditi ſuperioribus impertiebantur, in Regu-
la Magiſtri cap. 93. Adde Gregorium Turon. in Vitis
Patrum cap. 8. Capitolinus in Maximino juniore: *In*
ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manum porrigebat,
genua ſibi oſculari patiebatur, & nonnunquam etiam
pedes.

Oſculum pedum ſummi Pontificis. Anaſtaſius in Conſtan-
tino PP. de Tiberio Imp. *Cum Regno in capite ſeſe pro-*
ſtravit, pedes oſculans Pontificis. Idem in Leone IV.
p. 176. *Coactum, invitumque exinde abſtrahentes, cum*
hymnis laudibuſque præcipuis ad Lateranenſe Patriar-
chium perduxerunt; qui morem conſervantes antiquum,
omnes oſculati ſunt pedes. Vide pag. 159. 172. 185. 203.
Guillelmus Apul. lib. 4. de Geſt. Norm.

> —— *veniam Robertus ut hujus*
> *Impetret offenſa, Papa properavit ad urbem,*
> *Supplicat, & pedibus* (ſancti) *dans oſcula Patris,*
> *Suſcipitur*, &c.

Et lib. 2.

> —— *Curvatos Papa benignè*
> *Suſcipit, oſcula dant pedibus communiter omnes.*

Unde porro ortum dicatur oſculum pedum ſummorum
Pontificum, tradit Matthæus Weſtmonaſt. an. 798.
Vide opera Hincmari to. 2. p. 610.

Oſculum pacis. Olim in Eccleſia is mos obtinuit, ut in
Miſſæ celebratione, dum Sacerdos poſt hoſtiæ conſe-
crationem hæc verba proferret, *Pax Domini ſit ſemper*
vobiſcum, ſtatim Clerus, ipſeque populus *per baſia*
blanda ſe ſe invicem oſcularetur, ut ait Amalarius
lib. 3. de Eccl. offic. cap. 31. quæ quidem *baſia, Pa-*
cis oſcula appellantur cap. ſeq. Ordo Romanus: *Cùm*
dixerit, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, mittit in cali-
cem de ſancta, — Interim Archidiaconus pacem dat
Epiſcopo priori, qui & ultra dabit juxta ſe ſtanti, ac
deinde per ordinem cæteri, atque populus oſculantur ſe
invicem in oſculo Chriſti. Ejuſmodi oſcula ab Innocen-
tio I. PP. inſtituta tradunt Stephanus Eduenſis lib.
de Sacramentis cap. 20. & Rupertus lib. 2. de Divinis
offic. c. 21. Meminit etiam iſtius moris ipſe Innocen-
tius epiſt. ad Decentium Engubinum Epiſc. cap. 2.
Tertullianus lib. de Orat. ſub fin. S. Auguſtinus ſerm.
83. de Diverſis, & lib. 2. Adverſus literas Petiliani cap.
23. &c. Vide Præterea Iſidorum lib. 1. de Eccl. off. c.
15. Rabanum lib. 1. de Inſtit. Cleric. c. 33. Honorium
Auguſtod. lib. 1. c. 62. Walafrid. Strab. c. 22. Micro-
logum cap. 18. Hugon. à S. Victore lib. 2. Obſervat.
Eccleſiaſt. cap. 40. Capitula Theodori Cantur. c. 32.
Capitula Aquiſgran. an. 789. c. 52. Capitula Caroli
M. lib. 1. c. 52. lib. 5. c. 94. Concil. Francoford. an.
794. c. 50. al. 48. Moguntiacenſe an. 815. c. 44. Vi-
tam S. Aigulfi Abb. Lerin. cap. 10. Adhelelmum Sa-
gienſem Epiſcopum in Miraculis S. Opportunæ cap. 13.
Hiſtoriam quadripartitam S. Thomæ Cantuar. lib. 3.
cap. 3. & quæ annotant Card. Bona lib. 2. Rerum Li-
turg. c. 16. n. 6. 7. & alii qui de rebus liturgicis ſcri-
pſerunt.

Oſculum pacis, & panem benedictum in Eccleſia in-
terdicere, in Conſtitutionibus Provincialibus S. Ed-
mundi Archiepiſcopi Cantuarienſis ſub an. 1236. c. 4.
& in Synodo Wigornienſi an. 1240. c. 34. *Pacem facere*
dicebantur: qui inter Miſſæ ſolennia ſe ſe invicem
oſculabantur. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 40. *Exin-*
de procedens nobiſcum ad Eccleſiam, Miſſarum ſolen-
nia tenuit, ſed neque pacem cum noſtris fecit, neque de
ſacrificiis communicavit, cognitumque mendacium eſſe
quod dixeras, ſe eſſe Catholicum. Dicebantur etiam
pacem dare. Anaſtaſius in Martino PP. *Et non eſt*
permiſſus videre Pontificem, quando Exarcho communio-
nem porrexit, vel pacem dedit. Amalarius in Eclogis
de Officio Miſſæ: *Deinde dicit Pax Domini noſtri Jeſu*
Chriſti ſit ſemper vobiſcum: Reſpondent, Et cum ſpi-
ritu tuo. Deinde dat pacem altari vel patena: & ſic po-
pulus dat ſibi pacem. Eodem ſenſu *Pacificare* uſurpat
vetus Miſſa ab Illyrico edita: *Et ipſi invicem ſe paci-*
ficando dicunt, Pax Chriſti & Eccleſiæ abundet in cor-
dibus noſtris.

Ad pacem acceſſiſſe Subdiaconos in ſacrario, non verò
intra cancellas altaris, obſervare eſt ex Epiſtola Lupi
Tricaſſini & Euphronii Auguſtod. Epiſcoporum to. 1.
Concil. Gall. *Subdiaconos autem ad pacem inter ſe in*
ſacrario oportet accedere: in altario autem, non niſi dum
porrigunt pallas Diacono, aut ſuſcipiunt quod refertur:
ad pacem autem nequaquam eis permiſſum eſt.

At in Eccleſia Græca oſculum pacis dabatur ſtatim
poſt lavationem manus, & ante confecta myſteria,
quod improbat Innocentius I. PP. loco laudato. Hunc
porro Græcorum morem aſtruunt Cyrillus Hieroſol.
Catech. 5. S. Dionyſ. lib. de Cœleſti hierarch. cap. 3.
Joannes Chryſoſt. homil. 18. in 2. Epiſt. Pauli ad Co-
rinthios, Clemens lib. 8. Conſtit. cap. 15. Vide Baron.
an. 45. n. 24. & ſeqq. Menardum in lib. Sacrament.
Gregorii. & Goarum ad Euchologium Gr.

De ſacro oſculo, quo Chriſtiani, atque adeo ipſi
Sacerdotes invicem ſe donabant in die Paſchatis, vide
Pachymerem lib. 7. cap. 15. extremo. Ex his ſatis pa-
tet cur excommunicati ab ejuſmodi fidelium oſculis
arcerentur. Charta Ludovici VI. Reg. Fr. an. 1110.
ex Tabul. S. Martini de Campis: *Regalis igitur de-*
creti tranſgreſſor cauſam de qua agit in perpetuum amit-
tat, excommunicationi ſubjaceat, & ejus calumnia irrita
fiat. Interim etiam neque in teſtimonium recipiatur, nec
pacis oſculo à fidelibus oſculetur.

Abrogatus deinde *oſculorum pacis* in Eccleſia uſus,
inductuſque alius, ut dum Sacerdos verba hæc profert,
Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, Diaconi vel Sub-
diaconi imaginem quandam adſtantibus Clericis, &
plebi oſculandam porrigant, quam vulgari vocabulo
Pacem appellamus. Joannes Abrincenſis de Off. eccl.
Sacerdos partito Corpore Domini, Pax Domini, alta
voce proferat, à quo unus Canonicorum Pacem accipiat,
quam in utroque choro majoribus diſtribuat, &c. Syno-
dus Oxonienſis an. 1287. c. 12. *Aſſer ad pacem, pyxis*
ad oblatas, &c. *Tabula pacis*, in Concilio Mertonenſi
an. 1300. c. 4. *Oſculatorium*, ibidem: *Marmor*, in
Synodo Bajocenſi an. 1300. c. 10. *Lapis Pacis*, &c.
Vide in his vocibus. Matthæus Paris an. 1100. *Re-*
gem duxerunt ad offerendum, & iterum reduxerunt ad
pacem. Vide Jacobum Cardinalem Papienſem epiſt.
295.

Oſculum pacis ſibi invicem donabant monachi & alii,
præſertim diſceſſuri. Eckehardus junior de Caſib. S.
Galli cap. 1. p. 41. *Miſſione tandem data, cùm eos Præ-*
ſul oſculo peteret, Veſtra, inquit, erant, &c. Mox:
Amore, ut moris eſt, oſculato, & epoto, lætabundi diſce-

dunt. Ardo Monachus in vita S. Benedicti Anianenſis n. 31. *Diſceſſurus pacis oſculum fratribus præbet, quidam autem oſculaturus acceſſit, quo perſpecto, vir Dei protinus ſubſtitit, paciſque oſculum paululum negavit, — quod is in craſtino fugam meditatus eſſet.* Quippe ab ejuſmodi oſculis interdicebantur monachi, qui pœnitentiæ ſubjacebant.

Oſculum vero in ſalutationibus commune fuiſſe, apud omnes ſatis innuit Optatus lib. 4. *Nec vos negare poteſtis, qui contra nos ſcandala ponitis, dum aliqui veſtrum & non intellectas proferunt lectiones: ut auferant etiam illud, quod inter omnes homines ſolet eſſe commune, ſalutationis videlicet officium. Nam & vos ipſi aliqui in perfunctoria ſalutatione oſcula ſolita denegatis.* Vide *Pax*.

Oſculi jus, ſeu oſculandi Magiſtratus, cum ſalutarentur, non omnibus, ſed Domeſticis, Protectoribus, & Curialibus omnibus muneribus in patria defunctis, indultum, docent l. 4. Cod. Th. de Domeſt. & l. 109. de Decurion. eod. Cod.

Oſculum pacis in hominiis. Tabularium Eccleſiæ Uzetienſis an. 1272. fol. 12. *De jure quod habeo in prædictis juramentum fidelitatis interpono, oſculum pacis bona fide & ſine inganno facio vobis dicto Domino B. Epiſcopo Uticenſi*, &c. Charta conventionis an. 1190. apud Ughellum to. 4. p. 676. *Ibique etiam & ipſi Dominus Archidiaconus, & — reliqui utriuſque Eccleſiæ ibi præſentes fratres, ſuo nomine & abſentium in oſculis viciſſim ſe ibi in fratres — receperunt.* Vide *Homagium*.

Oſculo pactum ac conventionem firmare, promittere. Tabularium Vindocinenſe Thuani ch. 11. *Et de his adfiduciavit nos per fidem, oſculans inde ob ſignum fidei Priorem noſtrum.* Vetus Charta apud Beſlium in Epiſcopis Pictavenſ. *Firmans cum oſculo me ita ſervaturum*: Infra, *& hoc promiſi cum oſculo in manu ſupradicti Abbatis Monmorlions cùm iꝟem Romam*, &c. Alia an. 1110. in Hiſt. S. Nicolai Andegav. *Ut autem hæc concordia ab utriſque partibus firmiter obſervaretur, oſculati ſunt ſe invicem per fidem Monachi atque Canonici in Capitulis ſuis.* Vetus Notitia ibidem: *Quod petierat eſt adeptus, unde ab Abbate Lamberto & ſuis Monachis, charitatis paciſque vera gratia; ipſe cum ſuis Monachis qui ibi aderant eſt oſculatus.* Alia an. 1219. in Hiſt. Bethunienſi: *Et ſuper hoc bona fide & firmiter obſervando, Abbas mihi, & ego Abbati oſculo dato, & juramento præſtito, bonam & rectam ſocietatem promiſimus obſervare.* Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ fol. 79. *Et hoc promitto me ſervaturum pro juramento in ſacrata manu prænominati Epiſcopi Hugonis, & inde dedi ei oſculum cum bona fidei ſponſione.* Conventio Iſarni Epiſcopi Toloſani cum Abbate Moiſſacenſi, apud Catellum lib. 5. Rer. Occitan. *Et ut nunquam irrumpere poſſim, ſed ſemper firma ſtabilitate teneam & fideliter obſervem, in nomine ſanctæ fidei oſculatus ſum prædictum Epiſcopum Iſarnum, & Canonicos eius ſedis.* Vide Hiſt. Arvern. Juſtelli p. 40. Turenenſem p. 30. &c.

Oſculum pacis, fidei, & ſecuritatis dictum ejuſmodi oſculum. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 38. *Qui verò infra treugam poſt datum oſculum pacis aliquem interfecerit*, &c. Charta an. 1238. apud Sammarthan. in Præpoſitis Maſſilienſib. *Et pro his omnibus obſervandis dederunt ſibi adinvicem oſculum pacis & fidelitatis.* Alia apud Marcam in Hiſt. Benearn. lib. 6. c. 1. n. 2. *Ego Bernardus D. G. Olorenſis Epiſcopus — promitto hoc & convenio vobis in Dei fide, & legalitate mea, & ordine, & oſculo pacis & veritatis*, &c. Tabul. S. Dionyſii de Capella an. 1113. *Hoc verò pactum oſculo pacis & fidei firmaverunt.* Adde Joffridum in Nicæa p. 176. 178. Relatio S. Thomæ Cantuarienſis Archiep. de congreſſu Viviani Legati Apoſt. cum Rege Angliæ: *In uno tamen conſentiunt univerſi, quod nos in oſculo pacis reſpicere non acquievit. Subintulit ergo Chriſtianiſſimus Princeps, quod pro tanta quantitate auri, quantus ipſe eſt, non conſuleret, ut terram ipſius, niſi accepto prius pacis oſculo, ingrederemur. Et Comes Theobaldus adjecit, quod ſtultiſſima eſſet præſumptio, multis circumſtantium ſibi invicem dicentibus, & reducentibus ad animum, quid Roberto de Silliaco acciderit, quia nec ipſum oſculum ad pacis & ſecuritatis cuſtodiam ſatis firma cautio videretur.* Leges Opſtalbomicæ c. 17. *Si quis homicidium poſt compoſitionem & oſculum pacis perpetrarit, à patria ſua per annum proſcriptus maneat.* Vide Will. Tyrium lib. 12. cap. 25.

Oſculum, Donatio propter nuptias, quam ſolet ſponſus *interveniente oſculo* dare ſponſæ, in lege 5. Cod. Th. de Sponſal. nam ut eſt in Novella Alexii Comneni eod. tit. & apud Matthæum Monach. lib. 8. juris Græco-Rom. p. 510. Sponſalia peraguntur μετὰ τῦ ἀρραβῶνος, καὶ τῦ φιλῆ τῆς μνηςῆρος φιλήματος. Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 20. *Denique dato ſponſæ annulo, porrigit oſculum, præbet calciamentum, celebrat ſponſalium diem feſtum.* Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib. ch. 26. *Similiter uxori mea dimitto & poſt mortem ejus S. Petro alia quæ eſt in Stranquillo, manſum ubi Stephanus manet uxori meæ in oſculum poſt mortem ejus S. Petro remaneat, excepto illo manſo ubi Ademarus viſus eſt manere, quem dimitto S. Mariæ Solacii; omnia quantum ego ipſe uxori meæ tradidi ad habendum ſive per oſculum, ſive per cartam traditionis, poſt mortem ejus S. Petro remaneat.* Tabularium Eccleſiæ Cadurcenſis: *Hoc tamen tenore, ut uxor mea teneat totum omnino honorem meum — & illa omnia, quæ ſibi dedi in oſculo.* Charta Philippæ Comitiſſæ Pictavenſis uxoris Guillelmi VIII. ex Tabulario Monaſterii novi Pictav. *Quod ego audiens, graviter tuli pro eo quod eadem mareſia dicebantur eſſe de oſculo meo.* Charta Philippi Regis Fran. an. 1320. in Hiſt. Caſtilionenſi: *Quittavit filio ſuo Duci prædicto ſuum dotalitium, donationem propter nuptias, ſive oſculum, eidem Duciſſæ in terra de Pratella*, &c. Alia an. 1325. ex Computorum Camera Pariſienſi: *Renuntiantes omni beneficio crucis — omni juri dotis, dotalitii, ſive oſculi & donationis propter nuptias.*

Oſcleia, Oſcleum, idem quod *Oſculum, Ouſclage*, in Conſuetud. Rupellenſi art. 46. Tabularium Caſtri Meliandi: *Liberas & immunes ab omni obligatione, alienatione, actione, exactione, dono, legato, dote, dotalitio, oſcleio, eleemoſyna, cenſa, cenſiva, — & omni onere & genere ſervitutum.* Idem an. 1319. *Promiſerunt nobili Dominæ Emptrici dictum bladum redditualé, — liberè & pacificè garentire in perpetuum, & deffendere ab omnibus & ſingulis actionibus, debitis, obligationibus, donis, ceſſionibus, conſtitutis, reddibentiis, ſerviciis, ſervitutibus, dotibus, oſcleiis, ſeu dotalitiis*, &c. Rurſum: *Confitenſque — ſe nihil juris, actionis, poſſeſſionis, oſclei, dotis ſeu dotalitii in prædictis rebus habere.*

Oſcleum, Charta an. 1240. *Dicens per juramentum præſtitum nobis, ſe in dictis hominibus vel eorum rebus nullum oſcleum, vel dotem habere.*

Oſclium. Charta libertatum villæ de Bengiaco in Biturigib. an. 1257. *Immobilia ſibi data in matrimonium, in dotem, vel in oſclium ſeu donationem propter nuptias*, &c. Charta libertatum Caſtelli novi in Biturigib. an. 1258. *Si aliquis vir vel uxor aliqua bona nomine dotis ſive oſclii de bonis uxoris vel mariti præmortuorum teneat*, &c.

Oſclare, Dotare, *Doüer une femme de certains biens.* Libertates conceſſæ Villæfranchæ ab Odone Domino Borbonenſi m. Jan. an. 1256. *Si quis ducit uxorem apud Villamfrancham, de medietate rerum ſuarum oſcleat eam, & de medietate rerum quas adquiret hæreditat eam.* Thomaſſerius p. 230. habet *oſclet*.

OSICIUM. Vide *Iſicium*.

OSSAMENTA, Oſſa, ex Gallico *Oſſemens*. Matth. Paris an. 1257. *Inventa ſunt oſſamenta Regis*, &c.

OSSARIUM, *Oſſuarium*, Tumulus. Vetus inſcriptio: *Sex. Turranius ſex. F. Cauſenus & Turrania Pacata oſſar. fecerunt*, &c. Alia inſcriptio: *Julia Fuſemia oſſuarium viva ſibi fecit.* Occurrit in l. 2. D. de Sepulchr. viol.

Ossum, pro *Os, oſſis*, ſeu ὀστέον, uſurpat Arnobius Junior in Comment. in Pſalm. 138. *Tibi occultum non eſt nec os meum, id eſt oſſum meum, quod feciſti in occulto.* Ita etiam ſua ætate uſurpatam hanc vocem teſtatur S. Auguſtinus. Cariſius lib. 1. Inſtit. Grammat. *Tonitru, cornu, oſſu,* ὀστέον, *& os, oſſis.*

Ostagius. Vide *Hoſtagius.*

Ostare. Vide *Obſtare.*

Ostaticum. Vide *Hoſtaticum.*

Ostensio, Probatio. Capitulare Arechis Principis Benevent. editum à Camillo Peregrino, §. 3. *Si quis filium poſt mortem patris ejus pulſaverit, dicendo quod ei aliquid præmii nomine pro qualibet cauſa dediſſet, aut forſitan dum pater ejus adviveret per vim aliquid abstuliſſet, de his propoſitis cauſis oſtenſio duntaxat fieri non poteſt.*

Oſtenſio, præterea dicitur de prædio, de quo lis eſt: cùm priuſquam judex de eo pronuntiet, actor & reus ad illud videndum proficiſcuntur, ut inter utrumque de re de qua lis eſt intentata conveniat: *monſtree* vel *moiſtre d'heritage*, in Conſuet. Turon. art. 1. 2. 4. Juliodunenſi cap. 1. art. 112. Andegavenſi art. 6. Marchenſi art. 178. Rupellenſi art. 13. Britan. tit. 6. & art. 767. 768. Areſtum an. 1260. in Hiſt. Guinenſi: *Quem quidem boſcum Do. Ingerrannus de Conciaco pater ſuus injuſtè abſtulerat eidem Eccleſiæ, & ſuper hoc traxerat ipſum dominum Ingerrannum in hac curia in cauſam Abbas S. Vincentii, & habuerat ſuper hoc diem conſilii, & diem oſtenſionis idem Do. Ingerrannus, ut Abbas dicebat,* &c. Charta Alamannica Goldaſti 99. *Tunc prædictus Comes juſſit, ut ipſa teſtimonia ſupra irent, & ipſos terminos oſtenderent quod dicebant.* Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap. 27. *Se la clameur eſt de terre, ou de léve moti requerre le ſuiant jour, ſi come eſt deviſé en ceſt livre, Com doit jour demander qui veult plus longuement ſuir, & après le jour requerre moſtre de ce que celui le requiert, & le requerant li doit faire la moſtre, mais non mie de toute choſe: car don cazal nommé & connu, ne d'un leu qui ait nom & appartenance ne doit l'om point avoir de moſtre,* &c. Cap. 122. *Et doivent voir moſtres de terres, ou d'autres choſes,* &c. Modus verò *Oſtenſionis* habetur in Regeſto Parlamenti *Olim* fol. 29. Vide *Viſus.*

Oſtenſio, Tributum à mercatoribus exigi ſolitum pro facultate *oſtendendi* & exponendi merces in nundinis. Leges Ethelredi Regis apud Venetyngum editæ cap. 23. *Homines de Rotomago qui veniebant cum vino vel craſpiſce, Flandrenſes & Pontienſes, & Normannia & Francia monſtrabant res ſuas, & extolneabant. Hogge & Leodium & Nivella qui per terras ibant, oſtenſionem dabant, & teloneum.* Vide *Monſtrum, Proponenda, Scavagium.*

Ostentum, Pars horæ minima. Vetus Agrimenſor, de Ponderibus: *Hora conſtat 115. punctis, 10. minutis, 15. partibus, 40. momentis, 60. oſtentis.*

Ostialis, *Oſtiarium*, Pallium, παραθύρωμα, quod ad oſtium ædis ſacræ appenditur. Leo Oſt. l. 1. c. 58. al. 55. *Pannum admaſurum pro Byzanteis 8. hoſtiales pro Byzanteis 8.* Idem l. 2. c. ult. *Pallia quoque & oſtiaria aliquot.* Lib. 3. c. ult. *Doſſales minores 30. oſtiaria 7.*

Ostiarius, cui oſtii, ſeu portæ cura incumbebat: qui ad *velum* ſtabat, Cancellarius: nam Oſtiariorum id fuit potiſſimum munus. Monachus Sangall. de Carolo M. lib. 1. cap. 20. *Tunc dixit nominatus, non revera Epiſcopus, ad Oſtiarium vel Scarionem ſuum, cujus dignitatis aut miniſterii viri apud antiquos Romanos Ædilitiorum nomine cenſebantur.*

Oſtiarius autem Palatii, primus inter *Miniſteriales* Palatinos, qui majoribus miniſtris ſuberant, ſtatuitur ab Hincmaro de Ordine Palatii c. 17. Ex iis aliquot recenſentur, ſcilicet *Gotrannus magnificus Oſtiarius*, in Epiſt. Hadriani PP. 92. Codicis Carolini. *Francolinus Oſtiarius Regis*, apud Odorannum in Chron. an. 1031. *Gerungus ſummus ſacri Palatii Oſtiarius*, apud Frotharium Tullenſem epiſt. 2. 4. *Oſtiariorum Magiſter*, apud Eginhardum an. 822. *Albo Oſtiarius Caroli Imperatoris*, apud Hincmarum de villa Novilliaco in appendice ad Flodoardum. Cujuſmodi verò officium fuerit in Regum Palatiis, deſcribit Fleta lib. 2. cap. 16. & vetus Poëma MS. de Vulpe coronato:

Eſtoit Huiſſiers & Chambrelens
Li Oliphans qui eſtoit lens,
Fu à la porte pour ouvrir,
Les grans feſtes à cour tenir.
Li Bugles qui mult eſtoit fors,
Refu Huiſſiers por çou que hors
Demouraſſent cil qui a court
N'aporte choſe qui a tour.

Βασιλικὸς ὀστιάριος καὶ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ λογοθεσίου, in VII. Synodo Act. 1. V. *Magiſter Oſtiariorum.*

Oſtiarius, Primus gradus Ordinis Eccleſiaſtici. νεωκόρος apud Theoſterictum in Vita S. Nicetæ Hegumeni n. 5 Hujus officium ſic recitat Iſidorus Junior in ep. ad Luitfredum: *Ad Oſtiarium pertinent claves Eccleſiæ, ut claudat & aperiat templum Dei, & omnia quæ ſunt intus extraque cuſtodiat, fideles recipiat, infideles & excommunicatos rejiciat.* His conſona habent Iſidorus Senior lib. 2. de Eccl. offic. cap. 14. Alcuinus lib. de Divin. offic. cap. de Eccl. ordine, & cap. de Tonſura Clericorum; Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. cap. 7. Rabanus lib. 1. de Inſtit. Cleric. cap. 12. Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 175. Stephanus Eduenſis Epiſc. lib. de Sacram. altaris cap. 1. Hugo Rotomagenſis Archiep. lib. 2. de Hæretic. c. 8. Ivo Carnot. ſerm. de Excellentia ſacror. ordin. Gillebertus Epiſcopus Lunicenſis de Uſu Eccleſiaſtico, Canones Ælfrici Saxonici ad Vulſinum Epiſc. c. 11. Vita S. Theolonii n. 4. Anaſtaſius in Vit. PP. p. 9. 10.

De eorum Ordinatione, hæc profert Ordo Romanus, & Liber Sacramentorum S. Gregorii: *Oſtiarius cum ordinatur poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat converſari, ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claves Eccleſiæ, dicens, Sic age quaſi redditurus Deo rationem pro his rebus quæ iſtis clavibus recluduntur, & tradat ei Diaconus oſtium Eccleſiæ.* Agit etiam de ordinatione Oſtiariorum Concilium Carthaginenſe IV. cap. 9. Oſtiariorum porro mentio occurrit in Epiſt. S. Ignatii ad Antiochenos, in Epiſt. S. Cornelii PP. ad Fabium Epiſc. Antiochenum apud Euſeb. lib. 6. Hiſt. cap. 35. in quibus θυρωροὶ appellantur; in Concilio Laodic. c. 34. & apud S. Epiphanium in Expoſit. fidei Cathol. ubi θυρωροὶ dicuntur. Meminit etiam Oſtiariorum S. Cyprianus epiſt. 34. Vide *Janitor.*

Oſtiariatus, Oſtiarii ordo. Extat in Tabulario S. Bertini Bulla Alexandri IV. PP. quo facultatem concedit Abbati ejuſdem Monaſterii *dandi duos minores ordines, Oſtiariatum videlicet & Lectoratum.*

Ostilarium. Joannes Thwroczius in Carolo Rege Hungariæ cap. 99. *Tandem antedicti dextrarii ſolemnes cum armis & operimentis omnibus ipſorum glorioſiſſimis ſeu attinentiis, cum ſartania curru ſeu mobili aut oſtilario regali ſigno regio deſuper forma avis ſtruthionis deaurato, & gemmis adornato, — dicto Monaſterio dati & conceſſi extiterunt.*

Ostium, & *Oſtiolum*, inter donaria vel miniſteria ſacra recenſet Hariulfus lib. 2. Chron. Centul. cap. 10. *Imagines aurea 6. eburnea 1. candelabra auro parata 2. oſtia auro parata 7.* &c. Idem lib. 3. cap. 3. *Turibula argentea 8. ex cupro 1. flabellum argenteum 1. paries ad caput S. Richarii, & duo oſtiola parva ex argento & auro, gemmiſque fabricata: ad pedes ipſius oſtiola 6. ex argento auroque parata. Sunt & alia 4. ſimiliter parata.*

Ostmanni, Anglis dicti Norwagienſes, & inſularum Septentrionalium incolæ, qui in Hiberniam appulſi hîc conſedere: *dicti ſunt autem Oſtmanni lingua ipſorum, corrupte quodam Saxonico, quaſi Orientales homines,*

Reſpectu namque terræ iſtius ab Orientalibus partibus huc utcumque advecti ſunt. Verba ſunt Silveſtri Giraldi in Topogr. Hiberniæ diſt. 3. cap. 43. Adde Richardum Stanihurſtum lib. 3. de Reb. Hibern. p. 121. & Camdenum in Britannia, ubi de Hibernia.

OSTORIUS. Vide *Aſturcus.*

OSTREA, inter Miniſteria ſacra reponitur in veteri Charta Comutianenſi edita à Suaretio: *Cicindelas argenteas 5. cum catenulis ſuis, ſtantarea argentea, & in Confeſſione oſtrea argentea 2. cum clavi ſua.* Sed legendum videtur *Oſtia.*

OSTREARIUS. Ugutio: *Oſtrea, coſta cujuſdam piſcis, qui in oſtrea latitat. — unde Oſtrearius, qui piſcem iſtum vendit vel capit. Et oſtrum, purpura, quia oſtrearum ſanguine tingitur, unde Oſtreus, purpureus, Oſtratus, purpuratus, & Oſtrearius, qui facit purpuram, vel qui eam operatur, vel qui eam tingit.*

Oſtracarii, apud Theophanem p. 371. alii prorſus ſunt ab Oſtreariis.

OTHAN, Saxonum nondum converſorum Deus. Hiſtoria S. Cuthberti: *Juro per Deos meos potentes Thor & Othan, quod ab hac hora inimiciſſimus ero omnibus vobis.* Quidam autem *Othan* eundem eſſe, qui alias *Wodan* dicitur, exiſtimant. Deam etiam *Eoſtre* nomine coluiſſe Germanos autor eſt Beda de Temporum ratione c. 13. quam eandem cum *Aſtarte* fuiſſe plerique cenſent: ſed alia fuit, ut opinor, ab *Othan*, etiamſi *Oſtar*, quibuſdam nuncupetur.

OTLINGUA *Saxonia*, in Capitul. Caroli C. pag. 113. 1. edit. Sic dictus pagus in Neuſtria, ubi conſedere Saxones cognominati *Otlingi*. Saxones ad oras Sequanæ maritimas conſediſſe probat littus Saxonicum in Gallia, cujus mentio eſt in Notitia Imperii. *Saxones Bajocaſſinos* memorat Gregorius Tur. l. 5. hiſt. c. 27.

OTO. In Charta Arelatenſi, *Centum ſolidi de Otone*, occurrunt. An Imperatoris Otonis, incertum.

OTORGARE, Concedere, Hiſpanis, *Otorgar*, noſtris, *Ottroier*. Charta Hiſpanica æræ 1011. apud Anton. de Tepez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 6. p. 451. *Et germano meo, quando venit ad obitum ſuum, otorgavit mihi ille benefacto*, &c.

OTRIARE, Concedere, permittere, vel obtinere & impetrare, ex Gallico, *Otroier*, ſeu ut olim efferebatur, *Otrier*. Notitia in Tabulario Vindocinenſi Thuani n. 5. *Eo tenore & ea fide, ut conveniens eam iſtam otriaret, & teſtari faciat ſuos fratres*, &c. Eadem notione *Otriare* dixit Joannes Villaneus lib. 7. cap. 129. & Matth. Villaneus lib. 1. c. 26.

OVAGIUM, Penſitatio ex ovis. Compotus Baillivorum Franciæ an. 1306. *Compotus terræ Balgiacenſis — de ovagio ibi 12. den.* Termini Meſſegariæ Toloſanæ: *Nec ſolvimus albergum, nec lignagium, nec fornagium, nec ovagium*, &c. Vide legem Bajwar. tit. 1. cap. 14. §. 3. & infra in v. *Ovum.*

OVARIA, Venter, ſeu pars corporis ubi formantur ova in avibus, apud Fridericum II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 32. 48.

OVATARE. Charta an. 1160. apud Ughellum in Archiepiſcopis Salernitanis: *Et attacaturas per dictam terram ipſius Monaſterii S. Clementis conſtruere, per quas ab ipſo alveo, & uſque ipſum molinum, vel molendini aqua ducatur omni tempore prædictum molinum, vel molendini, & ovatare cum aquis & aquarum uſibus*, &c.

OVERCOUPUNGA. Charta Ottonis Imp. an. 968. apud Meibomium ad Witikindum p. 129. *Omnes qui infra terminum iſtum habitant, in omni felicitate terræ, frugum, & pecudum, in argento & veſtimento, nec non quod Teutonici Overcoupunga dicunt, & talarega familiarum, inſuper tota utilitate & omnibus rebus, quibus mortales utuntur diverſis modis, decimationes — perſolvant.*

OVERMECKE. Charta Henrici II. Imp. an. 1003. apud Will. Hedam: *Ut res Presbyterorum advenarum, quas Theutiſca lingua Overmecke nominamus, poſt obitum eorum noſtræ ditioni relictas ſupranominatæ Eccleſiæ concederemus.*

OVERCYTHED, vox Saxonica, *convictum* ſignificans à cyðan, *oſtendere*, notum facere, probare: & ofen, *ſuper*, quaſi ſuper re aliqua convictus vel reus factus. Occurrit in legibus Edwardi Senioris apud Bromptonum c. 4. p. 836.

OVERDRAGHE, vox Theutonica. Charta Philippi Comitis Flandriæ an. 1187. in Tabulario Monaſt. S. Bertini: *Sane ubi naves ad prædictam villam tranſeuntes ad mea vel meorum hominum overdraghe venerint, communi navigantium more vectigal perſolvent. Ubi verò Eccleſia & homines ſui in terra quam tenent nova overdraghe conſtruxerint, more Yprenſium vectigal ibidem perſolvendum erit.*

OVERHERNESSA, Contumacia, deſpectus, propriè de eo qui juri ſtare aut parere renuit: præterea forisfactura, ſeu mulcta ex ejuſmodi deſpectu debita: voc Saxon. oferhernyſſ. Ex ofer, *ſuper*, & hyran, *audire*, *auſcultare*, unde Overhyrnessam Bromptono exponitur *ſuperauditio*, quomodo rectè emendat Somnerus, pro *ſubauditio*, in legibus Adelſtani Regis c. 25. *Si quis Gemotum, id eſt publicum comitatum adire ſuperſedeat ter, emendet Overhirneſſam, id eſt ſubauditionem Regis, ſi placitum ipſum 7. diebus prænuntiatum ſit.* Leges Alvredi & Godruni c. 6. *Si quis illud hoc modo non complebit, emendet Overherneſſam meam.* *Overhirneſſa*, in legibus Edw. Senior. Saxon. c. 1. 2. *Overſeweneſſe* in Concilio Wintonienſi an. 1076. *Si autem (tertiò vocati) poſt excommunicationem ad ſatisfactionem venerint, foriſfacturam ſuam, quæ Anglicè vocatur Overſeweneſſe, ſeu lasblit, pro unaquaque vocatione Epiſcopo ſuo reddant.* *Overſeuneſſe*, in legibus Henrici I. c. 34. 36. 48. 53. 60. 61. 65. 87. *Plena overſeuneſſa*, id eſt plena foriſfactura, ibid. c. 41.

OVIALE, apud Matth. Paris an. 1254. pro *Ovile* occurrit, niſi mendum ſit. Certè *oviaricus*, pro *ovillus* occurrit in veteri Inſcriptione 513. I. *Conductores gregum oviaricorum.*

OVIFER, Ovis ſilvatica, ſeu ſilveſtris. Gloſſ. Gr. Lat. MS. ἀγρίαιγο ἀγρ. *Ovifer.* In edito abſunt Græcæ voces. Occurrit hæc vox apud Apicium lib. 8. de Re culinar. cap. 4. ubi perperam Humelbergius *ovi fero* pro *ovifero* legit: tametſi occurrunt *oves feræ*, apud Vopiſcum in Probo, disjunctis vocibus. Hector Boëthius in deſcript. Scotiæ, de quadam adjacenti inſula: *In ea animalia quædam ſunt ovibus forma haud diſſimilia, cæterum fera, & quæ niſi indagine capi nequeant, pilos medio modo inter oves & capras ferentia, neque molles ut ovium lanam, neque ut caprarum duros.*

OUT-FANG-THIEF, libertas capiendi fures, homines proprios, in ſua vel aliena terra, aut alterius feodo, cum re furtiva, ſive furto manifeſto, eoſque reducendi ad curiam ſuam, ſeu ad locum ubi furtum commiſſum fuit, ut ibi judicentur. Ita Raſtallus, Skenæus, Cowellus, & alii practici Anglici. In Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 4. §. 2. ejuſmodi placitum dicitur pertinere ad eos *qui habent & tenent curias ſuas cum ſocco & ſacca, furca, & foſſa, Toill, & Theme Infang-thiefe, & Outfang-thiefe.* Vide Monaſtic. Anglic. tom. 2. p. 1035.

OUTHORN. Fœdus Alvredi & Godruni Regum, apud Spelmannum: *Nullus ſuperſedeat outhorn, nec outheſt, vel huthletam, vel firdfare, nec herebode ore aut cornu, juxta præceptum Heretemiorum regni, cùm ſemper expedit, & opus adfuerit expeditionem pro communi utilitate coronæ regni Britanniæ ſuper werram & wttam, &* Drincehen *prima vice, & ſi ſecundo id ſuperſedeat, perdat omne quod ſuum eſt, & componat erga Regem pro membris.*

OVUM. *Ova*, pro teſticulis, apud Pſeudo-Ovidium lib. 2. de vetula, initio, de ſemiviris:

——— *vel tantus ad ova veniret*

Fluxus aquæ putris ſtomacho mandante, quod ultra
Herniam patiens, non poſſet onus tolerare:
Aut aliis cauſis ita computreſceret ovum,
Ne fieri poſſet quin crudeli medicina
Ova recidiſſet medici reprobabilis uſus.

Ovi lacryma, *Albumen*. Ita Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam.

Ova ignita ad martyrum cruciatus interdum adhibita ſcribit Erchinfridus in Vita S. Colomanni: *Acria tortorum flagra, lapides, ovaque fortiter ignita, candentemque forcipem*, &c.

Ova de Crucibus. Tabularium Foſſatenſe: *Habet & percipit dicta Abbatia ibidem a quolibet foco dictæ villæ tria ova, quæ vocantur Ova de Crucibus, vel obliam, quolibet anno*, &c.

Ova, in præſtationibus quæ Miſſis Dominicis fiebant, in Capitulari 5. an. 819. c. 29. & lib. 4. Capitul. c. 73. Vide *Ovagium*.

OXA. Vide *Dolo*.

OXYBLATTA, Purpura intenſioris & vividioris luminis, ὀξεῖα φοινὶξ, Ariſtophani; πορφυρᾶ δ᾽ ὁλόφορα ἢ ὀξύτονα apud Suidam in Βάμμα.

OXYDEAURATUS, vox hybrida, auro ſplendente inauratus, ὀξυχρύσεος. Petrus Diac. lib. 4. Chronici Caſinenſis c. 17. *Alexius Imp.—tranſmiſit B. Benedicto veſtem de dorſo ſuo oxydeauratam.* Regeſtum ejuſdem Petri n. 146. *Miſit unum Epiloricum de dorſo ſuo oxydeauratum.*

OXYCOMINUM, ὀξυκύμινον, In Fragmento Petronii p. 56.

OXYPÆDEROTINUS *color*, apud Vopiſcum, dictus ab acantho herba, quam Græci & Latini *pæderotem* nominant: vel à gemma opalio, quæ propter eximiam gratiam *pæderos* à pleriſque appellata eſt, ut autor eſt Plinius. *Oxy* verò intenſum & dilutum colorem ſignificat. Caſaubon. & Salmaſ.

P

P Litera numeralis, quæ 400. denotat. Ita Notæ antiquæ numerorum: *P. CCCC. quadringenta*. & verſus apud Ugutionem:

P. Similem cum G. numerum monſtratur habere.

G. autem 400. deſignat. At Baronius pro G. habet S. ita ut P. ſeptenarium numerum tantum contineret. Quæ Baronii lectio videtur confirmari ex Epitaphio Joannis Nepeſini Epiſcopi, quod Romæ viſitur in Eccleſia Monaſterii S. Sabæ, quod ſic clauditur:

Extenſum per Θ. P. Q. E. Δ. connexa,
Chriſti annum monſtrant, quo tranſiit iſte Sacerdos.
Obiit in pace 11. Kal. Nov.
E. Ψ. O. I.

Si colligantur, inquit Baronius, numeri quinque harum literarum, partim Latinarum, partim Græcarum, fiunt anni 770. nempe Θ. 9. *P*. 7. *Q*. 500. *E*. 250. Δ 4.

Eidem literæ P. ſi recta linea ſuperaddatur, quadringenta millia ſignificat.

P. *in ſuperſcriptione cantilenæ, preſſionem, vel preciſionem prædicat.* Notkerus Balbulus opuſc. *Quid ſingulæ ſignificent literæ in ſuperſcript. cantilenæ.* Vide A.

P. pro B. ut *apſens*, pro *abſens*; *apſolutum* pro *abſolutum*, paſſim legi in veteribus inſcriptionibus obſervat Scaliger in indice 19. ad Gruteri Inſcriptiones. Vide *Abſus*.

PAAGIUM. Vide *Peagium*.

PABO. Vide *Pavo*.

PABU, *Barba*, Papiæ: in Gloſſis antiquis MSS. *Baſta*.

PABULA, *Bruma, nives*, Papiæ.

PABULATOR, *Paſtor qui bubus pabula præbet, vel pater qui præbet pabula*, in Gloſſis Iſidori. In Gloſſis antiquis MSS. *Paſtor qui præbet pabula.*

PACARE, Solvere, exſolvere, *Paier*, vox orta vel ex *pacare*, pacem facere debitum ſolvendo: vel ex *pactare*, pactum, ſeu tributum ſolvere, quod vult Salmaſius lib. de Trapezitico fœnore p. 517. &c. Vide in *Pactare*. Leges Burgor. Scoticor. cap. 130. *Et ſi non pacaverint, non tenentur plus commodare. Tolnetum pacare*, in Monaſtico Anglic. tom. 1. p. 324. Adde tom. 2. p. 885. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 17. Statuta Venetorum an. 1242. lib. 3. c. 37. Veterem Chartam in Hiſt. Bellunenſi p. 90. &c.

Paccare, in Foris Jaccæ: *Paccet tres ſolidos, quomodo nobis videbuntur partiendos.* Charta Ildefonſi Regis Aragoniæ æræ 1211. apud Marcam lib. 6. Hiſt. Beneharn. cap. 5. *Et illi de Biſcarra ſolebant tenere in pignora per mille & trecentos Morabotinos quos ei paccetis, & magis, ſi plus ibi habens.*

Pacatio, Solutio, *Paiement*. Matth. Paris: *Sine pacationis retributione*. Infra: *pretii ſolutionem, quam pacationem appellamus.* Rurſum anno 1248. *Pannos ſericos & alia rapit ſine pacationis retributione.* Eſt etiam

Pacatio, Tranſactio, pactum, conventio. Charta 28. inter Alamannicas Goldaſti: *Et ut firmior & credibilior omnibus in futurum maneret, placuit inter nos cartam pacationis ex utraque parte allevari.*

Paga, *Pagua*, Solutio, *Paga* Italis, noſtris *Paie*: *Pague*, in Conſuetudine Baionenſi tit. 13. art. 14. inde *pagare*, pro *ſolvere*. Acariſius: *Pago è detto da Paco latino, che vale Concordo, percio che il debitore quando paga il ſuo creditore, & lo contenta, & quaſi fa pace con lui.* Charta Hugonis D. Brecarum an. 1215. in Tabulario Campaniæ: *Mater mea debet 1040. libras pagandas eidem Judæo ad quatuor annos, quarum prima paga incipiet ab octabis S. Remigii.* Tabulæ nuptiales Mariæ filiæ Guillelmi D. Montiſpeſſ. & Bernardi Comitis Convenarum, m. Decembr. an. 1187. *Ita quod fructus vel redditus inde exeuntes in ſortem vel pagam computentur.* Aliæ Ildefonſi Regis Aragonum apud Marcam: *Et computentur in paga & ſolta de jam dictis 1300. Morabotin.* Vide Petrum de Vineis lib. 2. epiſt. 58. Hiſt. Cortuſior. lib. 7. c. 12. 18. &c.

Paiga, eadem notione in Charta libertatum villæ de Graciaco in Biturigibus an. 1246. apud Thomaſſerium in Conſuet. Bituric. lib. 1. c. 61. non ſemel.

Pagare, idem quod *Pacare*: *Pager*, Ligeris accolis. Charta libertatum villæ Montis-regalis in Sebuſianis: *Si quis portaverit pannum infra operatorium ad faciendum indumentum, non debet vadiari ab operatorio, ſed tantum ab eo cujus eſt pannus, ſi non fuerit pagatus.*

Appagare, idem, ex Italico, in Statutis Venetis an. 1242. lib. 1. c. 43. 51. lib. 5. c. 10. *Appacare*, c. 62. & lib. 3. c. 39.

Inpagatus, Inſolutus. Henricus Rebdorff. an. 1346. *Relinquens ſtipendiarios ſuos impagatos, ab eis clam in Ungariam eſt reverſus.*

Pagamentum,

Pagamentum, idem quod *Paga*: Gallis, *Pavement*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 5. §. 6. *Et non in ſpe intrandi patriam, per quam tranſit ſine pagamento faciendo.* Chronicon Reicherſpergenſe an. 477. *Ejus petitionibus annuit, Italiam per pagamentum tribuens.* Occurrit apud Radulphum à Rivo in Engelberto à Marka Epiſc. Leod. cap. 2.

PACATORIUM. Gloſſæ antiquæ MSS. *Pacatorio, Plantatorio.* Infra: *Pangatorio* ſcribitur. Gloſſæ verò Iſidori: *Paſtorio, Plantorio.*

PACCARE. Vide *Pacare.*

PACEATUR. Leges Inæ Regis Weſt-Saxon. cap. 45. *Et recipiat agenfrida corium ejus & carnem, & paceatur de cætero.* Id eſt, ſit *pacatus*, ſeu *liber de cætero.*

PACERE, *Paciſci*, in Gloſſis antiquis MSS.

PACIARII, Quibus *pacis* indictæ à Summo Pontifice & Conciliis, obſervandæ cura commiſſa erat, in Concilio Monſpelienſi an. 1214. c. 33. 34. 39. 42. Adde Toloſanum an. 1229. c. 31.

Pax, ipſum Paciariorum Collegium. Concil. Toloſanum an. 1229. c. 34. *Si vaſſalli homines rebellaverint contra dominos, Pax adſiſtat dominis contra eos.*

Paciarius, Pacificator, dignitas, olim collata ad triennium Carolo I. Siciliæ Regi à Clemente IV. PP. flagrante Guelforum & Gibellinorum diſſidio, vacanteque Imperio, anno Chr. 1267. *Clemens, &c. Cum te in partibus Tuſciæ Romano ſubjectis Imperio, nunc vacanti, Pacis conſtituerimus per noſtras litteras ſervatorem, in eiſdem tibi Paciarii ſeu Pacis ſervatoris officium committentes,* &c. Vide Odoricum Raynald. hoc an. n. 5. 6. 7. 8. Ughellum tom. 3. p. 525. Waddingum to. 4. Annal. Minorum in Regeſto p. 10. &c. *Paciáro*, Joanni Villanæo lib. 7. c. 56. lib. 8. c. 42. 49. lib. 9. c. 342.

Paciarii, Scabini. Vide *Pax.*

Paciarii, qui & *Supraiunctarii*. Vide *Juncta.*

PACIFICARE. Vide *Oſculum pacis.*

PACIFICÆ *literæ*, videntur appellatæ generatim epiſtolæ omnes *amicæ*, pacis ac divinæ caritatis conciliatrices, maximè quæ Clericis aliò proficiſcentibus ab Epiſcopis dabantur. Concilium Eliberitan. an. 305. c. 81. *Ne fœminæ ſuo potius abſque maritorum nominibus, laicis ſcribere audeant, qui fideles ſunt, vel literas alicujus pacificas ad ſuum ſolum nomen ſcriptas accipiant.* Vide Mendozam & Albaſpinæum ad hunc Canonem. Vetus Interpres Concilii Antiocheni an. 341. cap. 8. *Presbyteri qui ſunt in agris canonicas epiſtolas dare non poſſunt,— Chorepiſcopi autem qui ſunt irreprehenſibiles, dare poſſunt pacificas, id eſt generales.* Græca editio, εἰρηνικὰς, tantum præfert. Egbertus de Eccleſiaſtica inſtitutione p. 97. *Quiſquis verò fratrum contra interdicta venerabilium Canonum transfugam Clericum vel Monachum ſine literis pacificis ſuſceperit*, &c. Vide Formulas veteres to. 2. Concil. Sirmondi p. 667. Baronium an. 825. n. 24. Franciſcum Turrianum lib. 3. pro Epiſtol. Pontific. cap. 4. p. 219. Ferrarium lib. 1. de antiq. Eccl. Epiſt. c. ult. Priorium, &c.

PACONANTES, *Planantes*, Papiæ. In edito eſt *Paconantes*: ſecus Ugutio.

PACTIMONIUM. S. Auguſtinus epiſt. 223. de Recipiendis Donatiſtis: *Teſtem Deum facio — ſic eos me ſuſcepturum, ut non ſolùm baptiſmum Chriſti quem acceperunt, ipſum habeant, ſed etiam honorem pactimonii & continentiam.* Sed videtur legendum *patrimonii*, ita ut innuat recuperaturos patrimonium, & *continentiam*, hoc eſt reditus ſuos, & quod cuique neceſſarium eſt ad ſuam conditionem manutenendam. Vide *Continentia.*

PACTISIS, Vini ſpecies. Vide *Gracum.*

PACTORIUM, *Pactum, vel locus ubi fit pactum.* Jo. de Janua. Vide *Pactum.*

PACTUARE, Pactum inire, paciſci. Geſta Conſtantini M. p. 479. *Pactuatus eſt, ut ſi victus fuiſſet Odoachar,* &c.

Pactuatio, Pactum. Chronicon Farfenſis Monaſterii p. 657. *Dedit vel delegavit Sigualdus Epiſcopus Ingoaldo Abbati ad partem hujus Monaſterii, pro cauſa firmitatis ac pactuationis colonicam unam*, &c. Pag. 664. *Breves pactuationis ſeu convenientiæ quæ ex ipſis rebus factæ ſunt.*

PACTUM, quodvis Fœdus, Contractus, *Traité*. Gloſſæ ad Regulam S. Benedicti cap. 2. *Teſtamentum, placitum, vel pactum.* Heſychius, Πάκτα [illegible]. Anonymus Caſinenſis an. 1149. *Eugenius Papa pactum cum Romanis reformans.* Erchembertus in Hiſt. Langobard. *Cum autem uterque ſe junxerit ad pactum, vel ad bellandum, quod deinceps egerunt præſenti opuſculo inſeram.*

Pactare, Pactum inire. Carolus IV. Imp. in vita ſua: *Et cum ibi exercitus diu ſtetiſſet, pactaverunt illi de caſtro cum eis.* Græci recentiores πακτεύειν dixerunt. Chronicon Alexandr. p. 906. [illegible] Vide Meurſium in Gloſſ. & in Notis ad Conſtantinum Porph. de Adm. Imp. pag. 149. Conſule præterea Gloſſarium hoc noſtrum in v. *Apatiſatio*, & *Pectare.*

Pactura, pro pacto, apud Jul. Cæſarem. Vide Salmaſium ad Jus Atticum p. 803.

Pactorium, *idem quod pactum, vel locus ubi fit pactum.* Ugutio.

Pactum, *Tributum* ex *pacto* conceſſum, qua notione Teutones etiamnum *Pacht* uſurpant. Hiſt. Miſcella lib. 18. p. 538. *Sarracenorum vero tunc ſub pactis Perſarum conſtitutorum multitudo Equitum clam in Imperatorem irruere meditabantur.* Lib. 19. p. 604. *Locaverunt — reſiduas ſeptem generationes quæ ſub pacto erant.* Lib. 23. *Aut tribue mihi pacta, aut veniam uſque ad Auream portam.* Speculum Saxonic. lib. 3. art. 76. *Licebit — cenſum ſeu penſionem, aut pactum ſolvere.* Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. cap. 32. *Ut coloni tertiatores non dent in collata, nec in pactum.* Charta Arnoldi Weſemaliæ Domini an. 1269. apud Miræum in Donat. Belg. *Notum facio quod teneor Decano & Eccleſiæ Trajectenſi in centum marcas Colonienſium denariorum legalium occaſione pacti detenti, & etiam expenſarum pro ipſo ab eis factarum.* Ubi Miræus *pactum detentum*, cenſum non ſolutum interpretatur; qui Flandris *Pacht* dicitur. Græci hac notione frequenter uſurpant. Theophanes [illegible]. Cedrenus: [illegible]. Veteres Gloſſæ verborum Juris: [illegible]. Conſtant. de Adm. Imp. cap. 30. [illegible]. Adde p. 71. 96. Chronicon Alexandrin. p. 694. 900. Antiquit. Conſtant. Lambecii p. 148. Hinc πακτωνάριος apud Nicetam Chonitatem in Joanne Comneno n. 4. qui pacta exigebat.

Pactum, Profeſſio Monaſtica. S. Hieronymus ad Demetriadem epiſt. 8. *Nunc quia ſæculum reliquiſti, & ſecundo poſt baptiſmum gradu iniſti pactum cum adverſario tuo, dicens ei, Renuntio tibi, diabole, ſæculo tuo, pompæ tuæ, & operibus tuis, pactum cuſtodi, ne tradat te tortori.* Concilium Eliberitanum can. 13. *Virgines quæ ſe Deo dedicaverunt, ſi pactum virginitatis perdiderint*, &c. In Regula S. Fructuoſi cap. 18. *Annotari in pacto*, eſt Profeſſionem monaſticam edere. Ita συνθήκας vocant Græci Patres, Clemens Alexandr. lib. 3. Strom. initio, Origenes homil. 3. ſuper Numer. & S. Baſilius ad virg. lapſ. Hinc votorum tranſgreſſor, [illegible] dicitur in Concilio Oecumen. VIII. can. 14. ubi Anaſtaſius, *propriorum tranſgreſſor pactorum.* Extat apud Anton. *de Tepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti, an. 944. cap. 1. Charta continens electionem Abbatis, cui Monachi electores ſubjectionem & obedientiam profitentur, cujus prima verba ſunt: *Sub Chriſti nomine & individuæ Trinitatis, hoc eſt pactum quod pepigimus nos omnes*, &c.

Pactum vel *Pactus*, lex quæ ex pacto convento, & ex communi populorum conſenſu fertur, & admittitur: quo nomine donantur fere Leges omnes noſtræ veteres, ſeu quarum uſus fuit in Francia & Germania: ac Romana quidem in Charta Heccardi Comitis ex Tabulario Perſiacenſi apud Perardum p. 26. *Waltario Epiſcopo pacto Romano libro, & anapo corneo majore*, &c. Gundebada Burgundionum, in eadem Charta: ubi *pacto Gunbaldo* perperam pro *pacto* ſcribitur: Salica, quæ inſcribitur in editione Heroldi, & in Codd. MSS. uti monet V. Cl. Stephanus Baluzius, *Pactus legis Salicæ*. Præfatio ad eandem Legem: *Quidquid in pacto habebatur minus idoneum*, &c. Eadem Charta Heccardi Comitis: *Heccardo filio Heccardi tabulas cormas, & parto faleco, & figulos* (l. figuſios) *duos*, &c. Harulfus lib. 3. c. 3. *Lex Romana, pactum legis Salicæ*, &c. Alamannica in veteri Cod. MS. inſcribitur *Pactus legis Alamannorum*, ut obſervat idem Baluzius. Ripuaria, apud Reginonem, qui in lemmate cap. 405. lib. 1. de Eccleſiaſt. diſcipl. hæc habet: *De eadem re ex pacto*, nempe ex cap. 58. ejuſdem Legis Ripuariæ. Bajwaria, in Concilio Bavarico an. 772. c. 9. *De eo ut nullus hæreditate ſua privetur niſi per tres cauſas quas in pacto ſcribentur*. i. in Pacto ſcribuntur, ſeu in Lege Bajwariorum tit. 2. Denique Lex Francorum, *Pactum Francorum* appellatur ab eodem Reginone lib. 1. c. 404. Burchardo lib. 2. c. 29. & Ivone p. 6. c. 130. *Quia ſic ſcriptum eſt in pacto Francorum*. Quod verò *pactus*, pro *pactum*, interdum ſcribitur, vitio dari debet barbari ſeculi, tametſi eadem perinde voce uſus eſt Plautus in Ciſtellaria: *Meretrices fuimus, illa & ego mihi educari ex pactibus conventis*. In eadem porro lege Salica tit. 11. §. 8. *pactus* ſumi videtur pro ea particulari lege, quæ in aliquo mallo, ſeu placito, vel conventu definitur.

Pactum, Catalogus, Matricula. Regula ſancti Fructuoſi: *Adnotetur in pacto cum fratribus, & vivat inter Monachos probatus & ipſe Monachus*. i. in catalogo eorum, qui profeſſionem ediderunt. Acta Murenſis Monaſterii p. 25. *De jure verò ſive legitimis ſacræ familiæ non poſſumus nec volumus pro prolixitate quid ſcribere, quia in libro qui vocatur Pactum, in quo omnium noſtrorum jura conſcripta ſunt, hoc plenius habetur*, &c. Et in quo profeſſiones Monachorum ſcriptæ erant.

PACTURIUM, *Plantatorium*, Papiæ, qui infra, *Pactorium* habet: alibi, *Pangratorium*, ſeu ut præfert Codex MS. *Pangatorium*. Vide *Pacatorium*.

PACULUM, *Sacculum*, *paccolum*, in Gloſſis Iſidori.

PADELENGA, *Palenga*, Anguilla decumana, anguilla procerior, Flandris *Palinc*; Kiliano, *Paelinck*, Charta Theoderici Comitis Flandriæ in Tabular. Lehunenſi n. 89. *Robertus Freſo Comes Flandrenſis Deo & S. Petro de Lehun — hujuſmodi eleemoſynam donavit; & ſingulis annis reddendam conſtituit, quod quicunque feodum de Rinegges tenuerit, uno quoque anno perpetualiter tria pondera padelengarum prædictis Monachis reddat, & ei Monacho, ſive clienti qui pro ipſis palengis recipiendis venerit, procurationem de ſuo proprio provideat*.

PADES, arbor Picea, Gallis, ut author eſt Plinius lib. 3. c. 6.

PADUIRE. Charta anni 1273. in Regeſto homagiorum Nobilium Aquitan. fol. 9. *Et propter hoc debet paduire vias, aquas, vineas, nemora, prata, & alia paduentia*. Aliàs vocem *Paduir*, pro paſcere animalia uſurpat Conſuetudo Solenſis tit. 14. art. 2. *Caſcun deudit pays pot far padoyr & erbadgear lors beſtiars de noeits & de jorns*, &c. Adde Conſuet. Aquenſem tit. 11. art. 2. Hinc

Paduentia, Paſcua, Paſturæ, *Padoens*, *Padoence* in eadem Conſuetud. Solenſi tit. 13. art. 4. Beneharn. tit. 51. art. 5. Labourtenſi tit. 3. art. 16. 23. 27. tit. 20. art. 4. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. fol. 96. *Solebant dare & ſolvere Regi annuatim pro paduentiis herbarum, aquarum & foliorum*, &c. Et fol. 100. *Occupat mille jornalia landarum, in quibus homines Regis habebant padoentiam animalium ſuorum*. Charta an. 1166. apud Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 5. cap. 21. *Et ſi fortè aliquis homo aliqua occaſione dominationis, vel padoentiæ contra prædictas domos ſurrexerit*, &c. Ubi *Padoentia* videtur ſumi pro quavis exactione, ut *Panagium*, ſeu *Paſtionaticum*, uti in hac voce docuimus. Alia Guillelmi Ducis Aquitaniæ an. 1027. apud Sammarthanos in Archiepiſcopis Burdegal. *Et aliam ſalvitatem S. Mariæ de Macha cum decima, & omne jus & conſuetudines & eam prope adjacentem inſulam, & cum paduenſa in terra & cum mare*, &c.

PADULES, Palus, Stagnum, ex Italico *Padule*, qua voce utuntur Joannes Villaneus lib. 1. c. 17. lib. 6. c. 47. Creſcentius & alii. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. p. 685. *Eccleſia S. Petri in Accule ſubtus ipſa crypta, ſupra ipſos padulos, & campo de Meſu*. Bulla Eugenii PP. an. 1153. apud Ughellum tom. 3. p. 736. *Vinearum, ſilvarum, pratorum, padulium, & pantanorum*. Fortè *platanorum*. Occurrit aliquoties in Chartis Hiſpanicis, apud Ant. *de Yepez*.

PAELUM, in Gloſſ. Saxon. Ælfrici, pæh, i. tela.

PÆDAGOGIANI, Pueri honorarii, qui in Palatio miniſterio Principis militabant, cujuſmodi ſunt ii quos inde *Pagios* appellatos viri docti volunt. Ammianus lib. 29. *Adulius quidam ex his quos Pædagogianos vocant*. Meminit & lib. 26. ut & Notitia Imperii Orient. cap. 91. in qua recenſentur inter Caſtrenſianos *ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Caſtrenſis*. Sic porro appellati, quod ſub *pædagogis*, utpote pueri, eſſent, quorum mentio eſt in veteribus Inſcriptionibus 585. 6. 7. 586. 1. quorum miniſterium & munus vel potius ordo ipſe Pædagogianorum, *Pædagogium* appellatur, qui inde *de Pædagogio* eſſe interdum dicuntur, ut in veteri inſcriptione; PHILONICUS. TI. CÆSARIS. GERM. DE. PÆDAGOGIO. VIXIT. ANN. XIIX. ubi ætas Pædagogiani obſervanda. De ejuſmodi *Pædagogiis* & *pædagogianis* copioſè egerunt Cujacius, *Dorleans* ad lib. 4. Annal. Taciti, Jacobus Gothofredus ad d. l. 5. Cod. Th. de Diverſ. offic. & alii.

PÆDAGOGARE, Docere. Occurrit in vita SS. Severini & Victorini n. 1.

PAGA, *Pagus*. Aſſerus de Rebus geſtis Ælfredi Regis Anglor. *Natus eſt Ælfred Angloſaxonum Rex in villa regia quæ dicitur Wanading, in illa paga, quæ nominatur Barroſcire, quæ paga taliter vocatur à Barroc ſilva, ubi buxus abundantiſſimè naſcitur*. Utitur crebro in tota hac hiſtoria, & ex eo Simeon Dunelmenſis an. 871.

PAGÆ, *Memoria ſine idolis*, in Gloſſ. Iſid. Papias, rudè habet *Memoria*. Vide *Paganus*.

PAGA, *Pagare*. Vide *Pacare*.

PAGALIA Vetus Formula 121. ex Lindenbrogianis: *De ſecuritate pro homicidio facto ſi ſe pacificaverit, ita ut pro ipſa cauſa ſol. tantos in pagalia nobis dare deberes*. id eſt in *pagam* ſeu ſolutionem. Habentur binæ aliæ Formulæ cum ſimili titulo apud Bignonium, in quibus vox iſta abeſt.

PAGANENSES, Pagani, Pagenſes: Gallis *Payſans*. Occurrit in vita S. Heldradi Abbatis Novalicenſis n. 9.

PAGANI, Scriptoribus Chriſtianis vulgo appellati Gentiles, & Idololatræ. Lex 46. Cod. Theod. de Hæretic. *Gentiles, quos vulgo Paganos appellant*. Marius Victorinus de Homoouſio recipiendo: *Græci, quos* Ἕλληνας *vel Paganos vocant, multos Deos dicunt*. S. Auguſtinus lib. 2. Retract. c. 43. *Deorum falſorum multorumque cultores, quos uſitato nomine Paganos vocamus*. Sic rurſum de opere Monachor. c. 11. Gloſſ. Gr. Lat. Ἑλληνὶς τῶν Ἑλλήνων, *Paganus*: Vigilius Tapſenſis lib. 1. contra Arianum c. 5. *Cùm tres ſint in mundo religiones, Judæorum, Paganorum, & Chriſtianorum*. Ita ex his patet id nominis gentilibus à vulgo Chriſtianorum in-

ditum, cujus quidem mentionem fieri apud ſcriptores ante annum 365. pridem obſervarunt viri docti ex lege 18. Cod. Th. de Epiſcop. quæ eſt Valentiniani & Valentis, qua tempeſtate ſcribebat etiam ſupralaudatus Marius Victorinus: tametſi antea obtinuiſſe exiſtimari poſſit. Unde verò natum, varii varia tradiderunt, etiam ex antiquioribus, Philaſtrius, Iſidorus in Origin. Beda, & alii, quos jure explodunt qui rem attentiùs inveſtigarunt, & in hanc ferme ſententiam concedunt, à *Pagis*, Paganos appellatos Deorum cultores: quod cum Conſtantini M. & filiorum edictis proſcriptus eſſet ab urbibus & civitatibus profanus Deorum cultus, eorumque fana paſſim in iis clauderentur, in pagos ſe ſe reciperent, ibique Deos ſuos colerent, & clandeſtina ſacra peragerent, quæ eſt Baronii & aliorum vulgatior ſententia: quam fulciunt Gloſſæ antiquæ MSS. & Iſidori, in quibus *Paganicus, ut* (fortè *vir*) *occultus* dicitur, & *Paganus, ab eo quod paga colit*, id eſt *pagos incolit: Pag. Pagani in pagis habitantes*. In iis denique *Paga* dicuntur *memoria ſine Idolis*, quod Paganis & Gentilibus non liceret habere fana publica, ex quo Imperatores Chriſtiani effecti ſunt. Alii ſic appellatos volunt, quod pro ſuperſtitionibus paganicis contumaciter ea tempeſtate contenderent, uti Jacobus Gotofredus, cùm nempe ſinguli fere pagi ſuos haberent Deos, ſuaque ſacra, quod ex Libanii loco probare nititur. Salmaſius vero ad Vopiſcum *Paganos* dictos contendit à *pagus*, voce quæ idem valet ac *gens*, ἔθνος, unde promiſcuè *Gentiles* & *Pagani* appellati. Eſt denique alia Anonymi ſententia in Codice regio: *Paganus, qui ſine aliquo iure eſt. Pagus, Collegium, curia, vel poſſeſſio ampla ſine aliquo jure: unde & Paganos dicimus alienos à iure, ſacris Conſtitutionibus*. Atque is reſpexiſſe videtur illud Oroſii in præfat. ad l. 1. Hiſt. *Præceperas mihi uti adverſus vaniloquam pravitatem eorum, qui alieni à civitate Dei, ex locorum agreſtium compitis & pagis Pagani vocantur, ſive Gentiles, quia terrena ſapiunt*. Sive igitur Baronii, ſive Gotofredi, vel Salmaſii & aliorum ſententia obtineat, conſtat à Pagis, & à *Pagenſi* idololatria *Paganos* nuncupatos, ex Prudentio lib. 1. Periſteph. in S. Romano: *Non erubeſcis ſtulte, pago dedite*. Idem lib. 1. contra Symmach.

Sunt hæc barbaricis Gentilia nomina pagis.

Et infra:

Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet.

Vide Petrum Abælardum in Epiſt. ad Roman. lib. 1. p. 505.

Pagani appellati interdum infantes, quorum certis ex cauſis differebatur Baptiſmus, quibus poſtea id in *vocabulare*, ut Auſonii verbo utar, *nomen* tranſiit: quod attigimus in Notis ad Alexiadem. Nam poſterioribus ſæculis nomen tum primum datum infantibus, cùm baptizarentur, cum olim ſecus fieret, quod pluribus oſtendit Menardus ad librum Sacramentor. Gregorii M. p. 98. 99. Quippe baptizandi *nomen dare* dicebantur, eorumque nomina recitabantur, cùm ad Baptiſmum percipiendum evocabantur: quod ſanè mirum videri non debet de adultis, qui à Paganiſmo ad Chriſtianiſmum tranſibant, cùm nomina ſua haberent. Infantium verò baptizandorum ſcripta etiam fuiſſe nomina docuimus in voce *Nomen*: unde etiamnum Sacerdos priuſquam procedat ad Baptiſmi ceremoniam, hæc verba profert, *Quis vocaris*, ut eſt in libro Sacrament. tum enim Patrinus nomen pueri edit. Eadem notione vocem *Ethnicus* uſurpant Leges Preſbyterorum Northumbrenſium in Conciliis Anglicanis circa an. 977. cap. 10. *Si exactis 9. noctibus per negligentiam mortuus fuerit* (infans abſque baptiſmo,) *componatur utique apud Deum, — quod infans tam diu fuiſſet Ethnicus*.

Pagania, Superſtitiones Paganorum à Chriſtianis fidei adhuc dubiæ obſervari ſolitæ, quæ in Conciliis paſſim proſcribuntur. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 2. Capitul. an. 769. cap. 6. & Othlonus in vita S. Bonifacii Archiep. Mogunt. lib. 1. c. 42. *Ut populus Dei paganias non faciat, ſed omnes gentilitatis ſpurcitias abjiciat*. Idem lib. 2. c. 1. *Nam ſi iſtas paganias ibi Paternitas veſtra prohibuerit*. Extat *Indiculus ſuperſtitionum & Paganiarum* in Concilio Leptinenſi cap. 4. Recenſentur eæ in vita S. Eligii lib. 2. cap. 15. Vetus Pœnitentiale MS. *Kalendas Januarii ſecundum paganiam honorare*.

Paganiſmus, Paganorum religio. Concilium Duſiacenſe I. part. 2. in Præfat. de Lauduno municipio: *Quod ab exordio ſui nunquam inter ſedes Provinciales Remorum Provinciæ in paganiſmo, vel in Chriſtianiſmo nomen vel locum habuit*.

Paganiſmus, Terra Paganorum. Ordericus Vitalis lib. 10. p. 791. ut *Coadunatis viribus totius Paganiſmi bello illos exciperent*. Epiſtola Guill. de Carnoto Magiſtri Templi ad Honorium III. PP. apud Rubeum lib. 6. Hiſt. Ravennat. *Et hoc vobis intimamus, quod annis pluribus retroactis non recolimus Paganiſmum in ſtatu fuiſſe debiliori*. Matth. Paris an. 1193. de Saladini filius: *Qui in omni verſutia, in Paganiſmo, omnibus præminebant*. Et an. 1250. *Sic totus contremiſcet Paganiſmus*. Bromptonus an. 1161. *Proficiſcens igitur Paganiſmum proſperè pertranſivit*. Liber MS. de Statu Terræ Sanctæ: *Baudas eſt chiès de Payennie, auſſi come Rome eſt chiès de toute Chreſtienté*. Joinvilla in S. Ludovico: *Le Souldan eſtoit le plus puiſſant Roy de toute Payennie*. Adde Notas noſtras ad eundem ſcriptorem pag. 58.

Paganiſmus, idem quod *Pagania*, Superſtitio Paganorum. Concilium Sueſſionenſe an. 744. c. 6. *Ut populus Chriſtianus Paganiſmum non faciat*.

Paganitas, Paganiſmus, Paganorum religio, in l. ult. Cod. Th. de Spectacul. Iſo Magiſter in Gloſſis, *ſuperſtitio, paganitas, vana religio*. Symmachus I. PP. epiſt. 7. *Roma mihi teſtis eſt, utrum à fide Catholica, quam — veniens ex Paganitate ſuſcepi, aliqua ex parte deviaverim*. Tudebodus lib. 1. Itineris Hieroſol. *Obſecrantes D. Jeſum Chriſtum, ut ſuum defendat populum, & Chriſtianis militibus victoriam præſtet, ſuamque ſanctam Chriſtianitatem exaltet, & paganitatem deſtruat*.

Paganitius, *Vir occultus*, in Gloſſ. Iſid. Ita enim legendum ex Papia, pro, *ut*; id eſt vir paganicæ religioni addictus, quam palam profiteri non licebat ætate Iſidori, ut quidam volunt. Sed magis placet *Paganitium*, *virum occultum* dici, pagenſem, qui nullius eſt nominis.

Paganizare, Paganum agere, Paganorum ſuperſtitionem profiteri. Occurrit apud Hadrianum I. PP. in Capitulis & in Concilio Ancyrano c. 4. apud Joan. Diac. lib. 3. vitæ S. Gregorii PP. cap. 1. &c.

Pagani, apud Saxones, dicti Pagenſes, cenſuales, qui *Scultetorum* civili, *Archipreſbyterorum* verò Eccleſiaſticæ juriſdictioni ſubſunt. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 2. §. 2. *Libertas etiam eſt tripertita, quorum primi Epiſcoporum Synodum quærere ſolent: & hi Banniti dicuntur; Proprietarii ſummorum Præpoſitorum; Pagani autem Archipreſbyterorum*. Lib. 3. art. 45. §. 7. *Paganis verò, ſeu cenſualibus, qui judicium Sculteti quærere ſolent, 15. ſolidi pro emenda, & 10. talenta loco verigeldi numerantur*. Adde §. ſeq. & lib. 2. art. 53.

PAGELLA, Matthæo Silvatico, *Corium, vel petra lata ubi ponitur emplaſtrum*. Vide *Pagina*.

PAGELLUS, *Pagenſes*, *Pageſii*. Vide *Pagus*.

PAGENA. Vide *Pagina*.

PAGERAMENTUM. Tabularium Auſcienſe, apud Marcam lib. 4. Hiſt. Beneharn. cap. 7. n. 5. *Fundamenta demum jaciens Eccleſiæ conſtruendæ, villæ ædificandæ pageramenta compoſui*.

PAGETTUS, Vide *Pagius*.

PAGINA, non tam modus agri, quàm fundus, aut ager menſura ſua definitus, noſtris, *Piece de terre*. Innocentius Agrimenſor: *Si* (fundus) *in monte fuerit conſti-*

turni, excepimus finem habere contra duas paginas fundorum. Tabularium S. Benigni an. 849. apud Perardum pag. 48. *Inprimis dedit — Teutboldus Epiſcopus* (Lingonenſ.) *de campo paginam, de ratione S. Stephani in pago Oſcarenſi, in Patriciaco villa, &c. E contra ad vicem in augmentum & commutationem reddendi, dedit prædictus Hilderalis aliam paginam in ipſo pago, & in ipſa villa, &c. — habet in longum perticas agripedales* 45. *pedes* 6. &c. Charta Karlomanni Regis an. 881. apud eundem Perardum p. 880. *Quod dederit — paginam terræ ex rebus S. Amantii continentem in ſe aripennum* 2. *& quartam partem unius jornalis,* &c. In alia Goffredi Comitis Andeg. an. 1040. apud Sammarth. in Epiſc. Andegav. *Altera ſimiliter pagina pratorum circiter aripennos decem,* &c. Vita S. Romani Abbatis Jurenſis cap. 1. *A limite Rheni — uſque pagimum Mauſatis* (Moix) *extimum.* Hinc *compaginantes agri*, vel *limites*, apud Frontinum de Limitib. agrorum, qui invicem cohærent, vicini ſunt.

Pagena. Charta fundationis Corbeienſis Monaſterii: *Et villam quæ vocatur Templum Martis, ſitam in pago Ambianenſe, ad integrum, cum pagena de ſilva de foreſte noſtra Windegonia.*

Paginola. Tabularium Eccleſiæ Viennenſis fol. 65. *Habet & in alio fronte perticas* 9. *habet paginolæ vinearum in eodem pago in villa Brociano,* &c. Mox: *Habent paginolæ ſupradictæ inter utraſque in uno fronte perticas* 3. &c. Tabularium S. Benigni, in Charta Teutbaldi Epiſcopi Lingon. an. 841. *Placuit atque convenit — ut paginolas de terris tam de iure Eccleſiaſtico, quàm de propria poſſeſſione inter ſe commutare deberent.* Et mox: *Unam paginola de terra, de ratione S. Benigni ex beneficio Anſtratio, &c. alia paginola in campo,* &c.

Pagella terræ, ſeu *vineæ*, in Tabulario majori S. Sergii Andeg. c. 254. Notitia vetus in Tabul. Eccl. S. Laudi Andeg. *Pagella una & dimidia vinagii.* Charta Caroli C. an. 861. in append. ad Capit. n. 90. *Simul etiam dixit nobis de quibuſdam pagellis quæ ſua ſunt,* &c.

PAGINALITER, *per paginas.* Iſidorus Pacenſis Epiſcopus æra 780. *Quia iam in alia epitoma qualiter cuncta extiterunt geſta, potenter & paginaliter manent noſtro ſtylo conſcripta.*

PAGINATOR. Chronicon Windeshemenſe lib. 2. cap. 43. *Magnarum literarum Miſſalium, biblia, & librorum cantualium optimus pictor & paginator.* Ubi editori, *paginator*, videtur eſſe *compactor*, qui paginas & folia in codicem compingit. Ego verò *paginatorem* puto, qui paginas exornat picturis ac vinculis, *vignettes.*

PAGINEMMA. Inſcriptio quæ legitur Romæ in ſancti Jacobi ad Longaram: *Hanc turrem & paginemma facta a Militia capratorum tempore Dom. Leonis quarti PP. ego Agatho C.* Ubi *Paginemmata*, repagula, ſeu antemuralia, quæ obtendi ſolent ad arcendos hoſtes, interpretatur Joſephus Maria Suareſius Vaſionenſis Epiſcop. in Diatriba de Foraminib. lapidum in priſcis ædificiis p. 7.

PAGIT, in Gloſſis antiquis MSS. *aut palum figit, aut citharam tangit.* Ita etiam Gloſſæ Iſidori. Infra in Gloſſis MSS. pro *Pagit*, legitur *Pangit.*

PAGIUS, Famulus. Hiſtoria fundationis Abbatiæ Pipwellenſis in Anglia: *Et habuit ſub ipſo foreſtarios tres pedites, cum pagiis eorum.* Computum hoſpitii Regis an. 1312. *Gmoins pagius palefr. Domini K. Johannes de Caprafia pagius palefr. D. Philippi. Pages de cuiſine*, in Teſtamento Ludovici Hutini Reg. an. 1316. *Aux aideeurs, ſouffleurs, haſteurs, pages, enfans & les autres appartenans à noſtre cuiſine* 300. *ll. &c.* Ibid. *Page de la palefrenerie.* Will. Guiart an. 1301.

Mettent à mort és herberjages
Chevaliers, Eſcuyers, & Pages.

Chron. Bertrandi Gueſclini:

Et en cele heure commença un eſtris,
Des valets & des pages qui gardoient les roncis.

Alibi:

Son bacinet faiſoit à ſon page porter.

Certè olim quivis pueri, ſeu potius miniſtri, *Pagii* appellabantur, voce ut plerique autumant, à παῖς Græco vocabulo, quod famulum ſequiore Græcia ſignificabat, deducto: nunc vero *Pages* dicimus pueros honorarios, qui magnatibus adſunt. Vide v. cl. Ægidium Menagium in Originibus Gallicis pag. 500. 817. Honorarios porro ephebos iſtos, παιδόπουλα vocat Pachymeres lib. 1. Hiſt. cap. 9. & 12. Narratio de Bertrando Romano MS. Καὶ μετὰ τρία παιδόπουλα καβαλλάριν ἦλθε. Occurrit ibi pluries, apud Codinum de Offic. & Nicetam p. 548. edit. Genev.

Pagettus, diminut. ex *Page*, ſeu *Pagius.* Rotulus expenſarum domus Dom. Bromundi Comitis S. ſub tit. *Mariſcalcia. In fœno de inſtauro pro* 13. *equis emptis* 10. *den. item in avenis de eodem pro prebenda* 1. *quart. dimid. pret.* 2. *ſol. & ſic in vadiis* 4. *garcionum, cum tot pagettis* 12. *den.* Knyghtonus an. 1342. *Anglici non perdiderunt niſi duos ſagittarios & unum pagettum.* Matthæus Villaneus lib. 11. cap. 81. *Ciaſcun di loro haveva uno o due paggetti.*

PAGOTI, Galones, inermes, vel ignavi, *Pagots.* Continuator Nangii an. 1356. *Qui etiam garcionibus & pagotis ſine defenſione aliqua fugere non valentes ſe reddebant.* Vocis fortè origo à *bagaudis*, de quibus ſuo loco, aut à *pagenſibus* ſeu ruſticis: niſi hoc loco legendum ſit *pagettis*, de quibus ſupra.

PAGULA, *Frena*, in Gloſſis Iſidori, ſed legendum *Bagula.* Vide in hac voce.

PAGUS, in Gloſſ. Gr. Lat. Περιοχὴ τῆς χώρας τόπος. Ita *Pagus* pars eſt regionis: atque ut regio in pagos, ita pagi in villas, oppida, & burgos tributi erant. Id pluribus jam docuere Freherus in Orig. Palatin. lib. 1. c. 5. Cluverius lib. 1. Germ. antiq. pag. 91. Pithœus ad leg. Salic. Bignonius ad lib. 1. Form. Marculfi, Lindenbrogius, & alii.

Pagus, quomodo *Pars* dicimus. Fortunatus in Vita S. Albini Epiſc. Andeg. n. 3. *Cum ad hunc puerulus per pagum in Abbatis ſui proficiſceretur obſequium.*

Pagellus, Pagus minoris amplitudinis, vel tractus. Charta Ludovici II. Regis, apud Guillimannum lib. 1. de Reb. Helvet. c. 2. *Curtem noſtram Turegum in pago Turgaugenſi, & pagellum Uraniæ,* &c. Charta Caroli C. an. 861. in Appendice Capitular. n. 90. *Simul etiam dixit nobis de quibuſdam pagellis, quæ ſua ſunt parochia,* &c.

Pagenſes, ejuſdem pagi homines, qui una eademque lege vivunt, in Lege Longob lib. 2. tit. 18. §. 7. tit. 35. §. 12. in Capit. Caroli M. lib 3. c. 43. lib. 4. c. 19. in Capitulari ejuſdem Caroli an. 1197. cap. 4. & in Formulis non ſemel. Odo Cluniac. lib. 1. de vita S. Geraldi cap. 7. *Satius eſſe temerarios vi bellica premi, quam pagenſes & inermes ab eiſdem injuſte opprimi.* Adde cap. 25. & lib. 3. c. 5. Charta 77. inter Alamannicas Goldaſti: *Ante pagenſis noſtros omnem rem noſtram & hereditatem paternam communis manibus tradidimus ad ipſum Monaſterium.* Infra: *In ea ratione quod ſuperius ſcriptum eſt, & ipſum cenſum in ſilvaticas feras, quantum poſſumus conſequi ſervamus, & quantum non poſſimus, quod cæteri Pagenſes noſtri faciunt Regi aut Comiti, ita & nos ad ipſum Monaſterium faciamus.*

Pagenſes, interdum dicuntur qui ex pago & diſtrictu Comitis ſunt; non ſolum quod pagis præſint, ſed & civitatibus: nam & *Pagenſes civitatis* dicuntur in Form. 4. apud Lindenbrog. Ita porro in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 17. lib. 2. tit. 51. §. 7. tit. 52. §. 14. in Capitul. 3. an. 811. c. 1. 6. in Capit. Caroli M. lib. 3. c. 73. in Appendice 3. lib. 4. c. 10. in Epiſtola Epiſcoporum Franc. ad Ludovicum Regem c. 12. in Edicto Piſtenſi c. 26. in Concilio Valentino III. an. 855. c. 23. in Formula 39. ex Lindenbrogianis. Gregorius Turon. lib. 8. cap. 18. *Wintrio Dux à pagenſibus ſuis depulſus, Ducatu caruit,* &c. Tabularium Dervenſis

Monaſterii : *Et quia pagenſis erat, & quomodo terra pergeret ſciebat*, &c. Galli dicerent, *parce qu'il eſtoit du pais*. Interdum etiam

Pagenſes dicuntur Sacerdotum plebes, ejuſdem Parochiæ, ut apud Odonem Cluniac. lib. 1. Collat. cap. 22. & in Lege Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 29.

Pagenſes Franci, liberæ conditionis, in Edicto Piſtenſi c. 26. quibus opponuntur

Pagenſes, unde interdum dicti, i. ruſtici, ſervi glebæ. Agobardus Lugdun. lib. de Privileg. & jure Sacerd. n. 11. *Habeo unum Clericionem, quem mihi nutrivi de ſervis meis propriis, aut beneficialibus, aut pagenſibus*. Tabularium Laſcurtenſe, apud Marcam lib. 4. Hiſt. Bench. c. 10. *Dedit B. Petro in morte ſua corpus ſuum in ſepultura, & unum pagenſem in Bardinis, donec aliquis ſua generationis daret B. Petro 300. ſolidos pro pagenſi*. Tabularium S. Petri Generenſis apud eundem lib. 9. cap. 3. *Dedit B. Petro totam tertiam partem mercati Lurdenſis, & unum pagenſem in Ader, & unum caſalem nominatum Suſach*, &c.

Pagenſales, iidem qui *Pagenſes*, in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 56.

Pageſii, Pagenſes, Villani, glebæ obnoxii : *Pages*, Occitanis, ruſtici. Fori Bigorritani art. 33. *Pageſius qui in conſuetudine non habet ſomatas deferre, ſi inventus fuerit a Milite*, &c. Secunda Curia Generalis Catalaniæ an. 1299. *Exceptis pageſibus, & filiis pageſiorum de terris ubi conſueverunt redimi*. Quo loco *pageſibus* idem eſt ac *pageſiis*. Charta alia : *Volumus quod ille qui Prior fuerit, habeat in dictis manſis decimas carnalagii, & primitias à quolibet pageſio dictorum locorum, qui nunc ſunt, ſcilicet unum panem primitialem*, &c.

Pageſia, Tenementum Pagenſium, quod apud nos *Villenagium* dicitur. Conſtitutiones Catalaniæ MSS. *Ne quis per aliquem titulum adquirat honores alicujus perſona, neque honores ruſticorum, ſive pageſias, ſine conſenſu dominorum ſuorum*. Charta an. 1279. in Tabulario S. Flori in Arvernis : *Conventus Monaſterii S. Flori, & cum pageſia, ſeu tenentia quam tenebat*. Alia an. 1261. *Dederunt & conceſſerunt in perpetuam emphytheoſim, ſeu pageſiam, eidem Auſtorgio — manſum de Vedrinis*. Alia : *Unam gallinam, quam debet in dictis duabus pageſiis quas tenet*. Alia an. 1274. *Dico tamen quod ſi illi qui habent ibi pageſias, alienarent, quod ego deberem laudare, & vendas habere*. Charta an. 1306. in Comitatu Rutenenſi exarata, ex 2. Regeſto Philippi Pulchri Regis Franc. Tabularii Regii n. 7. *Videlicet quaſdam pageſias ſeu emphiteoſas in pratis & terris circa dictum molendinum ab emphiteotis manſi Del Maionil & quibuſdam aliis ignobilibus ; pro quibus dare debet certum cenſum conſuetum & incartatum domino noſtro regi*, &c. Infra : *Et pro medietate dictarum pageſiarum Dominus Rex vendas habere debet*.

Tenere in pageſiam, idem fere eſt quod tenere in *Villenagium*. De ejuſmodi *tenura*, ſequentia excerpſimus ex adverſariis Auguſti Gallandi celeberrimi Advocati Pariſienſis, alia tamen manu deſcripta, quæ illuſtriſſimo & doctiſſimo viro Guillelmo de Lamoignon Primo Senatus Pariſienſis Præſidi debemus : *Tenir en pageſie eſt une eſpece de tenure qui ſe trouve ſpecifiée és terriers de pluſieurs Seigneuries és pays de Velay, de Foreſts, & de Bourbonnois, & eſt de meſme effet que terre en frareſche és pays d'Anjou, Touraine, & le Maine, ou que les Maſures en Normandie : c'eſt à dire que chaſcun des detenteurs du fond eſt tenu ſolidairement aux cens & redevances, ſans que le Seigneur ſoit tenu de diviſer ny s'addreſſer à tous les detenteurs ſi bon lui ſemble. Ce qu'eſtant rude pour les debiteurs qui ſe multiplient de temps en temps, la prudence des Normans a eſté telle, que l'une des maiſons tenans en maſure eſt le Collecteur de la redevance ſur tous les detenteurs, & pour ce qualifié Prevoſt fondé à faire la contrainte pour paier le Seigneur*. Charta Petri *Danglars* an. 1294. *Recognoſco me tenere in feudum francum à D. Herrico D. G. Comite Ruthenenſi ſcilicet pratum meum, quod tenet à me in pageſiam Deodatus del Boyſſo*. &c. — *Item plus totam fazendam meam, quam tenet à me in pageſiam Laurentii de la Baiaria*, &c.

PAGETTUS, Vide *Pagius*.

PAIARE, idem quod *Pagare*, ſolvere, ex Gallico *Paier*. Statutum 2. Weſtmonaſterienſe cap. 46. extremo, ubi ſtatuitur *ſuperius indumentum* Baronum, cum hominium Regi præſtant, ad Camerarium Regis pertinere : *Quod plus honeſtè dictum eſt pro religioſis quam ſecularibus, quia honeſtius eſt quod Religioſi (Prælati) paiant pro ſuperiori indumento, quam exuant*.

PAYROLA. Vide *Aichaſa*.

PAÏSARE, apud Rollandinum in Chronico Patavino cap. 2. lib. 4. cap. 41. ex Ital. *Paeſare*, Heſychio, ἀγροφθεῖν, *courir le pays*.

PAISNATICUM. Vide *Paſtionaticum*.

PAISSO, Paſtio porcorum in ſilvis, glandes, ex Gall. *Paiſſon*, ut eſt in Conſuetudine Pictavenſi art. 159. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 594. *Et decimam omnium nemorum de honore Hulnaci in paiſſone, venditione, & omnibus aliis exitibus : & paſturam & paiſſonem omnibus porcis ſuis*, &c. Pag. 596. *Et in nemore de Haunac ignem & materiam ad omnia ædificia ſua, & paiſſon porcis ſuis, & paſturam cum his animalibus ſuis*. Pag. 682. *Et in Achelcia 30. acras terræ, & paiſonem centum porcorum, & communem paſturam, quæ Robertus filius Lancelini dedit eis in liberam eleemoſinam*. Charta libertatum S. Paladii in Biturigib. an. 1279. *Excepto tempore quo paſtio ſive paiſſons erit in illa foreſta generalis*.

Peſſus, eadem notione. Ibidem pag. 116. *Conceſſit autem ut porci Prioris cum ſuis in peſſum communiter eant, & pannagium edant*.

Peſſo, *Peſſona*. Charta Guillelmi Catalaunenſis Epiſcopi, an. 1225. *Ita quod illi qui excolent illas terras in noſtris nemoribus de Marcheſvilla uſuarium ſuum habebunt liberè & quietè, videlicet nemus vivum ad herbagium, & nemus mortuum ad calefaciendum, & peſſonem porcorum ſuorum, & paſturam aliorum animalium ſuorum, ibidem in domibus ſuis nutritorum*. Bracton. lib. 2. c. 34. §. 1. *Quot acra boſci valeant — cum peſſona, vel ſine*. Adde eundem lib. 4. Tract. 1. c. 38. §. 12. Charta Rotroci Comitis Perticenſis an. 1136. *Paſturam glandium, & peſſonam, ac paſnagium pro ſuis porcis, ac animalibus quibuſcunque*, &c.

PALA. Iſid. lib. 20. c. 14. & Papias, *pala, quæ ventilabrum vulgo dicitur à ventilandis paleis*. Amos Propheta cap. 9. *Palâ frumenta in area ventilantur*. S. Hieronymus contra Luciferianos : *Nemo ſibi poteſt Chriſti palam aſſumere, nemo ante judicii diem de hominibus judicare*, ubi quidam *palmam* legunt. Utuntur præterea Tertullianus & S. Cyprianus.

Pala, Gall. *Pele*. Vide *Granica*.

Pala altaris. Vide *Palla*.

Pala, Foſſorium inſtrumentum quo ſolum vertitur, noſtris *Paele*, vel *Pele*. Chron. Windeſhemenſe lib. 2. cap. 31. *Palas & foſſoria, follos & muſcipulas, trahas atque gerulas, & cætera ſimilia ad formam fabricando*. Vide Plin. lib. 18. c. 6.

Pala, Ugutioni, *Dorſi dextra lævaque eminentia membra, dicta ſic, quia in luctando eas premimus, quia luctari vel luctam Græci dicunt Palin*. Cælius Aurelianus lib. 3. Chron. cap. 2. *Dehinc vaporationes inter ſcapulas ſive palas adhibenda*.

PALADUIT. Conſuetudines Eccleſiæ de Regula apud Labeum : *Item Paſſapont recepit nomine noſtro de ligaſſa lini palalduit in foro, & plenam manum lanæ, juxta quod ibi fuerit*.

PALAFREDUS. Vide *Paraveredus*.

PALADIUM, *Palagium*, Tributi ſpecies. Sugerius lib. de Reb. in adminiſtr. ſua geſtis cap 11. *Removimus etiam ab eadem terra quandam conſuetudinem malam Vicecomitis Stampenſis, quæ Palagium vocatur*. Charta Lu-

dovici Reg. Fr. an. 1144. in Tabul. S. Dionyſii: *Talliam de annona quæ dicitur meſtiva, avenam quam accipiebat ab uno quoque hoſpite, porcos, ſive freſcengias, anſeres, gallinas, pullos, — corveias, & carrucam, palagium, expeditionem, latronis redditionem*, &c. Charta fundationis Abbatiæ Savigniaci ab Henrico II. Rege Angl. *Quieta de omni teloneo & paſſagio, — paſnagio, eſchuagio, pallagio, ſervicio*, &c. *Palagium vinorum & baccorum*, in veteri Charta in 20. Regeſto Chartarum Regum Angl. in Camera Comput. Paris. p. 24. videtur eadem præſtatio quæ *Pellage* appellatur in Conſuetudine Meduntenſi art. 186. quod competere aiunt dominis qui prædia ſua vel agros aut portus habent Sequanæ fluvio adjacentes, in Balliviis Meduntenſi & Mellentenſi, quibus præſtatur certus cenſus pro doliis vinariis quæ in eorum portubus onerantur in navigiis, vel ex iis extrahuntur. Gallandus *pellagium*, ab *appellere* dictum cenſet in Adverſariis MSS. cui non aſſentior.

PALANTIA, *Pallantia*, Palatinatus, Juriſdictio Comitis Palatini, ſeu jus lites decidendi ſupremo jure, cujuſmodi habuit Magdeburgum ex Imperatorum indulto, uti videre eſt in Charta Ottonis II. apud Goldaſtum to. 1. Conſtitut. Imper. p. 226. & in Wichbild Magdeburg. art. 12. & ſequentibus, & quinque aliæ Saxoniæ civitates, quæ ideo *Palantiæ* dictæ, ut eſt in Speculo Saxon. art. 62. §. 1. Vide Freherum in Orig. Palatin. part. 1. c. 2. Gorop. Bekanum lib. 2. Francicorum p. 44. &c. Chronicon Magiſtri Jordanis p. 106. & infra in v. *Palas*

PALANSGRAVIUS, Comes Palatinus, Germanis *Pfaltsgreve*, vel *Pfalts graffen*; ex Theutonico *Pfalts*, ſive ex vetuſta dialecto *Pfallents*, Palatium vel Curia regalis: unde hodie Curia Argentinenſis *die pfalts* appellatur. Gloſſæ veteres à Frehero laudatæ: *Palatinus, Palensgreve.* Speculum Saxon. lib. 3. art. 52. §. 5. *Palatinus ſeu Palansgravius, Imperatoris Judex eſt.* Et art. 53. §. 1. *Quælibet provincia Theutonicæ terræ habet ſuum Palansgravionatum, Saxonia, Bavaria, Francoma, & Suevia.* Vide *Comes Palatinus.*

PALARE, *Palata, Palaticum*. Will. Brito in Vocabulario MS. *Palo, las, dicitur palis aptare, vel palis parare, à palus, li.* Apud Columellam lib. 11. c. 2. *Vitis palari* dicitur, quæ pedamentis fulcitur.

Palata, Palorum ſeries, Italis *Palata*, noſtris *Paliſſade*; maximè ad continendas aquas in molendinis. Charta Guillelmi filii Rogerii Ducis Calabriæ an. 1142. apud Ughellum in Epiſcopis Frequentinis: *Et cum lignaminibus ſufficientibus ad aptandam varcaturam ſolum pro palata ejuſdem molendini.*

Palaticum, Tributum quod penſitatur pro jure figendi palos in fluvio ad opus molendini aut excluſarum. Tabularium Majoris Monaſterii Turon. ſeu Vindocinenſe Thuani, charta 87. *Expetivit cenſum de palatico molendini quem nobis vendidit. — nam palus ejuſdem molendini fixus erat in terra ipſius.* Et mox: *Et quidem cenſus 4. denar. de terra illa reddebatur, non tamen pro palatico, ſed pro moratico, hoc eſt pro eo quod ex ipſa terra prenditur ad opus excluſæ molendini illius.* Infra: *Palus molendini in terra de Radenaco fixus eſt, cenſum de eo reddi petit.*

Inter operas & ſervitia conſueta *Palos* dare & figere ad opus molendini tenebantur ruſtici. Charta Chrodegangi Epiſcopi Metenſis apud Meuriſſium in hiſt. Metenſi p. 168. 169. *Debent autem — aquam molendinariam mundare, palos dare, domum ipſam ædificare*, &c. Infra: *Solvit unus quiſque 30. denarios — cum palis molendinariis & verubus, & reliquum omne ſervitium*, &c. Vide *Paliſicatura*.

Palorum ſervitia ad opus Caſtellorum. Tabularium Dervenſe: *Sex prandia & carropera ad palos virgaſque ferendas ad opus Caſtri ſui, hoc modo ut mane euntia in veſpere reverterentur.*

PALARIA, *Cùm milites ad palos exercentur.* Papias, ex Soſipatro lib. 1. Inſtit. Gramm. Gloſſ. Gr. Lat. Ὅταν πασσάλων καὶ ὅπλων γυμνάζονται, *Palaria.* V. *Paletare*.

PALAS. Ita Palatium Trevirenſe vocat Ditmarus lib. 6. p. 68. *Propter hoc ſubdolæ generationis furor accenditur, Palas à Trevirenſibus contra Regem firmatur, ac terra hæc, hactenus pacifica, crebris concremationibus quatitur*, &c. Mox: *Obſidione etiam continua eos, qui Palas turbarant, in tantum conſtrinxit, ut fame & aſſidua impugnatione defatigati, aut interius perire, aut in poteſtatem Regis inviti deberent exterius venire.* Adde Hiſtoriam Trevirenſem in Spicilegio Acheriano tom. 12. p. 236. *Regionem, cui Capellatii, vel Palas nomen erat, ubi terminales lapides Alamannorum & Burgundionum confinia diſtinguebant.* memorat Ammianus lib. 18. ad quam Palatinorum Comitum nomenclaturam & originem referunt Aventinus, Rhenanus, & alii, levi ſanè fundamento: quaſi *Comites Palatini* non iidem eſſent qui *Comites Palatii*, de quibus fusè egimus ad Joinvillam.

PALATÆ, *Palathæ*, in lib. 1. Reg. cap. 25. in 1. Paralip. cap. 12. & Judith cap. 5. *Maſſa de ficis, dictæ quia inter duos palos poſita ſiccantur ad ſervandum*: ita Papias. Auctor Mamotrecti: *Palatas i. ficus inter palos compreſſas.* Eucherius Lugdun. *Palathæ, in Regnorum, maſſa quæ de recentibus ficis compingi ſolent, & Græcum eſt.* παλάθη Gr. Aldhelmus de Virg. cap. 21. *Tempore præpoſtero, id eſt vernali, non autumnali, divinitus impendebantur mala punica, & mala granata, cum palmeti dactylis, quos Nicolaos vocant, favos, uvas, & palatas, id eſt ficarum caricarum maſſas*, &c.

PALATA. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 11. cap. 10. *Ungari auxilio bannitorum Tarviſii in palatis Venetorum ceperunt navigantes: unde palata clauduntur* (al. *dicuntur*) *à Venetis.* Videntur dicti loci in æſtuariis Venetis palis concluſi. Vide ſupra *Palare*.

PALATINI, qui in Palatio militant. Scholiaſtes Juliani Anteceſſoris cap. 82. *Omnes qui in palatio militant, poſſunt appellari Palatini.* Quomodo hominem Palatinum vocant Eckehardus junior de Caſib. S. Galli c. 1.

Palatini, Proceres, Optimates Palatii, *Primores palatii*, in Vita S. Genulfi c. 7. *Palatini Principes* apud Poëtam Saxonic. an. 782. *Palatinus Senatus* apud Claudianum de quarto Conſulatu Honorii:

——— *& in mediis effulget curia caſtris*
Ipſa Palatino circumvallata Senatu.

Charta Roberti Regis Franc. an. 996. in hiſt. Mommorenciaca: *Ex ſententia Palatinorum noſtrorum adjudicavimus ei*, &c. Alia ejuſd. Regis an. 1029. *Noverit itaque ſancta Dei Eccleſia fidelium ſolertia, & Palatinorum ſimul induſtria, qualiter*, &c. Infra *Proceres Palatii* appellantur. Chartæ Ludovici VI. & Ludovici VII. apud Doubletum p. 849. 854. *Communicato cum Palatinis noſtris conſilio*, &c. ubi & *Optimates* dicuntur. Ita uſurpant Monachus Sangallenſis lib. 1. c. 4. 5. 27. 33. Flodoardus lib. 3. cap. 23. pag. 493. cap. 24. p. 506. edit. Colvenerii, & alii.

Ex hac nomenclatura ſcriptoribus noſtratibus infimæ ætatis *Paladini* dicuntur regni proceres. Liber de Caſtro Ambaſiæ p. 567. *Quæ mulier de Paladinorum ſtirpe deſcendit ex linea regii ſanguinis*: ubi perperam *Palladiorum* præfert codex editus. Ita porro ſeu veros, ſeu fictitios Caroli Magni comites expeditionum, & præcipuos copiarum duces vocabant, Orlandum, Renaldum Oliverium, Ogerium, quos Παλαδίνους etiam appellatos fuiſſe obſervat Laonicus lib. 2. p. 57. edit. Genev.

Palatini, nudè, pro Comitibus Palatinis in Speculo Saxonico lib. 3. art. 52. §. 5. *Palatinus Rheni*, in Wichbild Magdeburg. art. 9. §. 1.

Palatini, dicti ſub Impp. Romanis, qui rei privatæ & & largitionales titulos exigebant, de quibus eſt titulus in utroque Codice *de Palatinis ſacrarum largitionum.* Scholiaſtes Juliani Anteceſſoris cap. 82. *Palatini dicuntur, qui pertinent ad Comitem rerum privatarum, vel ad Comitem ſacrarum largitionum.* Horum Palatinorum meminit Gregorius M. lib. 8. ep.

10. *Glorioſi filii noſtri Cethegus atque Flora jugales pro certis cauſis ſuis Maximum, virum clariſſimum, Palatinum Frvatarum ad Siciliam tranſmittentes*, &c. Idem in epiſt. 17. *Queſtus nobis eſt quod Joannes vir clariſſimus Palatinus multis eos fruſtra affligat incommodis*, &c. Quo loco deſcribitur *Palatina exactionis enormitas*, de qua Novella Theodoſii 43. de Palatinis. Agit de eodem *Joanne Palatino* epiſt. 52. idem Gregorius. Meminit præterea alterius *Palatini* importuni lib. 9. ep. 24. ut *Maximi Palatini*. Sidonius lib. 4. epiſt. 24.

Palatinus, apud Hungaros dignitas præcipua, de qua ſic Decreta Andreæ Regis Hungariæ an. 1222. cap. 10. *Palatinus omnes homines regni noſtri indifferenter diſcutiat ad cauſam nobilium. Quæ autem ad proditionem capitis, vel ad deſtructionem poſſeſſionum pertinent, ſine conſcientia Regis terminare non poſſit.* Palatini porro prærogativæ inſignes ſunt ex: ſi regium ſemen deficerit, in alterius electione primam vocem habet. Si Rex filium hæredem in tenera ætate reliquerit, ejus tutor eſt, ut & regni Gubernator, & Dietas indicit. Exercituum Dux & ſupremus Capitaneus eſt, juxta tamen voluntatem & arbitrium Regis. Controverſias Regnicolarum dijudicat: in controverſiis inter Regem & ſubditos arbiter eſt: Regis, ſi negligens ſit, aut minimè idoneus, defectum ſupplet: ſi Rex in exercitum pergat, ejus Vicarius ac Locumtenens eſt, &c.

PALATIA *Regia*, *Publica*, ea dicebantur, quæ Reges noſtri intra ditionum ſuarum limites variis in locis ac provinciis habebant; quò, ſi hac iter facere incumberet, in ea diverterent, ac interdum hiemarent. Vita Ludovici Pii an. 796. de Carolo M. *Ordinavit qualiter in quatuor locis hiberna tranſigeret, ut tribus annis exactis, quanto demum anno hiematurum ſe quiſque eorum ſuſciperet locus: Theodwadum ſcilicet Palatium, Caſſinegilum, Andiacum, & Eurogilum, quæ loca, quando quartum redibatur ad annum, ſufficientem regio ſervitio exhibebant expenſam.* Ex quibus patet hiſce palatiis ac ſuburbanis attributos & annexos fuiſſe amplos reditus, quibus regia aleretur familia. Narratio de depoſitione Ebbonis Remorum Archiepiſcopi an. 835. *Qui ſcilicet Lotharius veniens per Imperialia palatia adduxit patrem ſuum uſque Sueſſionis ad Monaſterium S. Medardi.* Annales Francor. Bertiniani p. 868. *Carolus autem per curtes regias in pago Laudunenſi conſiſtentes pergens*, &c.

In hæc etiam divertebant Miſſi Dominici ac Regii, ne populus eorum gravaretur *manſionibus*. Synodus Ticinenſis an. 855. *Sancimus ut ſinguli conventus & exactores rei publicæ in ſuis miniſteriis — per loca ſoluta reſtaurent Palatia, quibus, cum iter dictaverit, nos legatoſque noſtros valeant recipere, ne gravetur Eccleſia.* Alii verò in iis hoſpitare vetabantur. Edictum Piſtenſe Caroli Calvi c. 37. *Volumus & expreſſè mandamus, ut ſicut nec in noſtro Palatio, ita nec in iſto herebergo, aliquis alius ſine noſtra juſſione manere præſumat.* Concilium Ravennenſe an. 904. c. 4. *Ut homines Comitum nullatenus in domibus Arimannorum reſideant, ſed domos reipublicæ inſtaurent, ibique reſideant.* Nam etſi *Palatia* non modo *regia*, ſed & *publica* dicerentur, uſui tamen regio unicè addicta erant, cùm quod *publicum* dicitur, Regi eſſe intelligatur patrimonii: nam *villæ regiæ & proprietates* dicuntur in Annalibus Francorum Bertinianis an. 858. Unde promiſcuè utraque nomenclatura donantur apud ſcriptores, & in veteribus Tabulis. Verbi gratia, *Cariſiacum*, quod nomine Palatii regii vulgo & fere ſemper indigitatur, *Palatium publicum* vocatur in Charta Ludovici Pii pro confirmatione privilegiorum Eccleſiæ Pariſienſis, quæ ſic clauditur: *Dat. 4. Kal. Non. anno Chriſti propitio 7. Imperii Do. Lodoici Imper. Actum Cariſiaco Palatio publico.* Sic inquam paſſim in aliis chartis. Eodem modo dicuntur eſſe *publicæ ditionis*, id eſt regiæ. Vita S. Eucherii Epiſcopi Aurelianenſis n. 9. *Vernum quoque fiſcum publicæ ditionis illico convolavit.* Nam *fiſcus publicus*, *regius*, & *villa publica* ac *regia*, idem ſonant quod Palatium. *Villas* etiam interdum nudè vocant ſcriptores. Vita Ludovici Pii an. 795. de Carolo M. *Miſit illi Miſſos ſuos, Willelmum ſcilicet, Rotomagenſis poſtea urbis Archiepiſcopum, & Richardum Comitem, villarum ſuarum proviſorem, præcipiens ut villæ quæ eatenus uſui ſervierant regio, obſequio reſtituerentur publico, quod & factum eſt.* Ubi *Regium* & *Publicum* eadem ſunt. Supra enim dixerat idem ſcriptor villas regias pleraſque in uſus privatos ſeu privatorum converſas. Sed & hinc advertere licet villis ac palatiis regiis præfuiſſe Magiſtratum, qui *Proviſor regiarum villarum* dicebatur, ut fuit apud Byzantinos ἄρχων τῶν Παλατίων.

In iis etiam Palatiis *Placita* tenebant, ac feſta ſolennia Natalis & Paſchatis cum apparatu celebrabant; quod paſſim docent Annales Francorum.

Quæ porrò in ſingulis regni provinciis complura erant Regum Palatia, ab ipſis Regibus diſtracta pleraque, & proceribus conceſſa; quod à Carolo M. factitatum docet autor vitæ Ludovici Pii, loco laudato, deinde ab ipſo Ludovico, ut habent Annales Francorum Metenſes an. 837. *In tantum largus, — ut villas regias, quæ erant patris ſui, & avi, & tritavi, fidelibus ſuis tradidit eas in poſſeſſionem ſempiternam, & præcepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione cum ſubſcriptione manu propria alienavit.*

Sed poſtmodum Normannorum incurſionibus pene omnia deleta ſunt, adeo ut nulla ferme loci ubi extructa fuerint, ac ne nomenclaturæ quidem ſuperſint veſtigia; quod quidem exerte tradit autor Chronici Normannorum an. 881. *Quo finito, Normanni famoſiſſimum Aquiſgrani Palatium igne cremaverunt, — Palatia quoque Regum & Villas, cum habitatoribus terra interfectis, igne cremaverunt.* Similia habet ſub an. 886. Ne tamen eorum omnino intercidat memoria, locorum qui vel Palatiorum, vel Villarum Regiarum appellatione donantur in veteribus chartis & apud ſcriptores, brevem catalogum hic ſubjungemus, ordine literarum, additis ſcriptoribus, qui horum mentionem agunt.

Aquiſgranum Palatium. Doubletus pag. 714. 722. Capit. Caroli C. tit. 36. Capit. Caroli III. Reg. tit. 1. §. 4. Chronicon Farfenſe p. 654. Labeus to. 2. Biblioth. pag. 755. Diplom. Belgica p. 17. Vide *Capella Regia.*

Attiniacum Palatium. Capitula Caroli C. p. 441. Annal. Franc. an. 786. &c. Capitul. an. 808. cap. 10. Doubletus p. 791. 815. V. cl. Stephanus Baluzius in Notis ad Lupum Ferrar. p. 523. Bergerius lib. de Itinerib. Rom. p. 49. Labeus to. 2. Miſcell. p. 498. Diplom. Belgica Miræi p. 29. 264. Hincmar. t. 2. p. 604. Bignonius ad Legem Salicam p. 178. 179.

Arlannum Jocundum Palatium, in vita S. Lantberti Epiſcopi Lugdun. cap. 3.

Andiacum Palatium. Vita Ludovici Pii an. 798.

Bacivum, vel *Baſia Palatium.* Chronicon Fontanell. an. 847. Chifflet. in Tornutio p. 190.

Bigargium Palatium. Geſta Dagoberti Reg. c. 40.

Bruchariacum Palatium. Vita S. Agili Abb. Reſbac. cap. 6.

Bremacum villa publica. Annales Francor. Met. an. 754.

Cariſiacum Palatium. Annales Francorum paſſim. Doubletus p. 690. 709. 712. Capitula Caroli C. p. 127. 143. 167. 253. 268. 269. 276. 388. 424. 427. 440. 447. 448. Hariulfus lib. 3. c. 15. 17. &c.

Captennacum Palatium. Charta Bertefridi Epiſc. Ambian. pro Monaſterio Corbeienſi.

Compendium Palatium. Capit. Caroli C. p. 422. 425. 434. 447. 459. 492. Doubletus p. 777. 778. 780. 790. 801. 813. Bibl. Floriac. to. 1. p. 253.

Clipiacum Palatium. Chartæ Dagoberti apud Doubletum p. 657. 662. 677. Chlodovei II. pag. 682. 684. Childerici p. 686. Vita S. Anſberti Archiep. Rotom. n. 22. Vita S. Amandi n. 17. Geſta Dagoberti cap. 38.

Corbiniacum Palatium. Charta Caroli C. in Hiſt. Corbiniacenſi S. Marculfi p. 90. Vide Annales Franc. Fuld. an. 771.

Caſſinogilum Palatium, in quo natus Ludovicus Pius. Aimoinus de Mirac. S. Bened. lib. 1. cap. 2. Idem de vita S. Abbonis c. 20.

Cambiſonnum, in Charta Caroli Regis Provinciæ Lotharii Imp. filii an. 857. in Tabulario. Viennenſis Eccleſiæ fol. 74.

Dura, vel *Duira*, *Palatium.* Doublet. p. 708. 716. 718. Chiffletius in Tornutio p. 268. *Duriæ villa* mentio eſt paſſim in Annalib. Francicis.

Divio Palatium. Guichenonus in Probat. Hiſt. Breſſenſis p. 216.

Eurogilum. Vita Ludovici Pii an. 798.

Franconofurt Palatium. Theganus de Geſt. Lud. Pii c. 40. Chronicon Farfenſe p. 655.

Germiniacum Palatium. Hariulfus lib. 3. cap. 9. pag. 499.

Gundovilla, *Godingovilla*, vel *Gundulfivilla*, *Palatium.* Frotharius Epiſc. Tullenſis epiſt. 21. Claudius *Thiroux* in Hiſt. Comitum Auguſtodun. p. 55. Doublet. p. 715. Columbus in Epiſcopis Vivarienſib. lib. 2. n. 38. Charta Ludovici Balbi an 2. ind. 12. in Tabulario Heduenſis Eccleſiæ.

Gentiliacum. Annales Franc. an. 766.

Heriſtallum. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. c. 67. Sammarthani in Epiſcop. Andegav. n. 27. Diplomata Belgica Miræi p. 271. Meuriſſius in Præfat. ad Hiſt. Epiſcop. Metenſ. p. 22.

Hiſentiacum Palatium, *à Moſella flumine 8. fere millibus conſtructum*, in Annalib. Francor. Bertinian. an. 842.

Jocundiacum: al. *Joguntiacum Palatium*, vel *Jogentiacum*, in Lemovicino. Vita Ludovici Pii an. 832. Ademar. in Chron. an. 829. Geſta Lemovicenſium Epiſc. cap. 1. Vita S. Genulfi c. 7.

Jopila villa publica. Annales Francor. Metenſ. an. 714.

Kala, vulgò *Chelles*, hodie Abbatia Sanctimonialium. Præceptum Roberti Regis in Tabulario S. Dionyſii: *Auctoritate noſtra & Epiſcoporum noſtrorum, qui nobiſcum hoc preceptum in ſancta Synodo qua 16. Kl. Junii Kala ſedis noſtra palatio, collecta reſedit, firmaverunt*, &c.

Laudunum Palatium. Beſlius in Comit. Pict. pag. 252. Codex donationum piarum Miræi p. 120.

Liptina Palatium. Miracula S. Urſmari n. 19. Fulcuinus de Geſt. Abbat. Lobienſium cap. 3. 6. Cod. Donat. piarum Miræi p. 38.

Moguntia Palatium. Diplomata Belgica Miræi, pag. 24.

Mamacea, *villa publica.* Annales Franc. Metenſ. an. 692.

Neomagum Palatium. Vita Caroli M. p. 100. Regino an. 881. Lambert. Schaffnaburgenſis an. 1046. W. Heda p. 226. 244. 1. edit. &c.

Noviomenſe. Vita S. Godebertæ n. 4.

Nemetenſe. In præcepto Caroli M. de Inſtitut. Epiſcopatuum per Saxoniam an. 789.

Pictavum Palatium. Charta Lud. Pii apud Perardum in Burgundicis p. 25.

Ponte, ſeu *Pontico Palatium.* Juſtell. in probat. Hiſt. Turen. p. 11. Ph. Labeus to. 2. Miſcel. p. 474. Diplomata Belgica Miræi p. 32. V. cl. Steph. Baluzius in append. ad Capitul. n. 89. 90. 106.

Pontiliacum Palatium. Charta Caroli C. apud Perardum in Burgund. p. 49.

Perona Palatium. Chronic. Fontanellenſe an. 849.

Pariſienſe Palatium. Helgaudus in Roberto Rege pag. 66. Charta Philippi I. Regis apud Doubletum pag. 835.

Papia Palatium, in Italia, *Pavie*, Ticinum. Chron. Farfenſe p. 666.

Piſſiacum Palatium. Helgandus in Roberto Rege p. 65. Ph. Labeus to. 2. Miſcell. p. 586.

Romaricimons Palatium, *Remiremont* in Lotharingia. To. 7. Spicileg. Acheriani p. 185.

Salmonciacum Palatium, in Laudunenſi diœceſi. Hincmarus Rem. to. 2. p. 298. Labeus to. 1. Biblioth. p. 755. Doublet. p. 705. 706. Capit. Caroli C. p. 441.

Silvanectis Palatium, *Senlis*, urbs Epiſcopalis. Charta Roberti Regis in Tabulario Fiſcanenſi fol. 21. Sammarthani in Abbat. Gall. p. 16. & in Epiſcopis Silvanect. n. 53.

Sueſſio Palatium, *Soiſſons*, urbs Epiſcopalis. Doublet. p. 697.

Senonenſe. In Charta Henrici I. an. 1048. apud Camuſatum in Prompt. antiq. Trecenſ. p. 23.

Silvacus, apud Hincmarum epiſt. 1. ex Labeanis, *Silvagius*, in Charta Caroli C. in Append. ad Capitul. n. 100.

Theodwadum Palatium. Theganus de Geſt. Lud. Pii c. 41. Vita ejuſd. Lud. an. 796.

Theodonis villa, *Palatium.* Doublet. p. 713. Chiffletius in Tornutio p. 264. Hugo Flaviniacenſis in Chron. Virdun. p. 270. Annales Franc. Metenſes an. 773.

Vernum, *Palatium.* Concil. Vernenſe an. 755. Capit. Caroli C. p. 23. 38. 144. 441. 460. Beſlius in Epiſc. Pictav. p. 29. Chifflet. in Tornutio p. 265. Vita S. Eucherii n. 9.

Vermeria Palatium. Capitul. Caroli M. an. 808. c. 9. Hincmar. epiſt. 1. ex Labeanis. Doubletus p. 696. Flodoard. l. 3. c. 4. Will. Heda p. 222. 1. edit. Diplomata Belgica Miræi p. 22. Joan. à Leydis lib. 3. c. 12. Chron. Hildesheimenſe an. c. 25.

Valentiana Palatium. Charta Lotharii Reg. apud Doublet. pag. 787. alia Caroli C. apud Perardum pag. 143.

Vitriacum Palatium. Charta Henrici I. Reg. apud Baluzium in Not. ad Lupum Ferrar. p. 526. Aimoinus lib. 4. de Miracul. S. Benedicti cap. 26.

Palatium in Monaſteriis, apud Petrum Diaconum Caſin. lib. de Miracul. S. Benedicti Caſini patratis n. 29. ſed quæ pars ædium Monaſterii fuerit, non omnino liquet, niſi fuerit domus Abbatis, quam Aula nomine donat Vita S. Hermelandi Abbat. n. 30. ubi de quodam Abbate: *Cœpit igitur aulam ſibi ædificare, neceſſariis non contentus domibus*, &c. Id nominis etiam tribuitur cæteris dignitatum ſeu officialium Monaſterii ædibus in veteri Scheda apud Angelum à Nuce: *Camerarius* (Caſinenſis Monaſterii) *debet facere reparare Palatium quod dicitur Palatium Infirmarii, quod eſt juxta cemeterium, extra paradiſum, & omnes alias cameras*, &c. Infra: *Firmatarius debet facere Palatium Infirmarii cum ſubjacentiis ſuis.* Interdum pro *Refectorio*, ſeu majori aula uſurpatur, ut in Regula Militum Templariorum in Concilio Trecenſi an. 1127. c. 8. *In uno quidem palatio, ſed melius dicitur refectorio, communiter vos cibum accipere credimus*, &c. ſeu potius procellis, vel quibuſvis ædibus monaſticis. Charta Sanctii Regis, qui ad Zamorram obiit, apud Ant. *de Tepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 5. *Si etiam Monaſterium veſtrum cum ipſa villa in qua ſitum eſt, & omnes veſtra decania, ſive palatia veſtra, per totum regnum meum ſine portatico de veſtris propriis rebus*, &c. Charta Sanctii Ramirez Regis Aragonum apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 3. cap. 27. *Campos, & hortos, & palatia S. Joannis ſi quis fregerit, pectet 60. ſolidos.* Alia ejuſdem Regis æræ 1131. apud *Tepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 7. *Dono pralibatis ſanctis ac praſcripto cœnobio Monaſterium S. Urbicii de Servol*,

cum

cum omnibus ſuis pertinentiis, & cum omnibus decimis ſuis, cum villis & manſis & palatiis ſuis & poſſeſſionibus, &c.

Palatus. Vide *Pallium*.

Palazoli, Virgulæ, apud Petrum de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 28. *Vergettes*, veteri Gallico interpreti.

Paldones. Vide *Faldones*.

Palea, vox quæ præponitur ut titulus quibuſdam capitibus Decretorum Gratiani, ut notetur addititia eſſe, nec à Gratiano primitus illi libro inſerta, cum in veteribus MSS. Gratiani, quæ *palea* nomine inſigniuntur deſiderentur. Andreas JC. ad Speculat. & ex eo Antonius Auguſtinus lib. 1. dial. 2. de Emendat. Gratiani, aiunt *paleam* fuiſſe diſcipulum Gratiani, qui capita hæc adjecerit. Vide quæ habet Admonitio Gregorianæ Editionis.

Paleales uvæ, in palea conditæ & aſſervatæ, apud Cælium Aurelian. lib. 3. Acut. c. 21.

Palearii, Gallis, *Paillers*. Gaufridus Voſienſis in Chron. part. 2. cap. 10. *Philippus Galliarum Rex ſocero ſuo Anglorum Regi Henrico, quaſi auxilium tartareas direxit legiones: eorum pedes veloces erant ad effundendum ſanguinem. Hi ex diverſis terrarum partibus conglobati unam Eccleſiam fecerunt malignantium, unoque vocabulo Palearii, quaſi à palea vocabantur.* Infra: *Palearii apud Caſtrum Dunum delentur.* Vide cap. 15. & 22. Idem lib. 1. cap. 73. *Immiſit Deus in Aquitaniam hoſtes crudelium populorum, — & ut ruſticè loquar, Brabançons, Hainuiers, Aſperes, Paillers, Navar.* &c. Incertum porrò an ita dicti *Palearii*, quod Paleam pro inſigni ad caput aut galeam deferrent; an vero quod incendia, ubique ignem palea immittendo, excitarent.

Palearium, in Gloſſ. Gr. Lat. dicitur [illegible] *pellis quæ ſub collo bovis fluitat hac & illuc ad modum paleæ*, &c. Apud Jo. de Janua. Occurrit in vita S. Benedicti Amanenſis. Eſt etiam *Palearium*, & *Paleare*, locus ubi paleæ reponuntur, apud eundem Joannem de Janua. Conſtitutiones Catalaniæ MSS. *Oliva verò & fructus earum, columbaria & palearia non incendantur, vel comburantur, nec deſtruantur.* Vita S. Eudei Abbatis Aranenſis n. 18. *Sic diligenter exercebat triturateris officium, ut in paleario territorii* (quidam legunt *teritorii*) *non poſſet granum, quod culmen faceret, inveniri.*

Palectum. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 2. *In 10. brachiis panni de Pruyn. & uno palecto de flanchis pro veſtibus ipſius dominæ Mathildæ*, &c.

Palenga. Vide *Palelenga*.

Palergium. Anaſtaſius Bibl. in Benedicto II. p. 272. *In Eccleſia B. Valentini, via Flaminia, fecit coopertorium ſuper altare cum clavis & faſteilis, & in circuitu palergium Chryſoclavum pretioſiſſimum.* Mox: *Et in circuitu Palergium de holoſerico pulcherrimum.* Idem videtur quod *phalergium*, apud Papiam, ubi *ornamentum* eſſe dicitur, fortè ex Græco, [illegible], quod additamentum & ornamentum operis ſignificat in veteri Inſcript. 59. 2.

Paleta, idem quod *Pala*, annuli pars quæ gemmam cohibet. Gloſſ. Lat. Gr. *Paleta*, [illegible].

Paleta, menſuræ frumentariæ ſpecies, in Regeſto Parlamenti B. fol. 28. *Quod licet Major & Pares Medontenſes — exercuerint juſtitias quæ ſequuntur, videlicet menſuras, pondera, boiſſellos, paletas molendinorum*, &c. *Paleata farinæ*, in 1. Regeſto fol. 4.

Paletare, Gall. *Paleter*, propriè eſt ad palos, quibus urbium & caſtrorum muniuntur & ſepiuntur ingreſſus, dimicare. Apud Vegetium lib. 1. cap. 11. & lib. 2. cap. 23. *ad palum dimicare*, ſpecies eſt armaturæ, ſeu exercitationis militaris. Anonymus de Recuperatione Terræ Sanctæ cap. 66. in Geſtis Dei per Franc. *Ut paletando contra hoſtes, quoties neceſſe fuerit, fines ipſos, civitates, & caſtra defendant.* Continuator Nangii an. 1326. *Poſt aliquam paletationem factam cum Bidaldis prope caſtellum*, &c. Willelm. *Guiart* an. 1270.

Un jour pour les deſbareter,
Vindrent Sarrazins paleter.

Chronicon Flandriæ cap. 26. *La garniſon iſſit hors encontre lui, & paleterent tant que le Comte du Perche fut abatu ſous ſon cheval.* Et cap. 46. *Et tantoſt firent les Flamens arreſter leurs groſſes batailles ſans rien faire fors paleter l'un encontre l'autre.* Hinc *palet*, & *paletis*, pro ipſo congreſſu. Hugo *Plagon* vetus interpres MS. Willelmi Tyrii lib. 17. cap. 7. *Ut qui tota vita ſua regno militantes*, ſic vertit, *Car ils ſont tous jours au content & au palet.* Et cap. 12. *Et ex ea parte continuis impugnaretur congreſſionibus*, ſic habet, *Si que tous les jours les convièndroit eſtre au paler & au contens de quelque part.* Chron. Bertrandi Gueſclini MS.

Adonc iſſi Bertrand tout hors du paletis.

Le Roman de Garin:

Sor lui avoit moult grant paletis.

Will. *Guiart* an. 1296.

Car pour venir au chapleit,
Eſt leſſié le paleteis.

Utitur pluries, ut & citatus autor Chronici Flandr. cap. 67. 79.

Paleus. Vide *Pallium*.

Palherium, Palearium, ex Gallico *Pallier*. Charta an. 1306. in Comitatu Rutenenſi exarata, ex 2. Regeſto Philippi Pulchri Regis Franciæ n. 7. in Tabulario Regio: *Cum 6. denariis Ruthen. quos habebat cenſuales in palheriis & ortis Stephani*, &c.

Palia. Judicatum an. 1250. apud Rocchum Pirrum in Notitia Eccl. Pactenſis: *Pro unoquoque porco tarenos 60. Item de palia mille retia ad valens tarenos 50.* &c.

Palificare, Palam facere, exponere, declarare. Diedericus Monachus de Illatione corporis S. Benedicti, in præfat. *Exigis à me — quatenus — palificare quamocius non differam, quænam cauſa exiſtat illius feſtivitatis.* Anonymus in Vita S. Severi Epiſcopi Ravenn. cap. 1. n. 1. *Nec non & obitum ſacratiſſimum qualicumque ſtylo palificare geſtientes.* Utuntur prætereà Theodericus Mon. de Invent. S. Celſi Epiſc. Trevir. n. 17. & Dudo Decan. S. Quintini in præfat. ad Hiſt. Norman. p. 51.

Palificatura, *Palificatio*, Telonei ſpecies, in Charta Berengarii & Adalberti Italiæ Regum an. 952. in Bibl. Sebuſ. Cent. 1. cap. 99. quod pro palis quibus fluviorum ripæ continentur exſolvebatur: Itali quippe *Palificare* etiamnum dicunt, *palis inſtruere, palos defigere*: *Portonaticum, palificaturam, teloneum, ripaticum, navium ligaturam.* Charta Henrici Reg. Roman. an. 1311. *Ductus aquarum, palificationes molendinorum, ripatica*, &c. Charta Ludovici Pii Imp. apud Ughellum to. 4. p. 789. *Et . . . . peragere negotium voluerit in portis Walpariolo & Cremonæ cum milites applicent, & in ſorte ſtent, ſic milites Comaclenſes & debitum reipublicæ quod eſt ripaticum, & palificturam, paſtumque ad duos riparios — adimpleant. Pali molendinarii*, in Charta Grodegangi Epiſcopi Metenſis apud Meuriſſium p. 169. Vide *Palare*.

Paliosus, Dives, qui pallio dorſum tegit. Guill. de Podio Laurentii cap. 43. *Factumque ut nonnulli dorſa palioſa habentes cœperint difficultates opponere, quibus poſſent inquiſitionis officium impedire.* Vide *Pallium*.

Paliosum. Anonymus de re Architecton. c. 17. *Camera ſtructiles fortiores erunt, figulina autem ad conſignationem ſuſpendantur, ita ut catenis anchoratis fixa, regulas, vel palioſa, quæ cameram circineant, ſuſtineant.* Confer Vitruvium lib. 5. c. 10.

Palitium, *Palliciatum, Pallatium*, Contextus ac ſeries palorum. Will. Brito lib. 7. Philipp.

Paliciumque triplex, quod erat Gailliardica ſubtus
Mœnia, quadratis palis, & robore duro

Uſque ſub extremas protenſam fluminis oras.

Anonymus de Geſtis Friderici II. Imp. *Quia ſi Princeps illos in illa clauſura invaderet, palitia illa quibus Papalis exercitus ſe totum clauſerat*, &c. Infra: *Quo lignaminibus ipſarum domorum quæ inde diſrumpere potuerunt, facerent ſtichatos, ſive palliciata circumcirca civitatem.* Expreſſit noſtrum *Palliſſade.*

Pallacium, eadem notione. Bracton. lib. 4. tit. 1. cap. 37. §. 1. *Si faciat quis foſſatum & hayam, murum, vel pallacium, per quod oportet me ire per circuitum, ubi primo ingreſſus ſum per compendium.* Apud eundem d. tract. c. 44. *Foſſato, muro, haya, vel palatio. Palicium*, cap. 45. §. 2. *Palis & cloſture*, in Conſuetud. Vitriacenſi art. 55. *Pallis*, in Conſuet. Altiſiod. art. 53.

PALLA, Globus, noſtris *Bale*, Italis *Palla* & *Balla*, Germanis, *Ballen*, pro *Pila*. Heſychius: Πάλλα, σφαῖρα ἐκ ποικίλων νημάτων πεποιημένη. Ita porro Globum crucigerum Imperialem, qui inter Regalia inſignia reponitur, appellat Gotefridus Viterbienſis:

Aureus ille Globus Pomum vel Palla vocatur,
Quando coronatur, Palla ferenda datur.

Infra:

Crux & Palla ſimul pariter connexa tenentur:
Hæc ferit, hæc ſanat, hæc perit, illa manet.

De ejuſmodi globis crucigeris pluribus agimus in noſtro Syntagmate de Numiſmatibus Imperatorum Conſtantinop.

PALLA, Aulæum. Gloſſ. Lat. Gr. *Palla*, ζώσμα, πέπλος, ἀνθιβόλαιον. Matthæus Paris an. 1236. *Ornata igitur civitas tota holoſericis & vexillis, & coronis, (fortè cortinis) & pallis, & cereis, & lampadibus.* Alibi: *Obtulit Eccleſiæ quatuor pallas, unam aſſignavit altari ad pendendum, & maceriam adornandum.* Et anno 1151. *Obtulitque ad majus altare tres pallas S. Albano, & unam S. Amphibalo.* De hiſce pallis intelligendus, ni fallor, Gregorius Turon. lib. 10. c. 16. *De palla holoſerica* (Eccleſiæ) *veſtimenta neptis ſuæ temerariè fecerit, foliola aurea, quæ fuerant in gyro pallæ, inconſultè ſuſtulerit, & ad collum neptis ſuæ facinorosè ſuſpenderit.*

Palla altaris, in veteri Vocabulario, dicitur *veſtis qua altare cooperitur, videlicet lineus pannus conſecratus, qui ſuper altare ponitur, ſuper quem extenditur corporale.* Neque fere aliter Durandus lib. 1. Rational. cap. 3. n. 49. tametſi interdum *pallam altaris* cum *corporali* videatur confundere: *Clemens etiam ſtatuit, — ne mortui ſepeliantur vel involvantur, ſeu operiantur, vel etiam feretrum, cum palla, id eſt pannis altaris, aut cum mappa qua calix involvitur, — quando verò pallæ, id eſt corporalia, & vela, id eſt ornamenta altaris, ſeu cortinæ ſuper altare pendentes ſordidatæ fuerint.* Et mox: *Pallæ verò, id eſt corporalia in alia pelvi laventur.* Rurſum: *Si altaris palla, id eſt veſtimenta*, &c. Ubi *palla* promiſcuè uſurpatur pro linteo quo tegitur altare, & pro corporali. Diſtinguuntur tamen in Concilio Meldenſi apud Burchardum lib. 4. cap. 13. *Similiter ad corporale lavandum, & ad pallas altaris propria vaſa habeantur, in quibus nihil aliud fiat.* Et in Concilio Remenſi apud eundem lib. 3. cap. 97. *Obſervandum eſt, ut menſa Chriſti, id eſt altare, ubi Corpus Dominicum conſecratur, — cum omni veneratione honoretur, & mundiſſimis linteis & pallis diligentiſſimè cooperiatur.* Denique Concilium Arvernenſe can. 7. *De opertorio Dominici Corporis, ſeu palla altaris, nunquam Sacerdotis corpus, dum ad tumulum evehitur, obtegatur.* Ubi, *ſeu*, idem valet quod *vel*, ita ut aliud ſit *palla altaris*, aliud *opertorium Dominici Corporis*, id eſt *Corporale*, quod *Corporalis palla*, in Ordine Romano, & apud Gregorium Magnum in Sacrament. ubi de ordine Subdiaconi, appellatur, ubi diſtinguitur à cæteris pallis altaris: *Pallæ verò quæ ſunt in ſubſtratorio in alio vaſe debent lavari, in alio Corporales pallæ.* *Palli corporales* dicuntur in Teſtamento Riculfi Epiſcopi Helenenſis: *Corporale Pallium* apud Bonifacium Archiep. Moguntinum epiſt. 11. *Pallium altaris*, apud Gregorium Turonenſem lib. 7. cap. 32. *Cumque jam altarium cum oblationibus pallio ſerico opertum eſſet*, &c. Infra: *At ego cùm hæc audirem, ad te converſus dixi: Adprehende pallium altaris, infelix, quo ſacra munera conteguntur, ne hinc abjiciaris.* Alia igitur eſt *palla* quæ altari ſubſternitur, alia quæ ſacra Chriſti munera contegit, quam *Corporale* appellant ſcriptores. Prior palla, ea eſt *palla Dominica, ad quam non licet mulieri manum ſuam mittere*, ut eſt in Concilio Autiſiodor. can. 37. & *palla altaris*, in qua *manus pueri* oblati ad Monaſterium à parentibus *involvebatur*, ut eſt in Regula S. Benedicti cap. 66. & illa cujus meminit Lex Bajwar. tit. 1. cap. 3. §. 3. *Si autem de miniſterio Eccleſiæ aliquid furaverit, id eſt calicem, aut patenam, aut pallam*, &c. Adde Capitulare Heytonis c. 16. Hugonem Archiep. Rotomag. lib. 2. de Hæreſ. cap. 4. Arnoldum Lubec. lib. 6. cap. 5. &c. Vide *Subſtratorium.*

Pallia altarium. Hiſtoria de exordio Ordinis Ciſtercienſis cap. 17. *Pallia autem altarium, ut de lino fierent*, &c.

Pala, eadem notione. Prudentius Trecenſis Epiſcopus in vita S. Mauræ. *Quis oleum ad lampades miniſtrabat? Maura. Quis palas conferebat? Maura. Quis veſtimenta ſacerdotalia de proprio comparabat? Maura.* Verſus inſcripti palæ altaris ædis S. Marci Venetus:

Anno milleno centeno jungito quinto,
Tunc Ordelaphus Faledrus in urbe Ducabat:
Hæc nova facta fuit gemmis ditiſſima pala,
Quæ renovata fuit te, Petre, Ducante Ziani,
Et procurabat tunc Angelus acta Faledrus,
Anno milleno bis centenoque noveno.

Ibidem:

Tunc vetus hæc pala gemmis pretioſa novatur.

Vide Sanſovinum & Stringam in Venetia lib. 1. cap. 39. 40.

Pallæ ſepulchrales, quibus Sanctorum & Honoratorum tegebantur ſepulchra. Concilium Arvern. c. 3. *Ne pallis vel miniſteriis divinis defunctorum corpora obvolvantur.* *Palla ſepulchri S. Martini*, apud Gregorium Turonenſem lib. 5. Hiſt. Fr. cap. 48. Idem lib. 1. Miraculor. cap. 72. *Pallam holoſericam auroque exornatam, quæ ſanctum tegebat ſepulchrum, temerario auſu diripuit.* *Pallia lectorum*, apud Eutropium lib. 9. *Milites qui eum ſequebantur, fœtore commoti, deductis lecticulæ palliis, poſt aliquot dies mortem ejus notam habere potuerunt.* Gloſſ. Baſilic. Τῷ ὀνόματι τῶν κρεμαστῶν, πάντα ἐνδεῖ μετέχειν, καὶ τὰ τραγάδια, καὶ τὰ παλλία, καὶ ὅσα ᾧ ἀναβαλλόμεθα. Vide *Auſtato*, & *Coopertorium.*

PALLANTIA. Vide *Palantia.*

PALLATORIUM, pro *Parlatorium*, vulgo *Parloir*, aliàs *Locutorium*, & *Salutatorium*; locus ſcilicet in Monaſteriis virorum, ubi excipiebantur viſitaturi. Charta an. 1258. in Hiſt. S. Martini de Campis p. 208. *In Pallatorio ante cameram Ballivorum.* Vide *Locutorium.*

PALLEA, *Palleum*, *palleus*, Vide *Palla*, *Pallium.*

PALLIARICIA. V. *Tectora.*

PALLINGUS. Vide *Falanga.*

PALLIUM, Chriſtianorum fuiſſe indumentum teſtatur Tertullianus lib. de Pallio, à quo ita deſcribitur c. 6. *In viris autem palli extrinſecus habitus, & ipſe quadrangulus, ab utroque laterum regeſtus, & cervicibus circumſtructus, in fibula morſu humeris acquieſcebat.* Infra, de quatuor pallii angulis: *Omnis liberalitas ſtudiorum, quatuor meis angulis tegitur.* Nec uno hoc loco Chriſtianorum fuiſſe proprium innuit, illudque deſcribit: hinc apud eundem *de toga ad Pallium tranſire*; cum *toga*, Gentilium fuerit: tametſi in controverſiam cadat, an Chriſtiani ab Ethnicis veſtitu diverſi fuerint, quod fusè diſputat Baronius anno 197.

Utcumque ſit, Tertullianeum iſtud Pallium, ex iis fuit quæ τετράγωνα vocabant, de quibus fusè Salmaſius ad hunc Tertulliani librum. Sed & inferioribus ſæculis *Pallium quadrangulum*, cujuſmodi etiam fuit Romanorum Paludamentum, Regum noſtrorum primæ, ſecundæ & tertiæ ſtirpis proprium fuit; ſic autem deſcribitur à Monacho Sangallenſi lib. 1. cap. 33. *Glorioſiſſimus Carolus ad nocturnas laudes pendulo & profundiſſimo pallio, (cujus jam uſus & nomen receſſit) utebatur.* Cap. 36. *Nocturnum atque pendulum Auguſti pallium adhuc nos retrahit. Ultimus habitus eorum erat pallium canum, vel ſaphirinum quadrangulum, duplex, ſic formatum, ut cùm imponeretur humeris, ante & retro pedes tegeret, de lateribus verò vix genua contegeret.* Quod quidem pallii genus etiamnum retinent Principes noſtri in ſuis inaugurationibus: nam cum quadratum ſit, ad ſiniſtrum humerum fibula conſtringitur, ad dextrum erigitur, & in armos ipſos ſuſtollitur, quo dextra libera ſit. Ita latera nudantur, pedes ante & retro teguntur, quod ait Sangallenſis. Verum in hoc diverſum fuit à regiis hodiernis, quod ut Romanorum Paludamentum, ad humerum dextrum fibula aſtringeretur. Quod verò *Pallium* Sangallenſis, *Sagum* vocat Eginhardus, ubi de Carolo M. *Sago Veneto amictus, & gladio ſemper accinctus, &c.* Infra: *In feſtivitatibus veſte auro texta, & calciamentis gemmatis, & fibula aurea ſagum aſtringente, diademate quoque ex auro & gemmis ornatus, incedebat.* Sed inprimis obſervationem exigit, quod idem Sangallenſis ſcribit, ſaphyrini coloris fuiſſe, id eſt cærulei, quale eſt hodie Regum Franciæ liliis diſtinctum: ut inde diſcant Heraldicæ artis magiſtri unde hic color in armorum regiorum inſignibus manarit. Ejuſdem etiam formæ fuit Regum Anglicorum Pallium: ſic enim deſcribitur à Thoma Walſinghamo, ubi de coronatione Ricardi II. Regis Angliæ p. 196. *Poſtea induit eum Archiepiſcopus regali pallio, ita dicens: Accipe pallium quatuor initiis formatum, per quod intelligas quatuor mundi partes divinæ poteſtati eſſe ſubjectas, nec quemquam feliciter poſſe regnare in terris, niſi cui poteſtas regnandi fuerit collata de cælis.* Dionyſius Halicarnaſſæus lib. 3. ἀρχαιολ. accepiſſe Tarquinium Romanorum Regem à Legatis Hetruſcorum, χιτῶνά τε πορφυροῦν, χρυσόσημον, καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν ποικίλον, οἷα Λυδῶν τε καὶ Περσῶν ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς, πλὴν οὐ τετράγωνόν γε τῷ σχήματι, καθάπερ ἐκεῖνα ἦν, ἀλλ' ἡμικύκλιον. Vide Diſſertationem 5. ad Joinvillam p. 158.

Pallium, Monachorum veſtis propria fuit. Salvianus lib. 8. de Gubern. Dei: *Palliatum & pallidum, & receſſis comarum fluentium jubis ad cutem tonſum videre tam infelix ille populus, quam infideles ſine convicio atque execratione vix poterat.* Idem lib. 4. ad Eccleſ. Cathol. *Licet religionem veſtibus ſimules, licet fidem cingulo afferas, licet ſanctitatem pallio mentiaris, non credis omnino, non credis.* Concilium Aurelian. I. c. 21. *Monachus ſi in Monaſterio converſus, vel pallium comprobatus fuerit accepiſſe, & poſtea uxori fuerit ſociatus, &c.*

Pallium, Velum Sanctimonialium. Benedictionale Eccleſiæ Rotomagenſis editum à V. cl. Jacobo Petito p. 295. de Benedictione virginis: *Poſt hæc imponat puellæ pallium, & dicat, Accipe, puella, pallium quod perferas ſine macula ante tribunal Chriſti, &c.* Concilium Toletanum X. can. 4. de viduis: *Ut autem nihil devocetur in dubium, pallio purpurei vel nigri coloris caput contegat ab initio ſuſceptæ religionis.* Vita S. Aldegundis Abbatiſſæ Melbodienſis cap. 4. *Nimio vapore fidei accenſa, à Pontifice B. Audeberto conſecratum pallium accepit, ſeque in Monaſterio — retrudi præcepit.* Collectio Canonum Hibern. lib. 43. cap. 10. *Virgines palliatæ, id eſt velatæ.*

Pallium, Velum, quod inter Miſſæ ſolennia ſupra caput nubentium expanditur, dum quædam conceptæ orationes à Sacerdote recitantur. Durandus lib. 1. Ration. cap. 9. n. 9. *Ideo nubentes poſt benedictionem vitta (vitta) uno invicem vinculo copulantur, ne compagem, id eſt fidem unitatis conjugalis diſrumpant. Eadem verò vitta candida eſt, purpureoque colore permiſcetur, quia candor eſt munditia vitæ, purpura ad ſanguinis poſteritatem adhibetur, ut hoc ſigno & continentia, & lex continendi, ab utriſque ad tempus admoneatur, poſt hoc ad reddendum debitum non negetur.* Hujuſmodi nuptialis velaminis meminit Nicolaus I. PP. in Reſponſis ad conſulta Bulgarorum c. 3. *Ut primum quidem in Eccleſia Domini cum oblationibus quas offerre debent Deo per Sacerdotis manum ſtatuuntur, ſicque demum benedictionem & velamen cæleſte ſuſcipiunt, ad exemplum videlicet quos Dominus primos homines in Paradiſo collocans, benedicens eis dixit, Creſcite & multiplicamini, &c. — veruntamen velamen iſtud non ſuſcipit, qui ad ſecundas nuptias migrat.* Et Joannes Sariſberienſis lib. 8. Policrat. c. 11. *Inolevit etiam conſuetudo, ut quos in commercium carnis Eccleſiæ jungit auctoritas, pallio velentur altaris, aut alio ab Eccleſia conſtituto, ut thorus qui Chriſto conciliante conſtruitur, ſic in fide caſtitatis fragilitatis ſuæ maculas protegat, ut totius ſit probri aut confuſionis ignarus.*

Pallio cooperire filios natos ante matrimonium, *mettre les enfans ſous le drap*, natos ſcilicet ex concubina, quam pater poſtmodum in uxorem legitimam coram proprio Sacerdote accipit. Cujus ritus initium fluxiſſe arbitror ab eo qui in adoptionibus obſervatur: quippe adoptivos pallio ac ſtola propria adoptantes quodammodo involvebant, ut ab iis quaſi prognatos indicarent, de quo quidem pluribus egimus ad Joinvillam & ad Annam Comnenam. Ita in legitimationibus per ſubſequens matrimonium, liberi in ipſis nuptiarum ſacris ſolennibus, cum patre & matre pallio operiuntur, ut ab iis ex legitima conjunctione procreati innuantur. Willelmus Gemmeticenſis lib. 8. Hiſt. Norm. cap. 36. *Hac itaque de cauſa Comes Richardus Gunnorem Comitiſſam more Chriſtiano ſibi copulavit, filiique, qui jam ex ea nati erant, interim dum ſponſalia agerentur, cum patre & matre pallio coopertì ſunt.* Philippus *Mouskes* in Lothario:

Li Duc ki les enfans ama,
Gunnor adoncques eſpouſa.
Et li fil ki ja furent grant,
Furent entre autre deus en eſtant
Par deſſous le mantiel la mere
Furent fais loial cil trois frere.

Ubi obſervandum ſolo matris pallio opertos Gunnoris filios. Hujuſce etiam ritus meminit Robertus *Groſſeteſte* Lincolnienſis Epiſcopus in Epiſt. 13. ad Walterum de Raleg tribunalis Regii Præſidem: *Et ut ſeniorum relatione didici, conſuetudo etiam in hoc regno antiquitus obtenta & adprobata tales legitimos habuit & hæredes: unde in ſignum legitimationis nati ante matrimonium conſueverunt poni ſub pallio ſuper parentes eorum extento in matrimonii ſolemniZatione.* Idem Ralegius in Epiſt. ad Robertum proxima: *Ad confirmandam hanc legem quod baſtardus ſub pallio ſupra parentes nubentes extento poſitus fuit baſtardus, induxiſti teſtimonium Richardi de Luce* (Juſtitiarii Angliæ ſub Henrico II.) *cujus teſtimonium quantam & qualem habeat comparationem ad teſtimonia divinæ Scripturæ & canonicæ contrarium teſtificantia, lippis patet & tonſoribus.* Subdit Seldenus, ex quo præallata ex Roberto Lincolnienſi eruimus ex ejus Diſſertatione ad Fletam: *Cæterum ritum eundem ipſum ſub Richardo II. quando authoritate Parlamentaria legitimi facti ſunt liberi Joannis Gandavenſis Ducis Lancaſtriæ è Catharina uxore tertia ante matrimonium ſuſcepti, idque in ipſis Comitiis adhibitum alicubi legiſſe me memini.* Vide *Legitimatio, Mulieratus.*

Pallia, dictæ noſtris eæ veſtium *liberationes* quæ fiebant Officialibus regiis convivis, ſeu *commenſalibus*. Nam aliis *Pallia*, aliis *Roba* dabantur ſtatis anni tempeſtati-

bus, ut obſervatum à nobis ad Joinvillam Diſſert. 5. *Droit de manteau.* Computum Theſauri an. 1300. *Pallia Cle-* *Pallia Militum de termino Pentecoſt.* — *Roba Valletorum & aliorum hoſpitii. Wa-* *vicorum*, — *Roba Valletorum & aliorum hoſpitii. Wa-* *dia & Palia*, in Statuto Caroli V. Reg. Franc. an- 1368. pro Officialibus Parlamenti. Vide quæ ibi ob- ſervamus.

PALLIUM, Aulæum, vel *Palla*. Victor Uticenſis lib. 1. de Perſecut. Vandalica p. 8. *De palliis altaris, prô ne- fas! camiſias ſibi & femoralia faciebat.* Alcuinus Poë- mate 3.

Plurima baſilica ſunt ornamenta recentis,
Aurea contortis flaveſcunt pallia villis,
Quæ ſunt altaris ſacri velamina pulchra.

Et Poëm. 66.

Pallia ſuſpendis parietibus, atque lucernas
Addidit, &c.

Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Dedit etiam & pallia tria pretioſa in ornatu Eccleſiæ*, &c. Rupertus lib. 2. de Divin. offic. c. 23. *Pallia quæ ſolenniter appen- dantur templi parietibus.* Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. *Per ſingulas denique columnas pallio- rum cortinas pendere juſſit Regina.* Hiſtoria fundatio- nis Monaſt. S. Clementis in inſula Piſcaria lib. 1. *Fue- rant etiam in ejus domo diverſa pallia auro & gemmis ra- diantia, quibus parietes Eccleſiæ ornabantur, & fratres induebantur, quoties magna feſtivitas in Eccleſia cele- brabatur.* Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiodor. cap. 50. *Dedit Eccleſiæ pallium ingens optimum, quod vulgo Dor- ſale dicitur.* Gervaſius Dorobernenſis in Deſcript. Ec- cleſiæ Cantuar. *In circuitu verò ad altitudinem fornicis prædicta via quædam facta eſt, qua pallia & cortina poſ- ſunt ſuſpendi.* Eadmerus lib. 5. Hiſt. Novor. p. 108. *Pallia valde bona quamplurima, ac nonnulla alia decori domus Dei competentia juri Eccleſiæ perpetuo poſſidenda conceſſit.* Petrus Damian. lib. 6. epiſt. 9. *Sancti Lau- rentii Monaſterium à ſe conſtructum nuper, ut dedica- retur effecit, & duodecim ibi pallia munificus obtulit.* Hariulfus lib. 2. c. 10. *Inſuper donavimus ibi pallia optima 78.* Lib. 3. cap. 3. *Pallia 78. veſtimenta 49. viginti alia, cum pallio paratum unum.* Chronicon S. Trudonis lib. 1. p. 350. *Cuſſinos ſericos tres, pallia 4. majora, & minora 44. item pallium unum cum friſo & margaritis.* Vide Vitam S. Willelmi Ducis c. 21. edit. Mabillonii, Vitam S. Benedicti n. 28. edit. ejuſdem Mabillonii, Viſionem Wettini Monachi n. 9. Leonem Oſt. lib. 2. cap. 38. Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 137. &c.

Pallium altaris, Vide *Palla*.

Pallium interdum, atque adeo in pleriſque ſupra allatis lo- cis, ipſa pallii materia, pannus ipſe, ſericus aut pre- tioſioris materiæ, dicitur. Ugutio: *Pallium, à pellibus unde fiebat: ſed modo dicitur Pallium quoddam genus panni ex ſerico, & quilibet mantellus.* Hariulfus lib. 2. cap. 10. *Caſulas de pallio 30. fanones de pallio auro paratos 10.* Lib. 3. cap. 3. *Fanones ad offerendum auro parati 14. ex brandeo 3. ex pallio 15. — in ſacrario ad tabulam cooperiendam veſtimentum lineum pallio para- tum.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 4. *Caſulam de pallio non habeat.* Ibidem: *Abſque aurifri- ſio & pallio & omnibus ſericis.* Vetus Charta in Hiſt. Monaſterii S. Nicolai Andegav. *Et unam capam pallii.* Hugo de Cleeriis de Majoratu Franciæ: *Scamnum pul- cherrimum fulcro pallii, aut tapeto coopertum.* Suge- rius in Ludovico VI. *Ubi etiam aurum & argentum, & vaſa concupiſcibilia, & pallia, & palliatas culcitras, & omne mobile quod poſſidebat — egenis diſtribuens*, &c. Infra: *Cappas de pallio pretioſo decem.* Chroni- con Trudonenſe lib. 1. pag. 350. *Cappæ 33. pretioſæ de pallio.* Lib. 6. p. 403. *Similiter & cingulos duos, unum de nigro bonoque pallio, — alium de pallio varii colo- ris valde bonum*, &c — *Cappam unam albi pallii val- de bonam*, &c. Arnoldus Lubecenſis lib. 2. cap. 9. *In- de adducti ſunt caballi fortiſſimi 30. cum frenis argen- teis & ſellis optimis de pallio & ebore compoſitis, quos Duci dedit.* Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenen- ſis an. 915. *Roquos 4. unum purpureum cum auro, & alium palleum Græco, — & alios palleos corporales qua- tuor, palleos 4. è broſdo unum, — coſſino pallio uno*, &c. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 146. *Cum cappa una de pallio*, &c. *Caſula ſine pallio, auro & argento*, in Hiſt. de Exordio Ordin. Ciſterc. cap. 17. *Cuculla fluxa & pallio ornata*, in Vita S. Odon. Cluniac lib. 3. c. 1. Teſtamentum Guillelmi D. de Montepeſſullano an. 1146. *Donet — optima veſtimenta, & unum lectum de palio.* Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tor- nacenſis cap. 95. *Habeo pallium ſericum, de quo mihi caſulam vel planetam facere volo.* Infra: *Et quid operis de ſerico facere poſſimus, ſimul inſpiciamus.* Fulcherius Carnot. lib. 1. Hiſt. Hieroſol. cap. 1. *O quam dignum erat & amœnum nobis omnibus cruces illas cernentibus, vel ſericas, vel auro textas, aut quolibet genere pallii de- coras, quas in chlamydibus ſuis aut birrhis, ſive tunicis peregrini — ſuper humeros conſuebant.*

Pallea, Aulæum, vel potius pannus ſericus. Heito Epi- ſcopus Baſilienſis in Viſione Wettini Augienſis cap. 12. *Dona magnifica & innumerabilia in palleis & vaſis argenteis*, &c. Anaſtaſius in S. Zacharia PP. *penden- tia vel inter columnas ex palleis ſericis fecit.* Ita fere ſemper in Cod. Thuano, ut monet Fabrotus ad p. 110. 111. Appendix MS. ad Hiſt. Turpini: *In qua B. Ro- mani baſilica optima & pulcherrima erat, palleis & co- dicibus optimis, & crucibus argenteis, & teſtibus au- reis decorata.* Encomium Emmæ Reginæ: *Ingens al- lata eſt palleals (ſ. pallea) extento in gremio, quam ip- ſe Rex ſuis manibus impoſuit.* Fulbertus Carnot. Epiſt. 115. *Dabit vobis pro hoc negotio mille libras denario- rum, & centum pallias.* Lege *palleas*. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 23. *Ornatus Eccleſiæ conſiſtit in corti- nis, & aulæis, & palleis ſericis & purpureis, & ſimili- bus.* Et n. 24. *Altaris verò ornatus conſiſtit in capſis, in palleis, in phylacteriis*, &c. Chron. Trudon. l. 1. p. 350. *Item pallium unum cum friſo & margaritis. Item palleas lineas ſerico coopertas 10. Item pallas lineas ſi- ne ſerico 98.* Teſtamentum Arnaldi Epiſcopi Toloſa- ni an. 1159. *Cum ſalinis argenteis & candelabris, & omnibus meis palleis, & cappis ſericeis.*

Pauleum, pro *pallium*, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 210. *Et duas imagines magnas auro argentoque bene or- natas, & caſulam unam per totam brudatam, & alias tres optimas de pauleo.* Ita præferre MS. codicem mo- net editor. Sic

Paulium, eadem notione, in Necrologio Eccleſiæ Carnotenſis, 18. Kl. Maii: *Qui huic Eccleſiæ unum paulium, & duas capas ſericas dedit.*

Palleus, ex pallio, ſeu ex ſerico. Charta Rudeſindi Epi- ſcopi Dumienſis æræ 930. apud Anton. de *Yepez* to. 5. Chronici Ord. S. Benedicti: *Plumatios digniores pa- leos decem, alios ſubminores 8. — almucellas morgones 6. fatoles, paleos duos*; &c. Alia æræ 1062. ibid. *Nec non etiam & de lectuaria, certos paleos duos, va- ſos de argenteo 4.* &c. Charta Hugonis Ducis Bur- gund. an. 1077. to. 6. Spicilegii Acheriani p. 456. *Pallia 4. aurea, & 20. ſine auro, cortina pallea noven, facitergia decem*, &c. Vide in *Fatoles*.

Palioſus, Sericeis veſtibus indutus. Will. de Podiolau- rentii cap. 43. *Factumque eſt ut nonnulli dorſa palioſa habentes, cœperint difficultates opponere*, &c. Quo ſpec- tant primi verſus Epitaphii Conradi Imp. Viennæ:

Qui veſtes geritis pretioſas, qui ſine fine
Non profecturas accumulatis opes.
Diſcite quod paucis opibus poſt funera ſitis
Contenti, ſaccus ſufficit atque lapis.

Ita *Paille* notione eadem uſurparunt olim noſtrates: *Le Roman de Garin de Loherans* MS.

Deſſus un paille li ont devant lui mis.

Alio loco:

Un paille d'Andre li ont deſor lui mis. Rurſum:

Bues i offre un vert paille roeZ.

Idem Poeta:

Et le mantel à ſon col li pandi,
Riche d'orfrois, de paille Alexandrin.

Rurſum:

Bien fu veſtue d'un peliçon Hermin,
Et par deſus d'un paille Alexandrin,
A bandes d'or, mult belement li ſiſt. Alibi:
D'or & d'argent & de pailles plaiez.

Alter Poeta:

La ot maint Gonfanon de paile Alexandrin.

Le Roman d'Aie d'Avignon, MS.

Or, argent, & pailles, ſachiés tout eſt noiant:

Galterus Metenſis in Mappamundi MS. cap. 14.

Entoia tres & pavellon,
Laines & pailles riches & bians,
Et mains autres ſoutiens joians.

Le Roman de la priſe de Hieruſalem MS.

Qui portoient cendals & pailes Effriquans.

Id eſt Africana pallia. Vetus Poëma de Alberico Burgundo MS.

Elle prinſt pailles, & maint riche Bezant.

Alibi:

Sil i traſmiſt maint paille ſeignori.

Hiſtoria MS. Normannorum Apulienſium: *Et li donnoient divers pailles, & li mandoient diverſes pieces d'or & d'argent, & pour lo veſtement de li freres, & pour le mangier mandoient chaſcun jor Beſant mult & Tarin, & en la ſolemnelle feſte honoroit lor refettor de vaiſſelle d'or & d'argent.* Statuta MSS. Ordinis Coronæ ſpineæ edita à quodam Cæleſtino ſub Carolo VI. *Et ſur le cors du defunt Chevalier eſdites obſeques aura un paile de drap de ſoie, & au milieu une couronne d'eſpines.* Hinc nomen manſit panno nigro, qui feretro inſternitur, cùm mortui cadaver humandum defertur: ut & umbraculo quatuor haſtis ſuſtentato, ſub quo vel divina deferri ſolet Euchariſtia, vel quod Regibus aut viris Principibus in ſolennibus ceremoniis, ac urbium ingreſſibus prætenditur; quæ quidem umbella, *poile*, pro *paille*, perperam appellatur. Gervaſius Dorobernenſis in Ricardo I. Rege Angliæ an. 1194. *Proceſſerunt omnes ad Eccleſiam, Rege ultimo ſubſequente, portantibus 4. Baronibus 4. cereos accenſos ante eum, & aliis 4. pallium in 4. haſtis ſuper caput ejus.* Joan. Villaneus lib. 12. c. 111. *La Reina entro in Vignone con palio ſopra capo.* Matth. Villaneus lib. 1. cap. 20. *Addeſtrati da Baroni ſotto palii ricchi d'oro.* Vide Petrum IV. Regem Aragon. in Chron. lib. 2. c. 24. 25. *Pal*, pro *paile*, ſeu *pallio*. Monaſticum Anglic. to. 3. pag. 327. *Aila cum apparatu de pal, & parura, amictus de pal.* Paſſim ibi.

Ab eadem voce vernacula *paille*, deducta vox *Palare*, & *Paller*, pro, *ædium parietes palliis exornare, Tapiſſer.* Michaël Carbonellus in Chron. Hiſp. p. 27. *La Palau dels marbres era ornat y empaliat de draps de ras molt fort bells*, &c. Monaſticum Anglic. to. 3. p. 330. *Unum frontale palatum de cendalo & croceo.* Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii incipiens à 1. Julii an. 1351. *Autres parties d'une chambre à parer, pallée de draps d'or & de camocas.* Infra: *Pour dix pieces de cendaux azurez & blans à faire courtines pallées d'icelle chambre.* Rurſum: *Et eſt à ſavoir que 12. draps d'or de deux ſortes, c'eſt à ſçavoir ſix ouvrées à beſtes & oiſeaux ſur champ azuré: les autres ſix ouvrez d'eſtranges feuillages d'outremer ſur champ blanc cendré, & 6. camocas azurez, deſquels draps d'or & camocas fu pallée ladite chambre.* Sanè ex his, opinor, perſpicuè docemur, unde vox *pallé*, in armorum ſeu inſignium deſcriptionibus, originem ducat: cùm certo certius videatur, ita in iis *pallia* bicoloria deſignari, non verò *palos*, ſeu *paxillos*, ut hactenus creditum eſt ac perſuaſum à viris Heraldicæ artis peritis. Ita inſignia Regum Aragonenſium *pallata* ſunt ex auro & rubeo, ſeu *palliis* aureis & coccinei coloris diſtincta.

Sed & Itali *Paglio* vocarunt, quod noſtri *paille*. Hinc enim *correre il paglio* dicunt, cum equorum vel equitum curſus inſtituitur, *palliis* pretioſioribus in præmium propoſitis, uti obſervatum à Falceto.

Pallium, Græcis ὠμοφόριον, veſtis ſpecies Summis Pontificibus, Patriarchis, Primatibus, & Metropolitanis propria, quæ ſic deſcribitur à Durando lib. 3. Ration. c. 17. n. 3. *Eſt autem pallium de candida lana contextum, habens circulum, humeros conſtringentem, & duas lineas ab utraque parte, videlicet ante & retro pendentes: à ſiniſtris eſt duplex, à dextris ſimplex: habet quatuor cruces purpureas, ſcilicet ante & retro, a dextris & à ſiniſtris. Inſignuntur in pallio tres acus aureæ.* Chriſtophorus Marcellus autor Ceremonialis Romani lib. 1. ſect. 10. *Cura conficiendorum & conſervandorum palliorum ad Subdiaconos Apoſtolicos pertinet, qui ex lana munda & alba illa hoc pacto conficiunt. Sanctimoniales Monaſterii ſanctæ Agnetis, vel Religioſi qui ſunt in illa Eccleſia, offerunt quotannis agnos duos albos ſuper altare illius Eccleſiæ in die feſtivitatis ſanctæ Agnetis, dum in Miſſa ſolemni cantatur Agnus Dei: qui agni recipiuntur à duobus Canonicis Eccleſiæ Lateranenſis, & ab iis poſtea conſignantur Subdiaconis Apoſtolicis, qui agnos ipſos in paſcua mittunt, quoad veniat tempus tondendi ipſos agnos opportunum: Ex his agnis lana tondetur, quæ mixta cum alia lana alba & pariter munda reducitur in filum, ex quo pallia hujuſmodi contexuntur latitudine digitorum trium, redacta in orbem, ita ut humeros præſulum ambiant. A pectore & renibus particulam pendentem habet Pallium longitudinis palmi; & in extremitatibus laminas plumbeas tenues ad parem latitudinem; in fine orbiculatas; nigro ſerico tectas, inſutas ſupra pendentes particulas ante & poſt, & ſuper humeros utroſque: Sic confecta pallia per Subdiaconos portant ad Baſilicam Principis Apoſtolorum, & per Canonicos Baſilicæ ponuntur ſuper corpora Petri & Pauli Apoſtolorum ſub altari majori; ubi factis ex more vigiliis illa per noctem dimittunt, deinde reſtituunt Subdiaconis, qui in loco honeſto ea conſervant.* Hinc *Pallia de corpore Beati Petri* ſumpta paſſim dicuntur. Hanc etiam deſcriptionem attigit Cencius Camerarius in Ceremoniali: *Prior S. Laurentii ſacri palatii ponit pallium ſuper altare, quod ipſe Prior propria manu debet parare, & ſtatim Archidiaconus cum ſecundo Diacono dat in manu Pontificis, & ſolus Archidiaconus dicit Pontifici: Accipe pallium, plenitudinem ſcilicet Pontificalis officii ad honorem omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ Virginis ejus Genitricis, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & S. R. E. & nihil aliud: Statimque ipſe Archidiaconus cum Priore Baſilicario aptat pallium prædictum ſuper Pontificem; intromiſſis ſpinulis aureis tribus ante & retro, & ſiniſtro latere, in capite quarum ſunt immixi tres hyacinthi lapides; & ſic ornatus accedit Pontifex ad altare, & ibi celebrat honorificè Miſſam.* Jacobus Cardinalis de Coronat. Bonifacii VIII. Papæ lib. 2.

Pallia tunc humeris crucibus candentia nigris
Impoſuit Levita rubens, quibus aurea puros
Sapphiros defixit acus.

Ejus originem & uſum ab ipſo Lino quidam repetunt. Alii ante S. Marci Papæ qui vixit an. Chr. 336. tempora, ejus mentionem non fieri obſervant: alii denique pallii prærogativam Silveſtro Papæ à Conſtantino M. tunc demum conceſſam volunt, unde ad cæteros Patriachas & Archiepiſcopos profluxerit. Quædam in hanc rem obſervamus in Diſſert. de Byzantinorum Impp. nummis.

Ad Summum Pontificem ſolum ſpectat Pallium concedere, quod, ut diximus, de corpore S. Petri ſumi ſolet. Scribit Will. Tyrius lib. 15. cap. 13. Radulfum Patriarcham Antiochenum, Romanæ Eccleſiæ ſubjacere dedignantem, quod diceret *utramque Petri eſſe Cathedram, ſuam que quaſi primogenitæ inſignem prærogativa*, Pallium de altari Antiochenæ Eccleſiæ ſua ſibi

ſumpſiſſe auctoritate: ſed poſtmodum eo reſignato, aliud ei ſumptum de corpore Beati Petri, more ſolenni, per Priorem Diaconorum traditum.

Hæc etiam Patriarcharum prærogativa fuit, ut pallium ſuffraganeis ſuis concederent, cum ipſi à Romana Sede acciperent. Innocentius III. Patriarchæ Conſtantinopolitano indulſit, ut Archiepiſcopis ſuffraganeis ſuis uſum pallii concederet, Epiſtola quæ extat in Geſtis ejuſdem Pontificis p. 102. 103. Sed id poſtmodum privilegii conceſſum omnibus Patriarchis in Concilio Lateranenſi an. 1215. cap. 5. in Actis Concilii.

Pallium olim, ex antiquæ traditionis uſu, non niſi Romam & ad Apoſtolorum limina venientibus, & fortiter poſtulantibus Metropolitanis dabatur, ut eſt apud Gregor. M. lib. 7. ind. 1. Ep. 5. Gregor. VII. lib. 1. Epiſt. 24. Petrum Damian. lib. 7. Epiſt. 4. Ivon. Carnot. Epiſt. 252. in Vita S. Theodardi pag. 761. &c. Vide v. cl. Jacob. Petitum ad Pœnitentiale Theodori p. 531. Poſtea tamen miſſum legitur per Legatos Apoſtolicæ Sedis, apud eoſdem Gregorium M. lib. 7. ind. 1. Ep. 5. & Petrum Damianum ead. Epiſt. Willel. Malmeſbur. p. 206. &c. Denique per procuratores, cum hac formula, *Inſtanter, inſtantius & inſtantiſſimè in Conſiſtorio à Summo Pontifice expetitum*, ut eſt in Ceremoniali Romano, &c.

Antequam verò Metropolitanus pallio decoretur, non ei licet Clericos ordinare, Pontifices conſecrare, vel Eccleſias dedicare, nec poteſt Archiepiſcopus appellari. Ita Joannes VIII. Papa Epiſt. 26. ex iis quas edidit Sirmondus, Synodus Ravennenſis an. 878. c. 1. Innocentius III. Papa lib. 1. cap. 63. c. Quod ſicut. 28. §. Super eo Extr. de elect. Petrus Damian. lib. 7. Epiſt. 4. An verò illud recipere poſſit ante conſecrationem, vide Will. Neubrigenſem lib. 4. cap. 17. & Menardum ad libr. Sacram. Gregorii M. p. 314.

Pallii uſus ad ſolenniores ſolennitates reſtrictus paſſim legitur, ne, ut eſt in Concilio VIII. cap. ult. hujuſmodi cultu per faſtum aut ſuperbiam abuterentur Metropolitani: quæ quidem ſacra feſta deſignantur in Epiſtolis Pontificus, ſcilicet Nativitas Domini, feſtivitas S. Stephani, S. Joannis, Circuncifio Domini, Epiphania, Dominica Palmarum, Cœna Domini, Sabbatum ſanctum, Paſcha, Feria ſecunda poſt Paſcha, Aſcenſio Domini, Pentecoſte, tres (alias quatuor) feſtivitates S. Mariæ, Natalis B. Joannis Bapt. ſolennitas omnium Apoſtolorum, Commemoratio omnium Sanctorum, Dedicationes Eccleſiarum, Conſecrationes Epiſcoporum, Ordinationes Clericorum, Eccleſiæ propriæ principales feſtivitates, & anniverſarius conſecrationis dies. Ita Leo VII. pro Laureacenſi Epiſcopo apud Tegnagelium, Innocentius III. Papa lib. 15. Epiſt. 57. 58. Geſta ejuſdem Innocentii pag. 64. 102. Hincmarus Remenſis tom. 2. p. 311. Ceremoniale Epiſcop. lib. 1. cap. 16. &c. *Pallii* præterea uſum in Imperatoris & aliorum Magnatum & Principum ſepulturis Patriarchæ Conſtantinop. indulſit Innocentius III. ut in ejus Geſtis legitur p. 102. cum aliàs id interdictum ſit, niſi hoc in privilegio contineatur expreſſum, Extr. cap. Si Epiſcopus, &c. Ejus etiam uſus erat in Synodis. Vide Hiſt. Archiepiſcop. Bremenſ. an. 1179.

Pallio autem utuntur Metropolitani in Miſſarum ſolennibus in Eccleſiis ſibi ſubjectis: non etiam in proceſſionibus, & aliis occaſionibus, niſi ex indulto Pontificis. Ita Gregorius M. lib. 2. Ep. 54. ind. 11. lib. 4. Epiſt. 11. 15. 50. lib. 5. Epiſt. 33. lib. 7. ind. 2. Ep. 78. lib. 11. Ep. 15. Leo VII. Papa poſt Chronicon Reicherſp. p. 6. 7. Geſta Innocentii III. Papæ p. 64. Durandus lib. 3. c. 17. n. 22. 23. &c.

Solus verò Romanus Pontifex in Miſſarum ſolenniis pallio ſemper utitur & ubique: quoniam aſſumptus eſt in plenitudinem Eccleſiaſticæ poteſtatis, quæ per Pallium ſignificatur: cùm alii non in plenitudinem poteſtatis univerſalem, ſed tantum intra parœciæ ſuæ limites vocati ſint, ut ſcriptum legitur in iiſdem Geſtis Innocentii III. Papæ p. 64.

Interdum tamen ex peculiari indulto conceſſum legitur à Summis Pontificibus, ut Metropolitani quoties vellent pallio uterentur, ut Brunoni Colonienſi Archiepiſcopo ab Agapeto II. Flodoardus lib. 3. cap. 10. de Hincmaro Remenſi Archiepiſcopo: *Hic denique venerabilis Præſul Hincmarus, pro ſua ſanctitatis ac ſapientiæ reverentia, per interventionem Lotharii Imperatoris, pallium ad cotidianum ſuſcepit uſum à quarto Leone Papa, à quo jam aliud perceperat in deſignatis ſibi ſolennitatibus debitè fruendum. Quem cotidianum pallii uſum nulli unquam Archiepiſcopo ſe conceſſiſſe, vel deinceps conceſſurum eſſe idem Papa in Epiſtola tunc ad eum directa teſtatur.*

Quanta autem reverentia pallium ab Epiſcopo delatum in vaſe argenteo, ab Archiepiſcopo ſuſciperetur, eidemque imponeretur, pluribus narrant Eadmerus lib. 2. & 5. Novorum pag. 34. 113. & Will. Malmeſburienſis lib. 1. de Geſt. Pontif. p. 220. Auctor Hiſtoriæ Archiepiſcoporum Bremenſium an. 1179. & Ceremoniale Epiſcoporum lib. 1. cap. 16. facto prius ſacramento Summo Pontifici, ut eſt cap. 3. de Juram. Extra, & cap. de Elect. apud Gregor.

Tranſlati ab una Eccleſia metropolitana ad aliam, non poſſunt uti pallio quod acceperant in prima ſua Eccleſia, & minus pallio prædeceſſoris defuncti ſeu tranſlati: ſed oportet quod de novo petatur Pallium, & obtineatur: & interim non poſſunt conſecrare, Synodum celebrare, & alia pleraque Pontificalia exercere. Ceremon. Rom. lib. 1. ſect. 10.

Poſt obitum, Archiepiſcopi debent cum pallio ſepeliri: ſiquidem ſepeliantur in provincia ſua, circa humeros ſupra planetam: ſi verò extra provinciam, ponendum erit pallium plicatum ſub eorum capite. Ceremoniale Epiſc. lib. 1. cap. 16. Adde Adamum Bremenſem cap. 45.

Denique ut pallium Archiepiſcopis confertur in ſignum plenariæ poteſtatis: ita ſi degradentur, eis aufertur. Vide Liberatum Diacon. cap. 21. 23. Anaſtaſium in Silverio Papa, Flodoardum lib. 4. cap. 35. præterea Theophanem p. 371.

Pallium ſæpe aliis conceſſum legitur quàm Metropolitanis; Epiſcopis ſcilicet, quibus id privilegii indulſere Summi Pontifices, quod quibuſdam perſonale, i. ad vitam, aliis reale fuit, id eſt eorum Eccleſiis conceſſum. Verbi gratia ad vitam conceſſum legimus, aliquot Epiſcopis Metenſibus, Urbicio ſcilicet, Chrodegango, Angilranno, Drogoni, Walæ, Roberto, & Stephano Barrenſi, uti tradunt Chronicon Trudonenſe, Chronicon Metenſe editum à D. Luca Acherio, & Meuriſſius in Epiſcopis Metenſ. quorum etiam aliquot inde Archiepiſcopi nomen ac titulum uſurparunt, atque in iis Chrodegangus, ut ex ejus Chartis colligitur, Angilrannus in Capitulari Francofordienſi an. 794. cap. 53. quæ quidem dignitas ei aſcribitur non quod fuerit Archicapellanus Palatii, uti cenſet vir doctiſſimus, ſed quod pallio donatus fuiſſet à Summo Pontifice. Vide Joannem VIII. Papam Ep. ad Walam Metenſem Epiſc. in nova Conciliorum editione p. 239. Conceſſum etiam Heduenſi & Hiſpalenſi à Gregorio M. lib. 7. ind. 3. Epiſt. 114. 118. & 127. item Actardo Nannetenſi, ab Adriano II. Papa Ep. 21. ut & Theodulpho Aurelianenſi, ut ipſemet teſtatur:

Solius illud opus Romani Præſulis extat,
Cujus ego accepi pallia ſancta manu.

Unde ſe ipſum non ſemel *Archiepiſcopum* Aurelianenſem inſcribit in Chartis quæ habentur apud v. cl. Hubertum in Hiſt. S. Aniani Aurelian. Vide Chronicon Montiſſereni an. 1161.

Epiſcopis verò, & eorum Eccleſiis, conceſſi pallii exempla proſtant in Aniciensi in Gallia, apud Duran-

dum lib. 3. Rat. c. 17. Pariſienſi, ex conceſſione Gregorii XI. Papienſi in Lombardia, & Mallano in Regno Neapolitano apud Hoſtienſem in Summa tit. de Uſu pallii: Lucenſi, in Tuſcia, Bambergenſi in Germania; Quinqueeccleſienſi in Hungaria, in cap. Cum in juventute, Extra de Præſumpt. Catanenſi in Sicilia Epiſcopo pallium indulſerat Alexander III. ſed Lucius III. abſtulit, ut eſt apud Rocchum Pirrum: ut & Richardo Syracuſano idem Alexander apud eundem Pirrum, ſed Clemens III. ademit. Sed ejuſmodi indultam Epiſcopis pallii prærogativam ægrè paſſi ſunt Archiepiſcopi, ut eſt apud Flodoardum lib. 4. cap. 4. extremo. Vide Epiſtolam Hadriani Papæ ad Bertherium Viennenſem Epiſcopum apud Sanjulianum in Matiſcone p. 272. Lalandium, & Hiſtoriam Trevirenſem editam ab Acherio p. 215. 248. 249. Cujuſmodi verò eſſent privilegia & prærogativæ pallii in Epiſcopis, & an ex eo eximerentur à juriſdictione Primatum & Metropolitanorum, doctè diſputat Fr. Florens ad tit. 8. lib. 1. Decretal.

Pallium deferunt omnes Epiſcopi, apud Græcos. Luitprandus in Legatione: *Scimus, immo videmus Conſtantinopolitanum Epiſcopum pallio non uti, niſi ſancti Patris noſtri permiſſu: verùm cùm impiiſſimus Albericus, quem non ſtillatim cupiditas, ſed velut torrens impleverat, Romanam civitatem ſibi uſurparet, — Romanus Imperator filium ſuum Theophylactum Eunuchum Patriarcham conſtituit, cumque cùm Alberici cupiditas non lateret, miſſis ei muneribus ſatis magnis, effecit ut ex Papa nomine Theophylacto Patriachæ mitterentur, quorum auctoritate cùm ipſe, tum ſucceſſores ejus abſque Paparum permiſſu palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non ſolum Patriarcha, ſed etiam Epiſcopi totius Græciæ palliis utantur. Quod quam abſurdum ſit, cenſere opus non eſt.* Vide Synodum VIII. c. 14. Gregor. III. Ep. 1. Concil. Matiſc. I. cap. 6. Synod. Ravenn. ſub Joan. VIII. cap. 3. Plura de Pallio, ejus forma, & ſignificatione habent Gregorius M. lib. 7. ind. 2. Epiſt. 131. Clemens II. Papa apud Baronium an. 1047. num. 12. Amalarius lib. 2. de Eccleſ. offic. cap. 23. Rabanus lib. 1. de Inſtit. cleric. cap. 23. Innocentius III. Papa lib. 1. Myſter. miſſæ cap. 10. 63. Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Occid. cap. 35. Bruno Signienſis de Veſtiment. Epiſcop. p. 98. Durandus lib. 3. Ration. cap. 17. Ceremoniale Roman. lib. 1. ſect. 10. Serrarius lib. 3. Rer. Moguntin. cap. 26. Franciſcus Florens ad titulum de Uſu & auctoritate pallii, & Nicolaus Bralionus in Pallio Archiepiſcopali.

Palliare, Pallium Archiepiſcopale conferre. Synodica Concilii Sueſſionenſis an. 866. *Luitbertum Moguntiacenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, Paternitatis veſtræ largitate palliatum*, &c. Geſta Innocentii III. Papæ: *Palliavit dictum Archiepiſcopum, & fecit eum Primatem totius Bulgariæ*, &c. Occurrit ibidem pag. 69. 112. & apud Ericum Upſalienſem lib. 3. Hiſt. Suecor. an. 1196. Vide Joannem VIII. Papam Epiſt. 24.

PALMA. Anaſtaſius in S. Symmacho PP. *Et ex muſivo agnos, & cruces, & palmas ornavit.* al. *fecit.*

Palma, olim porrecta Regibus noſtris in eorum ſolennibus inaugurationibus, una cum ſceptro, in victoriæ adprecationem; apud Hincmarum in Coronationibus Regiis, p. 746. *Ad iſta verba, Det tibi Dominus velle, dederunt illi palmam & ſceptrum. Det tibi Dominus velle & poſſe quæ præcipit, ut in regni regimine ſecundum voluntatem ſuam proficiens, cum palma perſeverantiæ victoria ad palmam pervenias gloriæ ſempiternæ*, &c. Adde Capitula Caroli C. p. 490. Ita *Palmas virentes* ad Carolum Calvum Imperatorem miſit Joannes VIII. PP. Epiſt. 32. hacce formula: *Hodieque manus veſtræ, ſpeciali voto & prærogativa, plenam benedictione palmam, ſicut cernitis, deſtinamus, adverſus viſibiles hoſtes & inviſibiles triumphum; optantes enim vos de cunctis adverſariis triumphare, nihil aptius vobis, quam ramos palmarum duximus offerendum*, &c. Infra: *Optantes enim vos de cunctis adverſariis triumphare, nihil aptius vobis quam ramos palmarum duximus offerendum, quos & pueri ſternebant in via Domino Hieroſolymam venienti, antiquum hoſtem triumphaturo, & mundum victuro.*

Palmæ, Palmarum dies, ſic dictus dies Dominicus qui Paſcha antecedit, *quia in eo*, inquit Iſidorus lib. 1. de Divin. officiis c. 27. *Dominus & Salvator noſter, ſicut Propheta cecinit, Hieruſalem tendens, aſello ſediſſe perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebium obviam ei cecinerunt, Oſanna in excelſ.* &c. Ditmarus lib. 2. *Recto itinere ad Magdeburgenſem pergens civitatem, Palmas ibidem feſtivo duxit honore.* Lib. 4. *Cùm Palmarum ſolemnia in Magdeburg celebrare voluiſſet.* Lib. 7. *In prædicto loco Palmas & ſanctum Paſcha celebravit.* Vide *Ramiſpalma.*

PALMA, Alapa palmis inflicta. Acta S. Proculi Martyr. *Et ſolventes eum miniſtri, injuriaverunt eum, ita ut palmas in faciem ejus darent.* Hinc

Palmare, & *depalmare*, Alapam infligere. Gloſſæ vett. *Depalmare*, κολαφίζειν. Petrus Bleſenſis ſerm 24. *Attendamus Filium Virginis, illitum ſputis, palmatum colaphis*, &c. Vide *Palmizare*, & *Palmata.*

PALMA, menſuræ frumentariæ ſpecies. Bulla Alexandri PP. pro Monaſterio S. Criſpini in cavea Sueſſion. in Tabulario ejuſdem Monaſterii: *Decimam Novævillæ, octo palmas frumenti*, &c. Idem videtur quod

Palmata ſalis, frumenti: quantum ſalis aut frumenti palma manus continere vel haurire quis poteſt: jus nempe quod domino feudali ex ſalis aut frumenti in mercatis publicis venditorum menſuris competit. Charta Gaſtonis Vicecom. Benearn. an. 1282. apud Marcam lib. 5. Hiſt. Ben. cap. 28. *Et in mercato, quod Gavardina vocatur, decimam totam, ab integro, & cum tribus digitis palmatas de ſale in eadem Gavardina.* Monaſticum Anglic. to. 2. p. 405. *Sciatis nos confirmaſſe lepreſis S. Egidii de Salopeſbiria quod habeant palmatas bladi & farinæ de omnibus ſaccis qui cum blado & farina exponuntur ad vendendum in mercato*, &c. Infra: *Scilicet de uno quoque ſacco bladi palmatam duarum manuum, & de ſacco farinæ, palmatam unius manus, &c.* Vide *Puniata.*

Palmare, *palma* menſuraria metiri, *menſurare*. Vetus Charta in Hiſtor. Monaſt. S. Nicolai Andegav. p. 55. *Omnium mercatorum quæ fierent vel palmarentur die qui proximus feſtivitati imminet. Et ipſo feſtivitatis die coſtumarum dimidietatem S. Nicolai & Monachorum ejus eſſe ſive in terra, ſive in aqua, hæc facta fuerint mercatū.* Infra: *Ita quidem ſi in vigilia feſtivitatis, aut die, mercatum factum fuerit, vel palmatum.*

PALMÆUM, *Veſtis paſtoralis*, in Gloſſ. Iſid.

PALMARIA, Chirothecæ ſpecies, quæ manuum palmas tegit. Udalricus lib. 2. Conſuet. Cluniac. Mon. c. 36. quod eſt, de Utenſilibus coquinæ. 4. *paria manicarum, ut ſtaminorum manicæ Fratrum de nigredine coquinæ familiari ſordidentur.* 2. *paria palmariarum, quæ ita Romanicè appellantur, manuſque defendunt à calore caldarii, quando recens ablatum ab igne quoque eſt movendum, vel inclinandum.*

PALMARIUM, Charta G. Epiſcopi Ebredunenſis an. 1159. in Hiſt. Epiſcopor. Nicienſium: *Omnes adminiſtrationes ſive balias conſilio Epiſcopi diſponendas ſimiliter adjudicavimus Canonicis, & hoſpitale cum honore ſuo, & palmarium, excepta illa parte inferius & ſuperius quam ædificavit Epiſcopus, prout columnæ conſiſtunt ab angulo ſuæ domus uſque ad angulum parietis*, &c.

PALMARIS *Synodus*: ita appellata Synodus Romana quarta habita Rufio Magno Fauſto Avieno Conſule ſub Symmacho PP. anno Chr. 502. ut eſt in Codice Narbonenſi, uti obſervat Sirmondus in Notis ad Avitum Epiſt. 31. quam alii nomenclaturam Synodo Avieno juniore Conſule celebratæ attribuunt. Hanc porro ſic dictam putant, quod in porticu Baſilicæ S.

Petri, quæ hanc appellationem ſortita eſt, coacta fue-
rit. Anaſtaſius Bibl. in Honorio PP. *In porticu B.*
Petri Apoſtoli, qua appellatur ad Palmarias, &c. *Palma,*
loci dicti Romæ meminit præterea Anonymus de Con-
ſtantino M. à Valeſio editus p. 482. ubi etiam de eo-
dem Symmacho: *Deinde veniens ingreſſus urbem, ve-*
nit ad Senatum, & ad Palmam populo adlocutus, &c.
Ubi fortè *Palma* idem eſt quod *Palmaria.* Vide Ba-
ronium an. 502. n. 1. 2.

Palmarius, *Palmatus,* Peregrinus. *Palmarii* porro
dicebantur, qui peregrinationem Hieroſolymitanam
ſeu ex voto ac pietatis intuitu, vel cruce ac ſacra ex-
peditione ſuſcepta, in patriam redierant, quod in ſi-
gum exactæ iſtius peregrinationis palmarum, quarum
ferax eſt Syria, ramos præ manibus redeundo defer-
rent. Rationem delatæ palmæ aliam profert Durandus
lib. 1. Ration. c. 3. n. 14. *Qui de Hieroſolymis ve-*
niunt, palmam in manibus ferunt, in ſignum quod illi
Regi militarunt, qui Hieroſolymis cum palmis honorificè
receptus eſt, & poſtmodum ibidem cum diabolo pugnans
victor extitit. Henricus de Knyghton lib. 1. de Even-
tibus Angliæ cap. 5. *Eia, inquit, jam adeſt certè pe-*
regrinus, iſte eſt qui nefandum Colibrondum occiſurus
eſt. Ad quem ſermonem palmarius accedens, &c. Mox:
Domine peregrine, &c. Ita Poëtæ noſtrates *Paumiers,*
peregrinos vocant. *Le Roman d'Auberi:*

A icest mot, i estes vous un paumier,
Qui d'outremer ſiert mis au repairier?

Rurſum:

Lambers appella tantoſt un deſpanſier,
Va, ſi me fai toſt diſner eſt paumier.

Infra:

Et voit briſié ſon grand bordon fraiſnin,
Mais de ſes paumes le fiert li pelerin.

Le Roman de Pariſe la Ducheſſe:

Jauras bordon, & paume, & jupe autretel.

Alibi:

Il ot paume & eſcherpe, & bon bordon ferré.

Paſſim apud eundem Poëtam. Jam verò cum palma
rediiſſe in patriam peregrinos Hieroſolymitanos, te-
ſtantur paſſim ſcriptores. Chronicon Urpergenſe &
Albertus Stadenſis an. 1104. *Nonnulli etiam palmas*
de Hieroſolyma redeuntes, &c. Petrus Damianus lib.
2. Epiſt. 15. *Ex Hieroſolymitana peregrinatione deve-*
niens palmam ferebat in manu. Omitto alios in Diſſert.
15. ad Joinvillam laudatos ſcriptores: addo tantum
cum patriam attigiſſent, ſuſceptos cum proceſſione Ec-
cleſiaſtica. Chronicon Moriniacenſe lib. 2. *Se ſuſcipi*
cum proceſſione, quippe de Hieroſolyma rediens, permit-
teret, Abbas ab eo poſtulavit & impetravit. Ex prædi-
ctis emendandus videtur Reinerius in Catalogo hære-
ticor. *In ſecunda ſecta ſunt qui ſe fingunt peregrinos S.*
Jacobi, plumbatis, & ultramarinos, & ſpatulatos pœni-
tentes. Quippe pro *plumbatis, palmatos* legendum puto.
Vide Lexicon Runicum Olai Wormii in v. *Pal-*
mare.

Palmata, pœnitentiæ apud veteres ſpecies. Vetus Pœ-
nitentiale MS. & Beda de Remedio peccat. c. 14. *Si*
quis tinxerit manum in aliquo liquido cibo, & non ido-
nea manu, centum palmatis tundatur. Pœnitentiale MS.
Thuanum, quod Theodori eſſe volunt, c. 3. *Quidam*
dicunt 20. palmatas valere pro uno die (pœnitentiæ.)
Infra c. 10. *Alio modo 12. triduana, ſingula cum pſal-*
teriis tribus impletis, cum palmatis 300. per ſingula pſal-
teria, excuſant unius anni pœnitentiam, &c. Adde Bur-
chardum lib. 19. cap. 17. & 25. Jo. Laudenſis in
vita Petri Damiani Cardinalis cap. 3. *Cæteris autem*
ſpiritalibus exercitiis diſciplina, videlicet metaneis, pal-
matis, prolixis ulnarum extenſionibus — incumbebant.
Vide eundem Petrum Damian. Opuſc. 25. cap. 18.
Quærunt viri docti quid his locis *palmata* denotet. Ba-
ronius anno 1055. n. 11. exiſtimat pœnitentium palmas
ferula verberatas fuiſſe: quod certè veroſimile videtur
de iis quibus ob crimina perpetrata imponebatur hæc
pœnitentiæ ſpecies, quod ex verbis laudati Pœniten-
tialis MS. elici poteſt, ubi *centum palmatis tundi* di-
citur, qui tinxerit manum, &c. At in ſpontaneis
palmatis non idem dicendum, cum à vero abſonum ſit,
eos qui pietatis & devotionis gratia has ſibimet impo-
nebant pœnitentias, ab aliis *palmatas*, ſeu palmarum
percuſſiones accepiſſe. Ii igitur harum vice, *palmas* alli-
debant ad pavimentum: quod potiſſimum colligitur ex
eodem Petro Damian. lib. 6. Epiſt. 27. *Lorica eſt*
homo indutus ad carnem, ferreis membra diviſa circu-
lis ambit, mittit cum labore metaneas, allidit in pavi-
mentum ſæpius palmas.

Simile eſt *mortificationis*, uti vocant, monachicæ
genus, quod refertur ab Hugone Flaviniacenſi p.
160. de B. Richardo Abbate Virdunenſi: *Cui etiam*
moris erat pſalterium ex ordine quoque die dicere, &
primos quidem quinquagenos proſtando manibus ad ter-
ram deflexis dicebat, quinquagenos erectus, quinquage-
nos proſtratus toto corpore ſed ſuſpenſus, articulis pedum
manuumque ſuſtentatus perorabat.

Palmatia, locus conſitus palmis, *Palmularium, Pal-*
metum, φοινικὼν, in Gloſſ. Gr. Lat. edito & MS.
& apud Procopium lib. 1. de Bello Perſico cap. 19. Rad.
de Diceto, *Et ſtabulabant equos ſuos in palmatia de*
Baldac.

Palmatiana. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 64. *Nobis*
de cætero ne quid tranſmittere debeas inhibemus. Et
quoniam non delectamur xeniis, Palmatianas, quas tua
direxit Fraternitas, cum gratiarum actione ſuſcipimus,
ſed eas, ne quod exinde potuiſſes ſentire diſpendium,
digno fecimus pretio venundari, &c. Ubi loci Cerda
Dactiles, ſeu *Dactilos*, intelligi cenſet. At Baronius
ad *uvas palmatianas*, ſeu *vinum palmatianum*, de
quo Senator lib. 12. Ep. 12. Alexander Iatroſophiſta l.
2. paſſim, & alii, vocem referendam putat, neſcio an
vere, ad an. 591. 11. nam Altaſerræ ad hunc Grego-
rii locum, non placet Baronii conjectura, quin po-
tius *Palmatianas* exiſtimat veſtes fuiſſe auro & palmis
intextas. Alii ramos palmarum intelligi putant. Ita in
varias quiſque abit ſententias. Vide Cl. V. Mena-
gium in Origin. Italic. p. 1029.

Palmatus. Vide *Palmarius* *Equi Palmati.*

Palme. Adamnanus lib. 3. de Locis SS. c. 4. *Ejuſque*
digitis, quaſi in palme vel toto intrantes, in eandem im-
preſſi columnam inhæſerunt. Ita editio viri doctiſſimi
Joan. Mabillonii.

Palmentum, Torcular, Itali *Palmento*, Gallis *Preſſoir.*
Charta Roberti Regis Siciliæ an. 1326. apud Ughel-
lum in Epiſcop. Calertanis: *Cum curtibus, ſalis, ca-*
meris, — coquina, puteis duobus, & palmentis cum por-
tis, feneſtris, &c. Infra: *Videlicet in domibus palatia-*
tis, & palmento uno, & aliis domibus coopertis, &c.
Habentur præterea in Charta Sikelgaitæ uxoris Rober-
ti Guiſcardi Ducis Calabriæ apud eundem to. 7. pag.
396. Palmentum, à pedum palmis dictum cenſet idem
Ughellus, quia ibi uvæ pedibus premuntur.

Palmetis. Glaber Rodulphus l. 5. c. 1. *Circa medium*
cujuſdam diei cecidit de cælo quod Græcè dicitur Selas,
vel Caſma, ſeu Palmetis, dum fulgor ætherei ſplendoris
inſolito ad terras emittitur: inſulſum enim vulgus per-
hibet ſtellam de cælo cadere. Huc ſpectant iſta Ovidii
ex Metam.

——— Ut interdum de cælo ſtella ſereno,
Quæ ſi non cecidit, potuit cecidiſſe videri.

Sed ibi legendum *faſma*, ex Gr. φάσμα, *apparitio*, ut
ſelas, ex Gr. σέλας, *jubar, fulgor*: pro *palmetis* verò
neſcio an non legendum ſit *planetis*, vel *planetia*, i. ſtel-
la errans.

Palmisare, in Gloſſario MS. Reg. cod. 1701. *Eſt*
dare alapas, vel Barguiner. Vide *Palma.*

Palmiſare, vox naupegorum. Sanutus lib. 2. part. 4.
cap. 12. de Galeis: *Sub fundis extrinſecus palmizen-*
tur uſque ſupra ad aquam, ſecundum quod cuique ipſa-
rum fuerit opportunum. Infra: *Calefactiſari & reparari, ac*
etiam

etiam de ſepe palmiſari oportet, &c.

PALMORERIUM, Palmæ ramus, Italis *Palmero*, Gall. *Palmier*. Vetus Inqueſta apud Puricellum in Monumentis Baſilicæ Mediolanenſis Ambroſianæ pag. 1133. *Et ipſe dominus Archiepiſcopus dat Abbati maximam trutam, & palmorerium, & ſic Abbas venit cum Archiepiſcopo cum proceſſionibus uſque ad altare B. Ambroſii.* Ubi ſermo eſt de proceſſione in Ramiſpalmarum.

PALMOSUS. *Victorioſus*. Gloſſæ Iſid.

PALMULA, *Ratis*, Πλοῖα, ἢ σχεδία, in Gloſſ. Lat. Gr. Vide Schefferum de Militia navali lib. 2. cap. 5.

PALOMERIA Libertates conceſſæ Barcinonenſibus à Petro Rege Aragonum an. 1283. *Concedimus quod de navibus, lignis, vel barchis, tranſeuntibus, quæ non dederint palomeriam firmam in terra, vel non diſcaricaverunt, non dent leſdam, niſi ficut antiquitus conſuetum eſt.* Raimundus Montanerius in Hiſt. Regum Aragon. cap. 277. *Et y o ab un bon cavall que tenia mi terç de cavallers armats ab llorigues e perpunts contraſte als Palomers de prendre terra,* &c. ubi *Palomers* naves dicuntur, quas Græci ἱππαγὰς vocabant, noſtri *Huiſſiers*. Vide *Huiſſeria*.

PALONGATA, Septum è palis in flumine, aut aquis factum, Italis *Palancato*, & *Palancatico*. Petrus de Vineis lib. 2. epiſt. 40. *Ad impediendum tranſitum, palongatam invenerunt.* Infra: *Securibus eadem palongata ſuccisa.* Occurrit *palangatum*, eadem notione apud Petrum Creſcentium lib. 1. de Agricult. cap. 6.

PALPARE *lanceam*. Gauterius de Bellis Antioch. *Laxis habenis, palpatis lanceis, impetuosè ac ſtrenuè cohortem ſibi obviam percutere maturavit.*

PALUDELLUM, Pallıolum, in Regula Tertiariorum Ord. S. Franciſci cap. 3.

PALUMBARIUM, locus ubi Palumbes nidificant. Edictum Nunonis Sancii D. Roſſilionis, de Treuga tenenda an. 1217. *Sub ejuſdem pacis regimine ſint alvearia ſive palumbaria, molendina, palearia,* &c.

Palumbacius color, Columbinus. Arcadius Auguſtus inter Agrimenſores: *Sunt enim termini marmorei in limite, alii marmorei virides, alii palumbacii, alii praſini,* &c.

PALUS, Foſſorium ligneum, ſeu ligo ligneus, quo terra egeritur, noſtris, *Pelle*. Ita uſurpat lex Salica tit. 61.

Palus, Lignum acutum quod in terram defigitur ad ſuſtinendam ſepem. Lex Aleman. tit. 99. §. 24. *Si alicujus caballus ſepem alienam ſallierit, & de palo tranſpunctus fuerit,* &c.

Palus, Paxillus quo ſuſtentatur vitis, *Eſcharas*. Vox Juriſconſultis nota. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 34. *Si quis palum quod eſt carratium de vite tulerit,* &c. Vide *Carratium*.

Nudus ad palum vapulari, pœna ſervorum, in lege Longob. lib. 3. tit. 7. §. 1. & Capitul. Caroli M. lib. 4. cap. 30.

Pali, pro terminis poſiti. Siculus Flaccus: *In quibuſdam regionibus palos pro terminis poſuimus, alii iliceos, alii oleagineos, alii verò juniperĕos.* Occurrit præterea apud alios Agrimenſores.

Pali ſacrificales, apud eoſdem. Vide Gloſſar.

Pali Molendinarii. Vide *Palare*.

Palus Juſtitiarius. Vide *Furca*.

PALUSTRES. S. Avitus Viennenſis epiſt. 63. ad Apollinarem Epiſcopum, qui *marinas copias*, id eſt piſces ei miſerat: *Octo paluſtres quia quia ſe duo paria ſolearum, quæ dentibus macoratis, — direxi.* Ubi per *paluſtres*, anceſ, ſeu *anates ſilvaticæ* fortè intelliguntur, quas Avitus direxit, pro *duobus paribus ſolearum*, quas Apollinari miſerat. Cætera locus vitioſus eſt, quem ſoli codices MSS. ſanare poſſunt. Vide *Dies Paluſtres*.

PAMBICIUM. Vide *Bombax*.

PAMPA. Capitularia Caroli M. lib. 7. c. 314. *Ut Clerici pampis, aut tzangis, vel armis non utantur.* Ubi Lindenbrogius, ficæ genus in Germania uſitatæ eſſe ait, & *Pampe* etiamnum vocari. At vox *Pampe*, Gallica, videtur deducta à *Pampinus*. Nicolaus Gillius in Hiſt. Francica: *En une fleur de lys y a trois pampes ou fleurons,* &c.

PANAGIA, Panis benedictus, Παναγία, Græcis dictus. Regeſtum Eccleſiæ Herefordienſis apud Spelmannum, de Græcis: *Item dicunt panem noſtrum Panagiam.* Quid vero propriè ſit Παναγία apud Græcos, pluribus docet eruditus Goarus ad Euchologium Græcor. pag. 867.

PANAGIUM, *Panagator*. Vide *Paſſionaticum*.

PANALATA, terræ, nemoris, &c. in Charta an. 1269. in Regeſto Feodorum Ducatus Burgundiæ 1. parte fol. 8. *Accepit a Duce Burgundiæ cum homagio manuali quingentas panalatas terrarum plenarum, & — quater centum panalatas nemoris, & 220. operatas vinearum, & 60. ſextuarias pratorum.* In Conſuetudine S. Severi tit. 18. art. 2. *Canna* quæ eſt menſuræ ſpecies, dividitur in *Panas*, Gall. *Pans*, Panæ in 5. pollices.

PANARICIUM, apud Apuleium lib. de Virtutib. herbar. c. 42. §. 3. quod Græcis παρωνύχιον, unde & deductum vocabulum putat Gabriel Humelbergius: abſceſſus qui circa ungues & ad radices illorum naſcitur, non ſine doloris pungentis vehementia.

PANARIUM, *Excipulum*, in Gloſſ. Iſid. Charta plenariæ ſecuritatis ſcripta Ravennæ ſub Juſtiniano apud Briſſon. lib. 6. Formul. *Cute olearia valente ſiliquas duas aſprionis: panario rupto uno,* &c.

PANATA. Tabularium Monaſterii Conchenſis in Ruthenis ch. 85. *Ipſam Eccleſiam de Licarrago, quam vocant ſanctam Columbam, cum primitiis & decimis, & panatas, & cum alodio, ſicut ad ipſam Eccleſiam pertinent,* &c. Occurrunt eadem verba infra.

PANCALIA. Acta Murenſis Monaſterii: *Sunt & hic duo offertoriola, & linteum analogium ſuper Evangelium ponendum in feſtivis diebus, & 5. confanones, & unum ſericum ſuper ſedile Sacerdotis ponendum, & quatuor vela, & tria tapetia, & adhuc de aliis palliis, quæ vocantur pancalia quatuordecim partes, & 8. candelabra,* &c. Ubi fortè leg. *Bancalia*. V. *Bancale*.

PANCAREA. Vide *Vacarea*.

PANCARPUM. Gloſſar. Longobardic. S. Germani Pariſ. MS. *Pancarpum, genus ſpectaculi eſt, ut fieri ſolet, ab his qui coram Regibus congredi beſtiis præmiorum contemplatione conſueverunt: ii feras quaſcunque fortiores robore, vel ferociores rabie conſpexerint duriores, adverſus eas primæ congreſſionis certamen ſuſcipiunt, quibus ex cunctis reliquas quæ minus terribiles minuſque vehementes ſunt, ex ictu faciliore proſternunt.* Gloſſæ aliæ MSS. *Ludus quo ludebant antiqui cum beſtiis*, omnigenis ſcilicet, ut ex Caſſiano & S. Auguſtino adverſus Secundinum colligitur. Nam quicquid miſcellum erat, & ex varii generis contextu, Græci πάγκαρπον vocant. Julianus Anteceſſor Conſtit. 98. *Quarta autem* (proceſſio Conſulum) *ea quæ Monimerium dicitur, ubi & quod Pancarpum vocant celebrandum eſt.* Vide Cujacium ad Novell. de Conſulib. & Salmaſium ad Capitolinum.

PANCEREA, *Panceria*, Lorica, Italis *Panciera*, Germ. *Panzer*, quæ ſcilicet ventrem tegit, quem noſtri *Panſe* vocant, Itali *Pancia*. Conſtitut. Siculæ lib. 1. tit. 9. *Prohibemus ut nullus arma molita & prohibita, cultellos & enſes, lanceas, pancereas, ſcuta vel loricas, clavas ferreas — deferre præſumat.* Charta Petri Ziani Ducis Venetiarum an. 1211. in Hiſt. Bellunenſi p. 109. *Similiter debet habere unuſquiſque Miles oſpergum unum, aut panceriam cum capirone, & alia arma, ſicut decet.* Jo. Twroczius in Chronico Hung. in Geyſa Rege cap. 65. *Habebat Sanſon ſub tunica panceriam, & præ gravamine loricæ natare non poterat.* Matth. Villaneus lib. 11. cap. 81. *La loro armadura quaſi di tutti erano panzeroni.* Jacobus Hemricurtius de Bellis Leodienſib. cap. 41. *Mais à preſent caſcuns eſt armeis d'une cotte de fier appellée Panchire, ſor petits chevax, & ont veſtu on joupon de feſtaine à le deſeur,* &c.

PANCHARTA, quævis Charta, Diploma. Charta Caroli Simplicis pro Monaſterio S. Martini Turon. ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 157. *In hac noſtra præceptionis pancarta*, &c. Infra: *Corroborantes hanc denuo pancartam*, &c.

Pantocarta, idem quod *Pancharta*. Charta Ludovici IV. Regis in Tabulario Eccl. Auguſtod. *Hoc Celſitudinis noſtræ præceptum, quod Pantocarta nuncupatur, fieri juſſimus. Panchartas* vulgo etiam vocant Regeſta chartarum, ſeu Tabularia Eccleſiarum, uti appellatur Regeſtum chartarum Eccleſiæ S. Martini Turonenſis, quod *Pancharta nigra* vulgo inſcribitur, quod nigro corio tectum ſit. *Pancarte*, in Conſuet. Turonenſi art. 81. dicitur *peagiorum*, ſeu tributorum, ac conſuetudinum programma.

PANCHON, inſtrumentum piſcatorium. Tabular. S. Genovefæ Pariſ. an. 1224. *Et inſtrumentum piſcandi in aqua ejuſdem molendini, quod appellatur Panchon.* Vide *Gordana*.

PANCHRYSTARIUS. Arnobius lib. 2. adverſus Gentes: *Phrygiones, coquos, Panchryſtarios, muliones*, &c. Vide conjecturam Turnebi lib. 13. Adv. c. 14.

PANCOSSERIA, Piſtrix, mulier quæ *pancoſſeriæ* artem exercet, in Conſuetudinibus Toloſæ part. 2. Rubr. de Debitis. Occitanis verò, *Pancouſſie*, eſt piſtor.

PANCRATIARIUS, *Pugil*, Πύκτης, in Gloſſ. Reg. MS. cod. 1013. Papiæ, *Pugil, qui prævicit.* Idem: *Pancratiari, flagellis aut tormentis ſubjici, unde æquo animo tolerantes coronentur.* Vide Agoniſtica Fabri.

PANDARE, *Pandiare*; *Pandum*, vel *bandum*, ſeu *bannum* apponere, *appoſer ban ſur quelque heritage*. Charta an. 1231. pro villa Arkenſi in Tabulario S. Bertini: *Abbas vel Præpoſitus pro redditibus ſuis vel debitis per duos ſcabinos pandare poterit. Qui pandum contradixerit, 3. libr. domino emendabit, & ſi pandum vi abſtulerit, iterum 3. libr. emendabit. Præco verò Choræ neminem pandare poteſt, niſi per judicium Choremannorum. Quod ſi fecerit, & de hoc convictus fuerit, tres libr. domino emendabit, & injuriam 5. ſol.* Charta Roberti Advocati Atrebatenſis an. 1228. *Et ſi homines mei ibidem manentes exercitus meos vel equitaturas meas non fecerint, ſicut debent, vel ad placita mea non venerint, ego pro foreſacto tali, ſicut homines mei judicaverint, potero pandiare ſuper feodum, quod mei homines tenent de me, & nullam aliam juſtitiam majorem vel minorem in dicta villa habebo.* Alia Charta Arnoldi Comitis Guinenſis an. 1272. *Et cogniſſons, & voirs eſt, que en ne puet, ne doit homme ne femme manant ſor erne dedens Bredenarde traitier ne mener autrement que par le lois devant nommée, ne pander, ne deſwagier, ne prandre ne arreſter, ſi ce n'eſt par la devant dite loi, par Eſcheoins, ou par le Comte meiſmes*, &c.

PANDARIUS *lanæ*, qui lanam pectit, carminat. Bulla Honorii III. PP. anno 3. apud Ughellum to. 1. Ital. Sacr. p. 823. *Quicunque eſt vel erit pandarius lanæ, dabit Epiſcopo annuatim mediam libram ceræ.*

PANDECTA, pro *Pandectes*. Ita autem vulgo vocant libros Legum à Juſtiniano digeſtarum. Petr. Bleſenſis epiſt. 140. *Vides—quam immeabile pelagus ſit Pandecta, in qua civile Jus continetur.* Vide H. Stephanum de Abuſu linguæ Græcæ cap. 1. p. 12. 13. Addit Papias ita etiam vocari vetus & novum Teſtamentum: quod & firmant verſus Alcuini Bibliorum libris adſcripti, apud Baronium an. 778. 27.

Nomine Pandecten proprio vocitare memento,
Hoc Corpus ſacrum, lector, in ore tuo.
Quod nunc a multis conſtat Bibliotheca dicta,
Nomine non proprio, ut lingua Pelaſga docet. &c.

Beda in Hiſtoria Monaſterii Wiremuthenſis cap. 15. *Bibliothecam utriuſque Monaſterii, quam Benedictus Abbas magna cœpit inſtantia, ipſe non minori geminavit induſtria: ita ut tres pandectes novæ tranſlationis, quem* (f. *quos*) *de Roma attulerat, ipſe ſuperadjungeret, quorum unum ſenex Romam rediens, ſecum inter alia pro munere ſumpſit, duos utrique monaſterio reliquit.*

PANDIARE. Vide *Pandare*.

PANDICULARIUS, Joanni de Janua, *Homo hians & toto corpore oſcitans: a pando, is. Pandiculare*, pro oſcitare, vox Feſto nota. *Pendiculans oſcitatur*, apud Plautum. Vide Regulam Iſaiæ Abbatis cap. 21. apud Holſtenium.

PANDOX, *Pandoxare*, *Pandoxator*. Gloſſ. Iſid. *Pandox, qui ſemper pandit ora ad potandum.* Ugutio & Joan. de Janua: *Pandox, ebrioſus, vel guloſus, leccator, qui ſemper pandit ora propter eſcas. Pandocium, leccacitas, ebrioſitas, taberna.* Imo ex Gr. πανδοχεὺς, *ſtabularius*, caupo, & πανδοχεῖον hoſpitium, caupona. *Pandochium*, in vita S. Marinæ virg. cap. 2. Joſephus lib. 3. Antiq. Jud. apud veterem interpretem: *Neque ancillam neque captivam eis nubere voluit, ut eas quæ de cauponibus & pandochibus vitam agunt.* Guibertus lib. 3. de vita ſua cap. 7. *Nec venale quidpiam à pandocibus & cauponibus ſiſteretur.* Hinc

Pandoxare, cauponam exercere, agere; cerevisiam venum exponere, atque adeo conficere. Synodus Sodorenſis: *Si vir vel mulier cerviſiam vendendam pandoxaverint, ſive communis pandoxator, vel pandoxatrix fuerit, ſive non, ſi duos denarios & obolum de unaquaque pandoxatione accipiat, lagunculam decimalem Eccleſiæ perſolvat.* Thomas Walſinghamus in Ricardo II. p. 273. *Salliat interim Abbas carnes quas mactavit, ne putreſcant: & vendat cerviſiam, quam pandoxavit, ne aceſcat*, &c.

Pandoxatrix, inter artifices recenſetur in Provinciali Cantuar. Eccleſiæ Lindwodi lib. 3. tit. 16. & in Concilio Mertonenſi an. 1300.

PANDURIZARE, *Pandura* canere: eſt autem *pandura* inſtrumentum muſicum τρίχορδον Polluci, cujus mentio eſt apud Varronem, Iſidorum, & alios. Lampridius in Heliogabalo: *Ipſe cantavit, ſaltavit, ad tibias dixit, tuba cecinit, pandurizavit, organo modulatus eſt.* Vide Caſaubonum & Salmaſium ad hunc locum.

PANEGORISARE, *pane ſuſtentare*, Joanni de Janua & Ugutioni, qui hæc ex S. Auguſtino affert: *Panegorizamur quotidie ſuſtentamentis Dei.* V. *Paregorizare*.

PANELLUM. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. c. 18. *Lectualia ſunt hæc, culcitra, bambucina, id eſt panellum, pulvilli*, &c. Supra cap. 17. *Lectos etiam in domo hoſpitali — præparatos habere debet, videlicet cum bambucinis, id eſt panellis laneis ſuppoſitis.*

Panellum, Schedula, Pagina, Pagella, *Panell* Anglis. Forteſcutus de Laudibus legum Angliæ cap. 25. *Vicecomes returnabit breve prædictum coram eiſdem juſtitiariis, una cum panello nominum eorum* (juratorum) *quos ipſe ad hoc ſummonuit.* Crebro ibi. Hinc *panellare*, & *impanellare*, pro, *in paginam referre*, apud practicos Anglos: *juratores impanellati*, in pagellam relati. Vide Edw. Cokum ad Littleton. ſect. 234.

PANERA, *Panora*, *Panchra*, (ita enim variè ſcribitur) *rapina*, in Gloſſ. Iſid.

PANERIUM, pro *bannerium*, vexillum, *bannere*, uſurpat non ſemel Albertus Argentin. in Chron. p. 115. 136. &c.

PANERUM, Ciſta, arca, ex Gallico *panier*. Vide in v. *Pretium*.

PANESCULUS, parvus panis. Will. Thorn. an. 1145. *Ipſi vendicabant, ſcilicet de pane 30. paneſculos.*

PANETA, qui vel quæ facit panem, Ugutioni & Joan. de Janua. Occurrit etiam in Gloſſ. Lat. Gall.

PANETARIUS, qui panem conficit, Piſtor, *Panetier*, in Conſuetud. Peruſienſi apud Thomaſſerium. Eſt etiam *Paneter* noſtris, panem conficere. Charta an. 1304. *Lequel blé doit eſtre cuis & panetez, & eſtre le pain diſtribué aus pauvres.* Maximè verò ita appellabant officialem domeſticum, qui menſæ panem, mappas, & manutergia ſubminiſtrabat. Officium Panetarii deſcribitur in geſtis Guillelmi Majoris Epiſcopi Andegav.

cap. 13. *Nobis autem aſſiſtitis, venit nobilis D. Guido de Camilliaco in tunica, gerens mappam ſupra collum, quam ante nos ſupra menſam poſuit, miniſtris ſuis cum coadjuvantibus: qua poſita, manibus propriis duos panes coram nobis poſuit, & alios panes in dicta menſa in qua ſedebamus: quod officium eidem incumbebat ratione feudi de Camilliaco quod tenet à nobis, unde dicta die officium Paniſtarii ſubire tenebatur. — Finito prandio, omnes mappas dictorum locorum habuit, quia jus ſuum erat.* Vide Concilium Pariſienſe part. 4. c. 11. In aula verò Regum Franciæ dignitas etiam ea olim viguit, qua qui donatus erat, *Panetarius Franciæ* nuncupabatur, vel *Magiſter Panetarius Franciæ*, ut Hugo de Atheis Miles an. 1223. Cui ſimilis fuit *Piſtor* ille qui cæteris piſtoribus præerat in aula Pharaonis, ἀρχισιτοποιὸς, Geneſ. c. 40. v. 5. & ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, apud Byzantinos, de quo Codinus & alii. In Areſto an. 1439. deſcripto in Hiſtoria Caſtilionenſi p. 235. Dominus *de Graville* Conſiliarius & Cambellanus Regis dicitur fuiſſe *Magnus Piſtor ſeu Panetarius Franciæ*. Atque ut id obiter moneam, *Peſtors* vocabant noſtri, quos *Bolengarios* dicimus. Charta Caroli filii primogeniti Regis Siciliæ, data Andegavis an. 1279. in Regeſto Andegav. fol. 71. *Que tous Peſtors, ... Boulangers de la ville d'Angers fiſſent loiaux dantées de pains.* In Hypomneſtico de Anaſtaſio Apocriſiario, mentio fit *Plotini beatiſſimi Imperatoris Piſtoris, id eſt qui ſuper omnes piſtores publicos eſt*, de quibus egimus in v. *Manceps*. Hugo de Cleeriis de Seneſcallia Franciæ: *Tunc Panetarius mittet Comiti duos panes atque vini ſextarium, & Coquus fruſtum carnis & vini hauſtum.* Magnus verò Franciæ Panetarius, ex ſua dignitate præerat omnibus Piſtoribus publicis, juſque habebat per ſe, aut per ſuos Vicarios, panes qui venum exponebantur viſitandi, & habendi ſuper eos *cognitionem, correctionem, & punitionem, & emendas, erogandique ad pios uſus panem minus ſufficientem repertum*, ut eſt in Areſto an. 1333. deſcripto in Hiſt. Monmorenciaca p. 373. Vide *Talemellarius*.

Panetaria, Officium Panetarii, ſeu quod ad ejus miniſterium pertinet, in Computo Hoſpitii regii an. 1312. *Panetaria: pro mappis & manutergiis emptis Pariſiis pro Parlamento & pro Paſchate, & Pentecoſte, burellis Regis, & liberorum, & aliis*, &c.

Panetaria, dictum præterea Cellarium, ſeu uti vocatur ab Anaſtaſio Bibliothecario, *Paracellarium* Summi Pontificis in Ceremoniali Cencii Camerarii, ut autor eſt Nicolaus Alemannus in Diſſert. de Lateran. parietin. cap. 4.

PANGA, apud Petrum de Creſcentiis lib. 8. de Agricul. cap. 8. *Si capiti ejus rapa ſemen immittas, ſine ferro & pangis, multum increſcere fertur.* Ubi *panga* idem videtur quod *vanga*, i. *foſſorium*. Vide in hac voce. Hinc

Pangatorium, apud Papiam, *Plantatorium*. Vide Formulas Briſſonii p. 648.

PANGITARE, *Laudare*, in Gloſſ. Iſidor., ubi viri docti legunt *plantare*, quia *pangere*, Feſto, eſt *figere*. Sed cum dicamus *pangere* carmina, quidni & *laudes*?

PANGITORIUM, *locus ubi multi ſimul canunt*, i. *Chorus, à pango*. Ugutio, & Joan. de Janua.

PANICE, Papiæ MS. *Roſea*, al. *roſa*. *Paniceum, genus veſtis.* Ugutio: *Paniceum, quædam veſtis paſtoralis.*

PANICIUM, *genus annonæ, qua in quibuſdam locis homines vice panis ſuſtentantur.* Ugutio & Joan. de Janua. *Panicum* Latini vocant: *Panis*, noſtri. Paulinus Epiſt. 3. ad Severum: *Fabam intrivit panicio*, &c. Infra: *Fabam tantum milio, panicioque confundens.* Capitulare de villis c. 44. *De piſcato ſeu formatico — ſinapo, aceto, milio, panicio*, &c. *Panicum*, c. 62.

Panitia, eadem notione. Fortunatus in vita S. Germani Pariſ. c. 32. *Suggerunt ut ſegetem panitia, — quæ ab urſis vaſtabatur, viſitare præciperet.*

PANIFICUS. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀρτοποιὸς, *Piſtor, Panificus.* Ἀρτοποιεῖον, *Panificium*, (quæ vox occurrit apud Celſum lib. 8.) Ἀρτοπώλης, *Panarius*. Ἀρτοφόριον, *Panarium*. Papias: *Panificæ, piſtrices, quæ panes faciunt.* Catholicum parvum, & Gloſſ. Lat. Gall. MS. Thuanum: *Panifica, Panetiere. Panifex, celle qui fait le pain. Panificium, paneterie, locus in quo efficitur.* Domnizo lib. 1. de vita Mathild. c. 11.

Panificus quidam meruit bis quatuor ira.

Charta Ildefonſi Comitis Toloſæ an. 1144. apud Catell. lib. 2. Rerum Occitanar. c. 17. *Panificus & Panifica, qui panem venalem fecerit*, &c. Ubi Regeſtum Toloſanum Cameræ Comput. Pariſ. fol. 27. habet, *Paneficus & panefica.* Charta Communiæ S. Quintini: *Nullus panifex panem faciet, niſi ad obolum.* Utuntur Ordericus Vitalis lib. 8. p. 692. Joan. Sariſb. lib. 3. Policrat. c. 14. &c. Adde 1. Reg. c. 8.

PANIGERIA. Epiſtola Manuelis Comneni Imp. ad Regem Ludovicum VII. *Cum magna lætitia acceptura eſt Imperium meum tuam Nobilitatem, & opportunè viam tuam preparaturum, & tranſitum extructurum, & panigeriam, id eſt conventum rerum venalium. Erroſon, id eſt vale.* Ubi *panigeria* idem valet quod *forum*, commeatus: ex Græco fortè πανήγυρις, uti rectè conjectat Somnerus.

PANIS vel *Panus*, Celſo lib. 5. c. 27. dicitur tumor, non altus, ſed latus, qui fit maximè in vertice, aut in alis, aut in inguinibus; ſic dictus à panis figuræ ſimilitudine, Græcis φύγεθλον.

PANIS, ſacra Euchariſtia, caro Chriſti, quæ cum nobis cæleſte pabulum ſuppeditet, vocatur à Cyrillo, aliiſque ſpiritualis alimonia, τροφὴ πνευματικὴ, & *Panis* ſimpliciter. Iſidorus lib. 7. cap. 2. *Dicitur enim panis, quia caro.* At cum epitheto ſæpius, ut *panem Dei cæleſtemque* vocat Ignatius Epiſt. 14. quæ appellatio deſumpta ex Joanne 6. & 1. ad Cor. 10. & 11. atque iſtud etiam Lucæ 24. *Cognoverunt eum in fractione panis*, de diſcipulis profectis Emmauntem, plerique omnes de Euchariſtia expoſuerunt, in hiſque Auguſtinus de Conſenſu Evang. lib. 3. quemadmodum & in Oratione Dominica, *Panem quotidianum*. Ita Tertullianus de Orat. Ambroſius lib. 5. de Sacramentis, Chryſoſtomus, Cyrillus, aliique. Ac Græci quidem Patres, cùm de Euchariſtia accipiunt, rationem nominis hanc afferunt, quod panis iſte divinus & animæ & corporis ſubſtantiam, ut vocant, fulciat. Sic enim ἐπιούσιον cum Chryſoſtomo Cyrillus Catech. myſt. 5. interpretatur; & Ambroſius in ſimillimo loco paulo aliter: *Non eſt iſte panis*, inquit, *qui vadit in corpus, ſed ille panis vitæ æternæ, qui animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit, ideoque Græcè ἐπιούσιος dicitur.* Chryſoſtomus etiam nomen ἐπιούσιος deducit ab οὐσία, homilia in Orat. Dominicam: atque ita nuncupari, quod ſubſtantiam corporis permeet, eamque colligere valeat. Quamquam idem in Matthæum idipſum vocabulum interpretatur ἐφήμερον, *quotidianum*, à voce ἐπιοῦσα, quæ vulgatæ editioni magis concinit. Cui notioni nomen ἐπιούσιος διὰ τῆς οὐσίας etiam profectum nonnulli accommodant; utpote quod pani præclarè conveniat, qui quotidie per nutritionem ſubſtantiæ, τῇ οὐσίᾳ adjici addique videatur. Quo itidem fortaſſe ſenſu ἐπιούσιον, *tranſſubſtantialem*, vel *ſuperſubſtantialem* vertit Ambroſius. Damaſcenus denique de Myſteriis, eandem vocem de pane cæleſti accipit, quo beati paſcentur in cælis, cum hic eum ante in Euchariſtia delibaverint: οὗτος, inquit, ὁ ἄρτος ἐστὶν ἡ ἀπαρχὴ τοῦ μέλλοντος ἄρτου, ὅς ἐστιν ἐπιούσιος· τὸ γὰρ ἐπιούσιον δηλοῖ τὸν μέλλοντα, τουτέστι, τὸν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, *Hic panis eſt primitiæ futuri panis, qui eſt adventurus: ἐπιούσιον enim futurum ſignificat, hoc eſt panem venturi ſæculi.* Hæc damus ex Diſſertationibus ſacris ac hiſtoricis MSS. Michaëlis *Dufreſne* Soc. Jeſu Preſbyteri, ac fratris τοῦ μακαρίτου, Diſſ. 4. c. 2.

Panis Acrozimus, Saxonicè, ʒeſeoþuð, in Gloſſ. Ælfrici: ubi perperam editum *acrizimus*. Iſidorus lib. 10

c. 2. *Panis acrozymus, leviter fermentatus, quaſi acroazymus.*

Panis Æſtivatus, in veteri Gloſſario Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana, *pains muiſis*: panis mucidus, *pain moiſy*.

Panis Alexandrinus, Biſcoctus, apud Apitium lib. 4. de Re culin. c. 1. Alexander Iatroſophiſta lib 2. Paſſ c. 67. *de Alexandrino pane*. Ubi Gloſſæ MSS. ſuperlineares, *biſcocto*. Matth. Silvaticus: *Panis Alexandrinus, vel rubicundus, i. recoctus & rubeſcens, vel biſcoctus*. Adde Conſtantinum African. de Rat. vict. p. 278. & Plin. lib. 18. c. 7.

Panis qui in aqua coquitur, & melior eſſe ſolet quam quotidianus, apud Udalricum lib. 1. Conſuetud. Cluniac. cap. 4.

Panis Ardinienſis, Sordidus, in l. 5. Cod. Th. de Annonis civicis, &c. Unde verò ita appellatus, prorſus incertum. Conjecturas varias contulit Jacobus Gotofredus ad hanc legem.

Panis Armigerorum, qui famulis, quos vulgari vocabulo *Eſcuiers* vocabant, diſtribui ac dari ſolebat. Monaſticum Anglic. tom. 1. pag. 420. *Infirmantibus (Leproſis) miniſtrat Granetarius ſingulis diebus duos panes Armigerorum ad opus unius ſervientis. Miniſtrat etiam omni tempore ſingulis eorum ſingulos panes Armigerorum, & ſingulos galones cerviſiæ mediocris*. Liber Joannis de Weſterham Epiſcopi Roffenſis editus an. 1314. *Primo die adventus D. Regis ad Roff. debent Spigurnelli habere 4. panes Armigerorum, & 4. panes de pane garcionum*. Vide infra, *Panis ſervientalis*.

Panis avenaceus, in Concilio Francoford. an. 794. cap. 4.

Panis autopyrus, ex quo nihil neque pollinis neque furfuris excretum vel ademptum, quaſi totum in ſe triticum non imminutum habens, ex Gr. αὐτόπυρος. Ejuſmodi panis mentio eſt paſſim apud ſcriptores, Celſum lib. 2. c. 17. Marcellum Empiricum cap. 31. Cælium Aurelian. Siccenſem lib. 5. Tardar. paſſion. cap. 12. Horatianum pag. 84. Guibertum Abb. S. Theoderici in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 1. §. 6. &c. Vide Joan. Bruyerinum Campegium lib. 6. de Re cibaria cap. 9.

Panis azymus, ſive crudus, apud Conſtantinum Afric. lib. 5. Loc. commun. medic. c. 15. Vide Iter Camerarii Scot. c. 9. §. 4.

Panis Biſcoctus, Nauticus, *Biſcuit*. Abbo lib. 1. de Obſid. Pariſ.

His panem cupiens quadam corrumpere, juſſit
Ut biſcocta Danum deferri,

Will. Brito lib. 4. Philipp.

Rebus, aquis, armis, biſcocto pane, meroque,
Innumeras onerat naves.

Chronicon Ricardi de S. Germano an. 1242. *Biſcoctum fieri jubet per loca maritima & loca alia pro fodro 150. galearum & 20. navium, quas armari mandat ſuper Piſanos*, &c. Paulus Venetus lib. 3. cap. 46. de provincia Aden: *Fiunt etiam ab incolis panes biſcocti ex piſcibus, idque in hunc modum: Concidunt piſces minutatim, atque contundunt in modum farinæ, & poſtea commiſcent & ſubagitant quaſi paſtam panis, atque ad ſolem deſiccari faciunt, & vivunt ipſi & jumenta ipſorum de illis panibus factitiis per totum annum.*

Panis benedictus. Cum Catechumeni ante baptiſmum divinorum myſteriorum participes eſſe non poſſent, proindeque ſacram Euchariſtiam percipere, dabatur iis, veteri Eccleſiæ ritu, à Sacerdote panis ab ipſo conſecratus & benedictus, quo præpararentur ad Corporis Chriſti ſumptionem, unde & ſanctum fuiſſe ait S. Auguſtinus lib. 2. de Peccator. merit. & remiſſ. cap. 26. *Et quod accipiunt, quamvis non ſit Corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen, & ſanctius quam cibi quibus alimur, quoniam Sacramentum eſt.*

Poſtmodum his panibus benedictis non ſoli Catechumeni, ſed fideles etiam uſi pro munere in ſignum mutuæ amicitiæ & communionis invicem tranſmiſſæ. Raınerus contra Valdenſes in catalogo Hæreticor. de Græcis: *Euchariſtiam conficiunt de panibus fermentatis: excidunt rotulas: ex illo conficiunt Corpus Domini, & panes illi vocantur Panis benedictus, & datur omnibus qui volunt ſumere in cibum*. Ἄρτοι διδόναι ἐν εὐχῇ, in Concilio Neocæſar. can. 13. *Panem ſanctificatum dare* vertunt Iſidorus Mercator, & Dionyſius Exiguus. Vetantur Miniſtri i. Subdiaconi, ἄρτον διδόναι, οὐδὲ ποτήριον εὐλογεῖν, in Concilio Laod. c. 25. Et can. 49. non oportet in Quadrageſima ἄρτον προσφέρειν, niſi Sabbato & Dominica tantum. At in Quadrageſima non benedicebatur panis, ſed *oratio ſuper populum* dicebatur. Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 67. *Statutum eſt ut panis poſt Miſſam benediceretur, & populo pro benedictione communionis partiretur: hoc & Eulogia dicebatur. Sed quia hoc in Quadrageſima fieri non licuit, orationem ſuper populum dici Eccleſia inſtituit, ut per hanc particeps communionis ſit*. Vide *Eulogia*.

Panis Biſus, ater, furfuraceus, Gallis, *Pain-bis*, qui *ſordidus*, Suetonio in Nerone c. 49. & in l. 5. Cod. Th. de Annonis civic. Monaſticum Anglic. tom. 1. pag. 420. *Jejunans debet ſedere in area ante menſam, & comedere panem biſum ſuum ſuper ſcamnum ſine panno.*

Panis cacabacius. S. Zeno Veronenſis ſerm. 6. ad Neophytos: *Hi (panes azymi) quos videtis egregia coctura ſuave redolentes, qui exceti. ſunt non furno, ſed forte, non humano ſed igni divino.* — *certè cacabacii non ſunt, non vetuſti, non uſti, non crudi, non mucidi*, &c. Nugatur hoc loco vir doctus, qui *cacabacios*, nugaces & garrulos interpretatur, cùm hic de panibus agatur. Caſaubono dicuntur ejuſmodi panes, qui ſaporem malum ex aqua in cacabo calefacta retinent, in Notis ad Lamprid. Ego verò malim *cacabacios* dictos, nigros, & quibus nihil ademptum eſt furfuris. Vide *cacabacius*. Papias: *Similiter autem & cacabacius panis calidus ſiccat: frigidus verò minus multo ſiccus ex parte extenuat.*

Panes Calendarii, qui in Kalendis offeruntur. Durandus lib. 4. Ration. c. 30. n. 40. *In nonnullis locis parochiani in die Natalis Domini offerunt Sacerdotibus panes, quos Calendarios vocant, propter illud quod legitur Levit. 22. Offeretis panes duos Sacerdoti, qui cedunt in uſum ejus, & vocabitis hunc diem celeberrimum atque ſanctiſſimum*, &c. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu, fol. 102. *Et medietatem ſepulturæ, & medietatem panis qui in Kalendis offertur*, &c.

Panis cantabrus. Vide *Cantabrum*.

Panis ceparius, χυδαῖος ἄρτος, in Gloſſ. Gr. Lat.

Panes civiles. In Novella Juſtiniani 7. & in Addit. 3. Lud. Pii c. 30. Eccleſiæ, & in Capit. Caroli M lib. 2. c. 29. xenodochia alienare vetantur res immobiles — ſive etiam *ruſticum mancipium, vel panes civiles*, atque titulo ſpeciali vel generali hypothecæ titulo obligare. Vide *Panis gradilis*.

Panis clibanites, ex Gr. κλιβανίτης, in furno coctus. Gloſſ. Ælfrici: *Panis clibanius*, ofen-bacenlaf. Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſ. c. 79. *Quales ſunt panis beneconfecti clibanites, bis cocti*, &c. Ubi Gloſſæ MSS. *quaſi furni. Panis fermentatus in clibano coctus*, apud Conſtantinum de Rat. vict. p. 279. cui opponitur *Panis ſub cinere coctus*, p. 278. *Panis clibanitius, in teſta coctus*, apud Iſidorum lib. 20. c. 2.

Panis de coket, ſimilacius, Fleta lib. 2. c. 9. §. 1. Vide *Iſungia*.

Panis conjuratus. Vide *Corſned*.

Panes coronati. Charta an. 1050. apud Puricellum in Monumentis Ambroſianæ Baſilicæ p. 428. *In profeſto ad veſperum fructus & vinum ſimiliter ſecundum eandem conſuetudinem: in ſolemnitate verò panes coronatos, & vinum ſimiliter*, &c.

Panes Curiales, qui è Curia domini proferuntur ad alendam familiam. Charta Theobaldi Comitis Bleſenſis Seneſcalli Franciæ an. 1190. in Regeſto cenſuum

Carnot. *Et conceſſi leproſis Belliloci omnibus diebus quibus ego jacebo Carnoti, — carnis 12. den. in coquina, 12. ſextarios vini, 12. den. in pane, vel 60. panes curiales, ſicut tales panes habuerit Curia.* In Charta Catharinæ Comitiſſæ Bleſenſis & Claromont. an. 1208. pro fundatione Capellæ Novævillæ in *Hez*, ſtatutum legitur, quoties Comes vel Comitiſſa Claromontenſis in eodem loco morabuntur, *Que li Chapelains ara par livroiſon par ſengles jours quatre pains curiaux, ou deux denries de pain, & demi ſeſtier de vin à taule, & une piece de char, ou deux deniers.* Alia Charta ejuſdem Comitiſſæ an. 1209. pro Capella de *Creil*: *Ara en chaſcune nuit pour livroiſon 3. pains curiaux.* Charta Henrici II. Regis Angl. in Reg. Normannico Cameræ Comput. Parıſ. ſign. P. *Et volo & confirmo quod in Curia mea habeat omnibus diebus quamdiu ero apud Rotomag. liberationem, ſcilicet in deſpenſa mea 4. denariatas panis, & in meo cellario unum ſextarium vini, & in coquina mea 4. fercula*, &c.

Panis Curiæ, eadem notione. Vide in *Matutinellum*.

Panis eleemoſynarius, qui ad eleemoſynas diſtribui ſolet pauperibus. Silveſter Giraldus in Itinerario Cambriæ lib. 2. cap. 12. *Cum Rege apud Slopeſburiam in menſa ſedens, cum ei de panibus propriis unum in honoris, ut aſſolet, & amoris ſignum Rex miſiſſet; ipſe ſtatim in regio conſpectu tanquam eleemoſynarium panem in fruſta concidit, & eleemoſynarii more primo remotius expoſita, deinde ſingulatim retracta comedit univerſa.*

Panis fermentatus, Ʒehaƿenhlaƿ, in Gloſſario Saxon. Ælfrici.

Panis Fiſcalis, ſeu *Oſtienſis*, in l. un. Cod. Th. de Pretio panis Oſtienſis, qui de fiſcali frumento quod Oſtiæ piſtoribus vendito confectus populo Romano vendebatur. Vide Jacobum Gotofredum & Salmaſium ad Vopiſcum p. 408.

Panis fortis & durus, apud JC. Anglos dicitur, cùm quis de Felonia accuſatus, accuſatori aut judici reſpondere renuit, aut mutum ſe fingit, vel certè os aperire, aut loqui non vult: cum enim pœna ea illi imponitur, donec judici ſatisfaciat, ut in carcerem tetrum conjiciatur, in eoque, ſolo pane, duro, ac mucido alatur. Fortis autem dicitur, inquit Stanfordius lib. 2. Placitor. coronæ cap. 61. quod adeò ſit ponderoſus & gravis, ut illum ferre aut ſuſtinere nequeat reus: durus autem, quia toto vitæ tempore, alio non victitabit, donec in eo moriatur. Statutum primum Weſtmonaſterienſe cap. 12. hanc pœnam videtur induxiſſe: *Purveu eſt enſement que les felons eſcriés, & queux ſont apertement de male fame, & ne ſoi vollent mittre en enqueſt des felonnes queux homes leur mit ſeur devant Juſtices à la ſuit le Roy: ſoient miſes en la priſon fort & dure, come ceux queux refuſerent eſtre à la comon ley de la terre, més ceo n'eſt mie à entendre pur priſoners queux ſont priſes pur legier ſuſpection.*

Sic porro pœnam hanc pluribus deſcribit & explicat Stanfordius: *Le jugement du pain fort & dure eſt tiel, ſçavoir que il ſera remandé à le priſon d'ou il vient, & miſe en une baſſe meaſon eſtoppé, & la girra nude ſur le nude terre, ſauns ascun littour, ſirps, ou auter draps, & ſans aſcuns garniſhe environ luy, ſavant un choſe qui contra ſes privi membres, & que il girra ſur ſon dorſe, & que ſon teſte ſoit veſte, & ſes pees eſte, & que un brach ſoit trahe à un quarter del meaſon ove une corde, & l'auter brache à l'auter quarter, & inſſint en meſme le maner ſoit fait de ſes jambes, & que ſur ſon corps ſoit miſe ferre & pierre tannt come il peut porter & plus, & le premier jour inſuant, il aura pain fait de barley trois morcels ſans aucun bover, & le ſecond jour il bovra trois foitez tant ſi come il peut de l'ewe que eſt prochain à l'huys del priſon, excepté ewe currant, ſauns aſcun pane, & ceo ſerra ſon dict, tans que il ſoit mort.* Hæc fere latinè exſcripſit & expreſſit Cowellus lib. 4. Inſtit. tit. 18. §. 35. *Reus*, inquit, *in loco aliquo infero carceris & tenebricoſo conſtituitur, nudus ſuper nuda terra, pudendis tantum tectis, brachiiſque & pedibus fune in quatuor domuncula angulos tractis, ſupinus extenditur. In hunc autem modum ligatus, tanto ferri ſaxive pondere pectori impoſito oneratur, quantum ſine contuſione ferre poteſt. Die ſequenti tria panis hordeacei fruſta ſine potu ſumit: undius tertius totidem aqua hauſtus quanteſcumque, dummodo non profluentis, quæ carceri proxima reperitur, ſed ſine pane: atque ita per vices pane & aqua ejuſmodi quotidie veſcitur, donec oneris, frigoris, atque famis cruciatu extinguitur.* Henricus de Knyghton an. 1389. *Quidam Vicarius de Wintringham obmuteſcens, adjudicatus eſt ad pœnam mutorum.* Huc fortè referri poteſt Charta Philippi Auguſti anno 1200. pro Univerſitate Pariſienſi: *Quia factum negat, in perpetuis vinculis detinebimus; in arcta cuſtodia & paupere victu, quamdiu vixerit, niſi fortè elegerit Pariſiis publicè aquæ ſubire judicium*, &c.

Panis fractio, de qua hæc accipe ex Diſſertationibus ſacris ac hiſtoricis ineditis Michaëlis *Dufreſne* Soc. Jeſu Presbyteri, fratris olim chariſſimi, de antiquis Sacramentorum ritibus, &c. Diſſert. 4. cap. 2. *Ad idem caput* (de variis nominibus Euchariſtiæ) *vox eadem alia pertinet, quæ fractio panis, κλάσις ἄρτου, de celebratione Euchariſtiæ uſurpatur, ob Chriſti etiam factum, quem expreſſè notant Evangeliſtæ Sacramentum hoc inſtituentem fregiſſe panem: unde & tota actio diſtributioque Sacramenti hujus Fractio panis appellata eſt Actorum Apoſtol. 2. & alias ſæpe. Nec eſt neceſſe huc revocare veterem inter Judæos cærimoniam, quæ ſub initium Cœnæ Paſchalis panem unum ex azymis paterfamilias duas in partes divideret, & alteram quidem abderet ſub mappa, alteri verò hac fere formula benediceret: Benedictus es Domine Deus noſter, Rex univerſi, qui educis panem de terra. Quippe panem frangere locutio Hebræis, Scripturæque ipſi uſitatiſſima eſt de ſumentibus cibum, vel porrigentibus. Frange, inquit Iſaias 58. eſurienti panem tuum: quæ ad Euchariſtiam tranſlata. Unde Actorum 2. v. 42. dicitur, Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & in communicatione fractionis panis. Ubi ex articulo τῆ ἄρτου in editione Græca appoſito, interpretes colligunt panem illum per antonomaſiam, ſcilicet Euchariſtiam, quaſi digito demonſtrari. Perdiu verò ea conſuetudo tenuit in Eccleſia, ut panis Euchariſticus Chriſtianis diſtribuendus in partes minutas tribueretur, quas vocant è re, Chriſtique facto, κλάσματα, hoc eſt fragmenta, ac μερίδας, nempe particulas potius, quam μέρη, id eſt partes: quia ut aiunt Concilii Nicæni Patres can. 5. οὐ πολὺ λαμβάνομεν, ἀλλ' ὀλίγον, ἵνα γνῶμεν ὅτι οὐκ εἰς πλησμονὴν ἀλλ' εἰς ἁγιασμόν, illa capi intelligamus. Hinc etiam forſan idioma manavit Eccleſiarum Africanarum, cujus mentio fit apud Gratianum diſt. 11. can. 58. qui hæc Auguſtini verba refert: Norunt fideles quemadmodum manducent carnem Chriſti: unuſquiſque accipit partem ſuam, unde & ipſa Gratia (Euchariſtia) partes vocatur.*

Panis fractio apud Catharos Valdenſium ſectarios. Vide Reinerum contra Valdenſes cap. 6. p. 66.

Panis fractus, dictus poſtmodum, *Panis benedictus*, qui in particulas diſſectus, dirempta ea quæ ad conſecrationem ſumitur, plebi & fidelibus diſtribui ſolebat. Ἱερῶν κλασμάτων μετάληψις, *Panis benedicti participatio*, apud Pachymerem. lib. 7. cap. 6. 15. 22. lib. 8. c. 10. Sed propriè

Fractio panis dicebatur *eulogiarum* benedictio, quæ à Presbyteris vel Epiſcopis fiebat ante cibi ſumptionem, ſeu prandium, quas amicis vel convivis diſtribuebant in *communionis* ſymbolum. Unde Gregorius Turonenſis in vitis Patrum cap. 6. dixit, *Pane confracto communionem largiri*, & Theodorus Cantuarienſis Archiepiſc. in Capitul. c. 95. *Fracta oblatione communicare.* Idem c. 5. *Cum Græcis non frangunt panem ſanctum, nec collectionem dicunt, vel Dominus vobiſcum, Diacones, nec Completum.* Supplex libellus Monachorum Fuldenſium Carolo M. porrectus, an.

4. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld. *Quod communicationem fracti panis ante cibum quotidie ſumere non reſpuatur, ſecundum exempla præcedentium patrum.* Hincmarus Rem. in Capitulis ad Preſbyteros parochiæ ſuæ cap. 16. ubi de Conventibus & Gildoniis Preſbyterorum, in quibus reconciliantur qui invicem diſſident: *Et poſt debitas admonitiones, qui voluerint eulogias, à Preſbytero accipiant, & panem tantum frangentes, ſinguli ſingulos biberes accipiant.* Vita S. Aicadri Abb. Gemetic. c. 20. *Nec mora poſt longa peracta, & Miſſarum ſolenniis celebratis, poſt fractionem panis, commendato grege Domino, petierunt proſperum iter,* &c. Hugo Flaviniac. p. 177. de B. Richardo Virdunenſi Abbate: *Erat autem viro Dei familiare manè ſurgere, laudes Deo dicere, iter accelerare, atque conſuetum Domino in via penſum reddere: & ſic hora fractionis panis imminente, Miſſarum ſolemnia agere, quocumque eſſet, & expletis myſteriis ad frangendum panem diſcumbere, ne gravarentur fratres labore itineris, & continuatione jejunii.* Vide Eckehardum juniorem de Caſibus S. Galli c. 1. p. 48. Reinerus contra Valdenſes p. 94. *Si ſingulis per domos panem frangit.* Vide *Panis Benedictus, Eulogia.*

Panis frixius, ȝehꝛyꝛꝛꞇ hlaꝼ, in Gloſſario Saxonico Ælfrici.

Panis frumenti, qui nobilium erat, vel certè honoratorum aut divitum. Plinius lib. 19. c. 4. *Alio pane procerum, alio vulgi, tot generibus uſque ad infimam plebem deſcendente annona.* Uſatici Barcinonenſes à Raymundo Berengarii Comite & Adelmodi editi cap. 7. *Bajulus interfectus vel debilitatus, vel caſſus, vel captus, ſi nobilis eſt, & panem frumenti comedit cotidie, & equitat, emendetur ſicut Miles.* Vide Conſuetud. Labourtenſem tit. 18. art. 4. Conſtantinus African. lib. 5. Commun. loc. medic. c. 15. *Omnis panis de frumento calidus eſt in primo gradu.* *Panis frumentarius*, in Statutis antiq. Corbeienſib. lib. 1. c. 4.

Panis furfuraticius, pro *furfureus*, apud Alexandrum Iatroſophiſtam lib. 1. Paſſion. ubi Gloſſæ MSS. *Panem furfuraticium, qui ſi. ex ordeo vel furfure* interpretantur: πιτυρώδης, Græcis.

Panis gradilis, qui ad gradus plebi diſtribuitur: nam cum ſumma eſſet plerumque in urbe Conſtantinopolitana rei frumentariæ penuria, tum propter civium & incolarum in ea multitudinem, tum quod Thracia atque adeo vicinæ regiones, frumenti haud multum feraces, iis alendis vix ſufficerent, proviſum ab Imperatoribus, ut per annos ſingulos, certis ac ſtatis temporibus, annona ex Alexandria & Ægypto in urbem transferretur: quam quidem tranſvectionem *Felicem embolam* vocitabant, quod ea populus gaudens reficeretur. Nec hac ratione penuriæ publicæ cautum duntaxat, ſed & panes, Imperatoris nomine, dividebantur, non pauperibus modò, verùm etiam honeſtioribus è populo, atque iis præſertim qui domos in urbe extruxerant, quos κτήτορας nomenclatura, non uno loco donat Chronicon Alexandrinum, *Poſſeſſorum*, Liberatus Diaconus cap. 20. nos dicimus, *Proprietaires.* Unde panis, ſive jus capiendorum panum è publico domos ſequebatur, ita ut qui illas quoquomodo diſtraxiſſet, id juris amitteret, ut eſt in l. 1. Cod. Theod. de Annonis civilibus. Diſtribuebantur porrò ejuſmodi panes in gradibus, unde *Gradiles* appellati ſunt. Prudentius lib. 1. contra Symmach.

Omnis qui celſa ſcandit cœnacula vulgus,
Quique terit ſilicem variis diſcurſibus atram,
Et quem panis alit gradibus diſpenſus ab altis.

Diſtribuebantur verò panes iſti datis teſſeris. Themiſtius orat. 4. p. 116. [Greek text] Deinde, ἀλλὰ καὶ οἱ [Greek text], καὶ οἱ [Greek text], καὶ πάντες ὅσοι καλαμηφοροῦσιν ὄρθριοι ἐπὶ ταῖς ἱερείαις. Ubi καλαμηφορεῖν, eſt teſſeras ferre: κάλαμος enim *teſſera* exponitur in Gloſſis Philoxeni. Proinde de ejuſmodi teſſeris intelligendus autor Chronici Alexandr. in Commodo: [Greek text], καὶ [Greek text]. Quæ verba haud rectè reddidit interpres. Erant porrò teſſeræ iſtæ æreæ, aut certè malleo ductæ: [Greek text] enim [Greek text] dicuntur mox eidem Themiſtio, quod etiam indicat l. 5. Cod. Theod. de Annonis civicis. Sed hæc pluribus proſequimur in Conſtantinopoli noſtra Chriſtiana, ubi de Gradibus.

Panis Hebdomarius. Vita S. Nili Junioris p. 40. [Greek text] ἄρτον ὁ μέγας [Greek text]. Qui fortè uni hebdomadi ſufficit alendo homini.

Panis herbaticus, vel herbaceus. Gloſſæ Biblicæ MSS. *Borith, herba de qua fiunt panes, quos herbacios appellant, quibus ſiccatis pro ſapone utuntur.* Eadem habent Papias & Joannes de Janua. Panis ex herba facti meminit Suetonius in Julio cap. 68.

Panis hordeaceus, in Concilio Francoford. an. 794. c. 4. Fortunatus lib. 10. Poëm. in Epiſt. 2. ad Mumolenum: *Quod tritices pavit oblectans candore, vel ſuavitatem paſcente, poſt hordeacea frugis ariſtoſa cibaria faſtidioſo nimium dente, nare, fauce, tranſitur.* Vide Caſaubonum ad Sueton. de Grammat. & Rhetor. De examine & purgatione per panem hordeaceum, vide in *Corſned.*

Panes lavitii. Statuta antiqua Canonicorum S. Quentini in Viromand. apud Hemereum p. 116. *Debet Eccleſia S. Petri unicuique de intrinſecis 1. panem, ſcilicet 60. panes de medio, & lavitios panes, ſcilicet 6. ſext. frumenti,* &c. Infra: *Debet cuſtos cuique privato 1. panem & 2. ſext. frumenti ad panem lavitium.* Iſidorus lib. 20. c. 2. *Sfungia, panis aqua diutiſſimè laxatus, ſimilam modicam accipit, & fermentum modicum, & habet humectationis pluſquam omnis panis: unde & ſpongia nomen accepit.* Vide Joannem Ruellium lib. 2. de Natura ſtirpium cap. 31.

Panis medius, dimidius panis. Regula Magiſtri cap. 26. *Medius panis penſans libram ſingulis fratribus in die ſufficiat ſecundum formam divinæ diſpenſationis, cum medium panis caleſtis corvus Paulo ſervo Dei cotidie veſcendum paraverit.*

Panes melliti, noſtris *Pains d'epice.* Arnoldus Lubecenſis lib. 3. cap. 32. *Et defecerat panis in ſiſtarciis eorum: fuerunt tamen inter eos, qui panes mellitos, cum in abundantiis erant, ſibi præparaverant, & utcumque ſuſtentabantur.*

Panis mixtus, in Itinere Camerarii Scotici. c. 9. §. 4. *Panis de mixtura*, in Statutis antiq. Corbeienſibus lib. 1. c. 4. *Pain de meteil.* Vide *Mixtura.*

Panes Monachiles. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 149. *A Celerario ſingulis diebus debent venire in refectorium 72. panes Monachiles, quorum quilibet erit ponderis 65. ſolidorum, ex quibus ſinguli Monachi ſingulos percipient.*

Panis Natalitius, cujuſmodi fieri ſolet in die Natalis Domini, præberi dominis à prædiorum conductoribus, in quibuſdam provinciis, qui ex farina delicatiori, ovis, & lacte confici ſolent: *Cuignets* appellant Picardi, quod in *cuneorum* varias ſpecies efformentur. Gervaſius Dorobernenſis an. 1188. *Nec eorum devotioni ſufficere potuit, panem conferre natalitium, niſi etiam conventus panem conficerent piperatum.* Charta Petri Meldenſis Epiſcopi an. 1228. in Tabul. ejuſdem Eccleſiæ fol. 35. *Item quittamus hominibus de Varedis conſuetudines nemoris, videlicet gallinas, panes de Natali, & bolos, & ipſi quittaverunt nobis* &c. Charta an. 1214. in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 179. *Habet etiam de quolibet hoſpite unum panem ad Natale Domini,* &c. Neque aliæ videntur *oblationes panum & cæterarum rerum quæ in Epiphania Advocato fiebant,* in Charta Friderici I. Imp. an. 1159. in Metrop. Saliſburg. to. 3. p. 49. 409.

Panis nauticus, Marcello Empirico cap. 27. p. 137. qui aliàs *Biſcoctus.* *Miſcebis — panem candidum vetuſtum,*

vel toſtum, vel quod eſt melius nauticum. Vetus aut nauticus panis, apud Plinium lib. 22. c. 25. *Panis navalis*, Cœlio Aureliano lib. 5. Chron. c. 1.

Panis Nicolaus. Ita Placentas appellavit Auguſtus à Nicolao Damaſceno ſibi exhibitas & donatas, ut eſt apud Photium in Bibl. Palladius in Hiſt. Lauſiaca cap. 47. Καὶ Νικολάους πέμπει γ᾽ θεὶς ἄρτους δεκὰ καθαροὺς καὶ θερμοὺς, &c. Ruffinus de Vitis Patrum cap. 7. *Nicolai etiam ingentes, & panes calidi & mundiſſimi*, &c. Vide ibi Roſweidum.

Panis nitidus, apud Bedam lib. 2. cap. 5. & Marcullum lib. 1. form. 11. *Mundus*, apud Lampridium in Alexandro Severo, & in l. 5. Cod. Th. de Pane Gradili. Καθαρὸς ἄρτος, apud Theophanem anno 40. Theodoſii Junioris. Ita porro ſæpe dicitur qui ad ſacrificium paratur. Concilium Toletan. XVI. can. 6. *Ut aliter panis in altari Domini ſacerdotali benedictione ſanctificandus proponatur, niſi integer & nitidus, qui ex ſtudio fuerit præparatus*, &c. Chilienus in vita S. Brigidæ num. 52.

Hos igitur manibus nitidos de robore panes
Detulerat ſecum ſervandos inde Sacerdos,
In Paſcha Domini, vel feſtis munera Chriſti
Hæc ſumenda Dei ſervis, ſanctiſque puellis.

Panes nuntii, qui nuntiis dari ſolent, in nuntii allati mercedem. Philippus Eyſtetenſis Epiſc. in Vita S. Willibaldi, de quodam contracto ſanato ad tranſlationem reliquiarum S. Walpurgis: *Claudicando chorum aſcendit prorumpens in hæc verba, O glorioſe Præſul Chriſti Willibalde, da mihi panem nuntii, ſoror tua adventu te bengrè ſalutatura.* Ubi Gretzerus ad oram libri ſcripſit hoc verbum Germanicum *Bottenbrott*, ex *brot* panis, & *bott* nuntius. Joſua Pictorius *Bottenbrot*, Evangelia interpretatur.

Panis oblatus, in Fleta lib. 2. cap. 14. §. 4. *Obolatus* lib. 2. c. 72. §. 19. Vide *Obolata*.

Panis Opirus. Gloſſæ ad Alexandrum Iatroſoph. *Opirus panis. i. panis medie maacius.* Sic in MS.

Panis Paximatius. Vide *Paximatium*.

Panis Papalis. Matth. Silvaticus: *Simila ſic fit. Frumentum fractum in fruſta, vel mollitum groſſe, in qua diverſa ſubſtantia dividitur per cribra, extrahitur furfur, & farina ſubtiliſſima, quæ pollina dicitur, poſtea remanet ſimila, quæ dividitur in groſſum, ſubtilem, & mediocrem. De pollina fit panis papalis*, &c. Eadem habet neſcio quis Cotta.

Panis Picentinus, qui ex alica fiebat, ut autor eſt Plinius l. 18. cap. 11. de quo etiam Apicius lib. 4. de Re culin. c. 1.

Panis Piperatus. Vide *Panis Natalitius*.

Panes Præbendarii, qui diatim diſtribui ſolent Canonicis Præbendariis ex communi piſtrino. Honorius III. in 5. Compilat. tit. 16. c. 2. ad Canonicos Compoſtellanos, ubi quærit an in vigeſima Eccleſiaſticorum proventuum in ſubſidium Terræ ſanctæ decreta in triennium, iſtiuſmodi panum vigeſima exigi debeat: *Non oportet nos de quotidianis dubitare ſtipendiis, quæ in pane, vino ac numerata pecunia conſiſtunt.* Et infra: *Nec multum dubii remanet de panibus illis, quos dicitis in veſtro vulgari Reguaffas.* Ubi Innoc. Cironus obſervat ejuſmodi panes *Præbendarios* dici, & in Toloſano tractu *Mouffiets* appellari. Vide eundem in Paratitl. Juris Can. lib. 5. tit. 5.

Panes præbendales dicuntur in Concilio Colonienſi an. 1260. can. 11.

Panes provendaricii. Adalardus lib. 2. Statutorum Corbeienſium cap. 1. *Unicuique fratri hortolano per vices centum panes provendaricios, quos panes debet dare frater qui panem providet fratrum.*

Panes primitiales, qui Eccleſiis, aut dominis, pro primitiis offeruntur. Tabularium S. Flori in Arvernia: *Quilibet homo Dom. P. unum panem primitialem exſolvat.* Iidem qui

Panes propoſitionis dicuntur in Charta Avæ Comitiſſæ Ruſcinonenſis apud V. cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 144. *Cum ipſas primitias & ipſas decimas vel panes propoſitionis, vel cum ipſas redhibitiones quas ipſa Eccleſia habet, vel habere debet.* Nam iis ſolis Sacerdotibus & Levitis licebat veſci, ex 1 Reg. 21.

Panis rubidus, recoctus & rubefactus, Iſidoro lib. 20. cap. 2.

Panes ſanctorum, qui ad altare offeruntur. Herardus Archiep. Turon. in Capitul. c. 24. *De mulieribus ac Laicis, ut ad altaria non accedant, & ut Sacramenta & panes Sanctorum, exceptis quæ offerunt, non tangant.*

Panis ſecundus, cui furfuris aliquantum admixtum eſt. *Sequentem* vocat Lampridius in Alexandro Severo, qui ſcilicet *Mundum* excipit. Conſtantinus African. lib. 5. Commun. loc. medic. cap. 15. *Panis ſecundus, minus eſt nutritivus, & citius digeritur: quod fit, quia multum eſt furfureus.* Horatius lib. 2. Epiſt. 1.

——— *Vivit ſiliquis & pane ſecundo.*

Ubi Schol. *pane ſecundo, non ſiligineo, non primo, non poſtremo, ſed diſpenſatorio.* Noſtris *pain de meſnage*, quo ut plurimum in familiis noſtris utimur.

Panis ſegalitius. Vide *Segala*, & *Simenellus*.

Panis ſervientalis, qui ſervientibus ſeu famulis dari ſolet. Conſuetudines Monaſterii de Regula: *De ſturjone & Salmone primo captis in Beta medietatem piſcatores dabunt, & tunc accipient illi duo piſcatores duos panes ſervientales, & duas menſuras vini. Panis puerorum*, id eſt famulorum, appellatur à Petro Damiano lib. 1. Epiſt. p. 89. *Edebat panem, non fratrum, non denique puerorum, ſed eum qui vel ex puro fieret hordeo*, &c. Huic opponitur panis qui Plinio *procerum* dicitur.

Panis de Simenel, Joanni Villaneo lib. 8. c. 82. *Pan de ſimola.* Vide *Simenellum*.

Panis temperatus, cui opponitur *Diſtemperatus*, apud Conſtantinum African. lib. de Ratione victus ægr. pag. 278. 279. *Panis temperatus vel ſub cinere coctus*, eidem. *Panis coctus temperatè*, lib. 5. Commun. loc. medic. cap. 15. ita *ut nec exteriora nimis exuſta, nec interiora nimis mollia*, &c.

Panis de Treit, in Fleta lib. 2. c. 9. §. 1. & in Itinere Camerarii Scot. c. 9. §. 4. Vide *Vaſtellum*.

In veteribus Statutis MSS. pro talemelleriis ſeu Panificibus Pariſienſib. horum panum mentionem heri obſervavimus, *pain doubliau. Le pain pote, qui eſt plus de 2. deniers. Pain reboutis, c'eſt à dire refuſé, & que les Boulengers n'ont pû vendre. Pain raté, que rats ou ſouris ont entamé. Pain trop dur, ars, ou eſchaudé, pain trop levé, pain alis, pain meſtourné c'eſt à dire trop petit. Pain blanc appellé de Chailly. Pain bourgeois. Pain faitis, que on dit pain de brode.* Sed de variis panum generibus conſulendus Joannes Bruyerinus, Campegius lib. 6. de Re cibaria c. 9.

Panum præſtatio, in venditionibus. Necrologium Eccleſiæ Carnotenſis: *Acquiſivit quicquid dictus Miles habebat apud Mundinvillam, videlicet partem ſuam panum & vendarum.*

Panem offerre, ad ſacrificium ſcilicet, in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 32. Vide *Offerre*.

Eſſe ad panem & vinum, dicitur domeſticus, qui eſt è familia alicujus, qui ex pane domini victitat. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. fol. 202. *Dominus hereditatis, vel filius ſuus, vel alius qui ſecum ſit in domo ad panem & vinum.* Stabilimenta S. Ludov. lib. 1. c. 30. *Homme qui emble à ſon Seigneur, & il eſt à ſon pain & à ſon vin.* Idem qui *Larron domeſtique*, in Conſuetud. Burdegal. art. 107. & Lodunenſi art. 7. *Eſſe in pane*, ſeu *ad panem* patris, *eſtre en pain*, dicitur filius qui eſt in poteſtate patris, in Conſuet. Hannoniæ c. 42. 98. 106. Montenſi c. 6. 8. 9. 10. 36. & aliis. Ita *emancipatio* appellatur *miſe hors de pain*, in Montenſi art. 10. & Allevenſi art. 14.

Panem aut hoſpitalitatem dare, Wargis ſeu bannitis & fugitivis ſervis, vel eos *in hoſpitium colligere* vetitum.

in lege Salica tit. 57. §. 5. & tit. 59. in lege Burgund. tit. 6. & in legibus Wiſigoth. lib. 9. tit. 1. §. 4. 5. 6. ubi *humanitatem dare*, idem valet.

Panis & aquæ refectione damnati delinquentes Epiſcopi, in legibus Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 18. ut & Monachi, in Regula S. Iſidori cap. 18. in Concilio Taracon. I. can. 1. & Clerici, in Matiſcon. I. can. 5. in Turon. II. c. 18. 19. &c. *Pœnitentia in pane & aqua*, in Pœnitent. Egberti c. 31. 32. in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 2. lib. 7. c. 36. in Regula Canonicorum Metenſium Chrodegangi Epiſc. cap. 4. *Parco pane & aqua brevi, cum abundantia divini verbi, uſque ad ſatisfactionem frui*, in Concilio Metenſi an. 888. c. 9. *In pane, ſale, & aqua tantum corripi*, in Concilio Triburienſi an. 895. c. 8. 55. & Remenſi an. 923. Vide Rainardum Abbat. Ciſtercienſem in Conſtitut. ejuſdem Ord. c. 79. Nomaſticon Ciſterc. p. 287. 317. 365.

PANNEI *Lapides*, Imbrices, tegulæ. Theuton. *Panne*, & *Gleenpannen*. Chronicon Vindhemienſe lib. 1. cap. 11. *Quæ panneis lapidibus cæmento contexerunt.*

PANNICIDÆ, qui pannos ſcindunt, Sartores, *Tailleurs*, noſtris. Tidericus Langenius in Saxonia:

Sunt mercatores quibus attribuuntur honores.
Sunt pannicidæ pleni ſuper omnia fide.

PANNICLEROSUS. Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodorenſium cap. 51. *Quando ipſe intravit Eccleſiam, ſic nudum veſtimentis Preſbyterium, ſic Eccleſia corpus ornamentis exutum, ſic chorum cappis expoliatum reperit, ut in quinque tantum panniclerosis, & ſexta quæ bona erat, chorus pſallendo triumpharet*, &c. Fortè *pannoſis*, vel *panniculoſis*, id eſt detritis & in fruſta deciſis.

PANNIFICUS, pannorum confector. Charta Communiæ Belvacenſis an. 1182. *Ad extenſionem quoque pannorum penditoria æquali altitudine in terra affigi debent, & quidquid de penditoriis, vel de pannifico, vel de rebus pannificorum appendentibus forisfactum fuerit*, &c.

PANNUCEUS, Papiæ, *Pannoſus*. *Pannucea veſtis, quaſi pannoſa, dicta quod ſit diverſis pannis obſita.* Iſidorus lib. 19. cap. 22. habet *Pannutia*. Pro *obſita*, Ugutio legit *abſciſa*.

PANNULÆ, Vide *Panucla*.

PANNULULA, *Navicula textricum, quæ ejus diſcurſu panni texuntur.* Ugutio.

PANNUS, Portio, ſegmentum, vulgo *Pan*. Silveſter Giraldus de Hibernia expugnata cap. 21. *Militis quoque coxa ferro utrinque veſtita uno ſecuris ictu cum panno loricæ præciſa*, &c. Idem in Itinerario Cambriæ lib. 1. cap. 4. *Accidit — Militem quemdam ſuum in conflictu contra Wallenſes à quodam ipſorum per mediam coxam, cum panno loricæ ferreali ferro utrinque veſtitam ſagitta percuſſum eſſe.* Uſatici MSS. urbis Ambianenſis: *Il convarroit que chil qui le dete claime tenſiſt le teſmoing par le pan du ſercot, ou par le pan de la cote, ou par le pan de la cappe, ou par le pan du premerain garnement kil aroit veſtu, & cil qui le conduiſt doit dire, ſire Prevos, veſchi Robert qui chi eſt contre Huon qui la eſt*, &c.

PANNUS, Cambro-Britannis *Pan*, Pellitium, pili molliores, Gallis *Panne*. Tudebodus lib. 5. Itineris Hieroſol. *Et fecit illis magnum mercatum fieri de equis & aſinis, & pane & caſeis, & pannis, & omnibus bonis.* Regula Militum Hoſpital. S. Joannis Hieroſol. cap. 12. *Deinde pannos religioni noſtræ non congruos, nec pelles ſilveſtres omnino portent*, &c. Gervaſius Dorobernenſis an. 1188. *Statutum fuit — quod nullus habeat pannos deciſos ac laceatos.* Chronicon Voſienſe c. 74. *Barones tempore priſco munifici largitores vilibus utebantur pannis, adeo ut Euſtorgius Epiſcopus, Vicecomes Lemovicenſis, & Vicecomes Combornenſis arietinis ac vulpinis pellibus aliquoties uterentur, quas poſt illos, mediocres deferre erubeſcunt.* Adde Fletam lib. 2. c. 14. §. 2. Vide Diſſertat. 1. ad Joinvillam p. 130.

Penra, eadem notione, ex Gallico *Penne*. Statuta Ordinis de Sempingham pag. 715. de fratribus Pelliparііs: *Habeant unde pellicea & penna Sanctimonialibus & Sororibus Canonicis & Fratribus fiant.*

Panni Imperiales. Radulphus de Diceto an. 1178. *Comes Willelmus de Magnavilla Hieroſolymis rediit 8. Id. Octobris. Qui peregre profectus, ſicut altaria multarum per Angliam Eccleſiarum habuerat in memoria, ſic & rediens habuit in veneratione pannos, quos civitas Conſtantinopolis vocat Imperiales, paſſim locis diſtribuens Religioſis.*

Pannus oculi, Oculi albugo, λεύκωμα. Conſtantinus African. lib. de Gradib. *Petroleum — valet catarractis & pannis oculorum.* Idem lib. 2. de Morbor. curat. c. 2. *Panni in oculis fiunt & albugines ex vulneribus vel puſtulis.*

PANOSUS. Cælius Aurelian. Siccenſis l. 1. Tard. paſſion. c. 4. *Dabimus etiam tum cibum plurimum atque panoſum.* Ubi interpres *Panoſum* eſſe ait panem aridum, vel ſucco aliquo liquido conditum, vel jure.

PANSELENOS, *Tota lux noctis, ſcilicet Luna plena, vel Plenilunium.* Joanni de Janua. Vitæ Abbatum S. Albani p. 106. *Cum fuiſſet luna panſelenos.* Perperam

Panſenia, apud Felicem Monachum Girwenſem in vita S. Guthlaci n. 2. *Ad hujus utilitatis commodum hunc codicellum fieri ratus ſum, ut illis qui ſciunt memoriam tanti viri, nota revocandi fiat: his vero qui ignorant, velut lata panſenia indicium innoteſcat.* Ubi leg. *Panſelina*, ex Gr. [illegible], *plenilunium*, ſeu πανσέληνος, *Luna plena*, ut eſt in Gloſſ. Gr. Lat. Guill. Brito lib. 6. Philipp.

Procedunt igitur, & jam piger aſtra Bootes
Flexerat, & lento girabat plauſtra rotatu,
Panſelenonque poli medio ſe Luna ferebat.

Ita legendum, pro *Panſelumque*. Petrus Bleſenſis Epiſt. 8. de Luna: *Cum vero in plenitudine tota ſua eſt ſerena, Panſelenos.* Vide Martian. Capellam lib. 8.

PANT. Lex Friſion. in Addit. tit. 9. §. 2. *Servum alterius per vim ſuſtulit, quod Pant dicunt.*

PANTANUM, *Pantanellum*, Palus, ex Italico *Pantano*, *luogo pien d'acqua ferma, e di fango*: Acariſio, qui vocem Longobardam eſſe ait, *Il fango tenere e molle*: Pergamino, *aqua fangoſa*. Charta Benedicti PP. an. 1033. apud Ughellum to. 1. Ital. ſacr. part. 1. p. 121. *Vel alias turres quæ extenſæ ſunt ab una parte juxta terram veſtram, & pantanum cum eodem ipſo pantano ſaliente ad viam publicam*, &c. Et p. 144. *Cum — paſcuis & ſilvis, pantanis & rivis, cultis & incultis*, &c. Ita legendum p. 136. pro *pantariis*. Charta Friderici Imp. an. 1221. apud Rocchum Pirrum to. 2. p. 639. *Et ducere* (aquam) *per conductum per terras ipſius domus in parvum pantanellum ſuum, & piſcarium ibi habere*, &c. Alia ejuſdem Imp. an. 1229. ib. p. 640. *Tenimentum terrarum cultarum & incultarum, quod dicitur Pantanum ſalſum.* Dantes in Infern. c. 7.

Vidi genti fangoſe in quel pantano.

Joan. Villaneus lib. 9. cap. 68. *Ed erano ſi circondati di pantano, che ſi non poteva appena andare dal un padiglione all'altro.* Adde cap. 70. V. Menagium.

PANTHEMA. Eckehardus junior de Caſibus S. Galli cap. 3. pag. 59. de quadam imagine ab ipſa Deipara depicta: *In bractea autem ipſa aurea cum reliquiſſet circuli planitiem vacuam, neſcio cujus arte poſtea calati ſunt apices:*

Hoc panthema pia calaverat ipſa Maria.

Puto legendum *anthema*, ſeu potius *anathema*, ex Gr. ἀνάθημα, *donarium*.

PANTHERA, Retis ſpecies qua capiuntur anates. Deſcribitur à Petro Creſcentio lib. 10. de Agricult. cap. 17.

PANTIATUS, Ventroſus Plinio, *ventrioſus* Plauto, Græcis γαστρώδης, Gallis, *Panſu*. Vir *pantiatus*, venter *pantiatus*, apud Michaëlem Scotum lib. de Phyſionomia cap. 21. & 85. Vide *Pancerea*.

PANTOCHARTA, Vide *Pancharta*.

PANTONERIA, Burſæ, ſeu marſupii ſpecies, in Fleta lib. 2. c. 82. § 2. forte pro *Panneteria.*

PANTONIUM, *Navigium tardum & grave*, Papiæ. Sed legendum *Pontonium*. Vide in hac voce.

PANTUS. Omnis, ex Gr. πᾶς, παντός. Aldhelmus Abbas Malmeſburienſis: *Pantorum procerum, Pratorumque pro potiſſimum patrvoque præſertim privilegio*, &c.

PANUCLA. Iſidor. lib. 19. c. 29. *Pannucia, vel panucla, dicta, quod ex iis panni texantur: ipſa enim diſcurrunt per telam.* Ubi Papias legit *Pannula*. Gloſſ. Ælfrici cap. de veſtibus: *Panucla*, ʒeclutaꝺ hꝛæʒel, i. conſuta veſtis. Ubi Somnerus *pannutia* reponendum cenſet. *Panulca*, nudè habent Gloſſæ Arabico-Lat. Vide Meurſium in [illegible].

PANUCELLIUM, penus, vel locus recondendo pani, quo caſu legendum eſſet *Panicellium*. Gloſſ. Lat. Gr. *Panicellium*, [illegible]. Salmaſius reponit [illegible].

PANUCULA, morbi ſpecies. Miracula S. Richarii lib. 2. cap. 3. *Cui poſt hanc vocem morbus venenoſa lacerta, ſive panucula, miſerabiliter inolevit, quo morbo tertia die vitæ terminum poſuit.* Nonio, *Panucula*, eſt tumor ſub auribus vel inguinibus: πανούκλα, Alexandro Tralliano, *Panicula*, Plinio lib. 3. de Medic. c. 27. Vide *Papilla.*

Panucula, Papias: *Panus, lignum in quo trama componitur: dictum quod eo panni texantur. Idem diminutivum, hæc Panucula.* Vide *Panucla*. Gloſſ. Gr. Lat. πῆνίον, *Penus, penucula*: legendum *panus*, & *panucula*, mox: πηνίον, *Panuculum*. Vide Salmaſium ad hiſt. Aug. p. 127.

PAPA. Papias: *Papa, Admirabilis, major, pater, & cuſtos. Papa, paternitatis nomen eſt*, inquit Walafridus Strabo de Rebus Eccleſiaſt. cap. 7. & promiſcuè olim datum Epiſcopis, quos nudè *Papas* vocabant. Hinc veterum epiſtolæ Epiſcopis inſcriptæ hanc formulam fermè ſemper præferunt, *Domino Papæ N. ſalutem*, ut patet ex S. Auguſtino Epiſt. 13. 18. 222. 256. S. Hieronymo Epiſt. ad eundem Auguſtinum, & aliis quos laudat Joachimus Vadianus lib. de Primitivæ Eccleſiæ ſtatu, ſub finem, Bignonius ad lib. 1. Marculfi, Savaro ad Sidonium l. 1. Epiſt. 6. Ita *Papæ* paſſim Epiſcopi dicuntur apud ſcriptores. Prudentius in Paſſione Hippolyti Martyris ad Valerianum Epiſcopum:

Rorantes ſaxorum apices vidi, optime Papa.

Series Epiſcoporum Metenſium ſcripta ſub Carolo M.

Nobilis in cunctis, Papa Chrodegangus habetur.

Tortarius Floriacenſis de Tranſlat. S. Mauri, cum ſe Epiſcopum fuiſſe inſinuaſſet, priuſquam Benedictinum induiſſet habitum, hæc ſubdit:

Gratum eſt ut coram Legiſlatore rependam
Servitium Domino, præſente mihi Benedicto,
Illius & normam juxta deducere vitam,
Quam me barbarico Papam contradere ludo.

Adde Gregorium Turon. lib. 2. hiſt. c. 27. lib. 10. c. 1. Anaſtaſium in Collatione S. Maximi Martyr. p. 116. Vitam S. Domitiani Confeſſ. apud Guichenonum p. 229. &c. Sed & *Papa* pro Epiſcopali dignitate ſumitur interdum. *Papa urbis Turonica*, apud Gregor. Turon. lib. 4. Hiſt. c. 26.

Papæ nomen ac titulum *Hieroclam*, ſeu, ut ab Eutychio in Originibus Alexandr. appellatur, *Heraclam*, Patriarcham Alexandrinum, uſurpaſſe tradit Chronicon Orientale p. 115. & idem Eutychius: exinde idem titulus cæteris Alexandrinis Præſulibus tribuitur à ſcriptoribus, uti obſervatum à Seldeno ad eundem Eutychium, Goaro ad Theophanem p. 578. & Allatio lib. 1. de Conſenſione utriuſque Eccl. c. 18. p. 262. 263. & aliis. Apud Facundum Hermianenſem lib. 4. cap. 2. S. Athanaſius *Papa noſter Athanaſius* dicitur. Adde Pachymerem lib. 10. c. 32. &c. Verùm non Alexandrino Patriarchæ proprius fuit titulus, cum & Conſtantinopolitano & Hieroſolymitano tribuat Avitus Viennenſis Epiſt. 7. & 23. communiſque fuerit omnibus Epiſcopis appellatio.

Papæ denique nomenclatura donati ſoli Pontifices Romani, ex decreto ſcilicet Gregorii VII. qui in Synodo Romana ſtatuit, ut Papæ nomen unius eſſet in orbe Chriſtiano. Vide Baronium ad 10. Januarii, & Sirmondum ad Ennodii lib. 4. Epiſt. 1.

Papatia, Papatus, ſeu dignitas Papalis. Flor. Wigorn. an. 1044. de Benedicto PP. *Hic cum Papatiam emiſiſſet.*

Papatus, eadem notione. Leo Oſt. lib. 2. c. 79. *Joanni nomine, qui quaſi religioſior habebatur, Papatum tradidit.*

Papare, ſummum Pontificatum obtinere. Laurentius Leodienſis in Epiſcopis Virdunenſib. *Qui eſt annus 1144. Verbi Dei incarnati, & ſeptimus Conradi regnantis, primus Lucii papantis*, &c.

PAPAGEN. Ebrardus Betunienſis contra Valdenſes c. 25. *Induimini purpura & byſſo, id eſt papagen, quaſi cultum bonæ vitæ habentes exterius, potius ad nitorem, quam ad utilitatem.* Ubi Gretzerus, ad marginem: *Num vocula Germanica papages, quaſi dicat, Hæretici veſtri inſtar multicolorium pſittacorum?* Sanè nos etiam Pſittacos *Pappeguez* appellamus. Corona pretioſa: παπαγᾶς, *pſittacus*, [illegible]. Itali *Papagallo* dicunt: *Papagoſo*, Joannes de Janua, in *Pſittacus*. Areſtum 9. Maii an. 1321. *Unam capellam albam operatam de brodaria cum papegaldis aureis.*

PAPARE, *puerorum eſt, ſicut manducare virorum*. Papias. Vide Perſium ſat. 3. & ſupra in *Papa*.

PAPARELLUS, Parvus Papa. Hugo Flaviniac. in Chronico p. 227. de Wiberto Antipapa: *Aliquando enim magnum erat, ſi quis regium oſculum merebatur, gratum ſi quis veſtigia Papæ oſcularetur; nunc verſa vice rerum, quicunque inventus fuiſſet, tenebatur, nec antea dimittebatur, niſi pedem paparelli illius oſcularetur, & ſic demum oſculo Regis potiebatur.*

PAPAS, Pædagogus. Gloſſ. Iſid. *Papas, Pædagogus, qui ſequitur ſtudentes.* Papias: *Papas, pediſſequus, pædagogus. Papas, pædagogus. Pædagogus, puerorum eruditor, idem & Papas, id eſt cuſtos.* Juvenalis ſat. 4.

—— timidus prægustet pocula Papas.

Ejuſdem Scholiaſtes ad ſat. 7. v. 218. *Eunuchus, Pædagogus, aut communis carens ſenſu, proprium Papatis.* Petrus Damian. lib. 7. Epiſt. 12. *Dimiſſus itaque puer in medio, ſine papate, vel gerula, cœpit ire*, &c. Leo Oſt. lib. 2. c. 29. *Monitus à papate ſuo ut ſine ſuſpicione alicujus fugere poſſet, monaſtica veſte indutus, fugam arripuit.* Occurrit in vita S. Adalberti Epiſcopi Pragenſis cap. 14. 17. apud Surium 23. April. & in Actis SS. Viti & Modeſti, apud eundem Surium. In Gloſſa MS. ad diſticha Magiſtri Cornuti, *Papas, tis, garcianus coquinæ*, dicitur. V. Dantem in Purg. 15.

Papas, Papatus, Clericus, vel Sacerdos. Acta Romanæ Synodi ſub Zacharia PP. apud Othlonum in vita S. Bonifacii Mogunt. lib. 2. cap. 5. *Et ipſa Epiſtola* (D. Jeſu Chriſti) *per manus Angeli Domini pervenit ad Romanam civitatem ad locum ſepulchri S. Petri, ubi claves regni cælorum conſtituta ſunt, & duodecim Papati qui ſunt in Romana civitate triduanas fecerunt vigilias, in jejuniis & orationibus.* &c. Innocentius III. PP. lib. 15. Epiſt. 60. ad Thebanum Archiepiſcopum: *Canonici ejuſdem Eccleſiæ obtinuerunt ab eo medietatem omnium Monaſteriorum & Papatuum, in quibus tres Monachi vel pauciores morantur.* Lib. 16. Ep. 98. ad Epiſcopum Amyclenſem: *Abbatiarum, Eccleſiarum, Papatuum, decimarum & poſſeſſionum ad eorum Eccleſias pertinentium illicitos detentores.* Et Epiſt. 115. ad Cardicenſem Epiſcopum: *Quia verò conſtitit nobis, quod Hoſpitalarii habebant ſeptem homines Eccleſiæ Cardicenſis, ſcilicet Papam Leonem, Joannem Fot, &c. Jubemus illos reſtitui. Præterea omnes Abbatias & Papatus in tenimento Hoſpitalis conſtitutos*, &c. Ubi *Papatus* videntur eſſe qui Obedientiæ, ſeu *Prioratus*, noſtris dicuntur. Boſquetus reditus & beneficia mi-

norum Clericorum interpretatur, quos vulgo παπάδας Græci appellant. Goarus ad Cedrenum has voces, παπίας, & παπᾶς, diſtinguit: & alteram ſummo Pontifici, alteram Clericis minoribus convenire ait. In Iſaacii Comneni Nov. ὅτι καὶ οὗτοι εἰσὶ παπᾶ, ἤτοι ἀναγνώστην. Quibus verbis innuitur *Lectorem* eſſe ex infimo Clericorum ordine, ſimplicemque eſſe Clericum. Atque ita vocem παπᾶ, pro Clerico uſurpaſſe Byzantinos conſtat. Theophanes p. 83. ait Cyrum Præfectum Prætorio cum ſibi timeret à Theodoſio Imp. in Eccleſiam confugiſſe, factumque eſſe *Papam*: ὁ δὲ φοβηθεὶς τὴν ἐκκλησίαν, ἐγένετο παπᾶς. Et Heraclius cùm Criſpo Patricio dignitatem abrogaſſet, & εἰς κληρικὸν σχῆμα τὴν κεφαλὴν ἀποκείρασθαι juſſiſſet, recitatis à Patriarcha ſolennibus precibus, de eo poſtmodum ad milites verba faciens, παπᾶν λέγων appellavit, ut eſt apud Nicephorum Conſtantinop. in Breviario p. 16. 1. edit. Et apud Nicetam Choniatem in Iſaacio lib. 1. n. 2. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς, ἱερεῖς ἔθυον ἀνὰ τὸ θυσιαστήριον, ποῦ ποτ᾽ ὁ παπᾶς, λέγοντες, *Et in templa confugientes mactabant, ubi eſſet Papa, rogitantes*, id eſt ædis Sacerdos: nam & in Epiſt. Barbaro-Græca Beſſarionis Cardinalis edita à Meurſio p. 59. παπάδες pro Preſbyteris etiam accipiuntur, uti παπαδίσκοι, in Actis S. Eliæ junioris à Combefiſio editis p. 199. pro *ſacrificulus*, uti Preſbyteros noſtros vocant Calviniſtæ: & παπαδία, pro *Sacerdotiſſis*, in Gloſſis Græcobarbaris. Scribit præterea Scaliger lib. 7. de Emendat. temp. p. 684. Æthiopes, Sacerdotes *Papaſath* hodie vocare, ut Epiſcopos *Epiſcopaſath*. Sed & Indos ſummos ſuos Pontifices *Papas* appellare etiamnum tradit Joſeph à Coſta lib. 5. cap. 14. p. 232. de qua appellatione, vide Franciſc. Lopes de Gomara lib. 2. c. 89. Quinetiam Græcis recentioribus vox παπᾶ præponi ſolebat Hegumenorum nominibus, quomodo vox *Pater* apud Latinos. Concilium Calchedon. act. 1. ἀδελφὸς τοῦ παπᾶ Ἀβραάμιος. Alibi de Eutychete Archimandrita hæretico: ὁ παπᾶς Εὐτυχής. Lamentatio MS. de capta Conſtantinop. παπάδες, ἡγούμενοι, &c. Walafridus Strabo lib. de Reb. eccleſ. cap. 7. *Papa* nomen *paternitatis* appellationem eſſe ait, & *Clericorum congruere dignitati*. Quod etiam colligitur ex vita Zozimi Epiſcopi Syracuſani num. 16.

Papas. Iſidor. lib. 19. cap. 27. de lanis: *Byſſum genus eſt quoddam lini nimium candidi & molliſſimi, quod Græci Papatem vocant.*

Papaver. Vetus Charta apud Jo. Schefferum ad Chronicon Upſalienſe p. 152. *Obtulit caſulam dalmaticam & ſubtile cum duabus cappis, omnia de papavere. Item duo ſuppellicea de iis.* Infra: *Item aliud par dorſalis & antependii de papavere. Item deputabantur duo panni de papavere ad ponendum ſuper ſepulchrum in ſolennitatibus.* Occurrit rurſum ibi. Exceptio corporis ſancti Florentini Latiniacum MS. *Inſcriptio* (brevis) *hæc erat: Hic requieſcit, &c. Erat autem ſcriptum in papavere.*

Papelardus, Hypocrita, Adulator, Simulator: qui *Papa* frequenter exclamat, vel qui ut infantes, qui *Papas*, parentes vocare ſolent, voce adulatoria uti conſuevit. Scio eſſe quoſdam qui à πανουργία, aſtutia, alios qui à *palpel* Hebraico, i. acuere ingenium, deducunt: ſed valeant iſtæ originationes nimis ridiculæ. Galli *Papelard* dicunt. Peraldus in Summario virtutum & vitiorum tit. de Prudentia: *Caro decipit ſicut papelardus, qui dicit ſe infirmum & pauperem, cum non ſit.* M. Robertus de Sorbona in ſerm. de Conſcientia: *Si tales homines cum ſint cum Papelardis viris & Religioſis, dicunt, Orate pro me*, &c. Infra: *Imo propter hoc dicuntur papelardi, quia frequentant Confeſſiones.* Philippus *Mouskes* in S. Ludovico:

Mais li Beguin & papelart
Furent encontre d'autre part.

Le Roman du Chevalier au Bariſel,

S'irai avec ches Papelards.

Joannes de Condato in Dominicanos, MS.

Il vont faiſant le papelart,
Si ont le cuers plains de mal art.

Gualterus Metenſis in Mappamundi MS.

Tels ſont chil à ces capes grans,
Con dout bien appeler truhans,
Qui papelart nommer ſe font,
Et à droit, car papelart ſont,
Adont ont à nom papelart,
Car avoir veulent tout le lart,
Et le plus bel de l'autre gent
Par fauſſe chiere, & faus ſemblent, &c.

Paperes, pro *papyri*. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 8. c. 2. *Facti fuerunt ſulli omnium ſanctorum, & laboreria pannorum lanæ, & cartarum paperum ceperunt Paduæ.*

Papias, & *Pappias*, Cuſtos Palatii apud Byzantinos Imperatores. *Cuſtos Palatii, Papias, & Oſtiarius*, in VIII. Synodo act. 5. De qua dignitate vide quæ obſervavimus ad Cinnamum pag. 480.

Papilio, Tabernaculum, Tentorium; noſtris *Pavillon*. Gloſſæ vett. *Papilio*, σκήνωμα. Jo. de Janua: *Papiliones dicuntur tentoria ad ſimilitudinem papilionis avis volantis.* Papias: *Papiliones, tentoria dicuntur à ſimilitudine parvi animalis: hæ ſunt aviculæ: lumine accenſo conveniunt, & circa volitantes ab igne proximè interire cogantur.* Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Papilio*, ȝanȝ-ȝeteld, i. tentorium. Auguſtinus lib. 1. Locutionis de Geneſi: *Cum eſſent cubicula aut tentoria, quos etiam papiliones vocant.* Hugo de Cleeriis de Seneſcallia Franciæ: *Inſuper cum Comes in exercitu Regis perrexerit, Seneſcallus Franciæ papilionem centum Militum capacem ei præparabit, & ſommarium ad illum portandum, & chordas, & paxillos*, &c. Utuntur Vegetius lib. 1. c. 3. 23. lib. 2. c. 13. lib. 3. c. 10. Spartianus, vetus Interpres Biblior. non uno loco, Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 5. Annales Francor. an. 799. &c. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 108. Altfridus in Vita S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. n. 6. Odo Cluniac. in Vita S. Geraldi lib. 1. cap. 27. Tudebodus p. 787. & alibi non ſemel, Geſta Conſul. Andegav. cap. 13. n. 7. Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſtis Frider. c. 31. Helmodus lib. 1. cap. 61. Conradus Urſpergenſis an. 1101. Will. Brito lib. 8. Philipp. p. 197. Guillelmus de Podio-Laurentii, & alii ſine numero. Sic παπυλεῶνα dixerunt Græci recentiores. Procopius lib. 2. Perſic. cap. 21. καλύβην ἐκ παχείας τινὸς ὀθόνης πεποιημένος, ἣν δὴ παπυλεῶνα καλεῖν νενομίκασι, &c. Joannes Antiochenus Malala apud Edw. Bilſeum, ſeu Chronic. Alexandr. de Juliano Imp. καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἴδιον παπυλεῶνα ἀπὸ τῆς ἱππου, πληγείς. Vide idem Chronicon Alexandrinum p. 626. & Meurſium in παπυλεών.

Pampilio in Geſtis Ludovici VII. Regis Franc. cap. 19. 22.

Papiliones, Nummi aurei Francici ſic dicti, quod Rex in iis ſub *papilione* in throno ſedeat. Vetus Regeſtum: *A 14. Novemb. 1338. uſque ad 14. Jan. 1339. fiebant papiliones ponderis 48.* Vide *Moneta*.

Papilio, *ſcyrpeum vaſculum*, Papiæ. Sed infra *Papyrio* ſcribitur.

Papula, ulceris ſpecies. Vita S. Dominici Abbatis Sorani in Italia n. 21. *Cum ecce inter eundem lethali ulcere, quod papulam vulgus vocat, à maxilla invaditur.*

Papyrus, Planta naſcens in paluſtribus Ægypti, aut quieſcentibus Nili aquis, ex cujus libro texebantur vela, tegetes, veſtes, ac funes, ut docent Theophraſtus lib. 4. Hiſt. plant. cap. 9. & Plin. lib. 13. c. 11. Hinc non ſemel ſtoreas Monachorum, & *mattas* ex papyro confectas legimus. Regula Solitariorum c. 47. *Habui etiam lectos ex auro veſtitos & pretioſiſſima ſtramenta: & pro his dedit mihi Deus ſtramentum hoc de papyro; & hanc pellem.* Petrus Damiani in Vita S. Romualdi n. 38. *Ipſe in ſtorea de papyro confecta, tenera delicati corporis membra terebat.* Idem lib. 1. Ep. 19. *Papyrina ſtorea ſtramenta.* Et lib. 6. Epiſt. 30.

In eremo ſtratum molle juncus eſt, vel papyrus. Apud Marcellum Empiric. lib. de Medicam. c. 10. *linum vel papyrus ligata*, &c. Cap. 34. *Lanugo de papyro.* Denique Tertullianus ſive Cyprianus ad Senatorem:

——— caligaque remota,
Gallica ſit pedibus molli redimita papyro.

Sed hæc nota. Vide Salmaſium ad Solinum pag. 1003.

Præterea *papyrum* in lucernis & cereis adhibitam non ſemel obſervare eſt vice ellychnii. Jo. de Janua: *Dicitur papyrus, quaſi parans pyr, i. ignem, eo quod in cereis & lampadibus ponitur ad ardendum.* Idem: *Dicuntur funalia licinii à funibus, inter ceram, quos ante uſum papyri cera circumdatos habuere majores.* Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 8. *In quo* (cicindeli) *nec papyrus addita, nec olei gutta ſtillantis adjecta*, &c. Marcellus Emp. cap. 8. pag. 70. *Lucernam fictilem de papyro & medulla vaccina concinnato.* Paulinus Natali 3.

Clara coronantur denſis altaria lychnis,
Lumina ceratis adolentur odora papyris.

Idem Nat. 7.

Interea meus iſte choro digreſſus amico,
Ut ſpirante foris aura depelleres æſtum,
Quam famoſa dabat ceratis cella papyris.

Drepanius de Cereo Paſchali:

Æquoream cohibet formatrix cera papyrum,
Cera domus mellis, &c.

Gregorius M. lib. 1. Dialog. c. 5. *Omnes lampades Eccleſiæ implevit aqua, atque ex more in medio papyrum poſuit.* Fortunatus lib. 2. Vitæ S. Hilarii ſub finem: *Quantum fuit cerei longitudo, cera jacens inventa eſt, papyro conſumpta*, &c. Althelmus de Laude Virg. cap. 21.

Papyrus in medio radiabat lumine centro.

Bombacina papyrus in candelis, in Conſtitut. Sicul. lib. 3. tit. 36. §. 1. *Papyrus candelarum*, apud veterem interpretem Juvenal. ſat. 3. v. 287. & Vegetium lib. 2. Artis veterin. c. 57. Serapion: *Eſt alius papyrus, quem Latini vocant papirum, vel charta ſilago, qua utuntur Sacerdotes pro vivificando lumina in Eccleſiis.*

Papiriones, loci ubi creſcunt papyri, Mamotrectoad 2. Exod. *Chartarii loci*, Apuleio lib. de Virtutib. herbar. c. 1.

PAPONIUS. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Paponius*, ꝺꞃuncen. i. Ebrius. Gloſſ. Arabico-Lat. *Paponius, ebrioſus.* Infra; *Papotemia, ebrietas*, ſed legendum videtur *papotemia*. His locis *bibonius* reſtituunt viri docti; potuiſſent etiam *popinius*, à popina, reſtituere.

PAR, conjux, in lege Ripuar. tit. 49. apud Marculfum lib. 1. form. 12. lib. 2. form. 5. 30. 39. &c. Matthæus Vindocinenſis in Thobia:

Sponſa datur juſto ſobria parque pari.

Le Roman d'Aubery:

Avoir la puet à per & à moillier.

Paſſim ibi. Vide *Compar*.

Par Apoſtolis, appellatus fuit S. Martinus, propter miraculum illud, quod in Turonibus accidit, dum ſacra celebraret, (de quo Sulpitius Dial. 2. c. 2. Fortunatus lib. 1. Poëm. 5. lib. 10. Poëm. 5. & lib. 3. de Vita S. Martini) uti ſcribunt Beletus de Divin. offic. c. 163. & ex eo Durandus in Ration. lib. 3. cap. 17. n. 13. & lib. 7. cap. 27. Adde Udalricum lib. 1. Conſuet. Cluniac. cap. 45. Sulpitius Severus in illius vita lib. 2. *Eſt enim ille, ubi eſt, conſertus Apoſtolis ac Prophetis, & quod pace Sanctorum omnium dixerim, in illo juſtorum grege nulli ſecundus.* Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Compar Apoſtolicis meritis æquanda Prophetis.

Vita MS. S. Arnulphi Creſpienſis, de S. Martino: *Sanctiſſimus, & nulli poſt Apoſtolos ſecundus.* Adde Odonem Cluniac. in tract. cui titulus, *Quod Beatus Martinus Par dicitur Apoſtolis*, & Petrum Dam. Ισαποςόλυ titulum variis Sanctis conceſſum etiam docemur ex Menæis Græcorum, atque in primis S. Theclæ, S. Alberico Epiſcopo Hierapolitano, Conſtantino M. & Helenæ matri, Mariæ Magdalenæ, & aliquot aliis. Id de Conſtantino teſtantur potiſſimum Euſebius in illius vita lib. 4. c. 71. Joan. Damaſcenus in Synodica ad Theophil. Imper. Anna Comnena lib. 14. Alex. Cinnamus lib. 1. Balſamon, Manuel Comn. Nov. 1. & alii. Ermanricus in vita S. Soli cap. 1. *S. Solus Apoſtolis in omni actione ſua pene conſimilis.* Et in hymno de eodem:

Vita conſimilis vixit Apoſtolis.

Par Litterarum, Gallis, *une paire de lettres.* Ita unicam Epiſtolam vocabant, quod complicata quaſi binas efficere videatur. Matth. Paris: *Ubi Falcaſius cecidit in miſericordiam Regis de pluſquam triginta paribus literarum*, &c. Radevicus lib. 3. de Geſt. Frider. c. 10. *Multa paria litterarum apud eos reperta ſunt.* Chronicon Belgicum p. 222. *Miſit — duo paria literarum*, &c. *Par mularum*, in l. 22. D. ad legem Aquil. *Poculorum paria duo*, in l. 3. D. de leg. 3. *Duo paria boum*, apud Monachum Sangallenſem lib. 2. cap. 21. Leo Oſt. lib. 3. cap. 57. (al. 58.) *Alia candelabra argentea cum malis cryſtallinis parium unum. Bazili de argento parium unum.* Occurrit ibi pluries & cap. ult.

Pares, qui ejuſdem ſunt conditionis, vel dignitatis, in Lege Aleman. tit. 93. in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 71. 72. apud Marculfum lib. 1. form. 32. in Præcepto Ludovici Pii an. 816. to. 2. Hiſt. Franc. p. 322. &c. Fredegarius Scholaſt. in Chron. an. 762. *Factum eſt autem ut Auſtraldus Comes, & Galemanus itemque Comes, cum paribus eorum, ad propria reverterentur.* Mox: *Contra quem Adalardus Comes Cavalonenſis, & Auſtraldus idemque Comes, cum paribus eorum contra eum venientes*, &c. Charta Dagoberti Regis Francorum, ſeu Auſtraſiorum, apud Henſchenium lib. 2. de tribus Dagobertis cap. 8. *Taliter per ſuam præceptionem ad ipſa loca ſanctorum viſus eſt conceſſiſſe, & hoc ad præſens pares ipſius Monaſterii poſſediſſe.* Alia Grodegangi Epiſcopi Metenſis apud Meuriſſium p. 167. *Ego Grodegangus una cum voluntate illuſtriſſimi Pipini incliti Francorum Regis avunculi mei, & cum conſenſu omnium parium noſtrorum Epiſcoporum, Abbatum, Preſbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, vel omni clero ſeu & hominibus ſancti Stephani Metenſis Eccleſiæ, cogitavi caſum humanæ fragilitatis*, &c. Epiſtola Nicolai PP. ad Henricum Archiepiſcop. Turonenſem, apud Baron. 866. n. 45. *Ad quorum venerandum Conventum Wlphadum quoque* (Epiſcopum) *cum jam præſignatis paribus ſuis vos aſtare procul dubio volumus*, &c. Hariulfus lib. 4. cap. 21. de Hugone Comite Pontivi: *Ob hoc reliquis paribus ſuis Hugo Abbatenſis fortior factus eſt*, &c. Curia Generalis Cataloniæ an. 1291. *Si aliquis reptabit aliquem Militem, & dabit parem vel contraſimilem, quod non poſſit ipſum dare, niſi ſit Miles, vel filius Militis pro ſuo genere.* Agitur de duello. Vide *Creſcere*. Ita *Pares* ſe ſe invicem appellant filii Ludovici Pii Imperatoris, in Conventu apud Marſnam an. 851. cap. 2. 3. in Synodo apud Vermeriam an. 853. c. 9. in Capit. Caroli C. tit. 14. c. 1. tit. 16. c. 10. tit. 18. c. 4. tit. 19. tit. 26. c. 2. tit. 32. cap. 1. 14. in Epiſtola Epiſcopor. ad Ludovicum Regem c. 12. in Edicto Piſtenſi c. 30. in Conventu Furonenſi an. 879. c. 1. in Annalibus Francor. Bertinian. an. 851. &c.

Compares, eadem notione. In veteri Notitia an. 926. apud Beſlium in Comitibus Pictavenſib. p. 219. *Et dixit eis ut venirent comitantes ipſum uſque Orbiacum, & ipſe ibi cum ſuis comparibus Boſone ſcilicet & Berengario — occurreret eis.* Ita apud Baldricum Noviomenſem lib. 3. c. 75. *Compares* ſunt *Pares*, feudales, & in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 34.

Pares exinde appellati unius domini convaſſalli, quod ratione hominii ac *tenuræ* ſibi invicem *pares* ſint, uti-

qui domino ſubſint : à quibus ſolis judicari poterant. Nam convaſſalli diverſarum Baroniarum ſeu territoriorum, eidem domino ſubjecti, non dicuntur propriè *Pares*. A paritate igitur conditionis & dignitatis appellatio iſta profluxit : unde qui aliis *Pares*, dicuntur *Æquales*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 12. §. 2. *Bannitus, id eſt dignus officio Scabinorum, licite quemlibet ſententiare poteſt : ipſe autem à nullo, ubi vitam, honorem, aut hæreditatem attigerit; ſed duntaxat à ſuis æqualibus ſententias aut eorum increpationes patitur.* In eandem ſententiam Leges Henrici I. Regis Angl. c. 31. *Unuſquiſque per Pares ſuos judicandus eſt, & ejuſdem provinciæ : peregrina verò judicia modis omnibus ſubmovemus.* Proinde jure exploditur virorum doctiſſimorum ſententia, qui *Pares* à *Patriciis Francicis*, de quibus ſuo loco, deducunt, ut Budæi ad l. ult. de Senatorib. Turnebi lib. 15. Adv. cap. 16. Paſchaſii in Diſquiſitionib. Francicis lib. 2. cap. 9. Pithœi ad Conſuet. Trecenſ. art. 1. Chopini lib. 3. de Doman. tit. 7. n. 3. Loiſelli in rebus Bellovac. c. 5. & aliorum.

Tenebantur porro Pares judiciis dominicis intereſſe, judiciumque munere fungebantur : & ad id adſtringebantur feudorum ſuorum obſignatione, vel cuſtodum in iis poſitione, *par ſaiſie de leurs fiefs, & par eſtabliſſement de gardes*, ut eſt apud Bellomanerium cap. 65. Nam ut habent Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. c. 36. *Se ainſi n'eſtoit, le Seignour ne poroit court tenir, tele come il doit, ne les gens avoir leur raiſon, ſe le ſeignor ne pouvoit ſes homes deſtraindre, ſi com il eſt ci deſſus dit, à faire les eſgards ou conoiſſances, qui ſont miſes ſur eaux à faire.* Vide Conſuetudinem Soleſem tit. 2. art. 3.

Quod ſi legitimam excuſationem haberent, quominus poſſent judiciis dominicis intereſſe, tenebantur eo caſu paris ſibi conditionis vicarios ſubmittere, qui eorum locum tenerent in iiſdem judiciis. Bellomanerius cap. 67. *Nus por ſervice qu'il ait, n'eſt eſcuſes de fere jugement en la court là ù il le doit fere d'ouvrage ; mès s'il a aucun loial enſoine, envoier i pot home qui ſelon ſon eſtat pot repreſenter ſa perſonne.*

Habetur formula ſubmonitionum *Parium*, ex parte Domini, quò ad agenda judicia convenirent, in Regeſto Parlamenti Pariſienſis continente Acta juridica in Robertum Atrebatenſem fol. 91. in hæc verba : *A touttes les journées qui furent aſſignées à Monſ. Robert d'Artois, & à faire tout le procez fait contre luy, furent adjournez les Pairs de France en la forme & maniere qui enſuit. Philippe par la grace de Dieu Rois de France, à tel . . . Per de France, ſalut & dilection. Comme nous à la requeſte de noſtre Procureur ayons fait adjourner noſtre feal Robert d'Artois Comte de Biaumont & Per de France à la quinzaine, du jour de Feſte S. Andrieu prochaine venant 14. jour du mois de Decembre à Paris pardevant nous, ou pardevant noſtre Court ſouffiſament garnie de Pers & d'autres ſi comme il appertient, pour reſpondre à certains articles criminels & civils, qui touchent & povent touchier le fait de ſon corps & de ſa perſonne, & de la Parrie que il tient, & pour faire audit Procureur, & audit Comte, droit & juſtice, ſi comme raiſon donra. Pour ce nous adjournons vous qui eſtes Per de France à ladite journée & audit lieu, pour faire ès choſes deſſuſdites & ès appartenances d'icelui ce qui appartient a faire à ladite journée, tant comme il vous puet touchier ſelon ce que raiſon ſera. Et neantmoins nous vous mandons que vous nous reſcrivez ſous voſtre ſeel le jour & l'eure que vous aurez les lettres receues. Donné à tel lieu, &c.* Deinde hæc verba ſubduntur : *Suppoſé que les adjournemens ne fuſſent ainſy faits, n'y a force, quar jà ne ſera trouvé que le Roy ſoit aſtraint à certaine forme de adjourner ſes Pers, puis que la cauſe li touche, c'eſt aſſavoir ſon office : quar il ne ſont mie appellez Pers, pource que il ſoient Pers à lui, mais Pers ſont entre eux enſemble. La forme des preſentations & des adjournemens. Ph. par la grace de Dieu Rois de France, à tel Bailly, &c. Salut. Nous te envoions unes lettres ouvertes, par leſquelles nous adjournons noſtre amé & feal tel Per de France à tel jour, &c. à Paris pour certaine cauſe, ſi comme il eſt plus plainement contenu audit adjournement. Si te mandons, & ſi meſtier eſt commettons que tu en ta perſonne, ou par perſonne convenable preſentes & bailles audit tel Per, noſdites lettres & adjournement, & li requier de par nous, que il nous certifie, du lieu & du temps que il aura receu ledit adjournement, & de ce que tu auras de ce fait, nous reſcris fealment ſous ton ſeel à ladite journée. Donné, &c.* Ubi prætereà obſervandum, *Pares Franciæ adjornari ſolum per Regem, & non per alium judicem, quia non ſunt ſubjecti Ballivis, nec Seneſcallis, nec de ipſorum reſſorto*, ut eſt in ſtylo Curiæ Parlam. part. 1. cap. 3. Adde c. 30.

Parium autem judicia in ipſos *Pares* & convaſſallos exercebantur ; adeo ut ſi aliqua oriretur controverſia inter ipſos Pares, dirimi non poſſet niſi in conventu, & judicio *parium* ſuorum, domino ipſo feudali præſide. Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſtis Friderici c. 31. de Hungaris : *Nulla ſententia à Principe, ſicut apud nos moris eſt, per pares ſuos expoſcitur, — ſola ſed Principis voluntas apud omnes pro ratione habetur.* Odo Comes Campaniæ apud Fulbertum Epiſt. 96. *Nec ſibi competere dicebat, ut me ad tale judicium exhiberet ſine conventu Parium ſuorum.* Will. Brito lib. 6. Philipp. pag. 159.

Accedant igitur prius ad me, judicioque
Sicut noſtro, faciam quicquid jus ingerit illis,
Conſilioque illos Parium tractabo ſuorum.

Et lib. 9. p. 224.

Quamvis pactus erat Regi, Paribuſque quod æqua
Mente ferat quicquid ſuper his Rex imperet illi.

Matth. Paris an. 1226. *Adjiciunt etiam quod nullus de regno Francorum debuit ab aliquo jure ſuo ſpoliari, niſi per judicium 12. Parium.* Adam Epiſcopus Herefordenſis ab Edwardo II. Rege Angliæ proditionis accuſatus, negavit *ſe Epiſcopum ad tam ardua reſponſurum, nec debere abſque domini Cantuarienſis Archiepiſcopi, poſt ſummum Pontificem ſui directi judicis, cujus etiam erat ſuffraganeus, auctoritate, & aliorum Parium ſuorum Epiſcoporum conniventia vel conſenſu :* apud Thomam Walſinghamum p. 119. Vide eundem pag. 309. Geſta S. Ludovici p. 365. *Et idcirco dominus Rex dominum de Cenziaco fecit ad curiam evocari ſuper tali facinore reſponſurum, qui in Regis præſentia conſtitutus, dixit ſe de reſponſione cogi non debere, volens & petens per Pares Franciæ, ſi poſſet, ſecundum conſuetudinem Baroniæ judicari.* In Regeſto 31. Chartophylacii regii fol. 119. habetur Charta Margaretæ Comitiſſæ Flandriæ & Hannoniæ, data Pariſiis menſe Martio an. 1244. in hæc verba : *Ego Comitiſſa & Fernandus Comes olim maritus meus, obligaveramus eiſdem — quæ conventiones coram Paribus, & etiam coram nobis recitata ſunt, — & cum nos peteremus quod prius me & Thomam ad ſuum reciperet homagium, & poſtea parati eramus nos Comes & Comitiſſa facere & adimplere formam & conventiones prædictas, ſi jus noſtrorum Parium hoc dictaret ; tandem dictus Rex nobis obtulit nobis jus facere dici ſuper præmiſſis per Pares, & nos conceſſimus quod ab eiſdem Paribus judicium ſuper his diceretur. Pares autem, videlicet venerab. Patres Anſelmus Laudunenſis, Robertus Lingonenſis, & Nicolaus Noviomenſis Epiſcopi, ſecedentes in partem, tractatu & deliberatione habita diligenti, reddiderunt nobis jus in hunc modum,* &c. Diploma Erectionis Ducatus Ebroicenſis menſ. Januar. an. 1316. hæc verba præfert : *Sedatis diſcriminibus, quæ quidem diſcrimina in ipſo regno, prout antiquorum teſtatur opinio, priſcis temporibus per Pares Franciæ, & eorum conſilium conſuevere ſedari.* Charta Theoderici Abbatis S. Maximini Trevirenſis apud Nicol. Zylleſium : de *Scaremannis* ſive ſervientibus : *Nullique advocato vel domino debent obedire, niſi nobis, nec alicujus niſi parium ſuorum judicio ſubjacere.* Infra : *Tandem ad ultimum poſt legitimas inducias cum*

ad rationem poſui, & juſto judicio ſuorum parium beneficium, quod ex me tenebat, ferre et auferre debui, &c. Vide Leges Longobard. lib. 3. tit. 8. §. 4. Conſtitut. Siculas lib. 1. tit. 44. Quoniam attachiamenta cap. 67. Bracton. lib. 3. de Corona cap. 1. §. 3. Hieronymum Vignerium in Hiſt. Alſatica p. 230. Ex quibus quidem ſcriptoribus majores noſtros non ab inferioris, aut ſuperioris, ſed à *paris* conditionis hominibus voluiſſe judicari, abunde colligitur. Ita legimus in Chronico Alexandrino anno 3. Leonis Imp. Iſocaſium Philoſophum & Quæſtorem delatum apud eundem Imperatorem quod paganus eſſet, exauctoratum, miſſum Calchedonem ad Theophilum Bithyniæ Præſidem, ut ab eo judicaretur: Jacobum verò Cylicem, cognomento Pſychriſtum Archiatrum rogaſſe Imperatorem, & petiiſſe ut Iſocaſii cauſa à Senatu & Præfecto prætorio, & non à Præſide provinciæ cognoſci pateretur, propter dignitatem Quæſtoriam quam habebat: quod & ab Imperatore obtinuit.

In *Parium* autem conſeſſu judicia ab iis in dominum non exercebantur: quippe, ut eſt in proceſſu contra Robertum Atrebatenſem ſupra laudato, *Il ne ſont mie appellez Pers, pource qu'il ſoient Per à lui, mais Pers ſont entre eux enſemble.* Si verò *Parium* aliquis cum domino controverſiam haberet, dirimebatur ea ab ejus Ballivo, ſeu juſtitiæ dominicæ Præpoſito, à quo licebat appellare ad ſuperiorem dominum. Philippus Bellomanerius in Conſuetudine Bellovac. MS. c. 1. *Li home ne doivent pas jugier lor Signeur: mais il doivent jugier l'un l'autre, & les querelles du commun pueple. Et ſe cil qui a affere contre le Signeur, requiert que droit li ſoit fes, li Baillis par conſeil de ſon Signeur li doit fere ce qu'il cuide que ſoit reſons: & s'il ſe deuil de ce que li Baillis li fet, il doit monſtrer le grief au Comte.*

Parium igitur judicia inter Pares ſeu convaſſallos tantum exercebantur, quorum hæc erat ratio, ut in mutuis controverſiis dominus reum evocaret & *ſubmoneret* per duos alios Pares quo juri ſtaret, rectumque faceret Pari de eo conquerenti. Id pluribus docemus infra in voce *Submonere*.

Neque *Pares* duntaxat per *Pares* ſeu convaſſallos ad judicium ſubeundum ſubmonebantur, ſed & actiones cæteræ omnes juridicæ per *Pares* peragebantur: adeo ut ſi teſtes audiendi eſſent adverſus *Parem*, ii *Pares* eſſe etiam deberent, id eſt convaſſalli, ut habetur in jure feudali Saxonum cap. 25. §. 1. & 2. Ita ſi *Par* capiendus & *areſtandus* eſſet, id fieri debebat per *Pares*, vel per *Milites*: quod colligitur ex iis quæ narrat Nangius in S. Ludovico p. 365. eundem Regem *Dominum de Conciaco non per Pares, nec per Milites, ſed per clientes aulicos feciſſe capi, & in domo ſua Pariſiis, quæ Luperadicitur, cuſtodia reſervari*: quia ſcilicet cum *Par* eſſet Regni Franciæ ratione terræ de Couciaco, quæ nudè à corona Franciæ pendebat, controverſia tamen quæ tunc agitabatur, Baroniam iſtam non ſpectabat.

Cùm igitur *Pares* ſint vaſſalli qui à domino feudali nudè pendent ratione *tenuræ*, atque ita etiam vulgo appellati ſint *Barones*: inde vox utraque eadem notione paſſim uſurpata legitur pro majoris dignitatis vaſſallis, qui vel in conſilium adhibentur à domino aut Rege, vel cum eo Parium lites dijudicant. Chronicon Andrenſe p. 823. *Ut tam ſupradictorum Comitum progenies, quam Barones omnes, qui Pares caſtelli* (Guinenſis) *vocantur, juxta votum & deliberationem ſuam ibidem ſepeliantur.* Areſtum contra Epiſcopum Catalaunenſem an. 1267. *Propoſuit pars alia quod de hoc tenebatur in hac Curia reſpondere dictus Epiſcopus, cum ſit Baro & Par Franciæ, & homo ligius domini Regis.* In pacto quod initum eſt inter Regem Philippum Magnum, & Joannam filiam Regis Ludovici Hutini 17. Martii an. 1317. ceſſere eidem Joannæ pro juribus ſuis paternis, 15000 ll. terræ, in Comitatibus Inculiſmenſi & Moritanenſi, *pour les tenir en Pairie & Baronnie, la nobleſſe de Pairie & Baronnie non miſe en pris, & qu'avenant le decez dudit Roy ſans enfans maſles, les Comtez de Champagne & de Brie lui appartiendroient, qu'elle tiendroit en Pairie & Baronnie ſi noblement comme autrefois ont eſté tenues.* In Epiſtola Philippi Auguſti ad Papam Honorium III. de emendatione ſeu ſatisfactione eidem Regi facta à Manaſſe Epiſcopo Aurelianenſi Meleduni coram Paribus, quod perperam quædam effutiiſſet contra judicium redditum à Paribus & Baronibus Franciæ in controverſia de Comitatu Campaniæ, quem ſibi Erardus Briennenſis aſſerebat, promiſcuè habentur *Barones* & *Pares*: *Contra judicium Baronum Franciæ, ad quos pertinet hujuſmodi judicia facere, locutus eſt. Super qua temeritate in præſentia noſtra & Parium prædictorum per recordationem eorundem publice convictus, id ipſum nobis & Paribus emendavit. Actum Pariſ. 1217. menſe Aprili.* In Tabul. Campan. fol. 21. extat Charta S. Ludovici Regis Franc. data Compendii an. 1233. menſe Decemb. cujus initium ita concipitur: *Ludovicus D. G. Fr. Rex dilectis ſuis Decano & Capitulo Laudunenſi ſalutem & dilect. Quod Epiſcopus Belvacenſis in Baronia & in feodum homagii ligii de nobis teneat quod habet apud Belvacum, & quod Par ſit ex eo Franciæ, vos credimus non latere*, &c. *Principes* dicuntur in Charta Communiæ Increnſis an. 1158. *Si dominus implacitaverit aliquem hominum de communia, ſi ille juſtitiam ejus intrare voluerit, aut emendare illi faciet, aut ſolo ſe purgabit ſacramento, & ſine bello. Hæc eſt enim placitandi conſuetudo quæ dicta eſt de domino, erit tam Principibus, quos Pares vocant, quam cæteris Militibus. Et ſi aliqua diſſenſio fortè oriatur inter dominum & communiam, de qua aliquod judicium fieri debeat, per Pares illius Caſtelli, & etiam Juratos debet exerceri.* Sed & ſcribit Marionus oratione 9. apud Armoricos Barones Parium vice fungi. Ita paſſim Poëtæ vernaculi veteres Pares Baronum vocabulo donant. *Les Loix communes d'Angleterre:*

Barons nous appellons les Piers del realme.

Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.

Et les Lions ce ſont les Barons & li Per.

Le Roman de Garin MS.

La feauté des Chevaliers a pris
Et des Borgeis & des Pers del païs.

Alio loco:

N'il n'eſt encore pas de vos deſeuré,
Ne jugement n'a oi de ſes Pers,
Parcoi doiés enſi ſon fié clamer;
Gardés, Beauſires, que vos ni meſpreniés,
Envers voſtre home lige que vos ſavés.

Infra:

A Reims ira à vos, ſe vos volés,
A Eſtampes ô à Paris delés,
Droit vos fera volentiers & de grés,
Con jugeront & li Conte & li Per.

Le Roman de Gaydon MS.

Treſtuit ſe taiſent, Duc, & Demaine, & Per.

Le Roman de Girard de Vienne:

Forment l'amoient li Baron & li Per.

Ubi *Per*, pro Barone uſurpatur. Vide Ducheſnium in Hiſt. Mommorenciaca lib. 1. cap. 5.

Quæſtio præterea agitata fuit, an ſupremi Palatii Francici Officiales poſſent *Parium Franciæ* judiciis intereſſe, & cum iis conſidere ac judicare, in lite mota inter Joannam comitiſſam Flandriæ, & Joannem de Nigella; quæ controverſia ita dirempta eſt judicio ac Areſto Parlamenti an. 1224. in hæc verba: *Præterea cum Pares Franciæ dicerent, quod Cancellarius, Buticularius, Camerarius, Conſtabularius Franciæ, Miniſteriales hoſpitii domini Regis non debebant cum eis intereſſe cum Paribus ad judicandum Pares; & dicti Miniſteriales hoſpitii domini Regis è contrario dicerent ſe debere ad uſus & conſuetudines obſervatas intereſſe cum Paribus ad judicandum Pares: judicatum*

ſuit in Curia domini-Regis, quod Miniſteriales prædicti
de hoſpitio domini Regis debent intereſſe cum Paribus
Franciæ ad judicandum Pares. Et tunc prædicti Mini-
ſteriales judicaverunt Comitiſſam Flandriæ cum Paribus
Franciæ. Apud Pariſios anno Domini 1224. Extat iſtud
Areſtum latinè apud Belforeſtum in Annalib. Franciæ,
Chopinum lib. 3. de Doman. tit. 7. n. 8. Ducheſnium
in Hiſt. Monmorenciaca, & Gallicè in libro 1. Me-
morialium Cameræ Computor. Pariſienſ. fol. 42.
Vide in hanc rem Budæum ad l. ult. de Senatorib.
Tillium to. 2. p. 13. 30. & Chopin. lib. 3. de Doman.
loco laudato.

De numero Parium in judiciis, id juris obtinuit, ut
Par unicus judicium edere non poſſet, ſed requireba-
tur ut ad minus eſſent duo, Domino non computato,
ut habet Bellomanerius cap 61. & 67. At Petrus de
Fontanis cap. 21. quatuor Pares ad edendum judicium
dominicum neceſſarios fuiſſe ait : *Tu me demandes kans*
homes il convient as jugemens rendre : certes quatre il
ſont ſuffiſans, &c. Infra : *Encore convient il à jugement*
faire quatre homes à tout le mains, nekedent il convient
deus houmes ſouffiſans à faire la ſemonce, & deus houmes
à recort faire, de contre recort ne puet on rien faire. Ita
varii fuere in feudis mores & diverſæ conſuetudines.

Quod ſi dominus nullum *Parem* haberet, vel ido-
neum *Parium* numerum ad edendum judicium, non
adeo juſtitiam ſuam amittebat, ſed à domino ſuperiore
mutuò accipiebat, ſuis impenſis, aliquot ex ejus homi-
nibus ſeu vaſſallis, qui judicia ederent. Quod ſi verò
adeò eſſet pauper, ut eos mutuari haud poſſet : vel ſi
dominus mutuò dare renueret ; tum actori & reo
licebat juſtitiam domini ſuperioris convenire, & in
ea litigare, ut eſt apud eundem Bellomanerium cap.
62. & 67. Ad priorem caſum ſpectant quæ habet
Statutum de Rachetis Velocaſſini Francici, menſis
Maii an. 1235. ubi fructus vivariorum & warenna-
rum appretiari debere dicuntur *per duos Milites jura-*
tos homines domini ſi habuerit : & ſi non habuerit, re-
quiret eos à domino capitali.

Tenebatur igitur dominus Curiam ſuam idoneo *Pa-*
rium numero munire : Practici noſtri dicunt, *il eſtoit*
tenu de garnir ſa Cour de Pairs : ita ut ſi deeſſent ii,
aut per legitimam excuſationem adeſſe non poſſent,
alios ejuſdem dignitatis ac conditionis ſubmittere de-
beret, qui jus dicerent. Ad hunc morem ſpectant, quæ
in Inventario Chartophylacii regii, titulo *Flandres*,
ſcrinio 3. ſacco 2. charta 22. leguntur : *Au different*
d'entre le Roy Louys Hutin & Robert Comte de Flan-
dres l'an 1314. *les Pairs de France aſſemblez, ſçavoir*
l'Archeveſque de Reims, les Eveſques de Langres, de
Laon, & de Beauvais, Charles Comte de Valois &
d'Anjou, & Mahaut Comteſſe d'Artois, firent ſçavoir
qu'au jour aſſigné ils tiendront Cour avec douze autres
perſonnes ou Prelats & autres grands & hauts hommes,
c'eſt à ſçavoir, l'Archeveſque de Rouen, les Eveſques
de S. Brieuc & de S. Malo, Philippes fils du Roy
Comte de la Marche, Guy Comte de S. Paul, Gaucher
de Chaſtillon Comte de Portian, Louys fils aiſné du
Comte de Clermont Seigneur de Bourbonnois, Jean de
Clermont Seigneur de Charolois, B. Seigneur de Mareuil,
& Miles Seigneur de Noyers, eſleus & mis à ce faire
par le Roy, lequel fit dire en l'aſſemblée qu'il ne pouvoit
avoir plus de Pairs, parce que le Duc de Guienne qui eſt
le Roy d'Angleterre, s'en eſtoit excuſé pour la guerre
qu'il avoit en Eſcoſſe, le Duc de Bretagne qui eſt Pair
y fuſt une journee & puis s'excuſa de meſme, le Duc de
Bourgogne & l'Eveſque de Noyon eſtoient morts, l'E-
veſque de Chaalons Pair eſtoit detenu priſonnier, & que
le Comte de Flandres n'eſtoit comparu à la journée,
&c.

Parium judiciis non modò intererat dominus, vel
ejus Ballivus ; ſed etiam in rebus arduis eorum conſi-
lium expetebat, ita ut *Conſiliariorum* domini feudalis
vicem fungerentur. Galbertus in vita Caroli Comitis
Flandr. c. 1. *Carolus Comes conſilium cum nobilibus &*
Paribus ſuæ terræ ſubiit, quid ſuper hoc ageret.

In quibuſdam tamen locis, ut in Comitatu Bello-
vacenſi, *Li Seigneur ne jugent pas en lor cort, més lor*
home jugent, ut habet Bellomanerius cap. 67. ubi ſub-
dit, in locis, ubi cum Paribus ſuis conſidet, ejuſmodi
judiciis intereſſe non poſſe, ſi litem vel controverſiam
habeat cum aliquo è *Paribus*.

Scribit idem Philippus Bellomanerius cap. 1. in
quibuſdam locis Ballivum ſolum cum iis quos advocat,
judicia domini ſui edere : in aliis verò cum Paribus
& hominibus ac vaſſallis feudalibus. Deinde ait : *Et*
el liu là u on juge par homes, li Baillis eſt tenus en le
préſence des homes à prendre les paroles de ciz qui plé-
dent, & doit demander as parties s'il volent oir droit
ſelons lor paroles, & teles raiſons qu'il ont dites ; &
s'il dient oïl ; li Baillis doit contraindre les homes qu'il
facent le jugement. Et s'il ne pleſt au Baillis & as
homes, li Baillis n'eſt pas tenus au jugement fere, ne au
prononcier le jugement, ſe il n'eſt ainſi que li Baillis ſoit
home de fief au Seigneur, à qui il eſt Baillis, car en
tel cas convieudroit il qu'il fuſt Pers avec les autres.

Parium Franciæ ejuſmodi olim fuit ſacramentum,
quod in Parlamento edebant in primo quem inibant,
judiciorum conceſſu. *C'eſt le ſerment des Pers de Fran-*
ce. Vous jurez par voſtre foy & ſerement & ſur les ſaintes
Evangiles, que vous ſerez bon, loyal, feal & obeiſſant
au Roy de France noſtre Sire qui cy eſt, & à ſes hoirs
& ſucceſſeurs, ſon corps, ſes membres, ſon heritage, les
droiz & nobleces de la Couronne de France & de ſa ſou-
veraineté. Garderez & deffenderez envers tous & contre
tous qui peuvent vivre ne morir, & loyal & bon conſeil
li donrez toutes les fois qu'il vous en requerra, & tendrez
ſecret ſon conſeil, & toutes choſes qui ſont à tenir ſecre-
tes pour le bien de luy & de ſon Royaume. Immutatum
poſtea, atque hiſce verbis conceptum Parium Franciæ
ſacramentum : *Vous jurez & promettez bien & fidel-*
lement conſeiller & ſervir le Roy en ſes tres-hauts, tres-
grands, & importans affaires, & ſeant en ladite Cour,
garder les Ordonnances, rendre la juſtice au pauvre
comme au riche, & tenir les deliberations clauſes &
ſecretes, & vous comporter comme un digne & vertueux
Pair de France, vivre & mourir en l'obeiſſance du Roy.
Ce fait le Pair prend ſon eſpée, & monte aux hauts
ſieges & aſſiſte à l'audience. Hodie, ut ab ampliſſimo
& doctiſſimo Parlamenti Πρωτοτύπῳ didicimus, ad-
duntur hiſce, *comme un vertueux Pair de France*, hæc
verba, *& Officier de la Couronne*.

Pares vero Eccleſiaſtici duplex Regi præſtant ho-
minium ; alterum pro Epiſcopatuum Regaliis ſeu do-
minicis, alterum pro *Paris* dignitate.

Feminæ etiam *Pares* ratione *tenuræ*, id eſt propter ea
quæ poſſidebant feuda, judiciis dominicis intereſſe po-
terant, contra quam jure civili, l. Cum Prætor D. de
Judic. l. 1. D. de Poſtul. Mathildis Comitiſſa Atre-
batenſis *Par Franciæ* judicio interfuit in Robertum
Comitem Flandrenſem edito anno 1315. cum R. Ar-
chiepiſcopo Remenſi, G. Epiſcopo Lingonenſi, G.
Epiſcopo Laudunenſi, J. Epiſcopo Belliovacenſi, &
Carolo Vadenſi & Andegavenſi Comite. Sed & ea-
dem Comitiſſa Reginæ mater, in ejuſdem Regis Co-
ronatione Remis *tanquam Par regni, Coronam regni*
cum cæteris Paribus dicitur ſuſtentaſſe, de quo aliqui
indignati fuerant, inquit Continuator Chronici Wil-
lelmi de Nangiaco an. 1316. Vide Ceremoniale Fran-
cicum tom. 1. p. 145. Ad ſuſtentationem autem co-
ronæ regiæ ſpectat inſignis locus Radulphi de Diceto
p. 608. de Henrico II. Rege Angliæ, qui in Corona-
tione Philippi Auguſti Regis Franciæ, Remis, *dia-*
dema capiti novi Regis impoſitum, ne Rex infra mino-
rem adhuc conſtitutus ætatem gravaretur ſub onere, mani-
bus propriis ſuſtentavit, rejecta chlamyde paratior ad
obſequium. Illud innuens quod ſi tempore procedente
Francis neceſſitas incubuerit, ſecuri debeant ejus implo-

vare ſubſidium, à quo tale receperint ſub ipſa ſui Regis conſecratione ſuffragium. Coronationi autem Philippi Regis interfuit Henricus, tanquam Dux Normanniæ & *Par Franciæ.* Quinetiam Blancham Reginam Franciæ, S. Ludovici IX. Regis matrem, judiciis præſediſſe in Curia Domini Regis, cum Baronibus *qui debent & poſſunt de jure in Curia domini Regis judicare,* obſervatum à nobis ex Tabulario Lehunenſi in Notis ad Joinvillam p. 54. Apud Ughellum tom. 1. parte 2. p. 346. extat Placitum an. 1078. quod ſic concipitur: *Dum in Dei nomine in judicio reſideret D. Mathilda Dux & Marchioniſſa intus caſa — reſidentibus cum ea Lamberto & Ubaldo,* &c.

Feminis *Paribus*, etſi judiciis dominicis cum *Paribus* intereſſe jus fuerit, non tamen *Parium* uxores *Parium* maritorum juribus ac privilegiis gaudent. Extat Areſtum Parlamenti Pariſienſis 17. Martii an. 1628. quo Franciſca de Bonnis, Caroli à Crequiaco Campitauri & Leſdiguierarum Ducis, ac Paris Franciæ, relicta, libello ſupplice oblato, quo ei liceret Saltus Comitem ad idem Parlamentum evocare, ut quæ contra ipſam in Parlamento Aquenſi acta fuerant reſcinderentur, petitionis ſuæ repulſam eſt paſſa.

Licet porro convaſſalli omnes ſibi invicem *Pares* eſſent, & ita haberentur: non tamen ſemper omnes judicum loco habebantur, & in Parium conſeſſu conſidebant. Nam cum in magnis Baroniis complures eſſent vaſſalli, atque adeo magno interdum à ſe invicem diviſi terrarum intervallo, ita ut una omnes ad dominica placita vix convenire potuiſſent: tum etiam ne tantus vaſſallorum numerus judiciis plus officeret, quam prodeſſet, plerique è majoribus iſtis Dominis ac Baronibus quoſdam è ſuis vaſſallis ſelegere, quibus Parium nomen, titulum, ac dignitatem conceſſerunt, qui una cum iis jus dicerent cæteris Paribus ſuis ac convaſſallis. Hinc legimus certum ac definitum fuiſſe ferme ſemper in majoribus Baroniis Parium numerum, ut haud ita pridem attigimus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici p. 178. ubi etiam horum numerum ſæpe ad duodenarium fuiſſe redactum docuimus, maximè in Regno Franciæ, in Comitatu Flandrenſi, ex Lamberto Ardenſi pag. 156. 157. in Baronia Ardenſi ex eodem Lamberto p. 149. & in Comitatu Guinenſi, ex Ducheſnio. Ita pariter obſervatum in Comitatibus Cameracenſi & Hannonienſi, autor eſt Vinchantius in Annalib. Hannon. lib. 1. cap. 5. Matthæus Weſtmonaſter. an. 1295. & Thomas Walſinghamus an. 1296. ſcribunt *Scotos tum elegiſſe ſibi 12. Pares: 4. videlicet Epiſcopos, 4. Comites, & 4. Barones: quorum conſilio cuncta regni negotia ſancirentur.* Addit Henricus de Knygton, *ad modum Franciæ 12. Pares, tum ordinaviſſe Scotos.* Idem etiam numerus obtinuit apud Anglos, ut autor eſt Stanfordius in Placitis coronæ lib. 3. cap. 1. *Et nota que le nomber des Pieres qu'eux ſont à trier aſcun Seignour, eſt 12. à ouſter quants le Roy plerra, mes neny dedeins, ou deſous le nomber de douze.* *Le Roman de la Violette* MS.

Seignor, ce diſt li Dus, taiſiez,
Jugement & loi luy vueil faire,
Sans jugement nel vueil defaire,
A tant a les Pers apelez,
Seignor, ce diſt li Dus, alez,
Au jugement ſi dites voir,
Car je ni vueil pechié avoir,
A tant s'en ſont li Per torné,
Douze ſont moult bien atorné,
D'une part ſont à conſeil trait,
Maint bel mot ont dit & retrait,
Mais en la fin ſont eſgardé,
Et ſe ſont enſemble accordé,
Que ſeur les deus ſe metteront,
Et cè que li deus en diront,
Sera tenu pour plainement,

Pares Franciæ, quando ad duodenarium numerum redacti fuerint, non omnino conſtat inter ſcriptores. Sanè in confeſſo eſſe debet ab ipſa feudorum origine vaſſalorum Coronæ Francicæ controverſias à Paribus ſuis fuiſſe judicatas. Id perſpicuè oſtendit Fulbertus Carnotenſis loco ſupra laudato, & Matthæus Paris, quo loco meminit capitalis judicii lati in Joannem Regem Angliæ à *Paribus Francicis*, Philippo Auguſto regnante. Sed eò res proceſſit, inquit Chopinus, opinione multorum, ut abſolutus fuerit ſuis numeris *Parium* duodecim-viratus Ludovico VII. vel Philippo II. filio regnantibus: quæ quidem ſententia eſt etiam Antonii Colardi in Commentariis MSS. Rerum Remenſium, quos contexuit uſque ad annum 1584. Is enim ſub an. 1179. *Ludovicus VII. Rex Franciæ formulam Regum Franciæ Remis inaugurandorum, ſimulque inſtituit Pares Franciæ, qui coronando Regi adſtarent, eiſque titulos attribuit: unde Guillelmus Archiepiſcopus, primus omnium Par Franciæ dictus, ex Comite Remenſi Dux nominatus fuit,* &c. Sed hæc tamen ſerius accidiſſe conſtat: nam in Philippi Auguſti, Ludovici filii, Coronatione an. 1179. nondum erat Parium Franciæ definitus numerus. Narrat quippe Rogerus Hovedenus Willelmum Archiepiſcopum Remenſem eundem Regem unxiſſe Remis, *miniſtrantibus ei in illo officio Willelmo Turonenſi, & Bituricenſi, & Senonenſi Archiepiſcopis, & fere omnibus Epiſcopis regni:* Henricum verò Regem Angliæ de jure Ducatus Normanniæ coronam auream qua coronandus erat Philippus, & Comitem Flandriæ Philippum gladium regni prætuliſſe: *alios verò Duces, Comites, & Barones præiviſſe, & ſecutos, diverſos diverſis deputatos obſequiis.* Rigordus eandem coronationem peractam ait *aſtante Henrico Rege Angliæ, & ex una parte coronam ſuper caput Regis Franciæ ex debita ſubjectione humiliter portante, cum omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque regni Principibus,* &c. Ex quibus patet cæteros Epiſcopos qui pro *Franciæ Paribus* habentur, ea quæ hodie non executos miniſteria in ea ſolennitate. Proinde haud improbanda fortè eorum ſententia, qui *Parium* Francicorum duodecim-viratum definitum fuiſſe tradunt à S. Ludovico Rege: quos inter eſt Joannes à Leidis lib. 22. Chron. cap. 7. *Itaque ſanctus Ludovicus Rex Franciæ ordinavit in Regno Franciæ 12. Pares Franciæ, conſtituens inde Collegium ſeu Capitulum, qui haberent ardua regni negotia tractare, ſcilicet 6. Duces, & 6. Comites: & de Ducibus ſunt 3. Epiſcopi; & de Comitibus ſunt etiam 3. Epiſcopi.*

Verùm ſi quod tradit Matthæus Paris anno 1226. pro vero aut certo haberi debeat, jam ipſa hac tempeſtate *Parium Franciæ* ſtatus ac fixus fuerat numerus: cùm enim Raimundo Comiti Toloſano abjudicatus fuiſſet Comitatus propter hæreſim, Romæ, in Concilio Generali, is viciſſim *obtulit ſe facturum erga Regem Francorum & Eccleſiam Romanam, quidquid facere deberet pro hæreditate ſua. Tunc cum peteret pars adverſa, ut ſubiret judicium duodecim Parium Galliæ, reſpondit Reimundus: Recipiat Rex homagium meum, & paratus ſum ſubire: quia fortè non haberent me pro Pari, ſi ſecus fieret.* Idem ſcriptor eodem anno: *Adjiciunt etiam quod nullus de regno Francorum debuit ab aliquo jure ſuo ſpoliari, niſi per judicium duodecim Parium.* Agit hoc loco de Comitibus Flandrenſi & Bononienſi, qui in prælio Bovinenſi capti fuerant. Denique anno 1257. eundem duodenarium Franciæ Parium catalogum hiſce verbis exequitur: *Rex Francorum — Magnates ſuos animat & confortat: præcipuè eos, quos duodecim Pares Franciæ conſuevimus appellare. Et quia prætactum eſt de Alemannorum primatibus; ad quos Regis ſpectat electio, non reor à materia alienum, ſi nomina Francorum nobilium, præcipuè ad quos negotia regni ſpectant ardua, præſenti inſeramus paginæ, cum ſuccincta tamen brevitate: Archiepiſcopus Remenſis, qui Regem Francorum cæleſti conſecrat chriſmate, quapropter Rex Francorum Regum cenſetur digniſſimus; eſt omnium*

Franciæ Parium primus, & excellentiſſimus: Epiſcopus Noviomenſis, qui eſt Comes Palatinus. Epiſcopus Belluacenſis, qui eſt Comes Palatinus. Epiſcopus Catalaunenſis. Epiſcopus Lingonenſis, qui etſi pauper ſit, dignus tamen habetur. Epiſcopus Laudunenſis, qui Dux eſt & Comes, ratione S. Remigii, ad quem devoluta fuit illa præclara hæreditas. Dux Normanniæ primus inter laicos & digniſſimus: Rex Angliæ Dux eſt de jure Normanniæ, ſanguinis derivatione genitalis, Rex ex conqueſtu.— Dux Aquitaniæ, Dux Burgundiæ, Comes Flandrenſis, Comes Campaniæ, Comes Toloſanus qui dicitur Comes ſancti Ægidii.

Alius tamen Franciæ Parium ordo recenſetur in Regeſto Parlamenti pro judicio litis Roberti Atrebatenſis, apud Tilium, in quo hæc habentur: *Au temps ancien n'avoit que 12. Pairs en France, ſix Lays, & ſix Clercs, dont ne ſe remuent les Clers, c'eſt à ſçavoir les Pairs Ducs, l'Archeveſque de Rheims, l'Eveſque de Laon, l'Eveſque de Langres. Les Clers Comtes, l'Eveſque de Beauvais, l'Eveſque de Chaalons, l'Eveſque de Noyon. Les Pairs Lays, les Ducs, le Duc de Bourgoigne, le Duc de Normandie, le Duc d'Aquitaine. Les Comtes, le Comte de Toloſe, le Comte de Flandres, le Comte de Champagne. Les Pairs anciens ſont mis ſi comme il doivent ſeoir en jugement en la preſence du Roy, & doivent li Pairs Lays ſeoir à la dextre, & li Pairs Clercs & Prelats à la ſeneſtre du Roy.*

Sanè ex judicio lato contra Erardum Briennenſem an. 1216. pro Comitatu Campaniæ, deſcripto in v. *Submonitio*, necdum fuiſſe Parium definitum numerum abunde colligitur, cum Regni proceres alii ſeu Barones, atque adeo Epiſcopi interfuerint, tametſi in primis recenſeantur Archiepiſcopus Remenſis, Epiſcopi Lingonenſis, Catalaunenſis, Bellovacenſis & Noviodunenſis: ſed de hac controverſia videant alii quibus per otium licet, nos quippe ad alia feſtinamus.

Pares Communiarum, qui vulgo *Scabini*, *Majoris* ſeu Præfecti civitatis Aſſeſſores, quos ille in conſilium adhibet, ut dominus feudalis vaſſallos ſuos *pares*. Charta Communiæ Belvacenſis an. 1182. *Tredecim Pares in Communia eligentur*, &c. Vide Sugerium Epiſt. 76. In Regeſto Conſtabulariæ Burdegalenſis crebra eſt mentio Juratorum & centum *Parium* urbis Bajonenſis. Ita in Charta Majoriæ Rotomagi & Faleſiæ, mentio perinde eſt centum *Parium* earumdem civitatum, ex quibus eligi ſolebant 12 *Scabini*, & 12. *Conſultores*, poſt Ordericum Vitalem pag. 1066. Apud Pictavos, Pares dicuntur, qui *Majoris* officio functi ſunt, quod exacta dignitate, in *Parium* numero haberi ſoleant, & in rebus publicis Majoris Aſſeſſores ſint. Ii autem *Juramentorum* lites & controverſias dijudicant. Nam ut eſt in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 31. *Unuſquiſque per Pares ſuos judicandus eſt, & ejuſdem provinciæ: peregrina verò judicia modis omnibus ſubmoventur.*

Paria, Parium dignitas & prærogativa, *Pairie*. Areſta oct. Nat. B. M. an. 1259. 1. reg. f. 96. *Archiepiſcopus* (Remenſis) — *petiit in hac cauſa judicari per Pares ſuos, cum in hac cauſa dependeat magna pars dignitatis & pariæ ſuæ vel jus.*

Paritas, eadem notione, in literis erectionis Ducatus Britanniæ in Pariam an. 1297. deſcriptis ab Argentræo lib. 5. Hiſt. Britan. c. 31.

PAR, *Parieria, Pariatio, Pariagium*, &c.

Pares, præterea dicuntur, qui unius prædii, ſeu feudi, domini ſimul ſunt: id eſt *participes*. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 572. de Gerboredo Caſtro in Bellovacis: *Mos enim eſt illius Caſtri ut ibidem duo Pares domini ſint.* Tabularium Abbatiæ de Roca fol. 108. *Hoc quoque factum eſt tali pacto, ut Abbas teneat totum feodum de Maithec & Mauricio: & Reginaldus & frater ejus reddant Abbati & Eccleſiæ 12. nummos de ſervitio uno quoque anno, & ſervitia dominorum reddant in manu Abbatis, & de labore bonum quæ fecerint in extranea terra ſint Pares ipſi & Abbas.* Tabularium S. Hilarii Pictavenſis an. 864. *Eo tenore eaque ratione, ut quamdiu inſimul vixerimus, ſimulque teneamus & poſſideamus, & qui Pari ſuo ſupervixerit, cenſum dare faciat.*

Parierii eadem notione in Charta an. 1180. in Regeſto Toloſano, in qua etiam interdum *participes* dicuntur. Alia an. 1245. ibidem: *Notum ſit cunctis quod Enricus de Caſtanhaco pro ſe & pro aliis dominis de Caſtanhaco parieriis ſuis*, &c. *Pariarius*, in Hiſtoria Epiſcopor. Lodovenſium p. 228. Chronicon Voſienſe utitur etiam voce, *Particeps*: *Hanc fidelitatem juraverunt Vicecomiti, & ipſe illis, ipſique inter ſe, ſicut legitimi participes.* Charta *Pariagii* an. 1160. apud Chopinum lib. 3. de Sacra Polit. tit. 3. §. 8. *Notum — quod Abbas de Bona valle & totus ejuſdem Monaſterii Conventus nos æquiliverunt, & participes conſtituerunt in villam ſuam, quæ vocatur Laureium*, &c. Atque hoc dominii *participium* & ſocietas

Pariagium vel *Pariatio* vulgo appellatur, vel *appariatio*, noſtris *Pariage*: quæ quidem vox maximè ſumitur pro *aſſociatione* domini: unde *aſſociationes* etiam dicuntur in 1. Regeſto Parlamenti an. 1260. f. 109. & ſqq. Charta R. Abbatis Monaſterii Carofenſis an. 1308. ex 2. Regeſto Philippi Pulchri num. 11. *Communionem, communicationem, aſſociationem, pariagium, ceſſionem*, &c. Monaſteriorum quippe & Eccleſiarum Præſules ut bona ſua tuta & illæſa ſierent, eorum partem Regibus aut Magnatibus concedebant, ut reliquam horum præſidio ac patrocinio tutarentur: quemadmodum, ut eſt apud Tacitum, Cæſares paſſim ſcribebantur hæredes ex triente vel ſemiſſe, quo tutius ab iis reliquum patrimonium liberis ac propinquis adſervaretur. *Volvitur*, inquit Chopinus lib. 2. de Doman. tit. 8. art. 7. in Regeſtis Curiæ Pariſienſis, *litera de Pariagio Abbatis & Conventus Sarlatenſis facta à Domino Rege.* Quo loco, & lib. 3. de ſacra Polit. tit. 3. art. 8. & 9. compluria ejuſmodi Pariagiorum profert exempla, quorum quidem ea potiſſimum erat conditio, ut in *appariationem* ſeu in *Pariagium* adſcripti, partem prædii ſibi conceſſam alienare nullo modo poſſent: quæ expreſsè legitur in Charta Roberti Abbatis S. Laurentii de Longobecco an. 1192. qua Regem Philippum Auguſtum in omnibus ſui Monaſterii bonis aſſociat, quæ habetur in 31. Regeſto Chartophylacii Regii fol. 56. *Dominus autem Rex conceſſit nobis quod id extra manum ſuam nunquam mittet, ſed ſemper adhærebit coronæ, & medietatem ſuam nunquam capiet per ſe diviſim, ſed ſemper de communi. Præpoſitus autem qui ibi erit, faciet fidelitatem Regi, & nobis, & Dominus Rex cum univerſis rebus noſtris quæ in ſua ſunt poteſtate, in cuſtodia ſua ſuſcipit & defenſat, in quantum de jure poterit.* Extat ibidem Charta alia anni 1290. fol. 57. qua Abbas S. Martini de Raucurte Regem eundem aſſociat in prædio de *Waſguemoulins*, cum hacce conditione: *Quia verò in memorata villa nos benignè & liberè eum collegimus, ne ex dono quod ei fecimus, damnum nobis eveniat per malum dnomm, conceſſit nobis ut in verbo regio* ° *Grantaine, quod nec dictam villam, nec aliquid quod ad illam pertineat, à proprietate ſua alienabit, neque ipſe neque ſucceſſores ſui Reges Franc. extra manum ſuam mittent.* In Charta anni 1279. quæ legitur in Hiſtoria Epiſcoporum Cadurcenſium n. 154. *Bernardus de Pertica Domicellus dicitur vicarius Pariagii de Caduro* Adde n. 143. 160. 177. & Sammarthanos in Epiſcopis Wapincenſibus n. 26.

Pariarios præterea vocabant quibus juris pars quælibet erat in aliquo prædio. Verbi gratia legimus apud Plantavitium p. 228. *Epiſcopum Lodovenſem, ut pariarium Caſtri de S. Privato, præter ea quæ ad ipſum ſpectabant, tanquam ad majorem dominum, & dominum ſupremum, & dominum feudi, habuiſſe in juriſdictione dicti Caſtri decem hebdomadas*: quibus ſcilicet in ſolidum pro Caſtri domino haberetur. Extant apud eundem ſcriptorem alia ſimilium conditionum in *Pariagiis* exempla.

exempla. Habetur enim Charta an. 1167. qua Richardum Ruthenorum Comitem habere ſex menſes in turri de Montebruno agnovit & confeſſus eſt Gaucelinus Epiſcopus Lodovenſis: ut viciſſim Richardus quoque agnovit Gaucelinum ſex alios menſes habere in eadem turri. In alia an. 1245. Bertrandus Maffredi & Gaucelinus frater recognoverunt Guillelmo Epiſcopo Lodovenſi ſe tenere in feudum ab ejus Eccleſia in municipio de Villacunio tres menſes & dies decem domini, & totum Caſtrum, &c. In alia denique an. 1246. continente quandam permutationem, Epiſcopus Lodovenſis accepit à Guillelmo de Lodova quatuor menſes, ſcilicet, Januarium, Aprilem, Maium & Decembrem, quos idem de Lodova habebat in turri ſuperiori de Montebruno.

PARABILIS. Teſtamentum Perpetui Epiſcopi Turonenſis: *Equum meum parabilem, & mulum quem elegeris do, lego.* Equus fortè qui Gallis dicitur *cheval de parade*, ad pompam, ad apparatum.

PARABOLA, Verbum, ſermo, Gall. *Parole*, Hiſpanis *Palabra*, quaſi *parabola.* Heſſo Scholaſticus: *Aſſumpta parabola ſua, reſpondit Epiſcopus.* Radevicus lib. 1. c. 41. *Per parabolam Friderici Imp. vel nuntii ejus.* Vetus Charta apud Dyago lib. 2. de Comitib. Barcin. c. 50. *Non dicam illas parabolas, quas vos dixeritis ad me, & mandaveritis mihi ut celem eas* Alia an. 1179. exarata Papiæ: *Et ſciendum quod taliter eis parabolam dederit, ſive terminum mutaverit.* Mauriſius p. 18. *Poſt hæc cum boves mei eſſent de parabola Capitanei caſtri*, &c. Otto Morena in hiſt. Landenſi p. 10. *Dixeruntque ſe non eſſe auſos hoc ſine conſilio & parabola Mediolanenſium.* Adde p. 25. & vitam B. Oldegarii Epiſc. Barcinon. n. 1. Geſta Innocentii. III. PP. p. 148. Ughellum to. 4. p. 227. to. 5. p. 773. 792. 802.

Parabulla. Charta an. 1164. *Cauſa ſatis diu per idoneos advocatos ex utraque parte ventilata, Guillelmus de Prio conſilio & parabulla ſociorum ſuorum talem inde protulit ſententiam.* Alia Theodori Porphyrogeniti Marchionis Montisferrati an. 1325. *Abſque licentia & parabulla ſeu voluntate ipſius D. Marchionis.*

Parabolare, Sermocinari, verba facere, Gall. *Parler.* Capitula Caroli C. apud Silvacum c. 1. *Noſtri ſeniores, ſicut audiſtis, parabolaverunt ſimul & conſideraverunt cum communibus illorum fidelibus de Dei ſervitio*, &c. Adde ejuſdem Capitula tit. 21. c. 2. 3 & Epiſt. Epiſc. ad Lud. Reg. c. 4. Hincmarus Rem. in Ep. à Cellotio edita; *Audivi denique quoſdam reprehendere nos Epiſcopos; & dicere, quod volumus tota die per ſcripturas parabolare.* Viſio S. Baronti n. 1. *Cœpit eum bis terque appellare: ſed ille nihil homini valuit parabolare, ſed digito gulam ei monſtrabat*, &c. *Paroler*, Poëtis noſtratibus. *Le Roman d'Aubery MS.*

Flamanc parolent, & li auquant Ainglois.

Le Roman de Garin MS.

Garin, parole qui molt et le cuer fin.

Paraboloſus, Verboſus. Matth. Vill. l. 1. c. 97. *Il qual' era paraboloſa di grande veſta, e poco vertiere ne' fatti.*

PARABOLANI, *Qui ad curanda debilium ægra corpora deputantur*, inquit lex 17. Cod. de Epiſc. & Cleric. ſic dicti, quod neglecto omni periculo, ſuæque ſalutis immemores, ægrorum curationi ſe ſe ultro exponerent, quomodo apud nos ii qui peſtifera lue contactis curandis totos ſe addicunt: de quorum *confratria* vide quæ habet Malbrancus lib. 10. de Morinis cap. 38. A Græca voce παράβολοι, vel παραβαλλόμενοι, quam vocem per κινδυνεύοντες reddit Heſychius. De ejuſmodi Parabolanis agunt pluribus Cujacius, Baronius to. 5. Salmaſius de Modo uſurarum, & ad Pollionem, Jac. Gotofredus ad l. 42. Cod. Th. de Epiſc. & Cleric. &c.

PARABOLARE, Periclitari, ex Gr. παραβάλλεσθαι. Monent Salmaſius lib. de Modo uſurarum p. 196. & Jacobus Gotofredus, in antiquiſſimo Codice Bibliothecæ Puteanæ in Epiſtola B. Pauli ad Philippenſes cap. 2. haberi hæc verba, *Parabolatus eſt de anima ſua:* ubi Græca præferunt, διὰ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ μέχρι θανάτου ἤγγισε παραβολευσάμενος τῇ ψυχῇ. Vide *Parabola.*

PARACELLARIUM, idem quod *Cellarium*, cella vinaria, noſtris *Cellier.* Anaſtaſius in S. Hadriano: *Vinum vero ſeu diverſa legumina, quæ in prædiis ac locis ipſius antefatæ domocultæ annuè nata fuerint, ſimili modo curioſe in paracellario prænominatæ ſanctæ noſtræ Eccleſiæ deducantur, & ſeparatim reponantur.* In Gregorio IV. *Sed & alias abſidas duas — infra paracellarium variis hiſtoriis depictas.* Infra: *Balneum, quod juxta paracellarium ſitum eſt.*

Paracellarii, ſeu *cellarii*, qui cellariis præſunt. Idem Anaſtaſius in S. Zacharia PP. *Hic beatiſſimus Papa ſtatuit ut crebris diebus alimentorum ſumptus, qui & Eleemoſyna uſque nunc appellatur, de venerabili Patriarchio à Paracellariis, pauperibus, & peregrinis, qui ad B. Petrum morantur, deportari, eiſque erogari.* Vide *Subpulmentarius.*

PARACELLATICUM, Papiæ MS. edito verò, *Paracellelticum, penic. llus* (ed. *Peniculus*) *i. ſpongiola.* Vide *Paracellarium.*

PARACHARAGMA, Moneta adulterina, ex Gr. παραχάραγμα. Gloſſæ Gr. Lat. παραχάραγμα, *adulteratio.* παραχαρακτής, *adulter.* Caſſianus Collat. 1. c. 20. 22. *Tanquam adulterina numiſmata & paracharagmata reprobemus, utpote quæ falſam imaginem Regis non legitimè ſignata contineant.* Adde Collat. 2. c. 9. Tertullianus lib. de Pœnitentia: *Nummus improbus, aut ſcalptus, aut raſus, aut adulter.*

Paracharactæ, qui falſos nummos cudunt, in lege 8. C. Theod. de Falſa moneta. παραχαράττειν τὸ νόμισμα dixit Anaſtaſius Sinaïta.

Paracharaximus. Gloſſarium Saxon. Ælfrici: *Paracaraximus*: ꝼlaꝼ peninꝫ, id eſt, falſus denarius. Gloſſæ Iſonis Magiſtri ad Prudent. *Moneta dicitur eo quod moneat mentem inſcriptione nominis Regis, ne paracaraximi, i. falſi nummi fiant.* Petrus Damian. lib. 2. Epiſt. 1. *Quod ſi ipſius moneta obliterata, vel detrita ſit regula, poſtquam metallis imprimitur, non nummus, ſed paracaraximus invenitur. Paracharaxima nomiſmata.* apud Caſſianum Collat. 1. cap. 20. 21. & 22.

PARACHIMUMENUS, ex Gr. παρακοιμώμενος, Præfectus ſacri cubiculi, de qua dignitate Scriptores Byzantini paſſim, & ex iis Gretzerus & Goarus ad Codinum, & nos quædam ad Villharduinum. Ignotus Barenſis in Chron. an. 888. *Mortuus eſt Michayl Imp. & ſurrexit Baſilius Parakimumenus ejus.* Apud Luitprand. l. 3. c. 7. *Parachimmenus*, perperam ſcriptum legitur.

PARADA. Sidonius lib. 8. Epiſt. 12. *Hic nec tibi pendulum tinguat volubilis ſentina veſtigium, pandi carinarum ventres, abiegnarum trabium textu pulpitabuntur: hic ſuperflexa crate paradarum ſereni brumalis infida vitabis.* Auſonius Epiſt. 5.

Expoſitum ſubter paradas, lectoque jacentem
Corporis ut tanti non moveatur onus.

Scaliger lib. 1. Auſon. lect. c. 14. *paradas* interpretatur naves voluptarias & cubiculatas undique tectas. Sed his locis *parada* pars eſt navis ſub qua jacebant navigantes. Schefferus lib. 2. de Militia navali cap. 2. in Addit p. 325. poſt Voſſium & Martinium, multa de hac voce commentatur.

Parada, pro *parata.* Vide in hac voce.

PARADIE. Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſion. *Cum potiones biberit ducentas, dabis iterum die paradie.* Ubi Gloſſæ MSS. *Die paradie, i. die poſt diem.*

PARADIONIUM, *prope balthenum.* Papias. Vide *Parazonium.*

PARADISUS, Atrium porticibus circundatum ante ædes ſacras, ex Gr. παράδεισος, qui ab Heſychio definitur τόπος ἐν ᾧ περίπατοι, locus porticibus & *deambulatoriis* circundatus, noſtris, vulgo, *Parvis.* Anaſtaſius in Dono I. PP. *Hic atrium B. Petri ſuperius, quod Paradiſus dicitur, eſtque ante Eccleſiam, in quadriparti-*

cum, magnis marmoribus ſtravit. Et in S. Paulo: *Fecit autem in atrio turrem S. Mariæ ad Gradus, quod vocatur Paradiſus, oraculum* &c. Leo Oſt. lib. 3. c. 28. *Fecit & atrium ante Eccleſiam, quod nos Romana conſuetudine Paradiſum vocitamus, longitudine cubitorum 77. ac ſemis, latitudine 57. & ſemis, altitudine verò 15. & ſemis, 4. & totidem in geminis frontibus, & 8. per latera ſingula ſuper quadrifidas baſes habens, gerens columnas.* Quod verò Anaſtaſius atrium & Paradiſum S. Petri vocat, στοὰ, ἡ εἰς τ Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου τῶν ἄνω, dicitur, ſeu Porticus S. Petri. Vetus Charta Fuldenſis, apud Browerum lib. 2. Antiq. Fuld. cap. 6. *Wernherus omni devotione diligens decorem domus Dei, fecit Paradiſum in Orientali parte Eccleſiæ, columnis, porticibus inferioribus & ſuperioribus, honorificè conſtructis. Capellam etiam regia dignitate fulgentem appoſuit, ita ut locum ipſum Paradiſum voluptatis non immeritò appellare poſſimus.* Verſus Angelranni apud Hariulfum lib. 4. cap. 17.

A fundamentis inſtauravit paradiſum.

Chronicon Lauriſhamenſe an. 948. *Paradiſum totum plumbo operuit, pulpita ante portas ejuſdem Paradiſi fabricavit.* &c. Charta Anacleti Antipapæ anno 1134. pro Beneventana Eccleſia: *Totum integrum Paradiſum & atrium quod eſt ante ipſum Epiſcopium, Eccleſiam videlicet ſanctæ Mariæ*, &c.

Paradiſos porro interdum vicem cœmeteriorum præbuiſſe declarant quæ de Ottone II. Imp. habent ſcriptores, quem *in Paradiſo B. Petri* Romæ tumulatum tradunt Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 9. Chronicon Lauriſhamenſe, &c. Ita etiam Sicelgaitam, Roberti Guiſcardi uxorem, ibidem humatam ſcribit Paulus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. cap. 8. Certè ut *paradiſi*, ita & cœmeteria *atria* dicuntur: unde Tabularium S. Victoris Maſſilienſis apud Gueſnaium in Annal. Maſſil. p. 296. vocis etymon confingit: *Idcirco verò idem locus ad portam Monaſterii ſitus, vocatus eſt paradiſus, ſicut & nos comperimus, quia multorum corporum, ſcilicet ſanctorum Martyrum, Confeſſorum, virginum eodem loco quieſcentium decoratur auxilus, & ſuffragatur meritis*, &c. Hanc vocem habent præterea veteres Inſcriptiones Chriſtianæ apud Gruterum p. 1163. Annales Francor. Fuldenſes an. 896. Paulus Warnefrid lib. 5. de Geſtis Langob. c. 31. Aimoinus lib. 4. hiſt. Franc. cap. 34. Anonymus in Miraculis S. Richarii lib. 1. cap. 10. 18. Bernardus Monachus in Itiner. Terræ Sanctæ cap. 10. Cæſarius Heiſterbach. lib. 7. cap. 10. Vetus Charta in hiſt. Pariſienſi Brolii p. 41. &c.

Paravisus, in Charta laudata ab Hemeræo de Academia Pariſienſi p. 13. ex Magno Paſtorali Eccleſiæ Pariſ.

Parviſus, Matth. Paris an. 1250. *Unde pro illa ſubſtantiola perſolvenda cogebatur ille pauperculus, multis diebus ſcholas exercens, venditis in parviſio libellis, vitam famelicam & Codrinam protelare.*

Perviſus. Forteſcue de Laudibus legum Anglic. cap. 51. *Sed placitantes tunc ſe divertunt ad perviſum, & alibi conſulentes cum ſervientibus ad legem*, &c. De vocis *paraviſus*, etymo, vide quæ habet Somnerus ad ſcriptores Anglicos v. *Triforium*, & an ejus conjectura probetur omnibus.

Paradiſus, pars navis ſic appellata. Contractus navigii &c. an. 1268. to. 5. hiſt. Francor. p. 437. de navi: *Et habet duos paradiſos, & unum vannum & ſupervannum coopertum.*

PARAFRENARIUS. Vide *Paraveredus*.

PARAGAUDA, *Ornamentum pallii, vel veſtis, quod vulgo friſium dicitur*, Jo. de Janua, apud quem perperam editum *parangauda*. Παραγαύδιον, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Biblioth. S. Germani Pariſienſis: *Paragaudæ*, Pollioni. Lex 2. Cod. Th. de Veſtib. *Nemo auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis paragaudas.* Vide ibi Jacobum Gotofredum.

Paragaudatus. Charta donationis Cornutianenſis edita à Suareſio: *Et pro ara ora vela tramoſerica alba pro aurociava. 2. vela blattea auroclava paragaudata 2.* Infra: *Vela linea paragaudata Perſica clavatura coccomelina praſina 2. vela linea paragaudata perſica clavatura leucorodina 2.* &c. *Paragaudiæ veſtes*, apud Vopiſcum in Aureliano: *Paragaudia interula*, in Epiſt. Valeriani Imp. ad Præfectum Præt. quæ *Paragaudis* exornatæ erant. Vide Turnebum lib. 9. Adverſar. cap. 11. Caſaubonum & Salmaſium ad Hiſt. Auguſt.

PARAGIUM, *Paraticum*. Conditionis ac nobilitatis *paritas*, juxta quam Barones *debent maritare ſorores, aut amitas, fratris aut nepotes*, ut eſt in Conſtitut. Siculis lib. 3. tit. 33. *pro modo ſcilicet facultatum ſuarum, & filiorum ſuperſtitum numero, ſecundum paragium.* Charta an. 1269. apud Ughellum in Epiſcopis Caſertanis: *Suppliciter petit ut mandari ipſam maritari juxta paragium, & dotari de caſtro & caſali prædictis benignius dignaremur*, &c. Quod porro *Paragium* noſtri in nuptiis appellabant, *congruam parilitatem* rectè vocat Martianus Capella lib. 1. pag. 4. ὁμαλὸς γάμος Æſchylus in Prometheo p. 55. ubi conſulendus Scholiaſtes p. 54. Apuleius lib. 6. Metamorph. *Connubium eſt, cum æquales in nuptias coeunt: ut puta cives Romani pari utique dignitate.* Ita Periander apud Laërtium lib. 1. ſuadebat, γαμεῖν ἐκ τῶν ὁμοίων. Et Solon apud Auſonium in Ludo ſapient. *Par pari jungatur conjux. quidquid impar diſſidet.* Sed hæc nota. Hinc vox *Paragium*, pro ipſa nobilitate uſurpata. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS.

Le Conte Eſtaſe de Boulogne,
Ki del parage ne forlonge.

Le Roman du Renard MS.

Enfans, dit-il, de haut parage,
Penſſés de mes Chatiaus tenir, &c.

Le Roman de Gaydon MS.

La Dame iert de mult haut paraige née.

Le Roman d'Aubery MS.

Voſtre pere eſt freres Baſin le fier,
Itel paraige puiſſe Dex vergoigner.

Le Roman de Rou & des Dus de Normandie MS.

Gentil fu de parage, & d'avoir fu manans.

Alibi:

Une fille à moult gente, qui eſt de haut parage.

Rurſum de Henrico II. Rege Angliæ:

Qui priſt Alianor, dame de haut parage.

Princeſſe de haut paraige, apud Chriſtinam Piſanam lib. *du Treſor de la Cité des Dames*, 1. part. cap. 24. *Homens de paratge*, apud Raimundum de Montanerio in Chron. Aragon. cap. 113. in Chron. Petri Regis Arag. lib. 1. cap. 28. &c. Chronicon Flandriæ cap. 5. *Quand vous avez arſe ſa maiſon à la vergoigne de tout ſon parage.* Adde cap. 9. Jacobus Paſſavantius in Speculo de vera Pœnitentia p. 209. *Non trovando niun altra creatura à ſuo paraggio.* Dantes de Majano Son. 17.

Cavalieri li moſtraro di gran paraggio.

Utitur etiam Joannes Villaneus. Quibus in locis ſæpe pro *parentage* ſumitur. Philippus *Mouskes* in Philippo Auguſto de Reginæ Iſembordis divortio:

Et par itant ſe l'en hai
Si fort, que de li s'en parti,
Quar l'Arceveſque de Rains
Parage i jura premerains.

Vide Diſſertationem 3. ad Joinvillam p. 151. ubi plura: & ſupra in *Diſparagare*. Ita etiam

Paraticum uſurpatur in Hiſpanicis Tabulis. Curia Generalis Catalon. an. 1320. MS. *De hominibus de paratico, ſive de genere Militari.* Alia Curia Generalis Barcinone celebrata an. 1291. à Jacobo II. Rege Arag. *Quod aliquis Miles, vel homo de paratico non poſſit facere malum alicui ſine acunydamento.* Vide *Bandoſitas*.

Paraticum, ſeu *paratico*, Italis videtur appellari,

Collegium, Societas. Vide Hiſt. Pergamenſem part. 1. lib. 4. cap. 28.

Paragium, deinde appellatum, quicquid feudale à fratre primogenito, ſecundogenitis in partem hæreditatis datur, qui id ab ipſo primogenito fratre tenent, pari ac ille reliquum feudum conditione, abſque tamen homagio, (quod is pro toto feudo dominico præſtat) uſque ad ſeptimam generationem, qua finita, omnis ſanguinis affinitas extincta cenſetur: tum enim qui excipiunt, homagium præſtant hæredibus primogeniti. Areſtum Parlamenti Pariſienſis an. 1275. apud Duchesnium in Hiſt. Drocenſi p. 281. *Baillivo igitur Caletis pro domino Rege petente homagium à Comite Domni Martini de dictis terris ſibi, ut dictum eſt, in excambium traditis: pro dictis Comitibus fuit ex adverſo propoſitum, quod dictus Rex de dictis terris — homagium habere non debebat: imo Comes Drocenſis eas Comiti Domni Martini per paragium, juxta terræ conſuetudinem garantire debebat uſque ad ſeptimum hæredem.* Regeſt. m Pariſienſis Parlamenti ſign. B. fol. 41. inter Areſta an. 1277. *Homagium quod tenetur ab eo tanquam ab antenato per paragium, juxta conſuetudinem Normanniæ.* Totam hanc *Paragii* rationem & uſum hiſce verbis proſequitur vetus Conſuetudo Normanniæ MS. 1. part. ſect. 3. cap. 15. *Les fiens ſont tenus par parage, quant le frere ou le couſin prent l'eritage à ſes predeceſſeurs, & il la tient de ſon ainſné, & li reſpont de toutes les choſes qui apartiennent à la partie de ſon fieu & de toutes les droitures que le fiement de ſa partie deura, il en reſpont & en fet les redevances as Chies Seigners.* Et cap. 18. *Tenure par parage adecertes ſi eſt fet quant le tenant & celui del quel le fieu eſt tenu ſont pers par la reſon del lignage, qui deſcent de leurs anteceſſeurs, & en cette maniere tiennent les puiſnez des ainznez de ſi atant que il viengnent au ſeſime degré de leritage. Més dilec en avant, li puiſnez ſi ſont tenus à fere fealté à l'ainzné, & quant vendra au ſeptiſme degré, il tendront encore de l'ainzné par homage, més dillec en avant tout c'en qui par dedezant eſtoit tenu en parage, il ſera tenu en aprés par hommage. Li ainznez poet fere juſtice ſur les puiſnez pour les rentes & pour les ſervices qui appartiennent as Seignors del fieu*, &c. Cap. 27. *Les puiſnez ſeront tenus à fare fealté à leur ainznez ou à leur ſucceſſeurs quant le lingnage ſera alé & deſcendu ſiques au ſiſime genoil. El ſeptiſme degré les puiſnez ſeront tenus à fere à leur ainznez homage, quer le ſeptiſme degré eſt eſtabli tout au dehors des lignes de conſanguinité.* Adde quæ de hacce materia fusè pariter obſervavimus in dicta Diſſert. 3. ad Joinvillam pag. 150. Hinc

Apparagium, pro parte hæreditatis paternæ aut maternæ, quæ ſecundogenitis datur à primogenito fratre, in Charta an. 1316. ex veteri Regeſto Cameræ Computorum Pariſienſis: *Dominus Philippus filius Regis Comes Pictavenſis & Burgundiæ de dono regis Philippi patris ſui ratione partagii ſeu poſſeſſionis hæreditariæ quouſque Rex ſibi fecerit aſſideri de 20. mill. lib. Tur. ſolvend. hoc modo videlicet 3000. ll. ſuper terram Comitatus Burgundiæ annis ſingulis quæ debebantur Regi à Comitiſſa Atrebatenſi Domina Mathildi, — Dominus Ludovicus Comes Ebroicenſis pro recompenſatione ſibi facta ſuper deceptione ſeu errore aſſiſiæ terræ ſibi factæ ratione ſui apparagii, ſuper quibus dudum conqueſtus fuerat defunctis Regibus Philippo ſeniori, & Ludovico germano quondam domini Regis moderni*, &c. Hinc etiam in Conſuetudine Britanniæ art. 557. Lodunenſi cap. 15. art. 5. cap. 27. art. 26. & in Turonenſi art. 284. *fille apparagée ſuffiſamment, ou deuement*, dicitur quæ legitimè & juxta debitum dotata eſt à fratribus.

Paragium, quævis portio in re aliqua. Tabularium Vindocinenſe fol. 54. *Guido de Blaſone Dominicus vaſſus accedens ad Dom. Odericum Abbatem donavit eis tractum ſagenæ unius in univerſis aquis ſuis, ubicumque piſcaturas habere dinoſcitur, ita ut ipſe in eadem ſagena unius hominis habeat portionem, quam nominant paragium, reliquæ autem portiones ſunt S. Trinitatis & Monachorum.*

PARAGONICUS. Joannes Hocſemius in Engilberto à Marka Epiſcopo Leodienſi cap. 35. *Ad ea quæ nobis objiciuntur in Curia de lavacro Militari ſumpto in Concha paragonica Conſtantini; dicimus quod in eadem intravit Conſtantinus, & inibi lotus fuit*, &c. Anaſtaſius in S. Silveſtro: *Fontem ſanctum, ubi baptizatus eſt Auguſtus Conſtantinus ab eodem Silveſtro: ipſum fontem ex metallo porphyretico ex omni parte coopertum*, &c. Ita *paragonica concha*, pro *porphyretica* hic ſumitur, niſi ita legi debeat apud Hocſemium, vel *Pentagonica*.

PARAGORICUS. Vide *Paregoricus*.

PARALLELONEUS, παράλληλος, apud Latinum Agrimenſorem p. 316.

PARALODIUM. Charta Berengarii Comitis Barcinonenſis an. 1090. apud Baronium an. 1091. n. 8. *Et ut principes univerſi vel omnes alii qui mecum inſudaverint ad prædictæ urbis inſtaurationem, habeant in confinio hujus urbis paralodium, ſuam aprisionem, vel quod acceperint per manus noſtræ largitionem, non inde perſolventes aliquam penſionem*, &c. Sed legendum videtur diſtinctis vocibus, *par alodium, ſive apprisionem*.

PARALOGISARE, Gloſſ. Lat. Gall. *Paralogizo, parler, decevoir, ou conclure.* Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *Cujus* (diadematis) *non adulterina auri materies ab ipſius honore degenerans, luce ſophiſtica oculos paralogizans, ſed ipſius nobilitas miniſtrabat eſſentiam.* Utitur etiam Thwroczius in Chr. Hungar.

PARAMENTUM. Vide *Parare*.

PARAMONARII, iidem qui Manſionarii Eccleſiarum, etſi ſecus videatur Meurſio, qui *Paramonarios* adminiſtros Monaſteriorum fuiſſe contendit. Hiſtoria Inventionis corporis S. Priſci, apud Ughellum in Epiſcopis Frequentinis: *Sacerdos quidam Marcus nomine, qui etiam Paramonarii gerebat officium, & prædictam ejuſdem civitatis Eccleſiam cuſtodiebat*, &c. Infra: *Cuſtos ſanctæ Eccleſiæ civitatis* dicitur. Apud Petrum Diac. Caſin. in Relat. de Corpore S. Benedicti n. 2. & 10. *Georgius Eccleſiæ Paramonarius* occurrit, qui apud Leonem Oſt. lib. 3. c. 26. *Manſionarius* dicitur. Concilium Conſtantinopolit. ſub Menna act. 5. Προχειριζόμενος παρὰ τῶν χειροτονούντων, ἤτοι παραμοναρίων. Infra: καὶ Ἰωάννου παραμοναρίου τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ἁγίας Μαρίας, τοῦ διακειμένου κατὰ τὴν Τυρίων μητρόπολιν. VII. Synod. act. 7. can. 5. Οἰκονόμου, ἢ ἐκδίκου, ἢ παραμοναρίου. Προσμονάριοι dicuntur in Definitionibus Concilii Calched. can. 2. apud Balſamonem ad Marci Patr. Reſp. 28. & Leonem Grammaticum in Michaële Balbo p. 459. Suos etiam παραμοναρίους habebant Gentiles, ſi qua Menologio fides ad 17. Novemb.

PARANGARIÆ. Vide *Angariæ*.

PARANYMPHUS. Soterem PP. inſtituiſſe aiunt, ut legitima uxor tum haberetur, cui Sacerdos benedixiſſet, & quam parentes ſolenni pompa, more Chriſtiano, meritò collocaſſet, quamque etiam *Paranymphi* cuſtodiiſſent: de quo more extat Epiſtola 1. ſub nomine Evariſti PP. *Paranymphi* meminit Concilium Carthaginenſe IV. c. 13. apud Reginonem l. 2. c. 153. *Sponſus & ſponſa cum benedicendi ſunt à Sacerdote, à parentibus ſuis, vel à paranymphis offerantur.* Adde Burchard. lib. 9. cap. 6. 7. Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 363. Leges Longob. lib. 1. tit. 16. §. 8. &c. παρανύμφους plures interdum adhibitos in nuptiarum ſolennibus teſtatur Euchologium Gr. p. 389. ex quo μεσίτας appellatos docemur: εἶτα εἰσάγουσιν οἱ παράνυμφοι, ἤγουν μεσῖται λεγόμενοι σύντεκνοι, τὸ ζευγάριον τῶν νεονύμφων. Sic porro *Compatres*, ſeu patres ſpirituales etiam appellant Græci recentiores, quod in deducendis ſponſis Patris vicem teneant. Νυμφευτής, apud Theophylactum Simocattam lib. 1. c. 10. Vide Juretum ad Epiſtolam Ivonis Carnot. 209.

PARAPALLIUM, in Theatro ſtatuit vetus interpres Ju-
venalis ad Sat. 6. v. 649. *Spectant ſubeuntem fata ma-*
riti Alceſtum: ubi ille, *in Theatro Parapallium.*

PARAPETASIA, in l. 39. Cod. Th. de Operib. public.
Ædificia, quæ vulgi more Parapetaſia nuncupantur, vel
ſi qua opera publicis mœnibus, vel privatis, ſociata co-
hærent, ut ex his incendium vel inſidias vicinitas refor-
midet, aut anguſtentur ſpatia platearum, vel minuatur
porticibus latitudo, dirui ac proſterni præcipimus. Quo
loco in Baſilicis habetur [illegible], vel [illegible] quæ
vox, opus quoddam alii adjunctum, ſignificat, ſeu ad
aliud fulciendum, vel alia de cauſa, uti obſervatum à
nobis in Deſcript. ædis Sophianæ n. 36. Proinde alia
ſunt *Parapetaſia* à mœnianis & ſubgrundiis.

PARAPHONISTÆ, παραφωνισταί, Cantores, qui ſunt ex Scho-
la Cantorum. Ugutio: *Paraphoniſta, Cantor.* Alibi:
Antiphones, qui eſt ſonus: unde Paraphoniſta, dicitur
præcantator, quaſi parans ſonos. Ordo Romanus, de
Schola Cantorum: *Et ſtatuuntur per ordinem acies duæ,*
Paraphoniſtæ quidem hinc inde aforis, infantes ab utro-
que latere infra per ordinem. Alio loco: *Tunc aſcenden-*
tes in pulpitum duo ex Paraphoniſtis, imponant Anti-
phonam. Qui verò *infantes* ibi dicuntur, ibidem bis ap-
pellantur *infantes Paraphoniſtæ*; noſtris, *Enfans de*
chœur. Vetus Scheda de Confirmatione Abbatis Ca-
ſin. apud Angelum à Nuce: *Dehinc imponat Parapho-*
niſta Antiphonam hanc, &c. Tabularium Eccleſiæ Ca-
durcenſis: *Breve memoriale ſive diviſionale per manus*
Stephani, quod fecit Stephanus Parafoniſta ad obitum
mortis de iſta ſagreſtia cum ipſo ſuo Stephano nepoti,
modo fiat, & illa Cabeſcolia Ugonis nepoti meo filio Du-
randi, &c. Occurrit præterea in vita S. Genulfi lib.
2. cap. 23. apud Monachum Sangallenſem lib. 1. de
Carolo M. cap. 8. &c. Vide *Diſcantare.*

Archiparaphoniſta, dicitur in Ordine Romano, qui aliis
locis *Quartus Scholæ* appellatur. *Et poſtea non licet mu-*
tare alium in loco Lectoris vel Cantoris: quod ſi factum
fuerit, Archiparaphoniſta à Pontifice excommunicabitur,
id eſt Quartus Scholæ, qui ſemper Pontifici nuntiat de Can-
toribus. Alibi: *Deſcendit Archidiaconus ſequens in Scho-*
lam, & accipit Fontem de manu Archiparaphoniſtæ, &c.

PARAPSIS, pro [illegible]. Gloſſæ Gr. Lat. [illegible], *Pa-*
rapſida. Ita MSS. ubi editæ habent *paropſida.* Vas eſ-
carium à rotunditate dictum. Will. Brito in Vocab.
Parapſis dicitur diſcus. Iſidorus lib. 20. Orig. cap. 4.
Parapſis, quadrangulum & quadrilaterum vas, id eſt
paribus abſidis. Gloſſæ ejuſdem Iſidori: *Parapſides,*
ſuffuſoria. Parapſis, granata vel catinus. Legendum
gavata, vel catinum, ut habent Gloſſæ antiquæ MSS.
Pithœanæ, & Papias. Gloſſæ MSS. ex Bibl. S. Ger-
mani Pariſ. cod. 561. *Parapſis dicitur vel à paribus*
abſidis, vel à parabſis, à partitis in eo obſoniis & pran-
diis. Joannes de Garlandiâ in Synonymis:

Diſcus, ſcutella, lanx eſt, catinuſque, parapſis.

Regula S. Ferreoli c. 34. *Nemo alterius aut præſumat*
aut rapiat portionem, nec frequentius cæteris manum pa-
rapſidi importunus immergat. Conſtitut. Sicul. lib. 3.
c. 36. *Annulos, fibulas, parapſides, vel cuppas aureas,*
&c. Vetus Charta apud Hubertum Lendienſem p. 39.
Quatenus inde 8. parapſides, 8. ſcanpi, unum morta-
rium in Natali Domini, — fratribus à Villico mini-
ſtrentur. Vide Cujac. lib. 10. Obſervat. c. 17.

PARARE, Ornare, Gall. *Parer.* S. Valerianus de Bono
diſciplinæ cap. 8. *Unà cum aſſiſtente ſapientia, cœlum*
ſuſpenderat, terram pararat. Acta Synodi Pontigonen-
ſis an. 876. *Mane circa horam nonam venit Imperator*
Græcanico more paratus & coronatus, &c. Supra: *Ve-*
nit Dominus Imperator Carolus in veſtitu deaurato,
habitu Francico, &c. Anonymus in Epiſcopis Eyſteten-
ſibus in Gerocho: *Veterem illam Evangeliorum capſam*
ex electro & auro puriſſimo, gemmiſque pretioſis parari
fecit. Harulfus lib. 2. cap. 19. *Paravimus capſam ma-*
jorem auro & gemmis ornatam, in qua poſuimus partem
ſupraſcriptarum reliquiarum. Infra: *Capſas minores au-*
ro argentoque vel gemmis pretioſis honeſtiſſimè paravit.
Helgaudus in Roberto Rege: *Invenit ibi ſuam lanceam*
à conjuge glorioſa bene argento paratam. Chron. Caſin.
lib. 3. c. ult. *Dalmatica parata 8. tunicæ paratæ 5.* &c.
Willelmus Andrenſis in Chronico an. 1161. *Vidimus*
eum aliquando incappatum, præcinctum, & calcaribus
circa pedes redimitum, atque paratis equis exire paratum.
Ceremoniale Romanum cap. 33. ſect. 3. *Si verò Epi-*
ſcopus ſit qui cruce non utatur, ſtans in altari, vel in
ſede ſua cum mitra, vel ſi non ſit paratus. Occurrit
paſſim.

Paramentum, Ornatus, ornamentum: Gallis *Parement.*
Annales Francor. Bertin. an 868. *Cum corona auro &*
gemmis ornata, ſed & cum omni paramento regio cultu
exculto. Bulla Alexandri IV. PP. an. 1255. *Libros,*
calices, & paramenta ad alia loca transferre. Adde Con-
cilium Ravennenſe an. 1311. c. 8. &c.

Paramentum. Hincmarus Remenſis ad Carolum Regem,
de Coërcendis militum rapinis: *Et ad aliquem diem ju-*
beatis venire Fideles veſtros, dicentes quia eis adcogni-
tare vultis undecumque vobis placet dicere, & antequam
de paramento veſtro ad manſiones redeant, commonete eos
ſecundum ſapientiam vobis a Deo datam. Infra: *Ut ſi*
tales ſunt qui antea hanc admonitionem non audierint, eis
quotidie, quando ad paramentum veſtrum venerint, re-
legat. Ubi *Paramentum*, videtur eſſe tribunal paratum,
ſeu adornatum.

Paratura, idem quod *Paramentum*, Gallis, *Parure*: *Pa-*
ratus, Tertulliano de Corona militis: Solinus cap. 53.
Gemmarum adhibent paratum. 2. Paralip. c. 5. *Porta-*
verunt Levitæ arcam, & intulerunt eam, & omnem para-
turam tabernaculi. Ubi Gr. Καὶ [illegible].
Gregorius M. lib. 10. Epiſt. 36. *Modo autem de bene-*
dictione ejuſdem ſancti Petri tranſmiſimus fraternitati
veſtræ paraturam unam, &c. Pontius Diac. in Vita
S. Cypriani: *Nolo nunc deſcribere loci gratiam, & de-*
liciarum omnium paraturam interim tranſeo. Chroni-
con Monaſterii Sublacenſis, de Petro tertio Abbate:
Hic Abbas ſanctus fecit in Monaſterio libros, paratu-
ras optimas, & hæreditates multas acquiſivit. Ecke-
hardus Junior de Caſibus S. Galli cap. 8. *Paraturas*
vero Sanctuarii ille, quas ſecum inconſideratè cariſſimas
ſumpſit, furto amiſit. Adde c. 10. p. 82. Monachum
Sangall. l. 1. de Carolo M. c. 26. Conradum de Fabaria
de Caſib. S. Galli cap. 4. extremo, Regulam Magiſtri
cap. 81. Vitas Abbatum S. Albani p. 35. Chartam do-
nationis factæ Eccl. Cornutianenſi edit. à Suareſio. &c.

Parura, eadem notione, ex Gallico *Parure.* Vitæ Ab-
batum S. Albani: *Albas habentes paruras auro, & au-*
rifrigio, & acu plumario decoratas.

PARARIUM, pro *Petraria*, ſeu *petraria*, apud Brom-
ptonum p. 1166. *Ingenia verò & pararia Chriſtiano-*
rum ita retro foſſata erant, quod nullus ex parte ad-
verſa poterat eis nocere. Vide *Petraria.*

PARASCERNUS, navigii ſpecies. Charta Elizabethæ
Reginæ Hungariæ an. 1380. apud Joannem Lucium
lib. 4. Hiſt. Dalmat. cap. 1. *Omnes galeas, paraſcer-*
nos, brigentinos, & quodlibet aliud genus claſſis.

PARASCEVE, ex Gr. παρασκευή, Sexta ſabbati, ſeu feria
ſexta ultimæ hebdomadis Quadrageſimæ, ſic dicta, in-
quit Iſidorus lib. 1. de Eccleſ. offic. c. 29. *quia in eo*
die Chriſtus myſterium crucis explevit, propter quod ve-
nerat in hunc mundum. Papias: *Paraſceve, ſexta Sab-*
bati appellatur, hinc enim præparatio dicitur, quod à
Judæis quæ in Sabbato ſunt, eadem die præparantur.

PARASIA. Vetus interpres Juvenalis Sat. 4. v. 77. *Pe-*
gaſus, Trierarchi filius, ex quibus Liburna paraſia no-
men accepit. Ubi P. Pithœus legit, *ex cujus Liburna*
paraſia, & *paraſium*, pro παράσημον dictum putat, i.
tutela navis, de qua voce copioſè egere criticorum filii.

PARASITUS, *Pareſitus.* Vita S. Sori Eremitæ Petragor.
cap. 2. n. 10. *Vocato itaque uno è pareſitis, jubet dili-*
genter à beſtia pellem detrahere. Ubi Bolandus per *pa-*
reſitum, lanionem deſignari putat; malim famulum

domeſticum, qui de menſa domini victitat. Sic apud Petrum Damian. in vita S. Romualdi cap. 3. n. 17. *Hujus vaccam Comes quidam ſuperbus & tumidus, miſſis paraſitis, impetu barbarico rapuit, ejuſque carnes præparari ſibi ad prandium — præcepit.* Will. Gemeticenſis lib. 7. cap. 10. *A duobus paraſitis ſuis in via ſecus eum ſubito ſtrangulari.*

Paraster, Vitricus, ut *filiaſter*, privignus. Vetus Notitia in Hiſtor. Monmorenciaca p. 12. *Huberti — qui poſtea propter paraſtrem ſuum cognominatus eſt Raſorius*, &c. Occurrit in Tabulario S. Florentii Salmurenſis, in Rubro Sagienſi fol. 36. & apud Bractonum lib. 4. Tract. 2. cap. 4. §. 4. lib. 5. Tract. 4. §. 5. cap. 5. §. 9. *Paraſtre*, in Conſuetud. Montenſi art. 6. 11.

Parasticia. Adamnanus Scotus lib. 3. Vitæ S. Columbæ cap. 27. *Ecce enim Angelus Domini — nos deſuper intra Eccleſiam aſpiciens & benedicens, rurſum per paraſticiam Eccleſiæ reverſus, nulla talis veſtigia exitus reliquit.* An *poſticiam*? Alii à παρὰ, & *ſtatio* deducunt quaſi *ad ſtationem*.

Parasynaxis, ex Græco Παρασυνάξις, Conventiculum. Sacra Marciani Imp. contra hæreticos part. 3. Concilii Calched. c. 19. *Univerſi præterea Apollinariſtæ — non Eccleſias, non Monaſteria ſibi conſtruant, Paraſynaxis & conventicula tam diurna, quam nocturna non contrahant.* Concilium Conſtantinopolitanum ſub Menna Patr. act. 1. Κωλύομεν μὴτε παρασυνάγειν, μήτε παραβαπτίζειν. Vetus interpres *reconventiculare*. Vide l. 8. Cod. de Hæret. & Manich.

Paratæ, expenſæ ad hoſpitum ſuſceptiones, maximè Miſſorum, ſeu Legatorum publicorum, *Miſſatici*: fallitur enim Sigonius lib. 7. de Regno Italiæ, ubi ait *paratam* eſſe ſumptum quem populi in vias, pontesque fluminum, qua tranſiturus aut quo aditurus Rex erat, reficiendos impendebant. Vox formata à *Parare*, quod idem eſt ac *Metare*. Gloſſæ Gr. Lat. Ἑτοιμάζω, *Paro, Meto*. Ἑτοιμασία, *Præparatio, metatio. Manſio parata*, apud S. Ambroſium ſerm. 5. in Pſalm. 118. *Parare hoſpitium*, apud Sidonium lib. 8. Epiſt. 11. *Manſionaticos parare*, apud Hincmarum Remenſem ad Clerum Laudun. *Convivia præparare judicibus*, in Diplomate Bertefridi Epiſcopi Ambian. pro Monaſterio Corbeienſi, & in Bulla Celeſtini PP. apud Buzelinum in Gallo-Flandr. p. 349. Vide Senatorem lib. 5. Epiſt. 14. & Concilium Cabilonenſe an. 650. c. 11. Præceptum Ludovici Pii pro Hiſpanis an. 815. *Et Miſſis noſtris, quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut Legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad nos transmiſſi fuerint, paratas faciant, & ad ſubvectionem eorum veredos donent.* Epiſtola Epiſcoporum ad Ludovicum Regem c. 14. *Quatenus non ſit nobis neceſſe per quaſcumque occaſiones, quorumcumque hortatibus circuire loca Epiſcoporum, Abbatum, Abbatiſſarum, vel Comitum, & majores quam ratio poſtulat paratas exigere.* Occurrit paſſim apud Marculfum, & in veteribus Tabulis.

Paratæ crebro etiam ſumuntur pro expenſis quæ in Epiſcoporum & Archidiaconorum ſuſceptionibus à Preſbyteris Eccleſiarum ruralium fiunt, dum ii diœceſim ſuam viſitant, quæ poſtmodum in præſtationes pecuniarias abierunt. Hincmarus Remenſis: *Preſbyteros in paratis & exeniis indebitis non affligant.* Idem in Capitulis ad Archidiaconos cap. 1. *Non graves ſitis Preſbyteris in paratis quærendis.* Chronicon Hugonis Flaviniacenſis pag. 271. *Ea lege ut ipſi quoad vivant illo* (altari) *fruantur, & debitum Synodale Eccleſiæ S. Mammetis ſolvant paratam & Eulogias.* Chronicon S. Benigni Divion. p. 421. *In Avriaco etiam villa decimas & paratam — perdonavit.* Chronicon Beſuenſe pag. 600. *Paratas ſive debitum quod in Synodo debebat Presbyter.* Charta Roberti Epiſcopi Lingonenſis in eodem Chronico. *Ita ut Presbyteri Parochiales — Archidiaconibus, aliiſque miniſtris debita ſervitia exhibeant, paratas & Eulogias ſuo tempore communiter perſolvant.* Charta alia Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani, ex Tabulario ejuſdem Eccleſiæ: *Quibus poſtea donavi Eccleſiam S. Himerii, & Eccleſiam B. Mariæ de Bruen, retento annuo cenſu, ſcilicet 10. ſolid. excepta parata.* Alia ejuſdem Hugonis an. 1108. *Et retento mihi & ſucceſſoribus meis — paratam quæ conſtat 12. denariis in Parochiali Eccleſia.* Vide Perardum in Burgundicis pag. 81. Gariellum in Epiſcopis Magalonenſibus p. 88. Hiſtoriam Epiſcopor. Cadurcenſ. n. 70. v. cl. Jacob. Petitum poſt Pœnitentiale Theodori p. 596. 601. 625. Et infra in *Synodus*, & *Synodaticum*.

Parada, pro *Parata*, in Charta Pontii Epiſcopi Bellicenſis: *Exceptis Synodis & Parada.*

Pareda, eadem notione. Hiſtoria Epiſcop. Autiſiodor. cap. 49. extremo: *Deditque ad victum Canonicorum fratrum paredas omnium Eccleſiarum earundem quæ habentur in Epiſcopatu Autiſiodorenſi.* Et cap. 55. *Similiter dedit fratribus cum decimis, & paredam eiſdem Canonicis condonavit.*

Guadia de Parata. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. extremo: *Et ipſe Theodaldus dedit guadiam de parata, ac fidejuſſorem inter ſe poſuerunt de utraque parte.*

Apparatus, idem quod *Parata*, prandium, cœna. Charta Bernardi Comitis Melgorienſis apud Gariellum in Epiſcopis Magalon. *Dono & cum hac charta concedo ſingulis annis ſemper in feſtivitate S. Mariæ medii Auguſti optimum apparatum omnibus Magalonæ commorantibus, ut ego & ii qui poſt me Caſtrum Melgorii tenebit, ſemper in prædicta eum faciat feſtivitate.* Alia Waldemari Regis Danorum an. 1180. apud Stephanum Stephanium in Prolegomenis ad Saxonem Grammat. p. 16. *Quodcumque itaque ad noſtram curiam, apparatum, tranſvecturam, expeditionem, ſeu ad aliud quodlibet regii juris, obſequii, vel obſequiale debitum — pertineat.* Adde aliam Abſalonis Lundenſis Archiep. ibid. pag. 18.

Parata, Practicis noſtris, *droit de parée*: jus nempe quod dominis feudalibus competit perſequendi *nativos* ſeu homines ſuos, ſi in vicini alterius dominium tranſierint, quod quidem ex pacto viciſſim inito utrique domino competit, ex quo eorum tenentes, *homines de parata* vulgo dicuntur. Charta libertatum oppidi de S. Paladio in Biturigib. an. 1279. *Si aliquis ſeu aliqui homo ſeu homines noſtri — ex aliquibus aliis locis noſtris & juſtitiis venerint ad dictam villam S. Paladii, qui non ſint de parata, & ſint homines noſtri, vel alienjus noſtri de tallia, mortallia*, &c. Infra: *Quilibet Alienæ de foris dictum dominium deferens & adducens vinum ad vendendum in dicta villa, ſolvet pro quolibet dolio dimidium ſextarium vini, exceptis illis qui ſunt de parata.* Quippe qui ſunt *de parata* non cenſentur Alienigenæ. Conſuet. locales loci de *Thevé* in Biturigib. apud Thomaſſerium: *Ledit Seigneur a parée & ſuite avec le Seigneur ou Dame de la Chaſtre, à la Berthenoux, eſquels lieux il a accouſtumé ſuivre & exploiter ſes hommes ſans contradiction, & n'y doivent les hommes d'icelles terres & ſeigneurie, peages & barrages les uns les autres pour les marchandiſes qui peuvent paſſer & repaſſer par icelles.*

Paratica, idem quod *Parata*, ſeu *Parata*, de qua voce ſupra. Charta Friderici I. Imp. an. 1185. apud Puricellum in Baſilica Ambroſiana p. 1029. *Et reſervata paratica quæ nobis debet præſtari & filio noſtro illuſtri Regi Henrico & omnibus ſucceſſoribus ejus, cùm primò coronam Regni Mediolani aut Modoetiæ ſuſcipient, præſtanda ab iis qui ipſam paraticam ſoliti ſunt præſtare.*

Paraticum. Vide *Paragium*.

Paratici. Charta Cremonenſis MS. an. 1244. *Die Dominico tertio decimo exeunte Martio in Palatio communis Cremonæ, in pleno Conſilio generali ſonato per campanam, & voce præconia convocatis Credenderiis, Conſulibus vicinearum, & Paraticorum, & convocatis*

judicibus, &c. Ubi fortè Paratici ſumuntur pro Nobilibus. Vide *Paragium*.

PARATOR, Sartor, qui veſtes conficit vel ornat: olim *Parmentier*, quaſi *paramentarius*. Paramentorum confector. Charta Communiæ S. Quintini: *Si aliquis aut filatrici lanam ſub mercede filandam, aut Paratori pannos, aut ejuſmodi res alicui operario ad parandum commiſerit*, &c. Charta Communiæ Roienſis art. 45. *Si quis pannos alicui paratori commiſerit ad parandum, non poterit parator ponere eos in vadium pro majori portione quam merces ejus, ultra quam merces parandi ſe habeat*, &c. Adde Conſuetud. Toloſæ part. 2. Rub. de Debitis. *La rue aux pareurs*, in urbe Abbatiſvillæ, in ejus Hiſt. Eccleſ. p. 401. Vide *Permentarius*.

Parator. Thwroczius in Chr. Hungar. 2. part. c. 10. *Qui fundator extitit Monaſterii de Tata, & parator*, id eſt exornator.

PARATORIUM, Secretarium Eccleſiæ, ſeu locus ubi Pontifex & qui ſacra facturi ſunt, ſe ſe *parant*, id eſt adornant, & veſtes Eccleſiaſticas induunt: vel ubi ad ſacram peragendam liturgiam ſe *parant*, vel præparant. Ordo Romanus: *Calicem autem Subdiaconus accipit ſequens, & dat Acolyto, & ille revocat in Paratorium*. Alio loco: *Reponitur liber in paratorio quodam, ſive in Secretario*. Vide Deſcriptionem noſtram ædis Sophianæ n. 67. 68.

Paratorium, locus ubi parantur telæ. Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii an. 1206. pro Manoſcenſibus: *Item quod valeant — intra dicta loca, ubicumque voluerint, molendinum & molendina & paratoria conſtruere & ædificare & facere, & in eis blada — tridere, & telas parare*. Apud Columbum in Manuaſca lib. 2. n. 57.

PARATRAPETA. Anaſtaſius in Leone III. PP. p. 127. *Item & in Monaſterio S. Eraſmi fecit veſtem de ſtauraci, cum cruce & gamadiis, ſimul & paratrapetiis ſuis, cum periclyſi de chryſoclavo*. Ubi fortè legendum *Paratapetis*, ex Græco παρατάπις, quod extra *tapetem* eſt, ita ut idem valeat quod limbus tapetis, *bord de tapiſſerie*.

PARAVEGIUM, locus qui naves à ventis tuetur, Italis *Paravento*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 25. *Vallenia paravegium eſt bonum, & operit uſque Magiſtrum*. Infra: *Dictus autem portus bonum eſt operimentum ſeu paravegium capitis poſiti in mari*. Rurſum: *Berghun — apud quod bonum paravegium reperitur verſus orientem*.

PARAVEREDI, Equi *agminales*, (ita enim promiſcuè appellatos docet l. 3. Cod. Th. de Curſu publico) quorum uſus in curſu publico, non quidem in viis publicis, ſed in tranſverſariis & militaribus, ut *veredorum* in viis publicis. Ita Jacobus Gotofredus ad d. legem. Paraveredorum etiam mentio occurrit in l. 6. 7. 15. 16. 59. 63. 64. cod tit. & apud Senatorem non ſemel, ubi pro quibuſvis equis publicis videntur uſurpari: *Paraveredorum ſubvectiones exigere*, lib. 5. Epiſt. 39. *Paraveredorum aſſiduitate fatigari*, lib. 11. Ep. 14. *Paraveredorum præbitio*, lib. 12. Epiſt. 15. *Paraveredorum numerus adſcriptus*, eodem lib. Epiſt. 18. *Paraveredos tollere*, in Capitul. Caroli C. tit. 5. §. 6. & in Epiſt. Epiſcopor. ad Ludovicum Regem c. 14. *exſolvere*, in Edicto Piſtenſi Caroli Calvi c. 26. in Capit. Caroli C. tit. 31. c. 8. Hincmarus Rem. ad Clerum Laudun. *Non denarios vel caballos — aut ad iter aliquod paraveredos, aut alia quælibet accipiat. Paraveredis Preſbyteros affligere*, in Concilio Troſleiano an. 909. c. 6.

Paraveredarius, pro *Paraveredus*. Capitulare de Villis c. 31. *Ut hoc quod ad paraveredarios vel gentias dare debeat*, &c.

Paravredum. Capit. Caroli M. lib. 2. c. 16. *Qui legationes ad nos directas in ſuis manſionibus aut male recipiunt, aut conſtitutam à nobis pecuniam non tribuunt, aut paravreda dare nolunt*. Append. 4. lib. 4. eorundem Capitul. c. 10. *De querela Hildebrandi Comitis, quod pagenſes ejus paravreda dare recuſant*, &c.

Parafredus. Lex Bajuvar. tit. 1. cap. 14. De colonis vel ſervis Eccleſiæ §. 4. *Parafredos donent, aut ipſi vadant, ubi eis injunctum fuerit. Parafredum exigere*, in Charta Caroli C. apud San-Julianum in Trenorchio p. 510. *Tollere*, apud Ducheſnium in Hiſt. Limburgenſi p. 29. Ab hiſce *paraveredorum* præſtationibus poſtmodum dictus

Palafredus, Equus gradarius, noſtris *Palefroi*, *cheval de ſervice*. Brunetus Latinus 1. part. Theſauri cap. 155. *Il i a chevaux de pluſieurs manieres, à ce que li uns ſont Deſtrier grant pour le combat: li autre ſont Palefroi pour chevaucher à l'aiſe de ſon cors: li autre ſont Roncis pour ſommes porter*, &c. Lexicon Cambro-Britannicum: *Palffrai, Palfridus, genus equi*. Catholicon parvum, *Gradarius, Palefroy*. Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Palafredus, dicitur a paſſu equi & freno, & deducendo, quia leni paſſu per frenum ducitur*. Quidam etiam perperam ab Hebraico etymon arceſſunt. Vide Guichardum in Harmonia etymolog. p. 74. 814. Ebrardus Betunienſis in Græciſmo c. 26.

—— *bellum palafredus anhelat*.

Henricus Rebdorff. an. 1347. *Juſſit vulnerantem aſcendere palafredum ſuum*.

Palafridus, apud Innocentium III. PP. lib. 14. Epiſt. 43. & Will. de Podiolaurentii cap. 34.

Palefredus. Will. Tyrius lib. 13. cap. 27. *Miſerat autem & prædicto nobili viro per quemdam familiarem ſuum palefredum albiſſimum, argento ferratum*, &c. Ita apud Cæſarium Heiſterbach. lib. 12. cap. 12.

Palefredus, apud Ordericum Vitalem lib. 5. p. 594. in Charta Cæleſtini III. PP. & aliis apud Buzelinum in Gallo-Flandria p. 349. 350. 528.

Palafrenus, Italis *Palafreno*. Acta Alexandri III. PP. an. 1162. *Albo itaque palafreno, & cæteris Pontificalibus inſignibus de more paratus, Alexander Papa præ nimia populorum frequentia equum vix aſcendere potuit*. Et an. 1178. *Præ nimia vero multitudine ipſius veſtigia oſculantium albus palafrenus ambulare vix poterat*. Teſtamentum Girardi Comitis Britonorii an. 1062. apud Hieron. Rubeum lib. 5. Hiſt. Ravenn. *Et inſuper palefrenum & deſtrerium & loricam, & vexillum relinquo*, &c. Occurrit etiam in Charta an. 1291. apud Ughellum to. 2. Ital. ſacr. p. 161. apud Cortuſios lib. 4. c. 6. lib. 8. cap. 13. in Concilio Ravennenſi an. 1317. c. 11. apud Ottonem Morenam in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 38. &c.

Parafrenarius, Equiſo, qui *palafridos*, ſeu equos curat, ſeu etiam qui ſtabulis regiis aut Principis præeſt: *Palefrenier*, Italis *Palafreniere*. Occurrit in Ceremoniali Romano lib. 1. ſect. 2. Continuator Guillelmi Nangii an. 1378. *Et le Palefrenier du Roy eſtoit devant les Eſcuiers du corps, monté ſur un grand courſier, & avoit les paremens du Roy, leſquels eſtoient de velviau & de brodure, les fleurs de lys porfilées de perles en eſcharpe en tour le col, ainſi qu'il eſt accouſtumé de porter*. Ex qua *Parafrenarii* deſcriptione ſatis patet id fuiſſe officii in aula, quod poſtmodum *Magni Franciæ Scutiferi*, dictum fuit. Vide Gloſſ. ad Villharduinum.

PARAVISUS. Vide *Paradiſus*.

PARCAMENUM, pro *Pergamenum*, ex Gallico, *Parchemin*: habetur in libro Miraculorum S. Vulfranni Epiſc. n. 26. & in vita B. Bonifacii Epiſcopi Lauſanenſis n. 19.

PARCARIUS, *Parcata*. Vide *Parcus*, *Parcagium*.

PARCENNARII, *Percennarii*, Participes, *partionarii*, in veteribus tabulis paſſim, qui paternam hæreditatem invicem dividunt: ex Gallico *Perçonniers*, vel *Parçonniers*: *perceners*, in legibus Willelmi Nothi vernaculis cap. 39. Bromptonus: *Domine, ſi tantum hodie cepiſtis, centuplum interim perdidiſtis: nam Dani civitatem Eboracenſem, Rege Oſbrith parcenario veſtro interfecto — ceperunt*. Maximè verò *Parcena-*

rii dicuntur, qui aliquid in commune poſſident. Vide Fletam lib. 4. c. 24. §. 11. & lib. 5. c. 9. §. 35. Aſſiſæ Hieroſol. MSS. cap. 87. *Les parties ſont parſonniers en cel cas. Le lignage de Coucy* MS. *Et li aiſneż qui ot nom Pierre, eil ot la terre de Courtenay en parſon d'autre terre.* Alibi: *Si ot la terre de Varvin en parſon de terre.* De ejuſmodi Participibus agit Bractonus lib. 5. tract. 5. cap. 25. Adde Gloſſ. ad Villhard. v. *Parçonnier.*

PARCH. Lex Bajuvar. tit. 9. cap. 2. §. 3. *De illo granario, quod Parch appellant*, &c.

PARCIMONIUM, *Partitudo, φειδωλία*, in Gloſſ. Gr. Lat.

PARCOPOLLEX, Joanni de Janua dicitur *Tramellum, qui parcit Pollici.* Gloſſ. Lat. Gall. *Parcopolex, Traymel pour ayder à chauſſer ſoulez.*

PARCUS, non tam Stabulum, vel Ovile, quam liberior & ſpatioſior locus in quo grex totus includitur. Nos *Parc* etiamnum appellamus Septum ex cratibus, in quo de nocte oves quæ ad paſcua educuntur, includi ſolent, quo ab luporum incurſibus tutæ ſint. Lex Angliorum & Verinorum tit. 7. §. 1. *Qui gregem equarum in parco furatus fuerit*; &c. Lex Ripuar. tit. 82. §. 2. *Si quis peculium alienum in meſſe adprehenſum ad parcum minare non permiſerit*, &c. Editio Heroldi habet *parricum*, Codex Regius *Parricium*, alius *Parium*, &c. Vita Alcuini n. 10. *Curte ſive equarum ſub uno parco omnis mundus collectus oſtenditur.* Pecora porro dicuntur *ad Parcum* duci in laudatis legibus, quæ ob foriſfactum & damnum pignorantur, & in ejus, cui damnum factum eſt, *parcum*, ſeu *imparcum*, uti etiam appellabant, conſervanda ducuntur, donec illud reſarciatur. Atque ita

Parcum publicum appellant JC. Angli, quem ſic definit Cowellus: *Parcus publicus, eſt area in quolibet feudo ſeu manerio circumſeptus, in quo animalia damnum frugibus aut fructibus terræ quibuſcumque facientia includuntur, donec de damno per dominum ſatisfiat, aut ſaltem cautio apud Vicecomitem per dominum interponatur de ſtando juri.* Tabularium Fiſcanenſe fol. 36. *Nammia quæ capta fuerint in terra Abbatis, non niſi in terra Abbatis ponentur in parcum.* Lex Burgundion. tit. 49. §. 3. de Animalibus damna facientibus: *Sanè ſi eos in re ſua damnum ſibi facientes invenerit, clauſeritque*, &c. Acta Murenſis Monaſterii pag. 60. *Nemo audebat taurum vel verrem ſive arietem præter eam habere, & quæcunque introibant, vel exiebant in hortum vel in ſegetem, nullus auſus eſt lædere, vel includere.*

Imparcare, Parco includere animalia quæ in damno ſunt, quod etiam de reis hominibus uſurpatum. Bracton lib. 3. de Corona cap. 9. §. 4. *Ex eo crimine — propter quod inducti ſunt in carcerem, & imparcati.* Cap. 37. §. 9. *Juſtè cepit averia ſua, quia illa invenit in damno ſuo, & ſecundum legem & conſuetudinem regni imparcavit illa, donec damnum ſuum ei eſſet emendatum.* Monaſticum Anglic. tom. 2. p. 828. *Et prohibemus ne — torum oves aut animalia capiantur in namium, neque in communia paſtura imparcentur*, &c. Et pag. 832. *Per eamdem cartam ſuam fecit eiſdem fratribus de habendo ſeparatim ſuper terram, & ſolum ipſorum fratrum in Bereford, ſuum proprium imparcum & meſſarium ad capiendum, chaceandum, & imparcandum — animalia in damnis dictorum inventa, & rationabiles damnorum æſtimationes indè exigendos & inconcuſſè percipiendos.* Synodus Exonienſis an. 1287. c. 52. *Quidam vero ſinunt rectores decimas libere colligere & aſportare, ſed equos & boves ſuos & ſubjugatos* (an *ſubjugales?*) *capiunt, & imparcant, & decimas ipſas depaſcunt propriis animalibus & alienis. Averia imparcata*, in Fleta lib. 1. c. 20. §. 87. *Beſtes emparchées*, in Conſuetud. Britanniæ art. 418. Adde eundem librum Fletæ lib. 2. c. 47. §. 45. c. 48. §. 2.

Imparcamentum. Monaſticum Anglic. tom. 1. p. 819. *Ita quod nullus ponat tempore prædicto aliqua averia in prædicta landa ad deſtructionem herbagii ejuſdem landæ, ſalvis ſibi imparcamento, & emenda imparcamenti de alienis averiis, quæ landam prædictam intraverint.* Ita *imparcatio*, to. 2. p. 176.

Parcus, locus ad ferarum cuſtodiam, palis, cratibus, muris aut foſſis circumſeptus: cujus primum inventum Henrico Primo in Anglia adſcribit Joannes Roſſus: ſed contrarium ex Domeſdei evincit Spelmannus in *Derefald*, & ſub Anglo-Saxonibus extitiſſe *parcos* aſſerit. Sanè Perſicos Reges ejuſmodi ſilvas muris clauſas habuiſſe teſtatur in primis Zozimus lib. 3. p. 724. ubi de Rege Perſarum: Γέγονε δ' ἐξῆς περίβολος, ὃν βασιλέως θήρας ἐκάλουν· ἦν δὲ τὸ τεῖχος χωρίον ἀπειληφὸς ἔνδον πολὺ, δένδρα παντοδαπὰ πεφυτευμένα περιέχον· ἐν τούτῳ θηρίων παντοίων ἐναποκεκλεισμένων γένη, τροφῆς τε μὴ ἀπορούντων, διὰ τὸ καὶ ὕδατος ἐποχετεύεσθαι, καὶ παρέχειν τῷ βασιλεῖ τῶν θηρῶν, ὁπότε ἂν βουληθείη, ῥᾳστώνην. Vide *Peribolium.* Petrus Cellenſis de Diſciplina clauſtrali cap. 1. *Regulares incluſerunt in clauſtro, tanquam cervos & capreas in clauſo, ut ita dicam, parco.* Chronicon Andrenſe: *Dum — pro ſilveſtribus cuſtodiendis parcum facere vellet.* Romualdus Salernitanus in Chronico MS. an. 1149. *Quoſdam autem montes & nemora, quæ ſunt circa Panormum, muro fecit lapideo concludi, & parcum delitioſum ſatis & amœnum diverſis arboribus inſitum & plantatum conſtrui juſſit, & in eo damas, capreolos, porcos ſilveſtres juſſit includi.* Silveſter Giraldus lib. 1. Itiner. Cambr. cap. 5. *Silvis & parcis urbs illuſtrata.* Matth. Weſtmonaſt. an. 1246. *Eodem anno condita ſunt leges cum rigoris incremento ſuper his qui furtivè damna faciunt in alienis parcis & vivariis.* Thomas Walſinghamus an. 1343. *Henricus quondam Lincolnienſis Epiſcopus — apud prædium ſuum de Tynghurſt, parcum fecerat, & ſuorum terras contiguas ipſis junctis eidem parco adjecerat, & ſepibus ac foſſatis incluſerat*, &c.

Parcarius, qui parcorum curam gerit, Parci cuſtos, *Sergenteriæ* ſpecies: *Parker* Littletoni ſect. 378. officium verò, *Parkarship.* Statutum Edw. I. an. 21. *Si quis Foreſtarius, Parcarius, aut Warennarius in balliva ſua malefactores aliquos invenerit vagantes ad damnum ibidem faciendum*; &c. Monaſticum Anglicanum to. 1. p. 960. *Excepto ſervitio Ricardi Parcarii & heredum ſuorum, de una virgata terræ, quam tenet in Henton: quod ſervitium pertinebit in perpetuum ad prædictos Monachos & Fratres, ſive prædictus Ricardus defendat prædictam virgulam terræ per cuſtodiam parci, vel per ſervitium Militare*, &c. Vide tom. 2. pag. 23. & infra in *Putura.*

Parci infractura. Vide *Pundbreche.*

Parcorum clauſura, inter onera quibus tenebantur Angli erga Regem, in Charta Guillelmi Nothi pro Monaſterio de Bello, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 317. Id fortè quod

Parcagium appellatur in alia Henrici I. Regis Angl. to. 3. p. 267. *Et hanc terram conceſſi — ſolutam & quietam de langabulo, & parcagio, & omnibus aliis rebus*, &c. Idem videtur quod

Parcatio, quæ inter jura dominica recenſetur in Monaſtico Anglic. tom. 3. p. 111. *Et quetudinem parcationis meæ, quæ habebam apud Wikingiam eis clamo quietam & perpetuam.*

Parcata. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 179. *De octo parcatis prati juxta Longare*, &c. Modus fortè prati cratibus & palis intercluſus.

PARDINA. Charta Aragon. æræ 927. in Hiſt. Pinnatenſi p. 269. *Monaſterium de Navazal cum ſuis villis, id eſt Larrota & Aranella, & cum omnibus alodiis, & montibus, & pardinis, & Eccleſiis*, &c. Alia Sanctii Majoris Regis Navarræ æræ 1052. apud Sandovallium in Epiſcopis Pampilonenſibus: *Neque præſumat aliquis ex ſucceſſoribus noſtris in illa pardina de Tęurun, ſive in aliis terminis, — novum aliquid conſtruere*, &c. Alia Sanctii Regis Aragon. æræ 1128. apud Anton. de Yepez, in Chron. Ord. S. Bened. tom. 3. *Et Monaſterium S.*

Chriſtophori de Aurin, cum tota villa: & Palatium de
Lares cum tota ſua hereditate, & pardinam illam de ſe-
ricata, &c. Idem fortè quod *Prada*, pratum.

PARDONA. Vide *Perdonare*.

PAREAGIUM. Vide *Aſſociare*.

PAREDRUS, ex Græco πάρεδρος, virtus dæmoniaca, qua-
lis in Simone Mago fuit. Papias: *Paredrum, vocant*
dominicam virtutem. Rufinus lib. 2. Hiſt. Euſebianæ
cap. 14. *Is urbem Romam ingreſſus, utens adminiculo*
aſſiſtentis ſibi & adhærentis dæmoniacæ virtutis, quam
paredrum vocant, &c. Ex eo Ordericus Vitalis lib. 2.
in actis S. Petri Apoſt. p. 387. *Præfatum præſtigiato-*
rem pluribus phantaſiis per dæmoniacam virtutem, quam
paredrum vocant, populum decipientem invenit, &c.
Euſebii verba ſunt: Ἐμβὰς δὲ τῆς Ῥωμαίων πόλεως συνα-
ράμενος αὐτῷ τὰ μεγάλα τῆς ἐφεδρευούσης αὐτόθι δυνάμεως, ἐν
ὀλίγῳ ποιῆσαι ἐπὶ τοῖς ἐγχειρήσεσιν ἤνυσεν, ὡς καὶ ἀνδριάντος ἀνα-
θέσει πρὸς τῶν τῇδε οἷα Θεὸν τιμηθῆναι. Vide Tertull. lib.
de Anima cap. 28. Henricum Valeſium ad Euſebium,
Salmaſium ad Hiſtor. Auguſt. & virum doctiſſimum
Joannem Baptiſtam Cotelerium linguæ Græcæ Pro-
feſſorem regium ad Clementin. Homil. 2. cap. 30.
ubi de Spiritibus παρέδροις. *Paredros* Battiadis laudat
Fulgentius Placiades de Virgiliana continentia.

PAREGORIZARE, *Paragorizare*, Joanni de Janua, *mi-*
tigare, lenire, oblectare. Paragoria, mitigatio, & quæ-
dam medicina ſic dicitur, quæ lenit. Anonymus medicus:
Paregorica ſunt quæ paregoriſant, ne malum creſcat,
non ſanant. Gloſſ. Medicum MS. Reg. cod 1486.
Paragoricus, Mitigator. Paragoriſare, Mitigare.
Papias: *Paragorizas, mitigas, oblectas, temperas.* Per-
peram *Paragonizas* præferunt codd. MSS. & editi.
Rectius infra: *Paregorizat, mulcet.* Græcis παρηγορεῖν
eſt conſolari. Heſychius παρηγορεῖν, θέλγειν. Apuleius
lib. de Virtutib. herbar. c. 24. *herba chamedrys —*
mirificè paregoriam præſtat. Hinc medicis παρηγορεῖν eſt
malum lenire, mitigare, apud Sextum Empiricum lib.
1. Pyrrhoniarum: ut & *Paregoriſare* medicis ſequioris
ævi, ex παρηγορίζειν, qua voce paſſim utitur Alexander
Iatroſophiſta, ſeu vetus ejus interpres in libris Paſſionum.
Remedium paregoricum, apud Marcellum Empir. c. 36.
Guibertus in præfat. ad Hiſt. Hieroſ. *His autem qui-*
bus pabulum eloquentiæ æſtimatur honeſtas, dum ea mi-
nus aptè dicta perpendunt, ubi narrationis dinoſcitur ex-
pedire comitas, & prolata ſuccinctè, ubi facundia pare-
gorizantis decuit laciniosa varietas, &c.

PARENS, Sanguine proximus, agnatus, cognatus: vox
Saluſtio etiam nota. Hieronymus lib. 2. contra Rufi-
num: *Niſi forte parentes militari vulgarique ſermone*
cognatos & affines nominat. Salvianus lib. 3. ad Eccleſ.
Cathol. *Cum dicat quis de aliquo adoptivo ac ſubitaneo*
propinquo, illum heredem facio parentem meum. Infra:
Emens pretio hereditatis heredis nomen, & totis patri-
monii ſui viribus hoc elaborans, ne ſe ille qui heres ſcri-
bitur, parentem neget. Fortunatus, carm. de Excidio
Turingiæ:

Tunc pater ac genitrix, & avunculus atque parentes,

Idem carm. ad Artachin:

Sed de fratre patris proximus ille parens.

Adde lib. 10. Poëm. 11. Utuntur paſſim ſcriptores,
Liberatus Diacon. cap. 16. Gregorius M. lib. 2. Ep.
15. Senator lib. 2. Epiſt. 41. Lex Burgund. tit. 26.
85. Lex Salica tit. 63. Gregor. Turon. lib. 2. Hiſt.
c. 4. 27. 40. lib. 3. c. 13. 14. 23. lib. 8. c. 2. lib. 9.
c. 19. 33. lib. 10. c. 12. de Vitis Patrum c. 3. lib. 1. de
Mirac. c. 70. Vita S. Leodegarii c. 17. Aimoinus lib.
1. Hiſt. c. 23. lib. 2. c. 14. lib. 3. c. 4. Agobardus
in Epiſt. ad Matfredum, Hugo Cluniac. Epiſt. 3.
Hariulfus lib. 3. cap. 17. & alii. *Parentem & amicum*
ſuum Rufinum Præfectum Prætorio vocat Conſtantinus
M. in l. 6. Cod. Th. de Annona & tribut. quomodo
Reges noſtri proceres majoris dignitatis, *noſtre tres-*
cher & ame couſin. Niſi hoc loco *parens* idem valeat
quod *pater*, quod vult Briſſonius lib. 3. Formul. pag.
352. Vide Jacobum Gotofredum ad l. 12. eod. Cod. de
Piſtorib. & ad l. un. de Action. certo temp. finiend.

Parentorum, pro *parentum* crebro occurrit apud ſcri-
ptores locis indicatis à v. cl. Steph. Baluzio in Notis ad
Capitul. p. 1014.

Parentatus, cognationibus & affinitatibus inſtructus, co-
pioſus, *Apparenté*, Arnoldus Lubec. lib. 7. cap. 3.
Adolfus verò utpote vir parentatus, &c. Et cap. 9.
Quia vir parentatus erat, ornatus fratribus & amicis,
&c. Philippus Mouskes in Hiſt. Francor. MS.

Lors ſe volt li Dus marier,
Pour ſes amis emparenter, &c.

Le Roman de Vacce MS.

La fame Bernart fu moult bien emparentée.

Parentatus, Affinitas, cognatio, *Parentado*, Italis: no-
ſtris, *Parenté*. S. Eugenius in Epitaphio matris ſuæ.

Hic dilecta Deo recubans Bleſilla quieſcit,
Clara parentatu, clarior & merito.

Epitaphium Taraſiæ Beremundi Regis & Geloiræ fi-
liæ in Monaſterio S. Pelagii Ovetenſis, quæ obiit æra
1077. *Hic dilecta Deo recubans Taraſia Chriſto dicata,*
proles Beremundi Regis & Geloira Regina, generis ortu
clara, parentatu clarior, & merito vitam duxit præcla-
ram, &c. Ita *parenté* vocem uſurpant Poëtæ noſtrates
in genere maſculino, quam nos hodie in feminino:

Le Roman de Pariſe la Ducheſſe MS.

Iluec ont un vallet, n'ot que quinze ans paſſez,
Dou lignage à la Dame, & de ſon parentez.

Alibi:

Et ſon riche barnaje, & tot ſon parenté.

Ibidem:

Il ere mes coſins, & de mon parenté.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Girard apelle ſon riche parenté.

Le Roman de Vacce MS.

Et de ſon noble parenté.

Ibidem:

Li Barons o lui ſe tenoient,
Qui de ſon parenté eſtoient.

Ita etiam apud Chriſtinam Piſanam 1. parte *du Treſor*
de la Cité des Dames, cap. 4.

Parentatus, alia notione, in Bullis Joannis PP. an. 1026.
& Benedicti PP. an. 1013 apud Ughellum tom. 1.
Italiæ ſacræ part. 1. p. 112. & 124. *Parentatum autem*
ejuſdem Eccleſiæ S. Petri, & ſupradictorum ſuorum
Monaſteriorum, & cuncta Eccleſiaſtica judicia ipſorum
— confirmamus.

Parentela, Willelmo Britoni in Vocab. *Cognatio vel con-*
ſanguinitas vel contribulitas. Capitolinus in Gordiano
tertio: *Quem cauſa eloquentiæ dignum parentela ſua pu-*
tavit. Fortunatus in Epiſt. ad Mumulenum lib. 10.
Poëm. *ad cujus fortè vota jam feſtinans familia ferve-*
bat, ſedula parentela excitabatur, &c. Edictum Ro-
tharis Regis Longob. tit. 57. *Omnis parentilla uſque*
in ſeptimum geniculum numeretur, ut parens parenti per
gradum & parentillam heres ſuccedat. Adde legem Lon-
gob. lib. 2. tit. 14. §. 1. Utuntur præterea Senator
lib. 9. Epiſt. 1. lib. 10. Ep. 4. Jornandes de Regno-
rum ſucceſſione p. 11. Lex Burgundion. tit. 85. §. 1.
Valerianus Cemelienſis Homil. 1. de Bono diſciplinæ
p. 139. Petr. Chryſologus ſerm. 140. Epiſtolæ 28.
& 46. ex iis quæ habentur tom. 1. Hiſt. Franc. Ivo
Carnot. Epiſt. 130. Dudo lib. 2. de Act. Norman.
Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Cæſarius lib. 1. Mi-
racul. c. 38. &c.

De Parentela ſe tollere dicebatur, qui eam ſolenni & re-
cepto ritu ejurabat, qui pluribus deſcribitur in pacto
legis Salicæ tit. 63. quem explicare conatus eſt Wen-
delinus in Gloſſ. V. *Almnos fuſtes.* Cur autem quis
ſe *de parentela* tolleret, ea potiſſimum cauſa erat, ut
à bellis familiaribus ſe ſe ſubduceret: quo quidem
pacto, *ſe de juramento, & de hereditate, & de tota ra-*
tione parentum & agnatorum tollebat: ita ut ſi aliquis
de ſuis parentibus aut moreretur aut occideretur, nulla ad
illum

illum compoſitio hæreditatis perveniret: ſimili modo ſi ille moreretur, ad ſuos parentes non pertineret cauſa, nec hæreditas ejus. Quod quidem fiebat in mallo publico coram judice, cum 12. juratoribus, qui ſacramento firmabant id eum jure ac ex cauſa facere. Atque id etiam longè poſt obtinuit, ut ex legibus Henrici I. Regis Angliæ colligitur, c. 88. *Si quis propter faidam vel cauſam aliquam de parentela ſe velit tollere, & eam foris juraverit, & de ſocietate & hæreditate & tota illius ratione ſe ſeparet, ſi poſtea aliquis de parentibus abjuratis moriatur, vel occidatur, nihil ad eum de hæreditate vel compoſitione pertineat. Si autem ipſe moriatur vel occidatur, hæreditas vel compoſitio filiis ſuis vel dominis juſtè proveniat.* Id porro *Renoier ſon lenage* dicitur apud Jacob. Hemricurtium de Bellis Leodienſib. cap. 35. & 60. Vide Diſſert. 29. ad Joinvill. p. 333. 334.

Viguit in Comitatu Hannoniæ pravus alius mos de *parentela*, quem ita referunt Areſta an. 1298. in Regeſto Parlam. B. fol. ult. *Ex parte Comitis fuit propoſitum coram nobis talem in ſuo Comitatu Hannoniæ vigere, videlicet quod quotieſcumque aliquis in ſuo Comitatu prædicto perpetrat homicidium, omnes & ſinguli de parentela ipſius homicidæ infra annum à tempore perpetrati homicidii tenentur in Curia prædicti Comitis comparere abjuraturi homicidium prædictum. Et ſi quis de parentela homicidæ prædicti hoc facere omiſerit, reus & culpabilis dicti homicidii reputatur, & punitur tanquam homicida, ſi ibi poſtea reperitur*, &c. Quam conſuetudinem ut pravam interdixit Curia.

Parentela, Familia, gens, in Inqueſta an. 1272. apud Georgium Pilonum in Hiſtoria Bellunenſi l. 4. p. 129.

Parentilla, in Lege Salica tit. 46. §. 10. & tit. 63. & in Epiſtola Hildeberti Regis Franc. to. 1. Hiſt. Francor. p. 867.

Parentilitas, idem quod *Parentela*, Gloſſis antiquis MSS. Hariulfus lib. 4. c. 19. *Siquidem eadem Abbatiſſa parentilitate ejuſdem Ducis illuſtrabatur.*

Parentalis, προγονικός, avitus. Ita *parentale Imperium*, & *parentalem domum* dixit Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſ. p. 120. & 136. ubi Theophanes habet, προγονικὴ βασιλεία, & γονικὸς οἶκος.

Parentinum. S. Valerianus Epiſcop. Cemelienſis homil. 20. *Quiſque hominum parentina mortis exſpectatione animam paſcit: parricidiali crimine in hæreditate ſuccedit.* Id eſt *parentis* ſeu patris *mortis expectatione*.

PARENSALES *charta*. Edidit vir cl. Hieronymus Bignonius poſt Marculfum, formulas quaſdam veteres, cum hoc titulo: *Incipiunt chartæ Regales ſive Parenſales.* Wendelinus in Gloſſ. Salico v. *Salica charta*, dictas ejuſmodi chartas putat à *Sala*, ita ut eædem ſint quæ aliis *Salicæ chartæ* dicuntur, quæ ſcilicet ſecundum Salæ uſum ac ſtylum, ut loquuntur, præſcriptæ ſunt, & Flandrenſibus *Slac-brief* dicuntur. Quod ſi pro *Parenſales* legatur *Pagenſales*, ita ut *Pagenſes* ſpectaverint: nam revera nihil fere in iis quod Regem ſpectet occurrit, ſed totæ ſunt privatorum, atque adeo pagenſium. *Pagenſales* verò dicuntur qui aliis *Pagenſes*, in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 36.

PARENTALIA, Convivia Paganorum ad tumulos mortuorum, ſic dicta quod ea à filiis in parentum honorem fierent, ut eſt apud Hieronymum in Hieremiam. Soſipater Chariſius lib. 1. Inſtit. Grammat. *Parentalia*, νεκύσια. Ita etiam in Gloſſis Lat. Gr. Ea autem convivia à Chriſtianis proſcribuntur. Gaudentius Epiſcop. Brixienſis Tract. 4. *Partes enim Idololatriæ ſunt veneficia, præcantationes, ſuballigaturæ, vanitates, auguria, ſortes, obſervatio ominum, parentalia, inquam, unde Idololatriæ malum caput extulit erroris. Nam gulæ ſuæ cauſa primum cœperunt homines prandia mortuis præparare, quæ ipſi comederent*, &c. Huc ſpectant iſta Tertulliani lib. de Teſtimon. animæ: *Si quando extra portam cum obſoniis & matteis, tibi potius parentans ad buſta recedis, aut à buſtis dilutior redis.* Id etiam vetatur in Capit. C.M. l. 6. c. 194. *Admoneantur fideles ut ad ſuos mortuos non agant ea quæ de paganorum ritu remanſerunt*, — *& ſuper eorum tumulos nec manducare, nec bibere præſumant.* Vide Concilium Arelat. III. & Joannem Climacum grad. 7.

PARENTARE, Parere. Alanus de Inſulis in Planctu Naturæ: *Quæ prolis laborantes ad fabricam, indefeſſa parturitione, varias rerum ſpecies parentare non deſinunt.*

PARENTATUS, *Parentela*. Vide *Parens*.

PARENTHETICA, Gr. Παρενθετικά. Joan. Sariſber. lib. 8. Policrat. cap. 7. *Bellaria* ait alia eſſe *Solennia*, alia *Parenthetica*: ac *ſolennia* quidem, *pulmenta eſſe quæ in omnes tranſeunt, & à Græcis Catholica, hoc eſt univerſalia nominantur: Parenthetica verò, quæ ex cauſa neceſſitatis vel urbanitatis in præceptam aliqua ratione veniunt partem: ſic dictam, eo quod ſolennibus, id eſt univerſalibus particulariter ſoleant interponi.*

PARENTIA, *de Parricidio lex*, in Gloſſis Lat. MSS. Reg. cod. 1013.

PARERGIUM, Petrus Diac. lib. 4. Chron. Caſin. c. 91. *Illi autem proditores parergio lætiſſimi redditi, rogant ut meditata opera expleat.* Quo loco vox *Parergion* videtur ſumi pro auxilio.

Parergum, alia notione. Vetus inſcriptio apud Ambroſium Moralem p. 89. *Venerem cum parergo, item phialam argenteam Æmilia Ruſtici F.* — *poni juſſ.*

PARGIA. Vide *Spargicia*.

PARGUS, pro *Parcus*: Septum quo oves includuntur. Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 56. *Habet Epiſcopus per totam Parochiam S. Donati in unum quemque pargum unum optimum agnum pro cenſu, vel 10. denarios.*

PARHIPPUS, ſic definitur à Juliano Imp. in l. 14. Cod. Th. de Curſu publico: *Sublimitas tua noſcat Parhippum eum videri, & habendum eſſe, ſi quis uſurpato uno vel duobus veredis, quos ſolos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat.* Secus tamen ipſe παρίππον uſurpat in Epiſt. 20. & 32. generaliter ſcilicet pro quovis veredo, ut & l. 22. 27. 29. d. tit. ubi *Parhippi* à Curſualibus diſtinguntur, cum Parhippi iidem eſſent quos *Avertarios* etiam vocabant, ad onera ſcilicet curſorum ferenda, quod & indicat Senator lib. 4. Ep. 47. lib. 5. Ep. 5.

PARIÆ, ex Hiſpanico *Parias*, Feudales redditus honores, homagia. Charta Hiſpanica an. 1063. apud *Diago* in Comitib. Barcinon. lib. 2. c. 52. *Et ad caſtra & caſtella & terras quas habet prædictus Raymundus Comes in Comitatu Ribagorça, & habere debet, & ad ipſas parias de Hiſpania, quas jamdictus Raymundus Comes inde habet, & quæ ſunt convengude ad eum*, &c. Alia Garciæ Regis Navarræ æræ 1087. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ordin. S. Benedicti to. 3. *Similiter vendimus vobis ipſa paria, quam dicunt Guardia*, &c. Alia Sancii Regis Aragonum æræ 1131. apud eundem to. 7. *Similiter dono ipſam pariam, & tributum, ac fabricam, quæ mihi ſoliti erant facere ipſi Iſmaelitæ, cum omnibus ſervitiis quæ debent facere.* Infra: *Simili modo dono decimam de paria prædicti caſtri*, &c. Adde Sandovallium in Epiſcopis Pompilon. fol. 142.

PARIARE, Parem facere. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. de Sathana:

Quem quia propoſuit Actori ſe pariari,
Ultro digna Dei ſubmiſit in igne jehennæ.

PARICELLULI, Monachi ex eadem *Cella*, ſeu Monaſterio, in vita S. Fructuoſi Epiſc. cap. 1.

PARICLA, *Paricula charta*, Exemplum Chartæ, ἰσότυπον, ἴσον, Charta pari tenore ſcripta, ab archetypo expreſſa. Vox formata ex *Par*, unde noſtri *Pareil* acceperunt, ut *vermeil* ex *vermiculo*, vel *vermiclo*. Poſt Legem Salicam: *Incipiunt ſententias de ſeptem ſeptenas, hoc ſunt pariculas cauſas.* Ita præferre codd. MSS. monet v. cl. Steph. Baluzius. Galli dicerent, *c'eſt à dire de pareilles choſes*. Apud Marculfum lib. 1. formula 38. inſcribitur *Charta paricla*, continens judicium Comitis Palatii, in quo cum neutra pars victa dici poſ-

ſit, jubentur ambo ejus judicii ſimilia exempla per-
cipere: *Interim verò uſque in ipſo placito, quia nec*
utra pars ex ipſis victa ſit apparet, unde æquales præce-
ptiones eis fieri, & accipere juſſimus. Formulæ variæ c.
14. de commutatione: *Unde duas Epiſtolas paricolas,*
uno tenore conſcriptas, manu eorum vel bonorum homi-
num firmatas inter ſe fieri & firmare rogaverunt, &c.
Placitum Chlodovei III. Regis Fr. apud Mabillonium
to. 4. Actor. SS. Ord. S. Bened. p. 618. *Unde & per ip-*
ſas eorum notitias paricolas taliter inter ſe placitum ha-
buerunt inuum. Infra: *Per eorum notitias paricolas ta-*
liter inter ſe pro hac cauſa placitum habuerunt. Teſta-
mentum Leodebodi Abbatis, apud Helgaudum in vita
Roberti Regis Franc. *Quam donationem, ut firmior ha-*
beatur, geſtis municipalibus alligare decrevi, & duas
Epiſtolas uno tenore conſcriptas feci de re ſuperius nomi-
nata: una quæ in archivo domini reſideat Aniani: aliam
verò pars Monaſterii domni Petri per futura tempora
reſervandam recipiat, qualiter Monachi ibidem Deo
ſervientes, id quod eis per ipſam dedi defenſare va-
leant. Vide Formul. 48. ex Baluzianis.

Pariconsilium, Conſenſus unanimis, decretum. Con-
cilium Magalonenſe apud Junquerias an. 909. *Prævi-*
deat namque Archipræſul, ut in viſceribus eorum nulla
machinamenta, nec nulla fallacia diaboli remaneat, &
poſtea apud noſtrum pariconſilium taliter abſolvat & be-
nedicat. *Par Conſilium* eodem ſenſu dixit Concilium
Andegav. an. 453. tum in Præfatione, tum in fine Ca-
nonum: *parem Conſultum*, Frotarius Epiſc. Tullenſ.
Epiſt. 10.

Parientia, Obedientia, in Concilio Toletano XVI.
can. 8. 9. 12. *Parientiam accommodare*, obedire, apud
Senatorem lib. 7. Vide Cujacium lib. 1. Obſer. cap. 6.

Paries, Retis ad capiendas aves ſpecies, in modum
parietis tenſi. Deſcribitur à Petro de Creſcentiis lib. 10.
de Agricult. cap. 21.

Paries, pars aliqua corporis. Additio III. ad Legem
Friſion. tit. 3. §. 63. 64. *Si naſum tranſpunxerit, ter*
12. ſol. ſi unam parietem tranſpunxerit, 6. ſol. &c.

Parificare, Parem facere, *ægaler*. Bulla Clementis
IV. PP. an. 1285. *Per omnia quæ libertatis fuerint ca-*
teris regnicolis parificabis. Utitur etiam Joannes Sariſ-
berienſis in Policratico lib. 3. cap. 14. *Deorum ſiqui-*
dem minuunt reverentiam, quos parificant ſibi. Ut &
Sugerius Epiſt. 61.

Pariformiter, Pariter, ſimiliter. Utitur Ericus Up-
ſalienſis lib. 1. Hiſt. Suecor. p. 4.

Parigium, maris aliquod ſpatium ita appellatum, quod
tendentibus in Ægyptum occurrit. Sanutus lib. 2. part.
4. cap. 5. *Pro tranſeundo parigia dicti maris, quæ pe-*
riculis quaſi nuſquam carent. Et cap. 14. *Cæterum pro-*
pter aquarum diſcurſus, — oportet iri uſque ad me-
dium parigii eundo quartam venti deſuper à Syroco —
qui quidem tranſitus parigium nuncupatus circa 450.
milliaria æſtimatur, licet quidam 500. milliaria tranſi-
tum ſeu parigium fore aſſerant ſupradictum.

Parilion. Vita S. Wnebaldi Abbatis Heidenhem.
n. 8. de eodem: *Sanctus ille atque perfectus barilion.*
Et n. 13. *Cum belligeroſus atque beatus barilion ter-*
ram Swalaveldorum habitare cœpit, &c. In alia vita
ejuſdem ſancti n. 31. habetur *Parilion*. Itinerarium
S. Willebaldi n. 31. *Et ille beatus parilion Willi-*
baldus. Unde conjicio reſpexiſſe ſcriptores iſtos ad
Græcum παρήλιον, quod *nubem ſoli ſimilem tum colo-*
re, tum orbiculari figura ſonat: ita ut quaſi ſol alter
ſanctitatis fuerit, ſeu jubar. Vita S. Soli Confeſſoris
c. 1. de eodem ſancto: *Hanc in patriam ceu jubar ſo-*
lis clariſſimum delatus eſt. De Parelio vide Joan. Sa-
riſber. lib. 2. c. 3.

Parisienses, Monetæ Pariſiis cuſæ, quæ Turonenſium
quarta parte pretium ſuperabant. Harum paſſim men-
tio eſt in Chartis. Guill. *Guiart* an. 1292.

Et il fiſt courre le navie,
C'on priſa à maint Pareſi,
Vers les Iſles de Guerneſi.

Paritaderii, Apparitores, in Conventionibus inter
Ludovicum II. Regem Siciliæ Comitem Provinciæ,
& Arelat. an. 1385. art. 16. ubi interpres Gallicus ver-
tit *Juges Carrierès*, qui vocem à *paries* deducit, Are-
latenſibus *paret*, ut *Carierès*, à *Cariere*, via, platea.

Paritonus, *Cantor qui parat tonos.* Ugutio.

Parlamentum. Joan. de Janua: *Colloquium, quod*
vulgo dicitur Parlamentum. Ptolemæus Lucenſis an.
1180. *Et dictum fuit hoc in publico parlamento.* Otto
Morena in Hiſt. Laudenſi p. 10. *Poſtremo in Ron-*
calia expleto parlamento, petiit Rex, &c. Statutum Le-
proſariæ S. Juliani in Anglia: *Nec quiſquam fratrum te-*
neat ibi parlamentum cum alio fratre, &c. Statuta
Abbatum Nigri Ordinis an. 1249. *Et cum quidam poſt*
prandium promores ſunt ad loquendum, quod non pro-
deſt, quam quod ædificat audientes, ad ampliandum cul-
tum juſtitiæ qui in ſilentio reperitur, ſtatutum eſt, quod
parlamentum, quod poſt prandium in quibuſdam clau-
ſtris fieri conſuevit, penitus interdicatur.

Maximè verò *Parlamentum* ſumitur, pro ſolenni
aliquo colloquio, de re quapiam alicujus momenti
deliberandi cauſa habito: Matth. Paris an. 1245. *Hoc*
ſiquidem finito parlamento (S. Ludovici Regis Franc.
cum Summo Pontifice) *receſſurus Rex Francorum*
cepit diem parlamenti cum Domino Papa in quindenam
Paſcha. Codex Croylandenſis Cœnobii: *Conceſſimus*
etiam tunc ſerjentiam noſtræ Eccleſiæ Semanno de Lek:
qui veniens coram conventu in noſtro publico parliamen-
to ſimiliter juramentum præſtitit, quod fidus & fide-
lis nobis exiſteret. Extant litteræ ejuſdem Alphonſi
Comitis an. 1266. ad Conſtabularium Arverniæ in
Hiſt. Caſtilionenſi p. 4. in quo hæc habentur: *Man-*
damus vobis quod Joannem Dominum de Caſtellione en
Bazais — diligenter audiatis, & ſibi faciatis bonum
jus, — & res ipſius vel hominum ipſius detentas fa-
ciatis eiſdem recredi per bonos plegios uſque ad parla-
mentum noſtrum, quod erit in craſtino quindenæ omnium
*Sanctorum proximo venturum, & * ſederas (f. ſedeat)*
recredentia in hac parte. Et quod ſuper hoc feceritis &
inveneritis, nobis ad dictum parlamentum noſtrum futu-
rum in ſcriptis ſignificare curetis. Ubi Ducheſnius ad
marginem hæc ſcripſit, *Nota Parlamentum filii Re-*
gis Franciæ. Sed hac voce colloquium cum Joanne
Caſtilionenſi videtur intelligi debere. In Concilio Nu-
garolenſi an. 1302. c. 13. vetantur fieri *Statuta*, aut
parlamenta, niſi ad pietatem ſuadeant. Ita in Conci-
lio Ravennenſi an. 1311. vetantur fieri in Eccleſiis
publica parlamenta, ut in Concilio Marciacenſi an.
1326. c. 46. Adde litt. Petri Archiepiſcopi Narbon.
in Concilio Biterrenſi an. 1279. & Conventiones inter
Carolum I. Comitem Provinciæ, & Arelatenſes an.
1251. art. 4. Carolus IV. Imp. in vita ſua: *Reſpon-*
dit quod nullas cum eo vellet habere treugarum indu-
cias, nec aliqua cum eo quærere concordia parlamenta.
Utitur etiam infra, ut & Chronicon Aulæ regiæ c.
27. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 2. cap. 11. 12. 20.
lib. 4. cap. 2. Ericus Upſalienſis lib. 3. Hiſt. Sueci-
cæ p. 95. &c. Gaufridus Villharduinus n. 75. de Ba-
ronibus Francicis in expeditione Conſtantinopolitana:
Lendemain quant il orent la Meſſe oie, s'aſſemblerent à
parlement: & fu li parlemens à cheval enmi le champ.
Alibi: *Aprés priſtrent li Barons un parlement à Soiſ-*
ſons, pour ſavoir quand il voudroient mouvoir. Joan.
Villaneus lib. 6. cap. 83. *Ordinaro di far parlamen-*
to ad Empoli per reformare lo Stato di parte Gibellina
in Toſcana.

Le Roman de Vacce MS.

Le pallement qu'il quiſt volontiers graanta.

Infra:

Puis me reſiſt ſor Seine au parlement venir.

Idem Villaneus lib. 7. cap. 56. *Congregato il po-*
polo di Firenza à parlamento nella piazza vecchia,
&c. Ita lib. 10. c. 69. 112. Adde Annales Maſſi-

lienſes Gueſnaii p. 358. 383.

Ita pariter appellabant plebium ac populorum Conventus in civitatibus, de rebus publicis deliberandi cauſa coactos: unde *Commune colloquium* dicitur in Charta Raimundi Comitis Toloſani apud Catellum p. 35. & apud Will. de Podio-Laurentii cap. 42. quod in aliis Alphonſi Comitis, *Parlamentum*: *Mandamus quatenus ab ejuſmodi præſumptione ceſſetis, & ad requiſitionem nuntiorum noſtrorum generale concilium, cum eis ſcripſerimus, congregetis, & ſi res exegerit, Parlamentum, ut omnes mandata noſtra licenter audiant.* Charta alia ejuſdem Alphonſi an. 1251. *Actum Toloſa in domo communi in publico parlamento.* Charta Amalrici Vicecomitis Narbonenſis in 2. Regeſto Philippi Pulchri Regis Fr. n. 22. ex Tabulario Regio: *Retinemus etiam nobis & noſtris ſucceſſoribus — præconizationes & mandamenta, & monſtra armorum à ſupradictis civitate, burgo, caſtris, & locis communicandis, quæ nos & prædeceſſores noſtri habere conſuevimus, & quod pro prædictis & aliis poſſumus mandare & congregare, & facere in dicta civitate & burgo Narbona generale & ſpeciale Parlamentum, ſicut fecimus temporibus retroactis.* Ad ejuſmodi verò Parlamenta ſono tubæ plebs cogebatur. Charta alia p. 382. *Dominus Vicarius in Palatio domus communis conſtitutus, Parlamento in ipſo palatio ad ſonum tubæ ſeu tubarum publicè congregato.*

Hinc haud ægrè colligere eſt, unde noſtri appellarint procerum totius regni Conventus, ad hoc coactos, ut cum Rege ac Principe de rebus publicis deliberarent, & ſi quæ majoris momenti negotia eſſent peragenda, in iis per leges examinarentur & conficerentur. Nam conſtat eam fuiſſe *Parlamentorum* inſtitutionis occaſionem, maximè in Anglia, ubi Parlamentum *Commune Concilium regni Angliæ*, *Magnum Concilium*, & *Magnum Concilium Regis* vulgo appellatur, ut autor eſt Edwardus Cokus ad Littletonem ſect. 164. licet diſcrimen aliquod eſſe videatur inter Anglicana Parlamenta & Francica; cum Anglicanis omnes regni ordines interſint: in Francicis verò, ſi prima ſpectetur eorum origo, proceres tantum ſecularis & eccleſiaſtici ordinis. Vita Ludovici VII. *Eodem anno Caſtro Veʒeliaci magnum Parlamentum congregavit. Ibi Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates, & magna pars Baronum Franciæ convenerunt.* Denique Anglicana Parlamenta ejuſmodi videntur eſſe quomodo in Francia noſtra ſunt trium Regni Ordinum Conventus, quos vulgo *Aſſemblées des Eſtats du Royaume* nuncupamus; qui potiſſimum ad hoc cogebantur, ut incumbentibus bellis, Regi auxilia pecuniaria ab omnibus regni incolis præberentur. Anonymus Anglus in libro inſcripto *Mirror*, cap. 1. ſect. 2. *Le Roy Alfred fit aſſembler les counties, — & ordeina pur uſage perpetual, que deus foits per an, ou plus ſouvent, pur miſter in temps de peace, ſe aſſembleront à Londres à parlementer ſur le guidament del people de Dieu, & coment ſoy garderont de pecher, viveront en quiet, & receiveront droit per uſages & ſaints judgemens, per ceſte eſtate ſe fieront pluſors ordinances per pluſors Roys, joſque a temps le Roy que ore eſt, que fuit le Roy Edowart.* Sed an in Parlamentis Anglicis olim *Communia*, uti vocant, admiſſæ ſint, in dubium vocat Spelmannus. Certè primitus ad ea tantum admiſſos vel vocatos *Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Priores, Comites, Barones, & Proceres regni*, teſtatur Matth. Paris an. 1164. 1237. 1242. 1247. 1252. 1253. 1254. 1255. 1257. &c. Idem tamen Matth. Paris an. 1196. Londoniis factum Parlamentum ſcribit, *convocato Clero regni ac populo.* Vide Littletonem ſect. 164. & Seldenum de Titulis honorariis p. 710. 739. Extat porro liber inſcriptus, *Modus tenendi Parliamentum*, Anglicanum ſcilicet, quod deſcriptum legitur to. 12. Spicilegii Acheriani p. 557. Parlamenti Anglici autoritatem pluribus commendat Joannes Forteſcutus lib. de laudibus legum Angliæ cap. 18. & 34. ubi ait (non ut in Francia) *regaliter & politicè* regnare Regem Angliæ.

Parlamenta verò Francica perinde ſemel ac iterum quotannis indicebantur, ad majoris momenti lites examinandas, appellationes à Ballivis ſupremo judicio decidendas, & reliqua quæ ad jus dicendum videbantur conducere decernenda: idque *generali Parlamento ſedente Pariſiis*, ubi ferè ſemper indicta legimus, fieri dicebatur; ut præfert Charta Philippi Regis an. 1308. apud Chifletium in Tornutio p. 315. Vita Ludovici VIII. an. Dom. 1224. *Ludovicus Rex Franciæ apud Pariſios Parlamentum generale tenuit.* Nangius in S. Ludovico: *Convocavit Rex Francorum Ludovicus grande Pariſius Parlamentum.* Huic etiam *univerſalis & capitalis juſtitiæ regni* præ cæteris illuſtre elogium tribuit Carolus Normanniæ Dux, tum Regni Rector, in Statuto edito 23. April. an 1360. pro *Vadiis* Parlamenti, quod deſcriptum legitur in Regeſto Cameræ Comput. Pariſienſ. ſign. D. fol. 13. *Quod illi qui electi ſunt ad honorem ſedis noſtri Parlamenti univerſalis & capitalis juſtitiæ Regni noſtri gubernacula dirigunt, atque propriè repræſentant in populo Celſitudinis noſtræ majeſtatem, dignum eſt ſtipendiorum gratia foveantur, ſaltem ſolitorum, ex quibus ipſarum gentium moderata ſinceritas hactenus eſt contenta.* Quibus conſimilia ſunt, quæ idem Carolus, tum Rex, ait in Statuto alio pro confirmatione Officialium Parlamenti 28. Aprilis an. 1364. *Præſertim ut noſtram Parlamenti Curiam, quæ noſtræ majeſtatis imaginem repræſentat, à qua ut à fonte juſtitiæ noſtri Regnicolæ fructus juſtitiæ indeſinenter exhauriunt.*

Et ſanè ea fuit, apud exteros etiam Principes Parlamenti Francici fama, ac juſtitiæ exiſtimatio, ut non ſemel controverſias ſuas ab eo dijudicari petierint, & conſenſerint: atque in iis Henricus II. Angliæ Rex in ea controverſia, quam cum Archiepiſcopo Cantuarienſi exercuit, *ut legibus alligatum ſe principem profiteretur*, coram Rege Francorum profeſſus fuit, *ſe paratum Archiepiſcopo per omnia ſatisfacere, vel ſi contendere decreviſſet, judicium in Palatio Pariſienſi ſubire, proceribus Galliæ reſidentibus, aut Gallicana Eccleſia partes ſuas interponente.* Verba ſunt Radulfi de Diceto ſub an. 1169. quæ quidem de Parlamento Pariſienſi intelligenda prorſus arbitror, tametſi haud omnino conſtet ædem Regiam, quam *Palatium* vocant, juri dicundo, ut hodie fuiſſe addictam, quod plerique ſub Ludovico Hutino, alii ſub Philippo IV. factitatum volunt. Ita Fridericus II. Imp. in controverſia inter Sacerdotium & Imperium, *ſe coram Laicis Paribus & Nobilibus Regni Franciæ* jus ſubiturum proteſtatur in ea Epiſtola quam in Notis ad Joinvillam edidimus p. 56. Alia ejuſmodi proferunt exempla Molineus in Annotat. ad Stylum Parlamenti, initio, Oliverius Cancellarius Franciæ in Oratione habita an. 1549. Chopinus lib. 2. de Doman. tit 15. n. 9. Roccaflavinus lib. 13. de Parlament. cap. 2. 3. & Andreas Favinus in Theatro Honoris lib. 2. pag. 306. & ſeqq.

Parlamentum verò, quod ambulatorium erat, ſeu potius quod indici ſolebat quotannis, ſemel vel bis, ſtatarium & perpetuum factum fuit, litiumque ac controverſiarum appellationibus dirimendis addictum. Ejuſque exemplo creata ſubinde alia in provinciis, quorum ſeriem brevi catalogo hic dabimus; cum Gloſſarii brevitas vetet iis immorari quæ de Parlamentariis ſedibus juridicis autores contulere, quos conſulere cuivis liberum erit plura ſcire aventi, ac in primis laudatum Roccaflavinum, qui ſpiſſum ſatis opus de iis compoſuit. Extant præterea vetera de Parlamentis tenendis Statuta, tum inedita, tum edita à Miramontio & aliis, quæ eorum uſum ac origines pluribus retegunt, & à quorum deſcriptione conſultò abſtinemus, ad alia feſti-

naires. Parlamentorum igitur Francicorum antiquius
Parlamentum Pariſienſe habetur, quod Pariſius *Parla-*
menta generalia indici ſolerent, quibus Rex ipſe ſæpe-
numero cum Regni Paribus ac Baronibus intererat.
Quidam ſtatarium Pariſiis factum volunt à Philippo
Pulcro, quod ex ejus Statuto pro reformatione regni
edito anno 1302. art. 51. colligunt, ubi hæc haben-
tur: *Præterea propter commodum ſubditorum noſtrorum,*
& expeditionem cauſarum proponimus ordinare quod duo
Parlamenta Pariſius, & duo Scacaria Rotomagi, Dieſ-
que Trecenſes, bis tenebuntur in anno: & quod Parla-
mentum apud Toloſam tenebitur, ſicut teneri ſolebat tem-
poribus retroactis, ſi gentes prædictæ conſentient, quod
non appelletur à Præſidentibus in Parlamento prædicto.
Parlamenti Pariſienſis ſedem aſſignatam in Palatio re-
gio à Ludovico Hutino quidam ſcribunt: at Thuanus
lib. 10. Hiſt. legiſſe ſe in Regeſtis *Tornellæ*, ut vo-
cant, aſſerit id factum ſub Philippo IV. an. 1344.

Parlamentum Toloſanum ante Philippum Pulcrum
extitiſſe, ſatis evincunt mox laudata ex ejus Statuto pro
reformatione regni: quod quidem Catellus lib. 2. Re-
rum Occitanarum p. 242. fusè probavit, allatis &
citatis vetuſtioribus Areſtis, quæ illius mentionem agunt.
Statarium denique factum Toloſæ à Carolo VII. lit-
teris datis Salmurii 11. Octob. 1443. cujus exordia
tum primum inita 4. Junii ſubſequentis. Sed mox ad
Montempeſſulanum tranſlatum, rurſum Toloſam re-
latum à Ludovico XI. an. 1461. Vide Aufrerium in
Stylo Parlam. Areſto 268.

Parlamentum Burdegalenſe poſt exactos ex Aquita-
nia Anglos inſtitutum fuit à Carolo VII. Burdegalen-
ſibus qui ſe ultro regi dediderant, ſolenni pacto id ob-
tinentibus anno 1451. Exinde erectum fuit menſe Maio
anno 1460. eique Caſtellum Lomberiarum, vetus
Ducum domicilium, pro ſede aſſignatum. Verum
Burdegalenſibus paulò poſt in rebellionem prolapſis,
urbe recepta, Pariſienſi Parlamento ſubdita ea manſit,
donec, Aquitaniæ ordinum precibus, rurſum Burdega-
læ Parlamentum inſtauratum fuit à Ludovico XI. litte-
ris datis Chinone 12. Jun. an. 1462. deſcriptis à Chopino
l. 2. de Domanio tit. 15. n. 6. ubi perperam Nicolaum
Gillium, & alios, Parlamenti Burdegalenſis inſtitutio-
nem Carolo VII. adſcribentes arguit. Poſtea verò
cum idem Rex Ludovicus Aquitaniæ Ducatum Caro-
lo fratri in *apanagium* conceſſiſſet litteris menſis April.
an. 1469. idem Parlamentum Pictavum tranſlatum
fuit menſe Novembri inſequenti, quia Parlamenta te-
neri & haberi non poſſunt in terris *apanagiatis*: quo
extincto menſe Maio an. 1472. rurſum Burdegalæ
inſtitutum fuit.

Parlamentum Rotomagenſe, ex *Scacario*, Curia ſu-
prema ita nuncupata, quod in ea urbe ſtatarium edi-
xerat Philippus Pulcher an. 1302. ad petitionem trium
Normanniæ ordinum erectum fuit à Ludovico XII.
litteris 1. Octob. an. 1499. quod in annum ſequen-
tem rejiciunt Chopinus lib. 2. de Dom. tit. 15. Hal-
lianus, & alii.

Parlamentum Aquenſe ab eodem Rege inſtitutum fuit
litteris Lugduni menſe Julio datis an. 1501. aliis datis
Gratianopoli 26. Junii anno 1502. firmatis. Erat antea
in ea urbe ſupremum Conſilium, quod Ludovicus II.
Comes Provinciæ inſtituerat litteris datis menſe Sept.
an. 1424. in quibus illud appellat *Eminens Conſilium*,
uti habet Cæſar Noſtradamus in Hiſt. Provinc. pag.
563.

Parlamentum Gratianopolitarum à Ludovico Del-
phino, poſtmodum Rege XI. Caroli VII. filio, ere-
ctum fuit pro toto Delphinatu, menſe Junio an. 1453.
cum antea lites judicarentur ſupremo judicio à *Con-*
ſilio Judicum, erecto anno 1340. ab Humberto Delphino
Viennenſi. Vide Guidon. Papæ Deciſ. 43. & 554.

Parlamentum Divionenſe, Burgundiæ Ducatu poſt
Caroli Ducis obitum coronæ Francicæ adjuncto, ad
trium Ordinum ſupplicationem, erectum fuit à Ludo-
vico XI. litteris Atrebati datis 18. Mart. an. 1476.
extinctum poſtea à Carolo VIII. certis ex cauſis, &
Pariſienſi unitum, rurſum inſtauratum fuit à Ludovi-
co XII. Vide Chopinum, Chaſſaneum in proœm. ad
Conſuet. Burgund. &c.

Parlamentum Redonenſe, à Rege Henrico II. lit-
teris datis ad Fontem-bellæ-aquæ menſe Martio ante
Paſcha an. 1553. in Parlamenti Pariſ. acta relatis 4.
Maii inſequentis, erectum fuit, conflatumque ex dua-
bus, uti vocant, Cameris, quarum prior Redonenſi
in urbe, à 1. Auguſti, altera in Nannetenſi, à 1. Fe-
bruarii teneretur. Sed poſtmodum Carolus IX. anno
1560. Cameram Nannetenſem Redonas tranſtulit. Di-
ploma habetur in 1. vol. Statutorum regiorum Fonta-
nonis. Vide Thuanum lib. 10. Hiſt.

Parlamentum Palenſe, in Bencharnis, erectum fuit
à Ludovico XIII. cum antea res & lites dirimerentur
in *Curia Majore* ſeu *plenaria*, deinde à *Conſilio ſu-*
premo, uti pluribus narrat Marca in hiſt. Benchar.
lib. 6. c. 22. 23. 24. & p. 548. 543.

Parlamentum Metenſe, erectum denique ab eodem
Rege Ludovico XIII. menſe Januario an. 1633. tranſ-
latum deinde in Tullenſem urbem litteris Cantiliaci
datis 10. Maii an. 1636. rurſum poſtea in Metenſem
urbem remiſſum.

Parlamentum Nigrum, Conſeſſus Baronum de capitali-
bus criminibus cognoſcentium, apud Hectorem Boë-
thium lib. 14. Hiſt. Scotor. p. 305. Vide *Placitum Le-*
thiferum.

Parlamentum, Placitum, ſeu ſervitium placiti. Char-
ta Gregorii IX. PP. an. 1235. apud Ughellum to 1.
part. 1. p. 84. *Vos autem noſtra curiæ unius comeſtionis*
pabulum, Parlamentum etiam, nec non & hoſtem per
maritima & Campaniam facietis.

Parlamentum. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac.
MSS. c. 53. de Sacriſta: *Ad Tertiam & Veſperos pul-*
ſatio ſigni in ejus eſt arbitrio, niſi Dom. Abbas ſit ad
parlamentum, tunc enim petit licentiam. Id eſt fortè,
in *parlatorio*, ſeu *locutorio*.

PARLATORIUM, locus colloquiis deſtinatus in Mona-
ſteriis, vulgo *Parloir*. Bernardus Mon. in Conſuetud.
Cluniacenſibus MSS. c. 4. *Quo completo ex more ad*
ultimum per parlatorium redit in Eccleſiam. Arcus par-
latorii, cap. 25. Charta an. 1213. apud Guenaium in
Annalibus Maſſilienſib. *Factum in villa de Irectis in*
parlatorio ante Eccleſiam S. Andreæ. Tabularium
Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 15. *Fuit an-*
tem facta hac donatio in Adventu, hebdomada ante Na-
tale Domini, apud Dominam, in parlatorio Monaſterii.
Ita pag. 60. Occurrit etiam in Proceſſu de Vita S.
Thomæ Aquin. n. 49. Vide *Locutorium*.

Parlatorium appellant in Italia & Lombardia præſertim,
locum, ſeu cameram, ubi de rebus ſeriis civitatis cu-
juſpiam diſceptatur. Joan. Villaneus lib. 1. *Et i vi edi-*
ficaſſero parlatorio, per poter in quello far ſuo parlamento.

PARMA, atis, pro parma, Fridegodus in S. Wilfrido c. 43.

Excipit horriſonas illæſo parmate fundas.

PARO. Feſtus *Parones, navium genus, ad cujus ſimilitu-*
dinem Myoparo vocatur. Ugutio & Jo. de Janua: *Pa-*
ro, onis, navis piratarum. Parunculus, parva navicula
piratarum. Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Paro*, Scaðena Scip.
i. hoſtilis navis. *Myoparo*, Hið Scip. *Parunculus*:
Pleȝ Scip. i. conflictus navis, vel etiam *Luſoria*. Iſi-
dorus lib. 19. c. 1. *Myoparo, quaſi minimus Paro, idem*
& Carabus, &c. Ebrardus in Græciſmo cap. 10. *Bar-*
cha, Celox, Paro detur, Muſculus, & Myoparo. Flo-
rentius Wigorn. an. 893. *Haſteinus Rex paganus cum*
80. *paronibus oſtium Thameſis fluminis intrans*, &c.
Occurrit etiam in lib. Miraculor. S. Wlfranni Epiſc.
n. 8. & in Hiſt. Obſid. Jadrenſis an. 1345. lib. 1. c.
25. lib. 2. c. 21. &c. Vide Turnebum lib. 3. Adverſ.
cap. 1. De vocis etymo multa diſputant Scaliger, Voſ-
ſius, Martinius, Schefferus, & alii.

Paro. Charta 39. inter Alamannicas Goldaſti: *Et in In-*

ſo a ipſa mancipios tres, & parones quatuor. Vide *Baro.*

PAROCHIA, ſeu potius *Parœcia*, ex Gr. παροικία; (nam vocem *Parochia*, barbaram eſſe pridem obſervarunt Budæus, Alciatus, & alii) territorium & diſtrictus Epiſcopi, ut *Provincia* & *Diœceſis* Metropolitani & Archiepiſcopi. Eucherius Lugdun. *Parochia, adjacens domus, id eſt Dei, diœceſis, gubernatio, hoc non ſecundum proprietatem verbi, ſed ſecundum effectum.* Symmachus PP. Epiſt. 10. *Leo PP. — definivit parochiarum numerum vel quantitatem Arelatenſi & Viennenſi Sacerdotibus deputandam.* Bonifacius Moguntinus Epiſt. ad Zachariam PP. de Germania: *Et Provinciam in tres parochias diſcrevimus.* Zacharias PP. Epiſt. ad Burchardum Wirtziburg. *Innotuit nobis — Coepiſcopus noſter Bonifacius, nuper ſe diſcreviſſe & ordinaſſe in Germaniæ partibus Epiſcopales ſedes — & provinciam in tres diviſiſſe parochias.* Ita paſſim uſurpant Canones Apoſtol. c. 14. 15. 34. 35. Concil. Nicæn. I. cap. 16. Concil. Antioch. ſub Julio I. PP. can. 9. Sueſſionenſe ſub Childeberto, Vernenſe, Wormatienſe, Liptinenſe, Toletanum III. Tolet. IV. &c. Auguſtinus Epiſt. 161. Euſebius in Hiſt. variis in locis, Leges Alemann. tit. 11. §. 1. tit. 13. §. 2. Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 9. 40. 66. lib. 2. cap. 4. lib. 5. cap. 84. 172. lib. 6. c. 57. 86. 104. lib. 7. c. 94. Capitula Caroli C. an. 868. cap. 1. 3. Charta ejuſdem Caroli C. pro Monaſterio S. Columbæ edita à v. cl. St. Baluzio in Notis ad Lupum Ferrar. Gennadius de Scriptor. Eccl. in Vigilantio, Eigil in vita S. Sturmii Abbat. Fuld. n. 22. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Caſin. c. 70. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 7. Coſmas Pragenſis p. 12. & alii, quos laudat Fileſacus de Origine parœciarum cap. 1.

Parochia, Eccleſia parochialis; diſtrictus Eccleſiæ Preſbyteri. Gillebertus Lunicenſis Epiſcopus de Uſu Eccleſiaſtico: *Parochiam appello, populum primitias, oblationes, & decimas perſolventem.* Decreta Colomanni Regis Hungar. lib. 2. c. 16. *Unaquæque Eccleſia circa ſe in proximo habeat Parochiam ſuam.* Ita Concilium Carthaginenſe IV. can. 102. Agath. c. 21. Vaſenſe II. can. 1. 2. Aurelian. IV. can. 11. 26. Aurelian. V. c. 9. Arvern. c. 10. Carpentoratenſe I. Moguntinum I. Capit. Caroli M. lib. 1. c. 11. 146. 147. 152. lib. 6. cap. 164. &c. ἀγροικικαὶ παροικίαι, in Concilio Calched. act. 15. can. 17. quæ à *Civitatenſibus*, de quibus Concilium Agathenſe c. 21. diſtiguuntur. *Parochia Eponenſis*, apud Avitum Vienn. Epiſt. 80. Vide Sidon. lib. 9. Epiſt. 16.

Parochia, diſtrictus judicis. Decreta S. Ladiſlaï Regis Hungariæ lib. 3. cap. 16. *Unuſquiſque judex in Parochia ſua judicet.*

Parochianus, nudè, in Chron. Montiſſereni an. 1128. 1211. & alibi non ſemel, qui *Parochianus Presbyter*, in lege Alemann. tit. 13. §. 1. Curio, ſeu Parochus.

Parochianus, qui ex Parochia alicujus Epiſcopi aut Preſbyteri eſt, in Capit. Caroli M. lib. 1. cap. 153. *Parochianus Epiſcopus*, qui de Archiepiſcopi Parochia eſt, in Epiſt. 17. Alexandri II. PP.

Parochiagium, jus Parochiale, Parochi ſeu Curionis; obventiones ſeu reditus qui ad Parochum primario jure pertinent. Charta Abbatis Foſſat. an. 1249. ex Tabulario ejuſdem Monaſterii f. 44. *Quitavimus — quidquid juris habebamus vel habere poteramus ratione Parrochiagii de ſancto Nunno ſeu alio quocumque modo in decimis novalium factorum & faciendorum*, &c. Extat in Tabulario Eccleſiæ Meldenſis Charta Abbatis Loci reſtaurati an 1138. qua Capellam de Berigniaco erigit in Eccleſiam Parochialem, cum hoc titulo miniato, *de Parrochiatione de Berigniaco.* In Charta verò Gallica *Parochiage*, pro diſtrictu Parochiæ ſumitur, quomodo *Paroiſſe* uſurpamus.

Parochiaticum, eadem notione, ni fallor, in Charta Martelli de Malleio, in Chronico Beſuenſi pag. 699. *Dedi etiam decimas de Falgei, & Parochiaticum, & omnem uſum & conſuetudinem in nemoribus & ſilvis*, &c.

Jam verò unde *Parochia*, vel *Parœcia* appellata ſit, vel diœceſis Epiſcopi, aut diſtrictus Sacerdotis, non una eſt ſententia. Fileſacus lib. de Parœciis cap. 1. exiſtimat ejuſdem Eccleſiæ conſortes vel vicinos, παροίκους dictos, quæ vis eſt Græci vocabuli: παροικίας verò appellatam eorum qui eandem Eccleſiam accolunt viciniam. Henricus Valeſius ad Euſebii Hiſt. lib. 1. cap. 1. hujus vocis originem inde natam putat, quod Eccleſia in terris duntaxat inquilina ſit & πάροικος, ejus autem patria & municipatus in cælo. Ego verò cenſuerim Eccleſias, παροικίας, veteres Chriſtianos appellaſſe; quod cum in magnarum urbium viciniis conventus ſuos ſecretò agerent, eorum *Eccleſia* ſeu *Conventus*, non civitatis quidem dicerentur, ſed viciniæ civitatis: quod ſuadere videntur loquendi familiares primis Chriſtianis formulæ, quas affert idem Valeſius ex Epiſtola Smyrnenſis Eccleſiæ apud Euſeb. lib. 4. ἡ ἐκκλησία ἡ παροικοῦσα ἐν Σμύρνῃ. Et eod. lib. cap. 23. de Dionyſii Corinthii Epiſtolis: ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Γορτύναν. In Epiſtola Clementis ad Corinthios: ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην. Denique in Epiſtola Sardicenſis Concilii: πρεσβυτέροις, διακόνοις, καὶ πάσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικούσῃ.

Neque ab hac ſententia diſcedit Sirmondus in Diſquiſitione de Azymo cap. 5. ubi obſervat Parochiarum nomen ruſticarum Eccleſiarum olim fuiſſe, ideoque Parochias civitatibus opponi in Concilio Agathenſi can. 21. cum jubentur ii quibus oratoria per agros extra Parochias habere, atque in his Miſſas tenere permiſſum eſt, in præcipuis tamen feſtivitatibus, *non niſi in civitatibus, aut in parochiis* eas tenere, & in Concilio Aurelianenſi V. c. 8. *aut in civitatibus, aut per Parochias ordinare Clericos.*

PAROCIA, perperam editum pro *Parata*, in Charta Widonis Epiſc. Genevenſis an. 1091. apud Guichenonum lib. 2. Bibl. Sebuſianæ cap. 1.

PARRA, Fragmentum Petronii: *Frater ejus fortis fuit, amicus amico, manu uncta, plena menſa, & inter initia malam parram pilavit.*

PARRICUS. Vide *Parcus.*

PARRIGO Tabularium Abbatiæ Conchenſis in Ruthenis ch. 192. *Una manſione cum curte, cum horto, cum parrigine, totum & ab integrum*, &c.

PARROCHIATIO. Charta Philippi Auguſti an. 1185. apud Morinum in Hiſt. Vaſtinenſi pag. 706. *Si verò granchia per heredum ſucceſſionem, ſeu quolibet alio modo ad Parrochiationem venerit, ad 5. ſolidos conſuetudinis redibit*, i. ad proximum hæredem. Ubi *Parochiatio* idem videtur quod *premeſſe* appellatur in Conſuetudine Britanniæ: ubi *retrait de premeſſe*, eſt cum prædium diſtractum, jure *retractus*, ad proximum hæredem devenit. *Parrochiatio*, autem ex Gallico *prochain*, id eſt *proximus*, deducitur.

PARROLIA. Vide *Andena.*

PARONARIUM. Vide *Viſta.*

PARS, Schiſmatici qui in Eccleſia ſchiſma amplectuntur, ſeu qui hæreticis adhærent. Ita hanc vocem uſurpant paſſim Patres, qui alteram *Eccleſia* nomine indigitant. Sic S. Auguſtinus non uno loco *partis Donati* meminit, ut & Optatus, Cyprianus in Epiſt. 42. Pelagius I. PP. in Epiſtola ad Viatorem edita ab Holſtenio, &c. Epiſtola Epiſcoporum Italiæ ad Illyricos in Fragm. Hilarii: *Niceni tractatus adverſus Arium Sabelliumque, cujus Photinus partiaria hæreditate damnatur, decreta ſervamus.*

Pars, pro regione, quomodo dicimus *partie*, hac notione. Sulpitius Severus lib. 1. Hiſt. *Inde in parte turris Gader tabernaculum fixit.* Capitulum 3. ad legem Salicam cap. 5. *De negotiatoribus qui partibus Slavorum & Avarorum pergunt*, &c.

Pars, Actor vel reus, quomodo dicimus *Partie.* Lex Wiſigoth. lib. 2. tit. 2. §. 4. *Pars utraque, id eſt tam petentis, quàm petiti*, &c. Joannes Sariſber. Epiſt. 6.

Cum ergo partibus ſuper hoc dies eſſet præfixa, &c. Qo-
niam attachiam. c. 57. §. 4. *Et adveniente die quindeno,*
pars proſequens compareat in Curia, & petat partem
ſuam, & faciat eam vocari per bedellum, &c. Paſſim.
Vide l. 6. Cod. de Part. inter empt.
Pars virorum, Locus in Eccleſia ubi ſtant viri. Stabant
autem ii in navi, ad Meridiem & ad dextram, mulieres
ad Septentrionem & ad ſiniſtram. Ordo Romanus:
Diaconus ſtat verſus ad Meridiem, ad quam partem viri
ſolent conſiſtere. Amalarius lib. 3. de Eccleſ. Offic. c.
2. 32. *Maſculi ſtant in Auſtrali parte, & fœmina in*
Boreali, &c. Adde Micrologum cap. 9. Honorium
Auguſtod. lib. 1. c. 145. lib. 3. c. 66. Amalarium in
Eclogis de Officio Miſſæ p. 1353. 1358. edit. v. cl. St.
Baluzii, Durandum lib. 1. Ration. c. 1. n. 46. &c.
Synodus Romana an. 853. c. 33. *Et ſicut diſcretè in*
Eccleſia ſingula videntur expoſita, ita virorum pars &
mulierum partibus ſuis contenta ſit. Deſcripſit Baronius
an. 57. n. 125. hanc inſcriptionem Chriſtianam Va-
ticanam: AD SANCTUM PETRUM APOSTOLUM,
ANTE REGIA, IN PORTICU COLUMNA SECUNDA,
QUANDO INTRAMUS SINISTRA PARTE VIRO-
RUM LUCILLUS ET JANUARIA HONESTA
FOEMINA. Ex qua quidem inſcriptione colligit idem
Baronius viros ſiniſtram templi partem ut tum dignio-
rem habitam, mulieres verò dextram occupaſſe: quod
quidem vix ſibi conſtat. Nam cum vetera Chriſtia-
norum templa ad Orientem extructa fuerint, virique
in iis ad Meridiem, mulieres ad Septentrionem locum
habuerint, neceſſe eſt ut introëuntibus pars virorum
dextra fuerit, quod videtur adverſari inſcriptioni: niſi,
quod revera reor, *ſiniſtra pars virorum*, hoc loco ſit,
pars ſiniſtra reſpectu partis virorum. Nam conſtat par-
tem altaris in quo legitur Evangelium, *ſiniſtrum cor-*
nu appellari.
Pars terra, Sors hæreditaria in prædiis paternis aut ma-
ternis. Extat Charta S. Ludovici Regis Franciæ an.
1246. menſ. Auguſt. in Regeſto Cenomanenſi fol. 10.
n. 15. qua Carolo Comiti Provinciæ fratri, & ejus
hæredibus, ex conſenſu Comitum Atrebatenſis & Pi-
ctavenſis fratrum, *dat, & pro parte terra aſſignat, An-*
degavenſem Comitatum cum pertinentiis. In alia ejuſdem
Regis an. 1260. menſ. Junii de dotalitio reginæ Mar-
garetæ uxoris: *Et après ce nous euſſions donné & aſſi-*
gné à noſtre feeil Charle Comte de Provence & à ſes
hoirs la devant dite cité du Mans, avec ſes appar-
tenances, &c. *Pars hæreditatis*, in Charta ejuſdem
S. Ludovici Regis pro Roberto Atrebatenſi Comite
fratre an. 1237. apud Harzeum in Caſtellanis Inſu-
lenſib. p. 81. Vide Notas ad Stabilimenta ejuſdem Re-
gis lib. 1. cap. 8.
Partes, dicuntur divinæ Euchariſtiæ vel panis Eucha-
riſtici particulæ, quæ à Sacerdote inter Miſſæ ſo-
lemnia fractæ in partes minutiores, fidelibus diſtribue-
bantur ad Communionem: Αχραντοι μερίδες Evagrio lib.
4. c. 36. & in Euchologio, καὶ πάσαν τὴν μερίδα ἐν ἁγίῳ
ποτηρίῳ. S. Auguſtinus apud Bedam in cap. 10. prior.
ad Corinth. & apud Gratianum de Conſecr. diſt. 11.
can. 58. *Nec quando manducamus partes de illo fa-*
cimus: & quidem in Sacramento ſic fit, & norunt fide-
les quemadmodum manducent carnem Chriſti: unuſquiſ-
que accipit partem ſuam, unde & ipſa Gratia (i. ipſa
Euchariſtia) *Partes vocantur.* S. Cyprianus de Lapſis:
Et alius, qui & ipſe maculatus, ſacrificio à Sacerdote
celebrato, partem cum cæteris auſus eſt latenter accipere,
ſanctum Domini edere & contrectare non potuit, cinerem
ferre ſe apertis manibus invenit. Ubi obſervandum Eu-
chariſtiam olim fideles de manu Sacerdotis manu ſua
accepiſſe, quod etiam ex 21. Statuarum Chryſoſtomi
colligitur, ubi δέχεσθαι τῇ χειρὶ ter habet. Apud Euſe-
bium lib. 7. cap. 9. legitur χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας
τροφῆς προτείνας. Utramque enim manum porrigebant, &
cavo dextræ ſuppoſita ſiniſtra panem ſuſcipiebant, ut
eſt apud Cyrillum in 5. Myſtag. Rurſum idem Cy-
prianus de Opere & Eleemoſ. *Quæ in Dominicum*
ſine ſacrificio venis, quæ partem de ſacrificio quod pau-
per obtulit ſumis. Quem morem inſinuat alibi non ſe-
mel, Epiſt. 56. & lib. de Bono patient. ut & Cor-
nelius PP. Epiſt. ad Fabium Antioch. S. Ambroſius
Epiſt. ad Theodoſ. apud Theodorit. S. Hieronymus
Epiſt. ad Theophil. Obtinuit poſtea ut Sacramentum
Laicis non in manus traderetur, ſed in os inſereretur,
ut obſervat Balſamon ad canon. 101. Concilii in Trullo,
idque cautum canone 2. Concil. Rothomag.

Quæ porro ſupererant particulæ ſacræ Euchariſtiæ,
pueris abſumendæ dabantur ex veteri more, ut teſta-
tur Evagrius loco citato, quem ſua etiam ætate obſer-
vatum teſtatur Nicephorus Calliſt. lib. 17. cap. 25.
Particula, eadem notione. Cæſarius Heiſterb. lib. 9. c.
35. *Noſtis, domine, quod hic repoſueritis particulas?*
ſic enim hoſtias vocare ſolent.
Partes autem vocabant veteres, quidquid è convivio de-
cerpebatur, & miniſtris aut mittebatur, aut reſerva-
batur. Lampridius in Alexandro Severo: *Semper de*
manu ſua miniſtris convivii, & panum partes, aut ole-
rum, aut carnis, aut leguminum dabat, &c. Vide Ec-
kehardum juniorem de Caſib. S. Galli c. 2. p. 51.
Pars, pro *partie de guerre* videtur ſumi apud Gauterium
Antioch. de Bellis Antioch. p. 457.
Trahere in partem, Gall. *tirer à part*, aliquem è turba
ſeducere, apud Eckeardum Jun. de Caſib. S. Galli c. 1.
Cæſarium lib. 2. c. 6. Guill. in vita S. Bernardi lib.
1. c. 11. Herbertus lib. 2. de Mirac. cap. 41. *Mater*
in partem filium traxit, & lurida tabis apparitionem
innotuit. *In partem ſecedere*, in Collat. 1. Carthag. c.
10. *In partem ire*, in libello delati judicii apud Ca-
millum Peregrinum lib. 1. Hiſt. Longobard. p. 255.
Secedere in partem, apud Victorem Uticenſ. lib. 3.
& Gregor. Turon. de Vitis Patr. c. ult. *In partem ſtare,*
vel *in parte*, apud Fauſtum in Vita S. Mauri Abb. n.
49. Vide Acta S. Dorotheæ n. 8. 13. & Revelatio-
nem Stephani II. PP. *In partem ſecedere*, lib. 4.
Chr. Caſin. c. 39.
Pars publica, Reſpublica. Lex Longob. lib. 3. tit. 13.
§. 2. *A proprio Comite, vel à publica parte, id eſt qui*
rempublicam agunt. Fredegarius in Chron. cap. 66.
Cui (Heraclio) *ſucceſſit in Imperii gradum Conſtanti-*
nus filius ejus, cujus tempore pars publica à Saracenis
nimium vaſtatur. *Pars reipublica*, eadem notione in
Epiſtolis 45. & 47. ex iis quæ habentur to. 1. Hiſt.
Francor. Anaſtaſius in S. Zacharia PP. p. 78. *Idem*
caſtrum & tertiam partem, quam pignoris cauſa deti-
nebat, parti reipublica reſtitueret. Ita
Ad partem alicuius ſolvere dicebant. Capitula Ludovici
Pii ad legem Salicam c. 3. *Ibi volumus ut 40. dena-*
riorum ſolutio quantitatem habeat, quam vel Saxo, vel
Friſo ad partem ſalici Franci cum eo litigantis ſolvere
debet. Charta ejuſdem Ludovici pro Eccleſia S. Juliani
Brivatenſis: *Et nemini cuilibet obſequium pro prædictis*
rebus feciſſent, niſi tantum ad partem Regis annuatim
caballum unum cum ſcuto & lancea præſentaſſent, &c.
Lex Ripuar. tit. 57. §. 2. *Aut ſi legibus eum non po-*
tuerit defenſare, ad partem Regis 200. ſol. culp. jud.
Lex Bajwar. tit. 1. cap. 6. §. 3. *Ad partem fiſci pro*
fredo præbeat fidejuſſionem. Joannes VIII. PP. Epiſt.
302. *Sciatis per unum quemque veſtrum centum aureos*
dabitis noſtra parti. Anaſtaſius in S. Hadriano p. 105.
Ut antefatas quas abſtulerat civitates, pacificè B. Petro
redderet, & juſtitias parti Romanorum faceret. Charta
Hugonis Regis Italiæ an. 928. tom. 12. Spicilegii
Acheriani: *Neque aliquod ſervitium, quod ad publi-*
cam partem pertinuiſſe viſum fuit, &c. Vide Meurſ-
ſium in Epiſcopis Metenſib. p. 175.
Ex parte. S. Eulogius lib. 2. Memorial. SS. cap. 1. *Vi-*
vaci educatione literaria captus, nec non ex parte lingua
Arabica cognitus, totam pene juventutem in prædicto
cœnobio exegit. Phraſis Hiſpanica, *por parte de lingua*
Arabica, id eſt, quod ſpectat ad linguam Arabicam,

Galli dicerent, *à l'égard de*, &c.

Partes edere, Partitiones orationis facere, orationem per partes ac verba ſingula examinare. Quintilianus lib. 1. c. 14. *Et illa quidem minora præſtare debebit, ut partes orationis reddi ſibi ſoluto verſu deſideret*, &c. Ejuſmodi ſunt Priſciani *Partitiones* 12. *primorum verſuum Æneidos*. Gotefridus Viterb. part. 16. Panth.

Nunc quoque Grammatica ſummus Donatus in arte,
Hieronimus cum diſcipulo docet edere partes.

Extat in Biblioth. Sangermanenſi Codex MS. cum hoc titulo: *Incipit tractatus in partibus Donati, cujuſdam Presbyteri Zmaragdi*. Epitaphium à Naudæo editum:

Hic Jacet Judocus,
Qui fuit Romæ coquus,
Magiſter in Artibus
Et doctor in Partibus,
Et de gratia ſpeciali
Mortuus in hoſpitali.

Rabelaiſius lib. 1. cap. 14. *Hugutio, Flebar, Grecisme, le Doctrinal, les Pars, le Quid eſt*, &c. Hanc Grammaticæ partem, *qua docentur adoleſcentes ſcripta intelligere & probare*, ut eſt apud Martian. Capellam lib. 3. σχεδογραφίαν vocat Anna Comn. lib. 14. Alexiad. p. 485. atque recentiorum fuiſſe inventum, præcipuos in ea neſcio quos nominans magiſtros, Stylianos, Longobardos, ſeu Italos, quos Glaber lib. 2. c. 12. & Paulus Warnefrid. lib. 6. de Geſt. Longob. cap. 7. Grammaticæ præ cæteris operam impenſius dediſſe teſtantur. Atque ea notione σχεδογραφεῖν, pro *edere partes*, uſurpa. Baſilius lib. περὶ γυμνασίας γραμματικῆς, ut & σχέδη pro *partibus* idem ſcriptor & Manuel Moſchopulus, qui hanc potiſſimum Grammaticæ partem illuſtraverunt, poſterior libro quem περὶ σχεδῶν inſcripſit.

Partionale, liber *partium*. Vide in *Combinale*.

PARSCHALCUS. Vide *Barſchalcus*.

PARSIARE, Ital. *Partaggiare*. Vetus Charta apud Ughellum to. 7. p. 163. *Non habeatis poteſtatem ſupraſcriptam hæreditatem alienare, id eſt vendere, vel donare, aut in pigni ponere, vel pro devito parſiare*, &c. Id eſt per diviſam, ſeu teſtamentum, dividere.

PARTHICÆ *pelles*, olim magno in pretio. Matthæus Silvaticus: *Fenutio, id eſt pellis Parthica*. Ex φοινικῶν, nam pelles Parthicæ purpureæ erant; & ex iis fiebant Imperatorum calcei. Pollio in Claudio: *Zanchas de noſtris Parthicis paria duo*. Corippus lib. 2. de Laudibus Juſtini:

Purpureo ſura reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinclis,
Parthica Campano dederant quæ tergora fuco.

Gullielmus Apul. lib. 1. Rer. Normannic.

——— *aſſumitur Imperialis*
Purpura, pes dexter decoratur pelle rubenti,
Qua ſolet Imperii qui curam ſuſcipit uti.

Pellium Parthicarum meminit etiam Ammianus lib. 22. *Notum eſt enim ſub Maximiano Cæſare vallo Regis Perſarum direpto, gregarium quendam poſt ſacculum Parthicum, in quo erant margaritæ repertum, projectis imperitia gemmis, abiſſe pellis nitore ſolo contentum*. *Corrigia Partica*, apud veterem Scholiaſtem Juvenalis, id eſt ex corio. Vide Salmaſium ad Hiſt. Aug. & Notas ad Villharduinum p. 308. 309.

Parthicarii, harum pellium mercatores, in l. 2. Cod. de Excuſat. muner.

PARTIATES. Innocentius III. PP. lib. 13. Epiſt. 95. *Et quod ſervientes cuſtodum, quos nominant Partiates, Pinetam pro communi cuſtodire jurabant. — quod Partiates per Monaſterium certum numerum trabium in feudum percipiebant de ſilva, & juramento fidelitatis eidem propterea tenebantur: & quod ſervientes eorum jurabant pro Monaſterio ſilvæ cuſtodiam in Abbatis præſentia*, &c. Ita videntur dicti cuſtodes ſilvarum, apud Ravennates, ſeu qui partes nemorum cuſtodiendas in beneficium acceperant: *Serjanteriæ* ſpecies. Niſi potius legendum ſit *Porciates*, ut fuerint ii qui glandationem *porcorum* curabant, eique invigilabant.

PARTICA. Vide *Pertica*.

PARTICIPANTES, in Bulla Pauli PP. an. 1538. apud Guichenonum in Bibl. Sebuſ. p. 138. *Cubicularius de numero Participantium*. Vide *Cubicularius*.

PARTICIPES. Jura & Conſuetudines Normanniæ cap. 26. *Quidam ſunt participes principales, quidam ſecundarii. Principales ſunt inter quos hæreditas diviſionem ſuſtinet principalem, videlicet qui æqualem debet ſuſtinere portionem, ut fratres & hujuſmodi. Secundarii autem ſunt, qui non æqualem expectant portionem, ſed in aliqua portione portionem reclamant: ut liberi alicujus fratris defuncti in portione ad patrem pertinente ſuas debet percipere portiones*. Gallica editio habet *principaux perçoniers, & seconds perçonniers*. Vide *Par*, *Pariagium*.

PARTICIPATIO, Eleemoſyna, qua quis pauperes bonorum ſuorum participes facit. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 321. *Et ad faciendum pro prædictis animabus tres participationes per annum, trium millium pauperum in perpetuum computandas per majus centum ſexies viginti, cuilibet eorum unum panem, pretii unius quadrantis, & unum allec participationem unius milliaris in Purificatione B. Mariæ, aliam in die Paraſceve, tertiam in die anniverſarii ejuſdem Mariæ fieri ordinavit*. Infra: *Remittimus etiam & relaxamus per præſentes eiſdem Priori & Conventui, & eorum ſucceſſoribus, prædicta onera gravia & importabilia dictarum trium participationum de pane & allece tribus vicibus per annum faciendarum: ita quod nunquam de cætero eas erogare teneantur. Et volumus quod pro eiſdem participationibus, faciant diſtributionem 13. ſolidorum*, &c.

PARTICIPIUM, Participatio, communio. Gloſſ. vet. *participium*, μετοχή. *Participatus*, in l. 6. Cod. de Inceſt. nupt. Matth. Pariſan. 1244. *Abbates autem ipſi Regi ſuper hoc gratias multiplicantes, ſpeciale ſuorum bonorum operum & participium conceſſerunt*. Occurrit in Legibus Wiſigoth. lib. 12. tit. 3. §. 15. apud Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 23. Petrum Bleſenſem Epiſt. 28. &c. Vide *Beneficium*.

PARTICULA. Ælfricus in Gloſſ. Saxon. *Offella, vel Particula*, Spiceſ Snæð. i. fruſtum porci, offula porcina. Vide *Partes*.

PARTICULARIUS, Miniſter in Monaſteriis, qui cibos per partes diſſecat ſingulis Monachis. Ælfricus in Gloſ. Saxon. *Offarius, vel Particularius*, Tpickere. i. qui carnem in duas partes ſecat.

PARTICUS, *Negotiator, qui partes vendit*, &c. in Gloſſ. Iſid. fortè idem qui *Parthicus*, vel *Parthicarius*, de qua voce ſupra.

Particus, idem quod *Parcus*. Leges Henrici I. cap. 40. *Si pundbrech, id eſt fractura partici fiat in curia Regis, plena wita ſit*.

PARTILITER, *Diviſè, per partes, diſtributè*, in Gloſſis Iſid. Occurrit apud Firmicum *Partilia fata*, Græcorum μοίρας dixit Ammianus lib. 14. de Adraſtia, *partilibus præſidens fatis*.

PARTIRE. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 2. §. 2. de Miſſis dominicis, aut iis qui ad curiam evocantur: *Cum in itinere ſuo ad eu uſcumque domini domum veſpere venerit, ab eo hoſpitium roget, & poſtquam cum conceſſione, vel juſſione ejuſdem, ſecundum morem patriæ, homines partiti domos intraverint*, &c. Ubi *homines partiti*, videntur dici qui in itinere ſunt, *qui ſont partis*, qui profecti ſunt, ut loquimur.

PARTITA, Regio urbis, Gallis *Quartier de ville*. Conſuetudines Toloſæ: *Fit tallia ſeu collecta juxta modum partitarum Toloſæ, de quibus ſunt prout alii habitatores dictæ partitæ, propinquiores contribuunt in ipſa, & ſequuntur exercitum villæ ſub vexillis ſeu ſenheriis ipſarum partitarum Toloſæ, de quibus ſunt*.

PARTITUDO, pro *partitio*, in l. 10. Cod. Theodoſ. de

Bonis proſcript. Utitur Plautus in Aulul. Vide Nonium.

PARTIZANUS. Ita Itali & Galli vocant publicorum vectigalium conductores, *Partiſans*. Anonymus de Geſtis Friderici II. Imp. pag. 879. *Legem ponit regnicolis, novoſque Secretarios, Juſtitiarios, Admiratos, Protonotarios, Partizanos, Dohanarios, & Fundicarios — ſtatuit.*

PARTIZARE, Dividere, ex Gall. *Partager*. Occurrit in Charta an. 1253. apud Ducheſn. in Hiſt. Luxemb. pag. 69.

PARVIFICARE, parvum facere, extenuare, deprimere: vox ab Italicis aliquot ſcriptoribus uſurpata. Gregorius IX. PP. de Tranſlat. Epiſcopi cap. 1. *Miramur quod Apamienſem Epiſcopum in Tripolitanam Eccleſiam tranſtuliſti, & novo quodam mutationis genere parvificaſti majorem, & magnum quodammodo minoraſti*, &c. Vide Dantem in Convivio Amoroſo 13.

PARVIPENDULUS, qui parvi pendit, negligit. Eulogius Cordub. lib. 1. Memor. Sanct. *Libuit mihi pro modulo exigui ingenii talibus rebus inſiſtere, noſtroque licet ruſticano ſermone parvipendulos informare, æmulis contraire, & cœlo tenus alta ſanctorum extollere.* Infra: *Niſi cum ſacramentum noſtrum dictis parvipendulis ſubtiliſſimus irriſor propoſuerit.* Rurſum: *Et ob hoc ipſum pleraſque noſtrorum parvipendulis verum non eſſe videbatur Martyrium.*

PARUCA, Saxon. hẏcæ, in Dict. Saxonico-Lat. apud Somnerum. Vox incertæ notionis.

PARVIOR, Minor: utitur Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani.

PARVISUS. Vide *Paradiſus*.

PARULA. Vetus Gloſſarium Anglo-Saxonicum: *Parula*, Colmaſe. fortè *Parra*, inquit Somnerus.

PARVULITAS. Commodianus inſtruct. 6. *Et ſi parvulitas ſit ſenſu, cur annis ducentis fuiſtis infantes?*

PARVUS, Paucus: *Parvi*, Pauci. Præfatio Legis Salicæ: *Gens Francorum parva numero*. Ita apud Gregorium Turon. lib. 4. cap. 30. *Satius enim eſt ut parvi contumaces pereant, quam ira Dei ſuper omnem regionem dependeat innoxiam.* Victor Tunnenſis in Chronico: *Illyriciani Epiſcopi præter parva Monaſteria parvoſque fideles, perſecutiones paſſi, conſentiunt*, &c. Anaſtaſius Bibl. in Stephano III. PP. *Audiens itaque proterfus ille Aiſtulfus parvos fuiſſe Francos illos, qui ad cuſtodiam propriarum adveneram cluſarum*, &c. Adalbero Epiſc. Laudun.

Qui parvum meminit, non obliviſcitur omnis.

PASCATA. Vide *Muriceps*.

PASCEOLUM. Vide *Paculum*.

PASCHA, vox Hebraica, quæ *tranſitum* ſignificat. Duplex autem à Chriſto factus fuit tranſitus: prior quidem ex vita in mortem, quo die crucifixus fuit, feria ſcilicet hebdomadis ſexta; poſterior verò ex morte in vitam, quo die reſurrexit à mortuis, feria nempe prima, vocata deinceps Dominica. Eapropter alii exiſtimarunt celebrandum Paſcha ipſo die crucifixionis, unde & dictum fuit σταυρώσιμον Paſcha; alii die Reſurrectionis, unde & Paſcha dictum ἀναστάσιμον fuit: *Paſcha Reſurrectionis*, in Charta an. 1259. apud Ughellum to. 2. pag. 465. Sancitum tamen à Pio Papa ſcribunt, ut *Paſcha* die Dominica lunam 14. proximè inſequente celebraretur: quod alii ab ipſis Apoſtolis inſtitutum volunt. Vide Baronium an. 34. n. 23. & ſeqq. an. 159. n. 1. 2. an. 198. n. 4. & alios paſſim.

Paſchatis feſtum ſemper Chriſtianis præcipuum habitum fuit. Πασχαλία ἑορτὴ, ἣν δὴ σέβονται χριστιανοὶ πάντων μάλιστα, inquit Procopius lib. 1. de Bello Perſico c. 18. Hinc ἑορτὴ τῶν ἑορτῶν, καὶ πανήγυρις τῶν πανηγύρεων, dicitur Euſtathio in vita S. Eutychii P. CP. n. 91. *Solennitas ſolennitatum*, Gregorio M. Homil. 22.

Paſcha præterea interdum pro ipſo Chriſto accipitur, ut apud ſanctum Paulum 1. Corinth. 5. 7. *Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* Interdum pro ipſa Euchariſtia, ut apud S. Auguſtinum contra literas Petiliani Don. lib. 2. cap. 37. *Aliud eſt Paſcha, quod adhuc Judæi de ove celebrant, aliud autem quod nos in corpore & ſanguine Domini accipimus.* Ἐκεῖνο τὸ θεῖον καὶ ἀληθινὸν πάσχα, apud Iſidorum Peluſiotam lib. 4. Ep. 162. Μεταληψόμεθα τοῦ πάσχα, Gregorius Nanzianzenus dixit orat. 42. in Cœna Dom. in Cœna Domini communicantes: atque inde Poeta mediæ ætatis de ſignificatione vocis, *Paſcha*:

Hebdomas, Hora, dies epula, Pecus, Azyma, Chriſtus,

Raymundus Ord. Prædicat. in Summula:

Non inconfeſſis des ſanctum ſumere Paſcha.

Paſchales dies, Hebdomadis ſcilicet Paſchalis, quæ pari cultu ac ipſe Paſchatis dies colebatur à Chriſtianis. Unde Durandus lib. 6. Rat. cap. 81. n. 6. ait dies omnes hujus octavæ eſſe Dominicos. Amalarius lib. de Ord. Antiphonarii cap. 52. *Paſchalis dies, qui per ſeptem dies quaſi unus dies celebratur.* Theodulfus in Capitul. c. 41. *Ipſi dies Paſchalis hebdomadæ omnes æquali religione colendi ſunt.* Adde Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 35. Concilium Moguntiac. an. 813. can. 36. Meldenſe an. 845. can. 77. Sueſſionenſe II. c. 8. Engelenheimenſe an. 948. can. 6. Turonenſe can. 97. Bertholdum Conſtantienſem an. 1073. &c. Idem porrò Bertholdus ait Gebehardum Conſtantiæ Epiſcopum magnam Synodum Conſtantiæ in hebdomada majore ante Paſcha celebraſſe an. 1094: & in ea ſtatuiſſe, ut tam in hebdomada Pentecoſtes, quam in hebdomada Paſchali tres tantum dies feſtivi celebrarentur. Quod quidem hodie apud omnes Chriſtianos obſervari conſtat. Durandus lib. 6. c. 81. n. 10. *His tribus diebus primis ſolenniter eſt feriandum: inſequentibus verò licet viris ruralia opera, quæ magis neceſſaria ſunt exercere: ſed fœminis non licet nere; nunquam autem choreas ducere*, &c. Quatuor in Paſchate, & totidem in Pentecoſte dies celebrandos ſtatuit Concilium Exonienſe an. 1287. c. 23. & Maghfeldenſe an. 1332. duos verò Concilium Toletan. an. 1229. c. 26.

Paſcha Floridum, Dominica in Palmis, qua cantatur, *Occurrunt turbæ cum floribus & palmis: & nos ſimiliter debemus ei occurrere cum floribus virtutum & palmis victoriarum.* In Ordine Romano, *Dies Palmarum, ſive Florum atque ramorum* dicitur: *Paſcha Florum*, apud Ordericum Vital. lib. 8. p. 696. Hiſtoria Hieroſol. an. 1118. *Eo die & hora quo Paſcha Floridum celebrans eo more populus Hieroſolymitanus ſolemnem ageret proceſſionem*, &c. Vide Durandum lib. 6. Rat. cap. 65. n. 5.

Paſcha Petitum. Ita Ordo Romanus ait appellari primum Paſcha, ſeu Dominicam Palmarum, *Paſcha petitum, ſive competentium*, quia hoc die *Symbolum competentibus tradebatur*, ut eſt apud Iſidorum, Alcuinum, & Rabanum Maurum lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 35. Concilium Agathenſe in eandem ſententiam c. 13. ſtatuit *Symbolum omnibus Eccleſiis una die, id eſt ante octo dies Reſurrectionis publicè in Eccleſia competentibus prædicari.* Cujus quidem conſuetudinis meminit S. Auguſtinus ſerm. 115. cui titulus iſte præfixus legitur, *In Dominica Palmarum, de traditione Symboli*, his verbis: *Symbolum quod vobis tradituri ſumus, fratres chariſſimi, comprehenſio eſt fidei noſtræ, atque perfectio.* Alii è contra hac in parte, ut & in pleriſque aliis, variaſſe conſuetudinem volunt: unde hunc ex Ordine Romano locum proferunt ad tertiam Quadrageſimæ hebdomadam, quartamque, (non autem ſecundam, ut aliqui legunt) ejuſdem feriam: *Eadem die percipiunt orationem Dominicam, & Symbolum ad reddendum in Sabbatho ſancto Paſcha.* At Amalarius lib. de Eccl. offic. cap. 8. factum id ſignificat, non tertia, ſed hebdomade quarta, quartaque itidem feria. Hincque non levis ob diſcrepantes ſuper ea conſuetudine ſententias inter eruditos controverſia oritur, quæ ut concilientur, dicere in primis licet, quicumque traditum aiunt die Palmarum Dominica Symbolum, eos de publica ſolennique

loqui

loqui traditione, quæ non ſine apparatu pompaque ſoleret fieri, ut teſtatur Beroldus: quippe, ut ait, in traditione Symboli omnia *tintinnabula ſunt ſonanda, & cuncta oſtia claudenda, tuncque incipit Symbolum Archiepiſcopus, & dicit regenerandis majori tono Evangeliorum, Signate vos, & audite Symbolum*, &c. Tum ad finem, *in majori etiam tono Evangeliorum, & excelſa voce Archiepiſcopus dicit: Accepiſtis dilectiſſimi.* Quæ traditio pro expoſitione etiam publica, & quæ palam in Eccleſia fieret, ejuſdem Symboli accipienda eſt: ad quam omnino reſpicit Auguſtinus, cum ſermone 116. in Dominica Palmarum, ſic ait: *Hodie, fratres cariſſimi, ſpecialiter ad Competentes humilitatis noſtræ ſermo dirigitur.* Cum aliàs, toto videlicet ipſius Quadrageſimæ decurſu ſubinde ipſiuſmet Symboli traditio, ſeu perſpicua illius faciliſque enodatio repeteretur: de qua Ambroſius Epiſt. 33. audiendus: *Sequenti die, erat autem dominica, poſt lectiones atque tractatum,* (quibus etiam intereſſe poterant non initiati religionis Chriſtianæ myſteriis) *dimiſſis Catechumenis, Symbolum aliquibus Competentibus in baptiſteriis tradebant Eccleſiæ.* Quod & fortaſſe fieri ſolitum erat, non privatim, ſed publicè, ſcrutiniorum diebus: è quibus primum omnium ſcimus feria quarta hebdomadis tertiæ Quadrageſimæ, tertium illudque præcipuum feria quoque quarta, ſed quartæ hebdomadis inſtitutum; poſtremum denique ſabbato ſancto: quibus diebus, ut ritus cæteri, ſic profeſſio fidei, ſeu Symboli redditio (utique poſt illius forſan explicationem, ſive traditionem) uſurpabatur. Hæc fere ex Diſſertationibus de Sacramentorum ritibus ineditis R. P. Michaëlis *Du Freſne*, Soc. Jeſu, fratris τοῦ μακαρίτου, qui hæc fuſiùs proſequitur capitibus ſeqq.

Paſcha clauſum, Dominica octavarum Paſchæ, qua Paſchalium feſtivitatum ſolennitas clauditur. *Clauſula Paſchæ*, apud S. Auguſtinum ſerm. de Temp. 144. *Clauſum Paſcha*, apud Grodegangum Metenſem Epiſcop. in Regula Canonicorum cap. 36. novæ edit. c. 30. Statutum primum Weſtmonaſterienſe dicitur editum anno 3. Edwardi I. Regis Angl. *Lendemaine de la cloſe de Paſche.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 44. *Eo anno poſt clauſum Paſcha*, &c. Ita apud Alcuinum Epiſt. 1. ad Carolum M. de Ratione Septuageſimæ, Rabanum lib. 3. de Inſtit. Cleric. cap. 34. Giraldum lib. 1. de Hibern. expugn. cap. 39. &c.

Paſcha Annotinum, quod propriè fuerit, & quando celebratum, non una eſt ſententia. Micrologus de Eccl. obſerv. cap. 56. *Romani Annotinum Paſcha, quaſi anniverſarium Paſcha dicunt, quia antiquitus apud illos qui in priori Paſcha baptizati erant, inſequenti anno, eadem die, ad Eccleſiam convenere, ſuæque regenerationis anniverſarium diem cum oblationibus ſolenniter celebraverunt.* Eadem habet Honorius Auguſtod. lib. 3. cap. 137. Nec diſſentit Beletus de Divin. offic. c. 84. *Vocatur autem Paſcha Annotinum, quando aliquis diem quo baptiſma ſuſcepit annuatim celebrat: atque eo tum ipſius diei Paſchæ officium integrè cantari debet, præter Alleluja, ſi accidat tempore Quadrageſimæ.* Ita etiam Durandus lib. 7. c. 1. n. 37. 38. Ex quibus confici videtur non ſemper ſtatum ac fixum fuiſſe cuique Paſchatis Annotini diem, propter Paſchatis diverſos in ſingulis annis dies, ſed celebratum ipſomet die recurrente quo quis priori anno baptizatus fuerat, quod *Annotinum*, vox ſuadet, id eſt ἐπέτειον, ἐνιαυσιαῖον, περυσινόν, ut in Gloſſis redditur. Atque ita *Paſcha Annotinum* incidere poterat in Quadrageſimam, vel poſt Quadrageſimam, ut habet Beletus.

Ab aliis Paſcha Annotinum videtur collocari in Sabbato ante Dominicam in Albis, id eſt ante *clauſum* Paſcha. Vita S. Petri Martyr. Ord. Prædic. n. 38. *Die Sabbati illius, quod eſt finis Septuageſimæ, diciturque Sabbatum in Albis, & Paſcha Annotinum.* Sabbato quippe ante octavas Paſchæ quo alba tolluntur veſtimenta à novis baptizatis, dicitur finire Septuageſima, in Ordine Romano. At in Martyrologio Victorino MS. *Paſcha Annotinum* dicitur Dominica quæ Paſchalem ſubſequitur. Sed id negat Hugo Menardus, putatque fuiſſe poſt Dominicam in Albis celebratum, cum in Codicibus MSS. ejus Miſſa aſſignetur tantum poſt prædictum diem, quod etiam innuere videtur Kalendarium editum ab Allatio lib. de Dominicis & hebdomad. Græcor. n. 37. *Dominica octaba Paſchæ ad Lateranis. — in Paſcha Annotina, In illo tempore erat homo ex Phariſæis.* Et Ordinarius MS. Eccleſiæ Rotomagenſis: *Nota, Officium de Annotino Paſcha non poteſt fieri, niſi evenerit poſt Octavam Paſchæ.* Et alibi, de feſto S. Romani: *Si in die Octavarum Paſchæ evenerit, fiat memoria tantum de illo in ultimis verbis, & in craſtino celebretur, niſi fuerit Annotinum Paſcha, & tunc reſervetur uſque ad tertiam feriam.* Verum officium ſeu Miſſa Paſchatis Annotini ita adjungitur officio Dominicæ in Albis, ut eodem aut ſequenti die celebratum par ſit credere. Ex quibus ſane videtur colligi hunc poſtremum diem ſtatutum fuiſſe ab Eccleſia ad omnium baptizatorum anniverſarium diem: cum ſinguli ſua propria haberent *Paſchata Annotina*, & ea celebrarent, prout quiſque baptiſmum exceperat. In ejuſmodi porro feſtivitate convivia exacta teſtatur Ruodbertus Magiſter S. Galli Epiſt. 7. *Quæris à me quid ſit Paſcha Annotinum? Eſt conventus compatrinorum ad Miſſas ejuſmodi per omnes octavas Sabbati ſancti, id eſt baptiſmi per annum, & per ordinem cujuſcunque cum cæteris convivium. Quod vidimus, hoc teſtamur. Presbyter Symbolum ſuper infantem dicit, & menſæ participat aquam ſapientiæ......* Idem Epiſt. 7. *In Paſcha Annotino, id eſt Paſchali feſto prioris anni.* Vide Capitula Herardi Archiep. Turon. c. 93.

Paſcha Roſata: ita Pentecoſten appellant Itali, quod eo ferè tempore roſæ floreant, uti tradunt Cruſcani. Occurrit in Hiſtoria Mortis & Miraculor. S. Leonis IX. PP. n. 21. *Dominica, quæ dicitur Paſcha Roſata.* Vide *Roſalia*.

Paſcha dicitur etiam tempus à Dominica in Ramis-palmarum, uſque ad octavam Paſchatis. Durandus lib. 6. Ration. cap. 81. n. 5.

Paſchatis nomenclatura donati pariter dies omnes Dominici in Ordine Romano. Gregorius Turon. in Vita MS. S. Maurilii Epiſc. Andeg. c. 18. *Belgicus quidam nomine primo die Paſchæ proprias ſegetes ſervis propriis temerario jure mundare præceperat. Maurilius verò cum reniti cœpiſſent, ac dicere, contra autoritatem fore, ut die dominica ſervilia opera agerentur.* &c.

Paſcha, quodlibet magnum feſtum in quibuſdam provinciis vocari obſervat Durandus lib. 7. c. 1. n. 25. Certè conſtat hodie omnes majores feſtivitates *Paſchata* Italos vocare: Pentecoſten verò *Paſcha roſada* ſeu Roſaceum, quia incidere ſolet in tempus roſarum. Hinc πασχάζειν & φιλεορτεῖν, pro eo qui libens feſtum colit, confundit Marcus Hieromonachus in Reſponſ. Otto Morena in Hiſt. rerum Laudenſium p. 41. *In prima die Sabbati, quæ fuit poſt Paſcha Reſurrectionis Domini an. 1158.* &c. Pag. 42. *Inſequenti verò Paſchate Pentecoſtes quod fuit tunc 27. Maii indict. 7.* &c. Pag. 54. *Quadam die, in qua fuit Paſcha Epiphaniæ, venere Cremenſes*, &c. Occurrunt alia ejuſce vocis exempla apud Italos ſcriptores.

Paſchalia indumenta. Cæſarius Arelatenſis Archiepiſcopus in Teſtamento ſuo: *Indumenta Paſchalia, quæ mihi data ſunt, omnia illi* (ſucceſſori) *ſerviant, ſimul cum caſula villoſa, & tunica, vel galnape, quod melius dimiſero.* Id eſt quibus utebatur diebus *Paſchalibus*, ſeu Dominicis.

Paſcha in prima declinatione paſſim uſurpatur à ſcriptoribus. Durandus lib. 6. Ration. c. 86. n. 4. obſervat *hoc ſolum in tribus Græcis nominibus inveniri, ſc. Paſcha, manna, & mammona.*

Paſchare, Paſcha celebrare, Ugution. Vox Italica,

Joannes Villaneus lib. 7. cap. 61. *Tutti i Baroni & Caporali che tenevano mano al tradimento, furono nella citta di Palermo à paſquare.* Et cap. 147. *Molti de' fanti venutiſene à paſquare à Firenza.*

Paſchales Epiſtola, qua Pontifex Maximus Metropolitanis Epiſcopis denuntiabat quo die celebrandum eſſet Paſcha: *Ad præcipuum enim religionis noſtræ Sacramentum pertinere, ut in feſtivitate Paſchali nulla eſſet toto orbe diverſitas*, cenſuerunt ſancti Patres, ut ait Leo I. PP. Epiſt. 95. ad Ravennium Arelatenſem. Unde uno eodemque die per totum orbem celebrandum, in eumque finem dirigendas ad omnes Epiſcopos literas, quæ id potiſſimum indicarent, ſtatuerunt Concilia, atque in primis Arelatenſe I. can. 1. & Cæſaraugustanum III. c. 2. Ejuſmodi Literarum Paſchalium formulam exhibet Leo I. in laudata Epiſt. ad Ravennium, & in Epiſt. 95. Aliæ habentur apud Bucherium in Victorii Canonem Paſchalem p. 72. 78. 82. 469. & ſeqq. in Spicilegio Acheriano to. 6. p. 8. &c. His acceptis litteris Epiſcopi Epiphaniorum die, vel Chriſti Natalitio, in Eccleſia populis denuntiabant qui eſſet ille dies Paſchatis, ut indicat Concilium Aurelianenſe IV. can. 1. vel certè principium Quadrageſimæ, ut eſt in Autiſſiodorenſi c. 2. Bracarenſi II. c. 9. Toletano IV. c. 5. &c. Vide Gregorium M. lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 8. Baronium an. 412. n. 43. an. 419. n. 96. & Ferrarium de Eccleſiaſt. Epiſtolis lib. 2. cap. 3.

Paſchales Epiſtolas præterea vocat Avitus Vienneſis Epiſt. 65. quas Pontifices ſibi invicem ſcribebant, ſe conſalutantes, & de exacta feſtivitate nuntium mittentes, quæ proinde erant ex iis quas Græci ἑορταστικὰς nuncupabant: nam hæ non modò in Paſchalibus, ſed & in aliis ſolemnioribus feſtis ſcribebantur ab Epiſcopis, ut ex aliis Aviti & Theodoreti Epiſtolis colligitur.

Paſchales denarii, Vide *Chriſma*.

Paſchale, Computum Paſchale, ſeu ratio inveniendi diem quo celebrari debet Paſcha quolibet anno: à die ſcilicet Martii 8. ad Aprilis 5. *Paſchalis curſus* Honorio Auguſtod. cap. 88. *Paſchalis recurſus* Gennadio de Viris illuſtrib. c. 88. *Paſchalis circulus*, Adoni Vienn. Victorius in Canone Paſch. *Theophilus quondam Alexandrinus Antiſtes, ad Theodoſium Imp. dudum epiſtolis ex primo ipſius & Gratiani 5. Conſulatus conditum Paſchale direxit.* Infra: *Propter diverſorum Paſchalium conditores.* Senator in fine Chronici: *Sicut ex Tito Livio, & Aufidio Baſſo, & Paſchali virorum clarorum auctoritate firmato collegimus, anni ſunt 1031.*

Paſchale, Diſtrictus Parœciæ, ſic dictus, quod Parœciani in feſto ſaltem Paſchatis ad Eccleſiam parœcialem convenire, & ibi *communicare* ex Canonum præſcriptis tenerentur. In Tabulario Monaſterii S. Savini Levitanenſis non ſemel mentio occurrit *Paſchalis S. Savini*, pro diſtrictu 8. Parœciarum, quarum Parœciani ex veteri inſtituto tenebantur certis anni feſtis ſolennioribus, Paſchatis ſcilicet, Pentecoſtes, & Nativitatis Domini, Baptiſmum & ſacram Communionem recipere in Eccleſia S. Savini: quod præſertim cavetur in Concilio Agathenſi can. 18. Vide Marcam lib. 9. Hiſt. Benearn. c. 2. n. 4.

PASCILIS, *Animal, vel avis quæ in manu paſcitur.* Jo. de Janua.

PASCIO. Polyptychus Floriacenſis: *Solvit inter vinericiam & paſcionem de vino mod. 6.* Alibi: *Solvebat unuſquiſque de paſcione denarios 12. & pullos 3. cum ovis 15.* &c. An pro paſtio? Vide *Madaſcia*.

PASCUA, æ, pro *paſcuum*. Gloſſæ Gr. Lat. νομὴ, ἡ βοτανὴ, *paſtus, paſtio, paſcua.* Uſurpant verſio vulg. Pſalm. 22. Tertullianus Apologet. cap. 22. Arnobius in Pſal. 22. & 106. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 108. &c.

Paſcualis, *cum diligentia nutritus.* Gloſſar. Arabico-Lat.

PASCUARIUM, quod pro paſcuis præſtatur. Conſtitutio Chlotarii Regis c. 11. *Agraria, paſcuaria, vel decimas porcorum*, &c. Lex Wiſigoth. lib. 8. tit. 5. §. 8. *Qui verò ſortem ſuam totam fortè concluſerit, & aliena paſcua abſente domino invadit, ſine paſcuario non præſumat, niſi fortè dominus paſcua voluerit.* Lex Bajwar. tit. 1. c. 14. §. 1. *De triginta modiis tres donet, & paſcuarium deſolvat ſecundum uſum provinciæ.* Charta Caroli C. tom. 8. Spicileg. Acheriani p. 350. *Et ut nullus paraveredum, aut paſcuarium, vel manſionaticum — exigat.* Adde Chartas alias apud v. cl. Stheph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 64. 116. 119. &c. Vide *Paſquerium*.

Paſcaſium, eadem notione apud eundem Baluzium n. 89. *Neque ſalvaticum, neque paſcaſium, neque teloneum*, &c.

PASCULUM, Paſcuum, Pratum, Cæſario Eiſterbach. lib. 3. c. 11. Charta an. 1072. in Hiſt. Pergamenſi to. 3. pag. 273. *Tota inſimul extra paſculum & communalia.*

Paſculare, Paſcere. Hiſt. Cortuſiorum lib. 5. cap. 14. *Paſculandi cauſa miſit ad villas Plebatus quoſdam equos*, &c.

PASNAGIUM. Vide *Paſtionaticum*.

PASQUERIUM, quod præſtatur pro paſcuis: ut *Paſquairare*, tributum exigere pro paſcuis. Charta Theobaudi *Chabot* apud Sammarthanos in Abbatib. Abſientibus: *Paſquerium verò à Gaufredo Mainardi ego illis vendicabo.* Charta Raimundi Berengarii Comitis Provinciæ an. 1232. pro Arelatenſibus: *Nullo modo audeat vel præſumat aliquem vel aliquos de prædictis civibus Arelatis in perſonis vel rebus ſuis pedagiare, vel paſcairare, vel aliquid ab eis extorquere occaſione paſquerii, pedagii, vel uſatici, quæ recipiuntur vel recipi conſueverunt in aquis & riperiis, vel alterius cujuſcunque exactionis*, &c. Vide *Paſcuarium*.

Paſcherium ovium, in Charta Raimundi Comitis Provinciæ an. 1179. apud Sammarthanos in Archiepiſc. Aquenſib.

Paſchiers, paſcua vocat Conſuetudo Marchenſis articulo 425. *terre herme, qu'on appelle chaumes & paſchiers de beſtes. Paſcage* verò art. 362. ipſam paſtionem.

PASQUILIS. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Prata 2. ubi poſſunt colligi de fœno carri 4. paſql. 2. continentes map. 3. vineas ubi poſſunt colligi de vino mod. 61.* &c. Occurrit ibi ſemel ac iterum.

PASSA, in Gloſſis Lat. Græc. ὀρίγου εἶδος. Etiamnum Andegavenſes Paſſerem, *Paiſſe* & *paſſe* vocant. Vide Salmaſium ad Solinum p. 444.

PASSAGINI, hæretici Valdenſium ſectarii, quorum paſſim mentio in Conſtitutionibus Friderici II. Imp. contra Catharos & Patarenos, in Gregorii II. PP. Epiſtolis, apud Bonacurſum lib. de Vita hæreticorum, cui *Paſagii* dicuntur p. 75. & ubi eorum errores recenſet, & Waddingum in Annalib. Minorum an. 1254. n. 16. an. 1325. n. 18.

PASSAGIUM, Tranſitus, iter, & iter inſtitutum, vulgò, *Paſſage.* Ita porro noſtri appellabant peregrinationes, atque adeo ipſas Hieroſolymitanas & ſacras expeditiones. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. initio: *Fecit trengas uſque ad magnum paſſagium.* Sanutus lib. 3. part. 4. cap. 2. de Petro Eremita: *Deinde per illas partes tranſcurrens, & ad paſſagium cunctorum corda ſuccendens*, &c. Teſtamentum Caroli Pulchri Regis Fr. menſe Octob. an. 1324. *Je laiſſe à la Terre Sainte 50 mille livres à payer & delivrer quant paſſage general ſe fera, & eſt mon entente que ſe le paſſage ſe faiſoit en mon vivant, de y aler en ma perſonne. Paſſagio d'oltre mare*, apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 37. Duplex autem erat paſſagium, *vernale* alterum, alterum *æſtivale*.

Paſſagium vernale dicitur illud potiſſimum tempus quo maria aperiuntur, ut loquitur Vegetius lib. 5. cap. 9.

vere nempe, unde *Paſſagium vernale* Oliverio Scholaſtico p. 1188. & Jacobo de Vitriaco lib. 3. p. 1138. *Tranſitus vernalis* Tyrio lib. 17. c. 8. nuncupatur: circa menſem Martium, ex quo *Paſſagium* Martii vocant Matthæus Paris an. 1244. Acta Innocentii III. Vita S. Hildegundis dictæ Joſeph, n. 5. Rigordus an. 1190. &c. Adde Odonc. Rainaldum an. 1266. n. 43.

Paſſagium æſtivale, illud eſt quod menſe Junio aut Julio peragebatur, vulgo *Paſſagium S. Joannis Baptiſtæ* dictum in Epiſtola S. Ludovici de captione ſua, & in Epiſt. Gregorii IX. PP. apud Rainaldum an. 1238. n. 11. Quando verò aperiantur, & quando claudantur maria, vide quæ notant Caſaubonus ad Theophraſti Characteres, Meurſius ad Conſtantin. de Adm. Imp. Jacobus Gotofredus ad l. 3. Cod. Th. de Naufrag. &c. Adde Notas ad Villhard. n. 39.

Paſſagium, Tributum quod à tranſeuntibus exigitur, *Droit de paſſage*. Leges Henrici I. Regis Angliæ c. 2. *Sint quieti & liberi — de theolonio, paſſagio, & leſtagio. Plateatica, Paſſagia*, &c. in Conſtit. Neap. l. 1. tit. 59. §. 2. S. Bernardus Epiſt. 119. *Paſſagium tranſeuntibus, & ſi quod eſt juris veſtri debitum, mercantibus libenter dimiſiſtis.* Adde Ordericum Vital. lib. 5. p. 579. 596. Statutum 2. Weſtmonaſterienſe cap. 19. Concilium Herbipolenſe an. 1287. can. 40. Monaſt. Anglic. tom. 1. p. 310. Sammarthanos in Archiepiſc. Turon. p. 771. &c. Ita etiam *paſſagio* uſurpant Itali. Joan. Villaneus l. 9. c. 173. *Levarono un paſſaggio che il detto Conte vi faceva ricogliere.*

Paſſagiarius, Portitor, publicanus, Italis *paſſaggiere*, noſtris *paſſager*, in Conſtit. Sicul. lib. 1. tit. 76. *Gabellotis, foreſtariis, plateariis; portonarii ſeu paſſagerii*, &c. Eſt etiam

Paſſiagiarius, Navita, qui de ripa in ripam alteram tranſeuntes navicula tranſmittit. W. Thornus an. 1287. *Si Monachus vel aliquis de familia Abbatis ad dictum portum ex quacunque parte fluminis veniens batellum dicti paſſiagiarii ibi præſentem invenerit, & paſſiagiarius vel ſui noluerint ipſum vel tardaverint tranſducere, ſeu tranſire*, &c.

PASSARE, Tranſgredi, Gall. *Outrepaſſer*. Charta an. 1262. tom. 13. Spicilegii Acheriani p. 315. *Et ſi ego hoc paſſaverim, vel fregerim*, &c.

PASSATA, præſtationis ſpecies, apud Occitanos. Charta Occitanica an. 1312. in 48. Regeſto Philippi Pulchri Regis Franc. ex Tabulario regio n. 28. *Item paſſatam ſeu bladatam quam nos habebamus in dicto loco de Senilhaco, videlicet in quolibet agricultorum cum uno pari animalium, unum ſextarium bladi, frumentum & avenam per medium ad menſuram Albienſem*, &c. Infra: *Item quas habebamus tunc in dictis locis una cum dicto Epiſcopo in quolibet animali groſſo, exceptis animalibus terram excolentibus 8. den. Turon. pro paſſata, & in quolibet pecude ſeu animali minuto unam pillam Caturcenſem*, &c. Occurrit ibi pluries.

PASSATICUM. Charta Raimundi Comitis Provinciæ an. 1179. apud Sammarthanos in Archiepiſcop. Aquenſib. *Paſcherium ovium ſuarum, & paſſaticum, & uſaticum, & omnia quæ emere voluerint, libera ſint ab omni uſatico & leſda.* Alia Jacobi Regis Aragonum an. 1230. *Emfranquimus ab omni lezda, pedagio, paſſatico, portatico, tolta, conſuetudine*, &c. Libertates Regni Majoricar. an. 1248. *Non donetis carnaticum de veſtro beſtiario ullo tempore, paſſaticum, herbaticum, neque quarentenum.* Videtur idem quod *paſſagium*, jus tranſitus.

PASSATOR, Dominus, cui *Paſſagii*, ſeu tranſitus præſtatio competit. Charta Edw. III. Regis Angliæ in Monaſtico Angl. to. 1. p. 505. *Donationem etiam — quam Hugo de Bradewardin, Paſſator, filius Stephani Ponc. per ſcriptum ſuum fecit eiſdem fratribus de libero paſſagio apud Bradewardin.*

PASSALORINCHITÆ, Hæretici ſic dicti, quod digitum imponentes in nares, & ora ſua, & in labia, quaſi ſilentium ſemper exercerent, ſoli taciturnitati quaſi ſtudium commodantes. Vide Philaſtrium.

PASSERIA. Vide *Paxeria*.

PASSIATUM. Charta Alamannica Goldaſti 61. *Et quando opus fuerit aut ad meſſem vel pratum colligendum, vel ad reliqua, in paſſiatio faciant.*

PASSIBILITAS. Arnobius Junior in Pſalmum 11. *Fiducialiter, id eſt paſſibilitate carens; nulli timori ſuccumbens.*

PASSIMÆ; Matthæo Silvatico, *Tortellæ panis azymi, biſcocta de Sen, i. de terra Jeruſalem; quoniam ibi Arabes impaſtant ea cum aqua maſticis.*

PASSIO, *Paſſio Domini*, Dominica quinta Quadrageſimæ, quæ *Ramiſpalmas* præcedit. In Epiſtola Balduini Imperatoris de expugnatione Conſtantinop. urbs obſeſſa à noſtris dicitur 5. *Id. April. feria 6. ante paſſionem Domini: & capta 2. Id. April. feria ſecunda in Paſſione*, id eſt die Lunæ hebdomadis quæ Dominicam Ramiſpalmarum præcedit; quam *Hebdomadam Paſſionis* vocamus. Amalarius lib. 4. cap. 48. apud Mabillonium: *In Paſſione Domini, quindecim videlicet dies ante Paſcha.* Vide Notas noſtras ad Villharduinum n. 129. & ſupra in v. v. *Dominica*, & *Hebdomada*.

Paſſio, mala cogitatio quam quis in mente volutat, in Pœnitentiali Egberti Archiep. Eborac. c. 19.

PASSIONARIUS, *Paſſionalis*; *Paſſiones Martyrum*. Jo. de Janua: *Paſſionarium, liber continens Paſſiones Sanctorum: vel Paſſiones id eſt morbos. Paſſionarius*, Durando lib. 6. Ration. cap. 1. n. 29. *eſt liber continens Paſſiones Sanctorum, qui legitur in Eccleſia in feſtis Martyrum*: ex inſtituto nempe Antheri PP. qui Martyrum geſta ſcribi, & in Eccleſiis haberi præcepit. Gregorius M. lib. 7. ind. 1. Epiſt. 9. *Nos autem pene omnium Martyrum diſtinctis per dies ſingulos Paſſionibus collecta in uno codice nomina habemus.* Regula S. Ferreoli cap. 18. *Geſta Martyrum, id eſt Paſſiones ſanctorum fidelium, quodam compaginata ſtudio & ſermone digeſta ſunt, tempore quo nobis diem migrationis eorum anni meta curſus ſui legibus repræſentat; recenſeri in oratorio, audientibus cunctis, omnino decernimus.* Id etiam ſtatuitur in Concilio Africano c. 13. *Liceat etiam legi paſſiones Martyrum, cum anniverſarii dies eorum celebrantur.* Adde Concilium Carthag. can. 47. Attonis Epiſcopi Capitulare c. 58. Canones Saxonicos Ælfrici ad Vulphinum Epiſcopum can. 21. Epiſtolam Buggæ ad Bonifacium Moguntin. Epiſc. Vitam S. Gilberti de Sempingham p. 682. &c.

Paſſionarius, Paſſionarium. Liber MS. Ordinis S. Victoris Pariſienſis cap. 19. *Quales ſunt Bibliotheca, majores expoſitores; & Paſſionarii; & Vitas Patrum*, &c. Et cap. 48. *In feſtivitatibus Sanctorum legantur vitæ vel paſſiones eorum.* Chronicon Caſinenſe lib. 3. cap. 62. (al. 63.) *Paſſionaria totius anni libros quatuor.* Lambertus Ardenſis p. 155. *Veteris Teſtamenti libros, & Paſſionarium.* Vide Monaſticum Anglic. tom. 3. p. 321.

Paſſionalis. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 6. Id. Jan. *Dedit etiam tres libros Paſſionales, & unum qui dicitur Martinellus.* Occurrit apud Ratpertum Monachum de Caſib. S. Galli cap. 9. & in veteri Charta apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandr. c. 25. Vide Teſtamentum S. Everardi apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21.

PASSIONATICUS, Jus tranſitus, *Droit de paſſage*. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 656. *Et cæteri pagenſes de alias civitates perſolvant de illos navigios de unaquaque quarrada denarios duodecim, & vultaticos, & paſſionaticos per omnes ſucceſſiones & generationes illorum ſecundum antiquam conſuetudinem.*

PASSIVARE, Tranſire, quaſi *paſſus*, ſeu ſtrictiora loca emetiri, vel *vagari*, quomodo *paſſivus*, pro *vagus*, uſurpatur. Vita S. Wunebaldi cap. 3. *Et protinus paſſivantes ſuper Alpium montes*, &c.

PASSIVUS, Vagus, inconſtans, incertus; vox Afris

ſcriptoribus familiaris. S. Auguſtinus lib. adverſ. Adimantum c. 24. *Si hoc ideo dictum eſt, ut non ſervetur panis in craſtinum, magis hoc implent vagi Romanorum, quos paſſivos appellat, qui annona quotidiana ſatiato ventre, aut donant ſtatim quod reſtat, aut projiciunt.* *Paſſiva libido* apud S. Hieronymum in Ezech. c. 16. vaga ac promiſcua, quæ *Errabunda Venus* Saxoni Grammatico lib. 5. dicitur. *Paſſivus obtutus*, apud Caſſianum Collat. 1. c. 5. vagus, incertus. Joſephus Iſcanus lib. 3. de excidio Trojano.

—— Subit illa pudica

Ora gerens, oculis nuſquam vaga.

Julius Firmicus lib. 8. Math. c. 23. *Mulieres verè meretrices, quæ pudorem ſuum ſine ullo reſpectu, paſſivis libidinum converſationibus vendant.* Ibidem c. 25. *Quod ſi mulieris fuerit iſta genitura, paſſivis erit libidinum cupiditatibus proſtituta.* Et cap. 30. *Mulieres verò faciet pudorem ſuum paſſiva libidinis nundinatione proſtituere.* Chromatius Aquileienſis Epiſc. Conc. 1. *Et paſſivam Judæorum licentiam, & ſtultam ac miſerabilem Manichæorum præſumptionem*, &c. Autor homiliæ 3. ad Monachos, inter homilias Euſebii Emiſeni: *Aves ipſæ diligunt nidos ſuos, amant feræ loca in quibus nutritæ ſunt, amant cubilia & paſcua: & quamlibet naturali libertate paſſivis perverſa rapiantur incurſibus, ſæpius tamen ad chara ſibi loca quodam cibi deſiderio revertuntur.* *Communio paſſiva*, in Concilio Carthag. I. cap. 8. 1. indifferens, cuivis nullo paſſim diſcrimine permiſſa. *Paſſiva corpora*, ibidem c. 11. promiſcua. Tractatus Gelatii PP. *Ne ſi ſemel talis fuerit intromiſſa licentia, omnibus exinde omnia liceant, fiatque, quod abſit, tam paſſiva rerum confuſio atque commixtio, ut nulla inter mundum & immundum — ſit diſcretio.* Aldhelmus de Virginitate cap. 1. *Paſſivus laſciviuſque oculorum obtutus.* Utitur paſſim Tertullianus.

Paſſivè. Apuleius lib. 11. *Crines — per divina colla paſſivè diſperſi molliter fluebant.*

Paſſivitas. Salvianus lib. 7. de Gubern. Dei: *Quis conjugii fidem reddidit? imo quantum ad paſſivitatem libidinis pertinet, quis non conjugem in numerum ancillarum non redegit?* Infra: *Atque illi — & minore fortaſſe crimine, & minore, ut reor, numero ac paſſivitate peccabant.*

PASSUS, Anguſtiæ & clauſtra itineris, vel montium: *Clauſura, clusa.* Matth. Paris p. 443. *Dum per quoddam iter arctiſſimum, quod vulgariter Paſſus dicitur, forent tranſituri.* Matthæus Weſtmonaſter. an. 1260. *Emanavit à Cancellaria Breve domini Regis — ad omnes Vicecomites, in quorum Ballivis ſolebant viatoribus imminere pericula, ut omnes paſſus periculoſos, tam in viis concavis, & boſcis, & haiis, quam aliis pacis regiæ perturbationibus faciant videri*, &c. Occurrit prætereà apud Silveſtrum Giraldum lib. 1. de Expugn. Hibern. cap. 26. lib. 1. Itinerarii Cambriæ cap. 4. Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 13. &c. Guillelmus *Guiart* anno 1284.

Paſſa li Rois & ſes compaignes
De Pirre les hautes montaignes,
Que noif, ne vent, ne glace n'uſe,
Aſſés prés du pas de l'Eſcluſe.

Paſſus Eccleſiaſtici. Vide *Dextri.*

PASTA, Maſſa, Gall. *Paſte*, crudus panis. Guill. Brito in Vocabul. *Piſtor dicitur qui panem facit, à pinſo, is, quod eſt panem facere, paſtam deducere & terere.* Cæſarius lib. 4. cap. 65. *Cum piſtorem pro eo quod panes nimis magnos faceret, argueret, reſpondit ille, Credite mihi Domine, in paſta valde parvi ſunt, & in fornace creſcunt.* Occurrit apud eundem lib. 5. cap. 32. lib. 10. c. 17. in Vita B. Andreæ de Galerannis n. 5. Michaëlem Scotum de Phyſion. cap. 1. & 13. in Statutis Ordinis de Sempingham p. 786. apud Bernardum Dapiferum in Vita S. Gothalmi, in lib. 2. Miracul. S. Bertini cap. 29. Joannem de Garlandia in Hortulano cap. 6. & alibi non ſemel, &c.

Paſta, Paſtus. Vide *Pallipaſta.*

PASTILLUS. Celius lib. 5. c. 17. *Malagmata atque emplaſtra paſtillique, quos τροχίσκους Græci vocant, cum plurima eadem habeant, differunt eo quod malagmata maximè ex floribus, eorumque ſurculis: emplaſtra paſtillique magis ex quibuſdam metallicis fiunt. — Inter emplaſtrum autem & paſtillum hoc intereſt, quod emplaſtrum utique liquati aliquid accipit: in paſtillo tantum arida medicamenta aliquo humore junguntur.* Hinc *Paſtillus*, & *Paſtellus* appellatus panificium carne aut alio edulio fartum, noſtris *Paſté*, quod in modum medicorum *paſtilli* compoſitum & fartum ſit. Bulla Honorii III. apud Margarinum: *Tenentur præſtare — unam gallinam & 2. panes, & unum paſtillum, vel loco paſtilli unam gallinam.* Vita S. Ulrici Eremitæ n. 26. *Duos pueros cum panibus, paſtellis & duobus vaſis vini — miſit.* Monaſticum Anglic. to. 2. p. 935. *Habebunt etiam annuatim duas ſummas frumenti, pro paſtellis, cùm voluerint faciendis.*

Paſtellio, Paſtillus. Alexander Iatroſophiſta lib. 1. Paſſionum: *Galbanum & ſapa quæ junxes ſimul, & facies paſtelliones, qui poſſint in foramen dentis intrare.*

Paſtillarius, Paſtillorum confector, apud S. Auguſtinum lib. 2. de Moribus Manichæor. c. 15. Ordinatio Hoſpitii S. Ludovici Reg. an. 1261. *Joannes Paſtillarius — habebit autem pretium paſtillorum, tartarum, & flaonum, ſicut ſolet.*

PASTINA, *Paſtinum*, Terra *paſtinatione* renovata, apud Pallad. Gloſſ. Gr. Lat. Βωλοστροφίον, *Paſtinum.* Βωλοστροφία, *Paſtinacio, repaſtinacio.* Βωλοστροφητέον, *paſtilenda.* Βωλοστροφῶ, *Occo, o cilio, paſtinor, paſtino.* Leo Oſtienſis lib. 1. c. 26. *Et curtes alias duas in campis, & paſtena, & domum unam in Cannis*, &c. Lib. 3. c. 18. *Et integram curtem Banioli, & Sipizani: Caſtrumque, Paſtinam, & quatuor terræ jugera.* Romualdus in Chron. MS. an. 1125. *Caſtrum Olibani reddidit, & totam paſtinam moriens Eccleſiæ reliquit.* Charta anni 1201. apud Ughellum in Epiſt. Valvenſib. *Reddentque vobis in cambium clauſuram & paſtinum quod eſt ſuper viam.* *Paſtinare*, Columellæ, eſt agrum fodere. Vetus Charta apud Ughellum to. 5. p. 1538. *De terra ad paſtinandum*, &c. At noſtris *paſtinagium*, idem valet quod *paſtio*. Charta Philippi Ebroicenſis an. 1320. pro incolis Mellenti in Tabulario Prioratus S. Nicaſii fol. 72. *Les Paſtinages & uſages que les habitans ont és marois de mener leurs beſtes paſtiner, & de fauer l'erbe*, &c.

PASTIO, *Paſtionaticum, Paſtinaticum, Paſnagium, Pannagium*, &c. Cenſus vel tributum pro glandatione, & jure paſcendi porcos in ſilva domini: *Panage*, in Conſuet. Norman. art. 30. & Andegavenſi art. 497. *Paſnage*, in Pictavenſi art. 159. & Britannica art. 255. Edictum Chlotarii II. Regis c. 23. in Concilio Pariſienſi V. *Et quando paſtio non fuerit, unde porci non debeant ſaginari, cellarinſis in publico non exigatur.* Charta Caroli Regis Fr. an. 921. pro Abbatia Maricolenſi: *Ut de porcis fratrum ibi ſaginatis nemo paſtionaticum expetat. Conſuetudo paſtionis, & de paſtione*, in Chron. Beſuenſi p. 601. mox: *Ita ut homines illorum noſtræ partis paſtionaticum ipſis Monachis ſolvant.* Et p. 700. *Donavi Monachis Beſuenſibus ut porcos ſuos indominicales in nemora mea ubicumque habuero mittant, & ſine paſtionatico per omnia libere currant.* Adde p. 660.

Paſtinaticum, eadem notione. Hiſtoria Epiſcopor. Autiſiod. cap. 49. *Præcepitque ut in ſilvis S. Stephani de porcis illorum nunquam acciperetur paſtinaticum.* Charta Mauricii Epiſcopi Pariſ. in Tabulario S. Maglorii: *Et inſuper Prior habeat decimationem totius paſtinatici porcorum.* Occurrit ibi non ſemel. Alia Radulphi Bulgiacenſis apud Juretum in Notis ad Epiſt. 172. Ivonis Carnot. *Quod ſi glandibus & paſcuis porcorum boſcus — abundaverit; omnes porci Monachorum — liberum habeant tranſitum per eandem ſilvam ſine ulla paſtinatici exactione.*

Paſnaticum, idem quod *paſtionaticum*, ex Gallico *Paſ-*

nage. Charta Fulcherii de Turre an. 1079. in Tabulario Vindocinenſi ch. 232. *Do — & paſtionem ad eorum omnes porcos dominicos, ſine paſnatico.* Charta Gaufredi Comitis Andegav. pro S. Nicolai Monaſterio: *Dimidium paſnaticum, quod in foreſta nunc habere dignoſcor: ita ut & mei porci dominici, ſi ibidem impinguabuntur, ſimiliter & Monachorum illorum proprii & mei, ab illis in perpetuum à paſnatico immunes ſint.* Notitia de fundatione Abbatiæ Theoloci in diœceſi Lingonenſi an. 1130. *In omnibus etiam ſuis nemoribus ipſorum porcis recurſum, & omnimodos fructus ad eorum pabulum, abſque eo pretio, quod vulgo paſnaticum dicitur.* Occurrit prætereà in Charta Ludovici VII. an. 1159. pro Eccleſia SS. Bartholomei & Maglorii.

Paſnagium, & *Pannagium*, ſimili pariter ſignificatu. Vita S. Waningi Confeſſor. *Si per totum Ducatum tuum conſuetudinem, quæ vulgariter Paſnagium dicitur, Domino donaveris.* Ordericus Vitalis lib. 5. *Annuit etiam quidquid ad Garlemvillam habebat, terram ſcilicet ac paſnagium. Ita ut primum paſnagium famulorum non daretur, ſecundum verò vel tertium daretur, Monachorum autem nullum daretur.* Charta Rogerii Comitis Scrobeſburienſis apud eundem: *Et in omnibus nemoribus meis paſnagium de Monachorum porcis in perpetuum indulgeo.* Alia apud eundem p. 582. *Porci quoque Monachorum nullatenus paſnagium in meo nemore dabunt.* Leges Foreſtarum Scoticarum cap. 7. *Si copia glandis in foreſta domini Regis contigerit, foreſtarius debet citare tam burgenſes, quam ruremanentes, ut porcos ſuos adducant, ut Dominus Rex ab eis pannagium habeat. Iſte autem eſt modus pannagii: videlicet de qualibet cindra, id eſt de decem porcis, Rex habebit meliorem porcum, & foreſtarius unum hogaſtrum*, &c. Charta fundationis Abbatiæ S. Trinitatis Exaquenſis in diœceſi Conſtantienſi: *Rectam decimationem, & decimam de nutrimentis, & de totis exitibus illorum nutrimentorum quæ in eadem ſilva & in parco erunt facta: & ſi in parco mittentur porci deforis cauſa paſtionis, tunc habeant Monachi ibi à feſtivitate S. Martini uſque ad Quadrageſimam centum porcos ſine paſnagio.* *Pannagia ſilvarum*, in Provinciali Eccleſiæ Cantuar. lib. 3. tit. 16. Adde vitas Abbatum S. Albani p. 48. Libertates de Foreſta Joannis Regis Angl. Capitula placitorum Coronæ Regis Ricardi I. apud Rogerum Hoveden. p. 784. &c. *Plain pennage, demy pennage*, in Computo Domanii Boloniæ an. 1478. *Plains pennaiges de chevaux, de jumens, poutrains, vaches, veaux, & pourceaux allans à ladite foreſt de Creſſi*, &c. *Demy pennaiges de chevaux*, &c. *allans en ladite foreſt depuis la my May juſques au jour de S. Andrieu enſuivant.* In Computo Domanii Stapularum fol. 39. 40. *Recepte des pennaiges de vaches & veaux allans en la foreſt d'Hardelo pour 5. ſols la vache, 2. ſols ſix deniers le veau, quant il ſont à plain penaige à paſer au jour de ſaint Andrieu.* Infra: *Recepte des pennaiges de pourceaux qui ont eſté mis à pennaige en la foreſt de Hardelo à 2. ſols le grand porc, & 2. deniers le petit, pour paſer au jour de S. Andrieu.*

Paſnageris foreſtarum, in Regeſto Parlamenti B. fol. 78. qui jus paſnagii habent in foreſtis.

Pannagium interdum pro ipſa glandatione animalium ſumitur. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 116. *Conceſſit autem ut porci Prioris cum ſuis in peſſum communiter eant, & pannagium edant.*

Panagator, qui *Panagium* exigit ac recipit pro domino ſilvæ. Charta Henrici II. Regis Angliæ, in Regeſto Normannico ſignato P. ex Camera Comput. Pariſ. *Sciatis me confirmaſſe Baldrico filio Gilleberti ſervienti meo totas eſentias ſuas & miniſteria ſua cum liberationibus quæ miniſteriis & ſergentiis pertinent, & heredibus ſuis, videlicet cuſtodiam gaiolæ noſtræ Rotomag. & portæ caſteli mei: & pro ipſa cuſtodia habet unoquoque die duos ſolidos uſualis monetæ, — & prædictus Baldricus & Regardator & Panagator mearum foreſtarum habens tantum in donis & liberationibus Reguardi & Panagii, quantum unus ex magiſtris Reguardatoribus & Panagatoribus meis per totam Normanniam, & cuſtorum meorum ad juſtitiam Gladii mei pertinentium, & cuſtos meretricium publicè venalium in lupanar* (ſic) *de Roth. & Mareſcallus meus quamdiu moror Rothom. habens unaquaque die pro ordinationis meæ Roth. de liberatione 6. panes, & 6. fercula coquinæ, & unum ſextarium vini, & habet anno quoque unum ſcutum in redditu ſcutorum meorum Roth. per manus Turreſiis* (ſic) *mei*, &c.

Paſnagium, & *Pannagium*, pro quovis tributo. Primum Regeſtum Parlamenti Pariſienſis inter Areſta an. 1271. f. 187. *Ipſi ſatagebant levare panagium de quadrigis & vecturis deferentibus bladum, vinum*, &c. Regeſtum B. fol. 32. inter Areſta an. 1276. *Reſponſum fuit civibus Rothomag. quod panagium apud Claillocl non levaretur poſt proximum Paſcha.* Charta Joannis Regis Angl. to. 1. Monaſtic Angl. p. 310. *Soluta & quieta de — feſtagio, & ſtallagio, & cariagio, & pannagio, & de omnibus occaſionibus quæ ad nos pertinent.* Alia Philippi Reg. Fr. an. 1314. in Hiſt. Epiſcopor. Cadurcenſ. n. 191. *Ac diſpenſatione panagii, quod pro ejuſmodi opere faciendo hominibus ejuſdem civitatis conceſſimus.* Alia ejuſdem Regis an. 1307. pro Archiep. Lugdun. *Nos — domum, fortalitium vel caſtrum acquirere vel conſtruere, — feodum, retrofeodum, ſcorietatem, vel panagium, ſeu alias quaſcumque res immobiles — acquirere — poterimus.* Alia an. 1254. in Regeſto Andegav. *In pannagio ovium habet B. Martinus dimidium, & Comes dimidium.* Ridiculè porro Santyonius *Pannagium* dictum ſcripſit, quod ſit *Panis porcorum*.

PASTITIUM, Paſcuus ager, *Paſtus*. Tabularium Foſſatenſe an. 1268. f. 99. *Unum quarterium & dimidium terræ ſeu jardini, vel paſtitii, uno quarelio minus*, &c.

PASTOPHORIUM, *Atrium templi, aut ſacrarium*, in Gloſſ. Iſid. Gloſſæ MSS. *Paſtophoria, veſtibula circuitu domus.* Eucherius Lugdun. *In Ezechiele extrema parte in viſione civitatis, in veteri tranſlatione habetur paſtophoria, in nova gazophylacia, id eſt cellulas parvas.* Occurrit etiam 4. Machab. c. 4. Radevicus lib. 4. de Geſtis Frider. cap. 13. *Vulpes, lepores, paſtoforia Eccleſiæ, & officinas Canonicorum ingreſſa*, &c. Aliud videtur ſignificare in Chronico Moſomenſi pag. 633. *Locus enim non tam naturali munitione firmus, quam humano labore & opere manuali factus, modo aggere terræ, modo paſtophorio, interdum ubi opportunum erat roboratus, non faciles præbebat acceſſus.*

PASTOR *Eccleſiaſticus, Laicus*, Vide *Advocatus*.

Paſtorum officium, quod in Eccleſia Rotomagenſi celebratum ſtatim poſt Nocturnale officium Natalitii Chriſti, ſic deſcribit Ordinarius MS. ejuſdem Eccleſiæ: *Finito* Te Deum laudamus, *peragatur Officium Paſtorum hoc modo ſecundum Rothomagenſem uſum. Præſepe ſit paratum retro altare, & imago S. Mariæ ſit in eo poſita. In primis quidam puer ante chorum in excelſo in ſimilitudinem Angeli Nativitatem Domini annuntians ad quinque Canonicos quindecim marcharum & librarum, vel ad eorum Vicarios de ſecunda ſede, Paſtores intrantes, per magnum oſtium chori tranſeuntes, tunicis & amictis indutos, hunc verſum ita dicens,* Nolite timere, ecce enim, *uſque*, in præſepio. *Sint plures pueri in voltis Eccleſiæ, quaſi Angeli, qui alta voce incipiant,* Gloria in excelſis Deo, *& cantent uſque* voluntatis. *Hæc audientes Paſtores, ad locum in quo paratum eſt Præſepe, accedant cantantes hunc verſum,* Pax in terris *totum. Quod dum intraverint, duo Preſbyteri dalmaticati de majori ſede, quaſi Obſtetrices, qui ad Præſepe fuerint, dicant,* Quem quæritis, *uſque,* dicite. *Paſtores reſpondeant,* Salvatorem Chriſtum, *uſque* Angelicum. *Item Obſtetricis cortinam aperientes, Puerum demonſtrent, dicentes,* Adeſt hic parvulus, *uſque,* Iſaias dixerat Propheta. *Hic oſtendant matrem pueri, dicentes,* Ecce Virgo, *uſque* qui natus eſt. *Tunc*

to viſo, inclinatiſ cervicibus adorent Puerum, & ſalu-
tent, dicentes, Salve Virgo ſingularis, *uſque,* frui natus
viſione. *Deinde vertant ſe ad chorum redeuntes, & dicentes,*
Alleluia, Alleluia, jam vere ſcimus, *uſque,* cum Pro-
pheta dicentes. *Hoc finito, incipiatur Miſſa, & Pa-*
ſtores regant chorum. Dom. Archiepiſcopus, ſi præſens
fuerit, cantet Miſſam.

PASTORALE, Ager paſcuus. Charta Communiæ Bi-
turic. anno 1181. *Si quis accuſatus fuerit paſtorale, vel*
torallum, vel viam, vel plateam, vel metam araſſe,
vel fodiſſe, vel aliquam arborem in paſtorali, ſive in
via, ſeu in platea incidiſſe, &c. Eadem verba habet
Charta libertatum villæ *des Ais* in Biturigib. anno
1301.

PASTORELLI, Factioſorum quædam cohors exorta in
Francia S. Ludovico IX. regnante anno 1251. de qua
præter Thomam Cantipratanum lib. 2. de Apibus c.
4. n. 14. 15. Nangium in S. Ludovico, Matthæum
Paris an. 1251. Anonymum Gallum in Chron. in hiſt.
Meruvingica p. 1072. Anonymum alium in Chroni-
cis Sclavicis Lindenbrogianis, Sanutum lib. 3. part.
12. cap. 3. Chronicon Andegav. apud Labeum pag.
291. & cæteros Gallicæ hiſtoriæ ſcriptores, ita Guil-
lelmus *Guiart* in Hiſt. MS.

L'an mil deus cens cinquante & un,
Sans nombrer à mon retour el,
Chemineirent li Paſtourel;
Qui à eus vanter s'atroient.
Que S. Loys vanger iroient.
Uns home meneit cele meſnie;
C'on clamoit Meſtre de Hongrie,
Il depeçoient mariages,
Et faiſoient pluſieurs domages,
Car fol eſtoient, & teſtu,
A Paris fu l'un deus veſtu
En guiſe d'Eveſque à grant coite,
Et i fiſt yaue benoiſte,
Si con ſi compaignon requiſtrent,
Pluſieurs Clers à Orliens ociſtrent;
Des biens du monde deſnuez,
Fu leur meſtre à Bourges tuez,

Hiſtoria Francor. MS. Ex Bibliotheca Memmiana:
En France vint lors un trompeur, qui ſe diſoit le Mai-
ſtre d'Hongrie, & faiſoit accroire qu'il convenoit que
la Sainte Terre fut delivrée des meſcreans, & par jeu-
nes Paſtoureaux, luy qui ſembloit eſtre preud'homme &
eſtoit veſtu bien humblement, aſſembla au Royaume de
France bien lx. mille Paſtoureaux. A Paris vindrent,
ou la Roine Blanche feſtoia le Maiſtre, & donna grans
dons, cuidant qu'il dit verité, &c. mais quant les Pa-
ſtoureaux furent paſſez Loire, ils firent tant de maux
& de perſecutions à Juifs & à pluſieurs gens d'Egliſe,
que merveilles, &c.

Exorta perinde in Francia & Anglia, eadem appel-
latione, ſimili in Terram Sanctam proficiſcendi pro-
poſito, factioſorum alia cohors anno 1320. de qua pa-
riter agunt hiſtorici, ac in primis Thomas Walſingha-
mus p. 112. Coſmas Pragenſis p. 34. Chronicon Ro-
tomagenſe editum à Labeo, &c. quibus addendus Odo-
ricus Rainaldus an. 1320. n. 21. 22. 23. De iis etiam
hæc habet Chronicon MS. vernaculum Monſpelien-
ſe: *En l'an 1320. fon granmoguda ves lo més de May*
que hom appellana Paſtorels, li qual dizian que volian
paſſar la mer per conquerne la Santa Terra otramar, &
auſſinau los Juzeus en Bordilés, & en Atenés, & en
Tolzan, e per tota la terra communament, quan los
trobanon en tal maneira quel Rei de Franſa ne fés pen-
dre plus de 60. a Toloza en un jorn, & à Carcaſſo-
na 38. que grans que pau. Hiſtoria Francor. MS. ex Bi-
bliotheca Memmiana: *Il avint l'an 1320. qu'il fut en*
France ſi grantment de Paſtoureaus & de menue gent, qui
diſoient qu'il vouloient aller en la Sainte Terre contre les
Sarrazins, que ce fut merveilles, moult grant multitu-
de en alerent juſques en Languedoc, & firent moult de
maux à Juifs & autres gens, dont on en pendit plu-
ſieurs, & les autres s'enfouirent en divers lieux.

PASTORIUM, *Paſtoria.* Lex. Bajwar. tit. 2. cap. 6. §. 1.
Si quis in exercitu aliquid furaverit, paſtorium, capi-
ſtrum, frenum, feltrum, &c. Lex Longob. lib. 1. tit.
25. §. 35. *Si quis capiſtrum de capite caballi tulerit,*
componat ſol. 6. Si quis paſtoriam de caballo alieno tu-
lerit, comp. ſol. 6. Ubi editio Heroldi habet *Paſto-*
rium, p. 193. Occurrit *Paſtorium*, in Gloſſ. Iſidori,
in quo eſſe dicitur *Alviale templi vel ſafurium*, ubi
legendum, *Paſtoforium, atriale templi, vel* * *ſafurium.*
aliàs, *ſafarium.*

PASTURA. Lindewodus in lib. 3. Provincial. Angl. tit.
de Decimis: *Differunt paſcua & paſtura: nam paſtura*
omne genus paſcendi ſignificat, ſive fiat in pratis, ſive
in ſtipula, ſive in agris, ſive in campis: ſed paſcua
eſt locus principaliter deputatus pecoribus paſcendis; ut
puta in montibus, moris, mariſcis & planis non cultis
nec aratis.

PASTURALE, Equi pedum, & aliorum quadrupedum
pars ima, Italis *Paſturale*, Gallis *Paſturean.* Petrus
de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. cap. 9. *Equus ha-*
bens juncturas crurium naturaliter groſſas, & paſtura-
lia curta velut bovina, fortis eſſe cenſetur. Ubi neſcio
cur vetus interpres Gallicus verterit, *qui a les jointu-*
res des cuiſſes naturellement groſſes, & les maſchoueres
courtes comme bœuf. Nam alia ſunt *paſturalia* à ma-
xillis. Adde caput 57. ejuſdem libri, ubi perperam
poſtucalia editum, quo loco interpres *paſture*, reddi-
dit.

PASTUS, Convivium, refectio: noſtris, *Paſt.* Conci-
lium Nannetenſe c. 15. *Paſtos autem & comeſſationes*
quas divina autoritas vetat, &c. Tabularium Briva-
tenſe ch. 160. *Ut per ſingulos annos ad annuale meum*
in meam commemorationem paſtum optimum perſolvant
Canonicis S. Juliani. Charta Gilberti Epiſcopi Pari-
ſienſis: *Omneſque qui pro inveſtitura illa pecuniam,*
paſtum, vel aliquid ullo tempore promitterent, darent vel
acciperent, ſub perpetuo anathemate poneremus. Hinc
Paſtoier, paſtum dare, convivio excipere. *Caton en*
Roman:

Quant dois avoec gens paſtoier,
Si dois ta langue caſtoier
Qu'elle ſoit de parler courtoiſe.

Paſtus ſumitur eadem notione, qua *Procuratio, convi-*
vium, cœnaticum, &c. de quibus vocabulis, ſuis locis
agimus, ſeu pro eo jure, quo vaſſali & tenentes Prin-
cipem ac Dominum ſtatis ac definitis vicibus, vel die-
bus, vel etiam quoties per vaſſallorum prædia iter age-
bat, convivio tenebantur excipere: quod quidem jus in
præſtationes pecuniarias ſæpenumero commutatum le-
gitur. Ac *paſtus* quidem qui Principes ſpectabat, men-
tio eſt in capitulis poſt Concilium Romanum an. 904.
c. 8. *Ut paſtus Imperatoris ab Epiſcopis & Comitibus*
ſecundum antiquam conſuetudinem ſolvatur. Et in Char-
ta Wiglafi Regis Merciorum in Monaſtico Anglic. to.
1. p. 125. *Hoc modo per ævum liberabo à paſtu Regis*
& Principum &c. Concilium Troſleianum an. 909.
c. 6. initio: *Exactiones cenſus ab ipſis Sacerdotibus*
ſibi exquirunt, & xeniis ac paſtis, vel paraveredis,
vel caballorum ſaginationibus Preſbyteros affligunt. Paſtus
hac notione paſſim meminerunt veteres Chartæ apud
Miræum in Donat. Belgic. lib. 1. cap. 38. Heme-
ræum in Auguſta Viromand. pag. 96. 121. 177. in
Regeſto p. 33. 37. 53. 55. Sanmarthanos in Epiſco-
pis Toloſanis p. 680. in Monaſtico Anglic. to. 1. p.
100. 236. apud Roullardum in Meleduno p. 415.
416. & in Lehuno p. 57. Jacob. Petitum poſt Pœni-
tentiale Theodori p. 669. 670. &c. Adde leges Lon-
gobard. lib. 3. tit. 12. §. 1. Vide *Parata*, & *Procu-*
ratio.

Paſtus caballi, qui debebatur miſſis Dominicis, & à quo
immunes erant prædiorum Eccleſiaſticorum coloni. Ca-
pitulare Caroli C. tit. 31. cap. 2. *De manſo — ad*

Eccleſiam dato nullus cenſus; neque caballi paſtus à ſenioribus de Preſbyteris requiratur. Eadem habentur in Concilio apud S. Macram c. 6. Adde Hincmarum Rem. in Capitulis ad Archidiaconos datis c. 6. *Caballorum ſaginationibus Preſbyteros affligere*, in Concilio Troſleiano an. 909. c. 6.

Paſtus canum venaticorum. Vetus Charta apud Auguſtinum du Pas in Stemmat. Armoric. 823. *Duos nihilominus paſtus, quos ex conſuetudine habebant in Obedientia Chameriaci, unum mihi, alterum canibus meis, unoquoque anno ſolvendos*, &c. Vide *Canis.*

Paſtio, idem quod *Paſtus*, in Charta Caroli Calvi pro Ebroino Epiſcopo Pictav. apud Beſlium: *Aut cenaticum, aut paſtionem, aut laudaticum*, &c.

Paſtellus, *Paſtillus*, diminutivum à *Paſtus*. Jo. de Janua: *Paſtillus parvus paſtus.* Concilium Romanum II. ſub Gregorio I. PP. & lib. 4. Epiſt. 44. *Antiquam Patrum regulam ſequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea quam nova per ambitionem ſimulatio invenit appellatione Paſtelli.* Hincmarus in Capitulis ad Preſbyteros parochiæ ſuæ c. 15. *Non quaſi ad prandium ibi ad tabulam reſideant, & per tales inconvenientes paſtellos ſe invicem gravent.* Vide *Paſtillus.*

Paſtillaticum, jus *Paſtus*, ſeu *Paſtelli*. Joan. Diaconus lib. 2. de vita S. Gregorii M. cap. 5. *Omnes conſuetudines quas contra priſcam traditionem Apoſtolicam noverat pullulaſſe cognoverat, videlicet de contegendo Dalmatica Apoſtolico feretro, de Paſtillatico pro pallio, vel conſecratione Pontificum, — ſegregavit.* Et lib. 3. c. 5. *Cum verò quoſdam cognoſceret, ad evitanda ſimoniaca hæreſis crimina, peſtifera negotiationis munera paſtellaticum allidè vocitare, ac huiuſmodi mutato nomine ſua cupiditatis avaritiam velle contegere*, &c.

Paſtus, paſtio, vel paſcuum, *Paſtis*. Chronicon Fontanellenſe cap. 3. *Wandonis equum qui ibi in paſto conſiſtentem ceperis, ex templo aſſumpſit.*

PATAGINE, *quum propius* (f. propter) *pituitam, non facile labra moverunt*, (f. moventur.) Sic in Gloſſis antiquis MSS. Apud Feſtum, *Patagium eſt morbi genus.*

PATAMEN, patens aditus & egreſſus, in lege 53. Cod. Th. de Operib. public. *A platea aditus atque egreſſus patamen.*

PATARACINUM. Fragmentum Petronii: *Clamat itaque primus, cum pataracina popoſciſſet, dies; neque; nihil eſt; dum verſus te non fit.*

PATAREA, hæreſis *Paterinorum*. Bonizo Epiſcopus Sutrinus in Chronico Romanor. Pontificum ex Bibliotheca Cæſarea apud Lambecium lib. 2. Comment. *Et de Stephano Godefridi Regis germano, & qualiter eius temporibus Patarea apud Mediolanum exorta eſt: & de Nicolao Papa*, &c.

PATELLA. Anonymus de Geſtis Conſtantini M. de Zenone Imp. *Perhibent de eo quia patellas in genucula non habuiſſet, ſed mobiles fuiſſent, ut etiam curſu velociſſimo ultra modum hominum haberetur.*

Patella. Papias: *Arula, patella carbonum, craticula.*

Patella ſalis, vel *ſalinarum*. Teſtamentum Fulradi Abbatis S. Dionyſii: *Patellas ad ſale faciendum in vico Bodatio ſeu Marſallo cum ſeſſis eorum.* Annotatio Arnonis Epiſcopi ſub Carolo M. apud Caniſium: *Simulque & tradidit jamdictus Dux in eodem pago, in loco qui vocatur Salinas, fornaces 20. & totidem patellas, & tertiam partem de putiatorio conceſſit.* Metellus in Quirinalibus:

Fonte ſalinarum loca viginti patinarum,
Duobus additis, ſimul ſuſtulit ille furor.

Chronicon S. Michaëlis Virdun. p. 385. *Huic Smaragdo auctoritatis ſuæ præceptum contulit, de prædicta loci libertate: contulit & aliud de libertate carrorum & ſummariorum & patellarum in Vico & Marſallo.* Adde p. 412. Chronicon Reicherſperg. an 1137. *Patellam in Halla cum uno curtili in ipſa villa Hallenſi. Patella ſalis*, in eodem Chronico an 1141. *Patellam ſalis in Halla.* An. 1146. *Patellam ſalis & alia prædia ab eodem Epiſcopo donata.* Joannes Abbas in vita B. Joannis Abb. Gorzienſis c. 10. n. 89. *Salinas — exſtruere* (curabat) *ut in loco eodem plures, quas dicunt patellas, partim ex integro cum ipſis ſedibus emptas, partim — reparatas*, &c. Hiſtoria Auſtralis an. 1295. *Qui combuſſerunt & deſtruxerunt Duci Auſtriæ duas patellas ſalis*, &c. Adde Acta S. Quirini Mart. n. 12. & Chartas Caroli C. & Mainardi Comitis Morſpecenſis an. 1125. apud Doubletum p. 779. Metropolim Salisburgenſem to. 2. p. 264. to. 3. p. 243. &c.

Patella coctæ ſingulis hebdomadis ex micis quæ è menſis monachicis levantur, apud Magiſtrum in Regula cap. 23. 25.

PATENA, *vas latum* definitur à Columella lib. 12. cap. 43. Unde Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccleſ. c. 24. ait patenam dictam *à patendo, quod patula ſit.* Joannes de Garlandia in Synonymis:

A pateo dicas patenas, conjunge patellas;
Vas dico patenam, calicis tecturà patenam.

Eſt autem vas Eccleſiæ miniſterii dicatum; cujus uſus in oblatione Corporis Dominici olim fuit, & jam eſt, δισκοπότηρον, Germano Patr. in Theoria, δισκοπότεσιν, Nicetæ & autori Deſcript. S. Sophiæ. Alcuinus Poëm. 3.

Aureus atque calix gemmis fulgeſcit opertis,
Ut cælum rutilat ſtellis ardentibus aptum;
Sic lata argento conſtat fabricata patena,
Quæ divina gerunt noſtra medicamina vitæ.

Anaſtaſius in S. Silveſtro: *Obtulit patenas aureas 7. quæ penſant ſingula libras 30.* In Nicolao: *Patenam ex auro puriſſimo miſit Michael Imp. cum diverſis lapidibus pretioſis*, &c. Vita S. Deſiderii Epiſc. Cadurc. c. 9. *Nec deſunt patenæ ſacris Propoſitionis panibus præparatæ.* Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Fecit in ipſo ſancto calice patenam ad conficiendum in ea Corpus Redemptoris mundi.* Extant in Ordine Romano orationes ad Benedictionem Patenæ; quæ ibi appellatur *Vaſculum in quo Euchariſtia reconditur.* Vide Card. Bona lib. 1. Liturgicor. c. 25. n. 3.

Patena, Lamina, vel ferrum latius, & deductum in laminas, quibus ferrei thoraces conſtabant: limbos vocat Ammianus lib. 16. *Thoracum muniti tegminibus & limbis ferreis cincti.* Willelmus Brito lib. 3. Philipp.

Vix obſtat ferro fabricata patena recocto;
Quæ bene munierat pectus ſibi cautus ab hoſte.

Lib. 11.

Tot ferri ſua membra plicis, tot quiſque patenis
Pectora, tot coriis, tot gambeſonibus armant.

Vide *Plata.*

PATER. Papias: *Genitor naturæ vocabulum eſt; Pater dignitatis.* Quod quidem diſcrimen obſervare eſt in Epiſtola Theodeberti Regis ad filium Mauricii Imperatoris: *Et quia ad ſereniſſimum atque piiſſimum Patrem noſtrum, genitorem veſtrum Mauritium Imperatorem — legatarios direximus*, &c. Vide Diſſertat. 25. ad Joinvillam p. 288.

Pater, & *Pater Monaſterii*, Abbas. S. Auguſtinus lib. 1. de Morib. Eccl. Cath. cap. 31. *Illi autem Decani cum magna ſolicitudine omnia diſponentes, — traditionem tamen etiam ipſi reddant uni, quem Patrem vocant.* Gregorius M. lib. 1. Dial c. 1. *Monaſterium conſtruxit, in quo ducentorum fermè Monachorum Pater exſtitit.* Adde lib. 2. c. 3. lib. 3. c. 23. 33. Cæſarium Arelat. in ſermonibus non ſemel, Regulam S. Fructuoſi cap. 15. Iſidorum Hiſpal. Epiſt. ad Leudefred. Cordub. Epiſcop. Regularum Concord. Angliæ nationis apud Selden. ad Eadmer. p. 150. 153. &c. Vide *Mater.*

Pater, Patrinus. Pœnitentiale Theodori Cantuar. c. 4.

In Catechumena & baptiſmate & confirmatione unus po-teſt eſſe pater, ſi neceſſe ſit. Ruffinus lib. 1. in S. Hieronym. *Quorum alter nunc Preſbyter beatæ memoriæ Valerianus, alter Archidiaconus, alius Diaconus, ſimulque pater mihi & doctor ſymboli ac fidei fuit.*

Pater Abbas, ſeu Abbas domus illius quæ alteram genuerit, qui *Abbas majoris Eccleſiæ* dicitur in Charta Charitatis Ciſtercienſis c. 5. Rainardus Abbas Ciſterc. in Conſtitutionib. ejuſd. Ord. c. 65. *Defuncto Abbate, Pater Abbas vocetur, & ſi qui ſunt Abbates quos domus illa genuerit.* Qui quidem Abbas jus ſuperioritatis & viſitationis habebat in monaſteriis quæ genuerat, ut habent inſtitutiones Capituli General. ejuſd. Ordin. diſtinct. 1. c. 4. 6. diſt. 5. c. 3. 18. 19. 22. diſt. 17. c. 1. 2. diſt. 15. c. 4. Ejus verò reſpectu dicuntur alii Abbates *Filii*. Idem Rainardus c. 77. *Abbas filius qui Abbatem ſuum eum corripientem de ordine ſuo contempſerit*, &c. Et jus ſuperioritatis, *paternitas* appellatur in Antiquis definitionibus ejuſdem Ordinis diſtinct. 15. c. 1. & in novis, diſtinct. 14. c. 1.

Pater Confeſſionum, qui vulgò Confeſſarius, apud Florentium Wigornienſem p. 604.

Pater Civitatis. Synodus Mopſueſtana in quinta Synodo Conſtantinopolitana collat. 5. *Comitas Agens in rebus & Pater civitatis dixit*, &c.

Pater Imperatoris, πατὴρ βασιλέως, βασιλεοπάτωρ, dignitas qua donatus Romanus Lecapenus, priuſquam Imperator dictus fuiſſet, apud Luithprandum lib. 3. c. 7. 8. & Tzautzas Stylianus ſocer Leonis Philoſophi Imperatoris, apud Zonaram, Cedrenum, Leonem Grammaticum, & alios. Conſtantinus Manaſſes de Romano: πατὴρ καὶ σεβαστὸς πρὸς τοῦ βασιλέως. Ita πατὴρ τῆς πόλεως Suidæ dicitur Patricius, ut *Pater Imperii*, Corippo: Dignitas verò ipſa βασιλεοπατορεία, Georgio Pachymeri lib. 1. Hiſt. cap. 27. pag. 44. ubi de Michaele Palæologo, qui junioris Laſcaris tutelam exceperat. Et ſanè aliam nec diverſam eſſe à Patriciatu pleriqu cenſent; cum ab ipſa ferme iſtius dignitatis origine Patricii *Patres Imperatorum* compellati legantur. Philoſtorgius lib. 11. c. 4. & ex eo Nicephorus lib. 13. c. 1. de Rufino Eunucho Patricio, Arcadio imperante: αἰτία ἐπειδὴ ἦν αὐτῷ ἡ ἀκμὴ τῆς ἀλουργίδος ἀνεσπάσθη, πατὴρ βασιλέα Πατρίκιόν τε Ῥωμαίων ἐπεχείρει, καὶ ἦν λοιπὸν πατὴρ ὁ τῶν βασιλέως, ὃ μηδὲ τῷ τυχόντι τῶν δυναμένων. Majorianus Nov. 3. *Cum Patre Patricioque noſtro Richimere*, &c. Hinc ſancitum à Theodoſio juniore μὴ εὐνοῦχον εἰς Πατρικίου ἀξίαν ἀνάγεσθαι, apud Cedrenum, & Suidam in εὐνοῦχος, quod tamen non obtinuit, cum alii legantur deinceps Eunuchi apud Cedrenum & Luitprandum in Legatione. Claudianus lib. 2. in Eutropium perinde Eunuchum:

Direptas quid plangis opes quas natus habebis,
Non aliter poteras Principis eſſe pater.

Alibi de eodem Eunucho:

——præſidium legum, Genitorque vocatur
Principis, & famulum dignatur regia Patrem.

Et Sozomenus lib. 8. c. 7. de eodem ὕπατον καὶ πατέρα βασιλέως ἀξίᾳ ἐτιμήθη. Juſtinianus lib. 1. Inſtit. Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur, de dignitate patriciatus: *Quis enim patiatur patrem quidem poſſe per emancipationis modum poteſtatis ſuæ nexibus filium liberare, Imperatoriam autem celſitudinem non valere eum quem ſibi Patrem elegit, ab aliena eximere poteſtate?* Idem l. 5. C. de Conſul. *Ne videantur qui à nobis loco Patris honorantur, alieno jure eſſe ſubjecti.* Corippus lib. 4.

Patricius ſenio fulgens Calinicus honoro,
Qui pater Imperii meruit jam factus haberi.

Theophylactus Simocatta lib. 1. cap. 10. οἱ τῆς πορφύρας τῷ ἀξιώματι ἐκλαμπόμενοι, οὓς καὶ γονεῖς ἀποκαλεῖν βασιλεὺς εἰώθει. Huc denique pertinet Anonymi Epigramma lib. 4. Anthol. cap. 4.

Οἷος ὁ κοσμήτωρ ὑπάτων θρόνος, ὃν ἐξονομαχο,
Καὶ Πατέρα βασιλῆος ἑὸν καλέσαντο μάγιστοι.

Neſcio an eo etiam reſpexerit vetus interpres Juvenalis Sat. 10. *Tutor haberi Principis. Patricius fieri:* nam is poſt Conſtantinum, à quo inventa Patricii dignitas, vixit, uti obſervatum à Petro Pithœo ejus editore.

Pater patrum, titulus conceſſus ſummo Pontifici ab Africanis Epiſcopis in Epiſt. ad Theodorum PP. quæ extat in Synodo Lateran. ſub Martino I. PP. act. 2. à Cyro Epiſcopo Phaſidis in Epiſtola ad Sergium PP. quæ legitur in ſexta Synodo act. 13. à Patribus Concilii Conſtantinopolitani Hormiſdæ PP. apud Baron. an. 520. n. 41. ab Anaſtaſio Bibl. in Epiſt. ad Adrianum PP. ſeu præfat. ad VIII. Concilium Oecumenicum, in Reclamatione Hincmari Laudunenſis in Concilio Trecaſſino an. 878. Epiſt. 9. &c. Will. Brito lib. 9. Philipp.

Audet Apoſtolicis dare ſub pietatis amictu
Verba viris qui ſunt à Cardine nomen adepti,
Et patrum Patri blando ſupplicare precatu.

Ita lib. 10. p. 223. 226. lib. 12. p. 245. & Ordericus Vital. l. 12. p. 861. 895. Gregorius IV. PP. in Epiſt. ad Epiſcopos Regni Francorum, queritur quod *frater & papa* ab iis compellatus fuerit, cum Patrem appellare debuiſſent: *Romano Pontifici ſcribentes contrariis eum in præfatione nominibus appellaſtis, Fratrem videlicet & Papam, dum congruentius eſſet ſolam ei Paternam reverentiam exhibere.* Vide Durandum lib. 2. Ration. c. 1. n. 18. Ughellum to. 1. part. 1. p. 162. Savaronem ad Sidonium lib. 6. Epiſt. 1. & Brouverum lib. 11. Annal. Trevir. n. 70.

Pater ſpiritualis, dicitur Sacerdos, illius cui baptiſmi Sacramentum impertiit. Avitus Viennenſis in homilia de Rogationib. *Prædeceſſor namque meus, & ſpiritalis à baptiſmo pater, Mamertus Sacerdos*, &c. Petrus Damianus lib. 2. Epiſt. 14. p. 200. *Senex quidam Preſbyter, Severus nomine, qui nimirum ſpiritualis ejus pater extiterat.* Vita S. Rictrudis Abb. cap. 6. *Mauronto ſiquidem — Richarius pater extitit ſpiritualis, eumque per ſacrum baptiſma Deo regeneravit.* Vita S. Trudonis cap. 14. *Baptizavit illum, & à ſacro fonte ſuſcepit in utroque pater illi ſpiritualis effectus.*

Pater ſpiritualis, qui à Confeſſionibus eſt, *Confeſſor:* Wigornienſi, loco laudato, *Pater confeſſionum.* Petrus Damiani lib. 4. Epiſt. 7. de Hildebrando Comite Tuſciæ: *Hic Presbyterum quemdam, religioſum videlicet & honeſtum virum, ſpiritualem ſibi fecerat fratrem, à quo & pœnitentiam ex more percipiebat.* Leo Oſt. lib. 2. c. 30. de Lucio Abbate: *Reverſus ad Principem — cui dudum & pater ſpiritualis, & familiaris ſuper omnes extiterat*, &c. De *confeſſione* etiam videtur intelligenda Regula Tarnatenſis c. 3. *Spiritalem ſe fieri patrem ſine Abbatis imperio nullatenus acquieſcat.* Ita Græci πνευματικὸν πατέρα indigitant, ut Pachymeres lib. 2. c. 27. lib. 4. cap. 2. quem interdum πατέρα nudè vocant, ut idem Pachymeres lib. 6. cap. 10. lib. 8. cap. 10. Vide Chriſtophorum Angelum lib. de Hodierno Græcorum ſtatu Græcè edito Londini an. 1619. cap. 22.

PATERÆ, Beleni, ſeu Apollinis Sacerdotes, Gallis. Auſon. in Profeſſ. Burdig. Ep. 4. *Tibi Pateræ, ſic miniſtros nuncupant Apollinaris myſtici.*

PATERCA. Epiſtola Balduini Imperat. Conſtantinopolit. apud Arnoldum Lubec. lib. 6. cap. 20. *Inter duas turres qualibet ſeu paterea, ſeu maguellus erigitur.* Sed nemo non videt legendum *petraria*, & *mangonellus*. Vide in his vocibus.

PATERINUS. Hugo Flaviniacenſis in Chronico p. 228. *Jam verò ſi quis eſſet qui Gregorio* (VII. PP.) *communicaret, his publice convitiis appetebatur, Hic hæreticus, deſtructor regni — & quodam adinventitio nomine Paterinus dicebatur*, fortè quod Papæ, quem *Patrem* appellabant, adhæreret.

Paterini, dicti præterea hæretici Valdenſium ſectarii, de quorum appellatione ſic Conſtitutio Friderici II. contra Hæreticos apud Vaddingum an. 1254. n. 14. *In exemplum*,

plum *Martyrum, qui pro fide Catholica martyria ſubierunt, Patarenos ſe nominans, veluti expoſitos paſſioni.* Jacobus Petri Luccarus in Annalib. Raguſienſib. lib. 1. p. 17. tradit ex Chronicis Boſnicis, & Petro Livio Veronenſe, ſic nuncupatos *da Paterno Romano heretico peſſimo, che ricovero in Boſna, & ſparſe ſemi della ſua diabolica dottrina in queſto regno, & nel Ducato di Chelmo.* Quidam ſic nuncupatos volunt, quod orationis dominicæ recitatione ſalvari ſe putarent. Petrus Monachus Vallis Sarnei in Hiſt. Albigenſium cap. 2. *Iſti ſiquidem ideo ſecurius & effrenatius peccabant, quia credebant ſine reſtitutione ablatorum, ſine confeſſione & pœnitentia eſſe ſalvandos, dummodo in ſupremo mortis articulo Pater noſter dicere, & manuum impoſitionem recipere à Magiſtris ſuis potuiſſent.* Alii ſic nuncupatos putant, quod cum ſola eadem oratione Dominica ſacrificium conſecrarent, ut eſt apud Rupertum lib. 2. de Divin. offic. cap. 21. Sed & Gregorius M. lib. 7. Ep. 64. Ind. 2. ait *orationem Dominicam ideo poſt precem dici, quia mos Apoſtolorum fuit ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtia conſecraretur.* Quæ cautè capienda jam olim monuerunt viri doctiſſimi: nam Orationem Dominicam dictam ſuper ipſum corpus jam conſecratum ſuadent quæ ſequuntur.

De *Paterinis* plura habent Reinerus libro contra Valdenſes cap. 6. Geſta Innocentii III. p. 135. Matthæus Paris an. 1236. Concilium Lateran. III. ſub Alexandro III. PP. c. 27. Conſtitutiones Friderici II. Conſtitutiones Neapolit. lib. 1. tit. 11. & Gretzerus in prolegomenis ad ſcriptores contra ſectam Valdenſium. Hos porro noſtri *Patalins* & *Patelins* vocarunt. Aſſiſiæ Hieroſolym. MSS. c. 266. *Se il avient par aucune malaventure, ou par aucun mal enſeignement que un Chevalier ſoit Patalin,* (ſic MS. codex, & in lemmate capitis,) *ou meſcreant en Jeſus-Chriſt, & il en peut eſtre attaint & prové par veue de ſes voiſins, ou par ſa reconnoiſſance, ou par ſes compagnons qui reviennent à la droite foy, & l'encuſent, ſes Pers le doivent juger à arder, & tout quanque il a eſcheit au Seignor par droit,* &c. At infra MS. codex præfert *Patalin,* duobus locis: *Se iert enfans dou Patalin, ou d'autres Barons,* &c. *Et ſe le fié meut de par le Baron Patalin.* Hinc *Patelins,* vulgò appellamus fallaces adulatores, blandos aſſentatores, qui, ut ſunt hæreticorum plerique, palpando decipiunt; quod de ipſis Paterinis obſervatum à nobis ad Alexiadem p. 421. Inſtitutiones Juſtiniani vernaculæ, ſeu *en Roman,* MSS. *Et pour che ſunt il dit Paterins, & eſt autant à dire come deviſerres.* Id eſt garruli, *cauſeurs.*

PATERNA. Vide Canones Hibern. lib. 31. c. 26.

PATERNICUM, Succeſſio vel hæreditas paterna, bona paterna. *Hæreditas paternica,* in Lege Alamann. cap. 57. & 91. ex Cod. Corbeienſi, ut monet v. cl. Steph. Baluzius. Charta Alamannica 50. ex Goldaſtinis. *Quantumcumque mihi in jamdicto pago Augſcauginſe advenit tam de paternico, quam de maternico, ſeu de comparato,* &c. Adde Chartam 58.

PATERNITAS, Abbatis munus, dignitas. Synodus Tullenſis apud Saponarias an. 858. c. 12. *Quod ſi Abbas negligens & ſacris regulis inconveniens per directos Miſſos inventus fuerit, ab eadem Paternitate removeatur, & alius qui dignus fuerit, ſubſtituatur.* Vide *Pater.*

PATIBILUM, *res patens,* in Gloſſ. Iſid.

PATIBULUS, Patibulum. Capitulare 2. an. 813. c. 11. *Et judices atque vicarii patibulos habeant.*

PATICUS, *Negotiator ipſe,* in Gloſſis antiquis MSS. Vide *Patticus.*

PATICINARIUS, *Janitor, qui januam facit patere.* Jo. de Janua.

PATILITER, *Diviſè, aut patenter,* in Gloſſis antiquis MSS. fortè *pateliter,* prima ſignificatione.

PATRASTER, Vitricus, Joanni de Janua. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Vitricus, vel patraſter,* ſtep-fæder.

PATRATIO, *eſt res veneris conſummatio,* in Gloſſ. Arabico-Lat.

PATREUS, *Vitricus.* In Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. & Iſidori. Vide *Matrea.* In Gloſſ. Arabico-Lat. habetur *patros, vitricus.*

PATRIA, Pagus, provincia, regio, noſtris, *Pays:* vox Virgilio lib. 1. Æneid. nota:

Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ.

S. Auguſtinus lib. 1. contra Epiſt. Parmeniani cap. 7. *multæ interiacent patriæ gentium.* Arnobius Junior in Pſalmum 104. *In quibus linguis gentes ſunt patriarum quadringenta ſex, non diverſarum linguarum, ſed, ut dixi, diverſarum patriarum: verbi gratia, cum una lingua Latina ſit, ſub una lingua diverſa ſunt patriæ, Brutiorum, Lucanorum, Apulorum, — & his atque hujuſcemodi patriis ſimilia ſi dicamus.* Gregorius Turon. lib. 5. Hiſt. cap. 1. *Qui diverſos reges interfecit, noxias gentes eliſit, patrias ſubjugavit.* Epitaphium Joannis XIX. PP. apud Baron. an. 1009. num. 2. ex Vegio:

Doctrinis comptus ſacris, & dogmate claro,
Per patrias ſancta ſemina ſudit ovans.

S. Bernardus de Morib. Epiſcop. c. 7. *Cum præſideant urbibus valde populoſis, & totas, ut ita dicam, patrias propria diœceſis ambitu circumcludant,* &c. Willelmus Brito lib. 8. Philippid.

Mox omnem patriam ſua Rex in jura reducens, &c.

Utuntur Geſta Dagoberti Regis c. 36. Liber 3. Capit. cap. 8. Synodus Vermerienſis an. 752. c. 14. Iſidorus Pacenſis in Chronico p. 2. 13. 19. 20. Aimoinus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 33. lib. 2. Hiſt. cap. 1. Vita S. Pauli Epiſcopi Leonenſis §. 3. Thwroczius in Chron. Hungar. cap. 3. Hariulfus lib. 1. cap. 11. Simeon Dunelmenſis an. 786. Guillelmus de Baldenſel in Hodœpor. p. 111. &c.

Per patriam ſe defendere, in Fleta lib. 1. c. 31. §. 2. 3. & alibi non ſemel, opponitur *defenſioni per corpus ſuum.* Eſt autem genus defenſionis, qua accuſatus ſeu reus judicio totius patriæ ſe ſubmittit: idque in factis publicis locum habebat. *Sunt autem 4. caſus qui imponunt homini neceſſitatem, quod per patriam ſe defendat,* ut eſt in cap. 34. §. 25. *regia nempe dignitas, cum patriam habeat pro campione, fœmineus ſexus, vitium mahemii, & ætas 60. annorum & ultra.* Adde cap. 35. §. 4. & Bractonum lib. 2. c. 35. §. 15. lib. 3. Tr. 2. c. 19. §. 6. c. 22. §. 6. c. 25. §. 1.

Per judicium & bonam patriam ab impoſito crimine ſe purgare, in Regiam Majeſtatem lib. 4. c. 5. §. 10. id eſt, Skenæo, *per aſſiſam ex bonis hominibus patriæ. Inquirere per bonam patriam ſuper facto alicujus,* cap. 28.

PATRIARCHÆ, in Eccleſia primitus quinque fuere, tres per ſe & ex natura ſua, *Romanus, Alexandrinus,* & *Antiochenus:* duo per accidens, *Conſtantinopolitanus,* & *Hieroſolymitanus.* Hæc nota.

Patriarchæ dicti etiam Primates. Ita Deſiderius Epiſcopus Cadurcenſis Epiſt. 12. Sulpitium Archiepiſcopum *Patriarcham* compellat, & *primæ Sedis Antiſtitem.* Innocentius III. Papa in Epiſt. ad Trinovitanum Archiepiſcop. Primatem totius Bulgariæ & Blachiæ, in Geſtis ejuſdem P P. p. 60. *Fraternitatem ſuam ſcire volentes, quod apud nos hæc duo nomina, Primas & Patriarcha, pene penitus idem ſonant, cum Patriarchæ & Primates teneant unam formam, licet eorum nomina ſint diverſa.* Adde Gregorium VII. lib. 6. Epiſt. 35. Petrus venerab. in Epitaphio Rainaldi Archiep. Lugdunenſis qui obiit an. 1129.

Vezeliacenſis prius Abbas, poſt Patriarcha
Lugduni, &c.

Epitaphium Henrici Archiepiſcopi Bituricenſis, qui deceſſit an. 1199.

Hic bonus Henricus, vir nobilis & Patriarcha

Quondam Bituricus, tumuli jacet hujus in arca.
Vide Epiſtolam 3. Anacleti I. PP. c. 3. Epiſt. Nicolai I. PP. ad Bulgar. cap. 92. ejuſdem Epiſt. ad Rodulphum Archiepiſc. Bituricenſem c. 2. Concilium Matiſconenſe II. in Præfat. Morinum lib. 1. Exercit. ſacr. exercit. 7. 8. 27. Allatium de Concordia utriuſque Eccleſ. lib. 1. c. 25. Marcam de Primat. & alios.

Patriarcha titulus etiam datus Summo Pontifici Romano, qui in Occidente unicus eſt, ſemperque fuit, Occidentis Patriarcha, inquit Morinus. Leo *Romanus Patriarcha* nominatur à Theodoſio in Epiſtolis Concilio Calchedonenſi præfixis. Epiſtola 3. Ratherii Epiſcopi Veronenſis inſcribitur *Summo primæ, hoc eſt Romanæ Sedis Pontifici, Domino Patriarchæ reverendiſſimo Joanni.* Adde Baronium an. 515. n. 4. an. 520. n. 41.

Patriarcha titulus conceſſus Epiſcopo Gradenſi & Aquileienſi. Vide Baronium an. 570. n. 10. an. 630. n. 18. Allatium de Concordia utriuſque Eccl. c. 25. n. 7. Ughell. in Ital. ſacra, & Marcam de Primat. n. 20. 21.

Patriarcha nomenclatura ἡγουμένοις ſeu Abbatibus tribuitur in vita S. Nili Junioris p. 12. 20.

Patriarchia, ſeu *Patriarchales* 5. præcipuæ Romæ Baſilicæ appellatæ, ut iis adjuncta Palatia, Patriarchia: ſc. Lateranenſis, S. Petri in Vaticano, S. Pauli extra muros, S. Mariæ Majoris, & SS. Stephani & Laurentii. V. Conciliab. Rom. an. 1160. Hiſt. Pergam. to. 3. p. 422. Attil. Serranum, Panvinium, &c.

Patriarchicon, Eccleſia Patriarchalis, apud Anſelmum Havelbergenſem Epiſcopum lib. 3. Dialogor. c. 9.

Patriarcha Judæorum, in Palæſtina dicti Principes ac Summi Pontifices Judæorum, qui ſucceſſionis jure ad hanc dignitatem perveniebant, ut Epiphanius docet in hæreſi Ebionit. cap. 30. de quibus coploſè egit Jacobus Gotofredus ad l. 1. Cod. Th. de Judæis, &c. Horum nomen extinctum ac dignitatem ſublatam à Theodoſio juniore obſervat idem Gotofredus ad l. 29. eodem tit. quibus ſucceſſere *Primates*, qui in Synedriis eligebantur.

PATRICINUS, αὐτόχθων, *aberigo, indigina.* in Gloſſ. Gr. Lat. Gloſſæ aliæ p. 336. edit. H. Steph. habent *Patricius.*

PATRICIUS, dignitas à Conſtantino M. inſtituta, ut autor eſt Zozimus lib. 2. quæ cæteras anteibat, etiam Præfectos prætorio. Priſcus in Hiſt. p. 56. edit. Reg. Ἐν τοῖς Πατρικίοις οὐ ὄντως κατηλεγμένοι, οἱ δὲ καὶ ἀρχὰς ἀναβεβηκότες μόνοις. Procopius lib. 1. de Bello Vandal. τιμὴ ἡ ἀνωτάτω. Walafridus Strabo lib. de Rebus Eccl. cap. 31. *Patricii, qui primi poſt Cæſares in Imperiis fuiſſe videntur.* Patriciatus dignitatis formulam deſcripſit Senator lib. 6. Epiſt. 2. ex qua obſervare eſt ſola morte ſolutam: *Mox ut datus fuerit hic honor in vita tempus reliquum homini ſit coævus,* &c. Atque id fortè cauſæ eſt quod *Patriciatus* dignitas cum alia perſæpe dignitate copulata legatur, cum hæc perpetua eſſet, altera verò temporaria. Sed id obtinuiſſe apud Gothos tantum volunt alii: cùm in Cod. Theod. *Expatricius* legatur. Cùm verò plures interdum eſſent hac dignitate conſpicui, qui ante alios eam obtinuerat, *Primus Patriciorum* dicebatur, ut Aſpar apud Marcellinum Comitem. Πρωτοπατρίκιον etiam dixit Malchus in Excerptis p. 92.

Patriciatus dignitatem ut eminentiſſimam Regibus ac Principibus exteris, ab Auguſtis Byzantinis ſæpe delatam legimus: ſed maximè iis qui Conſtantinopolim concedebant, vel ſedibus ſuis depulſi ad Imperatores confugiebant, ut Theodorico Gothorum Regi, & Odoacro, à Zenone, apud Procop. l. 1. de Bello Goth. c. 1. l. 2. c. 6. & Malchum in Excerptis p. 94. Sigiſmundo Regi Burgundionum, apud Avitum Viennenſem Ep. 7. Vitigi Gothorum Regi, & Arethæ Saracenorum Principi, à Juſtiniano, lib. 16. Hiſt. miſc. p. 457. 469. apud Theophanem p. 203. Vide Procopium lib. 1. de Bello Vandal. c. 9. Hunnorum Regi, & Nicetæ Sarbari Perſarum Ducis filio, & Curvato Hunogundurorum Domino, ab Heraclio, apud Nicephorum Conſtantinop. p. 36. 64. 72. 1. edit. Telericho Bulgariæ Principi à Leone Philoſopho, apud Landulphum Sagacem lib. 23. Hiſt. miſcellæ p. 720. Taronis Principibus ab eodem Leone, apud Conſtantinum de Adm. Imp. c. 43. Bologudæ & Gylæ Turcorum ſeu Hungarorum Ducibus, à Conſtantino Porphyrogenito, apud Zonaram p. 155. & Scylitzem p. 636. Adalgiſo Deſiderii Longobardorum Regis filio, à Conſtantino Copronymo, apud Eginhardum an. 774. Bulgariæ Principibus aliquot, à Baſilio Bulgaroctono apud Zonaram p. 181. Cegeni denique Patzinacorum Principi, à Conſtantino Monomacho, apud eundem Zonaram p. 205. Vide *Pater Imperatoris*, prætereà quæ alii de hac dignitate congeſſere, ac præſertim Jacobus Gotofredus ad l. 1. Cod. Th. de Conſulib.

Extat hæc forma conſtituendi Patricii, in Hiſtoria Pauli Forojuliani de Geſtis Longob. aſſervata in Bibliotheca Vaticana: *Patricii dignitas taliter diſponenda eſt, quatenus illa non vili perſonæ, nec alicui concedatur ignoto. Sit enim valde notus Imperatori, ſit fidelis & prudens, non elatus. Protoſpatharius veniens ante Imperatorem, oſculetur ſuum humerum, & dicat: Maxime Imperatorum, adeſt quem vocaſti. Tunc ſtet ad ſiniſtram Imperatoris illius Hyparchus, quem nos dicimus Præfectum, & dicat ei Imperator, Cum Protoſpathario futurum Patricium adducito. Dum autem venerit Patricius, in primis oſculetur pedes Imperatoris, deinde genu, ad extremum oſculetur ipſum: tunc oſculetur omnes Romanos circumſtantes, & dicant omnes, Benevenиatis: Nobis nimium laborioſum eſſe videtur conceſſum nobis a Deo miniſterium ſolum procurare: quocirca te nobis adjutorem facimus, & hunc honorem tibi concedimus, ut Eccleſiis Dei & pauperibus legem facias, & inde apud altiſſimum Judicem rationem reddas. Tunc induat eum Imperator mantum, & ponat ei in dextro indice annulum, & det ei bombacinum propria manu ſcriptum, ubi taliter continuatur ſcriptum: Eſto Patricius, miſericors, & juſtus. Tunc ponat ei in caput aureum circulum, & dimittat.*

Sanè *Protoſpatharius & Hyparchus*, in hac Patricii conſtituendi forma nominati, ſatis arguunt id potiſſimum ſpectare Patricios qui ab Imperatoribus Conſtantinopolitanis conſtituebantur, maximeque, ni fallor, Patricios Italiæ, vel Siciliæ. Nam *Patricios* etiam peculiari nomenclatura appellabant, Siciliæ & Longobardiæ Præfectos, Conſtantinopoli ab Auguſtis ſubmiſſos: cum in Italiam potiſſimum ſoli fere Patricii mitti ſolerent. Malchus Rhetor p. 93. ait Auguſtum Oreſtis filium oraſſe Zenonem Imp. ut Odoachum Patriciatus dignitate ornaret, & Italicam diœceſim ei regendam committeret. Conſtantinus verò Porphyrogenit. de Adminiſt. Imp. cap. 27. ſcribit tranſlata Conſtantinopolim Imperii ſede, miſſos inde Patricios duos, qui utramque provinciam regerent, quorum, inquit, alter Siciliæ, Calabriæ, Neapoli, & Amalphiæ præerat: alter verò Benevento, Capuæ, Papiæ, & reliquis urbibus quæ Byzantinis Auguſtis parebant: quod intelligendum, maximè poſt occupatas pleraſque Italiæ provincias à Gotis, Longobardis, & Saracenis. Hinc *Patricios Siciliæ*, id eſt Præfectos, legimus in Codice Carolino Epiſt. 73. 88. *Patricium Panormitanum*, apud Gregorium M. lib. 10. Epiſt. 44. *Patricios Italiæ* locis indicatis in voce *Catapanus*: *Patricium Africæ*, apud eundem Gregorium eod. lib. Ep. 43. & Victorem Tunnenſem. Ita etiam Damianum quendam *Patricium Seleuciæ*, id eſt Præfectum, nominat Codinus in Originib. edit. Meurſii p. 75. ut *Patricios Laziæ* Cedrenus p. 443. & Anaſtaſius in Collectaneis p. 254. *Patricium Alanorum*, idem Anaſtaſius p. 255. *Patricium Armeniorum*, Theophanes p. 286.

Neque alii fuere *Patricii Romanorum*, quam *Præfecti* Romanæ urbis: quam quidem dignitatem, poſt-

quam ſe ſe à Græcanici Imperii jugo ſubduxere, Longobardis etiam devictis & ſuperatis, Pipino primum, deinde Carolo Magno & Carolomanno Romani ipſi adſcripſere, ut colligere eſt ex Anaſtaſio in Vita Stephani IV. Papæ: *Itaque in exordio ordinationis ſuæ, quo idem ſanctiſſimus Præſul Pontificatus apicem aſſumpſit, direxit Franciæ partibus ad excellentiſſimos viros Pipinum, Carolum, & Carolomannum Reges Francorum, & Patricios Romanorum*, &c. Extant ejuſdem Stephani & Pauli Summorum Pontificum Epiſtolæ in Codice Carolino 1. 4. 7. 8. 9. 41. 42. 45. 47. &c. inſcriptæ *Dominis excellentiſſimis Pippino, Carolo, & Carolomanno Regibus, & noſtris Romanorum Patriciis*. Habentur complures aliæ in eodem Codice ab iiſdem Pontificibus, *Pippino Regi Francorum, & Patricio Romanorum* ſcriptæ, ut Adriani ad Carolum M. quarum pleræque, poſt devictos & exactos Longobardos, exaratæ, *Carolo Regi Francorum & Longobardorum, atque Patricio Romanorum* inſcribuntur. Sed coronato à Leone Papa eodem Carolo, *ablato Patricii nomine, Imperator & Auguſtus appellatus eſt*, ut habent Annales Francor. an. 801. Atque abſtinuere deinceps hocce titulo gentis Franciæ Auguſti, ut qui Imperatoriæ dignitatis longè eminentiori obſcuraretur, eoque ipſo Romæ imperarent; tametſi in aliquot veteribus Tabulis ſub eodem Carolo tum Imp. in adſcriptis annis, *Rex Longobardorum & Patricius Romanorum* adhuc indigitetur, apud Mabillonium to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 88. 89. Quippe Patriciatus *Romanorum* intelligendus propriè de urbis Romæ, vel etiam Italiæ præfectura, quæ à Patriciis, uti diximus, regi ſolebat, quæ eſt etiam ſententia Nicolai Alemanni in Diſſert. de Lateranenſibus Parietinis cap. 11. Non mirum igitur ſi Carolus Imperator factus à Patricii titulo abſtinuit, cum Patriciatus dignitas fuerit Imperatoriæ ſubdita: non quod idem Carolus Imperatori Conſtantinopolitano, ea ultro accepta, ſe ſe ei obnoxium redidderit, cum è contra, Summo Pontifice id enixius poſtulante, hanc ſuſcipuerit, ut & Romam & Italicas provincias cum adverſus Græcos, quibus Romana tum Eccleſia ſeceſſerat, tum etiam Longobardos qui eam acrius infeſtabant, tutaretur, idque obiret muneris quod ipſi Italiæ Patricii ſeu Præfecti qui ab Imperatore Conſtantinopolitano mittebantur.

Patriciatum Caroli, à *Patriciatu Beati Petri* diſtinguit exerte Hadrianus PP. in Codice Carolino Epiſt. 85. ita ut *Patriciatus Caroli* fuerit urbis Romæ & Romanorum præfectura, vel etiam dominium: *Patriciatus* verò *B. Petri*, id quod *Eccleſiæ Romanæ Patrimonium* vulgo vocamus, ex Pipini & ejuſdem Caroli liberalitatibus conflatum. Sic autem Summus Pontifex: *Tamen fideliſſimi veſtri præfati Miſſi viderunt ipſos Ravennianos, quos vobis præſentaverunt, qualiter nobis in ſuperbia extiterunt: ſed quæſumus veſtram Regalem Potentiam, nullam novitatem in holocauſtum, quod Beato Petro, ſanctæ recordationis genitor veſter obtulit, & veſtra Excellentia amplius confirmavit, imponere ſatagat, quia, ut ſatis eſtis, honor Patriciatus veſtri à nobis irrefragabiliter conſervatur, etiam & plus amplius honorifice honoratur: ſimili modo ipſe Patriciatus Beati Petri, fautoris veſtri, tam à ſanctæ recordationis Domno Pippino, magno Rege, genitore veſtro, in ſcriptis in integro conceſſus, & à vobis amplius confirmatus, irrefragabili jure permaneat.*

Putant Junius & Meurſius *Patricios Romanorum* dictos primitus Imperatores, quos poſtea *Romanorum Reges* appellavere, Imperatores nempe Principum conſenſu & electione ad ſupremum iſtud faſtigium eductos, qui *Regum* primo, tum corona ac diademate donati, *Imperatorum* titulos ſibi adrogabant: quod vel inde eliciunt, quod Carolo M. in Imperatorem coronato à Leone Papa, Patricii Romanorum in eo titulus ceſſavit. Improbat id Gretzerus lib. 7. Comment. in Codinum cap. 17. hac potiſſimum ratione, quod hac dignitate donati fuerint Pipinus & Carolomannus, qui Imperatoriam numquam adepti ſunt: quanquam non deſunt, atque in iis Balanorus, qui neſcio quo argumento aliam fuiſſe in Pipino & Carolomanno, aliam in Carolo M. Patricii dignitatem contendunt, quod ſane ægre ii poſſent firmare. Hadrianus Valeſius lib. 6. rerum Francicarum eoſdem cenſet *Patricios Romanorum*, & *Patricios urbis Romæ*, quos *Senatores* inferior ætas appellavit, qui eadem qua olim Conſules dignitate fungebantur.

Verum, non alia indubiè fuit *Patricii Romæ* dignitas, à præfectura urbis & circumjacentium regionum, quam ultro Pipino, Carolomanno, & Carolo Magno conceſſere Romani, ut eſſent qui eos regerent & tutarentur: unde *Patricii & Defenſores Romanorum* ii conjunctim vulgo appellati. Annales Francor. Metenſes an. 773. *Ibi venit ad eum Miſſus D. Adriani Papæ nomine Petrus, obnixe poſtulans, ut ad defendendam Eccleſiam Romanam feſtinaret, & ut populum Romanum de manibus ſuperbi Regis Deſiderii liberaret, adjungens quod ipſe legitimus tutor & defenſor eſſet ipſius Eccleſiæ, quoniam illud prædeceſſor ſuus ſanctæ memoriæ Stephanus Papa unctione ſacra liniens, in Regem ac Patricium Romanorum ordinavit.* In Capitulari 1. an. 769. & Aquiſgran. an. 789. Carolus M. inſcribitur *Rex, regnique Francorum rector, & devotus S. Eccleſiæ defenſor atque adjutor in omnibus Apoſtolicæ Sedis*. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 223. *Non debere Regem Imperatoris filium, qui non ſine cauſa gladium portaret, qui Romanæ reipublicæ Patricius, tutor, & defenſor eſſe deberet, tantam pati Eccleſiæ Dei conculcationem*, &c. Neque alia videtur eſſe ſententia Nicolai Alemanni in Diſſert. de Lateranenſibus Parietinis, quam tamen non omnino probat vir doctiſſimus Carolus Cointius in Annalibus Eccleſiaſt. Francor. an. 796. Quibus omnibus addendus Alcuinus Epiſt. 84. ſub nomine Caroli M. ad Leonem PP.

Extat Statutum Leonis VIII. PP. in Concilio Romano anni 957. in Chronico Reicherſpergenſi, ex quo docemur Hadrianum PP. Carolo M. *Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apoſtolicæ Sedis, & inveſtituram Epiſcoporum conceſſiſſe*. Id ne verum ſit, non diſquiro: id conſtat eandem Patricii non omnino extinctam dignitatem cum Carolo M. ex iis quæ ſcribit Adrianus II. PP. in Epiſt. 34. ad Carolum Calvum Regem: *Te optamus omnis clerus & plebs, & nobilitas totius orbis & urbis, non ſolum ducem & Regem, Patricium & Imperatorem, ſed in præſenti Eccleſiæ defenſorem, & in æterna cum omnibus Sanctis participem fore.* Præterea cum hanc ambierint poſtmodum Germanici Imperatores, & peculiaribus ipſius dignitatis inſignibus interdum ii donati legantur, ut ex ſequentibus facile erit colligere.

Otto Imp. in Charta an. 963. in Chron. Lauriſhamenſi p. 69. & apud Meibomium ad Wittikindum p. 225. inſcribitur *Rex Francorum ac Longobardorum, ac Patricius Romanorum*.

De Henrico III. ſic Hermannus Contract. & Bertholdus Conſtantienſis an. 1061. *Romæ Nicolao PP. defuncto Romani coronam & alia munera Henrico Regi tranſmiſerunt, eumque pro eligendo Summo Pontifice interpellaverunt. Qui ad ſe convocatis omnibus Italiæ Epiſcopis, generalique conventu Baſileæ habito, eidem impoſita corona, Patricius Romanorum appellatus eſt.* Concilium Oſborienſe an. 1062. ubi Regius Advocatus: *Hoc negare non potes quod pater domini mei Regis piæ memoriæ Henricus (III.) Imperator, factus eſt Patricius Romanorum, a quibus accepit in electione ſemper ordinando Pontifice principatum.* Ipſe Henricus III. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 11. *Ego Henricus Dei gratia Romanorum Imperator & Patricius, dum adhuc regni & coronæ de ſtatu incertus hinc inde anxius volutabar*, &c.

De Henrico IV. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 80. *Bam-*

[illegible] Episcopus de gente Saxonum Papa [illegible] [illegible] Clemens [illegible] [illegible] tam [illegible] tam canonice [illegible]. Henrico [illegible] Patriciatum [illegible] Romani [illegible], cumque præter [illegible] coronam auream, torquem [illegible] acceperunt. Albericus & Matth. Paris an. 1084. *Henricus Rex Patricius Romanorum ordinatur, & à Clemente Papa in Imperatorem benedicitur.*

De Henrico V. Willelmus Malmesbur. lib. 5. Hist. p. 167. *Imperatori autem exeunti de camera, & suis receptus exuto, (post ejus coronationem) occurrerunt Romani Patricii, cum aureo circulo, quem imposuerunt Imperatori in capite, & per eum dederunt ei summum Patriciatum Romanæ urbis, communi consensu, & totius animo.*

De Lothario, Petrus Diacon. lib. 4. Chron. Casinensis cap. 125. *Ipse vero coronam Patriciatus accipiens in civitate remansit.*

Aliis tamen interdum quam Augustis Germanicis concessa legitur Patricii Romanorum dignitas. Hugo Flaviniacensis an. 941. *Hoc anno Dominus Odo venerabilis multorum Monasteriorum restaurator, cum multum laboraret in componenda pace, inter Hugonem Regem Italiæ & Albericum Patricium Romanorum, obiit Turonis.* Helinandus in Chronico anno 999. *In Italia Crescens Patriciatu Romanorum arrepto contra Ottonem Imperatorem rebellat.* Idem an. 1001. *Otto Imperator Romæ Crescentem Patricium aggreditur. [illegible] Crescens, &c. ex fuga retractus capite [illegible] numerose [illegible] circumducitur, &c.* Romualdus Salernitanus Archiep. in Chronico MS. an. 998. de Silvestro PP. *Hic autem mortuo Alberico, qui Patriciatus sibi nomen [illegible], a Crescentio Numentano, qui Patricius dicebatur, Papa ordinatus est.* Vide Vincentium Belvac. lib. 24. c. 108. Scribit Otto Frisingensis lib. 7. Chr. cap. 31. & 34. ex Epistola Lucii Papæ ad Conradum Imp. Romanos tumultuantes, *Senatoribus quos ante instituerant, Patricium ad [illegible], atque ad hanc dignitatem Jordanem Petri Leonis filium eligentes, omnes ei tanquam Principi subjecisse.* Præfecturæ dignitate abolita: sed Eugenio III. Pontificatum excipiente, pacem cum Romanis compositam, ea conditione, *ut Patriciatus dignitatem exfestucarent, & Præfectum in pristinam dignitatem reciperent, Senatores vero ex ejus auctoritate tenerent*; quod actum ait sub an. 1145. Id ipsum ex Alberico habet Magnum Chronicon Belgicum, in quo restituendum an. 1146. pro 1144. ex Ottone. Romualdus Salernitanus in Chronico MS. eodem an. *Non multo autem post populus Romanus contra voluntatem [illegible] Papæ Jordanum filium Petri Leonis Patricium [illegible], & Senatores de novo in urbe creavit.*

Patricii dignitas in Francia etiam obtinuit, eodem fere quo apud Byzantinos gradu, cum post Regem proxima fuerit. Lex Ripuar. tit. 50. §. 1. *Si quis testes ad mallum ante Centenarium, vel Comitem seu ante Ducem, Patricium, vel Regem necesse habuerit, ut donent*, &c. Ubi Patricius Duci præponitur, ut etiam apud Marculfum lib. 1. form. 8. *Ideo tibi actionem Comitatus, Ducatus, Patriciatus in pago illo, quem antecessor tuus ille usque nunc [illegible], [illegible] ad agendum regendumque commisimus, ita ut semper erga regimen nostrum fidem inlibatam custodias, & omnes populi ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones, vel reliquæ nationes sub tuo regimine et gubernatione degant*, &c. Ex quibus primum eruimus Patricios, perinde ac Duces & Comites, provincias rexisse, & populis jus dixisse, suisque habuisse districtus, quos *Patriciatus terminos* vocat Fredegarius in Chron. cap. 90. Deinde quod *Burgundiones* tertio loco, ut *Patriciatus*, locentur, satis indicari *Patricios*, præsertim Burgundiones spectasse, cum in Burgundiorum regno maxima ac suprema post Regem exstiterit dignitas, [illegible] tamen à dignitate *Majoris-domus*, licet summa parque fuerit, utriusque potestas & auctoritas,

dispari tamen nomine. Quanquam Patricios domui etiam regiæ præfuisse videtur indicare Cyprianus in vita S. Cæsarii Arelat. *Parthenius Patricius, qui ea [illegible] præ [illegible] Dominum suum præcipuum gratia [illegible]*, &c.

Id porro nominis ac dignitatis apud Burgundiones potius obtinuisse quam apud Francos, ex eo conjicere est, quod data primitus Sigismundo Burgundionum Regi ab Imperatore Constantinopolitano legatur; ut cujus aula cum præcipua fuerit, ita Reges Burgundici primam in sua esse statuerunt: nisi dicamus *Patricii* nomen servatum in Burgundia atque adeo Provinciæ Regno dignitatem, cujus attributam rerum administrationem, quod Gothorum in Italia Reges, qui hanc partem Galliarum, regnante Romanorum in Italia & in Galliis potestate, imperabant, hanc regendam committerent viris illustribus qui Patricii dignitatem obtinebant: qua certe donatus legitur Petrus Marcellinus Felix Liberius Præfectus Prætorio Galliarum, qui Concilio Arausicano an. 529. interfuit, sub Theodorico II. Gothorum in Italia Rege, a quo restaurata fuerat Præfectura in Galliis anno 511. quæ dominantibus W[illegible] desierat, ut observat vir doctissimus Ægidius Bucherius in [illegible] Galliarum [illegible] Præfectis Prætorio. Sed & ante hæc tempera Romanos Augustos, viros illustres dignitate Patricios in Gallias, qui eas regerent, misisse satis constat, quæ de his, qui eas regerent, tradunt, habent Scriptores Ætio, Ægidio, & aliis Patriciis, habent Scriptores Franciæ.

Utcumque se res habeat, constat Patricios Francicos præfuisse [illegible] *Patriciatui* Galliæ, vel Galloniam, *Burgundiæ*, vel *Massiliæ*, esse interpretibus, quod regni Burgundiæ urbs præcipua esset, atque in ea degerent [illegible] Burgundiæ Reges, ut & Præfecti. Unde Fortunatus de Bodegisilo Duce lib. 7. Poem. 5.

> *Massiliæ Ducto [illegible] [illegible].*
> *Rectoremque suum laude perenne refert.*

Exercitus etiam ductasse Patricios Francicos, testantur passim historici, ex quibus eorum qui hac in Galliis, seu potius in Burgundico regno functi sunt dignitate, sequentem seriem eruimus, omissis cæteris qui a [illegible] Patriciis a Romanis Imperatoribus in Galliæ [illegible] Ac primus quidem occurrit

Secundinus Patricius, in vita S. Joannis Abbat. Reomensis, lib. 2. c. 1. qui idem forte est qui sub Theudeberto Rege magna auctoritate habebatur, ut tradit Gregorius Turon. lib. 3. Hist. cap. 33.

Placidus Patricius interfuit [illegible] in Epistolis Pelagii PP. ad Sapaudum Arelatensem Episcopum, cujus genitor fuisse dicitur, apud Baronium an. 556. n. 21. an. 559. n. 9.

Hector ex [illegible] Patricius [illegible] Massiliensis a Sigeberto Rege, ut Fortunatus [illegible] [illegible] in Vita S. Eucherii Lugdun. p. 76. edit. Chifflet.

Amatus Patricius sub Gunthramno Rege an. 565. apud Gregor. Turon. lib. 4. Hist. c. 24. & Fredegarium in Hist. Epitom. c. 55. [illegible]

Celsus Patricius [illegible] ab eodem Rege. Gregor. Turon. lib. 4. c. 24. 35. Marius Aventicensis an. 4. Justini, Fredegar. c. 55. 62. Habetur Epitaphium Silvii matris Celsi Patricii in to. 1. Hist. Francor. p. 516.

Amatus, Celsum Patricium [illegible], à Gunthramno in Longobardos [illegible], ab iisdem interimitur an. 575. Gregorius Turon. lib. 4. c. 36. Hermannus Contract. an. 575. *Patricius* [illegible] dicitur Paulo Warnefrido lib. 3. c. 3. hanc [illegible]

Eunius cognom. *Mummolus*, de quo agunt Greg. Turon. lib. 4. [illegible] [illegible] lib. 7. c. 34. 38. &c. Fredegar. c. 85, Aimoin. Hermannus an. 573. 579. 584. 586. Paulus Warnefrid. lib. 3. cap. 3. Vita S. Quintini Episcop. Vason. n. 7.

Aegyla [illegible] *Aegila*, Patricius anno 24. Gun-

[illegible], & an. 7. Theuderici. Chronicon Fredegar. cap. 3. 21.

[illegible] Patricius Galliarum an. 593. 596. apud Gregorium M. lib. 2. Ind. 11. Epiſt. [illegible]. lib. 5. Epiſt. 6. quem [illegible] vocat Fortunatus lib. 6. Poemat. 11. Decuit eum poem. 12. ubi, ut hoc obiter moneam, [illegible], pro *[illegible] aſpando*, Codex S. Germani Pariſien. Longobardicis literis exaratus præfert, *Sete ſapante*. Ejuſdem Dinamii, & Eucheriæ conjugis habetur Epitaphium in to. 1. Hiſtor. Franc. p. 519. Extat vita S. Maximi Epiſcopi Regienſis, ſcripta ab eodem Dinamio Patricio, in Chronologia Lerinenſi.

Arigius Patricius ac Rector, an. 590. 604. eidem Gregorio M. lib. 5. Epiſt. 57. lib. 12. Epiſt. 12.

Aſclepiodatus Patricius in Galliis an. 599. 604. eid. Gregorio lib. 7. Epiſt. 125. Ind. 2. lib. 12. Epiſt. 17. Eundem eſſe putant viri docti qui *Aſclepiadus* dicitur in Decretione Childeberti Regis an. 595. c. 14.

Leudegiſilus Patricius partibus Provinciæ ordinatur à Guntramno anno 26. regni. Fredegarius c. 5. Hermannus an. 587.

[illegible] &

Wintrio. Patricii dicuntur Childeberti Regis Auſtraſiorum, qui defuncto Guntramno patruele regnum Burgundiæ acceperat, in Geſtis Regum Francor. c. 36. poſtremus *Quintrio Dux Campaniæ* appellatur a Fredegario in Chronico c. 14. & 18. quo occiſo, Brunechilde [illegible], anno 3. Theodeberti

[illegible], genere Francus anno 3. Theuderici Patricius ordinatur. Fredeg. c. 18.

[illegible] Patricius, circa tempora Childeberti Regis, apud Cyprianum in vita S. Cæſarii Arelat.

[illegible] Patricius, circa eadem tempora, apud Meſſianum, in vita ejuſdem S. Cæſarii.

[illegible], genere Romanus, defuncto Wandalmaro Duce, Pagoſſiorum [illegible] & Scotingorum, Patricius ordinatur an. 8. Theuderici, ut eſt apud Fredegar. c. 24. adeo ut incertum [illegible] Wandalmarus revera Patricii dignitatem & titulum obtinuerit. Protadio arte Brunechildis [illegible], eam procurante,

[illegible] Patricius inſtituitur, ut eſt apud Fredeg. c. 27. 29. quo perempto [illegible],

[illegible], genere Romanus, in Patriciatum ejus ſubrogatur an. 11. Theuderici. Fredeg. c. 29.

[illegible] Patricius, cujus mentio eſt in Epiſtolis ad Deſiderium Epiſc. Caturcenſem Epiſt. 65.

[illegible] Patricius an. 39. Chlotarii II. Fredeg. c. 43. 44.

[illegible] Patricius Burgundiæ ſub Dagoberto Rege, a Flaocato Majore-domus interfectus circa an. 651. Geſta Dagob. c. 21. 36. Fredeg. c. 90. vita S. Eligii, &c.

Hector, vel Hector, in [illegible] Patriciatum Maſſilienſis [illegible], Childeberto II. regnante, dicitur in Vita S. Leodegarii c. 5. & in vita S. Præjecti n. [illegible] 12. Ejuſdem Patricii Provinciæ aliquot alii occurrunt uſque ad tempora Caroli M. in veteri Charta quam deſcripſere Sammarthani in Epiſc. Maſſilienſib. n. 14. [illegible]

[illegible] Patricius, cui uxor fuit Adaltrudis. Dein

[illegible] Patricius, qui non alius videtur ab eo qui

[illegible] Patricius [illegible] appellatur in veteri Charta edita à Colombo in Epiſc. Vivarienſib. lib. 1. n. 35. ubi etiam *Suſpicia* ejus uxor nominatur.

[illegible] Patricius in eadem Charta Maſſil. denique

Abbo Patricius. Atque hic videtur poſtremus qui inter Patricios Provinciæ occurrat, cum. [illegible] dignitas extincta, [illegible] ſubalterna Regum ſtirpe, Regnique [illegible], ut ſupra obſervatum. [illegible] Abbo ſit ille *Abbo [illegible]* [illegible] Theoderico Franciæ Rege vixit, & Monaſterium Novalicienſe conſtruxiſſe dicitur in ejus Teſtamento, in quo etiam

Agarnus Patricius nominatur: *Et colonica inip-ſo pago (Viennenſi) — quem in contra Ardaito per judicio Agarnico Patricio [illegible].*

Bonitus, poſtea Arvernorum Epiſcopus, electus à Theoderico I. Rege *Præfectus Maſſiliæ primæ Provinciæ fuit*, ut eſt in ejus vita. Sed an Patriciæ dignitatem geſſerit, incertum. Vide to. 1. Hiſt. Franc. p. 862.

Verum quamquam extincta in Francia poſtea videtur dignitas poſt Pipinum & Carolum M. rurſum tamen obtinuiſſe videtur ſub Regibus Burgundiæ, qui poſtmodum in hiſce Galliæ provinciis regnavere, quod præterea docet Synodi Mantalenſis an. 879. legatio ad Boſonem Regem (Provinciæ) deſignatum: *ſultus Patricius veteris majoribus & minoribus apparentes, veritatem ore & opere proferentes*, &c.

Patricii titulum Erchinoaldo Majori-domus Franciæ tribuunt Beda lib. 3. hiſt. cap. 19. & Chronicon Fontanellenſe cap. 1. n. 5. 6. 8.

Patricium ſe ſe indigitat Richardus Dux Normanniæ in Charta an. 1015. apud Hemeræum in Auguſta Viromanduorum: *Qui nuncupor Richardus, ſeniorum Comitis primus, divina gratia ſumma manet una que Trinitatis deſpice Normannorum, licet indignus, Dux & Patricius.* Hocce etiam Patricii titulo non ſemel donatur a Dudone de Morib. & actis Normann. *Hic Comes, Dux Patriciuſque ſummus*. Et infra:

Patrici Richarde, Comes, Dux Marchio, Princeps.

Infra: *Plaudebant omnes — qui illis Patricium & Ducem tantorum bonorum incrementis largiturus eſt [illegible].* Unde firmari poſſet eorum ſententia, qui *Pares Franciæ* a Patriciis Francicis deducunt, niſi aliunde conſtaret vocis origo. Vide *Par Franciæ*.

Patricios ſuos habuere etiam Reges Anglo-Saxonum. Charta Inæ Regis to. 1. Monaſtici Anglic. p. 13. *Pro ampliori firmitatis teſtamento Principes & Senatores, Judices & Patricios ſubſcribere fecimus.* Charta Athelredi Regis ibidem p. 51. *Quapropter ego Athelredus Rex Merciorum rogatus a Patricio meo, & propinquo Coenfrido*, &c. qui in ſubſcriptione *Comes* indigitatur. Alfam Offæ Regis Merciorum ſubſcripſit ſtatim poſt Epiſcopos, & ante *Princip.* & *Duces*, *Brordanus Patricius*, in Additamentis ad Matth. Paris p. 155. In Concilio Calchutenſi ſub eodem Offa an. 787. ſubſcribit *Boſcha patricius*. Unde colligitur præcipuam fuiſſe in hoc regno dignitatem. Apud Simeonem Dunelmenſem an. 780. mentio fit *Beorn Patricii Elfwaldi Regis*. anno 788. *Sicgan Patricii* ejuſdem Elfwaldi, à quo Rex ipſe interfectus eſt an. 793. ut narrat idem ſcriptor, quo loco *Sicgan* Ducis titulo donatur. Idem denique ut & Hovedenus, meminit anno 796. *[illegible] Patricii*, qui Ethelredo Regi occiſo in regnum eſt ſuffectus, ut & Alcuinus in inſcriptione Epiſtolæ 29.

Patriciſſa, uxor Patricii: quæ *Patricia*, apud Gregorium M. in Epiſtolis. Anonymus Barenſis in Chron. an. 1034. *[illegible] in [illegible] cum Barenſes, & comprehenderunt ipſam Patriciſſa uxor Cognizi, & adduxit illam in Bari.*

PATRIENSES, Indigenæ: Galli *ceux du pais* dicunt. Encomium Emmæ Reginæ: *Terra quod egit optima [illegible], manu [illegible] ſeredi patria, cum patrienſibus pace [illegible], quam velut expulſus [illegible] relinq.* Occurrit apud Hariulfum lib. 3. c. 8. 20. 25. & in vita S. Eucodiæ Abbatiſſæ Hamaticenſis n. 3.

PATRIMONIUM varie ſumitur apud JC. nam, ut de vulgari ſignificatu taceam, cum tres eſſent Principis [illegible], ſeu facultates, Largitionales, Privatæ, & Patrimoniales, Largitionum appellatione donatus eſt ſiſcus ſeu theſaurus Principis, cui regendo prælectus erat Comes ſacrarum largitionum; Rerum privatarum nomine, intelliguntur bona Principis patrimonialia, quæ privati poſſident, & in eorum heredem tranſeunt, etiamſi non ſucceſſerit in imperio: hiſce gubernandis præerat Comes rerum privatarum. Denique per Patrimonium, ſacrum intelligitur, prorſus diverſum a privato, cui præerat Comes ſacri patrimonii, cujus curæ incumbebat regias, ut ait Senator, epulas ſolli-

cita ordinatione diſponere, ut & apothecas & enthecas aulicas, præterea prædiorum patrimonialium proventus excipere, &c. Quæ omnia pluribus explicat Cujacius in Paratitul. lib. 1. Cod. tit. 32. 33. 34. & ad lib. 11. tit. 62. Atque ita domus regiæ fundi appellantur à Procopio lib. 1. de Bello Goth. c. 4. & 6. χωρία τῆς βασιλέως οἰκίας, ἃ δὴ πατριμώνιον καλοῦσι.

Patrimonium Eccleſiaſticum, ſeu *Patrimonium S. Petri*: ita appellabant Eccleſiæ Romanæ prædia, ditiones, vel cenſus in provinciis. Anaſtaſius in S. Conone PP. p. 59. *Hic ut temporibus pietas Imperialis relevavit per ſacram juſſionem ſuam ducenta annonæ capita, quæ patrimonii cuſtodes & Lucaniæ annue perſolvebant.* Infra: *Rector Patrimonii Siciliæ.* In S. Zacharia p. 8. *In patrimonio Tuſciæ. Eccleſiaſticum patrimonium*, in Hadriano p. 119. Theophanes in Leone Iſauro, & ex eo Cedrenus: Τὰ δὲ λεγόμενα πατριμώνια τῶν ἐν Ῥώμῃ ἁγίων τῶν κορυφαίων Ἀποστόλων. Vide Nicolaum Alemannum in Diſſertat. de Lateranenſib. parietinis cap. ult. & Paulum *Sarpi* in libello *De materia Beneficiar.* nuper edito p. 40.

Patrimonium. Tabularium S. Mauricii Andegav. de donatione Pleſſiaci *au Grammoire* eidem Eccleſiæ facta à Fulcone Comite Andegav. anno 1109. *Statuit* (Fulco) *Eccleſiam S. Mauricii Andegavenſis Epiſcopi ſedem, ut quæ ſua mater, ſuæque terræ caput eſt, non patrimoniis, non muneribus tranſitoriis, ſed rebus in poſterum manſuris pro ſua ſuorumque anteceſſorum, ſuorumque ſucceſſorum ſalute ampliare. Quidquid enim habebat in Pleſſiaco Grammatici, cum omnibus appendiciis ſuis, necnon & apud Ruigniacum cum ſuis . . . et benigne ac libere dedit, donumque cum baculo in manu domini Marbodi Redonenſis Epiſcopi, qui tunc temporis Rainaldo ſecundo Andegavenſi Epiſcopo Romæ morante Epiſcopii negotia adminiſtrabat, poſuit*, &c. Ubi *patrimonium* pro re mobili uſurpatur.

PATRINUS, Ἀνάδοχος, Sponſor, *qui levat aliquem de ſacro fonte, vel intromittit in Eccleſiam*, apud Jo. de Janua. Noſtris *Parrain*. Higinus PP. de Conſecr. diſt. 4. *In Catechiſmo, & in Baptiſmo, & in Confirmatione unus patrinus fieri poteſt, ſi neceſſitas cogit. Non eſt tamen conſuetudo Romana, ſed per ſingulos ſinguli ſuſcipiunt.* Chronicon Urſpergenſe an. 1124. *Infantes ſuos in Sabbato ſancto Paſchæ & Pentecoſtes cum candelis, & cappa, quæ dicitur veſtis candida, & patrinis comitantibus ad baptiſmum deferant, — ne etiam filios ſuos, & plures ſuas ad baptiſmum tentant, ſed ſibi patrinos quærant, patrinis etiam fidem & amicitiam, ut carnalibus parentibus ſervent.* Epiſtola 5. inter Franciæas to. 1. Hiſtoriæ Francicæ: *Ipſe ergo meus eſt pater ex lavacro.* Donnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 1.

Qui pater in lavacro Regis fuerat ſacroſancto.

Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 79. *Qui alicujus filiolum, vel patrinum occiderit, erga eum & parentes mortui conjunctim reus ſit, & creſcat emendatio ſecundum weram, ſicut manbota ſecundum dominum.* Adde Concilium Calchutenſe an. 786. c. 2. Walafridum Strabon. lib. de Reb. Eccl. cap. 26. Honorium Auguſtod. lib. 3. cap. 115. Fulbertum Carnot. Epiſt. 33. Leges Alfonſi IX. Regis Hiſpaniæ parte 1. tit. 4. lege 7. &c. Vide *Tenere*.

In aliquot Conciliis & Synodis plures ſtatuuntur adhiberi *Patrini*, *in levatione ſcilicet maris, duo mares & una femina, in feminæ verò levatione unus mas & duæ feminæ*, in Eboracenſi an. 1195. c. 4. Sariſberienſi an. 1217. c. 19. Wigornienſi an. 1240. c. 5. Colonienſi an. 1280. c. 4. Synodo Santonenſi an. 1280. c. 6. Exonienſi an. 1287. c. 2. &c. Adde Statuta Odonis Epiſcopi Pariſienſis cap. 4. §. 5.

Patrini in Confirmatione pueri. Concilium Sariſberienſe an. 1217. c. 24. *In hoc Sacramento contrahitur proximitas ſpiritualis, ſicut in Baptiſmo, inter illos qui ſuſcipiunt pueros, & illos quorum ſunt pueri, & inter pueros ſuſceptos.*

PATRIOTA, Indigena. Metellus in Quirinalibus:

Patria conſilium vite tuenda
Tribuerunt peregrini patriotis paveſactis.

Vita S. Deicoli Abb. Lutrenſ. n. 7. *B. Columbanum egregium Scottigenarum omnium patriotam.* Thierricus Vallicolor in Urbano IV. PP.

Hancque ſibi recipit, patriotas convocat, ac de
Urbevetanorum poſſe redemit eos.

Occurrit præterea apud Silveſtrum Giraldum in deſcriptione Cambriæ cap. 7. Thwrocium in Chron. Hungar. 1. part. c. 23. in Actis S. Forannii Abb. n. 11. in veteri Charta Sancii M. Regis Navarræ, apud *Tepez* in Chron. Ordinis S. Benedicti to. 5. p. 468. &c.

Patriaticus, non ſemel apud Senatorem lib. 11. & 12. in Concilio Aurelian. c. 7. & apud Gregor. Turon. in vita S. Maurilii Epiſc. MS. c. 9.

PATRIPASSIANI, Sabelliani Hæretici, qui Patrem paſſum eſſe aſſerebant, apud S. Auguſtinum hær. 41. Philaſtrium, &c. *Unde eos etiam*, inquit Ferrandus Diac. in Epiſt. ad Severum, *Patripaſſianos appellari veritas oſtendit.* Vetus autor Conſultationum ſive Altercationum inter Zachæum Chriſtianum, & Apollonium Philoſophum lib. 2. cap. 11. *Patripaſſianus eſſe quidem aſſerunt Patrem, ſed ipſum mox eſſe ſibi Filium, atque eundem ab inita ſubſtantia, in nativitatem paſſionemque deſcendere, ſanctum perinde Spiritum etiam in perſona eundem eſſe, non tertium.* Adde Marium Mercatorem in Anathematiſmo Neſtoriano §. 20. Agunt de iis præterea Ruffinus Aquileienſis de Symbolo & in Apologia Euſebii Pamphili pro Origene, Fauſtus Regienſis de Ratione fidei, Marius Victorinus lib. 1. adverſus Arium, Rupertus lib. 11. de Divin. offic. cap. 11. Iſidorus lib. 8. cap. 5. Papias in *Noetiani hæretici*, &c. *Deipaſſiani* dicuntur Marcellino Comiti in Anaſtaſio.

PATROCINIUM, tutela Patroni, cui ſe committebant liberti, ſeu ſervi libertate donati. Capitula ad legem Bajwar. tit. 1 c. 7. *Qui vero per chartam ingenuitatis dimiſſi ſunt liberi, ubi nullum patrocinium & defenſionem non elegerint, ſimiliter Regi componantur cum 40. ſol.* Concilium Toletanum IV. c. 68. *Epiſcopus qui mancipium juris Eccleſiæ, non retento Eccleſiaſtico patrocinio, manumittit deſiderat, duo merita ejuſdem & peculii coram Concilio cui præminet per commutationem — offerat.* Adde can. 69. 70. 71. 72. 73. 74. Concil. Tolet. IX. can. 14. 16. Emeritenſe c. 20. Leges Wiſigoth. lib. 8. tit. 1. §. 3. 4. Additam. 2. ad legem Burgund. § 2. Capitul. 3. an. 813. c. 11. 13. &c.

Patrocinia Sanctorum, Reliquiæ Sanctorum, quorum patrocinia invocantur, vel reliquiæ *Patronorum*, ſeu Sanctorum *tutelarium*. Aimoinus de Miracul. S. Benedicti cap. 15. *Erant autem quæ ferebantur cum patrocinio S. Benedicti pretioſiſſimæ reliquiæ beatiſſimorum Confeſſorum Eucherii & Verani.* Odo Abbas lib. de Miracul. S. Mauri cap. 6. *Beati quoque Petri Apoſtoli patrocinia ſunt reperta*, &c. Vita S. Judoci cap. 13. *Pretioſa plurimorum Sanctorum patrocinia ſecum inde reverſurus tollere cupiebat.* Adde cap. 14. Leo Oſt. lib. 3. c. 23. *Cum diverſis Eccleſiaſtici miniſterii apparatibus, ac Sanctorum patrociniis plurimis.* Aribo Epiſcopus Friſing. in vita S. Corbiniani cap. 20. *Baſilicam ædificavit, & S. Valentini atque B. Zenonis in ea patrocinia collocavit.* Juramentum Hincmari Archiep. Remenſis in Concilio Pontigonenſi: *Sic me Deus adjuvet & iſta ſancta patrocinia.* Vide Capitulare 2. an. 802. ſub finem. Sebaſtianus Salmanticenſis Epiſcopus in Hiſt. Hiſpan. *Gratuita Chriſti clementia collata ſibi Sanctorum pignorum patrocinia*, &c. Infra: *Quarum ergo præſentia reliquiarum ſe credit patrocinari.* Adde Alcuinum Epiſt. 65. 192. Concilium Liptinenſe ſub Carolomanno an. 743. can. 2. Capitul. 1. an. 769. cap. 1. lib. 7. Capitul. cap. 123. Adamum Bremenſem cap. 19. Albertum Stadenſem an. 961. to. 2. Caniſii

p. 470. 471. in Hiſt. Tranſlat. S. Puſinnæ Virg. n. 4. &c.

Patrocinium, Sanctus Eulogius lib. 2. Memorial. SS. cap. 7. *Quorum corpora loco quo deciderant derelicta, ſummo militum obſervantur ſtudio, ne Chriſtiani ad emolumentum patrocinationis furtim eas ſurriperent & recondrent*, i. ut iis tanquam reliquiis uterentur: vel ſanè ut per ea Sanctorum ſibi demererentur patrocinia. Dinamius Patricius in vita S. Maximi Epiſcopi Regienſis: *Corpus beatiſſimi Antiſtis — eſt humatum in Eccleſia B. Petri quam ipſe condiderat, quæ poſtea ipſius nomine appellata eſt, ob crebra ejus patrocinia*, i. miracula.

Patrocinium, jus Patronatus Eccleſiæ. Extat in Tabulario Eccleſiæ Gratianopolitanæ fol. 13. Charta fundationis Eccleſiæ S. Stephani in territorio Vienneſi à Lempteo & Agiloide ejus uxore ſub Bernardo Vienneſi, & Agobardo Lugdunenſi Archiepiſcopis, in qua hæc habentur: *Teque heredem nobis in his rebus perpetualiter pro Dei amore & ſanctorum Apoſtolorum, & remedio animarum noſtrarum inſtituimus, honorem quidem tantummodo loco patrocinii noſtris heredibus reſervantes.* Ex quibus colligitur jus patronatus eſſe perantiquum.

Patrocinium, pro *patrimonium*, apud Forteſcutum de laudibus legum Angliæ cap. 49. niſi mendum ſit: *Quamvis non gliſcant eos* (filios) *legum imbui diſciplina, nec ejus exercitio vivere, ſed ſolum ex patrociniis ſuis.*

PATRON, pro *Patronus*. Alcuinus de Eccleſia S. Ludgeri Epiſc. Mimigard.

Spes tibi magna fiat, lachrymas aſcendere cælum
Hinc potuiſſe tuas, fultas patronibus iſtis.

PATRONATICUM, Obſequium quod patrono libertus debet. Formula vetus 48. ex Bignonianis: *Nec ulli heredum meorum nullum impendas ſervitium, nec hominium, nec libertaticum, nec ullum obſequium, nec patronaticum.* Ubi Lindenbrogius form. 99. habet *nec patronatus gratias.*

PATRONUS, Gloſſ. Saxon. Ælfrici, ubi de partibus domus: *Patronus*: ſtapul. Quæ vox Saxonica, *baſim* ſonat, ut obſervat Somnerus. Aliud Gloſſ. Saxonicum MS. laudatum ab eodem Somnero: ſtapul, *Batis*, ubi *baſis*, reſtituit.

PATRONI, dicti veteribus Chriſtianis *Sancti*, præcipuè *tutelares*, S. Auguſtino lib. de Cura pro mortuis c. 4. 18. S. Ambroſio lib. 10. in Lucam c. 21. Prudentio hymn. 1. & 2. Periſteph. Paulino Epiſt. 3. ad Sever. & Paneg. 3. in Felicem, & in libris de vita S. Martini. S. Eulogio in Apologet. &c. Vide *Patrocinium*.

Patroni, Epiſcopi. Vetus Scheda de Ordinat. Epiſcopor. edita à v. cl. Steph. Baluzio: *Et dum fuerint introducti*, (qui *Decretum* deferunt) *interrogantur ab Epiſcopo ſuo. Quid eſt, fratres, quod vos fatigaſtis? Illi reſpondent, Ut nobis, domine, concedas patronum.*

Patroni regionum, Præcipui. Hiſtoria S. Clementis I. PP. *Tunc Comes ſacrarum Publius Tarquinius, videns innumerabilem multitudinem Chriſto credere, invidia ductus, vocavit ad ſe patronos regionum, & data eis pecunia, monuit ut ſeditionem excitarent nomini Chriſtiano.*

Patronus. Joan. de Garlandia in Synonymis:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Leges Alfonſinæ ſeu *Partida*, parte 1. tit. 15. lege 1. *Padronadgo es derecho, o poder qua ganen en la Egleſia, por bienen que fazen los que ſon padrones della, eſte derecho gana ome por tres coſas: La una, por el ſuelo que da ala Eccleſia, en que la fazen. La ſecunda, porque la fazen, la tercera, por hereditamento que le da aque dizen dote, onde bivan los clerigos quala ſirvieren e de que puedan complir las otras coſas*, &c.

Patronatus, ſeu *jus Patronatus*, *Patronage*, noſtris, *Padronaggio*, & *Padronatico*, Matthæo Villaneo lib. 1. c. 33. l. 9. c. 98. eſt *jus honorificum, oneroſum & utile alicui in Eccleſia competens pro eo, quod de diœceſani licentia ſive conſenſu illam fundavit, dotavit, vel conſtruxit ipſe, vel is à quo juſtam cauſam habet.* Ita Joan. Andr. & alii Canoniſtæ. Chronicon Moguſcrem an. 1171. *Inquum cenſum 20. talentorum, & ſervitium, & jus patronatus quod Imperator in præfata Eccleſia habebat*, &c.

PATUA, ex Gall. *Paſtis*. Tabularium Eccleſiæ Uzetienſis an. 1272. pag. 5. *Quartas, taſcas, cenſus, uſatica, & obedimenta, paſcua, patua, & res omnes alias*, &c. Occurrit in hoc Tabulario non ſemel.

PATULA, Pugio, enſis. Lambertus Ardenſis pag. 168. *Manus in eum injecerunt, & extractis patulis, ſine miſericordiis eum — jugulaverunt.* Sed legendum reor *ſpatulis*, il eſt parvis ſpathis.

PATUS, Gaza, Theſaurus, πάτος in cod. Barbaro-Græco Nicetæ in Alexio Duca, ubi exponitur πλοῦτος, *divitiæ*. Autor Queroli: *Si dives fueris, Patus apellaberis, ſic noſtra loquitur Græcia.* Monet præterea Petrus Daniel in veteri Gloſſario *Patus, pacem tenens*, exponi, quam interpretationem ſecutus eſt Papias.

PAVAGIUM, ex Gallico *Pavage*: tributum quod pro viarum pavimentis præſtatur: noſtris, *Droit de chauſſée*. In Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 722. 767. 976. locos vide in *Picagium*: à *Pavire*, Lat. quod ἐδαφίζειν redditur in vett. Gloſſ.

Paviagium. Catalogus Epiſcoporum Leichefeldenſium in Anglia, in Waltero de Lagton c. an. 1300. *Paviagium Leichefeldiæ, & alias quamplures libertates Eccleſiæ Lichefeldienſi à Rege Edwardo — concedi impetravit.*

PAUCEDO, Paucitas, Joanni de Janua.

PAVELLA Charta Petri de Condeto Capellani Regis to. 2. Spicilegii Acheriani p. 557. *Et idem Dom. Rex & alii Barones, ſicuti erant ordinati per bella, exierunt circa exercitum contra Saracenos qui erant infiniti, ne poſſent intrare pavellam, vel habere acceſſum ad caſtrum.*

PAVERE meſſem aut *annonam*, frumentum *excutere*, ut in l. 7. D. de adquir. rer. Dom. vel *exprimere*, ut in l. 14. §. 3. D. de Aliment. Capit. Caroli M. lib. 3. c. 66. & Lex Longob. l. 1. tit. 14. §. 11. *Si quis meſſem aut annonam in hoſte ſuper bannum dominicum rapuerit, aut ſiccatus fuerit, vel paverit, aut cum caballis vaſtaverit*, &c. Feſtus ait *paveri frumenta* veteres dixiſſe, *quæ de vagina non bene exibant.*

PAVESCA, veſtis ſpecies, panonatilis. Statuta Maſſilienſia MSS. an. 1276. *Mantellum, paveſca ſine penna & ſendato & frexo.* Vide *Pavonatilis*.

PAVIAGIUM. Vide *Pavagium*.

PAVIO. Acta dedicationis Eccleſiæ S. Juliani de Lepida in Veronenſi diſtrictu an. 1186. apud Ughellum: *Deinde venerunt ad pavionem, ubi erant reliquiæ B. Mariæ V. & S. Juliani, & multorum aliorum Sanctorum, & portaverunt prædictas reliquias cum magna reverentia in prædictam Eccleſiam.* Idem fortè quod *Pavo*, de qua voce mox.

PAVISARII, milites *Pavaſiis*, ſcutis ita dictis, in prælüs ac bellis inſtructi. Thomas Walſinghamus in Ed. III. *Venientem contra eum cum 7. millibus electis armatorum, aliiſque armatis paviſariis, ac baliſtariis, in numero exceſſivo.* Computum Barthol. *du Drac* Theſaur. Guerrar. an. 1350. fol. 52. *M. Savari de Vivonè ſire de Tors Chev. Banneret, pour luy, 5. Chev. Bacheliers, 56. Eſcuiers au prix, 10. Archiers à cheval, & un paveſſier à pié*, &c. *Paveſcheurs*, apud Froiſſartem 4. vol. c. 13. Guillelmus *le Seur* in Hiſt. MS. Gaſtonis Comitis Fuxenſis c. 5. *En laquelle bataille il povoint bien eſtre environ 4000. hommes d'armes, & de 5. à 6000. arbaleſtriers & pavoiſiers.* *Paveſari*, apud Joan. Villaneum, lib. 6. c. 41.

Paveſiatores, in Charta an. 1383. apud Gueſnaium in Annalib. Maſſilienſib. pag. 437. Vide Notas noſtras ad Villharduinum pag. 284. 285. Sunt autem *Pavaſia*, Canano παβέζα, Cambro-Britannis *Paſais*, ſcuta

grandiora, quibus tecti milites, hoſtes impetebant. Ejuſmodi ſunt parmæ, quæ deſcribuntur à Willelmo Britone lib. 10. Philippid. p. 216.

Hunc præcedebat cum parma garcio, ſub qua
Nil ſibi formidans obſeſſos damnificabat
Aſſidue, poterat nec ab illis damnificari,
Aſſeribus latis dum parma protegit ipſum,
Quam nexu taurina tegit ſeptemplice pellis.

Pavaſiorum, ſeu ſcutorum ita dictorum meminit Chronicon Bertrandi Gueſclini:

D'eſcus & de pavas, les a bien aordez.

Alibi:

Arbaleſtes, pavas, & fors eſcus bandez.

Computum de Auxiliis pro liberatione Joan. Regis Fr. an. 1368. *Artillerie, comme canons, arbaleſtes, vi-retons, pavais.* Petrus Gerardus lib. 7. de vita Ezelini: *Mille fanti Pavani tutti con paveſi, baleſtre & lancee.* Octavianus de *S. Gelais* in Viridiario honoris:

Deſſus la mer fiſt aſſembler navires,
Pleins de harnois, d'arbaleſtes, de vires,
De gros canons, ſerpentines courtaux,
Pavois dorez, grans eſcuſſons divites,
Lances, gourgons, & feu gregois en buire.

Ejuſmodi *Pavisarios* nauticos, παραξείους appellabant Græci, apud Pollucem & Suidam. Claudianus de Conſulatu Manlii:

Ac velut exertus lentandis navita tonſis
Præficitur lateri cuſtos.

Paulativè, Paulatim, ſenſim, apud Sanutum lib. 3. part. 11. c. 13. & Continuatorem Nangii non ſemel.

Pauleum, *Paulum*. Vide *Pallium*.

Paulina *potio*. Ditmarus lib. 6. p. 80. *Marchio Lutharius in Occidente infirmatus, & potione Paulina inebriatus, ex improviſo obiit.* Potio, ut videtur, venenata, qua poſtea extinctus Henricus VII. Imp. data à Paulino Monacho ordinis Prædicatorum, quæ revera *Potio Paulina* dici potuit. Rythmi in Obitum Henrici VII.

In grandi ſtat triſtitia
Exercitus militia,
De Principis ruina,
Quam feritas damnabilis
Manuſque deteſtabilis
Coagulat Paulina.

Pavo, *Pavus*, *Pabo*. Gloſſ. Iſidori *Pabo, vehiculum unius rota.* Papias: *Pabo, genus vehiculi.* Idem: *Pavus, genus operimenti, vel vehiculi.* Alibi: *Pavo genus operimenti.* In litera F. *Favo, operimentum quoddam.* Vita S. Agili Abbatis cap. 25. *Dum ergo corpus ejus ſepulturæ traderetur, quidam è fratribus validiſſima febre exæſtuans advenit, linteum, quod pavonem tegebat, in fide pro remedio tetigit,* &c. Acta S. Marcelli PP. cap. 5. n. 21. *Condivit corpora Sanctorum cum aromatibus & linteaminibus, & impoſuit noctu in pavone cum Eunuchis ſuis.* S. Ambroſius in Actis S. Sebaſtiani n. 89. *Et levans eum, poſuit in pavone ſuo.*

Pavo, ipſum operimentum, Palla. Diploma Lotharii Imp. apud Brouverum l. 8. Annal. Trevir. p. 504. 1. edit. 401. 2. ed. *Offertorium aureum gemmatum cum patina, fontem aureum cum gemmis, pavonem auro & margaritis diſtinctum, caſulas duodecim.*

Pavo, alia notione. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1255. *Dedit inſuper Regina Franciæ Regi Angliæ unum pavonem, videlicet lavacrum lapideum mirabile, quod ſimilitudinem pavonis in forma oſtendebat: & erat lapis pretioſus, qui Perla dicitur, ex auro, & argento, & ſaphiris, ſicut verus pavo orbiculatus.* Eadem ferme habet Matth. Paris p. 606. Vide *Pavio*.

Pavonatilis, Pannus in pavonum caudarum ſpeciem variegatus. Anaſtaſius in vita Stephani VI. PP. pag. 236. *Fecit in eadem prædicta Baſilica vela 4. in circuitu altaris majoris, quorum duo ſunt de ſerico pigacio, tertium pavonatile, quartum de Alexandrino. Paonacé* & *pannacé* noſtri dicunt. *Velluiaux paonnez, eſcarlate paonacé & paonaſſé*, in Computo Stephani Fontani Argentarii Regis an. 1351. *Une robe d'un marbre paonaſſée fourrée de menu vair de 4. garnemens*, in Inventario bonorum mobilium Ludovici Regis Fr. an. 1316. Vetus Poëta:

Auſſi bien ſon bureau comme ſon paonace.

Itali *Paonazzo* & *Pavonazzo* colorem appellant violaceum, quomodo *Pavonacium* & *Pavonatum* dixiſſe veteres autor eſt Salmazius.

Pavonatilis dici etiam potuit veſtis, quod revera intextæ & effictæ eſſent in iis pavonum figuræ. Codex Carolinus Epiſt. 15. *Storacinum pallium unum habentem pavones.* Willelmus Malmeſbur. lib. 2. de Geſtis Angl. cap. 11. *Pallium miſit verſicoloribus figuris pavonum, ut videtur, intextum.* Matth. Weſtmonaſter. an. 1026. *Pallium obtulit variis coloribus, & pavonum figuris contextum.* Vita Garnerii Præpoſiti S. Stephani Divion. *Nec non & pallium optimum pavonibus ordinatis intextum.* Sed his locis idem eſſe quod *Pavonatile* prorſus cenſuerim, ita ut nec reapſe pavonum figuras intextas fuiſſe panno exiſtimandum ſit. Vide Anaſtaſium in Vitis PP. pag. 211.

Pavorabilis, qui *pavorem* & metum infert. *Signa pavorabilia & inſolita*, apud Adamum Bremenſem cap. 187.

Paupada. Tabularium Abbatiæ Conchenſis in Ruthenis ch. 97. *Et inter totas unum receptum, illi manſi de Serons una paupada de Canbe*, i. faſcis Cannabis, *poupée*, (vox noſtris hac notione uſurpata) quod complicatus *puparum* infantilium ſpeciem referat.

Pauper. Cælius Aurelianus Siccenſis lib. 1. Chron. cap. 1. *Sicut enim Themiſon ait, eſt natura caput carnibus pauperum, & nervoſum, & duris cutibus & capillis obtectum.* Ubi *pauperum* dixit, pro *carens*.

Paupertas, ſimili notione, defectus. Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 5. *O ſi te habuiſſet Maſſilia Sacerdotem, nunquam naves oleum aut reliquas ſpecies detuliſſent, niſi tantum chartam, quo majorem opportunitatem ſcribendi ad bonos infamandos haberes. Sed paupertas chartæ finem imponit verboſitati.* Marbodus in Vita S. Roberti Abbatis Caſædei n. 1. *Neque enim timendum eſt ne paupertas orationis divitias rerum exhauriat.*

Pauperes Chriſti, dicti primitus Cartuſienſes. Guigo Prior Cartuſiæ ſecundus in Epiſt. dedicatoria ad librum de Quadripertito exercitio cellæ: *Reverendiſſimo Domino & Patri in Chriſti viſceribus dilectiſſimo B. Priori Pauperum Chriſti, qui in Wittcham commanentes, Ordinem ſunt Cartuſienſem profeſſi*, &c. Ita Guigo Prior V. majoris Cartuſiæ in prologo ad vitam S. Hugonis Epiſcopi Gratianopol. *Domino Patri cariſſimo ac reverendiſſimo Sedis Apoſtolicæ Pontifici Innocentio, Cartuſienſium pauperum ſervus inutilis Guigo, perpetuam ſalutem.* Et Cartuſienſes Majorevi inter Epiſtolas Petri Cluniac. lib. 6. Epiſt. 23. *Petro — Cluniacenſium Abbati, frater humilis Pauperum Majorevi Prior vocatus, cum eiſdem pauperibus, æternam à Domino ſalutem.*

Pauperes de Lugduno, hæretici, qui vulgo *Valdenſes*: de quorum hæreſi ac nomenclatura, ſic Reinerus contra Valdenſes cap. 5. *Secta pauperum de Lugduno, qui etiam Leoniſtæ dicuntur, tali modo orta eſt. Cum cives majores pariter eſſent in Lugduno, contigit quendam mori ſubito coram ex iis. Unde quidam inter eos tantum fuit territus, quod ſtatim magnum theſaurum pauperibus erogavit: & ex hoc maxima multitudo pauperum ad eum confluxit, quos ipſe docuit habere voluntariam paupertatem, & eſſe imitatores Chriſti & Apoſtolorum. Cum autem eſſet aliquantum literatus, novi Teſtamenti textum docuit eos vulgariter: pro qua temeritate cum fuiſſet reprehenſus, contempſit, & cœpit inſiſtere doctrinæ ſuæ, dicens diſcipulis ſuis, quod Clerus, quando mala vita eſſet, invideret ſanctæ vitæ ipſorum, & doctrinæ. Cum autem Papa excommunicationis ſententiam tuliſſet in eos, pertinaciter contempſerunt: & ſic uſque hodie in omnibus terminis illis proficit doctrina ipſorum & rancor.* De his conſulendi præterea Conradus Uſperg. an. 1212.

Conradus

Conradus Marpurgenſis de S. Elizabeth p. 284. Concilium Tarraconenſe an. 1242. ſub finem, denique Jacobus Gretzerus in Prolegomenis ad ſcriptores contra Valdenſes cap. 2. Vide *Valdenſes*. *Albigenſes*. *Boni homines*, &c.

Pauperes Minores. Vide *Minor*.

PAUPERARE, Pauperem facere, Gall. *Appauvrir*. Vox veteribus nota apud Nonium. Gloſſæ antiquæ MSS. *Pauperantur*, *pauperes efficiuntur*. Chromatius Aquileienſis Epiſcop. Homil. 2. *Talium ergo pauperum Dominus docet eſſe regnum cælorum, qui ſe cauſa religionis ac fidei ſeculo pauperaverunt, ut locupletem S. Spiritum poſſiderent*. Utitur etiam Petrus Bleſ. ſerm. 6.

Depauperare, Privare. Alanus de Inſulis in Anticlaudiano lib. 4. de Luna:

Quomodo junctus ei Phœbus depauperat illam
Luce, &c.

Idem in Planctu Naturæ:

Quo Phœbus noctem propriis depauperat horis.

Ibidem: *Sororem etiam quam ſui ſplendoris depauperaverat ornamentis, — jubet occurrere*. Adde p. 301. & in lib. 4. Anticlaudiani c. 6. l. 6. cap. 2. lib. 7. cap. 5.

Paupertare, idem quod *pauperare*. Concilium Ticinenſe ſub Benedicto VIII. PP. in Præfat. *Et hi maxime qui videntur eſſe rectores, modis omnibus quibus poſſunt, conculcant & paupertant.*

PAUPERIA, *Paupertas*, πενία, in Gloſſ. Gr. Lat.

PAUPERINUS, pro *Pauperinus*, de qua voce Varro lib. 1. de Vita populi Romani apud Nonium. Jonas Aurelian. lib. 2. de Cultu imag. *Contra ſanctam Eccleſiam magno cum ſupercilio & pompa armorum bellaturus, pauperina ejus arma contemnens procedat.*

PAUPERTAS; *Adoleſcentia, ſive juventus*, in Gloſſis MSS. ad Concilium Carthagin. c. 16.

Paupertas, πτωχεῖον, domus ubi pauperes aluntur, in Charta Sohieri Caſtellani Deſpauhenſis an. 1080. apud Joan. Carpentarium in Hiſt. Camerac. 4. part. p. 11.

Paupertatem probare tenetur, in Conſuetudine Pontivenſi, qui prædia ſua alienare vult. *Neceſſité jurée*, id eſt *neceſſitas vel paupertas jurata*, ſeu virorum legalium ſacramento firmata. Lex Vervinenſis an. 1233. art. 8. *Et ſciendum quod nullus hominum hujus libertatis terram ſuam niſi paupertate coactus, & etiam conſideratione Villici & Scabinorum vendere poterit*. Charta Hugonis Caſtellani Gandenſis an. 1238. *Præfati Gerardus & Perona fidem & juramentum præſtiterunt corporale, quod paupertate compulſi dictam werpitionem faciebant: quam paupertatem bene & per legem ſub mcorum hominum teſtimonio probaverunt*. Lex Saxonum tit. 54. §. 1. *Nulli liceat traditionem hæreditatis ſuæ facere, præter ad Eccleſiam, vel Regi: nec hæredem ſuum exhæredem faciat, niſi fortè famis neceſſitate coactus, ut ab illo qui acceperit ſuſtentetur*. Leges Burgorum Scoticor. c. 125. §. 5. *Omnia iſta quæ ad jus hæreditarium pertinere dignoſcuntur, vendi poſſunt in legitima ſua poteſtate, ſi dominus eorundem paupertate & neceſſitate compulſus fuerit, & hoc teſtificetur per 12. legales homines*. Subdit c. 127. §. 5. *Videlicet per 4. manentes ex una parte, & 4. ex alia parte, & 4. ex oppoſito domus ſeu manſionis: aliter enim venditio nulla eſt*. Adde c. 11. §. 2. & Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 117. §. 1. Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap. 187. *Hom ou fame qui a fié ne peut vendre partie de ſon fié, mais tout ſon fié peut l'on bien vendre par ladite aſſiſe: Et l'aſſiſe de la venté des fiés eſt tel, que l'om peut, & doit ſe vendre pour dethe conne, ou provée en court; ſe celui de qui eſt le fié ne n'a autre choſe que ce que il puiſſe la dette paier que de la vente dou fie*, &c. Vide Speculum Saxonicum lib. 1. art. 34. §. 1. art. 52. §. 3. Hinc *propria*, ſeu *proprietates* alienari non potuiſſe, nec dari vel diſtrahi, niſi proximis affinibus, ex cauſa paupertatis, evincit præterea Charta ex Tabulario Vindocinenſi, quam deſcripſit Gallandus lib. de Franco-alodio p. 21. 22.

Paupertas, *Paupertatiuncula*, pauperis qualiſcumque facultas. Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ fol. 13. *Vovimus circa domum noſtram conſtruere ad divinum honorem Eccleſiam, & juxta vires paupertatis noſtræ dotare*. Charta Witlafii Regis Merciorum, apud Ingulfum pag. 856. *Offero & ego magno altari prædicti Monaſterii de paupertate mea calicem aureum, crucem auream*, &c. Stephanus Epiſcopus Rhedonenſis in vita S. Guillelmi Firmati n. 17. *De mea, inquit, paupertate quod potui Sanctitati veſtræ detuli munuſculum*. Vita S. Materniani Epiſcopi Remenſis n. 11. *Filioſque ejus duos in gravi cuſtodia recluſerat, eo quod ſegetes paupertatis ſuæ ab illius potentis famulis vel animalibus defendere auderent*. Adde S. Anſelmum lib. 4. Epiſt. 86.

Paupertaticula. Charta an. 778. apud Perardum p. 11. *Ut aliquid de paupertaticula noſtra ad ipſum locum, vel ſuis cuſtodibus concedere valeamus*, &c. Atque fortè ſic legendum in Tabulario Brivatenſi ch. 305. *Inconvulſa cuſtodiatis ea quæ de paupertacula noſtra non ſecundum velle, ſed ſecundum poſſe reſtaurare cupimus*. Hiſtoria Tranſlat. S. Gorgonii Mart. n. 9. *Proclamare cœpit, ne ei ſuam paupertatiunculam tolleret.*

PAUSA; Requies, ceſſatio alicujus rei; mora, noſtris *Pauſe*; vox veteri Latio cognita, Lucilio, Claudio in Annalibus, Lucretio, Plauto, & à ſequiori revocata. Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 21. *Nec illam pauſam placebat prolongari.*

Pauſa, deinde dicta ea requies quæ ſomno carpitur. Meſſianus Presbyter in vita S. Cæſarii Arelat. *Inter pauſas ſomni, quas jam ætas non ſolùm exigebat, ſed etiam pro infirmitate aliquotiens premebat*, &c. Hinc *Repoſer* noſtris, pro *dormire*, quomodo *Repauſare* dixit Ailredus Rievallenſis in Vita Edwardi Confeſſoris, de 7. Dormientibus: *Iis quippe 70. annis — in ſiniſtro latere repauſabant*. Et Helinandus in Chronico p. 77. *Quem reſuſcitatum juſſit veſtiri & repauſari.*

Pauſa, pro tumulo ac ſepulchro uſurpari cœpit, quod mors *Pauſa* ſit vitæ malorum. Vetus Inſcriptio, 690. 5.

Jam datus eſt finis vitæ, jam pauſa malorum
Vobis quas habet hoc gnatam matremque ſepulchrum.

Vita S. Winoci Abbatis cap. 18. *Tandem viſere locum venit, quo pauſam membrorum S. Winocus elegit.*

Pauſare, Ceſſare ab aliqua re. Gloſſæ: *Pauſat*, ἀναπαύει. Lex Bajwar. tit. 6. cap. 2. §. 4. *Pauſet die dominico uſque in ſecundam feriam*. *Pauſare*, dormire, *repoſer*. Aldhelmus de Laudibus virginitatis c. 12. de S. Ambroſio: *Infantulus cum in cunis ſupinus quieſceret, ex improviſo examen apum ora labraque ſine periculo pauſantis complevit*. Vita S. Tillonis Monachi n. 22. *Cùm quadam nocte omnes pauſare cœpiſſent fratres*. Saxo Grammatic. l. 1. *Nec ſinit pauſare noctu mergus altè garrulus.*

Pauſare & *Pauſantes* dicuntur mortui, qui ab hac vita temporanea ad cæleſtem evocati, à laboribus ſæculi demum quieſcunt. Concilium Aurelian. cap. 6. & Capitula Theodori Cantuar. cap. 55. *Quando recitantur pauſantium nomina*. Caſſianus Collat. 2. cap. 5. *Memoria & oblatione pauſantium judicaretur indignus*. Ita *Pauſantes* habent Commodianus inſtr. 42. Petrus Bleſenſis ſerm. 29. & S. Bernardus ſerm. 18. in Cant. *Pauſare*, in tumulo quieſcere. Vetus Inſcriptio 1050. 9. *M. M. Aurelia Pum. Vitalia matri piiſſimæ quæ vixit annis xx. Julianæ conjugi ſanctiſſimæ, quæ vixit annis xx. & dominæ ſororis quæ vixit annis ii. Aurelius Euſebius contra votum. fidel. pauſam*. Traditiones Fuld. lib. 2. cap. 139. *Monaſterium S. Salvatoris, in quo egregius martyr Chriſti Bonifacius ſacro pauſat corpore*. Hinc

Pauſatorium, Sepulchrum, Cœmeterium. Papias: *Kimeterium, pauſatorium, vel dormitorium*. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrenſis n. 3. *Concremare tanti patris pauſatorium ſtudentes*. Theodericus Mon. in Hiſt. Invent. S. Celſi Epiſc. Trevir. n. 16. *Cum diu noctuque Fratres — in pauſatorio juſtorum — divinum frequentarent officium*. Diedericus Monachus de Illatione S. Benedicti cap. 7. *Ut quantocius loco renovato clementiſſimus*

habitaret pauſatorium quod ſibi delegit — libens reviſere dignaretur.

Pauſatorium, Cœnaculum. Charta an. 1153. apud Ughellum in Epiſc. Patavin. ſic clauditur: *Actum in Epiſcopali domo in pauſatorio vel cenaculo dom. Epiſcopi.*

Pauſatio, Mors, obitus, *dormitio*. Kalendarium Romanum vetus apud Allatium de Hebdom. & dominic. Græc. p. 1491. *XVIII. Kal. Sept. ſolemnia de pauſatione ſanctæ Mariæ.* Vide *Inciſio*.

Repauſare. Hiſtoria Wambæ Regis Gothor. *Ubi duobus diebus exercitum repauſato*, &c.

Pauſarii, qui dicantur Latinis, vide Salmaſium ad Hiſt. Aug. p. 166.

Pauſare, pro *ponere*, *deponere*. Lex Alemann. tit. 45. *Et pauſant arma ſua joſum*. Gall. *Poſent les armes jus, bas.*

Pauſana, Induciæ, cum bellum *pauſat*, ceſſat. Luitprandus in Legat. *Pauſanas exigis, quas nec te exigere, neque nos concedere ratio ipſa compellit.*

Pauſatim, per *pauſas*, *Gallice*, *pauſement*. Statuta Synodalia Nicolai Epiſc. Andegav. an. 1272. *Pauſatim faciant cum campana pulſari.* *Pauſatè*, dixit eadem notione Arnobius lib. 5. adverſus Gentes.

Pauſidium. Requies. Lambertus Ardenſis p. 79. *Albellus cum tilia juxta crucem ad peregrinorum & quorumdam viatorum ibi plantata eſt requiem & pauſidium.*

Pauſum, locus ubi pauſatur. In ſigilli Hugonis Ducis Burgundiæ & Albonii Comitis Chartæ an. 1189. appenſi averſa parte extat Caſtellum tribus inſtructum turribus, quas inter exarati leguntur hi characteres, PAUCIUM VIANTIS, in circulo verò, *Sigillum Hugonis Comitis Albonii.* Extat apud Perardum in Chartis Burgundicis p. 262.

PAUSEA. Jo. de Janua: *Pavia, à pauco, vel pauſia quoddam genus olivæ, quam corruptè ruſtici pauſeam vocant, viridi oleo & ſuavi: ſic dicta quod paviatur, i. tundatur.*

PAX, Venia, dimiſſio, & abſolutio delictorum quæ fit à Sacerdote, reconciliatio, communio, ſeu potius admiſſio pœnitentis in communionem Eccleſiæ: quæ *Pax Eccleſiæ* dicitur in Concilio Taurin c. 6. Aurelianenſi III. can. 16. Aurelian. IV. c. 13. 26. S. Cyprianus Epiſt. 11. *Cùm ante actam pœnitentiam, ante exomologeſim graviſſimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Epiſcopo & Clero in pœnitentiam impoſitam, offerre lapſis pacem, & Euchariſtiam dare, id eſt ſanctum Domini profanare, audeant.* Epiſt. 23. *Mandat pacem dari, & peccata dimitti.* Epiſt. 52. *Ut lapſis, infirmis, & in exitu conſtitutis pax daretur.* Et lib. de Lapſis: *Ante expiata delicta, ante exomologeſim factam criminis, ante purgatam conſcientiam ſacrificio & manu Sacerdotis, ante offenſam placatam indignantis Domini & minantis, pacem putant eſſe, quam quidam verbis fallacibus venditant.* Atque hac notione uſurpat paſſim idem Cyprianus, quomodo etiam accipitur in Concilio Elibert. can. 61. & in Conſult. Zachæi lib. 2. cap. 18.

Pacem à Martyribus & Confeſſoribus, libellis ab eis acceptis, expetere, impetrare, habet non ſemel idem Cyprianus Epiſt. 14. 15. &c. ut & Tertullianus ad Martyr. *Pax veſtra bellum eſt illi: quam pacem quidam in Eccleſia non habentes, à Martyribus in carcere exorare conſueverunt.* Quæ quidem *pax*, inquit Pamelius, non aliud videtur fuiſſe quàm relaxatio ſatisfactionis per Epiſcopum pœnitentibus impoſitæ, atque ad Eccleſiæ communionem ante expletum præſcriptæ pœnitentiæ tempus admiſſio. Eorum autem libellorum formulam tradit idem Cyprianus Epiſt. 22. *Cùm benedictus Martyr Paulus adhuc in corpore eſſet, vocavit me, & dixit mihi, Luciane, coram Chriſto tibi dico, ut ſi quis poſt arceſſitionem meam abs te pacem petierit, des in nomine meo.*

Pax vobis, prima vox Domini ad diſcipulos, quando eis poſt Reſurrectionem apparuit. Eſt autem formula ſalutationis ad populum in Miſſa, qua Epiſcopi utuntur, ut autor eſt Alcuinus lib. de Divin. offic. cap. *Quid ſignificent veſtimenta.* Beletus de Divin. offic. cap. 36. ait orationem qua Sacerdos populum ſalutat, *Dominus vobiſcum*, ſumptam ex veteri Teſtamento; ex libro Ruth, pertinere ad minores Sacerdotes: aliam verò, *Pax vobis*, ſumptam ex Evangelio, ſolum ſpectare ad Epiſcopos, & qui iis ſunt ſuperiores: *Quo*, inquit, *ſanè illud expreſſe innuitur, quod novum Teſtamentum dignius ſit veteri.* Ordo Romanus: *Poſtea ſalutans populum Pontifex, dicit, Pax vobiſcum, ſive Pax vobis; Sacerdos autem, Dominus vobiſcum*, &c. Ad calcem Chronici Reicherſperg. addita ſunt quædam à Chriſt. Gewoldo Diplomata Pontificum Roman. atque in iis unum Leonis VII. PP. ubi hæc habentur: *Conſultum eſt etiam utrum Epiſcopi Pax vobis, an Dominus vobiſcum pronuntiare debeant. Sed non aliter per omnem provinciam tenendum eſt, quam in ſancta Romana Eccleſia. In Dominicis enim diebus & præcipuis feſtivitatibus, atque Sanctorum natalitiis, Gloria in excelſis Deo, & Pax vobis pronuntiamus. In diebus verò Quadrageſimæ, & in IV. Temporibus, ſive in vigiliis Sanctorum, & in reliquis jejuniorum diebus, Dominus vobiſcum tantùm dicimus.* Vide Lambertum in vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 8. Durandum lib. 4. cap. 14. n. 7. & Menardum ad lib. Sacramentorum Gregorii M. p. 66.

Pax Domini, idem quod *Pax vobis*. Joan. Abrincenſis Epiſcop. de Offic. Eccl. *Quod ſolus Epiſcopus ſalutando populum, Pax Domini dicit, oſtendit eum eſſe vicarium Chriſti, qui reſurgens à mortuis, pacem Apoſtolis nuntiavit.*

Pacem dare, Oſculari: oſculum enim pacis eſt ſymbolum & concordiæ. Vita S. Sifredi Epiſcopi Carpentoratenſis apud Vinc. Baralem: *Cumque ex more pacem omnibus daret, cæcum oſculatur*, &c. Hiſtoria de exilio S. Martini PP. p. 101. *Et ſurgens — dicit ad* [illegible] *concurrentium ſibi dilectum, qui erat ibi: Veni, domine frater, & da mihi pacem — non valens ergo, & aiebat, exhibere ſeipſum, vocante eum beato ad oſculum, irrugiit frater ut leo.* Anaſtaſius in Stephano IV. PP. *Et ibidem ſimiliter in ſella Pontificali ſedens, tribuenſque denuo, ut mos eſt, pacem, aſcendit rurſum, & menſam, ut aſſolent Pontifices, tenuit.* Concilium Duziacenſe I. part. 2. c. 33. *Tunc domnus Rex pacem illi dedit, & ego* (Hincmarus) *poſt illum.* Vetus Expoſitio Miſſæ: *Deinde das pacem altari, vel patenæ.* *Pacem offerre*, in Regula SS. Patrum cap. 8. *Exhibere pacem peregrino advenienti*, in Regula Patrum ad Monachos cap. 3. *Sociari hoſpiti advenienti in pace*, eidem *Pacis oſculum offerre*, in Regula S. Benedicti cap. 53. Vide *Oſculum pacis.*

Pax Dei & Eccleſiæ. Vide *Treuga Dei.*

Pax Eccleſiæ, Immunitas, privilegia quibus illa munitur, quæ quis infrinxit, reus fit fractæ pacis Eccleſiæ. Concilium Berghamſtedenſe anno 697. c. 2. *Pacis Eccleſiæ (quod Mundburgum vocant) 50. ſolidorum eſto compenſatio.* Ita pax Eccleſiæ accipitur in Capitulari Bajwarior. an. 788. c. 2. in Capitulari an. 801. c. 2. in Capitul. an. 808. c. 2. in Capitul. 1. an. 810. c. 18. in Capitul. 2. an. 813. c. 2. in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. c. 15. &c.

Pax Eccleſiæ, de reis qui ad Eccleſias, veluti ad aſylum confugiunt: tum enim *pacem Eccleſiæ* habere dicuntur. Capitularia Caroli M. l. 5. c. 90. & Concilium Moguntiac. c. 39. *Reum confugientem ad Eccleſiam — rectores Eccleſiarum pacem, & vitam ac membra ejus obtinere ſtudeant.* Lemma capitis eſt, *Ut Eccleſia pacem habeant.* Capitulatio ejuſdem Caroli de Partibus Saxoniæ cap. 1. *Si quis confugium fecerit in Eccleſiam, nullus eum de Eccleſia per violentiam expellere præſumat, ſed pacem habeat uſque dum ad placitum præſentetur, & propter honorem Dei, Sanctorumque Eccleſiæ ipſius reverentiam, concedatur ei vita & omnia membra.*

Vide Capitulare Bajwarior. an. 788. c. 2. Fleta lib. 1. c. 29. §. 1. *Conſtitutum eſt enim quod Eccleſia Anglicana ſua habeat jura, libertateſque ſuas illaſas. Item quod Pax Eccleſiæ & terræ inviolabiliter obſervetur, ita quod communis juſtitia ſingulis pariter exhibeatur.* Apud Rogerium Hovedenum p. 777. Philippus Bellovacenſis Epiſcopus, qui in turri Rothomagenſi ſervabatur captivus, evocatus in hoſpitium Alienoris Reginæ Angliæ, dum tranſiret per atrium cujuſdam Eccleſiæ, arrepto ejuſdem Eccleſiæ annulo, exclamavit dicens, *Peto pacem Dei & Eccleſiæ.* Lege quippe Edwardi cap. 6. *Quicunque reus vel noxius ad Eccleſiam cauſa præſidii confugerit, ex quo atrium Eccleſiæ tenuerit, a nemine inſequente nullatenus apprehenditur.* De hac pace Eccleſiæ intelligenda etiam Charta Adelſtani Regis Anglor. in Monaſtico Anglicano to. 1. p. 173. *Sciatis quod ego confirmo Eccleſiæ & Capitulo Ripon. pacem ſuam, & omnes libertates & conſuetudines ſuas.* Adde pag. 577. Concilium Ænhamenſe an. 1009. c. 9. Leges vernaculas Willelmi Nothi c. 1. Ricardum Haguſtadenſem in Deſcriptione Haguſtadenſis Eccleſiæ cap. 14. eundem de Epiſcopis Haguſtad. cap. 5. &c. Quando verò jure aſyli donatæ fuerint ædes ſacræ apud Chriſtianos, ſat multis docet Jac. Gotofredus ad l. 1. Cod. Th. de His qui ad Eccleſ. confug.

Apud Anglos qui ad Eccleſiam confugiebat, aut locum alium religioſum, vel aſyli privilegio donatum, ſiquidem crimen, de quo incuſabatur, à ſe admiſſum fateretur, regnum abjurare tenebatur, & eligere portum aliquem per quem tranſire poſſet ad terram aliam extra regnum Angliæ quia non tenebatur abjurare terram & poteſtatem Regis præcisè, ſed tantùm regnum Angliæ. Quo caſu computari ei debebant rationabiles dietæ uſque ad portum illum, (aut tranſitum per talem villam, ſi per continentem exire eligeret) & debebat ei interdici ne exiret regiam viam, nec moram faceret alicubi per duas noctes, — ſed ſemper tenderet recta via ad portum; ita quod ibi eſſet ad diem ſibi datum, & quod transfretaret quamcito navem haberet & ventum, niſi tempeſtate eſſet aut aliquo imminenti periculo impeditus. Morari autem poterat in Eccleſia per 40. dies, nec intererat an eſſet tantum accuſatus vel judicio condemnatus. Hæc fere Bracton lib. 3. Tract. 2. cap. 16. §. 1. & autor Fletæ lib. 1. cap. 29. Vide *Abjurare, Dextri, Immunitas,* & *Salvitas.*

Pax Regis. Regia protectio, *Sauvegarde Royale.* Concilium Ænhamenſe an. 1009. c. 9. *Fruatur unaquaque Eccleſia pace Dei, pace Regis, & pace omnium Eccleſiarum.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 53. *Omnis homo pacem habeat, quam Rex ei dabit.* Cap. 76. de crimine homicidii: *Et cum hoc factum erit, elevetur inter eos pax Regis.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 31. *Firma pax teneatur & ſervetur ubique per totum regnum, inter omnes ſubditos Domini Regis ad pacem ſuam exiſtentes: ita quod nullus de cætero moveat guerram contra vicinos ſuos quoſcunque, ſub pœna plenaria foriſfacturæ.* In Speculo Saxonico lib. 3. art. 2. Clerici dicuntur *pace quotidiana imperii communiri.*

Ad pacem redire dicitur, *utlagatus* & proſcriptus, cùm a Rege recipitur, ejuſque pacem, qua cæteri ſubditi fruuntur, denuo conſequitur. Bracton lib. 3. Tr. 2. c. 11. §. 2. de malefactore: *Oportet quod redeat ad pacem infra tempus præfinitum, vel quaſi inobediens legi — utlagetur.* Cap. 14. §. 12. *Non enim poterit Rex gratiam facere cum injuria & damno aliorum: poterit quidem dare quod ſuum eſt, hoc eſt pacem ſuam; quam utlagatus amiſit,* &c.

Pacem proclamare. Silentium indicere, quomodo etiamnum cùm alios ſilere jubemus, *Paix, Paix*, dicimus. Siquando enim pax publica infringeretur, tum ab omnibus jurgantes admonebantur pacis indictæ, hacce voce, *Pax*: quod maximè in duellis obtinuit, ne quis decertantium partes amplecteretur. Quoniam Attachiamenta cap. 73. de pœna non ſilentis tempore duelli: *Item ſtatutum eſt, quod poſtquam Pax proclamatur in Palatio Domini Regis, vel in platea, ubi pugna duorum hominum vadiatur: nemo loquatur præter eos qui debent cuſtodire plateam aut Palatium. — & ſi quis poſtquam Pax tueri debet, loquutus fuerit,* &c. *Le Roman de Philippe de Macedoine MS.*

Li Rois li diſt, faites pais,
Eſcoutez ce que dire je vueil.

Littera pacis, quam vulgo *Remiſſionem* vocant, quæ criminis admiſſi abolitionem continet, & a ſolo Rege concedi & impetrari ſolet pro quolibet crimine, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 2. §. 5.

Pax Regis multiplex eſſe dicitur in Legibus Edwardi Confeſſor. cap. 12. ſcilicet ipſius manu, vel brevi data, vel in diebus coronationis, vel in præcipuis anni feſtivitatibus, vel in quatuor viis regalibus, vel denique in majoribus fluviis. Adde Henricum Knyghtonem lib. 4. de Eventibus Angliæ cap. 4.

Pax Regis ipſius *manu* vel *brevi data*, *quam Angli vocant Cynges honte ſealbe gryþ*, eadem eſt cum regia protectione, quæ brevi ſeu diplomate Regis manu ſubſcripto, alicui, vel Eccleſiis conceditur. Capitulare 2. an. 802. c. 17. *De his quos volumus ut pacem habeant, & defenſionem per regna Chriſto propitio noſtra.*

Pax Regis quæ ab ipſo datur cùm primum coronatur, *& dies durat octo*: de qua prætetea agunt eædem Leges cap. 31.

Pax Regis in præcipuis anni feſtis, in Natali ſcilicet Domini per dies octo, totidem in Paſchate, & totidem in Pentecoſte, cap. 12. & 31.

Pax Regis in quatuor præcipuis Angliæ viis regalibus, de quibus in voce *Ermingſtrete*, & in voce *Cheminus*, egimus. Pacis iſtius mentio eſt etiam in Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 30. & apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 23. §. 1. Matth. Weſtmonaſter. an. 1224. *Incipiens ergo Falcaſius recalcitrare, cepit quaſi in hoſtili guerra unum de Juſtitiariis Regis, ſcilicet Henricum de Braibrok, in pace Regis per ſtratam regiam itinerantem. Cheminus Regis infractus,* in Epiſt. Sugerii Abbatis 120. *Chimini* verò *minores de civitate ad civitatem ducentes, & de burgis ad burgos — ſub lege comitatus ſunt,* ut eſt in Legibus Edwardi Confeſſoris.

Pax Regis in *aquis nominatorum fluviorum, quorum navigio de diverſis locis victualia deferuntur civitatibus vel burgis.* Aquæ verò minores, perinde ac chemini minores ſub lege Comitatus ſunt.

Pax Curiæ Regis, quæ ſcilicet contineri debet intra Curiæ ipſius terminos, qui ita deſcribuntur in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 16. cujus titulus eſt, *de Pace Curiæ Regis: Nam longè debet eſſe pax Regis à porta ſua ubi reſidens erit à quatuor partibus loci illius, hoc eſt quatuor* (in aliis codd. *tria*) *miliaria & tres quarantena, & novem acra latitudine, & novem pedes, & novem palmæ, & novem grana ordei. Multus ſanè reſpectus eſſe debet, ac multa diligentia, ne quis pacem Regis infringat, maximè in ejus vicinia.* Adde cap. 68. & Bractonum lib. 3. tract. de Corona c. 25. §. 1. Charta Witlafii Regis Merciorum apud Ingulfum p. 856. *Quicumque in regno meo pro quocunque delicto, reus inventus & legibus obnoxius fuerit, ſi fugerit ad dictum Monaſterium, — ſicut in aſylo, vel in camera mea propria, pace mea & impunitate gaudeat.* Vide præterea Capitularia Carlomanni Regis tit. 3. c. 1. & infra in v. *Virgata.*

Pax ſancti Petri. Wichbild Magdeburgenſe art. 9. §. 2. *Unicuique Provinciæ jus ſancitum ac ſtatutum eſt. — Imperator verò de conſilio Romanorum demandavit & judicavit, ut civitates firmas cum muris, turribus ac propugnaculis — extruerent. Ipſis reïterantibus inſtanterque poſtulantibus declarari, ac ſtatui eis jus quo vivere debeant: ad inſtantiam tandem eorum Imperator*

dedit ac largitus eſt eis ius, quod quotidie in Curia uſi-
tatum fuit ſua, illudque cum veridicis confirmavit ſignis.
& manum deſuper extendit ſuam, ſtipulatione facta: &
Pax ſancti Petri cum ſigno Crucis eiſdem conceſſa. Id-
que ſignum huc uſque ſervatur, ubi civitates vel fora-
tia noviter fundantur, figitur crux in teſtimonium pa-
cis, quodque ibi cernatur municipalis Pax: appenduntur-
que Imperatoris ſignum, ut appareat de voluntate eius
id factum fore.

Pacis fractio, Infractio, cum *pax* indicta à Rege, vel ali-
cui, aut Eccleſiæ, locisve aliis conceſſa violatur. *Actio*
de pace fracta, in Speculo Saxonico lib. 1. art 59. §. 1.
lib. 3. art. 8. §. 36. in Wichbild Magdeb. art. 16. §. 3.
Nudè, *appellare aliquem de pace*, apud Bractonum lib. 3.
tract. 2. c. 24. §. 8. id eſt de pace Regis fracta. Mat-
thæus Paris an 1251. *Pacem regni & Coronæ Regiæ enor-*
miter læſerat, dum quaſi prædo violentus equum cujuſ-
dam famuli de Curia S. Albani abſtulit. — unde per
ipſum famulum de crimine pacis appellabatur, & im-
petrata litera in Curia Regis, Miles ſuper hoc crimi-
natus attachiabatur. Sanctæ pacem Eccleſiæ violenter in-
fringere, in Legibus Edwardi Confeſſ. cap. 7. cujus
criminis cognitio Epiſcoporum eſſe dicitur. *Infractio*
Pacis regiæ per manum vel breve datæ, & illius cogni-
tio, inter jura regia recenſetur in Legibus Henrici I.
Regis Angl. cap. 10. 12. 13. 16. *Actio de Pace Domi-*
ni Regis infracta, in Regiam Majeſtatem, lib. 1. cap.
3. § 8. Habetur Statutum Philippi Regis Franc. datum
in Parlamento Penteceoſtes die Mercurii ante feſtum S.
Lucæ an. 1279. quo quid ſit *infractio pacis*, declara-
tur, quod eruimus ex veteri Regeſto Cameræ Com-
put. Pariſ. Ita autem concipitur: *Ne ex omni delicto*
pacis fractio requiratur, & juriſdictiones dominorum, aut
communitatum ex hoc uſurpari contingat, frangi pacem,
ſeu violari tunc dicimus, cum in caſtris, aut civitati-
bus facta ſeditione publica, pars partem ejecerit, vel
cum armis invaſerit, vel civitas caſtrum, aut villa,
aut Baro, aut caſtri Dominus alii guerram moverint,
aut furtive caſtrum, aut villam, aut munitionem ſub-
traxerit. Quod ſi perſonæ privatæ in civitatibus, vel
municipiis ſeſe aggreſſæ fuerint, aut etiam paſtores in
paſcuis, veluti, ut ſæpe contingit, occaſione eorumdem
rixati, licet ad pacis non pertineant fractionem. Sanè
aggreſſores itinerum, ſive plures fuerint, ſive unus, pa-
cis violatores cenſendi ſunt, qui ſive ad manus Paciarii,
ſive ad ſui ordinarii manus devenerint, unus alteri eos
remittere minimè teneatur. Vide Michaëlem del Mo-
lino in Repertorio Fororum Aragon. in v. *Fractor pa-*
cis vel trenga.

Paci Regis ſtare, de fracta Regis pace juri ſtare. Statu-
tum Edw. I. Regis Angl. an. 21. *Qui ſe foreſtariis aut*
warennariis illis poſt clamorem & hutesium levata, ad
paci Regis ſtandum rectè reddere noluerint: immo ad
malitiam ſuam exequendam, & continuandam, & Pa-
cem Regis diffugiendam, fugam fecerint, &c.

Pacem Imperii & quietem habere dicuntur feudatarii,
non modo dum ſervitium & obſequium militare exhi-
bent domino ſuo Imperatori per ſex hebdomadas ratas
ac de jure feudali definitas, ſed etiam per totidem ſe-
ptimanas ante & poſt, *ita quod nullus dominorum ſuo-*
rum ipſum evocare valeat ad judicium feudale, nec quiſ-
quam aliquod judicium Cæſaris impetrare. Jus feudale
Saxonum cap. 5.

Pax villæ, Banleuca, diſtrictus urbis intra quem *Pacia-*
rii ſeu *Scabini* juriſdictionem habent. *Poteſtas & ter-*
minus pacis in Charta Communiæ Cerniacenſis an.
1184. Regeſtum Parlamenti Pariſ. ſignatum B. inter
Areſta Pentecoſt an. 1282. fol. 60. *Servientes Epiſcopi*
Laudunenſis, cuſtodes nemorum, & garennarum ſua-
rum, per villam & Pacem Laudunenſem deferre poſſunt
enſes ſuos cinctos ad latera, vel pendentes ad collum, ſive
ad humeros, & arcus ſuos diſtentos, ſicut voluerint. Et
fol. 77. *Pronuntiatum fuit, quod dicti Major & Sca-*
bini (villæ S. Richarii) *levabunt talliam à manenti-*
bus infra Pacem villæ, &c. Adde p. 108. Liber 8. Me-
morialium Cameræ Comput. Pariſ. *Dominus Hugo de*
Moy, dictus Triſtantus, Miles electus per Cameram
præſente Procuratore Regis Generali in officio Præpoſituræ
civitatis & Pacis Laudunenſis, tam in juſtitia, quam in
recepta, vacante per reſignationem in manibus Regis fa-
ctam per Joannem de Sarny Militem nuper Præpoſitum
ibi, per litt. Reg. 19. Sept. 1413. Communia Pacis Ru-
thenenſis, in libro 4. eorundem Memorialium fol. 3.
Terminus Pacis, ſeu banleuca, in Libertatib. villæ Cer-
niaci in agro Laudunenſi an. 1184. Hinc *maiſon de la*
Paix, domus Pacis, in Conſuetud. Montenſi c. 12. art. 2.
in qua conveniunt Scabini de rebus publicis cognituri.

Paciarius, Ædilis, Scabinus, qui pacem inter cives tue-
tur: *Præfectus Pacis, aut Decurio*, in l. 1. Cod. Th.
de Pignoribus: εἰρηνάρχαι, Græcis; *juré de la paix*; in
Conſuetudine Valentinianenſi art. 130. 132. 136. 138.
141. Vide Conſuetud. Tornacenſem cap. 12. & Buzeli-
num in Gallo-Flandr. lib. 3. cap. 15. p. 512. Libertates
villæ S. Deſiderii in Campania an. 1228. MSS. *Si diſ-*
ſenſiones aut guerra, aut aliquod aliud malum inter pro-
bos viros exoriatur, unde ad aures Scabinorum clamor
perveniat, ſalvo jure domini Scabini illud componere &
pacificare poterunt. Qui verò compoſitionem vel pacem,
quam ſuper hoc Scabini conſideraverint, ſequi noluerit,
forefactum 60. librarum incurret. Charta Jacobi I. Re-
gis Aragon. *Mandamus itaque Vicariis, Bajulis, Pa-*
ciariis, Juſtitiis, Judicibus, &c. Curia Generalis Bar-
cinonenſis an. 1283. ſub Petro II. Rege Arag. cap. 28.
Concedimus etiam — quod Paciarii & Jurati & Conſu-
les ſint in civitatibus, villis, & aliis locis noſtris in qui-
bus eſſe antiquitus conſueverunt. Curia generalis Ca-
talaniæ acta in villa Montiſalbi ſub Alphonſo Rege
Arag. an. 1333. *Ordinamus quod Conſiliarii, Paciarii,*
vel Jurati uniuſcujuſque capitis Vicariæ, &c.

Pacis adſertores, εἰρηνάρχαι, in Legibus Wiſigoth. lib. 2.
tit. 1. §. 16. ſunt *qui ſola facienda pacis intentione, Re-*
gali ſola deſtinantur auctoritate, qui eas ſolum dirimunt
cauſas, quas illis regia deputaverit ordinandi poteſtas.
Adde lib. 2. tit. 1. §. 26. *Præpoſiti pacis*, in l. 49. Cod.
Th. de Decurionib. ubi tamen quidam cenſent legen-
dum *præpoſiti pagis*, de quibus in l. 1. de Pignorib. eo-
dem Cod. & alibi.

Pax, Laudimium, id quod pro venditionis aut alienatio-
nis auctoramento, domino ſuperiori ſolvitur, quaſi ut
pax cum eo ineatur, & ut venditionem & alienationem
non interturbet, dato ad id conſenſu ſuo. In Con-
ſuetudinibus Municip. Toloſæ part. 4. tit. de Feo-
dis art. 9. ſtatuitur dominos feodales non teneri ad
recipiendos, aut inveſtiendos vaſſallos, *niſi prius ſa-*
tisfecerint iiſdem dominis de Pax, vel aliter inter ſe cum
eodem concordaverint. Adde part. 3. tit. de Rerum com-
munium diviſione, part. 4. tit. de Feud. art. 17. Char-
ta an. 1183. pro lanionibus Toloſanis, in Regeſto To-
loſ. *Habeat dominus Comes, vel ſuus Bajulus, ſuos pax*
integrè.

Salva veſtra pace, formula loquendi etiam haud omnino
extra uſum apud nos. *Sauf voſtre paix.* Goffridus Vin-
docin. lib. 3. Epiſt. 18. *Et ideo ſalva veſtra pace dici-*
mus, quod, &c. *Pace tua*, apud Joan. Sariſberienſem
Epiſt. 203. initio.

PAXERA, *Paxeria, Praxeria*, Palorum contextus ac ſe-
ries in molendinis, in pontibus, & alibi. Occitanis,
Paiſſiero, agger molendini. Tabularium Silvæ latæ
apud Marcam lib. 6. Hiſt. Beneharn. c. 7. *Vendidit*
Fratribus de Silva lata agrum qui eſt juxta paxeram mo-
lendini, &c. Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib.
ch. 45. *Cunctos portus, & cunctas paxerias, quæ ibidem*
ſunt in dominio, ad Monachos cedimus. Charta an. 1250.
Cum piſcationes quæ fiunt à paxeria pontis inferius, uſ-
que ad paxeriam molendinorum de ſilo ſint noſtra, &c.
Charta an. 1298. in Regeſto Philippi Pulchri Reg. Fr.
an. 1299. n. 13. *Item in paxeriis aquæ Garonæ octavam*
partem, &c. Infra: *Solidos debitos annuatim pro tribus*

paxerii quas tenebant ab eodem in aqua Garonæ. Vide in *Cleia*.

Paſſeria, eadem notione. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 61. *Dedit etiam illis hominibus qui terram tenuerint, vel ibidem manſerint, uſuariam in ſilva, quæ vocatur Maeſta, ad domum ædificandam, ad molendinum faciendum, ad ſcluſam, ad paſſeriam, ad clauſuram ortorum*, &c.

Praxeria, pro *paxeria*, ſæpe etiam occurrit in veteribus Tabulis. Pactum initum inter Abbatem Galliacenſem & Raymundum Comitem Toloſanum an. 1231. in Regeſto Toloſano: *Item petebat molendina & praxeriam de ponte, quæ dicebatur ad Eccleſiam pertinere.* Charta alia an. 1231. ibidem: *De cenſu quem dom. Comes habet in nautis & piſcatoribus Toloſæ. In iſtis duabus aquis prædictis ubi poſſunt ingredi cum eorum corſeriis, excepto deves de Praxeria D. Comitis, quæ Praxeria eſt ante Blanhacum, ſcilicet dum prædicta Praxeria fuerit cledata, & poſtea dum fuerit deſcledata, quod debent & poſſunt piſcare ubicumque voluerint & deves ipſius Praxeriæ eſt devre carreria de orto D. Comitis*, &c. Alia an. 1244. in eodem Regeſto fol. 14. *Praxeriam illam & marguillum, quam & quod habemus in flumine Tarni*. &c. Alia an. 1236. ibid. fol. 51. *Molendina, & loca molendinorum, praxerias, & piſcarias, & queſtas, & toltas*, &c. Alia an. 1350. in Hiſt. Turenenſi p. 124. *Piſcationum, molendinorum, portuum, praxeriarum, inibi exiſtentium.*

PAXERE, pro *paſcere*, ſemel ac iterum occurrit in Charta Attonis Epiſcopi Pergamenſis an. 1072. in Hiſt. Pergam. to. 1. p. 274.

PAXILLARE, Paxillo vineam fulcire. Paxillum; *Paiſſeau*, plerique è Gallis vocant, quod alii *Eſchalas*: unde & *Paiſſelare*, *Ficher peſſeaux*, in Conſuet. Turonenſi art. 139. Bituric. tit. 15. art. 2. & Altiſiodor. art. 117. Charta an. 1267. in Tabulario Eccl. Autiſiodor. *Dictam tertiam partem vinearum tenebitur annis ſingulis excolere — videlicet circumfodere, tailliare, fodere, paxillare, binare, & rebinare.* In aliis Chartis eſt *paiſſelare*. Eadem notione uſurpat Petrus Bleſenſis ferm. 37. *Peſſons*, olim paxillos appellarunt noſtri. Guill. Guiart an. 1214.

Li autre vont tentes tendant,
Dont les peſſons fichent en terre;
C'eſt bien appert ſigne de guerre.

PAXIMATIUM, Παξαμάδιον. Græcis recentioribus: *Panis ſubcinericius*, in Gloſſis Iſidori: δίπυρος ἄρτος, *Panis recoctus*. Nam Heſychio δίπυροι ἄρτοι, dicuntur οἱ διπύρως ὀπτώμενοι. A *Paxamo* quodam appellatum *Paximatium* quidam cenſent, qui, ut autor eſt Suidas, ſcripſit ὀψαρτυτικά. *Panis Paximatius*, in Vita S. Severi Abb. Agathenſis c. 11. *Panis Paximatius*, apud Ordericum lib. 9. p. 740. *Paximatium panis*, in Regula S. Columbani c. 3. *Paximates ſimilaginei*, in Geſtis Abbatum Gemblacenſium pag. 534. vox paſſim obvia, qua præſertim utuntur Caſſianus de Inſtit. Cœnob. lib. 4. c. 14. lib. 5. c. 5. Collat. 2. c. 11. 19. 24. Collat. 12. c. 15. Collat. 19. c. 4. Pœnitentialis S. Columbani p. 102. Regula S. Fructuoſi cap. 9. Vita S. Macarii Abb. n. 34. Vita S. Joannis Abbat. Reomaenſis lib. 2. n. 4. Vita S. Præjecti n. 8. Petrus Damian. in Vita S. Romualdi n. 14. Vita S. Geremari Abb. c. 13. Vita S. Judoci c. 7. Luitprandus in Legat. &c. Ex Græcis verò Joannes Moſchus in Prato ſpirit. c. 184. Palladius in Hiſt. Lauſiaca c. 28. 151. Leo in Tactic. cap. 5. §. 28. cap. 10. §. 73. cap. 12. §. 123. cap. 13. §. 11. Tzetzes, Suidas, &c. Vide Salmaſium ad Vopiſcum pag. 373. 374. & Onomaſticum Roſweidi ad Vitas Patrum.

PAYARE, ſolvere, Gall. *Payer*. Utitur Bractonus lib. 3. Tract. 2. c. 1. Vide *Paga*, *Pagare*.

PAYSANÆ *aves*, vocantur eæ *quæ propter infirmitatem tranſire non poſſunt, cum ſint de ſpeciebus tranſeuntium, in regione in qua manent, & in ſua patria commorantes.* Fridericus II. de Arte venand. c. 17.

PEA. Charta an. 1123. in Tabulario Eccleſiæ Viennenſis fol. 71. *Petro Domnus Archiepiſcopus ei centum quinquaginta ſolidos dedit. & duas peas, domum videlicet Stephani Malerafi, & aitam quæ illi juncta eſt*, &c.

PECCAMEN, Peccatum. Prudentius in Apotheoſi:

Exin tincta malo peccamine principis Adæ
Infecit genus omne hominum.

Tranſlatio S. Baudelii Martyris: *Propter immanitatem peccaminum*. Vita MS. Magnobodi Epiſc. c. 2. *Pro diluendis originalibus peccaminum contagiis.* Adde Concilium Cloveshoenſe an. 747. c. 3. Occurrit paſſim. *Peccaminoſa vita*, apud Joannem Gerſenium lib. 3. de Imitatione Chriſti cap. 50. n. 6.

PECCARIUM. Vide *Bicarium*.

PECEIUM, fractura navium, en Gallico *Piece*, *depecé*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1317. apud Argentreum in Hiſt. Armoric. lib. 5. cap. 34. *Exceptis & retentis dicto Duci (Britanniæ) & ejus hæredibus in prædictis locis omnibus & ſingulis regalia & gardia Eccleſiarum, peceio ſeu naufragio marino, forisfacturis, emendis, & emolumento ex fractura navium, & ratione præmiſſarum peceii & naufragii ob defectum brevetorum eiſque in præmiſſis locis univerſis & ſingulis, ac in mari circumadjacenti obvenientium quoquo modo.*

PECIA, *Petia*, *Petium*, Fragmentum, fruſtum, membrum: noſtris *Piece*. Auctor Mamotrecti 29. Exodi: *Fruſtum, pars ſive pecia.* Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 11. *Imperator magnum oſtendens gaudium, mutare jubet nigras veſtes, — & pro novis indumentis donat petias de ſcarleto.* Benedictus XII. PP. lib. Secret. Epiſt. 147. *Diverſis ſe nominibus appellantes diverſorum colorum ſeu petiarum variarum curtos & deformes geſtans habitus, ab illis quibus fratres Minores utuntur, plurimum diſcrepantes.* *Petia terræ*, modus agri, quomodo etiam vulgo dicimus, *Piece de terre*. Charta Alrici Epiſc. Aſtenſis an. 1029. apud *Luchiezza* in Hiſt. Eccl. Pedem. c. 22. *Detinemus ad noſtram proprietatem petiam unam de terra intra hanc Secuſienſem civitatem poſitam.* Vide ibid. p. 233. 311. Petrum Joffredum in Nicia p. 159. Petrum Diacon. lib. 4. Hiſt. Caſin. cap. 18. 53. ult. edit. &c. Ita

Petium terræ, crebro uſurpat Tabularium Caſaurienſe: *Primum petium de terra, ubi vinea plantata eſt*, &c.

Pecium. Statutum S. Ludovici an. 1255. c. 26. de meretricibus: *Bona earum per locorum judices capiantur, vel auctoritate à quolibet occupentur, etiam uſque ad tunicam vel pecium.* Abſunt hæc poſtrema verba apud Nangium p. 363.

Peciola. Speculum Vitæ S. Franciſci: *Fr. Leoni B. Franciſcus ſua ſtigmata committebat tangenda, ut novas peciolas (id eſt linteola) apponeret, amotis aliis ſanguine cruentatis.* Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis: *Peciolas duas de terra culturale.* Alia ibid. *Peciolas de terra duas*, &c. Adde Chronicon S. Benigni Divion. p. 409. Hinc

Peciatus, & *Repeciatus*. Vita B. Hermanni Joſephi n. 41. *Cum manicis peciatis.* Vita B. Margaretæ Hungaricæ cap. 2. *Portabat veſtes laceras & repeciatas.*

Depeczatus, in Concilio Andegavenſi an. 1365. c. 23. Salmaſius vocem hanc à *Pittacium* acceſſit, cui favet Will. Brito lib. 11. Philipp. ubi de tunica Militari;

Sic percuſſa patet, ſic interciſa minutis
Pittaciis pendet, &c.

Præterea Joan. de Janua: *Pittacium, dicitur illa corii particula quæ ſoleæ repeciatæ inſuta eſt, & dicitur à pingo: quia ſicut partes picturæ diſtinctè in pavimento ſunt, ſic apparent pittacia in calciamento: unde pittaciatus, i. repeciatus.*

Pecies occurrit apud Hyginum in Gromat. *Quorum pedatura in ſingulas pecies ad homines ſolet computari.* Sed Salmaſius *pedes* reſtituit.

PECIOLI, apud Apicium lib. 1. cap. 20. videntur eſſe

quos Columella & alii *pediculos* vocant, quibus fructus ramuſculis appendent. At Celſus lib. 2. *petiolos* de animalium pedibus uſurpat.

Pecorantes & *Sodomitæ*, junguntur in Fleta lib. 1. c. 37. §. 3. ἀλογοβάται, κτηνοβάται. Vide Meurſii Gloſſ. in ἀλογοβάτης.

Pecorarius, Bubulcus. Charta Deſiderii Regis Longob. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 7. *Qui ſit pecorarius, — qui vaccas ipſius Monaſterii paſcat*, &c.

Pecoria. Chronicon Afflegemienſe c. 20. *Duo prædia, quæ ſecundum linguæ ſuæ* (Flandricæ) *conſuetudinem pecorias appellant, pretio grandi comparavimus.*

Pectare, Solvere, *Pagare*, ex *Pactare*, pactum ſeu tributum ſolvere, præſtare. Vox olim Hiſpanis familiaris, qui & *peytare* dicebant. Charta Albeaceni Regis Mauri in Conimbra an. Chr. 734. apud Sandovallium: *Ego ordinavi quod Chriſtiani de meas terras pectent duplicìter quam Mauri*, &c. Occurrit ibi non ſemel vox eadem, tametſi pravè ſcripta. Alia Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Ovetenſis, an. 781. apud eundem: *Et quanta calumnia fuerit, pectent & emendent*, &c. Charta Adefonſi Regis Aragon. æræ 1160. apud Oyhenartum: *Et nullus homo qui vobis pignoraverit in iſtos montes ſupraſcriptos pectabit mihi 60. ſol.* Alia æræ 1167. *Et mando & concedo quod non pectetis pedagium neque leſda.* Alia Sanctii Regis Navarræ: *Et qui ſuper hoc meum donativum fecerit vobis aliquam contrariam, perdat meum amorem, & pectabit mille ſolidos.* Fori Jaccenſes: *Si quis rapuerit, vel furatus fuerit oves vel capras, pro unaquaque pectet novem.* Vide Biblioth. Cluniac. p. 1435. & in voce *Pactum*, *Peytare*.

Pecten, inter miniſteria ſacra recenſetur, quo ſcilicet Sacerdotes ac Clerici antequam in Eccleſiam procederent, crines pecterent. Teſtamentum Riculfi Epiſc. Helenenſis an. 915. *Pectenem eburneam unam, tabulas eburneas duas*, &c. Charta an. 1231. apud Catellum in Hiſt. Occitan. p. 901. *Sunt ibi octo cingula ſerica, & 6. pectines eburnei*, &c. Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1301. *Item pettenem unum de ebure, item calicem unum*, &c. Vide Monaſticum Anglic. to. 3. p. 314.

Pecticus, *Digeſtibilis, à pectus.* Jo. de Janua.

Pectinarium, Theca pectinis. *Etuy de peigne*: niſi ſit quod vulgo *peignoir* appellamus, linteum quod collo aptamus, cum capillos pectimus. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 18. *Cinctoria & corrigias femoralium, & vaginas, & pectines, & pectinaria, & cætera hujuſmodi cum opus fuerit, fratribus Veſtiarius miniſtrare debet.*

Pectinium, eadem, ni fallor, notione uſurpavit Sigebertus in Chronico: *Rejicientes à ſe quidquid regulæ refragabatur, froccas videlicet & pelliceas, eſtamina, caputia quoque & femoralia, pectinia, & coopertoria.*

Pectineum *opus*. Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli Londinenſis an. 1295. *Capa Fulconis Epiſcopi bene operata opere pectineo auro & argento.* Alibi: *Veſtimentum Fulconis Baſſet habet paruram de opere pectineo, cum roſis, arboribus, floribus, & beſtiis.* Occurrit ibi non ſemel. *Pectinator*, κτενιστής, in Gloſſ. Gr. Lat. Claudianus lib. 2. in Rufinum:

——— doctiſſimus artis

Quondam laniſicæ, moderator pectinis unci.

Pectorabiliter. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus æra 769. *Sed ubi gens Auſtriæ, mole membrorum prævalida, & ferrea manu perardua, pectorabiliter ferientes Regem inventum exanimant.* Id eſt in pectore.

Pectorale, Cingulum quo equi pectus ambitur, & ſtringitur, *Antilena*: ςηθόδεσμος, in Gloſſ. Gr. Lat. Gallis *Poitrail*. *Faſciæ pectorales*, apud Hierem. cap. 2. ςηθοδεσμίδες, apud Phlegontem de Mirabilib. p. 57. Gloſſæ S. Benedicti: *Faſcia*, ςηθόδεσμος. Innocentius III. lib. 5. Decretal. tit. 1. cap. 15. de Clericis: *Pannis rubeis aut viridibus, nec non manicis aut ſotularibus conſutitiis, frenis, ſellis, pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam ſuperfluitatem gerentibus non utantur.* Eadem fermè habentur in Concilio Albienſi ſub Zœno Epiſcopo Avenionenſi S. R. E. Legato cap. 15. Monſpelienſi an. 1214. c. 15. & in Regula Militum Templariorum cap. 37. Vincentius Belvac. lib. 30. cap. 85. *Habent etiam frena phalerata, & inargentata, & inaurata, atque in pectoralibus campanulas infixas, magnum emittentes ſonitum ad gloriam earum & decorem.* Adde lib. 32. cap. 30. *Le Roman de Pariſe la Ducheſſe* MS.

Il vint à ſon cheval, s'il l'a fait conraer;

Il a miſe la ſelle, s'a le poitral fermè.

Pectorale, idem quod *Rationale*. Gloſſæ MSS. *Rationale, pectorale.* Burchardus de Caſib. S. Galli cap. 1. *Albas quoque quaſdam* (caſulas) *deauratas in margine, & in pectorali — ipſe elaboravit.* Ceremoniale Rom. ex MS. Vaticano de Conſecr. PP. apud Rayn. an. 1272. n. 9. *Cum ad ordinem Preſbyteratus ordinari debebit — nec tamen habebit tunicellam, nec Dalmaticam, nec calciabitur ſandaliis, nec habebit pectorale, ſed ſolum amictum, & albam.* Liber Anniverſariorum Baſilicæ Vaticanæ fol. 144. ubi de Bonifacio VIII. PP. *Item quatuor camiſas de cortina, cum pectoralibus & gramiciis de opere Cyprenſi.* Necrologium Eccleſiæ Carnotenſis 2. Id April. *Pectorale unum ex auro mundiſſimo & gemmis pretioſis.* Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli Londinenſis an. 1295. *Item capa Ricardi de Windleſore de rubeo ſameto, cum pectorale, optimè brendata*, &c. *Item capa Magiſtri Ricardi Ruffi de rubeo ſameto, cum rotundis pectoralibus aurifrigiis — Capa indica brendata cum pulchris pectoralibus*, &c. *Caſula Alardi Decani de nigro ſameto, dorſali & pectorali optimi aurifrigei vineati. Item caſula Petri Bleven. de ſameto purpureo, aliquantulum ſanguineo, cum pectorali literato. — caſula Hugonis de Orivalle, de albo diaſpro, cum pectorali & dorſali largo, de floſculis de fino auro*, &c. — *Caſula Vulfranni cum pectorali & imaginibus Petri & Pauli de fino auro, & humerali vineato de fino auro brendato, & lapidibus inſertis, & extremitate talari conſimili.*

Pectorale, Cancellus. Geſta Innocentii III. PP. *Super novos gradus conſtituens novum altare, novaque pectoralia faciens ante chorum.* Germanus Patr. CP. in Myſtagogia p. 148. id ita ferme expreſſit: τὰ κάγκελλα, ἤτοι τὰ ςήθια ... Græci enim recentiores ςήθια vocant, columellas ordine diſpoſitas, ac ſuperiori epiſtelio junctas, ut rectè obſervat Goarus ad Cedreni p. 631. qua etiam notione ςήθια uſurpat Codinus in Orig. CP. Meurſianis p. 68.

Pectoralis, Tunica hyemalis, qua pectus tegitur. Gregorius M. lib. 10. Epiſt. 52. *Fratrem & Coepiſcopum noſtrum Eccleſium frigore omnino laborare cognovimus, pro eo quod hiemalem veſtem non habeat. Et quia aliquid ſibi à nobis petiit debere tranſmitti, fraternitati tuæ ad hoc per latorem præſentium tranſmiſimus amphimallum tunicam, vel pectoralem, ut à te ei debeat ſine mora tranſmitti.*

Pectura, *Pettura*, pro *plectura*. Polypticus Floriacenſis: *Facit petturam in cultura dominicata, & ſeminat ibi de ſuo tritico mod. 1.* &c. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Faciunt caplim diebus 15. aut donant den. 4. faciunt & pecturam ad cortem perticas 4. annis ſingulis per ſucceſſiones ſibi convenientes.* Infra: *Faciunt & pecturam ad cortem, ſcurias, & hortum claudendum.* Ibidem: *Facit & pecturas ad claudendam cortem, & ad tegumen ſcuriarum, ubi de materiamine, quantum neceſſe eſt, mittit.* Vide *Plecta*.

Pecuare, Pecus. Waldrammus Decanus Sangallenſis:

Francia te Suevis, ô Rex, direxit alendis,

Jam pecuare tuum paſce diu viduum.

Pecuaria, feminino gen. Tabularium S. Crucis Talemondenſis fol. 4. *Si homo S. Crucis vendiderit bovem, vel vaccam, vel aliam pecuariam in toto honore meo*, &c. Ex quibus videntur emendandæ leges Henrici I. Regis Angl. cap. 17. *Si quis pecuram ſuam recluſam dimiſerit de ædificiis in foreſta.* Legendum enim videtur *pecuariam*.

PECULIUM, *Peculiare*, *Peculiaritas*.

Peculium, bona quæ ſunt extra dotem Galli appellarunt, quæ Græci παράφερνα. Ulpianus l. *Si ergo*, §. *Cæterum*, D. de Jure dot. *Cæterum ſi res dentur, in ea quæ Græci παράφερνα dicunt, quæque Galli peculium appellant.*

Peculiarium, eadem videtur ſumi notione in Tabulario Caſtri Mellitandi in Biturigibus ch. 56. *Recognovit præmiſſa dediſſe eiſdem conjugibus, in matrimonio & peculiario ipſius Iſabellis.*

Peculium, Pecudes. *Peculium utriuſque ſexus*, in Charta donat. Leotheriæ to. 2. ſeculi 3. SS. Ord. S. Benedicti p. 615. Codex Carolinus Epiſt. 74. *Arripiens ex ea illiciter plura peculia, quæ illi minimè pertinent abſtollenda.* Charta Ayſtulfi Regis Longob. an. 753. apud Ughellum tom. 2. p. 107. *Si inipſis ſilvis aliquid roncare fecerit, aut ſi peculia pabulaverit.* Paulus Warnefridus lib. 2. de Geſtis Longob. c. 3. *Peculia ſola remanebant in paſcuis, nullo aſtante paſtore.* Vide Leg. Longob. lib. 2. tit. 22. §. 3.

Peculiare, idem quod *Peculium* apud Latinos: quidquid ſcilicet ſervus domini permiſſu poſſidet. Lex Wiſigoth. lib. 10. tit. 1. §. 18. *Omnis res quæ mobilis immobiliſque conſiſtit, cujuſcunque fuerit generis, ſive formæ, an peculii, an peculiaris nomen habuerit, unius* [illegible] *vim evidentiamque obtineat.* Præceptum Barnoini Archiep. Viennenſis an. 881. *Et unum ſervientem de ipſo beneficio nomine Deodatum, cum omni ſuo peculiari, & filio.* Vetus Charta apud Sanjulianum in Matiſcone pag. 275. *mancipiis deſupermanentibus, cum peculiaribus eorum*, &c. Alia apud Vadianum p. 50. *Cum ſervis, ancillis, peculiaribus, tam domibus, ædificiis*, &c. Alia p. 74. de ſervo manumiſſo, *Suumque peculiare quod habet, aut quod abhinc adquirere poterit, faciat.* Hincmarus in opuſculo LV. Capitulorum c. 43. *Et res & mancipia in regno ſenioris noſtri non habebat, per quæ illum conſtringere ad reddendum rationem valerem, & per beneficium, vel per peculiare noluit ſuſtinere diſtringi, & excommunicavi illum à mea parochia.* Ubi cum *beneficium* diſtinguatur à *peculiari*, videtur *peculiare* ſumi pro *proprio*: niſi mancipia ipſa intelligantur. Charta Arnulfi Regis an. 892. apud Meuriſſium p. 295. *prout eis more Eccleſiaſtico placuerit ad ſuæ peculiaris utilitatem univerſa diſponere vel ordinare*, &c. Vide Marculfum lib. 2. form. 32. Columbum in Epiſcopis Vivarienſibus lib. 1. n. 23. &c.

Peculiare, Propriis uſibus adhibere, applicare. Ordericus Vitalis lib. 9. *Eccleſias ſuis uſibus illicitis peculiaverant, ac indecenter contaminaverant.* Infra: *Domos — ſuis neceſſitatibus peculiatas reſervaverunt.*

Peculiaritas, Peculium. Bovo Abbas Sithienſis de Invent. S. Bertini cap. 2. *Nec minus omnis peculiaritatis reculas in medium proferri*, &c.

Peculiaritas, Peculium monachi. Willelmus Malmeſbur. lib. 1. de Geſt. Pontif. de Anſelmo poſtea Cantuarienſi Archiepiſcopo: *Peculiaritatis vitium cum in ſe voluntate, tum in aliis prædicatione exſtirpabat, id eſſe ſolum dictitans, quod diabolum è cælo, hominem è Paradiſo eliminaverat*, &c. Vide *Monachus proprietarius*.

PECUNIA, Æreus nummus. Lampridius in Alexandro Severo: *Scenicis nunquam aurum, nunquam argentum, vix pecuniam donavit.* Vide Salmaſium.

Pecunia, Pecudes, Grex. Lex Alamannor. tit. 74. *Quidquid ibi tultum fuerit, mancipium, pecuniam, omnia tripliciter reſtituat.* Leges Edw. Confeſſ. c. 28. *Si quis adduxerit animal in villam, vel apportaverit pecuniam, & dixerit ſe inveniſſe*, &c. S. Adalardus in Statutis Abbatiæ Corbeienſis lib. 1. c. 8. *Boves & reliquam pecuniam habeat, cum quibus laborare poſſit, unde & ipſe & omnis familia ejus poſſit vivere.* Epiſtola Synodalis Concilii Duziacenſis I. *Annonam, vinum, & generis diverſi ac ſexus pecuniam — abſtulit.* Ubi vir doctus *pecuniam*, prout apud Latinos vulgò ſumitur, hic accipi ratus, neſcio quid de *ſexu* auri & argenti commentatur. Vide Theodorum Studitam in Vita S. Platonis n. 23. & ibi virum doctiſſimum Danielem Papebrochium. Charta an. 1082. apud Sammarthanos in Epiſcopis Abrincenſib. *Dederunt etiam decimam totius ſuæ pecuniæ quæ decimatur, ovium, vaccarum, equarum*, &c. Notitia pro Eccleſia S. Martini in Nemore in Tabul. Fiſcanenſi fol. 9. *Deviſit fratribus eodem in loco Deo ſervientibus paſcua ſuæ pecuniæ, ſcilicet 6. vaccas cum vitulis 2. annorum, & ſuis dominicis bobus*, &c. Charta Arnulfi Lexovienſis Epiſc. in Tab. S. Egidii Pontis Audomari. *Dedit — communem paſturam — quietam & liberam ad nutrituram pecuniæ ipſorum.* Adde Leges Ethelredi cap. 8. apud Bromptonum, Leges Longob. lib. 2. tit. 8. §. 2. Synodum Metenſ. c. 1. Capitula Caroli M. lib. 5. cap. 196. lib. 6. cap. 11. Chartam ejuſdem Caroli apud Mabillonium tom. 5. p. 222. Adrevaldum Floriac. lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 20. Monaſticum Anglic. tom. 1. pag. 325. &c.

Pecunia viva, Pecudes. Leges Edwardi Confeſſ. c. 10. *Omnis qui habuerit 30. denariatus vivæ pecuniæ in domo ſua, de ſuo proprio, Anglorum lege, dabit denarium S. Petri.* Leges Guillelmi Nothi c. 9. *Interdicimus ut nulla pecunia viva vendatur, aut ematur, niſi intra civitates*, &c. Florentius Wigornienſis & Simeon Dunelmenſis, an. 1086. *Guillelmus Rex fecit deſcribi omnem Angliam, quantum terræ quiſque Baronum ſuorum poſſidebat, — quæ animalia, immo quantum vivæ pecuniæ poſſidebat.* *Vivum capitale*, in Legibus Adelſtani Regis c. 1.

Pecuniana. Charta Alamannica 62. apud Goldaſtum: *Cum omnibus ædificiis quæ ibi eſſe videntur, & ſervos & ancillas, & omnia pecuniana, campis, ſilvis*, &c. Ubi legendum fortè *peculiaria*. Adde Ch. 15. Vide ſupra.

Pecunia interdum uſurpatur pro quibuſvis bonis ſeu pro peculio, vel peculiari. Synodus Leptinenſis an. 742. c. 1. *Ut ſub precario & cenſu aliquam partem Eccleſialis pecuniæ in adjutorium exercitus aliquanto tempore retineret, ea conditione, ut annis ſingulis de unaquaque caſata ſolidus unus, id eſt 12. denarii ad Eccleſiam vel Monaſterium reddantur, eo modo ut ſi moriatur ille cui pecunia commodata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reveſtita ſit.* Lex Longob. lib. 2. tit. 8. §. 2. *Et ipſe revertatur in caſam, & in pecuniam ſuam*, id eſt bona ſua recipiat. Synodus ſub Carlomanno an. 742. *Fraudatas pecunias Eccleſiarum reſtituimus.* Liber Ramſeienſis apud Spelmannum: *Et niſi feceris, ipſe te juſtificet per pecuniam tuam, donec facias.* Alibi: *Quod ſi nolueris, ipſe vos conſtringat per pecuniam veſtram*, id eſt per *caſalla veſtra*. Ita uſurpant Capitulare Compendienſe an. 757. c. 19. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 195. l. 6. c. 11. 321. Tradit. Fuldenſes lib. 2. tr. 15.

Pecunia operata, Moneta, ad diſcrimen *pecuniæ*, ſeu pecudum. Burchardus Epiſcopus Wormacienſis in Lege familiæ: *Si ex familia vir aliquis & uxor ejus obierint, & filium cum filia reliquerint, filius hereditatem ſervilis terræ recipiat, filia autem veſtimenta matris, & pecuniam operatam accipiat.*

PECUNIARIUS, χρηματιστὴς, in Gloſſ. Gr. Lat. Χρηματίζω, Adquiro, pecuniam colligo.

PECUOSUS, *qui multa pecora habet*, in Gloſſ. Iſid.

PECUS *alatus*, pro *alitus*, ſeu *manupaſtus*. Lex Aleman. tit. 99. §. 14. *Si quis pecus mannalem, qui dicitur alatus, aut verrem, aut ducariam occiderit*, &c. Vide *Mannalis*, *Manupaſtus*.

PEDA, *veſtigium humanum*, Ugutioni & Joanni de Janua.

Peda, Menſura agraria 4. teiſarum. *Teiſa* verò ſex pedes quaquaverſum continet, ſcilicet 36. pedes in univerſum. Charta Libertatum Bellævillæ an. 1233. quæ eſt Humberti D. Bellijoci: *Quicumque tenet pedam integram, debet ex ea 12. denarios. Peda integra eſt 4. teyſes, & ita debet teyſa 3. denarios.* Charta an. 1180.

in Bibl. Cluniacenſi p. 1440. *Ego autem dedi dicta Capellæ 5. annuos ſolidos debitales in pedagio ejuſdem caſtri, & unam pedam domus ædificandæ liberam & quietam ab omni conſuetudine & exactione.* Vide *Pedalis*.

PEDAGIUM, *Pedaticum*, *Pediale*, &c. Tributum quod penditur, exſolvitur; ex Gallico *Peage*: noſtris enim paier, eſt ſolvere, præſtare. Autor Breviloqui: *Pedagia dicuntur quæ dantur à tranſeuntibus in locum conſtitutum à Principe.* Charta Willelmi Ducis Aquitan. an. 1087. *Dono etiam omnia pedagia mea Monachis & hominibus terræ eorum, ut omnes ſint liberi de pedagiis terræ meæ in eundo.* *Pedagiorum exactiones*, in Concilio Lateranenſi III. an. 1179. c. 22. Innocentius III. PP. lib. 13. Epiſt. 95. *Ne quid nomine pedagii tuum Monaſterium à Ravennatibus extorqueret*, &c. Idem lib. 14. Epiſt 39. *Propter pedagia, exactiones indebitas, & alias iniquitates, quas in ſtratis publicis & fluminibus committere non verentur.* Utuntur paſſim ſcriptores ævi medii, atque in iis Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 115. Marſilius de Menandrino in Defenſore pacis part. 2. cap. 4. pag. 131. Gregorius lib. 5. tit. de Verb. ſignific. cap. 26. Guillelmus de Podio-Laurentii cap. 48. Charta an. 1169. in Hiſt. Vergiacenſi p. 140. &c.

Pedagicum, in Epiſt. 116. ex Sugerianis, & apud Doubletum p. 861 *de Pedagico, quod in ſtrata colligitur.*

Pedagiaria, in Monaſteriis, dicitur *Bajlia*, ſeu *Præpoſitura*, vel officium, cui competit *pedagia*, quæ ad Monaſterium pertinent, recipere, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epiſt. 55. In Conſuetudine Turon. art. 86. *Peagerie*, ſumitur pro loco, ubi & ratione cujus *Pedagium* præſtatur.

Pedagiator, Exactor pedagiorum. Tabularium Carnotenſis Eccleſiæ ch. 72. *Jurabit autem pedagiator, ſicut molendinarius, quotieſcunque mutabitur, quod nullum ſcienter accuſabit injuſtè.*

Pedaticum. Charta Willelmi Ducis Aquitanorum apud Beſlium p. 280. *Statuimus ut malæ adinventiones quas — in noſtro Comitatu exercuerunt, funditus aboleantur, hoc eſt omne pedaticum de aſinis nullatus recipiatur*, &c. In hiſtoria Epiſcopor. Lodoventium p. 96. *Telonea, pedatica, Judei, quintale, montationes*, &c.

Peſagium, pro *peagium*. Epiſt. 378. ex Franciſcis quæ habentur to. 4. Hiſt. Francor. *Dicens & promittens mihi in bona fide, ut quicquid de peſagiis poſſit acquirere, inde debitum argentum ſolveret. Inſuper ipſe Vicecomes voluit, & mecum concordavit, ut noſtri homines cum ſuis hominibus peſagia ſervarent, ne aliqua fraus de peſagiis mihi fieret. Sed recepta ſunt peſagia, & ego argentum ab illo poſtulo, & ille indignatur ſolvere mihi*, &c. *Peſatge*, & *Pezage*, in Uſaticis MSS. Montiſpeſſulani art. 97. *Le ſenher de Monpeſlier non pren peſatge, en tota la terra.* Eadem Latinè ſcripta ibi habent, *Non accipit pedaticum.* Cap. 23. *Troſſels ny fardels que en Monpeſlier non ſon vendut, non donnon ni fan negun uſagge, ny peſagge.* Ubi Lat. *Troſſelli neque fardelli qui in Montepeſſulano non venduntur, non donant neque faciunt aliquod uſaticum, neque teloneum.* Adde Bromptonum p. 1456.

Pediale, idem quod *Pedaticum*. Charta Ludovici VI. Regis Franc. an. 1130. in Tabulario Cluniacenſi Thuani, & in Biblioth. Cluniac. p. 1392. *Concedimus ut nullus Cluniacenſium fratrum tribuat amplius pediale apud Monaſteriolum, neque aliquam conſuetudinem, quæ ad regale pertineat miniſterium.*

Paagium, pro *peagium*, Matth. Paris an. 1256. *Teloneum, quod vulgariter dicitur paagium.* Adde pag. 515.

PEDALE, Cornelio Frontoni de Differentiis Vocabul. eſt *menſura pedis*: aliàs ποδόμακτρον exponitur in Gloſſ. Gr. Lat. quo pedes exterguntur. Vox *Pedale* occurrit etiam in Notis Tyronis p. 96.

Pedale, *peatale*, pedum tegumentum, *pedulis*. Chronicon Vindeshemienſe lib. 2. cap. 23. *Pro corporalibus fratrum ſuorum neceſſitatibus, indumentis, calceamentis, ſaccis, pedalibus, valde fuit ſollicitus.* Cap. 58. *Subtulia & pedalia indigentibus eſt largitus.*

Pedale, Aulæum, ſtragulum quod pedibus inſternitur, *Tapis de pied.* Ingulfus: *Dedit etiam duo magna pedalia, leonibus intexta, ponenda ante magnum altare in feſtis principalibus.*

Pedale, Via qua pedes itur. Michaël Scotus lib. 4. Menſæ Philoſophicæ c. 15. *Quidam Chriſtianus cum ſtipite occurrit Judæo in pedali ſtricto: & cum Judæus citò illi non cederet, cum ſtipite truſit illum, ut caderet ad aquam*, &c.

Pedale examen. Vide *Vomeres igniti.*

PEDALIS. Bulla Stephani PP. apud Ughellum to. 2. p. 102. *Ut — conſecraremus ipſum Abbatem, & cuculla indueremus ſecundum regulam S. Benedicti, ejus manibus traderemus ſimul & baculum paſtoralem, & pedales ſecundum ordinem*, &c.

Pedalis. Vetus Charta apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 18. *Et habet in longo perticas agripennales 34. in uno fronte perticas 6. pedes 12. in alio fronte perticas 6. pedales 5.* Occurrit ibi pluries p. 20. 22. 145. 146. Idem fortè quod *Peda*. Vide in hac voce.

PEDANA, Iſidoro eſt *Pedulis novus, qui caligæ aſſuitur.* Certè teſtatur Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus apud Surium 1. April. pedules caligis aſſutos: juſſit *ut de caligis pedules abſcinderentur, quatenus præter pedes totus monachus jaceret veſtitus: nam dolebat nonnullos in religioſo habitu ad ſanctitatis injuriam, tibiis dormire nudatis.* Vide *Pedules*.

Pedana, Morbus equis familiaris, quo in pedibus laborare ſolent. Sanutus lib. 3. part. 12. c. 11. *Morbus vulgariter dictus pedana equos invaſerat.*

Pedana, Catena circa pedes, apud Ugutionem, Jo. de Janua, & in Gloſſ. Lat. Gall.

PEDARIUM, idem videtur quod *Pedatura*, agri portio certo pedum numero finita. Tabularium Celauriense: *Tradidi in Eccleſia S. Trinitatis ad ipſa pedar a, ut. vinea plantata eſt.* Interdum *Pedarium* ſumitur pro pedali, ut in Inſcript. Neapol. apud Grut. p. 207. EX. TIGNO. PEDARIO. FACITO ANTEPAGMENTA.

PEDARIUS, *nudis ambulans pedibus*, Ugutioni.

PEDATIO. Vide *Pedatura*.

PEDATUM, *Carcer*, in Gloſſ. antiquis MSS.

PEDATURA, quodlibet ſpatium certo pedum numero definitum, in quo aliquid poni locarive poteſt. Gloſſ. Græc. Lat. ποδισμὸς, *pedatura*. Vegetius lib. 3. cap. 8. *Singulæ centuriæ, dividentibus Campidoctoribus & Principiis, accipiunt pedaturas.* Idem paulo ante *podiſmum* dixit, ut & lib. 2. cap. 7. lib. 3. cap. 15. pro dimenſione pedibus facta, ſeu ſpatio certo pedum numero definito. Ita *Pedaturam* uſurpant veteres aliquot inſcriptiones pag. 556. & 996. 14. & Agrimenſores. Nec aliud ſignificat, ſi non fallor, apud Flodoardum in Teſtamento S. Remigii Archiep. Remenſis, lib. 1. c. 18. & 23. *Delegóque Benedictæ filiæ meæ Hilariæ Diaconæ ancillam nomine Nocam, & vitium pedaturam, quæ ſuæ jungitur vineæ, quam cauſio facit, dono.* Hoc eſt ſpatium vitibus plantandis idoneum, aut vitibus conſitum, aliquot pedum numero finitum, vicinum vineæ Hilariæ Diaconæ. Fruſtra enim ſunt qui *pedaturam* hoc loco pro vinearum pedamento & ſtatamine accipi putant, cum vix verò videatur ſimile, rem tam exigui momenti Remigium donare voluiſſe, qualia ſunt vitium pedamina.

Ad *Pedaturas* porro militares, de quibus Vegetius, quæ ſcilicet militibus aſſignantur ad conſiſtendum in caſtris, vel alibi, referendum quidam cenſent quod habetur in Notitia Orientis cap. 151. & 152. De *cohortibus quinta pedatura inferioris vel ſuperioris legionum Herculia, & Jovia*; ita ut *pedatura*, hoc loco ſumatur pro eo podiſmo, qui hiſce legionum cohortibus aſſignatus erat: quod Pancirolus *de munitione ex aggeribus & pedamentis facta* haud rectè, opinor, interpretatur. Ita etiam *Pedaturas* uſurpant Tactici Græci, atque in primis Mauricius lib. 11. Strateg. cap. 3. & Leo in Tactic.

cap.

cap. 15. §. 56. ubi mentionem agunt *pedaturarum* in mœnibus, quæ ad cuſtodiam oppidi vel caſtri aſſignari ſolent militibus. Mauricius: Εἰ δὲ δυνατὸν ἐστι τὰ τείχη, δίχα ... ἀφορίζειν ἐν ταῖς τοῦ τείχους πεδατούραις. Hinc apud Senatorem lib. 5. Epiſt. 9. *pedatura murorum* accipitur pro ea mœnium parte, in qua conſiſtunt milites ad eorum cuſtodiam, quam πεζοδρόμιον vocat Conſtantinus Porphyr. de Adminiſtr. Imp. cap. 29. ... Harmenopulus lib. 2. tit. 4. §. 59. quod hæc mœnium pars pervia ſit, & *deambuletur*. Vetus Chronicon Veronenſe, apud Hieronymum *dalla Corte* lib. 4. Hiſt. Veron. p. 178. *Anno Dom. Incarn. 798. Notitia qualem pedaturam murorum Veronenſis civitatis pars domus Epiſcopii S. Zenonis prædictis temporibus facere ſolita fuerit tempore Regis Pipini.* Et infra: *Et de his (muris) cum ſuis ſociis pars Epiſcopii quartam partem pedaturæ accepit, & opus illud perfecit.* Habetur eadem Notitia apud Ughellum to. 5. ubi anni 818. eſſe dicitur.

Peditura, idem quod *pedatura*. Annales Francorum Bertiniani an. 868. *Idem Rex ad Piſtas medio menſe Auguſto veniens, annua dona ſua ibidem accepit: & Caſtellum menſurans, pedituras ſingulis ex ſuo regno dedit.* Tabularium S. Remigii Remenſis: *Helmegaudus ingenuus — facit pedituram in tecto pertic. 2. in ſepe perticas 2. ad curtem claudendam pertic. 2.* Alibi: *Facit pedituram in circuitu hortorum pertic. 1.* Quibus locis *peditura in tecto & in circuitu hortorum*, eſt pedum limitatus & finitus numerus in domus tecto reficiendo, vel ad claudendos hortos, ad quod tenetur qui operas debet, ubi *peditura* definitur ad perticas duas. Idem Tabularium Remenſe: *De ſcuria facit plenam perticam, & omni tempore ipſam menſuram reſtaurat.* Rurſum: *Facit pedituram in circuitu horti pertic. 1.* Neque aliter accipi videtur in Legibus Bajwar. tit. 1. cap. 14. §. 5. *Ad caſas Dominicas, ſtabulare,* (edit. Heroldi *ſtabulum* præfert) *fenile, granicam, vel tuninum recuperandum, pedituras rationabiles accipiant, & quando neceſſe fuerit, omnino componant.* Editio Heroldi habet *petoritas*, & ad marginem, *peditura*. Cujus §. ſenſus eſt, ad ea ædificia nominata, *recuperanda*, i. reficienda, vel de novo *componenda*, i. ædificanda, iis qui debent operas dominis ſuis, *rationabiles pedituras* eſſe dandas, id eſt moderatum pedum ſpatium, intra quod operentur. Charta Caroli C. Regis in Tabulario Derventi: *Et in villa Brau manſas cum Eccleſia, & peditura de pratis, quas homines monachorum faciunt, qui de eorum villis ad hoc idem agendum more ſolito conveniunt.* Charta Dudonis Abbatis Dervenſis ex Tabulario ejuſdem Eccleſiæ: *Ut neque ſuis neque ſucceſſorum ſuorum temporibus quiſquam vel miniſtralium vel officialium aliquam vim vel malam conſuetudinem contra noſtrum decretum inferre audeat, neque menſuras imponere, augere, vel minuere, neque carropera extorquere, neque paſtum equorum, vel canum aut urſorum requirere, ſeu pedituram vel aliqua opera contra morem exigere, &c.*

Ejuſmodi pediturarum in *operis* ruſticorum rationem illuſtrant Acta Murenſis Monaſterii p. 45. *Quantum enim hereditatis unuſquiſque poſſidet, tantum dat & cenſus, & quantum cenſus dat & arat, & ſecat fœnum, & metit ſepiſque, & pullos dat, & lini reſticulas. Cum autem debent arare, cum virga metitur eis, qua & manſi ſolent metiri, & ipſa virga ſignata eſt ſecundum uniuſcujuſque rationem, & ubicunque ſignum occurrerit, ibi parvum lignum figitur in terra, & ipſi tamen in prima ſciſſura & ſeminatione arant. Semen enim quod ſeminat & metit, & fœnum quod ſecat, ſæpe debet obtendere. Cumque illi prædicitur ut ſecet fœnum, ſi ſtatim craſtina die vel ipſa non incidit, & venerit pluvia, judicium inde patitur.*

Pedatura. Interpres Eſdræ lib. 1. c. 4. καὶ τούτων ζητήσαντες ... ἐν τῷ καταλοχισμῷ, καὶ μὴ εὑρεθέντες, ἐχωρίσθησαν τῆς ἱερατείας, *Horum quæſita eſt generis ſcriptura in pedatura, & non eſt inventa.* Ubi *pedatura* eſt καταλοχισμὸς, laterculum in quo generationes deſcriptæ: quam vocem perperam Didacus Ximenes Arias in Vocabulario Eccleſiaſtico à Gr. πούς, ποδός, deducit.

Pedatio, idem quod *pedatura*, certum agri ſpatium definitum. Charta Arcembaldi Borbonienſis Domini an. 1217. pro libertatibus Villæ-franchæ: *Præpoſitus de Villa-Franca poteſt accenſare pedationes hermes,* (1. eremas) *quæ non reddunt fructus domino*, &c.

PEDEFINIS. Vide *Caputfinis*.

PEDETENTAS. *Subtilitas: Pedetentim, ſubtiliter, ſenſim.* Ita Gloſſæ antiquæ MSS. fortè *Pedententitas*.

PEDEPLANUM, pars ædificii quæ pede plano teritur, aditur, Græcis ἰσόπεδον, noſtris vulgo, *le plain-pied*. Lex 13. Cod. Th. de Metatis: *Devotiſſimos milites ex procinctu redeuntes, vel proficiſcentes ad bella, muri novi ſacratiſſimæ Urbis ſingulæ turres in pedeplanis ſuis ſuſcipiant.* Vide *Pedatura*.

PEDE-PULVEROSI, Advenæ, extranei. Heſychius: Κονιποδες, ἄγροικοι, ἐργάται. Cicero lib. 1. de Inventione: *Tum veriſimilia, hoc modo: ſi multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat.* Leges Burgorum Scoticorum c. 120. *Si burgenſes mercatores & Pedepulveroſi*, &c. Cap. 134. *Si quis extraneus mercator tranſiens per regnum, non habens terram, vel manſionem infra Vicecomitatum, ſed vagans, qui vocatur Piepoudreux, hoc eſt Angliæ Duſtiefoote.* Occurrit & c. 140. & apud Bracton. lib. 5. Tract. 1. c. 6. §. 6. Wilhbrandus ab Oldenborg in Itinerario Terræ Sanctæ, de Antiochia: *Ipſa civitas adeo ampla eſt, ut qui eam peragraverit pulverulentos habens pedes, totam erraviſſe putetur.* Id eſt extraneus, advena.

Habent autem *Pedepulveroſi* iſti *Curiam* peculiarem in publicis nundinis, quam *Pedis pulverizati* vocant Cowellus l. 1. Inſtit. Jur. Anglic. tit. 1. §. 2. & Spelmannus, Angli verò *Piepouder*: ſic dictam, quod in ea *Pedepulveroſorum*, ſeu extraneorum, mercatorum præſertim negotia & cauſæ de plano, & ſummariè dirimantur. Chriſtophorus de S. Germano de Conſuet. regni Ang. c. 5. *In omnibus nundinis & feriis habetur quædam curia eiſdem feriis incidens, quæ vocatur Curia Pedis pulverizati, quæ ſolum tenebitur durante tempore feriarum illarum.*

PEDES, pro *Pedum*, Epiſcopale ſcilicet; occurrit in vita S. Eremberti Epiſc. Toloſani cap. 8.

PEDESTELLÆ, ἱστόποδες, in Gloſſ. Lat. Gr.

PEDIALE. Vide *Pedagium*.

PEDIBULUM, Sonitus pedum. Gregorius Turon. lib. 3. c. 15. *Quibus pergentibus audiunt pedibulum equorum currentium*, &c. Acta SS. Fructuoſi & Sociorum n. 1. *Direxerunt Beneficiarii in domum ejus, — qui cum ſenſiſſet pedibulum ipſorum, confeſtim ſurrexit.* Agones Martyrum habent hoc loco *ſonitum pedum eorum*. Perperam Baronius an. 262. n. 61. *Virgam lictoriam* interpretatur, qua fores Epiſcopi pulſaverint Beneficiarii, & à *pedum*, quod eſt baculus paſtoralis, deducit.

PEDICA, Gallis *Piege*. Lex Burgund. tit. 72. *Si quis pedicam feris fecerit extra culturas*, &c. Lex Anglior. tit. 18. *Si homo laqueum, vel pedicam, vel quodlibet machinamentum ad capiendas feras poſuerit*, &c.

Pedicla, παγὶς ἐπὶ ζώων, in Gloſſar. Gr. Lat. edito & MS. pro *pedica*: eſt autem

Pedica, vinculum ſeu ligamen, quo animalia pedibus conſtringuntur in agris dum paſcunt. Gloſſ. Lat. Gr. *pedica*, παγὶς, ... fortè ..., id eſt vinculum cruris, *pedica* cruris vel pedis. Lex Burgund. tit. 4. §. 6. *Si autem impedicato caballo ingenuus pedicam tulerit*, &c. Lex Wiſigoth. lib. 8. tit. 4. §. 1. *Si quis caballum alienum, vel aliud animal de pedica ſive de ligamine tulerit ſine conſcientia domini ſui*, &c.

Pedicarii, qui pedicis feras aut aves capiunt, venatores, in Geſtis Conſulum Andegav. c. 1.

Pedicarii, qui pedicas conficiunt. Vide *Cinerarius*.

Pedica πεδάγρα, in Gloſſ. Gr. Lat.

Pedica, modus agri, idem fortè quod *peda* dicitur, vel quod nos dicimus *piece de terre*. Anaſtaſius in Hadriano PP. p. 119. *Necnon & toto Eccleſiaſtico patrimonio, omnibus prædicans, & dividens ex ſumptibus*, &c. Ubi codd. alii: *Et tota Eccleſiaſtica patrimonia omnibus*

per pedicas dividens. Sic *Pedicans* pro *predicans* in priori codice legendum eſſet, ita ut *pedicare*, ſit per pedes metiri. Charta Alexandri VI. PP. an. 1255. apud Ughellum to. 1. part. 1. p. 68. *Terram quæ vocatur Duo foca, & unam pedicam terræ & dimidiam de Anſerano, unum filum ſalinæ in pedica S. Aureæ, & tres filos ſalinæ in pedica ultra Tiberim*, &c. Occurrit etiam ibid. p. 140. in Bulla Joannis XIX. PP. & in alia p. 143.

PEDICULARE, *Peduclare*. Vide *Peduclare*.

PEDICULUM, πόδιψιον, in Gloſſ. Gr. Lat.

PEDIGUS, pro *pedalis*. *Digiti pedici*, pedum, in vita B. Rayneri ſolitarii n. 2.

PEDIOLI, Vide *Pedules*.

PEDITARE, Pedes ire. Lambertus Ardenſis p. 83.

Hinc ſocer, hinc ſoceri nati, proceresque propinqui,
Hinc populus peditat, qui ſolo nomine guerræ
Sponte ſubit, vel adit tanta diſcrimina belli.

Vita S. Henrici Epiſc. & Mart. n. 10. *Vovit peditando viſitare reliquias S. Henrici*.

Peditanter, Pedes, à pied. Continuator Nangii an. 1330. *Peditanter ut pauper quærens eleemoſynas in habitu Begardorum*, &c.

PEDITURA. Vide *Pedatura*.

PEDOCHIUM, ſeu *Pedocium*, idem quod *Pedaticum*, ſeu tributum, in Statutis Raguſii lib. 7. cap. 56.

PEDONES, Pedites milites, noſtris *Pietons*, Italis *Pedoni*. Simeon Dunelmenſis an. 1085. *Solidariis pedonibus, & ſagittariis multis militibus conductis*. Adde eundem an. 1094. Tudebodus lib. 2. *Occideruntque multos ex noſtris milites & pedones*. Lib. 3. *Imprimis exierunt pedones Hugonis Magni*, &c. Raimundus de Agiles: *Duxerunt ſecum multos milites & pedones*. In Gloſſ. Lat. Gr. *Pedo, Plancus*, πεζόπους.

PEDULES, Pedum indumenta, tibialia: *peduli*, Italis. Gloſſ. Keronis; *Pedules: Suuelf*, i. *indumenta pedum*. Gloſſ. Baſilic. πεδοῦλα, ποδῶν καλύμματα. Vetus interpres Juvenalis ſat. 1. v. 3. *Pedules novos in braccis, quos pedornes dicunt*. Cornelius Fronto de Differentiis vocabulorum: *Pedale, menſura eſt pedis: pedula verò ſub pedibus præſtat utilitatem*. Ugutio & Jo. de Janua: *Pedules, pars caligarum quæ pedes capit*. Gloſſ. Lat. Gall. *Pedules, avant pié de chauſſes*. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 8. *Denſo cucullo, aptatus pedulis pedes operit*. Pœnitentiale Theodori c. 3. *In Abbatis verò ordinatione Epiſcopus debet Miſſam agere, — & donet ei baculum & pedules*. Leo IX. PP. Epiſt. 1. ad Patriarch. CP. cap. 37. *Nempe refutat pes coronam, galeam, & pileum, caputque ſandalia, vel pedules ad ſuum non applicat uſum*. Guigo in vita S. Hugonis Epiſcopi Gratianop. n. 30. *Id etiam mandare curavit, ut de caligis pedules abſcinderet, quatenus præter pedes totus jaceret veſtitus*. *Pedules limbati*, in lib. de Diſciplina Scholarium c. 2. Bulla Innoc. IV. de Inſtit. Clariſſarum: *Omnes infirmæ habeant pedules laneos, & ſi poteſt fieri ſoleatos, quos cum neceſſe eis fuerit, in pedibus habeant, atque portent*. Regula earundem cap. 8. *Quæ indigent, pediolis laneis, & culcitris uti poſſint*. Statuta Ordinis Cartuſienſis: *Ad veſtitum autem duo cilicia, — 2. paria caligarum, 3. paria pedulium, — ſotulares diurnos & nocturnos*. Adde Ulpianum l. 25. D. de Auro, argento, &c. Addit. 1. ad Capit. Caroli M. cap. 22. Regulam S. Benedicti cap. 55. Regulam S. Iſidori cap. 13. Regulam S. Fructuoſi cap. 4. Udalricum lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 11. Vitam Chriſtiani Mon. in prolegom. p. 66. Gregorium Turon. in Vitis Patrum in Nicetio Lugd. Epiſc. Vitam S. Gilberti Sempringhamenſis ex Capgravio n. 6. Capitula Theodori Cantuar. Archiep. c. 3. Bernardum Priorem Portarum epiſt. 3. Ordericum Vital. lib. 6. pag. 601. Nomaſticum Ciſtercienſe p. 354. Joan. Villaneum lib. 2. c. 7. Cujacium lib. 5. Obſervat. c. 11. Salmaſium ad Lampridium, præterea Haëftenum lib. 5. Diſquiſit. Monaſt. tract. 2. Ex quibus emendandus autor vitæ B. Rogerii Abb. Ellantii n. 12. apud Bolandum t. 1. ubi perperam *pedales*, pro *pedules* irrepſit.

Pedale, in Notis Tyronis p. 196.

PEGASO, *homo jocularis*, in Gloſſis antiquis MSS.

PEGEN, Anglis veteribus, *Liberalis homo*, in Legibus Canuti Regis de Foreſtis c. 1. 12. ſed ibi legendum *thegen* contendit Spelmannus, ut *thainus* intelligatur, de qua voce ſuo loco.

PEGIUM, Juriſdictio in viis publicis, *Pax regia*, unde fortè nomen, ex Gallico *Paix*. Charta Simonis Epiſc. Noviom. an. 1139. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 13. ch. 7. *Tres paſtus habet uno quoque anno in Viriaco ſine oppreſſione hominum. Via publica, quæ vulgo pegium dicitur, eſt Advocati, & latro, & injuſta menſura*, &c.

PEGUNTA, Pix, picea materia, ex Hiſpanico *Pegote*. Secunda Curia Generalis Catalaniæ ſub Jacobo Rege Arag. an. 1299. *Nec etiam aliquis poſſit extrahere de terra noſtra iſtas res prohibitas, ſcilicet peguntam, cepum, alquitranum, fuſtam, canabum*, &c. Occurrit etiam in Charta ejuſdem Regis an. 1274.

PEJANA, luis equorum ſpecies. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 1. cap. 20. *Aſſerens — equos quaſi omnes infirmatos peſte quadam, quæ dicitur Pejane*, &c. Videtur legendum *pedane*. Vide in hac voce.

PEJERARIUM. S. Cyprianus Epiſt. 22. *Saluta Numeriam & Candidam, quæ ſecundum Pauli præceptum, & cæterorum Martyrum, quorum nomina ſubiicio, Baſſi in Pejerario, Mappalici in quæſtione, Fortunionis in carcere, Pauli à quæſtione, Fortunæ, Victoris*, &c. *qui Deo volente in carcere fame necati ſunt*. Ubi Pamelius opinatur *pejerarium* dici locum tormentorum in quo multi fideles jam pejerarant. Nec ſcio an feliciori conjectura Ludovicus *d'Orleans* ad lib. 1. & 3. Annal. Taciti, opinatur *Pejerarium* dici carcerem, in quem conjiciebantur ii qui ſe perjurio maculaſſent.

PEJORARE, *Impejorare*, Pejorem facere, reddere, apud Paulum lib. 2. Sentent. tit. 28. In Addit. ad legem Friſion. tit. 11. §. 1. de equo preſtito: *Si fortè pejoratum reddiderit, componat ei juxta quantitatem qua rem ejus impejoravit*.

PEISSELLUS, Paxillus, ex Gallico *Peiſſeau*. Libertates oppidi Jaſſeronis in Sebuſiis an. 1283. *Concedentes in dictis nemoribus plenum uſum videlicet pro domibus, grangiis, — peiſellis, & vimine ad ligandum palliciat*, &c.

PEISSONAGIUM, idem quod *Paſtionaticum*, cenſus pro paſtione porcorum. Libertates oppidi Jaſſeronis in Sebuſiis an. 1283. *Item concedimus prædictis hominibus quod ipſi imponant & paſquent in dictis nemoribus noſtris — duos porcos abſque peiſſonagio: de aliis verò porcis, quos pro peyſſonando impoſuerint in dictis nemoribus, peyſſonagium nobis ſolvere teneantur*. Vide *Paſtionaticum*, & *Paiſſo*.

PEYSSONARIA. Charta an. 1260. apud Sammarthanos in Epiſcopis Maſſilienſibus: *Peyſſonariam verò, vel tinctum rubeum, dicto Epiſcopo vel ſuis ſucceſſoribus in parte ſua facere nequaquam liceat ſine domini Regis vel heredum ſuorum DD. Montiſpeſſuli conſenſu*.

PEITARE, vel *Peytare*, Solvere. *Peyterius*, qui ſolvit, qui tributis obnoxius eſt. Charta Adelfonſi Regis Aragonum æræ 1153. *Et inſuper peitet mihi mille Moravedinos*. Salanova Examinius Juſtitia Aragonum, apud Hieron. Blancam, de Infantionibus: *Non contribuunt cum Peyteriis in exactionibus regalibus, vel vicinalibus, niſi tempore guerræ*. Infra: *Si Peyterius Regis in domibus Infancionis ſteterit commodatus; non peytabit pro domibus vel mobilibus, &c. ſed pro hereditatibus ſigni Regis peytabit*. Rurſum: *Si Peyterius Regis in villa Regis voluerit ſtare in domibus Infancionis, ut Exarichus, vel alter; pro omnibus tam mobilibus, quam immobilibus & ſe moventibus, peytabit Regi, ſalvo pro hereditatibus Infantionis*.

Peytæ, Præſtationes, tributa. Paſſio B. Dominici Martyris Cæſarauguſtani: *Ut quicumque occultè furaretur aut raperet parvulum Chriſtianum, & eis (Judæis) traderet ut morti daretur, eſſet ab omnibus peytis ac tribu-*

lationibus & impoſitionibus quibuſcumque per eos ſolvendis exemptus. Idem Salanova apud Mich. *del Molino* in Repertorio p. 75. *Debent tamen vocari terraſtenentes per vicinos illius loci, quando peitas imponunt, ne ultra modum graventur.* Vide eundem in *Peyta.*

Pelagium, vulgo *Pelage*, Præſtationis ſpecies. Vide in *Arragium.*

Pelagus, quævis aqua ſeu unda, etiam fluvialis. In Gloſſis Iſid. *Pelagus, praluvium.* Pactus Legis Salicæ tit. 44. §. 13. *Qui in pelagus hominem impinxerit*, &c. Adde Recapitulat. ejuſdem Legis §. 14.19. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 70. de muliere in Ararim fluvium demerſa: *Interrogabant autem mulierem qualiter ſub pelago vivere potuiſſet.* Idem de Gloria Confeſſ. cap. 22. *Dum Ararim fluvium tranſire cuperet, nave impleta demergitur, & ipſe Sacerdos pelago operitur.* Adde eundem in Miracul. S. Martini cap. 17. Adrevaldus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 19. *Medium Ligerim petit, ibique contra adverſum pelagus enatando*, &c. Abbo lib. 1. de Bello Pariſiac.

Ambuſti Sequana ad pelagos concurrite, &c.

Eckehardus junior de Caſib. S. Galli cap. 11. de lacu: *Quod piſcem de Pelago illo non vidiſſe me memini.* Charta Ordonii II. Regis Legionenſis, æræ 953. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ordinis S. Benedicti to. 4. *Cum omnibus adjacentiis, vel præſtationibus ſuis, domibus, arvis, hortis, pratis, paludibus, azeniis, piſcariis, aquis, aquarumve ductilibus, ſuis pelagis, cum acceſſu receſſuque ſuo*, &c. Alia Ferdinandi I. Regis æræ 1081. ibid. *Cum ſuis terminis, & montibus, & fontibus, & pelagis*, &c. Charta Garſiæ Regis Navarræ æræ 1082. apud Sandovallium in Epiſcopis Pampilonenſib. pag. 70. *Et de illa area de Veraſo, uſque ad pelagum rotundum de Anoz, ſit defenſum & vetatum tam aquarum quam terræ*, &c. Adde Walafridum Strabum de vita S. Galli cap. 18. Theodorum Campedonenſem in vita S. Magni cap. 24. Ughellum to. 1. Italiæ ſacræ part. 1. p. 65. &c. Wendelinus vocis etymon à Toxandrico *poel*, & *poelghen* arceſſit, quod *lacunam, vel lacunulam* ſonat. Hunc conſule ſi lubet.

Pelax, Vide *Pilax.*

Pelheria, Pellium venditrix. Conſuetudines Toloſæ part. 2. *Mulier pelheria, ſeu corrateria de pelha: Pelharii*; ibidem.

Pelia, *Pellus*, Batillus, noſtri *pelle, pellée.* Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 528. *Debet habere — caſeum de melioribus domus, & plenam peliam ſalis.* Infra: *Dimidium pellum ſalis.*

Pella. Vide *Perla.*

Pellator, ἐπιδερμῆς, in Gloſſ. Gr. Lat.

Pelles *ſilvaticæ, ſilveſtres*, Gall. *Peaux ſauvages.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 18. *Pellicia & pelles, & coopertoria de pellibus agninis, ita ut pellis ſilvatica cujuſcumque generis in nullo habitu noſtro admittatur.* *Pelles ſilveſtres*, apud Vincentium Belvac. lib. 28. c. 95. *Pelles delicatæ & coloratæ*, in Statutis Synodalib. Epiſcopi anonymi an. 1237. in Conciliis Anglic. to. 2. *Pelles lanitæ*, lanatæ, quibus lanæ adhuc hærent, in Statutis Gildæ Scoticæ c. 20.36.

Pellicia, *Pellicea, Pellicium*, &c. Papias: *Pellicia, veſtis, indumentum pellibus factum.* Jo. de Janua: *Moderni dicunt Pellicea*, *a.* noſtri *Pelice.* Goffridus Vindocin. lib. 1. Epiſt. 22. *Griſiam pelliciam, atque varias veſtes obtuli patri meo*, &c. Chronicon S. Trudonis lib. 7. *Pelleſque & pellicias tam varias, quam griſeas*, &c. *Le Roman d'Aubery* MS.

Seniban fuſt veſtuë de nouvel;
D'une peliçe qui fu dou tans Abel.

Pellitia. Chronic. Andrenſe: *24. paria pellitiarum; froccorum, & cucullarum.* Adde Ordericum Vital. lib. 8. pag. 711. Gaufridum Groſſum in vita S. Bernardi Tironenſis cap. 46. &c.

Pellicea. Jo. de Janua: *Pellicea, quoddam indumentum quod de pellibus fit. Invenitur etiam pellicia, ſed moderni dicunt pellicea.* Ardo in vita S. Benedicti Anianenſis n. 40. *Duas ſcilicet ſtamineas, & femoralia, pelliceas quoque*, &c. Utuntur præterea Synodus Aquiſgr. can. 22. Petrus Venerab. lib. 1. Epiſt. 28. Goffridus Vindoc. lib. 1. Epiſt. 12. Aimoinus de vita S. Abbonis Floriac. cap. 20. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 715. Vitæ Abbatum S. Albani p. 63. Bernardus, Prior Portarum Epiſt. 3. &c.

Pellicia, Præſtationis ſpecies, fortè *pelliciarum*, ſeu pellium ad Canonicorum Anianenſium uſus. Charta anni 1244. ex Tabulario S. Aniani Aurelian. *Totum illum redditum annuum tam hibernagii, quam avenæ, quem habuerant ad oſtium granarii B. Aniani Aurelian, qui vulgariter dicitur Taxamentum, & pelliciam quam habuerant in territorio dictæ Eccleſiæ ſuper homines ipſius territorii, confeſſi ſunt ſe vendidiſſe*, &c. Charta alia an. 1344. ibid. *Accordé eſt que les Doyen & Chapitres ſe départent de toutes preſtations, charges, ſervices ou ſervitudes, à ſavoir de tailles, mortailles, formariages, ou deniers de pelices*, &c.

Pelliceum. Cæſarius lib. 6. c. 5. *Cum ad prunas ſederet, nec pelliceum ſecundum conſuetudinem levaret*, &c. Eckehardus junior de Caſib. S. Galli cap. 1. *Cum unireverendo quidem — pelliceum traderet*, &c. *Pelliceum veſtimentum*, apud Odonem Cluniac. lib. 2. Vitæ S. Geraldi cap. 3.

Pellicium, in Decretis Calomani Regis Hungar. lib. 1.

Pellicium chorale. Concilium Colonienſe an. 1260. can. 9. *Ne Canonici Eccleſiarum in ſolennitatibus & ſtationibus ſine chorali pellicio, vel veſte Canonicali ſub ſuperpellicio incedant in Eccleſiis conventualibus & in choro.*

Pellicio, Bocacio *Pellicione*: noſtris, *Pelliçon.* Donnizo lib. 1. de vita Mathild. cap. 13.

Rex ſibi maſtrucas poſt eſcam maxime pulchras
Donavit, fiorent quoque pelliciones.

S. Franciſcus in Regula Tertiariorum cap. 3. *Circa humilitatem verò panni, & pelliciones ſororum ipſarum juxta conditionem cujuſlibet earumdem, ac loci conſuetudinem, poterit diſpenſari. Le Roman de Pariſe la Ducheſſe* MS.

Le matin tè donrai un hermin peliçon,
Unes chauces de pailes, ſolers pains à Lyon.

Hugo *Vellanone* vetus Poëta MS.

N'en vol prendre cheval, ne la male feltrée,
Peliçon, vair, ne gris, mantel, chape fourrée.

Pliçon, in Charta an. 1282. in Hiſt. S. Mariæ Sueſſion. p. 467. In Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1350. *Un pelliçon de menu vair à groſſe ſteuraille.* Alibi: *Un pelliçon de menu vair à manches.* In Computo anni 1351. *18. aunes de fine toile de Morigny pour couvrir le poil des pelliçons du Roy & de nos joenes Seigneurs ſes enfans.* Alibi: *Pour ſon pelliçon de menu vair à parer, 200. ventres, & pour ſon pelliçon de menu vair à groſſe ſteuraille mis entre x. toilles, 160. ventres. & pour manches 40. ventres.* Computum ejuſdem pro anno 1351. *Pour 6. pieces de cendaux vermeux en graine, tant pour couvrir pliçons, comme pour eſtoffer robes pour le Roy*, &c. *Pour 2. fourrures de menu vair; tenans chacun xiij^{m} ventres à faire deux pliçons couvers de cendal ſur le cuir, & devers le poil de toille pour ledit Seigneur au terme de Touſſaints*, &c. *Pour une fourrure de bievre à faire un pliçon couvert de cendal ſur le cuir, & devers le poil de toille pour ledit Seigneur*, &c. *Pour une fourrure de gris à faire un autre pliçon pour ledit Seigneur, & pour 50. ventres de menu ver à faire manches audit pliçon.*

Pelliciarius, Gall. *Pellicier*, Pelliciarum venditor, apud Willelmum Gemetic. lib. 7. cap. 18. Gloſſæ vett. *Pellarius*; πελλάριος.

Pellicius, *Glorioſus*, Ugutioni. Cujuſmodi fortè eſt qui *pelliciis* in veſtibus utitur. Vide *Pallioſus.*

Pelliparii, qui pelles parant, præparant, vendunt; Latinis, *Pelliones.* Gloſſæ Gr. Lat. δερματοπώλης, *Pellio.* δερματοῤῥάφος, *Pellio; ſutor.* Aliæ Gloſſæ: *Pellio*,

διφθεροποιός. Rurſum: *Pellio*, δερμεὺς, ὁ διφθερεψός. f. μηλωτοπώλης. *Pelliſex*, in Actis S. Erconwaldi Epiſcopi n. 19. Ugutio in Gloſſ. *Pelliparius, qui parat, id eſt præparat pelles.* In Gloſſ. Lat. Gall. *Peletier, Coréeur.* Conſuetudines Monaſterii Regulæ: *Omnes Pelliparii debent Priori bonam pelliciam uno quoque anno in Ramiſpalmarum.* Iter Camerarii Scotici cap. 23. *Pelliparii, ſeu pelliones. — pelliones debent accuſari quod faciunt chirothecas, & res alias prius quam pelles. — Corrumpunt pelles ſive coria in aquis.* Monachus Altiſiod. p. 120. *Agricola, Sutor, Pelliparius, Carpentarius,* &c. *Vicus Pelliparioru*m, Hieroſolymis, apud Will. Tyrium lib. 14. cap. 18. Adde Bromptonum p. 910. & Roverium in Reomao p. 288. *Fratres Pelliparii*, in Monaſteriis, quibus *pellicearum* Monaſticarum cura incumbebat, in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 715. Fruſtra igitur viri docti ad Acta S. Willelmi pueri Martyris, *Pelliſarius*, pro *Pelliparius* reſtituunt.

Pelliparia cruda & non cruda, ſive parata, in Charta Philippi Pulchri Regis an. 1304. in Regeſto 12. Chartophylacii Regii n. 196.

Pelliti, Gothi dicti, quod pellibus veſtirentur: *Pelliti populi* S. Hieronymo. Vetus autor vitæ S. Lupicini Abbat. Jurenſis: *Nonne cernis — mutare muricetos pellito ſub judice faſces.* Ita Francos noſtros pellitos repræſentat Fortunatus lib. 9. Poëm. 5.

Pelligeri veniens Chlodovechi gente potenti.

Vide Savaronem & Sirmondum ad Sidon. & Cluverum lib. 1. German. Antiq. cap. 16.

Pellum, *veſtis vocata ſtola*, Papiæ. Fortè pro *pallium*. Vide in hac voce.

Pelota, vel *Pellota*, monticulus in pede canis, Gallis *Pelote*, Anglis, *the ball of the foot*, i. Pilula. Charta de Foreſtis cap. 7. *Talis autem expeditatio* (canum) *fiat per aſſiſam communiter uſitatam, videlicet quod tres ortelli abſcindantur, ſive pelota de pede anteriori.*

Peluræ, Pelles. Fleta lib. 2. c. 14. *De expenſis garderobæ, in quibus emptiones pannorum, peluræ, cera, ſpecierum, — comprehenduntur.* Fortè *Pelicia*, ex Gallico *Peluches*.

Pena, Rupis, collis, Hiſpanis *Peña*. Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Ovetenſis an. 781. apud Sandovallium: *Et per illa via qua vadit ad Petra Terta, & per pena de Ceſa, & inde per illa ſtrada de Guardia*, &c. Occurrit ibi pluries. Obſervat Camdenus in Britannia *Pen* ſummitates montium etiamnum Britannis vocari, vocemque eſſe veterum Gallorum, unde *Appenninus* mons, &c. Vide *Pinna*.

Penax. Codex Croylandiæ ſub Joſfrido Abbate, apud Spelmannum: *Pulcherrimumque penacem, per incendium illud tunc perdidimus, & valde ſumptuoſum de omni genere metalli pro varietate ſiderum & ſignorum mirabiliter fabrefactum. Saturnus enim, Jupiter autem aureus, Mars verò ferrugineus, Sol de auricalco*, &c. Ubi *penax*, eſt pro *pinax*, πίναξ, tabula. Hic autem pro ſphæra cæli.

Pecinna, al. *Pencila, lacinia, vel ſtola*, in Gloſſ. Iſid. Fortè *Penula*.

Pendentes, noſtris, *pendants d'oreilles*, ἐνώτια Græcis ſcriptoribus. Arculfus de Locis ſacris: *Ornata virgis ferreis, pendentes, brachialia, dextrocheria, murenæ, monilia, annuli*, &c.

Pendere, laqueo ſuſpendere, Gall. *Pendre*. Decretio Childeberti Regis c. 8. *Et ſi debilior perſona fuerit, in loco pendatur.* Capitulare triplex an. 808. c. 2. *Nullus hominem pendere præſumat, niſi per judicium. Si verò aliquis ſine culpa penditus fuerit, & ibi moritur, tunc ab eo qui eum abſque judicio pendidit, proximus parentibus ſit compoſitus.* Vide Annales Francor. Bertinian. an. 842.

Penditus, in Lege Ripuar. tit. 79. *Si quis homo propter furtum comprehenſus fuerit, & legitimè ſuperjuratus, judicio principis penditus, vel in quocumquelibet patibulo vitam finierit*, &c.

Pendilatorium, in Catholico Armorico, *Pilery*, item Capitolium.

Pendigo, vide *Labandage*.

Pendire, Demonſtrare, indicare in jure. Charta an. 1104. in Regeſto Comitum Toloſæ Cameræ Comput. Pariſ. fol. 105. *Ammonuit eos ex parte Comitis per eorum legalitatem & per eorum credentiam, ut bona fide demonſtrarent ei & pendirent, & ei terminarent illas terras & honores*, &c. Infra: *Demonſtraverunt & pendiverunt ei unam peciam terra in qua habet unam cartaratam & plus terra*, &c. Ibidem: *Penditio & demonſtratio*; Gallis *monſtrée de terre*. Vide an à *Bandire* vox deducatur, tametſi iſtius notio vix quadret.

Pennitorium, Pertica ad quam appenduntur panni deſiccandi. Vide *Pannificus*.

Pendulæ, Vittæ, quæ à mitra Epiſcoporum dependent; ὠτία, apud Durandum lib. 3. Ration. cap. 13. n. 4. *Penduli*, non ſemel in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 313.

Penellum, Rete quo cuniculi comprehenduntur, Gallis *Penneau*, vel *panneau*. Charta Will. Comitis Pontivi an. 1203. in Tabulario Abbatiæ S. Judoci: *Comes Monſteroli & Pontivi debet habere leporem ac penellum infra guarennam, qua eſt*, &c. Alia Matth. Comitis an. 1248. in eod. Tabul. *Damus & concedimus in puram eleemoſynam Eccleſiæ S. Judoci ſupra mare leporem & penellum quæ habebamus in domis* (dunis) *quæ ſunt infra garennam quæ eſt inter prata de Trepiè & mare*, &c. *Penneau* vero aliud ſonat in Regeſto Peagiorum Pariſienſ. *Si bacon viennent en penneaux engreſſe, li 4. penneau doivent un denier de tonlieu. L'en appelle penneaux en greſſe, fiche de bacon ſans os.*

Penesticus. Wichbild Magdeburg. art. 44. *Qui penestici & revenditores vocantur, ſi in aliquo demeruerint, vel exceſſerint contra ſtatuta civitatis — in eſculentis falſificandis*, &c. Vox, ut videtur, deducta à *Penu*.

Penigeldum, Denarii penſitatio ex quavis Conſuetudine pro facultate aliqua vel privilegio habendo, ut in foreſta, aut alibi: ex Saxon. Penẏ, denarius, & ȝelđ, penſitatio. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 372. *Sint quieti de — omnibus geldis, fengeldis, horngeldis, forgeldis, penigeldis*, &c. Adde to. 2. p. 812. 817.

Penkynyt, vox Wallica in legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 5.

Penna. Vide *Pannus. Pluma.*

Penones, *Pennones*, Banna, edicta publica ac regia. Noſtris *Pennon* eſt vexilli ſpecies, ut mox obſervamus. Banna autem appoſitione vexilli fiebant interdum. Edictum Nunonis Sancii D. Roſſilionis an. 1217. pro treuga tenenda: *Item guidatica & pennones, & omnia regalia firmiter obſervari & cuſtodiri ſub hac pace & ſecuritate inhibemus, etiam omnes venientes ad curiam noſtram, ſtando, eundo, redeundo cum omnibus rebus eorum*, &c. Petrus I. Rex Aragonum in Conſtitut. Catalaniæ MSS. *Scaticam noſtra & pennones, atque alia Regalia noſtra firmiter obſervari — jubemus.* Tertia Curia generalis Catalaniæ ſub Jacobo II. Rege Arag. an. 1311. *Quod nos vel officiales noſtri non ponemus nec mittemus pennones, vel porterios, nec alium hominem ratione guidatici in aliquo loco, qui ſit infra juriſdictionem Caſtrorum Richorum hominum vel Militum.* Vide *Scaticum*.

Pennones porrò vocabant noſtri quævis vexilla. *Le Roman de Garin* MS.

L'eſpiè el poing à un panon porprin.

Alibi:

Pris ont ès poins les rois eſpiés forbis,
Deſuere ſont li panon de ſamit.

Rurſum:

La veiſſiez mil panons venteler
Et mil banneres deſploier & montrer.

Chronicon Bertrandi du Gueſclin MS.

A tant ès les Anglois à penon de ſandal.

Pennoncellus, vel Penicellus diminut. ex *penno*, noſtris, *Pennonceau*: à *panno* ve *pannuncello* haſtæ in vexilli in jacutum deſinentis ſpeciem, adfixo. Thomas Walſinghamus in Ricardo II. *Vexilla & penicellos*

exigentes. Infra: *Deferens ante eum vexillum, vel pencellum diſplicatum de armis S. Georgii*. Fuit autem ejuſmodi vexillum proprium eorum Militum, quos *Bacellarios* vocabant: Bannerettis enim quadratum vexillum competebat. Id præſertim docet vetus Ceremoniale MS. ubi de Rege expeditionem militarem obeunte: *Aprés les Pages viennent les trompetes: aprés les trompetes viennent les pennons des Bacheliers: aprés les pennons viennent les bannieres des derrains Bannerets deux à deux*, &c. Alio loco ubi deſcribuntur ceremoniæ in Militum obſequiis: *La quatriéme offrande doit eſtre d'un cheval couvert du treſpaſſé, & ſera monté deſſus un gentilhomme, ou ami du treſpaſſé, qui portera ſa baniere, s'il eſt Baneret, ou s'il eſt Bachelier ſon penon*. Ita Froiſſartes ferè ſemper *Pennones* ſeu *Pennuncellos* Bachelariis adſcribit: 2. vol. cap. 135. *Là eſtoit Meſſire Hue le Deſpenſier à pennon, & là eſtoit à banniere & à pennon Meſſire Hue de Caurelée, & à pennon ſans banniere Meſſire Guillaume Dratton*. Et cap. 161. *Meſſire Jean de Jumont ſon pennon devant*. Idem ſcribit 1. vol. cap. 237. Joannem *de Chandos* in Navarrenſi expeditione ſub ſe habuiſſe 1200. *pennons tous parez de ſes armes, d'argent a un pel eſguiſé de gueules, qui eſtoit choſe moult belle a regarder*. Et cap. 241. *Sous le pennon de S. Georges à la banniere de Meſſire Jean Chandos eſtoient les Compagnies, ou bien eſtoient 1200. pannonceaux*. Ex quibus ſatis colligitur *pannones* & *pannoncellos*, eadem notione uſurpari. *Le Roman de Guarin*:

La veiſſiés tant panoncel fermer,
Tante baniere ſus hancier & lever.

Guill. Guiart an. 1304.

Pannonceaux par leurs flots ventelent;
Et mainte banniere iſabelle.

Et an. 1306.

En autres pluſieurs manieres
Bruent pannonceaux & bannieres.

Adde eundem Froiſſartem 2. vol. cap. 51. 4. vol. cap. 18.

Interdum etiam Scutiferis *Pennoncellos* deferre jus erat, quod ex Froiſſarte licet colligere 4. vol. cap. 21. *Et cheurent davantage ſur le pennon d'un gentilhomme Eſcuier, & pour lors bon homme d'armes, qui ſe nommoit Aſſrenal*. Ita verò Bachelariis & Scutiferis *pennones* ſeu *pennoncellos* in militaribus expeditionibus deferre jus erat, ſi vaſſallos complures haberent, qui eorum ſigna ac vexilla ſubſequi tenerentur: ſeu quod nondum *Banneriam*, uti tum loquebantur, per ætatem erexiſſent: ſeu quod eum vaſſallorum numerum non haberent, qui ad Banneretti dignitatem obtinendam requirebatur.

Scribit laudatum Ceremoniale, Regum, Ducum, Marchionum, & Comitum, non verò cæterorum, Bannerettorum, eam fuiſſe prærogativam, ut *Banneriam*, & *Pennonem* in bellis ac præliis deferre poſſent: ſed contrarium indicare videtur Froiſſartes locis ſupra citatis.

Erant porro ejuſmodi *Pennones* Militum armis ſeu inſignibus ornati. Idem Froiſſartes 4. vol. cap. 18. *Les François avoient bannieres deſploiées, & pennons deſploiez & armoiez de leurs armes*. Ibidem: *Grande beauté eſtoit à voir les bannieres & les pennons de ſoie, de cendal, armoiées des armes des Seigneurs ventelans au vent, & reflamboier au Soleil*. Rurſum 1. vol. cap. 198. *Et mit ſon pennon devant lui, qui eſtoit d'hermines à 2. hamaides de gueules*. *Pennoncellos* etiam vocabant haſtarum infulas, quas Græci recentiores *Flammula*. Chronicon Flandriæ cap. 15. *Une bataille de ſes gens à cheval, qui tous portoient pennonceaux à leurs glaives*. Et c. 113. *Portoit celui Chevalier en ſa main une glaive d'un pignon (pennon) d'or à un bonel de ſable*.

PENSA, *Penſum*, Pondus, *Poids*. Chronicon Normannor. an. 869. *Carolus cum Normannis in 4. millium libris argenti ad penſam eorum paciſcitur*. Edictum Piſtenſe c. 13. *Et ſine fraude, tam in penſa, quam in purgatione denarios concambient*. Adde c. 14. Adhalardus in Statutis Corbeienſib. lib. 1. c. 6. *Separet ut primo illos provendarios (panes) qui per penſas ſemper æqualiter & habentur & liberantur*. Lib. 2. *Similiter ut ipſi provendarii eadem qualitate & quantitate cibi & potus, ſicut cæteri provendarii noſtri, ſuſtententur: id eſt ut penſam ſecundum cæterorum conſuetudinem per menſem, ſimiliter panem & potum ſecundum eorum conſuetudinem accipiant*.

Penſa, Libra, ut *pondo* & *pondus*. Flodoardus lib. 1. Hiſt. Remenſis cap. 20. *Et ut picem religioſis annuatim locis Eccleſiæ Remenſis adminiſtrarent inſtituit, quibus & penſam tribuit, — cum qua ſuum quoque perſolvunt debitum*. Idem lib. 2. c. 3. *Victus penſam pauperibus erogabat*. Charta Gerardi Morinenſis Epiſc. an. 1084. in Chronico Andrenſi p. 809. *Comes (Giſnenſis dedit) ſedem molendini cum ſtagno apud Giſnes, & penſam caſeorum ſingulis annis*. Teloneum S. Audomari in Tabular. S. Bertini: *De penſa anguillarum, penſa adipis, penſa caſeorum, penſa butiri, penſa ceræ, penſa filorum;* &c. Occurrit apud Galbertum in Vita Caroli Comit. Flandr. n. 129. in Charta Caroli Calvi apud Mabillonium to. 4. SS. Ord. S. Bened. p. 119. & aliis apud Buzelinum in Gallo-Flandr. p. 306. 399. in Hiſt. Guinenſi pag. 24. apud Doubletum p. 740. 793. &c.

Penſa auri, crebro occurrit in Decretis Hungaricis Stephani Regis lib. 2. c. 13. 16. 43. *Penſa*, nudè, in Decretis Ladiſlai Regis lib. 1. c. 14. 29. 42. lib. 2. c. 3. 4. 6. 8. lib. 3. c. 29. ubi Molnerus ait ita appellari nummum pretii 40. denar. interdum florenum. *Penſa ferri & aquæ*, in iiſdem Decretis S. Ladiſlai lib. 1. c. 28.

Penſum Palatii. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 661. *Auri puriſſimi decem libras, ac argenti probatiſſimi pondo viginti ad penſum noſtri Palatii ſolvere cogatur*. Ubi Charta Ludovici Pii, apud eundem p. 736. habet *ad pondus noſtri Palatii*. Libertates Regni Majoricæ MSS. *Vicarius, baiulus, vel ſagio non poſſit cogi facere de falſitate penſi vel menſurarum*. Leo Oſt. lib. 1. c. 57. *Cochlearia argentea 3. penſo libræ unius*.

Peiſa, & *Piſa*, eadem notione. Charta Edw. III. Regis Angl. an. 1343. *Super perceptione 10. librarum, & 8. peiſarum caſei*, &c. Adde Will. Thorn p. 2072.

Peſa. Fori Morlanenſes art. 17. *Statuo etiam quod teneant rectas peſas & rectas libras & rectas menſuras*. Habetur etiam art. 37. *Pees*, in Foris Benearn. *Un quintar de biſcuyt, & 10. peſes de formatge*, apud Raimundum Montanerium c. 200.

Peſare, *Librare*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Gall. *Peſer*.

Piſa. Galbertus in vita Caroli Comitis Fland. n. 117. *Caſeorum piſas viginti duas*. In Charta Theoderici Comitis Flandriæ an. 1187. in Donat. Belgicis Miræi lib. 2. cap. 65. *Piſa caſeorum, & butyri*. In alia Willelmi Atrebatenſis Advocati in probat. Hiſt. Guinenſis p. 228. *Ad pitantiam Conventus tres piſas caſeorum Flandr. ſingulis annis*, &c. Occurrit apud Willelmum Thorn p. 1777. 1931. 2073. 2074.

Penſa, Tributum quod pro *penſis* ſeu ponderibus penſitatur. Occurrit paſſim in Curiis generalibus Cataloniæ.

Penſator, qui ejuſmodi *penſas* exigit, in Conſuetudinibus Barcinonenſibus MSS.

PENSARE, Cogitare, Gallis *Penſer*, apud Gregorium M. non ſemel, Agobardum lib. de Diſpenſatione c. 6. Ivonem Carnotenſem Epiſt. 25. 33. 120. 180. 250. in Actis Murenſis Monaſterii p. 44. &c.

Penſare dicitur moneta quæ pondus legitimum habet, in Legibus Wiſigoth. lib. 7. tit. 6. §. 5. in Addit. 2. Legis Burgund. §. 6. in Capit. ad Legem Salicam cap. 3. §. 11. in Leg. Longob. lib. 3. tit. 28. in Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 32. in Capitul. Caroli C. tit. 28. in Edicto Piſtenſi c. 8. 9. &c. quomodo *peſer* dicimus.

PENSABILITER, in Uſaticis Barcinonenſibus MSS. idem quod cap. 2. *Conſiderata mente; agnet a penſe*, in Conſuetud. Namurc. art. 79. vulgò *guet à pens*. Vide *Aguayt*.

Pensator. Vide *Penſa.*

Pensilarii. Vide *Gynæceum.*

Pensiles. Vide *Gynecæum.*

Pensilis *domus.* Vide *Domus.*

Pensum. Vide *Penſa.*

Pentaemtarchus, pro *Pentecontarchus*, Lat. *Quinquagenarius.* Charta ex Tabulario Eccleſiæ Brivatenſis an. 924. n. 17. *Conſultu Aklebaldi Præpoſiti Eccleſiæ S. Juliani martyris, & Cuneberti Pentaemtarchi ipſius loci, cæterorumque Canonicorum*, &c. Ita enim præfert ipſe codex, licet vir doctiſſimus *Pentacontarchus* ediderit. Idem porro Cunebertus ſub eundem annum 924. ch. 194. *Decanus* dicitur. Vide Spicilegium Acherianum to. 11. p. 284.

Pentecomarchus, perperam etiam apud Simeonem Dunelmenſem an. 887. *Perturbatus erat frequenter animo contra Principes & Pentecomarchos.*

Pentecostaliter. Breve recordationis an. 1140. in Tabulario Caſaurienſi: *His ita inſtitutis atque perfectis, præfati fratres ex intimo viſcerum ſuorum dixerunt, quod ſi quis noſtrum vel eorum qui de gente noſtra naſcituri ſunt, frangere voluerit hæc, aut fregerit, ſit anathematizatus & excommunicatus, — & perſolvat mille mancoſos puriſſimi auri, & his perſolutis, iſta quæ facimus, ſicut in iſto brevi continentur, & in carta prima donationis perleguntur, pentecoſtaliter, & ſine fine permaneant.* Ubi fortè *pentecoſtaliter* idem valet ac ſi res ea per 50. annos poſſeſſa fuiſſet. Nam annorum 50. præſcriptio omnem redimendæ poſſeſſionis ſpem tollebat. Charta Friderici Imp. an. 1219. apud Ughellum to. 4. p. 1503. *Ad hæc regia auctoritate ſtatuimus & ordinamus, ut nulla præſcriptio noceat, vel poſſit objici eidem Eccleſiæ, niſi 50. annorum curriculis ſit munita.* Vide Canones Hibern. lib. 35. c. 7. 8. 10. lib. 41. c. 7. Leges Wiſigoth. lib. 4. tit. 3. §. 2. 4. Goffridum Vindocin. lib. 2. Epiſt. 30. & l. 10. Cod. de Prædiis Navicular.

Pentecoste, Feſtum adventus Spiritus ſancti in Apoſtolos, quod celebrant Chriſtiani quinquageſimo die poſt Paſcha. Vide Durandum lib. 6. cap. 107. & alios paſſim. Per ſeptem autem dies feſtum Pentecoſtes celebrabatur, ut autor eſt Honorius Auguſtod. lib. 3. c. 147. & 149.

Pentecoſte, intervallum à Dominica Reſurrectionis ad feſtum Pentecoſtes, Græcis & Latinis ſcriptoribus paſſim etiam dicitur. Ordo Romanus: *Tempus autem Pentecoſtes inchoatur à prima die Reſurrectionis, & currit uſque ad diem quinquageſimum poſt Paſcha.* S. Hieronymus: *Non quo, & per totum annum, excepta Pentecoſte, jejunare non liceat.* S. Auguſt. Epiſt. 86. *Dies illi quinquaginta poſt Paſcha uſque ad Pentecoſten quibus non jejunatur*, &c. Ita etiam Tertullianus lib. de Corona militis cap. 3. de Baptiſmo cap. 13. &c. Adde Amalarium lib. 1. de Eccl. offic. c. 36. lib. 4. c. 46. In illo autem 50. dierum intervallo, ſtantes liturgiæ olim intererant, eo elapſo de geniculis adorabant, uti teſtantur Tertullianus, S. Hieronymus, S. Ambroſius ſerm. 61. Concilium Aurelianenſe, Epiphanius ſerm. Catech. S. Auguſtinus Epiſt. 119. c. 17. B. Dorotheus Doct. 15. S. Germanus Patr. CP. in Theoria Myſtica, Ordo Romanus, Iſidor. lib. 1. de Eccl. offic. c. 33. &c. In illo etiam intervallo *Alleluya* in Eccleſia ubique cantatur. S. Auguſtinus Epiſt. 119. c. 17. Vide Scaligeriana p. 261.

Pentecoſten, indeclinabiliter. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 33. *Similiter fiat in ſeptimana Paſchæ & Pentecoſten.* Occurrit ibi non ſemel, in Capitulari an. 828. apud Anſelmum Havelſbergenſem Epiſc. lib. 3. Dialog. c. 14. extremo, & alibi paſſim.

Penthiacus. Fragmentum Petronii pag. 30. *Gallum enim gallinaceum, Penthiacum; & ejuſmodi nænias ruſtici faciunt.*

Penticium, Appendix ædis, gurguſtium, tuguriolum parieti affixum, adjunctum, noſtris *Appentis.* Regula Fratrum domus S. Juliani juxta S. Albanum in Anglia:

ita etiam Eccleſia peregrinis de caſtro Preſbyter conſuevit benedicere peras & baculos, & Miſſam, ſi ei placuerit celebrare, & ſolum denarium de oblationibus recipere. Vide vitam S. Teliai apud Capgravium cap. 2. & quæ ſuper peregrinantium peris obſervavimus in Diſſertat. 15. ad Joinvillam. Benedicebantur etiam à Sacerdote ipſimet *peregrinantes*, ut eſt apud Gillebertum Lunicenſem Epiſcopum de Uſu Eccleſiaſtico.

Pera, inter miniſteria ſacra. Chronicon Moguntin. pag. 384. *Peram ad corporalia filis aureis inſertis miri operis & decoris.*

PERA, Anglis, eſt quævis ſtructura contra fluctuum impetus, tam in mari, quam in fluminibus, ex Lat. *petra*, ſeu Gallico *pierre*, quod idem ſonat. Uſus enim obtinuit, ut ejuſmodi moles cujuſcunque materiæ ſint ita appellentur, ut illa ad Germuthiam ex ingentibus trabibus maximaque vi ſaxorum conſtructa hodie id nominis habet: quomodo etiam *peras* vocant ipſa fundamenta quibus innituntur columnæ, quæ pontes ſuſtinent, ſive ex ſaxis fiant, ſive ex pilis, tabulis, & aggeſta terra. Vetus membrana de reſtauratione pontis Roveceſtriæ in Itinerario Cantii, apud Spelmannum: *Primus ejuſdem civitatis Epiſcopus incipit operari in Orientali brachio* (pontis) *primam peram de terra*, &c. Occurrit ibi plures.

PERACIA, Pera, pharetra. Anonymus de Geſtis Friderici II. Imperatoris: *Saraceni more ſolito, priuſquam ſe jungant, manualiter hoſtibus ex peraciis tela projiciunt, & ſubitò ſagittantes Ribaldos ſine numero vulnerant.*

PERACULUM, *Sacculus*, Gloſſ. MS. Reg. cod. 1013. Vox à *pera* efficta.

PERÆQUATORES, in Cod. Theod. & in Novellis, qui tributa ex æquo inter cives partiuntur, Græcis ἐξισωταὶ, de quibus etiam agunt Ennodius lib. 1. Epiſt. 6. Senator lib. 5. Epiſt. 14. 15. & alii à nobis laudati ad Alexiadem p. 346. Vide præterea Sirmondum ad Ennodium, Jacobum Gotofredum ad Cod. Th. Chopinum lib. 1. de Dom. tit. 2. n. 5. &c. Ad hanc tributorum peræquationem pertinet locus Gregorii Turon. lib. 9. cap. 30. *Childebertus verò Rex deſcriptores in Pictavos — juſſit abire, — ut ſcilicet populus, cenſum quem tempore patris reddiderat, facta ratione innovatura, reddere deberet. Multi enim ex his defuncti fuerant, & ob hoc viduis orphaniſque ac debilibus tributi pondus inſederat. Quod hi diſcutientes, per ordinem relaxantes pauperes ac infirmos illos, quos juſtitia conditio tributarios dabat, cenſu publico ſubdiderunt.*

Peræquatores victualium rerum in urbe regia, apud Senatorem l. 6. Epiſt. 6. qui rebus venalibus pretium indunt ac indicunt.

PERAMBULATIO, à Practicis Anglicis dicitur perquiſitio, quæ à judice fit finium Comitatus, aut alterius tenementi, cum de iis non conſentiunt partes. Tum enim *perambulantur* & inſpiciuntur, ut de iis conſtet. Vide Leges Baronum Scoticor. c. 78. §. 2. Bracton. lib. 4. Tract. 1. cap. 31. §. 2. & Fletam lib. 4. c. 15. §. 1. 2. 4. & infra in *Viſio*.

PERAMENTUM, Pera, cingulum à quo pera pendet: *Eſcarcelle*. Joannes Beka in Hereberto Epiſcopo Trajectenſi 26. *Theodoricus itaque Comes*, (Hollandiæ) *his agnitis, in ſe reverſus erubuit, & de propoſito malæ voluntatis compunctus ingemuit: qui ſtatim abjiciens pilum fraxineum, galerum ſplendidum, leonineum clypeum, & peramentum aureum, diſcalciatus, flexis genibus expetivit veniam.* Ita 1. editio, at Bucheliana habet *paramentum*.

PERAMPLIUS, ita Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. vertit Theophanis ἐπὶ πλεῖον p. 91.

PERANTE, ex Gallico, *Pardevant*. Statuta Ordinis de Sempringham p. 733. *Poteſt — in aliam partem perante chorum tranſire.* Liber Ordinis Sancti Victoris Pariſienſis MS. cap. 38. *Quotiens Conventus cum proceſſione perante lavatorium tranſit*, &c. Monachus Vallis Sarnei cap. 72. *Cum tranſiret perante baſilicam*, &c.

Adde librum Uſuum Ciſtercienſium c. 75. 90.

PERARARE, Scribere, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 17. lib. 7. Epiſt. 2.

PERCA, pro *pertica*, ex Gallico *Perche*. Monaſticum Anglican. to. 2. p. 87. *Et unam acram prati per majorem percam.* Hinc

Percata terræ, ibid. p. 305. *Perchée de terre.* Vide *Pertica*.

PERCALCARE. Tabularium Prioratus Netoniſvillæ f. 23. *Dederunt — quicquid habebant in Fromundvilla, ſive in territorio ejuſdem Brocis adjacenti. Donum iſtud percalcavit per circuitum ipſe Stephanus* (donator) *& Aſcelinus ejus Major, & alii plures, — & ſicut percalcavit, ſic hoc donum confirmavit.* Ubi *percalcatio*, idem fere valet quod *perambulatio*, de qua voce ſupra egimus, id eſt oſtenſio rei donatæ.

PERCATAPSAT, Papiæ, *valde cedit, vel blande cedit.*

PERCENARE, [illegible], in Gloſſ. Gr. Lat.

PERCERI, *celeres*, Papiæ, idem: *Percibus, celerrimis, velocibus.* Perceleres.

PERCIDUS. Appendix Cod. Theodoſ. Conſt. 20. *Si autem infirmior fuerit perſona, prius cogitet animo ſuo percido, & ſic accuſet*, &c.

PERCURRERE. Marculfus lib. 1. form. 38. *Super Capellam domni Martini, ubi reliqua Sacramenta percurrunt, debeant conjurare.* Id eſt ubi præſtari ſolent.

PERCURSUS, ſocietas quædam inita inter duos dominos pro utriuſque tenentibus ſeu hominibus: Gallis *Parcours, entrecours*. *Percurſus* verò aut homines ſpectabat, aut paſtionem animalium. *Percurſus hominum* dicitur ea facultas conceſſa hominibus utriuſque feudi, *percurrendi* ſeu migrandi ad utrumlibet feudum: ita ut ſi homo, vel tenens alicujus, dominum ſuum deſerere velit, & ad alium dominum, quocum percurſum ille habet, tranſire, id ei liceat. Charta Petri Comitis Autiſſiodor. an. 1205. in Tabulario Campaniæ Thuani f. 196. *Veritate ſuper hoc inquiſita didicimus percurſum eſſe inter dictas villas.* Charta Odonis Ducis Burgund. an. 1215. ibidem f. 49. *Conceſſimus alter alteri quod percurſus qui eſt inter quaſdam villas noſtras & ſuas ſuſpendatur in 4. annos, ita quod interim nec homines noſtri in terra ſua, nec homines ſui in noſtra valeant retineri.* Tabularium S. Benigni apud Perardum: *Dederunt — percurſum plenarium in omnibus terris ſuis, ſilvis, & planis, & paſcuis.* Regeſtum Magnorum Dierum Trecenſium an. 1285. fol. 23. *Dicebat dominus de Hans quod per compoſitionem olim inter ipſum ex una parte, & dom. Regem Navarræ Comitem Camp. ex altera factam, burgenſes ſui de Hans non habebant percurſum in terra domini Comitis Camp. dicens & aſſerens, quod ſi contingeret aliquem de ipſis burgenſibus ire ad villas Comitis Camp. cauſa morandi, vel burgeſiam faciendi ibidem, dictus dominus de Hans poſſet totam remaſanciam ipſius burgenſis retinere.* Dux Burgundiæ Divionenſibus conceſſit, litteris an. 1268. *le parcours de ces qui ſan vouldront aler de Dijon ſans la taille de la vile paier. En tel maniere que cil qui s'en voudront aler, ſoient hommes, ou femmes vèves ſans la taille de la ville paier por demorer aillors, ſan doivent aler devant la Toſſeins, & doivent demeurer & tenir feu & leu & leur maiſnie là où il iront eſter, & fors de la baulie de la Toſſoins juſque à la feſte de la nativité S. Jean Baptiſte: ne ne peuvent dedans cel terme tenir hoſtel à Dijon &c. & ny peuvent venir que pour leurs affaires particulieres pour vendre leur bled ou leur vin, ſauf que depuis la S. Jean juſques à la Touſſains ils peuvent y venir avec tout leur meſnage pour leurs moiſſons & pour leurs foins*, &c. in Regeſto feodor. Burgundiæ 2. part. p. 134. De ejuſmodi hominum percurſu agunt Conſuetudines, Trecenſis art. 7. Vitriacenſis art. 78. 79. & Senonenſis art. 136. 138. Adde chartam an. 1270. apud Roverium in Reomao p. 282.

Spectabat etiam *percurſus* facultatem datam homi-

nibus in alieno feudo operas faciendi, ut eſt in Conſuetudine Nivernenſi cap. 12. art. 1.

Percurſus in paſtionibus, erat facultas ponendi pecudes ſuas, & eas paſcendi, in alterius domini, quocum *percurſus* erat, paſcuis. Tabularium S. Benigni Divion. *Dedit Canonicis — uſus ſuorum nemorum ad conſtruenda ædificia, percurſus quoque in eiſdem nemoribus, & paſnaticum*, &c. Guido VI. Dom. Lavalli in Tabulario Abbat. de Rota: *Do & concedo præterea omnibus beſtiis ſuis, exceptis capris, percurſum nemorum meorum.* Vetus Inqueſta in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 118. *Dominus Montisfortis non poteſt ponere porcos in defenſo niſi ſuos, donec paſnagium ſit acceptum: poſtea verò percuſſum* (ſic) *dare poteſt cui voluerit in defenſo, abſque vendere.* De percuſſu in paſcuis agunt Conſuetudines Comitat. Burgundiæ cap. 16. art. 103. & Lotharingiæ tit. 15. art. 1. *Pracurſus*, pro *percurſus*, habetur in Chronico Beſuenſi pag. 660. ut *procours* in Conſuetud. Nivernenſi.

PERCUSSORIUM. Gloſſ. Ælfrici Saxonic. *Percuſſorium*, ſlege, i. clades, occiſio.

PERDA, jactura, Gall. *Perte.* Uſatici Barcinonenſes MSS. c. 24. 28. *Emendet ei totum damnum & miſſiones & perdas, quas ſenior per fallimentum illius fecerit.* Tabularium Caſtri-Meliandi in Biturig. tit. 57. *perdas vero & miſſiones*, &c. Adde Thomaſſerium in Conſuet. Bituric. p. 158. *Le Roman d'Aubery* MS.

Il me feroit ma perde reſtorer.

Vide Salmaſium ad Pollionem p. 312.

PERDICERE. Statuta Ord. S. Gilberti de Sempringham p. 772. *Cùm ſorores dixerint horas, quamvis bis Pater noſter perdixerint, poteſt aliqua abſens ad horam ingredi. Si plures perdixerint, non ingrediatur, ſed per ſe debitum horæ perſolvat.*

PERDICETA, *Perticheta*, Machina jaculatoria. Hiſtoria MS. Excidii Acconis an. 1191. *Secum ducens machinarum multitudinem fundibulariorum, ſicut ſunt petrariæ, biblietæ, perdicetæ, & mangonelli.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 6. *In prora verò cujuſlibet galearum fieri poſſent aliqua bellica inſtrumenta, ut conſulerent exercitati in talibus & docti, pertichetas ſive furcatas à puppe uſque ad proram circa latera cujuſlibet ordinando, juxta id quod fieri conſuevit. Similiter baliſtariæ à capite bancorum in tanto numero, quantus neceſſarius & utilis videretur. Quæ quidem caſtra, perticheta, baliſtariæ, & bellica inſtrumenta ſic debent fore ingenios ordinata, quod poſſint removeri & erigi ſecundum quod fuerit opportunum.* Italis *pertighette*, eſt parva pertica: & ſanè machina iſta *furcæ* etiam ſpeciem retulit, cum *perticheta ſive furcata* dicatur Sanuto. Sed cujuſmodi illa fuerit, mihi incertum, niſi ea fuerit, quam *Perdriau*, ſeu Perdicem vocat Will. *Guiart* ſub an. 1304.

Prés du Roy devant ſa banniere
Metent François trois Perdriaus,
Getans pierres aus enviaus
Entre Flamens groſſes & males,
Joignant d'eus rot deus eſpringales,
Que garçons au tirer avancent.

PERDINGI. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 29. *Villani vero vel cocſeti, vel perdingi, vel qui ſunt viles vel inopes perſonæ, non ſunt inter legum judices numerandi.*

PERDONARE, Concedere, donare, *Accorder.* Ritus unctionis Regum, ex Codice Ratoldi, apud Menardum: *A vobis perdonari petimus, ut unicuique de nobis — juſtitiam conſervetis.* Adde Capitula Caroli C. tit. 1. c. 3. tit. 14. c. 3 tit. 34. c. 3. tit. 43. c. 4. Capit. Ludovici II. tit. 1. Capitulum Karlomanni Regis, Alcuinum Epiſt. 29. 86. Chartam Malgerii Archiep. Rotomag. apud Sammarthanos in Archiep. Rotom. n. 46. &c.

Perdonare, Concedere, condonare, indulgere, parcere; unde noſtris *Pardonner.* Charta Pippini Regis apud Doubletum p. 696. *Propter hoc miſſus fuit ad cauſas,*

revenu de loin. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *A mea mentis igitur peregrinatione ad me reverſus*, &c.

PEREGRINUS. *Peregrinorum officium*, quod in Eccleſia Rotomagenſi ita celebratum feria 2. poſt Paſcha obſervat Ordinarius MS. ejuſdem Eccleſiæ: *Officium Peregrinorum debet fieri hoc modo. Duo de ſecunda ſede qui ſint ſcripti in tabula ad placitum ſcriptoris, induti tunica, & deſuper cappis tranſverſum, portantes baculos & peras in ſimilitudinem peregrinorum. Et habeant capellos ſuper capita, & ſint barbati. Exeant à veſtiario, cantantes hymnum*, Jeſu, noſtra redemptio, *venientes lento pede per dextram alam Eccleſiæ, uſque ad portas occidentales, & ſubſiſtentes in capite proceſſionis, & tum cantabunt hymnum uſque ad eum locum*, Nos tuo vultu ſaties. *Tunc quidam Sacerdos de majori ſede, ſcriptus in tabula, indutus alba & amictu, nudus pedes, ferens crucem ſuper dextrum humerum, vultu demiſſo veniens uſque ad eos per dextram alam Eccleſiæ, & ſubito ſtet inter illos & dicat*, Qui ſunt ii ſermones. *Peregrini quaſi admirantes, & eum reſpicientes, dicant*, Tu ſolus peregrinus. *Sacerdos interroget*, Quæ? *Peregrini reſpondeant*, De Jeſu Nazareno. *Sacerdos utrumque reſpiciens, dicat*, O ſtulti & tardi corde. *Quibus dictis, ſtatim recedens Sacerdos, fingens ſe longius ire, & Peregrini feſtinantes, proſequentes, eum detineant, quaſi ad hoſpitium invitantes, & trahentes baculis, oſtendentes Caſtellum, & dicentes*, Mane nobiſcum. *Et ita cantantes ducant eum uſque ad Tabernaculum in medio navis Eccleſiæ in ſimilitudinem caſtelli Emaux præparatum. Quo cùm aſcenderint, & ad menſam ibi paratam ſederint, & Dominus inter eos ſedens panem fregerit, & fractione panis agnitus ab illis ſubito recedens ab oculis eorum evaneſcat. Illi autem ſtupefacti quaſi ſurgentes, verſis vultibus inter ipſos cantent lamentabiliter.*, Alleluya, *cum verſu*, Nonne cor noſtrum, *Quo iterato, vertent ſe verſus pupitum, & cantent hunc verſum*, Dic nobis Maria. *Tunc quidam de majori ſede indutus dalmatica & amictu, in modum mulieris, caput circumligatus reſpondeat*, Sepulchrum Chriſti, Angelicos teſtes. *Tunc extendat, & explicet unam ſyndonem ex una parte loco ſudarii, & aliam ex alia parte loco veſtium, & projiciat ante magnum oſtium chori. Deinde dicat*, Surrexit Chriſtus. *Chorus cantet alios duos verſus ſequentes reſiduos, & interim recedant M. & Peregrini, & proceſſio factis memoriis redeat in choro, & ibi finiantur veſpera.*

PEREMPTORIUS, ἀναιρετικὸς, in Gloſſ. Gr. Lat.

PERENDINARE, Morari. Lambertus Ardenſis: *Multos in hoſpitio recepit, & ſecum perendinare vel hoſpitari fecit & coëgit.* Matthæus Weſtmonaſt. an 1016. *Patri qui tunc Londoniis perendinavit, nuntios dirigens.* Ita non ſemel, anno 1059. 1087. 1101. 1244. 1254. Forteſcutus de laudib. Legum Angl. cap. 35. 36. &c.

Perendinatio. Articuli Cleri Gallicani oblati Edw. II. Regi an. 1316. c. 11. *Item petitur quod dom. Rex & regni magnates non onerent domos religioſas, vel Eccleſiaſticas perſonas, pro corrodiis, penſionibus, perendinationibus faciendis in domibus religioſis*, &c.

Perendinare, Ingeminare. Vita S. Pharaildis Virg. c. 3. *Nec vir immoderatæ atrocitatis à conſueta deſiſtebat inſania, ſed uſu quotidiano flagra perendinabat ferocia.* Ubi *flagra perendinare*, eſt diu flagellis cædere: niſi legendum ſit, *ingrandinabat*. Vide *Grandinare*.

PERERIUM. Vide *Petraria*.

PERETRA, in Teſtamento Guillelmi D. Montipeſſul. an. 1211. Locum vide in *Orrata*.

PERFECTIALES, Miniſtri judicum, ſervientes. Ordericus Vital. lib 12. p. 857. *Rediviva proſperitas illis blande favens, ſavos perfectiales admodum terruit*, &c. Infra p. 871. *Per diœceſes ſuas illis contumelias irrogarunt, & tam per ſe quam per ſuffectos Perfectiales acriter oppreſſerunt.* Fortè quaſi *Præfectiales*.

PERFECTISSIMUS, διασημότατος, in Gloſſ. Gr. Lat. & apud Euſebium lib. 10. c. 6. &c. Titulus honorarius aliquot Magiſtratibus attributus, qui *Perfectiſſimatus* dicitur, de quo eſt titulus in Cod. Theod. lib. 6. tit. 37. & Juſtinianeo lib. 12. tit. 32. De eo copioſè egerunt Pancirolus ad Notitiam Imperii lib. 1. cap. 3. Cujacius, Valeſius ad Ammianum, Jacobus Gotofredus ad l. 1. d. tit. & alii.

PERFORACULUM, *Terebra*, τρύπανον, in Gloſſ. Gr. Lat.

PERFUNDERE dicitur Sacerdos eum quem tingendo, non mergendo baptizat. Summula Raymundi Ord. Prædicat.

Infirmus vel abortivus baptiſmatis unda
Ter perfundatur, ne non merſus moriatur.
Si glaciata ſit hæc, formam teneas modo dictam.

Vide *Clinicus*. *Superfuſio*.

PERGAMENUM, à Pergamenis Regibus cum carta indigerent primò excogitatum, ut ſcribit Iſid. l. 6. Orig. c. 11.

Pergamenum de terra levare. Tabularium Caſaurienſe an. 22. Lud. Imp. F. Loth. *Et pergamena cum atramentario de terra elevans Ariperto Notario tradidi, & ſcribere rogavi, — teſtibuſque obtuli roborandam.* Alibi: *Unde pro ſtabilitate veſtra ego Rimo cum pinna & calamario & pergamena de terra levavi, & poteſtativè hanc cartulam venditionis, ſecundum ritum gentis meæ Almannorum Audoaldum Notarium ſcribere rogavimus.* Charta alia apud Ughellum to. 3. p. 49. *Atramentario, penna, & pergamena manibus meis levavi, & Theuperto Notario — ad ſcribendum tradidi.* Alia p. 61. *Et pergamenam, pennam, atramentarium, juxta Legem meam Ripuariorum de terra levavi, & Rolendo Notario ad ſcribendum dedi*, &c. Adde p. 416. & Bullarium Caſinenſe to. 2. p. 70. Occurrit etiam hæc formula non ſemel in Chartis Sabaudiæ Comitum apud Guichenonum: quæ quidem nihil aliud ſonat, quam quod donator ſponte, nec coactus donationem ſuam facit, pergamenum tradendo in manus Notarii.

Pergamenarius, officium in Monaſteriis, apud Adalardum in Statutis Corbeienſib. lib. 1. cap. 1. *Qui pergamena parabat*, ut eſt in vita B. Mariani Abbat. Ratiſpon. n. 9.

PERGENUARE, Genibus repere, γονυπετεῖν. Saxo Grammaticus lib. 6. *Cumque extis vacuus, labefactis viribus, gravi ſitis anguſtia premeretur, petenda potionis cupiditate pergenuans, labentis comminus rivi lympham expoſcit.*

PERGIA. Charta Stephani Comitis Burgundiæ & Joannis Comitis Cabilonenſis an 1229. pro libertatibus oppidi Auſſonenſis apud Claudium Juranum in Antiq. Auſſon. *Se beſte eſt priſe en dommaige de bley ou de prey par eſchappée, cils cui la beſte ſera doit rendre le dommaige & la pergie, qui monte quatre deniers, ſe ce eſt chevaux: ſe ce eſt beſte aumaline, 12. deniers, ſe ce eſt porcs, un denier. Se elle y eſt menée, cils cui elle eſt doit rendre le domaige, & la pergie, & la loi.* &c.

PERGULA, Trabecula in ædibus ſacris, à qua pendent Lychnuchi. Anaſtaſius in Gregorio III. *In quo* (oratorio) *faciens pergulam, contulit dona diverſarum ſpecierum, id eſt gabathas aureas duas.* &c. Infra: *Et ſuper eandem abſidem cruces argenteas 3. & cætera quæ in ornamento pergulæ, ſeu ad veſtes altaris ordinata ſunt.* In Leone III. *Nec non & gabathas fecit ex auro puriſſimo 15. cum gemmis pendentes in pergula ante altare*, &c. Alibi: *Verum etiam & polycandilum porphyreticum pendentem in pergula ante Confeſſionem in catenulis aureis*, &c. Adde pag. 13. Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. *Et in pergula ipſius Baſilicæ — poſuit cantharam auream unam cum pretioſis margaritis ac ſmalto, cum perpendiculo ad pendendum.* Vocem pro tabulato uſurpat Gobelinus Perſona in Coſmodromio ætate 6. cap. 74. de Papa: *Et deinde die Paſcha — ordinata pergula, ante primas portas Baſilicæ S. Petri ipſum ſolemniter coronaverunt.* Utuntur etiam Latini ſcriptores.

Pergula, Vitis ſpecies, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 4. cap. 4. extremo.

PERGUS. Charta Henrici Imp. an. 932. apud Miræum in codice Donat. Belgic. lib. 2. cap. 30. *Et in his locis, & in omnibus quæ poſſidet, concedimus & confirmamus etbannum & juſtitiam, imperium & burinam, ictum & ſanguinem, reperturam, pergum regium, fora, telonea, Vicecomitatum, wagaria, rectum, & non rectum, vectigalia, & quidquid pertinet ad judicatum, integritatem reipublicæ & incolumitatem*, &c. Eadem Charta edita à Barthol. Fizenio in Hiſt. Leod. p. 233. *pirgum* præfert. Videan non ſignificet carcerem ſeu jus carceris regii ex Gr. πύργος. Vide *Turris*.

PERHORRESCENTIA, idem eſt quod timor ſeu magna ſuſpicio vel magnus metus. Vox fori Hiſpanici, de qua Michaël *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. in hac voce.

PERIBOLUS, Urbis murus, ſeu potius mœnia. Gloſſ. Gr. περίβολος, *Mœnia*. Will. Tyrius lib. 8. cap. 14. *Tota nocte circuibant peribolon*. Albertus Argentin. an. 1375. *Dein mœnia muri antiquitatis prædicta exaltata ſunt cum peribulo ſeu deambulacro novo.*

Peribolus, *Peribulum*, Ambitus ædis, maximè ſacræ. Will. Brito in Vocabul. MS. *Peribolus dicebatur murus exterior qui cingebat gazophylacia cantorum cuſtodientium altare*. Mamotrectus ad 1. Machab. c. 13. *In peribolo, i. muro atrii domus Domini, quod totum templum per quadrum in circuitu ambiebat*. Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 35. *In primitiva Eccleſia peribolus, id eſt paries qui circuit chorum, non elevabatur, niſi uſque ad appodiationem, quod adhuc in quibuſdam Eccleſiis obſervatur, quod ideo fiebat, ut populus videns clerum pſallentem, inde bonum ſumeret exemplum.* περίβολος ἐκκλησιαστικὸς, in Conſtitut. Theodoſii & Valentin. de his qui ad Eccleſ. confug. *Templi circumjectum*, in l. 4. Cod. Th. eod. tit. *Septum Eccleſiæ*, in Concilio Aurel. IV. c. 21. in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 177. 219. Gloſſ. *Conſeptum*, περίβολος. Ita *conſeptum* de ædibus ſacris uſurpant Solinus, Apuleius, S. Ambroſius, & alii. Amalarius lib. de Ordine Antiphonarii c. 27. *Manifeſtum eſt quod caſtigatio corporis per jejunium, & humiliatio mentis — excludat diabolum de peribolo ſanctæ Eccleſiæ*. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 15.

——— Exhorruit ilicet alii
Viribus ingenii reparare peribula templi.

Flodoardus in Adriano PP.

Culmina reſtituit, fabricisque peribola cingit.

Thietfridus Epternacenſis Abbas in Floribus libro 1. capite 6. *Tacto quæ ipſe Deo mihi teſte & conſcio olfactu perſenſi de noſtra Eccleſia peribolo*, &c. Ordericus Vitalis lib. 12. *Defunctum in Aquilonali climate periboli ſepelierunt*. Quid autem Eccleſiæ peribolus contineret, docet prædicta Theodoſii Conſtitutio & d. l. 4. nempe *cellulas, domus, hortulos, balnea, areas, atque porticus*, infra quos limites his qui ad Eccleſias confugiebant, vitæ immunitas erat.

Peribolus, Xyſtus, Porticus. Papias: *Deambulatorium, Peribolus*. Gloſſæ MSS. Regiæ cod. 1673. ξυστός, περίβολος. Odo Abbas lib. de Tranſlat. S. Mauri Abb. c. 1. *Deprecari illum cœpi, ut ſi aliquid ex his* (teſtamentis ſeu donationibus) *in peribulis, aut in ſcriniis tomo cartarum ejuſdem loci ſciret, nobis reddere dignaretur.*

Peribolum, in Gloſſario Saxon. Ælfrici redditur ꞅcıꞃe, quæ vox *Pagum*, ſeu *Comitatum* ſonat.

PERICLA, Meminit Rocchus Pirrus to. 2. Notit. Sicul. p. 368. Chartæ Rogerii Comitis Siciliæ an. M. 6645. qua cuidam Monaſterio concedit *periclas terrarum ad laborandum, & animalia ſine quavis exactione paſcantur in tenimento Saccenſi*, &c.

PERICLITARI. Naufragio perire. Charta Philippi Comitis Flandriæ an 1180. in Tabul. S. Bertini: *Si autem gubernatores navium cum ſociis ſuis forte, quod abſit, periclitati fuiſſent, pro redemptione animarum eorum tricenarium cum prebenda eis, quaſi uni ex Fratribus Eccleſiæ conceſſerunt.*

PERICLYSIS, Περίκλυσις, Ora, extremitas, circumtextum veſtis vel veli, purpura in orbem currens, quam Pollux πορφυρίω vocat. Ita Salmaſius ad Vopiſcum. Anaſtaſius in Leone III. *Cortinas albas holoſericas roſatas habentes in medio crucem de chryſoclabo, & periclyſin de fundato unam*. Infra: *Cortinam majorem ſericam albam habentem periclyſin & crucem de fundato*. Ibid. *Et vela holoſerica majora ſigillata habentia periclyſin & crucem de blattin, — item vela modica de ſtauracin — ex quibus tria habent periclyſin de fundato*. Occurrit ibi ſæpe p. 121. 122. 125. 128. 130. &c.

PERICULONES, periculoſi, ἐπικίνδυνοι. Commodianus inſtruct. 12.

Aut periculones Mimnermoniſque ſutores.

PERIDOPARE. Fragmentum Petronii: *Sic iſtos peridopabant, ut illis Jupiter iratus eſſet*. Ubi fortè legendum *peridarpabant*, id eſt *tractabant*, à δόρπος cœna, unde περιδορπίζειν.

PERILARE, Periculum incurrere. Anonymus Barenſis in Chron. an. 1064. *Dux venit in Bari — & Gozelino perilavit cum ſuis at Perino*. *Periller*, Gallis. Leges Normannicæ Willelmi Nothi c. 32. *E ſi avers treſpaſſent, perilot, è el devient maré, è il ne puſſent muſtrer ne cri ne force qui l'en fu faite, ſi rendiſſent l'aveir.* Id eſt, *ſi averia moriantur; vel in ejuſmodi periculum incidant, ut deinceps vitium aut labem aliquam incurrant*, &c. *Le Roman de Jordain* MS.

De ma compaingne que je ſis perillier.

Occurrit etiam apud Joinvillam in Hiſt. S. Ludovici p. 112. & in Conſuet. Britan. art. 644.

PERIPSEMA. Gloſſæ MSS. *Peripſema, limatura metalli, & purgamenta pomi, & quiſquilia domus, & raſura cujuſque rei*. Res vilis & abjecta apud S. Paulum. Liber Epiſtolarum S. Bonifacii Arch. Mogunt. Epiſt 74. *Hæc xeniola direximus tuo cultui — caligas, & peripſemata, orarium & cocullam, & gemmam brevem.*

Peripſema fem. gen. Liber Sacramentor. Gregorii M. *Si à me omnium Sacerdotum peripſema ſacrificium offeratur, polluta conſcientia crimen augetur*: Vel indeclin.

Peripſima, *media planta pedis*. Gloſſ. Iſid.

Peripſema, Sordes, immunditiæ. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 48. *In Sabbato autem poſt Nonam, vel poſt Veſperas, totam coquinam bene cum ſcopis emundant, adunantes ante oſtium ipſius coquinæ totum pulverem ac peripſima, unde in craſtina, dum Miſſa matutina cantatur, Cuſtos vini faciet auferri.*

PERISTERIUM, Ciborium, in cujus cavo appenſa erat columba, ex qua pendebat pyxis ſacram Euchariſtiam continens. Teſtamentum Perpetui Epiſcopi, quo legat *Amalario Preſbytero capſulam unam communem de ſirico, item periſterium & columbam argenteam ad Repoſitorium*. Hinc emendandus, ni fallor, Rainerus de Tranſlat. reliquiarum SS. Eutychetis & Acutii: *Cujus claustri prominens pulchritudine decenti faſtigium, columnis ambitum purpureis, ſculpturarum vario ſchemate figurarum inſignitum, argenteum bajulat, quod vulgo ciborium dicitur, nitens periſterium, ſub cujus umbraculo altare ſimiliter ſtatuit argenteis undique redimitum tabellis*, &c. Editio præfert *Pyraſterium*.

PERITOT. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 6. de reliquiis S. Thomæ Cantuarienſis Archiep. *Annulus qui fuit ſuper digitum ſuum, cum dicto Peritot, tempore quo gladiis impiorum occubuit.*

PERLÆ, Margaritæ, uniones, noſtris *Perles*. Matthæus Paris & Matthæus Weſtmonaſt. an. 1255. *Et erat quidam lapis pretioſus, qui dicitur vulgariter perla*. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. *In auro, & argento, perlis, & pomis ambra, filis aureis, phylacteriis*, &c. Occurrit non ſemel apud Odoricum de Foro-Julio in Peregrinat. ſua. Scripſit Wido de Pileo Epiſcopus Ferrarienſis Poëma, de veteri novoque Teſtamento, cui titulum fecit, *Perla Bibliorum*. Statuta MSS. pro aurificibus Pariſienſ. an. 1355. *Ne Orfevre ne peut mettre en œuvre d'or ne d'argent perles d'Eſcoce avec perles d'Orient, ſi ce n'eſt en grand joyaux d'Egliſe*, &c.

Pelia, eadem notione. Michaël Scotus lib. de Phyſion. cap. 8. *Pella rotunda*. Adde cap. 17. Necrologium Eccleſiæ Pariſ. Id. Junii: *In qua plancta ſunt quidam lapides pretioſi, qui vulgo pella vocantur.* Hauſerunt Latini ſcriptores à noſtris. Autor Roſarii S. Dionyſii MS.

Elle eſt en pluſieurs lieux ſemée,
Embellie & peinturée
De pelles & de biaus ſaphirs.

Chron. MS. Bertrandi Gueſclini.

Et quant le Roy le vit, ſon chapel à jus mis,
Qui fut moult noble & biaus, à vrais pelles maſſis.

Alio loco:

En coronnes plaiſans d'or fin Arabiois,
A pierres & à pelles auſſi groſſes que pois.

Peruli. Iſo Magiſter in Gloſſis: *Bacas, gemmas rotundas, qui uniones vocantur, eo quod in capite oſtrearum aperto cerebro ſemel in anno, & unus tantum, quos & perulos vocant.* Vide *Perula*.

Caſaubonus ad ſat. 2. Perſii obſervat margaritas, infimæ Latinitatis ſcriptores vocare *Perulas*, vocemque extare apud veterem interpretem Horatii. Salmaſius ad Hiſt. Aug. *perulas* dictas cenſet, voce ex Latino deflexa, quaſi *pilulas*, ſeu parvas pilas. Unde & *pirula* Iſidoro rotunda illa naſi extremitas, pro *pilula*, dicitur. Et in Notis ad Solinum, *perulam*, pro *ſphærula*, id eſt parva ſpeça, dixiſſe veteres ſcribit: ita enim recentiores ſphæram appellaſſe, indeque perulas uniones Gallis dici, ut Græcis πέρλια. Alii à *Perna*, quæ eſt conchæ ſpecies, de qua Plinius l. 32. Vide in *Perna*.

PERJURARE, Dejerare, vel falsò jurare. Lex Salica tit. 50. §. 2. *Si aliquis alicui imputaverit, quod ſe perjuraſſet, & non potuerit affirmare*, &c. Ita §. ſeq. Phraſis Gallica, *ſe parjurer*.

PERMENTARIUS, ſeu *Parmentarius*, ex *paramentarius*, qui veſtes *parat*, id eſt ornat, noſtris olim *Parmentier*, qui hodie *tailleur d'habits*. In Regeſto Ambianenſis urbis an. 1265. *parmentier & tailleur de draps*. Catholicon Armoric. *Contezaff*, Gall. *Correer*, *Parmento*, *as*, &c. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 987. *Ut nec mercator, nec inſtitor, nec permentarius, nec corveſarius, nec ullus miniſter volens vendere vel emere, non vendat, nec emat aliquid alicubi, niſi ibi quamdiu nundinæ duraverint.* Guillelmus de Guignavilla Monachus Caroliloenſis Monaſterii, in Peregrinatione animæ:

Ceus qui ſervent deſloiaument;
Et qui labeurent fauſſement;
Maunier qui emplent leur raiſon
Des grains d'autrui contre raiſon:
Faus parmentiers, & autres gent
Qui de l'autruy ſi largement
Prennent, que ſe ſeus eſtoit,
Le meins meſme les prendroit. Vide *Parator*.

PERNÆ, inquit Pap. *vulgo procellæ de montibus* dicuntur.

Perna, alia notione. Plin. lib. 32. c. ult. *Appellantur & pernæ concharum generis circa Ponticas inſulas frequentiſſima: ſtant velut ſuillo crure longo in arena defixæ, hiantesque.* Chron. Caſin. lib. 3. c. ult. *Coppetella de pernis* 3. id eſt de conchis illis. Vulgo *nacre de perles*. Ita verò Latinis dictæ conchæ marinæ, e quibus colliguntur margaritæ, ſeu uniones, quos inde *perlas* vocamus, quaſi *pernulas*. Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1301. in Sanctuario Capuano: *Mitram unam cum ſmalto, auro & argento lapidibus & pernis ornatam.* Infra: *Item parvum chirothecarium de ſeta alba cum ſmaltis impernatum.*

PERNADA, Ager vel prædium. Prima Curia Generalis Barcinone celebrata à Jacobo II. Rege Aragonum an. 1283. cap. 23. *Si tenent maſatam, bordam, vel pernatam, aut alia bona talia unde poſſent hoſpitium competenter tenere.* Alia Curia Barcinon. ann. 1291. *Item quod aliquis homo qui teneat manſum, vel pernadam, vel bordam in dominio alicuius, & faciat focum inibi, non poſſit ſe facere hominem alterius ſine licentia domini ſui.*

PERNARIUM, Perna. Charta Rogerii I. Regis Siciliæ apud Ughellum to. 9. p. 45. *Concedimus — villanos 80. demanios noſtros qui reddant ſingulis annis — & herbaticum cum terris ſuis, & pernarium leporis*, &c.

PERNOCTARE, Differre. *Pernoctatus*, Dilatus. Speculum Sax. l. 1. art. 58. §. 1. *Et ſic coram eo deliberatum ruſticorum arbitrium procedit, licitéque pernoctatas judicat injurias ſeu violentias.* Art. 70. §. 3. *Contra quem actio injuriarum cum clamore judiciario proponetur, dum adhuc injuria non ſit pernoctata, ſi actor ſeptem virorum teſtimonio factum poterit comprobare, ſtatim reus proſcribetur.* Lib. 2. art. 10. *Iſtud eſt majus judicium quod pertinet ad Sculteтum, hoc tamen facere non poterit, ſi actio pernoctetur.* Wichbild Magdeb. art. 72. *Vir ſi vulneratus fuerit, & eodem die judicium non quæſierit, negotiumque pernoctatum ſit*, &c.

PER NULLIS *ingeniis*, pro *Per nulla ingenia*, occurrit in Chartis Alamannicis Goldaſti 47. 58. 59. 60.

PERO, Saccus coriaceus. Acta S. Thyrſi Mart. cap. 7: *Ipſius autem peronis fortioribus ligaturis conſtringite fauces.* Juſſerat nempe Præſes S. Thyrſum ſacco incluſum in mare demergi. Occurrit ibi non ſemel. Utitur etiam Plinius lib. 36. cap. 14. pro ſacco. Aliàs

Perones, Latinis, dicuntur calcei qui tibiatim calceabantur. De iis Virgilius 7. Æneid. Juvenal. Sat. 4. &c. Vide Savaronem ad Sidon. lib. 4. Epiſt. 20. Bened. Balduinum noſtratem in Calceo antiquo c. 17. Salmaſium ad Tertull. de Pallio c. 5. & al. De Peronibus Scoticis, ſic Hector Boëthius lib. 14. Hiſt. Scotor. p. 308. *Poſtea peronum decem millia ſparſim per exercitum projectorum* (inventa.) *Calceamenti autem id genus eſt hirſutum, ex corio crudo confectum, quo Scoti veteri Romanorum more in expeditionibus atque venatibus, quod ad curſum celeriorem nihil præſtaret impedimenti, uti conſuevere.*

PERPARS, *Purpartia*, *Propertia*, Portio hæreditaria, ſeu diviſio hæreditatis per partes, Anglis, *purpart*, & *propertie*. Fleta lib. 2. c. 54. §. 19. *Tanquam terram quæ ſibi deſcendit in perpartem de hæreditate talis anteceſſoris.*

Propars; ibidem lib. 5. cap. 9. §. 13. lib. 6. cap. 21. §. 2.

Purpartia. Genealogia Perciorum, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 847. *Qui quidem Ricardus, quia vir animoſus erat, intravit in purpartiam matris ſuæ, vivente matre ſua*, &c.

Propertia. Idem Monaſtic. p. 305. *Inter quas* (ſorores) *propertia facta fuit de prædictis Comitatibus, advocationibus, & Caſtris*, &c. Vide Edw. Cokum ad Littletonem ſect. 219. Statutum Henrici IV. Reg. Angl. an. 4. c. 3. *Et que nul tiel Clerck convicte de tel treaſon, ou que il ſoit common laron, come deſuez, après que il ſera livrés à l'ordinaire, onques ne ſerra purgation countre la purpart de la ſuſdite conſtitution*, &c.

PERPENDICULARIUS. Aurelius Victor in Epit. in Hadriano: *Namque ad ſpecimen legionum militarium, fabros, perpendicularios, architectos, genusque cunctum exſtruendorum mœnium ſeu decorandorum in cohortes centuriaverat.* Vide mox, *Perpendiculum*.

PERPENDICULUM, Anſa, Catena quâ quippiam pendet. Willelm. Brito in Vocabular. MS. *Perpendiculum dicitur illud unde lebetes feruntur & ſuſpenduntur.* Poëta infimi ævi eidem Britoni ſubjectus:

Cum perpendiculo defert ancilla lebetem,
Sed perpendiculum ſit linea macerionum.

Guill. Bibliothecarius in Stephano VI. PP. p. 236. *Et in pergula ipſius Baſilicæ — poſuit cantharam auream unam cum pretioſis margaritis; & gemmis ac ſmalto, cum perpendiculo ad pendendum.*

Perpendiculum, *Pannus mulierum, quo pudenda tegunt, vel veſtes defendunt.* Gloſſæ MSS. in Prudentium ex Bibl. Sangermanenſi cod. 561.

PERPERUM, *Perpyrarii*. Vide *Hyperpyrum*.

PERPESSICIUS, *tolerans*, *patiens*, ὑπομενητικὸς, in Gloſſ. Gr. Lat. Mox: ὑπομένω, *Tolero*, *perpeſſo*, *perfero*.

PERPETUALIS, Perpetuus, Gall. *Perpetuel*. Utitur Quintilianus lib. 2. c. 14.

PERPLUMIS. Theodericus Monachus de Inventione S. Celſi Epiſc. Trevir. n. 17. *De Deo, dando Eccleſia ſua apud Trevericam Metropolim novum patronum B. Celſum, quem virtutibus perplumem, plenumque dierum — hactenus in supernis ſedibus concivilitavit.* Galli dicerent, *Emplumé de vertus.*

PERPORTARE. Chartæ Parenſales form. 14. *Precamur vos de illis homunciunculis, qui in veſtro miniſterio commanent, vel de noſtris cauſis invicem noſtrum bonum certamen exinde mittatis, ſicut nos de veſtra caritate bene confidimus, ut ſic exinde perportare faciatis, uſque nos inſimul conjungimus.* Judicatum ſub Carolo M. apud Sammarthanos in Epiſcopis Maſſilienſ. *Sed contra Epiſcopum ipſum, vel ipſas cartas aliquis ſic rebellabat, quod per annoſitatem, ſeu per legem tricenariam in tempore pacis ad ipſum beneficium ſui ſenioris, aut ad partes Domni Caroli Regis perportare voluerunt.*

PER PRIMITIONEM, Peremptoriè. Occurrit in Decretis Hungaricis.

PERPRIUS, pro *Prius*, quod *prius* eſt. Arnobius junior in Conflictu cum Serapione lib. 1. *Ergo perprius eſt, ut ſapientiam habeat, quam virtutem, qua poſſit aliquid velle vel non velle.*

Perprius, adverb. Antea, Gallis *par cy-devant*. Teſtamentum S. Elphegi Epiſcopi Wintonienſis: *Terras has apud Tauntune Eccleſia Epiſcopatus aſſigno permanendas, qui perprius mihi ab ipſa Eccleſia tradita erant.* Infra: *Secundum quod perprius legavimus.* Vita Clementis VI. PP. p. 90. *Et aliorum, quorum conſilio perprius regebantur.*

PERPUNCTUM, *Purpunctum*, Veſtis militaris *coactilis*, & πιλωτὸν, ut Græci efferunt, lana vel goſſipio farta, & acu ſtipata ac *perpuncta*; unde nomen non modo ejuſmodi veſti inditum, ſed & thoracı veſtiario noſtrati, quod ad umbilicum lana ſpiſſiori perpuncta & coactili fartus ſit. *Perpunctum.* Hiſt. MS. Excidii Acconis an. 1191. *Portantes ibidem — lanceas, falcaſtra, caſſides & loricas, ſcammata & perpuncta, ſcuta cum clypeis,* &c. In Regeſto homagiorum Nobilium Aquitaniæ an. 1273. *Bertrandus de Podenſſac domicellus dixit quod ipſe tenet à D. Duce Podenciacum &c. & debet facere perſonaliter exercitum cum Gonjone & perpuncto, ſi ſit ſanus, & ſi ſanus non eſt, debet mittere quemdam domicellum, vel Militem, dum fuerit Miles.* P. 25. verſo: *Geraldus de la Mota domicell. &c. debet etiam D. Regi obſequium exercitus de uno Milite armato perpuncto & gonjone.* Occurrunt eadem verba iterum in eadem pag. *Gonjon* hoc loco ſonat *Gambezonem*. Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.

Un Herant qui eſtoit d'un propoint veſtus.

Raimundus Montanerius in Chron. Reg. Aragon. c. 227. *Ejo ab un bon cavall que tenia mi terç de Cavallers armats ab llorigues e perpunts,* &c.

Purpunctum. Mandatum Henrici III. Reg. Angl. ſuper juratis ad arma, in Addit. ad Matth. Paris: *Ad centum ſolidatas terræ unum purpunctum, capellum ferreum, gladium,* &c. Occurrit ibi ſemel ac iterum. Eſt autem hoc loco *perpunctus*, idem quod *Gambiſo*. Will. de Guignavilla in Peregrinatione animæ:

De pontures le Gambiſon,
Pourquoi Pourpoint l'appelle-on.

Guill. *Guiart* an. 1304.

Si comme de cotes faitices
De coton à poins entailliez.

Doublet, in Statuto 13. Edw. 1. Regis Angliæ c. 6. appellari, quod in Mandato Henrici *Purpunctus* dicitur, annotat Watſius, quod ex panno duplicato & farto confectus ſit.

PERPUTATIO, Membri amputatio. Concilium Andegavenſe an. 453. c. 5. *Ut à violentia & crimine perputationis abſtineatur.*

PERQUIRERE, Acquirere, *Purchaſſer*, forenſibus Anglis: *Perquiſitum*, & *perquiſitio*, acquiſitum, acquiſitio, ut autor eſt Cowellus, quem conſule.

rio Eccl. S. Laudi Andegav. fol. 89: *Hæc concordia firmata eſt Andegavi in Capitulo S. Laudi ante Goffridum filium Comitis, & alios perſonales viros.*

Perſona, Dominus. Siculus Flaccus de Condit. agror. *Nam cum pulſi ſunt populi, poteſtatique locupletiorum fuiſſent lati fundi, in cujus agro fuiſſent plures perſonæ, hic diviſus, ut aſſignatus, eſt.*

Perſonæ publicæ. Aggenus: *Quædam loca feruntur ad perſonas publicas attinere; nam perſonæ publicæ etiam coloniæ appellantur*, &c. Alius Agrimenſor: *Hæc inſcriptio videtur ad perſonam coloniæ ipſius pertinere*, &c.

Perſona, Facultas, licentia. Charta an. 1214. apud Georgium Pilonum in Hiſt. Bellunenſi p. 118. *Ut habeat poteſtatem & perſonam emendi, & vendendi, donandi*, &c.

Perſonæ, Clerici qui Beneficia Eccleſiaſtica obtinent; quod, ut quidam putant, *magnam propter officium perſonam ſuſtineant*: ſed maxime ii qui Beneficia, ſeu Eccleſias per Vicarios deſerviri curant, dum ipſi potiori redituum parte fruuntur; & ut ait Joannes Sariſberienſis lib. 7. Policrat. cap. 19. *qui quocumque modo plura conquirunt altaria, & nolentes ſervire altario de quo vivunt, perſonatus quoſdam introduxerunt, quorum jure ad alium onera, ad alium referantur emolumenta.* Unde apud eumdem ſcriptorem Epiſt. 1. *Perſonæ* opponuntur *conductis, conductitiis Sacerdotibus & Vicariis.* Concilium Claromontanum an. 1095. c. 3. *Eccleſiæ ſeu decimæ — ſæpius ab Epiſcopis ſub palliata avaritia venduntur, mortuis nimirum, ſeu mutatis Clericis, quas Perſonas vocant.* Annales Wintonienſis Eccleſiæ an. 959. *Nuda fuit Eccleſia intus & extra, quia Vicarii non habebant unde eam veſtirent & tegerent, nec Præbendarii, qui Perſonæ dicebantur; talibus poterant intendere.* Infra: *Mandavit ut bona Eccleſiæ non ſine cauſa percipientes, in Eccleſia cujus ſe Perſonas confitebantur, in propria perſona Deo ſervituri perpetuo facerent ſtationem.* Lambertus Ardenſis pag. 111. *Eccleſiæ S. Petri — procuratorem & Perſonam.* Pag. 121. *Gaufridum Morinenſis & Brugenſis Eccleſiæ Canonicum, & in Anglia multarum Perſonam & procuratorem.*

Variè ab Epiſcopis *altaria*, uti vocantur Eccleſiæ, concedebantur Monaſteriis, vel Capitulis Canonicorum, vel etiam Dignitatibus Eccleſiaſticis. Interdum enim ea conditione dabantur, ut iis liceret *Perſonam* conſtituere, Clericum ſcilicet qui *altaris* titulo & proventibus ſibi reſervatis, illud per vicarium deſerviri curaret: quo quidem vacante perſonatu, Monaſteria confirmationem eorumdem altarium ab Epiſcopis rurſum impetrabant, per præſtationem quandam, *altarium redemptionem* vulgo nuncupatam, uti in hac voce docuimus. Extant apud Haræum in Caſtellanis Inſulenſibus lib. 2. pag. 170. & 171. Diplomata Radbodi Noviomenſis Epiſcopi an. 1090. & Lamberti Atrebatenſis Epiſcopi an. 1111. quæ iſtius moris meminerunt. Alia profert Buzelinus in Gallo-Flandria p. 307. 308.

Interdum etiam altaria concedebant Epiſcopi abſque *Perſonatu*; id eſt, ut liceret Monaſteriis, aliiſve Eccleſiis, Vicarios in ipſis altaribus delegare, qui ea deſervirent, *Perſonatus* proventibus ad ipſa Monaſteria, Eccleſiaſve ſpectantibus: quæ quidem *altaria à Perſonatu libera* dicuntur in Charta Baldrici Noviomenſis Epiſcopi an. 1103. apud Vaſſorium in Noviomo p. 797. ex qua præterea diſcimus *Vicarios* qui ejuſmodi altaria deſerviebant, *Juniores*, eorumque miniſteria, *Junioratus* appellatos. Charta Gerardi Epiſcopi Morinenſis apud Willelmum Andrenſem pag. 808. *Altare villæ quæ vulgo Andernes dicitur, ad opus Monachorum Cœnobii S. Salvatoris Caroffenſis ibidem Deo famulantium, omni exactionis debito liberum concedo, — aliud quoque altare quod dicitur S. Martini — concedo, non liberum, ſed ſub Perſona.* Vide *Junioratus*.

Perſonator, idem quod *Perſona*. Lambertus Ardenſis pag. 151. *Erat autem tunc temporis in Ardea quidam ſub Morinenſis Epiſcopi præſidio ſubſtitutus Perſonator, ſive Perſona, nomine Walterus, qui etiam Nelenſis & Alikinghenſis villæ ſimili profeſſione procurabat Eccleſiam.*

Perſonatus, *Perſonæ* dignitas, ſeu beneficium ipſum, ac Eccleſia, quam quis *ſub Perſonatu* poſſidet, ut eſt in Charta Walteri Epiſcopi Tornacenſis, apud Haræum in Caſtellanis Inſulenſ. Petrus Bleſ. Epiſt. 120. *Nepos veſter in diverſis Eccleſiis diverſos adeptus eſt turpi commercio Perſonatus.* Scriptores vitæ S. Thomæ Cantuar. c. 5. de Archidiaconatu: *Nam poſt Epiſcopos & Abbates in Eccleſia Anglorum, hic primus & dignior Perſonatus habetur.* Thietricus Vallicolor. in Urbano IV. PP.

> *Hic tres inſtituit Perſonatus, ibi Cantor,*
> *Theſaurarius hos, atque Decanus habent.*

Provinciale Eccleſiæ Cantuar. lib. 3. tit. 1. *Ut omnes tam Archidiaconi quam Decani, & omnes alii in Perſonatibus & dignitatibus conſtituti*, &c. Adde tit. 7. & Hiſtoriam Epiſcopor. Cadurcenſium n. 118. Lindwodus, *Perſonatum* eſſe ait *prælaturam, ſive titulum ad perſonam, ſive rectorem Eccleſiæ pertinentem*: hæcque ſubdit: *Scias tamen quod de perſonatu doctores varie ſcribunt. Nam Archidiaconi & Archipreſbyteri in Eccleſiis Cathedralibus dicuntur habere perſonatus. Cognoſcitur enim Perſonatus, quando aliquis habet prærogativam in Choro vel in Capitulo, in optionibus, in proceſſionibus, in vocibus dandis, & hujuſmodi præ aliis Canonicis ejuſdem ordinis: non tamen ſicut hi qui ſunt in majoribus dignitatibus conſtituti: unde, ut dicit Cardi. Perſonatus & dignitas vere ſupponunt pro eodem, licet in aliquibus locis rectores Eccleſiarum vocentur Perſonæ, & ſic habent perſonatum, non tamen dignitatem.* Ita *eſtre en perſonnage*, dicuntur in dignitate aliqua Eccleſiaſtica conſtituti, in Statuto Philippi Pulchri an. 1294. de ſuperfluitatibus in qualibet hominum conditione auferendis: *Nul Clerc, s'il n'eſt Prelaz, ou eſtablis en perſonnage, ou dignité, ne pourra porter vair ne gris, ne hermines, fors en leurs chaperons.* Infra: *Nul Bourgeois ou Bourgeoiſe, ne Eſcuier, ne Clerc, s'il n'eſt en prelation, ou en perſonnage, ou en greigneur eſtat, n'aura torche de cire.*

Perſonagium, idem quod *Perſonatus*. Monaſtic. Anglic. to. 1. pag. 816. *Pro illo novo ædificio quod ipſe fecit in perſonagio de Daſeſboroug.*

Perſonaticum, eadem notione. Charta Henrici I. Regis Franc. an. 1057. in Hiſtoria Monaſterii S. Mariæ Sueſſion. pag. 436. *Alia* (perſona) *in loco ejus præſentetur, cui Epiſcopus perſonaticum ipſorum altarium ſine aliqua pecunia tribuat.*

Inperſonare, in *Perſonæ* poſſeſſionem immittere. Charta Hugonis *du Puiſet* Dunelmenſis Epiſcopi: *Sciatis nos ad præſentationem Roberti Capellani in Eccleſiam de Wiſefeld, quæ in feudo ſuo ſita eſt, canonice inperſonaſſe Robertum Nepotem ſuum*, &c.

Perſonarum nomen, ait Facundus Hermianenſis lib. 1. cap. 3. *non niſi cum Sabellius impugnaret Eccleſiam, neceſſario in uſum prædicationis aſſumptum eſt: ut qui ſemper tres crediti ſunt & vocati, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, uno quoque ſimul & communi Perſonarum nomine vocarentur. Deinde etiam Subſiſtentiæ dictæ ſunt, quoniam Eccleſiæ placuit ad ſignificandam Trinitatem, & hoc nomen diſtinctioni perſonali tribuere.*

PERSONALITER. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei: *Perſonaliter diu locuti ſumus, & exceſſiſſe videmur regulam diſputandi*, id eſt, ut interpretatur Alexander Braſſicanus, in perſonam tantum unius, nemine interea ſuo nomine notato. Quidam codd. habent *Perſonanter*. Infra: *Nunquid læditur ſcelere perſonali cauſa cunctorum.* Leo Oſt. l. 3. c. 34. (al. 36.) *Conceſſit etiam prædictus Papa Alexander perſonaliter Deſiderio noſtro civitatem Terracinenſem.* Id eſt, ipſi ſoli, non ſucceſſoribus Abbatibus. Chronicon Montis Sereni an. 1208. *Et ipſe perſonaliter acceſſit.* Utitur alibi.

Perſonaliter judicare, i. cum perſonarum acceptione, quam προσωποληψίαν appellant Græci: vide S. Antio.

chum Homil. 93. Senator lib. 2. Epiſt. 8. *Quis melius* *ad æquitatis jura dirigitur, quam qui Sacerdotio deco-* nescit judicare, &c. *ratur? qui amore juſtitiæ perſonaliter neſcit judicare*, &c. Lupus Abb. Ferrar. Epiſt. 64. ad Karolum C. Reg. *Imitatione Dei, nolite perſonaliter judicare.* Lex Bajwar. tit. 2. cap. 17. *Judex — non ſit perſonarum acceptor, neque cupidus pecuniæ.*

PERSPICIENTIA, *Vigilantia*, in Gloſſ. Lat. MS. Regio, cod. 1013.

PERSULTRA. Vide *Satirus*.

PERSUS, Color, ad cæruleum, vel ad *perſicæ mali* colorem accedens, Gallis *Pers*, Italis *Perſo*. Recte Acarifius: *Perſo è colore de la Perſa, donde prende il nome, cioe è azuro ſcuro & non aperto.* Gloſſæ MSS. *Synopes, color perſeus.* Scio originem à Græcia quoſdam arceſſere, ſed valeant originationes iſtæ græciſantes in vernaculis noſtris. Leo Oſt. lib. 3. c. 57. (al. 58.) *Tunicam unam de panno perſo inaurato.* Charta Heccardi Comitis Auguſtodun. apud Perardum: *Caſulas 2. una perſa, alia virida.* Χρυσοπερσικὸς χιτώνισκος, apud Leonem Grammatic. p. 465. Vide Jul. Scaliger. exercit. 325. n. 10.

Perſeus, eadem notione. Ælfricus in Gloſſ. Saxon. cap. de Coloribus: *Perſeus*, blapen. i. blavius, noſtris *bleu*.

PERTALLUS. Bulla Innocentii VI. an. 1355. pro Clariſſis Toloſanis, apud Waddingum: *Hoc ſalvo quod dictæ Religioſæ poſſint habere, conſtruere, & tenere porticum & pertallum pro introitu & exitu ad dictam rectam carreriam, habentem ſex brachiatas duntaxat in latitudine, cum clauſuris.* Sed legendum *portallum*, portam majorem, Gall. *portail*.

PERTICA, *Pertica regia*, Agrimenſoribus, eſt territorium in quatuor partes diviſum & comprehenſum limitibus maximis Decumano & Cardine: totum territorium coloniæ diviſum & aſſignatum. Frontinus: *Solum autem quodcunque coloniæ eſt aſſignatum, id univerſum Pertica appellatur.* Aggenus: *Pertica quatuor regionibus æqualiter diviſa.* Vide Gromaticos.

Pertica, certus agri modus decem pedibus conſtans, quæ ideo *Pertica decempeda* dicitur apud veterem Agrimenſorem p. 330. duobuſque paſſibus conſtare: *Alii autem voluerunt*, ſubdit ille, *ut pertica 48. palmorum eſſet, quæ pertica ad manus 12. pedes habet: quod per extenſionem brachiorum verius eſſe probatur.* Iſidorus lib. 15. cap. 15. *Pertica paſſus duos*, (habet) *id eſt decem pedes.* Vide Salmaſium ad Solinum p. 684.

Pertica, 10. pedum longitudinis apud Anglos olim perinde fuit. Vide Monaſticum Anglic. to. 1. p. 313. Habuerunt etiam *perticam 18. pedum*, ut eſt in eodem Monaſtico to. 2. pag. 157. 158. 159. & *perticam 15. pedum*, ibid. p. 157. & *perticam 20. pedum* ibidem p. 204. 273. to. 3. p. 15. 16.

Pertica 16. pedum. Vide in *Quarentena*.

Pertica 27. pedum. Tabular. Dervenſe: *Centum perticas in longitudine, totidem in latitudine. Dimenſionem autem perticæ ipſius ad menſuram pedum 27. protendere volui.*

Pertica 12. pedum, quæ dicitur Luitprandi, & *pertica legitima de pedes duodecim ad extenſis brachiis menſurata, vel ad extenſionem brachii*, in Chartis Longobardicis apud Ughellum tom. 3. Italiæ ſacræ p. 289. to. 5. p. 659. to. 7. p. 1442. & to. 9. p. 121. Chronicon Novalicenſe cap. 1. de Luithprando Rege Longobardorum: *Qui tantæ longitudinis fertur pedes habuiſſe, ut ad cubitum humanum metirentur. Horum vero pedum menſura pro conſuetudine inter Longobardos tenetur in metiendis arvis uſque in præſentem diem, ita ut pedes ejus in pertica ſunt duodecim fiat tabula.* Vide Triſtanum Calchum lib. 4. Hiſt. Mediolan. ubi de Luiprando.

Perticæ arpennales, agripennales, quibus agri *arpennis*, ſeu *agripennis* conſtat. Chronicon Beſuenſe p. 511. *Habet vero ipſa terra perticas arpennales in longo 43. & pedales 10. & in lato de uno capite ſuperiore perticas 9. & pedes 4.* Occurrit præterea p. 512. *Perticæ agripennales*, p. 525. & in Charta Warnerii Sombernenſis

manes ſine voluntate domini ſui hoc fecerint, dominus per ſacramentum ſe purificaverit, per ejus conſenſum non fuiſſet factum, ſervi ipſi tradantur in manus mundualdi ejus, & ipſe faciat de eis quod placuerit. Lib. 2. tit. 18. §. 3. *Pertinentibus libertatem donare.* Tit. 35. §. 9. *Si quis Longobardus pertinentem ſuum in quarta manu tradiderit, & a ſe amund fecerit, — ſolutus ab omni conditione ſervitutis permaneat.* Adde Leges Luitprandi Regis tit. 62. & Aiſtulphi tit. 8. Vetus Inſtrumentum manumiſſionis an. 1152. apud Georgium Pilonum in Hiſt. Bellunenſi p. 77. *Breve recordationis — qualiter Bernardus de Baldeniga licentiam dedit Ugolino pertinenti ſuo, & permittit ei de rebus ſuis quas habebat & tenebat, faciendi vel diſponendi quomodo vel qualiter voluerit,* &c.

Pertinentes, Subditi, *tenentes*. Charta Friderici II. Imp. in Metropoli Saliburgenſi to. 3. p. 399. *Statutum habemus ut ad placitum cujuſlibet Advocati ſemel in anno, quando praceptum fuerit, omnes pertinentes certis in locis conveniant,* &c.

Pertinentes dicuntur etiam Affines & cognati, qui cognatione ſeu *parentela*, aliquem contingunt, *qui appartiennent de parenté a quelqu'un*, quomodo uſurpatur hæc vox in tit. Cod. *Si Rector provinciæ, vel ad eam pertinentes ſponſalia dederint*, id eſt προσήκοντες, liberi, cognati, affines, atque adeo domeſtici, &c. ut obſervat Cujacius. Leges Canuti Regis cap. 48. al. 76. *Si quis cum pertinente ſuo jaceat, emendet hoc ſecundum cognitionis modum, ſit vera, ſit vita, ſit omni pecunia. Non eſt æquale ſi quis cum ſorore ſua concumbat, & fuerit de longe pertinens.* Synodus Ticinenſis an. 850. c. 15. de Xenodochiis: *Quæ autem ſub defenſione quidem ſunt Eccleſiæ, ſed juxta inſtitutorum decreta per heredes vel pertinentes, qui religioſam vitam duxerint, regi debent, procuret Epiſcopus ut ab eis non negligantur.* Vide Legem Salicam tit. 48.

Pertulusum. Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 18. de quodam qui ſibi mentulam abſciderat: *Et abraſa tenus ego pertuluſum, ut ſic dicam, ad urinas reſiduum habuit.* Ex Gallico forte *pertuis*, foramen, ſic *pertuſum* legendum eſſet. Vide mox *Pertuſare*.

Perticis. Henricus de Knyghton an. 1391. *Convenerunt in Curia ſua multa turma avium corvorum & muſcarum, & inmo (?) in prælio congredientes fecerunt maximam ſtragem invicem, adeo ut ſcopis & pertis mundarent locum de interfectis.* Puto legendum *percis*, pro perticis, ex Gallico *perche*.

Pertusagium, idem quod *Foragium*, tributum ſcilicet quod domino feudali præſtatur pro facultate perforandi dolium & exinde vinum vendendi. Charta vetus in Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andegav. p. 42. *Dedit quoque eis pertuſagium ſerræ S. Petri, ad quod colligendum famulos ſuos Monachi mittent.* Doubletus in Hiſt. San-Dionyſiani Monaſterii p. 434. *Si aucune perſonne vend vin en ladite terre a taverne, il doit l'argent d'un ſextier de vin pour chacune piece, qu'il vendra, ſoit queue, tonnel, ou poinſon, au prix qu'il eſt premier aſſiſe, & ſi doit quatre deniers de pertuſage pour chacune piece depuis le jour de S. Denys juſques à la S. Andry du vin aſſiſe en icelui temps.*

Pertusare. *Perforare*, Italis *Pertugiare*. Guibertus lib. 1. de Vita ſua cap. 22. de fulmine: *In quorumdam ſinus flamma ſubintrans, — pedules ac ſoleas pertuſando per extrema progreditur.* Hinc forte noſtris nomen manſit ejuſmodi majori ſecuri, quam *Pertuiſane* dicimus.

Pervasatus, *Dæmoniacus*. Ugutio. Vide *Vas*.

Perudum. Diedericus Monachus de Illatione S. Benedicti cap. 5. *Sanctiſſimam Patris ac Patroni ſui glebam, antea incaſatam ciſtellis, de eximiis Perudi ſuſtollunt, eique percelſiſſimo navi ſpem beatam imponunt.* Legendum forte *telluris*.

Pervium, Via. Gloſſæ; *Pervium, ὁδόπορον*. Pactum inter Guntchrannum & Childebertum Reges Franc. apud Gregorium Turon. lib. 9. cap. 20. *Cum caſtellis Duno & Vindocino, & quicquid de pago Stampenſi, vel Carnoteno in pervio illo antefatus Rex cum terminis & populo ſuo perceperat,* &c. Galli dicerent, *en ce chemin la*. Infra: *Et quia inter præfatos Reges pura & ſimplex eſt in Dei nomine concordia inligata, convenit ut in utroque regno utriuſque fidelibus tam pro cauſis publicis, quam privatis, quicumque voluerit ambulare, pervium nullis temporibus denegetur.* Ubi *pervium*, eſt facultas iter aggrediendi vel tranſeundi: ut & apud eundem Gregorium eod. lib. cap. 32. *Præcepit, ut nullus de Childeberti regno per ejus regni territorium pervium poſſit habere.* Charta Caroli Simplicis apud Baldricum lib. 1. Chronici Camerac. cap. 67. *Cum — farinariis, piſcationibus, perviis, vineis, mancipiis,* &c. In alia cap. 52. *Terras cultas & incultas, pervia, uva* (f. invia) *diſcapia, prata, paſcua,* &c. ubi *pervium* item valet ac *via*.

Perula, oculorum albugo, ex Gallico *Perle*. Wolfardus Preſb. lib. 2. de vita S. Walburg. c. 1. *Dum ergo Ratfridus — prius cæca caligine premeretur, & geminis orbibus mala albuginaria, quæ vulgo perulas nuncupamus, obnoxia pateretur,* &c. Vide *Perla* & *Pirula*.

Perunctum, inquit Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 31. *eſt quoddam membrum,* (in avibus) *quod ſupereſt caudæ, conſtitutum ex geminis quaſi glandibus: in medio illarum prope finem eſt quoddam nervoſum, durum, elevatum ad modum virgæ. Juvamentum enim hujus perunctí eſt recipere à reliquo corpore humiditatem virulentam, quam receptam, & in ipſo congregatam, avis cum opus fuerit comprimendo cum roſtro ſuo ſugit, & cum eodem roſtro pennas ſuas & ungues perungit, quatenus pennæ melius poſſint reſiſtere madefactioni: aqua enim pluens ſuper pennas perunctas minus adhæret eis, & integrius & lubricabilius deſcendit,* &c. Adde cap. 52.

Perundare, Καταποντίζω, *Demergere, perfundere*, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. perperam *peſundare* in edito habetur.

Pes. *Pedis abſciſſio, amputatio*, inter pœnas non ſemel occurrit. Leges Willelmi Nothi c. 67. *Interdicimus etiam ne quis occidatur, vel ſuſpendatur pro aliqua culpa, ſed eruantur oculi, abſcindantur pedes, vel teſticuli, vel manus,* &c. Ingulfus p. 856. *Sub pœna perditionis dextri ſui pedis,* &c. Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. 2. part. cap. 31. *Les juges doivent enquerre ſelon leur conſcience tous ceaus qui ont emblez beſtes menues, ou pors, à la premiere fois il li feront tailler le nez, à la ſeconde fois tailler le pié, & à la tierce fois pendre: & ceaus que ils trouveront que ils auront embles bœufs ou chevauchures, ou aſnes, à la premiere fois ils li doivent tailler le pié, à la ſeconde fois pendre: & ſe il a emblé des beſtes menues, ou de pors, tant que il ſoit de la valeur de 25. bezans, il doit avoir le pié taillé, & à la ſeconde fois pendre,* &c. *Le Roman de Vacces MS. Crever ex, ou ardre en poudre, & piès & poins couper.* De hac pœna vide Canones S. Patricii apud Waræum p. 48. Canon. Hibern. lib. 28. c. 6. Leges Inæ cap. 39. apud Brompt. Stabilim. S. Ludovici lib. 1. c. 29. Gregorium Turon. lib. 7. cap. 20. Fredegar. Chron. c. 28. Capitulare 3. an. 813. c. 19. Petrum Bleſenſem in Canone Epiſcopali p. 454. Ordericum Vitalem lib. 4. pag. 535. lib. 8. p. 702. 707. Geſta Dominor. Ambaſienſ. c. 5. n. 22. Bractonum lib. 3. Tract. 2. c. 32. §. 7. Fletam lib. 1. c. 38. §. 8. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 166. Veterem Conſuetud. Normann. cap. 23. &c.

Ad pedes Regis conquirere. Lex Alamannorum tit. 35. §. 3. *Tunc illa hæreditas quam ille Dux habuit, poſt mortem ejus in poteſtate Regis ſit, vel cui vult donet, aut illi filio Ducis qui rebellavit, ſi potuerit per ſervitium hoc ad pedes Regis conquirere,* &c. Id eſt proſternendo ſe ad pedes principis.

Pedes linei, vel lignei. Concilium Autiſiod. can. 3. *Quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, — nec*

ſculptilia, aut pede, aut homine ligno fieri penitus præ-ſumat. Ubi legendum videtur *ligneo*. Indiculus *Paga-niarum*, ſeu ſuperſtitionum in Concilio Liptin. an. 743. *De ligneis pedibus, vel manibus pagano ritu.* S. Eligius apud S. Audoënum in illius vita, lib. 2. c. 15. *Pedum ſimilitudines, quos per bivia ponunt, fieri vetate, & ubi inveneritis, igni cremate.* Homilia ejuſdem S. Eligii: *Arbores quas ſacrivos vocant ſuccidite, plantas ſive un-gulas pedum quos per bivia ponunt fieri vetate.* Quibus locis perſtringuntur veterum Gallorum magici ritus vel ſuperſtitiones, qui in biviis ac compitis hominum membra pedeve ex ligno (vel *lino*) conflatos colloca-bant, exiſtimantes hac ratione morbos & ægritudines perſanari. Certe lanas ad φαρμακείαις olim adhibitas te-ſtatur Scholiaſtes Theocriti Idyll. 2. v. 2. ut & ima-gines laneas Horatius lib. 1. Sat. 8. Neſcio an huc etiam ſpectet quod habet vetus Formula Pœnitentialis edita ex codice Thuano à V. Cl. Jacobo Petito: *Idem ſi obſer-vat auguria, — item ſi fecit, vel fieri fecit, vel cu-ravit quod aliquis faceret pedem in domo.*

Pes foreſtæ. Tabularium Abbatiæ de Novo loco in Co-mitatu Nottinghamenſi: *Notandum eſt quod pes fore-ſtæ uſitatus tempore Ric. Orſell in arrentatione vaſto-rum, factus eſt ſignatus & ſculptus in pariete cancelli Eccleſiæ de Edwinſtowe, — & dictus pes continet in lon-gitudine 18. pollices, & in arrentatione quorumdam va-ſtorum pertica 20. 21. & 24. pedum uſa fuit: ſed ſem-per 40. perticata, videlicet 40. full. in longitudine, & 40. full. in latitudine faciunt unam acram, & qualibet acra continet in ſe 4. rodas, ſecundum longitudinem & latitu-dinem, ut prædictum eſt.*

Pes. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 109. *Pro porco 2. ſolidos, & taſcham, & quartam partem vini cum pede.* Occurrunt eadem verba rur-ſum infra.

Pedes, in Gloſſis antiquis MSS. *dicuntur duo fines, (funes) navium, qui extremos velorum angulos te-nent.*

PESA, *Peſare*. Vide *Penſa*.

PESAGIUM. Vide *Peagium*.

PESCA. Epitaphium Thomæ Benedicti Prioris S. Ge-noveſæ:

Nunc viret ut peſca, nunc eſt homo vermibus eſca.

PESCLUS. Charta Zachariæ I. PP. in Bullario Caſi-nenſi to. 1. p. 4. *Inde per monticellos de mari deſcen-dens vadit ad peſclos, qui ſunt in pede montis qui dici-tur Balba, inde per Duos leones, &c.*

PESLUM. Tabularium Vindocinenſe an. 1076. ch. 321. *Aſcelinus Chotardus retinuit domum parieti Eccleſiæ quaſi appenditium, quod vulgariter Peſlum vocant, ubi annonam ſuam, & vinum quod ibidem collegerit, re-ponat.*

PESSARIZARE, In modum πεσσοῦ, ſeu peſſarii confice-re: eſt autem *peſſarium* lana concepta, & ad digiti fi-guram rotunda facta, in qua pharmaca excipiuntur & continentur. Vide Conſtantinum Afric. lib. de Gradib. p. 373.

PESSIA, idem quod *Petia*, Gallis *Piece*. Vetus Charta apud Columbum lib. 2. de Epiſcop. Vivarienſibus: *Dono peſſiam de campo, — peſſia habet fines de latus, &c.*

PESSIMARE, Peſſimum efficere, affligere. Vetus In-terpres Eccleſiaſtæ cap. 38. *Teipſum peſſimabis.* S. Eu-logius lib. 3. Memor. SS. cap. 5. *Importabili cenſus onere colla aggravant miſerorum, quotidie plebem Do-mini peſſimantes.*

PESSO, *Peſſona*. *Peſſum*. Vide *Paiſſo*.

PESTARE, Italis, ſubigere, comminuere, tundere. Re-cuperatus lib. de Virtutib. S. Ambroſii Senenſis c. 2. *Di-cebat in hoc eſſe laborem ſuum, pullum peſtare ægrotis, id eſt divinam ſapientiam rudibus intellectibus perceptibi-lem facere.*

PESTICIUM. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 1007. *De-dimus etiam — & omnia prata noſtra, ſcilicet de Gua-nercio, — de Ierre, cum peſticiis eius, & omne fœnum noſtrum in valle Rodolii, &c.* Fortè legendum *paſti-ciis*, paſcuis, Gall. *paſtis*.

PESTILLUM, pro *piſtillum*, inſtrumentum quo aliquid te-ritur, comminuitur: *Peſtello*, Italis, *Peſtle*, Anglis. Gloſſar. Lat. Gr. ἀλετρίβανος, *peſtillum*: aliàs, peſtil-lus quo ſal teritur: *Cylindrus*, Senatori lib. 12. Ep. 24. *In ſalinis autem exercendis tota contentio eſt: pro aratris, pro falcibus cylindros volvitis.* Accipitur etiam pro palo ligneo. Gloſſ. Lat. Gall. *Pilus: poil, ou pe-ſtoil:*

Qui terit, eſt pilus: pilus eſt in fronte capillus.

Idem: *Piſtillum, peſteil.* Gloſſ. Arabico-Lat. *Peſſu-lum, peſtum, peſtilum.* Jo. Hocſemius in Henrico Gueldrenſi Epiſcopo Leod. cap. 3. *Cum juvando ſuum magiſtrum laſiſſet quemdam laicum ictu peſtilli, qui unus eſt ex illis baculis inhibitis in Lege Leodienſi.* Le *Roman de Garin:*

Devant lui gardè vit un peſtel eſter,
Dont l'en ſouloit les poiſons deſtremper, &c.

Chr. Bertrandi *du Gueſclin* MS.

Li uns tient une pare, l'autre une fourche aguſie,
De baſtiers, de peſteaux et maint antortelie.

Alibi:

Li uns porte un peſtel, & li'autre un mortier.

PESTICUS, & *Peſticoſus*, peſte plenus. Jo. de Janua.

PESTIFERARE, Inficere, peſte polluere, *Empeſter*. Lu-cifer Calaritan. lib. 1. pro S. Athanaſio: *Munera enim excæcant oculos videntium, & peſtiferant ſermones ju-ſtos.*

PESTINUNTIUM, *qui peſtem nuntiat.* Gloſſ. Lat. MS. regium cod. 1013. & Gloſſ. Iſid.

PETA. Leges Burgorum Scotic. c. 38. *Nullus debet na-vare — illos qui portant boſcum, turbas, vel petas ad vendendum, niſi pro boſco, petis, vel turbis, ſeu propriis debitis ſuis.*

PETALICUS. Cummianus Hibernus de Controverſia Paſ-chali: *Ob diverſitatem ſucceſſorum Apoſtolorum, — id eſt S. Petri Clavicularii, & ſancti Joannis Petalici, alterius in circumciſionem, alterius in præputium prædi-cantis.* Ubi *Petalicus*, vel *Petalicus*, eſt ὁ ἐπιστήθιος, quo epitheto donatur S. Joannes Evangeliſta à Græcis.

PETALUM, Lamina aurea in capite ſummi Pontificis, ut in Gloſſ. Arabico-Lat. Beda de Tabernacul. lib. 3. cap. 3. *Et lamina aurea ſuper cidarim, quæ titulo nominis Domini cæteris altior omnibus eminebat.* Adde cap. 9. Arnoldus Abbas Bonæ-vallis: *Præter hæc laminam au-ream, quam petalum vocant, fronti habebat inſertam.* Vide Euſebium lib. 3. Hiſt. cap. 31. lib. 4. cap. 24.

Petalum, *forma marmorea inſtar teſſeræ quadrata, unde pavimenta templorum, vel domorum, & palatiorum quondam ſternebantur.* Joſephus lib. 8. *Stravit autem pavimentum templi petalis aureis.* Jo. de Janua.

Petalum, Virga Pontificalis, Harigero Lobienſi Abbati c. 8. Miracula S. Urſmari n. 5. *Baculum recurvum quem plerique cambutam, alii petalum vocant.* Vide Bro-werum lib. 2. Annal. Trevir. p. 150. 1. edit.

PETAMINARII, dicti videntur à voce Græca πετάμενοι, qui in aëre volant, ſeu, *qui more avium ſe ſe ejacu-lantur in auras*, ut ait Claudianus: vel qui agilitate corporis quaſi volare videntur, ἀπὸ τοῦ πέτασθαι, apud Julium Firmicum lib. 8. Matheſ. cap. 15. Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei: *Longum eſt nunc dicere de om-nibus, amphitheatris ſcilicet, odeis, luſoriis, pompis, athletis, petaminariis, pantomimis, cæteriſque por-tentis.*

PETATIOLUM, pro *Pittatiolum*, Scheda. Fulcuinus de Geſtis Abbatum Lobienſ. c. 3. *Perantiquis membrana-rum petatiolis — inſcriptum invenimus.*

PETAURISTARII, apud Jul. Firmicum lib. 8. Math. c. 15. qui aliis *Petauriſtæ*, ſeu Græcis πεταυρισταί, de quibus ſcriptores Græci & Latini. Manilius lib. 5. Aſtr.

Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem
Corpora, quæ valido ſaliunt excuſſa petauro.

Alternoſque

Alternoſque cient motus, elatus & ille
Nunc jacet, atque hujus caſu ſuſpenditur ille.

Fragm. Petronii: *Petauriſtarii autem tandem venerunt: baro inſulſiſſimus cum ſcalis conſtitit, puerumque juſſit per gradus & in ſumma parte odaria ſaltare. circulos deinde ardentes tranſire*, &c.

PETEGOLÆ, dictæ Italis, quæ Gallis *Beghinæ*.

PETENS, forenſe vocabulum, pro *Actore*. Gall. *le Demandeur*. Vide Regiam Majeſt. lib. 2. c. 2. §. 3. Occurrit paſſim in Legib. Scoticis & Anglicis. Collatio Carthaginenſis III. c. 200. *Omnis actio duas ſolet ſuſcipere perſonas, Petitoris, & è diverſo reſpondentis.*

PETIREDIUM, *abjecta h in compoſitione, à petendis hæreditatibus.* Beda de Orthographia.

PETERMANNI, Homines, ſeu ſervi S. Petri Lovanienſis, apud Lipſium in Lovanio lib. 2. c. 4.

PETIA. Vide *Pecia*, & *Betia*.

PETICA. Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Ovetenſis, an. 781. apud Sandovalium: *Et tres calices, duos de argento, & unum de petica.* Ubi Sandovall. vertit, *dos de plata, y uno de piedra.*

PETICUS, *qui amat petere*, in Gloſſ. antiq. MSS.

PETINEI, & *Petinegi*, apud Ditmarum lib. ult. p. 113. ſunt ii populi, quos Græci inferioris ævi Πατζινάκας vocant, quod moneo, quia editor vocem non intellexit. Vide notata ad Alexiadem.

PETITIO, Præſtatio quæ à dominis ſub nomine *petitionis*, vel *mutui* exigitur. Charta Friderici Imper. an. 1152. *Exactiones, tallias, quas quidam precarias vel petitiones nuncupant, ſive hoſpitationes, regia cenſura penitus interdicimus.* In Charta Comitis Guinenſis in Chronico Andrenſi, *coactiva petitio, ſive inciſura*, i. tallia. Vide *Demanda*, *Mutuum coactum*, *Quæſta*.

Petitio, in Regula S. Benedicti, pro formula profeſſionis non ſemel uſurpatur, cap. 58. 59. Unde *petitio & votum* junguntur apud S. Anſelmum lib. 2. Epiſt. 23. *Qui apud nos petitionem & votum Monachi fecit.* Quia nempe novitius exacto noviciatus tempore *petebat* ab Abbate ut ad profeſſionem admitteretur. Vide Udalricum lib. 2. Conſuetud. Cluniac. c. 26. Librum uſuum Ciſtercienſis Ord. c. 117. Raynardum Abbatem Ciſterc. in Inſtitut. c. 28. Vitam S. Willelmi Ducis n. 22. edit. Mabillonii, &c.

Petitio, Libellus ſupplex, unde Magiſtri libellorum, ἐπὶ δεήσεων dicebantur apud Byzantinos. Thwroczius in Bela Rege Hungar. c. 64. *Et petitionibus loqui traxit originem, ut Romana habet curia & Imperii.*

PETITORIUM, Actio in jure, *calumnia*. practicis, *Action en petitoire*. Gloſſ. Gr. Lat. αἴτησις, *Petitorium, petitio, poſtulatio*. Joannes Sariſber. Epiſt. 6. *Procuratores Comitis adverſus E. petitorium inſtituerunt, dicentes ipſum injuſte occupare Eccleſiam*, &c. Adde Epiſt. 11.

Petitorium, & *pittacium*, idem ſunt in l. 29. Cod. Th. de Petition. id eſt ſchedula, *brevis*, &c. *Uno tamen petitorio ſingulorum bonuſcula jubemus adſcribi, nefas eſſe cenſentes, plurimorum uno pittacio poſtulari ſub illicita cupiditate fortunas.* Joannes II. PP. Epiſt. 2. *Contumelioſum Epiſcopum, ut habeat pœnitendi licentiam, petitorium vobis dare cenſemus, ubi errorem ſuum — fateatur.* Adde Stephanum Tornac. Epiſt. 68. 113.

PETIU. Vide *Betia*.

PETORITUM, vox Gallica, Vehiculum, quod dictum exiſtimant *à numero quatuor rotarum*, inquit Feſtus; unde quidam à Græco Æolico πέτορα, pro τέσσαρα deducunt. Wendelinus à Flandrico etymon arceſſit, *Fitter-radt*, vehiculum *rotarum quatuor*. Petoriti meminerunt Varro apud Agellium lib. 15. cap. 30. Quintilianus lib. 1. Inſtit. cap. 5. & Horatius lib. 1. ſerm. 6.

PETRA, Ponderis ſpecies, quod conſtat 12. libris & dimidia: libra vero 15. unciis, ut eſt in Fleta lib. 2. c. 12. §. 1. c. 79. §. 10. At apud Henr. Knyghtonem an. 1340. *Saccus lanæ* dicitur *continere in pondere 26. petras: petra vero 14. libras.* Ita quidem apud Anglos; at ſecus apud Scotos: quippe in Aſſiſa Davidis Regis Scotiæ de ponderibus §. 4. & 5. *Petra ceræ continet octo libras & petra vero ad lanam ponderandam, & ad alias res, continet quindecim libras.* Eadem habentur in Statutis Roberti III. cap. 22. §. 2. ubi dicitur *petra ſeu lapis*. Quod poſtremum vocabulum occurrit in Charta Philippi Regis Franciæ an. 1288. apud Perardum in Burgundicis pag. 562. *Pro qualibet ſacco lanarum & agnelinorum, pondus viginti duorum lapidum Provini continente*, &c. Regeſtum Peagiorum Pariſienſ. *Laine qui vient d'Angleterre, le vendeur doit pour chaſcun ſac vendu 18. deniers, & s'il poiſe 36. pierres au poix de 9. livres la pierre*, &c. Vide Monaſticum Anglicanum to. 1. p. 148. 482. Thomam Walſinghamum an. 1399. Knyghtonem p. 2737. &c.

Petra nativa. Vide *Enchoros*.

Petra ſicca, non conſtructa ex calce & arena. Hygenus de Limitibus conſtituendis: *Gamma de petra ſicca conſtructa.*

Ad Petram votum reddere, ſuperſtitionis paganicæ ſpecies, Chriſtianis interdicta. Indiculus Paganiarum in Concilio Liptinenſi an. 743. *De his quæ faciunt ſuper petras.* S. Eligius apud S. Audoenum in ejus Vita lib. 2. c. 15. *Nullus Chriſtianus ad fana, vel ad petras, vel ad fontes, vel ad arbores — vota reddere præſumat.* Concilium Nannetenſe c. 20. *Lapides quoque, quos in ruinoſis locis & ſilveſtribus, dæmonum ludificationibus decepti venerantur, ubi & vota vovent & deferunt, funditus effodiantur*, &c. Vide Concilium Arelat. II. c. 23. Turon. II. c. 22. Capitula Theodori Cantuar. c. 107. Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 63. lib. 1. Capitul. c. 62. &c.

Petra. Chronicon Windeſemenſe lib. 2. c. 54. *Quem libellum in diverſis membranis, quaternulis, aut petris conſcripſit.* Cap. ſeq. *Exercitia ſua membranis & petris diverſiſque foliis, ut dictum eſt, conſcripta.* Vocabularium Gherardi de Schueren: *Petra, e, Eyn ſtein oft leye.* Eſt autem Theutonibus *leye*, tabella ſcandularis, cui vel ſtylo, vel creta inſcribitur; noſtris, *Ardoiſe*.

PETRARIA, locus unde *petra* & lapides eruuntur: *Carriere*. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 595. *Præterea dedi eis turbariam & petrariam, & quarreriam ubicunque invenire poterunt in territorio*, &c. Et pag. 165. *Noveritis me dediſſe — petram in petraria de Frevle ad fabricam Monaſterii ſui*, &c.

PETRARIA, πετροβόλος, & λιθοβόλος, Athenæo lib. 5. & Heroni in Belopœecis, &c. Ugutio: *Tormentum, quod vulgo dicitur Petraria, vel mangonum.* Gallis *Perriere*. Will. Tyrius lib. 8. cap. 6. *Machinas jaculatorias, quas mangana vel petrarias vocant.* Ita lib. 15. cap. 9. lib. 19. cap. 27. Paulus Warnefridus lib. 5. de Geſt. Longob. c. 8. *Belli machina, quam petrariam vocant.* Anaſtaſius in Gregorio IV. PP. *Et deſuper ad inimicos, ſi venerint, expugnandos, petrarias nobili arte compoſuit.* Guillelmus Apul. lib. 2. de Geſtis Normann.

— turrim fabricat, quæ lignea muris
Prominet, ac juxta de quaque petraria parte
Ponit, & adjuncto muros quo evertere poſſit
Diverſi generis tormento.

Et lib. 3.

Et valido cum forte Ducis petraria ſaxi
Ictu demiſſi percuſſa fuiſſet ab alto.

Vocem uſurpant paſſim ſcriptores, Annales Francor. Loiſelliani & Bertiniani an. 776. Hiſtoria Hieroſol. p. 1154. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hiſt. Hieroſ. c. 4. 18. Will. Brito in Philippide pag. 116. 119. 170. 180. Jacobus de Vitriaco in Epiſt. de Captione Damiatæ p. 1148. Radulfus de Diceto p. 623. 661. Monachus Florentin. de Expugn. Accon. pag. 232. 233. Otto Morena in Hiſt. Rerum Laud. non uno loco, &c. Ex quibus emendare licet vitam S. Joannis Epiſc. Tragur. p. 5. *Machinam quæ vulgo T. Artaria dicitur, erexerunt.* Legendum enim *Petraria* ſuadent ſequentia. Vide Gloſſarium ad Villharduinum, Lipſium lib. 3. Poliorcet. dial. 3. Felicem Oſium in Not. ad Morenam p. 83. &c.

Petrorita, & *Petorita*, idem quod *Petraria*. Joannes Monachus lib 1. Hiſt. Gauſr. D. Norman. *Mandat in his exaſperatus Conſul petroritas, fundibularias, mangonellos & arietes erigi*. Occurrit ibi rurſum. Geſta Conſulum Andegav. c. 11. n. 6. *Arietibus & petoritis Comes eos aggreſſus*. Habetur etiam in geſtis DD. Ambaſienſium c. 5. n. 24.

Pereria. Bromptonus an 1173. *Perariis ſuis & aliis machinis bellicis paratis*, &c. Utitur alibi non ſemel.

Pererium. Charta Nunonis Sancii pro Pace ſeu treuga ſervanda an 1217. deſcripta in to. 8. Spicilegii Acheriani: *Quod nullus expugnet aliquod caſtrum vel aliquam munitionem cum guſſa, vel pererio, vel manganello*, &c.

PETRONIUS. Vide *Petrunculus*.

PETRORITA. Vide *Petraria*.

PETTURA. Vide *Pectura*.

PETTUS, Crepitus, Gallis *Pet*, à ſono. Vide in *Bombus*, & Ferrarium in Orig. Ital.

PETULUS, *Equus qui habet tantum pedes albos*. Ugutioni.

PEZAROLA. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. *Poſſet valde utile comprobari, quod in quolibet navigio dulcis aqua baliſtæ groſſæ à turno cum ſuis munimentibus portarentur, nec non baliſtæ à pezarola tot quot utiles viderentur*, &c.

PHACULLA, *Perna, petaſo, petaſunculus*. Gloſſ. Iſid.

PHALÆ, *Falæ*, Turres rotundæ in ovi ſpeciem Vitruvio; ſic dictæ à Circorum *Phalis*, quæ dividebant Euripum & Metas, conſtructis ad tempus turribus, ut ait Servius ad 9. Virgil. *Phalarum* Circi meminit etiam Juvenalis, quas διαφράγματα εἰσόδων vocat Dio. Ita porro appellabant turres ligneas ad oppugnanda oppida. Papias: *Phalas dicunt ligneas turres*. Ita & Ugutio. Guibertus in Hiſt. Hieroſ. l. 7. c. 6. *Duo jubentur inſtitui lignea caſtra, quæ nos ſumus ſoliti vocare Phalas*. Adde l. 3. c. 4. lib. 6. cap. 18. Abbonem de bellis Pariſiac. p. 502. 505. 509. 513. 517. Hiſtoriam Hieroſol. p. 1154. Ordericum Vitalem p. 624. Vitam S. Fidis cap. 16. &c.

PHALA, genus veſtis, de qua Synodus Colonienſis an. 1280. c. 3. *Cappas tunicatas, tunicas, phalas, indumenta, tabbardos, calceos vel caligas non ferant, niſi B. Benedicti, vel B. Auguſtini regulæ congruentes*. Etiamnum Belgæ *failles* appellant veſtimentum quo caput & totum corpus vice pallii operiunt feminæ. Kylianus: *Falie, palla, cyclas, veſtis muliebris ſpatioſa totum corpus circundans*.

PHALANGUS, vide *Falangus*.

PHALARICA, *Falarica*. Gloſſ. Gr. Lat. Χειροβαλίστρα, *Falarica*. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Falarica, Lancea magna, telum mulieris*, quia forte mulieris eſt eminus pugnare. Servius ad 9. Æneid. & ex eo Iſidorus lib. 18. cap. 7. *Falarica eſt telum ingens torno factum, habens ferrum cubitale, & rotunditatem de plumbo in modum ſphæræ in ipſa ſummitate. — Hoc autem telo pugnatur de turribus quas Phalas dici manifeſtum eſt. — A Phalis igitur dicta eſt phalarica, ſicut à muro muralis*. Addunt Ugutio & Joannes de Janua: *Et quia hoc telum tormento mittitur, inde eſt quod quandoque ponitur pro tormento quod vulgo dicitur Petraria, vel Manganum*. Priori notione, præter claſſicos ſcriptores, utuntur Fortunatus lib. 3. de vita S. Martini, Gregorius Turon. lib. 9. cap. 35. Abbo, & alii. Poſteriori vero, ſeu pro machina jaculatoria, Guibertus lib. 3. Hiſt. Hieroſol. cap. 5. *Cœpere pro muris urbem undequaque pervadere, & machinas inſtruere, phalas erigere, inſtaurare phalaricas, murorum ac turrium gyros frequentibus per ambitum pulſare baliſtis*. Et lib. 6. cap. 23. *Ad jaciendos lapides phalaricarum noſtros apparare inſtrumenta commonuit*. Autor Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ p. 1154. *Erat crux quædam lapidea quam — ſupra murum erexerant: hanc ictu phalaricæ gens ſæva diruit*. Id. l. 3. de Vita ſua c. 18. *Aledrannus quidam talium peritiſſimus duas, quas inſtituerat, Phalaricas opponit, & quater vicenas pene mulieres, ad ſaxa quæ impoſuerat, intorquenda diſponit*. Fulco l. 5. Viæ Hieroſol.

Fiunt baliſtæ, plumbatæ, phalaricæ, talpæ.

PHARNATIA. Charta Friderici II. Imp. qua *regalia* concedit Archiepiſcopo Arelatenſi, apud Gueſnaium in Annalib. Maſſilienſib. an. 1219. *Sicut ſunt telonea, pedatica, juſtitias, judæos, cordam, quintale, pharnatiam, monetam, portus, &c.* Vereor ne mendum ſubſit.

PHARUS, *Pharum, Farus, Farum.* Lucerna, ſive Lychnuchus orbicularis & circularis cum certo lucernarum aut candelarum numero, cujuſmodi paſſim in templis noſtris viſuntur: ſic dictus quod inſtar Phari ſit, ejuſque ſpeciem referat. Papias: *Fara, vaſa ſunt luminatoria, quæ nos Retia dicimus diverſo modo formata.* Alibi: *Farum, inſtrumentum ad luminaria ordinanda, ſicut etiam candelas.* Anaſtaſius Bibl. in S. Hilaro PP. *Pharos cum Delphinis quæ penſant.* Lib. 5. in Silveſtro PP. *Pharum ex auro puriſſimo, quod pendet ſub faſtigio cum Delphinis* 50. In Hadriano p. 109. *Fecit & pharum majorem in eadem B. Petri Eccleſia in typum crucis, qui pendet ante Presbyterium, habentem candelas mille trecentas & ſeptuaginta.* In Leone III. *Fecit — pharum ex argento puriſſimo cum lucerna & cereapto ſuo.* Anonymus Poëta de Pontificib. Eboracenſib.

Hoc altare farum ſupra ſuſpenderat altum.

Adde Bedam de Rat. temp. cap. 24. Vitam S. Medardi ex Cod. Reſbac. cap. 17. Vitam S. Gudilæ virg. n. 18. Hiſtor. Tranſlat. S. Sebaſt. n. 94. Ardonem in Vita S. Benedicti Abb. Anian. n. 37. edit. Mabillon. &c.

Pharus, fœminino genere, quomodo φαρος dicitur à Græcis turris Alexandrina. Statius:

Lumina noctivagæ tollit Pharos æmula lunæ.

Inſcriptio phari in Eccleſia S. Willibaldi Eyſtetenſi apud Gretzerum in Epiſcopis Eyſtet. cap. 12.

Hanc Willibalde Pharum conſtruxerat almo
Præſul devotus Mengoſus nomine dictus.

Ita etiam uſurpat Walafridus Strabo l. 2. de Mirac. S. Galli c. 25.

Ejuſmodi autem Lychnuchorum variæ erant figuræ. Quædam enim coronæ in ſpeciem efformati erant. Leo Oſt. l. 3. Chron. Caſin. c. 32. *Fecit & pharum, coronam ſcilicet maximam argenteam — cum 12. extrinſecus prominentibus turribus, ſex & 30. lampadibus ex ea pendentibus.* *Phara Coronata* vocat idem Anaſtaſius in S. Silveſtro PP. *Phara Coronata* 10. *penſante ſingula libras octonas.* *Pharales Coronas*, in Sixto III. Vide *Corona.*

De Lychnuchis iſtis in Crucis, vel in Retis figuram compoſitis, pluribus egimus in Deſcript. ædis Soph. n. 49. Quædam etiam Arborum ſpeciem præferebant, quomodo deſcribuntur à Plinio l. 34. c. 3. ex quo docemur habuiſſe veteres *lychnuchos penſiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.* Vide *Arbor.* Denique ita efficta erant, ut ab iis penderent canthari ſeu diſci, in quibus erant vel candelæ, vel lucernæ. Hos *Pharocantharos* vocat Anaſtaſius in S. Silveſtro. *Coronam ex auro puriſſimo, quæ eſt pharus cantharus, &c.* In Leone III. *Pharocantaros in Presbyterio numero 14. ex argento mundiſſimo. Phara canthara*, in Sixto III. In Benedicto III. *Pharum cantharum argenteum ſedecim in pedibus, à Saracenis olim ablatum, in quo ad decus ipſius Baſilicæ in diebus feſtis atque dominicis luctina ſimul & cerei ponebantur, juxta lectorium, mirifico opere fecit ac renovavit.*

PHARRO, *Pharrò.* Clamor militaris Hibernorum. Utrum à Pharaone, Gandeli ſocero, an ab alia cauſa clamor iſte natus ſit, parum ad rem attinet explicare. Verba ſunt Richardi Stanihurſti lib. 1. de Reb. Hibernicis.

PHASCOLLA, *Parva petaſo, petaſunculus.* Ugutio.

PHASALLUS. Miracula S. Ludgeri Epiſcopi Mimigard. n. 34. *Neglecto denique tali præcepto, ſecunda & tertia vice quemdam Monaſtica vita Phaſallum, purpureo perfuſum capillo, nigroque veſtimento indutum, conſpexit.* An *vaſſallum?*

PHIALA, Fons, aquarum receptaculum: Græcis recentioribus, φιάλη. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. c. 19. *Eſt ergo illius fontis nomen, qui eſt in Trachonitide, Fiala plena aquarum ſemper, unde Jordanis mediterraneis meatibus derivatur.* Vide quæ de Phialis adnotamus in Deſcriptione ædis Sophianæ n. 12.

Phiala cum candela. Anaſtaſius in S. Silveſtro PP. pag. 14. *In medio fontis columna porphyretica, quæ portat phialam auream, ubi candela eſt auro puriſſimo penſ. libr.* 50. *ubi ardent in diebus Paſchæ balſami libræ* 200. &c.

PHILANTHROPUM, Præmium quod proxenetæ nominum contrahendorum accipiunt. Gloſſ. Lat. Gr. *Salarium*, φιλάνθρωπον, ἀλανων. Ulpianus JC. *Idem dico & ſi quid philanthropi nomine acceperit.*

PHILARCHICUS, Dominationis amans, φιλαρχικός. Charta anni 990. in to. 8. Spicilegii Acheriani p. 155. *Frugalem, non gaſtrimargicum: humilem, non philarchicum,* &c.

PHILETRUM. Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli Londinenſis an. 1295. *Item unus pannus, cujus campus aureus, cum leonibus & aquilis bicipitibus de aurifilo contextis in philetris rubeis.* Vide *Felatrum.*

PHILIPPANA ars. Rollandinus in tract. de Notulis: *Promitto te docere artem philippanam, & in promiſſis mihi dare* 10. *corbes frumenti.*

PHILIPPI, *Philippei*, Nummi, à Philippo patre Alexandri magni, primum cuſi, quorum cum forma recepta ſemel placuiſſet, ea retenta eſt ſimul cum appellatione, addita principis cujus eſſet, nomenclatura. Horatius:

Retulit acceptos regale numiſma Philippos.

Prudentius Periſteph. hym. 3.

Nec cum venitte aureos
Secum Philippos detulit.

Ubi Iſo Magiſter: *Philippei, Mancoſi.* Gloſſæ antiquæ MSS. & Papias: *Philippeus, ſolidus.* Valerianus Imp. apud Pollionem in Claudio: *Philippeos noſtri vultus annuos centum quinquaginta.* Idem Valerianus apud Vopiſcum in Aureliano: *Argenteos Philippeos minutulos, &c. Æreï Philippei*, &c. Ordericus Vitalis lib. 10. p. 796. *Obſecrans ut maximam pro Boamundo redemptionem reciperet, ipſumque acceptis centum millibus Philippeorum ſibi redderet.* Vide Budæum lib. 4. de Aſſe, Scaligerum, & alios qui de re nummaria ſcripſerunt.

PHILIPPI. Ingulphus p. 910. *Et forte leuca dicitur à Leucon, quod in Scythica lingua interpretatur Philippus. Unde Magiſter in Iſagogis ſuis O. M. l. 3. Et niveus Leucon dicit ibi, hunc Leucon fuiſſe Philippum Imperatorem, qui niveus deſcriptus eſt, quia Chriſtianus, & Baptiſmo ſuper nivem dealbatus. Et alio in loco ubi exponit illud, id eſt, Phœbum adamaſſe Leucotheon, dicit Deum adamaſſe Chriſtianitatem regni Franciæ, id eſt Philipporum, quum apud Francos nomen Philippi frequentiſſimum habetur, in tantum ut Rex Henricus, qui modo regnat in Francia, filium ſuum primogenitum Philippum fecit appellari. Beatus enim Chriſti Apoſtolus Philippus, cum Scythis verbum Dei prædicaſſet, & plurimos eorum ad fidem Chriſti convertiſſet, rediens in Aſiam, per Sicambros viam fecit, ac illis Chriſti nomen primus annuntiavit, de quibus exeuntes Franci, ut plures eorum Hierochronographi teſtantur, beatum Philippum Apoſtolum ſuum ſpecialem Protodoctorem, & Neoapoſtolum adhuc tenent. Ex his omnibus colligitur, quod leuca dicitur à Leucon, id eſt menſura terræ Philippica, id eſt Philippi, vel Philipporum.* Atqui ante Henricum I. quo regnante vivebat Ingulfus, Philippi nomen in veteribus tabulis vix legitur: quomodo igitur Franci noſtri crebar iſta apud eos nomenclatura *Philippi* appellari potuere?

PHILLATERIUM. Vide *Phylacterium.*

PHILOCOMPUS, ex Gr. φιλόκομπος, jactantiæ amator, jactator. Suidas: Φιλοκομπεῖν, μεγαλοῤῥημονεῖν, ὁ ἑαυτὸν ὑψῶν. Gloſſar. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Philocompos, amator jactantiæ.* Addit Ugutio, *qui vult ut labor ſuus appareat propter vanam gloriam.* Fridegodus in vita Wilfridi c. 23.

— Erwinus Philocompos.

Philocompia, Vanagloria, apud Ratherium Veronenſem in Apologetico: *Afficit hæc ineptiſſima, imo pernulla philocompia urbanitatis veſtræ anguſtia.* Sed vereor ne legendum ſit *philocompica*. Wolphardus Preſbyter lib. 1. Vitæ S. Walburg. in Præfat. *Ne à lectore philocompica notet infamia.* Scholiaſtes Gregorii Nanzianzeni in 1. in Julian. Κεμψὸν ἐςὶ τὸ εὐπρεπὲς καὶ χαρίεν· κόμπος δὲ τὸ μέγα. Eſt porro κόμπος, ut eſt apud Varinum, ἀλαζόνεια, ἡ διὰ τοῦ λόγου ἔπαρσις, παρὰ τὸ κενὸν ἦχον, ὃ ἀποφυσῶ.

PHILOPARES. Vide *Filopares*.

PHILOPECUNIA, vox hybrida. Pſeudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

—— *ſed Philoſophia*
Exilium patitur, & Philopecunia regnat.

PHILOPOMPUS, ex. Gr. φιλόπομπος, qui *pompam*, faſtum & jactantiam amat. S. Gerardus Abb. Sylvæ Major. in S. Adelardi vita c. 3. *Cujus dignitatis honore induſiatus, — non efficitur philopompus, non, ut plures aſſolent, pompolentus.* Vide *Philocompus*.

PHILOSOPHIA, Vita Monaſtica, θεία φιλοσοφία, apud Iſidorum Peluſiotam lib. 1. Epiſt. 260. Majorianus Nov. de Sanctimonialib. *Cum hujuſmodi obſervatio Philoſophiam religioſa mente ſuſcipiens, non coactus imperio, ſed ſpontanea & matura deliberatione capiatur.* Willelmus Neubrigenſis lib. 3. cap. 5. *Ædificando inſigne illud Chriſtianæ Philoſophiæ ſpeculum, Monaſterium ſcilicet de Fontibus.* Joannes Sariſberienſis lib. 7. Policrat. cap. 21. *Vita Clauſtralis virtutem Philoſophorum incomparabiliter antecedit, aut, quod melius crediderim, rectiſſimè & tutiſſimè philoſophatur.* Vide Vitam S. Nili Junioris p. 164.

Philoſophari, Monachum agere Luitprandus lib. 5. cap. 9. *Et ad vicinam inſulam, in qua Cœnobitarum multitudo philoſophabatur, tonſo ei, ut moris eſt, capite, ad philoſophandum tranſmittunt.* Et cap. 10. *Atque ad vicinum Monaſterium — tonſis, ut moris eſt, capitibus philoſophatum tranſmittant.*

PHILOSOPHUS, dignitas in Eccleſiis Canonicorum: eadem forte quæ Magiſtri Scholarum, ſeu Scholaſtici. Tabularium Brivatenſe ch. 385. *Signa Canonicorum. S. Mauricii Viennenſis Eccleſiæ, Otmari Decani, Roſtanni Archidiaconi, Adalardi Philoſophi, Benardi Canonici, Ricardi Præcentoris, & aliorum Canonicorum.*

PHLEBOTOMUM, *Flebotomus*, *Flebotomum*, Scalpellum venæ ſecandæ, ex Gr. Φλεβότομον. Ugutio: *Flebotomum, eſt illud inſtrumentum quo vena percutitur in minutione ſanguinis.* Gloſſ. Ælfrici: *Flebotomus*, blod ſex. Somnerus vocem Anglo Saxonicam, *Scalprum Chirurgicum*, vertit. Saxonibus blod eſt ſanguis. Iſidorus lib. 4. c. 11. *Phlebotomum, ab inciſione venarum*, &c. Gregorius II. lib. 1. Dialog. cap. 4. *Medicinale ferramentum, id eſt Phlebotomum.* Acta S. Agnelli Abbatis: *Medicinale ferramentum meum tenens, quod ab inciſione venarum, quæ Græcè Fleve nominatur, flevotomus dicitur.* Conſtantinus lib. de Chirurgia cap. 2. *Phlebotomus quoque non ſit æruginoſus, non aſper, non longus, non tenuis, non rotundus, vel brevis, ſed mediocris.* Beda lib. de Minut. ſanguin. *Dies Caniculares, in quibus nec phlebotomum imponent, nec potionem dabunt.* Leges Wiſigoth. lib. 11. tit. 1. §. 6. *Si quis medicus flebotomum exercet, & ingenuum debilitaverit*, &c. Octavianus Horatianus lib. 2. c. 16. *Quo vero repentinus dolor ſtomachi comprehenderit, — his & phlebotomo convenit ſubvenire.* Paſſim apud hunc ſcriptorem. Adde Vegetium lib. 1. de Arte veterin. cap. 21. & alibi non ſemel, Matthæum Weſtmonaſt. an. 1100. Walafridum Strabum de Miracul. S. Galli cap. 57. Vitam Godefredi Comitis Campebergenſis cap. 48. &c.

Phlebotomare, *percutere*, *ſanguinare ſanguinem*, Ugutioni. Ex Gr. φλεβοτομεῖν. Fulgentius lib. 3. Mythol. *Iſchiacos eodem phlebotomant loco*, &c. Beda de Minutione ſanguin. *In his diebus phlebotomari prohibetur.* Tudebodus de Hieroſ. Itinere lib. 1. *Fuerunt itaque noſtri in*

Romanis, frigium ferens, Lætare Hieruſalem celebraſſet. Et infra, de Calliſto II. *Ibique more Romano ſeipſos præparantes multo & mirabili ornatu, circumdantes capiti ejus frigium, ornamentum imperiale inſtar galeæ circulo aureo circumcinnatum, imponunt.* Joan. Sariſberienſis lib. 8. Policrat. c. 23. de Adriano PP. *Spinoſam dicit Cathedram Romani Pontificis, in tantum acutiſſimis uſquequaque conſertam aculeis, tantaque molis, ut robuſtiſſimos premat, terat, & comminuat humeros. Coronam & Phrygium clara merito videri, quoniam ignea ſunt,* &c. Ex qua ſane *Phrygii* Pontificii deſcriptione, colligi poteſt ſimilis fuiſſe figuræ, qua Conſtantini M. *Camelaucium*, de quo pluribus egimus in Diſſert. 24. ad Joinvillam p. 291.

PHTISISCERE, Phtiſica paſſione laborare, apud Sidon. lib. 5. Epiſt. 14.

PHYLACTERIA, appellabant veteres *Amuleta* ad arcendos vel pellendos morbos. Gloſſ. Gr. Lat. Φυλακτήριον, *Servatorium, amolimentum, amoletum, pravia.* (l. brevia) Gloſſ. Lat. MS. regium: *Phylacteria, carmina.* Vett. Gloſſæ MSS. ad Concilium Laodicenum c. 36. *Pittaciola decalogi collis ſuis ſuſpendentes Judæi filacteria vocabant: ſed hic obligationes quas hominibus ſuſpendunt incantatores intellige.* Marcellus Empiricus cap. 8. *Et Gattano lino inſerto pro Phylacterio uteris, voto prius facto contra Solem orientem, quod eo anno ceraſa non ſis manducaturus.* Cap. 14. *Et laboranti de vua, luna ſeptima, phylacterii more ſuſpendes.* Adde p. 104. 155. Quæ quidem *Philacteria* ut diabolicas adinventiones ſemper proſcripſit Eccleſia. S. Auguſtinus ſerm. 215. de Temp. *Per fontes & arbores, & diabolica philacteria, per charactéres, & aruſpices & divinos — ſibi mala miſeri homines conantur inferre.* Serm. 163. *Auguria non obſervent, phylacteria & characteres diabolicos nec ſibi nec ſuis aliquando ſuſpendant.* Capitula S. Bonifacii Mogunt. c. 33. *Si quis auguria, — philacteria, id eſt ſcripturas, obſervaverit,* &c. Capitula Caroli M. lib. 6. c. 72. *Phylacteria, vel falſæ inſcriptiones, aut ligaturæ,* &c. Ita paſſim utuntur S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 2. c. 15. p. 216. Acta S. Anaſtaſii Martyris apud Baronium an. 713. n. 7. Vita S. Nili junioris p. 4. Gregor. III. Ep. 3 ad Optimates German. Beda lib. 4. hiſt. cap. 27. Synodus Laodic. cap. 36. Trullana c. 61. Moguntin. an. 742. Romana ſub Gregor. II. PP. c. 22. Agath. c. 68. Liptin. c. 5. Capit. Caroli M. l. 7. c. 94. Addit. 1. Ludovici Pii c. 18. &c. Vide *Brevia, Ligatura,* & quæ de ejuſmodi amuletis & phylacteriis contra morbos congeſſit Jacobus Gotofredus ad l. 3. Cod. Th. de Maleficis.

Phylacteria, apud Chriſtianos, dictæ Arculæ, in quibus Sanctorum reliquiæ reconduntur, quod eæ ſerventur, vel deferantur εἰς φυλακτήριον, ut loquitur Theophanes an. 31. Copronymi, p. 375. Καὶ οἴκου ἀπέλαβε ἅγιον ἱερόν τι ἔχον εἰς φυλακτήριον, καὶ τὸν ὅ περὶ τραχήλου. Ita hoc loco ἐγκόλπιον indigitat, quod φυλακτήριον vocat Leo Grammaticus in Theophilo pag. 451. Albericus in Chron. *Phylacterium a collo uſque ad pectus pendens Sanctorum reliquiis refertum, quorum patrocinio ſe in periculis tutum futurum credebat.* Joan. Diaconus in vita Gregorii M. l. 4. c. 80. *Reliquiarum phylacteria tenui argento fabricata, vilique pallio de collo ſuſpenſa.* Hiſt. Miſcella lib. 20 p. 629. *Et pretioſa quidem ligna ab eo ſublata ſupra menſam poſuit, phylacteria vero in collo ſuo ſuſpendit.* Vide *Encolpium.*

Phylacteria etiam appellabant Thecas in quibus reconduntur Sanctorum reliquiæ, quæ in ædibus ſacris ſervantur. Beletus de Divinis offic. c. 115. *Eſt tamen diſcrimen inter Phylacterium & Phylacteriam. Phylacterium enim chartula eſt in qua decem Legis præcepta ſcribebantur, cujuſmodi chartas ſolebant ante ſuos oculos circumferre Phariſæi, in ſignum religionis. Unde in Evangelio, Dilatant enim Phylacteria ſua, & magnificant fimbrias. Atque hoc quidem Phylacterium à φυλάσσω, & Thorah, quod eſt Lex. Philacteria autem, phylacteria, vaſculum eſt, vel argenteum vel aureum, vel etiam cryſtallinum, in quod Sanctorum cineres & reliquiæ reponuntur.* Dudo lib. 3. de Moribus Norman. *Delatiſque Sanctorum phylacteriis, manibus ſuper ipſa impoſitis — juravit,* &c. Hugo Flaviniacenſis in Chron. Virdun. *Philacteria aurea & argentea & cryſtallina cum Sanctorum reliquiis.* Utuntur hac notione Bonifacius, Hugo Flaviniacenſis in Chronico Virdunenſi, p. 167. 246 Petrus Cluniac. lib. 6. Epiſt. 28. Vita S. Willelmi Ducis c. 16. Harigerus in Vita S. Landoaldi n. 9. Ordericus Vitalis lib. 6. p. 599. 619. Helgaudus in Vita Roberti Regis p. 74. Geſta expugnantium Jeruſalem cap. 17. &c.

Philaterium. Gregorius M. lib 12. Epiſt. 7. *Adulovaldo Regi tranſmittere philateria curavimus, id eſt Crucem cum ligno ſanctæ Crucis,* &c. Dudo lib. 2. de Actis Norman.

Reliquiaque ſimul, philateria, cruxque verenda.

Monaſt. Angl. t. 1. p. 93. *Dedit etiam de ſuis capellis capſides & philateria cum nonnullorum Sanctorum reliquiis.*

Philatteria. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 26. *Philatteria, eſt vaſculum de argento vel auro vel cryſtallo, vel ebore & ejuſmodi, in quo Sanctorum cineres vel reliquiæ reconduntur. Le Roman de Rou* MS.

Deſous out une filatire
Tout le meillor qu'il pot eſlire
Et le plus chier qu'il pot trover.

Alibi:

Filatieres & Teſtes, & autres ſaintuaires.

Le Roman du Renard couronné MS.

Qui dont oiſt vilain jurer
De crois, de Dius, & de Philateres,
Qu'il fu pendus ainſi con Lerres.

Adde Diſſert. 26. ad Joinvillam p. 310.

PHYLARCHI. Ita Saraceni Duces ſuos vocabant, quod εἰς φυλὰς, ſeu *tribus* diviſi eſſent 12. quibus ii imperabant, ut teſtatur Procopius lib. 1. de Bello Perſico c. 17. 19. 20. Julianus Anteceſſor Conſtit. 95. *Neque phylarchum, id eſt Saracenorum Ducem,* &c. Marcellinus Comes: *Quindecim millia Saracenorum ab Alamundaro cum Chabo & Heſide Phylarchis limites Euphrateſiæ ingreſſa ſunt.* Occurrit paſſim apud Theophanem, & alios ſcriptores Byzantinos, & in Vita S. Nili junioris p. 26. Vide Henricum Valeſium ad Ammiani lib. 24. & Gloſſarium Fabroti ad Conſtantinum Manaſſem.

PHYSICA, Medicina, ἰατρική, quæ circa hominis naturam verſatur. Willelmus Malmeſbur. in prologo libri 2. de Geſtis Angl. *Logicam enim quæ armat eloquium, ſolo libavi auditu: Phyſicam, quæ medetur corporis valetudini, aliquanto preſſius concepi.* Will. Tyrius lib. 18. cap. 34. *Noſtri enim Orientales principes, maxime id efficientibus mulieribus, ſpreta noſtrorum Latinorum Phyſica & medendi modo, ſolis Judæis, Samaritanis, Syris & Saracenis fidem habentes, eorum curæ ſe ſubjiciunt imprudenter, & eis ſe commendant Phyſicarum rationum prorſus ignaris.* Hugo Falcandus de Calamitate Siciliæ p. 683. *Miſit Archiepiſcopum Salernitanum, virum in Phyſica probatiſſimum.* Egidius Corbolienſis MS. de Virtutib. medicaminum:

Quo Peſſulanus ubi Mons auctore viteret,
Jam dudum Phyſica laus eclipſata fuiſſet.
Qui vetulo canos profert de pectore ſenſus
Ricardus, ſenior quam plus ætate ſenili.

Et lib. 3. de Salerno:

Fons fiſice, pugil eucraſiæ, cultrix medicinæ.

De Studio Phyſicæ Montiſpeſſulani vide præter Ranchinum, Gariellum in Epiſcop. Magalonenſibus p. 155. Gaufridus de Vino Salvo in Poetria MS.

Inſtar Papa boni paſtoris ab ore ſupino
Servat ovile ſuum, vel quomodo Phyſica curat
Corpora, ſic animas & vulnera curat eorum.

Utuntur Guigo in vita Hugon. Epiſc. Gratianop. n. 32.

Ordericus Vital. lib. 3. p. 477. Will. Tyrius lib.
18. c. 19. Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 40. Honorius
III. PP. in V. Compilat. tit. 27. cap. 1. Matth.
Paris p. 629. Concilium Turon. an. 1163. c. 8. Tho.
Archidiac. in Hiſt. Salonit. c. 19. Joann. Sariſberien-
ſis lib. 1. Metalog. c. 4. lib. 2. c. 6. Vitæ Abbatum S.
Albani p. 67. &c. *Le Roman de la Malemaraſtre* MS.
*Jadis Ypocras ſi fu li tres plus ſages clers de Phyſique,
qui onc fu à ſon tans.* Guillelmus Guiart, in Philippo
Auguſto:

Grant dueil en orent Creſtiens,
Tant que tous ſes Phyſiciens
Qui de luy garir s'entremiſſent,
D'aſſentement commun li diſtrent &c.

Phyſicus, Medicus. Lambertus Ardenſis p. 117. *Unde
& Phyſici eius neminem ad ipſum accedere permittebant.*
Adde p. 118. Teſtamentum Alini editum à Petro Lam-
becio: *Fel apothecariis, ſtercus meum medicis, urinam
quoque phyſicis.* Rigordus *profeſſione phyſicum* ſe di-
cit in prologo Hiſtoriæ. *Medici phyſici*, apud Sanutum
lib. 2. part. 4. cap. 21. *Magiſtri in Phyſica*, in Conſtit.
Sicul. lib. 3. tit. 34. Ita uſurpant hanc vocem Conci-
lium Turon. III. an. 813. c. 48. Will. Tyrius lib. 18.
cap. 19. Oliverius Scholaſt. p. 1186. Jacobus de Vi-
triaco lib. 3. Hiſt. Orient. p. 1135. Arnoldus Lubecen-
ſis lib. 2. cap. 40. Anonymus in Chronicis Sclavicis
cap. 34. Matth. Paris p. 224. 511. Liber de Gozecenſis
Monaſt. fundatione p. 226. &c. Vide præterea Leges
Altonſinas parte 1. tit. 17. lege 28. part. 2. tit. 9. le-
ge 10. Ita uſurpavere etiam hanc vocem noſtrates: Ala-
nus Charterius in Parlamento amoris:

Et la tres douce Phyſicienne
Pour guerir ſon ſervant feable.

Idem in tractatu *de l'Eſperance*: *& ſe le patient crie,
& ſe guermente de la durté de ſon Mire, qui la laiſſe en
tele chaleur eſlever, pourtant n'eſt mie le ſage Phyſicien
à luy ottroier.* Vide Monſtrelletum 1. vol pag. 66. 3.
vol. p. 25. Chriſtinam Piſanam 1. part. cap. 13. & Steph.
Paſchaſium lib. 8. Diſquiſit. Francicar. cap. 26. Cle-
ricos *Phyſica* ſeu medicinæ operam dediſſe probat Ange-
lus à Nuce ad Leonem Oſt. lib. 1. c. 33. lib. 3. c. 7. Vi-
de Concilium Monſpelienſe an. 1195.

PHYSICULATUS, in Catholico parvo, *divinatio, vel pro-
nuntiatio.* Ibidem: *Phyſiculo, deviner, prononcer.* Vox au-
gurum & aruſpicum. Gloſſ. Iſid. *Phyſiculo, propitio
deos. Phyſiculator, augur, naturas in extis animantium
quærens.* Proinde vox formata, ut putat Scaliger, à
φυσικοῖς. Martianus Capella lib. 1. p. 5. *In fanis, qui-
bus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut
denuntiata pecudum cæde phyſiculatis extorum proficiis
viſcera loquebantur.* Et lib. 2. p. 38. *Hæc aruſpicio exta
phyſiculant admonentia quadam, voceſque tranſmittunt.*
Fridegodus in vita S. Wilfridi cap. 47.

Et quamvis odiis proſcriptus phyſiculatis, &c.

Saxo Grammaticus lib. 1. Hiſt. Danicæ, de variis Ma-
thematicis: *Secundi poſt hos primam phyſiculandi ſoler-
tiam obtinentes artem poſſedere Pythonicam*, &c.

PIACA, Papiæ, *agaſia.*

PIASTER, Pinus ſilveſtris. Ebrardus in Græciſmo c.
25.

Arborumque tamen dic femininum fore nomen,
Ni dumus, rubus, oleaſter, ſive piaſter.

PICA, *Picca*, ex Gallico *Pic*, unidens ligo, quo terra
atteritur, & foditur; *epupa*, Plauto in Captivis, ut
obſervatum à Salmaſio ad Pollionem, *obpopa* & *ecpopa*,
ὄρυξ, in veteribus Gloſſis, unde noſtrum *hoüe* crut.
Will. Brito lib. 2. Philippid. p. 215.

——— *Sub eiſque ſecare minarius inſtat*
Celtibus & piccis imi fundamina muri.

Will. de Podio-Laurentii cap. 38. *Turribus & muris for-
tiarum deſtruendis picas ferreas applicabant.*

Picator, qui pica terram fodit. Lambertus Ardenſis p.
258. *Foſſarii cum foſſoriis, ligonelli cum ligonibus, pi-
catores cum picis, malleatores cum malleis.*

Pico, idem quod *Pica*. Epiſtola Arnoldi Archiep. Narbo-
nenſis de parta victoria contra Mauros in Hiſpania an.
1212. *Poſtmodum capiti caſtri ejuſdem inceſſanter ſagit-
tis & lapidibus per totum diem & noctem impugnarunt,
muros nihilhominus cum piconibus fodientes.*

A voce *Pica*, dictæ fariſſæ, ſeu longiores peditum
haſtæ, ut quibuſdam placet. At cum alia prorſus ſit
picarum ſeu fariſſarum forma, aliis non arridet hæc
ſententia. Turnebus lib. 21. Adverſar. c. 25. *Picas*
noſtrates, quaſi *ſpicas* appellatas putat; & revera ſpi-
carum ſpeciem prorſus referunt. Octavius Ferrarius à
ſpiculum deducit.

PICAGIUM, Tributi ſpecies, quod, ait Spelmannus, in
nundinis penditur ob veniam effodiendi ſoli, ſic ut ta-
bernacula ponantur nundinalia, ſtationes, & officinæ,
quas *ſtalla* vocant; facultas *de piquer la terre*, noſtris.
Monaſticum Anglic. to. 1. p. 722. *Sint quieti de — om-
nibus auxiliis, placitis, querelis, & ad omnia Comitatus,
& de muragio, pontagio, pannagio, pavagio, paſſagio,
cariagio, tallagio, picagio*, &c. Idem p. 976. *Quieta
de omnimodo pavagio, paſſagio, leſtagio, ſtallagio, ca-
riagio, picagio, teragio, tronagio*, &c.

PICARDIA, Belgicæ notiſſima hodie provincia, cujus urbs
præcipua Ambianum, unde id nominis acceperit, ne-
mo adhuc, opinor, aſſecutus eſt; adeo ut mirum ſit ab
aliquot ſeculis appellationis originem hactenus incom-
pertam eſſe. Quis enim Jacobi Guiſii lib. 1. Annal.
Hannonienſium cap. 32. amplectatur ſententiam, ſcri-
bentis à neſcio quo Pignone, ex Alexandri M. Duci-
bus, qui caſtrum Piquiniacenſe ad Somonam fluvium
ſtruxerit, ſic appellatam? tametſi Joannes Curbicho-
nus, qui Caroli V. Regis mandato librum de Rerum
proprietate in Gallicam linguam vertit an. 1372.
lib. 15. c. 122. eidem adſtipulari quodammodo videa-
tur, hiſce verbis: *Picardie eſt une partie de France vers
Beauvais, qui eſt ainſi appellée pour le chaſteau de Piquigny,
comme dit Grodogne au livre de la Deſtruction des Troiens.
Car le chaſteau Piquigny eut jadis la Seigneurie de tout le
pays juſques à la mer d'Angleterre, pour ce de Piquigny
fut Picardie nommee.* Mox ſubdit Picardiam complures
urbes complecti, Ambianum ſcilicet, Bellovacum, Ab-
batis-villam, Clarummontem, Hamum, S. Quintinum,
Durlanum, Noviodunum, Tervannam, Turnacum,
Atrebatum, S. Audomarum, Bethunam, Duacum,
Orchiacum, & alias complures: præterea Picardiam
dividi in ſuperiorem, quæ Pariſiorum provinciæ finitima
eſt, & inferiorem, quæ Flandriæ & Brabantiæ. Sed
cum caſtrum *Pinchiniacum*, uti vocatur à Dudone l. 3. de
Act. Norm. p. 104. non ut hodie *Piquigni*, ſed *Pin-
keni*, & latinè *Pinconium*, in veteribus utriuſque lin-
guæ Tabulis appelletur, vix eſt ut in hanc ſententiam
aliquis facile concedat: cum præterea caſtrum nudum
ſit, nec ullius apud Romanos antiquitatis, tametſi il-
luſtri admodum familiæ, quæ Eccleſiæ Ambianenſis
Vicedominatum obtinuit, nomen dederit.

Falcetus lib. 2. de Militia Francor. p. 123. Papyrius
Maſſonus in Notitia Galliæ, & aliquot alii poſt lauda-
tum Curbichonum, ab eo armorum genere quod vulgo,
Pique appellamus, dictos Picardos volunt, quod ea, ut
aiunt, gentis ejuſce propria fuerint, juxta illud Lucani
lib. 1. de Sueſſionibus:

——— *Longiſque leves Sueſſones in armis.*

De quo etiam egit Cluverius in Germania antiqua p.
297. Sed & neque ex Sueſſionibus propriæ fuerunt ha-
ſtæ longiores, cum Armoricis noſtris tribuantur ab Eu-
cherio Lugdun. lib. 2. de Inſtruct. cum deinde longè
recentior legatur *picarum* apud noſtros uſus, vel ſal-
tem nomenclatura, nec illa videtur propior vero ſen-
tentia.

Andreas Thevetus l. 15. Coſmogr. c. 3. à quibuſdam
gentibus quæ regiones has inhabitarunt denominatam
ſcribit Picardiam, nullo prorſus fundamento, cum quæ
eæ fuerint, non nominet, niſi forte *Begardos* hæreticos
intelligat, quorum nomen tantum auditum docuimus

ſub finem decimi tertii ſeculi, à quibus denominatos *Picardos* non deſunt qui exiſtimaverint: tametſi *Beguinorum*, quos eoſdem cum Begardis pleríque cenſent, nomen longe antiquius ſit, cum ab ejuſmodi hæreticis, quos cum Valdenſibus eoſdem eſſe volunt, hæreticos Bohemos *Picardos* vulgo inde appellari conſtans ferè ſit opinio, quod ex Belgio in has provincias tranſierint. Cui non magnopere repugnaverim, ſi quis ita dictos velit ab eorum quodam primario ſignifero, cui *Picardi* nomen fuerit, ut *Sicardos* olim ipſos Albigenſes appellatos ſcribit Paulus Perrinus, à Sicardo præcipuo hæreticos doctore apud Lomberias, cujus meminit Willelmus de Podio-Laurentii c. 4.

Sane *Picardos* Bohemos à Belgicis appellatos, nullo licet præterquam æquivocæ nomenclaturæ fundamento, ea, ut diximus, obtinuit hactenus ſententia, præſertim cum Picardiæ provincia hac ipſa tempeſtate ea hæreſi infecta legatur; quod præ cæteris teſtatur Matthæus Paris an. 1236. *Circa autem dies illos, invaluit hæretica pravitas eorum qui dicuntur Paterini & Bugares in partibus Tranſalpinis, de quorum erroribus malo tacere quam loqui, adeo quod fidei puritatem in finibus Franciæ & Flandriæ auſi ſunt perturbando violare.* Quod rurſum ingerit ſub an. 1238. Sed & aiunt Valdum hæreſis autorem, cujus propagatores, atque adeo hæredes ſeſe hodie profitentur noſtri Calviniſtæ, ac gloriantur, quod videre licet apud Paulum Perrinum in Valdenſium hiſtoria, ſummo Pontifice & Lugdunenſi Archipræſule potiſſimum adnitentibus, pulſum Lugduno an. 1163. in finitimas Flandriæ provincias migraſſe, ubi pravas ſuas opiniones propagaverit, adeo ut ea ſtatim tabe infectæ fuerint: quam quidem ut à populorum animis avelleret, Philippum Auguſtum in Picardiam cum valido exercitu profectum, urbes complures, ac Nobilium caſtra fere trecenta funditus excidiſſe, hæreticos uſque in Flandriam ſecutum, ubi eorum quamplurimos ignis ſupplicio damnaverit: ita Dubravius l. 14. Hiſt. Bohem. qui vera falſis hac in re miſcet. Falſum enim ullam ſuſcepiſſe in Picardiam contra hæreticos expeditionem Philippum Regem, quam pro eo quod in Occitania geſtum eſt bello perperam cepit, tametſi verum ſit *Bulgaros*, uti Valdenſes vocabant, in Flandria & regionibus adjacentibus igne conſumptos, quod in voce *Bulgari* adnotamus. Quinimmo longè ante Valdum, Manichæorum hæreſis, à qua Valdenſium profluxit, in iis viguit provinciis, ut colligere eſt ex Guiberto lib. 1. de Reliquiis Sanctor. c. 5. lib. 3. de Vita ſua cap. 16. & Synodo Atrebatenſi an. 1025. nuper edita à viro doctiſſimo D. Luca Acherio to. 13. Spicilegii. Ab iſtis tamen qui Picardiam inſederant & infecerant hæreticis, Bohemicos Picardos appellatos doctiorum fere eſt ſententia, atque in primis Æneæ Silvii in Hiſt. Bohem. cap. 41. ubi de Adamitis. Sed & de iis ita Thuanus noſter lib. 6. Hiſt. *Petrus Valdus eorum anteſignanus patria relicta in Belgium venit, atque in Picardia quam hodie vocant, multos ſectatores nactus, cum inde in Germaniam tranſiiſſet per Vandalicas civitates diu diverſatus eſt, ac poſtremo in Bohemia conſedit, ubi etiam hodie ii qui eam doctrinam amplectuntur, Picardi ea de cauſa appellantur.* Vide Epiſtolam Valdenſium ad Calvinum inter ejuſdem Epiſtol. n. 250. Georgium Bartholdum Pontanum in Bohemia ſacra lib. 7. c. 9. & Gretzerum in Prœloquio ad Ebrardum contra Valdenſes c. 4.

Non defuere denique, qui nullo veroſimili fundamento Picardiæ nomen huic Provinciæ inditum ſcripſere, ab incolarum indole, quos in rixas, quas noſtri *piques* dicunt, procliviores eſſe aiunt: quaſi verò, licet de Picardorum moribus id concederetur, quod in dubium jure vocari poteſt, toti provinciæ invidioſum & contumelioſum imponeretur nomen, quod ab omnibus tam facile reciperetur. Ita dum in rebus dubiis, incertis conjecturis ac divinationibus longè petitis indulgemus, fere ſemper nugas vendimus ac illudimus.

Cum igitur incertum maneat hujuſce provinciæ nomenclaturæ etymon; duo potiſſimum ſuperſunt inveſtiganda, ac primum quis ex antiquioribus ſcriptoribus Picardiæ nomen ei attribuerit, alterum an propriam antea nomenclaturam habuerit, priuſquam ita indigitaretur. Falcetus ait Petrum Bleſenſem in Epiſtolis *Picardiam* nominaſſe; vixit ille circa an. 1200. quod ſane hondum deprehendi, nec ſcio an Bleſenſem legenti id mihi elapſum fuerit. Utcunque ſit, conſtat Nicolaum de Braia, qui circa id temporis vixit, Picardiæ meminiſſe, adeoque his tum primum ſeculis ejuſmodi nomen invaluiſſe. Ille enim in vita Ludovici VIII. ſub quo vivebat, quod in exitu operis teſtatur, ita ait:

At Comes egregius, & Martius ille Philippus,
Bolonia patris imitans pia geſta Philippi,
Gloria Picardis, Comitem ſed Flandria luget.

Matthæus Paris qui obiit anno 1256. ſub an. 1229. *Qui enim ſeminarium tumultuoſi certaminis moverunt, erant de partibus conterminis Flandriæ, quos vulgariter Picardos nominamus.* Deſcribitur Epiſtola Alexandri IV. PP. à Waddingo an. 1256. n. 3. cum hoc titulo: *Venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epiſcopis ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus — per Franciam, Burgundiam, Picardiam, Britanniam, & Normanniam conſtitutis.* In Charta Simonis Card. Legati Apoſtolici an. 1266. fit mentio 4. Nationum Academiæ Pariſienſis, Franciæ, Picardiæ, Normanniæ & Angliæ. Neque memini me legiſſe id nominis in antiquioribus Tabulis ejuſdem Academiæ, tametſi Nationum mentio hat iis non nominatis; circa an. 1232. in ejuſdem Hiſt. Bulæana to. 3. p. 141. Exhinc *Picardia* & *Picardorum* ſat frequens occurrit mentio, apud Eberhardum in Chron. an. 1287. autorem Hiſt. Auſtralis an. 1285. Guillelmum Nangium in S. Ludovico p. 377. & in Philippo Pulchro p. 540.

Jam verò ut quædam dicamus de propria ac genuina Picardiæ provinciæ nomenclatura, antequam ita indigitaretur, quod uti obſervatum, vix ante annum 1200. obtinuit: conſtat nulla peculiari appellatione apud ſcriptores denotari, ſi cum iis, quibus hodie porrigitur, tractuum ſpatiis illa ſpectetur: ſed ſui quique tractus à primariis urbibus, vel ab ipſis Comitatibus denominationem accipiebant. Verbi gratia, Ambianenſis, *Pagus Ambianenſis* dicitur Dudoni lib. 3. de Act. Norm. p. 104. 135. 138. Philippus *Mouskes* in Ludov. V.

En la contrée d'Aminois,
As paiens firent mult d'anois.

Et in Philippo Aug.

C'il d'Aminois & de Pontieu,
Tinrent bien d'autre part lor lieu.

Apud Suger. in Lud. VI. p. 313. *Pontivos, & Ambianenſes & Belvacenſes in ſiniſtro* (cornu) *conſtitui approbavit.* Apud Rigord. ubi de prælio Bovinenſi: *Supervenientes communiæ ſpecialiter Corbeii, Ambianenſes, Belvaci, & Compendii, Atrebata,* &c. Ita Ambianenſes, Pontivos, & Corbeienſes unà memorat Chron. vernacul. Flandriæ c. 55.

Sed & qui huic regni Franciſci regendæ provinciæ à Regibus noſtris præficiebantur, ſerius ſeſe Picardiæ Gubernatores inſcripſerunt. Quippe Petrus *de la Palu* Dom. *de Varenbon* ſub an. 1341. inſcribitur *Gouverneur des Bailliages d'Amiens, de l'Iſle & de Douai, & Capitaine des frontieres de Flandres*: interdum *Gouverneur des marches de Flandres.* Matthæus *de Trie* Franciæ Mareſcallus an. 1342. *Lieutenant du Roy és parties de Flandres & de Hainaut.* Gaufridus *de Charni* apud Froiſſart. vol. 1. c. 150. *Lieutenant du Roy ſur les frontieres de France.* Carolus *D. de Montmorenci, Capitaine General pour S. M. ſur les frontieres de Flandres & de la mer, & en toute la langue Picarde*, in literis 5. Febr. an. 1349. (1350.) Ita primus is fuit, qui Picardiæ Proregem ſe dixerit. Exhinc Edwardus *de Beaujeu* Franciæ Mareſcallus in Computo Bartholomæi *du Drach* Theſaurarii Guerrarum an. 1350. dicitur *Capitaine pour le Roy és parties de Picardie, de Boulogne & de Calais.* Comes Inculiſmenſis Franciæ Comeſtabularius, *Lieutenant pour le Roy és parties de Picardie, d'Artois, & de Boulenois,*

an. 1351. Qui deinceps hos excepere, *Gouverneurs & Lieutenans*, vel *Capitaines*, vel *Souverains Gouverneurs pour le Roy au pays de Picardie* inſcribuntur.

Denique, ut & hoc breviter attingam, in Academia Pariſienſi ex 4. Nationibus quibus Facultas artium componitur, ſecunda eſt Picardica, quæ, ut jam ab olim, in 2. partes diviſa, 5. diœceſes continet: prima quidem iſtas, Beluacenſem, Ambianenſem, Noviomenſem, Atrebatenſem, Morinenſem: altera Cameracenſem, Laudunenſem, Tornacenſem, Leodienſem, Trajectenſem. Vide Hiſt. Academiæ Pariſ. to. 3. p. 559. V. *Poberi*.

PICARIUS, *Picherium*, *Picius*. Vide *Bicarium*.

PICHEA, Modus agri, in Normannia. *Pichea prati, terræ*, &c. in Tabulario Leproſariæ pontis Audomari.

PICHIN. Eckehardus Junior de Caſibus S. Galli cap. 5. *Illique rabidi advolant, hominem dicto citius corripiunt, cultellos ut ludicrum quod Theutones Pichin vocant, in coronam ejus facerent, antequam capite illum plecterent, exigunt.* Vide ibi Goldaſtum p. 195.

PICO. Vide *Pica*.

PICTA, Æ, *Tinctura*, ſive *Pictura*. Jo. de Janua. In Catholico parvo: *Picta, cote, ou pointure*.

PICTA, *Pictavina*, *Pictavenſis*, Moneta Comitum Pictavenſium, minutiſſima fere omnium monetarum: Gallis *Pite*. Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii Gauſſerandæ filii: *Quicumque à 20. ſolidis ad quantitatem 20. librarum in bonis habuerit, pro qualibet libra unam pictam ſolvat.*

Pictavina. Charta an. 1206. ex Tabul. Foſſatenſi f. 39. *Quandam vineam, quam tenet à nobis ad tres pictavinas de cenſu*, &c. Alia an. 1239. *Ego Simon de Præſepibus Miles ſedecim ſolid. 17. denar. & unam pictavinam cenſus dedi*. Geſta S. Ludovici to. 5. Hiſt. Francor. p. 394. *Quandam maculam circa caudam oculi dextri, ad modum puncturæ pulicis rubeam, latam ſicut una Pictavina*. Unde apparet ut minimæ fuerint Pictavinæ. Chronicon MS. Bertrandi Gueſclini:

Més tout ce ni valoit une Poitevine.

Charta an. 1379. apud Loiſellum in Bellovaco pag. 317. *Vint deniers Beauvaiſiens, leſquels valoient chacun un denier Pariſis, & demi Poitevine Pariſis*. Adde Chartam an. 1328. in Probat. Hiſt. Mommorenc. p. 142. Hinc *Poitevineur*, Pictavinarum adulterator, apud Guignevillam Monachum Carilocenſem:

Et ſi eſt fauſſe ferruriere,
Et une fauſſe monnoiere,
Et une Poitevinereſſe,
Et de deniers meſcontereſſe.

Pictavenſes. Gregorius VII. PP. lib. 9. Epiſt. 7. *Octo nummi Pictavenſium*. *Pictavenſes bruni*, in Tabulario Angeriacenſi fol. 222. *Solidi Pictavenſes maſculi*, ibidem fol. 47. & in Tabulario S. Stephani Lemovicenſis in Charta an. 1081. *Solidi ejuſdem monetæ maſculinæ, & ſolidi nummorum Pictavinorum*. Ita apud Goffridum Vindocin. lib. 1. Epiſt. 21. *Quod ſi trecentos ſolidos Pictavenſium maſculorum vobis daret*. Ubi *Pictavenſes maſculi* dicuntur *Mallia Pictavinæ*, ſeu *mailles Poitevines*. Ita enim expreſſere hanc vocem *maille* per *maſculus*, quæ vox apud nos *maſle* redditur, uti monemus in Diſſertatione de Byzantinorum Impp. nummis.

Pictavini. Raimundus de Agiles in Hiſt. Hieroſol. pag. 165. *Erat moneta noſtra hæc, Pictavini, Carterſes, Manſei, Lucenſes, Valentinenſes, Mergoreſi, & duo Pogeſii pro uno iſtorum. Denarii Pictavini* in Charta an. 1058. in Hiſt. Comitum Pictav. Beſlii p. 429. In alia an. 1105. pag. 493. *CCC. ſolidos Pictavenſes veteres, & CC. alios ſolidos minutarum optimæ monetæ*. Charta Alphonſi Comitis Pictavenſis: *Nous vous mandons que vos nos puiſſiez rendre certain du prix & de la loy de Poitevins, & du pois & de la loy d'Angevins, du pois & de la loy de Nantois à l'eſcu, & du pois & de la loy de Manſois, & combien chaſcune monnoye devant dite vaut de loy & de pois à tornois, & quelle monnoye nos porrions faire en noſtre terre de Poitou à noſtre preu,*

quod quidem tabula pictatoria ibidem pendentes teſtantur. Tabellæ ſcilicet plectiles, quas muti, dum eleemoſynam petunt, invicem concutiunt.

PICTATIUM. Vide *Pittacium*.

PICTELLUM, & *Pightellum*, Anglis exigua fundi portio ſepimento concluſa. Ita Spelmannus.

PICTIONES, in Gloſſ. Iſid. *qui vendentes vincere in pictura.* Rectius apud Papiam: *Qui vincuntur in pictorum certamine.* Galli dicimus, des *Peintereaux*, ignaros in arte pictoria.

PICTOMACHARIUS, apud Firmicum lib. 8. Math. c. 8. *Hunc locum ſi Mars reſpexerit, ſtadiodromotos facit, ſi Luna cum Marte, pictomacharios.* Ex Gr. πύκτης & μάχαιρα, Pycta, Gladiator, qui cum machæra pugnat: niſi legendum ſit *Pyctomachos*, quod quidam volunt.

PICTURA, Modus agri, vel vineæ. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 135. *Cum ſilvis & pratis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, & pictura vinea una, & molendino uno,* &c. Tabularium S. Vitoni Virdunenſis: *Dedit — ſuper Moſam in finibus Nova-villa 18. picturas vinearum, cum ſilva circumpoſita, quas dedit dominus Gaufredus Epiſcopus ad conſecrandum ſanguinem Domini.* Charta Egberti Archiep. Trevirenſis an. 981. apud Browerum in Annalib. Trevir. *In Caſtenich quoque picturas 4. in Burbracho picturas tres cum omnibus ad eaſdem rite pertinentibus,* &c.

PICTURARE, Pingere, apud Joan. Sariſberienſem Epiſt. 267. hinc *picturatus* apud Claudianum, & aliquot alios: *Picturatio*, apud Rigordum an. 1185.

PIDRISIGULA. Petrus Damiani lib. 6. Epiſt. 7. *Cum — chirotheca, calcaria, ſcutica, pidriſigula, & ſi qua alia equitandi ſunt utenſilia, nunquam otioſo ſitu neglecta marceſcunt.* Forte *pediligula*, legendum.

PIERIUS. Balbus Catholico: *Pierius, Muſaticus.* Hepidannus in Vita S. Wiboradæ lib. 2. c. 7. *Scholari ſudabat Pierio*, i. ſtudebat. Matthæus Vindocin. in Thobia:

Pierius tadet inſtruiſſe librum.

PIES, *Freres pies*, dicti quidam Religioſi ac Monachi, quod inſtar *picarum*, albis & nigris veſtibus una & ſimul induerentur. Thomas Walſinghamus p. 124. *In quodam veteri cœmeterio, quod fuerat quondam fratrum, quos Freres Pies veteres appellabant.*

PIETAS, Miſeratio, miſericordia, ex Gall. *Pitié.* Galfridus Monemuthenſis lib. 2. c. 5. *Maximamque partem ſine pietate trucidarunt.* Lib. 7. c. 3. *Quos ſine pietate laceratos coëgit in patriam remeare.* Chronicon Epiſcop. Metenſium: *Pietate ipſorum ductus.* Mox: *Quem ſuorum movebat pietas.* Vide Salmaſium ad Capitolinum p. 249.

PIETATICULTRIX, Ciconia dicitur in Petronii Fragmento.

PIETICUS, Papiæ, *tardier*: Ugutioni & Joanni de Janua, *compaſſivus, à pius.*

PIETOSUS, Miſericors, compatiens, Gallis *Piteux*, Italis *Pietoſo.* Vita S. Drauſii Epiſc. Sueſſion. n. 14. *Quia pietoſa erat mentis, animo indoluit.*

PIFFERUS, Fiſtula, Italis *Piffero*, noſtris *Fifre.* Computum Theſaurariæ urbis Bononiæ in Italia an. 1364. ex Bibl. Regia: *Pro quolibet roncino in menſe & ultra, pro proviſione perſona ſua, cum uno equo palafredo & piffero, ad rationem 28. ſol. in menſe,* &c.

PIFLI, ita dicti hæretici Albigenſes per contumeliam. Eckbertus Schonaugienſis adverſus Catharos, ſerm. 1. de iiſdem Catharis: *Hos noſtra Germania Catharos, Flandria Piphles, Galli Texerant, ab uſu texendi appellat, — quia verum fidem Chriſti, verum cultum Chriſti non alibi eſſe dicunt, niſi in conventiculis ſuis, qua habent in cellariis & textrinis, & in hujuſmodi ſubterraneis domibus.* Chronicon Abbat. S. Medardi an 1236. *Hæreticorum maxima multitudo, quos quidam vocabant Bulgaros, alii Piſlos, per diverſas civitates & caſtella Franciæ,* &c. Etiamnum *Piffres*, vocamus guloſos, qui largioribus epulis indulgent.

PIGACIÆ, Calceorum roſtra & aculei, ſeu eorum caudæ veluti ſcorpionicæ. Ordericus Vitalis lib. 8. ejuſmodi calceorum roſtratorum Fulconem Andium Comitem repertorem fuiſſe ait, *qui cum pedes haberet deformes, inſtituit ſibi fieri longos & in ſummitate acutiſſimos ſubtalares, ita ut operiret pedes, & eorum celaret tubera, quæ vulgò vocantur Uniones. Inſolitus inde mos in occiduum orbem proceſſit, levibuſque & novitatum amatoribus vehementer placuit. Unde ſutores in calceamentis quaſi caudas ſcorpionum, quas vulgo Pigacias appellant, fecere, idque genus calceamenti penè cuncti divites & egeni expetiere.* Vide Notas noſtras ad Alexiadem Annæ Comnenæ, & in v. *Roſtra.*

PIGACIUM *ſericum.* Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. PP. p. 236. *Fecit in eadem prædicta Baſilica vela 4. in circuitu altaris majoris, quorum ſunt duo de ſerico pigacio, tertium pavonatile, quartum de Alexandrino,* &c.

PIGATUM. Chronicon Fontanellenſe c. 6. *Deinde per Caſales uſque ad fines Bovaricenſes in dextera per ſummum illius pigatum exſartum, uſque ad fines Glaccolinſe.*

PIGINCULUS, pro *penicillus.* Vide Savaronem ad Sidon. lib. 7. Epiſt. 3.

PIGMENTUM, recentioribus uſurpatur, pro *potione ex melle & vino & diverſis ſpeciebus confecta, ſuavi, & odorifera,* ut eſt apud Joan. de Janua. Catholicum Parvum: *Pigmentum, pigment, confection ſouef, odorant, fait de vin & de miel, & autres eſpices.* Alibi: *Nectar, dulcis liquor, vel vinum pigmentatum. Vinum Cypricum, pigmentatum & clarificatum,* apud Lambertum Ardenſem p. 119. *Mellita ac pigmentata potio,* apud Petrum Damian. lib. 1. Epiſt. 11. *Mulſum melle ſimul & diverſis pigmentorum generibus paratum,* eidem lib. 6. Epiſt. 32. Petrus Venerab. in Statutis Ordinis Cluniac. cap. 11. *Statutum eſt, ut ab omni mellis & ſpecierum cum vino confectione, quod vulgari nomine Pigmentum vocatur, Cœna Domini tantum excepta, qua die mel abſque ſpeciebus vino miſtum antiquitas permiſit, omnes Cluniacenſis Ordinis Fratres abſtineant.* Udalricus lib. 1. Conſuet. Clun. c. 52. *Et pigmentum ad cujus tamen propinationem ſcilla non ſonatur.* Lib. 2. cap. 4. *Potio pigmentata.* Lib. 3. cap. 21. *Quotiens pigmentum datur, ipſe modiolis infundit.* Occurrit apud eundem locis aliis, ex quibus colligitur, ſtatis diebus pigmentatam potionem Monachis datam: quod improbat S. Bernardus lib. de Vita & moribus Religioſor. cap. 8. *Quale eſt autem illud quod nonnulla Monaſteria ex more obſervare dicuntur, in magnis videlicet feſtis vina delibuta melle, pigmentorum reſperſa pulveribus in Conventu bibere?* Charta Caroli C. apud Joan. à Boſco & Joan. le *Lievre* in Vienna: *Illud etiam donativum cenſale, aliud in ſpeciebus vel in pigmentis Græcorum, præter juſtitiam quam noſtra camera reſervavimus.* Vide Fragmentum Hiſtoricum de Concilio Aquiſgranenſi, Rembertum in vita S. Anſcharii n. 59. Joan. Diacon. in vita S. Gregorii M. lib. 2. c. 26. Teſtamentum Sugerii Abbat. &c.

Pimentum, pro *Pigmentum.* Laudat Salmaſius ad Vopiſcum p. 404. Excerpta Apicii à Vinidario hoc titulo: *Brevis pimentorum quæ in domo eſſe debent.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu ch. 215. *Et in feſtivitate O. SS. unum receptum in refectorio de pane & vino, & pimento, & piſcibus, & fabis,* &c. Ita *Piment* uſurparunt noſtri. *Le Roman d'Auberi* MS.

Qui porteront le vin & le piment.

Le Roman de Florimon MS.

Vins vermans, & blans, & herbez,
Et de pieumens y ot aſſez.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Et plein bocel de vin o de pimant.

Chron. MS. Bertrandi *du Gueſclin*:

Tant luy ont preſenté de vin & de piment,
Qu'il fut tout enjurez, car li vin le ſourprent.

Alibi:

Ne ne bevray de vin, ne de piment jolis.

Rurſum :

Et quant raffrechi fu l'Abbé à ſon talent,
Et il ot bû un cop de ce riche piment.

Hiſt. Prioratus de *Vigmore* in Agro Hereford. in Anglia : *Il dona adonkz al Evesk une juſte d'argent pleine de piement, laquelle il reçut pur grant doun.*

Pigmentale, pro *pigmentum*, apud Ebrardum Betunienſem contra Valdenſes c. 20.

Pigmentarius, vel *Pimentarius*, Pigmenti confector, ἀρωματοπώλης, in Gloſſis Gr. Lat. ſic etiam legendum in Lat. Gr. Gloſſæ Gr. MS. Regiæ: μυρεψεῖον, οἱ βοτανολόγοι. *Pigmentarius* in vet. Inſcript. 1033. 1. apud Firmicum, Aponium lib. 5. Commentar. in Cantica Canticor. & Martianum JC. *Pigmentaria ars*, apud eundem Aponium lib. 3. Sed de Pigmentis & arte pigmentaria, plura Salmaſius ad Solinum p. 1051. & Beroaldus ad Apuleium.

PIGNACULUM. Vide *Pinnaculum*.

PIGNIO. Charta an. 1213. in Hiſtoria S. Mariæ Sueſſion. p. 446. *Quidquid eſt inter novam viam quæ protenditur a pignione veteris hoſpitalariæ ex parte Axonæ*, &c. Alia an. 1231. ibid. p. 44. habet *pignone*. Idem videtur quod *Pignaculum*, de qua voce ſupra.

PIGNOLATUM. Chronicon Nonantulanum MS. de Inſtitutis & ritibus ſub Friderico II. Imp. *Viri chlamydibus pelliceis, vel chlamydibus laneis ſive pellibus ac infulis de pignolato utebantur. Mulieres de tunicis de pignolato, quando veniebant ad nuptias, utebantur.* Italis *Pignolo*, eſt faſcis lini vel cannabis, *Pignolare*, linum terere, infringere.

PIGNOLUS, Vitis ſpecies in agro Mediolanenſi, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 4. cap. 4.

PIGNUS, Ebrardus in Græciſmo:

Pignora pro natis, dic pignera pro vadiatis.
Pignora natorum dicuntur, pignera rerum.

Ita etiam Iſo Magiſter in Gloſſis p. 800. Idem in Pſycomachiam Prudentii: *Pignera filii nuncupantur, eo quod in eis ſpes habeatur futura poſteritatis.* Alius Poëta infimi ævi MS. ex Bibl. Thuana:

Pignus præbet oris, cum fœderis eſt vel amoris,
Sed cum præbet eris, defectum mitigat æris,
Sed cum lex docuit pro pignere pignora ponit.

Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Pignera, res poſitas, vel ſanctorum cineres. Pignora, liberi, filius, aut filia.* Altera hac ſignificatione, id eſt pro reliquiis Sanctorum, uſurpant non ſemel ſcriptores. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 39. *In partes Orientis Clericos deſtinat pro dominicæ Crucis ligno, ac ſanctorum Apoſtolorum, cæterorumque Martyrum reliquiis: qui euntes detulerant hæc pignera.* Idem de Gloria Confeſſ. cap. 20. *Cumque ſacroſancta pignora palliis ac mappis exornata in excelſum deferremus*, &c. Chronicon Novalicenſe lib. 5. *Contulit & duo magna pignora, ſcilicet SS. Frontiniani & Silveſtri.* Adde Hiſt. Tranſlat. S. Sebaſtiani n. 73. 83. Huc etiam ſpectat vetus Romæ inſcriptio:

Quod dulcis nati, quod cara pignera præſtant
Continet hic tumulus membra qui parva retentat.

Pignorare, Pignori capere, Gallis *Saiſir*. Lex Bajwar. tit. 12. cap. 1. *Pignorare nemini liceat, ſine juſſione Ducis.* C. 3. §. 1. *Si quis aliquem contra Legem pignoraverit, & ſine juſſione Ducis, pignus ſine læſione reddat, & aliud ſimile addat.* Vide totum titulum, qui eſt de pignoribus, Legem Longob. lib. 2. tit. 21. §. 28. 30. Capitulationem Caroli M. de partibus Saxoniæ cap. 24. &c. Libertates conceſſæ Villæ Montiſbruſonis à Guigone Comite Forenſi an. 1223. MSS. *Item ut ſi aliquis pignoraret vel gatjaret ipſos,— vel eorum caperet pro debitis*, &c. Conſtit. Jacobi I. Regis Aragon. an. 1234. *Statuimus quod nullus Vicarius noſter, vel aliquis homo de villa pignoret aliquem Militem, vel ejus hominem, aut Eccleſiarum— niſi prius invenerit faticam de directo in eo vel in domino ſuo*, &c. Alia Jacobi II. an. 1269. *Nolumus quod perſona alicujus pignoretur, vel ratione alicujus pignoris capiatur, aut detineatur pro debito alieno in terra noſtra,—*

cudam, quam pilare vocant. Chronicon S. Trudon. lib. 10. *Suis ſumptibus unum pilarium cœpit ædificare, — poſt illos oppidani noſtri de ſuis facultatibus quatuor inceperunt pilaria, & duo reliquerunt imperfecta.* Lib. 12. *Pilariiſque per circuitum erectis, locum columnarum diſtantium ſignavit.* Gervaſius Dorobernenſis de Combuſtione Dorobern. Eccl. *Pilarii turris Orientales multo ſolido premunebant, — ſuper hos pilarios tam in directum quam in circuitu poſitos de pilario in pilarium arcus volvebantur.* Occurrit ibi pluries.

Pilleris, in Statutis Ordinis Hoſpitalar. S. Joann. Hieroſ. tit. 8. §. 9. tit. 19. §. 4. *vocantur octo Baillivi Conventuales, Capita, & Præſides, ac veluti Columnæ nationum: nam columnas vulgus Pillerios vocat.*

Pilarius, σφαιριστὴς in Gloſſ. Gr. Lat. qui pila ludit. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Pilicrepus, Pilarius.* Eædem Gloſſæ Gr. Lat. σφαιρωδὴς, *globolus, pilarius.* Sed poſtrema vox pertinet ad ſubſequentem σφαιριστὴς.

Pilasca, Uter. Jo. de Janua, ex Gloſſis Iſid. *Pilaſca, vas vinarium corio piloſo opertum, & derivatur à pilis,* Græcis ὄλπη. Scholiaſt. Theocriti, ὄλπη ποιὸς ἢ δερμάτινα λήκυθος.

Pilatus, Latinis πιλοφόρος. Jo. de Janua: *Pilatus, pilum habens, pilata, hic & hæc, fur, latro. Pilatum, tale latrocinium, quod cum pilo i. telo lateat.* Sed aliud ſonat in Mandato Henrici III. Reg. Angl. ſuper Juratis ad arma, in Adverſar. ad Matth. Paris pag. 149. *Omnes alii qui poſſunt habere arcus & ſagittas extra foreſtam habeant: qui vero in foreſta, habeant arcus & pilatos.* Ubi Watſius annotat in ſimili mandato Edw. I. c. 6. hanc vocem Anglice verti *bolts*, quæ vox, inquit, ſagittas catapultarum totas ligneas & obtuſas, quibus aves feriebantur, ſignificat. Quod verò pilatus Matthæo Pariſio, *Pyle* dicitur in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 23. *de venientibus ad guerram:* §. 5. *Et omnes alii qui habere poterunt, habeant arcum & ſagittas extra foreſtam: & infra foreſtam arcum & pyle.* Sed quidquid ſit apud Anglos, conſtat expreſſam ac redditam vocem *pilet*, noſtris olim notam, ſeu pro pilo, ac ſpiculi ſpecie quadam, ſeu pro arcubaliſtarum *quadrellis. Le Roman de Garin* MS.

Volent pilet plus que pluie en pré,
Et les ſajettes, & carriax empanez,

Guillemus *Guiart* an. 1214.

Ribaus qui de l'oſt [illegible]partent,
Par les chans çà [illegible] s'eſpartent
Li uns une pilete porte;
L'autre croc, ou maçuë torte.

Infra:

Maces levées, & piletes,
Se fierent parmi les viletes.

Neque aliud videtur *pilum*, in Epiſtola Richardi Regis Angliæ apud Hovedenum p. 698. *Tertia autem die ante ipſius Saladini confuſionem, in ſiniſtro latere cum quodam pilo vulnerati fuimus.*

Pilotus, pilota, eadem notione, apud Ottonem Morenam in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 54. *Nec — ad ipſum murum aliquis appropinquare poterat, quem hi qui ſupra Caſtellum ſtabant, lapidibus vel pilotis non vulnerarent.* Infra: *Per totum etiam caſtrum Cremæ lapides atque pilotos projicere leviter poterant.* Et pag. 71. *Projicientes ignem cum ipſis petreriis & pilotas ſeu ſagittas igne accenſas infra civitatem.*

Pilax, in Gloſſ. Iſid. *Murilegus, cattus.* Gloſſ. Lat. Gall. *Pilax, chat qui prend ſouris.* Jo. de Janua: *Pilax, cattus, murilegus, quod multis pilis abundet, vel quod ejus pilus eſt pretioſus: unde in vita B. Samſonis legitur, quod Celerarius fecit venenum, & probavit per pilacem eſſe mortiferum.* Vitæ S. Samſonis Epiſc. Dolenſis verba ſunt lib. 1. c. 16. *Tillum quoddam fricans, dedit ei bibere, atque quatenus fieret probabile mortiferum, parum de eo prius pilaci dedit. Pilax autem ut bibit, ſtatim mortuus eſt.* Ubi perperam *Pelax* editum. Canones Hibern. lib. 51. cap. 8. *Pilax, ſi quid mali fecerit nocte, non reddet dominus ejus: in die vero mactus, reddet.* Pœnitentiale MS. Thuanum: *Quod ſi caſu quis immunda manu cibum tangit, vel ſi canis, vel pilax, aut cattus, vel mus, aut animal immundum ſanguinem hominis edit,* &c.

Pileatio. Charta an. 988. apud Ughellum to. 5. pag. 661. *Cultis & incultis, pileationibus, decimis,* &c. Sed leg. *piſcationibus.*

Pileati, apud Gothos dicti potiſſimum qui *inter eos generoſi extabant, ex quibus eis & Reges & Sacerdotes ordinabantur*, ut ait Jornandes de Rebus Geticis c. 5. Idem c. 11. *Elegit namque ex eis tunc nobiliſſimos prudentiores viros, quos Theologiam inſtruens, numina quædam & ſacella venerari ſuaſit, nomen illis Pileatorum contradens, ut reor, quia opertis capitibus tiaris, quos pileos alio nomine nuncupamus, litabant.* Adde Rodericum Toletan. lib. 1. de Reb. Hiſpan. cap. 15. Jornandi concinit Aurelius Victor Schotti in Trajano: *Primus aut ſolus etiam vires Romanas trans Iſtrum propagavit, domitis in provinciam Dacorum Pileatis Sacisque nationibus,* &c. Πιλοφόρους vocat Xiphilinus è Dione, ut & Petrus Patricius in Excerptis de Legat. ubi de Dacis p. 24. Δεκέβαλος τοὺς Τεγέα οἱ πρέσβεις ... πιλοφόρους· οὗτοι γὰρ εἰσὶ παρ' αὐτοῖς τιμιώτεροι. Idipſum denique obſervat de Getis Dio Chryſoſt. orat. 71. Atque eo quidem verbo uſus videtur Paulinus in Carmine de Niceta Daciæ Epiſcopo, ad deſignandos præcipuos è Getis aut Dacis:

Et Geta currunt, & uterque Dacus,
Qui colit terræ medio, vel ille
Divitis multo bove Pileatus
Accola ripæ.

Gualterus Tervann. in vita S. Caroli Com. Flandr. C. S. Willelmum Nothum Regem Anglor. *Pileati* cognomine donatum fuiſſe ait: ſed an quod Normannici Duces à veteribus iſtis *Pileatis* Gothis genus ducerent, an vero quod ille pileo caput operire ſoleret, mihi incertum.

Pilens pro *Pilentum*. Fortunatus lib. 6. Poëm. 4.

Hinc pilente petens loca Gallica Geleſuintha.

Pileus *Epiſcoporum* ſic deſcribitur in Ceremoniali Epiſcop[illegible]. lib. 1. cap. 2. *Pileus Pontificalis cordulis ac floccis ſericis coloris viridis ornatus.*

Pileus naturalis, Membrana vel pellicula, qua interdum pueri caput involuti naſcuntur: unde quos felices eſſe dicimus, aut futuros auguramur, ſolemus dicere, *ils ſont nez coeffez.* Lampridius in Diadumeno; *Solent deinde pueri pileo inſigniri naturali,* &c.

Pileum facere, Pileo ſalutare, quod noſtri puerulis non ita pridem occinebant, cum ut obvios ſalutarent identidem urgerent, *Faites le chapeau.* Joannes Sariſberienſis lib. 3. Policratici c. 6. *Memini me audiſſe Romanum Pontificem ſolitum deridere Lumbardos, dicens eos pileum omnibus colloquentibus facere, eo quod in exordio dictionis benevolentiam captent,* &c.

Pilicrepus, *qui pila ludit*, in Gloſſ. Iſidori. Vetus Inſcriptio: *Ovantes convenite pilicrepi — urſumque canite voce concordi ſenem hilarem, jocoſum, pilicrepum, ſcholaſticum,* &c.

Pilleari. Ulpianus in Collat. Legis Moſaïcæ tit. 11. *Qui in ludum damnantur, non utique conſumuntur, ſed etiam pilleari & rudem accipere poſſunt,* &c. Id eſt pileo donari, quod fuit liberationis, ac manumiſſionis inſigne apud Romanos. Vide quæ de Pileo libertatis ſymbolo adnotarunt Cujacius lib. 3. Obſervat. cap. 23. Turneb. lib. 8. Adv. cap. 4. lib. 18. cap. 33. Bayfius de Re veſtiaria, Alciatus Embl. 150. & ejus Scholiaſt. Carolus Paſchalius lib. 4. de Coron. cap. 21. Theophilus Rainaudus in Tract. de Pileo, & Critici alii.

Pillevilla, Monetæ ſpecies. Vide *Tullenſis.*

Pilliator. Pilichdorffius contra Valdenſes c. 8. *Cum enim fueris ſartor, faber, ſutor, ruſticus, pilliator, molendinator, aut alius ex artificibus,* &c. Ubi Gretzerus ad oram libri monet quoſdam legere hoc loco *Palliator*, aut *Pileator, Huter* Germ.

Pilo, *Pille.* Gloſſæ antiquæ MSS. *Pilo, Unde com*

tunditur quidquid in pila mittitur. Charta an 1225. in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 203. *Inea* (grangia) *habere debent jure perpetuo omnia ſtramina & forragia cuiuſlibet bladi, tam hybernagii quam marciagii, exceptis tamen paleis & pillone.* Alia ejuſdem n. 245. *Scilicet ſtramina, forragia, pilonem bene extractum, & paleas avenæ bene exquiſitas ad voluntatem Canonicorum totius granchiæ de Grandi huſſo — relevavit.* Alia n. 257. *medietatem omnium palearum granchiæ, medietatem totius pillonis*, &c. Vide *Trituratores.*

Pilorium, *Spilorium*, Columbar, numella verſatilis, ſeu *Colliſtrigium* : vulgo *Pilori*, in Conſuetudinibus municipalibus, Nivernenſi cap. 1. art. 9. Meledun. art. 3. Meldenſi art. 209. Senonenſi art. 2. Altiſiod. art. 3. &c. in quibus *Pilorium* dicitur eſſe argumentum altæ ſeu majoris juſtitiæ. Fleta lib. 2. c. 10. *Pilorium, ſive colliſtrigium.* Leges Burgor. Scoticor. cap. 21. §. 3. *Ponatur ſuper colliſtridium, quod dicitur pillorie.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 977. *habere poſſunt Thew, pillorium, atque tumbrellum pro punitione malefactorum.* Pag. 196. *Cum furcis, pilloriis, & cum omnibus aliis pertinentiis*, &c. Charta Theobaldi Comitis Campaniæ an. 1227. in Tabulario Eccleſiæ Meldenſis p. 30. *Aſſerebat etiam dictus Epiſcopus quod ego non debebam habere pilorium in foro, & facere juſtitiam in eodem loco, prout mihi placeret.* Will. Thorn in Edw. II. *Et ſimiliter clamat habere furcas, pilorium, tumberellum, emendas aſſiſæ panis, & cerviſiæ facta in eodem manerio.*

Spilorium. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegalenſis fol. 100. *Juriſdictionem altam ibi occupando, Spilorium fieri, & ibidem poni, & aurem cuiuſdam mulieris, quæ ibidem furtum commiſerat, abſcidi fecerunt.*

Pilloricum. Charta Majoriæ Rotomagi & Faleſiæ : *Latro, falſonarius, judicabitur per communiam, & ponetur in pillorico, ut omnes eum videant & cognoſcant.*

Pelloriu. Conſuetudines Villæ Arkenſis anno 1231. in Tabulario S. Bertini : *Debet cavere de emenda ſolvenda infra 15. dies, — qui pauper fuerit, & improbus, poterit poni in pelloriu, & ſic dimitti.*

Pilaricum, in Chartis Communiæ Royenſis & Peronenſis.

Pilloralium, in Fleta lib. 2. c. 12. §. 19. *Judicium pillorale* lib. 1. c. 34. §. 35. c. 37. §. 10. c. 58. §. 10. *Pœna pillorii*, in Charta Communiæ Abbatiſvillæ §. 3. *Pœna pilloralis*, apud Bractonum lib. 3. Tract. 1. c. 6. n. 1. Tract. 2. c. 3. n. 6. in Fleta lib. 1. c. 34. §. 11. c. 38. §. 11. lib. 2. c. 1. §. 8. *Piloriſation*, in Conſuetudine Inſulenſi tit. 1. art. 2. *Pilloret*, in Foris Beharn. Rubr. *de Penas* art. 14. 39. *Pilorier* in Conſuet. Meledunenſi art. 1. 5. Senonenſi art. 1. Altiſiod. art. 1. Barrenſi art. 28. 33. *Pilloriſer*, in Conſuet. Burbonenſi art. 1. Nivernenſi cap. 1. art. 15. *Eſtre mis & tourné au pillori par trois feſtes ſolemnelles ou Dimanches*, in veteri Conſuetudinario Franciæ, ubi de uſurariis. Joannes Abbas Laudun. in Speculo hiſtoriali MS. lib. 11. c. 11. *Premierement il fut tourné au pillory, puis luy furent les deus puings coppez*, &c. Vide Chartam Communiæ S. Quintini apud Hemereum p. 49 & quæ adnotarunt Chopinus in Conſuet. Andium, Loiſellus de Dominiis, & alii.

De vocis origine non omnino conſtat : neque enim Cowellus audiendus, qui à πύλη & ὁρῶ deducit, quod reus ac ſi per januam emiſſo capite proſpiceret : ut nec Spelmannus, qui à Gallico *pilleur*, quod depeculatores hac pœna vulgo damnentur. Videtur potius à voce *pilier*, id eſt pila, columna, ad quam alligabantur rei, deſumendum etymon : idem enim fuit *pilorium* cum *poſtello*, ſeu columna lignea. Concilium Bituricenſe an. 1336. c. 12. *Item pilorium, ſeu poſtellum in cœmeteriis & locis ſacris effigunt & apponunt.* Vide quæ adnotamus in Conſtantinopoli Chriſtiana, ubi de Milio aureo. Obſervat Ferrarius Italos *gogna* appellare ſupplicii genus, quo noxii injecta bojæ, ſive numellæ cervice, in ſuggeſtu

Adveniat Pincerna potens Eppinus, & ipſe
Pulchraque vaſa manu, vinaque grata vehat.

Guillelmus Apul. lib. 4. de Geſtis Normannorum:

—— Iſte ſolebat
Crateras menſis plenas deferre lyæo,
Et de Pincernis erat inferioribus unus.

Petrus Damian. in Vita S. Odilonis Abbat. Cluniac. cap. 13. *Allatum ergo* (vinum) *ante ſe poſuit, & ipſe poculum more pincernæ ſibi duntaxat & Abbati, qui juxta ſe diſcumbebat, expendit.* Theodolus:

Nomen Pincernæ quod poſſedit prius Hebe.

Vita S. Hermelandi Abbat. *Ex tirunculo ita perfectus effectus eſt miles, — ut nimio eum Rex amplectens amore, diſpenſatorem ſui potus, Principemque, renuente eo, conſtitueret Pincernarum.* Ubi Princeps *Pincernarum*, is eſt qui ἀρχιοινοχόος dicitur Gen. c. 40. v. 2. & *Philoni lib.* περὶ ὕπνων. Diploma Ludovici II. Imp. filii Lotharii ſubſcribit *Heribdeus Comes & Primus Pincernarum*, in Chartulario Caſaurienſi. Vide *Buticularius*. Πιγκέρνης, paſſim apud Byzantinos ſcriptores. Gloſſ. Gr. Lat. οἰνοχόος, *Pocillator.*

Pincernare, more Pincernarum vinum prægustare, priuſquam Principi propinetur. Fortunatus lib. 5. Poëm. in Epiſt. ad Martinum Epiſc. Gallic. *Dives pauperi propinavit, &, ut ita dixerim, quaſi falerni nobilis ipſo me primo odore pincernante, ſupplevit.*

Pincernatus. Dignitas Eccleſiaſtica. Albertus Argentinenſis an. 1349. *Joannem de Liechtemberg, qui & in Argentinenſi Eccleſia Præpoſituram, Decanatum, Cantoriam, & Pincernatum ſimul tenebat.* Adde p. 160.

PINCIO. Papias: *Fringellus, Pincio, avis*: noſtris *Pinçon*.

PINETA, ſeu *Pinetum*, locus pinis conſitus, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epiſt. 115. Italis, *Pigneta*, & *Pineta*.

PINHOTA. Epiſtola Clementis VI. an. 1346. apud Waddingum: *Et eiſdem perpetuo certæ religioſæ mulieres ſub regulari habitu Domino famulantes, ac in domo eleemoſynariæ præfata ſingulis Chriſti pauperibus ad eam confluentibus eleemoſyna panis ad inſtar pinhotæ papalis diebus ſingulis largiretur*, &c.

PINNA, Ora, limbus. Lucifer Calaritanus ex lib. 1. Reg. *Et dempſit pinnam chlamydis Saül occultè.* Edit. vulgata: *Præcidit oram chlamydis Saül ſilenter.*

Pinna. Concilium Londonienſe an. 1102. *Ut Preſbyteri non eant ad potationes, nec ad pinnas bibant.* Forte legendum *Pilas*. Vide in hac voce.

Pinna, Inſtrumentum Chirurgicum quo vulnera tentantur. Lex Alemann. tit. 59. §. 6. *Si autem teſta tranſcapulata fuerit, ita ut cervella appareant, ut medicus cum pinna, aut cum fanone cervella tetigit*, &c. Ita etiam editio Heroldi: at in aliquot MSS. *penna* legi monet Lindenbrogius.

Pinna, Pinnaculum, Pinnium. Gloſſæ antiquæ MSS. *Pinnaculum, altitudo parietis excelſi.* Gloſ. Gr. Lat. ἔπαλξις, *pinna, propugnaculum.* Onomaſt. *pinnaculum*, ἔπαλξις. *Pinnaculum templi*, Matth. 4. 5. πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſ. p. 131. *Volebant enim ea die veſperi ad ripæ muros applicare ſtationem, & temones ſupra propugnacula imponere.* Ubi codex Thuanus habet *pinnacula*, Theophanes εἰς τὰς ἐπάλξεις. Iſidorus Pacenſis æra 769. *Seſe in sciſuris petrarum ab alto pinaculo jam vulneratus cavilando præcipitat.* Idem æra 772. *Ad quem Chriſtiani tandem præparvi pinacula* (montium Pyrenæorum) *retinentes poſtulabant miſericordiam*, &c. Iſidorus lib. 11. cap. 1. *Pinnula ſumma pars auris, ab acumine dicta: Pinnum enim antiqui acutum dicebant.* Gloſſæ Iſid. *Pennum, bis acutum.* Papias, *Pennum, Acutum.* Vide Camdenum in Britannia, ubi de voce Gallica veteri *Pen*.

Pignaculum, Culmen domus, Gall. *Pignon dè maiſon.* *Pinnaculum*. Matth. 4. 5. Charta Epiſcopi Pariſienſ. an. 1222. in M. Paſtorali lib. 19. ch. 69. *Quod domum ſuam — non levabit nec poterit levare — ultra 6. pedes, — & ſecundum hanc elevationem modo competenti domum pignaculabit, ita tamen quod in anteriori pignaculi elevatione nullam feneſtram — facere poterit.* Tabularium Foſſatenſe: *Abbas convenit cum Granchiario de una domo ibidem facienda, quæ habebit 8. taiſias longitudinis, & 3. pignacula, & ſolarium per totum*, &c.

PINONATUM *opus*. Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli London. an. 1295. *Duo thuribula argentea, exterius totaliter deaurata, de opere pinonato, & cathenis argenteis, pond. 8. marc.* &c. Infra: *De opere cocleato & pinonato.*

PINPENELLUS, Monetæ minutioris Franciçæ ſpecies. Charta Philippi Aug. an. 1218. ex Regeſto Normannico Cameræ Computor. Pariſ. ſignato B. *Et de cenſibus villæ S. Cyrici 9. lib. & 4. ſol. & 2. denarios Turon. & ducentos pinpenellos apud Pontem Archæ*, &c.

PINSINOCHIUM, locus ubi pinſitur, & panes conficiuntur. Vitæ Abbatum S. Albani: *Iſte hanc Eccleſiam cæteraque ædificia, præter piſtrinam & pinſinochium reædificavit ex lapidibus*, &c.

PINTA, Menſura liquidorum, noſtris *Pinte*. Philippus Eyſtet. in Vita S. Willib. c. 34. *Adeo abundanter erupit* (liquor) *ut ampullam dimidiæ pintæ capacitatis — adimpleret.* Iter Camerarii Scotici cap. 10. §. 5. *Non habent menſuras, videlicet quartam, pintam, tertiam, & partes concordantes monetæ Regis, per quas menſuras populus poſſit deſerviri debite, cum indiguerit.*

PIPA, Vaſculum, cadus. Teſtamentum S. Everardi apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21. *Thuribulum argenteum unum, pipam auream unam, tabulas*, &c. Ubi *pipa* videtur fiſtula qua ſangu[is] dominicus hauriebatur. Ita ſane Card. Bona. Henr. de [K]nygthon an. 1345. *Dicebatur namque ipſum de dicta villa unam pipam plenam auro — reportaſſe. Pippe de vin*, in Conſuet. d. Turon. art. 63. Vide *Clericus pipa*.

PIPARE, Fiſtula canere, *Chanter ou jouër de la pipe*, inſtar forte Gallinarum, quæ Latinis *pipare* [d]icuntur. Italis enim *Pipare* idem eſt quod *Pipire*, Col[u]mellæ lib. 8. c. 5. *Pipilare*, Catullo, πιππίζειν Ariſtophani, &c. Guill. *Guiart* MS. an. 1304.

Tabours croiſtre, cors bourdonner,
Flagiex piper, & trompes braire.

S. Althelmus de Laude Virgin.

Limpida præpetibus ſic complet æra catervis,
Garrula quæ roſtris reſonantes cantica pipant.

Milo Monachus in Vita S. Amandi lib. 3. c. 3.

Qui poſſunt trimodâ vobis pipare camænâ.

PIPELO, *Convicio*. Gloſſæ antiq. MSS.

PIPER, Πέπερι, arbor in India naſcens, cujus fructus nunc notiſſimus, olim admodum placuit ſola ſua amaritudine, & *pondere emptus ut aurum & argentum*, inquit Plinius lib. 12. Quæ quidem piperis raritas ac pretium fecit, ut deinceps pro quibuſvis aromaticis ſpeciebus hæc vox uſurpata ſit. S. Auguſtinus lib. 2. de Morib. Manichæor. cap. 13. *Alius — exquiſitas & peregrinas fruges multis ferculis variatas & largo pipere aſperſas nona hora libenter aſſumat*, &c. S. Hieronymus Epiſt. ad Evagrium: *Omne quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretioſius eſt.* Theodulfus lib. 1. Carm. p. 148.

Heu quantum ſcelus eſt animæ præponere corpus,
Et rem mortalem non moribunda tibi,
Ancillam dominæ, piperi præferre cicutam,
Plumbum auro, gemmis ſordida ſaxa bonis.

In Codice Epiſt. S. Bonifacii Arch. Moguntini Epiſt. 5. 146. & 148. *piper* jungitur thuri, cinnamomo, coſto, & incenſo, quæ omnia vice *Eulogiarum* amicis mittebantur. Chron. Reicherſperg. *Miſit ei 30. quintarios de pipere.* Quibus in locis *piper* ſumitur pro quibuſvis ſpeciebus aromaticis. Alanus in Planctu naturæ, de Prælatis: *Qui ſalmones & lucios, cæteroſque piſces æquipollenti generoſitate præſignes, variis decoctionum cruciatos martyriis, baptizandi adulterantes officium, ſacri piperis fonte baptizant, ut ex tali baptiſmate baptizati, multiformis ſaporis gratiam conſequantur.* Statuta antiqua Canoni-

corum S. Quintini in Viromanduis: *Sunt in coſta farta*
24. *fruſta carnis, & 300. ova, cum pipere, id eſt ſpecie-*
bus quibuſcumque. Conſuetudines Toloſæ part. 2 Rubr.
de Donationib. *Piper, cera, carnes, ſcyphi argentei, vel*
aurei, — & quæcunque alia ſint quæ mittantur vel dan-
tur marito, &c. Vide Conſtantinum Afric. lib. de Gra-
dib. ſub finem, & Gorræum in Definit. medic.

Piperarii, in veteri Charta apud Gariellum in Epiſcopis
Magalonenſib. p. 160. *Peuriers*, vel *poivriers*, olim
Pariſienſibus, quos poſtea *Eſpiciers*, ſeu *Speciarios* di-
xerunt, ut docemur ex Regeſto peagiorum Pari-
ſienſ.

Piperatum, Condimentum à pipere dictum, apud Apicium
lib. 3. c. 14. *Piperata*, in Chartâ an. 1148. apud Puri-
cellum in Baſilica Ambroſiana p. 704. *Pullos plenos &*
carnem vaccinam, cum piperata. Galli *poivrade* di-
cunt.

Piperatius, Aſper. Latinus Agrimenſor: *terminus ſi aſpra-*
tilis fuerit, & mixta piperatia loca habuerit, ſine dubio
in trifinio conſtat.

Piperis granum. Eckehardus junior de Caſibus S. Galli
cap. 9. *Notkerus, quem pro ſeveritate diſciplinarum*
Piperis granum cognominabant: ob mordacitatem &
acredinem.

PIPETH, Cantus vel inſtrumentum muſicum, *pipa* ſeu fi-
ſtulæ Cantum imitans. Fortunatus ad Clerum Pariſien-
ſem:

Cymbalicæ voces calamis miſcentur acutis;
Diſparibuſque tropis fiſtula dulce ſonat.

Vide *Decentum.*

PIPICUS. Odorannus in Chronic. an 956. *Giſtebertus Co-*
mes Burgundionum obiit, & honorem ejus cum filia Leu-
degarde, ex qua poſtea à Radulpho Divionenſi pipicus fa-
ctus eſt, Otho frater Hugonis Ducis accepit.

PIPIONES, Matthæo Silvatico, *ſunt pulli columbarum,*
& eſt nomen formatum à proprio ſono animalis. Jo. de
Janua: *Pipio, reſonare, clamare, accipitrum eſt, vel*
pullorum columbarum: unde hic pipio, pullus columba-
rum. Gloſſ. Gr. Lat. Τεγύριον, περιστερὰ, *Pipio. Pipio-*
ni, Joanni Villanco lib. 12. cap. 72. Hinc noſtri *pigeons*
dicunt. Vetus interpres Alexandri Iatroſophiſtæ lib. 1.
Paſſionum: *Aſpratiles piſces, & pipiones, & de dome-*
ſticis pullis extrema partes. Ubi Gloſſæ MSS. *Pulli Co-*
lumbæ. Idem lib. 2. c. 75. *Interdum & columbæ & ma-*
xime pipiones. Lampridius in Alexandro Severo: *Ser-*
vos habuit vectigales, qui eos (palumbos) *ex ovis ac pul-*
licinis, ac pipionibus alerent. Vide ibi Salmaſium p. 227.
Plinium lib. 5. Medic. c. 34. 41.

Pipio, Moneta minutior Hiſpanica. Charta Alphonſi Re-
gis Romanorum & Regis Caſtellæ an. 1258. apud Pe-
rardum: *Decem millia Moravotinorum, computatis*
quindecim ſolidis Pipionum pro Moravotino. Covarru-
vias de Veteribus numiſmat. Hiſpan. c. 5. n. 5. in vete-
ri MS. ait ſe legiſſe, *que el pepion valia dos meaias, y el*
Burgales dos Pepiones, o quatro meaias.

Pipiunculus, *Accipiter, Acceptor*, in Gloſſ. Iſid. In Gloſſis
Pithœanis, *Acceptor, tirunculus, qui ſcilicet pipit.* Sed le-
gendum *Pipiunculus.* Gloſſæ Regiæ cod. 1013. habent
Piunculus. Ex his emendandæ Gloſſæ Gr. Lat. Κιγκρίς,
εἶδος ἱέρακος μικροῦ, *Titiunculus.* Ubi leg. *Pipiunculus.*

PIPULARE. Papias: *Pipulo, convitior ploratu*, ex quo
emendandæ Gloſſæ Iſid. *Pipuli, convitio plorati.*

PIQUECHINI. Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Ceſſent canſores, ceſſet Pequichinus, & ignis,
Terminet una dies longa certamina litis.

Et lib. 7.

At per plana jacent Ribaldi cum Piquichinis,
Et qui res propter venales caſtra ſequuntur.

Ita quidam dictos putant infimam lixarum & calonum
partem, à curandis canibus, vel potius à venatorum
miniſtris equitibus, qui canes venaticos ad venationem
educunt, ac propellunt, quaſi *Pique-chiens.*

PIRARIUS, Pirus, *Poirier.* Lex Salica tit. 29. §. 2. *Si*
quis impotos de melario aut de pirario tulerit, &c. §.

ſtela. in Anglia ſatis nota. Rubens eſt, & in ventre candidus. mira agilitate viget, in arboribus habitat, & ſætus fovet de arbore in arborem ſaltu potius quam volatu migrat, &c.

PIRONADUS, ſeu *Pironatus*, Clavis compactus, ex Italico *Pirone*, Clavus ligneus, *Cheville*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 11. *Galea ſint ſex aliquantum ex majori forma, — & fiant ex multo meliori lignamine, & melius pironada, & ſint ligata, & ſpecialiter puſtica pro ſuſtinendo laborem melius & impetum remigandi*, &c.

PIROTANS. Epiſtola Friderici II. Imp. ad Saladinum apud Rogerum Hovedenum pag. 650. *Intelliges quid noſtræ victrices aquilæ, — quid Anconitana Marchia, quid Venetus pirotans, quid Piſanus nauclerus*, &c. Sed legendum *pirata*.

PIROTTUM. Synodus Sodorenſis in Mannia an. 1229. cap. *de Mortuariis diſcedentium: Statuendo pronuntiamus, quod de bonis cujuſlibet diſcedentis Eccleſia habeat optionem de omnibus, juxta conſuetudinem vicinarum provinciarum, excepto uno, cum omnibus indumentis ſuis, & fulcro vel culcitra. Quod ſi non habeat pirottum, vel culcitram, ſeptem dentur denarii*. Proinde *pirottum* idem eſt quod *fulcrum*.

PIRULA, Extremitas: *Pirula naſi, le bout du nez*, Gloſſæ Iſidori: *Perula, extremitas naſi*. Papias habet *Pirula, à formula piri*. Gloſſæ Latino-barbar. Hrabani Mauri: *Ejus (naſi) extremitas pirula vocatur, à forma pomi pyri*. Gloſſar. Ælfrici: Pirula, ꝼoꞃ.ƿeaꞃd-noſu, i. extremus naſus. Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 22. *Cognoſcitur etiam omnis juvenis de virginitate & corruptione per multa ſigna, ut utergue ad pirulam naſi, quia manente virginitate, cartilago pirula naſi ſentitur indiviſibilis: ſed ſi eſt violata, ſentitur partibilis*. Olla patellæ:

Pirula, pupilla, palpebra, ſtiria, malæ.

PISA. Vide *Penſa*.

PISACRUM, Præfatio ex Piſis. Vide *Meſtivarius*.

PISALIS, *Piſelus*, *Piſelum*. Adalardus lib. 2. Statutor. Corbeienſium cap. 6. *Hæc inter etiam plurima cætera quæ in dormitorio ſervanda ſunt, breviter dicta, — in piſelo vero, tempore quando illo uti neceſſe eſt, eadem pene in omnibus, excepto quod ad dormiendum pertinet, cautela & honeſtas ſervanda eſt. Quæ de dormitorio diximus, & ſi forte quædam ad eandem domum ſpecialiter pertineat, ut eſt de pannis infuſis qui ſuſpenduntur*, &c. Ex quibus, *piſalis* & *piſelum* videtur fuiſſe quod Zelandi *Piſeel* dicunt, veſtiarium ſeu veſtiaria theca: quod præterea firmat Charta an. 803. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus: *De veſtimentis quæ de piſele veniunt, vel gynecio, decimam partem*. Acta Murenſis Monaſterii p. 9. *Cœpit inde vir venerabilis Reginboldus cellam ordinare & conſtruere; ædificavitque primum dormitorium, ſubtus autem piſalem, congruaque habitacula alia fratribus conſtituit, & ſic fundavit Monaſterium*. Vox autem formata ex Latino *Penſile*, i. locus in quo *penſa* trahunt mulieres, *Gynæcium*. Vide ſupra in hac poſtrema voce. Friſiis, *Piiſel*, culinam ſonat.

PISARIA, Ager piſis conſitus, in Lege Salica tit. 29. §. 13.

PISCA. Charta Ildefonſi Regis Aragon. an. 1187. pro libertatib. villæ Amiliani, (*Milhau*) in Regeſto Ludov. Hutini Reg. Franc. fol. 7. ubi de Molendinariis: *Non detur de ſextario niſi libra piſcæ apperſa, quæ currit in Monteperſſulano, quotcumque ſint ibi ſubfornarii, vel alii nuncii, & propter hoc feratur & referatur piſca & panis ad domum vel hoſpitium dequoquentis; & ſi occaſione plus dandi piſca vel panis deterioretur, reſtauretur in duplum dequoquenti*. Pro *paſta*, fortè.

PISCARIA, vox Latinis nota, locus in quo piſcatur, Italis *Peſchiera*: *Eſtang ou Peſcherie*, in Conſuetud. Norman. art. 210. 215. 221. Arvernenſi cap. 31. art. 35. 40. 41. Pictavenſi art. 157. Chronicon Farfenſe: *Qui contendebat piſcarias per ſingula loca Ducatus Spoletani, & tota noſtra tuperant homines ejus, & piſces tulerunt*, &c. Leo Oſt. lib. 2. c. 26. *Obtulit ibidem unam piſcariam ſuam*, &c. Geſta Innocentii III. PP. pag. 106. *Piſcaria in mari & in aqua dulci*. Regeſtum Philippi Aug. fol. 69. *Dedimus piſcariam unius archæ pontis*, &c. Occurrit etiam apud Giraldum in Itinerario Cambriæ lib. 2. c. 3. In Monaſt. Anglic. to. 1. p. 236. &c. *Piſcarium*, in Fleta lib. 2. c. 12. §. 21.

PISCATIO, jus piſcationis in fluviis, &c. in Charta Guidonis Epiſcopi Lingonenſis an. 1267. Chronicon Laurisham. p. 61. *Tantis munificentiæ ſuæ beneficiis adjecit clementiſſimus Rex piſcationis conceſſionem in Rheno flumine, in vico cognominato* &c. Charta vetus in Probat. Hiſt. Caſtrivillanenſis familiæ p. 8. *Conceſſit quoque — quantum piſcator unus piſcari poſſet, quouſque aqua ejus durat, piſcationem*. Vide Chronolog. Præſulum Lodovenſium p. 56. 96. & Sanjulianum in Tornutio p. 521. ubi quæſtionem agitatam ait, an jus *piſcationis* & *piſcandi* idem ſit.

Piſcatura bannales, in Charta an. 950. apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſib. p. 137.

PISCATORES, in commercio perinde ac ſervi & coloni. Charta Ludovici Pii Imp. in Chronico Farfenſi: *Curtibus, villis, piſcationibus cum piſcatoribus ſuis, ſervis, ancillis*, &c. Ibid. p. 664. *Et piſcatorem nomine Aunefridum, & fratres ejus manentes in territorio Reatino, in loco qui dicitur Semptempontius, cum uxoribus & filiis eorum, terris ac domibus eorum, & piſcationem quam ipſi facere conſueverunt cum omnibus rebus ſuis*. Alia Charta apud Hieron. Vignerium in Stemmate Alſatico p. 105. *Quidquid ibi poſſideo apud Dominum Remigium, Fulcodum piſcatorem cum omni familia ſua*. Tabularium Montiſmajoris apud Ruſium in Comitibus Provinciæ p. 61. *Videlicet piſcatores cum omni cenſu piſcium, quod mihi facere debent qui in villa manent Cotignavicis*, &c. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 466. *Dedit — & duos piſcatores de Tervanto*. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 20. *Cum omnibus pertinentiis ſuis, ac rebus, & uno ſervitio piſcatorum*. Adde Spicilegium Acherianum to. 13. p. 289.

PISCATORIUM, ἰχθυοτρόφιον, in Gloſſ. Gr. Lat. Idem etiam quod *Piſcaria*. Charta Philippi I. Francor. Reg. an. 1066. apud Marlotum in Chronico S. Nicaſii Remenſis c. 2. *Alodium de Mundriſiaca curte, cum piſcatorio & ſede molendini*. Mox: *Cum Eccleſia, piſcatorio magno, & ſedibus molendinorum*.

Piſcatoria. Helgaudus in Roberto Rege: *piſcatoriam Ligeritti fluminis attribuit*. Chronicon Hugonis Flavin. p. 153. *Et ad Flaviniacum piſcatoriam totam, & alteram piſcatoriam ad Tiliacum pertinentem*.

PISCATUM. Capitulare de Villis c. 44. *De leguminibus quoque & de piſcato, ſeu formatico, butiro, melle*, &c.

PISCINA, Locus in quo manus Sacerdotes lavant, & ubi ablutiones Sacerdotis Miſſam celebrantis injiciuntur, in lib. Uſuum Ordinis Ciſtercienſis c. 21. 53. in Statutis Synodalibus Odonis Epiſcopi Pariſienſis cap. ult. n. 14. 28. in Concilio Salmurienſi an. 1253. c. 3. in Synodo Bajocenſi an. 1300. c. 21. 22. & apud Durandum lib. 1. Ration. c. 1. n. 39. Summula Raymundi Ord. Præd. de lotione calicis:

Hanc in piſcinam volo projicias, vel in ignem.

Piſcina, Solium balnei. S. Auguſtinus lib. de Dialect. cap. 5. *Piſcina dicitur in balneis, in qua piſcium nihil ſit, cum nihil piſcibus ſimile habeat: videtur tamen à piſcibus dicta propter aquam, ubi piſcibus vita eſt*. Vetus Interpres Alexandri Iatroſophiſtæ lib. 3. Paſſion. de Balneo: *Et ſic ſtet aliquandiu in ſolio, ac poſt modicum deſcendat in piſcinam*. Ubi Gloſſæ MSS. *Solium balneorum vocant piſcinam, vel quodlibet in quo continetur aqua*.

PISCINALE, *Piſcinalis*, idem quod *Piſcatoria*. Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Piſcinale*; ꝼiſchuſ, i. piſcium domus. Charta Roberti Principis Capuæ an. 1128. *Et qualiter venit ipſam viam revolvendo, uſque ad piſcinalem ei pertinentem*.

Piscis, Panni ſpecies. Hariulfus lib. 2. cap. 10. *Albas lineas 260. caſulas de pallio 30. de purpura 10. de ſtorace 6. de piſce 1. de plata 15.* &c. Ita lib. 3. cap. 3. *Caſulæ — ſerica 3. ex piſce 1.* &c.

Piscis *Regalis*, qui ad Regem jure regio pertinet, ut ſunt balæna & ſturgio apud Bractonum lib. 2. c. 5. §. 7. & in Conſuetudine Normann. art. 603. Charta Almarici Vicecomitis Narbonæ in 2. Regeſto Philippi Pulchri Reg. Fr. n. 22. ex Tabulario Regio: *Salva — prærogativa piſcium regalium qui capiuntur in mari.*

Piſcis groſſus. Vide *Craſſipiſcis.*

Piſces albi, in Itinere Camerarii Scotici cap. 16. 19.

Pisele, *Piſile.* Vide *Gynacium*, *Piſalis.*

Pisetum, jus Strigonienſis urbis in urburis aurariis, Sambuco. Tractatus de urburis: *Archiepiſcopis de ſingulis marcis pagamenti moneta tempore currente ſinguli unum piſetum exolverent*, &c.

Pisare, pro pinſere: *Piſones*, inſtrumenta quibus pinſitur, aut res quævis teritur, ſubigitur. Anonymus de re Architecton. c. 30. *Tertio olei adjicies ſextarium: ea ratione ſpatha commovebis, tunc alii juvenes ſuccedant cum piſonibus ligneis, & id efficiant piſando, ut concaleſiat, ita ut non diſſimilis ſit farinæ ſubactæ.*

Pisema, *Specular*, *Specula*, *Phylacteria.* Ita Gloſſæ antiquæ MSS.

Pisquerium, pro *piſcaria*, Vivarium. Vide *Claperius.*

Pissago, *pix liquida.* Gloſſ. Iſid.

Pissatum. Vide *Eſbonagium.*

Pissonagium, Tributi ſpecies, primitus ex piſcibus, etiamnum Picardis *piſſons* dictis: traducta deinde ad cæteras præſtationes. Tabularium Epiſc. Autiſſ. *De vinagio & piſſonagio draperiorum Autiſſiod. quilibet Draperius debet Comiti 12. den. de vinagio ad feſtum S. Remigii — & 6. den. de piſſonagio ad mediam Quadrageſimam.*

Pissonaria, Forum piſcarium, in Teſtamento Geraudi de Abbatiſvilla an. 1271. in Hiſtoria Pontivenſi p. 205. *Poiſſonerie*, ſeu *piſſonerie*, ut Picardi efferunt.

Pistare, idem quod *pinſere*, ex *piſtus* vox conficta. Lib. 2. Miracul. S. Bertini cap. 29. *In vaſe ligneo quo paſta piſtari ſolet.* Occurrit paſſim apud Conſtantinum African. & medicos.

Pisticus, Probus, fidelis, non adulterinus: ex Gr. πιστικός. Adhelelmus Sagienſis Epiſc. in Miraculis S. Opportunæ n. 2. *vitæ ejus piſticus ſcriptor*, id eſt fidelis, verax. Anonymus MS. ex Bibliotheca Thuana cod. 525.

Qui calvus eſt, in praxi ſimilis eſt, & piſticus homo,
Illius oda placet, qui rectè Theologizat.

Id porro epitheti maximè tribuitur *Nardo*, quam πιστικὴν vulgò vocant Græci, id eſt non adulteratam, uti Baronius an. 32. n. 26. Caſaubonus in Exercit. Scaliger, Salmaſius, & alii vertunt. Gloſſæ Latinæ MSS. Regiæ: *Nardum piſticum*, *Chriſma ſine impoſtura.* Papias: *Nardum piſticum, fidele, ſine impoſtura.* Ugutio: *Nardum, unguentum confectum ex ea (herba) Nardum piſticum dicitur, fidele, purum, ſine omni impoſtura, vel commixtura compoſitum, nec adulteratum aliis herbis.* Quo ſenſu verba, *ſine impoſtura*, uſurpat perinde Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſionum: *Reupontico eſt 3. folio ſine impoſtura 3. prioniæ radicibus eſt 1. ariſtologia rotunda eſt 2. ſpica nardi eſt 4. has omnes ſine impoſtura mundas ſpecies tundes.* Ubi Gloſſæ interlineares, *ſine impoſtura*, *mundum* interpretantur. Ita ἄδολον, hac notione dicunt Græci Vita S. Eudociæ Martyris, cap. 8. σύριγγας Ἰνδικοῦ ἀδόλου νάρδου λγ'. Etymi hujuſce vocis rationem aliam prodit Ordericus Vitalis lib. 1. *Nardus, aromatica ſpecies eſt, Piſtis Græce, fides dicitur Latine, inde Piſticum, id eſt fidele dicitur unguentum, quia cadaver eo perunctum à putredine ſervat illæſum.*

A certo verò loco dictam *Piſticam nardum* cenſet S. Auguſtinus in Evang. Joan. tract. 50. c. 12. *Quod autem piſtici, (nardi) locum aliquem credere debemus, unde hoc erat unguentum pretioſum.* Alii ſic dictam putant à πίνω, bibere, ut ſit *potabile* liquidumque unguentum: πίστις enim apud Æſchylum in Prometheo, idem eſt quod πιστικός. Nec abhorret Euſebius Apod. lib. 9. cum vocat τὸ πιστικὸν τῆς καινῆς διαθήκης κρᾶμα.

Alii Nardum *ſpicatam*, non *piſticam* dicta inveniunt. Marcus enim & Joannes πιστικῆς, habet, unde Marci interpres *Spicata* retinuit, ita ut nardus ſic dicta fuerit, quaſi ex ſpicis confecta, eoque pretioſa ac βαρύτιμος. Brito in Synon.

Nardum ſpicatum, de ſpicis ſit tibi factum,
Eſt nardum piſticum purum ſive fidele.

Ugutio: *Nardus, herba eſt ſpicoſa & aromatica, fragilis radice, ſed nigra & foliis denſa, quorum ſummitates conveniunt in ſpicas, unde à Græcis Nardos ſtacos appellatur.* Gloſſæ ad libros Alexandri Iatroſophiſtæ: *Cyprinum, de ſpica nardi, de ſpina Indica, de nardoſtochio.* Alio loco: *Nardum Celticam*, *ſpicam Celticam* vertit. Rurſum, *de ſpica Indica de nardoſtochio.* Anaſtaſius in S. Silveſtro: *Farum cantharum ex auro puriſſimo ante altare, in quo ardet oleum nardinum piſticum*, &c. Infra: *Annis ſingulis olei nardi libras 90.* At aliud *Nardum piſticum*, aliud *ſpicatum* eſſe ſcribit Eucherius Lugdunenſis de Diverſis vocabulis: *Nardum piſticum, nardum fidelem, id eſt ſine impoſtura, Græcum eſt. Nardum ſpicatum, ab eo quod ſpecies ipſa nardi in modum ſpicæ ſit, quæ infuſa conſicitur.* Hinc *Piſtis*, *genus aromatis*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Sed de Nardi variis ſpeciebus, vide Ruellium.

Pistoria, locus ubi piſtores panem conficiunt, in Lege Bajwar. tit. 9. c. 3. *Balneatrium, piſtorium, coquinam*, &c.

Pistorissa. Gloſſæ vett. *Piſtrix*, σιτοποιός, καὶ ἀρτοποιός. Libertates MSS. Salvæterræ in Ruthenis an. 1284. *Piſtor vel piſtoriſſa*, &c. Vide *Panetarius.*

Pistrinarii, Piſtores, in Regula S. Pachomii c. 67.

Pita. Lambertus Ardenſis pag. 141. *Ubi uſque hodie inveniuntur quaſi reliquiæ gentilium, rubea videlicet tegula, teſta vaſorum minii coloris, & fragmenta calculorum vitreorum, ubi nunc ſulcante aratro reperitur pita ſive via dura & lapidea, à mariſco in ſilvam calcata. Piſtes* etiamnum viæ veſtigia appellamus.

Pita, moneta minutior Francica. Vide *Picta.*

Pitharia. Vincentius Belvac. lib. 31. c. 144. *Ubi eſt theſaurus ſuus, & dicitur quod ibi ſunt 16. pitharia plena auro depurato*, &c. πίθος, πιθάριον, *dolium*, *doliolum.* Hollandi vulgo dicunt *tonne d'or.*

Pitissare, vel *Pitiſſare*, Papiæ MS. *Portare.* Leg. *Potare.* Eadmerus lib. de S. Anſelmi ſimilitud. c. 15. *Aliquando (ſimul delectantur) auditus & guſtus, ut cum aliquem ſic bibere delectat, ut inter labia ſua ſonitum quendam pitiſſando faciat.* Vox veteribus nota.

Pitratus. Fragmentum Petronii: *Etiam rides, cepa pitrata.*

Pittacium, Tabula fuſili pice, (Græci πίσσαν, & πίτταν vocant) illita ad exarandum: Scheda, epiſtola, ſed maximè ea quæ in quadrum eſt complicata, ut obſervat Euſtathius ad Homerum p. 633. διὸ τὰ πλεονάζοντα πιττάκια λέγεται, ὁμοίως πῶς ὡς τὰς χύτας πίττης ἐσχηματισμένα. Papias: *Pitatia & Petatiola, modica pars cartæ.* Alibi: *Pitacium vel pitaciola, membranula, epiſtola.* Guill. Brito in Vocab. *Pittacium à pingo dicitur epiſtola brevis & modica. Idem pittacium dicitur cedula de membrana decisa. Item pittacium dicitur corii particula, quæ ſoleæ repetiatæ inſuta eſt. Unde pittatiatus, repetiatus.* (Vide *Pecia.*) Gloſſ. Græc. Lat. πιττάκιον, *Brevis.* Utuntur S. Auguſtinus de verbis Apoſt. ſerm. 19. c. 7. Concilium Carthag. I. c. 12. Fragmentum Petronii p. 40. Leges 11. 13. 16. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ l. 19. de Petition. Celſus lib. 3. c. 10. Marcellus Empiricus, Rhabanus in Epiſt. ad Regimboldum, &c. VII. Synodus act. 4. αὐτὸ δεῖξαι πιττάκιον ἡμῖν ἐπιδίδωμι. Vide de Saracenica Silburgii p. 43. 62. 81.

Pitacium. S. Eulogius in Epiſtola ad Alvarum: *Ut erat cartulis & pitaciis diverſis diſpoſitum.* Teſtamentum S. Cæſari

S. Cæſarii Arelatenſis : *Si cui aliquid per epiſtolam, aut per pittacium, aut verbo, pietatis intuitu, contuli, valere volo. Per pittacium* Epiſcopum conſtituere. Hadrianus II. PP. in Epiſt. ad Carolum Calvum, apud Baronium an. 871. n. 87. *Conſtituimus Cardinalem Metropolitanum & Archiepiſcopum Turonica provincia per ferulam, pittacium, & annulum, nec non per noſtra autoritatis litterale decretum*, &c. Apud Joannem Epiſcopum Citri quæritur an Patriarcha poſſit per ſola *pittacia & brevia*, & mandato ſuo, præferre aliquos nullo officio inſignitos, illis qui priores fuerant, nullo tamen ipſi etiam officio decorati.

Pillacium, idem quod *Pittacium*. Vocem deducunt quidam ex πυκτὶς, πυκτίς, *Pugillares tabellæ*, indeque Germanos *buch*, Anglos *book*, & *bega book* pro libro dixiſſe volunt. Gloſſæ Iſidori : *Pictacium, Epiſtola brevis & modica. Pictaciuncula, Membrana.* Novella Theodoſii de Siliquarum exact. *Ut geſtis municipalibus immobilium rerum contractus conſtet initus : mobilium verò emiſſis pillaciis tranſigatur.* Anaſtaſius in S. Zacharia PP. *In quo & pittacium invenit pariter literis exaratum Græcis.* Rodericus Toletanus in Præfat. ad Hiſt. Hiſp. *Et aliis ſcripturis, quas de membranis & pittatiis laborioſe inveſtigatas laborioſius compilavi*, &c. Occurrit præterea in Edicto Theoderici Regis c. 126. apud Theodorum Erenutam in Vita S. Magni cap. 16. Will. Britonem lib. 11. Philippid. in libro Miraculor. S. Vulframni Epiſc. n. 26. &c. Vide *Pecia*.

Pittaciolum, & *Pittaciolum*, diminut. à *Pittacium*, pro ſchedula : unde fortè noſtri ſuum *billet*, pro *pillet* hauſerunt. Hariulfus lib. 4. cap. 17. *Quorum nomina vel charta, vel qualibet pittaciola inſinuare videbantur.* Utuntur præterea Theodericus de Inventione S. Celſi Epiſcopi Trevirenſis n. 16. Epiſtola Monachorum Remenſium ad Caſinenſes, Concilium Duſiacenſe I. part. 2. cap. 17. Ratterius Veronenſis in Epiſt. ad Joannem PP. apud Chapeavillum to. 1. Hiſt. Leodienſ. & to. 2. Spicilegii Acheriani, &c.

Pittaciolus. Hincmarus Epiſcopus Laudunenſis in Præfatione ad Collectionem ex epiſtolis Romanorum Pontificum :

Iſte pittaciolus plane depromit & aptè
Sedem appellandam libere Apoſtolicam.

Sed *Pittaciolum* dicendum fuiſſe eidem objecit Remenſis avunculus p. 383.

Namque Pitaciolum neutro dixere priores.

Ex his emendandus Monachus Sangallenſis lib. 1. cap. 36. de ſagis virgatis Freſonicis ac curtulis, ubi Carolus M. ſic ait : *Quid proſunt illa pittaciola ; in lecto non poſſum eis cooperiri ; cavallicans contra ventos & pluvias nequeo defendi, ad neceſſaria natura ſecedens tibiarum congelatione deficio.* *Pittaciola* enim vocat virgas ſagorum ; quæ inde *virgata* dicuntur Poëtæ, quod inſtar *Pittaciorum* eſſent efficta. Atque ita vocari videatur fruſtula ſagi militaris ſericei, à Willelmo Britone lib. 11. Philippid. p. 231.

Sic percuſſa patet, ſic interciſa minutis
Pillaciis pendet, dum demolitur eandem
Tunſio crebra mani clava mucronis & haſta.

Pɪᴛᴛᴏ. Caput 72. Legis Salicæ ex cod. Regio, apud v. cl. Stephan. Baluzium : *Si quis puto alterius excuſſerit invito ſtricto, 120. denariis, qui faciunt ſolidos 3. culpabilis iudicetur.* Paulo aliter in codice Pithœano apud eundem, to. 2. p. 989. *Si quis alterum puto excuſſerit, Malb. Vuiſtritto ſunt den. 120. qui faciunt*, &c.

Pɪᴛᴢᴜʟᴜᴍ. Gloſſ. Medicum MS. Reg. ſign. 1486. *Puſca, i. pitzulum, ex quo fit puſca medicinalis.*

Pɪᴠᴀɴɢᴀ, Menſura agraria apud Germanos. Wiguleius Hondius in Metropoli Saliſburgenſi to. 2. p. 8. *Hermannus Abbas obtinuit campum dividi per funiculos, jugera 12. huoba jugerum habebat 12. pivangas. Facta hac partitio præſente Hermanno anno 1247.*

Pɪᴜɴᴄᴜʟᴜs. Vide *Pipio*.

Pɪᴜs, epitheton, ut videtur, urbis Toletanæ, apud Iſidorum Pacenſem Epiſcopum in Chron. æra 685. *Hic crebra Concilia clarente Eugenio urbis Regia Metropolitano Epiſcopo Toleto pio — recollegit.* Ex quo ſanè loco dubium videtur, quod aliàs aſſerit Antonius Auguſtinus de Numiſmatibus dialogo 7. Inſcriptionem quæ in averſa compluriurn nummorum Hiſpaniæ Gothicorum Regum conſpicitur ac legitur, ᴛᴏʟᴇᴛᴏ ᴘɪᴜs, vocem poſtremam ad Principem, cujus eſt, ſpectare, ut in Leovigildi Regis numiſmate, ᴛᴏʟᴇᴛᴏ ᴊᴜsᴛᴜs. Hunc lege, ſi tanti eſt, & expende. Ejuſmodi etiam Regum Hiſpanicorum Gothicos nummos cum hac voce, ᴘɪᴜs, adjecta, urbium aliarum nominibus recenſet Ambroſius Morales toto lib. 12. ubi quædam profert quæ habent ᴛᴏʟᴇᴛᴏ ᴊᴜsᴛᴜs, ᴇʟʙᴏʀᴀ ᴊᴜsᴛᴜs. c. 4.

Pɪxɪs, Machinæ bellicæ ſpecies, Germanis *Biech*, ut autor eſt Freherus. Thwroczius in Joanne Huniade cap. 46. *Ac caſtris bellicis machinarum, pixidum, ac aliorum tormentorum hoſtem ferientium ingeniis munitis & refertis.* Et cap. 48. *Fortuito ictu pixidis ad mortem vulneratus.* Ita MS. præferre monet idem Freherus.

Pɪᴢᴢᴀ, Placenta, ex Italico *Pinza*. Charta an. 1195. apud Ughellum to. 7. p. 1321. *Duas ſpallas porcorum, & ſex pizzas : & in Carnilevamine, unam gallinam & tres pizzas, — unam gallinam, unum pullum, & 6. pizzas*, &c.

Pʟᴀᴄᴀ. Contractus Navigii D. Regis cum Venetis an. 1268. to. 5. Hiſt. Franc. *Et pro uno Milite habendo placam coopertam ab arbore de medio verſus puppem, marchas duas & quartam : & pro uno ſcutiferò habendo placam diſcoopertam in loco prædicto uncias ſeptem argenti, — & pro qualibet alio peregrino habendo placam ab arbore de medio ad proram cum ſuis viandis & habuiſiis marcham unam*, &c. ubi *habendo* ſumitur pro *habente*, & pro *habuiſiis*, leg. *harneſiis*.

Placa, Moneta, quæ in Statuto Henrici Regis Angliæ dato Pariſiis 20. Novemb. an. 1426. 4. majoribus *Blancis*, ſeu *Albis* æſtimatur : *Plaque*.

Pʟᴀᴄᴀʀᴇ, ex Gall. *Plaquer*. Concilium Avenionenſe an. 1279. c. 1. *Domos Eccleſiarum occaſione quacunque ſerrare, ſeu claudere, vel ferrare, ſeu placare*, &c.

Pʟᴀᴄᴇᴀ, Locus, ex Gallica voce *place*, quæ à Germanico *plats*, campus, fortè orta. Vetus Charta apud Waddingum an. 1231. 53. *Confirmavi — placeam terra, qua ſe extendit in longitudine*, &c. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 111. *placea, ubi nunc turris ſtat.* Adde pag. 408. & Will. Thorn. p. 1940. 2036.

Pʟᴀᴄᴇɴᴛᴀʀɪᴜs. Gloſſæ Græco-Lat. πλακουντᾶς, *Placentarius, Dulciarius.* Palladius in Hiſt. Lauſ. c. 6. ἐν τούτῳ τῷ ὄρει καὶ ἰδίᾳ ἔζησεν καὶ πλακουντᾶς.

Pʟᴀᴄᴇɴᴛᴀʀɪɪ, Scurræ, ludiones, faceti. Gall. *plaiſanteurs*, vel *plaiſantins*. Petrus Damiani lib. 6. Epiſt. 33. *Adhibet adhuc & quoſlibet aſſentatores, ac placentarios incitat, ut hoc extrinſecus diſcant, quod ille interius ſeminat*, &c.

Pʟᴀᴄᴇɴᴛɪɴᴜᴍ, Veſtis muliebris ſpecies in Regula Tertiariorum Ord. S. Franciſci cap. 3. Locum vide in *Guarnellum*.

Pʟᴀᴄᴇɴᴛɪɴᴜs Gloſſ. Gr. Lat. MS. S. Germani Pariſ. ἀρεστός, *Placentinus*, in edit. *Placivus*. Goldaſtus *placitus* reſtituit. Certè etiamnum joculatores *plaiſantins* appellamus. Sed an hac notione vox hæc accipi debeat in Capitulari de cauſis Regni Italiæ c. 15. & in Lege Longob. lib. 3. tit. 34. jure controvertitur : *Non eſt noſtra voluntas ut homines placentini per eorum præceptum de curte palatii noſtri illos aldiones recipiant.*

Pʟᴀᴄɪᴀ, *plazia*. Charta Guillelmi Siciliæ Regis an. 1179. apud Ughellum to. 7. p. 704. *De placia autem, foreſteria, & bando, ſit ita ipſa Eccleſia libera — ſicut eſt*, &c. Alia Rogerii I. Siciliæ Regis apud eundem to. 9. p. 45. *Concedimus — de ipſis hominibus, & ab eis deſcendentibus perpetuo habere legem & plaziam, ſicut à ſuis hominibus & villanis.*

PLACERE, *placitum ſuum implere*, juri ſtare. Lex Ri-
puar. tit. 67. §. 3. *Quod ſi ſacramentum ille qui proſe-
quitur, non pronunciaverit, ipſe qui placuit ante annum
revolutum, vel 7. noctes, ſacramentum ſuum coram teſti-
bus offerat, & conjurare ſtudeat, & deinceps innocens ha-
beatur.*

PLACIBILIS, Placitus, gratus. Anaſtaſius Bibl. in Hiſt.
Eccl. *Tolle igitur quidquid tibi placibile fuerit.* Theopha-
nes habet ἀρεστόν. Idem in Stephano IV. PP. p. 95. *Et
ſi placibiles fuiſſent coram populo civitatis ſuæ, &c.* Mox:
Si qui eorum placibiles extitiſſent, &c.

PLACITONIUM, in Chronico Moſomenſi, pro vitilitiga-
tionibus placitorum, Gallis, *plaidoiries*, *chicanes*. *Et
Monachorum placitoniis, qui novos ſibi hodie Advocatos
adtrahunt, — factum eſt.*

PLACITUM, *Placitare*, &c.

Placita vocabant, conventus publicos totius regni
ordinum, quibus Reges ipſi præerant, & in quibus de ar-
duis regni negotiis & imminentibus bellis tractabatur.
Annales Francor. Bertiniani an. 763. *Pipinus Rex ha-
buit placitum ſuum Nivernis.* Ita an. 764. 765. 766.
Anno verò 767. *Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis
in campo.* Paſſim. Bis autem quotannis tenebantur ejuſ-
modi placita. Hincmarus de Ordine Palatii c. 29. *Con-
ſuetudo autem tunc temporis talis erat, ut non ſæpius,
ſed bis anno, placita duo tenerentur: unum quando ordi-
nabatur ſtatus totius regni ad anni vertentis ſpatium, —
in quo placito generalitas univerſorum majorum tam Cle-
ricorum, quam Laicorum conveniebat*, &c. Adde cap.
30. Cum igitur omnes regni vaſſalli ad ea placita con-
venirent,

Generalia placita, ea appellata. Charta Vindiciani
Epiſcopi Atrebatenſis apud Baldricum lib. 1. c. 25. *In
conventu venerabilium Epiſcoporum, coram Rege piiſſimo
Theoderico, in generali placito hanc epiſtolam roboravi-
mus.* Geſta Dagoberti cap. 40. *Dagobertus Rex —
convocatis filiis, omnibuſque totius regni primatibus. 10.
Kal. Junias in Palatio Bigargio placitum generale inſti-
tuit.* Annales Francor. an 811. *Placito generali ſecun-
dum Conſuetudinem Aquis habito, in tres partes regni ſui
totidem exercitus miſit.* Poeta Saxonicus lib. 1. de Geſt.
Caroli M. an. 777.

— *Conventum placiti generalis habere,*
Cum ducibus ſe velle ſuis denuntiat illic.

Ardo Monach. in vita S. Benedicti Anianenſis n. 43.
Cum ad generale placitum, jubente Imperatore, pergeret.
Charta an. 858. ex Tabulario Monaſterii Deiparæ Sueſ-
ſionenſ. apud Rainaldum in Sueſſione: *Anno Dominica
Incarnat. 858. Indict. 6. regni verò Caroli Imperatoris
32. congregata Compendio palatio non minima conadu-
natione Epiſcoporum, ſumma autoritatis virorum, multo-
rum quoque illuſtrium procerum ſeu quampluriмorum
nobilium, utpote generale placitum ibidem agentium*, &c.
Placitum generale apud Gundulfivillam, in Capitul.
Caroli C. tit. 38. *Placitum generale apud Cariſiacum*,
tit. 39. Idem placitum Cariſiacenſe c. 8. *Per Capitula
avi & patris noſtri, quæ Franci pro lege tenenda judi-
caverunt, & fideles noſtri in generali placito noſtro con-
ſervanda decreverunt.* Ex quibus dignoſcere licet quid
in his placitis generalibus ſanciretur ac definiretur. Vide
Capitulare VI. an. 803. c. 2. 5. Simeonem Dunelmen-
ſem, & Radulfum de Diceto an. 1014. Suenonem in
Hiſt. Danica cap. 1. &c.

Placitum Regale, in Miraculis S. Urſmari cap. 1. &
apud Reginonem an. 956. Vide præterea quæ de hiſce
regalibus Conventibus obſervavimus in Diſſertat. 4. ad
Joinvillam.

Placita generalia interdum etiam appellant dominorum
feudalium judicia, quod ad ea vaſſali omnes convenire
tenerentur: quæ quidem aliis *Curia generales* dicuntur:
Plaits generaux, in Conſuetud. Valentian. art. 35.
36. Hugo Flaviniacenſis in Chron. p. 132. *Exceptis alo-
diis quæ homines tenent ad placitum generale reſpicientes*,
id eſt quorum tenentes placitis dominicis intereſſe
debent: ſeu qui *ſervitio placiti* obnoxii ſunt. Eſt au-
tem

Servitium placiti, noſtris, *Service de plaits*, quod vaſ-
ſallus domino ſuo feudato debet, cum *placita* ſua ſeu
aſſiſias tenet. Hinc formula in hominiis, in Regeſto
Toloſano Cameræ Computor. Pariſ. paſſim: *Pro præ-
dictis feudis vobis fidelis exiſtam, & fidele ſervitium
faciam, videlicet guerram & placitum, ad ſubmonitio-
nem veſtram, vel cujuſlibet certi nuntii veſtri.* Vaſſalli
quippe omnes ad ea placita convenire tenebantur, ni-
ſi eximerentur indulto ad id ſpeciali privilegio; ac pro-
ceres quidem utriuſque ordinis, Eccleſiaſtici ſcilicet &
ſecularis, ut ſi aliquæ de iis querelæ fierent, coram ju-
dice regio reſponderent. Lex Longob. lib. 2. tit.
45. §. 2. *Ut omnes Epiſcopi, Abbates, & Comites, ex-
cepta infirmitate vel noſtra juſſione, nullam habeant ex-
cuſationem, quoniam ad placita Miſſorum noſtrorum ve-
niant, aut tales Vicarios ſuos mittant, ut in omnibus cau-
ſis pro illis rationem reddere poſſint.* Cæteri verò liberi
homines eadem de cauſa intererant, atque adeo etiam ut
munia ſibi demandata ſeu ad judicia, ſeu alia quælibet pe-
ragenda exequerentur: eoque nomine à Miſſis, vel à Comi-
te, *per bannum ad placitum venire* compellebantur, ut eſt
in Concilio Triburienſi cap. 9. ſeu *ad Curiam*, ut eſt apud
Walſingh. p. 268. Verùm ne cæteris incolis oneri eſſent,
jubebantur ad *placitum*, perinde etiam ac *in hoſtem*,
*ſive ad curtem, de domo ſua ſic warniti movere, ut
cum pace venire, ſtare, & ad domum ſuam redire poſ-
ſent*, ut habent Capitula Caroli C. tit 27.

At cum ejuſmodi placitorum onus grave videretur,
pauperibus præſertim, cautum eſt Capitulis Caroli Im-
peratoris, *ut nemo ad mallum vel ad placitum cogere-
tur venire, niſi ſcabini, & qui cauſam ſuam, & cui
quæratur*, ut eſt apud Hincmarum Opuſcul 15. §. 14.
in Capit. 1. an. 809. cap. 13. Capit. 2. ejuſdem anni
c. 5. libro 3. Capit. cap. 40. Quod quidem Capitulare
Caroli M. intelligit Concilium Ticinenſe an. 855. c.
14. *Quoſdam miniſtros Comitum propter frequentia pla-
cita pauperiorem populum nimis affligere comperimus;
unde Majeſtatem veſtram obſecramus, ut Capitulare
avi veſtri de hac re obſervari faciatis.* Aut fortè Ca-
pitulare anni 769. c. 12. *Ut ad mallum venire tardet,
primum circa æſtatem, ſecundo circa autumnum. Ad alia
verò placita, ſi neceſſitas fuerit, vel denuntiatio Regis
urgeat, vocatus venire nemo tardet.*

Neque tamen remiſſum omnino id oneris liberis
hominibus: ſed ad tria in anno placita veniendi neceſ-
ſitas manſit. Capitul. 5. an. 819. c. 14. & lib. 4. Capi-
tul. c. 57. *Ut videlicet in anno tria ſolummodo genera-
lia placita obſervent, & nullus eos amplius placita ob-
ſervare compellat, niſi forte quilibet aut accuſatus fue-
rit, aut alium accuſaverit*, &c. Lex Longob. lib. 2.
tit. 21. §. 30. de liberis perſonis: *Neque cogantur ad pla-
cita venire, præter ter in anno.* Quod poſtmodum indi-
ctum legitur apud cæteros vaſſallos dominicos, qui *ſer-
vitio placitorum* obnoxii erant. Charta an. 960. apud
Hemereum in Auguſta Viromand. *Quod eandem ter-
ram ter in anno ad generale placitum domini præfatæ vil-
læ convenirent.* Alia an. 986. ibidem: *Et homines in
eo diſtrictu manentes tribus vicibus in anno ad Abbatis pla-
cita veniant.* Alia in Tabulario S. Vitoni Virdunenſis:
*Niſi ſolummodo ob noſtri memoriam retineant Advoca-
tiam, eo tenore ut aliquid exinde accipiant, neque in
tribus placitis, ut fit in aliis Advocatiis*, &c. Alia ibid.
*Placita generalia in jam dicta villa Haſſud ter in anno
ſervant*, &c. Vide *Advocatus*.

Cur autem vaſſalli omnes dominicis judiciis & pla-
citis adeſſe tenerentur, pluribus docent Aſſiſiæ Hiero-
ſolymitanæ MSS. cap. 222. ubi exactis quæ ad *ſervi-
tium corporis*, quod vaſſallus domino debet, ſpectant,
hæc ſubduntur: *Et celui qui doit ſervice de cors & de
Chevaliers, ou de Sergens, ou doit faire par tout le
Royaume ſervice, ò lui, ou ſans luy, ſe il en eſt ſemons,
ſi come il doit: Et quant il eſt à Court, d'aller à Con-

ſeill de celuy, ou de celle à qui le Seigneur le doura, ſe il n'eſt au conſeill de ſon averſaire, ou ſe la quarele ne n'eſt contre luy meſmes, que nul ne doit plaidoier par comandement de Seignorie d'autre, & doivent faire eſgart, ou connoiſſance, & recort de Court, ſe le Seignor lor commande à faire: & doivent aler veir murtre ou homecide, ſe le Seignor lor commande d'aler veir come Court: & doivent par le comandement dou Seignor veir lèr cos dequoi l'on ſe clame de lui que l'on veaut moſtrer à Court. Et doivent aller par tout le Royaume ſemondre come Court, quant le Seignor leur comandera. Et li doivent ſervice d'aler faire deviſe de terre & d'aigues, entre gens qui ont contens, quant leur Seignor leur comande. Et doivent faire enqueſtes, quant l'on requiert au Seignor que il face enquerre, & il lor comande à faire. Et doivent veir moſtres de terres, ou d'autres choſes, quel qu'elles ſoient, que le Seignor leur comande à veir come Court. Et doivent ſervice de faire toutes les autres choſes que les homes de court doivent faire come court, quant le Seignor le comande. His adjungenda ſunt quæ habent Conſuetudines aliquot municipales de *ſervitio placiti*: maximè Ambianenſis art. 186. 187. 188. Peronenſis art. 65. 78. 79. ſancti Quintini, &c. Vide præterea Chartam an 1349. apud Salvaingum de Juribus dominicis cap. 12. & Ughellum to. 1. p. 960.

Multiplices ejuſmodi placitorum vexationes ſic perſtringit *le Roman de Rou & des Dus de Normendie* MS.

Toute jour ſont ces beſtes priſes,
Pour ayes & pour ſerviſes,
Tant y a plaintes & querelles,
Et couſtumes viez & nouvelles,
Ne peuvent une hore avoir pez.
Toute jour ſont, dient, as plez,
Plaiz de fores, plait de monoies,
Plait de porpriſe, plait de voies,
Plait de gaainz, plait de graveries,
Plait de mellées, plait d'ayes,
Plait de blet, plait de moutes,
Plait de defumes, plait de toutes,
Tant y a prevos & bedieaux
Et tant baillis viez & nouveaux,
Ne paent avoir paix une hore, &c.

Interdum, ut dixi, ab hac conditione immunitas concedebatur. Charta Communiæ Meldenſis an. 1179. *Omnes homines meos, quicumque in præſcripta communia fuerint, quietos & immunes à tallia & placito, quod dicitur Generale, in perpetuum eſſe concedo.* Niſi hoc loco *placitum* ſumatur pro ea penſitatione quæ præſtabatur à quibuſvis vaſſallis pro immunitate à *ſervitio placiti*. Charta Communiæ Bruerarium an. 1186. *Tria placita per annum ſolvent, & per ſingula placita* 4. *denarios bonæ monetæ reddent.* Quod denique *ſervitium placiti* vocant noſtri, *ſectam & ſequelam Curiæ* appellant Angli. Vide in voce *Secta*.

Placita tenere. Synodus Cariſiaca c. 2. *Epiſcopi quique in ſuis Parochiis, & Miſſi in illorum Miſſaticis, Comiteſque in eorum Comitatibus, pariter placita teneant.* Occurrit præterea in Capitulis Caroli C. tit. 21. poſt c. 5. in Epiſt. Epiſcopor. regni ad Ludovicum c. 12. apud Lanfrancum Epiſt. 39. &c. Hinc formula etiam hodie recepta, *Tenir les plaits.*

Placita cuſtodire. Capitul. 3. an. 789. c. 1. *Comites — in venationem non vadant illo die quando placitum debent cuſtodire, nec ad paſtum.* Vide infra.

Placita verò tenebantur in locis apertis, publicis, ſub dio. Simeon Dunelmenſis an. 1070. *Verum cum illis Epiſcopus ſub divo placitare voluit.* Jus feudale Saxonum cap. 32. §. 19. *In curia ſerata, vel ſub tecto non licet domino feudali judicio præſidere.* Et cap. 39. §. 1. *Nullam curiam oportet illum* (Regem) *in literis aſſignare, quia ubi Rex judicat in aperto, ibi eſt curia ſua.*

In campo. Notitia judicati an. 983. in Tabulario Caſaurienſi: *In territorio Marſicano, in ipſo campo de Cedici, ubi erat ipſa caſa Domni Ottonis ædificata, ubi reſidebat in placito Giſalbertus venerabilis Epiſcopus, & cum eo reſidebat Arnulſus Comes & Miſſus ſacri Palatii, & cum eo Geboardus & Anfredus Miſſi ſacri Palatii, & cum eis reſidebant Raynaldus Comes,* &c.

Sub arboribus. Charta Bertoldi Leucorum Epiſcopi an. 1003. apud Perardum: *Acta ſunt hæc quando fuit placitum de Abbatia Poloniacenſi inter Domnum Bertoldum & Domnum Brunonem Epiſcopos, in Dodonis corte, juxta quercus,* &c. Tabularium S. Dionyſii de Capella diœceſis Bituric. ch. 162. *In Vriacenſi curia, ſub quadam ulmo, quæ eſt ſita ante domum Radulphi de Porta.* In Charta an. 1205. in Hiſt. Monmorenciaca p. 75. mentio fit *aſſemblationis*, i. placiti, *facta ad ulmum de ſpinogilo*, ubi ſopita quædam diſcordia à judicibus vel arbitris. Charta Willelmi Ducis Aquitan. an. 1137. *Hoc donum feci apud Mauſiacum in curia Ottonis ſub umbraculo*, &c. *Le Roman de Pariſe la Ducheſſe* MS.

A l'iſſuë del moutier trouva Raimon ſon ſire,
Où il tenoit ſes plais ſous l'ombre d'un olive.

In plateis. Tabularium Caſaurienſe an. 975. *Notitia judicati, qualiter pro futuris temporibus memoria recordandum, ii. in territorio Teatenſe, in ipſo plano de Piſcaria, juſta via ſalaria, in platea, ubi reſidebant Domnus Otto & Ottone filio ejus inſimul Comitibus,* &c. Tabularium Vindocinenſe an. 1061. ch. 189. *Facta eſt hæc emptio apud Lavarzinum in platea, ubi placita fieri ſolent.*

Ante portas caſtrorum. Tabularium Vindocinenſe Thuani ch. 52. *Perrexit illuc Prior noſter, ſtatque placitum in caſtro Rainaldi ante portam ipſius caſtri, quæ eſt à meridie, ubi interrogatus ille quare ſaiſiſſet plaxitium noſtrum, reſpondit,* &c.

Ante Eccleſias. Notitia judicati in Tabulario Caſaurienſi: *In ipſo Caſtaldato de Colle majore, in ipſa villa quæ nominatur Banio, ante Eccleſiam illam quæ S. Joannes vocatur, ubi reſidebant in placito Sifredus Vicecomes, & Treſidius Caſtaldius, & Guarnerius judex, per ſingulorum hominum cauſas audiendum, vel juſtitiam faciendum, vel deliberandam intentionem, & reſidebant cum eis de bonis hominibus, hoc erant Adelbertus,* &c. Alia Notitia in eodem Tabul. — *In locum qui nominatur Pecanie, juxta ipſam Eccleſiam S. Leopardi, ubi reſidebant in Placito Atto Comes, & Tranſmundus — judices.* Alia apud Franciſcum Mariam in Comitiſſa Mathildi lib. 3. pag. 28. *In atrio ante Baſilicam S. Joannis B. reſideret in judicio*, &c. Adde Matth. Weſtmonaſt. an. 1051. & Gervaſium Dorobernenſem pag. 1292. Vetantur autem fieri in ipſis Eccleſiis, vel in earum atriis ſeu cœmeteriis, in Capit. 1. an. 819. c. 14. in Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 18. l. 5. c. 91. in Capit. Caroli C. tit. 39. c. 12. in Concilio Arelat. VI. c. 22. Mogunt. c. 40. Turonenſi III. can. 39. Sueſſion. II. c. 7. in Canonibus Iſaaci Epiſcopi Lingon. lib. 3. in Decretal. Gregor. tit. 49. c. 5. &c.

Interdum tamen in ædibus ac locis opertis tenebantur placita, propter aëris incommoda, maximè Placita majora. Capitula Caroli C. tit. 39. c. 12. *Domus verò, ſicut in Capitulis avi & patris noſtri continetur, à Comite in loco ubi mallum tenere debet, conſtruatur, quatenus propter calorem ſolis & pluviam publica utilitas non remaneat. Minora verò placita Comes ſive intra ſuam poteſtatem, vel ubi impetrare potuerit, excepto in Eccleſia & porticibus, atque atrio Eccleſiæ & manſione Presbyteri, habeat.* Synodus Romana an. 904. c. 11. *Ut in domibus Eccleſiarum, neque Miſſus neque Comes, vel judex quaſi pro conſuetudine nec placitum, neque hoſpitium vendicent: ſed in publicis vicis domos conſtituant, in quibus placitum teneant, & ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur.* Adde Capitul. 1. an. 809. c. 25. Capitul. 2. ejuſdem an. c. 13. Capitul. 1. an. 819. c. 14. lib. 3. Capit. c. 57. lib. 4. c. 28. &c.

Placita jejuni judices tenere jubentur in Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 62. lib. 3. c. 38. in Legibus Longob. lib. 2. tit. 52. §. 4. 11. in Capitulo ad Legem Salicam cap. 1. §. 15. in Capitulo 1. Caroli M. incerti an. c. 38. in Speculo Saxon. lib. 3. art. 69. §. 1. &c. Theodulfus lib. 1. Carm. v. 400.

Crapula vitetur ſemper, plus tempore eodem
Queis pia juſtitiæ lora regenda manent.
Nam qui ſe nimiis epulis ſomnoque ſepelit,
Corporis atque animæ vim ſibi demit hebes.
Cum venit ad cauſas nudatus acumine ſenſus,
Marcidus & ſegnis, & ſine mente ſedet, &c.

Odo Cluniac. lib. 1. de vita S. Geraldi cap. 11. *Jejunus ibat ad placitum, ne merſa ſobrietate, rationis judicio caruiſſet.*

Placita diebus dominicis teneri prohibentur in Capit. Caroli M. l. 2. c. 7. in Capit. Compendienſi an. 868.

Placitum cuſtodire dicebatur, qui in jus vocatus à judice, placito intererat *per triduum, ſecundum Leges.* Charta Clodovei III. Regis an. 2. apud Mabillonium: *Sed venientes ad eorum placitum ipſi agentes jam dicto Abbatis Noviento, in ipſo Palatio noſtro, per triduos, per plures dies, ut lex habuit, placitum cuſtodiſſent.* Alia ejuſdem Regis an. 3. *Poſtea memoratus Chrotcharius per triduum aut etiam amplius placitum ſuum, ut lex habuit, cuſtodiſſit, & ipſo Amalberchto abiectiſſit, vel ſubſadiſſit*, &c. Eadem formula habetur apud Marculfum lib. 1. form. 37. in Formulis vett. cap. 38. & in Formulis ſecundum Legem Romanam c. 33. Capitula Caroli C. tit. 21. *Ut per omne regnum noſtrum Epiſcopi & Miſſi noſtri ac Comites in ſingulis parrochiis ac Comitatibus placita teneant, & illa placita omnis homo qui placitum cuſtodire debet, & in illis Comitatibus commanet, ſine exceptione & excuſatione cuſtodiat.* Adde Ughellum to. 4. p. 632. 794. Contra, *placitum ſuum neglexiſſe*, vel non *adimpleviſſe*, dicebatur, qui nulla nulla excuſatione ad condictam diem juri ſtare neglexerat, in iiſdem form. 37. & 33. Vide ſupra.

Placitum capitale. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 31. *In ſummis & capitalibus placitis unus Hundredus vel Comitatus judicetur à duobus, non unus duos judicet.* Charta Henrici II. Regis Angliæ in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 387. *Et ſtatuto die veniant in Curia S. Mariæ, & ibi habeant rectum de capitali placito ſuo, & S. Maria habeat quicquid pertinet ad Curiam ſuam.*

Placita coronæ, dicta, in quibus de delictis judicatur, quorum cognitio ad ſolum Regem ſpectat, ſeu ejus Juſtitiarios, quos *Juſtitiarios Coronæ*, & *Coronatores* vocant Angli. Quæ quidem crimina quatuor eſſe dicuntur, *murdrum, incendium, rapina ſive roberia*, & *raptus mulierum*, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 11. & in Statutis Alexandri Regis cap. 14. §. 2. Horum, inquam, juriſdictio, eſcheta, & pœna pertinet ad ſolum Regem, non verò ad Barones, nec ad Curias burgorum, nec ad ullas Curias inferiores, neque etiam ad Curias Eccleſiaſticorum: & ſi accidant infra Vicecomitatum aliquem, debent teneri etiam à juſtitiario ad caput 40. dierum. Vide Leges Burg. Scot. c. 6. §. 3. Quoniam Attachiam. c. 76. Statuta Alexandri Reg. Scot. c. 14. §. 2. Statuta Willelmi cap. 2. §. 4. Stanfordius lib. 1. de Placitis Coronæ c. 1. *Plees del Corone, ſont les plees queux contiegnent l'offenſe faits encounter la Corone & dignitié le Roy.* Vide Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 2. Rogerum Hoveden. p. 783. 786. Monaſticum Anglic. tom. 2. p. 660. &c.

Placitum fractum dicitur, cujus dies condictus præteriit, in Legibus Henrici I. c. 59.

Placitum Generale. Vide ſupra ex Hugone Flaviniacenſi.

Placitum lethiferum, ubi de rebus criminalibus cognoſcebatur, quod *placitum criminale* dicitur in Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 1. Matthæus Paris an. 1075. *Epiſcopum crudeliter peremerunt, & centum homines cum eo, juxta flumen Tyne, ubi placita lethifera ab Epiſcopo tenebantur.*

Placitum Epiſcopi. Conventus ab Epiſcopo de rebus Eccleſiaſticis indictus. Concilium Triburienſe an. 895. c. 9. *Cùm autem Epiſcopus Eccleſiam à Domino Deo ſibi commiſſam regens, Epiſcopatum circumeundo perrexerit, & placitum canonicè conſtitutum decreverit, populumque ſibi creditum illo invitaverit, atque Comes eadem die ſciens placitum ab Epiſcopo condictum, vel neſciens, placitum cum populo condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum Comitis omnes poſtponant & Comes ipſe. Denique populus poſt Epiſcopum feſtive pergant, ſcientes ſe non illic contentioſa contentione decertare, ſed pro fide Catholica invigilare; non cumulum pecuniarum, ſed lucrum congregare animarum.* Concilium Rom. an. 904. c. 12. *Habeant igitur Epiſcopi ſingularum urbium in ſua diœceſi liberam poteſtatem adulteria & ſcelera inquirere, ulciſci & judicare, ſecundum quod Canones cenſuerunt, abſque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit ad comprimendos rebelles, & contemptores, publicum placitum convocent, non ad præjudicandum, ſed potius ad ea quæ Deo placita ſunt, & ſaluti animarum conveniunt, proſequendum.*

Placitum nominatum, quod indicitur à judice reo vel accuſato, de crimine, aut quavis alia re reſponſuro, cujus dies determinatus eſt, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 29. 46. 50.

Placitum innominatum, non indictum, aut cujus dies definitus non eſt, in iiſdem Legibus c. 46.

Pulchrum placitum, Anglis, *Beaupleades.* Statutum Marlebrigenſe ſub Henrico III. *Proviſum eſt etiam, quod nec in itinere juſtitiariorum, nec in Comitatu, in Hundredis, nec in Curia Baronum de cætero capientur fines ab aliquibus pro pulchrè placitando, neque pro eo quod non occaſionentur.* Adde Statutum 1. Weſtmonaſt. cap. 8.

Placitum ſpatæ ſeu, *enſis.* Merum imperium, juſtitia major, *haute juſtice*, quæ jus gladii habet. Charta Philippi Comitis Boloniæ an. 1225. *Et in prædictis iſtis locis — habebimus magnam juſtitiam, quæ vocatur Placitum enſis.* Charta Philippi Regis an. 1296. *Concedimus eidem* (Epiſcopo Ebroicenſi) *& ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis Ebroicenſibus in terra ſua & Eccleſiæ Ebroicenſis — totam altam juſtitiam, quæ vocatur in Normannia placitum ſpathæ.* Alia Joannis Regis Angl. an. 1205. pro Epiſcopo Lexovienſi, in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 132. *Nos tantummodo tria placita, quæ de ſpata vocantur, in illa civitate & banleuca habere, videlicet de ſubmonitione exercitus noſtri, & de via Curiæ noſtræ, & de moneta*, &c. Areſta an. 1258. in 1 Regeſto Parlamenti Pariſ. fol. 12. *Placitum enſis; placitum mortis, mutilationis membrorum, mulieris difforciata, & nova diſſaiſina.* Ibidem fol. 18. ſub an. 1259. *Placitum enſis, ſeu alta juſtitia.* Charta Communiæ Rotomagenſis an. 1207. *Recordationem quoque tenebunt de iis, quæ facta fuerint inter eos, ſalvo nobis placito enſis.* Occurrit ibi ſemel ac iterum. Vide Hiſtoriam Caſtilionenſem in probat. p. 70. Chartas Normannicas poſt Ordericum Vitalem p. 1060. &c.

Placitum Vicedominarium, in Chronico Hugonis Flaviniacenſis p. 132. quod ab Eccleſiæ Vicedomino tenetur.

Placitum exercitale, Conventus, ſeu Statutum Principum ſuper re *exercitali, hoſtili.* Capitul. 1. an. 802. c. 40. *Si de mundeburde ſanctarum Eccleſiarum, vel etiam viduarum, & orphanorum, ſeu minimùm potentium, atque rapina, necnon de exercitali placito inſtituto, & ſuper ipſis cauſis*, &c. Capit. 2. ejuſdem anni c. 20. *De banno Domni Imperatoris Karoli, quod per ſemetipſum conſuetus eſt bannire, id eſt de mundeburdo Eccleſiarum, —atque de rapto, & de exercitali placito, ut hi qui ita irruperint, bannum dominicum omnimodis componant.* Adde Capit. 7. an. 803. c. 1.

Placitum, lis intentata. Pactum inter Venetos & Principes Regni Hieroſol. an. 1123. apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25. *Si verò aliquod placitum, vel alicujus negocii litigationem Veneticus erga Veneticum habuerit, in*

Curia Venticorum diffiniatur.

Placitus, pro *placitum*. Lex Ripuar. tit. 30. §. 2. *Et ſic denuo placitus ei concedatur.* Tabularium Laſcurrenſe apud Marcam lib. 4. Hiſt. Beneharn. c. 8. *Et miſit miſſaticum Gaſſiarnaldum Vicecomitem Aquis, qui teneiſſet placitos ante ſe, ſicut Comes debebat facere.*

Placitum, quod debetur domino pro redemptione, ſeu *rachato* feudi, in morte vel mutatione vaſſalli. Charta an. 1406. ex Tabulario S. Cypriani Pictavenſis: *Sine ullo placito, ſive deverio.* Alia an. 1370. *In feodum cum 12. denariis monetæ currentis de accaptamento ſeu placito.* Vetus Conſuetudo Pictavenſis cap. 70. *Le Seigneur auquel eſt deu hommage plain, eſt fondé par la Couſtume d'avoir pour chaque mutation plet & cheval de ſervice, par borderies & maſure.* Hinc *placitum manus mortuæ*, (de quo in *Manus mortua*) pro *rachato* quod in morte vaſſalli exſolvitur. Quidam tamen exiſtimant diſcrimen eſſe inter *plait*, & *plait de Mortemain*: ita ut prius dicatur de *rachato* in mutatione vaſſalli, alterum in morte vaſſalli. Ita Theveneus & Raguellus: at Gallandus ait ſe obſervaſſe in veteribus tabulis idem unumque eſſe. In aliquot Chartis vernaculis *placitum* hac notione per *Plaiſir* redditur. Charta an. 1459. *Homage lige à 25. ſols de devoir ou plaiſir.* Alia an. 1460. *Sans aucun plaiſir ni achaptement.*

Eſt etiam *placitum*, exactio, vel præſtatio quævis. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 15. *Salvo placito meo, ſcilicet 7. ſolidos ſolvendo in Nativitate Domini de geria tantummodo.* Libertates villæ Peruſienſis an. 1260. apud Thomaſſerium p. 98. *De home qui crues à la Pacroſe, ne doit lever li ſires ne los ne plaet.*

Placitum, Conventio, pactum. Iſidorus lib. 4. Orig. c. 24. *Pactum dicitur inter partes ex pace conveniens ſcriptura, legibus, ac moribus comprobata: & dictum pactum, quaſi ex pace factum.* — *Placitum quoque ſimiliter ab eo quod placet. Alii dicunt pactum eſſe quod volens quis facit: placitum verò quod quiſquam nolens compellitur: veluti quando quiſquam paratus ſit in judicio ad reſpondendum, quod nemo dicere poteſt pactum, ſed placitum.* Gregorius Turonenſis lib. 6. c. 34. *Legati iterum ab Hiſpania venerunt, deferentes munera; & placitum accipientes cum Chilperico Rege, ut filiam ſuam, ſecundum convenientiam anteriorem, filio Regis Leuvichildi tradere deberet in matrimonium. Denique dato placito, & omnibus pertractatis, Legatus ille reverſus eſt.* Lib. 7. cap. 6. *Deprecor, ut placita quæ inter nos poſt patris mei obitum ſunt innexa, cuſtodiantur.* Fœdus Regum, apud Nithardum lib. 3. *Et ab Ludher nul plaid nunquam prindrai, qui meon vol ciſt meon fradre Karle in damno ſit.* Ubi *plaid*, pactum ſignificat, non verò *rixam*, ut Bodinus lib. 5. de Rep. cap. 6. Falcetus, & alii verterunt. Hæc enim ſonant: *Et cum Lothario nullum pactum inibo, quod quantum ſciam, meo fratri Karolo damno futurum ſit.* Ita placitum uſurpatur in Concilio Emeritenſi c. 4. Tolet. XI. c. 10. in Legibus Wiſigoth. lib. 2. tit. 5. §. 5. 7. 8. 9. lib. 3. tit. 4. §. 2. lib. 5. tit. 7. §. 9. lib. 10. tit. 1. §. 11. 12. in Capitulis Caroli C. tit. 7. & alibi non ſemel, apud Joannem VIII. PP. Epiſt. 36. Flodoardum an. 953. Erchembertum in Hiſt. Longob. cap. 52. Reginon. an. 743. Goffridum Vindoc. lib. 3. Epiſt. 35. &c.

Placitare, Pactum inire, paciſci, in Chartis Olai Roſchildenſis Epiſcopi an. 1318. & Magni Regis Daniæ an. 1343. apud Pontanum lib. 7. & 8. rerum Danic.

Plaitum, pro *placitum*. Vetus Placitum in Chronico S. Vincentii de Vulturno lib. 2. *Et dum nos per plures dies ibidem in plaito reſediſſemus.* Habetur ibi pluries p. 690.

Plaitare, Placitum, ſeu pactum inire. Joannes VIII. PP. Epiſt. 69. *Quia utrique Abbates — non in decem millium tantum Mancuſorum, ſed in duodecim millium plaitaſſe — aſtruunt.* Supra; *pactum facere* dixit. Adde Epiſt. 74. Vide Octavium Ferrarium in *Piatire*.

Placitare, Litigare, lite contendere. Capitula Caroli C. tit. 43. c. 10. *Si aliquis ex fidelibus noſtris — ſeculo renuntiare voluerit, & filium vel talem propinquum habuerit, qui reipublicæ prodeſſe valeat, ſuos honores, prout melius voluerit, ei valeat placitare.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 59. *Si dominus placitet contra ſuum hominem de proprio placito ſuo*, &c. Tabularium Vindocinenſe Thuani ch. 177. *Omniaque ſupradicta calumniavit, & in Comitis Vindocinenſis Curia, omni generoſitate procerum Vindocinenſium ibi circumaſtante, atque audiente, cum eis placitavit.* Goffridus Vindoc. lib. 2. Epiſt. 24. *Mihi veſtra bonitate mandaſtis, quod inter me & illam aut placitandi, aut concordiam faciendi reſpectum uſque ad feſtivitatem S. Beati accepiſtis.* Littleton ſect. 534. *Et ſaches, mon fils, que eſt un de plus honorables, laudables, & profitables choſes en noſtr ley, de aver le ſcience de bien pleder en action reals & perſonals, & pur ceo jeo toi counſaile eſpecialment, de mitter ton courage & cure de ceo apprender.*

Placitare, Convenire, paciſci. Ado Viennenſis an. 743. *Cepitque caſtrum quod dicitur Hocſeoburg, & Theotecnum Saxonem placitando ſibi conquiſivit.* Ericus Upſalienſis lib. 3. Hiſt. Sueciæ p. 66. *Taliter placitatum eſt fide media & conditum*, &c. Pag 85. *Placitatum extitit in hunc modum*, &c. Ita lib. 5. p. 108. & alibi.

Explacitare ſe, Ex placito ſe tollere, *Se tirer hors de procez.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 5. *Alius dies ponatur ei, & tunc explacitet ſe, vel emendet, niſi competens ſoinus intercedat.* Willelmus Malmeſb. lib. 2. de Geſtis Angl. c. 13. *Ut magnates illius caſtelli blandè in curia Regis de ſeditione convenirentur, ſi ſe poſſent explacitare, illæſi abirent.*

Subplacitare, Ad placitum, in jus vocare, citare; *admallare.* Regula S. Fructuoſi cap. 10. *Tertio qualiter quotidie vivere debeant, ibi diſponant, & tanquam à ſajonibus comprehenſi ad cellas revertantur ſubplacitati.*

Implacitare, In placitum; & in jus vocare. *In placitum ponere*, in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 828. Noſtris, *mettre en procez.* Leges Henrici I. Regis Angl. *Si de nominatis placitis implacitatus non erat.* Occurrit præterea c. 41. 43. 47. 61. Eadmerus lib. 2. Novor. p. 38. *His pro licentia dictis, ſtatim omnis commentatio implacitandi Anſelmum compreſſa, omiſſa eſt.* Ordericus Vital. lib. 11. p. 804. *Nec ſimul, ſed ſeparatim variiſque temporibus, & multimodis violata fides reatibus implacitavit.* Leges Guillelmi Nothi vernaculæ c. 39. *Dous ſunt perceners d'un eritage, e eſt l'un emplaide ſans l'altre, e per ſa folie ſi pert*, &c. Adde c. 38. &c. Maria Francica in Proverbiis Æſopicis MSS.

Or conte d'un chien menteur,
De male guiſe menteeur,
Qui une brebis emplaida:

Adde Monaſticum Anglic. tom. 3. pag. 74. Hemereum in Auguſta Viromand. p. 121. Chartam Communiæ S. Quintini an. 1195. initio, &c. præterea Leges Alfonſinas parte 3. tit. 7. *De los emplazamientos.*

Implacitata cauſa, non definita in placito, *cauſe qui n'a pas eſté plaidée.* Hincmarus Laudunenſis Epiſcopus. *Eorum cauſa uſque ad alium tractatum, certis cauſis intervenientibus non diffinita, ſed implacitata remanſit.*

Placitamentum, Conſenſus domini, ſeu præſtatio pro eodem conſenſu, ut eſt *laudimium*. Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 50. *In quibus aquis accipio de placitamento in unum quodque molendinum, quando ædificatur.* Occurrit præterea in veteri Charta apud Columbum in Epiſcopis Valentin.

Placitatorium, locus ubi fit placitum. Jo. de Janua.

Placitatio, ipſa actio placitandi. Leges Kanuti Regis cap. 17. *Ipſa verò die Dominica publica mercimonia vel placitationum conventicula — prohibemus.* Item Garrulitas. Arnoldus Lubecenſis lib. 3. cap. 5. *Inter Miſſarum quoque ſolemnia non, ut quibuſdam moris eſt, ſuſurrationibus aut placitationibus intendebat*, &c. Vox noſtris,

maximè Belgis, ſat in uſu.
Placitator, Litigator, *Plaideur*. Gervaſius Dorobernen-
ſis an. 1196. *Cum ex talibus aliquem ob generis ſui fa-*
vorem in Epiſcopum vel Archidiaconum promovemus,
populo Dei non prædicatorem verbi Dei, ſed placitatorem,
ut dicam latratorem præeſſe conſpicimus. Simeon Dunel-
menſis, & Florentius Wigornienſis an. 1100. de quo-
dam Radulfo: *Cujus aſtutia & calliditas tam vehemens*
extitit, & parvo tempore adeo excrevit, ut Placita-
torem ac totius regni exactorem illum conſtituerit. Quod
quidem munus idem videtur quod fiſci Procuratoris,
ſeu uti vocamus, *Procuratoris Generalis*.

Jam verò de vocis, *Placitum*, etymo, variæ ſunt ſen-
tentiæ. Edwardus Cokus ad Littletonem ſect. 10. à *pla-*
cendo deducit, *quia*, inquit, *bene placitare ſuper omnia pla-*
cet. Guillimanus lib. 1. de Reb. Helvet. c. 9. & alii à
Germanico *platz*, campus, quod in *campo* tenerentur
placita. Caſanova verò *placita* ejuſmodi conventus ap-
pellari putat, quod in iis Leges conderentur, (quod
ſanè de Lege Salica teſtatur ejus prologus, quæ in tri-
bus mallis à IV. Viris condita dicitur) eæque promul-
garentur hac formula, quæ habetur in eodem prologo,
Placuit atque convenit inter Francos, &c.

Placium, Locus planus, Gallis, *Place*. Fleta lib. 1. c.
18. §. 5. *In terra, vel in aqua, boſco, placeo vel ma-*
riſco.

Placor, *ἀγίασμα*, in Gloſſ. Gr. Lat. *tranquillitas*. In
Gloſſ. Iſid. Eccleſiaſtic. c. 4. *Complectuntur lætitia*
placorem. Adde c. 39.

Placta, Navigii fluvialis genus. Sanutus lib. 2. parte
4. cap. 7. *Præcipue plactarum navigia, quæ per Padi*
flumen ſunt ad ferenda mercimonia deputata, &c.

Plactra. Vide *Plaſtra*.

Plada, piſcis ſpecies, *plays*. Teloneum S. Audomari,
in Tabulario S. Bertini: *De carreta piſcium 2. den. de*
centum pladis 2. den. de 100. ſalmonibus ſaldis 4. den.

Plaga *legalis*, *Playe leyau*, vel *plaga leyau*, in Conſue-
tud. S. Severi tit. 18. art. 1. & 2. & Foris Bearn. tit.
de homicidis, art. 4. 13. ea dicitur quæ habet in longi-
tudine & inciſione unciam pollicis, quæ eſt quinta pars
du pan de canne. Dicitur autem legalis, quia ob talem
plagam debetur domino feudi *lex*, ſeu mulcta 7. libra-
rum, & 8. ſolid. Turon.

Plaga currit, in Lege Salica tit. 19. §. 6. Gall. *La plaie*
court, vel *coule*, ſanguis ex plaga decurrit.

Plaga, *Plagia*. Vide *Plagia*.

Plaga, *liber*, in Gloſſis antiquis MSS.

Plagare, Plagas inferre, vulnerare. Lex Salica tit. 19.
Si quis hominem in capite plagaverit, &c. Lex Ala-
man. tit. 65. §. 31. *Si quis in genuculo tranſpunctus fue-*
rit, aut plagatus, &c. Adde Legem Ripuar. tit. 4. Le-
ges Bajwar. tit. 1. cap. 8. 10. Edictum Rotharis Regis
Longob. tit. 44. tit. 104. §. 1. &c. Conſtantinus in vi-
ta S. Germani cap. 16. *Ipſis iratis plagatus fuiſſet.*
Hiſt. Miſcella: *Qui plagatus mortuus eſt.* Theophanes
πληγείς. Utitur vetus interpres Juvenal. Sat. 6. v. 652.
& Sat. 13. v. 113.

Plagiare, eadem notione. Leges Alvredi Regis Weſt-
Sax. c. 51. *Si quis in teſticulis plagietur*, &c. Mox: *Si*
quis homini manum extra plagiaverit, &c. Ita etiam in
Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 93.

Plagella, Furfur panis, in Gloſſ. Medico MS. Reg.
cod 1486.

Plagia, Ora, æſtuarium, vel etiam campus planus,
Italis *Piaggia*, vel *Spiaggia*. Servius in Virgil. *Sta-*
tio, eſt quam plagiam dicunt. Gregorius M. lib. 8.
Ep. 39. *Monachos Monaſterii Gazenſis, quod ſitum eſt*
in plagia. Chronicon Farfenſe: *De curte in Aciano,*
quæ fuit Scæ tolphi, & de curte in plagia loci qui dicitur
Brezzenanus. Iſidorus Pacenſis æra 680. de quibuſdam
oppidis: *Quæ ſupra Ægyptum in eremi adjacent plagiis.*
Vetus Charta apud Baron. an. 1019. n. 8. *De terris,*
campis, pratis, paſcuis, atque ſilvis, montibus, & colli-
bus, plagiis, & planitiis, &c. Tabularium Narbonen-
ſe an. 1250. *Fecit piſcari Bruginam in ſtagno in præju-*
dicium noſtrum, cum exeat in plagiam noſtram. Occur-
rit præterea in Charta Piſana apud Gueſnaium in Anna-
lib. Maſſilienſib. an. 1312. n. 4. apud Nicolaum Villa-
neum p. 6. &c.

Plaga, eadem notione. In Charta Ludovici Pii Imp. apud
v. cl. Jo. Mabillonium in Notis ad vitam S. Benedicti
Anian. p. 224. *Item in eodem pago illos ſegos, cum ipſa*
piſcatoria, & plagis maris, & fiſcum noſtrum adhæren-
tem illis, &c. Hieron. in Zachar. cap. 2. *Plaga orbis*
quas Græci appellant κλίματα.

Plagium, *Plagiare*, *Plagiarius*, dicitur de eo qui man-
cipium alienum, vel hominem liberum pro mancipio
diſtrahit ac vendit. Edictum Theoderici c. 81. *Si quis*
neſciens à plagiatore mancipia comparaverit, reatu pla-
gii non poteſt obligari. Lex Wiſigoth. lib. 7. tit. 3. §. 2.
Si quis ingenuum ſervum alienum vel ancillam alienam
plagiaverit, &c. Adde §. 3. 4. 5. 6. *Uſurpaverit*, in §. 2.
Lex Salica tit. 41. §. 2. *Si quis ſervum alienum plagia-*
verit, id eſt per circumventionem de ſervitio domini ſui
abſtraxerit, & trans mare, ſive in quamlibet regio-
nem ipſum duxerit, &c. In Lege Friſionum titulus 21. *de*
Plagio, inſcribitur, in quo agitur de eo qui homi-
nem nobilem aut liberum extra patriam vendiderit.

Plagiarius, in Gloſſis antiquis MSS. *Qui inducit* (leg.
ſeducit) *pueros, & ſollicitat ſervos alienos. Mancipio-*
rum alienorum diſtractor, abigeator, qui mancipium aut
pecus alienum ſeducendo diſtrahit. Alexander Nequam:
Qui pueros vendis, plagiarius eſt tibi nomen.

Plagitatum. Charta 64. ex Alamannicis Goldaſti:
Sub ea ratione ut eaſdem res ad me recipiam, annisque
ſingulis exinde vobis cenſum perſolvam, — ita tamen vo-
lo habere apud vos plagitatum, ſicut & in priori mea
traditione ſonat, ut nulli unquam in beneficium conce-
dantur.

Plaia. Charta Alphani Archiep. Salernitani an. 1071.
apud Ughellum: *Conſtruere fecerunt Eccleſiam — in*
plaia montis. Vide *Plagia*.

Plaintagium, Tributi ſpecies. Tabularium Epiſco-
patus Autiſiodor. *Clerici, Milites, Religioſi non de-*
bent Rocgium, Plaintagium, nec Minagium, niſi mo-
dient. Vide *Modiare*.

Plaitare, *Plaitum*, vide *Placitum*.

Plaitia. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in
Viromand. *In die Cœna Domini debet Hoſpitalaris 10.*
ſext. frumenti & 4. plaitias unicuique domino, & 13.
plaitias minutis officiis.

Planarati, Gallis, genus vomeris, quod duabus
rotulis nititur ad arandum terram. Vide Plin. lib. 18.
cap. 18. & Cluverium lib. 1. German. antiq. p. 57.

Planca, Tabula plana. Feſtus: *Planca, tabula plana*,
&c. Charta Libertatum urbis Teneræmundæ cap. 20.
apud Lindanum: *Quicunque per vim feminam violave-*
rit, & ſuper hoc veritate coram ſcabinis convincatur, ei
collum cum aſſere, qui vulgo nominatur Plancke, debet
abſcidi. Utuntur Plinius l. 8. c. 45. Acta S. Marcelli
PP. 16. Januar. Anaſtaſius in eodem S. Marcello p. 11.
Petrus Damian. in vita S. Romualdi, Anonymus de Mi-
racul. S. Urſmari n. 25. Jus feudale Saxonum cap. 39.
§. 11. &c. Obſervat Joannes Lucius ad vitam S. Joan-
nis Traguerienſis, *Plancas* appellari ſuperficies planas,
indeque id nominis hyllidi, ſeu promontorio Diome-
dis, vel potius rupi, juxta Tragurium dari ab Autore
illius vitæ.

Plancatum, Tabulatum, *Plancher*, aſſerum compages. Vi-
ta MS. S. Ambroſii Epiſcopi Cadurcenſis: *Diſcipulus*
autem vehementer compoſuit plancatum ſuper eum ut ni-
hil appareret. Sugerius lib. de Rebus in adminiſtr. ſua
geſt. cap. 16. *Domus — miſerabiliter corruit, ut etiam*
— plancatum ſolarii, & tonnas inferioris promptuarii
& vaſa vinaria omnino confregerit.

Plancatum, Domus ipſa plancis inſtructa & conſtructa.
Tabularium Abb. Belliloci in Lemovic. n. 24. *In*
primis Eccleſia noſtra indominicata quæ eſt fundata in

honorem S. Dionyſii, cum ipſa curte, quæ vocatur Lenſiacus, cum omnibus ad ſe pertinentibus, cum ipſa curte, & cum plancato, cum manſionile, ubi Donnadeus viſus fuit manere, cum ipſa vinea, vel cum terris ad ipſum plancatum pertinentibus, &c.

PLANCTUS, Querela, ex Gallico *plainte*. Occurrit in Epiſtola Gerardi Epiſcopi Camerac. ad Archidiaconos Leodienſes.

Plancta, eadem notione in Statutis Ordin. Hoſpitalar. S. Joann. Hieroſ. tit. 8. §. 2. tit. 10. §. 40. tit. 19. §. 28.

PLANCO, ex Gall. *Plançon*. Inqueſta de foreſta in Regeſto Philippi Aug. fol. 126. *Quando faciebas ſcindere branchias aut plancones in ſuo boſco*, &c.

PLANELLA, apud Petrum de Creſcentiis lib. 5. extremo.

PLANETA, Veſtis ſacerdotalis, quæ vulgò *Caſula* dicitur. Papias ex Iſidoro lib. 19. c. 24. *Planeta Græcè, & Latine dicitur Caſula, quæ totum tegit: veſtis, dicta quod oris errantibus evagatur.* Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Planeta*, Cæppe. i. cappa, ſeu pallium. Luithprandus lib. 6. cap. ult. *Cui caſulam, quam planetam vocant, cum ſtola pariter abſtulit.* Rabanus lib. 1. de Inſtit. Cleric. cap. 21. *Caſulam, Græci Planetam vocant.* Ivo Carnot. ſerm. 3. de Rebus Eccleſiaſt. *His omnibus indumentis ſuperponitur caſula, quæ alio nomine Planeta vocatur.* Adde Innocentium III. PP. lib. 1. Myſter. Miſſæ cap. 10. 42. 58. Hugonem à S. Victore lib. 1. de Sacram. cap. 50. Brunonem Signienſem de Veſtim. Epiſcop. p. 96. & Baronium an. 58. c. 59. *Planetam B. Petri* Antiochia delatam, in Eccleſia S. Genovefæ Pariſienſis olim aſſervatam, ſcribunt Hildebertus Cenomanenſis, & Hugo Monachus Cluniacenſis in Vita S. Hugonis Abbat. Cluniac. p. 425. 442. ut & Sugerius in Epiſtolis. Teſtamentum S. Everardi: *Planetas duas; unam variatam, alteram de cendalo.* Infra: *Planetam diploidam unam, de cendalo unam*, &c. Anſelmus Leodienſis c. 29. *Poſt hæc autem induunt eum, prout erat ſolitus indui divino altari aſſiſtens, ſubucula ſcilicet linea, atque planeta.* Herbertus de Miracul. cap. 9. *Diacones Dalmatica fulgida decorabant, ipſoſque Presbyteros planeta oloſerica inſigniter adornabant.*

Planetas etiam aliis quam Sacerdotibus adſcribit Joannes Diaconus lib. 4. Vitæ S. Gregorii M. cap. 83. Gordiano nempe, & Silviæ ejuſdem Pontificis parentibus: *Cujus Gordiani habitus caſtanei coloris planeta eſt, ſub planeta dalmatica, in pedibus caligas habens*, &c. Adde cap. ſeq. Inter ſolitas ac ſeculares veſtes reponit pariter S. Iſidorus in regula cap. 13. *Porro linteo non licet Monachum indui: orarium, birros, planetas, non eſt fas uti; neque illa indumenta vel calceamenta, quæ generaliter cætera Monaſteria abutuntur*, i. non utuntur. Huc denique ſpectant quæ habet Caſſianus de Hab. Monach. lib. 1. c. 7. *Et ita planeticarum atque birrorum pretia ſimul & ambitionem declinant.* Nam *planeticam* diminutivè à *Planeta* dictam hoc loco cenſent doctiores.

Planetatus, Planeta indutus. Guillelmus Bibliothecarius in Hadriano II. p. 218. *Omnibuſque Clericorum planetatis ordinibus*, &c.

Planetile. Epiſtola Baſilii Macedonis Imp. ad Hadrianum II. PP. apud Baron. an. 871. *Tranſmiſimus autem vobis — walchumat unum, planetilia caſtanea duo.*

Planeta cum tintinnabulis. Charta Benedicti VIII. PP. an. 1023. in Bullario Caſinenſi to. 1. p. 7. *Obtulit planetam purpuream optimam aureis liſtis 12. ſigna habentibus in circuitu.*

PLANETARII, Mathematici, Divini. S. Auguſtinus lib. 4. Confeſſ. *Illos planetarios, quos Mathematicos vocant, plane conſulere non deſiſtebam.* Utitur etiam Joannes Sariſberienſis lib. 2. Policrat. c. 19. 26. &c.

PLANITIA, pro *planities*. Utuntur Innocentius de Caſis litterarum, Otfridus in Prologo ad Evangel. Chronicon Farfenſe pag. 662. &c.

Planitia, pro baſi, apud Hygenum de Limitibus conſtituendis: *Deinde lineas baſi, hoc eſt planitia ejiciamus in cathetum ex præciſuris hypotenuſarum & circumferentiæ.*

PLANITIOLUM, Planities, planum. Charta Lotharii Regis Franc. an. 958. to. 8. Spicilegii Acheriani: *Cum domibus, — exitibus, regreſſibus, & planitiolis, ſive terradis*, &c.

PLANTA. Acta Murenſis Monaſterii pag. 39. *Ad quod iter debet Præpoſitus unicuique bubulcorum dare duas plantas ad calceos faciendos.*

PLANTAGINES, Loci, agri vitibus conſiti. Arno Archiepiſcopus Saliſburgenſis: *In loco qui dicitur — in quo nunc ſunt plantagines vinearum inſtitutæ.*

PLANTARE, *Plantarium*, id quod ponitur ſub planta pedis in ſotulari, Gallicè, *talon*, inquit Metulinus ad illud Ebrardi Betun. cap. 11.

Plurali numero plantaria denotat illa
Quæ tanquam ſoleas ſub planta conſpicis eſſe.
Si ſingulare ſit nomen, ſignificabit
Ramum quem plantas, velliſque, deinde replantas.

Adde Servium, & Iſidorum lib. 17. cap. 6. De poſtrema notione, vide ſupra in *Planta*.

Plantaria dentium. Miracula S. Cunegundis edita à Gretzero: *Alteri verò tam mira macies corpuſculum conſumpſerat, ut greſſu & loquendi uſu à nativitate uſque ad ætatem, quæ plantaria dentium dicitur, omnino careret.*

Plantarium, idem quod *Plantata*, de qua voce mox. Tabularium Conchenſe in Ruthenis ch. 169. *Unum arpendium de plantario*, &c. *Planterium*, in Charta alia apud Gariellum in Epiſcopis Magalonenſibus p. 72.

PLANTATA, *Plantada*, locus vitibus vel arboribus conſitus. *Planteis*, in Conſuetud. Britannica art. 605. Gloſſæ antiquæ MSS. *Plantatorio, pomario ſive orto.* Vetus Charta apud Paradinum in Hiſt. Lugdun. lib. 2. cap. 103. de quadam vinea: *Sita eſt namque ipſa plantata, in pago, vel agro Lugdunenſi*, &c. Alia ibid. *A mane via publica, à medio die & circio plantata Belloni, de terra S. Stephani, à ſero eſt Caſtellum Buci.* Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 44. *Ut teneat manſum de Ampulliaco, & plantadam meam quæ eſt juxta S. Michaëlem.* Occurrit iterum in eod. Tabul. Vetus Charta apud Dominicum de Prærog. allod. p. 217. *Sex denarios de vinea quæ infantes Bonaldi plantaverunt pro ſuo cavallo: — & illum Capmanſum quæ habuit de Frannone, ſit Ranulpho — cum ipſas plantadas.* Adde Tabular. Brivatenſe ch. 167. & Teſtamentum Ademari Vicecomitis Scalarum editum cum Reginone de Eccleſ. diſciplin. p. 630. 632.

Plantatitium, eadem notione in Charta Caroli III. Imp. an. 887. ex Tabulario Eccleſiæ Gerundenſis.

PLANTELLA. Vetus Notitia an. 829. apud Perardum in Chartis Burgundicis: *Præter illa area in caſtello, & illa vinea foris muro, illa plantella ad Tremoledo*, &c. Vide *Plantada*.

PLANUM, Ager cultus, cui opponitur nemus, ſilva, boſcus. *Planus campus*, in Capit. Caroli M. lib. 3. c. 54. Ordericus Vital. lib. 5. p. 590. *Reditus autem qui de boſco & plano exierint*, &c. Infra p. 594. *Tam plani, quam nemoris.* Feoda Campaniæ fol. 69. in Camera Comput. Pariſ. *Omnia autem feoda, quæ in prædicta villa tenentur, ſive in plano, ſive in boſco, ſive in furnis*, &c. Charta an. 1255. apud Golutum lib. 4. Rerum Sequanicarum cap. 30. *Il a nommé ceux de qui il eſt adviſé, qui ſont gens d'honneur, qui tiennent de lui maiſonsfortes, & terres plaines. Le Roman de Garin:*

Paſſerent les terres, les pleins, & les deſtroits.

De Plano. Inquirere, ſine ſtrepitu ac figura judicii, ac indagine, in Epiſtolis Clementis V. PP. & Joannis XXII. PP. apud Waddingum an. 1308. 1317. 1320. 1328. Vide Juriſconſultos.

PLANURA Planum, planities, Gall. *Planure*. Vitalis Agrimenſor: *Et ipſum trifinium duabus lineis deſcendis per planitia, & aliam à duodecima parte in ſubrectio-*

tibus locis uſque in aquam vivam, &c.

PLANX, *Lanx, lancula*, πλάστιγξ, in Gloſſ. Gr. Lat.

PLASMA. Arnaldus Franciſcanus in vita B. Angelæ de Fulginio n. 256. *Scire loqui de Deo, intelligere Scripturam, facere magnas plaſmas, habere cor quaſi occupatum in rebus ſpiritualibus.*

PLASMARE, Formare, ex Gr. πλασμάζειν. Gloſſæ antiquæ MSS. *Finxit, plaſmavit, compoſuit, formavit.* Arator lib. 2. Hiſt. Evangel.

——— Ne fabrica pulchra creantis
Quæ plaſmata ſolo cæleſtis imaginis inſtar
Traxit, & auctoris ſpeciem pro pignore geſtat.

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. Rege Franc.

Hic Pytho plaſmavit hominem tellure recenti
Japeto natus mixta cum fluminis undis.

Ubi perperam editum *pſalmavit*. Occurrit non ſemel in ſacris Libris.

Plaſmator, Conditor. Julius Africanus lib. 7. Hiſt. Apoſt. *Deus plaſmator corporum, afflator animarum*, &c.

PLASSAGIUM, Jus *ſtalli*, ſeu loci, in foro tempore nundinarum, ex Gallico *Place*, vel *Plaſſe*. *Droit de Plaſſage*, in Conſuetud. locali Caſtelli novi in Biturigib. tit. 2. art. 6. Pactum inter Comitem Marchiæ & Canonicos Doratenſes an. 1321. *Unaquaque die mercatores feriarum ſeu nundinarum habebunt jus locarii, ſeu Plaſſagii, & Eſtalagii in villa Doratenſi ſuper mercaturas ligneas & terreas.*

PLASSARE, Effingere, à Gr. πλάσσειν. Apitius lib. 2. de Re culin. c. 1. *Et exinde hyſitia plaſſantur, quod eſt, effinguntur.* Infra: *Inde hyſitia plaſſantur, id eſt formantur.*

PLASSETA. Fleta lib. 2. c. 79. §. 3. *Bidentes in locis aquoſis, mariſcis, plaſſetis, vel profunditatibus & paſturis inſanis depaſci non permittant.* *Plaſſatum*, perperam, ni fallor, ſcribitur apud Hemereum in Aug. Virom. in Regeſto pag. 41. Vide *Pleiſſetium*.

PLASTEGIUM, *Plaſticum*, ex Gr. πλαστικὸν, ſeu πλαστική, *Plaſtice*, fictrix ars ex argilla vel creta rerum ſimilitudines exprimens. Breviarium Vivarienſe ex veteribus actis: *Nibilominus & Baptiſterium in iſta Eccleſia, cum tabulatis & columnis marmoreis, atque cum corona ex plaſtego deſuper in altum deducta, miro fundavit opere.*

PLASTICATOR, πλάστης, fictor. Jul. Firmicus l. 8. c. 16. *Bractatores, inauratores, plaſticatores, margaritarii*, &c.

PLASTRUM, modus agri ſic dictus: *Plaſtre*, apud Sanjulianum in Trenorchio p. 533. Charta P. Epiſcopi Matiſconenſis an. 1208. apud eundem Sanjulianum in Matiſcone p. 239. *Dominus V. plaſtrum proprium habebit, in quo firmitatem & defenſionem faciat & munimen ad arcendos raptores & malefactores ipſius obedientiæ*, &c. Charta Abbatis S. Steph. Divion. an. 1220. apud Perard. *Si autem vacuum* (manſum) *non invenerit, & aliud plaſtrum in villa vacuum inventum fuerit, ubi domus poſſet ædificari, Prior ei — dabit.* Ibidem: *Prior ei plaſtrum cum horto eidem contiguo dare tenetur, ſi in villa vacuum inventum fuerit, ſalvo tamen jure ſuo, & bubulterio ſuo excepto, & ſalvis reditibus ſuis* &c. Occurrit in Chronico Beſuenſi p. 660. 666. 667. & in Charta homagiorum virorum nobilium Breſſiæ an. 1272. apud Guichenonum in probat. Hiſt. Breſſenſis p. 14. 18. 21. præterea p. 89. Charta an. 1310. in 2. Regeſto Philippi Pulchri Regis Franc. ex Tabulario Regio, n. 156. *C'eſt à ſçavoir une maiſon, une emplaſtres, & les appartenances joignans & ſeans entre* &c.

PLATA, Lamina, metallum quodvis in laminas diductum, unde quidquid planum eſt, etiamnum *plat* dicimus. Henricus de Knyghton an. 1340. *Et quod quilibet Angligena egrediens fines Angliæ — poſſit ſecum reportare platam argenti vel auri ad valorem duarum marcarum pro quolibet ſacco lanæ, & ſic pro reliquis præſtactis in ſuo primo reditu. Et eamdem platam ferre deberet ad eſcambium Regis, & ibi recipere ſuos denarios.* Idem an. 1364. *Congregaverunt electum aurum regni, & fecerunt in platas, & miſerunt in baſſellos ferratos ad abducendum in Franciam.* Ita paſſim

Plata, pro Argento, aut auro infecto, in laminis adhuc exiſtente, nec dum in vaſa, aut monetam conflato, ſumitur. *Lateres aureos & argenteos* vocat Varro lib. 3. de Vita Populi Romani apud Nonium: πλίνθους χρυσοῦ Herodotus, ubi de Crœſo. Fleta lib. 1. cap. 20. §. 126. *de Vicecomitibus, Conſtabulariis, vel aliis qui retonſores ceperint, vel attachiaverint cum retonſura cruda, vel cum platis ſaiſitos*, &c. §. 127. *De his qui emerint per ſeipſos vel per alios tonſuram, vel platas, ſcientes ipſas eſſe retonſura.* §. 130. *De iis qui emerint platas tonſura non affinatas, licet non de retonſoribus.* Hinc univerſim

Plata, Argenteum metallum, maxime apud Hiſpanos, quibus etiam hodie hæc vox idem ſonat. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 46. *Ruſtici qui tenent manſum — ſunt credendi uſque ad 7. ſolidos plata.* Cap. 72. *Leges judicant homicidium eſſe compoſitum in 300. ſolidis aureis qui valent 2400. ſol. plata fina.* Charta Petri Regis Aragon. in Curia Generali Catalaniæ an. 1351. *Solidus aureus valet 16. ſol. Barcinonenſis monetæ: Argenteus verò ſolidus, vel plata, quod idem eſt, valet duos ſolidos monetæ prædictæ.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 301. *Centum marcas de plata, & eo amplius, & marcas auri ad tabulam faciendam dedicavit.*

Sed maximè ita noſtri appellabant armaturas ex laminis ferreis confectas, cujuſmodi habuiſſe Sarmatas ſcribit Tacitus. *Squammoſas veſtes ferri* vocat Albertus Aquenſis lib. 3. cap. 65. Virgilius:

Nec duplici ſquamma lorica fidelis & auro.

Idem lib. 11.

——— Quem pellis ahenis
In plumam ſquammis auro conſerta tegebat.

Præſertim verò chirothecas ferreas ex ejuſmodi laminis confectas ita videntur appellaſſe Poëtæ noſtrates. Guill. *Guiart* an. 1296.

Les mains couvertes de balaines,
Et de gans de plates clouées
En pluſieurs parties trouvées,

Idem an. 1304.

Gans de plates & de balaine,
Lances roides, juiſarmes ſaines.

Alibi:

Qui les mains garnies de plates,
Les épaules d'armes freſées.
Et les targes ſur eus getées.

Chron. Bertrandi Gueſclini:

Ils ont dedans leurs chefs leurs bacinetz fermez,
Les eſcus à leur cols dont il iot aſſez,
Bonnes plates d'acier, & de glaives aſſez.

Inventarium armorum Ludovici Regis Franc. an 1316. *Item unes plates neuves couverte de ſamit vermeil. Item deux paires de plates autres couvertes de ſamit vermeil.* Infra: *Un eſtuian de plates garni de ſamit.*

Plata, alia, ni fallor, notione apud Hariulfum lib. 2. cap. 10. *Caſulas de pallio 30. de purpura 10. de ſtorace 6. de piſce 1. de platta 15. de cendato 5.* Lib. 3. cap. 3. *Caſula caſtanea 40. ſerica nigra 5. Perſa ſerica 3. ex plata 1. ex pallio 20.* &c.

Platum. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Platum*, ȝeolce hnyȝele. i. ſericum putamen. Somnerus *Placium* reſtituit.

PLATEA. Gregorius Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 31. de baptiſmi Chlodovei ſolennibus: *Velis depictis adumbrantur plateæ Eccleſiæ, curtinis albentibus adornantur, baptiſterium componitur*, &c. Ubi plateas Eccleſiæ porticus interiores interpretor.

PLATEATICUM, Tributum quod in *plateis*, ſeu pro tranſitu platearum, id eſt viarum publicarum, præſtatur: vox deinde pro quibuſvis tributis uſurpata. Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 59. (al. 56.) *Ut in tota civitate Neapoli nullum plateaticum, ſive portaticum noſtri Monachi aliquando darent.* Lib. 3. c. 60. (al. 61.) *Et ut nullum plateaticum vel portaticum Monachi noſtri aliquando darent in omni jure & ditione poteſtatis ſuæ.* Charta

Caroli

Caroli II. Regis Siciliæ an. 1303. *De — jure plateatici ſeu paſſagii.*

Platea, & *jus plateæ* dicitur etiam in veteribus Tabulis. Charta Friderici I. Imp. an. 1185. to. 2. Ughelli p. 762. *Ut tales juſtitia quæ vel de placito, vel de bando, vel de mercato, ſive de platea, vel pontibus — proveniunt*, &c. Adde p. 764. Charta an. 1134. apud Rocchum Pirrum in Epiſc. Catan. *Conceſſi etiam præfatæ Eccleſiæ totam terram meam, venditiones, emptiones, libere abſque omni jure plateæ, libera paſcua, glandes*, &c. Charta an. 1215. apud Ughellum to. 7. Ital. ſacræ p. 1329. *Quod bona & ſpontanea voluntate noſtra jus noſtrum plateæ die Sabbati, quod habemus in mercato civitatis Pennenſis, ad nos ſpecialiter ſpectans — in perpetuum remittimus*, &c.

Plateaticum, quodvis tributum. Epiſtola Innocentii III. PP. an. 1211. apud Ughellum tom. 1. part. 1. p. 783. *De rebus tamen ipſius Epiſcopi, ut dictum eſt, venditis, aut quoquam tranſmiſſis, plateaticum remittimus.* Charta Rogerii Regis Siciliæ an. 1137. to. 7. ejuſdem Ughelli p. 564. *Plateaticum etiam, Sandalium, & Lenticum, quæ veniunt de Calabria, Sicilia, & I[illegible], ſimiliter eis condonamus. Plateaticum quoque piſcium quos Salernitani capiunt, eis iterum dimittimus.* Charta Rogerii & Boëmundi Ducum Apuliæ apud Baronium an. 1090. n. 18. *Utrunque autem plateaticum emptionis & venditionis omnium rerum, quas pars Monaſterii cum quibuſcumque contraxerit, eis ubique pariter condonamus.* Charta Friderici II. Imp. an. 1209. apud Rocchum Pirrum to. 2. p. 637. *Concedentes — ut de fructibus ipſarum domorum liberè de cætero ſine datione aliqua, ſine plateatico, paſſagio, & portulatico mittere, introducere, & exhibere liceat, tam per mare, quàm per terram, tam per portas, quàm per portus, & paſſagia*, &c. Aliæ ejuſdem Imp. an. 1226. *Super redditibus, vulgariter plateaticis appellatis.* Occurrit vox *plateaticum* paſſim in vett. Tabulis apud eumdem Ughell. to. 1. p. 298. to. 7. p. 1133. 1362. to. 8. p. 79. 201. 321. 658. to. 9. p. 99. 273. Rocchum Pirrum to. 2. p. 632. Guichenonum in prob. Hiſt. Sabaud. p. 74. 93. in Conſtitut. Sicul. lib. 1. tit. 59. §. 2. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 175. &c.

Platearii, Plateatici exactores. Charta Rogerii Ducis Siciliæ an. 1088. *Præcipimus itaque & omnino confirmamus, Stratigotis, Præſopiis, Vicecomitibus, Gromarthiis,* (Turmarchis) *platearis, & omnibus aliis qui ſub noſtra poteſtate ſunt, ut nullus auſus ſit eos angariare, ſive platearios laicales redditus ab eis exigere*, &c. Conſtit. Siculæ lib. 1. tit. 76. *Rapinas quas gabelloti, foreſtarii, platearii, portionarii, ſeu paſſagerii — exercent.* Adde Ughellum to. 1. p. 995 & to. 9. p 651.

PLATELLUS, Diſci ſpecies, ex Gallico *Plateau*, *eſcuelle*. Will. Thorn. an 1302. *De diſcis & platellis.*

PLATEN. Lewoldus Northowius in Chronico Markano an. 1222. *Idem Dux tantam multitudinem militum ibi habuit, quod tot erant milites, quot tabulæ, ſive platen, quibus arx muniebatur.* Goldaſtus *platonias*, de quibus infra, ait eſſe quod Germani vocant *platten*, lapides cæſos in formam orbicularem aut quadratam.

PLATEOLA. Vetus liber Artis Notariæ in Bibl. Regia cod. 874. laudatus à v. cl. Steph. Baluzio ad Capitular. Regum Franc. to. 2. p. 1162. de ſtudio Notarum: *Sunt igitur aliqui qui dimittunt* (hoc ſtudium) *ad tertiam partem, aliqui tamen ad medietatem, & ſunt plures qui non dimittunt niſi ubi in fine dicitur Plateola.* Unde colligitur hanc vocem quæ habetur in Notis Tyronis p. 194. ultimam fuiſſe in codice hujus Notarii.

PLATESIA, Piſcis ſpecies, *Pleis*, fortè, quomodo dicuntur in oſtio Somonæ. Gloſſar. Anglo-Sax. Ælfrici, cap. de Piſcibus: *Plateſia*, [illegible]. Charta Caroli C. an. 23. Ind. 10. in Tabul. S. Dionyſii n. 31. & apud Doubletum p. 795. *Et in Pago Pontiu ſolutum cenſum de plateſiis, harenibus, ac anguillis Somnenſibus, ac de Flandris.* Vide *Plays.*

PLATONÆ, *Platonia*, *Platunie*, dicta marmora in tabulas diſſecta, ex Gr. [illegible], ut videtur. Cùm enim marmor majoris ſit pretii quàm lapides cæteri, non quadratum, ſed in tabulas diſſectum vulgo in opus mitti ſolet. Vetus Agrimenſor: *Termini ſunt majores qui juxta flumina poſiti ſunt, menſales vocantur, — & in modum platuniæ eos poſuimus.* Ubi malè editum *platunia*. Senator lib. 3. Epiſt. 9. *Ut nec aliquid publico nunc ornatui probatur accommodum ſupramemoratas platonias, vel columnas ad civitatem Ravennatem contrahat modis omnibus devehendas*, &c. Supra *lapides* dixit: *In municipio itaque veſtro ſine uſu jacere comperimus columnas & lapides vetuſtatis invidia demolitas. Lapidem* verò pro *marmore* non ſemel uſurpant Agrimenſores & alii. Anaſtaſius in S. Liberio PP. *Hic liberius ornavit de platoniis marmoreis petris ſepulchrum S. Agnetis Martyris.* In S. Damaſo: *Et ædificavit platoniam ubi corpora Apoſtolorum jacuerunt, id eſt B. Petri & Pauli, quam & verſibus ornavit.* Ado Viennenſis in Chronico de eodem Damaſo: *Fecit baſilicam juxta atrium S. Laurentio, & aliam in catacumbis, ubi jacuerunt corpora SS. Petri & Pauli; in quo loco platoniam ipſam ubi jacuerant ſancta corpora, verſibus adornavit.* Idem Anaſtaſius in Sixto III. *Fecit — cancellos argenteos & ſupra platonias porphyreticas penſantes*, &c. Infra: *Hic fecit platoniam in cœmeterio Calixti, via Appia, ubi nomina Epiſcoporum & Martyrum ſcripſit, cum memoriis.* In Leone Papa III. *Platonias poſuit, diverſiſque picturis miræ magnitudinis opus decoravit.* Hieronymus Rubeus in Hiſt. Ravennat. ex vita S. Maximiani Epiſcopi Ravennat. lib. 5. p. 238. *Fabris mandavit, ut tabulam è marmore, quam appellabant Græca voce platoniam, tollerent.* Simeon Dunelmenſis & Rogerus Hovedenus an. 794. *Eſt quoque in Eccleſia S. Petri Apoſtolorum Principis ſepultus, & ſuper ſepulchrum ejus platoma, id eſt marmor, parieti infixa, geſta honorum ejus aureis literis & verſibus ſcripta*, &c. Dunelmenſis habet *platoma*, pro *platonia*, ut & Ordericus Vitalis lib. 1. p. 357. ubi de Damaſo PP. Perperam etiam apud Adonem in Martyrologio, in eodem Damaſo editur *Placoma*, unde quidam legendum putarunt *placoton*, ut Baronius an. 384. n. 17. & ex eo Cæſar Bulengerus, qui *platonias* fuiſſe cenſet, loca marmorum cruſtis inducta, aut pavimenta teſſelatis emblematis & inſertis variata, quæ Græci [illegible] vocant. Sed *Platoma*, aliud eſt à [illegible], etſi [illegible] ex marmoribus confectum ſit: *platonia* enim quævis eſt marmorea tabula. Vide *Platen*, & Octav. Ferrarium in Orig. Ital. v. *Piaſtra.*

PLATTA, Tonſura Clericalis, quæ fit ab aure uſque ad aurem, apud Honorium Auguſtod. in Gemma animæ lib. 1. c. 196.

PLATURA. Lambertus Ardenſis p. 161. *Item de logio in oratorium ſive capellam, Salomoniaco tabernaculo in platura & pictura aſſimilatum*, &c.

PLATUS *Mantuanus*. Hiſtoria Obſidionis Jadrenſis lib. 1. cap. 37. *Cum novem galeis mirabiliter præparatis, quarum ſex erant tabulis tectæ, ac cum quadam turre lignea operata fabricatione in quodam carabolato fere cubitorum octo, quam Italici Burgum, ſeu Platum vocant Mantuanum, præfixa verſus catenam ad infringendam ipſam ſe direxit*, &c.

PLAUDARE, quaſi *applauſum dare*. Landulfus de S. Paulo in Chronico Mediolanenſi cap. 5. *Pars itaque cleri & populi ad nutum Arialdi Abbatis Monaſterii S. Dionyſii clamavit & laudavit Graſulanum ſibi in Archiepiſcopum: ipſe verò ſtatim ut vidit ſe à quadam magna multitudine vulgi & nobilium conclamatum, & ab Abbate illo plaudatum, Archiepiſcopalem ſedem aſcendit.* Et cap. 39. *Cauſa itaque iſta ſic plaudata & ſtatuta*, &c. Mox: *Ex parte totius cleri & populi legationem de plaudato* (plaudando) *& coronando Rege Conrado Pontifici Anſelmo contulerant.* Hinc fortè vocis origo, *plauder*, apud nos, quam vulgo uſurpamus de iis quos arguimus,

& verbis caſtigamus, à ſenſu contrario, & quaſi per ironiam.

PLAUSTRUM, Currus quatuor rotis conſtans. Theloneum S. Bertini: *Carreta foſſoriorum ſine ferro, 2. den. ſi ſuper plauſtrum, 4. den.* &c. *Pratum 12. plauſtrorum*, in Charta Canuti Regis Daniæ an. 1184. apud Stephanium in prolegomenis ad Hiſt. Saxonis Grammatici p. 17. Vide *Carrum*.

Plauſtrata, Onus plauſtri, Gallis *Chareiée*. Charta an. 1155. apud Harœum in Caſtellanis Inſulenſ. lib. 2. *Et duo plauſtrata nemoris quæ pater eorum Eccleſiæ conceſſerat.* Charta Jacobi Avelnarum & Guytiæ Domini an. 1177. in Tabulario Foiſniacenſi: *Conceſſi — prata uſque ad 20. plauſtratas feni.*

PLAYS, Piſcis latus, vulgo *Pleys*. Alanus in planctu naturæ: *Illic Plays ſui corporis dulcoratus ſaporibus in Quadrageſimali auſteritate carnis redimebat abſentiam.*

PLAXITIUM, Sepes ex virgulis implexis confecta, vel locus ejuſmodi ſepe clauſus. Tabularium Vindocinenſe Thuani ch. 52. *Saiſivit plaxitium quod olim nobis vendiderat.* Chart. 88. *Ex quibus ſcilicet arpennis unus eſt plaxitium, in quo domus habetur una, alter vero eſt ab exitu ubi grangica conſiſtit.* Idem Tabularium ch. 231. *Apud curcellas una* (maſura) *habetur cum plaxitio & cumbris quæ ſunt in flumine Ledi.* Tabularium Majus S. Sergii Andeg. ch. 15. *Dedit Eccleſiam cum toto plaxitio in circuitu Eccleſiæ ſito.* Vide *Pleſſeicium*, & *Plectare*.

PLAZIUM, Placitum, pactum. Charta Luſitanica æræ 1067. in Hiſt. Epiſcopor. Portenſium 1. parte p. 184. *Ego Garſia Moniz facio vobis Alfonſum & Joanne Presbiteros & à fratres qui ſunt in illo acistario plazum & omnis propinquis veſtris ingenu quæ bonos fuerit, & in vita ſancta perſeveraverit*, &c. Alia ibid. 2. parte p. 33. *Hunc plazum vel teſtamentum — manibus noſtris roboravimus.* Adde p. 51. Verſio Luſitanica habet *prazo*. Vide *Placitum*.

PLEBANIA. Vide *Adulturum*.

PLEBANUS, *Plebanatus*, *Plebes*. Vide *Plebs*.

PLEBBIATI, Plebeii, in Hiſt. Obſid. Jadrenſis an. 1345. lib. 2. c. 15. 17. 22. 23. &c.

PLEBEIUM, *Plebium*, pro facultas, *poſſe*, Gall. *Pouvoir*. Capitulare de Villis c. 24. *Quicquid ad diſcum noſtrum dare debent, unuſquiſque judex in ſuo habeat plebeio, qualiter bona & optima, atque bene ſtudioſè & nitidè omnia ſint*, &c. Alibi: *Et ferramenta quæ in hoſtem ducunt, in eorum habeant plebio, qualiter bona ſint, & iterum quando revertuntur, in camera mittantur.* Vide *Plebium*.

PLEBEIUS, Laïcus, nullum in Clero ordinem adeptus. Gloſſæ MSS. ad Concilium Laodicenum c. 58. *Plebeius, homo ſine dignitate.* Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani: *Plebeis, Catechumenis martyrium conſecutis.* Infra, de eod. Cypriano: *Multa ſunt quæ adhuc plebeius, multa quæ jam Presbyter fecit.* Capitul. Aquiſgran. an. 817. c. 42. *Ut nullus plebeius ſeu clericus ſecularis in Monaſterio ad habitandum recipiatur, niſi voluerit fieri Monachus.*

PLEBES, vel *Plebs*, Fideles qui Epiſcopo vel Sacerdoti proprio ſubſunt. Ugutio: *Plebes collectio hominum. Item Eccleſia baptiſmalis. Et propriè plebs, hominum: plebes, Eccleſiarum.* Ebrardus in Græciſmo:

Plebs hominum dicas, ſed Plebes Eccleſiarum.

Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei: *Quæ ſpes Chriſtianorum plebibus ante Deum?* Lex Bajwar. tit. 1. c. 13. §. 1. *Ut nulli Presbytero vel Diacono liceat habere ſecum in domum extraneam feminam, ne — plebs per ejus offenſionem corruat.* Capit. Caroli C. tit. 5. c. 4. *Et illuc Presbyteri plebes ſuas adducant*, &c.

Plebes, Diœceſis, parœcia, diſtrictus Epiſcopi vel Sacerdotis. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanaſio: *An negabis te exhonoraſſe Dominum, tollendo Sacerdotes è plebibus, quos ordinavit ille?* Idem lib. 2. *Tuliſti Epiſcopos è plebibus.* Concilia Afric. can. 20. *Statutum eſt ut plebes quæ in diœceſibus ab Epiſcopis retinentur, quæ Epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate ejus Epiſcopi, à quo tenentur, proprios accipiant Rectores, id eſt Epiſcopos.* Quo loco Codex Canon. Afric. c. 53. habet τὰ πλήθη. Cap. 72. λαοί. Collatio 1. Carthagin. c. 65. *Nam in plebe mea, id eſt civitate Conſtantinenſi, adverſarium habeo Fortunatum.* Concilium Milevit. c. 21. *Placuit ut quicumque Epiſcopi quaſcunque Eccleſias vel plebes, quas ad ſuam cathedram æſtimant pertinere, non repetierint ut cauſas ſuas*, &c. Concilium Carthag. VI. c. 2. *Fauſtinus Epiſcopus plebis Potentinæ, provinciæ Italiæ.* Vide Concilium Carthag. I. c. 5. 7. 12. Carthag. III. c. 20. Acta Synodi Carthag. an. 525. t. 6. Spicilegii Acheriani p. 5. 7. 9. 10. Canones S. Patricii c. 24. 33. Capit. Caroli M. l. 6. c. 236. Concilium Ticinenſe an. 855. &c.

Plebes, Eccleſia parochialis; Italis *Pieve*. *Eccleſia plebi congrua*, in Charta Angilrami Archiep. Viennenſis to. 12. Spicilegii Acheriani: *Eccleſiæ baptiſmales, quas Plebes appellant*, in Synodo Pontigonenſi an. 876. c. 11. *Plebes baptiſmales*, in Charta veteri apud Ughellum to. 3. pag. 41. *Eccleſia plebalis ſeu parochialis*, in Chronico Reicherſperg. an. 1084. 1095. 1131. 1132. Synodus Romana an. 826. c. 8. *Epiſcopi in ſubjectis baptiſmalibus plebibus, ut certè propriis, diligenter curam habere debent.* Cap. 16. *Nulli Epiſcoporum liceat res immobiles de ſubjectis plebibus, ſeu aliis locis piis in proprio uſu habere*, &c. Concilium Valentinum III. an. 855. c. 17. *Ut ipſa viſitatio plebium & parochianum Sacerdotum — juxta canonicam inſtitutionem fiat*, &c. Synodus Pontigonenſis an. 876. c. 11. *Eccleſias baptiſmales, quas Plebes appellant.* Joannes Gualbertus Vallis Umbroſan. Abbas in Epiſt. *Dum autem parochias per Eccleſias baptiſmales, quas Plebes vocant, Epiſcopus circuit*, &c. Synodus incerta an. 904. c. 12. *Ut ſingulæ plebes Archipresbyterum habeant — qui non ſolum imperiti vulgi ſollicitudinem gerant, verùm etiam eorum Presbyterorum qui per minores titulos habitant, vitam jugi circumſpectione cuſtodiant.* Adde Synodum Pontigonenſem c. 7. Bulla Joannis IV. PP. apud Ughellum in Epiſcopis Aeſernenſibus: *Ædificavit Eccleſiam vocabulo S. Mariam, eamque in plebem erectam dotavit ſuis propriis bonis.* Bulla Paſchalis II. PP. apud Herimannum de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſis c. 87. *Illis tantum Eccleſiis, quæ Plebes dicuntur, debers decimas indicat.* Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 16. *Sed & omnis Epiſcopus urbis plebes vendebat, quas ſub ſe quiſque regebat.* Idem lib. 2. cap. 1. *Plebes, capellas, precio clericis tribuebant.* Adde Bullam Innocentii PP. an. 1070. apud Franc. Mariam in Mathildi l. 3. Innocentium III. lib. 13. epiſt. 178. &c.

Plebicula, Eccleſiola. Charta Junkeni Archiepiſcopi Dolenſis, apud Auguſtinum du Pas: *Quandam plebiculam Gwerwidel nomine, cum ſilvis, aquis*, &c. Alia an. 1101. apud eundem pag. 624. *Nec non quandam plebiculam, quæ vocatur Alarac, quæ erat dedita villus dictæ Congregationis, ditioni Prioris qui præeſſet illi loco, in perpetuum contulit.*

Plebes, dicta etiam Eccleſia Cathedralis ſeu Epiſcopalis. Charta Caroli Calvi pro Eccleſia Pariſienſi in Paſtorali minore Eccl. Pariſ. & in 9. Regeſto Philippi Pulchri Reg. Franc. ch. 5. ex Tabul. Regio: *Ideoque dum pluribus habetur præcognitum, qualiter Eccleſia Pariſiaca, quæ eſt in honore S. Mariæ matris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & S. Stephani Protomartyris, & S. Dionyſii, & S. Germani, & S. Marcelli, vel S. Clodoardi Confeſſoris, vel cæterorum dominorum, quorum pignora in ipſa plebe vel in ipſa Eccleſia Pariſiaca adunatè requieſcunt*, &c. Occurrit ibi non ſemel.

Plebes, Decimæ Eccleſiaſticæ, quæ ad *plebanos* vel ad plebanas Eccleſias pertinent. Concilium anonymum an. 904. c. 10. *Ut plebes Eccleſiæ nullatenus aut Comitibus, aut Epiſcoporum vaſſallis, aut ullis Laicis*

in beneficia tribuantur. Petrus Damian. lib. 4. Epiſt. 12. *Sunt etiam qui plebes ſæcularibus tradunt.* Et mox: *Quid eſt enim decimas in uſum ſæcularium vertere, niſi mortiferum eis virus, quo pereant, exhibere? huc accedit quod & Plebeſanis juſta datur occaſio, ut matricibus ſuis Eccleſiis obedientiam ſubtrahant, ut non eis legitima decimarum tributa perſolvant.* Vide *Altare.*

Plebanus, Parœcus, Curio, Sacerdos qui *plebi* præeſt, Italis *Piovano.* Balbus in Catholico: *Plebanus dominus plebis. Presbyter qui plebem regit*, apud Gregorium lib. 3. cap. 3. Burchardus de Caſib. S. Galli c. 11. *Immo etiam plebanos & Clericos minoris ordinis cohibuit. Sacerdos plebanus*, in Chronico Reicherſperg. an. 1144. *Clerici plebani*, eidem Burchardo c. 13.

Viceplebanus, Curionis Vicarius. Vide Gretzerum in Epiſcopis Eyſtetenſibus p. 458.

Plebiſanus, apud Petrum Damian. lib. 4. Epiſt. 12. & apud Rainerum contra Valdenſes cap. 9

Plebeſana parochia, in vita Altmanni Epiſcopi Patavienſis ſub finem: *Hæc cum ſolenni proceſſione plebis plebezana parochiæ, quæ Tuln vocatur, ad memoriam B. viri ducta veniſſet.*

Plebanatus, *Dignitas vel diſtrictus plebani*, Ugutioni & Balbo. Thomas Archid. in Hiſt. Salonitana c. 19. *Plebanatum Eccleſiæ S. Anaſtaſiæ contulit nepoti ſuo.* Occurrit præterea apud Innocentium III. lib. 15. Epiſt. 198. 199.

PLEBESCERE, Ugutioni, ex Gloſſis Iſid. *à plebs, Plebeo, bes, plebem imitari, vel alloqui, unde Plebeſco, & Plebicito, plebem imitari, vel alloqui, vel commovere.* Alanus in Planctu naturæ: *Alii dum ſcurrilis generis vilitate plebeſcunt, verbo tenus ſe ſanguinis generoſitate exaltant.* Rurſum: *Veſtes verò nunc groſſioris materia vulgari artificio plebeſcere, nunc ſubtilioris materia artificioſiſſima contexione crederes ſuperbire.* Idem in Anticlaudiano in Præfat. *In hoc etiam nulla vilitate plebeſcat*, &c. Adde lib. 1. c. 4. 5. lib. 8. c. 1. Interdum eſt in modum plebis & numeroſè convenire. Hildebertus Epiſcop. Cenoman. Epiſt. 33. *Semen erat informe, nec adhuc ex hac humo materia emerſerat, cum tibi ſervorum familia plebeſcerent, deſignarentur honores, divitiæ foverentur.*

PLEBISCITUM, Conventus plebis. Jo. de Janua: *Plebiſcitare, plebem imitari, vel alloqui, vel vocare*, &c. Catholicum parvum: *Plebicitum, eſtatut ou ordre de peuple. Plebicito, enſuivre le peuple, ou émouvoir, ou aſſembler.* Andreas Silvius Marcianenſis in Chronico cap. 12. *Quo etiam tempore Boetius, vir literarum ſtudiis clariſſimus, Senatuſconſultum atque plebiſcitum prudentiſſimè adminiſtrans, ab eodem Theodorico Arriano gladio extinctus eſt.* Et cap. 22. *In commune placuit arma corripi: profugis & viduis ſubvenire: plebiſcitum acclamatur: ab utriſque partibus in Carbonarias conveniunt*, &c. Ubi *plebiſcitum* idem valet ac *placitum*, quomodo uſurpat Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 6. initio.

Plebiſcitum, Statutum. Gloſſa ordinaria ad Wickbild Magdeburgenſe in proœmio ſub finem: *Præterea Imperator ille glorioſus Otto, inter alia præclara opera, Magdeburgum erexit, juſque municipale, quod præmanibus habemus, ex Speculo Saxonum, ſeu jure provinciali excerptum, appoſitis etiam nonnullis juxta eorum arbitrium plebiſcitis, civitati ſtatuit*, &c. Eadem ad art. 1. *Ex jure provinciali, quod Speculum vocatur, extractum eſt certis quibuſdam plebiſcitis ſuperadditis.*

Plebiſciti, qui Plebiſcitis, ſeu conventibus publicis interesse ſolent. Vita S. Drauſii Sueſſionum Epiſcopi: *Convocat ergo ſeniores & plebiſcitos, quorum conſilio & aſtu ſolitus erat de majoribus aliquid agere, vel dijudicare omnimodis rebus.*

PLEBIUM. Decretio Chlotarii II. Regis c. 8. *De ſervis Eccleſiæ aut fiſci vel eu uſtibet quicunque inculpatur, ad ſortem veniat, aut ad plebium promoveatur, aut ipſe pretius à domino reformetur: nam probati periculo ſubjacebunt.* Vide *Plebium.*

PLEBS. Vide *Plebes.*

PLEBICTEA. Vetus Charta in Chronico Beneventani Monaſterii p. 588. *Ut habeat poteſtatem eam* (Eccleſiam) *dandam in plebictea parte eſſe voluerunt, aut ſubtrahendam.* Puto legendum *in plebem, ea*, &c. id eſt parochiam.

PLECIA. Gloſſ. Arabico-Lat. *Bombycina, id eſt Plecia*, fortè *Plecta.* Vide mox.

PLECTA, Ex Gr. πλεκτή. Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1197. *Parma, plecta, clipeum, ſcutum, defenſaculum.* Ugutio: *Plecta, nexio cum virgulis.* Jo. de Janua: *Plecta, quilibet nexus ex virgulis, vel papyro, vel carecto factus, unde coſinos faciebant: unde hæc plectula.* Joſephus lib. 8. *Erant crateres ex criſpantibus plectulis facti. Plecta etiam dicitur calix duas anſas habens, idem & caracter, ſecundum Ugutionem.* Regum 3. c. 7. 29. *Et inter coronulas & plectas, leones & boves & Cherubim.* Gr. edit. Καὶ ἐπὶ τὰ συγκλείσματα αὐτῶν ἀνὰ μέσον τῶν ἐξεχομένων, λέοντες καὶ βόες καὶ χερουβίμ. Ubi Gloſſa: *Tabulæ quibus baſes factæ ſunt, quadratæ fuerant, in quibus rotundæ erant formulæ, quæ coronulæ, ſive plectæ appellantur, circuli quidam erant.* Pelagius in Vitis Patrum libello 5. §. 5. *Faciebat quoque plectam de ipſis palmis, & cuſabat uſque ad horam ſextam.* Habes etiam in Vita S. Macarii Ægyptii cap. 11. in Vita S. Poſthumii cap. 2. & alibi non ſemel. Jacobus de Ceſſolis de Ludo Scaccorum, apud Spelmannum: *Loricam habuit in corpore, plectas in pectore ferreas, ocreas in tibiis* &c. Vide *Plata. Plectura.*

PLECTARE, Plectere, virgultis implexis locum claudere. Charta an. 1115. pro fundatione Abbatiæ Landeſii in diœceſi Bituric. *Dederunt etiam eis terram ad operandum & excolendum, nemus autem ad claudendum & plectandum, quantum ſibi neceſſarium foret.* Vide *Plexitium, Pleiſſicium.*

PLECTITUM, pro *Placitum*, ex Gallico *Plets.* Charta Ludovici Tranſmarini Regis Franc. ſic clauditur: *Actum in plectetis, quod fuit in villa quæ dicitur Triſlure, 6. Id. Junii; Ind. 8. anno autem 14. regnante Ludovico Rege*; in probat. Hiſt. Vergiacenſis p. 42.

PLECTRUM, Ferrum quod interius ex utraque parte campanam feriens ſonum reddit, Durando lib. 1. Ration. c. 4. n. 5. Vide *Batillus.*

PLEGIUS, *Fidejuſſor*, Gallis *Plege.* Jura & Conſuetudines Normanniæ c. 60. *Plegii dicuntur perſonæ quæ ſe obligant ad hoc quod qui eos mittit tenebatur. Plegiorum autem quidam ſunt ſimplices, & quidam debitum tenentes*, &c. Regiam Majeſtatem lib. 3. cap. 1. §. 6. *Cum autem creditur alicui, ſolet illud plerumque credi ſub plegii datione, quandoque ſub vadii poſitione, quandoque ſub fidei obligatione*, &c. Adde §. §. ſeqq. Will. Brito lib. 1. Philippid.

> *A Duce ſufficiens fit Regi cautio, miſſis*
> *Obſidibus, plegiis, juramentoque recepto.*

Occurrit apud Matth. Paris, & alios non ſemel.

Plegiare, Thierricus Valliſcolor in Urbano IV. PP.

> *Per plegios plures reddere damna cavent.*

Plegium, Vadimonium, *Plege.* Matth. Paris an. 1164. *Excommunicati non debent dare vadium ad remanentiam, nec præſtare juramentum, ſed tantum vadium & plegium ſtandi judicio Eccleſiæ, ubi abſolvuntur.*

Francum plegium, & in eo eſſe dicebatur qui in *decenna* erat, ſeu decem hominum collegio, qui ſibi invicem *plegii* erant, ac fidejuſſores erga Regem de damno ab eorum quolibet illato reſtaurando. Bracton lib. 3. Tract. de Corona c. 10. §. 1. *Omnis homo ſive liber, ſive ſervus, aut eſt, aut debet eſſe in Franco plegio, aut de alicujus manupaſtu, niſi ſit aliquis itinerans de loco in locum, qui non plus ſe teneat ad unum quam ad alium, vel quid habeat quod ſufficiat pro franco plegio, ſicut dignitatem, vel ordinem, vel liberum tenementum, vel in civitate rem immobilem. — & in Franco plegio eſſe debet omnis qui terram tenet & domum, qui dicuntur*

Huſfaſtene, & etiam alii qui illis deſerviunt, qui dicuntur *Folgheres*, &c. Vide quæ hac de re adnotavimus in voce *Friborga*.

Viſus Franci plegii, eſt ipſa inquiſitio aut examinatio, an omnes qui duodecimum annum attigerunt, & ultra, *liberum plegium* habeant, id eſt ſponſorem capitalem quod Regis pacem conſervabunt, ſeu an in *decenna* aliqua ſint. Bracton loco citato: *Secundum Leges Eduardi Regis, omnis qui eſt ætatis 12. annorum, facere debet ſacramentum in Viſu Franci plegii, quod nec latro vult eſſe, nec latroni conſentire*, &c. Hæ autem inquiſitiones bis quotannis fiebant à Vicecomite. Idem lib. 3. tract. 2. c. 35. *Pertinet ad Vicecomitem Viſus Franci plegii in turnis ſuis duobus, ſingulis annis, per hundreda & Wapentakia faciendis.* Videlicet *ſemel poſt Paſcha, & iterum ad terminum S. Michaelis*, ut eſt in Charta libertatum Angliæ apud Matth. Paris an. 1215. pag. 180. & in Fleta lib. 2. cap. 52. §. 2. Omnes autem ad eos Conventus de *viſu franci plegii* convenire tenebantur. Thomas Walſinghamus pag. 268. *Ut eſſent in libertate pares dominis, & quod non eſſent cogendi ad curias, niſi tantummodo ad viſum franci plegii bis in anno.* Niſi ſpeciali privilegio quis eximeretur, quod *quietum eſſe de franco plegio* appellabant, ut eſt in Monaſtico Anglic. to. 1 p. 310. Cujuſmodi autem eſſent inquiſitiones quæ fiebant in *viſu franci plegii* à Vicecomitibus, pluribus habet Fleta lib. 2. cap. 52. Atque id olim apud Anglos obtinuit: ſed hodie ſtatur juramento cujuſque qui annum duodecimum implevit.

Adventus ad viſum franci plegii, inter onera recenſentur in Charta Edw. III. Regis Angl. in Monaſt. Anglic. to. 2. p. 832.

Franciplegia, unica voce, in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 22.

Plegium liberale, idem quod *francum plegium*, id eſt plegium hominum liberorum. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 8. *Statutum eſt, ut à 12. ætatis ſuæ anno & in hundredo ſit, & decima, vel plegio liberali, quiſquis were vel wite, vel jure liberi dignus curat æſtimari.* Leges Willelmi Nothi: *Omnis homo qui voluerit ſe teneri pro libero, ſit in plegio, ut plegius eum habeat ad juſtitiam, ſi quid offenderit.*

Plegiare, Fidejubere. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 43. *Jure poteſt eum plegiare.* Adde Regiam Majeſtat. lib. 3. cap. 1. pluries: noſtris vulgo *Pleger*.

Plegiatio, ipſa fidejuſſio, in Regiam Majeſt. lib. 3. cap. 1. §. 8. 9. 14. 19. *Plegement*, in Conſuet. Britan. art. 27. 38. 131. 172.

Plegagium, *Plegiagium*, Fidejuſſio. Matth. Paris an. 1250. *Et ſic ſub electorum fidejuſſorum plegagio dimiſſus.* Alibi *Plegiagium* habet. Adde Glanvillam lib. 10. cap. 5. Quoniam attachiam. cap. 49. &c.

Applegiare, Plegium ſeu vadem dare: *Appleger & cautionner*, in Conſuetud. Altiſiod. art. 135. Juliodun. cap. 1. art. 25. cap. 11. art. 2. Turon. art. 370. Pictav. art. 264. 279. 295. Rupell. art. 58. 59 Andegav. art. 69. 146. 167. 171. Cenoman. &c. Concilium Roffiacenſe an. 1258. c. 5. de Clericis: *Ne agant vel reſpondeant, vel ſe applegient in foro ſeculari, de his quæ ad Eccleſiaſticum, non ad forum pertinent ſeculare*, &c. Concilium Turonenſe an. 1282. c. 10. *Item præcipimus Poteſtates, Ballivos, & quoſcumque alios juſtitiæ ſecularis miniſtros, qui amodo perſonas Eccleſiaſticas, pro eo quod ſuper poſſeſſionibus, redditibus, & rebus aliis quibuſcumque quas Eccleſiarum & Beneficiorum, ſeu adminiſtrationum ſuarum nomine & ratione poſſident, ſe applegiaverunt, vel contraplegiaverunt coram eis*, &c. Tabularium Grandimontenſe an. 1316. *Eidem procuratori noſtro plenam & liberam poteſtatem agendi, — libellum, ſeu libellos dandi & recipiendi, applegiandi & contraplegiandi, exigendi*, &c. *Applegiationem facere de homine, applegiamenta & contraplegiamenta*, in Regeſto Parlam. B. fol. 79. Vide Sanjulianum in Antiq. Cabilonenſib. p. 405. *Applegement & Contraplegement* in Conſuet. Juliod. c. 2. art. 13. c. 37 art. 5.

Implegiare. In *plegium* mittere. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 5. *Si accuſatus inducias competentes, & reſpondendi vel defendendi licentiam legitimam habuit, ne diſſaiſiatus, vel implegiatus, vel illegiatus, vel ſurreptione aliqua circumventus, aut fraude, judicetur.* Adde c. 53.

Replegiare, Cautione redimere aliquid captum, Cowello. Fleta lib. 2. c. 1. §. 16. *De iis qui vetant averia replegiari.* Matth. Paris an. 1240. *Aliquando ceperunt canes ipſorum, & homines ſuos male verberaverunt, & malè tractaverunt, unde pugna aliquando facta fuerunt in Comitatu, & canes replegiati, & pax facta inter eos de talibus conventionibus. Le Roman de Gaidon MS.*

Car envers vous le vendrai raplegier.

Vide Raſtallum verbo *Replevin*.

Replegiabilis, qui *plegio*, ſeu fidejuſſore dato, liber evadit, cauſam ſuam proſecuturus. *Repleviſable*, in 1. Statuto Weſtmonaſt. cap. 15. Idem Statutum cap. 2. *Quia Vicecomites & alii temporibus retroactis, latrones notorios & manifeſtos, & pro morte hominis & aliis feloniis captos & impriſonatos, & qui non ſunt replegiabiles, per plevinam dimiſerunt, contra formam Statuti apud Weſtmonaſterium editi, de his qui ſunt replegiabiles, & qui non, per quod ipſi malefactores irreplegiabiles*, &c. Vide Fletam lib. 1. c. 20. §. 11. lib. 2. c. 1. §. 16. c. 52. §. 29. 41. c. 65. §. 7. c. 70. §. 13. 14.

Irreplegiabilis, qui alicujus criminis accuſatus *plegium* de juri ſtando dare non poteſt, ſed ſtatim carceri mandatur. Fleta lib. 1. c. 20. §. 97. *De irreplegiabilium dimiſſionibus per plevinam, de plegiabilia injuſte detinentibus.* Cap. 25. §. 5. *Indictati autem, de facto irreplegiabiles remaneant.* Vide lib. 2. cap. 1. §. 11. 16. cap. 52. §. 29. 41. &c.

Pleius, pro *Plegius*, Fidejuſſor, ex Gallico, *Pleje*, unde *plejer l'amende*, emendam ponere in pignus, quod malè *ploier* dicunt: nam *ie*, conſonans eſt in hac voce. Fori Bigorritani art. 37. *Quilibet Miles plejum Comitis ſuper eum ponat.*

Plivus, eadem notione. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 22. *Placitum in quo ſit directum firmatum per plivos vel pignoras convenientes.*

Plivium, Vadimonium, *Pleige*. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 114. *Si ille qui plivium fecerit, fidem quam convenerit portare contempſerit, liceat illi cui mentitus fuerit, eum diſtringere*, &c. Occurrit ibi pluries. Vide to. 8. Spicilegii Acheriani p. 385. 370.

Plevire, Fidejubere. Charta an. 1244. in Regeſto Comitum Toloſæ fol. 72. *Et ibidem Dom. Bernardus de Mareſtanno conceſſit eidem Do. Comiti homagium, & plevitus per fidem ſui corporis, & juratus ſuper ſancta Dei Evangelia, mandavit & promiſit*, &c. Alia an. 1238. ibid. fol. 80. *Per fidem ſuorum corporum pleviverunt, & ſuper ſancta Dei Evangelia juraverunt*, &c. *Le Roman de Garin MS.*

Si ont lor feins & plevi & juré.

Pleviſſare. Charta Vulgrini Comitis Engoliſmenſis an. 1147. *Et ut hoc firmum & ratum ſit, pleviſſando fidem meam firmavi in manu Girardi Epiſcopi & Apoſtolicæ Sedis Legati, & obſides dedi*, &c. Infra: *Promiſi etiam pleviſſando fidem meam quod quando* (filius meus) *Miles erit, ipſe fide ſua ſimiliter firmet.*

Pleuvina, Gall. *Plevine*, in Conſuetud. Britan. cap. 11. & art. 192. Vetus Conſuetudo Norman. c. 60. *Plevine eſt autant comme promeſſe de loiauté: car celui qui pleige aucun, promet que cil fera loyaument ce dequoi il le pleige.* Charta Petri Ducis Britanniæ an. 1237. *Et ſimiliter plegii à pleuvina prædicta tunc erunt penitus abſoluti.* Perperam *pleumina* edidit Auguſtinus du Pas in Stemmate Acigniacenſi. Charta anni 1301. in Tabulario Sulliaci: *Cenſus autem meos & venditionem & olchiam meam mihi retineo ſicut ſolitus ſum. Quibuſlibet vero, quocumque die, ubicumque voluerit & potuerit, plegium ſuum vantare, ſi notum fuerit eſſe ip-*

ſum plegium, vel niſi plevvina negata fuerit.

Plevina. Vetus Placitum apud Perardum in Burgundicis p. 229. *Sententiam autem ab ipſo Comite & ipſius curia Guido Princeps judicialiter ſuſcepit, & per plevina ſacramentum confirmavit.* Infra: *Et fidem ſuam ſuper hoc per plevinam obligavit.*

PLEIDURA. Vetus Notitia in Tabulario Abb. S. Amantii Inculiſmenſis: *Dederunt S. Petro & S. Amantio omnes pleiduras quæ ſunt juxta murum.* Charta anni 1228. in Tabul. Comitatus Inculiſmenſis: *Quidquid juris habebamus pro Eccleſia S. Pauli in pleiduris quæ ſunt ex parte novi Caſtri D. Comitis, & in pleiduris ipſius Caſtri, & in barbacana ſubpoſita Caſtro*, &c. Alia Iterii de Magnaco: *Ego Iterius de Magnaco dono filios & filias Girandi & eorum pleduras, & omnium eorum progeniem*, &c. Alia an. 1314. in 50. Regeſto Philippi Pulchri Regis ex Tabulario Regio n. 4. *Sive ſint domus, pleydura, vel area, redditus, cenſus, vel accaptamenta*, &c.

Pleiſtura, in Charta Jordani Epiſcopi Lemovicenſis apud Beſlium in Comitibus Pictavenſib. p. 304. *Dat in alodum — turrem ſuperiorem & dumjono ubi ſedet, & domos, & illos pleiſturas quæ ad ſuam pertinebunt diviſionem, pratum ſuperius*, &c.

PLEJUS. Vide *Plegius*.

PLEMINA. *Pleminare*. Jo. de Janua: *Plemina, ſunt ulcera & ſulci in manibus & in pedibus calloſis, unde pleminare, repplere, ſecundum Ugutionem.* Papias: *Pleminare, Replere, plenariè & perfectè complere.*

PLENAGIUM. Monaſticum Anglic. p. 596. *Et paſturam porcorum ſuorum, ſive plenagiorum, & decimam panagii mei.*

PLENARIA, ſeu *plenaria ſecuritas*, ἀποχὴ πληρεστάτη, cujus formulam ſub Juſtiniano exaratam deſcripſit ex veteri Inſtrumento Bibliothecæ Regiæ Barnab. Briſſonius lib. 6. Formul. pag. 646. Julianus Anteceſſor Conſtit. 124. §. 3. *Exactores tributorum plenarias, vel ſecuritates, ſive apochas penſitantibus faciant*, &c. Ubi in Græco textu Nov. 128. Τοὺς δὲ τῶν δημοσίων συντελειῶν ἀπαιτητάς, ἀποχὰς ... S. Auguſtinus in Pſal. 61. *Nam quiſque pro modulo noſtro exſolvimus quod debemus, & pro poſſe virium noſtrarum, quaſi canonem paſſionum inferimus. Parata verò plenaria paſſionum omnium non erit, niſi cum finitum fuerit.*

PLENARIUM. Amalarius lib. 4. cap. 48. *In præcipuis dominicis, in quibus cantilena ac officia lectionis abſque recordatione tranſigi non poſſunt, ut puta per Adventum & Quadrageſimam, ſi excellentiſſimorum advenerint ſolemnitates Sanctorum, in procraſtinatione obſervantur: videlicet ut eodem datario quo accidit, ſi non poteſt perſolvi, craſtino reddatur plenarium ſolenne*, i. officium plenarium.

PLENARIUS. Vide *Miſſalis*.

PLENITUDO, Res integra. Optatus lib. 1. de Synodo Cirtenſi Donatiſtarum agens: *Harum plenitudinem rerum in noviſſima parte iſtorum libellorum ad implendam fidem adjunximus.* Concilium Pariſienſe an. 847. *Plenitudo autem Capitulorum, quæ in plenitudine Synodalium actionum habentur, unde hæ commemorationes excerptæ ſunt, ita per loca continentur.* Concilium apud S. Macram an. 881. cap. 8. de Carolo M. *Et quando ad placitum ſuum veniebat, omnia ſubtiliter tractata plenitudini conſiliariorum ſuorum monſtrabat, & communi conſilio illa ad effectum perducere procurabat.*

PLEROMI, & *Pleroſimi*, Numeri militares, qui ſacramentum ſuum πληροῦσι, ſeu complent, ut eſt apud Scholaſtem Juliani Anteceſſ. Vide Jacob. Gotofredum ad Leg. 1. Cod. Th. de Domeſtic.

PLEISSEICIUM, Gall. *Pleiſſis*, Domus ſuburbanæ, *Maiſons de plaiſir*, à placendo dictæ, inquit Camdenus in Britan. in Trinobantibus. Alii Sylvulam ſeu *Parcum* undique clauſum eſſe, contendunt. Joſephus Scaliger, *pleſſis* ſæpem eſſe ait, ſeu *plicationem ligni*, ita ut *pleiſſicium* ſit locus palis ſeu virgulis implexus concluſus, vel certè domus ruſtica, aut viridarium in quo ſunt parci: nam *plaiſſier* noſtris eſt plectere. *Le Roman de Garin*:

Les baces fait plaiſſier & enforcir
Foſſez emprez, foſſez recueilleis.

Charta Michaëlis Archiep. Senonenſis an. 1199. in Tabul. S. Joan. de Jardo prope Meledunum: *Tam in nemore quam in plano, præterquam in haiis pleiſſiatis*, &c. Atque ita vox *pleſſeis* ſumi videtur in Charta an 1445. *C'eſt à ſçavoir que chacun homme qui me doit leſdits bians, doit faire iceux bians par chacun Samedy d'entre le premier jour de l'an & le jour de Paſques, tant à pleſſer en mes pleſſez de la Guilleterie, qu'à faire toutes autres beſognes. Bois en pleſſis, que les ancuns appellent Tôuſche*, in Conſuet. Carnot. art. 12. Sunt autem *bois de touſche*, arboreta quæ circa domum principalem conſita ſunt ad ejus ornatum, vel quibus cingitur ac clauditur, in Conſuetud. Andeg. art. 117. Bleſ. art. 78. Britan. art. 275. Ut ut ſit, conſtat vocem *pleiſſis* apud nos ſemper ſumptam pro *parcis*, ſeu ſilvis ſepibus clauſis. Ordericus Vital. lib. 5. p. 583. *Tunc etiam dedit totam decimam de Norum, propriumque pleſſeicium, & partem ſylvæ.* Charta Fulconis Comitis Andegav. apud Sammarthanos in Abbatib. Bellilocenſib. *Ad hunc autem præfata Eccleſiæ dono pleuſiacum (l. pleſſiacum) meum, quod eſt juxta Tanſemacum, cum nemoribus, terris, cultis & incultis, ſervis, ancillis*, &c. Tabul. S. Genovefæ Pariſ. an. 1126. *In pleſſicio & nemore quod dicitur Comarti. Le Roman de Garin* MS.

N'ia guichet, ne ſentier, ne larris,
Ne bois hautein, ne riche pleſſeis,
Que ne ſachons & moy & Hernaudin.

Alibi:

Si m'en chaſſierent juſques à un pleſſeis.

Idem Poëta:

Sor ciel n'a tor, ne chaſtel ſi garni,
Recet, ne vonte, ne mur ne pleſſeis,
Se il i puet converſer dis ù dis,
Qu'il ne l'eſt ars, ô abatu, ô pris.

Pleſſié apud eundem.

N'i ot maupas, ente, bois, ne pleſſié,
Fors que la lande & le ſablon legier.

Le Roman d'Aubery MS.

Tuit en tentiſſent li bois & li plaiſſié.

Pleſſier in Chron. MS. Bertrandi *du Gueſclin*:

Comtes, Dus, y ot maints, & Chevaliers priſiés,
Qui mout grant deſir ont d'iſſir ſur le pleſſier.

Vide *Plaxitium*, *Exempla*, & Auguſtinum *du Pas* in Stemmate Acignienſi p. 584.

PLETARIA. Charta Senatus populique Romani apud Baronium an. 1188. *Quidquid ab eis conventum eſt & permiſſum Romæ per ſcriptum, & juramenta, ac pletarias, & ſtatarias, ac præcones*, &c. Leg. fortè *plegerias*, niſi *pletaria* idem ſit quod *pletum*, ſeu *placitum*, de quo mox.

PLETUM, Placitum, Gallis *Plet*. Charta Anacleti PP. in Chron. Benev. S. Sophiæ p. 694. *Ut nullus — hæc molendina — in pletum ponere, vel oppignerare præſumat.* Vide *Placitum*.

PLEVINA, *Plevire*. Vide *Plegius*.

PLEURA, Modus agri in Pictonibus fortè, ex Gr. πλέθρον, menſura 100. pedum quaquaverſus. Laudatur in Hiſtoria Richeliana Ducheſnii p. 117. Charta Thomæ Abb. de Englia an. 1289. *qua Joannes Chaillac vendit quaſdam pleuras, quæ fuerant defuncti Joannis de Yprio.* Vetus Conſuetudo villæ de Peruſa an. 1275. apud Thomaſſerium l. 1. Conſuet. Bituric. c. 66. *On chemin devet avoir 16. braces de lonc, & olt braces de ample, ſans autres fors de chemin 16. braces de ample, & checune pleure douet au Seignour l'an une quarte de froment vendant & comptant, aenſi com eſt taillée la quarte.* Infra: *Et ſi hom i prant pleure, doit batir vint un an, on la dact clerre*, &c. Occurrit ibi pluries, ubi pro *maſura* videtur uſurpari.

PLEURESIS, pro *pleuritis*: Noſtris, *Pleureſie*. Utitur Hubertus in vita S. Gudilæ n. 36.

PLEUTERIA. Charta Ludovici Regis Franc. an. 12?9. in 30. Regeſto Archivi Regii ch. 129. *Item aſſignamus eidem Epiſcopo & ſucceſſoribus ſuis — 4. libras Turon. annui redditus percipiendas ob eodem Epiſcopo & ſucceſſoribus in pleuteriis dictis Vicecomitalibus ſitis in tenemento Nemauſenſi, quæ a domino rege tenebantur cum dominio, laudimio, conſilio, & cenſu 2. ſolid. — Item quod dicta aſſignatio pleuteriorum continet in ſe 32. quarterias quæ 32. quarteriæ ſunt verſus honorem dicti Epiſcopi de Baſtida*, &c. Sic omnino ſcriptum, fortè pro *Plantariis*. Vide *Plantata*.

PLICA, Plicatura, vel involutio. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1217. *Priſones, caſtra, debita redemptionum, obligationes, juramentorum fidei interpoſitum, obſides & conſimilia, utrobique ſine plica fraudis plene & plane dimitterentur*. Idem anno 1254. *Inſonuit ictus tonitrui cum fulgure, quod cadens ſuper turrim Eccleſiæ — maximam quercum, quaſi plicam contorſit, & quaſi in fila minuta diſſipando contrivit.*

PLICATA. Tabularium Eccleſiæ Cadurcenſis: *Illum alodem de Caſſinolas illo caput manſo, cum ipſa plicata, & cum ipſo torculario, & cum omnibus ædificiis.* Ubi *plicata*, idem fortè eſt quod cratis, *plaxitium*, *pleſſicium*. Vide in his vocibus. Ita πλεκτὰς, crates vocat Joannes Cananus de Bello Conſtantinopolitano p. 194. πλεκτάδια Laonicus lib. 7.

PLICTON. Chartula plenariæ ſecuritatis ſcripta ſub Juſtiniano, apud Briſſonium lib. 6. Formul. p. 647. *Stragula polimita duo valente ſolido uno tremiſſe uno, ſcamnile ac picto valente ſolido uno, plicton vetere ſiliquas aureas, camiſia tramoſirica*, &c.

PLIGIUS. Vide *Plegius*.

PLITUM. Leges foreſtarum, Canuti Regis c. 17. *Si quis autem contra primarium* (foreſtarium.) *pugnaverit, in plito emendet ſecundum pretium ſui ipſius, quod Angli were & wite dicunt.* Ubi *plitum*, idem forte eſt quod *Placitum*, Gall. *Plet*.

PLIVUS, *Plivium*. Vide *Plegius*.

PLOPLA. Vide *Oplus*.

PLOUM, in vett. Gloſſis, *Quod habet duas rotas*, aratrum, cujuſmodi fuit quod Galli *plauratı*, aut *plammorati* vocabant, ut autor eſt Plinius lib. 18. cap. 18. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 6. *Si quis ploum aut aratrum alienum iniquo animo ſcapellaverit*, &c. Aratrum Danos etiamnum *plowen* appellare alii notarunt. At editio Boërii habet *Plonum*, heroldi verò *pralonum*. p. 193.

PLUERIUS, avis, quæ noſtris *Pluvier*, apud Fridericum II. lib. 1. de Venat. cap. 2. §. 11. 12. &c.

PLUMÆ, in avibus, differunt à *pennis*. *Nam plumas dicimus*, inquit Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 45. *Quæ habent cannulas in radice, & coſtam procedentem per medium gibboſitatis uſque ad ultimum earum. Hæ plumæ naſcuntur per totum corpus, & cooperiunt cutem: ſed pennas dicimus quæ habent majores cannulas, radices ſibi & ſimiliter coſtam protenſam per medium piloſitatis uſque ad ſummum. Hæ ſunt majores plumis, & multo magis ſunt ad ſuſtinendum volucrem in aëre, quam ad cooperimentum cutis.*

Plumagium, Plumæ avium, noſtris *Plumage*, apud eundem Frideric. ibid.

PLUMACIUM. Gloſſæ Gr. Lat. πουλβῖνος, ὑπαύχενιον, *Plumacium*. Anaſtaſius in Sergio p. 61. *Locellum aperuit, in quo interius plumacium ex holoſerico ſuperpoſitum, quod ſtauracin dicitur, invenit.* Idem videtur quod *opus plumarium*, de quo infra.

Plumacium, *Plumacia*, pulvinar, Papiæ, *quod plumis impleatur*. Alibi *Pulvillus*, *Plumacium*. Jo. de Janua: *Plumacium, cervical, vel ſcriptorium.* Gloſſ. Lat. Gall. *Plumacium, chevecier, coiſſin de plume, ou eſcriptoire.* Capitulare de Villis c. 42. *Ut unaquaque villa infra cameram lectaria, culcitas, plumatias, bacinios, drappos — habeat.* Traditiones Fuldenſes lib. 1. c. 125. *De elaboratu meo ſunt hæc, boves 39. — mappas 4. manutergia 2. plumacia 6. opertoria 2. pallia linea 6. pulvilli 14. lectiſternia 6.* &c. Vita S. Odiliæ n. 13. *Pro plumatio capiti ſuo petram imponere ſolebat.* Vita S. Macarii Ægyptii cap. 3. *Erant iſtic antiquitus Ethnicorum ſepulta corpora: ex quibus unum arripuit, capitique ſuppoſuit tanquam plumacium de ſcirpo.* Neque ala notione uſurpavit Gotefridus Viterbienſis part. 9. Chron.

Ultimus Aſſyriæ Rex nomine Sardanapala
Fecerat ex pluma plumacia clauſus in aula
Facta ſuis digitis culcitra prima fuit.

Charta Silnandi Epiſcopi Irienſis ſeu Compoſtellani, æræ 952. apud Antonium *de Yepez* to. 4. Chron. Ordinis S. Benedicti: *Venapes 4. plumatios 5. tapete 1. lectos 6. cathedras 10. menſas 8. menſorios 8.* &c. Alia Rudeſindi Epiſcopi Dumienſis æræ 953. apud eundem to. 5. *Plumatios digniores paleos* (ex *pallio*, ſeu ſerico) 10. *alios ſubminores 8.* &c. Joannes Villaneus lib. 6. cap. 42. *Con un pimaccio ch'a Frederigo puoſe il detto Manfredo inſu la bocca, ſi l'affogo.* Scribit Gobelinus lib. 6. Comment. Pii II. PP. p. 154. Henricum V. Regem Angliæ *plumeos lectos* Anglicis interdixiſſe: animum etiam ei fuiſſe ſi Regnum Franciæ totum obtinuiſſet, vini uſum auferre, omneſque vineas aratro vertere, nihil tam enervare hominum vires quàm plumas, & vina putanti.

PLUMALE. Will. Thorn an. 1179. *Miſit idem Papa Alexander prædicto Abbati Rogero, Monaſterio S. Auguſtini, plumale ſuum & zonam ſuam in ſignum & memoriam ſpecialitatis & dilectionis perpetuæ. Et venit plumale iſtud ad ſanctum Auguſtinum 6. Kl. Julii*, &c. Sed legendum *pluviale*. Vide in hac voce.

PLUMALIA, ſunt pellicia, Electorum Imperii indumenta, humeris ſuperinjecta. Goldaſtus.

PLUMARIUM, Pulvinus pulmis fartus. Chronicon Montiſſereni an. 1126. *Ferunt quod ipſa plumario ventri alligato prægnantem ſe eſſe hoc artificio mentiretur.* Ubi forte legendum *Plumacio*. Vide ſupra in hac voce.

PLUMARIUM, *Plumarius*. *Plumarium opus* dicitur, quod ad modum plumarum texitur & variegatur, Galli, *ouvrage à ramage* dicunt. Papias: *Plumario opere, immodum plumarum.*

Plumarii, Plumariorum textores. Vetus inſcriptio Romæ: *Artemidoro Plumario conlegæ. Ars plumaria*, apud S. Hieronymum in Chronico an. 345. Vitruvius lib. 6. c. 7. *Plumariorum textrina. Plumariorum officinæ*, ejus Abbreviatori c. 15. Recenſentur *Plumarii*, apud Varronem, Vopiſcum, veterem Biblior. Interpret. Exodi cap. 35. & 38. Firmicum lib. 3. Math. c. 10. & 13 & in Lege 1. C. de Excuſ. artif. lib. 10. apud quos Jac. Cujacius, Bulengerus, & alii cenſent ita vocari, artifices, qui veſtimenta ex plumis avium conficiunt. Prudentius in Hamartig.

— Hunc videas laſcivas præpete verſu
Venantem tunicas, avium quoque verſicolorum
Indumenta novis texentem plumea telis.

Corippus lib. 2.

— ſedemque paternam
Conſtructam plumis, pulchriſque tapetibus altam.

Et Seneca Epiſt. 91. *Non avium plumæ in uſum veſtis conſervantur.* Varro: *Nulla quæ non didicit pingere, poteſt judicare quid ſit bene pictum à plumario.* Certè vidimus tabellas ejuſmodi opere plumario affabrè effictas: & Fullerus lib. 1. Miſcellan. ſacror. cap. 20. in ea eſt ſententia, plumariam artem circa hæc primitus verſatam, nomenque inde manſiſſe Polymitariæ & acupictoriæ. Conſtat enim *plumariam* artem eam poſtmodum fuiſſe quam ποικιλτικὴν vocabant, ac dictos *plumarios*, qui *plumas*, atque adeò alias, verbi gratiâ, florum, animalium, vel hominum figuras, aut acu pingebant, aut arte textoria exprimebant in ſerico: de quibus Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 403. Τραπεζοῖ οἱ

τὰς Σηρικὰς ἐξεργαζόμενοι, ποικίλοις χρώμασί τε καὶ νήμασι τῇ ἑαυτῶν τεχνουργίᾳ ποικίλλουσι εἰς πλείους εἰκόνας ἐκπληροῦντες.
Paulinus lib. 1. de S. Martino :

— quid ſerica tactu
Levia, vel doctè expreſſis viventia ſignis.

Proinde *Plumarii*, ſunt ποικιλταὶ, ut eſt veteri Gloſſ. Neque aliter Iſaacus Tzetzes ad Lycophronem p. 241, Νῦν δὲ ἁπλῶς ὑφαινομένας διὰ ποικίλων ὑφασμάτων, καὶ ποικιλτὰς, καὶ πλουμαριοὺς λέγει, & recentiores Grammatici. Will. Brito in Vocab. *Plumarius, operarius qui operatur cum pluma, i. cum acu. Plumarium, opus acu pictum.* Addit autor Mamotrecti ad cap. 26. Exodi : *Nam quadam lingua pluma dicitur acus.* Sed plumam acum appellatam nondum legi. Hanc plumariæ artis varietatem expreſſit vetus interpres Exodi cap. 26. *Decem cortinas — variatas opere plumario facies.* Et cap. 28. *Opus plumarium* ſurſum habetur, ubi 70. Interpretes ἐργασίας ὑφάντου, & ἔργον ὑφαντοῦ ποικιλτοῦ. Ibidem denique ἔργον ποικιλτοῦ, *opus polymitarium* redditur. Sic *plumaria ars*, eadem eſt cum ποικιλτικῇ, quam πλουμαρικὴν τέχνην vocant Heſychius & Suidas. Atque ita ferè uſurpant ſcriptores. Regula S. Cæſarii ad Virgines cap. 42. *Plumaria & acupictura, & omne polymitum, vel ſtragula, ſive ornatura nunquam in Monaſterio fiant. Ipſa etiam ornamenta in Monaſterio ſimplicia eſſe debent, nunquam plumata, nunquam holoſerica.* Eadem penè habentur in Recapitulatione ejuſdem Regulæ cap. 11. & in Regula S. Donati ad Virgines cap. 63. Thomas Cantipratanus cap. 54. n. 14. *Opus vero earum* (veſtium) *nec plumarium, id eſt ex acu factum adverti poterat, nec textrinum.* Hiſtoria de fratribus conſcriptis an. 908. *Cozzonem ſive lenam opere plumario contextam.* Monaſticum Anglic. to. 3. p. 318. *Habet parvas de opere plumario longas,* &c. *— amictus de opere plumario conſutus cum nodis auri & argenti*, &c. Alanus in Planctu naturæ : *Tunica vero polymita opere picturata plumario, infra ſe corpus claudebat virgineum.*

Plumatum opus. Gloſſæ antiquæ MSS. *Textilia, plumata.* Petronius : *Plumato amictus aureo Babylonico.* Anaſtaſius in Greg. IV. *Et vela ante januas lineum plumatum unum.* Charta donationis Eccleſiæ Cornutianæ edita à Suareſio : *Ante regias Baſilicæ vela linea plumata majora*, &c Vita S. Amatoris Epiſcopi MS. *Thalamus intra adium ſplendidiſſima ſpatia rite conſtruitur, cui pars auro plumata nitet, alia verò cocco ac ſerico non ſemel tincto, eboreque lucido coruſcat.*

Plumeum opus. Dudo lib. 3. de Moribus & actis Normann. pag. 153. *Biſſoſque niveas purpureaſque auro intextas, plumeoque mirabilis artificii holoſerica commiſit.* Sic πλουμία appellant Procopius lib. 3. de Ædif. Juſtin. pag. 27. edit. 1607. & Chronicon Alexandr. p. 728. Πλουμιστὸς dixit Anonymus de Locis Hieroſol. cap. 1. extremo : Καὶ ἡ ἁγία τράπεζα ἔνι σκεπασμένη μαγίνῳ πλουμιστῷ, *& ſancta menſa tecta eſt umbraculo opere plumario contexto.* Ubi μαγῖνον idem eſt quod noſtris *Tente*, tabernaculum. Et cap. 3. καὶ ὁ ἔχει τὰς πέτρας εἶναι κεκαλυμμένον πλουμιστῷ.

Plumare opus, apud Alcuinum lib. de Divinis offic.

Plumare, Operi plumario dare operam. Vopiſcus in Carino : *Quid lineas petitas Ægypto loquar ? quid Tyro & Sidone tenuitate pellucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles.*

PLUMBATÆ, Clavæ plumbo, quo graviores ſint, munitæ : Gallis *Plommées*. Gauterius Cancellarius de Bellis Antiochenis p. 455. *Telis, ſagittis, plumbatis ferratis, & crebris gladiorum ictibus reinvadendo acerrimè percuſſerunt.* Conſuetudo Montis in Hannonia cap. 50. *Et ſont entendu qu'avec tels baſtons d'armes eſmolues, ſont compris trait de poudre, arbaleſtre, dard a main, plommées, mailles de plomb, & autres baſtons ayans fer, plomb, eſtain & autre métail.* Guillelmus *Guiart* MS.

Là veiſſiez entaſſer maçes,
Et plommées pour faire plaies,
Lances brandir, & archegaies.

Alio loco.

Comme eſpées, coutiaus, & haches,
Plommees fermement tenues,
Fauchons, juiſarmes eſmoulues.

Rurſus an. 1214.

Là ot tant baſtons & plomées,
Viez eſpées, & lances ſeches,
Et juiſarmes pleines de breches.

Guignevilla Monachus Cariloceniis :

Ma grant machue & ma plomee
Eſt la venganche Diu nommée.

Henricus *de Gaucby*, in verſione MS. libri de Regimine Principum : *La ſiſte choſe con doit apenre les batilleurs, eſt ferir de maches plomées pendues à chaines de fer à un baſton gros, & cele plomée donne tres-grand cop qui ferir en ſet.* Froiſſartes 1. vol. c. 316. *Le ſire de Chinteuvoit une plombée, dont il enfondroit les bacinets qu'il attaignoit.* Adde to. 2. cap. 125. & Hiſtoriam obſidionis Aurelianenſis p. 45. 48. Bernum, &c.

PLUMBATUM, Flagellum, cujus lora plumbeis globulis in extremo inſtructa erant. Acta S. Caſtuli Mart. n. 4. *Juſſit — deorſum in eculeo ſuſpendi, & atrociſſime plumbatis cædi.* Vox frequens in Vitis SS. in Cod. Theod. & apud ſcriptores, quos laudant Briſſonius de verbor. ſignific. Meurſius in Gloſſ. V. Πλουμβάτιν, Jacobus Gotofredus ad l. 2. Cod. Th. de Quæſtion. &c.

PLUMBATURA. Vide *Applumbatio*.

PLUMBUM, inter ſupellectilem domeſticam recenſent Leges Burgorum Scoticor. c. 125. §. 1. *Habebit ad domum ſuam iſta utenſilia, videlicet menſam meliorem, mappam, — lectum plumalem, melius plumbum, cum le mask-fat, cupam, barrellum*, &c.

Plumbum in oculis, macula coloris plumbei. Gloſſ. Iſid. Vide Bulla.

PLUMEA, *avium multitudo*, Papiæ, & Gloſſis antiquis MSS.

PLURALITAS, pro *numerus*, multitudo, in Regula S. Columbani cap. 7. *Cum tanta pluralitas eorum ſit, ita ut mille Abbates ſub uno Archimandrita eſſe referantur.*

PLURIMA, Turma, multitudo. Anonymus de Miracul. S. Bertini cap. 9. *Apparuerunt pedites ineſtimabilis plurima*, &c. Cap. 10. *Quod audiens omnis plurima.* Utitur præterea cap. 11. ut & de Inventione reliq. ejuſd. S. Bertini cap. 12.

PLURIOR, comparat. vocis *plus*. Gloſſ. Gr. Lat. πλείονα, *pluriora, plurima.* Hinc noſtri *pluſieurs* hauſerunt. Paulus Warnefrid. in Epiſcopis Metenſib. *Prædicit ei pluriora eundem quàm reliquerat habiturum.* Utuntur præterea Leges Wiſigoth. lib. 5. tit. 7. §. 8. Capitula Caroli C. tit. 14. c. 3. Regula Magiſtri cap. 7. Alcuinus Epiſt. 14. 27. Vita ejuſdem Alcuini n. 15. edit. Mabillonii, Hiſt. Tranſlat. S. Sebaſtiani n. 100. &c.

PLURITAS, Multitudo, *pluralitas*, æquè barbarum, occurrit apud Fredegar. in Chron. c. 20.

PLUSLAIB. Lex Longobard. lib. 1. tit. 8. §. 24. *Si battiderit, aut percuſſerit, pro una ferita, ſi vulnus aut livor apparuerit, componat*, &c. Tit. 9. §. 3. *Et ſi ſpolia de ipſo mortuo tulerit, id eſt pluſlaib, componat*, &c. Vox formata, inquit Lindenbrogius, ex German. *bloſſ*, nudum, & *laib*, corpus.

PLUSTRUM. Teſtamentum Herberti Comitis Veromand. an. 1059. apud Joan. Carpentarium in Hiſt. Cameracenſi : *Cum huobis, areis, pluſtris, & aratris ab his* (manſis) *dependentibus.* Noſtri *plouſtre* vocant cylindrum quo agri occantur, ac glebæ obteruntur : ſed an hoc loco id intelligatur, non definio.

PLUVIALE, *Pluvialis*, Veſtis quæ totum hominem operit, & à *pluvia* defendit. *Pluviales lacernæ*, apud vet. interpr. Juvenalis : *Pallium pluviale*, apud Joannem Monachum in Vita S. Odonis Abbatis Cluniac. lib. 2. de S. Martino Epiſc. *Stolaque candidiſſima indutus, ſuper quam pallio pluviali utebatur. Veſtis pluvialis, quæ cappa vocitatur*, apud Wibertum in vita Leonis IX. PP. cap. 8.

Pluvialis, Veſtis Epiſcopalis, quam ſic deſcribit Du-

randus lib. 3. Ration. cap. 1. num. 13. *Pluviale vel
cappa, habet caputium, prolixa eſt uſque ad pedes, in
inferiori parte fimbriis adornata, quam non niſi in majo-
ribus feſtivitatibus induunt.* Ceremoniale Cencii Camera-
rii de ſummi Pontificis inauguratione: *Prior Diacono-
rum ipſum de pluviali rubeo ammantat, & eidem electo
nomen imponit.* Hugo Lugdunenſis Archiep. de Electio-
ne Victoris II. PP. apud Hugonem Flaviniac. p. 234.
*Abbas pro mercede nefandiſſimæ conſecrationis, fultus
auctoritate Ducis, pluvialem ſibi ipſe impoſuit.* Arnul-
fus Lexovienſis in Epiſt. de electione Alexandri PP.
Impoſitumque ſibi manibus fere omnium pluviale repellit.
Alia Epiſt. de eodem: *Præparatoque furtim, ſicut dici-
tur, pluviali, de manibus offerentis arrepto, in humeros
ſuos tanta feſtinatione conjecit, ut hærentibus collo ſim-
briis pavimentum lamberet pars ſuperior indumenti.*
Concilium Budenſe an. 1279. c. 19. *Præterea ſtatuimus
quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, — mitrati cum ſuperpel-
liciis, ſtolis, & cappis, ſeu pluvialibus, Synodo adſint.*
Domnizo lib. 1. de Vita Mathild. c. 2.

Pallia, planetas, pluvialia, &c.

Vide Leonem Oſt. lib. 2. cap. 79. 99. 103. &c.

PLUVICINO. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Pluvicino*, ic ſtan-
cpiʒe. *Pluvicinatio*. ſtanc. Saxon. piʒe, dorſum ionat.

PLUVINA. Vide *Plegium*.

PNEUMA, Flatus, πνεῦμα. Hericus Monach. Altiſiodor.
de Vita S. Germani lib. 6. p. 65.

Pneumata ventorum, tempeſtatumque tumorem.

Pneuma, quod aliàs *jubilum* dicitur, eſt cantus ſpe-
cies, quo non voces, ſed vocum tonus longius cantan-
do diducitur & protrahitur. Hugo à S. Victore in Spe-
culo lib. 1. cap. 7. *Unde Alleluja modicum eſt in ſermo-
ne, multum eſt in pneumate.* Occurrit ibi, & c. 3. non
ſemel, & apud Durandum lib. 4. c. 20. n. 6. & Joan-
nem Abrincenſ. de Offic. Eccleſ. p. 13. *Pneuma, quod
in fine antiphonarum canitur*, in Statutis Cluniacenſib.
Petri venerabil. cap. 67.

Pneumatizare. Hugo à S. Victore in Speculo lib. 1. c. 3.
& 7. *Sic itaque Eccleſia pneumatizando expreſſius quo-
dammodo ſine verbis, quam verba innuit.* Ibidem, *Ju-
bilare cum pneumate* idem ſonat.

Neuma, æ, quæ & *Jubilus*, *productio cantus in finali li-
tera antiphonæ.* Ita Durandus lib. 5. c. 2. n. 31. Pa-
pias: *Neuma, i. pars cantilenæ quæ fit de geminatio-
ne ptongorum, ut tam.* Belethus de Divin. offic. cap.
59. *Hic etiam notandum quod ſemel diximus, Neumam
feminini generis abſque P. accipi pro jubilo: pro Spiritu
autem ſancto dicitur Græcè Pneuma, Pneumatis.* Hinc
neſcio quis Poëta MS. ex Bibl. Thuana:

Neuma canit ſine p. cum p. fit Spiritus almus.

Certum tamen vocem deductam à Gr. πνεῦμα, unde
rectè & quidam *neuma* dixerunt neutro genere pro *pneu-
ma*. Ugutio: *Neuma, atis, vel Neuma, æ, i. vocum
emiſſio, in hymno modulatio, unde Neumaticus, modu-
lator dulcis.* Ordinarius MS. Eccleſiæ Rotomagenſis:
*In hebdomade iſta nullum neupma dicatur in fine anti-
phonæ. Per neupma ſignificatur ſuſpiratio animæ redem-
ptæ ad cæleſtem patriam.* Udalricus lib. 1. Conſuet. Clu-
niac. cap. 11. *Poſt Alleluja, quædam melodia neumatum
cantatur, quod Sequentiam quidam appellant.* Uſus anti-
qui Ordin. Ciſtercienſis c. 56. *In fine verò Reſponſo-
riorum & verſuum ad omnes Miſſas totum neuma dica-
tur, ad omnes diſſonantias evitandas.* Infra: *Idem alle-
luia cum ſuo neumate integro cantatur.* Will. Brito lib.
3. Philipp.

*Voti non meminit mens carminis immemor, ori
Subtrahit aſſueti cor flebile neumatis auſum.*

Fatendum tamen crebriùs *neuma* feminino genere uſur-
pari à ſcriptoribus. Alcuinus lib. de Offic. divin. c. 33.
*Solet enim auctor Antiphonarii aut diſtinctione cantus,
aut diſtinctione ordinis varium affectum monſtrare ſancto-
rum: ſicut de Joanne Symmiſta fecit per neumam circa
intellectum verborum, ſapientia, & intellectus in Re-
ſponſorio, in medio Eccleſiæ.* Rupertus lib. 2. de Divin.
offic. cap. 2. *Offerenda gravis & grandiſonus imitatur
cantus, quæ neumis diſtenta frequentibus, & ſuis fæ-
cunda verſibus, quantumvis longa jubilatione non valet
ſatis exprimere quod ſignificat.* Adde Honorium Augu-
ſtod. lib. 1. cap. 14. 88. lib. 3. c. 8. Belethus cap. 121.
*Nota interim non debere in feſto B. Mariæ Annuntiatio-
nis ſequentiam, quam etiam Proſam appellatam eſſe di-
ximus, cantari, etiam cauſa devotionis, nec unquam niſi
cantatur Alleluja: moris enim fuit ut poſt Alleluja can-
taretur neuma. Nominabatur autem Neuma cantus qui
ſequebatur Alleluja*, &c. Udalricus lib. 1. cap. 15.
*Plures ſtatuuntur ad proſam concinendam, quibus chorus
per neumas reſpondet.* Et cap. 16. *Poſt Alleluja, neſcio
quæ Gallicana neuma cantantur.* Ordinarius MS. Ec-
cleſiæ Rotomagenſis: *Antiphona — ultima de uno quo-
que Nocturno cum neupma finiatur.* Paſſim ibi. Hinc
fortè *le droit de neufme*, apud Britannos, ſive *mortua-
rii*, quod Parochis penſitari ſolet, pro cantu Eccleſia-
ſtico in obitu Parochiani. Vide Raguellum.

Neumatizare, Neumas producere cantando, apud Duran-
dum lib. 5. c. 2. n. 31.

Neuma, præterea in muſica, dicuntur Notæ quas muſica-
les dicimus: unde *Neumare*, eſt notas verbis muſicè
decantandis ſuperaddere. Anonymus interpres Hugo-
nis Reutlingenſis Sacerdotis in Floribus Muſicæ: *An-
tiphonarium & Graduale collegit, dictavit, & neumavit,
ſeu notavit.* Mox: *Omiſſis clavibus & lineis quæ in neu-
ma ſeu nota muſicali requiruntur.* Occurrit non ſemel
apud Guidonem Monachum, & Joannem Monachum
in libris de Muſica.

POÇALIS, Menſura vinaria, pro *potio*, *potionalis*. Char-
ta Ferdinandi Comitis Caſtellæ æræ 972. apud Anton.
de *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti p. 31. appendic.
*Cum ſuis villis ad ſuas alfozes pertinentibus, per om-
nes domus ſingulos poçales de vino. Santa Maria de
Pelago ſatales per omnes domus ſingulos cubitos.* Vide
Potio.

POCHIA Vide *Punga*.

POCIOLUS, ſeu *poticulus*, Potiuncula. Joannes Epiſco-
pus Arelatenſis in Epiſt. ad Moniales S. Mariæ Arelat.
*Nulla ſit vobis cum viris aut mulieribus religioſis aut
laicis, quamvis quibuſlibet propinquis aut extraneis, po-
tandi licentia, ſed tantum ipſis, quibus præfati ſumus,
pro caritatis officio, ſicut condecet veſtram ſanctitatem,
pociolos offerre præcipimus. Vos tamen in eorum præſen-
tia in omnibus abſtinete, ut ſi licentius cum eis indulta
occaſione potatæ fueritis, in reſolutione potandi aut cor ve-
ſtrum contraria cogitatio ſubripiat, aut jocus indecens per
oculos & aures, & verba & cachinnos prorumpat.*

PODENCUS, canis ſpecies, Hiſpanis *Podenco*, Nebriſ-
ſenſi *Vertagus*. Fori Aragonenſes tit. de venatorib. *Si
aliquis furatus fuerit podencum aut canem cuſtodem do-
mus.*

PODERAGIUM, primarium jus hypothecæ in prædium,
aut feudum, quod à domino feudi creditori conceditur,
vel ſibi ipſi, ſi vaſſalli creditor eſt, reſervat. Conſue-
tudines Toloſæ: *Eſt uſus & conſuetudo Toloſæ quod do-
minus feudi poteſt dare poderagium & primariam cre-
ditoribus in feudo illo, quod tenetur ab ipſo, & ſibi ipſi
poteſt in dicto feudo dare & retinere poderagium pro de-
bito quod feudatario & aliis debet*, &c. Vide part. 2.
Rubr. *de Poderagio & banno*. Part. 4. tit. de feudis,
art. 16.

PODERE, *Poderum*, *poderium*. Ital. *Podere*, Poſſeſſio,
prædium ruſticum: *Poteſtas*, noſtris, quæ vis eſt vocis
Italicæ. Charta Ottonis V. Imp. an. 1212. pro Mo-
naſterio Aquæ-frigidæ in Italia: *Venam ferream, quæ
eſt in prædicto monte ſuper podere ſive in terra, quæ eſt
illius Monaſterii.* Occurrit non ſemel in Chartis Itali-
cis, ut & *poderum*, & *poderium*, unde emendandus
Petrus de Vineis lib. 5. Epiſt. 84. ubi perperam *ponde-
ris*, pro *poderis*, editum. Adde Ughell. to. 4. p. 857.
Vide *Poteſtas*.

PODERIS, Tunica talaris, ποδήρης, veſtis Sacerdotum
antiquæ

antiquæ legis, quam in nova vulgò *camiſiam* vocant. Eucherius Lugdunenſis: *Poderis, ſacerdotalis linea corporis penitus adſtricta, eademque talaris, unde & poderis appellata, hæc & ſubucula dicitur.* Papias, pro *ſubucula*, habet *camiſia*. Ita etiam Iſidorus lib. 19. cap. 21. Adde Ivonem Carnot. ſerm. 3. de Reb. Eccleſ. Innocentium III. lib. 1. de Myſterio Miſſæ cap. 10. 16. 39. &c. Anonymus de Revelatione corporis S. Auſtremonii, in Prologo: *Podera quoque & ciclades, quarum amiciebantur tegmine, nimium ſuperabant candorem.* Ordericus Vitalis lib. 12. p. 867. *Quidam illorum* (Clericorum) *poderibus ſuis induti*, &c. Metellus in Quirinalibus:

Pedum levi de fune fert Epiſcopus,
Preſbyter à ſcapulis, & partem poderis ſequens.

Fridegodus in S. Wilfrido cap. 11.

Comuntur roſeo candentia podere colla.

PODISMUS, Ποδισμὸς, *Pedatura*: *Podiſmatus ager*, pedibus dimenſus. Gloſſæ MSS. *Podiſmus*, *Gr. Lat. pedalis menſura.* Vide *Pedatura*.

PODUS, vel *Podum*, Domus ruſtica, curtis, prædium ruſticum. Tabularium Eccleſiæ Landavenſis in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 193. *Mandavit Rex propter ſanctum Telliaum, converſantem tunc apud Pennalun, podum ſuum, ut citò ad eum veniret, ut ſibi & curiæ ſuæ benedixiſſet*, &c. Ibid. p. 194. *Ablatis filiis ſeptem patri funeſto, vir magnæ pietatis nutrivit eos, & ad ſtudium literarum miſit, quos in podo ſuo* Lann *Telian dimiſit.* Pag. 195. *Sciendum eſt ſane quod Oudoceus Epiſcopus ſuum proprium acquiſivit agrum, id eſt podum* Eyngualan, *agrum quidem S. Dubricii in patria Gubyr*, &c. Adde p. 197. 198.

PODIUM. Leges Inæ Regis c. 74. edit Saxon. 70. *plena ambra butyri, ſalmonis 5. 20. podia fœni, & 100. anguilla.*

PODIUM, Res quævis cui innitimur: à podiis Circorum vel ædium mœnianis, voce Latinis ſcriptoribus nota, de qua coplosè Vitruvii interpretes, ac præſertim Bernaldinus Baldus. Jo. de Janua: *Podium, baculus ſuper quem innitimur, cum ſæpe terram terimus. Unde & podium dicitur ubicumque innitimur, & inde Podio, as, appodio, as, compodio, ſuppodio, omnia pro valde inniti.* Petrus Damian. lib. 3. Epiſt. 8. *Ut nec podio, nec adjacenti prorſus ulli materia dignentur inniti.* Sugerius lib. de Conſecrat. Eccleſ. S. Dionyſii: *Arcus nullo ſuffulti podio.* Diploma Friderici I. Imp. an. 1162. apud *Diago* in Comitib. Barcin. lib. 2. c. 174. *Cum Romani Imperii dignitas — nullo niſi divino innixa podio*, &c. Philippus Eyſtetenſis Epiſc. in vita S. Willibaldi, de contracto, *Qui cum relatu didiciſſet reliquias S. Walpurgis ad Eccleſiam deportari, ſumptis podiis more ſolito, firmiter claudicando chorum aſcendit.* Et infra: *Sanitatem omnimodo eſt adeptus, ita quod podiis & baculis abjectis cœpit jubilare & ſaltare.* Ordericus Vitalis lib. 12. *Alii verò podiis vel lapidibus, quos ibi fortè invenerant, arreptis, repugnare conati ſunt.*

Podium, pars *formæ* monachicæ, cui Monachi cum procumbunt innituntur. Uſus antiqui Ordin. Ciſtercienſis c. 68. *Et paululum à podio ſemotus, ſtet uſque ad metrum.* Cap. 69. *Quicunque hymnos incipit, ſtet ſemotus à podio.*

Podiata. Gauterius Cancellarius de Bellis Antiochenis p. 459. *Facto ſpecu ſubterraneo, infodientes mittit homines, igniferoſque parat currus ſiccis lignis inſitos, ut cùm ad turres pervenerint, ſub podiata poſtibus eiſdem immiſſis ignibus corruant.* De cuniculis qui lignis ſuſtentabantur.

Appodiare, Inniti in rem aliquem, incumbere, Gall. *Appuyer, s'appuyer*, Ital. *Appoggiare*. Gloſſ. MSS. *Fulcio, apodio.* Ugutio: *Sufflare, id eſt apodiare, fulcire, appodiamentum ſupponere. Vel hoc ſufflamen, appodiamentum, quod cui innititur ut ſuſtentetur.* Ordericus Vitalis lib. 8. p. 693. *Et baculo quem bajulabat appodiatus immobilis ſtetit.* Willebrandus ab Oldenborg in Itin. T. S. *In Joppem pervenerunt, ubi navim quam ſine remis & velo in portum Lu us Tarſis appodiaverunt.* Jacobus de Vitriaco lib. 3. *Cadaver perfidi armatum, ad modum autem vivi appodiantes, erexerunt.* Utuntur præterea Rigordus an. 1190. Cæſarius l. 5. c. 5. Willelmus Brito lib. 2. & 3. Philipp. p. 115. 133. Walſinghamus an. 1271. Matthæus Paris, Chronicon Aulæ Regiæ an. 1321. & 1329. Chronicon Windeſ. lib. 1. c. 11. Vita S. Conſtanbilis Abb. Cavenſis c. 4. n. 25. &c. *Le Roman d'Amile & d'Amy* MS.

Qui les veiſt ſor les chevax puier.

Appodiamentum, Gall. *Appuy*, Italis *Appogio*, res quæpiam cui innitimur. Conradus Marpurg. in vita S. Elizabeth, de claudo: *Suræ tibiarum adeo evanuerant, ſimiliter & nates, quod ire non poterat ullatenus, nec ſine appodiamento ſedere.* Et infra: *Cœpit ad ſepem & ad appodiamenta alia ſe erigere, & ſic gradi.*

Appodiatio, eadem notione, in Epiſt. Balduini de Expugn. Conſtantinopolitana apud Arnoldum Lubec. p. 190.

Appodiatorium, Fulcrum, noſtris *Potence*, apud Recuperum in Actis B. Ambroſii Senenſis n. 1. 139.

Suppodiare, Suſtinere, *Souſtenir*. Sugerius in vita Ludovici VI. p. 318. *Deſcendens verò tota ſtatione, cum ſuppodiando deportans, celſitudinem Paternitatis ejus notis & ignotis clarificavit.* Ita etiam vox hæc reſtituenda apud Bertrandum in Miraculis S. Roberti Abbat. Caſæ-Dei n. 13.

Repodiatio. Chronicon Windemenſe lib. 1. c. 27. *Sine repodiatione & brachiorum ſuper ſtalla reclinatione communiter in choro ſtare conſuevit.*

PODIUM, Collis, mons: Gallis *Puy*, Occitanis & Arvernis, *Poy, peu*, vel *pueſch*: *Puey*, & *puoyo*, in Charta ſanctionis Abarcæ Regis Aragonum æræ 971. apud Blancam in Commentario rerum Aragon. p. 613. Theodulfus Aurelian. in Parænesi ad judices:

Hinc Magalona habuit lævam, Sextantio dextram,
Hic ſcabris podiis cingitur, illa mari.

Hinc dicta urbs Anicienſis in Arvernis, quod ſupra *podium* extructa ſit. Vita S. Georgii Epiſc. Anicienſis: *Surge velociter, & cacumen iſtius montis aſcende, quem majores veſtri Græco ſermone Anitium, (ab ἄνω) vos autem quaſi propriæ nationis vocabulo dicitis Podium.* Vide Odonem de Geſſeio in Hiſt. Anicienſi lib. 1. c. 26. Quod verò *Podium* alii, noſtri *Pui* dicunt. *Le Roman de Florimon*, cujus autor vixit an. 1188.

Li Rois fu bien apareilliez,
Le pui deſcent tout embronchiez,
Le pui devale contreval, &c.

Le Roman d'Auberi MS.

Ains que gi muire, en aurai tant ocis,
Couvert en ierent li pui, & li larris.

Alibi:

Envers Cortrai par larris & par puis.

Le Roman de Roncevaux:

Rollans regarde ens puis, & ens valées.

Le Roman de Garin:

Tant à Girbert le Roy Pepin ſeü
Qu'il l'a trouvé el pui de Mon Loon.

Alter Poëta MS.

Chevaus fuians contir le pui & la valée.

Alibi:

Que li puis & li vaus treſtout en reſonna.

Poium, pro *Podium*, Collis, mons, in Bulla Leonis IX. PP. & in Diplom. Conradi Imp. apud Ughellum in Epiſcopis Aſculanis: paſſim etiam in Tabulario Caſaurienſi, ubi interdum *poiora*, pro *poio* reperitur. Adde Franciſcum Mariam in Mathilde lib. 3. p. 105. 106. 108.

Pogium, idem quod *Podium*, & *poïum*, Collis. Italis *Poggio*. Diploma anni 1224. apud Ughellum in Epiſcopis Lunenſibus: *Cum ſuis viribus reſiſtendo pogium ipſum tandem aſcenderunt.* Et infra: *Prædictum pogium cauſa caſtelli ædificandi aſcenderunt.*

Pugium, in Charta Lotharii Regis Franciæ an. 987.

apud Michaëlem Carbonellum in Chronico Hiſpan. fol. 7.

Poggiare, Aſcendere, apud Petrarch. part. 1. can. 1. 10. Dantem in Paradiſo 6. &c.

Pogium etiam, idem eſt quod *podium*, quo innitimur. Chron. Fontanellenſe c. 16. *Porticus honeſtas cum diverſis pogiis ædificari juſſit, quibus trabes impoſuit, ac juxta menſuram eorumdem tectorum in longum extendit.*

Pogium, quaſi *podium*, Lectrum, analectrum in Eccleſia, ad quod gradibus aſcenditur. Ordo Romanus: *In pogio juxta ambonem cum capſa in qua Subdiaconus idem ponit Evangelium ut ſigilletur.* Alibi: *Qui ordinandi ſunt, ſtent in pogio ſub gradibus.* Rurſum: *Veniunt uſque ad altare, aſcendentibus Diaconibus in pogium, Epiſcopi & Presbyteri ſtatuuntur in locis ſuis, & ſchola ante altare.*

PADRINCA, Vitis ſpecies, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 4. cap. 4. cujus vetus interpres Gallicus habet *Paderinca*.

PŒNA. *Pœna obligata*, in quam quis ſe ex pacto *obligavit*, adſtrinxit. Lex Longobard. lib. 3. tit. 10. §. 1. *Sed ſemper commutatio ipſa firma permaneat, & ſi removere voluerit, pœnam inter ſe obligatam componat.* Supra: *Excepto ſi pœnam obligatam componere voluerint.*

Pœna mutorum. Vide *Panis fortis & durus.*

PŒNALES *terræ*, tributis, angariis, & aliis exactionibus obnoxiæ, *Terres à cens, terres villaines.* Charta Balduini Domini *de Waillaincourt* an. 1224. in Tabulario Abb. Montis S. Martini diœceſ. Cameracenſis n. 37. *Eo quod non eſſent feudales, ſed penales.*

PŒNARE, Pœnis afficere, in Actis S. Baſiliſci Martyr. cap. 3. n. 14.

Pœnator, *tortor*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

PŒNITENTES, quibus ob crimina publica, imponebatur pœnitentia publica. S. Auguſtinus Epiſt. 108. *Quod autem dicitur Petrum egiſſe pœnitentiam, cavendum eſt ne ita putetur egiſſe, quomodo agunt in Eccleſia, qui propriè Pœnitentes vocantur.* Idem Homil. 49. c. 2. *Quod dico competentibus, audiant & Pœnitentes: quod dico fidelibus, dico & competentibus & Pœnitentibus, audiant Catechumeni, audiant omnes.* *In pœnitentia poſiti*, in Concilio Arelat. II. c. 21. *In pœnitentiam mittere*, apud Gregorium M. lib. 9. Epiſt 32. *In pœnitentia miſſi*, in Capitulis Caroli C. tit 13. c. 8. *Communionem inter pœnitentes præſumere*, in eodem Concilio Arelatenſi II. c. 10. *Inter pœnitentes à Communione ſuſpendi*, in eodem Concilio cap. 11.

Pœnitentia autem *publica* dicitur ea quæ pro expiandis criminibus & delictis publicis imponitur, *iis qui publico crimine convicti ſunt*, in Concilio Arelatenſi VI. c. 25. *Qui publicè peccarunt*, in Cabilonenſi II. *Qui criminale peccatum perpetrarunt*, apud Hincmarum in Capitul. 5. Auguſtinus Homil. 49. c. 3. *Propterea Deus voluit ut Theodoſius Imperator ageret pœnitentiam publicam in conſpectu populi, maximè quia peccatum ejus celari non potuit.* Capitula Caroli M. lib. 6. c. 96. *Nam ſi publicè actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam, juxta ſanctorum Canonum ſanctionem: ſi verò occultè, Sacerdotum conſilio ex hoc agat pœnitentiam.* Concilium Moguntinum an. 847. c. 31. & Concilium Ticinenſe an. 855. c. 13. *Qui publicè peccat, oportet ut publica mulctetur pœnitentia, & ſecundum ordinem Canonum pro merito ſuo excommunicetur & reconcilietur.* Id pluribus probarunt alii, atque in iis Sirmondus in Hiſtoria de Pœnitentia publica, v. cl. Jacob. Petitus ad Pœnitentiale Theodori, & alii; tametſi viri doctiſſimi aliquot, atque in iis Joan. Morinus & Arnaldus in libris de Pœnitentia, etiam pro occultis delictis pœnitentiam publicam peractam contendunt.

Sed quæri ſolet vulgò, quorum criminum rei, publicæ potiſſimum addicerentur pœnitentiæ, cùm peccare atrociùs impune non liceret, & ex legibus gravior pœna gravius delinquentibus ſtatueretur, interdum etiam & fere ſemper extremum ſupplicium.

Cui quidem quæſtioni ut fiat ſatis, ut ſileam contra Chriſtianam fidem ac religionem & Conciliorum Canones admiſſa delicta, cujuſmodi paſſim in iiſdem Conciliis enarrantur, & in Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 101. 102. &c. obſervandum primò, non ſemper, in antiquis maximè ac barbaricis legibus, mortis pœna, ſed mulcta pro modo delicti, expiata crimina: ita tamen ut qui ea admiſiſſent, à judicibus ad Epiſcopos amandarentur, qui pœnitentiam iis imperarent ac indicerent *pro differentia peccatorum*, ut eſt in Concilio Carthaginenſi III. c. 31. in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. c. 32. 33. 37. in Lege Longob. lib. 1. tit. 10. §. 4. in Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 100. in Edicto Piſtenſi Caroli C. cap. 2. 33. in Capitulis ejuſdem Caroli tit. 26. c. 5. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 68. &c. Atque inde *Epiſcopalis pœnitentia* appellatur in Capitulis ad Silvacum c. 2. quod ab Epiſcopis imponeretur, *inſpecta diſcretione & qualitate, prout cuique ad ſalutem viderent expedire*, ut eſt in Edicto Piſtenſi cap. 2.

In eorum prætерea numero erant rei, pro quibus intercedebant Epiſcopi, quibus licebat pro iis cauſa cognita veniam à judicibus poſtulare: tum enim iis canonica ab Eccleſia imponebatur pœnitentia, quam illi ultro ſe obituros ſpondebant, veniam aliàs non conſecuturi, quod ex Concilio Remenſi cap. 7. ſupra docuimus in v. *Intercedere*.

Epiſcoporum etiam interceſſio obtinuit pro reis qui ad Eccleſias confugiebant, uti ibidem diximus. Nam licèt Eccleſiæ immunitas à pœna quavis Legibus inflicta reos tutaretur, à ſatisfactione tamen non eximebantur erga eum quem offenderant, vel ejus agnatos: neque eorum tuteiam aggrediebatur Eccleſia, niſi publica pœnitentia crimen ſe ſuum expiaturos ſpopondiſſent, ut eſt in Concilio Remenſi an. 626. c. 7. Nicolaus I. PP. in Reſponſ. ad Bulgaros cap. 26. *Si ad Eccleſiam convolaverint, mortis quidem legibus eruantur, pœnitentiæ verò quam Antiſtes loci vel Presbyter conſideraverit, abſque dubio ſubmittantur.* Atque ejuſmodi reorum qui ad Eccleſiam veluti an. aſylum confugiebant, infinitum fuiſſe ferme numerum ex autoribus abunde conſtat.

Spectabat etiam publica pœnitentia eos potiſſimum qui intra gradus cognationis vetitos nuptias contraxerant, ſeu auctoritate Eccleſiaſtica ſepararentur, ut in tertio gradu; ſive non, ut in quarto, ex Capitulis Synodalib. Pipini Regis cap. 1. Reginone lib. 2. cap. 213. & Burchardo lib. 17. c. 10.

Publicæ denique ſubjiciebantur pœnitentiæ, qui vel dignitatis aut natalium prærogativa ac auctoritate à pœnis lege decretis ſeſe ſubtrahebant: vel à patria extorres in alias migrabant regiones, aut aliorum principum ditiones; vel tandem qui in ſolo ipſomet natali, ex ſoluta criminum impunitate, vel dominorum largiori indulgentia, ſeu potius impotentia, ea perpetrarent. Nam cùm olim ex recepta prædiorum feudalium lege, ſua quiſque gauderet juris dicendi facultate, ſeu, uti loquimur, juſtitia, vix erat qui in ejuſmodi prædiorum dominos animadverteret. Unde crebriùs excommunicatos ab Epiſcopis legimus, qui, quod leges ipſæ minimè poterant, Eccleſiaſtica ferula eos à tam frequentibus delictis gravioribus coercerent, à qua non abſolvebantur niſi poſt publicam peractam pœnitentiam. Atque ex his licet haurire cur tantus olim ejuſmodi pœnitentium numerus ad Eccleſiarum veſtibula, porticus & narthecеs ſtetiſſe legatur.

Quippe hi donec impoſitam ſibi pœnitentiam adimpleſſent, arcebantur ab ingreſſu Eccleſiæ, & in *loco Pœnitentium* conſiſtebant, ut eſt apud Abbonem Monachum ſerm. 3. & Joannem Epiſcopum Abrincenſem de Offic. p. 38. ut cæteros omittam, quos laudat Leo Allatius in Diſſertat. de Narthece. Quod quidem intelligendum, cum ſacræ peragebantur Liturgiæ, ſeu potiùs ſacra ipſa myſteria: nam eatenus, ut & Catechumeni, in Eccleſia ipſa ſtabant, divinaſque lectiones auditu

excipiebant, & unà cum iis excedebant, cum dimittebantur, ut eſt in Concilio Agathenſi cap. 60. In Eccleſia verò ſiniſtram ad partem ſecedebant, ut autor eſt S. Eligius ſerm. 8. cum fideles alii ad dextram ſtarent. Ditmarus lib. 6. p. 80. *Sepultus in Colonia, — in auſtrali parte templi, qua in Cœna Domini pœnitentes introducuntur.* Nam cùm ædes ſacræ ad orientem ædificarentur, auſtralis pars fuit ſiniſtra.

Pœnitentia imponebatur & ſuſcipiebatur in Capite jejunii, ſeu Quadrageſimæ, feria ſcilicet quarta, quam *Cinerum* appellamus, quod pœnitentes non modo *omni tempore in terram* proſternerentur, ac cilicium induti veniam peccatorum poſtularent, ſed & eorum capita cinere aſpergerentur, quod pluribus obſervat Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii M. p. 221. 222. Edictum Piſtenſe Caroli Calvi c. 33. *Ipſam autem Quadrageſimam a quarta feria, id eſt a Capite jejunii, cum ipſa quarta feria, qua publicè pœnitentes pœnitentiam accipiunt, obſervari uſque ad ſanctam Reſurrectionem ſecundùm conſuetudinem antiquam præcipimus.* Matthæus Weſtmonaſter. an. 974. *De beato quoque Ætelſego legitur, quod in die Cinerum, cum de more pœnitentes Eccleſiæ liminibus removerat, hortatus eſt eos ut tempore Quadrageſimali, jejunio & caſtitati vacantes, diebus illis uxorum etiam delitiis abſtinerent.* Vide Sirmondum in Hiſtoria Pœnitentiæ publicæ cap. 9. ubi etiam de Pœnitentium reconciliatione, de qua quædam attingimus in vv. *Abſolutio*, & *Reconciliatio*. Adde Filezacum lib. de Quadrageſima Chriſtiana cap. 12.

Multa habent Concilia & ſancti Patres de ritu pœnitentiæ publicæ, quæ attingere ſatis erit ad alia feſtinanti. Iis enim cùm ab Eccleſiæ liminibus abſtinerent, Sacramentorum etiam perceptio denegabatur, atque adeo ipſa Extrema unctio, ut eſt in Synodo Ticinenſi ſub Leone IV. c. 8. In infirmitate tamen poſitis Viaticum conceſſum, ex Concilio Carthaginenſi IV. can. 77. Arauſicano I. c. 3. Agathenſi c. 15. Arelatenſi II. c. 28. Innocentio I. Epiſt. 1. c. 7. &c. Sed & ſi accepta pœnitentia ante reconciliationem morerentur, pro iis licebat offerre, *pro eo quod honoraviſſent pœnitentiam*, ut eſt in eodem Concilio Carthaginenſi c. 79. Arelatenſi II. c. 12. & in Capitulis Caroli M. lib. 5. c. 61.

Ad Clericatum alioſve ordines Eccleſiaſticos promoveri pœnitentes vetantur in Concilio Carthaginenſi IV. c. 68. Epaonenſi c. 3. Aurelianenſi III. c. 6. Aurelianenſi IV. c. 12. Agathenſi c. 43. Toletano I. c. 2. Toletano III. c. 12. Romano an. 465. c. 3. in Epiſtola Concilii Cabilonenſis, in Epiſt. 9. Gelaſii I. PP. Innocentii I. Epiſt. 6. Epiſt. Joannis II. PP. ad Cæſarium, in Capitul. Gregorii II. PP. c. 5. in Synodo Ticinenſi an. 850. c. 1. apud Egbertum in Dial. c. 15. &c.

Matrimonium contrahere pœnitentibus interdictum fuiſſe docent Concilium Arelatenſe II. c. 21. & Ticinenſe ſub Leone IV. c. 8. At in Wormacienſi an. 868. c. 30. 37. ab uxoribus, ſi habuerint, ſeparari vetantur: ſi autem non habuerint, & ſe continere non voluerint, legitimas accipere in conjugio feminas non prohibentur, *ut in fornicationis voraginem incidere videantur.* Vide Joannem VIII. Epiſt. 62.

Nullam præterea dignitatem obire poterant, ex laudato Concilio Ticinenſi c. 5. ſed & ſi *militares* eſſent, arma deponere jubebantur, ac proinde militare iis interdictum erat, ut in voce, *Arma*, docemus.

Comas deponere, & veſtimenta mutare jubentur in Concilio Agathenſi c. 15. Toletano III. c. 12. Arelatenſi II. c. 22. 25. &c. Vide Gregorium II. PP. Epiſt. 2. præfixam VII. Synodo ſub medium, Honorium Auguſtodun. cap. 3. & 78. Spicilegium Acherianum to. 6. pag. 427. Hemeræum in Auguſta Viromand. in Reg. p. 30. &c.

Vehiculis uti prohibentur, ſed *pedibus propriis*, vel *pedeſtri more proficiſci* jubentur, in Concilio Wormacienſi an. 868. c. 26. 30. Moguntiacenſi an. 888. c. 26. & Triburienſi an. 895. c. 5. 55. apud Reginonem lib. 2. c. 6. Burchardum lib. 6. c. 2. &c.

Pœnitentiam publicam non excipiunt Presbyteri, ut eſt apud S. Leonem in Epiſt. ad Ruſticum, & Joan. II. Epiſt. 1. ad Cæſarium. Nec Clerici, in Concil. Colonienſi an. 1310. c. 10. Vide Sirmondum in Hiſt. publicæ Pœnit. cap. 6. & Morinum lib. 2. Exercit. c. 23. 24. & in libris de Penitentia.

Non iteratur, ut habet Hugo à S. Victore lib. 1. Obſervat. Eccl. c. 24.

Pœnitentiam publicam conjugatis non niſi ex conſenſu dari vetat Concilium Arelatenſe II. c. 21.

Qui hominem liberum publicam agentem pœnitentiam interfeciſſet, graviori, quàm ſi alium, mulcta punitum, indicant Capitula Caroli M. lib. 4. c. 18. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 1. & Regino lib. 2. c. 30. 190.

De his qui reſiliunt à pœnitentia, agunt Concilium Turon. c. 8. Veneticum c. 3. & Aurelian. I. c. 11.

Denique pœnitentiæ publicæ jus omne penes Epiſcopum; nullum, niſi ejus vice aut juſſu penes Presbyteros fuit, quod fuſiùs probat Sirmondus cap. 6. Adde Joannem VIII. PP. Epiſt. 62.

Pœnitentia abſconſa, cui opponitur *publica*, in Concilio Remenſi II. c. 21. Concilium Moguntin. I. c. 10. *Diſcretio ſervanda eſt per pœnitentes publicè & abſconſè.* &c. Quippe occulta ob delicta publicam imponi pœnitentiam vetant Canones, apud Sirmondum cap. 4. Rhabanus in Epiſt. ad Heribaldum cap. 10. *Qui autem de prædictis vitiis per occultam Confeſſionem mala abs ſe abſconſè commiſſa coram oculis Dei, præſente etiam Sacerdote, qui eis indicturus eſt pœnitentiam, confitentur, & ſemetipſos graviter accuſant, ſi veraciter pœnituerint, & ſi per jejunia & eleemoſynas — purgare certaverint; his etiam gradu ſervato, ſpes veniæ de miſericordia Dei promittenda eſt*, &c.

Pœnitentia momentanea, apud Avitum Viennenſem Epiſt. 4. eſt, quæ ſub vitæ exitum confitenti imponitur, ſeu, ut ejuſdem Aviti verbis utar, *in ægritudine, quaſi ſub momento accipitur.* *Subita* dicitur Paulino. Hanc Fauſtus hæreticus, adverſus quem extant libri S. Auguſtini, inutilem eſſe contendebat, quod falsò dici docet Avitus loco cit. & ante eum Gennadius Maſſil. Eccleſ. Dogmat. c. 48. Vide Cæleſtinum PP. Epiſt. 1. ad Epiſc. provinciæ Vienn. c. 2. Auguſtinum lib. 50. Homil. Homil. 41. Innocentium I. PP. Epiſt. ad Exuperium c. 2. Concil. Nannetenſe c. 2. &c.

Pœnitentiarum redemptiones. Capitula Herardi Archiep. Turon. cap. 26. *Ut nullus pœnitentem cogat manducare vel bibere, niſi redemptio permiſſa ſit: ita tamen ut prius pro eo donet coram ipſo redemptionem.* Pœnitentia injuncta his qui bello Sueſſionico — interfuerunt: *Omnibus his tribus Quadrageſimis 2. 4. & 6. feria in pane, ſale & aqua abſtineant, aut redimant.* Vide Decretales Precum Epiſcoporum an. 779. Concilium Remenſe incerti loci an. 923. Canones Saxonicos datos ſub Edgaro Rege cap. de Satisfactione §. 18. 19. & quæ de ejuſmodi redemptionum origine & uſu annotarunt viri doctiſſimi Joan. Morinus lib. 10. de Adminiſtratione Sacramenti c. 16. & Jacob. Petitus ad Pœnitentiale Theodori pag. 119. 120.

Variè autem redimebantur pœnitentiæ. Interdum enim eleemoſyna ac erogatione bonorum in uſus pauperum vel Eccleſiarum, atque adeo prædiorum ipſorum: unde Petrus Damiani in Epiſt. apud Baronium an. 1055. *Non ignoras quia cum à pœnitentibus terras accipimus, juxta menſuram muneris, eis de quantitate pœnitentiæ relaxamus.* Quæ verò pecuniæ erogatione in pauperes redimebantur, vel quæ imponebantur, *Pœnitentia deargentata* nuncupantur à Guigone in vita S. Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani n. 20. *Non deargentatam convictis vel confitentibus impoſuit pœnitentiam.* Halitgarius in Pœnitentiali: *Si quis verò non potuerit jejunare, & habet unde dare ad redimendum, ſi dives fuerit, pro 7. hebdomadibus det ſolidos 20. Si autem mul-*

tum pauper fuerit, det ſolidos 3. Neminem verò conturbet quia juſſimus 20. ſolidos dare, aut minus, quia ſi dives fuerit, facilius eſt illi dare ſolidos 20. quam pauperi ſolidos 3. Sed unuſquiſque attendat, cui dare debet, ſive pro redemptione captivorum, ſive ſuper ſancto altari, ſive pauperibus Chriſtianis erogandum. Concilium Triburienſe an. 895. c. 56. *Tunc licitum ſit ei tertiam feriam & quintam atque Sabbatum redimere uno denario, vel pretio denarii, ſive tres pauperes pro nomine Domini paſcendo*, &c. Adde cap. 57. 58. Articuli oblati à Prælatis Angliæ Eduardo II. Regi Angliæ in Concil. Britan. tom. 2. c. 3. *Si Prælatus imponat pœnam pecuniariam alicui pro peccato, & repetat illam, regia prohibitio non habet locum. Verumtamen ſi Prælati imponant pœnitentias corporales, & illi ſic puniti velint hujuſmodi pœnitentias per pecuniam ſponte redimere, locum non habet regia prohibitio, ſi coram Prælatis pecunia ab eis exigatur.* Vide Reginonem lib. 2. de Eccleſiaſt. Diſcipl. cap. 438. & ſeqq. Burchardum lib. 19. cap. 19. & ſeqq. Synodum Salmurienſem an. 1294. c. 4. Radulfum in Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis n. 50. &c.

Redimebantur præterea flagellationibus, *palmatis*, (de quibus diximus in hac voce) & pſalmorum recitationibus. Petrus Damiani lib. 1. Ep. 19. de quodam Dominico ſuo Monacho: *Centum autem annorum pœnitentia, ſicut ipſo auctore didicimus, ſic expletur. Porro cum tria ſcoparum millia unum pœnitentiæ annum apud nos regulariter expleant: decem autem pſalmorum modulatio, ut ſæpe probatum eſt, mille ſcopas admittat, dum 150. pſalmis conſtare Pſalterium non ambigitur, 5. annorum pœnitentia in unius Pſalterii diſciplina rectè ſupputantibus invenitur. Sed ſive quinque vicies ducas, ſive 20. quinquies, centum faciunt. Conſequitur ergo, ut qui 20. pſalteria cum diſciplina decantat, 100. annorum pœnitentiam ſe peregiſſe confidat.* Et mox, de eodem Dominico: *Hanc autem centum annorum pœnitentiam — facile 6. diebus ex more conſummat.* Et infra teſtatur illius exemplo ejuſmodi faciendæ diſciplinæ morem adeo in Italia inoleviſſe, *ut non modo viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorii genus inhianter arriperent.* Eadem habet lib. 6 Epiſt. 30. & lib. 7. Ep. 19. Idem lib. 9. Ep. 27. *Nam & ante nos, omnibus fere ſanctis Monaſteriis hæc diſciplina regula nequaquam fuit incognita, & ſi non adeo frequentata; unde & ſingulos annos pœnitentiæ millenis ſcopis redimere conſueverunt.* Adde lib. 3. Ep. 10. Cod. MS. *Qui autem implere potuerit quod eſt in pœnitentia, impleat quia bonum eſt; qui autem non poteſt, conſilium damus per miſericordiam Dei, in primis pro uno die, in pane & aqua 50. pſalmos cantet, genua flectendo, vel ſine flectendo 70. pſalmos cantet infra Eccleſiam, vel in uno loco per ordinem pſallat. Hæc pro uno die valent: vel unum denarium pro uno die valet, & ſi 4. eleemoſynas tribuit pauperibus, pro uno die valent. Quidam dicunt, 100. percuſſiones in hieme, vel 100. pſalmos in æſtate valent, id eſt in hieme, in autumno & in verno 100. percuſſiones, vel 100. pſalmi in æſtate, vel 150. percuſſiones. Item pro uno menſe quod in pane & aqua pœnitere debet, pſalmos mille 200. genu flectendo, vel ſine genuflexu, 1670. & poſtea omnis dies reficiat ad Sextam, & niſi 4. & ſuper jejunet ad Nonam, & a carne & vino abſtineat ſe. Alium cibum poſtquam pſallerit ſumat. In ſecundo anno remiſſior pœnitentia erit. De Natale Domini uſque Epiphania, & illos prædictos dies qui ſuperſcribuntur, qui in pœnitentia non computantur, reficiat. Qui non poteſt ſic agere pœnitentiam, ſicut diximus, in primo anno eroget eleemoſynam ſolidos 25. & in una hebdomada jejunet ad Nonam, & altero ad Veſperam, & 3. Quadrageſimas. In ſecundo anno 200. ſolidos, pro tertio anno ſolidos 18. id ſunt 64. ſolidi. Potentes homines pro culpis & criminibus faciant, ut Zachæus ait Domino, Omnium bonorum meorum dimidium do pauperibus, & ſi aliquid alicui injuſtè abſtuli, in quadruplum reddam. & de mancipiis dimittant liberos, & captivos redimant, & à quo die deſiit peccare, non deſinat communicare, ſicut Apoſtolus dixit*, &c. Idem Codex MS. *Edidit S. Bonifacius quomodo poſſumus pœnitentiam 7. annorum in uno anno percurrere: triduana cantatio pſalmorum pro 30. diebus & noctibus 115. Pſalteria, & 50. Pater noſter, & 50. vicibus proſternat ſe in terra cum oratione Dominica, quam in proſtratione dicat. Sic pro uno die, ſi vult minus pſallere, proſternat ſe in oratione 100. vicibus, & dicat Miſerere mei Deus, & Dimitte mihi delicta mea. Fiat hoc pro uno die. Qui vult confiteri peccata ſua cum lacrimis, quæ lacrimæ veniam non poſtulant, ſed merentur, roget Presbyterum ut Miſſam cantet pro eo, niſi ſint criminalia peccata, quæ debent ante lavari cum lacrimis. Cantatio unius Miſſæ poteſt 12. dies redimere: 12. Miſſæ 4. menſes, ſi volunt confeſſores eſſe cum lacrimis. Hæc pro ebdomada: 350. Pſal. flectendo genua in Eccleſia, aut in uno loco per ordinem. Qui unum pſalmum non novit, & jejunare non poteſt, hic quantum ſumit, penſet, & tribuat medietatem in eleemoſynis.* Vide Reginonem lib. 2. de Eccleſiaſt. diſcipl. c. 446. novam editionem Conciliorum to. 7. p. 1478. d. & Ivonem decret. part. 15. c. 191. & ſeqq.

Pœnitentia inter obventiones Curionum vulgò recenſentur, quæ aliis *Confeſſiones* dicuntur. Vide in hac voce. Tabularium Conchenſe in Rutheniis ch. 15. *Et manſiones de ipſas Eccleſias, & quartam partem de ſepulturam & pœnitentiam*, &c. Ch. 27. *Et nihil retineo ibi niſi ſolummodo gaddium, & pœnitentiam de illis hominibus qui manſos vel appendarias de parochia mea tenuerint, hoc eſt unum denarium pro gaddio, & medaculam pro pœnitentia.* Adde Ughellum to. 4. p. 1213.

Pœnitentiarum remiſſio, vel *indulgentia*. Hiſtoria Andegavenſis: *Et edicto juſſit, ut — ſeptima pars pœnitentiarum populo convenienti ad illam celebritatem dimitteretur.*

Libellus Pœnitentiæ, quo quis impoſita & indicta pœnitentia, à reatu, quem ultro fatetur, abſolvitur, aut abſolvendus reſervatur & Eccleſiæ reconciliandus. Anaſtaſius ad VIII. Synod. act. 2. *Habentes præ manibus libellum pœnitentiæ, deprecantur ſanctam Synodum, ut introeant.* Act. 3. *Quamvis ipſe Theodorus poſt ſcriptum Romanum libellum indulta culpa, quam contra Patriarcham Ignatium — commiſerat, per libellum pœnitentiæ receptus ſit*, &c. Nicetas Paphlago in vita Ignatii Patr. CP. p. 713. edit. 1618. λιβέλλους μετανοίας ἐπιδεδωκότες.

Libellus, nudè. Formoſus PP. Epiſt. 1. *Decrevimus ut oblatis libellis ſe deliquiſſe fateantur, & pœnitentiæ veniam deprecentur.* Anaſtaſius in S. Gelaſio PP. *Revocavit Meſenum Epiſcopum ad Communionem, & recepit eum Eccleſia ſua ſub ſatisfactione libelli, & purgatus eſt receptus. Libellum pœnitentiæ* idem vocat in S. Hormiſda. Vide S. Leonem PP. Epiſt. 80. ad Epiſcop. Campan. c. 2.

Libellus Confeſſionis, in Epiſtola Epiſcoporum Regni Lotharii in Synodo Aquiſgran. an. 860. quo quis reatum ſuum confitetur, & ab eo abſolvi flagitat. Extat apud Sirmondum poſt Concilium Duziacenſe, ejuſmodi libellus Confeſſionis Roberti Epiſcopi Cenomanenſis, cum Epiſtola abſolutionis, quam ei remiſerunt venerabiles Conſacerdotes. Et alter Anſcarii, qui Lingonenſem Epiſcopatum uſurpaverat, in Synodo Tullenſi apud Saponarias cap. 5. unde conficitur olim etiam Confeſſionem libellis porrectis factam Presbyteris aut Epiſcopis. Cujus etiam moris exemplum profert Amphilochius in vita S. Baſilii Cæſar. cap. 10. & Ditmarus lib. ult. pag 108. *Vide Temperantiæ libellus.* Atque inde fortè fluxit loquendi formula, *Confeſſionem dare*, pro *confiteri*. Capitula Herardi Archiep. Turon. c. 75. *Ut jejuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moneantur confeſſiones dare prius*, &c. Vide Baron. an. 253. n. 58. 59. 60.

Litera Pœnitentialis, idem quod libellus pœnitentiæ: quæ ſcilicet pœnitentibus in argumentum ſtatæ ac certæ indictæ pœnitentiæ dabatur ab Epiſcopis, præ-

ſertim iis pœnitentibus quibus indictæ erant ob graviora crimina certæ quædam pœnitentiarum ſpecies, quas ii extra diœceſim interdum exigere deberent, verbi gratiâ cum ſacræ iis injungebantur peregrinationes, aut circuli ferrei deferendi, & hujuſmodi. Joannes Monachus in vita S. Bernardi Pœnitentis n. 5. *Cur tamen exulaverit, vel propter quam offenſionem tanta auſteritate pœnituerit, temere definire non audeo; præſertim cum ipſe omnia opera ſua in quantum potuit occultaverit, & in literis pœnitentialibus, quas ſigillo Magalonenſis, ſui ſcilicet Epiſcopi, & Narbonenſis ſui quoque Archiepiſcopi, ſignatas ſecum ferebat, nihil aliud de reatu ejus ſcriptum fuerit, niſi quod pro horribilibus ſuis peccatis pœnituerit.* Et n. 7. *Pœnitentiale mandatum* appellatur.

De Pœnitentia S. Dominici: ita vocantur viri & feminæ qui in vita laicali ſub directione PP. Dominicanorum vitam inſtituunt, etiam habitu modeſtiore utentes. Vide Mirac. S. Thomæ Aquin. n. 15. & Henſchenium ad 19. Martii, ubi de B. Sibyllina Papienſi.

De pœnitentia S. Franciſci. Vide *Continentes.*

Ordo de Pœnitentia S. Mariæ Magdalenæ fundatus an. 1272. aut 1277. Maſſiliæ, per Bertrandum virum pium ac civem Maſſilienſem, qui ſuis virtutibus hunc illuſtravit Ordinem, confirmatum ſub Regula S. Auguſtini à Nicolao III. PP. Ex Cruzenio in Monaſtico.

Ordo Fratrum de Pœnitentia Jeſu Chriſti, apud Maſſiliam inſtitutus an. 1260. Ita Chronicon MS. Lemovicenſe Joannis de Nigella Phyſici Regis Caroli.

Pœnitentia. Leges Edmundi Regis apud Londonium c. 3. *Si quis ſceleratis manibus effundat ſanguinem Chriſtianum, non appareat in conſpectu Regis, priuſquam emendationem ineat, ſicut Epiſcopus docebit, & pœnitentiam conſulet.* Hic *Pœnitentiarium* interpretatur Somnerus: ſed puto potiùs librum *pœnitentialem* intelligi.

Pœnitentes mulieres, quas anteactæ vitæ laſciviores pœnitet, quæque in Monaſterio ſeſe ad agendam pœnitentiam recludunt, quod Μετάνοιαν appellabant Byzantini. Duplex enim fuit hac nomenclatura Monaſterium Conſtantinopoli, alterum ad Freti littus dextrum, à Juſtiniano & Theodora extructum, uti narrat Procopius lib. 1. de Ædific. cap. 9. & in Hiſt. arcana p. 75. 1. edit. alterum quod τῆς Νέας μετανοίας dicitur apud Theophanem p. 250. De utroque agimus in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana. Charta Philippi Regis Franc. an. 1312. in 48. Regeſto ejuſdem Regis Tabularii Regii n. 136. *Ex parte mulierum Pœnitentium, vulgariter vocatarum Repenties, de Dolencio, nobis fuit humiliter ſupplicatum*, &c. Sub finem: *Nos igitur attendentes quod mulieres prædictæ mundanæ lubricitatis flagitio & luxuriæ fœditate relictis, elegerunt Domino famulari in fructu continentiæ, & munditia caſtitatis, quam noſtris temporibus in regno noſtro præcipuè augeri cupimus, cum ipſa ſit poſſibilis animas hominum Deo cum fiducia præſentare*, &c.

POENITENTIALE, *Pœnitentialis*, Liber Eccleſiaſticus in quo continentur quæ ad pœnitentiam imponendam, & ad reconciliandum pœnitentem ſpectant. *Liber Pœnitentialis*, in Concilio Turon. IV. c. 22. *Pœnitentiales Codices, Codicelli, Libelli*, in Pariſienſi VI. lib. 1. c. 32. ubi & quidam *contra Canonum autoritatem conficti, & quorum ſunt certi errores, incerti autores prohibentur. Sacramentum ad dandam pœnitentiam* in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 52. ubi fortè legendum *Sacramentarium*, ut lib. 7. c. 143. *Canon Pœnitentialis*, in Capitulis Aytonis Epiſcopi Baſileenſis c. 6. in Statutis Odonis Pariſienſis Epiſc. cap. 8. & apud Stephanum Tornac. Ep. 1. *Leges Pœnitentium*, apud Bernardum Preſbyt. Conſtantienſem lib. de Reconciliat. lapſorum p. 285. *Peccantium judicia*, apud Reginonem an. 576. *Judicium pœnitentiæ*, in Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. pag. 1275. *Præterea obtuli eidem Eccleſiæ — lectionarium unum cum Epiſtolis, Benedictionarium, cum Judicio pœnitentiæ, Orationale unum Franciſcum*, &c. Beda de Remediis peccatorum c. 1. de Sacerdote: *Præparet ſibi — ſuum Pœnitentialem, qui hoc ordine ſecundum auctoritatem Canonum ordinatur, ut diſcretiones omnium cauſarum inveſtiget primitus, ſine quibus rectum judicium non poteſt ſtare*, &c. Joannes Abbas S. Arnulfi in vita B. Joannis Gorzienſis n. 18. *Præcepta Canonica inſtitutionis, hoc eſt decreta Conciliorum, Judicia Pœnitentum, ordinem actionum Eccleſiaſticarum, — corde recondita mirè continuit.* Vita Burchardi Epiſcopi Wormatienſis: *Canones in unum corpus collegit, non pro ulla arrogantia, ſed ut ipſe dixit, quia Canonum jura, pœnitentiumque judicia, in Epiſcopatu ſuo fuerant neglecta ac deſtructa.* S. Stephanus in Regula Grandimontenſium cap. 5. *Nec etiam judicia pœnitentiæ viris exterioribus injungere præſumatis: hujuſmodi namque negotium nihil ad veſtrum ſpectat propoſitum. Sententia judiciorum*, in veteri Scheda in appendice ad Capitularia Reg. Franc. p. 1385. edit. Baluzianæ. Epitaphium S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi:

Ut ſincere credidit, ſincere piè edidit
Formam pœnitudinis.

Ubi Regula ejuſdem Iſidori, ni fallor, innuitur. *Peccantibus diſcretionem pœnitentiæ judicare*, in Concilio Cloveshovienſi an. 747. c. 6. *Judicare*, undè ibidem c. 11. Quò etiam ſpectant hæc ex appendice 1. ad lib. 4. Capitulor. Caroli M. c. 30. *De judicio pœnitentiæ ad interrogandum relinquimus, per quem Pœnitentialem, vel qualiter judicentur pœnitentes*, &c. Capitulare Hettonis cap. 19. *Nec diverſa ſentiant in judiciis pœnitentium*, &c. Varii enim circumferebantur libri Pœnitentiales, qui proſtant & laudantur paſſim à ſcriptoribus, atque in primis *Pœnitentialis Romanus, Pœnitentialis Bedæ Preſbyteri, Pœnitentialis Gregorii III. PP.* editus in Conciliorum voluminibus: *Pœnitentialis Halitgarii* Epiſcopi Cameracenſis editus à Caniſio to. 5. Lection. antiqu. & à Menardo ad Sacrament. Gregorii M. quique laudatur à Baldrico Noviomenſi lib. 1. Chron. Camerac. cap. 38. 39. & à Flodoardo lib. 2. cap. 19. *Pœnitentialis Theodori*, ut quidam volunt, Archiep. Cantuarienſis crebro laudatur à Reginone, an. 576. & in Canonibus à Burchardo, Ivone Carnot. & aliis, cujus indicem Spelmannus, fragmenta verò nuper edidit v. cl. Jacobus Petitus. Extant præterea in Bibliotheca S. Victoris Pariſienſ. *Petri Pictavienſis* Canonici ejuſdem Eccleſiæ, & *Petri de Flamiſburgo* Pœnitentiales libri: quibus adjungi poſſunt Canones Saxonici dati ſub Edgaro Rege de Modo imponendi pœnitentiam, ut & *Pœnitentialis* Monaſticus Columbani, *Liber Pœnitentialis* Alani de Inſulis, & ſimiles libri Pœnitentiales, ſecundùm quos, *non ex corde ſuo, juxta delicti qualitatem pœnitentiam* reo Sacerdos imponebat, ut eſt apud Reginonem lib. 1. de Diſciplinis Eccleſiaſt. cap. 57. unde in Capitulari Caroli M. apud Saltz, præcipitur, *ut Sacerdos doctus ſit, & ſuum Pœnitentiale bene ſciat.* Habuerunt etiam Græci ſuos Pœnitentiales, in quibus recenſeri debent ea Ἐπιτίμια, quæ inter opera Baſilii M. edita ſunt, & quem pridem nuper ſub titulo Nomocanonis, recentioris omnino ætatis, publicavit vir admodum eruditus Jo. Bapt. Cotelerius Regius Linguæ Græcæ Profeſſor in to. 1. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ. Ejuſmodi Pœnitentialium Librorum meminit Joannes Antiochenus editus ab eodem Cotelerio cap. 1. Οἱ γὰρ ἄχρι [illegible]. Complures verò Pœnitentiales collegit ac edidit Jo. Morinus in libris de Pœnitentia.

POENITENTIALIS, Vir cui impoſita eſt pœnitentia. Acta S. Willelmi pueri Martyris apud Capgravium: *Pœnitentialis quidam brachia ferreis innexus nexibus.* Charta Robaldi Archiep. Mediolanenſis an. 1141. apud Ughellum to. 4. p. 654. *Aſſerebant quod in die Cœnæ*

Lomini pœnitentiales per aliquem Diaconum ſuum Ar-
chiaiacono — ſemper fore præſentandos. Adde p. 661.

POENITENTIARIUS, Dignitas inſtituta in Eccleſiis
Cathedralibus à Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap.
8. ſeſſ. 14. cap. 7. penes quem facultas eſt caſus
Epiſcopis, ut vocant, reſervatos abſolvere. Erant ta-
men longè ante Concilium Tridentinum *Pœnitentiarii*,
qui interdum ab Epiſcopis per villas & oppida in Qua-
dragesima deſtinabantur, qui imbecilles, impotentes,
& pauperes à caſibus qui *Majoribus* reſervantur, ab-
ſolverent, ut eſt in Concilio Arelatenſi an. 1260. c.
16. Charta Everardi Epiſcopi Ambianenſis an. 1218.
qua in ſua Eccleſia tres perſonatus erigit, Præcento-
riam, Magiſteriam ſcholarum, & Pœnitentiariam:
Pœnitentiarius verò loco noſtri Confeſſiones audiet de qua-
cunque parte diœceſis ad ipſum referantur, exceptis Con-
feſſionibus Curatorum noſtrorum, & Magnatum, &
Baronum, quas nobis reſervamus. Ad illum etiam,
tanquam ad illum quem poſt nos in hoc officio proximum
eſſe volumus, dubitationes ſi quæ emergent, in foro Pœ-
nitentiali jubemus reportari. Pœnitentias injunctas ab
aliis Confeſſoribus relaxare poterit, aut mutare, prout
ſecundum Deum viderit expedire.

Scribit Socrates lib. 5. cap. 19. regnante Decio
in ſingulis Eccleſiis ordinatum Preſbyterum, qui pœ-
nitentiæ præeſſet, quo qui poſt baptiſmum lapſi
erant, coram eo peccata ſua confiterentur. Unde col-
ligi daretur tum primum inſtitutos *Confeſſarios*: ſed id
refellit Baronius an. 255. n. 9. commentumque eſſe
contendit Novatianorum. Vide Maturinum Simonium
de Pœnitentiæ ritu cap. 4. & Altaſerram lib. 2.
Diſſertat. Juris Canonici c. 8.

Pœnitentiarius Eccleſiæ Romanæ. Ex Preſbyteris Eccleſiæ
Romanæ quoſdam conſtituit Simplicius Papa, ut au-
tor eſt Anaſtaſius Bibliothecarius, ſuper pœnitentes,
qui iis præeſſent, & eorum exomologeſes ſeu Con-
feſſiones audirent: *Hic conſtituit ad ſanctos Petrum,*
Paulum, & Laurentium hebdomadas, ut Preſbyteri
ibidem manerent propter pœnitentes & baptiſmum, &c.
Horum primus hodie *Magnus Pœnitentiarius* dicitur,
qui dignitate in Eccleſia Romana fungitur unus è Car-
dinalibus, de cujus officio pluribus agit Octavianus
Veſtrius lib. 1. de Judiciis aulæ Rom. Will. Brito lib.
12. de Pœnitentiario Eccl. Romanæ:

Dic Jacobo Papæ vice qui delicta reorum
Audit, & abſolvit confeſſos rite reatus.

POENITUDO, pro *pœnitentia*, in l. 11. Cod. Th. de
Indulgent. crimin.

POETARE, More Poëtarum fingere. Lucifer Calaritanus
lib. 2. pro S. Athanaſio p. 108. *Te falſa hæc cum ſa-*
crilegis tuis poetaſſe. Dantes in Purgatorio St. 28.

Quelli ch' anticamente poëtaro
L'eta del oro, & ſu ſtato felice.

Utitur etiam Petrarcha part. 1. ſon. 10.

Onde ſi ſcende poetando, e poggia.

POGESIA, *Pogeſus*, *Pogeſius*; Monetæ Gallicæ ſpecies,
ſed minutioris.

Pogeſa. Charta Capituli Lactoratenſis an. 1273. in Re-
geſto homagiorum Aquitaniæ fol. 52. *Pro quibus 60.*
libris aſſignavit & tradidit dominus Rex dicto Capitu-
lo unam pogeſiam, ſeu pictam, ſeu quartam partem
unius denarii Burdegal. In Uſaticis *d'Ayguemortes*
an. 1246. *Bannum autem tale ſit, ſcilicet de ovibus*
& capris una pogeſia, de porco obolus, de beſtiis groſſis
duo denarii. Poſigia habet Hiſtoria Epiſcoporum Lode-
venſium p. 169. pro *Pogeſia*. Vide Hiſt. Cadurcenſ.
n. 105. & Gariellum in Epiſcop. Magalon. p. 278.

Pogeſus, in Charta Ildefonſi Comitis Toloſæ anni 1144.
apud Catellum in Hiſt. Occitan. p. 323. 324. *Solidi*
Pogeſi, in Tabulario Conchenſis Abbatiæ ch. 44.
109. 155. & alibi non ſemel. *Denarii poieſi*, ibid. ch.
269.

Pogeſius. Raymundus de Agiles: *Erat moneta hæc Pi-*
ctavini, Cartenſes, Manſei, Lucenſes, Valentinenſes,
Mergoreſi, & duo pogeſii pro uno iſtorum. Denarii po-
giſii. Vetus charta apud Columbum in Epiſcop. Vi-
varienſibus: *Donant ei ſex denarios pogiſios in ſingulis*
marcis quæ percipiebantur in argentariis, &c. *Deniers*
poigeoiſe, in Charta an. 1282. apud Petardum p. 555.
Pongeeſſe, & *Pougeoiſe*, noſtris olim. Charta Alphonſi
Comitis Pictav. an. 1253. in Tabulario Regio, *Scri-*
nio, Monetarios: Simplices autem Toloſani debent eſſe
legis & ponderis Turonenſium, hoc eſt ſciendum ad qua-
tuor Pougeeſſes minores legales, ſicut debet fieri moneta
Regis apud Carcaſſonam & Nemauſum. Charta anni
1282. apud Petardum p. 554. *Et ſeront li dis deniers*
à 3. deniers pogeoiſe moins de loi, &c. Alia an. 1306.
in probat. Hiſt. Caſtilionenſis p. 97. *Et les mailles*
de deux deniers, & pougeoiſe de loi argent le Roy, &
de 17. ſoux ſix den. de pois au marc le Roy.

Pougeſia Charta an. 1306. in Regeſto 9. Philippi Pul-
chri Regis Franc. ch. 14. ex Tabul. Regio: *Item 29.*
ſolid. & 6. denar. & pougeſiam, quos dominus Rex per-
cipit in cenſibus denariorum annis ſingulis, &c. Legi
in adverſariis D. Peyreſcii viri doctiſſimi, *Poitevines,*
Pites, Pougeoiſes, Pougoires, & Poioieſſes Aragonen-
ſes, unum idem eſſe.

Pogeſata, Pretium unius pogeſiæ. Conſuetudines Toloſæ
part. 2. *Denariatam, & etiam obolatam, & etiam poge-*
ſatam poteſt quilibet vendere ſine aliqua certa menſura.
Charta an. 1300. in Regeſto Philippi Pulchri Reg.
Franc. an. 1299. Tabularii regii n. 49. *Tria pogeſata*
vineæ de Gratalanſa. Vide *Moneta Podienſis*.

POGETUM, Colliculus, ex *poium*, eadem notione.
Tabularium Conchenſe in Ruthenis ch. 151. *Et in illo*
loco in pogeto dono ſimiliter — illo meo alode &. In-
fra: *Et teneat ipſum alodem, excepto illo pogeto, ſi Ab-*
bas donare voluerit ad filios meos, &c. Vide *podium*.

POHERI, qui dicti fuerint apud Willelmum Britonem
in Philippide, video paſſim ignorari, vel ſanè à viris
doctis prætermitti. Is lib. 10. p. 221.

Pontivii Comitem comitantur in arma Poheri.

Et lib. 11. p. 233.

Stant contra oppoſitis Thomas Gallericus armis,
Gamachioſque Vimoſque ciens, Robertigenaque,
Pontivunſque Comes, Drocenſis, atque Poheros.

Quos verò *Poheros* Willelmus, Poëtæ noſtrates *Poi-*
biers vulgò vocant. Magiſter Vaccius, qui ſcribebat
an. 1160. in Hiſtoria MS. Ducum Normanniæ, in
Willelmo Notho:

Les Bolongneis, & les Poibiers
Aurés tous, & mes Soudoiers.

Autor MS. Poëmatis de Varino Duce, qui eodem
vixit ſeculo:

Moult le regardent François & Berruier,
Et Alemant, & Flament, & Pobier.

Alibi:

Mande Normans, & Flamans & Pohiers,
Et Bourguignons, François, & Berruiers.

Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS. (vivebat is
anno 1240.) in Carolo M.

Et li Pouhiers & Champenois.

In Lothario:

Lohiers, qui donques eſtoit Rois,
Aſſembla Pouhiers & François,
Si quiſt tote la Loheraine.

In Philippo Auguſto, de Prælio Bovinenſi:

Li Pouhiers & li Champignois,
I furent preus, & cil d'Artois,
Li Hurepois d'outre Seine,
Là leur font pas meſlée ſeine,
Cil d'Amienois & de Pontin,
Tinrent bien d'autre part leur lin.

quibus verſibus reddidit quæ hoc prælium commemo-
rans habet Willelmus Brito.

Poheri igitur populi fuere in Belgio, quorum no-
menclatura tam latè patuit, ut Golutus in Hiſtoria
Sequanica lib. 10. cap. 81. & 109. ſcribat Duces

olim Burgundiæ, qui compluſes etiam Germaniæ inferioris tractus poſſedere, Heraldos ſeu Fœciales habuiſſe, quorum alii Poihieri, (*Poihiers*.) alii Ripuarii, (*Ruiers*) appellabantur; Poheros verò Fœciales intra Franciam, & Ripuarios intra Germaniam inferiorem ſuum obiiſſe munus. Sed appellationis rationem nôn reddit, quæ non alia eſt, quàm quod Ducum ejuſmodi Burgundicorum modernorum dominia partim in Francicis, partim in Germanicis regionibus protenderentur, id eſt in provinciis quæ aut Gallica aut Germanica lingua utebantur: cum Ripuariorum nomine, ex quæ Rheno conterminæ erant, Poherorum, quæ verius Franciam excurrebant, intelligerentur. Unde omnino conficitur *Poherorum* nomen generale fuiſſe, pluresque comprehendiſſe populos.

Horum præterea mentio eſt in veteri Ceremoniali Gallico MS. ubi agitur de Torneamentis, ad quorum evocationem in hæc verba facta proclamatio deſcribitur: *Or oyez Seigneurs Chevaliers que je vous fais à ſçavoir le grand digne pardon d'armes, & le grand digne tournoyement de par les François, de par les Vermandiſiens & Beauvaiſiens, de par les Poihiers & Corbeans, de par les Arthiſiens & les Flamens, de par les Champenois & les Normans, de par les Angevins, Poitevins & Touraugeaux, de par les Bretons & Manceaux, de par les Rives & Haſbegnons, & de par tous autres Chevaliers qui accordez ſi ſont*, &c.

Verùm hoc loco *Poherorum* nomen haud tam latè patet, ſatiſque innuitur vicinos fuiſſe Corbeienſibus atque Bellovacenſibus, proindeque eos eſſe qui caſtro, quod vulgo *Poix* vocant, & ab Orderico Vitali lib. 10. p. 783. *Caſtrum de Piee* appellatur, vicinam incolebant regionem: quod prorſus firmant antiqui Fecialium libri, quos *Provinciales* dicunt, quod Nobilium nomina & inſignia ſecundùm provincias digeſta contineant. Quippe ſub *Poherorum* titulo, ſeu *Poihiers*, recenſentur vulgo Domini *de Pequigny*, *de Rivery*, *de Siſſolreu*, *le Vicomte des Queſnes*, *de Rambures*, *d'Araines*, & familiæ aliæ nobiles, quæ in eo tractu qui Ambianum inter & Pontivenſem Comitatum jacet, atque adeo in Vinemacenſi pago, ſedes ſuas habebant.

A caſtro igitur Piciacenſi, ſeu *de Poix*, Poheri dicti: quomodo Ordericus Vitalis lib. 12. p. 844. *Braiberes* appellavit, qui Normanniæ tractum, Bellovacis conterminum, vulgo *le Pays de Bray* vocatum, incolunt.

Id præterea nominis haud intra prædictos limites ſeſe continuit, cùm ultra Somonam obtinuerit: quippe in Tabulario Eccleſiæ Canonicorum Vineacurtenſis fol. 10. mentio fit menſurarum frumentariarum, *Sextiers Pohiers* dictarum: ut in Eccleſiæ Ambianenſis Chartarum Inventario p. 3. *du muy Pohier*, ſeu modii Poheri.

POICHIA, *Poichia*, Menſura frumentaria, in diœceſi Biterrenſi. Charta Philippi Regis Franciæ an. 1304. ex Chartophylacio Regio: *Donamus 55. ſextarios, dimidium quarterium, dimidiam poichiam, & dimidiam cupam frumenti, & 63. ſextar. dimid. quarterium dimid. ponchiam & dimidiam cupam orde*, &c.

POIGNIA. Inqueſta de Foreſta Aquilina in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano f. 118. *Habet & carbonarios aſignarios poigniarum ad mortuum nemus in defenſo Molinelli.* Infra: *De paſnagio, quod domini Regis eſt, habet dominus Monfortis unum centenarium, ſi inventus fuerit apud Rambelbec, ſive ad poignias.*

POYPIA, Domus ruſtica. Charta homagiorum Nobilium Breſſiæ an. 1272. apud Guichenonum: *Recognoſcit ſe tenere in feodum domum ſuam, & Poypiam de ſancto Cyrico, cum tota fortereſſia.* Infra: *Confitetur ſe tenere ab eodem in feudum ligium plaſtrum ſuum de Bangiaco, & poypiam ſuam fortem de Corbertoud, cum nemore & terra quam ibi tenet, & partem dicta poypia.* Rurſum: *Et poypiam ſuam S. Sulpitii ſitam inter duas Poypias.* Occurrit ibi pluries p. 14. 15. 16. 17. 20. Alia Charta Gallica ibidem p. 51. *George Loup n'a pas fait de fief d'une Poype d'Amorel, pource qu'elle a eſté reduite a ſervis.*

POLA, Pertica, vel alius modus agri. Liber Prioratus Donſtapl. cap. 4. *In qualibet dola habet 4. polas, ſive 8. andenas, jacentes ſimul.* Alibi: *Habet Prior primo 4. perticas ſive polas in latitudine*, &c. Vide *Dola*.

POLANUS, Trochlea, ni fallor, noſtris *Poulie*. Tabularium Epiſcopat. Antiſiodor. *Coſtuma de cordis, polanis, & minagium ſunt Comitis.* Hinc

Poulenagium. Præſtatio pro polanis, ſeu trochleis, quibus dolia è navibus in littus educuntur. Idem Tabularium: *Omnes tam foranei quam de villa, qui adducunt vinum ad portum, dolium debet 6. den. & 4. den. de poulenagio, & 2. den. pro minagio Poulenagium illorum qui ſunt de foris & de villa; omnibus diebus quibus aliquis ducit ad ripam, Polanus debet 4. den.* Et infra: *Dolium ductum extra villam — debet 6. den. de poulenagio, & ſi emptum fuerit, debet roagium & minagium cu uſcumque modiationis ſit, & poulenagium, niſi oneratum fuerit ad ſitulam ſuper axem.*

POLEGIUM. Vide *Puleiicum*.

POLENTARII, qui *braſium* curant, molunt, & conficiunt ad *cerevíſiam* componendam. Iter Camerarii Scotici cap. 26. §. 1. *Polentarii, qui braſium curant & faciunt Malt-makers, calumniari debent; quod faciunt bonum braſium, & malum, & ſimul & conjunctim: cum debent ea facere ſeparatim, & pro diverſis pretiis.* Adde §§. ſeqq. Vetus Charta vernacula poſt Hiſtoriam W. Thorn p. 2208. *Et quant l'Erceveſque tient grauntz feſtez, les polentiers l'Erceveſque averont lienz lor pleyrie, ou bien leur ſoit.*

POLENTRUDIUM, *Politrudium*; Cribrum farinarium. Gloſſ. Lat. Gall. Thuanum MS. *Polentrudium, buretel.* Veteres Schedæ MSS. *Ego comedi panem polentrudizeium, ad polentrudium delicatum.* Vox videtur deducta à *polenta*, farina delicatior, vel à *polline truſo*. Gall. *Farine paſſée.*

POLEDRUS, *Pulletrum*, *Pultrinus*, Pullus equinus, Ital. *Poledro, puledro, & poltro*: ex qua voce Landinus ad Dantem ignavos *poltrones* dictos putat. Noſtri *Poutre* dicunt. Gloſſ. Ælfrici: *Poledrus*, ꝑola. i. pullus. Charta Adalberonis Archiep. Hammaburg. an. 1143. *Sed & pulletrum denario, & vitulum dimidio redimant.* Alia Hartwici Archiep. an. 1149. *De animalibus autem, velut pulledris denarium, de vitulis obulum; de reliquis quoque juſtam decimationem adminiſtrent.* Cæſarius Heyſterbac. lib. 7. cap. 39. *Erat Monaſterio poledrus pulcherrimus, ſpecies — enim optimi dextrarii in eodem erat poledro.* Occurrit in Lege Salica tit. 40. §. 7. 8. & Aleman tit. 53. in Capitulari de Villis cap. 14. 15. 50. 62. in Charta Ludovici Pii apud Mabillonium to. 5. Vitarum SS. Ord. S. Benedicti p. 67. in Speculo Saxon. lib. 2. c. 48. §. 14. &c.

Pulletrum, eadem notione, in Legibus Wiſigoth. lib. 8. tit. 4. §. 5. & in Charta an. 813. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus. *Pulliteras* Gallinas *vetulis* opponit Varro lib. 3. de Re ruſt.

Pultrinus in Gloſſ. Theotiſco, *Fuli*. *Poutrain au laict* in Conſuetud. Montenſi cap. 50.

Poledrio, apud Sambucum ad Leges Hungaricas.

Poledrarii, qui poledrorum curam gerunt, in Capitulari de Villis c. 10. 50.

Pultrella, equæ adultæ, ruſticis noſtris *Poutrelles*. Capitulare de Villis c. 14. *Ut jumenta noſtra bene cuſtodiant, & poledros ad tempus ſegregent, & ſi pultrella multiplicata fuerint, ſeparata fiant.* Cap. 62. *Quid de poledris & pultrellis*, &c.

Poletria, Pullorum equinorum grex. Fleta lib. 2. c. 87. §. 1. de Caſeatricis officio: *Item ejus eſt — facere butyrum; curamque de poletria obtinere; ac exitibus inde provenientibus compotum reddere.*

POLENA. Vide *Poulainia*.

POLETA. Matthæus Paris an. 1215. in Charta Joannis Regis Angl. pro libertatibus foreſtæ: *Tres eriilli ſeu-*

dantur de pede anteriori ſine poleta. Scilicet parte carnoſa, quam *montem pedis* vocant. Ita Watſius.

POLETA. Fleta lib. 2. cap. 18. *Officium coquinæ eſt, denarios recipere de Gardaroba pro officiis emptoriæ, poletæ, ſalſariæ, aulæ, & cameræ*, &c.

Poletarius. Fleta lib. 2. cap. 14. §. 3. *Item duos Magiſtros Coquorum, Lardenarium, Poletarium, Scutellarium, Salſarium*; &c. Sed his locis opinor legendum, vel intelligi *Polentam*, & *Polentarium*, qui polentas conficit. Non tamen temere definio.

POLIA. Jo. de Janua: *Polia, armentum, vel grex, vel collectio equorum, vel aliorum jumentorum. Et dicitur à polis, quod eſt pluralitas.*

POLIANESUM. Charta Algari Comitis Angli in Monaſtico Angl. tom. 1. p. 1022. *Cujus etiam puerili corpori Romæ quidem venientis in præſcripto polianeſo Baſilicæ divina prædeſtinatio ſepulturam ordinavit.* Ubi loci legendum fortè *polyandrio*, vel *paradiſo*.

POLICARA. Vetus Notitia Sicula apud Rocchum Pirrum to. 1. p. 311. *Et deinde vadit uſque illo Mizano vallone, ubi ſunt multa policara.*

POLINUS. Vide *Pullanus*.

POLIS, Urbs, πόλις. Græciſmus:

Urbs eſt dicta polis, dicuntur plurima polis.

Epitaphium quod habetur apud Ughellum to. 7. Ital. ſacr. p. 894.

Hos rea mors rapuit, Reatina polis ſepelivit.

Bondelmontius in Deſcript. Conſtantinopolitana: *Tertiaque quarta columnarum quaſi in medio polis ſunt poſita.* Vide ibi Notas noſtras.

POLISIS. Joan. Sariſberienſis Epiſt. 268. *Is qui ventis & mari imperat, exigentibus hominum meritis, in poliſi mundana, re ſcilicet publica degentium, in hoc ſeculo, ſeditiones eſſe patitur.* Ubi *poliſis* pro *republica* ponitur. Sed neſcio an non legendum ſit *politia*, quomodo vernaculè *Police* dicimus, pro *Politica*.

POLITANUS. Adamnanus lib. 1. de Locis ſanctis c. 1. *Camelorum & equorum — numeroſitas — per illas politanas plateas ſtercorum abominationes propriorum paſſim ſternit.* Quidam MSS. habent *politarias*. Gretzerus *politas* legendum cenſet, hoc eſt elegantes. At hoc loco *politanæ plateæ*, ſunt, ni fallor, *urbicæ plateæ*, voce ex πόλις efficta.

POLITICUM. Vide *Puleticum*.

POLITICI, Hæretici quidam ſic appellati, quos alii *Arnaldiſtas* vocabant, ab Arnaldo Brixiano, quorum hæreſis ſub Innocentio III. PP. vulgari cœpta, damnata verò ab eodem Pontifice in Concilio Lateranenſi, ab obitu Cæleſtini PP. rurſum invaleſcere cœpit. Vide Baronium an. 1144.

Politici verſus, quo carminis genere conſcripti complures in manibus teruntur recentiorum Græcorum libri, unde dicantur, non parva eſt difficultas: in qua enodanda, ſi liceat mihi extra inſtituti metas paulò excurrere, dicam quod ſentio.

Verſus politici haud multùm abludunt ab eo genere verſuum, quos dithyrambicos veteres appellarunt. Nam ut ii nullam numerorum, nullam carminum recurrentium certam legem habebant, quod docet Ariſtoteles, ſed numeris lege ſolutis feruntur, ut ait Horatius: ita & politici minimè ad exactam metri formam conſcripti ſunt. Syllabarum enim certo numero, qui vix ultra 15. excurrit, crebriſque metaphoris, ὀνομάτων διπλῶν, & συνθέτων ὀνομάτων, conſtant: quæ omnia dithyrambicis adſcribit Demetrius Phaleræus ſeu Dionyſius Halicarnaſſeus lib. περὶ ἑρμηνείας, pag. 39. 44. edit. Morellianæ, niſi fortè dicamus eos ſimiles eſſe veteribus Sibyllinis, quos longos fuiſſe aſſeverant Cicero ac Varro.

Verſus politicos heroïcis adſcribit Scholiaſtes Hepheſtionis p. 91. quo loco ſeptem genera carminum heroicorum recenſet, in quibus *politicum* eſt poſtremum, quod ſic definit: Πολιτικὸν ἢ τὸ ἄνευ μέτρου, ἢ ἔμμετρον πεζοειδέστερον, veluti inquit, ὥσπερ τὸ Ἑλλὰς ἐκεῖθεν καὶ ποντιακῶς, moxque πολιτικὸν appellatum fuiſſe ait, quod videlicet ſolutæ orationis ſpeciem magis quàm ſtrictæ præ ſe ferat, quod & alibi innuit his verbis: λογοειδὴς δὲ ὢν ὁ πεζότερος τῇ συνθέσει, quomodo *verſum pedeſtrem* dixit Fortunatus Pictavienſis Epiſcopus lib. 5. c. 4. aut quomodo Commodianum ſcripſiſſe ait Gennadius libro de Scriptor. Eccleſiaſticis, *quaſi verſu*. Unde conſtat πολιτικοῦ vocem pro ſoluta oratione, præcipuè apud Græcos medii ævi Grammaticos, intelligendam, ut apud Phrynichum in brevi illa quam conſcripſit Ἀττικῶν ὀνομάτων συλλογῇ, in qua duobus locis, ποιητικὸν πολιτικῷ opponit: ait enim ἐρεύγεσθαι, ποιητικὸν, ἀλλ' ὁ πολιτικὸς ἐρυγγάνειν λεγέτω: & alibi: μεσονύκτιον, ποιητικὸν, οὐ πολιτικόν. Ejuſmodi eſt λεξικὸν τῶν πολιτικῶν λόγων, quod laudat Photius in Bibliotheca cod. 148. cui ſubſequitur aliud, ποιητικὰς λέξεις continens.

Unde verò pedeſtris oratio, πολιτικῆς nomen ſumpſerit, vix conſtat. Quidam, ait vir illuſtriſſimus Epiſcopus Monſpellienſis ad Pſellum, quaſi *politos* dictos volunt: quomodo fortè *politos ſermones* dixit Victor Utic. lib. 3. de Perſecut. Vandal. p. 42. *Si quis incredulus eſſe voluerit, pergat nunc Conſtantinopolim, & ibi reperiet unum Subdiaconem Reparatum ſermones politos ſine ulla offenſione loquentem.* Alii πολιτικὴν orationem eo ſenſu accipiendam volunt, quo apud Rhetores ſumptam legimus: tradit enim Hermogenes lib. 2. Orator. alios πολιτικοὺς, alios σοφιστικοὺς appellatos, quorum etiam φράσιν diverſam fuiſſe ſcribit: φράσιν quippe πολιτικὴν eam dici, quæ ſecluſa erat ab ornatiſſimo dicendi modo, quem σοφιστικὸν vocabant: ſophiſtæ enim ἐν τοῖς ὀνόμασι σοφίζονται, οὐκ ἐν τοῖς νοήμασιν, inquit Xenophon. Unde ſi quæ in eorum oratione δεινότης, erat tantum φραστικὴ, καὶ μὴ ἰδέα. Præterea *Politici*, ejuſmodi verſus fortè nuncupantur, quaſi civiles ac populares, quorum nempe in colloquiis familiaribus vulgò uſus erat. Sic enim πολιτικὸν interpretatur Cicero libro 5. de Finibus: *Namque ſic hominis natura generata ſit, ut habeat quiddam innatum quaſi civile, atque populare, quod Græci πολιτικὸν vocant*, &c. Longè enim popularior eſt oratio pedeſtris ac ſoluta, quàm ſtricta. Unde veteres Comici dum quotidianum ſermonem imitari volunt, conſultò à ſtricta verſificationis obſervatione receſſerunt, uti obſervat Terentianus Maurus:

Sed qui pedeſtres fabulas ſocco premunt,
Ut quæ loquuntur ſumpta de vita putes,
Vitiant iambon tractibus ſpondaicis.
Et in ſecundo, & cæteris æque locis:
Fidémque fictis dum procurant fabulis,
In metro peccant, arte, non inſcitia,
Ne ſint ſonora verba conſuetudinis,
Paulumque rurſus à ſolutis differant.

His conſentanea ſcribit Hepheſtion p. 17. comicos nempe ita verſus ſuos exaraſſe, ut non obſervata ad normam metrorum lege, ſoluta quodammodo oratione ſcripſerint: τὸ γὰρ βίον ὄντα μιμούμενοι, θέλοντες δοκεῖν διαλεγομένους διαλέγεσθαι, καὶ μὴ ἐμμέτρως, *dum enim vitam imitantur, ſoluta oratione differere videri volunt, non verò ſtricta.* Idem tradunt de comicis Cicero, Priſcianus, & Rufinus lib. de Metris. Et ſanè hocce comicorum ſcribendi genus potiſſimum inventum fuit, quod ad mores informandos aptius & magis idoneum videretur: unde ἠθικὸς λόγος, Græcis; Latinis, *morata oratio* appellatur, in quo Terentius, & in ſermonibus Plautus, excelluit, teſte Varrone apud Nonium. In utroque autem ſcribendi genere, Terentii nimirum & Plauti, *non qualiacunque, ſed grandia, pulchra, & elaborata verba* obſervare eſt, quod de ethica dictione Sidonius dixit lib. 8. Epiſt. 11. quæ quidem omnia etiam Politicis verſibus conveniunt. Grandibus enim, & compoſitis ferme ſemper farciuntur, ut ſunt, quibus Hiſtoriam ſuam contexuit Conſtantinus Manaſſes: atque hi quidem, ut cæterorum ejuſmodi ſcriptorum, ut obſervat Martinus Cruſius in Turcogræcia p. 193. *quindenis ſyllabis conſtant, ex 2. iambicis dimetris verſiculis, prio-*

re Catalecto, poſteriore Catalectico Anacreonteo: in quibus potius tonorum, (ut aptè & leniter inter metiendum cadant) quàm quantitatis ſyllabarum ratio habetur.

Sed de hoc verſuum genere audiendus in primis Leo Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis: *Verſus*, inquit, *Politici utplurimum Iambicis & Anacreonticis conſtant: ita tamen ut nulla quantitatis ſyllabarum, quod accurratiſſimè veteres obſervabant, ratio habeatur, tantum earum numerus, declinationeſque accentuum attendantur, & ratio iſta confingendorum carminum non nunc primùm in ea natione, ſed multa abhinc ſecula, laboris forſan pertæſa ante, & barbarie omnia occupante, (adde quoque ſimilium rerum ignorationem) in uſu fuiſſe comperitur, ut videmus in Photii Patriarcha, Chriſtophori Primi à ſecretis, Conſtantini Anagnoſtæ, Manuelis Imperatoris, & aliorum Hemiiambis, ſive Anacreonticis, Pſelli, Metaphraſtæ, Manaſſæ, Philippi Solitarii, Manuelis Phile, Tzetzæ iambis & politicis: quo tamen recentiores & negligentiores in illis pangendis fuere. Et quemadmodum Anacreontici non omnes, eodem ſyllabarum ac pedum numero concluduntur: ita & hi nunc pluribus, nunc paucioribus ſyllabis, ad eorum tamen normam componuntur. In Iambicis aliter factum eſt: nam veteres ratione pedum longiorum, aut contractiorum, nunc ſyllabis auctiores, nunc imminutiores dictos verſus fecerint licet, ſemper pedum numerum obſervarint: recentiores ſyllabas tantum eaſque duodecim religioſiſſimè ſervant. Quod idem ſervatum eſt in Politicis, in quibus ſyllabas quindecim nunquam excedunt: & ſi quæ ultra videntur, eas per aphæreſin, ſive ſynalephen decurtant & abſumunt; quod magis in Græcorum recenti vulgatoque ſermone, ut & in Italorum, apud quos ſimiles hiatus ad numerum ſyllabarum retinendum reſtringuntur, conſpicitur. Politici ideo dicti, quòd communes omnium ſunt, uſuique eorum accommodati: ſic quoque ſcorta & meretrices, quod omnibus ſunt obſequioſa & peculiares, & ſervitutem publicam ſerviunt, non alio addito, ſed ſolummodo πολιτικῶν nomine innoteſcunt. Meri Trochaici ſunt: quemadmodum enim illi ſeptem pedibus & ſyllaba conſtant, ita & hi: niſi quod antiquorum ſimiles verſus ratione pedum longiorum quindecim ſyllabas aliquando excedunt, Politici nunquam, ut de Iambicis dictum eſt. Et quemadmodum antiquorum duobus membris integrantur, mediique inciduntur, ita & hi qui nuncupantur Politici.* Hactenus vir doctiſſimus.

Complura ejuſmodi poemata, Politicis ſcilicet verſibus conſcripta ſervat Bibliotheca Regia, quorum indicem contexuit Philippus Labeus in Nova Bibliotheca p. 132. 133. 134. & 135. Extant etiam non modo Politicis, ſed & rythmicis verſibus, Græcobarbaro idiomate aliquot ſcripta, ut Hiſtoria Apollonii Tyrii edita Venetiis, Βατραχομυομαχία Demetrii Zeni, in Turcogræcia Cruſii, & ejuſdem Alexander Macedo edit. Venetiis an. 1529. & alia ſimilis farinæ Græculorum opuſcula.

Politogum, vel *Polithogum*, *quod & pſalterium dicitur*, in MSS. codd. Papiæ. Editus habet *Policogum*, ſed videtur legendum *polypticum*, id eſt liber.

Polkinus, Menſuræ frumentariæ ſpecies in Morinis, in variis Chartis in Chronico Andrenſi p. 363. 396. & apud Ducheſnium in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 153. 261. 262. 282. 307. *Polkin*, in Charta anni 1324. *Pocquin de froment, d'aveine*, in Computis Domanii Bononienſis Comitatus. Charta an. 1478. *Rentes d'avoines deues chaſcun an. C'eſt à ſçavoir que en chaſcun poquin a 8. butels, & en chacun butels 4. provendieres.* In iiſdem Computis Bononienſibus, *Poquinages & rentes de la Viconté de Boulenois*, dicuntur præſtationes quædam quæ in frumento vel avena fiunt. In Charta anni 1402. mentio fit, *des poquinages des vaiſſiaux qui admenent grains au hable de Bouloigne, leſquels doivent chacun vaiſſel un poquin de blé ou de quelque grain que ce ſoit, s'ils ſont querquiez au bout de la nef, & s'ils ne ſont querquiez que devant maſt, au derriere maſt, ils ne doivent que demy poquin.*

Pollardus, Monetæ adulterinæ ſpecies. Thomas Walſinghamus & Henricus de Knyghton an. 1301. *Prohibita eſt moneta alienigenarum ſurreptitia & illegitima, quam Pollardos & Cocodones atque Roſarios appellabant, qui paulatim & latenter loco irrepſerant ſterlingorum. Hanc monetam primo Rex Eduardus juſſerat valere obulum, deinde omnino exterminavit.*

Pollenus, Pullus equinus, Gall. *Poullain*, in Legibus Luitprandi Regis tit. 107. §. 1. *Pullenus*, in Charta an. 1242. apud v. cl. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbonenſia p. 92.

Pollex, Menſuræ ſpecies, de qua ſic Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 22. §. 1. *Ulna communis Regis David debet continere in ſe 37. pollices menſuratos cum pollicibus trium hominum, cum videlicet ex magno, mediocri & parvo, & ſecundum mediocrem pollicem debet ſtare, aut ſecundum longitudinem trium granorum hordei ſine caudis.* Adde §. 10.

Pollex, alia, ſed incerta mihi notione. Tabularium Eccleſiæ Viennenſis, ſub Theubaldo Archiep. fol. 35. *Sunt autem res iſtas, quas tradimus ad menſam fratrum ſub pollice ſancti Mauricii Chriſto militantium, ſita in pago Viennenſi*, &c.

Pollilacium, *Flos lactis quod Gallicè vocatur, Craime.* Ita Gloſſ. MS. ad diſticha Magiſtri Cornuti Græciſmus:

Pollilacque cium flos lactis dicitur eſſe.

Polluari, pro *pollui*, in Capit. 1. Caroli M. an. 802. c. 17.

Pollucibiliter, Sumptuosè, magnificè, vox Plauto nota Joanni de Janua, *Pollucibilis, eſt facilis ad donandum.* Paſſio S. Vitalis Mart. n. 3. *Vitalis cùm ante conſpectum judicis, iniquorum ductus manibus, conſiſteret, & cùm Catholicis laceſſere ſpiculis pollucibiliter inciperet*, &c. Petrus Damian. lib. 7. Epiſt. 11. *Tertius Otto, qui Imperialis apicis dignitate pollucibiliter floruit & Romanam Remp. ſtrennè gubernavit.* Et Epiſt. 19. *Et quoniam ſcribendi peritus extitit, non pauca nobis literarum volumina pollucibiliter exaravit.* Theodericus Monachus de Inventione S. Celſi n. 5. *Et revera quia ipſa gemina claritudine pollucibiliter viguit, uti honor debitus popoſcit, totius regni Pontificibus atque optimatibus ipſa ſui reverentia præcelluit.* Vide Beroaldum ad Apulei lib. 1. Metamorph.

Polose, *Alte. Poloſas, Altas.* Ita Gloſſæ Iſidor. Papias: *Poloſè, alte & ſublimiter.* Martianus Capella lib. 1. p. 14. *Circulorumque volumina, vel orbiculata parallela, vel obliqua decuſſata poloſè*, &c.

Polotellus. Gloſſæ Iſidori: *Pililudius, qui polotello ludit.* Hinc origo fortè vocis noſtris, *Pelote*, pro pila qua manu luditur.

Polumum, *Locus ſactorum*, Papiæ. Rectiùs in Gloſſis antiquis MSS. *locus ſartorum.*

Polulus, *Tenebra noctis*, Papiæ MS. edit. habet *pollums*.

Polyandrum, *Polyandrium*, Cœmeterium. *Papias: Polyandrum, tumulus mortuorum.* Gloſſ. Gr. MS. Reg. cod. 1673. Πολυάνδριον, μνῆμα, τόπος ἐν ᾧ πολλοὶ ἄνδρες κεῖνται. Theodulfus Aurelianenſis Epiſcop. in Capitulari c. 9. *Antiquus in his regionibus in Eccleſia ſepeliendorum mortuorum uſus fuit, & plerumque loca divino cultui mancipata, & ad offerendas Deo oſtias præparata, cœmeteria ſive polyandria facta ſunt.* Vide Alcuinum Poëm. 138.

Interdum & ſæpius apud ævi inferioris ſcriptores, ſumitur pro monumento aut ſepulchro unius hominis. Vita S. Sulpitii Pii Epiſc. Bituric. *Cui ſcilicet prudenti viro & ſi natura debita mortis extinxit corpuſculum, fulget tamen viventium miraculorum polyandro.* Vita S. Præjecti Epiſc. & Mart. *Decem librarum pondere vas direxit argenteum ad Polyandrum S. Pontificis exornandum.* Occurrit utraque, ſed crebriùs poſtrema notione, apud Aimoinum lib. 2. de Miracul. S. Germani Epiſc. Pariſienſis cap. 4. Theodericum Monachum de

Invent. S. Celſi Epiſcopi Trevir. c. 2. n. 12. Ordericum Vitalem p. 469. 557. 623. Miræum in Diplom. Belg. p. 69. in Vita Lietberti Epiſcop. Camerac. c. 46. in Vita S. Leutfredi cap. 23. Vita S. Viventii Preſb. c. 7. S. Probati Preſb. n. 8. in libro Miraculor. S. Mauri Abbat. cap. ult. apud Thietfridum lib. 4. cap. 6. &c.

POLICANDILUM, vox hybrida: Candelabrum multis inſtructum luminibus, Græcis recentioribus, πολυκάνδηλον, ut obſervatum à nobis in Deſcriptione Ædis Sophianæ n. 48. Anaſtaſius in Leone III. PP. *Verum etiam & polycandilum porphyreticum pendentem in pergula ante confeſſionem in catenulis aureis, qua penſans libram unam.* Acta S. Eliæ Junioris p. 199. Καὶ ἴδωμεν ὅτι ἐν σφί-μασι ἐν Χεισιανοῖ πολυκάνδηλον μέγα ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἱστορουμένου ἔζευξεν. Anonymus de Locis SS. p. 83. καὶ πρί-μασι πολυκάνδηλα.

POLYCHRONIA, Salutatio cum genuflexione, ex Byzantinorum more, qui in acclamationibus publicis Imperatoribus aut Patriarchis, πολλὰ ἔτη, & πολυχρόνιον acclamabant, de quo quædam obſervavimus ad Alexiadem p. 251. & in Diſſertat. de Nummis Imperatorum Conſtantinopolitanorum. Odo de Diogilo lib. 3. *Polychronias eorum ſuſcipit, ſed vilipendit: ſic enim vocantur reverentiæ, quas non ſolum Regibus, ſed etiam quibuſlibet ſuis majoribus exhibent, caput & corpus ſubmiſſius inclinantes, vel fixis in terram genibus, vel etiam ſe ſe toto corpore proſternentes.*

POLYLOQUUS, *Multiloquus*, Papiæ, vox hybrida.

POLYMITUS, *Polymitare*. *Polymita veſtis*, multis variiſque coloris filis & liciis contexta & variegata apud Jul. Pollucem. Iſidorus lib. 19. Orig. c. 22. *Polymita textus, multi coloris: polymitus enim, textus multorum colorum.* Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Polimita, vel oculata:* Hƿiŋᵹ ƿeᵹh. Vita S. Sori Eremitæ n. 16. *S. Martyris Marcelli mauſoleum opere polymito, auro gemmiſque miro compoſuit emblemate.* Carolus M. de Cultu imag. lib. 1. c. 12. *Eccleſia, quæ veſtis polymita ſive varia eſt, quia videlicet ſancta Eccleſia de diverſarum gentium ſive linguarum varietate colligitur.* S. Cæſarius in Regula ad Virgines cap. 42. *Plumaria & acupictura, & omne polymitum, — nunquam in Monaſterio fiant.* Eadem in Regula S. Donati c. 63. *Polemitum*, in Notis Tyronis p. 159. Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiod. c. 44. *Obtulit — unam albam polymitam, & caſulam praſinam.*

Polymitarius, Papiæ, *artifex veſtimentorum, i. oloſericorum.* W. Brito: *Polimitarius, qui cum acu vel manu pingit.* Hos à plumariis diverſos cenſet Philander ad Vitruvium lib. 6. cap. 7. etſi non deſint qui pro iiſdem accipiant. Vide *Plumarius*.

Polymitare. Ekkehardus Junior de Caſib. S. Galli c. 10. *Nimia eſt tamen, ſi auſim dicere, varietas veſtis Eccleſiæ, quæ ſcribitur induere ſi utroſque quos dicimus ſuo quidem colore in eam dignatur intexere, aut de foris, ut interdum ſolet, polymitare.* De Polymitis multa habet Salmaſius ad Hiſt. Aug.

POLYPTYCHUM, ex Gr. πολύπτυχον, liber commentarius in quem redigebantur ſeu regerebantur acta publica, atque adeò domeſtica quævis: maximè verò ita dicti libri cenſuales, in quibus deſcripti quotquot cenſuales attributarii erant, ipſaque ſoluti ratio exarabatur, in l. 2. Cod. Th. de Diſcuſſor. l. 13. eod. Cod. de Indulgent. debitor. apud Senatorem l. 5. Epiſt. 14. & 39. & in Legibus Viſigoth. lib. 12. tit. 2. §. 13. Gloſſæ veteres ad Cod. Theod. *Polypticos, id eſt breves tributi & actionis.* Edictum Piſtenſe Caroli C. tit. 29. *Ut illi coloni tam fiſcales, quam & Eccleſiaſtici, qui ſicut & in polyptycis continentur, & ipſi non denegant carropera & manopera, &c.*

Polyptycha, Libri commentarii privati, in quos vel Eccleſiarum vel privatorum bona regerebantur, in quibus Chartæ ipſæ donationum, emptionum, & ſimiles deſcribebantur. Gregorius Magnus lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 40. *Quod hac, ut dicitur, excuſatione facere diſtulit,* (id eſt reddere donationem factam Eccleſiæ) *quia notitia ejuſdem donationis non eſſet de polypticis cataxata.* Id eſt, in *polyptycha* relata. Joan. Diaconus lib. 2. Vitæ ejuſdem Gregorii M. cap. 24. *Cunctorum patrimoniorum prædiorumque reditus ex Gelaſiano polyptycho, cujus nimirum ſtudioſiſſimus videbatur, adaravit, &c.* Occurrit rurſum mox infra. Fulcuinus de Geſtis Abbatum Lobienſium: *Reditus villarum noſtrarum deſcribere juſſit, quod polyptychum vocant.*

Puleticum, vox formata ex *polyptychum*, eadem notione. Marculfus lib. 1. form. 19. *Præcipientes ergo jubemus, ut ſi memoratus ille de capite ſuo bene ingenuus eſſe videtur, & in puletico publico cenſitus non eſt, licentiam habeat comam capitis ſui tonſurare.*

Puletum, in Charta Caroli Calvi.

Polegium Synodale, in veteri Charta apud Jo. Columbum lib. 4. de Epiſcopis Siſtaric. n. 36. *Sicut ipſæ Eccleſiæ nominatim deſignatur in polegio Synodali.* Alia Teotolonis Archiep. Turon. an. 933. apud Sammarthanos: *Sicut antiqui homines aſſeruerunt, & in polegio noſtræ matris Eccleſiæ reperi, ita hic inſerui.*

Poleticum. Charta ſub Carolo M. exarata, apud Sammarthanos in Epiſcopis Maſſilienſibus n. 14. *Et ipſum poleticum ipſe Epiſcopus in ipſorum præſentia ibidem oſtendit ad relegendum, &c.* Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 53. *Epiſcopus divino conſilio uſus, poleticum, quod adhuc in eadem Eccleſia reſervatur, ſcripſit.*

Politicum, in Charta apud Columbum in Epiſc. Vivarienſ. lib. 3. n. 2. Papias: *Politicum, Scriptum, Annales libri, Commentarii.* Hinc *Poullié* apud nos, pro regeſto & catalogo Eccleſiarum ſeu Beneficiorum Eccleſiaſticorum cujuſcumque Epiſcopatus: cum nihil aliud ſit quam Polyptychum Eccleſiaſticum, in quo bona Eccleſiaſtica, eorumque Chartæ continerentur.

Sed & ab hac voce Salmaſius ad Hiſt. Aug. *les Poulets*, deducit, epiſtolas ſcilicet amatorias noſtris ſic nuncupatas, cum & diptycis ſollicitatas olim amaſias auctor ſit vetus Interpres Juvenalis. Verùm aliud eſt *Polyptycum*, aliud *Diptychum*. Hanc porrò vocem ab Italia manaſſe vir doctus affirmat, ubi epiſtolas ſuas ad amaſias pullorum gallinaceorum alvo incluſas mittebant interdum ipſi amaſii, qua parentes ac cuſtodes fallerent. Fides penes eum ſit.

POMAGIUM, Pomaceum, *Cidre*. Statuta Ægidii Epiſcopi Sariſberienſis an. 1256. *Percipiet etiam perſona vel Vicarius* (decimam) *— de molendino ad ventum, & aquaticis, & de columbariis, de pomagio, & omnibus aliis de quibus Eccleſia conſueverit percipere.* Vide *Pomata*.

POMARIS, pro *Pomarium*, Ager pomis conſitus. Charta Gennadii Epiſcopi Aſtoricenſis æræ 953. apud Antonium de *Yepez* to. 4. Chron. Ord. S. Benedicti: *Ædificia inſtruxi, vineas & pomares plantavi, &c.* Occurrit non ſemel in hac Charta, & aliis Tabulis Hiſpanicis.

POMARIUS, Malus arbor: Gallis, *Pomier*. Capitulare de Villis c. 70. *De arboribus, volumus quod habeat pomarios diverſi generis, prumarios, &c.* Vita S. Aicadri Abbatis Gemetic. cap. 24. *Super quamdam arborem quæ malus ſive pomarius dicitur.*

POMATA, Potio ex pomis confecta, Vaſconibus *Pomada*, noſtris *Cidre*. Conſuetudo Bayon. tit. 7. art. 12. Labourtenſis tit. 7 art. 9. *Citre, vulgairement dit Pomade.* Charta Monaſterii Silvæ-Latæ: *Donavit uno quoque anno — de redditibus ac cellariis noſtris 60. modios pomatæ.* *Pomatium* in Capitulari de Villis c. 45.

POMERIUM. Will. Brito in Vocab. *Pomarium eſt ubi poma ponuntur. Pomerium ubi poma naſcuntur. Horticellus in quo ſunt arbores pomorum*, in Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. p. 1272. Gloſſæ S. Benedicti c. de Agricultura: *Pomarium*, ὀπωρεῶνες. Gloſſæ aliæ: *Pomarium*, ὀπωρεῖον, ὀπωρώνιον. Will. Tyrius lib. 10. c. 26. *Caſis in circuitu pomeriis, interemptis ex civibus nonnullis, &c.* Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Hieroſol. de Cairo urbe Ægypti: *Circa hanc civitatem ſunt optima pomeria, & viridaria multa.* Donationes Saliſburg. c. 15.

Tradiderunt caſam & curtem, & vineam unam cum pomerio, & alio parvo territorio ſuper lacum. Adde Traditiones Fuldenſes lib. 2. trad. 37. 99. pag. 508. 528. Miræum in Cod. donation. piar. cap. 94. &c.

Pomerantum, idem videtur in Monaſterio Anglic. to. 1. p. 129. *Concedo etiam eas duas partes decimarum totius feni mei, & pomerbanei, & totius pannagii mei*, &c.

POMITER. *Pomifera*, Hortus arboribus fructiferis conſitus. Charta Alemannica Goldaſti 33. *Et falſicia de illum cortinum, aut de illa pomifera in alio noſtro cortino*, &c. Et Charta 36. *Cum aquis, cum ſilvis, cum pumiferis*, &c. *Arbores pomiferæ*, qui fructus ferunt, *Arbres à fruits*. Charta Caroli Craſſi Regis, apud Joan. Columbum lib. 2. de Epiſc. Vaſion. *Cum ſervis & ancillis, campis, acclatis, vineis, perreriis, arboribus pomiferis & impomiferis, cum molendinis*, &c. Adde Chronologiam Lerinenſem parte 1. p. 365.

POMILIO, *Venditor pomorum, vel pomorum cuſtos.* Dicuntur etiam *pomiliones, aquarum vel lignorum portitores, quia vili pretio quaſi pomo conducebantur.* Jo. de Janua.

POMILORUS, *Mollis & enervis.* Ita Papias MS. & editus. an *Pomiverus*?

POMPA, in Baptiſmatis ſolennibus: *Abrenuntias Satanæ & pompis ejus*, id eſt *ambitioni, jactantiæ*, &c. ut habet Theodulfus Aurelianenſis de Ordine Baptiſmi cap. 12.

Pompare, Superbire, gloriari: unde Joſephus in 20. Ingenium noſtram aperta malignitate pompabat. Unde Pompator, qui quid ſuperbe vel præſumptuoſe facit. Ita Ugutio. Sedulius:

Cum ſua gentiles ſtudeant figmenta Poëtæ
Grandiſonis pompare modis, tragicoque boatu.

Ex Sedulio Autor vitæ S. Tillonis Monachi: *Cum gentiles Poëtæ ſtudeant ſua figmenta prolixis pompare ſtylis.* Vita S. Reguli Epiſcopi Silvanect. *Ut quidam metrocanorius in ſuo pompavit poemate.* Altheimus de Laude virg. c. 26.

Jupiter, ingentem quem pompant carmina vatum.

Vide Meurſium in πομπ.

Pompaticus, Pompoſus, ſuperbus. *Pompaticus habitus*, in Epiſt. S. Bonifacii ad Cuthbertum Archiep. Cantii. *Pompaticè i. ſuperbè vel pomposè*, in Vocabulario W. Britonis. *Pompaliter*, apud Pollionem, ubi Salmaſius.

Pompare, Ad pompam & ludibrium traducere, πομπεύειν. Hiſtoria Miſcella in Leone Iſauro: *Nudum ſuper aſinum verſo vultu ſedentem pompavit.* In eadem, *Pompis dehoneſtari*, πομπεύων, Theophani: *Pompis publicare*, πομπεύειν.

Pompizare, eadem notione. Joannes Biclarienſis in Chronico, ſub finem: *Deinde turpiter decalvatus, poſthac dextra amputata, exemplum omnibus, in Toletana urbe, aſino ſedens pompizando dedit, & docuit famulos Domini non debere eſſe ſu rbos.* Id eſt, ad ludibrii pompam traductus per urbem. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in Chron. æra 750. *Et malè de conſpectu principis cervice tenus ejicitur pompizando, nomine Theudimer, qui in Hiſpaniæ partibus non modicas Arabum intulerat neces.* Idem æra 766. *Nec mora fortiter flagellatum, turpiter ad judicatum, capite decalvatum, aſino pompizantem poſt terga facie per plateas detrahunt, manibus poſt tergum vinctum.*

Pompolentus, Pompa plenus, Pompoſus, Ugutioni, Papiæ, & in Gloſſis antiquis MSS. Catholicon parvum: *Pompoſus, pompulentus, Pompeux, orgueilleux.* S. Gerardus Abb. Silvæ Majoris in Vita S. Adelardi Abb. Corbeienſis cap. 3. *Cujus dignitatis honore induſtatus — non efficitur philopompus, & non ut plures aſſolent pompolentus.*

Pompoſus, Ugutioni, *Superbus, altus, magnificus: unde Pompoſitas, & Pompare.* Fortunatus lib. 3. Poëm. 21.

Vix modo tam nitido pompoſa Poemata cultu
Audit Traiano Roma verenda foro.

Vita S. Quinidii Epiſcopi Vaſionenſis n. 7. *Indignantur ad recipiendum ſubmiſſius & pompoſius non paruiſſet.*

Pompoſus, medicis, Copioſus, uber. Cælius Aurelianus Siccenſis lib. 5. Chronion cap. 10. *Et ſit impoſſibile atque illicitum plurimas incidere partes, ne ſanguinis pompoſus fluor periculum faciat ægrotanti.* Ita lib. 2. Acut. c. 34. *Pompoſa atque coacervata ſanguinis effuſio*, i. abundans.

Pompoſitas, apud Petrum Bleſ. Ep. 18.

POMUM. *Poma aurea*, inter miniſteria & ornamenta ſacra. Hariulfus lib. 2. cap. 10. *Lampades argenteæ 6. poma aurea 3. calices aurei cum patenis 2.* &c. Lib. 3. cap. 3. *Cruces majores 5. & minores 8. poma altarium 21. è quibus tria ſunt aurea, reliqua argentea. Item poma gunfanorum 7. ex argento auroque parata.* Vide Deſcriptionem noſtram Ædis Sophianæ n. 60.

Pomum ceræ, Bernardus Monachus in Conſuetudinibus Cluniacenſibus MSS. c. 10. *Dat etiam Hoſpitario Secretarius 2. cereos, qui coram eo, donec ſe collocet, ardeant, & unum pomum de cera, quod per totam noctem ardeat. Similiter dat & pomum, quando 6. aut plures in Hoſpitio dormiunt*, &c.

Pomum granatum. Mundinus in Anatomia pag. mihi 38. *Os ſive cartilago epiglottalis, quæ alio nomine nominatur Pomum granatum.*

Pomum, quod Imperatores & Reges geſtant. Vide in *Palla*.

PONDERARE. Olim, quod & etiamnum in Belgio obtinet, in more fuit, ut ægros pueros ad Sanctorum feretra vel ſepulchra appenderent, & pondus tritico, panibus, aliave re, quam offerre Deo aut Sanctis volebant, exæquarent, addita ſummâ aliquâ auri argentive. Vita S. Erminoldi Abb. lib. 2. n. 3. *Dominus Sancto ſuo quaſi privilegium ſpeciale conceſſit, quod pueri ægrotantes, ad ejus, ut fieri ſolet, ponderati ſepulchrum, continuò ejus meritis convaleſcunt.* N. 4. *Cum marca argenti ſe ponderans.* N. 9. *Ad ſepulchrum Sancti nummo ſe ponderavit.* Occurrit ibi pluries n. 16. 19. 38. 39. 40. 41. & in Miracul. S. Ludgeri Epiſcopi Mimigard. n. 41. De eo etiam more Wolphardus Preſb. lib. 3. de Mirac. S. Walburgis n. 4. ubi *librare* vocem, pro *ponderare*, uſurpat. Metellus in Quirinalibus:

Jura tamen tenet hæc ſpecialia,
Quod puerilia corpora morbida,
Si fuerint ibi cum prece ſedula
Penſa ſolo, ſequitur reparatio.

Idem recitat miraculum aliud de quodam, *qui panibus & caſeolis ibi ſe penſans*, hos poſtea *diſtribuebat egenis.* Vide Henricum Rebdorffenſem an. 1361. De oblationibus ceræ ad corporis pondus agit etiam non ſemel Anonymus de Miraculis S. Thomæ Cantuar. editus à Stapletono cap. 23. 37. 63.

PONDERATURA, ϛαθμὸς, *Pondus, penſatio, penſum*, in Gloſſ. Gr. Lat.

PONDEROSUS. Breviloq. *Aſſiduus, i. dives, ponderoſus in pecunia.*

Ponderoſus, qui hernia laborat. Papias: *Hernioſus, Ponderoſus.* Pondus quippe de genitalibus dicitur, itaque appellabant veteres quod vulgò *gravedinem* vocant. S. Auguſtinus lib. ult. de Civit. Dei cap. 8. *Quidam ab informi pondere genitalium ſalvus effectus eſt.* Gregorius Magnus de Cura Paſtorali part. 1. cap. ult. de Ponderoſis: *Vitium quippe eſt ponderis, cum humor viſcerum ad virilia deſcendit, quæ profectò cum moleſtia dedecoris intumeſcunt.* Hernia igitur *pondus* dicitur in Querulo, ubi *Neſtoris pondus*, idem eſt quod *Neſtoris hernia*: ſic autem appellatur propter rupturam *pondere* factam, cum inteſtina ruptâ tunicâ deſcendunt in veſicam. Arnobius lib. 7. *Ingentium herniarum magnitudine ponderoſi.* Et Moſes Levit. cap. 21. ubi deſcribit quales deceat eſſe miniſtros Dei: *Nec accedet ad miniſterium Dei, ſi fuerit ponderoſus.* Ita enim vetus verſio. Lex Longob. lib. 1. tit. 8. §. 31. *Si quis aldium aut aldiam — batiderit, & per ipſam battituram ponderoſi facti ſunt*, &c. Tit. 16. §. 4. *Si quis furore accepto battiderit hominem liberum, aut mulierem ingenuam, — &*

per ipſas feritas ponderoſi aut ponderoſa effecti fuerint, &c.

Ponderoſitas, Hernia. Lex Wiſigoth. lib. 6. tit. 4. §. 3. *Cui ponderoſitas facta fuerit, centum ſolidi dentur in compoſitione.*

Apud Eadmerum lib. de S. Anſelmi ſimilitud. cap. 49. *Canes ponderoſi* opponuntur *Canibus agilibus*: ut cap. 49. & 51. *ponderoſitas, agilitati.*

PONDAGIUM, Subſidii ſeu tributi ſpecies ex qualibet librata mercium tam evectarum quàm invectarum Regi conceſſum. Eſt autem *librata* valor unius libræ, quam aliàs *pondum* vocant, unde *pondagium*. Hujuſmodi ſubſidium Henrico VI. conceſſum fuit anno 31. regni ſui ad terminum vitæ, remiſſumque poſtea in parte. Sed Edwardo IV. Henrico VIII. & ſubſequentibus viritim ſemper, ſed pro more temporis reſtitutum. Spelman.

PONDICITAS. Vide *Ponticus*.

PONDO, Papiæ, *genus ponderis, libra eſt*. Ferè ſemper in veteribus Tabulis de argenti libra dicitur; ut *libra*, de libra aurea, in Chartis Dagoberti & Ludovici Imp. apud Doublet. p. 661. 736. &c. Walafridus Strabus de Vita S. Galli cap. 21. *Auri quoque libras duas, & argenti pondo totidem cum epiſtola conceſſionis jam dicta per ſuos nuncios viro Dei deſtinavit.* Idem in Vita S. Othmari cap. 3. *argenti libras* habet.

PONDUS, *abuſivè dicitur pro una libra, vel unus as eſt*: Joan. de Janua. Gregorius Turon. lib. 10. cap. 19. *Multa enim auri argentique in hujus Epiſcopi regeſto pondera ſunt reperta.* Fredegarius in Chronico cap. 73. *Miſſorium aureum — penſantem auri pondus quingentos.* Paulus Warnefrid. lib. 3. c. 25. *Cum ſub monte quodam introiſſet, ubi multa auri pondera adſpexiſſet.* Charta Ludovici Imp. apud Ughell. in Epiſc. Volaterr. *Praecepti temerarius violator duodecim pondera auri probatiſſimi eidem Eccleſiæ perſolvere compellatur.* Vita S. Deodati Abbatis n. 5. *Ac magnificentia amphoris muneris donavit viginti ſex pondera auri argentique*, &c. Occurrit paſſim.

Pondus Caroli, quod ſcilicet Carolus Magnus inſtituit. Arnoldus Lubecenſis lib. 3. cap. 2. *Ut quatuor millia marcarum cum filia perſolveret librata pondere publico, quod Carolus Magnus inſtituerat.* Charta ejuſdem Caroli pro Eccleſia Oſnabrugenſi an. 804. apud Crantzium in Metropoli lib. 1. cap. 2. & in Monumentis Paderbonenſibus p. 327. *Sexaginta ſolidos nomentis ponderis.* Charta Friderici II. Imp. apud Albericum in Chron. MS. an. 1234. *Regi centum libras auri in pondere Caroli perſolvet.* Extat apud Gruterum 222. 9. pondens æneï figura, cum hac inſcriptione, PONDUS CAROLI, quod pendere dicitur uncias tres & ſcrupula viginti.

Pondus Palatii idem dicitur in Charta Ludovici Pii apud Doubletum p. 736. *Viginti pondo argenti probati — ad pondus noſtri Palatii ſolvere cogatur.* Vide Regulam Canonicor. ex Synodo Aquiſgran. cap. 122. extremo. Meminit etiam Ponderis Palatini Charta alia Dagoberti Regis, apud eumdem Doubletum p. 661. *Legibus artatus auri puriſſimi 10. libras, ac argenti probatiſſimi pondo 20. ad penſum noſtri Palatii perſolvere cogatur.*

Pondus Colonienſe, idem etiam videtur quod Pondus Caroli M. Charta Friderici I. Imp. an. 1162. apud Diagum in Comitib. Barcinon. l. 20. cap. 174. *Quindecim marchas auri boni ad juſtum pondus Colonienſe*, &c. Alia Henrici VI. Imp. an. 1189. apud Ughellum in Epiſcopis Volaterran. *Perſolvant ſex marcas puri argenti ad pondus Colonienſe.* Adde Matth. Paris an. 1193. p. 122. Idem etiam pondus obtinuit in Dania & Suecia. Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Hiſt. Dan. *Item omnia quæ ſub pondere vendi ſolent, poſſunt in ipſorum bodis ſive vican vendere & alienare, & cum ſtatera Colonienſi, & pondere debito vendere & trutinare. Libra Colonienſis*, in alia Waldemari Slewicenſium Ducis an. 1340. apud eumdem p. 459. *Marca argenti puri moneta Colonienſis*, in Charta Caroli IV. an. 1350. apud eumdem Pontanum p. 477. Adde Ericum Upſalienſem lib. 3. Hiſt. Suecicæ p. 75. 86.

Pondus Trecenſe, quo Marca Trecenſis appendebatur, in Charta an. 1203. in Probat. Hiſt. Drocenſis p. 252. in aliis an. 1221. in Probat. Hiſt. Caſtilionea p. 42. 85. Vide *Marca Trecenſis*.

Pondus Pruvinenſe, à Pruvino in Campania oppido, ubi cudebatur moneta Comitum Campaniæ, in Charta an. 1238. in Probat. Hiſt. Drocenſis p. 261.

Pondus Cathaniæ, apud Scotos, quo ii utuntur in emendo & vendendo, in Aſſiſa Regis Davidis de Ponderibus & menſuris cap. 5. & in ejuſdem Statutis cap. 14. Eſt autem *Cathania*, Scotiæ provincia in extrema regni plaga ad Septentrionem, *Cathnes* dicta, *Cathaneſia* Buchanano lib. 1. *Catheneſſia* Boëthio lib. 7.

Pondus fœni. Acta Murenſis Monaſterii p. 51. *Habemus in Immenſée 7. diurnales & piſcinam, — de pratis autem ad 16. pondera fœni.*

Pondus vini. Acta Murenſis Monaſt. p. 61. *De vitibus autem, ſive quod nos plantavimus, vel plantatas invenimus, quando primum poſſidemus, quod ad decem pondera vini pertingit ad noſtram menſuram. Ruſtici autem qui habent manſos, pondera dabunt ſua menſura.*

Pondus obſcœnum. Articuli Cleri Anglicani oblati Edwardo II. Regi Angliæ an. 1316. c. 10. *de his qui ad Eccleſias confugiunt: Et dum ſunt in Eccleſia, cuſtodiuntur per armatos infra cœmeterium, & quandoque infra Eccleſiam ita arctè, quod non poſſunt exire locum ſacrum cauſa ſuperflui ponderis deponendi, nec permittitur eis neceſſaria victui miniſtrari.*

Ponderatio, quod pro ponderibus publicis exſolvitur, dum res & merces ponderantur. Charta Joannæ Comitiſſæ Flandr. an. 1243. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. c. 28. *Ab omni exactione paſſagii, theloneï, rotagii, ponderationis, & conſuetudinum hujuſmodi*, &c.

PONERE, Induere, Gall. *Mettre un habit.* Panegyricus Berengarii Aug.

Tu ponens etiam curtum femorale Joannes.

Vide Salmaſium ad Tertullianum de Pallio p. 369.

Ponere, pro fingere, ut *ponamus caſum*, pro *fingamus*, ut vulgò loquimur, in l. 7. D. de Inoffic. teſt. l. 17. D. de Legat. 2. l. 1. & 3. D. de Emancip. &c.

Ponere ova, dicitur gallina, cùm ova edit: unde noſtris *Pondre*, in Speculo Saxon. lib. 3. art. 51. §. 1. Fridericus II. Imp. lib. 2. cap. 6. *Aves de rapina ponunt ova quandoque tria, quandoque quatuor*, &c. *Ponere*, pro *deponere*, dixiſſe veteres, notum ex Nonio.

PONS. *Pontium extructio*, inter publica onera recenſetur, & à quibus *nullum genus hominum, nulliuſque dignitatis ac venerationis* immune erat, ut loquitur lex 4. Cod. de Privileg. domus auguſtæ. Ὀδοποιΐα in lib. 54. Baſilic. p. 456. γεφύρας ἀνάχωσις, Leoni Imp. in Tacticis cap. 2. §. 71. nuncupatur. Vide l. 15. 18. Cod. Th. de Extraord. ſive ſord. muner. L. 6. de Itiner. muniendis eod. Cod. Appendicem Codic. Theod. Conſtit. 11. Novellam Juſtin. 131. &c. Hinc formula, *Ad pontem publicum banniri*, in Capitulari 3. an 813. c. 37. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 32. *Fuit conſuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquod opus ex Imperiali præcepto faciendum eſſet, ſiquidem pontes, vel naves, aut trajecti, ſive purgatio, ſeu ſtramentum, vel impletio cœnoſorum itinerum, ea Comites per Vicarios & Officiales ſuos exequerentur, in minoribus duntaxat laboribus: à majoribus autem & maximè noviter extruendis, nullus Ducum vel Comitum, nullus Epiſcoporum vel Abbatum, excuſaretur aliquo modo. Cujus rei teſtes adhuc ſunt arca pontis Magonciacenſis, quem tota Europa communi quidem, ſed ordinatiſſima participationis opere perfecit.* His conſentanea ſunt quæ habent Capitula Caroli M. lib. 4. c. 60. Leges Longob. lib. 3. tit. 1. §. 21. 26. 32. 42. Additio 4. Ludovici Pii c.

79. Capit. Caroli C. tit. 13. Petrus de Vineis lib. 5. Epiſt. 4. &c.

Apud Anglos etiam potiſſimum ejuſmodi pontium extruendorum onus obtinuit, quod fere ſemper adjungitur *expeditionis, & arcis extruendæ* oneribus, à quibus nemo immunis erat: quod *de pontium & arcium inſtructionibus* diſertè ait Ethelbaldus Rex Merciorum in Diplomate quod deſcripſit Ingulfus p. 853. *quæ*, inquit, *nulli poſſunt laxari*, adeo ut ne quidem Epiſcopi, Abbates, & Monachi immunes eſſent, ut habet Edgarus Rex Angliæ in Statutis Monaſticis apud Seldenum in Notis ad Eadmerum p. 159. unde *Trinoda neceſſitas* dicitur in Charta Cedwallæ Regis Angliæ an. 730. Hinc etiam in libertatibus Monaſteriis conceſſis ſemper hæc tria reſervantur & excipiuntur. Matthæus Paris an. 1244. *Nec adeo libertati dederunt hujuſmodi poſſeſſiones, quin tria ſibi reſervent ſemper propter publicam regni utilitatem, videlicet expeditionem, pontis & arcis reparationes, vel refectiones, ut per ea reſiſterent hoſtium incurſibus.* Vide Evidentias Eccleſiæ Chriſti Cantuar. p. 2215. 2222. 2223. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 36. &c. Locos alios indicavimus in voce *Auxilium pro caſtro ædificando.* Immunitas tamen ab iis oneribus habetur in Charta Ethelredi Regis Angl. in Additam. ad Matth. Paris p. 157. pro Monaſterio S. Albani. Vide Ughellum to. 4. p. 1342.

Ejuſmodi porrò onera non ſemper perſonalia erant, ſed pecuniariæ præſtationes, quas *deſcriptiones ad conſtructiones viarum vel pontium* appellat Julianus Anteceſſor Conſtit. 118. §. 5. quomodo eas vulgò noſtri vocant, *Ponts & chancées.*

PONTATICUM, *Teloneum pontium*, in Chronico Farfenſi p. 667. & in Speculo Saxon. lib. 2. art. 27. §. 1. *Teloneum de navibus quæ vadunt ſub pontibus*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 7. 31. & in Capitul. Caroli C. tit. 13. c. 5. Charta Clodovei III. Regis Franciæ apud Mabillonium to. 4. SS. Ord. S. Benedicti p. 618. *Et taliter in ipſas perceptionis videtur habere inſertum, ut tam in ipſa Maſſilia, quam & per reliqua loca in regna noſtra ubicunque telleneus, portaticus, pontaticus, rotaticus, vel reliquas reddebutionis à judicibus publicis exigebantur*, &c. Charta Caroli M. apud *la Chieza*, in Hiſtoria Eccleſ. Pedemont. pro Eccleſia Novalicenſi: *Pontaticum verò navium ſolummodo ad hoc Monaſterium ſpectantium — concedimus.* Occurrit in Charta Clotarii Regis pro Monaſterio Corbeienſi, & aliis veteribus Regum 1. & 2. ſtirpis Diplomatibus, apud Sanjulianum in Trenorchio p. 510. Doubletum p. 708. 709. Willelmum Hedam in Epiſcopis Traject. p. 228. 1. edit. Beſlium in Epiſcopis Pictavenſ. p. 28. in Formulis incerti autoris c. 46. &c. Vide præterea Capit. 2. an. 805. c. 13. Capitulare 1. an. 809. c. 19. Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 54. Capitul. an. 821. c. 1. 3. &c. Capitulare 3. an. 803. apud v. cl. Steph. Baluzium: *Teloneus aut cenſus non exigatur à quolibet, ubi nec aquam navigio aut pontem tranſeundum non eſt.* Adde Capitul. 5. an. 803. cap. 22. Capitul. 6. ejuſdem anni c. 6.

Pontagium, eadem notione. Charta Joannis Angliæ Regis in Monaſtico Angl. to. 1. p. 193. *Et ſint in perpetuum quieta — tam per terram, quam per aquam, de theloneo, & paſſagio, & pontagio, & tallagio, leſtagio*, &c. Occurrit præterea in Regeſto Parlamenti B. f. 81. verſo, & in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 133. Computum de Domanio Comitatus Bononiæ an. 1402. *Recepte des pontages de quevaux qui vont & qui viennent en Angleterre, auſquels Monſeigneur doit trouver pont, & adont doit chaſcun queval maille eſterlingue.* Vide Foros Beharn. Rubr. *de peages, pontages, & naulages.*

Pontenagium, eadem notione. Regeſtum Comitum Toloſæ ex Camera Comput. Pariſ. an. 1246. fol. 46. *Tallivos & expletivos, venationes & foreſtagia, quartos & quintos & chaſcas & omnes preſones, leida & pontonagium, introitus & exitus, cenſus & uſus*, &c. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegalenſis fol. 1. 100. *Impoſuit auctoritate propria in Monte-Marſano quamdam ſervitutem vocatam Malatoltа, ſeu Pontonage, videlicet quod à quolibet mercatore extraneo, qui cum mercaturis in dicto loco veniet, levetur certa ſervitus & exactio indebita.* Charta alia apud Juſtellum in Vicecomit. Turenenſib. p. 103. *Cum ipſis portibus publicis, & jure exigendi & percipiendi pontanagia, pedagia*, &c. Charta Communiæ Hamenſis: *Apud potem de Duliaco non accipiatur pontenagium ſuper aliquo homine de Hamenſi Communia*, &c. *Pontenage*, in Conſuetud. Peronenſi, & Ambianenſi. Philippus *Mouskes* MS. in Chilperico;

Si leur donna le wienage
Des nez, & tout le pontenage.

Pontanerius, Exactor ejuſmodi tributorum; vel is ad quem jure dominii ea pertinent. Charta Raimundi Comitis Toloſæ an. 1229. ex Hiſt. Epiſc. Cadurcenſ. n. 77. *Præterea concedo — tertiam partem in venda atque dominio navis, in parte quoque Pontanerii, quæ tertia pars eſt, dimidiam partem dominii: poſſeſſiones verò alias atque terras, quas Pontanerius poſſidet, remaneant in dominio Eccleſiæ, & ſerviant Decano.*

Ponticinarius, eadem notione. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 119. *Ponticinarius, & Boteillarius, & Coquus domini de Mailleio*, &c.

Pontonarius: Chronicon Lauriſhamenſe an. 855. *Præfatus Rex Ludovicus Lauriſhamenſi Monaſterio conceſſit, ut unam navem per Rhenum fluvium huc illucque diſcurrere — abſque ullo theloneo — & ut nullus Epiſcopus vel Abbas, — aut Vicarius, ſeu centenarius. aut Cluſarius, aut Pontonarius — hoc nomine moleſtiam facere præſumat.*

Pontonaria, Præpoſitura; ſeu officium in Monaſteriis; cui *pontagiorum* recipiendorum cura incumbebat, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epiſt. 55.

PONTELLUS, *Illud cui aliquid innititur: & dicitur à Pons*: Jo. de Janua.

PONTICINARIUS. Vide *Pontaticum.*

PONTICULUS. Lex Salica tit. 57. §. 3. *Si quis ariſtatonem, hoc eſt ſtaplum ſuper mortuum miſſum capulaverit, aut manducalem, quod eſt ſtructura, ſive ſelave, qui eſt ponticulus, ſic ut more antiquorum faciendum fuit*, &c. Ubi *ponticulus*, eſt ſtructura ſupra tumulum mortui in ponticuli ſpeciem.

PONTICUS, *Ponticitas.* Matth. Silvaticus: *Ponticus ſapor quid eſt, vel auſtera*: Conſtantinus Africanus lib. 4. de Morbor. cognit. cap. 3. *Neque in cibo vel potu acida vel pontica dentur.* Infra: *Electuarium malorum granatorum, & alia pontica & confortativa.* Idem lib. de Gradibus: ubi de Emblicis: *quorum ſapor amarus & ponticus eſt.* Infra, de Cuſcute: *Habet amaritudinem & ponticitatem.* Et de Cypreſſo: *Habet aliquantum ponticitatis.* Michaël Scotus lib. 3. Menſæ Philoſophicæ c. 9. de pyris: *Præcipuè ſi pontica ſunt. Pondicitas*, pro *Ponticitas*, apud eundem lib. 1. c. 30. Neſcio an huc pertineat quod habet idem ſcriptor lib. 4. c. 48. *Et in oſtio obviavit frater Gotfridus ſacriſta ſatis ventroſus. Tunc idem Gerhardus tangens ventrem ejus digito, — ait:*

O bone ventroſe; quam ponticus ès cacaboſe;
Blaſius eſt intus, calo ferus, & labor intus.

PONTIFEX, Epiſcopus: paſſim in Legibus Wiſigoth. Longobard. in Capitul. Caroli M. in vett. Formulis, &c.

Pontifices vel *Sacerdotes ſummi*, dicti etiam interdum veteribus ipſi Epiſcopi. Vide obſervata à Baronio an. 397. n. 61.

Pontificis Maximi titulum ſibi arrogaſſe Imperatores Chriſtianos docent Zozimus & Inſcriptiones aliquot veteres. Vide Baronium an. 312. n. 95. 96. 97. 98. 99.

Pontificare, Pontificem ſeu Epiſcopum facere. Thier-

nicus Vallifcolor in Urbano IV. PP.
——— *inde*

Prædictus Papa pontificavit eum.
Pontificatio, Pontificatus, in Vita S. Materniani Epi-
ſcopi Remenſis n. 7.
Pontificalia, Epiſcopalia ornamenta, veſt menta. Chro-
nicon Montilleteni an. 1222. *Quod etiam ſuis viribus*
manus tentare auſus eſt, videlicet ut et Pontificalibus
uti Papa permitteret, &c.
Pontificium, Sacerdotium, Preſbyteratus. Vide leg. 13.
Cod Th. de Hæretic.
Pontificium, Dignitas Pontificis, titulus honorarius quo
Pontifex ſeu Epiſcopus compellatur. Avitus Viennen-
ſis Epiſt. 15. *Probatæ ſummæque pietatis eſt, ut de cau-*
ſis ad Pontificium veſtrum pertinentibus meum quoque
conſilium conſulendum eſſe ducatis. Occurrit non ſemel
in Epiſtolis Nicolai I. PP. Joannis VIII. & aliorum,
& in Actis Synodi Romanæ an. 853. &c.
Pontificium, Poteſtas, jus. Arnobius junior in Pſalmum
68. *In portis ergo hi accipiunt Pontificium judicandi &*
corripiendi. Leo IV. PP. in Actis depoſitionis Ana-
ſtaſii Bibl. in Synodo Rom. ſub Leone IV. PP. apud
Holſtenium: *Quod omni alacritate noſtro repromiſit per-*
ficere Pontificio. Charta Chlodovei III. Regis Franc.
to. 10. Spicilegii Acheriani p. 629. *Nam nullum Pon-*
tificium à nobis, neque a ſucceſſoribus noſtris, in eodem
Monaſterio pro cauſa cupiditatis, aut, quod abſit, ava-
ritiæ habeatur, ſed proprio in Dei nomine fruatur pri-
vilegio. Tabularium Gorzienſe p. 150. *Ut quamdiu*
Fredelendis conjux mea vixerit, uſu poſſideat fructuario,
nullum ex eis habens pontificium minuendi, quin potius
augendi, emeliorandi, &c. Utuntur præterea Lex Bur-
gundion. tit. 19. §. 6. tit. 40. §. 1. Leges Luitprandi
Regis Longob. tit. 35. §. 2. tit. 39. §. 1. Marcul-
fus lib. 2. form. 5. 8. 9. Formulæ veteres Bignonii p.
242. 263. 385. 406. 1. edit. Petrus Chryſologus ho-
mil. 5. Sed & Agellius lib. 1. c. 13 Lex 1. Cod. Th.
de Maternis bonis, l. 3. eodem Cod. de Fide Cathol.
l. 1. de Apoſtat. Gelaſius I. PP. in Epiſt. ad Epiſco-
pos Orient. edita à Sirmondo, &c. Vide Juretum ad
Symmachum lib. 7. Epiſt. 27.
PONTONES, genus Gallicarum navium, Cæſari lib. 3.
cui eædem ſunt cum onerariis. Harum etiam meminit
Agellius lib. 10. c. 25. Iſidoro verò lib. 19. c. 1. dicitur
Pontonium, navigium fluminale, tardum, & grave,
quod non niſi remigio progredi poteſt. Gloſſ. Ælfrici:
Pontonium, Punt. Alibi, ƿlẏte. Præſertim autem
Pontonum uſus fuit ad trajectus fluminum, cujuſmo-
di ſunt ea navigia quæ *Bacs* vocamus, quæ pontis
vicem præbent, unde videntur appellari. Apuleius: *Si*
vado non poterunt, pontonibus tranſibunt. Ita Paulus
JC. in l. 38. D. de Servitut. ruſticor. prædior.

Sed aliud ſonat hæc vox apud. Baudoviniam in vita
S. Radegundis c. 10. *Ubi vinum novum aivenit, quod*
cellarium implevit, ſe tonella ſatisfeciſſe credidit: ante
pontones & tonnæ defecerunt, quam hæc quæ beata in om-
nibus fecit voluntatem. Hic enim *Ponto* eſt dolii ſpe-
cies. Ubi fortè leg. *Ponçones*, noſtris *Ponçons*.
Pontonagium. Vide *Pontaticum*.
Pontonarii, Nautæ qui per pontones tranſvehunt iti-
nerantes, *Ponteniers*. Tabularium Prioratus de Pa-
reio fol. 48. *Quidam nautæ, id eſt pontonarii portus*
quæ dicitur ad Grazerias, &c — & ut fratres ejuſdem
loci & homines eorum, quotieſcumque uſus fuerit, tranſ-
vadare ad eundem portum ſine omni lucro feſtinent.
PONTUS, Capulum enſis, noſtris olim *Pont*, hodie *La*
poignée de l'eſpée. Locum vide in *inveſtitura per pon-*
tum.
POPADA. Tabularium S. Stephani Lemovicenſis: *Ber-*
nardus Vic comes de Comborn animæ ſuæ conſulendum
neceſſarium du cens, donavit S. Stephano manſum de
Abiac, & hoc fecit integre, nihil inde retinendo, ſcili-
cet neque cenſum, neque expleit, neque popada, neque
Oſt, neque ullius conſuetudinis exactionem. Ubi neſcio
an *popada* uſurpetur pro *popa*, πεμμὰς, placenta, uti
eſt in Gloſſis vett. ſeu eo quod *oblias* vocabant.
POPLICANI. Vide *Populicani*.
POPPEA, Pupa, pupæ icon, noſtris *Poupée*. Vett. Gloſſæ
Puppe, πλάγγονες, αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. Jo. de Janua: *Pu-*
pæ dicuntur quædam ſtatunculæ, quas virgines ſolent
facere in modum filiarum, & veſtibus obvolvere: quas
poſtquam ad annos nubiles veniebant, & pubilibus abre-
nuntiabant, quaſi ſub poteſtate Veneris futuræ, Veneri ſa-
crificabant. Unde Perſius:

Dicite Pontifices in ſacro quid facit aurum,
Nempe hoc quod Veneri donantur à virgine pupa.

Lambertus Ardenſis p. 167. *Inter puellas puerilibus*
locis & choreis, & his ſimilibus ludis & poppeis ſæpius
juvenilem applicabat animum De pupis, vel puppis,
vide Deſiderium Heraldum lib. 1. Adverſ. c. 8. In ve-
teribus Statutis peagiorum Pariſ. hæc lego: *Fourru-*
res de pouppees, ſub titulo *de mercerie*: *La piece de*
pouppie & de meſſiviaux. Sed quid ſonent, non aſſe-
quor.
POPULARE, Habitare: hinc Galli *Peupler une ville*. Con-
ſuetudines Regni Majoricarum editæ à Jacobo Rege
Aragonum: *Laudamus vobis dilectis — ut ibi popule-*
tis & habitetis. Charta Regis Alarici ex Tabulario
S. Joannis Pennenſis, apud Bivarium ad Chron. Ma-
ximi: *Hæc eſt carta populationis duarum villarum No-*
ve & Ardanis, quas populari fecit Rex in termino S.
Juliani de Navaſal. Lucas Tudenſis æra 776. *Eo quo-*
que tempore populavit Aſturias &c. *alias autem civitates*
vaſtavit, quia illas non potuit populare. Vetus Nomen-
clatura urbium Hiſpaniæ: *Tunc temporis populavit Ro-*
dericus Comes Amaiam, &c. Vide Conſuetudinem
Cenomanenſem art. 131.
Popularis. Gregorius Turonenſis lib. 1. de Miracul.
c. 14. *Non eſt æquum ut hoc pignus in loco viliori te-*
neatur, ſed ſurge, & illud accipe, & defer ad Taurinen-
ſem Eccleſiam, quæ plus popularis habetur. Id eſt in
quam populi frequentiùs confluunt, vel quæ majori
populi multitudine repletur. Vide Deſider. Heral-
dum lib. 1. Adverſar. cap. 8.
Populares, Urbana multitudo, populus, plebs, quibus
opponuntur *militares*, in l. 1. D. de Offic. Præf. urb.
in l. 7. Cod. Th. de Annonis civic. &c.
POPULARITAS, Spectaculorum editio, in l. 2. Cod. Th.
de Offic. Rector. provinc. quæ *populi favor & ap-*
plauſus dicitur in l. 1 & 3. eod. Cod. de Spectacul.
POPULATIO, Populi cœtus. Vita S. Deicoli Abb. n.
17. *Cumque populatio non modica, quæ ad Eccleſiam*
Dei convenerat, &c. Charta Inæ Regis Occidenta-
lium Saxonum edita à Spelmanno in Concil. an. 725.
& Bolando 6. Febr. ita clauditur: — *Cum præſentia*
populationis conſenſe unt & firmaverunt. Charta Lor-
banenſis apud Sandovallium in Favila: *In populatio-*
nibus parvis ponent ſuos judices, qui regant eos bene &
ſine rixas. Lucas Tudenſis æra 1226. *Populationes mul-*
tas & nobiles fecit in regno ſuo, ſcilicet Placentiam, Be-
jaram, &c. Infra: *Rex autem Adelfonſus multas popu-*
lationes in regno ſuo fecit, & illud valde ampliavit.

Populatores, Incolæ. Charta Sanctii Abarcæ Re-
gis Aragon. æræ 971. apud Blancam: *Iſtos ſupradictos ter-*
minos dono & confirmo vobis populatoribus de uno Ca-
ſtello qui modo eſtis, & inibi antea ibi veneritis popu-
lare, ut habeatis illos francos & ingenuos ad veſtram
propriam hæreditatem, &c. Adde aliam æræ 1118. pag.
626. Charta Alphonſi VI. Imp. Hiſpaniæ an. 1086.
apud Yepez: *Quando populator acceperit ſolum, dabit*
uno ſolido atque duobus denariis: & ita unum quem-
que annum de ſingulos ſolos dabuntur ſingulis ſolidis. Sa-
ne verò ſi in ipſo anno non populaverit illum, perdet eum.
Si ſane pro populato ſolidum non dederit, accipient ejus
portam aut hoſtium, vel aliquid quod valeat ſolidum,
donec tectum accipiat, & uſque ad duos Pracones de octo
in octo diebus, ſed dentur pignos accepi pro ſolido in ſolo,
ſi nec tectum, nec aliquid pignus invenerant, illum acci-

piat Abbas, & det cui vult. Vide Chartam Alfonſi Imp. ann. 1160. apud Oyhenartum in Notitia Vaſconiæ p. 85. Italis *Popolani*, ſunt parochiani, *huomini della parochia.*

Populatura. Vetus charta apud Anton. *de Tepez* in Chronico Ordin. S. Benedicti to. 3. p. 284. *Ut agnoſcant & in diebus noſtris qualia bona fecimus ad ipſum locum S. Vincentii, & ad radicem ipſius montis Lemabuſe, ad ficare populaturam in hereditatem ipſius Monaſterii, per conſenſum Abbatis & cæterorum*, &c.

Populatus. Terra culta, ager cultus, cui opponitur eremus. Charta Sanctii Navarrorum Regis, apud Oyhenartum in Notitia Vaſconiæ pag. 99. *Cum omnibus terminis & pertinentiis ſuis, cum pratis, paſcuis, & ſotis, & aquis, aquarumque meatibus, cum eremo & populatu, cum ingreſſibus & egreſſibus.*

POPULICANI, *Poblicani*, *Publicani*, Hæretici Manichæorum ſectarii, qui Græcis Παυλικιανοὶ, Latinis ſcriptoribus *Pauliciani*: ſic appellati à Paulo Samoſateno hæreſis autore, ſive à Paulo & Joanne, ut obſervatum à nobis ad Alexiadem p. 412. *Poplicani*, lib. 4. Hiſt. Vezeliac. p. 644. qui *Pauliani*, apud Liberatum Diacon. cap. 2. & autorem Prædeſtinati. Ita porro appellarunt noſtri Manichæos, qui Franciam noſtram aliquandiu erroribus ſuis inquinarunt, maximè in Aurelianenſi provincia, Roberto Rege regnante, de quibus Geſta Synodi Aurelianenſis an. 1017. edita to. 2. Spicilegii Acheriani, & Excerpta ex Tabulario S. Petri Carnot. edita à Labeo to. 2. Miſcellan. p. 562. Hacce poſtea appellatione Valdenſes hæreticos donarunt, quod quædam ex dogmate Manichæi, quædam ex erroribus Origenis, plurima etiam de ſuo confinxiſſent, ut eſt in Magno Chronico Belgico an. 1208. quod ſcilicet duo Principia, ut Manichæi, agnoſcerent, ut eſt apud Ermengardum contra Valdenſes cap. 1. Vide Concilium Lateranenſe III. an. 1179. c. 27. *Populicanorum* crebra eſt mentio apud Albericum in Chron. MS. an. 1148. in Chronico Vezeliacenſi apud Labeum to. 1. Bibl. an. 1167. 1181 & 1198. in Chron. S. Mariani Antiſiod. an. 1181. & 1198. in M. Chron. Belg. an. 1147. & 1297. ex eodem Alberico, ut & apud alios ſcriptores quos laudamus in Notis ad Villharduinum pag. 341. ubi etiam de *Publicanis*, quorum meminere iidem ſcriptores. Radulphus Coggeſhalenſis in Chron. MS. *Temporibus Ludovici Regis Franciæ, qui genuit Philippum, cum error quorumdam hæreticorum, qui vulgo appellantur Publicani, per plures provincias Galliæ diſſerperet*, &c. Addo præterea Hugonem Plagonem vernaculum W. Tyrii interpretem, vocem, *hereticis*, lib. 2. cap. 13. *Popelicans* vertere.

Publicanorum etiam crebra eſt mentio apud Scriptores expeditionum Hieroſolymitanarum, à quibus inter gentes, quæ Saracenis ac Perſis erant conterminæ, recenſentur: qua voce intelliguntur Manichæi, qui in hiſce provinciis habitabant: de quibus Cedrenus p. 541. 542. 546. 665. Vide Tudebodum p. 782. 792. 794. 814. Robertum Monachum p. 42. 44. 56. 109. 111. Baldricum Dolenſem p. 111. Henricum Huntindon. lib. 7. p. 374. &c.

POPULNUS, *De populo, ſicut ficulnus de ficu.* Papias.

POPULOSITAS, in Gloſſis antiquis MSS. *Populi feſtiva congregationes.* Sidonius lib. 1. Epiſt. 9. *Arctabat clientium prævia, pediſſequa, circumfuſa popularitas.*

POPULUS, Turba, conſerta hominum multitudo, in l. 6. & 10. Cod. Th. de Epiſcop. Paſſio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Factus eſt populus immenſus.* Apuleius lib. 3. Metamorph. *Statim civitas omnis in populum effuſa, mira denſitate inſequitur.* Chronicon Montis Sereni an. 1192. *Apud ipſum denique populus hiſtrionum magni favoris gratiam obtinebat, & præſentia eorum valde erat ei delectabilis & jucunda.*

Minutus populus, Vulgus, plebecula, *le menu peuple.* Fragmentum Petronii: *Itaque populus minutus laborat: nam iſti majores maxillæ ſemper Saturnalia agunt.* Gloſſæ Gr. Lat. Λαοῦ δόγμα ψήφισμα, *Plebiſcitum.*

Minor populus, in Capitularibus Ludovici II. Imp. tit. 2. c. 5.

PORCA. Iſidorus & Papias: *Porcam Bati faciunt 30. pedum latitudine, ſed porca eſt quod in 30. à rotundo extat, quod defoſſum eſt.* Idem Papias: *Porca quod eminet, lira vero quod defoſſum eſt. Porca terra quæ inter ſulcos eſt lata.* Gloſſ. Ælfrici, ubi de re agraria: *Porca*: Balc. Charta an. 1105. in Tabulario Caſaurienſi: *Offero tradoque omnes res proprietatis meæ, excepto una porca de cannapina.*

PORCAMIS, Menſura agraria. Vetus Agrimenſor: *Porcamis eſt pars agri habens in latitudine ped. 30. id eſt perticas 3. in longitudine 80. id eſt perticas decempedas 7.* Idem quod *Porca.* Ubi fortè leg. *Porcaminis*, &c.

PORCARIA, Stabulum porcorum, quæ

Porcheria, in Fleta lib. 2. c. 41. §. 13. noſtris *Porcherie.* Sed apud Matth. Paris an. 1258. *porcariæ* ſumuntur pro locis cœnoſis, cujuſmodi ſunt in quibus porci ſe volutare amant: *Et inventa ſunt paſſim eorum corpora tumida præ fame, & liventia — in porcariis, ſterquiliniis, & lutoſis plateis*, &c.

Porcaritia, in lege Aleman. tit. 81. §. 3.

PORCASTER, Porcus junior. Althelmus de 8. vitiis c. 8.

Dum ſtratis re[...]ans porcaſter pauſat obeſus
Juncis & ſtipulis, nec non filicumque maniplis.

PORCELLAGIUM, Tributum ex porcellis, ſeu porcis, Gallis, *Porceaux.* Charta an. 1180. in Tabulario Cluniacenſi n. 197. *Non habeo talliam, vel porcellagium, vel beſenagium, vel meſſionagium.* V. *Porcilatio.*

PORCELLARE, dicitur ſus, cum porcellos edit: in Fleta lib. 2. c. 80. §. 2. 3.

PORCILATIO, idem fortè quod *Friſcingagium*, vel *porcorum conſuetudo*, de qua mox. Tabularium Cluniacenſe ch. 336. *Porcilationem percipiet quomodo tam retroactis temporibus percipere conſuevit: hoc ſalvo quod homines prædictas gallinas & porcilationem .... per ſe vel per alias perſonas apportare tenebuntur.*

PORCINA, Porcorum grex, vel ſtabulum. Pactus Legis Salicæ tit. 27. & Lex Sal. tit. 29. §. 1. *Si quis tintinnum de porcina aliena furaverit*, &c.

PORCISTETUM, *Locus ubi porci ſtant*: Jo. de Janua. *Porcherie*, in Catholico parvo. Ita legendum apud Lindwodum in Provinciali Cantuarienſis Eccleſiæ, pro *porcitecum.*

PORCUS *ſingularis.* Vide *Singularis.*

Porci ſuales, maſculi ſues. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Summa porcorum ſualium 13. beuralium 144.*

Porcorum Conſuetudo, in Charta Guidonis Comitis Pontivi, apud Hariulfum lib. 4. cap. 21. extremo. Vide *Porcilatio.*

PORISMA, Πόρισμα, Comparatum, bona quævis. Jo. de Janua: *Poriſma, quæſtus, lucrum.* Ordericus Vitalis lib. 5. p. 580. 30. *ſcilicet marcos argenti futuris ejus magiſtris & conſodalibus de poriſmate meo libenter erogavi.* Et lib. 6. p. 627. *De rebus cum ſudore acquiſitis eleemoſynas faciebat, — & hujuſmodi totius ſui poriſmatis quæſtus ſuperfluæ tribuebat.*

PORPECIA, Piſcis majoris ſpecies. Vide *Aquaria*, & *Geaſpecia.*

PORPHYROGENITUS, in *purpura*, patre Imperatore genitus, Græcis πορφυρογέννητος. Luitprandus in Legatione: *Inaudita res eſt, ut porphyrogenita, hoc eſt in purpura nati filia, in purpura nata, gentibus miſceatur.* Infra: *Sed Chriſtophorus, aiunt, non porphyrogenitus fuit.* Vide quæ de hac voce adnotamus ad Alexiadem, & infra in *Purpuratus.*

PORPRENDERE, Invadere, aliquid ſua autoritate capere. Ovidius:

——Prendique & prendere tentans.

Lex Ripuar. tit. 75. *Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via porpriſerit*, &c. Præceptum Caroli M. pro Hiſpanis an. 812. *Erema loca ſibi ad laboricandum porpriſerunt, & laboratas habere videntur*, &c. *Porprendre, qui eſt prendre de propre autorité terres com-*

munes, in Conſuetudine Aquenſi tit. 9. cap. 11. & 18. ubi actio ipſa porprendendi, *Porpriſe*, & *porpriſon* dicitur. *Le Roman de Garin:*

Viſt de paiens mult grant oſt aünée,
Soiſſante mil en a premiers eſmée,
Par quatre ſens ont porprins la valée.

Proprendere, eadem notione. Capitula ad Legem Bajwar. tit. 2. §. 12. *Nullus præſumat alterius res propendere.* Lex Ripuar. tit. 75. *Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriſerit. Res propriſæ*, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 140. Chartæ Parenſales c. 12. *Eo quod terram ſuam de ſuo manſo malo ordine nunquam propriſiſſet, nec poſt ſe nunquam retinuerit.* Capitula Caroli C. tit. 39. cap. 8. *Quia poteſt fieri, ut aliquis de fiſco regio, vel de rebus Eccleſiæ aliquid proprindat, aut per fraudem obtineat.*

Propriſæ res, Invaſæ, uſurpatæ, in Capitul. 4. an. 806. c. 6. in lib. 6. Capitul. cap. 251. & in Capit. ad Leg. Bajwar. c. 12. Charta Alamannica Goldaſti 99. *Proclamavit, eo quod in contradutum ſuum manſum ei tollutum fuiſſet, quod ei advenit à parte uxoris ſuæ ſimul & Flaviano, & propreſum fuiſſet, & legibus ſuum eſſe deberet*, &c. Ubi perperam Goldaſtus in *propriè ſuum* emendat.

Propreſa. Charta Philippi Regis Franc. an. 1271. in 30. Regeſto Chartophylacii Regii cap. 220. *Ponatur in margine paludis alius terminus inter paludem & propreſam.*

Purpriſus. Synodus Triceaſſina an. 878. *Si aliquis noſtrorum fidelium de regno patris ſui ex hoc aliquid purpriſum habet, juſſu noſtro illud dimittat.* Adde Aimoin. lib. 5. cap. 38. Charta Gallica apud Henricum de Knyghton p. 2547. *Et enſi chivachent à force & armes, purpenant real poiare*, &c. id eſt, ſic equitant cum viribus & armis, uſurpata auctoritate regia. Mox: *Par voſtre real poiare que vos avez purpris ſur noſtre Seigneur le Roi*, &c.

Purpreſtura, ipſa actio *porprendendi*. Vox Fori Anglici: Glanvilla lib. 9. c. 11. *Dicitur autem purpreſtura vel porpreſtura, propriè quando aliquid ſuper Dominum Regem injuſtè occupatur, ut in dominicis Regiis, vel in viis publicis obſtructis, vel in aquis publicis traverſis à recto curſu: vel quando aliquis in civitate ſuper regiam plateam aliquid ædificando occupaverit, & generaliter quoties aliquid fit ad nocumentum regii tenementi, vel regiæ viæ, vel civitatis, placitum inde ad coronam Domini Regis pertinet.* Mox innuitur *Purpreſturæ* tres eſſe ſpecies, primam contra Regem, alteram contra dominum capitalem, tertiam contra vicinum, vel non dominum. Adde Regiam Majeſtat. lib. 1. c. 5. §. 4. lib. 2. cap. 74.

De *Purpreſturis contra Regem*, ita Gervaſius Tilleberienſis lib. 2. cap. de Excidentibus & occupatis, apud Spelman. *Fit interdum per negligentiam Vicecomitum, vel eius miniſtrorum, vel etiam per continuatam in longa tempora bellicam tempeſtatem, ut habitantes prope fundos, qui Coronæ annominantur, aliquam eorum ſibi portionem uſurpent, & ſuis poſſeſſionibus adſcribant. Cum autem perluſtrantes judices per ſacramentum legitimorum virorum hæc deprehenderint, ſeorſim à firma Comitatus appretiantur, & Vicecomiti traduntur, ut de eiſdem ſeorſim reſpondeant*, & hæc dicimus *Purpreſturas*, vel occupata. Agunt etiam de iiſdem contra Regem *purpreſturis* Statutum de Bigamis an. 4. Edw. I. cap. 4. Matth. Paris p. 180. in Additament. p. 100. 101. Fleta lib. 1. c. 20. §. 18. 107. lib. 2. c. 41. §. 2. 3. Brittonus p. 28. 29. &c.

Purpreſturam contra dominum capitalem facere dicitur is, cum id de quo erga dominum tenetur, non facit, vel ejus juribus derogat. Unde in *purpreſturam* feudum vel ejus fructus cadunt, cùm vaſſallus intra ſtatos ac legitimos dies feudum ab eo non recipit, ſeu *relevat*, quod in *purpret*, vel *purpert* cadere vocant Conſuetudo municipalis Victriacenſis art. 29. 41. 54. & Remenſis art. 99. & 100. ubi perperam quidam emendant ac reſtituunt *pure perte*. Nam *purpret* idem valet ac *confiſcatio*, vel *commiſſum*, quomodo *purpreſtura* uſurpatur in veteribus Tabulis, in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 1021. apud W. Thorn p. 1936. &c.

Purpreſtura contra vicinum, aut non dominum. Tabular. Fiſcanenſe fol. 82. *Et de purpreſtura quam bercarius Abbatis purprehendit ſuper prædictum Heliam.* Vide Monaſticum Anglic. to. 1. p. 848. to. 2. p. 1021. Willelmum Thorn an. 1283. & p. 2023.

Purpreſtura, idem quod *porpriſum*, Ambitus. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 139. *Dedi — totum pratum meum — liberum & quietum ab omni ſervitio, & purpreſturam gardini ſui.*

Porpriſagium, idem quod *Porpriſum*. Charta Radulfi Abbatis Fiſcanenſis an. 1213. in Tabul. Fiſc. f. 31. *Maſuram terræ cum terra & porpriſagio ibi pertinente — dederunt.*

Porpriſum, Poſſeſſio, vel locus ſepibus, muris, aut vallis concluſus: *Pourpris*, in Conſuetud. Britan. art. 275. Silvanectenſi art. 129. &c. *Pourprinſe*, in Turonenſi art. 260. 295. quantum loci quis *porpriſit*, uſurpavit. Charta an. 1218. in Hiſt. Caſtilion. p. 39. *Excepta domo ſuo de Calloé, & porpriſiis ejuſdem domus, ſicut infra murum hodie continetur*, &c. Alia an. 1230. in Hiſt. Monmorenc. p. 408. *Diceret ſe jus habere in domo & porpriſio B. Dionyſii*, &c.

Porpriſium, in Charta an. 1213. in Hiſt. Monaſterii S. Mariæ Sueſſion. p. 446.

Purpriſus. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 106. *Donavi eis meum purpriſum de Kirkam, & domos meas*, &c.

PORRECTA, Juſculum ex porris confectum, Gall. *Porrée*. Miracula S. Galterii Abbatis Pontiſarenſis n. 26. *Qui inſufflans in faciem eius, dixit, Hoc modo porrectam tuam calidam ſufflando refrigerabo.*

PORRETANI, Gilleberti Porretani Epiſcopi Pictavenſis ſectatores, de quo Otto Friſingenſis lib. de Geſtis Frider. cap. 46. 47. & alii apud Baron. an. 1147. Beſlium, & Sammarthanos. Ebrardus Betunienſis contra Valdenſes cap. 1. p. 49. *Ne ſimus Nominales in hoc, ſed potius Porretani.* De Gilberto, Alanus de Inſulis lib. 4. Anticlaudiani p. 50.

Illic caſtra tenet, & eadem miles in arte
Gilbertus ſaltu fallaci tranſilit artem.

Vide Metalogicum Joannis Sariſber. lib. 2. cap. 17.

PORTÆ, Anguſtiæ itinerum, quas Hiſpani *Portus* vocant: στενὰ, πύλαι, Græcis ſcriptoribus; *Clauſuræ*, Latinis recentioribus. Jornandes de Rebus Geticis: *Nam locatim reciſus, (mons) qua diſrupto jugo vallis hiatu pateſcit, nunc Caſpias portas, nunc Armenias, nunc Cilicias, vel ſecundum locum, qualis fuerit, facit, vix tamen plauſtro meabilis, lateribus in altitudinem utrimque directis, qui pro gentium varietate diverſo vocabulo nuncupantur.* Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſt. Frider. c. 32. *Igitur Rex ad Portam Meſiam 70. pugnatorum millia vel amplius habens, erupit, in campoque inter portam præfatam & fluvium Litahe — caſtra poſuit. Porta S. Baſilii*, in Expeditione Aſiatica Friderici I. Imp. p. 64. *Porta Hiſpaniæ*, apud Rogerium Hovedenum p. 560. quæ vulgò *Portus* aliis Scriptoribus dicuntur. *Porta Ruſciæ*, apud Rogerium de Deſtruct. Hungariæ cap. 14. Ita *Portas* uſurpant præterea Albertus Aquenſis lib. 1. cap. 8. lib. 3. cap. 5. lib. 10. cap. 38. Raimundus Montanerius cap. 207. & alii.

Porta, Teloneum quod ad portam exigitur, *Portaticum*. Charta Petri Epiſcopi Atrebatenſis an. 1194. *Sibi tamen de aſſenſu noſtro retinuit in vita ſua in parte diſtricti, quæ dicitur ſtrata, exercitum, cavalheriam, talliam, altam juſtitiam, portam, & calceiam in porta*, &c. Vide *Portaticum*.

Porta, Munus ipſum Portarii Monaſtici, ſeu quod ad portæ officium pertinet, apud Adalardum in Statutis Corbeienſibus p. 8. 19. & Hariulfum lib. 3. Chron. Centulenſis cap. 19. p. 516. in privilegio Monaſterii Atrebatenſis

batenſis conceſſo in Concilio Vermerienſi circa an. 866. &c.

Porta, Tribus, vel urbis Regio vocatur apud Mediolanenſes & Italos. Sigonius lib. 6. de Regno Italiæ, de Ottone I. *Mediolanenſium civium alios in tribubus urbis, quas illi Portas vocabant, & agri pagis, quos Plebes nominabant, Capitaneos inſtituit.* Vetus Charta apud Camillum Peregrinum in Diſſertatione Italica de notione hujus vocis: *Ut primum Preſbyteri porta Summa, & Clerici ſimul cum Laicis ad Epiſcopum deſcenderent.* Liber inſcriptus Flos florum: *Iſto tempore & per longa tempora ante, Archiepiſcopus Mediolani erat Dominus ſpiritualis & temporalis Mediolani, & regebatur civitas per Conſules datos per Archiepiſcopum, quibus enſem ipſe dabat, cum regere inciperet: aliquando per Capitaneos factos per Archiepiſcopum in qualibet porta ſpecialis parentela regebat.* Mox addit unicuique *Portæ*, ſive regioni fuiſſe vexilla propria, quorum colores & figuras deſcribit. Vide Falconem Benevent. p. 209. 229. & Ottonem Morenam in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 70. 75. 78. 96. & alibi.

Porta aurea, dictæ in majoribus civitatibus portæ præcipuæ, per quas ſolennes ingreſſus vel proceſſus fieri ſolebant, ut Conſtantinopoli *Porta aurea*, Græcis πυλὴ χρυσῆ, de qua copioſè egimus ad Willharduinum n. 129. & in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana: *Romæ*, apud Ottonem Friſing. lib. 2. de Geſt. Frider. cap. 22. & Guntherum lib. 4. Ligurini: *Hieroſolymis*, in Geſtis Francor. expugn. Hieruſalem p. 572. *Theſſalonicæ*, apud Joannem Cameniatam de Excidio Theſſal. c. 24. *Ravennæ*, &c.

Porta argentea Baſilicæ S. Petri Romæ, apud Anaſtaſium in Sergio II. PP. & Paulum Diac. lib. 4. Chr. Caſin.

Portas abſtrahere, Libertates Conceſſæ urbi Barcinon. à Petro Rege Arag. an. 1283. *Dominus poteſt emphyteota abſtrahere auctoritate propria portas, ſi non ſolvit ei cenſum die ſtatuto. Item ſi non firmat ſibi jus, poteſt abſtrahere portas.*

Portas apertas conſcribere, Teſtamento aut tabulis manumittere. Lex Ripuar. tit. 61. §. 1. *Si quis ſervum ſuum libertum fecerit, & civem Romanum, portaſque apertas conſcripſerit*, &c. Vide *Manumiſſio*.

Portæ Eccleſiarum reliquiis Sanctorum conſecratæ, vel *non conſecratæ*, in Legibus Longobard. lib. 1. tit 9. §. 30. & in Capit. Caroli M. lib. 4. c. 13.

Porta Levatura, Pons ſublicius ad portas urbium. Hiſt. Cortuſior. lib. 6. cap. 5. *Qui calata porta levatura, ſeu ſaracineſca, inter utramque partem vivus emanſit incluſus.* Lib. 7. cap. 16. *Sed propter portam civitatis, quæ erat levatura, non fuerunt auſi intrare ſucceſſivè.* Lib. 1. cap. 18. *Calatis ſuis pontibus levaturis, proceſſit in hoſtes.*

Porta Regia. Vide *Regia*.

Porta populoſa, in Jure Hungarico, domus habens juſtam integramque familiam. Albert. Molnarus.

Portagium, Delatio vel portatio rei alicujus, in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 44. locum vide in *Requies*. Charta an. 1206. ex Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 49. *Prædictas autem decimas & campi partem idem Miles & heredes ipſius ad dictam granicam deferre tenebuntur, ſed à gravi excuſſi portagio remanebunt immunes.* In Regeſto peagiorum Bappalmæ, *Portage* ſumitur pro ea præſtatione quæ exſolvitur pro mercibus quæ collo portantur. Eſt præterea *Portagium* idem quod *Portarium*, ſeu præſtatio ad urbium portas. Vide *Portarium*.

PORTALE, Porta. Noſtri *Portail*, vel *portal* vocant portam ampliorem, decumanam, cujuſmodi ſunt urbium. Charta Joannis Epiſcopi Magalonenſis an. 1238. *Item concedimus vobis portale Montiſpeſſulani & anteportale, & claves ipſorum, ut libere vos & veſtri intreatis & exeatis de nocte & de die, & intromittatis illos quos videbitis intromittendos, & utamini ipſis portali & anteportali, & clavibus ad voluntatem veſtram.* Alia an. 1262. *Liceat etiam eidem Epiſcopo* (Magalonenſi) *in parte ſua juxta domum ſuam murum villæ aperire, & ibi portale facere — cujus claves illi cuſtodiant.* Occurrit in alia Petri Epiſcopi Maſſilienſis an. 1163. apud Sammarthanos. Charta an. 1427. apud Thomaſſerium in Conſuet. Bituric. p. 128. *Leſdis Bourgeois ſeront tenus de garder la porte ou portail de ladite ville, & y faire le reguet par nuit*, &c.

PORTALLUM, in Tabulario Eccleſiæ Brivatenſis ſub an. 1253. 1256. Domuncula.

PORTANARIUS, *Portenarius*, idem qui *Portarius*, Janitor: ſic de hoc officio Monaſtico uſurpat Eckehardus de Caſibus S. Galli cap. 10. p. 82. *Nam cum portananarius eſſet, de voluntate ipſius, ipſa cum eo pridie ſecreta condixerat.* Levoldus Northovius in Chronico Markano p. 15. *Qui poſtmodum caſtri de Altena portenarius fuit.* Adde Goldaſtum to. 2. Rerum Alemann. p. 189. in margine. *Portinaio* eadem notione dicunt Itali. Jacobus Paſſavantius: *Venne alla porta del muniſtero, & domando il portinaio.* Ita

Portunarius, pro Janitore, non pro eo qui *portorium* exigit, ut vult Lindenbrogius, videtur uſurpari in Lege Long. l. 1. tit. 25. §. 14. 15. 16. 17. ubi agitur de *Portunario qui mancipium tranſpoſuerit*, quod ſcilicet ejus cuſtodiæ commendatum erat, quod verba §. 17. ſatis declarant: *Quia poſtquam cognovit quod fugax erat, ſi eum tenere non potuerit, mox innoteſcere aut antecurrere debuit.* Et §. 16. *portitor* appellatur: ubi Edictum Rotharis Regis tit. 20. 21. 22. habet *Portonarius*.

PORTARE. Autor Hiſt. Miſcellæ hæc Theophanis, τῷ στρατηγήσαντι καλῶς, ſic reddidit, *qui ſe bene portaverat*. Phraſis Gall. *Qui s'eſtoit bien comporté.*

PORTARIUM, Portorium, ac tributum, quod ad portas civitatum exſolvitur. Gloſſ. Gr. Lat. Τέλος πυλῶν, *Portarium*.

Portaria, eadem notione. Pancharta nigra S. Martini Turonenſis apud Sammarthanos in Epiſcopis Pariſienſ. *Reddidit Canonicis S. Martini portariam quamdam pro anima genitoris Roberti*, &c. Vide *Portaticum*.

PORTARIUS, Officium Monaſticum, qui Portæ Monaſterii curam habet, *Oſtiarius* dictus Vigilio Diacono in Regula Orientali c. 26. S. Benedicto in Regula c. 66. *Janitor*, S. Iſidoro in Regula cap. 19. & in Regula Magiſtri cap. 95. Illud viris ætate maturis, & vitæ inculpatæ utplurimum committebatur: adeout inter potiora Monaſterii munia haberetur, interdumque in Abbates eligerentur portarii, ut eſt in Chronico Monaſterii de Fontanis cap. 10. Ad id tamen ſufficere *ſapientem & honeſtum famulum* contendebant Cluniacenſes, ut eſt apud Petrum Venerab. lib. 1. Epiſt. 28. p. 659. 674. De hocce officio, & ejus muniis agunt iidem Vigilius, S. Benedictus, S. Iſidorus, & Regula Magiſtri locis laudatis, Regula Canonicorum ex Concilio Aquiſgran. cap. 143. Adalardus in Statutis Corbeienſib. lib. 1. c. 4. Chrodogangus in Regula Canonicorum cap. 12. &c. quibus adde Formulas 47. & 48. ex Baluzianis, Itinerarium S. Willibaldi n. 25. Scylitzem in Iſaacio Comneno, Chartas Alamannicas Goldaſti cap. 16. 18. 25. 66. 78. Browerum lib. 2. Antiq. Fuld. p. 158. Odoricum Rainaldum an 1289. n. 29. &c. *Portarius*, & *Subportarius*, in libro Uſuum Ordinis Ciſtercienſis cap. 84.

Portarius pauperum, in Monaſteriis, portæ ſcilicet ad quam pulſabant pauperes eleemoſynam petentes. Tabularium Conchenſis Abb. in Ruthenis ch. 312. *Benama Cellararius, Adraldus Portarius, Rotgerius Portarius pauperum*, &c.

Portarius exterior, *ſive curiæ*, ad quod officium deligi jubetur unus de converſis fratribus, probatus moribus, affabilis, &c. in libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 15.

Portarius clauſtri, ibidem cap. 16. ex converſis pariter fratribus, cujus officium eſt *introitum clauſtri obſerv-*

vare jugiter, ne quis extraneus ingrediatur, aut intro inſpiciat, &c.

Portarii, Executores Regiæ Juriſdictionis, quorum numerus eſt 12. in Regno Aragon. de quibus multa habet Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. *Portarii, ſeu Officiales Prælatorum*, in Concilio Palentino an. 1322. cap. 19. Tertia Curia generalis Catalaniæ ſub Jacobo II. Rege Arag. an. 1311. *Non ponemus nec mittemus pennones vel porterios, nec alium hominem ratione guidatici in caſtris Richorum hominum.* Curia generalis Catalaniæ celebrata in villa Montiſalbi ab Alfonſo Rege Arag. an. 1333. *Ut executionibus fiendis modus non excedatur, ſtatuimus quod nullus porterius noſter, — nec aliquis alius faciat, aut facere poſſit executionem aliquam ſine conſilio Vicarii Curiæ, vel baiuli, judicis*, &c. Agitur etiam de iis in Curia celebrata an. 1363. in villa Montiſſoni. *Porter*, apud Raimundum Montanerium in Chron. Reg. Aragon. c. 217. Vide *Azemblarius*.

Portaria, in Sanctimonialium Monaſteriis. Concilium Cabilonenſe II. cap. 64. *Portaria non eligatur, niſi quæ ætate matura ſit*, &c. Regula cujuſdam ad Virgines cap. 3. *Portaria ſeu Oſtiaria Monaſterii tales eſſe debent, quæ omnium ſimul mercedem ædificent, ætate ſenili, quibus mundus ſilet*, &c. Adde Regulam Sanctimonialium ex Synodo Aquiſgran. c. 26.

Portaria domus, Ædicula *Portarii* Monaſtici. Laurentius Leodienſis in Epiſcopis Virdunenſib. *Clauſuram Curiæ, domum portariam, & lapides Eccleſiæ ſculptos*, &c.

Portaria, ſeu *Portarii* vel *Oſtiarii*, Officium Palatinum, de quo Leges Alfonſinæ, ſeu *Partida*, part. 2. tit. 9. leg. 14. *Porteria en caſa del Rey, es muy grand Officio, porende aquellos que eſte lugar tuvieren, deven ſer de buen linage e leales, e aver en ſi todas aquellas coſas que diximos de los otros officiales: e ſobre todo deven ſer muy entendidos: para ſaber quales han de acoger, e aque ſazones: e ha meneſter que ſean de buena palabra, e bien razonados, de manera que los acogieren ſe tengan por bien recebidos dellos, e alos que non acogieren ſepan moſtrar razon porque lo fazen: e deſpues que los ovieren acogidos, deben lo fazer ſaber al Rey que omes ſon, e porque vienen*, &c.

PORTATICUM, idem quod, *Valvarum theloneum*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 21. §. 1. Charta Chlodovei III. Regis Franc. apud Mabillonium to. 4. SS. Ord. Bened. p. 618. *Nec portatico, nec pontatico, nec rotatico, nec nullas reddibutionis — exactare penitus præſumatis.* Charta Caroli M. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus: *Ita ut neque navalia telonia quæ ripaticos vocant, atque terreſtria, neque in tranſitibus portarum, vel pontis urbis Veronæ — aliquid dare cogatur.* Charta Caroli Calvi apud Beſlium in Epiſcopis Pictavenſibus p. 28. *Ullum teloneum, aut ripaticum, aut portaticum, aut pontaticum, aut ſalutaticum*, &c. Charta Ayſtulfi Reg. Longobard an. 753. apud Ughell. to. 2. p. 108. *Ut de ſingulis navibus portaticum libera veſtra exigatis libertate.* Infra: *Atque granum illum quod annuè colligitur de portatico in curte noſtra*, &c. Chronicon Benevent. S. Sophiæ: *Et de portatico ex lignis per ſingulas portas hujus civitatis.* Charta Radelchiſi Ducis Longob. *Conceſſimus vobis omne illud portaticum, quod per ſingulas portas & poſterulas hujus civitatis Beneventanæ annualiter dare debetis.*, &c. Charta Friderici I. Imp. an. 1158. *Aut in portuum ſive navium, aut portarum tranſitu paſſagium accipere, aut in foris teloneum — ab eis extorquere præſumat.* Charta Sancii VII. Regis Navarræ apud *Yepez* to. 3. p. 375. *Et præcipio ut nemo accipiat in omni regno meo de cenſu veſtro, nec de pecoribus veſtris, portaticum, nec pedagium, nec alios uſus.* Adde Chartas alias deſcriptas à Godefrido Monacho an. 1168. p. 142. à Doubleto p. 656. 693. 708. 709. 731. 778. Hemereo in Academia Pariſ. p. 33. Ughello to. 4. p. 794. Catello in Hiſt. Toloſana p. 193. 194. in Hiſt. Occitan. p. 746. 748. Sandovallio in Epiſcop. Pampilon. p. 76. &c.

Portagium, eadem notione. Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiod. cap. 63. *Capellanias ſacerdotales & perpetuas inſtituit & fundavit de reditu quem acquiſierat in portagio Trecenſi*, &c. Regeſtum feodor. Campaniæ fol. 94. *De 60. libris annui reditus, quos percipit in portagio vini apud Pruvinum.* Regeſtum feodorum Franciæ fol. 98. *Ernoul du Vergier tient du Roy le portage de la porte du pont*, &c. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1106. *Portagium quoque Divionenſis portæ, quod pater meus de vino proprio Monachorum Divionenſium ubi ubi conſiſtentium donaverat*, &c. Alia Theobaldi Comit. Campaniæ an. 1241. apud Morinum in Hiſt. Vaſtinenſi p. 314. *Prædictas decem libras præfatis fratribus concedo & aſſigno annuatim habendas apud Provinum in nundinis Maii, in portagio portæ quæ dicitur S. Joannis.* Charta Aldefonſi Regis Hiſpan. in Bibl. Cluniac. p. 1435. *Et omnem decimam de portagio, videlicet de pontibus de Nazara & Gromio.* Sed videtur legendum *Pontagio*.

Portanagium. Charta Philippi Regis Franc. an. 1271. in 30. Regeſto Chartophylacii Regii ch. 250. *Porro piſcaria & portanagium Rodani, — ſint communes inter caſtrum de Mota & domum Militiæ templi.*

Portagerius, Portariorum exactor. Regeſtum Magnorum Dierum Trecenſium an. 1288. fol. 30. *Injunctum eſt Ballivo Trecenſi quod inhibeat expreſſe Portagiarus portæ civitatis Trecenſis quod portagium non exigant vel levent ab aliquibus perſonis Eccleſiaſticis vel ſecularibus ſuper hoc privigiliatis.* Adde pag. 44.

Portaraticum. Vetus Charta apud Ughellum tom. 5. pag. 1541. *Portaraticum omne de piſcibus aliiſque rebus dari ſolitum ad portas Tiburtinæ civitatis.*

Portarii, Publicani qui portoria & portatica exigunt ad oppidorum portas. Charta Siconis Principis Beneventani in Chr. S. Sophiæ p. 591. *Ita ut nec a gaſtaldis noſtris neque portariis, aut qualibet perſona accipiant*, &c.

PORTENARIUS. Vide *Portanarius*.

PORTENDICULUM, Felix omen, ex voce Lat. *Portendere*, Ominari. Lambertus Ardenſis p. 148. *In cujus aggeris feſtiviſſimo latibulo felicis hominis portendiculum, lapillum ſuper aurum optimum perpetuo manſurum inſinuatum aſſerunt.*

PORTENSIS, *Portitor, janitor.* Ugutio, & J. de Janua.

PORTERIUS. Vide *Portarius*.

PORTSOKA. Vetus Charta Cantabrigienſis, apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* p. 135. *Conceſſi etiam eis quietantiam mardri infra urbem, & in portſoka, & quod nullus*, &c. Rurſum: *Conceſſimus etiam quod nullus de civitate, vel portſoka ſua captus, vel rectatus de aliquo crimine vel forisfacto, pro quo debeat impriſonari, impriſonetur alibi quam in priſona civitatis*, &c. Saxon. Port, eſt portus, vel porta: ſoc, ſoca, Juriſdictio, dominium, &c.

PORTICANI. Concilium Lateranenſe I. an. 1122. c. 12. *Illam verò pravam Porticanorum conſuetudinem, quæ hactenus ibi fuit, — removendam cenſemus: ut Porticanorum habitatorum ſine heredibus morientium bona contra morientium deliberationem minimè pervadantur: ita tamen ut Porticani in Romana Eccleſia & noſtra noſtrorumque ſucceſſorum obedientia & fidelitate permaneant.*

PORTICULUS, Papiæ, *Malleus in manu portatus, quo ſignum datur remigantibus.* Ugutioni, & Jo. de Janua, *Baculus parvus ad portandum habilis.*

Porticulus, Minor porticus, ſeu ædicula quæ tumulis ac ſepulchris mortuorum ſuperſtruebatur, in Pacto Legis Salicæ tit. 58. *Porticus* etiam & *triclinia* ſepulchris adſcribunt Lex funeris, §. monimentum, D. de Religioſ. & Lex 5. Cod. Th. de Sepulchris violat. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 83. *Si quis corpus in terra, vel noſſo, vel petra, ſub piramide vel ſtructura qualibet poſitum ſceleratus infamationibus effodere vel expoliare præſumpſerit*, &c. Vide *Selave*, & *Ponticulus*.

PORTICUS *ſancta*, Ædis ſacræ propylæum in porticus formam extructum, in quo conſiſtebant Catechumeni

& Pœnitentes. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 49. *Leudaſtes cum egrediebatur de baſilica, & irruens in domos diverſorum, prædas publicas agebat. Sed & in adulteriis ſæpe infra ſanctam porticum deprehenſus eſt.* Concilium Nannetenſe c. 6. *Prohibendum etiam ſecundum majorum inſtituta, ut in Eccleſia nullatenus ſepeliatur, ſed in atrio, aut in porticu, aut in exedra Eccleſiæ.* Vide Deſcriptionem Ædis Sophianæ. Cæſarius Heyſterbach. lib. 6, c. 5. *Publice pœnitentibus ita erat paratus, ut frequenter cum illis in porticu ſedens chartulas legens, conſolationem impenderet, orationum ſuffragia ſcribi faceret.*

Porticus. Locus in Monaſteriis ubi excipiebantur advenæ: *Locutorium*, fortè etiam *Clauſtrum* ipſum. S. Stephanus in Regula Grandimontenſium cap. 51. *Quoties autem oportuerit vos exire in Porticum causâ loquendi cum veſtris viſitatoribus, latam faciem eis prætendite, & cum gaudio eos ſuſcipite*, &c.

PORTIFORIUM. Ingulfus pag. 907. *Reſtituit Monaſterio noſtro calicem quondam capellæ ſuæ, unum Portiforium de uſu noſtræ Eccleſiæ, & unum Miſſale*, &c. Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli Londinenſis an. 1295. *Unum Portiforium plenarium cum nota veteri, non regulariter.* Bibliotheca Paulina, ibidem: *Liber vocatus Portiforium antiquum, ſecundum uſum Sarum*, &c. Vide tom. 3. Monaſtici Anglic. p. 364. & part. 2. p. 79.

PORTIO, *Pondus quoddam ſex uncias habens.* Papias.

PORTIONALES. Papias: *Vis publica eſt, ſi quis civem ante portionales, populum, vel judicem, vel Regem appellantem necaverit, verberaverit, vel vinxerit.*

PORTIREVE, Urbis ſive portus Præpoſitus. Sic autem olim dictus eſt urbis Londinenſis Præpoſitus, quem hodie *Majorem* vocant. Vox hibrida, à Latino *portus*, & Saxon. ȝeꞃeꝼ, i. Præfectus, Præpoſitus. Leges Edw. Confeſſ. cap. 1. apud Bromptonum: *Voluit ut omnis homo habeat advocatum ſuum, & nemo barganniet extra portum, ſed habeat Portireve teſtimonium, vel alterius non mendacis hominis cui credi poſſit.* Eadem habentur in Legibus Adelſtani Regis cap. 17. Leges Athelredi Regis cap. 24. *Si Portireve vel Tungravio, vel alius Præpoſitus compellat aliquem quod theloneum ſupertenuerit*, &c. *Portgreve* habet Cambdenus in Cantio, ubi de oppido *Maidſton: Immunitateſque plurimas reginæ Elizabethæ fert acceptas, quæ Majorem ſummum Magiſtratum inſtituit, pro Portgrevio quem primum habuit*, &c.

PORTITOR, idem qui *Portarius*, Janitor, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 16. Vide *Portanarius.*

Portitor, Nuntius, tabellarius, in l. 7. Cod. Th. Execut. apud Iſidorum lib. 6. c. 8. & Senatorem lib. 1. Epiſt. 46. lib. 8. Ep. 8. lib. 10. Epiſt. 8. Aliàs

Portitores, dicuntur qui *portoria* exigunt, & ad portus ſedent, apud Nonium Marcellum, Donatum ad Terentii Phormion. Vide Lambinum ad Plautum.

PORTOLADI, Remiges; Italis, *Portunati*; noſtris, *Forçats qui ont ſoin de l'eſquif & le conduiſent.* Sanutus lib. 2. part. 4. c. 20. *Expedit quòd ſint ibi decem Portoladi ad bancha puppis cuiuſlibet galearum — Expedit quod ibi ſint 20. portoladi, qui ad bancha ſequentia puppis remigent, dum eſt locus, pro ſolidis quinque groſſorum quilibet omni menſe.*

PORTONARIUS, Vide *Portanarius.*

PORTULANI, qui portubus maris, vel fluminum, eoque nomine navibus quæ in ſtatione ſunt, præſunt. Statutum Honorii IV. pro Regni Neapol. incolis an. 1285. *Deferentes præmiſſa empititia dent particulari portulano loci, in quo fiet oneratio eorundem, fidejuſſoriam cautionem.* Horum munus pluribus deſcribitur à Petro de Vineis l. 2. Epiſt. 36. Itali *Portolano* vocant, *libro dove ſono deſcritti porti del mare.* Extat editus Venetiis an. 1576. cum *il conſolato del mare.* Habetur etiam Gallicè editus. Vide Turcogræciam Cruſii p. 525.

PORTULATICUM, Tributum quod præſtatur pro navibus in portubus conſiſtentibus. Charta an. 1231. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. p. 665. *Cauſaque vertitur — ſuper plateatico ſeu portulatico, quod dictus Epiſcopus per ſe ac per ſuos portulanos exigit à deferentibus victualia*, &c. Idem videtur quod

Portuaticum, in Charta Berengarii & Adalberti Regum Italiæ an. 952. *Videlicet portinaticum, paliſcaturam, teloneum, ripaticum, ravium ligaturam.* Et in Charta Friderici II. Imp. an. 1220. apud Ughellum to. 2. p. 23. *Portum Lavcratici cum portunatico*, &c.

PORTUNUS. Vide *Neptunus.*

PORTURA. Capitulare de cauſis regni Italiæ c. 17. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 29. & Lex Longob. l. 3. tit. 5. c. 3. *Sicut conſuetudo fuit ſigilla & epiſtolas prendere, vel porturas cuſtodire, ita & nunc ſit factum.* Idem Capitulare Pipini c. 9. *Ut vias & porturas vel pontes infra regnum noſtrum in omnibus pleniter emendatas eſſe debeant*, &c. Infra: *Nam per alia loca ſuper ipſa flumina nullatenus porturas eſſe debeant.* In Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 26. ubi eadem pene verba inſeruntur: *Ut viæ, & portus, & pontes*, &c. Mox: *Nullatenus pontes eſſe debeant.*

PORTUS, Fauces, Clauſtra montium, *Puertos* Hiſpanis, quibus propriè dicuntur clauſtra Pyrenæorum montium. Turpinus in Hiſt. Caroli M. cap. 11. *Tunc Aigolandus fugiens transmeavit portus Aſerros, & venit uſque Pampilonam.* Cap. 21. *dum Carolus portus cum 20. millibus Chriſtianorum — portus tranſiret.* Occurrit ibi pluries. Sebaſtianus Salmanticenſis Epiſcopus in Hiſt. *Ita ut ne unus Caldæorum intra Pyrenæi portus remaneret.* Will. Brito lib. 1. Philipp.

Uſque ſub Hiſpanos fines portuſque remotos.

Guillelmus de Podio-Laurentii cap. 52. *Quibus auditis Rex & perceptis, quod dictus Comes Fuxi de montanis Caſtris ſuis confideret de ultra Portus*, &c. Nangius in Philippo III. *Interea Comes Atrebati qui, ut diximus, juxta introitum portuum cum valida manu peditum & equitum ſe tenebat, portus Cyſereos evitando, & in partem alteram per montes Pyreneos — tranſitum fecerat*, &c. *Le Roman de Guarin*:

> *Normans, Bretons vindrent voirement*
> *Et Avalois, Flamenc & Lohrant,*
> *Et Angevin, Manſel, & Alemant,*
> *D'outre Lerin vindrent mult fierement*
> *Des les pors d'Aix juſqu'au Port S. Vincent.*

Ibidem:

> *Des pors de Niſmes juſqu'à pors de Navarre,*

Alibi:

> *As pors d'Eſpagne s'en eſt entrez Roland.*

Conſule Notas noſtras ad Alexiadem p. 301.

Portarium, eadem notione. S. Eulogius in Epiſt. ad Wileſindum Epiſc. Pampilon. *Acyſterium, quod ſitum ad radices montium Pyrenæorum in præfata Galliæ portarus*, &c.

PORTUS, Reditus, prædiorum commoda, Gallis *Raports, revenus.* Vita S. Placidi Mart. n. 45. *Requiſitus de poſſeſſionibus ac portubus, — de ſervis & ancillis.* Infra: *Præcepit ut — earumdem cortium procuratores ac portuum cuſtodes — duceret.* N. 47. *Præcepit quod de pretio, quod de portu acceperat, conſtrueret domum, in qua ipſe cum ſuis habitaret. —* Infra: *Præpoſiti portuum & procuratores cortium. — redditus portuum & cenſus cortium.* Adde n. 55. Chronicon Caſin. lib. 3. c. 57. *Locum qui Catrarius dicitur in Calabria cum toto portu ſuo.* Lib. 4. cap. 89. *Obtulit Eccleſiam S. Nicolai & ſanctæ Luciæ cum portu ſuo, & cum omnibus rebus ſuis.* Cap. 97. *De gualdo & de portu molendini.* Charta Ottonis Imper. an. 956. apud Ughellum t. 1. p. 419. *Inſuper trado ſupradictæ Eccleſiæ in Comitatu Aprutii, — unum portum, qui reddat centum pondera inter aurum & argentum, & etiam ferrum & ſal: qui portus continet intra ſe quinque millia modiola inter terram & aquam intra mare.* Guntherus lib. 8. Ligurini:

> *Vectigal, portus, cudenda jura monetæ,*
> *Cumque molendinis, telonea, flumina, pontes*, &c.

Radevicus lib. 3. cap. 41. *Monetam, teloneum, peda-*

ticum, portus, comitatus, &c. Lib. 4. cap. 5. *Telonea, fodrum, vectigalia, portus, pedatica*, &c. Occurrit poſſim in Chartis Italicis apud Ughellum.

Portum facere dicitur navis, quæ ad portum appellit. Charta an. 1079. apud Gariellum in Epiſcopis Magalonenſib. p. 76. *Concedo in allodium ſedi Magalonenſi, & Clericis omnibus illic viventibus, vel victuris, naves ad portum maris pertinentes, hic, vel ubicunque in honore meo faciat portum ipſa navis.*

Posa. Tabularium S. Andreæ Viennenſis: *Nantelmus filius Vitfredi dedit duas poſas à Noſarcia, & ſuum redismo de Noianza.* Vide *Pea.*

Posca, Vinum acidum aquæ mixtum. Gloſſ. Gr. Lat. ὀξύκρατον, *Poſca.* Gloſſarium Cambronienſe: *Poſca, vinum ſecundum.* Occurrit apud Plautum in Milite Glor. Suetonium in Vitellio, Plinium lib. 27. c. 4. Scribonium Largum c. 46. 104. Marcellum Empiric. p. 37. 83. 185. 201. 234. 248. Celſum lib. 3. c. 6. Apitium lib. 4. c. 1. Apuleium de Herb. c. 108. &c.

Puſca, pro *poſca*, eadem notione habetur non ſemel apud Cælium Aurelian. Siccenſ. lib. 1. Chron. c. ult. lib. 2. cap. 7. 13. &c. At Ugutioni & Jo. de Janua, *Puſca & puſcula, dicitur quadam commixtio aquæ & vini, ubi plus aquæ adhibetur, quæ puſculentis maximè prodeſt, & dicitur à Pus.* Nec ſcio an ſic legendum in Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *puſta*, hacme. Ita *Poſca* & *puſca* non ſemper fuerit quod ὀξύκρατον vocant, ſed commixtio aquæ & vini: quomodo vox hæc videtur accipienda in Regula Magiſtri cap. 27. *Qui ſitit, fiducialiter indicet. Poſt hanc vocem qui fuerit ſitiens, mox de menſa ſua reſpondeat: Benedic: ſtatim temperata in uno vaſe puſca calida, aut ſi voluerint fratres, cum justa, quæ ſemper amplius propter ſitientes fieri debet in pulmentariis fortioribus*, &c. Scribit Hieronymus Mercurialis l. 3. Var Lect. c. ult. quoſdam mirari quod ſcribat Suetonius in Vitellio c. 12. Aſiaticum ejuſdem Imperatoris libertum Puteolis poſcam vendidiſſe: quaſi hujuſmodi potus in medicum uſum tantum adhibere-tus: ſe vero illud admiratione dignum non exiſtimare, quoniam vinum acidum aquæ mixtum pro vili plebe-cula venale extitiſſe rationi conſentaneum, atque id *poſcam* appellatum: mox addit, etiam antiquitus, ſicut *eſcam* pro cibis, ità *poſcam* pro potibus eſſe uſurpatam ſe inveniſſe, & Barbarum notaſſe in antiquiſſimis Feſti codicibus, & in Ferentini vetuſto monumento, *poſculenta*, pro *poculentis* legi. Et ſanè in Gloſſ. Gr. Lat. pro quavis potione uſurpatur: πόσις, *poſca, potus, potio.* Vix enim probabile ad potionem Monachorum datum ὀξύκρατον. Vide Onomaſticon *Roſweidi* ad *Vitas Patrum*, & ſupra in *Fuſca.*

Poscire. Gauterius de Bellis Antiochenis pag. 443. *Quocirca in vicis, in plateis, in ortis, in virgultis, deſertis habitationibus, aliis temeriis pro domibus ſuis poſciebantur.* Locus aſteriſco notatus ut luxatus. Legendum puto *potiebantur.*

Positor, Poëta. Abbo in Præfat. ad lib. 1. de Bellis Pariſiac. *Ergo nec poſitor quidem nuncupor, nec figmenta hic habentur.* Et lib. 2. extremo:

Flagito quo poſitor poſſim per amœna locorum
Hoſte canas lector gratarier atria victo.

Quibus locis ad marginem adſcriptum ab ipſo Abbone, *Poeta.*

Posigia. Vide *Pogeſia.*

Positiones, *Ædificia*, in Gloſſis Iſidori. Horatius:

Ponendaque domo quærenda eſt area primum.

Possessio, Prædium quod quis poſſidet. Vide Feſtum. Lex Salica tit. 36. §. 4. *Si quis per malum ingenium in curtem alterius, vel in caſam, vel ubicumque miſerit aliquid, quod furatum eſt, neſciente domino cujus poſſeſſio eſt*, &c. Lex Longob. lib. 1. tit. 43. §. 1. *Si autem ad quartam (vicem) venire contempſerit, poſſeſſio ejus in bannum mittatur.* Capit. Caroli M. lib. 5. c. 169. *Qui in vicis vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur*, &c. Gregorius Turon. de Miracul. S. Martini c. 23. *Erant enim ingenui, & poſſeſſionem propriam poſſident.* Occurrit non ſemel apud Agrimenſores. Vide Gloſſ. Rigaltii.

Poſſeſſionatus, Habens bona ſolo. Occurrit in Charta Ricardi II. Regis Angliæ apud W. Thorn p. 2159. & in Decreto Sigiſmundi Reg. Hung. an. 1435.

Possessores, in Lege Salica tit. 43. §. 7. dicuntur *qui res in pago ubi commanent, proprias poſſident*: Cives. Vetus inſcriptio Vincentiæ, apud Georgium Pilonum in Hiſt. Bellunenſi p. 16. *Æterno Principi Fl. Claud. Juliano ubique venerando ſemper Aug. Ordo poſſeſſoreſque Brixillanorum optata devotione dedicarunt, bono reipublicæ nato.* Alia apud Franciſcum Angelunum in Hiſt. Interamnenſi p. 36. *Et poſſeſſores, inquilini, negotiantes, via ſtrata cultores*, &c. Ita apud Byzantinos *Poſſeſſores* appellabantur, qui domos in urbe poſſidebant. Liberatus Diaconus cap. 26. *Habens autem conſentaneos aliquantos, ex Clero, & poſſeſſores civitatis, & corporatos, & milites*, &c. Nec ſcio an de iis intelligendus ſit Victor in Valente. *Fuit poſſeſſoribus conſultor bonus, mutare judices rarius*, &c. Atque ii ſunt quos κτήτορας vocat Chronicum Alexandrinum duobus locis, qui ex eo quod domos in urbe poſſiderent, jure panum civilium & gradilium gaudebant, quod pluribus docemus in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana. Hyſychio κτήτορες, κτηταὶ dicuntur, *conductores.* Hinc κτητορικὸν δίκαιον apud Pachymerem lib. 8. c. 21. extremo, jus quod alicui competit in Monaſterio aliquo vel Eccleſia à ſe vel deceſſoribus condita, quod vulgo *jus Patronatus* dicimus, ut rectè interpretatur eruditus Poſſinus. Vide quæ de hac voce annotavit vir immensè doctus Jo. Bapt. Cotelerius ad to. 1. Monument. Eccl. Græcæ. p. 750.

Possibilitas. Leges Alvredi Regis Weſt-Sax. cap. 38. *Si autem oculus aſſnaſet, reddat weram ejus, & poſſibilitatis accuſetur in eo facto, & purget ſe juxta modum wita*, &c. Ubi *poſſibilitatis accuſari*, eſt de crimine aut facto quod data opera & voluntariè perpetratum eſt. Leges Canuti cap. 66. *Et ſi quiſquam agat impoſſibiliter, non eſt omnino ſimile ſi voluntarie faciat.* Ita *poſſibile*, & *impoſſibile* uſurpantur in Leg. Sax Edwardi ſenioris c. 8. pro eo quod voluntariè vel involuntariè ſit.

Post, Penes. Marculfus lib. 1. form. 26. *Eo quod villam aliquam nuncupatam illam, quæ ad eundem de parte illius pervenire debuerat, poſt vos retineatis indebite*, &c. Form. 28. *Eo quod pagenſis veſter ille eidem terram ſuam, in loco nuncupante illo, per fortiam tuliſſet, & poſt ſe retineat injuſte*, &c. Adde form. 58. eod. libro. Chartas Parenſales c. 12. Epiſt. 65. inter Epiſtolas Deſiderii Cadurc. Epiſc. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 10. §. 13. &c. Formula loquendi uſitata in aliquot provinciis Galliciis, *retenir après ſoy*, pro *ſibi retinere, aſſerere.*

Posta, Statio, loci ſitus, *poſitio*: Italis *Poſta*, noſtris *Poſte.* Charta Honorii III. PP. an. 1232. apud Ughellum in Epiſcopis Senogallienſibus: *Nec non de ripa & portu, ſeu & aliis ſupradictæ civitatis vectigalibus, ſiliquatico, pedagio, menſuratico, & de aliis poſtis & poſterulis civitatis ipſius, excepta poſta S. Angeli, cujus veſtri in integrum ſunt proventus.* Hinc orta vox apud noſtros *Poſtes*, pro veredariis, qui veredis ſeu equis curſoribus certas locorum *poſitiones*, ſtationes, & ut olim appellabant, mutationes, *emetiebantur.*

Poſta. Charta an. 1193. apud Georg. Pilonum in Hiſt. Bellunenſi p. 97. v. *Ut debeat obſervare poſtam & pactum cum Commune Tarviſii*, &c. Concilium Ravennenſe an. 1317. c. 19. *Ubi verò per poſtas libri uſurarii non apparuerit per petentem ſibi uſuras reſtitui*, &c. Infra: *Dummodo apparuerit per poſtas libri vel alio modo legitimo, mutuum vel obligationem fuiſſe contractam.* Hinc *Poſtilla*, de qua voce mox.

Postabula, ſeu potius *poſt tabula*, ſeu *retroaltare*, poſticum altaris, ſeu ejus ornamentum. Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonenſis adverſus Guiffredum

Archiep. Narbonenſem an. 1856. *Theſauros quoſque qui a conditione in eam congregati erant ſubtraxit: tabulas verò & poſtabulas, & cruces, & ſcrinia reliquiarum aurea & argentea excoriavit.* Vide *Poſtaltare.*

POSTADVOCATUS. Vide *Advocatus.*

POSTALTARE, Velum, pallium, vel aliud quodpiam ornamentum, quod retro altare apponitur. Areſtum 9. Maii 1321. *Unum poſtaltarium de ſindone,* &c. Vide *Poſtabula.*

POSTATUM, Poſtium ſeu palorum ſeries, *Paliſſade de poſteaux.* Willelmus de Podio-Laurentii in Chr. c. 43. *Fuit autem molendinum, quod munitum erat poſtato tenui & vetuſto, captum, & qui erant in eo juvenes interempti.*

POSTFERRI, pro *Poſtponi*, in l. 8. Cod. Th. de Honorariis codicill.

POSTCOMES, qui vices Comitis agit. In Charta Odonis II. Comitis Carnotenſis & Trecenſis apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis ſecretæ, ſubſcribunt, *Saſunato Seneſcallus meus, Iſembardus Poſtcomes, Odo Vicecomes, Hezelinus Miles,* &c. Ita *Poſtcomes,* & *Vicecomes* diverſi ſunt.

POSTCOMMUNIO, vel *poſt Communionem*, Antiphona, quæ poſt Communionem, in ſignum quod communicatio expleta eſt, concinitur: quæ olim appellabatur *ultima oratio ad complendum*, ut teſtatur Walafridus Strabo de Reb. Eccl. cap. 22. Vide Durandum lib. 4. Ration. c. 56. 57.

POSTELLA, pro *poſtilena*, Gall. *Croupiere de cheval.* Papias: *Poſtella, ornamentum equi, dicta quaſi poſt ſellam, ſicut antella, ante ſellam.* Statuta Hugonis V. Abbatis Cluniacenſis: *Sine poſtella & ſella regulari non multum pretioſa ullus Priorum noſtrorum equitare præſumat.* Eadem ferme habentur in Bullis Gregorii IX. & Nicolai IV. pro Benedictinis, poſt Chron. Caſinenſe. ὀπισέλλα, & ὀπισέλλιν, idem Græcis recentioribus ſonat. Vide Gloſſ. Meurſii.

Poſtena, eadem notione. Vitæ Abbatum S. Albani p. 77. *Equi decentes & fortes ſint ad portandum pannos unius Monachi ad poſtenam armigeri.* Thwroczius in Carolo Rege Hungar. cap. 99. *Univerſa namque ferramenta ſtreparum & habenarum, ſeu rudibularum, & alia ad ipſum ſpectantia de argento inaurato — exiſtebant: corrigiarumque cinguli, & frena ac ſimilia alia cum thenis & poſtenis ſericæ ſubſtantiæ contexta fuerant.*

POSTELLUM, Cippus, Gall. *Poſteau*, vulgo *Carcan*; poſtis ſcilicet ſeu palus, cui alligati rei publicè exponuntur ad majorem infamiam. Tabularium S. Flori Arvern. *Excepta executione ultimi ſupplicii, fuſtigatione, bannitione, & poſtellatione.* Et infra: *Dominus de Brezons non poteſt facere furcas apud Bezons; poſtellum verò poteſt facere.* Concilium Bituricenſe an. 1336. c. 12. *Item pilorium ſeu poſtellum in cœmeterio & locis ſacris affigunt & apponunt.* Vide *Carcannum*, & *Pilorium.*

POSTENA. Vide *Poſtella.*

POSTERGALE, Tergum cathedræ: *Le dos de la chaire.* Ceremon. Rom. lib. 1. ſect. 9. *Sedilia Epiſcoporum — habebunt reclinatorium ſive poſtergale altum uſque ad ſpatulas, & gradum — ſuper quem pedes tenent.* Occurrit & ſect. 13.

POSTERULA, *Poſterna*, Poſterior porta, vel portula, aliàs *poſterna.* Italis *Poſtierla*: Poſticum Latinis, & S. Iſidoro in Regula c. 1. *Pſeudothyrum*, Severo Sulp. dial. 3. c. 16. Nos etiam *Fauſſes portes* vocamus portulas ad urbis muros, quæ ferè ſemper clauſæ manent, nec aperiuntur niſi pro aliqua ingruente neceſſitate; cujuſmodi ſunt quæ *Portellæ* dicuntur, in Gloſſis Græco-Lat. παραπύλιον, *portella.* Papias: *Poſticula, poſterula qualibet.* Ammianus lib. 30. *Viator quidam ad citeriora feſtinans, cum bivium armato milite vidiſſet oppletum, per poſterulam tramitem medium ſqualentem fruticetis & ſentibus vitabundus excedens, in Armenios incidit feſſos,* &c. Sed ibi pro anguſta ſemita videtur ſumi, cum in campis *portellæ* fingi non poſſint. Acta S. Agathæ virginis n. 12. *Ipſe autem ad poſterulam Secretarii fugiens, in januis populum dereliquit.* Caſſianus lib. 5. de Inſtit. Cœnob. c. 11. *Quantalibet urbs ſublimitate murorum & clauſarum portarum firmitate muniatur, poſterula unius, quamvis parviſſima, proditione vaſtabitur.* Adrevaldus de Mirac. S. Bened. c. 19. *Perveniens (Aurelianum) ad poſterulam, quæ uſque S. Benedicti dicitur, ibique appulit.* Anaſtaſius in S. Hormiſda: *Imperator ejecit eos per poſterulam, & impoſuit eos in navim.* Idem in Leone IV. PP. *Secundam quoque iſdem pius Papa dedit orationem ſuper poſterulam, ubi mirum in modum caſtellum præeminet, quæ vocitatur S. Angeli.* Alibi: *Et ingreſſus eſt per poſterulam, quæ appellatur S. Agathæ, in urbem Romanam hora diei.* Adde eundem in Nicolao I. p. 210. Charta Ottonis III. Imp. apud Baron. an. 1001. n. 16. *Nec aliquis ejuſdem civitatis quandoque habitator murum ipſius civitatis ad portas vel poſterulas faciendas ſine ipſius Epiſcopi licentia frangere præſumat.* Raymundus de Agiles in Hiſt. Hieroſol. *At verò ii qui aſcenderant, deſcendentes in civitatem, poſterulam quandam aperuerunt.*

Puſterula. Charta anni 954. apud Ughellum to. 5. pag. 1539. *Intra civitatem Tiburtinam, turricella cum ſcala marmorea à ſolo ad ſummum; oratorium ſancti Panleonis ſuper puſterula cum ſcala marmorea & duobus cubucellis, uno terrineo, alio ſolorato,* &c.

Puſterla. Sanutus lib. 2. part. 2. cap. 4. *Dictum quippe fortalitium certas habet puſterlas per muros & tentoria, reſpondentes inter prædicta valla & barbacana, per quas poteſt iri & veniri: ſed dictæ puſterlæ bonas habent portas ferreas.* Utitur rurſum cap. 6. ut & Charta Gualæ Epiſcopi Pergamenſis an. 1176. in Hiſt. Pergam. to. 3. pag. 527. Hiſt. Cortuſior. lib. 7. cap. 16. & Otto Morena pag. 35. 70. &c. Joannes Villaneus lib. 2. c. 1. *E quatro porti haveva la citta, e 6. poſterlo, e torri di maraviglioſa fortezza.* Adde lib. 3. c. 2. lib. 7. c. 6. *Le Roman de Girard de Vienne:*

Par la poſterle s'en iſt iſnellement.

Poſterna, eadem notione, noſtris *Poſterne.* Hiſtoria Epiſcop. Autiſſiod. c. 57. *Emit item domos quæ erant juxta poſternam, & plateas Reinaldi,* &c. Matthæus Weſtmonaſter. an. 1263. *Poſterna ex altera caſtelli parte patefacta,* &c. Fleta lib. 2. c. 73. §. 21. *Poteſtas habere poſternas in omni curte totaliter inhibeatur; ſed unicus ſit ingreſſus.* Guill. Guiart in S. Ludovico:

Eſgarde une poſterne ouverte.

Vide *Poſticium*, & Oct. Ferrarium in *Poſterla.*

POSTHEREDES, qui aliàs *Proheredes.* Charta Alamannica Goldaſti 58. *Si ergo ipſe aut ullus heredum meorum vel poſtheredum — contra hanc chartam à me factam præſumpſerit,* &c. Adde ch. 59. 60. Vide *Proheredes.*

POSTICIPARE, quaſi *poſt capere.* Claudianus Mamertus lib. 1. de Statu animæ: *Eſt ergo in pecude corruptibile corpus, & mortalis anima, quæ vitam corporis nec anticipat, nec poſticipat.*

POSTICIUM, in Gloſſis Gr. ὀπισθίδιον, ὀπισθίδιον. Eædem: *Poſtica*, ὀπισθίδια κατόπιν τῆς οἰκίας. Gloſſæ antiquæ MSS. *Poſticium, latens oſtium, quod remotum eſt à publico.* Gloſſæ Biblicæ MSS. *Porticum, poſternam, poſticum, i. foderus.* Maximè verò in Monaſteriis hæc vox uſurpatur pro portula, per quam inducuntur quæ ad victum Monachorum vel Sanctimonialium, reſque alias, neceſſaria ſunt, ut in Regula S. Aureliani c. 21. Regula S. Cæſarii ad Virgines c. 28. *Ad cellarium, & ad poſticium, vel lanipendium tales à ſeniore eligantur, non quæ voluntates aliquarum, ſed neceſſitates omnium cum timore Dei conſiderent.* Fortunatus in Vita S. Radegundis c. 24. *Nulla Monacharum, niſi ipſa, de poſticio, quantum ligni opus erat, ſola ferebat in ſarcina.*

Poſticiaria, quæ curam *Poſticii* habet, quæ *Poſticio* præpoſita eſt, in Sanctimonialium Monaſteriis, in eadem Regula S. Cæſarii c. 23. 28. 30. 49. Occurrit etiam apud Baudoviniam in Vita S. Radegundis cap. 8.

Poſticum, Latens ingreſſus, Joanni de Janua. S. Iſidorus in Regula c. 1. *Monaſterii autem munitio tantum januam extrinſecus habeat, unumque poſticum, per quem*

catur ad hortum. Le Romand' Aubery:
Au postis vint, prent le a deſveroillier.

Poſticia, eadem notione. Charta donationis factæ Eccle-
ſiæ Cornutianenſi, edita à Suareſio: *Item vela linea pura*
tria, ante conſiſtorium velum lineum purum 1. in pronao
velum lineum purum 1. & intra baſilicam pro poſticia ve-
la linea roſulata 6. Ita enim lego pro *porticia*.

POSTILLA, Notæ. Sic autem maximè dicuntur notæ
marginales & perpetuæ in ſacra Biblia, quæ ſecundùm
verba currunt, quaſi *poſt illa verba*, quod hæc ſubinde
efferrent Magiſtri, qui ejuſmodi notas ſuis diſcipulis
dictabant: niſi nomen mutuatæ fuerint à voce *Poſta*, quæ
paginam denotat, uti ſupra obſervatum. Nicolaus Tri-
vettus in Chr. an. 1228. de Stephano Arch. Cantua-
rienſi: *Hic ſuper Bibliam poſtillas fecit, & eam per ca-*
pitula, quibus nunc utuntur moderni, diſtinxit. Idem
an. 1238. de Alexandro Ceſtrenſi Epiſcopo: *Super Pſal-*
terium poſtillas ſcripſit. Eadem tradit de Roberto Ba-
cum Dominicano ſub an. 1240. Titulus Homiliarii
Pauli Diaconi, in Analectis viri eruditiſſimi Joannis
Mabillonii to. 1. p. 27. *Opus præclarum omnium home-*
liarum & poſtillarum venerabilium ac egregiorum Docto-
rum Gregorii, Auguſtini, &c. Vita Joannis XXII. PP.
Condemnavit in Conſiſtorio quodam peſtiferam poſtillam
fratris Petri Joannis de Serinbano continentem dogma
peſtiferum, &c.

Poſtillare, Poſtillas ſcribere. Epitaphium Nicolai de Lyra
in aula Capitularia Cœnobii Franciſcan. Pariſ. *Hic jacet*
Fr. Nicolaus de Lyra Sacræ Theologiæ venerabilis Doctor,
cujus vita & doctrina fama diffuſa eſt per diverſa mundi
climata. Poſtillavit enim Biblia ad litteram a principio
uſque ad finem, &c. *Obiit an. D.* 1340. Vita Benedi-
cti XII. PP. p. 62. de eodem Lyrano: *Qui totam Bi-*
bliam profundiſſimè & ſubtiliſſime poſtillavit. Nicol.
Trivettus an. 1243. de Hugone de Vienna Cardinali:
Hic doctrina ſana & perlucida totam Bibliam poſtillavit.
Knyghton de Hugone Cardinali Dominicano: *Totam*
Bibliam poſtillavit. Hinc vox practicis noſtris familiaris,
Apoſtiller, ſcriptum notulis dilucidare, illuſtrare.

POSTMERIDIES, Refectiones quæ inter prandium & cœ-
nam fiunt. Juramentum Decani S. Quintini apud Heme-
reum in Auguſta Viromanduorum p. 93. *Vos juratis*
— *quod ſolvetis Seneſchallo Eccleſiæ paſtus, poſtmeri-*
dies, & charitates. Statuta antiqua Canonicorum S.
Quintini, apud eundem: *Ad poſtmeridium debet nebu-*
las, & oblatas, &c. Vide *Biberes nonales*.

POSTMITTERE, Poſtponere. Concilium Turon. II. c.
20. *Cum etiam in Chronicis habeatur de virginibus genti-*
lium tempore, quæ ſe deæ Veſtæ ſacraverant, poſtmiſſo
propoſito, & corrupta virginali gratia, legali ſententia vi-
vas in terra fuiſſe defoſſas.

POSTNATUS, Secundogenitus, ex Gallico *puiſné*. Brom-
ptonus lib. 2. c. 35. §. 1. *Eſt conſuetudo in quibuſdam*
partibus, quod poſtnatus præfertur primogenito. Vide
Regiam Majeſt. lib. 2. cap. 2. §. 5. cap. 22. §. 7. cap.
29. §. 3. Occurrit paſſim apud eundem Bractonum,
Glanvillam, in Fleta, &c.

Poſtnati, inquit Spelmannus, hodie ex nova occaſione di-
cuntur, qui in Scotia nati ſunt poſt tranſlationem coro-
næ Angliæ ad Jacobum Regem, cum hac ipſa diſtin-
ctione fiant omnium jurium Anglicanorum participes,
&c.

POSTPONERE, Dimittere. Leges Grimoaldi Regis Lon-
gob. tit. 4. §. 1. *Si quis uxorem ſuam abſque culpa poſt-*
poſuerit, & aliam homo ſuperinduxerit. &c. Adde §. 2.
In Edicto Rotharis Regis tit. 104. §. 3. 7. venator *poſt-*
ponere prædam dicitur, quam dimittit, nec amplius in-
ſequitur.

POSTSECUS, *Jam, λοιπὸν, ὕστερον*, in Gloſſ. Alibi, λοιπόν.

POST TERGARE, Poſt tergum relinquere, in Gloſſ. vett.
Poſtponere, negligere. Geſta Ludovici VII Reg. Fr.
cap. 10. *A ſiniſtra parte terram Philadelphiæ poſtergan-*
tes, ad civitatem Smyrnæ venerunt. Galli dicerent, *Laiſ-*
ſant derriere la ville de Philadelphie. Utitur Gibelinus
Perſona in Coſmodromio ætat. 6. cap. 87. ut & ſcri-
ptores aliquot Itali. Autor Flammetæ: *Poſte gato o*
ſcudo. Alius: *Poſtergata la ragione.*

POSTULARI dicitur, qui communi Cleri & populi decreto
ad Epiſcopatum eligitur, apud Gregorium M. lib. 7.
Ind. 2. Epiſt. 51. 52. 89. lib. 11. Epiſt. 14. lib. 12.
Ep. 6.

Maximè verò *poſtulari* dicebantur, qui ex aliena pa-
rochia erant, cùm id non liceret, niſi ex *ceſſione*, ut lo-
quitur idem Gregorius lib. 4. Epiſt. 19. id eſt licentia
ſui Epiſcopi. Is enim invaluerat Eccleſiæ mos, ut Epi-
ſcopi ex alienis Eccleſiis non aſſumerentur, ut eſt in De-
cretali Cæleſtini PP. cap. 18. & apud Nicolaum PP.
Epiſt. 54. Ex quibus Joannes VIII. PP. pro Eccleſia
Heduenſi in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ: *Decernimus &*
regulariter ordinamus, ut deinceps nemo Regum vel aliqua
perſona vobis ſuperponere vel ordinare, aut ſucceſſoribus
veſtris præſumat, niſi ex filiis ipſius Eccleſiæ, ſecundum
ſcripta Canonum, quem Clerus elegerit, & populus procla-
maverit, ſi in ea dignus reperiri potuit. Quod ſi in ea,
quod forte accidere non credimus, inventus non fuerit,
unanimi eorum conſilio tam cleri quam populi de aliis di-
gniſſimus expetatur. Hinc

Poſtulatio definitur unanimis petitio, per quam is qui ſe-
cundum Canones vel ad Clerum, vel ad dignitatem Ec-
cleſiaſticam, etiam regularem, aſſumi non poteſt, ex diſ-
penſatione tamen & gratia, causâ cognitâ, à ſuperiori ad-
mittitur. Cum autem Poſtulatio adverſetur juri com-
muni, ideo concordi omnium calculo fieri debet *cap.* 3.
& 4. *de poſtul. prælat. extr.* adeò ut ſi concurrat poſtula-
tio cum electione, duplo major debeat eſſe poſtulan-
tium, *cap. bonæ, eod.* In eo tamen differunt, quod poſtu-
latio ex mera liberalitate ſuperioris pendeat, *cap.* 5. *eod.*
Poſtulationem enim plus gratia quam jus requirit admit-
ti, inquit Honorius III.

Poſtulatio, apud Gromaticos. Vide Gloſſ. Rigaltii.

POSTULATIUS, *Ille qui poſtulat, petitor, rogator.* Ita Pa-
pias MS. at edit. habet *poſtulaticus*. Gloſſæ antiquæ
MSS. *Poſtulatiuus, ille qui poſtulatur.*

POSTURIUM. Thomas Archid. in Hiſt. Salonitana c. 21.
Amputaverunt caput nequiſſimi Ducis, & in poſturio ſu-
ſpenderunt. Idem c. 26. *Cum thuribulis & crucibus pro-*
cedentes uſque poſturium, &c. Ubi Jo. Lucius *poſturium*
dictum vult locum *poſt turrim* poſitum, & nunc corruptè
poſtire dici.

POTAGIA. Chronicon Auguſtanum an. 1370. *Carolus*
Rex exegit ab Auguſtenſibus 36. millia florenorum, & à
Judæis 10. millia pro ſtrewa: ob quod diverſæ angariæ,
& potagia, exactioneſque inſtitutæ.

POTAGIUM, Potio quævis, in Wichbild Magdeburg.
art. 77. aliàs noſtri *Potage* vocant jus, ſeu juſculum.
Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis n. 2. *Paniſque*
& parum de vino cum potagio eis pro cibo ſufficiebat.
Statuta Hoſpitalis ſeu Leproſariæ S. Juliani in Anglia:
Habeat quilibet frater Leproſus — buſſellum piſorum
pro potagio. Charta Ludovici Regis an. 1264. pro funda-
tione Eccleſiæ S. Mauricii Silvanect. in 30. Regeſto Char-
tophylacii Regii ch. 347. *Ordinamus inſuper & volumus*
quod in eadem domo ſingulis diebus Quadrageſimæ & Ad-
ventus Domini 13. pauperes, & ſingulis reliquis diebus
anni 5. paſcantur in prandio, in pane, & vino lymphato,
potagio, & aliquo alio ferculo, &c. Liber conſuetudi-
narius Monaſterii de Bello in Anglia: *Et habebunt præ-*
dicti duo homines communiter ad quamlibet de prædictis
3. precariis potagium & ferculum de carne ſine potu, pre-
tii 1. den. Concilium Remenſe an. 1304. cap. 5. *Sta-*
tuimus ut omnes & ſingulæ perſonæ Eccleſiaſticæ Remen-
ſis provinciæ in ſingulis conviviis ſint contentæ potagio &
duobus ferculis, niſi magnitudo perſonarum ſupervenien-
tium aliud requirat.

POTARE *nomine matrimonii.* Statutum Synodale Nico-
lai Epiſcopi Andegav. an. 1277. cap. 3. *Intelleximus*
nonnullos volentes & intendentes matrimonium ad invi-
cem contrahere, nomine matrimonii potare, & per hoc

credentes ſe ad invicem matrimonium contraxiſſe, carnaliter ſe commiſcent. Verum cum per hoc nullum matrimonium contrahatur, & ob hoc quoniam plures jam fuerint decepti, vobis firmiter injungimus, quod frequenter & in publico Eccleſiis parochialibus veſtris dicatis, quod per prædicta hujuſmodi matrimonium nec ſponſalia contrahantur. Hæc etſi prolixiora deſcripſimus, ut ſeculi abuſum, & proverbii vulgaris originem indicaremus, *Boire & manger, concher enſemble, c'eſt mariage ce me ſemble.* Huc fortè ſpectant ſequentia ex Concilio Arelatenſi an. 1260. c. 4. *Caterùm quia jam in partibus Provinciæ, quaſi paſſim abſque autoritate Eccleſiæ, ſuorum, ſuarumque præſumunt firmare conjugia,* &c.

POTARIUS. Vide *Potum*, *Potus*.

POTEBAT, pro *poterat*, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 106. §. 1.

POTENTARE, Poteſtatem exercere, apud Luciferum Calaritanum lib. 2. pro S. Anathaſio p. 88. 1. edit.

POTENTATUS. Papias: *Potentia eſt ſua cujuſque ſolius: Potentatus autem, auctoritas judicialis in civitate.* Idem: *Potentatus, æterna perpetuitas, dominationis opus prævalidum: Potentia verò una poteſtas.* Gloſſ. Gr. Lat. *δυναστεία, potentia, hic potentatus.* Alibi: *δύναμις, tenor, vigor, vis, virtus, potentia, valentia, potentatus.* Vox Livio lib. 20. Cæſari lib. 1. de bello Gall. Arnobio lib. 1. & aliis nota. Occurrit etiam in Pſal. 19. 89. Eccleſ. 10. apud Anaſtaſium in Hiſt. Eccleſ. p. 13. 74. Joan. Sariſberienſem Epiſt. 5. 6. &c.

POTENTIA, Titulus honorarius, quo Michaëlem Imp. Conſtantinopolitanum compellat Nicolaus PP. Epiſt. 8.

POTENTIALITER, κατὰ κράτος, apud Anaſtaſium in Hiſt. Eccleſ. p. 114. Iſidorus Pacenſis in Chronico: *Sicque pene belligerantes potentialiter regnant.*

POTENTIBILIS, pro *poſſibilis*. Acta Murenſis Monaſterii p. 46. *Pridie autem Calend. Januarii perſolvunt cenſum cum avena, — iſta omnia primitus fuerunt potibilia, modo ſunt potentibilia.*

POTENTIVUS. Capitulare I. Caroli M. an. 802. c. 11. apud v. cl. Steph. Baluzium: *Non potentiva dominatione vel tyrannide ſibi ſubjectos premant.*

POTESTAS, Rex, Princeps, ſupremus loci Magiſtratus. in l. 31. Cod. Theodoſ. de Epiſcop. Salvianus lib. 7. de Gubernat. Dei: *Poteſtas quippe magna & potentiſſima, quæ inhibere ſcelus maximum poteſt, quaſi probat debere fieri, ſi ſciens patitur perpetrari.* Poſſidius in Vita S. Auguſtini c. 14. *Non defuerunt qui dicerent permiſſos non fuiſſe Epiſcopos apud Poteſtatem qua cauſam audivit, dicere omnia pro ſuis partibus. Magnifica Poteſtas Præfectiorum graviſſimè indignata eſt*, in Indiculo Joannis Epiſc. to. 1. Epiſt. Rom. Pont. in Hormiſda PP. *Apparitores illuſtrium atque eminentium Poteſtatum*, in Collat. 1. Carthag. initio. *Illuſtriſſimæ poteſtates*, in Collat. 3. cap. 129. 140. *Majores poteſtates*, in l. 3. Cod. Th. de Suariis. *Temporales poteſtates*, qui paulò antè, *Seculares judices*, in l. ult. de Epiſcop. &c. *Senatus & omnes judices, & omnes aulicæ poteſtates*, in Geſtis Acacii. Vopiſcus: *Magnam poteſtatem ad ſe venire viderunt.* Avitus Viennenſis Ep. 58. *Ita namque apud nos per momenta ſingula Poteſtatum ſperatur adventus, ut niſi illis venientibus præſens eſſe cavero, ab eis qui ſolent in nobis etiam leviora culpare, quamlibet ſimplex abſceſſus meus, non ſolum negligentiæ, ſed etiam contumaciæ deputetur.* Charta Roberti Capuani Principis an. 1119. apud Ughellum in Epiſcop. Caſertanis ſic clauditur: *Ex juſſione præfatæ ſereniſſimæ Poteſtatis ſcripſi.* Vide Evodium de Miracul. S. Stephani cap. 5. Codicem Carolinum Epiſt. 85. &c.

Poteſtas, Honor ipſe, officium, Magiſtratus. S. Auguſtinus lib. 1. contra Academicos cap. 14. *Si collocarentur ſtatuæ, influerent honores, adderentur etiam poteſtates, quæ in municipalem habitum ſupercreſcerent*, &c. *In publica poteſtate poſiti*, in l. 1. Cod. Th. Si provinciæ Rector &c. *Ordinaria vel qualibet præditus poteſtate*, in l. un. Si quacunque præditus poteſt. eod. Cod. *Poteſtas judicis*, in l. 56. de Curſu publ. eod. Cod. *Judiciaria poteſtas*, Marculfo lib. 1. form. 3. *Neque vos, neque juniores, neque ſucceſſores veſtri, nec quilibet de judiciaria poteſtate in villas — nec ad agendum, nec freda exigendum — præſumatis.* Tabularium S. Hilarii Pictavenſis: *Quatenus inibi Deo famulantes cum omnibus rebus ad ipſum Monaſterium aſpicientibus vel pertinentibus ſub tuitionibus, & noſtræ immunitatis defenſione ab regni noſtri judiciariæ Poteſtatis inquietudine reſidui commorentur.* Charta alia apud Beſlium p. 455. *Liberam & quietam ab ullius poteſtatis conſuetudine dedimus.* Charta Sancii Ducis Gaſconiæ pro fundatione S. Petri Generenſis: *Et poſſeſſiones ad eam in circuitu pertinentes abſolvo, & abſolutas eſſe pronuncio ab omni cenſu alicujus dominationis, ab omnica inquiſitione ullius poteſtatis*, &c. Occurrit paſſim hæc formula.

Poteſtas, Dominus loci alicujus, *Le Seigneur du lieu.* Occurrit non ſemel.

Poteſtas Monaſterii, Advocatus. Notitia ex Tabulario S. Martini Turonenſis: *Notitia qualiter venit Poteſtas S. Martini Pictavis ante Dominum Ebolum Comitem, — reclamans atque dicens*, &c. Charta 1. inter Alamannicas Goldaſti: *Si autem Poteſtas Monaſterii iſtam traditionem irrumpere, & eos alienigenare conaverit*, &c.

Poteſtates, ſeu *Poteſtas*, in Conſuetudine Solenſi tit. 2. majores vaſſalli feudales, qui tenentur ſemel ad minus ſingulis ſeptimanis ad Curiam Laxarrenſem venire, cum Caſtellano Laxarrenſi jus dicturi. Unde iidem ſunt qui noſtris *Pares Curiæ* appellantur.

Poteſtas, Villa, pagus, diſtrictus *Poteſtatis* judicis, ſeu potius domini. *Seigneurie.* Odo Cluniacenſis lib. 2. de Vita S. Geraldi c. 7. *Quidam violenti homines præſumptionem faciebant contra poteſtatem loci illius.* Baldricus Dolenſis in Hiſt. Tranſlat. capitis S. Valentini n. 11. *In loco qui dicitur Blinquitunum, mortalitas cœpit deſævire, & poteſtatem illam proſligare.* Chronicon S. Benigni Divionenſis: *Dedit Comes Otto S. Benigno poteſtatem Vivarienſis Cellæ.* Hiſt. Epiſcopor. Saliſburgenſium apud Caniſium p. 250. *Cœpit Theodonem rogare Ducem ut ipſius poteſtatis locum tribueret*, &c. Vita SS. Bonæ & Dodæ n. 11. *Et Vallis Monaſterii, poteſtas ſcilicet magna non obfuſcat ſua vilitate cætera patrimoniorum ſancti viri donaria.* Uſatici Barcinonenſes MSS. c. 65. *Strata & via publica, & aqua viva, prata, paſcua, — ſunt de poteſtatibus, non ut habeant per alodium, vel teneant in dominio, ſed ut ſint omni tempore ad emparamentum cunctorum illorum populorum*, &c. Tabularium S. Cypriani Pict. *Acta ſunt hæc quando reddidit Guillelmus Comes poteſtatem S. Petri Frotherio Epiſcopo.* Tabularium Burgulienſe: *Cum tota vicaria ad ipſam curtim vel Poteſtatem pertinente.* Charta Philippi Auguſti anno 1190. in Tabulario ſancti Victoris Pariſienſis charta 24. *Tres feodos quos ab Abbate ipſo tenebat in Poteſtate Puteolorum.* Charta Joannis Comitis Cabilonenſis anno 1233. *Nos prædicti Joannes & Mathildis, ſi quid actionis, ſi quid juris vel rationis, ſi quid dominii & poteſtatis, ſi quid poſſeſſionis habemus aliquomodo vel tempore, vel habere videbamur in prædicta majori juſtitia, & in poteſtate dictæ villæ, — cedimus, tradimus*, &c. Occurrit paſſim in veteribus Tabulis, in Chronico S. Benigni p. 360. 414. 427. 431. to. 4. Hiſtoric. Franc. p. 170. in Charta Alamann. 76. Goldaſti, apud Brolium in Hiſt. Pariſienſi p. 95. 96. edit. 1639. Roverium in Reomao p. 173. 220. Beſlium in Comitib. Pictav. p. 248. 288. 289. in Epiſcop. Pictavenſib. p. 39. Rouillardum in Hiſt. Meledunenſi p. 354. Sammarthanos to. 1. Gall. Chriſt. p. 159. 160. 414. 754. Ducheſnium in Hiſt. Vergiac. p. 31. 34. 36. 50. 54. 134. Guichenonum in Hiſt. Sabaud. p. 3. 4. Hemereum in Auguſta Viromand. p. 220. in Regeſto. p. 33. 34. &c.

Poteſtas, in Italia præſertim, appellatus ſupremus civi-

tatum liberarum Magiſtratus, qui aliunde quam ex ipſimet civitatibus eligebatur, & ſummo jure civibus in rebus bellicis perinde ac civicis imperabat, cujuſque functio annua erat. Guntherus lib. 9. Ligurini:

Inde per Etruſcas Legatos deſtinat urbes,
Campanaſque domos, & quas in littore curvo
Æquoreæ lavat unda ſalis: qui debita fiſco
Jura vetuſta petant, per quos ſtatuantur in omni
Urbe Magiſtratus, & civica quæque Poteſtas.

Radevicus lib. 4. de rebus Geſtis Friderici Imp. cap. 6. *Præterea & hoc ſibi ab omnibus adjudicatum atque recognitum eſt, in ſingulis civitatibus Poteſtates, Conſules, cæteroſve Magiſtratus aſſenſu populi per ipſum creare debere, qui fideles ſimul & prudentes, & Principi honorem, & civibus patriæque debitam juſtitiam noſſent conſervare.* Thomas Archidiaconus in Hiſtoria Salonitana cap. 34. *Ut autem rumor in civitate perſtrepuit quod Poteſtas adveniſſet, — Egreſſus autem de navi, ab univerſa Cleri populique frequentia in magno tripudio & honoris obſequio ſuſceptus eſt. Altera autem die miſit & fecit inſpici plura hoſpitia, ubi videretur commodius ſui regiminis officium exercere. Et tandem placuit habere domum Comitis Grubeſſe propè publico Palatio, & pro hoſpitio ſuo. Tertia verò die fecit coadunari univerſum populum civitatis, & facta curia, primo expediverunt ſe nuntii exponentes ſuæ legationis proceſſum, & exitum, oſtendentes. — Poſthac autem ſurgens Garganus,* (Poteſtas) *ut erat eloquens vir, multum lepidè concionatus eſt, & præſtito ſui regiminis juramento, fecit univerſam multitudinem, tam Nobilium, quam Popularium vinculo ſacramenti aſtringi, ut eſſent ſuis præceptis obedientes per omnia & ſequaces. — Tunc ordinavit Curiam, ſtatuens Judices, Camerarios, Præcones. Totum namque regimen ad exemplar Italicarum urbium quæ per Poteſtatum regimina gubernantur, ordinavit.* Cujuſmodi verò eſſet *Poteſtatis* ſacramentum, habetur apud Corium in Hiſtoria Mediolanenſi parte 2. p. 167. edit. 1646. De hac porro dignitate accipe quæ habet Franciſcus Sanſovinus in familia Martinengha p. 299 *Ogni città ch'era libera, & ſotto l'ordine de ſuoi Magiſtrati eleggeva per capo del ſuo governo un Podeſtà, che foſſe foreſtiero, ſcientiato, armigero, & bellicoſo. Coſtui menava ſecondo il ſuo volere un Vicegerente & ſuo delegato che foſſe Giuriſconſulto: & appreſſo haveva tre Sergenti o Cavallieri con venticinque fanti, ch'era la corte Pretoria per ſervitio della giuſtitia. Oltre a ciò teneva ſei Staffieri, & altre tanti Donzelli & cavalcature. Et ſedeva nel Magiſtrato per uno anno continouo. Et gli era pagato il ſalario aſſai groſſo in tre rate. La prima gli era data ne primi tre meſi del ſuo reggimento, l'altra finiti i ſette meſi, & la terza quando era liberato del ſindicato, che finiva quindeci giorni dopo l'anno della pretura.*

His adjungenda videtur Formula literarum, quibus Poteſtati alicui illius nuntiatur electio; ſic illa habetur apud Rollandinum in Summa Notariæ: *Militi probatæ fidei & examinatæ virtutis Dom. Cornelio de Solario, R. de villa Poteſtas, Conſilium, & Commune Bononiæ, Salutem & proſperos ad vota ſucceſſus. Licet in altitudine libertatis naturaliter conditio ſuſpiret humana, quia tamen utplurimum examine rationis omiſſo in præcipitium perverſæ labitur voluntatis, datum eſt ut vinculis diſciplinæ reſtricta ſub jugo dominii, obedientiæ collum ponat, & ut homo præferatur hominibus ad motus illicitos loris juſtitiæ refrænandos. Hinc eſt quod hodie plus ſolito propter corruptas affectiones hominum, & invaleſcentes nequitias perverſorum nihil poteſt populo eſſe beatius, nihilque majus, quam bono duce prævio bene duci. Cum igitur hujus rei ſollicitudinem multam provideremus noſtro regimini dignum præferre rectorem, per brevium ſolemnitatem juxta municipalis obſervantias legis noſtræ in viros fideliſſimos & prudentiſſimos electionis auctoritas ſorte venit, qui virtuoſos Italiæ viros, & hujus dignos officio prælaturæ ſollicita examinatione quærentes, tandem conſideratis virtutibus quas in vobis affluenter adeſſe prædicat opinio celebris & communis, perſonam veſtram ad Kalendas Februarii proxime venturi ad unum annum nobis & civitati noſtræ in Poteſtatem, Rectorem, & Dominum electione concordi & unanimi præfecerunt. Quapropter cum ex ipſa electione ſit per omnem modum mirabilius ſatisfactum affectionibus cordis noſtri: eo quod ſcimus vos adeo virum doctum, ut ſciatis æqua libra ponere judicium in pondere, & juſtitiam in menſura, & in vindictam facinorum juſtitiæ vibrare gladium temporalem, prudentiam & dominationem veſtram inſtanter multis precibus exoramus, quatenus regiminis noſtri locum & officium, quod vobis ea cordis affectione qua nulla major offerimus, ſi placet, cum ſalario duorum mill. libr. & cum illis conditionibus quas tam ea quæ vobis in publica forma per latorem præſentium mittimus, quam alia Communis noſtri ſtatuta declarant, hilariter & libenter admittatis, ſociatis quatuor judicibus, duobus Militibus & duobus Notariis, viris duntaxat talibus, quorum fide ac prudentia honor veſter glorioſus appareat. Venientes itaque 15. diebus ante Kalendas Februarii veſtram & veſtrorum prædictorum in civitate noſtra præſentiam habeamus. Itaque ſi aſſentiendum duxeritis, vel non duxeritis votis noſtris, in tertium diem poſt harum præſentationem reſponſum latori præſentium per inſtrumentum publicum certum detis.* Sequuntur *Litteræ ejuſdem tenoris ſub breviori forma, Reſponſiva de acceptatione electionis & admiſſione regiminis,* & *reſponſiva qua ſe excuſat electus, & electioni renuntiat.* Vide Geſta Innocentii III. PP. p. 143. Petrum de Vineis lib. 2. Epiſt. 1. lib. 3. Epiſt. 63. & alibi, Corium in Hiſt. Mediolan. p. 157. Hieronymum *della Corte* lib. 4. Hiſt. Veron. p. 223. &c.

Poteſtatis titulo donabatur olim Legatus ſeu Magiſtratus qui pro Venetis Conſtantinopoli morabatur apud Imperatores Conſtantinopolitanos, ut ex Acropolitâ cap. 85. & ex Charta anni 1238. quam in Hiſt. Franco-Byzantina deſcripſimus, docemur. Sed is poſtmodum *Bajulus* dictus eſt, manſitque *Poteſtatis* dignitas & nomenclatura Genuenſium Legato in eadem urbe, uti exerte habent Pachymeres lib. 2. cap. 32. Nicephorus Gregoras lib. 4. ſect. 9. & Codinus de Offic. cap. 7. n. 6. Vide Meurſium in ποτεστάς.

Obtinuit etiam hæc dignitas in Francia, maximè in Provinciæ Comitatu. Nam paſſim mentio occurrit *Poteſtatum* Arelatenſis urbis, antequam idem Comitatus ad Carolum I. perveniſſet, qui eorum loco Vicarios, (*Viguiers*) inſtituit. Occurrunt etiam non ſemel *Poteſtates* Maſſiliæ & Avenionis. In Charta an. 1225. *Spinus de Sorezana Dei gratiâ Poteſtas Maſſiliæ & Avenionis* inſcribitur. Alia anni 1240. *Cùm Comes Galterius Vicarius generalis domini Imperatoris in regno Arelatenſi & Viennenſi peteret Poteſtariam Avenionis à domino Comite Toloſæ, dicens quod à domino Imperatore receperat in mandatis, quod Poteſtariam reciperet ſupradictam,* &c. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Regum Francor. MS. de Avenionis expugnatione:

Et s'ot li Rois avoec enſin
Leur Poeſtas, & le Dalfin,
Pour çou que li Quens de Provence
Li ot conſeillies ſans penence.

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. de eodem:

Præfectus cui major in urbe poteſtas.

Poteſtaria, Poteſtatis, ſeu urbis Capitanei dignitas, apud Petrum de Vineis lib. 3. Epiſt. 63. lib. 5. Epiſt. 46. 96. & 100. in Hiſtoria Cortuſiorum lib. 7. cap. 8. l. 8. c. 12. apud Nicolaum Smeregum in Chron. an. 1263. Rollandinum in Chron. lib. 3. cap. 1. in Chartis Italicis apud Odoricum Raynaldum an. 1288. n. 6. 7. & alibi paſſim.

Poteſtas major, Merum Imperium, *Haute Juſtice.* Vide *Pignus.*

Poteſtas caſtri, in Uſaticis Barcinonenſibus MSS. cap. 68. & alibi non ſemel, dicitur facultas, quam ſuperior do-

minus

minus habet utendi caſtro vaſſalli. Charta Ildefonſi Regis Aragonum an. 1192. apud Marcam lib. 6. Hiſt. Beneharn. cap. 9. *Et tu & ſucceſſores tui dabitis mihi meiſque ſucceſſoribus in perpetuum poteſtatem irati & pacati de Lorda, & de omnibus caſtellis, munitionibus, & fortitudinibus ejuſdem terræ, quotieſcunque à me vel nuncii mei requiſiti fueritis.* Locos alios habes in Diſſert 30. ad Joinvillam.

Poteſtates, Angeli ex ſecundo ſacræ Angelorum Hierarchiæ gradu, quorum officium eſt, curare ne à cauſis inferioribus aut aliunde confundatur, perturbeturque Virtutum actio: quod fit impediendo contrarias cauſas & inferiores per debitam ſubjectionem ſubordinando, ut idoneæ fiant recipiendæ motionis, quam iis volunt imprimere Virtutes. Sic autem appellantur, quod in iis omnipotentia Creatoris appareat. Vide S. Gregorium Homil. 34. in Evang. S. Bernardum lib. 5. de Conſid. c. 4. Iſidorum lib. 7. Orig. cap. 5. Gulielmum Pariſ. 1. P. de Un. p. 2. cap. 127. &c.

Homines Poteſtatis, qui vulgò gens *de Poëte*, vel *de Poſte* appellantur in Conſuetudinibus municipalibus, in quibus æquiparantur *Villanis*, & hominibus ac tenentibus obnoxiæ conditionis: *Hommes roturiers de poſte*, in Vitriacenſi art. 65. 68. In Hannonienſi art. 65. opponuntur viris nobilibus; apud Butilerium *Conſuetudinarii* vocantur, *Couſtumiers*, præſtationibus ſcilicet obnoxii, & operis: nam ita nuncupantur quod in *Poteſtate* domini ſint. Tabularium Cabilonenſe an. 1223. apud Sanjulianum in Cabilone p. 424. *Noſtri homines, ſive in poteſtate noſtra poſiti.* Areſtum an. 1347. *Homo poteſtatis, non nobilis.* Vide Conſuetud. Meldenſem art. 1. 5. 50. Ducatus Burgund. art. 125. Comitat. Burgund. art. 102. 106. veterem Senonenſem art. 58. Barrenſem art. 18. veterem Conſuetud. Franciæ lib. 2. c. 41. &c. Ita *Terres de poste*, in eadem Barrenſi Conſuet. art. 17. 18. 118. *Villenagia*, præſtationibus obnoxii agri.

POTESTATIVE, Cum omni poteſtate ac imperio, magnificè. Luitprandus in Legat. *Landulfus — ſeptennio poteſtative eam ſibi ſubjugavit.* Ditmarus lib. 7. *Cæſar — quamvis parvo uteretur exercitu, tamen poteſtative quamdiu voluit in his partibus fuit.* Infra: *Et in his partibus nunquam magis honorifice ac poteſtative fuit.* Adde p. 106. Vetus Judicatum in Chronico S. Vincentii de Vulturno p. 690. *Ut omnes ipſi ſervi, qui ad ejus placitum venire noluiſſent, poteſtative eos apprehenderet, & in ipſo ſervitio eos replicaret*, &c. Charta æræ 990. apud Anton. *de Tepez* in Chronico Ordin. S. Benedicti to. 5. *Et per ſubreptionem & per verba fallacia poteſtative tulerunt nobis medietatem de ipſa piſcaria*, &c. Vide Concilium Cabilonenſe an. 813. c. 30.

Poteſtative tenere, poſſidere, id eſt cum omni poteſtate ac juriſdictione & dominio. Charta Alamannica Goldaſti 27. *Quem ille proprietatem cum poteſtative poſſediſſet, ad Monaſterium multis adhibitis teſtibus reddidit atque reveſtivit.* Charta Ottonis Imp. an. 983. apud Baldricum Noviom. lib. 1. c. 108. *Sed ipſe ejuſque ſucceſſores ex noſtro regio dono venationis poteſtative teneant, & quibuſcunque placeat venandi licentiam concedant.* Chronicon Laurishamenſe an. 895. p. 68. *Ad dies vitæ ſuæ poteſtative ac ſecuriter & quiete obtinendas & fruendas per precariam ſuſcepit.* Vide Reginonem an. 961. & Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Weſtphalici p. 185. Capitula ad Legem Bajwar. tit. 2. §. 8. *Ut omnes Epiſcopi poteſtative ſecundùm Regulam Canonicam doceant*, &c. Galli dicerent, *de tout leur pouvoir.*

POTESTATIVUM, idem quod *Poteſtas*, Dominium, *Seigneurie*. Charta an. 1066. in Tabulario Eccleſiæ Narbonenſis: *Dicebat Vicecomes* (Narbonenſis Bernardus-Berengeri) *tenere ſe Capitolium, & quadam alia ad fevum: juſtitias verò & balbias, & forcias — per poteſtativum.* Charta Pontii Comitis Toloſani apud Catellum in Comit. Toloſan. p. 89. *Damus ſimiliter totum alodium & totum poteſtativum de Eccleſia & omni parochia*, &c. Occurrit ibi pluries. Alia Guillelmi Archiepiſcopi Narbon. an. 1251. *Inhibuit — quod Clerici non emant alodia in ſuo poteſtativo.* Capitulare 1. Caroli M. an 802. edit. à v. cl. Steph. Baluzio c. 4. *Neque terminum, neque terram; nihilque quod jure poteſtativo permaneat, nullatenus contradicat, neque abſtrahere audeat vel celare.*

POTESTATIVUS, Poteſtate ac autoritate præditus: *Viris poteſtativis, noſtris, Hommes puiſſans.* Donationes factæ Eccleſiæ Saliſburgenſi cap. 5. *Et ita fieri à poteſtativis viris ad iſtam ſedem definitum eſt.* Cap. 12. *Ruther Comes & Gerboſt nobiles viri ac poteſtativi.* Occurrit ibi non ſemel & cap. 13. Sic noſtri *Poſteis* appellarunt, qui hiſce locis *poteſtativi* dicuntur. *Le Roman de Garin*:

Veez Fromondin de Lanz li Poſteis.

Alibi:

Li Rois de France, qui tant eſt poeſteis.

Poteſtativa manu concedere, contradere, traditionem facere, dicitur in veteribus Tabulis, qui rem, cujus *poteſtatem habet*, ſeu cujus eſt dominus, alteri concedit. Ratpertus de Caſibus S. Galli cap. 1. *Ejuſdemque heremi jus hereditarium illi poteſtativa manu conceſſerunt.* Cap. 8. *Atque in ſemet omne negotium aſſumens, cum manu ſua poteſtativè res prædictas ad Epiſcopatum contradidit, atque cum ipſa manu ſimiliter poteſtative ab Epiſcopio Monaſterium abſtulit, penituſque diremit; ita ut deinceps nullam poteſtatem Epiſcopi in rebus ejuſdem Monaſterii haberent*; &c. Charta Abbatis S. Galli, inter Goldaſtinas 70. *Convenit — ut illas res — manu poteſtativa, una cum manu Advocati ſui — tradidit*, &c. Occurrit hæc Formula apud Ermanricum in vita S. Soli cap. 6. in Traditionibus Fuldenſibus lib. 1. trad. 14. 105. 141. 149. lib. 2. trad. 29. 42. 61. 221. 231. in Chartis Alamannicis Goldaſti 37. 54. 55. in Metropoli Saliſburg. to. 1. p. 162. &c. Charta Alamannica 76. Goldaſti ſic clauditur: *Notavi ſ. diem Martis 4. Non. Octob. ſub poteſtativa manu Hludovici Regis & pueri, & ſub Adalberto Comite.* Vide Capitula Caroli M. lib. 7. cap. 104. Metropolim Saliſburg. to. 2. p. 191. to 3. p. 322. 355. 385. 460. 464. 469. *Poteſtativo jure*, eadem notione. Capitulare 1. an. 802. cap. 4. *Neque terminum, neque terram nihilque quod jure poteſtativo permaneat — abſtrahere audeat.* Diploma Zuendeboldi Regis an. 898. apud Brouver. lib. 9. Annal. Trevir. *Trevirenſi ſedi — quamdam Abbatiam poteſtativo jure contradidit.* Formula frequens in veteribus Tabulis in Metropoli Saliſburgenſi to. 2. p. 21. tom. 3. p. 321. & alibi. *Poteſtativè annuntiare & præcipere*, in Capitulari 3. an. 810. cap. 2.

POTESTUR, pro *poteſt*. Ulfingus Monach. in Carmine de S. Ludgero Epiſcopo Mimigardenſi:

Vix aliquid dignum factis reboare poteſtur.

Sic veteres dixiſſe, & *poſſetur* & *poteratur*, obſervant Feſtus & Nonius.

POTH. Thwroczius in Chron. Hungar. part. 2. c. 14. *Poth fuit appellatus, quia internuncius erat inter Imperatorem Conradum & Andream ac Salomonem Reges: Poth enim Theutonicè, Latinè nuncius ſonat.* Obſervat Bongarſius apud Juſtinum lib. 2. extremo in MSS. notæ optimæ, legi *Potios*, in aliis *Pontios*, al. *Ponticos*, aliàs denique *nuntios pontios*; ubi codex editus, & aliquot codices recentiores *nuntios* præferunt: *Scribit præterea Xerxi, quoſcunque ad ſe nuntios miſiſſet, interficeret*, &c.

POTHECA. Vide *Apotheca*.

POTIO *Galeni*, Potio medicinalis, *Medecine*, apud Fulbertum Epiſt. 46.

POTIONARE, Medicinam accipere. Charta Octaviani Cardinalis apud Ughellum to. 5. Ital. Sacr. p. 635. *Excipimus — infirmos, & quaſi graviter debiles, potionatos, & ſanguine minutos*, &c. Jonas Aurelian. lib. 2. de Cultu imag. *Deſine itaque ſeplaſiariorum pigmentalia*

potionari. Niſi *potionari* hoc loco ſit venenum haurire, ut apud Sueton. in Caligula cap. 50. & in Vita Wilſingi Abb. S. Albani: *Poſtea in brevi migravit ab incolatu hujus mundi, ut dicitur, potionatus cum odio Conventus & maledictione*. Hinc

Potionator, Veneficus. Matthæus Paris an. 1248. *Albigenſes appellabant, proditores, & potionatores*. Et

Potionatus, Veneno ſublatus. Leo Oſt. lib. 2. cap. 24. de Ottone Imp. *Mortuus eſt, ab uxore, ut fertur, Creſcentii Senatoris potionatus*. Ericus Upſalienſis lib. 2. Hiſt. Suecor. p. 43. *Potionatus veneno interiit*. Vide *Impotionare*.

POTIONARIUM. Popina, Taberna. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Potionarium* ælceſ cynneſ ðrenc huſ. i. omnis generis potus domus.

POTIRIUM, ex Gr. ποτήριον, Potio medicinalis. Hepidanus de Vita S. Wiboradæ lib. 1. cap. 14. *Hac autem — quoddam potirium miſcere edocta fuit à Beata Wiborada contra ejus conſuetudinariam infirmitatem*. Ubi fortè legendum

POTITIUM, eadem notione. Balbus in Catholico: *Potitium, potatio, vel confectio ex vino & herbis, medicina quæ potatur*. Burchardus de Caſibus S. Galli cap. 22. *Accipiatis pro antidoto quadringentas argenti marcas: credo tum quia receptatione talis potitii à tertianis febribus poteritis continuò liberari*.

POTOMIUM. Jo. de Janua: *Potomium eſt navigium fluviale tardum & grave, quod non niſi remigio progredi poteſt. Hinc etiam trajectus dicitur, extenſus eſt enim & latus*. Ex Gr. ποταμός, *fluvius*. Unde legendum *Potamium*.

POTURA, pro *paſtura*. Charta an. 1225. in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 257. *Unam gerbam hibernagii, vel duas avenæ pro potura equi omnibus diebus quibus equus trahebat*. Vel potius *Pontonium*. Vide in hac voce.

POTUS, Poculum, vaſculum, Gallis *Pot*, à potu, vel potione dictum. Fortunatus in Vita S. Radegundis c. 19. *Miſſorium, cochleares, cultellos, cannas, potum, & calyces*, &c. Idem lib. 2. de Vita S. Martini:

Vix diſcernendis cryſtallina pocula potis.

Statutum Philippi Pulchri Regis Franciæ an. 1302. pro reformatione Regni art. 30. *Item non poterunt recipere vinum, niſi in barillis, potis ſeu botellis, ſine fraude aut ſorde qualibet*. Necrologium Eccleſ. Pariſienſis Id. Aug. *Anno Dom. 1279. Dominica poſt feſtum SS. Egidii & Lupi, obiit bonæ memoriæ Stephanus Tempier oriundus de Aurelianis, Pariſienſis Epiſcopus, qui dedit Eccleſiæ Pariſienſi & nobis 3. potos argenteos deauratos ponderis 22. marcharum & 3. unciarum, 15. ſterlingorum argenti, 9. unciarum auri ad reponendum ſacrum oleum & criſma. Item dedit nobis cortinam ſericam cum baculo ad ſcoperiendum dictos potos pretio 9. libr.*

Potellus, diminut. in Fleta lib. 2. c. 12. §. 14. *Potellum*, apud Will. Thorn an. 1321. non ſemel.

Potus, Præſtationis ſpecies: *Potus vini qui domino præſtatur*, menſura ſcilicet vinaria ſic dicta in Charta an. 1255. in Tabulario S. Dionyſii: *Robertus de Clergiaco armiger, vendit Abbati inter alia duos denarios cenſuales, & partem ſuam quam habet in Poto & Roagio*.

Potarius, Officium in *Scancionaria* regia, vulgò *le Potier*, cui poculorum, quæ Galli *Pots*, à Potione vocant, cura incumbit. Ordinatio Hoſpitii S. Ludov. Reg. Fr. an. 1261. *Potarius pro ſervitio potorum 2. ſol. per diem*.

A potu abſtinere, vel, *à potu & carne abſtinere*, Pœna regiis miniſterialibus indicta in levioribus delictis, in Capitulari de Villis c. 16.

POTULENTUS, Satiatus, apud Fortunatum in Vita S. Radegundis c. 17.

POUGESIA. Vide *Pogeſia*.

POULAINIA, *Pouleana*, Roſtra calceorum, de quibus copioſè egimus ad Alexiadem p. 302. Martinus de Boſco-Galteri in vita Mariæ de Malliaco n. 36. *In illis diebus nobiles & potentes illam ſotularium acutiam longiſſimam, quam Poulainiam vocabant, penitus contempſerunt*. Concilium Andegavenſe an. 1365. c. 13. *Prohibemus ne Clerici in noſtra provincia utantur brevibus veſtibus, vel ſotularibus de polena, nec capucia botonata in publico deferant*. Statuta MSS. Ordinis Coronæ ſpineæ cap. 10. *Ils auront chauſſes noires, & pourront eſtre ſemelées, ou à ſouliers trenchiés, ou eſchichiés, mais qu'ils ſoient de noir cuir, voire ſans aucune poulaine quelconques, de Dieu maudite, ſur grieve paine*. Quæ quidem calceorum acumina interdicta fuiſſe ab Carolo VI. Rege Franciæ, ibidem annotavimus, ex Scriptore vitæ ejuſdem Regis. Idem porrò tradit Continuator Nangii an. 1365. extremo: *Sotulares habebant, in quibus roſtra longiſſima in parte anteriori ad modum unius cornu in longum: alii in obliquum, ut Griffones habent retro, & naturaliter pro unguibus gerunt, ipſi communiter deportabant, quæ quidem roſtra Pouleanas Gallicè nominabant. Et quia res erat valde turpis, & quaſi contra procreationem naturalium membrorum circa pedes, quinimo abuſus naturæ videbatur, ideo Dom. Rex Franciæ Carolus fecit per præcones Pariſius proclamari publicè, ne aliquis quicunque eſſet, qui auderet talia deportare: & etiam quod neque artifices ſub magna pœna de cætero tales calceos, & ſed neque ocreas ſic punctatas facere præſumeret, nec vendere cuicunque: nam ſimili modo Dominus Papa Urbanus Quintus in Romana Curia inhibuerat valde strictè*. Guillelmus Paradinus lib. 3. Hiſt. Lugdun. cap. 5. *Davantage portoient les hommes des ſouliers ayans une longue pointe devant; de demi pied de longueur: les plus riches & apparens en portoient d'un pied, & les Princes de deux pieds, qui eſtoit choſe la plus abſurde & ridicule que l'on euſt ſçeu voir. Et puis quand les hommes ſe faſcherent de cette chauſſure aiguë, qu'on nommoit la Polaine, l'on fit d'autres ſouliers qu'on nommoit Becs de cane, ayans un bec devant de quatre ou cinq doigts de longueur. Depuis furent faites des pantoufles ſi larges devant, qu'elles excedoient de largeur la meſure d'un bon pied, & ne ſçavoient les gens lors comme ils ſe devoient deſguiſer*. Vide *Roſtra calceorum*.

Poulanne, ſpeciem fuiſſe pellis obſervo ex Regeſto feodorum Comitatus Claromontenſis in Bellovacis: *Pour une panne de Poulanne le vendeur doit 2. den.* &c.

POULENAGIUM. Vide *Polanus*.

POWCHIA. Vide *Punga*.

PP. Deſignare eam Byzantinorum monetam, quam Græci ὑπέρπυρον, noſtri *Perperum* vocarunt, docuimus in voce *Hyperperum*.

PRADA, Pratorum ſeries, Gallis, *Prée*. Tabularium S. Benigni an. 882. apud Perardum p. 57. *Donamus ad ipſa caſa pratum 1. juris noſtri, qui eſt ſitus in pago Oſcarenſe, in prada Aricinaco, uni vocant in plana prada*.

PRADISTERIUM. Charta Hiſpanica æræ 1060. apud Anton. *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. pag. 435. *De ranpa ſiquidem galnapes 2. tres pulmarios* (leg. *plumar.*) — *duos pares de ſabanes, pradiſteria una, duos paſelios de arganas, & duo ferrios caldaria, duas ſecures, arcate ligone 2. altulos pelle agnina*. Monſtra verborum, cujuſmodi complura occurrunt in Chartis Hiſpanicis. De *galnape* diximus ſuo loco. *Pradiſterium* videtur dictum pro *prandiſterium*, ut fuerit ſupellex quædam ad prandium. Pro *paſelios*, fortè leg. *faſelios*, faſciculos. *Arganas* Hiſpanis eſt *mantica*: Nebriſſenſi *arguenas*: Cæſari Oudino, *une ſorte de panier fait de chanvre en façon de rets propre à porter le bled, ou autres grains des champs à la ville, & ſe mettent ſur un cheval ou autre beſte de ſomme*. *Ferrias*, pro *ferreas*, vel *ferra*. De *arcate ligone*, & *altulos* nihil ſuccurrit, niſi *arcate* ſit pro *arcaz*, arca.

PRADUM, *Praddina terra*, *pratum*, ex Italico *Prado*. Vetus Charta apud Ughellum in Epiſcopis Veron. p. 742.

Item brocham alienavit. Item ſatiſias ab Epiſcopatu alienatas, & pradum unum alienavit pro pecunia. Alia Charta an. 1040. ibidem: *Sed & omnes terras praddnas qua jacent in loco & fundo Silingello*, &c.

PRÆAVISATUS. Chronica Sclavica cap. 29. *Ideo Dux praaviſatus per Gunzelinum, — venit iterum contra eos*, &c. i. nuntio accepto, *ajant recta avis anparavant de* &c.

PRÆBALTHEATUS, Præcinctus, adornatus. Dudo de moribus Norm. lib. 1. *Inceditur delubrum Monaſticis rebus prabaltheatum.* Et lib. 3. p. 89. *Actuſque ac triumphans non fucis verborum, atque excellentis orationis ornamento ſublimiter prabaltheatum.* Utitur & p. 97.

PRÆBENDA, Præbitio, παροχὴ, in Gloſſis Lat. Gr. Neutro porro genere vox *prabenda*, uſurpata à Latinis pro annonis militaribus, à Plauto in Perſa, Livio lib. 2. belli ſecundi Punici, Agellio lib. 15. cap. 4. & Ulpiano in l. 19. D. de Teſtibus. *Prabendas* eadem notione dixit Senator lib. 5. Epiſt. 42. *Ducibus etiam ac prapoſitis ſufficientem tranſmiſimus pecunia quantitatem: ut eorum prabenda, qua non potuerunt convehi, ibi debuiſſent ſine alicujus diſpendio comparari.* Hinc

Prabenda dictæ cibi ac potus portiones diurnæ, quæ Monachis, Canonicis, aliiſve quibuſvis dantur *ac prabentur.* Additio 3. ad Capitul. c. 112. *Volumus — ut Canonici Clerici, qui in civitatibus vel Monaſteriis degunt, qui beneficia habent, unde victum & veſtitum habere poſſunt, ut hoc, juxta Apoſtolum, contenti ſint*, &c. Infra: *Si quis hac ſtatuta contempſerit, utriſque careat, & beneficio & prabenda: atque ſi gradibus fruitur Eccleſiaſticis, ipſis privetur.* Ubi obſervanda etiam *beneficiorum* Eccleſiaſticorum nomenclatura. S. Hugo Abbas Cluniacenſis in Epiſt. ad Alphonſum Regem Hiſpaniæ. *Et ſuper hac ſtatuimus ut prabendam quotidianam habeat in refectorio ad majorem menſam*, &c. Acta Murenſis Monaſterii p. 43. *Dedit totum quod ipſe poſſederat, ea conditione, ut quamdiu viveret, haberet à nobis prabendam.* Vita B. Mariani Abbatis Ratiſponenſis n. 30. *Deinde ſi viri fratres de S. Petro omni die ad refectionem venire indigeant, ut quando velint venire ad nos, talis prabenda eis apponitur, ut cuilibet fratrum majoris congregationis.* Burchardus de Caſib. S. Galli c. 6. *Fratres amavit, prabendam adauxit.* Adde cap. 10. Chunradus de Fabaria cap. 8. *Ipſe prabendam nocturnam de bonis ſancta Fidis adauxit in pane, qui dimidius in refectorio Fratribus dabatur.* Traditiones Fuldenſes lib. 3. tradit. 32. *Tradimus ad augmentum prabenda veſtra ex compaſſione paupertatis, quam in cotidiano victu habetis*, &c. Helgaudus in Roberto Rege: *Centum Clericis pauperibus prabendam panis, piſcis, & vini concedebat.* Manegoldus Decanus apud Goldaſtum to. 2. Alemann. *Quaſdam enim prabendas Cellerarius ex officio ſuo fratribus miniſtrat, quaſdam Prapoſitus ſeu Decanus, quaſdam Cuſtos, quaſdam Camerarius, quaſdam Portarius, quaſdam Hoſpitalarius, quaſdam Refectorarius: quorum omnium prabenda ſubnotata habentur*, &c. Adde Doubletum p. 740. 782. 798. Chronicon Montiſſerenſ an. 1210. p. 90. Concilium Biterrenſe an. 1233. c. 24. &c.

Prabenda nomen demum manſit Canonicorum & aliorum Clericorum *beneficiis.* Dimiſſa enim domicilii menſæque communione, reditus, commoda, ac proventus, atque adeo ipſa prædia Eccleſiæ diviſerunt in portiones, quas *Prabendas* appellarunt, ſubſtitutis ingenti diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimento, mercede conductis honorariis pſaltis, qui quotidianum pſalmodiæ laborem in choro ipſorum vice perferrent. Stephanus Tornacenſis Epiſt. 160. *Cùm generalis Eccleſia Gallicana conſuetudo ſingulares portiones Canonicis ſuis diſtribuendas concedat, & approbet, & ſummi Pontificis auctoritas non reclamet.* Lindwodus: *Prabenda differt à Canonia; nam canonia eſt jus ſpirituale quod aliquis aſſequitur in Eccleſia per receptionem in fratrem, & aſſignationem ſtalli in choro, & loci in capitulo. Prabenda verò eſt jus ſpirituale recipiendi certos proventus pro meritis in Eccleſia, competens percipienti ex divino officio, cui inſiſtit. & naſcitur ex Canonia tanquam filia à matre.* Autor Breviloqui: *Prabenda eſt jus percipiendi proventus in Eccleſia collegiata, ex actione provenient, competens alicui tanquam uni de Collegio: quod jus ex Canonica deſcendit.* Concilium Turonenſe an. 1060. c. 2. *Si quis aut Epiſcopus aut Pralatus quilibet contra praſixam regulam aliquod Eccleſiaſticum miniſterium, vel etiam ipſam Prabendam, qua Canonica dicitur, ordinare aut dare voluerit*, &c. Concilium Melfitanum an. 1079. c. 1. *Prabendas etiam qua Canonicatus dicuntur.* Concilium Monſpelienſe an. 1214. c. 8. *Diſtrictè quoque mandamus quod in nulla Eccleſia laici recipiantur in Canonicos & fratres, nec etiam ad Prabendam Canonicalem, qua conſiſtit in pane & vino, & quibuſdam aliis, cùm per hoc Eccleſia multa damna proveniant.* Willelmus Tyrius lib. 9. cap. 8. *In Eccleſia Dominici ſepulchri & Templi Domini Canonicos inſtituit, eiſque ampla beneficia, qua Prabendas vocant, ſimulque & honeſta domicilia circa predictas Deo amabiles Eccleſias, aſſignavit.* Idem lib. 10. cap. 1. *Et in Remenſi, Cameracenſi, & Leodienſi Eccleſiis beneficia, qua vulgo Prabenda dicuntur, — obtinuit.* Et lib. 18. cap. 30. *Certum numerum Canonicorum ibi, & eis certa ſtipendia, qua Prabendas vocant, inſtituit.* Leonius Poëta Gallicus, qui vixit an. 1154. in Epiſt. ad Adrianum PP.

Non peto Prabendas, nec honores Eccleſiarum.

Adde Gregorium VII. lib. 5. Epiſt. 1. Concilium Pictavenſe an. 1070. c. 2. Romanum an. 1078. c. 3. Claromontanum an. 1095. c. 6. 11. Pictavenſe an. 1109. c. 7. 8. Lateranenſe an. 1122. c. 21. Londinenſe an. 1125. c. 5. Lateranenſe an. 1139. c. 25. &c.

Corpus prabenda. Charta Bartholomæi Epiſcopi Pariſienſis an. 1226. *Videlicet quod Canonicus nihil percipiat de corpore prabenda ſua, niſi preſbyteri reſidentiam perfecerit: & ſi ſemel perfecerit, oportet iterum perficere, antequam iterato percipiat prabenda ſua fructum. Corpus autem prabenda eſt, quod percipitur prater diſtributiones cotidianas, qua illis ſolis dantur, qui perſonaliter & praſentialiter interſunt.*

Prabenda gratia. M. Robertus de Sorbona in ſerm. de Conſcientia: *Dominus autem bonus Magiſter eſt, qui confert omnibus Scholaſticis ſuis, & ſolum ſuis, prabendas optimas, ſcilicet prabendam gratia, qua pravalet omnibus prabendis de mundo*, &c.

Prabenda pueriles, quæ *Puerorum* chori ſunt: in Monumentis Paderbon. p. 135. Vide *Puer.*

Semiprabenda, Beneficium quod dimidium fructuum percipit: quippe Epiſcopi ut Clericorum in ſuis Eccleſiis numerum augerent, Præbendas Canonicorum in duas interdum diviſerunt, quæ inde *Semiprabenda* dictæ ſunt. Quæ quidem Præbendarum ſectio inhibita fuit in Turonenſi Concilio an. 1163. cap. 1. & apud Neubrigenſem lib. 2. cap. 15. quod refertur in cap. *Majoribus* 8. *de Prabend. & dignit. ext.* Majores tamen præbendas dividi poſſe, ſi id Eccleſiæ utilitas poſtulaverit, ſanxit Innocentius III. cap. *Vacante*, eod. tit. Vide eundem Innocentium lib. 1. Epiſt. p. 122. edit. Venetæ, & lib. 13. Epiſt. 51. Concilium Pariſienſe an. 1212. c. 13. Concilium apud Caſtrum-Gonterii an. 1231. c. 6. &c.

Prabendarum reſignationes, venditiones. Charta Gaufridi Vicecomitis Bituricenſis ſub Roberto Rege, ex Tabul. S. Urſini Bituric. *Concedimus autem Canonicis quantum numerum addere vel tollere eis placuerit in cœtu propria congregationis, & maneat in eorum poteſtate. Prabendas quoque ipſas ea lege concedimus, ut nullus Epiſcopus, nulluſque Abbas, neque homo vendere vel auferre preſumat: ſed unuſquiſque Canonicus poteſtatem habeat ſua prabenda alteri Canonico dare vel relinquere conſilio eorum qui pro ipſa ſervierint.* Charta Guidonis Epiſcopi Ambian. an. 1073. ex Tab. ejuſd. Eccl. *Aſſenſum dedi poſt deceſſum uniuſcujuſque Canonici quatenus*

fratres cujus prebenda fuerat horis competentibus aſſi-duè memoriam habeant in ſuis orationibus, Pſalmodiis, Aſſiſis, & Vigiliis, uno integro proximo anno prebenda eorum reditum attribui. Ita tamen ut ſi fortè Canonicorum aliquis ſuo parenti vel familiari poſt ejus obitum prebendam ſuam emerit, illo mortuo, illius ſuccefforum cæteris fratribus, ſi fortè ſimul comederint, reſtituatur: ſin autem aliquis in refectorio comederit, ei detur, & omnia alia præfatiſanctis Fratribus à Canonicis Matris antedicta dentur. Vide to. 2. Spicilegii Acheriani pag. 601. 602. & Michaelem Scotum lib. 4. Mensæ Philoſophicæ c. 28.

Prebenda equi, quod ad diurnum victum equo præberi ſolet. Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 14. *Juſſerat ipſe veſpere præcedente — ut unuſquiſque pro poſſe ſuo de annona niteretur prebendam equo ſuo impendere, ne in die craſtino ſubter equitantes hora bellica debiles fame deficerent.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Prebendam quotidianam ad duos equos de granario noſtro.* Statuta Ordinis de Sempringham: *Poterit tamen loqui cum fratre ſtabulario de neceſſariis, ut eſt de ferrandis equis, & quando tribuit eis prebendam & fœnum.* Vide Fletam lib. 2. cap. 74. §. 1. cap. 78. §. 2. Forteſcutum de Laudib. Legum Angl. cap. 35. &c. *Le Roman de Vacces* MS.

Et le Duc quant Nonne ſonna,
Fiſt provende as chevaux donner,
Et au ſer fiſt ſa gent monter.

Prebendare equum. Fleta lib. 2. cap. 73. §. 3. *Equus ſi in ſtatu laborandi debeat obſervari, de ſexta parte buſſelli avena ſingulis noctibus oportebit ipſum prebendari.* Adde c. 76. §. 8. Monaſticum Anglican. to. 1. p. 649. *Ad prebendandos equos ſuos & hoſpitum ſuorum*, &c.

Prabendarium, Provenderium, Aquarium, ubi equi adaquantur, *Abbrevoir*, unde vocis Gallicæ origo: quo ſcilicet equi aqua *apprebendantur*: ſeu locus unde *aqua prebenda* hauritur pro equis. Charta Simonis Comitis Montisfortis an. 1207. in Hiſt. Monmorenciaca p. 77. *Conquerebatur — de prebendario aqua Dugniaci confracto & deſtructo.* Alia Matthæi de Monmorenciaco an. 1218. ibid p. 84. *Item de riparia qua ſolet fluere per terram S. Marcelli, & peto quod habet provenderium ſuum, & curſum ſuum, ſicuti habere ſolebat.*

Prabendarius, & *Prabendarium*, in libro MS. Roffenſis Eccleſiæ cap. Quid menſuræ granarii continent: *Eſt menſura unde diſtribuitur: menſura equi debet eſſe 13. pollicum latitudinis infra circulum, & altitudinis trium pollicum.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 149. *Inveniet etiam Celerarius ſalem, & ligna ad ignem, & ſingulis diebus duo pulmenta: ad unum de fabis ſiccis unum prebendarium raſum, vel de novis cumulatum de granario.* Ibidem: *Percipiet Coquinarius ad Paſcha tria prebendaria frumenti de granario ad flathones inveniendos.* Charta an. 1365. apud Ducheſnium in Hiſt. *Des Chaſteigners* p. 41. *Item un prebandier de froment de rente, que ſoloit avoir ledit feu*, &c.

Prebendarius, qui *prebendam* ſuſcipit. Catholicum parvum: *Prebendarius, Prebendier, ille qui confert alicui prabendam* Rectiùs Jo. de Janua: *Prebendarius, qui dat prabendam, vel potius qui recipit.* Ebrardus in Græciſmo c. 9.

Prabitor eſt qui dat prabendas: ſuſcipiens has
Prebendarius eſt, ſicut legiſta docet nos.

Petrus Damianus in Vita S. Romualdi cap. 13. *Cacus quidam, prebendarius videlicet patris ejus, ad ſepulchrum illius venit*, &c. Leges Henrici I. Regis Angl cap. 78. de Pauperibus: *Si pecuniam habebunt, ſit domino cui prebendarii erant, ſi ſuper terram ejus ſit.* Adamus Bremenſis cap. 84. *Qui poſtmodum ab honore ſuo depulſus, & ab omni hereditate ſua, apud Magdeburg prebendarius, vitam, ut dignum erat, mala morte commutavit.* Ratpertus de Caſib. S. Galli cap. 16. *Univerſa familia prabendariis, id eſt centum ſeptuaginta viris, cum nunquam ante ſe niſi avena paſcerentur, pura de ſpelta dederat grana.* Chartæ Henrici III. Imp. an. 1056. & Henrici IV. an. 1065. ex Tabulario S. Maximini Trevirenſis: *Servientes verò qui prabendarii ſunt, & qui fratribus infra clauſtrum ſerviunt*, &c. Vide Alemannica Goldaſti to. 2. pag. 191. Zylleſium pag. 39. &c. Neque alii ſunt quos noſtri olim *Prouvoires* vocabant, quam *prabendarii* preſbyteri: nam & Hugo Plagonus vetus Gallicus interpres Will. Tyrii lib. 6. c. 16. *Sacerdotes*, vertit *li prouvoire*. Robertus Bourronus in Hiſt. MS. Merlini: *Merlin vit che duel, & les prouvoires & les Clers qui chantoient. Le Roman de Garin le Loherans:*

Et les prevoires eſcorcent il tout vis,
Sont Arceveſques & Eveſques ocis.

Alibi:

La veiſſiez maint prevoire ordené,
Tot reveſtu pardevant ſon autel.

Petrus de Fontaines c. 14. *Por chevalerie, por ordre, ne por digneté de prevoire.* Quod quidem eo potiſſimum obſervandum, quod etiamnum Lutetiæ Pariſiorum platea S. Euſtachii ædi proxima, nomen *de rue des Prouvoires*, ſeu ut hodie efferunt, *des prouveres*, retineat, quod in ea iſtius parochiæ præbendarii Preſbyteri commanerent, quæ *rue des Preſtres* dicitur in Parochia S. Severini.

Provenda, ex Gallico *Provende*, ut effertur ab Hugone *Plagon* in verſione Will. Tyrii lib. 7. c. 9. Capitulare de Villis c. 50. *Et qui hoc non habuerit, de Dominica accipiat provendam.* Vetus Poëma MS. cui titulus, *Le Deſpirement du corps*:

Nus ne te puet deſaaiſier,
Ne ta prouvende amenuiſier.

Approuvandement, in Conſuetudine Hannonienſi cap. 40. pro præbitione cibi & potus. *Prefenda* & *profenda*, dicunt Itali: *La profenda del fieno*, apud Interpretem Creſcentii de Agricult. *Profende communale del biado*, apud Matth. Villaneum lib. 1.

Provendarium, idem quod *Prebendarium*, ſeu *Provenda*: menſura annonæ præbendariæ. Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1205. in Hiſt. Eccleſiaſt. Abbavillenſi cap. 26. *Quinque provendarios avena quos leproſi de valle reddere debent.* Vide to. 2. Monaſtici Anglic. pag. 1.

Provendarius, idem qui *Prabendarius*: qui *provendam*, ſeu *prabendam* percipit: cui ad victum cibus vel potus præbetur. Adalardus in Statutis Corbeienſibus lib. 1. *Iſti ſunt provendarii, qui omni tempore æqualiter & pleniter in noſtris actibus eſſe debent.* Et lib. 2. pag. 19. *Ut de provendariis qui ibi ſervire debent, certa diſcretio ſervetur, ut & ſufficienter ſint, & ultra quam neceſſe eſt nullo modo ſint: quia ipſi de eadem decima & paſcendi & veſtiendi ſunt ea menſura qua eis competit, ita ut nec penuriam patiantur, nec aliqua ſuperfluitate diſtendantur.* Mox: *Similiter ut ipſi provendarii eadem qualitate & quantitate cibi & potus, ſicut cæteri provendarii noſtri, ſuſtententur: id eſt ut penſam ſecundum cæterorum conſuetudinem per menſem; ſimiliter panem & potum ſecundum eorundem conſuetudinem accipiant*, &c. Ex quibus ſatis patet his locis *provendarios*, non eſſe qui neceſſaria prævident ſeu præparant, quos noſtri *Pourvoieurs* vocant.

Prouvatia, idem quod *Provenda*, menſura annonaria. Charta an. 937. in Tabulario Eccl. Auguſtod. de Cenſibus: *Circulos 12. prouvatia avena mod. 1. menſe Mart.*

PRECAMBIARE Vide *Cambiare.*

PRÆCANTARE, In modum incantatorum immurmurare. Acta Martyrii S. Caſtuli n. 3. *Permitte me ei pracantare, & forſitan recipiet ſanitatem.*

Pracantator, qui aliàs *Incantator*, *Carminator*, Gallis *Enchanteur*. Jonas Aurelian. lib. 1. de Inſtit. Laicali c. 6. *Phylacteria vel characteres diabolicos nec ſibi nec ſuis aliquando ſuſpendant: pracantatores vel miniſtros diaboli fugiant.* Adde Concilium Toletan. XVI. c. 2. *Pracantare* & *Pracantatio* dicitur præſertim in præſtigiis magicis. Gloſſæ: *Pracantat*, ἐπᾴδει. Marcel-

lus Empiricus cap. 15. pag. 105. *Præcantabis jejunus jejunum*, &c. *Præcantationes*. Veteres Gloſſæ *Præcantationibus conſecrata*, ἐπαοιδαῖς τετελεσμένα. Apud Juvenalis interpretem, Sat. 15. *Statua Memnonis magicè conſecrata, id eſt præcantationibus conſecrata*. Sic Solinus c. 27. dixit *Heliotropium gemmam præcantationibus conſecrari*. Vegetius lib. 3. Artis veterin. c. 44. *Aliquanti præcantatione tentant afferre remedia, quæ vanitas ab aniculis ſolis diligenda eſt: cùm animalia, ſicut homini, non inanibus verbis, ſed certa medendi arte curentur*. Ita *Præcantationes*, apud Gaudentium Brixienſem Epiſc. Tract. 4. in Vita S. Samſonis Confeſſ. MS. c. 3. apud Aimonum lib. 3. Hiſt. Fr. c. 51. *Præcantatrix*, apud Plautum in Milite Glor. ἐπῳδός.

——*da quod dem Quinquatribus*,

Præcantatrici, conjectrici, ariolæ, atque haruſpicæ.

PRÆCELLENTISSIMUS, epitheton vulgo tribui ſolitum Regibus Franciæ, à Gregorio M. PP. locis indicatis in Diſſert. 23. ad Joinvillam, in Conventu apud Andelaum an. 587. à Fortunato in Vita S. Germani Pariſ. c. 12. 22. Baudoninia in Vita S. Radegundis c. 6. 18. eadem S. Radegunde in Epiſt. ad Epiſcopos, Joanne VIII. PP. Epiſt. 30. in Capitulari Saxonum an. 797. in Capitul. 6. an. 819. c. 8. in Formula, 9. 58. ex Baluzianis, &c.

Præcellentia, eorumdem titulus honorarius, in Epiſt. 40. inter Francicas to. 1. Hiſt. Franc. (Adde Epiſt. 36.) in Charta Caroli C. in Tabulario Dervenſi; & in aliis apud v. cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 64. 92. 99.

PRÆCENTOR; *Qui vocem præmittit in cantu*, Iſidoro lib. 7. Orig. c. 12. Primus Cantorum in Eccleſia, qui Cantoribus præeſt: dignitas Eccleſiaſtica in Cathedralibus, vulgo *Préchantre*. Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 17. *Præcentor, qui cantantes voce & manu incitat, eſt ſervus qui boves ſtimulo minans dulci voce bobus jubilat*. Idem cap. 74. *Præcentores, qui chorum utrinque regunt, ſunt duces qui agmina ad pugnam inſtruunt*. *Præcentor Palatii*, id eſt Capellæ Regiæ, apud Hincmarum Remenſem in Epiſt. ad Carolum M. de Vita S. Dionyſii, apud Mabillonium: ubi quidam codices MS. *Præceptor* præferunt.

Præcentor, ſeu *Armarius*, in Monaſteriis idem munus obit quod Præcentor in Eccleſiis Cathedralibus. De hoc officio multa habet Udalricus lib. 3. Conſuetud. Cluniac. c. 10. Adde Monaſticum Anglic. to. 1. p. 299.

Præcentor tabularum, officium Monaſticum, qui *tabulis officialibus* præerat. Ingulphus: *Præcentori tabularum, ac ejus aſſignatoribus in Choro tam Abbas & Prior quam tota cætera Congregatio humiliter obediat*. Vide *Tabula Officiales*.

Præcentria, in Monaſteriis. Vide Statuta Ordinis de Sempringham p. 767.

Præcentoria, dignitas Præcentoris, apud Arnulphum Lexovienſem in Epiſt. p. 50. Eadem

Præcentura dicitur apud Hugonem Flaviniacenſem pag. 161. Charta Evrardi Ambianenſ. Epiſcopi an. 1218. qua *Præcentoriam* erigit in ſua Eccleſia: *Sic autem diſtincta ſunt dictorum perſonatuum* (Cantoriæ & Præcentoriæ) *officia. Præcentor proximum ſtallum poſt Decanum, Cantor proximum ſtallum poſt Præcentorem habebunt. Præcentor in ſuperiori ſtallo Canonicos inſtallabit, Cantor in inferiori. Uterque dabit regimen duarum Scholarum cantus. Juriſdictio Puerorum communis erit utrique: communi conſilio recipient in Choro Pueros: uterque poterit ejicere delinquentem; ejectus ab uno non introducetur ab alio, niſi ejicientis ſatisfecerit arbitrio. Præcentor audiet à Pueris id quod debent cantare: Cantor etiam pro exceſſibus ſuis verberabit. Præcentor & Cantor ſimul regent Chorum in Nativitate Domini, in Epiphania, in Paſcha, in Aſcenſione, in Pentecoſte, &c. In aliis duplicibus Cantor cum uno de Canonicis reget chorum in ordinibus, in conſecratione Chriſmatis, in benedictionibus Abbatum. Præcentor chorum reget in Synodo; prima dies eſt Præcentoris, ſecunda Cantoris. Præcentor officium anni pronuntiabit, & in iis omnibus ſi alter abſens fuerit, ille qui præſens erit ſupplebit defectum. Cantoris erit ſcribere tabulam Cantorum*, &c. De Officio *Præcentoris* agunt præterea Statuta Eccleſiæ Lichefeldenſis in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 241.

PRÆCEPTARE, Præcipere, præceptum dare: S. Gerardus Abb. Sylvæ Major. in vita S. Adelardi c. 9. *Omnia quæ præceptat S. Benedictus*, &c.

PRÆCEPTOR, Dominus, Princeps, ſupremus Magiſtratus. Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 31. de Aſſaſſinis: *Magiſtrum ſolent ſibi præficere, & eligere Præceptorem, quem — Senem vocant*. Vincentius Beluac. lib. 31. cap. 93. *Aſſaſini & eorum Præceptor Vetulus de Montanis*. Adde Jacobum de Vitriaco l. 3. p. 1142.

Præceptores Palatii, qui aliàs *Comites Palatii*. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 31. *Quemadmodum ſunt in palatiis Præceptores, vel Comites Palatii, qui ſecularium cauſas ventilant*, &c. Extat ejuſdem Walafridi Carmen *Ad Thomam Præceptorem Palatii*, to. 6. antiq. Lection. Caniſii p. 630. Vide *Præcentor*.

Præceptores, dicti apud Hieroſolymitanos & Templarios Milites, domorum, quas in provinciis poſſidebant, Procuratores, quos vulgo *Commandeurs* dicimus. Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Hieroſol. cap. 65. *Pari modo ſummo & principali Magiſtro Hoſpitalis S. Joannis; Procuratores domorum, quos Præceptores nominant, certam pecuniæ ſummam ſingulis annis tranſmittunt*.

Præceptoria, Prædia *Præceptoribus* aſſignata: *Commanderies*. Vide tom. 2. Monaſt. Anglic. p. 546. & ſeqq.

PRÆCEPTORIÆ *literæ*, dicuntur in Jure Canonico, ex quibus præcipitur à Summo Pontifice ut vacans alicui conferatur Beneficium. Earum formulam recitat Franciſcus Florens in Decret. Greg. IX. p. 73. 74.

PRÆCEPTUM, Diploma Regium, Charta Regia, *Præceptum Imperiale*, in l. 5. Cod. Th. de Inceſt. nupt. l. 2. de Operib. public. Abbo Floriacenſis in Canonib. cap. 6. *De præceptis regalibus & imperialibus: Glorioſiſſimorum Regum poteſtas ſtabile firmumque eſſe voluit, quidquid vel opere præcipiendo conſtituit, maximè ad utilitatem Eccleſiæ ſuorum procerum ſuggeſtionibus ratum eſſe judicavit*, &c. Et cap. 7. *Sunt præcepta regalia, id eſt imperialis juſſionis auctoritate roborata, quibus conſentiunt Romanorum Pontificum privilegia ſub excommunicationis anathemate decreta*. Theganus de Geſtis Ludovici Pii c. 10. *Juſſit ſupradictus princeps renovare omnia præcepta quæ ſub temporibus patrum ſuorum geſta erant Eccleſiis Dei, & ipſe manu propria ea cum ſubſcriptione roboravit*. Adde cap. 13. 19. Adrevaldus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 19. *Regali munificentia huic ſacratiſſimo Cœnobio à priſcis Francorum Regibus per præcepti proprii ſyngrafum conceſſum fuerat, ut* &c. Ditmarus lib. 5. *Præcepta quæ munera regalia ſeu imperialia detinebant, igni comburebat*. Utuntur Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epiſt. 17. 27. Gregorius Turon. l. 8. Hiſt Franc. c. 20. de Miracul. S. Martini c. 15. Codex Carolin. Epiſt. 51. Aimoinus lib. 5. c. 17. Capitula Caroli M. lib. 3. c. 28. Synodus ad Theodonis villam c. 4. Synodus Belvacenſ. an. 845. c. 4. Sueſſion. an. 855. c. 6. 11. Capitula Caroli Calvi tit. 6. c. 11. 24. tit. 27. c. 4. tit. 32. c. 6. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 55. §. 4. Marculfus & vett. Formulæ paſſim, Helgaudus in Vita Roberti Reg. & alii.

Præceptio, eadem notione, in Charta Caroli M. apud Meuriſſium in Epiſcop. Metenſib. p. 185. Vide l. 19. Cod. Th. de Judæis.

Ejuſmodi autem Præceptorum formulam ſic deſcribit Papias: *Præcepta, mundiburdia magnatum & poteſtatum ſecularium ſunt tantummodo. Propriè autem Regum vel Principum præcepta ſignum certum non habent in exordio: ſed quod facere collibuerit, vel crucem, vel chriſmon, vel literam quamlibet circundatam ſerpentibus, vel quodlibet aliud. Solet autem prima linea præceptorum*

*longis & æqualibus literis ſigurari. Initium autem præ- ceptorum hujuſmodi eſt : In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis HE. gratia Dei Imperator Auguſtus. Poſt hæc introducetur perſona Imperatoris loquentis, redden- tiſque cauſam, quâ inductus voluerit illud Præceptum ſtatuere, dicens, Regiæ competere poteſtati (al. pietati) ut talium virorum, quibus ipſe rogatus ſit, non debeat contemnere preces, vel aliam quam voluerit cauſam. Poſt hæc quod loco vel homini illi ſua auctoritate concedat. In fine erit locandum, Ut quicunque contra illius præ- cepti decretionem fecerit, mille auri optimi libras, vel tale quid, quod inſtituere Imperator voluerit, perſol- vatur, medietatem Regi, & medietatem loco vel homi- ni. Poſt hæc adjiciendum eſt, quod Imperator propria manu ſubſcripſerit, & proprio ſigillo ſignari juſſerit. In fine Monogramma eſt ponendum, in quo nomen Imperato- ris, & Imperatoris Auguſti, & Dei gratia connexum habeatur, vel alia quæ Imperatorem deceant : Signum Domini Ottonis Sereniſſimi Imperatoris. Poſt hæc ſic : Henricus Cancellarius * Vreg Vercellenſis Epiſcopi reco- gnovi. Factum anno Dominicæ Incarnationis M. Indi- ctione VI. anno verò ejus Imperatoris regni XII. Actum Romæ feliciter.* Hæc deſunt in MS. Navarræo.

PRÆCINCTA, *Præcinctum*, Ambitus, fines ac limites intra quos locus quiſpiam *præcingitur*, concluditur. Vita S. Frontonii in Vitis Patrum n. 8. *Et abierunt per viam juxta præcinctum montis, euntes ſoli.* Ubi quædam editiones habent *præcinctorium*. Charta Vin- dictiani Epiſcopi Cameracenſis apud Miræum in Di- plomat. Belg. lib. 1. c. 5. *Non aliquis præſumat in bis quæ diximus, aut in villis inibi pertinentibus præ- cinctam habentibus, inferre aliquam moleſtiam*, &c. Charta Henrici Imp. an. 1101. in Hiſt. Lobienſi lib. 9. p. 400. *Ambitum quoque Monaſterii, quem præ- cinctum vocant, ſicut ab eodem Imperatore Ottone de- terminatus eſt, nos quoque concedimus, ut ſint undique termini, rivulus videlicet*, &c. Charta Philippi Re- gis Franc. an. 1065. ex Tabulario S. Petri Haſno- nienſis: *Supplicaverunt, ut præcinctum parochiæ totius villæ Haſnonienſis — ab omni exactione abſolutum fir- maremus.*

PRÆCINCTURA, Exactio, teloneum, vectigal. Charta Otheboldi Abbatis Gandenſis : *Sed & præcincturas, & telonea in omni regno ſuo nobis — indulſit.* Apud Du- cheſnium in Hiſt. Limburgenſi p. 25.

PRÆCINCTORIUM, Veſtis ſacerdotalis. In veteri Miſſa ab Illyrico edita habetur oratio *ad Præcinctorium*, cùm illud ſcilicet induit Epiſcopus, ſacra facturus : *Præcinge me, Domine, virtute, & pone immaculatam viam meam.* Ubi Cardinalis Bona *Præcinctorium* eſſe ait, quod Honorius lib. 1. c. 206. *Subcingulum* ſive *Subcinctorium* vocat, ſolumque Romanum Pontificem eo uti, cùm ſolemniter celebrat, eſſeque inſtar parvi cujuſdam manipuli, è ſiniſtro latere pendens : illudque videri quod Græci *ἐπιγονάτιον* vocant, formæ quadrangu- laris palmi & dimidii ex utroque latere, quod è zona appenſum geſtatur, & ſolis Epiſcopis ratione digni- tatis permittitur.

PRÆCIPITARIA, *Præcipitatoria*, Aries, machina bellica, quæ muros præcipitat & diruit : pro *petraria*. Matth. Pariſan. 1242. p. 396. *Ipſi igitur dictum Caſtrum ſo- lito acerbius impugnantes, tam truculenter, tam infati- gabiliter erectis mangonellis flagellarunt, compoſitis pe- trariis diſſiparunt, compactis præcipitariis impegerunt*, &c. Idem an. 1248. p. 502. *Muros & caſtra civi- tatis mangonellis, petrariis, & præcipitatoriis undique erectis flagellarunt.*

PRÆCIPITIUM, ipſa præcipitatio, in Concil. Bracca- renſi an. 593 c. 16. præſertim pœna *præcipitationis*, quâ reus ſententiâ judicis de excelſo aliquo loco præci- pitatur, olim recepta, ut obſervatum à Petro Fabro lib. 1. Semeſtr. cap. 18. falſumque eſſe quod tradit S. Auguſtinus tract. 11. in Evangel. Joannis, hocce ſupplicii genus veteribus inauditum : *Quando poteſta- tes Romanæ talia ſupplicia decreverunt, ut præcipita- rentur homines?* Infra : *Poteſtates Romanæ nunquam talibus ſuppliciis uſæ ſunt.* Certè poſterioribus ſæculis in uſu fuiſſe complura oſtendunt exempla, in vita S. Kentigerni Epiſcopi Glaſcuenſis n. 3. apud Continua- torem Aimoini lib. 5. cap. 53. Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 123. Herimannum de Re- ſtaurat. S. Martini Tornacenſis cap. 85. Ordericum Vitalem lib. 12. p. 885. Will. Malmeſburienſem lib. 5. p. 155. Autorem Geſtorum Ludovici VII. cap. 3. Gaufridum Villharduinum n. 163. Joannem Cinna- mum lib. 6. n. 2. p. 129. Pachymerem lib. 9. cap. 26. Laonicum lib. 1. p. 23. edit. reg. &c. Huc etiam ſpectat Charta Henrici Ducis Brabantiæ pro Commu- nia Bruxellenſi an. 1229. *Qui falſe menſuraverit, præ- cipitabitur.*

In præcipitia jactari, apud Julium Firmicum lib. 3. cap. 5. Concilium Bracarenſe I. c. 16. *De his qui ſibi mor- tem violentam inferunt per præcipitium.*

PRÆCLAVA, *Præclavium*, *παρυφὴ*, *Prætexta*, in Gloſſ. Gr. Lat.

PRÆCLUIS, *Inclytus, valde glorioſus*, Papiæ. Nizo Abbas in Vita S. Baſini Archiep. Trevir. n. 4. *Crevit puſio præcluis, ſuorum natalium, vita dulcedo pariter & gloria.* Occurrit præterea apud Martianum Capel- lam lib. 1. Bonifacium in vita S. Livini Epiſc. cap. 2. Suenonem in Hiſt. Danica cap. 2. 3. 5 &c.

Præcluere. Auſpicius Epiſcopus Tullenſis ad Arboga- ſtem Comitem : *Et geminato lumine ſic præcluis om- nibus.* Utitur etiam Terentianus Maurus;

Et qui venuſta præcluent comœdia.

Vide *Cluis*.

PRÆCO, Prætor ſeu Judex Urbanus, *Major*, noſtris *Maire*. Charta Donationis Burgi Angeriacenſis Ab- bati S. Joannis à Guillelmo Duce Aquitaniæ factæ an- no 1048. apud Beſlium p. 430. *Ipſe etiam Abbas habet in villa credentiam 15. diebus : habet etiam Præconem in villa*, &c. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 55. *Super Illuſtrium vitam, & eorum ſanitatem, nemo judex exi- ſtit, niſi Imperator. Super vitam Bannitorum condemna- torum, nullus niſi verus Præco judicabit.* Art. 56. §. 1. *Præco communis, cùm à judice & Scabinis fuerit electus, Regi tenetur fidem facere ſecundum jus Liberorum.* Art. 61. §. 3. *Præco ad minus dimidium manſum habere debet proprietatis. Omnes illius juriſdictionis ab ortu ſolis, ſi judex ibi fuerit, uſque ad meridiem judicium debent ex- ſpectare.* Præcones verò ejuſmodi ex Liberis hominibus quos *Proprietarios* vocabant, eligebantur, ut eſt in lib. 1. art. 2. §. 5. Concilium Saltzburgenſe an. 1281. can. 15. *Statuimus — contra Patronos, & judices & Præco- nes editum, qui bona invadunt decedentium Clericorum*, &c. Adde Metropolim Saliſburgenſem to. 2. p. 30. 574 to. 3. p. 398. 409. Charta Friderici II. Imp. an. 1193. pro Monaſterio S. Quirini Tegerneſehenſi : *Scul- tetos & præcones de cætero nullos inſtituat, ad quod offi- cium Abbas viros aptos quos voluerit provideat*, &c. Conſuetudines Ackenſes an. 1231. in eod. Tabulario S. Bertini : *Præco verò Choræ neminem pandare poteſt, niſi per judicium Chormannorum.* Id eſt *Major villæ*. Infra : *De vino vel cervìſia male menſuratis, quinque ſolidos, de quibus habebit Præpoſitus duos, Choræ 2. ſo- lidos, & Præco 12. denarios.* Neſcio an hac notione *Præconem* intellexerit Gauterius de Bellis Antiochenis pag. 443. *Dux igitur Vicecomitem (Antiochiæ) ad ſe vocari jubet, Vicecomes Prætorem, Prætor Præconem, Præco Judicem*, &c.

Præconatus, *Majoratus*, Gall. *Mairrie*. Tabul. S. Ber- tini ch. 109. *Recognoverunt ſe vendidiſſe — & ad le- gem werpiviſſe cum omnibus ſolemnitatibus quæ in vendi- tionibus & werpitionibus ſolent & debent adhiberi pro evi- denti neceſſitate ſua Præconatum, ſive Majoratum, ter- ras, nemora, & alia quæcumque habebant, & habere conſueverant in dominio de Arques*, &c. Charta Gervaſii de Caſtello-novo an. 1286. in Tabul. Monaſt. S. Vin-

centu de Nemore: *Cuſtodiant, & ab omni læſione prælegant, videlicet de meo proprio Præconatum caſtri novi de dono Garzonis Bruſte, Præconatum Brueroliarum de dono Nicolai Gardin.*

Præco, Apparitor, viator, Italis *Commendador*, noſtris *Sergent*: in Statutis Venetis an. 1242. lib. 1. c. 14.

Præcones, Circulatores, in Canonib. Hibern. lib. 42. c. 15.

PRÆCONARE, *Præconari*, *Præconizare*, Prædicare, extollere, *Preconiſer*. Gloſſ. Gr. Lat. κηρύσσω, *Præcono, prædico*. Martianus Capella lib. 17. *Ingreſſuros etiam cunctos nominatim vocabat fama præconans.* S. Eulogius lib. 1. Memorial. Sanct. *Solvite divinis laudibus ora, ſummique Redemptoris beneficia extollentes, præconate & dicite*, &c. Infra: *Qui liber — veſtrorum actuum glorioſam memoriam præconatur.* Adde lib 2. cap. 1. lib. 3. c. 13. *Præconari* etiam dixit Honorius Auguſtodunenſis lib. 3. cap. 1. Vide S. Maximum Homil. 1. de Natali Domini, Petrum Bleſ. Homil. 6. Joannes Sariſber. lib. 7. Policrat. c. 19. 23. & aliis locis, Hermannum de Reſtaurat. Monaſt. S. Martini Tornacenſis cap. 114. Eadmerum lib. 2. Hiſt. Novor. Acta S. Foranni Abb. n. 5. Acta Archiep. Rotomagenſ. p. 447. &c.

Præconari, alia notione. Anonymus lib. 4. de Miraculis S. Benedicti cap. 12. *Quidam ruſticus, dum Sacerdote ex more præconante, audiſſent celebrem ſolemnitatem tranſlationis patris Benedicti annuntiari, — parvipendens ejuſdem præceptum Sacerdotis, qui juſſerat omnes parochiales ſuos eſſe feriatos, ſtatuit eo die agricultura operam dare*, &c. Ubi *præconari*, eſt quod dicimus *Faire le Prône*: adeout non tam improbanda ſit Salmaſii ſententia, quam attigimus in Deſcrip. Ædis Sophianæ n. 81. qui poſtremam hanc noſtratem vocem à *præconium* deducendam putavit.

Præconabilis, Prædicabilis, prædicandus. Idem Elogius lib 1. *Præconabili ſtylo.* Idem in proœmio Documenti Martyrii: *Siquidem præconabilis eſt virorum victoria, excellentior tamen fœminarum extollitur palma.* Et lib. 1. Memor. Sanctor. *Non tamen parvipendenda eſt invictiſſimi illius Joannis conſtantia præconabilis.*

Præconizare. Vitæ Abbatum S. Albani: *Præconizabat eum — Conventum conculcaturum.*

PRÆCORDIUM, numero ſingulari, non ſemel occurrit apud vet. interpretem Epiſtolæ S. Barnabæ, ubi Græca habent καρδίᾳ.

PRECUM. Charta anni 1146. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus: *Caſtellum de Cereta cum muris & munimine, & placito, & diſtricto, & preco, dederunt*, &c. Occurrunt eadem verba rurſum.

PRÆCURSUS. Vide *Percurſus*.

PRÆDA, *Prædam vaſtare*. Lex Alamannor. tit. 25. *Si homo aliquis gentem extraneam infra provinciam invitaverit, ubi prædam vaſtet hoſtiliter, vel domos incendat*, &c. Ita editio etiam Heroldi: at Tiliana habet, *prædia vaſtet*, &c.

Prædas gerere, Prædari, ληΐζειν, apud Anaſtaſ. in Hiſt. Eccleſ. p. 54.

Præda viva. Florentius Wigornienſis an. 1038. *Pedeſtres in flumen — navibus devehuntur: equeſtres verò vivam prædam per terram minantur.* Neſcio an *viva præda* dicatur eadem notione qua *viva guerra*, in Concilio Toloſano an. 1228. cap. 8. *Sed ei, ſicut & aliis faciens vivam guerram.* Phraſis Gallica, *Faire une vive guerre.*

PRÆDARE, Semper dare, apud Cælium Aurelian. lib. 3. Acut. cap. 14.

PRÆDARIA, Charta Guillelmi Marchionis Montisferratian. 1156. apud Guichenonum in Bibl. Sebuſ. Cent. 1. cap. 93. *Vel à præfatis omnibus exigere placitum, diſtrictum, bannum, fodrum, albergariam, prædariam, arimanniam, angariam*, &c. Fortè leg. *prædariam*, à *pradis*, ſeu pratis.

PRÆDECARIUS. Charta Widonis Imper. an. 892. apud Ughellum to. 2. Ital. ſacræ p. 121. *Ita ut auctoritatis noſtræ præcepto firma & ſtabilia maneant, cum Cancellariis, quos perpetua & jugi conſuetudine temporibus anteceſſorum Epiſcoporum prædicta Eccleſia de Clericis ſui Ordinis adſcribendis ſua poteſtati libellos & prædecarios habuit*, &c. pro *precarios*, ut videtur.

PRÆDIATUS, Prædiorum dives, apud Baldricum Noviom. lib. 1. Chron. Camerac. cap. 32. 38. Utuntur etiam Martianus Capella lib. 1. p. 16. Apuleius lib. 4. Florid. & alii. Joanni de Janua, *Prædiatus*, dicitur *Deus prædiorum, ſcilicet Saturnus.*

PRÆDICARE, Verbum facere ad populum, concionari in Eccleſia, Gallis *Prêcher*. Concilium Vaſenſe II. c. 2. *Si Preſbyter, aliqua infirmitate prohibente, per ſeipſum non potuerit prædicare, ſanctorum Patrum homiliæ à Diaconibus recitentur.* Cyprianus in vita S. Cæſarii Arelatenſis: *Docuit præterea memoriter, quamdiu potuit, altaque voce ſemper in Eccleſia prædicavit*, &c. Vide Concilium Arelat. VI. cap. 10. Aquiſgran. can. 82. Moguntiacum cap. 25. Pontigonenſe an. 876. cap. 7. Capitul. 1. an. 810. c. 5. Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 82. 160. Durandum lib. 4. Ration. cap. 26. &c.

Prædicatio, Concio ad populum. Meſſianus in Vita S. Cæſarii Arelat. *Clericali habitu ad altare venit, ubi poſt prædicationem, quam non ſolum in civitate, ſed etiam in omnibus parochiis cùm potuit per ſe memoriter facere non diſtulit*, &c. Lex Longob. l. 3. tit. 1. §. 8. *Et ut* (Epiſcopi) *prædicationes & confirmationes ibi expleant.* Adde Concilium Valentinum III. an. 853. cap. 22. Concilium Ticinenſe ejuſdem anni, initio, Capitularia Regum Franc. paſſim, &c.

PRÆDICATOR, pro Epiſcopo, non ſemel apud Avitum Vienn. Epiſt. 47. & alibi.

Prædicatorum Ordo inſtitutus à S. Dominico, de cujus origine & initiis ita præ cæteris Guillelmus de Podio Laurentii de Bellis Albigenſium cap. 10. *Continuato itaque biennio & ampliùs hoc labore, cùm accenſum ignem per hanc viam extinguere non valerent benedicti Dei pugiles, attendentes quod res ita altiori conſilio indigeret, clamare ad Sedem Apoſtolicam ſunt coacti, & ut cœpta prædicatio remaneret, de ordinandis perpetuis Prædicatoribus eſt proviſum inſpirante Domino: & hac de cauſa ſub Beato Epiſcopo D. Fulcone Ordo Prædicatorum principaliter eſt exorſus, quorum vexillifer Beatus Dominicus prælationem ſuſcepit pariter & laborem*, &c. A quo verò *Prædicatorum* nomen iis potiſſimum inditum, refert Cantipratanus lib. 1. de Apib. cap. 9. n. 5. & ex eo Michaël Scotus lib. 4. Menſæ Philoſophicæ cap. 37. Adde Chronicon Montiſſerem p. 137.

PRÆDICABILIS, Prædicandus, laudandus, in l. 2. 7. C. Th. de Famoſ. libell. & l. 6. Ad leg. Juliam repetund.

PRÆDITUS, Prælatus. Veteres Gloſſæ: *Præditus, probatus antepoſitus.* Gloſſ. Gr. Lat. προεστώς, *Præpoſitus, præditus.* Προΐσταμαι ἀρχῆς, ὑπὸ ἀξίας, *Præditus eſt* Ita emendant viri docti pro *præductus*. Gloſſæ antiquæ MSS. *Præditus, ornatus, ſublimatus.* Apuleius de deo Socratis: *At ubi vita edita remeandum eſt, eundem illum qui nobis præditus fuit, raptare & trahere veluti cuſtodiam ſuam ad judicium.* Utitur etiam aliis locis.

PRÆDIUM. Vide *Alodium*.

PRÆDUCTUS *eſt*, Προΐσταμαι ἀρχῆς, ὑπὸ ἀξίας, in Gloſſ. Gr. Lat. Rurſum: προΐσταμαι ἀρχῆς, *Præeo.* Προϊστάμενος, *Præpoſitus.* Vide *Præditus*

PRÆDULATI *ſolidi*, ſeu *prædolati*. Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 28. *Lando & Adelmarius Gaſtaldei ejus exportaverunt ſolidos prædulatos duo millia.* Ignotus Caſinenſis cap. 10. *Suſtulit idem Siconolfus prædolati ſolidos duo millia.*

PRÆFATIO, Pars Miſſæ, ſeu Liturgiæ ſacræ: ſic dicta, quia eſt prælocutio totius orationis ſecuturæ, & ad ſacrificium præparatio, inquit Amalarius in Eclogis, & ex eo Durandus lib. 4. cap. 33. Addit Papias, *à te igitur, uſque ad Agnus Dei; in hac enim præloquitur grates laudeſque Deo Sacerdos, ut melius ad conſecrandum Chriſti corpus poſſit accedere.* Ugutio: *Præ-*

fatio, quod præcinitur ante Sacramentum Corporis & Sanguinis Chriſti. Alcuinus lib. de Divin. Offic. *Huc uſque Præfatio, id eſt prælocutio & allocutio populi, hinc ſequitur exhortatio, Surſum corda.* Præfationis uſum jam inde ſub Apoſtolis obtinuiſſe colligere eſt ex Clemente l. 8. Conſt. Apoſt. c. 16. vel certè antiquiſſimum eſſe evincunt Cyprianus de Orat. Dom. Cyrillus Hieroſ. Catech. 5. Chryſoſt. in Liturg. & Homil. de Euchar. in Encæniis 18. & alibi paſſim, S. Auguſtinus c. 3. de Vera relig. cap. 16. de Bono vid. de Civit. Dei lib. 10. cap. 4. & lib. 14. cap. 13. Concil. Milevitan. II. can. 12. Pelagius II. PP. in Epiſt. ad Epiſcop. German. & Galliæ, ubi novem Præfationes cantari conſtituit, quas in Ordine Romano inſcriptas obſervare eſt, unam in Albis Paſchalibus, aliam de Aſcenſione Domini, tertiam de Pentecoſte, quartam de Natali Domini, quintam de Apparitione Domini, ſextam de Apoſtolis, ſeptimam de Trinitate, octavam de Cruce, nonam in jejunio & Quadrageſima. Gregorius decimam de S. Andrea adjecit: denique Urbanus II. PP. undecimam de S. Maria. Vide Concilium Weſtmonaſterienſe an. 1175. can. 14. Copriniacenſe can. 22. Præcepta Synodalia Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. Synodum Bajocenſem an. 1300. can. 18. Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 41. 89. 101. 120. Beletum cap. 45. Menardum ad Sacrament. Gregorii M. p. 25. Card. Bona lib. 2. Liturg. c. 10. &c.

PRÆFECTIANI, Apparitores, ſeu Apparitores Præfecti Prætorio, de quibus eſt tit. in Cod. Th. & Juſtin. quorum mentio alibi in utroque Codice non ſemel occurrit, ut & apud Ammianum, & alios. Synodus Mopſueſtana in Quinto Concilio Conſtantinopolitano Collat. 5. *Præfectianus ſum, in hac civitate natus.* Anaſtaſius in S. Hormiſda: *Tunc Imperator repletus furia ejecit eos per poſterulam, & impoſuit eos in navim periculoſam cum militibus & Magiſtrianis, & Præfectianis,* &c.

PRÆFECTORIÆ *Civitates*, quæ à *Præfectis* ſeu *Comitibus* reguntur, vel quæ iis in beneficium conceſſæ ſunt. Charta Ottonis II. Imp. an. 974. apud Nicol. Zilleſium: *Bannum & fredas nulli niſi Abbati perſolvat, nulluſque niſi Abbatis, vel ab eo conſtitutorum placitum attendat, & in ſingulis civitatibus Imperialibus vel Præfectoriis liberam poteſtatem habeant intrandi & exeundi, vendendi & emendi, paſcendi & adaquandi, eique opera Imperialia vel Comitialia funditus perdonamus.* Aliæ Ottonis III. an. 990. & Henrici II. Impp. an. 1005. apud eundem, habent, *in ſingulis civitatibus regalibus vel præfectoriis*, &c.

Præfectoria dignitas, Comitalis. Vita B. Wolphelmi Abbat. n. 34. *Vir quidam genere nobilis, ſed moribus nobilior, Burchardus nomine, præfectoriæ dignitatis,* &c.

PRÆFECTURIUS. Pulcharem *Præfecturium Amalfitanum*, quem etiam *Glorioſi* titulo cohoneſtat, non ſemel memorat Joannes VIII. PP. Epiſt. 39. 50. 51. 52. *Præfectus* appellatur in Epiſt. 209. *Præfectorius*, in Epiſt. 227. Iſtius Pulcharis alicubi meminit Leo Oſt.

PRÆFECTI *Aulæ*, vel *Palatii*, dicti *Majores domus* Aulæ Francicæ. Hugo Flaviniac. in Chron. *Opes quippe & redditunm affluentia, regni adminiſtratio ſeu omnia quæ vel domi vel foris agenda ac diſponenda erant, penes Præfectos Palatii, qui Majores domus dicebantur, manebant.* Infra de Pipino: *Ex Præfecto Palatii Rex conſtituitur.* Rurſum, *Præfectorum, qui & majores domus dicebantur, improba licentia.* Urſinus de Geſtis S. Leodegarii: *Ut omnes ſe gratularentur Regem habere Chilpericum, & Palatii Præfectum Leodegarium. Erchinoaldus Præfectus*, in Vita MS. S. Godonis Monachi S. Wandregiſili. Venericus Vercellenſis de Unitate Eccleſiæ conſervanda: *Major domus in Regno Francorum, hoc eſt Præfectus Palatii.* Vide to. 1. Hiſt. Franc. p. 784. & Felicem Oſium ad Muſſatum p. 56. Theodulfus Aurelian. lib. 6. Carm. in Epitaphio Helmengaldi.

Namque Palatinæ fuit hic Præfectus in aula,
Dum regeret Carolus ſceptra ſerena pius.

Præfectorii. Radulphus de Diceto p. 608. *Cujus* (Chlodovei) *ſucceſſores in regno Francorum, non juxta lineam conſanguinitatis ordine ſucceſſorio ſucceſſerunt aſſiduè, ſed pro nationum varietate primitus Merovingi, poſtmodum Præfectorii, demum agnominati ſunt Capaticii,* &c. Ubi per *præfectorios* innuit familiam *Præfectorum* Palatii, ſeu *Majorum domus* Franciæ, quorum dignitas *Præfectoria adminiſtratio* dicitur in Vita S. Anſberti Epiſcopi Rotomag.

Præfectus pacis, in l. 1. Cod. de Pignoribus. Vide *Pax.*

Præfectus villæ, in Legibus Edw. Confeſſ. c. 28. qui ibidem *Præpoſitus villæ* dicitur. Vide *Villicus.*

Præfectus Hundredi, in iiſdem Legibus Edw. Confeſſ. cap. 28. *Præpoſitus Hundredi*, ibidem c. 35. ubi de eorum munere & officio. Vide *Hundredus*

PRÆFECTURÆ, in Italia vocabantur, in quibus & jus dicebatur, & nundinæ agebantur, in quas *Præfecti* quotannis mittebantur, qui jus dicerent, cum magiſtratus ſuos non haberent; ut eſt apud Feſtum: quomodo ſanè *Præpoſituras, Præfecturas* vocat Statutum Philippi Pulchri Regis Franc. an. 1202. pro reformatione regni cap. 10. *Si contingat quod aliqua de Præfecturis noſtris vendatur, vel tradatur ad firmam,* &c. Mox *Præpoſitura vocatur.* Vide *Præpoſitus.*

Præfectura, apud Agrimenſores, dicuntur aſſignata in alienis finibus loca à coloniis dependentia, ut apud Aggenum de Limit. agror. quicquid perticæ ſive univerſitati applicitum eſt ex alterius civitatis fine, apud Frontinum. Vide Rigalt. ad Agrimenſores, & Salmaſium ad Solinum p. 673.

PRÆFERENTIA. Charta an. 1062. ex Tabulario Monaſt. Conchenſis in Ruthenis deſcripta à v. cl. Jac. Petito: *Seniores verò Panatenſium dederunt decimam de ipſo manſo, & ſepulturam, & præferentias, & totum uſum quem ibi habebant.*

PRÆGNUS, pro *prægnans. Prægnum jumentum*, in Lege Alemann. tit. 72. §. 3. tit. 73.

PRÆJURAMENTUM. Vide *Antejuramentum.*

PRÆLATUS, Magiſtratus qui populis præeſt. Gloſſæ veteres: *Prælati, Antepoſiti.* Extat S. Valeriani liber *de Prælatis*, id eſt principibus ſecularibus.

Prælatus, Præfectus Eccleſiæ, quomodo hodie Epiſcopos vocamus, qui προεστῶτες Juſtino Mart. *Præſidentes* Tertulliano lib. 3. de Corona c. 3. dicuntur. Extat Cypriani Opuſculum *de Simplicitate prælatorum.* Ita etiam appellantur quivis inferioris dignitatis rectores, ut plebani & curiones. Vide Lindewodum ad Provinciale Cant. lib. 2.

Prælata. Regula Sanctimonialium c. 7. in Synodo Aquiſgranenſi: *Noſſe etenim eas oportet, quia non ideo prælatæ ſunt, ut ſe ſolummodo, ſed potius ut ſe, ſubditaſque paſcant,* &c.

Prælatia, Dignitas Eccleſiaſtica. Ingulfus pag. 897. *Per Monachos dignitatum & prælatiarum nimium ambitioſos.*

Prælatio. Eckehardus Minimus de Caſibus S. Galli cap. 6. *Præpoſituras verò vel Decanias, aut alicujus ordinis officium nunquam concupivit, dicens prælationem, ſæpius ſuperbiam, arrogantiam, diſcurſus, & multiloquia comitari.*

Prælatura. Manegoldus Decanus, apud Goldaſtum: *De omnibus prælaturis, officiis, beneficiis, ſeu adminiſtrationibus quibuſlibet Monaſterii noſtri,* &c.

PRÆLIUM. Vide *Hoſtis.*

PRÆLOCUTOR, Advocatus, Patronus, Cauſidicus: in Regiam Majeſtatem l. 1. cap. 11. &c. in Legibus Baronum Scoticor. ſeu Quoniam attach. cap. 35. §. 1. cap. 57. §. 5. in Statutis Roberti I. Reg. Scotiæ part. 1. c. 15. & ſeq. p. 2. cap. 28. *Prolocuteur*, in Stylo Leodienſi cap. 3. 10. 14. 15. &c. Interdum *Prolocutor* dicitur. Charta Eberhardi Epiſcopi Saltzburg. in Chron. Reicherſperg. an. 1160. *Prædia — aſſignentur*

tur Advocatis talibus, à quibus in placitis judicialibus proloqui defenſionem poſſint e vicino habere: ne longinquos Advocatos advocandi vel impoſſibilitas vel difficultas in detrimentum veniat, & abſque legitimo prolocutore prædia, quæ impugnantur, Eccleſia perdat. Vide p. 293. Philippus Epiſcopus Eyſtetenſis in Vita S. Willibaldi c. 24. *Et in celebratione Concilii tanquam verus Cancellarius ac prolocutor Concilii à dextris Archiepiſcopo proximus aſſidebat.* Matth. Paris an. 1254. p. 592. *Prolocutor domini Regis*, qui noſtris *Advocatus Regius*. Chronicon Morimacenſe lib. 2. *Ipſo Rege prolocutore, Archiepiſcopo Senonenſi de Abbate clamorem faciunt.* Adde Monaſticon Ciſtercienſe p. 263. 333. Vide in v. *Narrator*. *Avantparliers* dicuntur prælocutores, in Aſſiſis MSS. Hieroſolymit. cap. 68. *Et aprés doivent encharger à lor avantparlier, que il diem por eaus que il furent &c. — & lors l'avantparlier doit dire pour eaus, Sire, &c.* Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. cap. 14. *Quant aucuns à bonne defenſe & loians, li Avocaz & li avantparlier doit mettre avant, & propoſer en jugement ſes defenſes. Parliers*, & *avantparliers*, in Statutis Leodienſ. art. 96. 100. & in Magno Recordo Leodienſi p. 118. 119. *Emparlier*, apud Petrum de Fontaine cap. 10. &c. *Li emparlier defendent les plaideurs dehors. Office d'emparlerie*, ibidem. Joann. de Condato MS.

Cele ki lor emparlier ere
Reſpondi, &c.

Vide Caſaubonum exercit. 15. in Baron. cap. 5. De voce verò *Proloquium*, apud Rhetores, Vide Martianum Capellam p. 98. 121.

PRÆLONUM. Vide *Ploum*.

PRÆMUNIRE, pro *Præmonere*. Submonere, citare, in jus vocare, apud forenſes Anglos: unde celebris illius Brevis Regii nomen manavit, *Præmunire facias*. Jorvalenſis in Vita Regis Ethelredi: *Alfricus Conſul facit ecrum exercitum de inſidiis regiis præmuniri.* Mox: *Daci omnes præmuniti evaſerunt.*

PRÆMUNITATES, Immunitates, privilegia, in Bulla Honorii III. PP. an. 1205. in Bullario Caſinenſi tom. 2. p. 250.

PRÆNOSTICUS, Præſagus, præſcius. Henricus Roſla in Herlingsberga:

Mens eſt quippe viri prænoſtica ſæpe futuri.

PRÆNOTARIUS, qui Notarii, ſeu Grafiarii, vel Vicenotarii officio fungitur, *Adjutor* Notarii. Fleta lib. 2. cap. 13. §. 15. de Cancellario Angliæ: *Habet etiam Clericos ſuos prænotarios in officio illo.* Cap. 36. §. 1. *In hac etiam Curia ſunt Clerici prænotarii & Curſarii qui placita irrotulant.* Adde lib. 4. cap. 9. §. 2. & Radulfum de Hengham in Magna cap. 6.

PRÆPARARE alterum, diceba ur is cui cùm facultates ſibi ſat amplæ haud eſſent, ut ipſemet *in hoſtem* pergere poſſet, ſimilis fortis ac conditionis viros pro poſſe in armis ac inſtructu bellico adjuvabat. Capitulare an. 807. edit. Baluzianæ c. 2. *Ubicunque autem inventi fuerint duo, quorum uniſquiſque duos manſos habere videtur, unus alium præparare faciat, & qui melius ex ipſis potuerit, in hoſtem veniat.* Occurrit ibi pluries, & c. 5. 6. Huc pertinet Capitulare 1. an. 812. c. 1. *Qui verò 3. manſos de proprio habuerit, huic adjungatur unus, qui unum manſum habeat, & det illi adjutorium, ut ille pro ambobus ire poſſit.* Adde c. 6. & Capitulare an. 818. c. 7.

PRÆPARATIO. Hariulfus lib. 3. cap. 3. *Baculus auro, argento, & cryſtallo paratus 1. præparatio baculi unus ex cryſtallo 1. &c.* Fortè pro *ornamentum*. Vide *Parare*.

PRÆPORTARE, Portare antè. Chronicon Montisſereni an. 1134. *Imperatori ad Eccleſiam procedenti, circulo decoratus aureo, gladium præportavit.* Atque ita legendum infra an. 1135. *Ubi etiam Bolizlaus gladium Imperatoris præportavit*, pro *reportavit*.

PRÆPOS, Papiæ, *Valde potens*. Ex quo emendandæ Gloſſæ Iſidi quæ habent *Prepos*. Idem etiam valet quod *Compos*. Vita MS. S. Magnobodi Epiſc. Andeg. c. 11. *Sanum & vita præpotem reddit parentibus.*

PRÆPOSITOR. Ebrardus in Græciſmo c. 9.

Eſt homo Præpoſitor, qui præ me fercula ponit,
Et qui deponit ſit tibi Depoſitor.

PRÆPOSITI, Scriptoribus Eccleſiaſticis, dicti præcipuè Antiſtites, cæterique qui Eccleſiis præſunt, ut apud Cyprianum lib. 1. Ep. 5. lib. 5. Ep. 6. lib. 3. Ep. 21. lib. 5. Ep. 6. 73. in Concilio Carthag. III. c. 45. Carthag. V. c. 13. &c. ἀρχιερεῖς, apud Juſtinum Mart. Apol. 2. Concil. Aquiſgran. c. 139. *Quamvis omnes qui præſunt, Præpoſiti dicantur* &c. Ita Abbates *Præpoſiti* dicuntur Bedæ in Vita S. Cuthberti n. 24.

Præpoſitus, Dignitas in Eccleſiis Cathedralibus. Ebrardus in Græciſmo c. 9.

Eccleſiarum Præpoſitus fit, ſive Scholarum.

Hujus munus deſcribitur ab Ebone Remenſi Archiep. in Indiculo de Miniſtris, edito à Colvenerio poſt Flodoardum, in Concilio Aquiſgran. c. 139. & apud Chrodogangum in Regula Canonic. c. 46. Fragmentum Hiſtoricum editum à viro doctiſſimo Joanne Mabillonio to. 1. Analector. de Concilio Aquiſgranenſi ſub Ludovico Pio: *Statuerunt pro Canonicis, qui tunc ſub præpoſitis vivebant*, &c. Ejuſmodi Canonicorum Collegia, quibus præſunt *Præpoſiti*, compluta extant etiamnum hodie in Germania, quæ vulgo *Præpoſituræ* nuncupantur. Vide Albertum Stadenſem an. 1001. 1050. &c. Eſt etiam

Præpoſitura, Præpoſiti dignitas. Adamus Bremenſis cap. 181. *Præpoſituram majorem Epiſcopi ſervus ejus quidam Suidger adminiſtravit.* Adde cap. 187.

Præpoſitatus, in Bulla Urbani II. PP. an. 1096. in Hiſt. Epiſcopor. Cadurc. n. 70. & in Concilio Rothomagenſi an. 1189. c. 10.

Præpoſiti in Monaſteriis, ſecunda poſt Abbatem, dignitas, ut eſt in Addit. 1. Capitul. c. 31. 55. qui hodie *Prior* dicitur. Vigilius Diaconus in Regula Orientali cap. 3. *Ille verò qui ſecundum ordinem diſciplinæ ordinatione Abbatis ex conſilio & voluntate omnium fratrum fratribus præpoſitus eſt, omnem ad ſe curam de diſciplina fratrum, & diligentiam Monaſterii revocabit, habens poteſtatem Abbate abſente omnia quæ Abbas præſens facit.* Adde Regulas S. Benedicti cap. 65. S. Ferreoli cap. 17. Tarnatenſem c. 23. S. Iſidori cap. 6. 17. S. Fructuoſi cap. 3. Magiſtri cap. 11. Statuta Lanfranci ſect. 11. cap. 3. Capitula Monachorum S. Galli an. 817. c. 14. 30. edit. v. cl. Stephani Baluzii, Ratpertum de Caſib. S. Galli cap. 15. &c.

Præpoſita, eadem dignitas in Monaſteriis Sanctimonialium, Abbatiſſæ proxima, in Regula Sanctimonialium canonicè viventium cap. 24. Vita S. Auſtrebertæ virgin. n. 9. *Eligentibus cunctis, conſentiente matre, licet invita Præpoſita conſtituitur.* Vide Regulam cujuſdam ad Virgines cap. 2. Regulam Donati ad virgines cap. 5. Rudolfum in Vita S. Liobæ c. 3. &c.

Præpoſitus, Cellæ ſeu obedientiæ monaſticæ ab Abbatia dependentis Præfectus. S. Hieronymus præfat. in Regul. S. Pachomii n. 2. de Tabennenſ. Monachis: *Habent per ſingula monaſteria Patres & Diſpenſatores, & Hebdomadarios, ac miniſtros, & ſingularum domorum Præpoſitos; ita ut una domus quadraginta plus minuſve fratres habeat, qui obediant Præpoſito, ſintque pro numero fratrum triginta vel quadraginta domus in uno Monaſterio*, &c. Adde n. 6. Leo Oſtienſis lib. 3. c. 53. (al. 14.) *Reddidit Monaſterio cellam S. Benedicti de Salerno, — ſed cum amoto Abbate, Præpoſitus ibi, juxta cellarum noſtrarum morem, conſtitutus eſſet*, &c. Anonymus Floriacenſis lib. 4. de Miracul. S. Benedicti cap. 14. *Qui ætate juvenis — quarundam poſſeſſionum Floriacenſi loco ſubditarum adeptus eſt tutelam; Almericurtis videlicet, ac earum quæ ei ſubjacent. Quibus cum fere annis tribus perdurasset Præpoſi-*

tui, diſpoſuit aliquando more ſolito Floriacum reviſere, &c. Vide præterea Fulbertum Carnot. Ep. 21. Petrum Cellenſem lib. 1. Epiſt. 20. Browerum lib. 1. Antiquit. Fuldenſ. cap. 7. Doubletum p. 723. &c.

Præpoſitura, ejuſmodi *obedientiarum* munus ac functio. Burchardus de Caſibus S. Galli cap. 35. *Præpoſituras, Decanias, & alias Monaſterii obedientias ſapientibus irregulariter ablatas, — juvenibus commendabat.*

Præpoſiti, iidem qui *Advocati* & *Vicedomini* Eccleſiarum Cathedralium & Monaſteriorum, in Concilio Mogunt. c. 50. & Remenſi II. c. 24. Lambertus Ard. *Ghiſnenſis Comes factus Siſridus, villicaturam ſive præpoſituram villico & ſuis reliquit hæredibus, à quibus denuo Ardenſibus uſque ho liernum diem villicatura ſive præpoſitura ſucceſſit dominis. Unde & Ardenſis inſtaurator Eccleſiæ Egregius Arnoldus, in quibuſdam privilegiis ſuis & noſtris, invenitur Advocatus vel Præpoſitus eorum* (Monachorum S. Bertini,) *in terra videlicet Ghiſnenſium, appellatus.* Charta Chunradi Imp. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuldenſ. c. 17. *Cui primum in mandatis dedimus, ut omnes villicationes à Laicis reciperet, & per Præpoſitos ſuos, viros honeſtos & religioſos, officia diſpenſando diſponeret.* Unde patet ejuſmodi *Præpoſitos* Laicos non tam fuiſſe *Advocatos & defenſores*, quàm *villicos*, de quibus ſuo loco agimus; idque officii tranſlatum poſtea ad ipſos Monachos, vel Canonicos, qui Monaſterii vel Collegii Canonicorum bona iis addicta curarent, & de reditibus rationes inirent.

Præpoſitus. Gloſſ. Ælfrici, *Prætor, vel Præfectus, vel Præpoſitus, vel Quæſtor*: Buph- ȝeneꝼa, i. Comes urbis, burgi, &c.

Præpoſitus, Judex pedaneus, minor Judex in pagis, qui Baillivo ſubeſt, & cujus appellationes ad eundem Baillivum devolvuntur: vulgo *Prevoſt*. Statutum Philippi Pulchri an. 1302. pro Reformatione Regni art. 10. *Item volumus & ordinamus, quod nullus Seneſcallus vel Baillivus, vel alius judex quicunque, ſub ſe habeat Præpoſitum, Vicarium, ſeu Judicem, qui eidem conſanguinitatis vel nutrituræ vinculo teneatur, ne perſona prædicta, in cauſis quæ ad ipſas per appellationes pervenerint, minus fideliter debeant judicare: etſi ſint al qui, volumus eos à dictis officiis amoveri. Volumus etiam quod ſi contingat quod aliqua de Præfecturis noſtris vendantur, aut dentur ad firmam, præcipimus quod talibus commendentur perſonis quæ fideles & idoneæ reputentur, & bonæ famæ, & quæ ſint bene ſolvendo, non Clerici, non uſurarii, non infames, nec circa oppreſſiones ſubditorum ſuſpecti. Nec volumus quod præfata perſona ad prædictas Præpoſituras noſtras, ſeu adminiſtrationes inſtitui quantumcumque plus aliis in eis offerant, admittantur. Inhibentes de cætero ne Præpoſiti ad firmam Præpoſituram tenentes taxare vel judicare præſumant emendas, ſed Seneſcalli, aut Ballivi, aut Scabini duntaxat, ſecundumque locorum conſuetudines ſuadebunt. Injungentes quod in una Præpoſitura ponatur unus Præpoſitus, aut duo tantummodo, & non plures; & quod uni perſonæ non tradatur niſi unica Baillivia, Seneſcallia, Præpoſitura, Vicaria ſeu Judicatura, & tales jurabunt ſicut Baillivus & Seneſcallus.* Adde art. 41.

Ex his primò colligitur *Præpoſitos* Judices fuiſſe, à quibus appellabatur ad Baillivum: deinde eadem fuiſſe Præpoſitorum ſacramenta, quæ Baillivorum: tertiò denique *Præpoſituras* datas fuiſſe *ad firmam*, ad triennium ſcilicet, quod S. Ludovico vulgò adſcribitur. Unde Benedictus VIII. PP. cujus animus erga Franciam noſtram paulò ſemper iniquior fuit, Philippo Pulchro Regi, ut in ſanctorum referretur Canonem urgenti, id objecerit, ut eſt in Chronico Flandriæ vernaculo cap. 33. *Mais le Pape, qui n'aimoit mie le Roy de France, dit que pour la cauſe qu'il avoit mis ſes Bailliages & ſes Prevoſtez à ferme, dequoy maint pauvre homme en eſtoit desherité, il ne l'oſeroit lever à ſaint.* Tametſi conſtet de Præpoſiturarum venditione, nihil tamen ejuſmodi occurrit de *Baillivis*, quæ nuſquam pretio diſtractæ leguntur, niſi poſtquam officia omnia in Francia venalia extitere. Certè Præpoſiturarum diſtractiones & venditiones ſemper improbatæ. Chriſtina Piſana in lib. *du Treſor de la cite des Dames*, 1. part. cap. 23. *Et ne vouldra nullement que ſes Prevoſtez ſoient baillees pour argent aux plus offrants & derniers encheriſſants, ſi comme on fait maintenant en France. Et pour ce en Sieges en beaucoup de lieux à de tres mauvaiſe ribandaille, mangeurs de pauvres gens, & pires que ne ſont larrons,* &c.

Præpoſiti ita *Ballivis* ſubditi erant, ut ſi in delictum aliquod inciderent, ab iis amoverentur, vel punirentur, ut ex teſtamento Philippi Auguſti an. 1190. apud Rigordum colligitur, & ex Statuto S. Ludovici an. 1254. apud Nangium, in quo hæc ſunt de eorum ſacramento & officio: *Jurabunt igitur omnes & ſinguli ſupradicti, quod quamdiu commiſſam ſibi tenebunt Baillivam, Præpoſituram, vel aliud quodcunque officium ſupradictum, tam majoribus, quàm mediocribus, tam advenis quàm indigenis, tam ſubjectis, quàm præpoſitis, ſine nationum & perſonarum acceptione jus reddant, ſervantes tamen in locis ſuis uſus & conſuetudines approbatas,* &c.

Cùm verò prohiberentur *Baillivi*, fieri ex incolis Bailliviarum ſuarum, vel in iis matrimonia contrahere, aut poſſeſſiones acquirere, ea tamen prohibitio non extendebatur ad Præpoſitos, Majores, & alios Officiales minores, qui Majorias, Præpoſituras, & alia officia tenebant in locis manſionum ſuarum, dum tamen hæc ab iis agerentur abſque Regis aut aliorum detrimento.

Sed & licèt Præpoſiti *Præpoſituras* ſuas ad firmam caperent vel emerent, eas tamen aliis *revendere* prohibebantur. Et ſi plures emptores eſſent,, unus tantùm juriſdictionem exercebat, & immunitate gaudebat in *Cavalcatis*, taliis, ſeu collectis, & aliis oneribus publicis, qua alii conſueverant gaudere. Quæ quidem omnia in eodem Statuto pluribus exarata habentur. Unde percipimus cur Philippus Pulcher in laudato Statuto vetet plures eſſe *Præpoſitos* in una Præpoſitura. Ita porro S. Ludovicus Præpoſituras vendidit, ut *cum aliquo pecunia vel redituum detrimento committi bonis & ſi le dignis perſonis, quam vendi cum augmento ſuo vel lucro maluerit, nullum emolumentum ſuum aut lucrum reputans cum detrimento juſtitiæ, vel populi nocumento.* Verba ſunt Guilelmi Carnotenſis de Vita & act. S. Ludovici. Tandem Carolus VIII. Statuto an. 1493. art 65. ne Præpoſituræ darentur ad firmam, omnino prohibuit.

Ea verò quorum Præpoſiti, *Firmarii*, ſeu conductores erant, fuere potiſſimum mulctæ à reis & damnatis exactæ, res inventæ, & ejuſmodi quæ regii juris ſunt, ut eſt in Conſuetudine Silvanectenſi art. 55. 56. Nivernenſi tit. 1. art. 26. Dunenſi art. 55. Altæ-rupis art. 3. Villæ Francæ art. 1. & in antiqua Bituricenſi tit. 2. art. 28. ubi ejuſmodi Præpoſiti, *Prevoſts fermiers* dicuntur, & à Præpoſitis judicibus, quos Præpoſitos juſtitiæ Cuſtodes, *Prevoſts Gardes*, vel *en garde*, vocant interdum diſtinguuntur: ex quo ſcilicet Præpoſiti Præpoſiturarum ſuarum conductores fieri vetiti ſunt: tum enim aliis mulctarum & aliorum jurium regalium conductoribus manſit *Præpoſiti* nomenclatura, cum *Firmarii* additione.

Ab ejuſmodi Præpoſiturarum firmis, dictæ poſtmodum majoris momenti Præſtationes, quæ *Prevoſtez ou grandes Couſtumes* dicuntur in Conſuetud. Andegavenſi art. 10. Cenomanenſi art. 11. & Catalaunenſi art. 3. quod olim eæ Præpoſitis firmariis exſolverentur. *Præpoſitura*, in Charta an. 1178. *Quæſta Præpoſitorum*, in Charta libertatum oppidi *des Ais* in Biturigibus an. 1301.

Extat in Regeſto Feodorum Campaniæ Cameræ Computorum Pariſienſ. fol. 7. Statutum de Præpoſitis Comitatus Campaniæ, quod hocce loco deſcri-

bendum curavimus: *Domina Comitiſſa conceſſit omnibus Præpoſitis terræ ſuæ Præpoſituras in hunc modum habendas. Quod omnes Catalla erunt dominæ Comitiſſæ quita & integra. De omnibus autem donis & expletis, & forisfactis quæ non montabunt pluſquam* 20. *ſolidos, domina Comitiſſa habebit quatuor partes & Præpoſiti quintam. Ipſi autem Præpoſiti non poterunt eſchivire forisfactum quod non erit pluſquam* 20. *ſol. niſi per dominam Comitiſſam, præterquam de homine errante, ſi tamen forisfactum illud non fuerit de furto, vel raptu, vel de multro, forisfactum quod non montabit pluſquam* 20. *ſol. eſchivabit Præpoſitus & Scribanus, & duo probi homines villæ, quos domina Comitiſſa ad hoc faciendum apponet, quæ tamen ad compotum computabuntur ſcripta, & à quo vel quomodo facta fuerint. In forisfacto quod montabit pluſquam* 20. *ſol. ſolummodo, non* 20. *ſol. habebunt Præpoſiti, ſed quintam partem, & reſiduum totum erit dominæ Comitiſſæ. Ipſi autem nullum donum, vel ſervitium, vel præmium accipient, præterquam in cibariis*, &c. *Juraverunt etiam Præpoſiti ſe hæc omnia bona fide ſervaturos, & vitam & honorem & omnia jura Comitiſſæ, & heredum ſuorum verſus omnes qui poſſunt vivere & mori. Item ſciant quod ſi hæc non fecerint, in ira & in voluntate dominæ Comitiſſæ ſunt, tanquam illi qui inciderunt de corpore & avero. Actum apud Sezannam an. gratiæ* 1201. *menſe Aug. in Vigilia S. Joan. Baptiſtæ Decollationis.* Vide Steph. Paſchaſium lib. 4. Diſquiſit. Francicarum cap. 15.

Præpoſitus, in Fleta l. 2. cap. 76. eſt is qui ſub Seneſcallo vel Baillivo, res dominicas, ſeu regias curat in villis, vel pagis, & agriculturæ, pecudibus, paſturæ, & ejuſmodi invigilat, *villicus*, uti in hac voce docemus. Munus ipſum

Præpoſitura, in Charta an. 1129. in Hiſtoria Guiſnenſi p. 74. &

Præpoſitatus, in Concilio Rotomagenſi an. 1189. c. 10. quo prohibentur *Sacerdotes Vicecomitis, vel ſæcularis præpoſitatus, officium aſſumere.*

Præpoſitus Cameræ Regalis, in Vita Ludovici Pii an. 817. Idem *Cubicularius* dicitur in Eginhardi Annal. eodem anno.

Præpoſitus Comitis, in Legibus Wiſigoth. lib. 9. tit. 2. §. 5. qui *Vicarius Comitis* dicitur lib. 2. tit. 1. §. 23. qui ſcilicet abſente Comite vices ejus fungebatur.

Præpoſitus ſacri Cubiculi, cui Imperatorii Cubiculi cura erat, qui fere ſemper Eunuchus: ὁ τὴν τοῦ θαλάμου ἐξουσίαν ἔχων, apud Herodianum lib. 1. p. 19. edit. H. Stephani: πραιπόσιτος apud Xiphilinum p. 274. τῷ θαλάμῳ προεστὼς eidem Herodiano lib. 1. p. 26. 28. θαλάμου φύλαξ, eidem lib. 3. p. 78. *Præpoſiti cubiculi* meminit non ſemel Ammianus. Vide præterea Theophyl. Simocattam lib. 4. cap. 15. Suidam in Antiocho, &c. & infra *Præpoſitus Palatii*.

Præpoſitus domus regiæ, apud Monachum Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 33. *Luitfredus Præpoſitus domus* ejuſdem Caroli M. dicitur.

Præpoſitus fabricæ, armorum ſcilicet, apud Ammianum lib. 29. p. 396.

Præpoſitus menſæ, dignitas in Palatiis Regum Franciæ: eadem quæ hodie *Magiſtri hoſpitii*, ſeu *du Maiſtre d'Hoſtel*, & apud Byzantinos Imperatores, ὁ ἐπὶ τραπέζης. In Synodo VIII. CP. adfuit præ aliis, ut Ludovici Pii Legatus, *Everardus Præpoſitus menſæ ipſius*, ut eſt apud Anaſtaſium act. 10. Apud Aimoinum lib. 4. Hiſt. Franc. cap. 78. *Miſſus illuc Regiæ menſæ Præpoſitus Andulfus.* Hujus dignitatis officium ſic deſcribi videtur à Theodulfo Aurelianenſi Epiſcopo lib. 3. Carminum:

Pomiferæ ſolers venias de ſede Menalcas,
Sudorem abſtergens frontis ab arce manu.
Quam ſæpe ingrediens Piſtorum ſive Coquorum
Vallatus cuneis jus Synodale gerit,
Prudenter qui cuncta gerens, epulaſque dapeſque,
Regis honoratum deferat ante thronum.

Præpoſitus militum, in l. 3. §. ult. & l. 6. §. ult. D. de Re militari, & apud Rufum in Legibus militaribus.

Præpoſitus Monetæ, apud Ammianum lib. 22. pag. 223. *Præfectus monetæ Trevericæ*, apud Gruter. 493. 3.

Præpoſitus Palatii, Amantius, apud Marcellinum Comitem in Juſtino, qui nudè πραιπόσιτος dicitur in Chronico Alexandrino p. 764. In eodem Chronico p. 700. Rhodanus πραιπόσιτος τοῦ παλατίου Valentiniani, & ἀρχιευνοῦχος, nudè verò πραιπόσιτος, apud Cedrenum p. 310. Narſes *Præpoſitus ſacri Palatii*, in veteri inſcriptione 161. 1. *Præpoſitus*, nudè. Zonaras in Conſtantio p. 17. ὁ εὐνοῦχος Εὐσέβιος τὴν τοῦ πραιποσίτου διέπων ἀρχήν. Vide Palladium in Hiſt. Lauſiaca cap. 43. Olympiodorum, Philoſtorgium lib. 11. cap. 4. Codinum de Orig. pag. 28. edit. Meurſianæ, &c. & ſupra, *Præpoſitus ſacri Cubiculi*.

Præpoſitus Palatii, Major-domus, apud S. Audoënum lib. 2. de Vita S. Eligii cap. 19. ubi de Erchenoaldo: *Qui erat eo tempore Præpoſitus Palatii.*

Præpoſitus Theſaurorum, apud S. Baſilium Epiſt. 264.

Præpoſitus Tyrii textrini, apud Ammianum lib. 14. pag. 22.

Præpoſiti villæ, vel *Hundredi*. Vide *Præfectus*.

PRÆPOSTERARE, Ordine præpoſtero dicere. Gaudentius Brixienſis Epiſc. ſer. 5. *Ordinem lectionis Exodi — idcirco præpoſteravimus*, &c. Utitur etiam Arnobius junior in Conflictu cum Serapione lib. 2.

PRÆPOTESTAS, ſumma & ſuprema poteſtas, ſupremum dominium. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. cap. 2. *Sibi enim totius rei præpoteſtatem penitus uſurpare, Epiſcopo verò ſolum nomen ac ſpeciem honoris relinquere.*

PRAERIA, Gall. *Prairie*, Jus paſcendi paſcua in pratis poſt exciſum fœnum, in Charta an. 1248. Locum vide in *Blaeria*.

PRÆRIPIUM, Ripa altior. Petrus Damianus lib. 6. Ep. 5. *Per tot nivalium Alpium nivoſa prærípia.* Vita S. Probatii Preſb. n. 9. *Dum alvei prærípia Sequanici innumerabilibus occuparentur adventantium veſtigiis.* Odo Abbas Glannafol. in Hiſt. Tranſlationis S. Mauri in præfat. *Odo Abbas Monaſterii quod in prærípio ripæ Ligeris fluminis ſitum Glannafolium ex antiquo appellatur.* Quidam. codd. habent *præcipitio*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88. *Si quis alium fugiens — prærípio vel aliquo moriatur.* Fortè *præcipio*, niſi quis malit *præcipitio*, ut habent quidam codices. Occurrit præterea apud Wandelbertum in Miraculis S. Goaris cap. 12. 15. 33.

PRÆROGATIVÆ, Gratiarum actiones. Epiſt. 73. inter Francicas to. 1. Hiſt. Franc. *Quas recenſitas immenſas Creatori noſtro egi prærogativas, quod incolumem vos eſſe cognovi.*

PRÆROGATIVARIUS, ſeu officium *Prærogativarum*, cujus extat formula apud Senator. l. 11. Ep. 27.

PRÆROGATOR, *Diſpenſator*. Gloſſ. Iſid.

PRÆSCINDATICUS, *Ad præſcindendum habilis*, Ugutioni.

PRÆSENS, ſeu *Præſentalis*, dictus unus è Magiſtris militum, quod in procinctu ſeu comitatu Principis ageret, & *Præſentalibus* numeris præeſſet, ut docet Notitia Imperii, ubi *Magiſtri equitum & peditum in præſenti duo recenſentur, alii tres per Orientem, Thracias & Illyricum. Magiſter militum præſentalis*, ibidem, ſub cujus diſpoſitione militabant Palatinæ Vexillationes 5. Comitatenſes 7. Legiones Palatinæ 15. Auxilia Palatina 18. ex quibus conficitur *Præſentes* appellatos, quod *præſentes* adeſſent in comitatu Principis, & in eo militarent, atque adeo Palatinæ militiæ ad cuſtodiam Imperatoris addictæ præeſſent, ex qua qui erant, *Præſentales* pariter dicebantur, ut & *Domeſtici*, qui in Palatinis ſcholis militabant, in l. 4. Cod. Th. de Protect. & domeſticis. Adde l. 17. eod. Cod. de Re milit. *Magiſter præſentis militiæ*, apud Marcellinum Comitem in Zenone. *Magiſter militum præſentium*, apud Scholiaſtem Juliani Anteceſſ. cap. 83. *Magiſter militum præſens*, apud

Jornandem de Succeſſione regnorum: στρατηγὸς τῶν πραισεντάλων, apud Evagrium lib. 4. cap. 3. στρατηγίαν πραισέντου, apud autorem Chronici Alexandr. pag. 752. Ipſa dignitas, *Magiſterium præſentale*, eidem Marcellino in Juſtiniano poſt Baſilii Coſ. 4. *Præſentanea dignitas*, Senatori lib. 11. Epiſt. 1. μία τῶν πραισεντάλων, Simocattæ lib. 1. cap. 7. nuncupatur. Concil. CP. ſub Menna act. 5. καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου στρατηγοῦ τοῦ ὄντος πραισέντου.

In præſenti venire, Coram ſiſti, *Venir en preſence*. Lex Bajwar. tit. 12. cap. 2. §. 1. *Tunc judex jubeat eum in præſenti venire, & judicet ei*, &c.

De præſenti, jam nunc, quomodo Galli, *dès à preſent* dicunt. Conventus apud Andelaum apud Gregor. Turon. lib. 9. c. 20. *Et quod exinde fidelibus perſonis ablatum de præſenti recipiat.* Adde Decretionem Childeberti Regis c. 12. Occurrit non ſemel.

Præſentes, pro *Præſides* uſurpaſſe quoſdam ſcriptores, obſervatum à Salmaſio ad Lampridium p. 208.

PRÆSENTANEUS. *Præſentaneum remedium*, apud Marcellum Empir. Efficax. Epiſtola Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis ad Chlodulfum: *Et ſi quæ ſunt, vel quod monuit, vel quod egit, quaſi ante oculos præſentaneo retine memoratu.*

Præſentaneè. Octavius Horatianus in Præfat. ad libr. Medic. *Nuperrimè Collega Olympii exhortatione provocatus confeci nonnullos præſentaneè libellos, quos vel mediocris fama retinet*, &c.

PRÆSENTARE, Offerre, Galli *Preſenter* dicunt. Ugutio, *Exhibere, i. oſtendere, vel præſentare, vel dare.* Cyprianus in vita S. Cæſarii Arelat. *Flagravit ubique profectibus, quò non eſt conſpectibus præſentatus, tetigit pectora quorum membra non contigit.* Ordericus Vitalis lib. 3. *Willelmum Ducem adiit, eique pretioſiſſimam pallam præſentavit.*

Præſentare, quaſi præſentia efficere, oſtendere. Utitur Felix Gyrwenſis Monachus in vita S. Guthlaci c. 29.

Præſentare, pro *repræſentare*. Anſelmus Havelbergenſis lib. 3. Dialogor. c. 12. de Legatis Eccleſiæ Romanæ: *Qui in Baſilica, quæ Trullus dicitur, præſedentes in Synodo cum 150. Epiſcopis, præſentantes locum Beatiſſimi Agathonis Papæ, reſidente Imperatore in ſuo regali cultu, damnaverunt Macarium Patriarcham Antiochenum*, &c.

Præſentare, pro *repræſentare*, *exhibere*, noſtris *Repreſenter quelqu'un*, in Capitulari de Partibus Saxoniæ an. 789. c. 24. Adde Edictum Caroli M. an. 800. & Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 5.

PRÆSENTATÆ, Oblationes, munera, xenia, Gall. *Preſens*. Eginhardus Epiſt. 52. *Quia volumus & Eulogias præparari faciatis ſecundum conſuetudinem, ſicut ſolet homo ad opus dominici facere, & quando ille de Andriaca villa ad Compendium reverſus fuerit, tunc volumus ut ibi fiant præſentatæ, & poſtea volumus ut per brevem nobis indicetis, qualiter illas & vel ab illa fuiſſent receptæ.*

PRÆSENTATIM, Nunc, modò, *Preſentement*. Iſo Magiſter in Gloſſis ad Prudentium: *En ergo. ſc. habes. Præſentatim.*

PRÆSENTATORIA. Capitula Caroli C. in Concilio Sueſſionenſi an. 853. cap. 32. apud Baron. *Sciant etiam fideles noſtri, quia conceſſimus Synodo & venerabilibus Epiſcopis, ne ſuper beneficia Eccleſiaſtica vel præſentatorias (etiamſi Epiſcopus, aut quilibet Monaſteriorum prælatus irrationabiliter petierit) præcepta confirmationis noſtra ullo modo faciamus*, &c. Puto legendum *præſtatorias*, i. præſtarias.

PRÆSENTIA, Munus, Gallis *Preſent*, à *præſentare*, offerre: vel quia munera ſunt quæ præſenti in manus dantur. Nam abſentibus res donari dicuntur, munera autem mitti, & præſentia offerri, l. 18. D. de Verb. ſignif. Matth. Paris anno 1170. *Cui cum Abbas S. Albani in eſculentis & poculentis nobile miſiſſet xenium, regratians Archiepiſcopus, dixit, Accipio ejus præſentias, id eſt xenia, mallem tamen præſentiam.* Gervaſius Dorobernenſis in Henrico II. an. 1186. *Spoliavit ſuis exeniis, ut prædictum eſt, quæ vulgo præſentia vocantur.*

Præſentia, Præſtationis ſpecies, à *munere* fortè nuncupata, quod *Preſent* dicimus. Charta an. 1367. in Metropoli Salisburgenſi to. 2. p. 292. *Curiam in Eizenprunn ſolventem 7. ſcaphas utriuſque bladi, 10. ſolidos denariorum, 4. anſeres pullos, 20. caſeos, duas præſentias*, &c. Infra: *Et 2. præſentias valentes 24. denarios.* Occurrit ibi pluries, & in Reg. *cenſuum Bigorræ*.

Præſentatio, eadem notione. Charta an. 1311. ibid. to. 3. p. 46. *Tali pacto ut dictam poſſeſſionem — excipiant, & ſingulis annis nobis inde ſerviant 50. den. cum tribus feſtis, quolibet valente 2. den. in noſtro placito generali.*

PRÆSENTIALIS, Præſens. S. Eulogius lib. 2. Memor. c. 8. *Remanet deſtituta præſentiali ſolatio fratris Chriſti ancilla.* Infra: *Capita verò illarum in Baſilica S. Aciſcli reconduntur, quo præſentialis corporis ſui favore populos Chriſtianos tuetur.* Cap. 9. *Apud Baſilicam ſanctorum trium, quâ — Martyres præſentialibus corporum ſuorum favillis quieſcunt.*

Præſentialiter, *Coram*, *propè*, in Gloſſis Iſonis Magiſtri ad Prudentium. Occurrit in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 25. at in Commonitorio dato Angilberto Abbati Centulenſi an. 796. uſurpatur pro nunc: *Honor ille quem præſentialiter habet*, &c. Ita in Capitulari Pipini Regis Italiæ an. 793. cap. 1. 4.

PRÆSENTIUS, ἐναργέστερον, in Gloſſ. Gr. Lat. Accuratius.

PRÆSES, *Præſes provinciæ*, Comes. Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 128. *Quod ſi Monaſticam vitam reliquerit, Præſes provinciæ eum teneat, & curiæ ſuæ connumeret.* Et cap. 234. *In civitatibus in quibus Præſides præſunt, ipſi audiant cauſas, ſeu & Defenſores.*

Præſidatus, Comitatus, Juriſdictio, diſtrictus Comitis. Chronicon Lauriſhamenſe p. 70. *Unde & in pago Debſeniron in Præſidatu Ansfridi Comitis, in villa vocabulo Empele*, &c.

PRÆSIDERE, pro *ſuperſedere*. Concilium Cloveshovienſe an. 747. cap. 3. *Ut ſingulis annis unuſquiſque Epiſcopus parochiam ſuam pertranſeundo & circumeundo ſpeculandoque viſitare non præſideat*, &c.

PRÆSIDIUM, Peculium, pecunia, bona, facultates, &c. Autor Queroli: *Ergone manibus meis præſidium paternum ut efferrent de domo. —* &c. Supra: *Fures mihi ac prædones cui bono? ut ſi quid tibi ſpei aut præſidii eſt, totum auferant.* Rurſum: *Præſidium abſtuliſti, & cineres abdidiſti.* Vita S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis cap. 18. *Inter cætera verò, & ad locum inſeriem teſtamenti ita poſuit: De præſidio, inquit, meo veſtimenta, ſcamnalia, menſalia, & lectubilia, aurum vel argentum, — dono*, &c. Vetus Charta exarata an. 3. Childeberti Regis in Tabul. S. Germani de Pratis: *Sed & omnia quæ de præſidio meo in die depoſitionis meæ inventum penes me aut repertum fuerit, hoc eſt aurum, argentum, veſtimentum, vel prædia*, &c. Placitum Childeberti III Regis editum à viro doctiſſimo Joanne Mabillonio: *Farinariis, gregis cum paſtoribus, præſidiis, mobilibus & immobilibus*, &c. Primum Teſtamentum Widradi Abbat. Flaviniac. *Libros vel veſtimenta Eccleſiæ, vel omne præſidium quod mihi legibus vivens poſſidere videor.* Utuntur Marculfus l. 1. form. 12. l. 2. form. 7. 10. Formula 7. & 28. ex Baluzianis, Gregorius Turon. lib. 6. cap. 4. lib. 9. cap. 20. Halitgarius Cameracenſis Epiſc. in Pœnitentiali cap. 4. Nicolaus I. PP. Epiſt. 40. Charta Leotheriæ to. 2. ſeculi III. SS. Ord. S. Bened. p. 615. Hiſtoria Epiſcopor. Bremenſium p. 122. &c. Vide Bignonium ad Marculfum.

PRÆSINUM, Πρασίνον, in Gloſſ. Gr. Lat.

PRÆSOPIS, Præpoſitus. Gaufredus Malaterra lib. 1. c. 32. *Giracii Præſopis, quem nos Præpoſitum dicimus.* Ex Græco πρόσωπον.

PRÆSTAGIUM, pro *præſtatio*; Tributum quod domino præſtatur, vel potiùs mutuum coactum. Charta Conſtantiæ Imperatricis an. 1198. apud Ughellum to. 9. p. 293. *Et tranſire libere terra marique inſula vobis ubique per terram demanii noſtri abſque plateatico & præſtagio.*

PRÆSTANDARII, qui *præſtationes* dominis exſolvunt. Charta an. 1002. in Tabulario Caſaurienſi part. 1. c. 94. ch. 4. *Et cum Caſtellis, & ſanctis Eccleſiis, cum cartulatis & præſtandariis, & cum vineis, pomis*, &c. Ita apud Ughellum to. 1. part. 1. p. 490.

PRÆSTANTIABILIS, *Multum, vel præ aliis valens.* Ugutio.

PRÆSTARE, Mutuò dare; commodare non accepta mercede, Gallis *Preſter*. Ebrardus in Græciſmo cap. 15.

Præſto. Prævaleo dicas, Præſto quoque Dono:
Præſtoque ſæpe ſolet Accommodo ſignificare.

Salvianus lib. 1. ad Eccleſ. Catholicam: *Si uſus rerum aliquarum cuipiam homini alterius hominis beneficio ac largitate tribuatur, iſque immemor illius à quo fructum rerum indeptus eſt, avertere ab eo ipſo proprietatem præſtitæ rei, atque alienare conetur, nonne ingratiſſimus omnium hominum atque infideliſſimus judicetur?* Infra: *Cur non bona fide datis à Deo reſculis utimur? teneamus quoad licuit: teneamus quod permiſit ille qui præſtitit.* Fortunatus lib. 9. poëm. 7.

Præſtitit, Paſtor, ſua mi voluntas;
Codicem factum tumido cothurno, &c.

Capitula Caroli M. lib. 1. cap. 130. *Fœnus eſt qui aliquid præſtat: juſtum fœnus eſt, qui ampliùs non requirit, niſi quantum præſtitit. Pecunia in precario præſtita*, lib. 5. cap. 3. Will. Brito lib. 11. Philippid.

Deſcendenſque ſuum domino vectoris egenti
Præſtat equum, pedes ipſe manens.

Florentius Wigornienſis an. 1096: *Petiit ut inter ſe pace redintegrata illi decies mille marcas argenti præſtaret.* Mox utitur voce, *accommodaret*. Ita etiam uſurpatur in l. un. C. Quod juſſu &c. in Lege Wiſig. lib. 1. tit. 5. §. 2. lib. 9. tit. 2. §. 8. lib. 10. tit. 1. §. 13. 20. in Pacto Leg. Salicæ tit. 55. in Lege Longob. lib. 1. tit. 20. §. 3. 6. lib. 2. tit. 14. §. 16. tit. 35. §. 1. &c.

Impreſtare, Præſtare, commodare. Charta Veneta, apud Jo. Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. p. 220. *Quatenus ex parte veſtra duas galeas, quas habetis, & ligna ſeu vaſa nobis accommodare ſeu impreſtare — velitis.*

Impreſtitum, Italis *Impreſtito*, vel *impreſtido*, Mutuum: *facere impreſtitum*, mutuari, in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 56. *Impreſtita* etiam dicuntur Dalmatis, contributiones, quæ in communi civitatum neceſſitate fieri ſolebant, quæ noſtris *Emprunts*, ſeu *mutua coacta* dicuntur.

Præſtare, *Repræſtare*, In *præſtariam* dare, quod idem valet ac *uſufructuario beneficiare*, in Tabulario Bellilocenſi. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 1. §. 1. *Et poſt hæc nullam habeat poteſtatem exinde quidquam auferre, nec ipſe nec poſteri ejus, niſi Defenſor Eccleſiæ illius per beneficium præſtare voluerit ei. In beneficium præſtare*, in Charta Alamannica Goldaſti 70. *Per præſtarium repræſtare*, ch. 66. *Sub uſufructuario præſtare*, ch. 67. *Per precariam præſtare*, ch. 69. *Repræſtare*, ch. 75. Vide Traditiones Fuldenſes lib. 1. trad. 136. lib. 2. trad. 29. Canones Hibernienſes lib. 41. cap. 8. W. Hedam p. 292. 1. edit. & infra in voce *Precaria* ex Tabulario Caſaurienſi, &c. *In præſtitum accipere*, ſeu in præſtariam, apud Ughellum to. 1. part. 1. p. 500.

Repræſtari dicebatur res, quæ Monaſteriis aut Eccleſiis tradita & donata, donatoribus ipſis rurſum *præſtabatur*, & in precariam concedebatur. Vetus Precaria apud Joachimum Vadianum de Monaſteriis Germ. p. 71. *Chriſti adjuvante clementia complacuit mihi Grimaldo Abbati una cum conſenſu fratrum, — ut res quas Haſuo Presbyter ad noſtrum tradidit Monaſterium ei per precariam repræſtaremus, quod & facimus.* Occurrit præterea in Chartæ Alamannica Goldaſti 73.

PRÆSTARIA, idem quod *Precaria*, ſeu Libellus, quo quis prædium Eccleſiaſticum ad uſumfructum ſub annuo cenſu in *præſtitum*, & *precario* utendum ſuſcipit: de qua contractus ſpecie pluribus agimus infra in voce *Precaria*. Vita Joannis Abbatis Gorziæ p. 769. *Poſſeſſio erat Monaſterii longo jam retro tempore beneficii nomine ad Comitem quemdam Palatii Hamedeum devoluta, qui ſimul bona Monaſterii ſeu Precaria vel Præſtaria, quam dicunt, obtinebat.* Præſtariarum meminerunt præterea Capitulare Compend. an. 868. cap. 11. Baldricus lib. 1. Chron. Camer. c. 44. Frotarius Tullenſis Epiſt. 9. Chronicon Fontanellenſe c. 2. p. 197. Chronicon S. Benigni p. 371. 428. 448. Hiſt. Vergiacenſis p. 50. Miræus in Notitia Eccleſiar. Belgii cap. 32. Malbrancus lib. 6. de Morinis cap. 11. &c.

Præſtarium, idem quod *Præſtaria*. Charta Alamannica Goldaſti 66. *Convenit una cum conſenſu fratrum noſtrorum, ut illa mancipia, quæ nobis ille de illo loco tradidit, ei iterum per præſtarium repræſtaremus*, &c. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 75. *Ea duntaxat ratione, ut ad tempus & ad uſum vitæ meæ ſupradictam rem, id eſt ſola illa mancipia veſtro præſtario habeam*, &c.

Præſtatio, eadem notione. Charta Henrici Regis Franc. an. 1035. apud Hariulfum lib. 4. cap. 7. *Quotquot verò anteceſſores ejus tenuerant, (villam &c.) ſancto Richario per præſtationis occaſionem tollebant. Per præſtationem poſſidere*, in Tradit. Fuldenſ. lib. 1. tr. 80. *Præſtationis Charta*, trad. 117. *In jus præſtationis* prædium *recipere*, in Actis Murenſis Monaſterii p. 57.

Preſtitura, idem pariter quod *Præſtaria*. Vetus Notitia in Tabulario Heduenſis Eccleſiæ: *Villam quæ Roclena vocatur — à S. Nazarii Canonicis in preſtituram (ſic enim vulgò dicitur) ipſe & ejus prædeceſſores diu tenuerant.*

PRÆSTIM, pro Præſtò, in Hiſt. Inventionis S. Priſci apud Ughellum to. 8.

PRÆSTIMONIUM. Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Ovetenſis, an. 781. apud Sandovallium, de ſervis: *Et habeant illam hæreditatem de Parella, & præſtimonia in hæreditate ſanctæ Mariæ, ubi Abbas Monaſterii hujus, & ejus vicario dederit, & in die qua vocati fuerint, habeant portionem edendi & bibendi ſcilicet libram unam & quartam panis milli, & de alio ſecundo*, &c. Infra: *Tamen in ſuo præſtimonio & iſtructio ſibi injuncto permaneat.* Ubi Sandovallius, *præſtimonium*, per *derecho* vertit. Charta Bernardi Epiſcopi Compoſtellani æræ 1190. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ordin. S. Benedicti to. 4. p. 434. *& Corticellam S. Mariæ in hæreditate ipſius Monaſterii conſtructam, ab Abbate domino Ruderico in præſtimonio in vita Decani datam*, &c. Infra: *Domum autem illam à D. Decano, inter Corticellam S. Mariæ & antiquum murum — per præſtimonium conſtructam eſſe cognoſco*, &c. Rurſum: *Damus eidem Eccleſiæ in Eccleſia S. Jacobi Canonicatum & portionem, & hebdomadam, & Cardinariam, & præſtimonium, ſicut unicuique Cardinalium Eccleſiæ noſtræ Canonica collatum eſt*, &c. Vetus Charta apud Ughellum to. 1. part. 2. p. 53. *Et ſi ad dedicandam aliquam Eccleſiam Monaſterii invitatus fuerim, ſine præſtimonio libenter Epiſcopalia — impendam*: i. abſque gravamine aut ſumptu, vel *præſtatione*.

PRÆSTIS, *hæres*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

PRÆSTO, Mox, ſtatim. Petrus Damianus: *Et præcipuè id quod præſto ſubjunctum eſt, Sacerdoti incongruere videtur*, &c.

PRÆSTOLABILITER, Celeriter, expeditè. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in Chronico, æra 772. *Arabas ſine effectu ad propugnanda Maurorum miſſens navibus præſtolabiliter advenatis, maria tranſnatat*, &c.

PRÆSTUS, Paratus, noſtris *Preſt*. Vetus Inſcriptio, 669. 4. *Amicos colui, patronos bonos . . . officio præſtus fui*, &c. Pactus Legis Salicæ tit. 48. §. 1. *Tunc manniat eum ad mallum, & teſtes ſuos in ſingulos mallos, qui ibidem fuerint, ſecum habere debeat præſtos*, &c. Lex

Wiſigoth. l. 9. tit. 2. §. 9. *Sed definitis locis atque temporibus, — preſtum ſe unuſquiſque definito loco vel tempore exhibeat.* Ita non ſemel alibi lib. 2. tit. 1. §. 11. tit. 2. §. 9. tit. 3. §. 4.

Preſtus, Mutuum, *Preſt.* Marculfus lib. 2. form. 1. *Neque exquiſita & lauta convivia, neque gratioſa vel inſidioſa munuſcula, neque etiam caballorum preſtus*, &c.

PRÆSULARE, Præſulem agere. Autor vitæ Gundulfi Roffenſis Epiſcopi laudatus à Seldeno ad Eadmerum: *Redduntur & ei denique poſſeſſiones — quæ præſulantibus anteceſſoribus ſuis Lanfrancus in ſua tenuerat ditione.*

PRÆSULTER, pro *Preſbyter*, ſcribitur in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 69. § 4.

PRÆSUMERE, Sumere, capere. Synodi Hibernienſes lib. 1. cap. 8. *Epiſcopus — non præſumat pretium ordinationis: non præſumat dona iniquorum*, &c.

Præſumere, Ante ſibi ſumere, vel præter ſolitum ſumere, in l. 5. & 11. Cod. Th. de Metatis, & l. 4. de Paſcuis eod. Cod.

Præſumptio, Actio injuſta, invaſio, uſurpatio. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 5. *Si quis ſervum Eccleſiæ — occiderit per præſumptionem.* Cap. 10. *Neque præſumptio creſcat in plebe.* Tit. 3. cap. 10. *Porcos propter præſumptionem diſpergere.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 11. de his quæ ſunt Juris Regii: *Aſſultus, Roberia, Sterbrech, præſumptio terræ vel pecuniæ Regis, Theſaurus inventus*, &c.

Præſumptor, Qui crimen committere, vel aliquid contra jus agere *præſumit*, in Edicto Theoderici Regis cap. 114. Interdum reus principalis, qui complices habet, in Legibus Wiſigoth. lib. 6. tit. 4. §. 2. 3. 5. lib. 8. tit. 3. § 8. *Præſumptor infauſtus*, tyrannus, in l ult. Cod. Th. de Epiſcop. *Præſumptivè*, in Capitulari an. 802. cap. 5. *Præſumptivo modo in domum alienam intrare*, d. tit. 4. §. 2. *Præſumentis audacia* §. 6. *Præſumptuoſus*, d. §. Adde lib. 2. tit. 1. §. 17. & alibi. S. Odo de Vita S. Geraldi lib. 2. cap. 7. *Quidam violenti homines præſumptionem faciebant contra Poteſtatem loci illius.* Anſelmus Cantuar. Archiep. in Epiſtola ad Epiſcopos Hiberniæ: *Paſtorali regimine vitia reſecare, præſumptores coercere, & quæque inordinata ad ordinem debitum volui revocare.*

Præſumptores Epiſcopi, Qui aliorum jura vel ordinationes uſurpant illicitas, in Concilio Arauſicano I. cap. 21. & Turonico I. c. 9.

Præſumptuoſus, idem quod *præſumptor*, in Lege Aleman. tit. 84. *Preſompteux* dicimus, qui ſibi ultra quàm par eſt arrogant, ſuperbos. Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſ. *præſumptuoſè gerens*, ubi Theophanes *habet* αὐθαδῶς. S. Bernardus in Vita S. Malachiæ Epiſcopi: *Sicut erat præſumptuoſus & inſolens.*

Præſumptioſus, in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. cap. 7. 30.

Præſumptioſè, in Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 35. 58. in Conſtit. Ludov. II. Imp. an. 867. c. 12.

Præſumptivè. Capitula Caroli M. an. 797. cap. 1. *Et ut raptum, & fortiam, nec incendium infra patriam quis facere audeat præſumptivè.*

PRÆSURA. Vide *Prendere*.

PRÆTENTURA. Præſidia militum, quæ pro caſtris ſecuritatis cauſa collocantur. Vide Turnebum lib. 4. cap. 7. Henricum Valeſium ad Ammianum Marcellinum l. 14. p. 10. 11. & Jacobum Gotofredum ad l. 1. Cod. Th. de Commeatu. Aliàs *Pratentura*, in Gloſſis, eſt προβολὴ, ἐπιτείχισμα.

PRÆTESTATI *ſolidi*. Charta Longobardica in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 12. *Quia ſuſcepi in præſentia teſtium ego Rotharit Abbas à vobis Anſelperga Abbatiſſa ex ſacculo ipſius Monaſterii veſtri per Miſſo veſtro in auro ſolidos novos prætestatos ac coloratos numero 44. finitum pretium*, &c. Vide *Pradulatus*.

PRÆTITULARE. Vide *Titulus*.

PRÆTOR. Vide Epiſt. 71. inter Francicas Ducheſnii to. 4. Hiſt. Franc. p. 517.

PRÆVENTORES *milites*, ſub diſpoſitione Ducis Mœſiæ ſecundæ, in Notitia Imperii.

PRÆVIDERE, dicebantur Monachi, qui lecturi aut cantaturi in Eccleſia, priuſquam in eam irent, ad lectionem vel cantum ſe præparabant. Vide Uſus antiquos Ordinis Ciſtercienſis cap. 71.

PRÆURBIUM, Suburbium, ſpatium quod eſt ante urbem. Nizo Abb. in Vita S. Baſini Arch. Trevir. n. 5. *Monaſterium quod in præurbio civitatis ſitum eſt.*

PRAGMATICUM, *Pragmaticum reſcriptum*, ſeu *Sanctio pragmatica*, dicitur, quæ adhibita diligenti cauſæ cognitione ex omnium procerum conſenſu in modum ſententiæ ultrò à Principe conceditur, aut fertur. Sanctus Auguſtinus Collat. III. cum Donatiſtis cap. 2. *Pragmaticum reſcriptum*, quod ſupra *præceptum Imperiale* dicitur. Collatio III. Carthag. cap. 38. *Pervenit etiam ſanctitatis veſtræ arbitror non latere, pragmaticis reſcriptis preces inſeri non ſolere.* Adde cap. 39. πραγματικοῖς τύποις, in Concil. Calched. act. 5. Paulus Warnefridus lib. 2. de Geſtis Langob. cap. 12. *Cui Rex ut erat largiſſimus, omnes ſuæ Eccleſiæ facultates conceſſit, & per ſuum Pragmaticum poſtulata firmavit.* Aimoinus lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 17. *Et ut ipſi poſteri eorum illum poſſiderent locum, per ſuum firmavit pragmaticum.* Vide Ughellum to. 4. p. 483. 789. & Salmaſium ad Capitolinum p. 259.

Pragmatica Sanctio, in l. 10. Cod. de Sacroſ. Eccl. in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 30. al. 32. &c. Vide l. 3. Cod. Th. de Decur. l. 36. de Annona, & l. 52. de Hæret. Philippus Rex Franciæ in Charta an. 1312. pro Lugdunenſib. *Declaramus, atque Pragmatica Sanctione, noſtraque authoritate declaramus*, &c. Vide Metropolim Saliſburg to. 1. p. 350. De Pragmaticis Sanctionibus S. Ludovici & Caroli VII. Regum Franciæ conſulendi ſcriptores noſtri.

PRAMBKARIE, Nautarum ſpecies, Danis, in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. p. 443.

PRANDEDEUM, *in quo fit prandium.* Ita Papias MS. & edit.

PRANDEUM. Vide *Brandeum*.

PRANDICULARIUS, ὁ μετὰ μεσημβρίας ὑμίων, in Gloſſ. Lat. Græc.

PRANDIUM, idem quod *Paſtus*, *cœnaticum*, *convivium*, noſtris, *droit de Paſt.* Vide in his vocibus. Tabularium Eccleſiæ Cadurcenſis: *Dono & illam terram — unde exeunt 4. denarii & unum prandium cum 4. Militibus.* Alibi: *Exit autem de manſo illo unum prandium in Natali Domini, & unus aries in Paſcha.* Rurſum: *Gairicus Vicecomes S. Cirici fecit pignoram Raimundo Raterii in villa quæ dicitur Crem, videlicet unum prandium cum centum Militibus per 300. ſolidos Aquitanenſes.* Charta an. 982. apud Ughellum in Patriarchis Venetis: *Volumus ut in eadem libertate ſemper conſiſtat, ut nullus Epiſcopus ſervitutis uſum requirere, aut prandia præſumat.* Chronicon Caſin. lib. 3. cap. 72. (al. 73.) *Conſtituit etiam ut omnia Monaſteria, quæ ſub ditione hujus noſtri Caſinenſis Cœnobii ſunt, prandium unum per unumquemque annum huic noſtræ congregationi faciant.* Vide ibi Angelum à Nuce, ubi multa de jure procurationis ſeu prandii, Petrum Diac. lib. 4. ejuſdem Chronici cap. 123. Sanjulianum in Matiſcone p. 274. & ſupra in *Pignora*.

Prandia mortuorum. Vide *Parentalia*.

PRANSORIUM, *Locus ubi prandetur*, Joanni de Janua: ἀριστήριον Annæ Comnenæ lib. 15. Alex. & autori Vitæ S. Nili junioris p. 145. Papias & Gloſſ. Lat. MS reg. *Pranſorium*, *Promulſorium.*

PRASINOPURPURA, Color purpureus viridis, ex Gr. πρασινοπόρφυρα. Charta Donationis Eccleſiæ Cornutianæ edita à Suarezio: *Vela tramoſerica praſinoporphyra duo.*

PRASINOVULTIS, in Epiſt. Michaëlis Balbi Imp. cujus

verba retulimus in v. *Melinus*, ubi *praſinoventum* *eſſe* conjiciebamus: ſed nunc alia ſubit conjectura, voces nempè *milinovultin*, & *praſinovultin*, quæ ibi occurrunt, ex Gr. μιλινοβλάττιον, & πρασινοβλάττιον efformatas.

Prasinum, Viride acutiſſimum, herbaceum, ἀπὸ τοῦ πράσου, *Porro*. Iſidor. lib. 19. Orig. c. 17. *Praſina, id eſt creta viridis, etſi in aliquibus terris promiſcue generetur, optima tamen eſt in Lybia Cyrenenſi.* Frotharius Tullenſis Epiſt. 20. *Peto ut nobis mittas ad decorandos parietes colores diverſos, qui ad manum habentur, videlicet auripigmentum, folium Indicum, minium, lazur, atque pruſium, & de vivo argento juxta facultatem.* Ubi nemo non videt legendum *praſinum*. Vide Bulengerum l. de Circo cap. 48. & quæ obſervat Savaro ad Sidon. lib. 2. Epiſt. 10.

Praſina. Smaragdi, apud Anaſtaſium in Vitis PP. Locos dedit Salmaſius ad Lampridium p. 188.

Prassa. Charta, in Gloſſ. Arabico-Lat.

Prastia. Vide *Proaſtium*.

Pratalinum, Pratum, in Charta Gregorii IX. PP. an. 1235. apud Ughellum to. 1. part. 1. p. 84.

Pratarius *ſervus*, cui pratorum cura incumbit, in Tabul. Prioratus Neroniſvillæ fol. 24.

Pratum, *Pratellum*, in Formula 61. Lindenbrogiana. Sic porrò apud Monachos dictus locus ſub dio, ſeu atrium quod cingunt clauſtri porticus in Monaſteriis, vulgo *le Preau*. Sugerius lib. 1. de Conſecrat. Ecc. S. Dionyſii: *Multos etiam extremo ſingultantes ſpiritu in prato fratrum cunctis deſperantibus anhelare.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 12. *Et ponet ante Capitulum extrinſecus in pratello*, &c. Adde Statuta antiqua Ord. Cartuſienſis, 1. part. c. 36. §. 16. cap. 40. §. 36.

Pratus, pro *pratum*, uſurpat Innocentius Agrimenſor: *Et ſub ſe campum, ſub campo alveus curris, & circa alveum pratus*, &c.

Prateritia. Gall. *Prairie*, vel tempus quo prata ſecantur. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Faciunt carroperam de annona aut de vino in leug. 12. Sin autem, dabit denar. 2. in prateritia falcem 1. cum ſua prabenda.* Alibi: *Donat annis ſingulis ſpelta mod. 12. in ſalneritia den. 3. in prateritia den. 2. pull. 3. ova 20.* &c Aliud eſt *Pratagium*, Gall. *Preage*. *le Terrier de l'Iſle-Adam: En la ville d'Auzmont eſt deu à Noel un vaiſſeau & demi d'avoine, une geline, 2. ſols, & un denier de preage à la S. Remy.*

Pravescere, ἀφανίζω, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. editum, ἀφανίζω, *extermino, diſperdo, deformo, depravo.*

Pravicordius, qui eſt pravo corde. S. Auguſtinus in Pſalm. 146. *Quid eſt pravicordius? torticordius, tortum cor habens. putat torta eſſe omnia quæ dicuntur à Deo, putat prava eſſe omnia quæ fecit Deus*, &c.

Pravium. Albertus Aquenſis lib. 3. cap. 64. *Ad hac tota vis Turcorum ab inſidiis conſurgit, & ſexaginta equites Gallorum jam pravium montis tenentes, graviſſima cœperunt inſecutione urgere, ac per medium montis cacumen, uſque ad ipſam vallem, quam appropians Chriſtianus exercitus occupavit, retulerunt.* Ubi *pravium* idem eſt quod montis cacumen.

Praxare. Vide *Brace*.

Praxeria. Vide *Paxeria*.

Praxit, pro *pranſit*, apud Anaſtaſium in S. Vitaliano PP. *Et Lavit ſe, & ibidem praxit in baſilica Julii.* Cod. alius habet, *Latus ibidem pranſus eſt.*

Prebostatus, Præpoſiti dignitas, Gallis *Prevoſté*. Tabularium Abb. S. Amantii Inculiſmenſis: *Dedit nepoti ſuo omnem preboſtatum villa-Aunlſi.* Alibi: *Dedit Anguillarium de Iſtabruna, & preboſtatum borderia Guillelmi Maſfredi in dominium.* Iterum: *Donum Guillelmi Gaſtinelli de preboſtatu quem habebat in boſco Roſelli.* Alibi: *Fecit hoc donum S. Amantio tali conditione, ut ipſe teneret preboſtatum in vita ſua.*

Precaria, eſt Libellus ſeu Charta, qua quis alodium vel prædium ab Eccleſia ſub annuo cenſu ad vitam utendum accipit, illud *precario* poſſeſſurus, ut eſt in Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 104. vel ut apud Abbonem Abbatem Floriacenſem in Canonib. c. 7. *quod ex conventione fiat, & precibus obtineatur.* *Precaria Epiſtola*, in Lege Wiſigoth. lib. 10. tit. 1. §. 12. *Teſtamentum precaria*, apud Hugonem Flaviniacenſem in Chronico Virdunenſi pag. 110. *Emphiteuſis*, in Charta ſcripta Berengario imperante apud Ughellum to. 6. p. 634. *Nam non habeam poteſtatem ipſum Xenodochium nemini in emphyteuſim, id eſt precariam dandi, aut concedendi*, &c. *Libellus*, nudè, ut in hac voce docuimus: *Preſtaria*, interdum, de qua ſuo loco.

Ut porrò *Emphyteuſis* primum à civitatum agris ad patrimoniales principum fundos inducta eſt: ita à patrimonialibus, non modò ad privatorum agros, ſed etiam ad Eccleſiaſticos. Cur autem Eccleſia emphyteuſin in prædiis ſuis receperit, rationem hanc reddit Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 42. quod in eorum locationibus crebræ fierent conductorum mutationes, eoque ipſo minus bene Eccleſiarum agri colerentur: *Jubemus etiam*, inquit, *ut hoc Experientia tua ſummopere cuſtodiat, ut per commodum conductores in maſſis Eccleſia nunquam fiant: ne dum commodum quaritur, conductores frequenter mutentur: ex qua commutatione quid aliud agitur, niſi ut Eccleſiaſtica pradia nunquam colantur.*

Preſtariarum & *Precatoriarum* in Galliis antiquum uſum probat Palladius Epiſcopus in Epiſt. ad Deſiderium Epiſcopum Cadurcenſem, inter Epiſt. Deſiderii 18. *Similiter ubi Chromatia in re Eccleſia Bagidone commanet, quia frater ſuus Deotherius Preſbyter actorem Eccleſia Santonica egit, & nunc ipſa Chromatia, qui ibidem per Beneficium precaturia manere videtur, ſi eam cum omni re ſua jubeas defenſare, quemodo & apud Deum mercedem habeas, & nos vobis gratias ſupplicationis agamus.* Apud Fortunatum lib. 8. Poëm. 21. & 22. alterum *Pro villa praſtita*, alterum *Precatoria pro ipſo agro*, inſcribuntur, de villa ſcilicet ad Vigennam fluvium ſita, quam Gregorius Turonenſis Epiſcopus eidem Fortunato in *preſtariam* conceſſerat, ſub uſusfructus conditione, quam ſic tangit:

Quando repoſcetur, veſtris redit uſibus arvum,
Et domino proprio reſtituemus agrum.

Ejuſmodi etiam Precariarum uſum probant Symmachus PP. Epiſt. 1. c. 1. Concilium Agathenſe an. 506. c. 7. 45. Aurelian. I. an. 511. c. 23. Aurelian. IV. c. 34. Lugdunenſe II. cap. 5. &c. quas Clericis potiſſimum factas ex iis colligere eſt, ac poſtmodum aliis. Charta Caroli M. apud Meurſſium in Epiſcopis Metenſib. p. 181. *Ut jamfatam villam nunquam præſumant alicui beneficio tribuere, nec per precariam, ut fieri aſſolet, prabere*, &c. Inductæ præterea prædiorum Eccleſiaſticorum emphyteuſes Conſtitutionibus Imperatorum, ac maximè Leonis, & Novella 7. Juſtiniani, quibus eæ permittuntur uſque ad filios & nepotes, ſeu *in tertiam generationem*, ut habent veteres Tabulæ: *Ita ut tribus perſonis defunctis omnimodo pradium ad venerabilem locum redeat*, ut eſt apud Julianum Anteceſſorem c. 34. ſeu ut Chartæ aliæ, *ad primum & ſecundum haredem*, vel denique ut Joannes Antiochenus περὶ χαριστικαρίων c. 10. 15. apud v. cl. Jo. Bapt. Cotelerium to. 1. Monumentor. Eccleſiæ Græcæ, ἐπὶ δύο προσώποις, ἢ τρισίν. Odo Foſſatenſis in Vita Burchardi Comitis: *Dederat autem cuidam ſuo Prapoſito nomine Bodoni, ac duobus ipſius haredibus quoddam beneficium; taliter ut diebus ſua vita cenſum ipſius Monaſterio perſolverent, id eſt 72. nummos: illis verò ab hac luce ſubtractis ipſam terram perpetuò cœnobita poſſiderent. Sed jam dicto viro obeunte, filius ipſius Aledramnus nomine, qui primus heres extiterat*, &c. Eadem ferè habentur de eodem Bodone in Charta Roberti Regis an. 1029. in Tabulario Foſſatenſi: *Sed prædictus Alrannus, qui de Carta primus heres extiterat, cujuſque nomen in ipſa deſcriptum*

erat, Monaſterium adiit, &c. Vide lib. 1. Antiq. Ful-denſ. trad. 14. Roverium in Reomao p. 174. &c

Interdum tamen ex pacti conventi legibus longius extendebantur Precariæ, *ad quartum* nempe *hæredem,* quas Godefridus Monachus S. Pantaleonis in Chr. an. 1168. *locationis libellos tertii & quarti generis* vo-cat.

Interdum ad quintum hæredem, cujuſmodi Preca-riarum Chartæ deſcribantur in Tabulario Caſaurienſi, ex quo ſequentes eruimus, hicque damus, ut Preca-riarum inde formulæ colligantur.

In Chriſti Nomine, ideoque ego Pelegrinus filius quon-dam Ildeprandi de Salaiano, manifeſta cauſa eſt, & a plu-rimis cognitum, eo quod per meas litteras precarias rogum tibi Romano Abbati ex Monaſterio S. Trinitatis quod ædificatum eſſe debet in inſula de Piſcaria, loco ubi di-citur Caſaurea, rogum emiſi & petivi a te ut una cum conſenſu & voluntate congregationis memorati Monaſte-rii beneficiali ordine præſtaretis mihi memorato Peleri-no, vel meis hæredibus uſque in quinta mea generatione omnes ipſas res quas ego ipſe tibi per cartulam vendidi, delegavi in Salajano, ſeu per ejus vocabula idem de caſis, terris, vineis, campis, ſilvis, paſcuis, pomis, atque ſaic-ctis, cultum vel incultum, omnia & in omnibus ipſas me-moratas res in integrum, quod & feciſti. Quamobrem præſtitiſti & præſtaſti, tu memorate Romane Abbas, mi-hi memorato Pelerino, vel meis hæredibus, uſque in quin-tam meam generationem omnes ipſas memoratas res in in-tegrum, cum conſenſu & voluntate Congregationis memo-rati Monaſterii: in eo vero tenore beneficiali ordine u-ſufruendi, cultandi, laborandi, meliorandi, nam non vendendi, nec donandi, nec concambiandi, nec per ullum ingenium ipſas memoratas res in alterius poteſtatem dan-di, niſi tantum uſufruendi uſque in quintam meam gene-rationem; poſt noſtrum tranſitum, omnem ipſam memora-tam ſubſtantiam in integrum revertatur ad partem memo-rati Monaſterii, cujus eſt proprietas, & per hanc car-tam repromiſi ego memoratus Pelerinus una cum meis hæ-redibus tibi, Romane Abbas, vel ſucceſſoribus tuis dare cenſum annualiter de menſe Decembri argentum denarios ſex, & ſeu memoratus Pelerinus una cum meis hæredi-bus omnem ipſam memoratam ſubſtantiam bene non la-boraverimus, & uſu non fruerimus, & doloſo animo ea malè tractaverimus, & ipſum memoratum cenſum an-nualiter tibi, Romane Abbas, vel ſucceſſoribus tuis non dederimus ſic pleniter, ſicut ſuperius dictum eſt, hæc om-nia memorata nos non adimpleverimus, vel fecerimus, tunc expondero me ego memoratus Pelerinus una cum meis hæredibus tibi memorate Romane Abbas, vel ſuc-ceſſoribus tuis componere vobis ſolidos centum, & omnes ipſas memoratas res in integrum reprehendatis ad partem memorati Monaſterii ſine omnem calumniam qua ſic ta-liter inter nos ſtetit convenienter. Quia verò Precariam ſcripſi ego Audoaldus Notarius rogatus à memorato Pe-lerino, actum in Caſaaurea imperii D. Ludovici XXIV. & II. anno Supponis Comitis, die XX. menſis April. per Indict. 4. feliciter. Signum manus Pelerini qui hanc Pre-cariam fieri rogavit. † Ego Macolfus. † Ego Aloini. † Ego Maelfredus rogatus memoratus Monachis Monaſte-rii.

Alia Precariæ formula deſcribitur in eodem Ta-bulario Caſaurienſi an. 24. Ludov. Imp. F. Lothari: *Manifeſta cauſa eſt & ab omnibus cognitum, eo quod nos Ariſredus & Ildebertus per nos litteras precarias roga-vimus te, Romane Abbas, ex Monaſterio S. Trinitatis quod ædificatum eſſe debet infra inſulam de Piſcaria, lo-cum qui dicitur Caſaura, rogum miſimus & petivimus à te, ut una cum conſenſu & voluntate Congregationis me-morati S. Monaſterii, beneficiali ordine præſtaretis nobis Ariſredo & Ariberto Germanis, vel noſtris hæredibus uſque in quinta noſtra generatione, omnes ipſas res quas nos ipſi per Cartam venditionis delegavimus,* &c. Alia Precaria ibidem: *Ego Recipertus per meas litteras pre-carias rogum tibi, Romane Abbas, — emiſi & petivi a te & cum conſenſu & voluntate Congregationis tuæ benefi-ciali ordine præſtaretis mihi vel meis hæredibus uſque in quintam generationem omnes ipſas res quas ego vendidi & delegavi ad partem memorati Monaſterii,* &c. *Quod & feciſti, quam & ob rem præſtitiſti & præſtaſti tu, Roma-ne Abbas, mihi Raceperto vel meis hæredibus uſque in quintam generationem omnes ipſas res memoratas in in-tegrum. In eo vero tenore beneficiali ordine, uſufruendi, cultandi, laborandi, nec non vendendi, nec donandi, nec concambiandi, nec per ullum ingenium ipſas memo-ratas res in alterius poteſtatem ad proprietatem dandum, niſi tantum uſufruendi uſque in quinta mea generatione, & poſt completam memoratam quintam generationem, diſceſſum, omnes ipſas memoratas ſubſtantias in integrum revertatur ad partes memorati Monaſterii, cujus eſt pro-prietas.*

Sæpe etiam ad primum hæredem reſtrictæ leguntur Precariæ, ut in Chartis 65. & 70. ex Goldaſti Ale-mannicis, alia quæ deſcripta legitur in Hiſtoria Epi-ſcopor. Silvanectenſium in Conſtantino Epiſcopo, &c. Tabularium Monaſt. S. Andreæ Viennenſis: *Priſco-rum norma, & cunctarum Legum patet auctoritas, ut qui-cumque res Eccleſiæ per libellum habere voluerit, vide-licet viginti novem annis ipſius petat ſuffragium & tui-tionem. Quapropter ego in Dei nomine Chunradus nutu Dei omnipotentis Rex, noverit fidelium noſtrorum indu-ſtria, qualiter Anzenmus humiliter petiſti, ut res noſtras ex Abbatia noſtra, quæ eſt conſtructa in honore S. Andreæ, ſcilicet in Comitatu Viennenſi, in agro Regiacenſi, in villa Sal[...]is, & in Colonicas, hoc ſunt campi ſicut di-viduntur cum terra Sancta Maria, tibi & ad unum tuum hæredem, per libellum ſub uſu Beneficii concedo, ea nam-que ratione, ut annis ſingulis ad ipſam Eccleſiam ſex denaratas in cenſum de cera perſolvas. Si de ipſo cenſu negligens fueris in uno anno, in alio duplum componas, ac inſuper hoc libellum ſcriptum inviolabilis permaneat cum ſtipulatione ſubnixa. S. Eberaldo. S. Patroni Comitis. S. Giroldi. S. Widoni. Ego Sueſfredus Levita hoc libellum ſcripſi, datavi, die Martis 5. Id. Mart. an. 27. re-gnante Chunrado Rege ſereniſſimo.*

Interdum ad vitam ipſius qui Precariam obtine-bat, ut apud Marculfum lib. 2. Formul. 39. 40. in Formulis veter. c. 27. 42. in Form. ſecundum Legem Rom. c. 7. in Charta Alamannica 68. 75. in lib. 1. An-tiq. Fuld. tradit 25. 75. lib. 2. tr. 25. 28. 32. & alibi paſ-ſim. Unde patet alium numerum non definitum, quam qui inter dantem & accipientem convenerat, ex Conci-lio Turonenſi III.

Interdum hiſce contractibus rerum ſuarum uſum-fructum concedebat Eccleſia, ea conditione, ut tantæ quantitatis proprietatem ex rebus ſuis uſufructuarias vel vivens, vel poſt mortem Eccleſiæ dimitteret. Quæ quidem conditio ad excipiendas Eccleſiaſticorum em-phyteuſes definita legitur Conſtitutione Leonis Imp. & Novella 7. Juſtiniani. Quarum precariarum formulæ extant apud Marculfum lib. 2. form. 39. & 40. in Formulis veterib. c. 41. 42. in Chronico Lauriſha-menſi an. 895. pag. 68. in Chartis Alamannicis Goldaſti 63. 65. apud Brouverum lib. 11. Annal. Trevir. n. 112. Meuriſſium in Epiſcopis Metenſi-bus pag. 185. 300. &c. De iis agunt præterea Capi-tula Caroli M. lib. 7. c. 104. Concil. Remenſe II. c. 36. Turonenſe III. c. 51. Meldenſe an. 845. c. 22. Ca-pit. Caroli C. poſt Capit. Caroli M. c. 9. &c. Iſtiuſmo-di Precariæ formulam aliam ex Tabul. Vienn. Eccleſiæ deſcripſimus, quam hic damus: *Conſuetudo & juſtitia Eccleſiaſtica eſt, ut qui res ſuas & facultates ſuas Deo ſervisque ſuis contulerit, ei aliquid quod poſtulaverit rationabiliter adinvicem de rebus Eccleſiæ conferat. Ideo ego Barnoinus Archiepiſcopus Eccleſiæ Viennenſis, una cum Sacerdotibus & Clericis ejuſdem ſanctæ Matris Eccleſiæ, concedimus tibi Randuico & uxori tuæ Raingar-di eandem Colonicam, quam per inſtrumenta cartarum Eccleſiæ S. Mauricii contuliſtis, quæ eſt ſita in Comita-*

tu

in Vienneuſi in loco ubi dicitur Rodſcalco. & pro hac tam pia conſolatione & grata devotione, concedimus vobis ex rebus S. Mauricii vel S. Symphoriani præſtatione Beneficii in Madrata manſos veſtitos duos, & abſos 13. ut faciatis ex his omnibus diebus vitæ veſtræ quicquid vobis juſtè & rationabiliter viſum fuerit. Ea tamen conditione, ut eaſdem res ædificetis & melioretis atque excolatis, & annis ſingulis feſtivitate S. Mauricii in veſtitura modium frumenti & modium vini miniſtris S. Mauricii perſolvere ſtudeatis: & poſt diſceſſum hujus vitæ veſtrum, abſque alicujus contradictione prædicta res, & quas de jure noſtro Eccleſiæ traditis, & eaſdem quas Eccleſia vobis confert, ſancti Maurici Eccleſia recipere valeat, &c.

Similem formulam ex Tabulario Caſaurienſi deſcriptam, priori adjungimus. *Placuit atque convenit inter nos Romanum Abbatem de Monaſterio S. Trinitatis — una cum voluntate & conſentientibus primatis Monachis prærdinatis in Officio memorati Monaſterii, nec non inter Widonem Gaſtaldum filium quondam Bertadi, & Eufraſiam conjugem tuam. Dedimus ego memoratus Romanus Abbas vobis memoratis & filiis & nepotibus Widonis legitimis uſque in tertia generatione una rem juris memorati Monaſterii infra territorium Pinnenſe, curtes noſtras in loco qua dicuntur Carneto & Saline, cum omnibus pertinentiis de ipſis curtibus cum terris & vineis, &c. per noſtrum præſtitum habeatis uſufruendi, cultandi, meliorandi, nam non vendendi, nec donandi, nec commutand, nec per ullum ingenium ad proprietatem in alterius poteſtatem transmigrandi. Et debeatis tu memorate & tertia generatio legitima cum Eufraſia uxore tua exinde annualiter reddere cenſum per unamquamque indictionem, aut per vos aut per veſtrum Miſſum in memoratum Monaſterium argentum vel aliam pecuniam totum in appretiatum ſolidos XV. Pro ea verò ratione vobis memoratas res uſufruendi concedimus, quia tu nobis dediſti in ea convenientia de veſtro proprio quod à præſenti die ad jus noſtræ proprietatis permanere debeat in territorio Pinnenſi in caſalibus quæ dicuntur Turzanico & in Opaculo, quod eſt per numerum vinearum ſolidos quinquaginta per tremiſſos vites centum, cum terra ubi ipſa vinea plantata eſt, & terram in ipſis caſalibus, vel per ejus vocabula, inter cultam & incultam, modiorum IX. cum caſis quæ in ipſis rebus ſtare videntur, & quidquid de rebus proprietatis veſtræ ſuper ipſa manſura invenire potuerimus in memoratis caſalibus, nobis dediſti in iſta convenientia, hoc eſt ipſa res quæ vobis evenerunt per cartulas venditionis à Petro filio quondam Adeperti, &c. an. Dom. Karlomanni Regis anno regni ejus in Italia II. & IV. anno Comitatus Widonis Comitis.*

Interdum per *precarias* quis res proprietatis ſuæ Eccleſiæ tradebat, caſque poſtmodum ſibi dari poſtulabat, ſe ſe annuo cenſui aſtringens, ut patet ex Lege Alamannor. c. 2. Lege Bajwar tit. 1. c. 1. §. 1. veterib. Formulis c. 28. & ex alia ſecundum Legem Romanam c. 8. 34. 41. ex Formulis Parenſalibus cap. 20. ex Concilio Turonenſi VI c. 51. Remenſi II. c. 36. ex Meldenſi an. 845. c. 22. ex Regula Canonicorum Chrodegangi cap 32. novæ edit. ex Chartis ſupra deſcriptis ex Tabulario Caſaurienſi, & aliis in Chronico Laurisham. p. 65. 66. 68. Chartis Alemannicis Goldaſti 66. 67. 68. 69. 70. 75. Tradit. Fuldenſib. lib. 1. trad. 23. 24. 75. lib. 2. trad. 25. 28. 33. & ibi paſſim. ex Chartis aliis Apud Flodoardum lib. 2. Hiſt. Remenſis cap. 1. Hugonem Flaviniacenſ. in Chron. pag. 110. Beſlium in Comit. Pictav. p. 202. 210. 239. Miræum in Notit. Eccleſ. Belgii c. 32. &c.

Variæ præterea erant *precariarum* & *præſtariarum* leges, quas inter fuit illa, ut de quinquennio in quinquennium renovarentur, ne ex ſilentio præſcriptio aliqua obtenderetur, in Capitulis Caroli C. tit. 6. p. 51. Hinc formula ſeu clauſula libellis *precariarum* adjecta, *ac ſi per quinquennium fuerit renovata iſta precaria obtineat firmitatem*: Charta Radulfi Archiep. Bituric. an. 858. in Tabul. Abbatiæ Bellilocin. 19. *Et hæ duæ precariæ uno tenore conſcriptæ ſic obtineant firmitatem, quaſi de quinquennio in quinquennium fuiſſent renovatæ, vel factæ.* Formula incerti autoris c. 41. *Et præſens precaria firma permaneat, & ut alia precaria de quinquennio in quinquennium renovantur, iſtam verò non ſit neceſſe renovandi, ſed per ſemetipſam omni tempore obtineat firmitatem cum ſtipulatione ſubnixa.* Formulæ ſecundum Legem Roman. c. 7. *Et hæc precaria, quamvis per diverſorum annorum curricula à me fuiſſet poſſeſſa, nullum præjudicium vobis præparetur, ſed ita firma permaneat, quaſi per quinquennium fuerit renovata*, &c. Tabularium Eccleſiæ Viennenſis fol. 54. ſub Carolo Calvo: *Et hæc præſtaria noſtra per quinquennium renovetur*, &c.

Precarias denique renovare, cùm ex finitæ erant, poſſe Epiſcopos, definiunt Capitula Caroli M. lib. 7. cap. 142. Quo pertinet formula 39. lib. 2. Marculfi: *Et poſt noſtrum diſceſſum præfatos locos abſque ulla aira renovata, ut mos eſt in cæteris, precaria, — vos vel ſucceſſores aut agentes veſtri in veſtram faciatis revocare dominationem.*

Precariarum Eccleſiaſticarum, ut eſt in Capitulari an. 779. c. 13. & in Additione 4. Capitular. c. 132. aliæ erant, quæ ab ipſis Eccleſiis ſeu ipſis Præſulibus fiebant, aliæ quæ Regia auctoritate: *Et ſit diſcretio inter precarias de verbo noſtro factas, & inter eas quas ſpontanea voluntate de ipſis rebus Eccleſiarum faciunt.* Ideo autem cogebantur Eccleſiæ à Principe *precarias* facere, ut quæ inde proveniebant, in ſubſidium exercitus impenderentur, Capitulare 1. Karlomanni Principis an. 743. apud Liptinas c. 2. Capit. Pipini an. 748. c. 6. & lib. 5. Capitul. c. 3. lib. 6. c. 425. *Statuimus quoque cum conſilio ſervorum Dei & populi Chriſtiani, propter imminentia bella & perſecutiones cæterorum gentium quæ in circuitu noſtro ſunt, ut ſub precario & cenſu aliquam partem Eccleſialis pecuniæ in adjutorium exercitus noſtri cum indulgentia Dei aliquanto tempore retineamus, ea conditione ut annis ſingulis de unaquaque caſata ſolidus, id eſt 12. denarii ad Eccleſiam reddantur, eo modo ut ſi moriatur ille cui pecunia commodata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reveſtita ſit, & iterum ſi neceſſitas cogat, aut Princeps jubeat, precarium renovetur, & reſcribatur novum.* Adde Capitulare Metenſe an. 756. cap. 4. lib. 5. Capitul. c. 13. &c. Ex quibus colligi poteſt Principes noſtros non ſolùm ab Eccleſiis & Eccleſiaſticis auxilia ſubinde ad bella ſua & regni neceſſitates exegiſſe, ſed & per ejuſmodi precarias regias pleraque Eccleſiarum prædia in manus laïcas tranſiiſſe, dum qui iis donati erant, lapſu temporis non in precarium, ſed in beneficium regium ea poſſederunt.

Precariarum meminerunt præterea Lex Longobard. lib. 3. tit. 10. §. 2. Capitula Caroli M. lib. 6. c. 320. Additio 3. Ludov. Pii c. 22. Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 52. Adam Bremenſis c. 162. Abbo Monachus ſerm. 5. p. 106. Leo Oſt. lib. 3. c. 59. al. 60. Bulla Benedicti VIII. to. 4. Hiſt. Franc. pag. 170. Loiſellus in Bellovaco pag. 246. Meuriſſius in Epiſcopis Metenſib. pag. 177. 180. &c. Vide *Libellus*, *Præſtaria*.

Precariare, In precariam dare, *precario more concedere*, in Pancharta nigra Turonenſi: *more & ordine precario*, apud Beſlium p. 102. 110. 139. *Per precarium præbere*, in Charta Hildegardæ Reginæ Francor. apud Meuriſſium in Epiſc. Metenſib. p. 182. Tabularium Caſaurienſe: *Ego Ildeprando filius quondam Lupani rogo & peto à te Adelardo Sculdaſio, ut mihi meiſque filiis & nepotibus uſque in tertia mea generatione maſculina precariare digneris ipſas res quas ego ipſe tibi per cartulam delegavi, excepto terram modiorum ſex in Liciniano, uſufruendi, unde debemus annualiter tibi vel tuis heredibus denarios quatuor penſionem.* Vide Witikindum edit. Reineccii pag. 42. Privilegia Eccleſiæ Hamburgenſis pag. 164. & Metropolim Saliſburgen-

ſem to. 1. pag 368.

Precariatio, Conceſſio in *precariam*, in Charta Eberhardi Archiep. Saltzburgenſis an. 1153. in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. p. 372.

Precare, In precariam accipere. Vetus Charta apud Ughellum to. 1. part. 1. p. 390. *Ut ego ſupradictus Raynerius precavi ad te Landulſum vir venerab. Epiſcop. de rebus juris proprietatis S. veſtri Epiſcopii ſedis v ſtra Eccleſia, ut tu mihi ſeu & ad filios, vel nepotes meos, & uſque in tertiam meam legitimam generationem — de veſtro Epiſcopio nobis conceſſiſti*, &c. Occurrit rurſum infra.

Precarium, idem quod *Precaria*. Iſidorus lib. 5. Orig. c. 25. *Precarium, est dum prece creditor rogatus permittit debitorem in poſſeſſione fundi ſibi obligati, & ex eo fructus capere*, &c. Placitum 3. Chlodovei III. apud virum eruditiſſimum Joan. Mabillonium to. 4. Vit. SS. Ord. S. Benedicti p. 617. *Unde & ipſo ſtrumentum ſeu & precarium, per quod ipſa Angantrudis pertinentium ipſius Abbatis hoc poſſidebat, in præſentem oſtendedit relegendas.* Occurrit ibi rurſum. Canones Synodi Liptinenſis c. 2. & Capit. Caroli M. lib. 5. c. 3. *Statuimus quoque — ut ſub precario & cenſu aliquam partem Eccleſiaſticæ pecuniæ in adjutorium exercitus noſtri — aliquo tempore retineamus.* Eadem Capitularia lib. 7. c. 204. vel 142. novæ edit. *Et poſtquam ipſa precaria fuerint finita, faciant poteſtative ſpeculatores Eccleſiæ utrum elegerint; aut ut ipſas res recipiant, aut poſteris eorum ſub precario & cenſu habere permittant. Precario poſſidere*, in Capit. 2. Caroli M. incerti anni c. 1. *Jure precario poſſidere*, in Chronico Laurisham. p. 65. *Jure precario diſtrahere*, in Synodo apud Vermeriam an. 853. Charta *precarii*, in Charta Goldaſtina 75.

Precarium, Penſio vel præſtatio nummaria, apud Gregor. M. lib. 10. Epiſt. 5. Vide Epiſt. ſeq.

PRECARIA, Queſta, ſeu roga, tributum quod exigitur quaſi *deprecando*, ut habet Lex Longobard. lib. 3. tit. 12. §. 5. *Audivimus etiam quod juniores Comitum, vel aliqui miniſtri Reipublicæ, aliquas redhibitiones vel collectiones, quidam per paſtum, quidam ſine paſto, quaſi deprecando à populo exigere ſolent.* Charta Conradi I. Imp. an. 1026. in Hiſt. Pergamenſi to. 3. pag. 418. *Quatenus ad partem publicam nulla conditione reſponderent, nec ad partem Comitatus placitum cuſtodirent, neque teloneum neque precariam darent, neque ullam facerent angariam ad partem publicam.* Charta Conradi II. Imp. an. 1145. *Exactiones, tallias, quas quidam precarias, vel petitiones nominant, vel accubitus vaſtatorios.* Alia Friderici II. an. 1237. apud Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæſar. p. 80. *Vel ſua præſumat autoritate talliam ſeu precariam in prædictos cives facere*, &c. Albertus Stadenſis & Hiſtoria Archiepiſcop. Bremenſium an. 1142. *Conceſſit etiam omnes Colonos Eccleſiæ ab omni cenſu, expeditione, villa vel urbis munimine, & penſione precaria liberos & immunes.* Vitalis Epiſcopus Oſcenſis: *Præter precarias villarum Domini Regis, quæ ipſis Ricis hominibus ſimiliter ſunt pro ſuis ſtipendiis aſſignata. Quæ precaria in quibuſdam locis in grano, & in quibuſdam in denariis — exiguntur.*

Precaria, Servitium ſonat quod præſtare tenebantur tenentes in metendis meſſibus, falcandis fœnis, & aliis ſervitiis, quando ad id *rogati* erant. Liber Conſuetudinarius Monaſterii de Bello in Anglia fol. 60. *Et debet invenire unum hominem cum uno equo ad herciandum qualibet ſeptimana, — & etiam debet venire quolibet anno ad duas precarias caruca cum caruca ſua, ſi habeat integram carucam, vel de parte quam habet caruca, ſi carucam non habeat integram. & tunc arare debet utroque die quantum poteſt à mane ad meridiem, & uterque tentor (vid. caruca) & fugatorum habebunt unum paſtum ſolemnem utraque die prædictarum precariarum, — & debet inquirere ad tres precarias in autumno quolibet die duos homines: & habebit uterque dictorum hominum ad utramque diem precariarum, primus unum panem utroque die de frumento & ordeo mixto, qui ponderabit 18. libr. ceræ, pretium cujuſlibet panis 1. d. ob. & ad tertiam precariam habebit uterque homo unum panem dicti ponderis totum de frumento pretio 1. d. ob. & habebunt prædicti duo homines conjunctim ad quamlibet de prædictis 3. precariis potagium & ferculum de carne ſine potu pretii 1. den.* Placitum ſub Henrico III. Reg. Angl. *Debent venire in autumno ad precarium, quæ vocatur à la Bederepe, ut Prior aſſerit.*

Magna precaria Idem liber Conſuetud. fol. 97. *Idem Joannes Boylonde tenet 1. cotagium — & debet invenire unum hominem ad magnam precariam in autumno.* Occurrit ibi pluries. Charta alia: *Rogerus de Weſtſburne tenet medietatem unius hida terra in Tachebrok, & veniet ad magnam precariam in autumno, cum omnibus meſſoribus ſuis ad puturam domini bis in die.* Vide Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 20. In Rotulo Computor. manerii *de Harwe*, in Anglia an. 21. Ric. II. inter opera autumnalia, ea habentur: *Et de 199. operibus magna precariæ provenientibus de omnibus tenentibus domini, tam liberis, quam nativis, infra dominium domini reſidentibus, quorum quilibet domum habens, de quo fumus exit, inveniet unum hominem ad magnam precariam, ſi ad hoc ſummonitus fuerit.*

Precare, Precariam, vel queſtam imponere, aut exigere. Charta an. 1233. in Hiſt. Guinenſi p. 498. *Cum recognoviſſet ſe, patremque ſuum, homines eorum feodatos manentes in terra Wakia talliando ſive precando minus juſte quam ſæpius aggravaſſe*, &c.

PRECATIO, idem quod *Precaria*, ſeu Charta Precariæ, in Charta Theudonis Archidiaconi Divionenſis an. 18. Lotharii Regis, apud Perardum: *Et hæc precatio omni tempore vita eorum firma & ſtabilis permaneat.*

PRECATIO, Oratio quæ à Preſbytero ante Epiſtolam in Miſſa dicitur. Amalarius in Eclogis de Officio Miſſæ editis à v. cl. Steph. Baluzio: *Epiſcopus quidem poſt primam orationem, quam Precationem nominamus, ſedet verſus ad populum, & preſbyteri cum eo.* Alibi: *Quidquid agitur in officio Miſſæ, antequam oblata ponantur in altari, Precatio nominatur.* Mox: *Prima verò oratio quam dicit Epiſcopus, Precatio nominatur, id eſt optatio bona pro populo.* Vide S. Auguſt. Epiſt. 59.

PRECATOR. Capitulare de Villis c. 45. *Carpentarios, Scutatores, Precatores, Accipitares, id eſt Aucellatores, Saponarios*, &c. Ubi fortè legendum, *Scuratores, Paratores*. Vide in his vocibus.

PRECATORIA *Epiſtola*, qua quis alium de re quapiam precatur, in Concilio Calched. act. 10. ſub finem, in Concilio Agathenſi c. 59. Epaonenſi c. 18. Remenſi I. c. 1. & Liptinenſi c. 3.

PRECATORIUM. Extat in lib. Epiſtolarum S. Bonifacii Arch. Moguntini Epiſtola 108. ſic inſcripta: *Precatorium memorandi fratrum doctorum.* Continet autem formulam *Brevis*, uti vocant, *mortuorum*, quo ſcilicet memoria defunctorum fratrum, ſeu Monachorum, unius Monaſterii, alterius Monaſterii fratribus commendatur. Unde *memorandi*, hoc loco, vox vim habet *memoriam faciendi*: pro *doctorum* verò indubiè legendum *defunctorum*, quod non advertit Serrarius, quæ vox fortè contracta erat in MS.

PRECATURA, idem quod *Precaria*, *queſta*, *roga*. Epiſtola Fulcardi Abbat. Lobienſ. *Precaturas, imò rapinas, quas nullas omnino habere debent, de avena, de multacibus, de denariis, de omnibus penè mobilibus, contra voluntatem pauperum, non precando, ſed tollendo faciunt.*

PRECES, idem quod *Precatura*, Exactio ſub nomine precationis, *Queſta*. Charta Hugonis Caſtellani Gandenſis an. 1265. *Et præterea occaſione dicti feodi à dicto 5.*

& ejus hæredibus nullum penitus ſervitium, & nullam exactionem, preces, talliam, nec aliquod ſubſidium pro contrahendo matrimonio ſenioris filii vel filiæ noſtræ — exigere poterimus. Vide *Roga.*

Preces etiam dictæ *Corvatæ*, quæ à tenentibus quaſi precariò exigebantur. Vetus Liber MS. ex Bibliotheca Regis Angliæ: *In quibuſdam locis datur firma ad Natale Domini, & firma Paſchalis, & firma precum ad congerendas ſegetes.* Regeſtum Abbat. Welbekenſis in Anglia f. 108: *Hoc donum — quietum ab omni exactione & ſervitio ſeculari, quæ mihi pertinent, excepto quod ſingulis annis, pro eadem terra, 5. ſolidos mihi dabunt, ſimiliter tres preces de una caruca, & tres preces in Autumno, prima videlicet cum uno homine, ſecundum cum duobus hominibus: tertia verò die cum tot hominibus, quot in eadem terra cotidie metentes inventi fuerint.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 19. *Arant preces ſemel ad conredium Curiæ.* Alia ibid. p. 20. *In villa de Ickham ſunt 16. Cotarii, quorum quilibet habet 5. acras, & hæ ſunt eorum conſuetudines: ducunt braſium, — quilibet tres preces, id eſt quando rogantur per ſervientem Curiæ, debent facere, ſive aliud facere quod expedit domino per 3. dies, & ſi noluerint facere, poſſint artari,* &c.

Preces primariæ: ita dicitur jus quod habet Imperator Coronatus ex antiqua conſuetudine in omnibus Cathedralibus Eccleſiis atque etiam Monaſteriis per Germaniæ regnum unius Canonici pro arbitrio nominandi, quem Collegium recipere debet. Charta Caroli IV. Imp. an. 1350. à Marquardo Frehero edita: *Cùm itaque nobis tam de jure quàm de antiqua & approbata conſuetudine à divis Romanorum Imperatoribus & Regibus prædeceſſoribus noſtris hactenus obſervata competat, quod ex Coronationis noſtræ ſolennis ad Romanorum regnum quæ in nobis nutu divino dudum ſunt completa, in quolibet Monaſterio in Imperio conſtituto unam tantum perſonam, virtute Primariarum Precum noſtrarum ad beneficium Eccleſiaſticum facere poſſimus promoveri,* &c. Alia Venceſlai Imp. an. 1376. ad Rupertum Comitem Palatinum Rheni: *Concedimus per præſentes, quod in omnes Primarias Preces ratione noſtræ Coronationis in Romanorum Regem, hodie videlicet die 6. menſis Julii Aquiſgrani divina favente Clementia ſolenniter ſuſcepta, per civitatem & diœceſim Spirenſem & Wormatienſem tam de jure ab antiqua conſuetudine divis Romanorum Regibus noſtris anteceſſoribus & nobis competentem, porrigere valeas & debeas in ſingulis tam Cathedralibus quàm Collegiatis & Conventualibus Eccleſiis & Monaſteriis utriuſque ſexus, tam ſecularium, quam regularium perſonarum, necnon ad Prælatos, & alias perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque, etiamſi Pontificali vel alia præfulgeant dignitate, in dictis civitatibus & diœceſibus, ſicuti eaſdem Preces per nos porrigere poſſemus, jus & poteſtatem porrigendi hujuſmodi Preces nobis competentes in tuam perſonam omni forma & jure, quibus melius fieri poterit, plenariè transferendo,* &c. Gobelinus Perſona in Coſmodr. æt. 6. cap. 94. *Poſtquam Joannes depoſitus fuit de Papatu, Rex dedit gratias ad beneficia expectativas, eo ſub colore, quod ipſe de conſuetudine antiqua haberet Primarias Preces in qualibet collatione beneficiorum ad Eccleſiaſticas perſonas ſpectante.* Proſtat liber in Germania editus de ejuſmodi Primariis Precibus.

PRECULA. Inventarium Eccleſiæ Eboracenſis in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 174. ubi de feretris & eorum ornatu: *Duo paria precularum argenti deaurati. — Unum par precularum argenti deauratum. — Unum par precularum de coral cum 16. gaudeys argenti deaurati. — Unum par precularum argenti, (infra, del corall) cum le gaudeys deauratum.* Pag. 176. *Duo annuli de auro, & duæ gauderes de auro involuto in ſerico rubeo remanens in pixide eburnea continente plures lapides pretioſos.*

PREDERIA, Machina bellica, quam *Petrariam* alii vocant. Rollandinus in Chron. Paduano l. 1. c. 12. *Eſtenſem villam occupans, & devaſtant, ac burgum, roccham obſedit hoſtiliter, machinis & prederiis pro poſſe diſtruens.* Lib. 10. cap. 7. *Cum prederiis & baliſtis die ac nocte grandinant proditores, & villam, eoſque jugiter impugnant,* &c. Cap. 8. *Vidit foſſam magnam, & præter flumen aggerem elevatum, — plurimas & denſas prederias per ripam fluminis.* Adde c. 1. ejuſdem libri 10. Vide *Petraria.*

PREGA. Charta Odonis Regis Franciæ an. 889. apud Chiffletium in Tornutio p. 271. *Concedimus & perdonamus — Eccleſiæ, & monetam, & pregas, ſicut & alii anteceſſores noſtri,* &c.

PREMIDIONES. Concilium Budenſe an. 1279. c. 3. *Prohibemus ne Prælati vel Canonici — deferant zendardum (l. zendaldum) rubeum, vel in aliquibus veſtibus fimbrias, hoc eſt premidiones, ſeu ornamenta nobilia exterius appoſita de ludria, ſeu bevaria, ſeta, & alia ſimili materia.* Id eſt de pellibus lutrinis, vel beverinis.

PRENDITIO, Uſurpatio, exactio, *malatolta.* Charta Udalrici Dom. de Balgiaco, apud Guichenonum: *Reddidit, reliquit, & finivit pro ſalute animæ ſuæ & anteceſſorum ſuorum B. Vincentio — omnes conſuetudines & prenditiones quas injuſte vel juſte fecerat ipſe vel aliquis alius pro eo in villa de Monte,* &c. Vide *Priſa.*

PRESALIA. Vide *Repreſaliæ.*

PRESBYTER, *Sacerdos.* Iſidorus lib. 7. Orig. cap. 12. *Presbyter Græcè, Latinè Senior interpretatur, non pro ætate vel decrepita ſenectute, ſed propter honorem & dignitatem, quam acceperunt, Presbyteri nominantur, unde & apud veteres iidem Epiſcopi & Presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis, hoc eſt ætatis.* Paulinus Epiſt. 23. ad Amandum: *Deſervimus altario Dei, & menſis ſalutaribus miniſtramus, jam nomine officioque ſeniores, ſenſu autem adhuc parvuli, & ſermone lactentes.* Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum de 7. Gradibus Eccleſ. *Presbyter ætatis eſt nomen, Epiſcopus dignitatis.* Adde Ivonem Carnotenſem ſerm. 2. de Reb. Eccleſ. Adrianus Imp. apud Vopiſcum in Saturnino: *Nemo illic Archiſynagogus Judæorum, nemo Samarites, nemo Chriſtianorum Presbyter,* &c. Ammianus lib. 31. *Chriſtiani ritus Presbyter, ut ipſi appellant, miſſus à Fritigerno Legatus,* &c. Malchus in Byzanticis: Τὸν δὲ βαρβάρων ἔχων ἱερέα, ὃν οἱ Χριστιανοὶ καλοῦσι πρεσβύτερον, &c. Procopius lib. 1. de Bello Perſico c. 25. Ἔδει ἱερεὺς γνώριμος ἀνθρώπους· Πέτρος αὐτὸν μετακέμψασα, ἵνα ἐπίσκοπος εἴη τις, ἀλλ' ὅσαπερ καλοῦσι πρεσβύτερον ὑπομείναντα. Et lib. 1. de Bello Vandal. c. 10. Τῶν δέ τις ἱερέων, οὓς δὴ πρεσβυτέρους καλοῦσι, &c. Ubi vox *Presbyter* convenit Epiſcopis & Sacerdotibus. Vide Baron. an. 58. n. 10.

Presbyteri agrorum & ruris, qui aliàs *Chorepiſcopi* dicuntur, apud Zachariam PP. in Epiſt. ad Pipinum c. 4. Vide *Chorepiſcopus.*

Presbyter aſſiſtens, qui ſcilicet Epiſcopo ſacra facienti adeſt, de cujus munere legendus Ceremonialis Epiſcopor. l. 1. c. 7.

Presbyteri Cathedrales, dicebantur ii, qui ex Parochiis ab Epiſcopis in urbem matricem evocabantur, quo illorum opera & induſtria in ſacris obeundis ac componenda diœceſi commodiùs uterentur. Atque hi Presbytero in Parochiis ſuis conſtituto, cui annuum dabant ſtipendium, reliquas obventiones ſibi reſervabant. De iis agit Concilium Emeritenſe can. 12.

Presbyteri Cardinales, dicti Parochiales, Curiones, *Sacerdotes proprii. Presbyter in cardine conſtitutus*, apud Hadrianum I. PP. in Canonib. c. 68. Vide Hincmarum in Capitulis in Synodo Remenſi datis an. 874. Chronicon Abbatiæ S. Joannis de Vineis p. 41. &c. Zacharias PP. in Epiſt. ad Pipinum c. 25. Oratoria & Eccleſias *in proprietatibus* magnatum ita extrui permittit, ut in iis *Baptiſteria non conſtruantur: nec Presbyter conſtituatur Cardinalis: ſed ſi Miſſas ibi fieri velint, ab Epiſcopo Presbyter poſtuletur.* Similia habentur apud Gregorium M. lib. 1. Ep. 15. lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 9. 10. 86. lib. 8. Epiſt 3. lib. 10. Epiſt. 12. lib. 11. Epiſt.

36. Joannes VIII. PP. Epiſt. 199. *Nullus de laicis Curialibus in Patriarchatus eligatur, vel conſecretur honore, niſi de Cardinalibus, Preſbiteris & Diaconibus Conſtantinopolitanæ Sedis*, &c. Adde Epiſt. 221. 276. Paſchalis II. PP. in Epiſt. 10. ad Epiſcopum Compoſtellanum: *Cardinales in Eccleſia tua Preſbyteros ſeu Diaconos tales conſtitue, qui dignè valeant commiſſa ſibi Eccleſiaſtici regiminis onera ſuſtinere. Porro quæ Preſbyterorum interſunt, Preſbyteris; quæ Diaconorum, Diaconibus committantur, ut in aliena diſpendia nullus obrepat.* Walterus Aurelian. Epiſc. in Capitul. c. 2. *Ut per Archidiaconos vita, intellectus, & doctrina Cardinalium Preſbyterorum inveſtigetur.* Charta vetus in Mà Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 19. ch. 79. *Hæc ſunt debita ſubjectionis quæ debet Eccleſia S. Martini de Campis matrici Eccleſiæ B. M. Pariſ. Sacerdos qui Parochiæ præerit, curam animarum ab Epiſcopo & Archidiacono ſuſcipiet, & quotieſcumque diebus feſtis Epiſcopus Miſſam cantaverit, ipſe duodecimus Cardinalis miniſterio aſſiſtet.*

Preſbyteri Civitatenſes, & *Diœceſani*, in Concilio Agatenſi can. 22 dicuntur qui in Civitatibus & in Diœceſibus, ſeu Parochiis, munia ſua exequuntur. Vide *Diœceſis*.

Preſbyter, vel *Sacerdos domeſticus*, apud Agobardum Lugd. lib. de Privilegio & jure Sacerdotii c. 11. dicitur is qui manet in familia proceris alicujus. Illius quippe ævo, *ea increbuerat conſuetudo impia, ut pene nullus inveniretur anhelans & quantulumcumque proficiens ad honores & gloriam temporalem, qui non domeſticum haberet Sacerdotem, non cui obediret, ſed à quo inceſſanter exigeret licitam ſimul atque illicitam obedientiam, non ſolùm in divinis officiis, verùm etiam in humanis*, &c. Ejuſmodi Preſbyteros domeſticos intelligit, ni fallor, S. Auguſtinus ſerm. 251. de Tempore: *Potentes iſtius mundi, qui cùm veniunt ad Eccleſiam, non ſunt devoti ad laudes Dei celebrandas, ſed cogunt Preſbyterum ut abbreviet Miſſam, & ad eorum libitum cantet*, &c. Quod pridem factum Epiſcoporum indulgentiâ docet Canon 21. Concilii Agatenſis. Atque inde uſus ſeu potiùs abuſus invaluerat, ut Sacerdotes illi domeſtici, *Preſbyteri Magnatum*, & *procerum* vocitarentur: quod ægrè fert Nicolaus I. PP. in Epiſtola quæ extat apud Hugonem Floriacenſem in Chronico, in Lothario Imp. p. 121. Quod verò ſub nullius Epiſcopi diſciplina eſſe viderentur, atque adeò ab Archidiacono coërceri nollent, *Acephalos* Eccleſia nuncupavit, ut eſt in Synodo Ticinenſi an. 850. c. 18. & in Concilio Melphitano can. 9. Sed Concilium Cabilonenſe can. 14. ejuſmodi *Clericos qui ad ipſa oratoria deſerviunt*, ad Epiſcoporum poteſtatem revocavit. Vide Epiſtolam Zachariæ PP. ad Pipinum c. 15. Concilium Meldenſe an. 845. c. 74. Vitam S. Zenini Epiſc. Carnot. n. 2. & Vitam S. Judoci cap. 4. Sed & interdum magnates ipſi ſervis ſuis, quos literis imbui permiſerant, libertatem concedebant, ut *preſbyterarentur*, ſeu Preſbyteri fierent, coramque iis, quotiens luberet, Miſſam & Horas Canonicas celebrarent, & eorum mandatis obedirent: quod præterea Synodorum autoritate confirmatum tradit autor Fletæ lib. 2. c. 51. §. 7.

Preſbyteri foraſtici & pagenſes, Martino Braccarenſi cap. 56. dicuntur, qui ſunt in agris: quos Concilium Neocæſarienſe c. 13. πρεσβυτέρους ἐπιχωρίους vocat, id eſt ἐν τοῖς χωρίοις ſeu vicis ordinatos; Synodus Ancyrana πρεσβυτέρους τοὺς ἐν ταῖς χώραις, *Presbyteros ruris* Dionyſius. Ita *Preſbyteros forenſes* vocant Capitul. 4. an. 806. c. 2. & lib. 6. Capit. c. 246. Maximè verò

Preſbyteri forenſes nuncupantur ii qui ex aliena diœceſi vel Eccleſia ſunt, ut in Synodo Romana ſub Leone IV. an. 853. c. 39. apud Ratpertum de Caſibus S. Galli c. 5. in Vita S. Pauli Epiſcopi Virdunenſis n. 11. &c. qui

Preſbyteri Peregrini, Gregorio M. lib. 3. Epiſt. 18. Charta Adalberonis Epiſcopi Virdunenſis an. 1135. ex Tabulario S. Vitoni: *Conſtituimus ergo quatenus eandem Eccleſiam cum atrio Abbas & fratres liberè & quietè poſſideant, nec aliquis forenſium Preſbyterorum ſine juſſu vel conceſſu Abbatis aliquando de eis ſe intromittat.*

Presbyteri inductitii, quibus opponuntur *proprii Sacerdotes*, in Concilio Romano ſub Innocentio II. c. 10. *Præcipimus etiam ne inductitiis Presbyteris Eccleſiæ committantur: & & unaquaque Eccleſia, cui facultas ſuppetit, proprium habeat Sacerdotem. Conductitii* dicuntur in Concilio Remenſi an. 1148. c. 10.

Presbyter ſeu Sacerdos localis, in Concilio Valentino Hiſp. an. 524. c. 6. in locis certis ordinatus, vel loco alicui addictus, qui dum Ordinem Sacerdotii accepit, ſpondet ſe in certa Eccleſia deſerviturum. Vide Concilium Arelatenſe I. c. 21. & Concilium Calched. act. 15. can. 6. in quo ſtatuitur nullum Preſbyterum vel Diaconum ordinandum, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο. Adde can. 20. ejuſdem Concilii, VII. Synodum act. 7. can. 10. Concil. Hiſpalenſe II. c. 3. Capitul. Caroli M. Add. 3 c. 50. Concil Turon. III. c. 14. *Presbyter ad Eccleſiam intitulatus*, apud Leonem IV. PP. de Cura Paſtorali. Diſtinguuntur verò à Preſbyteris Diœceſanis, ſeu Parochis, in Concilio Toletano III. c. 20. Vide *Titulus*.

Presbyter Miſſalis. Vide *Miſſapresbyter*.

Presbyteri Parochiales, in Epiſt. Zachariæ PP. ad Pippinum c. 1. in Epiſtola Montani Epiſcopi ad Pallentinos c. 7. in Concilio Valentino III. an. 855. c. 9. 17. in Lateranenſi an. 1215. c. 32. (ubi interpres Græcus, οἱ ἐνορίται πρεσβύτεροι.) apud Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 51. Florentium Wigornienſem an. 1127. in Epiſtola Petri Epiſcopi Pariſienſis, in Martiniani Monaſterii Hiſt. p. 492. *Sacerdotes Parochiales*, lib. 3. Decretal. Gregorii tit. 5. c. 30. &c. *Presbyteri Parochiani* in Lege Aleman. tit. 13. & in Epiſtola Arnulphi Abbatis de Marchaſio-Radulphi apud Sammarthanos in Abbat. p. 18. *Presbyter qui in Parochia poſitus eſt ab Epiſcopo*, in ead. Lege Alemann. tit. 11. *Presbyteri Parochiarum* dicuntur, in Concilio Aurelian. III. c. 23. Aurelian. IV. c. 11. Narbon. c. 8. vulgò *Curiones*.

Preſbyter populi, Plebanus. Acta Murenſia pag. 41. *Decimas vero Eccleſiæ quæ de parochia veniunt, partim nos accipimus, & partim Preſbytero populi dimittimus.* Et pag. 8. *Ita ſane ut illi tamen ſecularem Preſbyterum haberent qui populo præeſſet.*

Preſbyteri priores. Vide Gregorium M. lib. 5. Epiſt. 12.

Preſbyter ſecularis, in Charta Guillelmi Epiſcopi Pariſienſis an. 1241. cui opponitur *Preſbyter religioſus*, vel Monachus, in Hiſt. Prioratus S. Martini p. 499.

Preſbyteri vicani, in Concilio Turonenſi II. c. 4. qui per vicos diſpertiti ſunt.

Preſbyter Joannes, ita appellabatur Rex qui in India longè lateque rerum potiebatur, quod genus duceret à quodam Joanne Preſbytero Neſtoriano, de quo agit Albericus an. 1145. qui *Coirem Cham*, harum regionum Rege, qui Francis noſtris Antiochiam obſidentibus florebat, extincto, Principatum invaſerat. Gaufredus Voſienſis 1. part. cap. 65. *Primo loco ponatur excelſus ille Joannes, qui regnis imperans magnis, humilitatis cauſa Preſbyteri ſibi nomen aptavit, hujus principatus diverſarum copias rerum, qualiterve plures ipſi ſerviunt Reges, & de Archiprotopapatu, vel qua de cauſa pater ejus, Quis & ut Deus? dictus eſt, Epiſtola Manueli ab eo directa prodit breviter.* De hoc Principe non contemnenda adnotavimus in Obſervationibus ad Joinvillam p. 89. 90. Vide præterea to. 8. Spicilegii Acheriani p. 579. Gregorium Abul-Faraium in Hiſt. Dynaſtarum p. 280. Sanutum p. 254. Waddingum in Annalib. Minorum an. 1305. n. 10. &c.

Preſbyterare, Preſbyterum facere, in Fleta lib. 2. c. 51. §. 7.

PRESBYTERÆ, *Preſbyteriſſæ*, Preſbyterorum uxores, eorum nempe qui abdicato ex conſenſu mutuo matrimonii uſu, divino cultui ſe mancipabant, Sacerdotes

effecti, vel Epiſcopi. Otto Vercellenſis Epiſcopus Epiſt. 8. *Poſſumus quoque Preſbyteras vel Diaconas illas exiſtimare, quæ Preſbyteris vel Diaconis ante ordinationem conjugio copulatæ ſunt, quas poſtea caſtè regere debent*, &c. Gregorius M. lib. 4. Dialog. cap. 11. *Illic Preſbyter quidam commiſſam ſibi cum magno timore Domini regebat Eccleſiam: qui ex tempore ordinationis accepta Preſbyteram ſuam, ut ſororem diligens; ſed quaſi hoſtem cavens, ad ſe propius accedere nunquam ſinebat.* Ubi obſervandum ejuſmodi *Preſbyteras* in eadem æde, qua mariti, vitam caſtè exegiſſe, idque Eccleſiæ Canonibus ſancitum tradit idem Gregorius lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 39. ubi cùm Epiſcopos una cum mulieribus habitare vetaſſet, hæc ſubdit: *Hoc tantummodo adjecto, ut hi, ſicut canonica decrevit auctoritas, uxores, quas caſtè debent regere, non derelinquant.* Quibus conſonat Lex 43. Cod. Th. de Catholic. & Concil. Turon. II. c. 19. Sed periculoſam fuiſſe interdum ejuſmodi converſationem docet exemplum à Flodoardo allatum lib. 1. Hiſt. Remenſis cap. 14. unde in Concilio Toletano III. c. 5. ſatius eſſe dicitur, ut in alia domo Preſbyteræ habitent. In hanc ſententiam Autor de Singularitate Clericorum, inter opera S. Cypriani: *Cùm videam de Chriſtianis pleroſque maritos pariter & uxores continentiam deſtinantes, domicilia ſingularia magis eligere; ut conſenſu communium votorum ſine irritatione præſentia, & concordante ſeceſſu valeant obtinere.* Vide Gregorium Turon. lib. 1. Hiſt. cap. 39.

In Concilio Arelatenſi II. c. 3. ejuſmodi *Preſbyteræ converſæ uxores* dicuntur, quibus conceſſum erat in domibus Clericorum habitare, quemadmodum matribus, aviis, & ſororibus: ita tamen ut ab conjugibus ſuis ii abſtinerent, ut eſt in Concilio Turonenſi I. c. 1. Arvernenſi c. 13. Aurelianenſi IV. c. 17. & Autiſiodorenſi c. 21. ſed & nec communem lectum & cellam haberent, ut eſt in iiſdem Conciliis Aurelianenſi & Autiſiodorenſi locis citatis, & in Turonenſi II. c. 19. Jubebantur præterea vivere ut ſorores, in Concilio Arvernenſi c. 19. & Matiſconenſi I. c. 11. (Vide in V. *Sorores.*) Ita tamen in eadem domo cum uxore habitare licebat Preſbyteris; dummodo alterius Clerici teſtimonio uterentur, quo eorum vita clarior appareret. Vide Concilium Gerundenſe ſub Hormiſda PP. c. 7. Braccarenſe III. c. 1. 4. & Concil. Turonenſe II. c. 12. 19. Sed hunc cohabitationis uſum & morem exagitant Gregorius Nazianzenus S. Chryſoſtomus, & S. Baſilius.

Denique ſi maritis Presbyteris vita excedere contingeret, alteri nubere vetabantur. Ita Concil. Aurelianenſe I. c. 13. Epaonenſe c. 2. Fragmentum Concilii Ilerdenſis allatum à Surio poſt Concilium Ilerdenſe; Concil. Romanum ſub Zacharia PP. c. 5. Vernerienſe an. 752. c. 3. &c. Atque inde fortè

Presbyteræ dictæ generalius Viduæ omnes ſeniores, quæ ſacris in Eccleſia exercitiis vacabant. Gloſſæ MSS. ad Concililium Laodic. c. 11. *Presbyteræ, id eſt viduæ ſeniores.* Ubi Iſidorus Mercator & Ferrandus Diac. c. 221. *Mulieres, quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur, apud nos autem Viduæ ſeniores, Converſæ, & Matricularia.* Codex verò Græcus; περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. Quo loco Dionyſius Exiguus πρεσβύτιδας, *Presbyteras* pariter vertit. Apud S. Antiochum homil. 21. dicuntur πρεσβύτιδες ἱερωμέναι, *Seniores conſecratæ*; apud Palladium in Præfat. ad Hiſtoriam Lauſiacam, γυναῖκας πρεσβύτιδας, καὶ διακόνους μονήρεις. Atque hæ quidem *Presbyteræ*, ſeu *Presbyteriſſæ*, uti vocantur in Ordine Romano. Veſtitu longè modeſtiori quàm cæteræ fœminæ utebantur, ut docet idem Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 7. *Epiphanius — reſpondit prænominatam Abbatiſſam uſque ad diem obitus indui ſe Monachica veſte noluiſſe, ſed in veſtibus, quibus loci illius utuntur presbyteræ, permanſiſſe.* De earum miniſteriis hæc attigit Atto Vercellenſis Epiſcopus Epiſt. 8. *Sicut enim hæ quæ Presbyteræ dicebantur, prædicandi, jubendi, vel edocendi; ita ſanè Diaconæ miniſtrandi vel baptizandi officium ſumpſerant; quod nunc jam minime expedit.* De Preſbyteris vel Preſbyterarum uxoribus agunt præterea Synodus Trullana c. 12. 13. Paulinus Nolanus Epiſt. ad Aprum p. 274. 275. & Leo VII. PP. in Epiſtola ad Gerhardum Lauriacenſem Archiepiſcop. p. 11. Vide *Viduæ*.

Presbyteræ præterea dictæ Græcis recentioribus Preſbyterorum conjugatorum uxores. Ita non ſemel in Nomocanone nuper edito à v. cl. Joan. Baptiſta Cotelerio c. 37. 54. 88. 138.

Presbyteræ, maximè Græcis dictæ, Monaſteriorum Præpoſitæ. Vide Baſilium M. Interr. 109.

PRESBYTERALES *Epiſtolæ*, quæ ab Epiſcopis dantur iis qui in aliena diœceſi ad Preſbyteri dignitatem promoveri volunt. Vetus Formula MS. ex Pithœanis: *Amore Chriſti mihi devincta illa Abbatiſſa il. Pec. Illius. Auſi non fuimus presbyterales dare; duabus obſtantibus cauſis, nec nam indiculum, juxta Canones, Pontificis ſui manu, cum teſtimonio boni operis retroactæ vitæ detulit ſubſcriptum, nec teſtes habuit coram qui dignum pro eodem ad Sacerdotium ſubiendum præberent teſtimonium.*

PRESBYTERATUS, Titulus presbyteralis. Concilium Vernenſe an. 755. c. 21. *Ut illos presbyteratus, qui ad illum Epiſcopatum legibus obtingunt, ille Epiſcopus ipſos debeat habere, ſicut in alia Synodò perdonavit domnus Rex.*

Presbyteratus, Obventiones Presbyteri Parochialis. Arnulfus Lexovienſis Epiſc. in Epiſt. p. 98. *Cauſam quæ inter Hermerium Sacerdotem & Abbatem de Cultura ſuper diminutione presbyteratus Eccleſiæ de Bruſton vertebatur, Majeſtas veſtra parvitati noſtræ delegavit ordine judiciario decidendam.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 30. *Obtulit Deo & dicto loco ipſiuſque loci fratribus & ipſe & nepos ſuus partem ſuam altaris & presbyteratus*, &c. Fol. 78. *Omnia quæ tenebat vel habebat in Eccleſia de Luarciaco, in decimo, vel presbyteratu, ac in offerenda, dedit Deo ac B. Petro & ad locum Paredi.* Fol. 83. *Huic loco conceſſit ipſam Eccleſiam, & cimiterium, & presbyteratum, & ſepulturam, & offerendam, ac decimas, & baptiſterium*; &c. Charta an. 912. in Tabulario Viennenſi fol. 18. *Hoc eſt Eccleſiam S. Geneſii cum ſuo presbyteratu, campis, & vineis, necnon & ſilva ibi pertinente.* Alia ibidem an. 895. fol. 12. *Scilicet capellam in honore S. Ferreoli Martyris dicatam, — unà cum omni presbyteratu & dote ſua, videlicet in vineis, & terris, & curtilis, & manſionibus*, &c. Alia fol. 23. *Hoc eſt quarta pars Eccleſiæ S. Mamerti, cum decimis & primitiis, & altare, & presbyteratu, & cimiterio, & hæreditate quæ ad ipſam Eccleſiam pertinet.* Alia ibid. *Ibique in eorum præſentiam ſe proclamavit, quod Eccleſia quam ipſe tenet in Siſiaco villa in honore S. Petri de illorum communia, nec habet privilegium nec presbyteratum unde ceſſum* (cenſum) *ſolvere poſſit quod ei requirebant.* Fol. 45. *Eccleſiam S. Nazarii — cum omni presbyteratu ex antiquo ibi debito, & decimis omnibus ibi jure pertinentibus*, &c. Vide *Presbyterium*.

PRESBYTERIUM, Character, ſive dignitas ſacerdotalis. Ugutio: *Presbyterium, officium, vel dignitas, vel ordo presbyteri.* Vetus interpres Concilii Nicæni c. 2. *Ad Epiſcopatum vel Presbyterium promoveri.* Codex Gr. habet πρεσβυτέριον. Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani: *Presbyterium & Sacerdotium ſtatim accepit.* Siricius PP. Epiſt. 1. c. 13. *Ad Diaconatus vel Presbyteri inſignia maturæ ætatis conſecratione perveniant.* Ordericus Vitalis lib. 5. p. 587. *Præfatus puer crevit, & uſque ad presbyterium aſcendit.*

Presbyterium, Collegium presbyterorum, vel conſeſſus & Conventus Presbyterorum unius diœceſis, Concilium, ſeu potiùs Synodus. Heſychius: γερουσία, πρεσβυτέριον, πλῆθος γερόντων. Lucæ 22. v. 66. συνήχθη τὸ πρεσβυτέριον τοῦ λαοῦ. Act. 22. v. 5. καὶ πᾶν τὸ πρεσβυτέριον. Adde 1. ad Timoth. c. 4. v. 13. πρεσβυτερίου συνέδριον apud S. Baſilium Epiſt. 319. ad Innocent. S. Cyprianus

Epiſt. 35. *Et deſolatam per lapſum quorumdam presbyterii noſtri copiam glorioſis Sacerdotibus adornares.* Idem Epiſt. 46. *Omni actu igitur ad me perlato, placuit contrahi presbyterium.* Adde Epiſt. 49. Collatio Carthag. 1. c. 130. *Adeodatus Epiſcopus dixit, In diœceſi mea eſt ordinatus, ex presbyterio meo eſt*, &c. Epiſtola Bonifacii PP. apud Holſtenium in Collect. Romana: *Quæ* (epiſtola) *presbyterio univerſo complacuit.*

Presbyterium, Pars Eccleſiæ in qua Presbyteri conſiſtunt, & ſacræ liturgiæ vacant, Græcis βῆμα: ἄδυτον. Synodus Romana ſub Eugenio II. PP. cap. 33. *Sacerdotum aliorumque Clericorum Eccleſiis ſervientium honores à Laicorum diſcretè apparere convenit. Quamobrem nulli Laicorum liceat in eo loco, ubi Sacerdotes, reliquive Clerici conſiſtunt, quod Presbyterium nuncupatur, quando Miſſa celebratur, conſiſtere, ut liberè ac honorificè poſſint ſacra officia exercere.* Quod quidem Presbyterium cancellis diſtinguebatur à reliqua æde: prædictis enim addit Synodus Rom. ſub Leone IV. cap. 33. *Nec inter ſacros cancellos ordinibus debitos, niſi permittente Epiſcopo, adtentent accedere* ſæculares. Gelaſius I. PP. Epiſt. 9. de Diaconis: *Non in presbyterio reſidere cum divina celebrantur, — jus non habeant.* Ordo Romanus: *Presbyteri in presbyterio omnes permanent inclinati.* Decretum Nicolai II. PP. contra Clericos concubinarios, apud Hugon. Flaviniac. p. 193. *Omnino contradicimus, ut Miſſam non cantet, neque Evangelium aut Epiſtolam ad Miſſam legat, neque in presbyterio ad divina officia cum his qui præfatæ conſtitutioni obedientes fuerint, maneat*, &c. Anaſtaſius in Leone III. p. 121. *Simul & rugas in ingreſſu presbyterii penſant*, &c. Pag. 127. *Fecit eidem nutritori ſuo presbyterium noviter totum marmoreum magnæ pulchritudinis, ſculptum, compteque ornatum.* Infra: *Tamque presbyterium, quamque totam Eccleſiam marmoravit.* Ibidem: *Presbyterium ex marmoribus ſculptis decoravit.* Adde p. 131. 132. 151. 155. 156. Charta Edgari Regis Britanniæ an. 973. to. 1. Monaſt. Anglic. p. 143. *Virgini Mariæ Orientale altaris presbyterium dedicans.* Paulus Warnefridus in Chronico Epiſcoporum Metenſium in Grodegango: *Hic fabricare juſſit — altare ipſius atque cancellos, presbyterium, arcuſque per gyrum. Similiter & in Eccleſia B. Petri majore presbyterium fieri juſſit.* Gervaſius Dorobernenſis de Combuſtione Eccleſiæ Dorobern. *Continebat hic murus Monachorum chorum, presbyterium, altare magnum*, &c. Mox: *De choro ad presbyterium tres erant gradus, de pavimento presbyterii uſque ad altare gradus tres.* Cæſarius lib. 1. c. 35. *Dei Genitrix Maria de presbyterio deſcendens, & Chorum more Abbatis circumiens, Monachis benedixit.* Lib. 7. c. 40. *Dominam noſtram vidi ante presbyterium ejuſdem Eccleſiæ.* Adde lib. 8. c. 11. 91. lib. 9. c. 42. lib. 12. c. 29. Chronicon Abbatum Gemblacenſium an. 1076. *Sepultus eſt ante gradus presbyterii veteris Eccleſiæ*, &c. Infra: *In illo presbyterii novo ædificio, dum pro competentia operis pavimentum vetus aperitur, inter cætera, ut conjicere poſſumus, juſtorum corpora, quæ ſicut inventa ſunt, reliquit.* Vide præterea Chartam Charitatis Ciſtercienſis c. 4. Librum Uſuum ejuſd. Ordinis c. 15. 22. Nicolaum II. PP. Epiſt. 8. ad Epiſcopos Galliæ, Sigebertum de tranſlatione S. Sigeberti n. 2. Matthæum Weſtmonaſterienſem an. 1254. p. 358. Vitam B. Simonis Comitis Creſpeienſis cap. 8. &c. Presbyteri verò, quibus in presbyterio conſiſtere jus erat, οἱ ἀπὸ τοῦ βήματος dicti Gregorio Nazianzeno, ut à nobis obſervatum in Deſcript. Ædis Sophianæ n. 49. in quam etiam ſententiam Euſtathius Presbyter in vita S. Eutychii Patr. CP. n. 99. ὅσοι τοῦ βήματος, καὶ ὅσοι τοῦ ναοῦ, dixit, Presbyterorum & aliorum Clericorum duplicem ſtatuens ordinem.

Presbyterium, interdum pro Choro Eccleſiæ. Anonymus de Vita S. Joannis Archiepiſcopi Eboracenſis: *Presbyterium, hoc eſt chorum Eccleſiæ de novo ibi conſtruxit.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 43. *Sacriſta paret ſal & aquam ſuper gradum presbyterii.* Mox: *Poſtquam aſperſerit majus altare & presbyterium*, &c. Ordericus Vitalis lib. 7. p. 662. *Ipſamque in presbyterio inter chorum & altare ſepelierunt.*

Presbyterium, idem quod *Presbyteratus*, Obventiones Presbyteri Parochialis. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 587. *Conceſſi — Eccleſiam S. Germani & S. Vincentii, & ſepulturas atriorum, & omnia quæ ad presbyterium pertinent.* Idem lib. 8. p. 669. *Hinc illi Eccleſiam de Tellíolo, & hoc quod habebat in Eccleſia de Dambleinvilla, & presbyterium dedit: & hoc quod habebat in Eccleſia de Corneto cum presbyterio conceſſit.* Mox: *Et villam quæ Chercabia dicitur, cum Eccleſia & presbyterio.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 70. *Medietatem Eccleſiæ, omnium oblationum introitum presbyteri ex toto, presbyterium, medietatem omnium decimarum*, &c. Fol. 71. *Offerens Deo ad integrum — videlicet presbyterium, offertas, cimiterium, decimas*, &c.

Presbyterium, Donativum, quod Summi Pontifices Romani diſtribuere ſolent, maximè cum inaugurantur. Ita dictum videtur quod ratione Summi Presbyterii, ſeu Papalis dignitatis effundatur, quemadmodum Donativa Conſulum ὕπατα, & ὑπατεῖα appellata ſunt, quod ab iis initio magiſtratus ſpargerentur. S. Gregorius lib. 4. Epiſt. 26. *Ut Clericis Capuanæ Eccleſiæ — quartam in presbyterium eorum de hoc quod ante Eccleſiæ ſingulis annis acceſſerit — diſtribuere ſtudeat.* Idem lib. 12. Ep. 30. *Eum in gratiam familiariter recepi, coram populo & Clero eum perduxi, presbyterium ei auxi, in loco ſuperiori inter Defenſores poſui.* Thomas Stubbs in Act. Eboracenſium Epiſcopor. de Gelaſio PP. *In ſolemnibus proceſſionibus equitando factis, quando more Apoſtolico coronatus fuit, ſicut in die Natalis Domini, Auguſtudunum, & die Epiphaniæ Cluniaci, Epiſcopus Hoſtienſis, qui Magiſter inter eos & dignior erat, cum parem ſibi eſſe voluit, & peracto tantæ ſolemnitatis officio, Archiepiſcopus ſicut & ſui Cardinales Biſanteos aureos, quod presbyterium vocant, à domino Papa ſuſcepit.* Sugerius in Ludovico VI. *Cœnâ ergo apud nos more Romano, & ſumptuoſo donativo, quod presbyterium nominatur, celebratâ, venerandam Domini Cruxifixionem venerando proſequutus — pernoctavit.* Acta Innocentii III. PP. *Presbyterio per ordinem diſtributo, ſolenne convivium celebravit.* Pacta conventa inter Clementem III. PP. & Romanos an. 1188. ex volumine Cencii Camerarii: *Vos autem* (Clemens PP.) *dabitis Senatoribus qui erunt per tempora, beneficia & presbyteria conſueta. Item Judicibus, Advocatis, & Scriniariis à Romano Pontifice ordinatis, & Officialibus Senatus presbyteria conſueta dabitis.* Ceremoniale ejuſdem Cencii: *Præfecti navales, ſchola crucium, & Capellani tale presbyterium, & taliter datum accipiunt, quale in die Paſchæ ſuperius nominatum recipiunt.* Infra: *Familia quoque & Curiales presbyterium habent juxta Camerarii voluntatem.* Occurrit ibi pluries. Ceremoniale Rom. ex MS. Vaticano apud Raynaldum an. 1272. de Conſecrat. PP. *Venit ad aliquem locum præparatum decenter, & ibi dat cuilibet Cardinali & Prælato presbyterium.* Et S. ipſe *Papa ſedet in ſede, & quilibet Cardinalis & Prælatus vadit coram eo, & flexis genibus extrahit ſibimet Cardinalis ſive Prælatus mithram, & tenet apertam ante Papam, & ipſe ponit illam pecuniam quam dat ei in uno cypho argenteo Camerarius, & quam dicit liber Cameræ, qui vocatur Polyciticus, & ille qui recipit pecuniam in mithra, oſculatur genu domini PP.* Clemens IV. PP. agens de Coronatione Imperatoris apud eundem Raynaldum an. 1311. n. 13. *Conſuevit autem Imperator larga presbyteria omnibus exhibere, quibus ea, cum coronatur ſummus Pontifex, elargitur, videlicet Epiſcopis, Presbyteris & Diaconis, Cardinalibus, Primicerio & Cantoribus, Subdiaconis baſilicariis, & regionariis*, &c. Vide *Roga*.

PRESMO, Muſtum quod ex uvis ſtillat, antequam calcentur botri, Petro de Creſcentiis lib. 4. cap. 2.

PRESSARE, Papiæ, *frequenter premere*. Gallis, *Preſſer*.

Vide Savaronem ad Sidonium lib. 1. Epiſt. 9.

PRESSARIA, vox medicorum, *dicta quod intus initiantur*, inquit Iſidorus lib. 4. Orig. c. 9.

PRESSORES. Vide *Alatores*.

PRESSORIUM, πιεστήριον, in Gloſſ. Lat. Gr. Ugutio: *Torcular, proprie dicitur preſſorium, quo uva calcata exprimuntur.* Noſtris *Preſſoir*.

Preſſoragium, Gall. *Preſſurage*, quæ vox non ſemel in Chartis occurrit.

Preſſorium, ad veſtes premendas. Apud Ammianum lib. 28. *Solitas preſſorus veſtes.*

Preſſoriolum, in Regula S. Cæſarii ad Virgines cap. 16. *Si veſtra tolerat infirmitas, ut amplius quam victus quotidianus exigit habeatis; in uno tamen loco ſub communi cuſtode quod habueritis reponite, & claves de arcellis, vel preſſoriolis veſtris Regiſtaria teneat.* Ubi *preſſoriolum*, penum ſignificat ubi cibaria ſervantur, *où on reſſerre les viandes*, unde fortè etymon: nam *Serrer*, eſt etiam *premere*.

PRESSURA, vox medicorum. Cælius Aurelianus lib. 1. Acutor. cap. 1. *Preſſura intelligitur contra naturam ſomnus.* Vide *Preſſaria*.

PRESSURIA, ſeu potiùs *preſſura*; moleſtia. Albertus Stadenſis an. 1139. *Volens ſuſcitare preſſurias Adolfo Comiti*, &c.

PRESSUS. Lex Alem. tit. 62. §. 3. *Si autem totus* (naſus) *à preſſo abſciſſus fuerit*, &c. Nos diceremus, *de prés*.

PRESTALDI, & *Priſtaldi*, Executores judicum nobilium, Sambuco; in Decret. S. Ladiſlai Hung. Regis lib. 1. c. 41. lib. 2. c. 18. lib. 3. c. 12. 13. in Decret. Colom. lib. 1. p. 24. 25. in Decret. Andreæ Reg. c. 11. &c. in variis Chartis apud Jo. Lucium de Regno Dalmat. p. 152. 148. 185.

PRESTARE, *Preſtaria*, *preſtitura*. Vide *Praſtare*.

PRESTERIA. Joannes XXII. PP. in Epiſtola de Rebus Armenicis, apud Odoricum Rainaldum an. 1322. n. 34. *Abbatias, Monaſteria, Caſalia, & Preſtrias ardentis foci flamma conſumunt.* Ubi fortè *preſteria* eſt domus Preſbyteri, *Preſtrerie*. Regeſtum Ludovici Ducis Andegavenſis fol. 104. *Eſtienne Aubert homme lige à cauſe de la Gorronne & du Marc aux fiefs de la foreſt de Mayenne, & d'une preſtrerie, avec les gages & emoluments qui y appartiennent, & les devoirs.* Vide *Feudum Presbyteri*.

PRETIARE, Pretium ponere, vel æſtimare, *Priſer*. Lex Alem. edit. Heroldi tit. 71. *Si quis alicui caballum involaverit, & pretiet eum dominus ejus cum ſacramento uſque ad 6. ſolid.* Ubi al. edit. *adpretiet*. Senator lib. 8. Epiſt. 22. *Natura ipſa bonis adhibita perſeverantia pretiatur: quia minus eſt laudandu incipere, quam bonorum propoſitum cuſtodire.*

Pretiare, pro *depretiare* uſurpat Gelaſius I. PP. in Opuſculo contra Lupercalia: *Vos eadem (Lupercalia) pretiatis; vos eorum cultum celebritatemque vilem vulgaremque reddidiſtis.* Vide *Depretiare*.

PRETIUM, Compoſitio ſeu mulcta pecuniaria homini impoſita, qui alium occiderat, ſecundùm ejus æſtimationem, ſeu ſecundùm ejus natales. Nam alia erat Preſbyteri, aut viri nobilis, alia ſervi aut hominis inferioris conditionis æſtimatio; aliudque pretium. Papianus lib. Reſponſor. tit. 3. *De ingenuo verò homicida intra Eccleſiam poſito, de interempti pretio, Principis eſt expectanda ſententia: quia de precio occiſorum nihil evidenter Lex Romana conſtituit.* Leges Luitprandi Regis Longob tit. 60. §. 1. *Componat ſacro Palatio medietatem pretii ſui, ſicut appretiatus fuerit.* Concilium Cabilonenſe II. cap. 24. *De Epiſcopis verò, Presbyteris & Diaconibus & Monachis interfectis, quærendum à domino Imperatore eſt, cui illius homicidii pretium exſolvendum ſit.* Egbertus in Dialogo de Eccleſiaſtica Inſtitutione c. 12. *Si quis ex laicis Clericum, vel Monachum occiderit, utrum pretium ſanguinis ſecundùm Legum natalium parentum propinquis reddendum ſit.*

Pretium nativitatis, dicitur in Legibus Anglicanis. Leges Canuti Regis Angl. *Reddat Dominus ejus Regi weram, id eſt pretium nativitatis hominis illius.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 11. *Epiſcopo & Regi pretium nativitatis ſuæ reddat, & ita ſe inlegiet.* Cap. 68. *Si quis liber aut ſervus occidatur, natalis ſui pretio legitimè componatur.* Cap. 75. *Habeat pretium natalis ejus.* Adde cap. 70. 75. 76. 88. & alibi paſſim. Hinc *Natus ad quatuor vel 14. libras* dicitur is, cujus *pretium nativitatis* eſt 4. vel 14. librarum, cap. 74. 76. Adde Leges Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 11. & infra in voce *Wera*.

Pretium Ancillæ. Canones Hibernienſes lib. 40. c. 4. *Princeps* (id eſt Epiſcopus) *in ſua morte etiam de rebus Eccleſiæ commendare poteſt, hoc eſt pretium ancillæ, ſive de mobili, ſive de agro.* Lib. 48. c. 3. *Omnis qui auſus fuerit ea quæ ſunt Regis aut Epiſcopi furari, aut aliquid in eos committere, parvipendens diſplicere, ſeptem ancillarum pretium reddat; aut 7. annis pœniteat cum Epiſcopis.*

Pretia cimeteriorum, Sepulturarum obventiones. Concilium Narbonenſe an. 1054. c. 14. *Monemus iterum ut nullus laïcorum in opus ſuum retineat primitias, neque oblationes, neque cimeteriorum pretia, neque ova, aut ea quæ ad eos dantur per aſperſionem ſalis & aquæ in cœna Domini*, &c.

Pretium ſepulchri, apud Hibernos, quod ex bonis mobilibus defuncti Eccleſiæ, in qua humabatur, cedebat: vacca nempe, equus, veſtimentum, & ornamentum lecti. Canones Hibernienſes lib. 19. cap. 6. *Omne corpus ſepultum habet in jure ſuo vaccam, & equum, & veſtimentum, & ornamentum lecti ſui; nec quidquam horum redditur in alia debita, quia corpori ejus tanquam vernacula debentur.* Cap. 7. cujus lemma eſt *de mortuo retinendo: Quicumque diſceſſerit de ſua Eccleſia; & in alia Eccleſia ſepultus fuerit; cujus propinquus veniens corpus mortuus mutare volens, dabit pretium ſepulchri prioris, hoc eſt vaccam & veſtimentum ejus commune, & rogabit Principem loci* (i. Epiſcopum) *ut baſilicam ejus foderit. Si verò eadem familia miſerationem animæ ejus in die 7. fecerit, reddet amicus pretium ejus, & ſedatium commune.* Adde lib. 31. cap. 20. 22. lib. 40. cap. 10. Vide *Hereotum*, & *Sedatium*.

Pretium nuptiale, ſeu *uxoris*, Dos. Lex Burgundionum tit. 61. *Quacumque mulier natione barbara ad viri coitum ſpontanea voluntate fortè convenerit, nuptiale pretium in ſimplum tantùm ejus parentibus diſſolvatur: & is cui adulterii dicitur ſocietate permixta*, &c. Tit. 34. §. 2. *Si quis uxorem ſine cauſa dimiſerit, inferat ei alterum tantum quantum pro pretio ipſius dederat; & multæ nomine ſol. 12.* Tit. 36. *Si quis cum parente ſua — in adulterio fuerit deprehenſus, pretium ſuum ei qui eſt proximus mulieri quam adulteravit; prout perſona fuerit, cogatur exſolvere.*

Pretium Regium, eſt jus quod Regi vel Domino competit res mercales comparandi certo & definito pretio. Iter Camerarii Scotici cap. 17. *De Proviſoribus Regis*, &c. *Primo calumniari debent, quod — ſub colore pretii Regii, cumulant ſibi commodum ſingulare.* Areſta O. SS. an. 1292. in Regeſto Parlamenti Pariſ. B. fol. 97. *Dom. Rex & Domina Regina, & eorum liberi habent pretium ſuum Pariſius ad cibaria. Epiſcopus Pariſienſis habet pretium ſuum ad panerium piſcis, vel ad ſummam. Domus Dei ſimiliter, Camerarius, Conſtabularius, Buticularius, Cancellarius, & Dapifer, ſi ibi eſſent, habent pretium. Nulli alii habent, ut hoc me docuit Joannes de Acon Franc. Buticul.*

PRETIUS, pro *pretioſus*. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 29.

> *Tum Regina gravis hujuſce ſchiſmatis auctrix*
> *Præſumpſit pretias ſanctè divellere capſas.*

Utitur etiam antea.

PREVOS militare. Vide *Streſa*.

PREZECHI, Tributi ſpecies apud Bohemos. Occurrit in Charta Ottocari Regis an. 1221. in Bohemia Pia p. 88.

PRIAPUS, Machina bellica, ſic dicta, quod rotis aptata, membri virilis ſpeciem referret, quomodo *Canones* noſtri. Hiſtoria Auſtralis an. 1289. *Tandem machina quadam, Priapus dicta, muro civitatis magna parte interrupto*, &c. Fortè etiam quia *Ergin*, pro membro virili, & pro machina uſurpatur vulgò. Vide *Ingenium*.

PRIMA, nempe *Hora*, ſeu primum ex Officiis Eccleſiaſticis diurnis. Vide Durandum lib. 5. c. 5. & ſupra in v. *Hora*.

PRIMANI, qui etiam interdum *Primarii*, ſub Magiſtro militum præſentali inter Palatinas Legiones recenſentur in Notitia Imperii. Vide Henricum Valeſium ad lib. 16. Marcellini p. 131.

PRIMARCHATUS. Burchardus de Caſib. S. Galli c. 7. de Vodalrico Abbate S. Galli & Patriarcha Aquileienſi: *Nam ut nobilitatem ſuam decuit, omnes fautores ſuos pace adepta, vel hic in Abbatia remuneravit, vel in primarchatum ſecum ducens ibi honoribus & rebus ampliando exaltavit.* Legendum hoc loco *Patriarchatum*, aut ſanè intelligendum opinatur Goldaſtus.

PRIMARCHIO, quaſi primus Marchio. Charta Pontii Comitis Toloſani: *Pontius D. G. Comes Toloſanus, Primarchio & Dux Aquitanorum, & uxor mea Garſindis*, &c.

PRIMARIA, JC. Anglis, idem quod *Poderagium*, ſeu primarium jus hypothecarium, quod habet creditor in feudum aut prædium debitoris. Vide *Poderagium*.

PRIMARIS, pro *Primarius*. *Primare altare*, non ſemel in Actis Murenſis Monaſterii p. 15. 25. 29.

PRIMAS, Qui primas partes tenet, qui primum locum obtinet. Grammaticus infimi ævi MS.

Dignior & major, vel primus in ordine primor,
Dicatur primas populo qui primus habetur.

Primates urbium, vicorum, caſtellorum, in Codice Theodoſiano non ſemel. *Primates regionis*, in Pragmatica Sanctione Juſtiniani c. 11. *Primates Palatii*, in Lege Wiſigoth. lib. 3. tit. 1. §. 5. Wippo in Conrado Salico: *Wormatiæ conveniunt cuncti primates*, i. proceres. Utitur etiam Albertinus Muſſatus de Geſt. Henrici VII. *Primas tyrannidis*, in Hiſt. Miſcella, qui Theophani, ἔξαρχος τῆς τυραννίδος.

Primates Judæorum, qui antea Patriarchæ dicti, quorum abolitum nomen ſub Theodoſio Juniore teſtatur Lex 29. Cod. Theod. de Judæis. Vide Samuelem Petitum lib. 2. Var. cap. 10. Blondellum de Papæ primatu p. 532. & Jacobum Gotofred. ad d. l. 29.

Primates, apud Chriſtianos, dicti Epiſcopi qui in civitatibus quæ ex Imperii laterculis jure Metropoleos gaudebant, præſidebant, ex can. 2. Concilii Taurinenſis an. 397. cui conſonant Epiſtolæ ſummorum Pontificum, Anacleti Epiſt. 2. c. 2. Aniceti c. 2. Stephani I. Epiſt. 2. c. 4. 5. Gregorii VII. lib. 6. Epiſt. 35. &c. nempe quod in Metropoli conventus juridici agi ſolerent à Præſibus Provinciarum, & ad eam *omnes qui negotia videntur habere concurrant*, ut eſt in Concil. Antioch. c. 9. unde paſſim Metropolitani appellantur. Vide Nicol. *le Maiſtre*. lib. 2. de Bon. & poſſeſſion. Eccleſ. c. 13. ubi pluribus diſputat an Primatuum origo à dignitate civili ſedium ſive urbium deduci debeat. Scribit præterea Sirmondus ad Sidonii lib. 7. Epiſt. 5. provincias olim, cùm ſimplices eſſent, poſtea Principum nutu in plures dividi cœpiſſe, ortumque inde, ut aliæ primæ dicerentur, aliæ ſecundæ, aliæ tertiæ, & ita deinceps pro numero provinciarum: primas verò appellatas, quibus Metropoles obtigerant, quæ totius provinciæ ante diviſionem caput erant, indeque natam Primatum originem, cùm primarum provinciarum Metropolitani Primates eſſent reliquarum ejuſdem nominis provinciarum. Paulò ſecus de hac provinciarum diviſione ſentit Camdenus in Britannia p. 94. 3. edit. atque ſe obſervaſſe Romanos eas provincias ſemper *primas* vocaſſe, quæ Romæ fuerant proximiores. Utramque virorum ſingularis eruditionis ſententiam expendat lector, cui per otium licet: nos enim feſtinamus.

Apud Africanos verò aliter ſeſe res habuit. Is enim *Primas* dicebatur, ſeu *Epiſcopus primæ ſedis*, qui ordinationis tempore collegas ſuos anteibat, quem ideò *Senem* appellabant, ut in hac voce docemus. Solius tamen Carthaginis ea erat prærogativa, ut ejus Epiſcopus Primas eſſet Proconſularis provinciæ, & caput reliquarum quinque provinciarum.

Factum poſtea ut *Primates* dici cœperint non ſinguli Metropolitani, ut olim, ſed illi Epiſcopi qui plures provincias, & earum Metropolitanos adminiſtratione ſua complectebantur, qui interdum *Patriarchæ* appellantur, ut apud Anacletum Epiſt. 2. & *Primates diœceſeos*, apud veterem Interpretem Latinum can. 9. & 17. Concilii Calchedon. *Præſules omnium Sacerdotum in partibus ſuis*, in Append. Cod. Theod. Conſtit. 3. ex quo deinde profluxit nova iſta Primatis ſignificatio, quæ poſtea in alteram ſignificationem detorta, ſola deinceps obtinuit apud Canonum Collectores, ubi *Diœceſis* ſumitur pro tractu diverſarum provinciarum in unum corpus compactarum: unde Græcis οἱ τῆς διοικήσεως ἔξαρχοι, dicuntur in Concil. Conſtantinop. cap. 11. qui aliis ἔξαρχοι τῆς διοικήσεως. Gilbertus Lunicenſis Epiſcopus de uſu Eccleſiaſtico: *Primas quoque & ipſe Archiepiſcopus eſt, nec ipſe Archiepiſcopum ordinat. Utrumque enim Archiepiſcopum & Primatem oportet Romæ ab Apoſtolico ordinari, aut à Roma eis à Papa Pallium afferri, atque à Coepiſcopis ſublimari: quæ tunc datur licentia, ſi fortè infirmitatis vel belli, aut aliqua alia cauſa neceſſaria interceſſerit. Eo tantum ergo præeſt Primas Archiepiſcopo, quod cùm multi ſint in eadem regione Archiepiſcopi, ſolus ex eis qui Regem ordinat, & in tribus ſolennitatibus coronat, & apud quem Concilia pro veritate peraguntur, ipſe eorum primatum tenet, locum itaque quem apud Orientales Patriarchæ poſſident, hunc apud nos Primates quodammodo obtinere videntur, utique Romano Pontifici primo gradu ſupponuntur.* Primatum auctoritatem verſibus iſtis perſtringit Willelmus Brito lib. 12. Philipp. ubi de Lugdunenſi Primate:

Et Lugdunenſis, quo Gallia tota ſolebat,
Ut fama eſt, Primate regi, cauſaſque referre
Difficiles, ut ibi lis ultima litibus eſſet:
Nec mittebatur Romam lis ulla, niſi quam
Lugdunenſe forum per ſe finire nequiſſet.
Cujus honoris adhuc memor eſt Epigramma ſigilli,
Quique monetatus datur ad commercia cenſus.

De Primatibus Galliæ, Germaniæ, Hiſpaniæ, Italiæ, Britanniæ, Bulgariæ, &c. cùm rem hanc pluribus proſecuti ſint ſcriptores complures, atque in iis Baronius, Sirmondus, Salmaſius, Morinus, Sauſſaius, Sammarthani, Uſſerius, Marſhamus, Marca, & alii plerique, hos lectori liberum erit conſulere.

Primates Epiſcopi interdum dicti, qui aliis coëpiſcopis ordinationis tempore potiores erant: quomodo ab Hilaro PP. Conſtantius Uzeticæ civitatis Epiſcopus dicitur eſſe *Primas ævo honoris*. Et ibidem cura provinciæ Narbonenſis ob ſuſpenſionem Hermetis Metropolitani transfertur ab Hilaro ad eum, *quem repereris Epiſcopalis ordo Primatem*. Alio modo primus inter comprovinciales Epiſcopus dicebatur, cujus civitas ſecundum à Metropoli locum obtinebat, ac ſecundo ab ea loco in provinciæ notitia deſcribebatur. Vide Sirmondum ad Gaufridi Vindocin. lib. 3. Epiſt. 11.

Primatis inter Abbates titulo donatum à ſummis Pontificibus Abbatem Fuldenſem ſcribit Browerus lib. 1. Antiq. Fuld. c. 15.

PRIMATUS, Privilegium. Capitulare Radelchiſi Principis Beneventani an. 851. c. 4. *Ut ſingulæ Eccleſiæ*

ſuum

ſuum primatum habeant integrum.

PRIMICERIUS, Primus cujuſque ordinis. Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 930. πριμμικήριος, ὁ πρῶτος, ἔξοχος. Suidæ, πρῶτος τῆς τάξεως τυχών, in Novella Heraclii, ὁ ἐν ἑκάστῳ τάγματι πρῶτος. Primus in *ceram* ſeu tabulam relatus. Hygenus de Limitib. agror. *Has conternationes ſublata ſorte quidam tabulas appellaverunt, quoniam codicibus exripiebantur, & à prima cera, primam tabulam appellaverunt.* Willelmus Tyrius lib. 4. cap. 8. *Præcedebant autem eius exercitum quaſi Legionum primicerii, vexilla bajulantes, viri nobiles & inclyti,* &c. In Monaſtico Anglicano to. 1. p. 838. & 839. Edmundus & *Edgarus Reges ſe, & Primicerios totius Albionis* inſcribunt.

Primicerii, Proceres. *Regales primicerii*, in Vitis Abbatum S. Albani p. 15. Interdum pro *ducibus* ſeu principibus alicujus negotii. Ibid. *Electi commilitones & primicerii.* Matth. Paris an. 1240. *Sciſcitabatur quis in exercitu foret primicerius.* Chron. MS. Bertrandi Gueſclini:

Au noble Duc d'Anjou ſe rendi un Princier,
Perducat d'Alebret l'appellent li Guerrier,
Et vint-ſept chaſteaus tous de ſon heritier,
Rendi au noble Duc tout à ſon deſirier.

Primicerius, idem qui *Domeſticus*, apud Senatorem lib. 10. Epiſt. 11. *Primiceriatus, qui & Domeſticatus nominatur.*

Primicerius. Dignitas militaris Tribuni dignitati proxima, apud Hieronymum ad Pammachium: *Sed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Circitor, Eques, deinde Tiro.*

Primicerius Bardariotarum, qui Achridenſibus Turcis præerat, apud Byzantinos Imperatores. Vide Notas ad Alexiadem p. 284.

Primicerius aulæ, qui tubicinibus Imperatoriis præerat. Vide Notas ad Cinnamum p. 465. *Magnus Primicerius*, apud Conſtantinopolitanos, dignitas de qua Codinus, & ejus interpretes. Vide Joannem VIII. PP. Epiſt. 169.

Primicerius Palatii, vel *Capellæ Regiæ.* Vide *Capellanus.*

Primicerius Auguſtæ, apud Euſtathium in Vita S. Eutychii Patr. CP. n. 84.

Primicerius ſacri Cubiculi, in Notitia Imperii p. 3. *Primicerius totius officii. Primicerius ſcrinii Canonum, tabulariorum, aureæ maſſæ, auri ad reſponſum, veſtiarii ſacri, argenti, annularenſis, à pecuniis*, in eadem Notitia p. 49. ubi conſulendus Pancirolus.

Primicerius & Comes ſacrarum Largitionum, apud Senatorem lib. 6. Epiſt. 7.

Primicerius Cenariorum.

Primicerius Monetariorum, in vet. Inſcrit. 1054. 8.

Primicerius Auguſtalium.

Primicerius Scholæ Cantorum.

Primicerius Defenſorum.

Primicerius Deputatorum.

Primicerius Domeſticorum.

Primicerius Exceptorum.

Primicerius Judicum.

Primicerius Lectorum.

Primicerius Notariorum.

Primicerius Palatii. Vide *Capellanus.*

Primicerius Silentiariorum.

Primicerius Singulariorum.

Primicerius Tabulariorum, apud Codinum de Offic. Vide in *Auguſtalis, Cantor, Defenſor*, &c.

Primicerius veſtiarii Imperatorii, apud Leonem Grammaticum in Conſtantino Leonis F.

Primicerius, Dignitas in Eccleſiis Cathedralibus: officium ipſum *Primiceriatus*, apud Gregorium IX. lib. 1. cap. 8. ubi extinctam hanc dignitatem in Eccleſia Tullenſi ſub ejuſdem Pontificis tempora obſervare eſt. *Primicerius Sedis Apoſtolicæ*, apud Joannem VIII. PP. Epiſt. 7. ex iis quas Sirmondus edidit. *Primicerius Eccleſiæ Neapolitanæ*, apud Eugippium in Vita S. Severini cap. ult. *Primicerius Metenſis Eccleſiæ*, apud Adelmannum in Epiſt. ad Berengarium in Concilio Metenſi an. 888. c. 7. &c. *Primicerius Eccleſiæ Pergamenſis*, in Hiſt. Pergam. to. 3. p. 325. apud Ughellum to. 4. p. 668. 669. 675. 848. &c. *Primicerius Eccleſiæ Tullenſis*, in Charta Leonis IX. PP. an. 1049. apud Meuriſſium. *Primicerius S. Marci Venetiarum*, de quo multa Sanſovinus, & Stringa lib. 1. de Venetia c. 143. & ſeqq. Dignitatis iſtius Eccleſiaſticæ munus ita deſcribit liber Romani Ordinis, apud eundem Gregorium eod. lib. tit. 25. *Ut Primicerius ſciat ſe eſſe ſub Archidiacono, ſicut Archypreſbyter. & ad ejus curam ſpecialiter pertinere, ut præſit in docendo Diaconis, vel reliquis gradibus Eccleſiaſticis in ordine poſitis: ut ipſe diſciplinæ & cuſtodiæ inſiſtat, ſicut pro animabus eorum coram Deo rationem eſt redditurus: & ut ipſe Diaconibus donet lectiones, quæ ad nocturna officia Clericorum pertinent, & de ſingulis ſtudium habeat, ut in quacunque re capacem ſenſum habuerit, abſque ulla vacet negligentia, aut à quo ipſe juſſerit inſtruantur.* Leges Alfonſinæ, ſeu Partitæ 1. part. tit. 6. l. 5. Primicerium cum Cantore confundunt, ubi Cantorem & in quibuſdam Eccleſiis *Cabiſcol*, in aliis *Primicerio* appellari obſervant: *E aun y a otras Egleſias en que y a Primicerios, que han eſte miſmo officio que los Clantres: e Primicerio tanto quiere deZir, como primero en el coro: o en començar los cantos, & mandar & ordenar a los otros, como canten, & anden honeſtamente en las proceſſiones.* Ex his liquet *Primicerium* nudè appellatum, qui aliàs *Primicerius Scholæ Cantorum* dicitur. Proinde minimè audiendus Joannes de Janua: *Primicerius, eſt qui primum cereum portat ante Epiſcopum, vel Regem, de dignitate: unde hæc Primiceria, ejus dignitas.*

Primicerii Subdiaconorum, Notariorum, Lectorum, in Eccleſia Mediolanenſi an. 963. apud Ughellum in Appendice to 4. p. 2. 11.

PRIMICLERUS, Munus Eccleſiaſticum; primus & præcipuus inter Clericos: qui nempe univerſæ Clericorum catervæ & familiæ præerat. Nam ut Diaconis Archidiaconus, Preſbyteris Archipreſbyter antiſtabant, ita Clero Primiclerus, cujus arbitrio oblationes Clericis pro ratione virtutis & officii diſtribuebantur. Dignitatis iſtius mentio eſt in Concilio Emeritenſi can. 10. & 14. & in Toletano XV. quod ſubſcribit *Muſacius Primiclerus*: præterea in Hiſtoria Wambæ Regis pag. 832. ubi quidam *Gultricianus Primiclerus* refertur. Non deſunt tamen qui in his locis emendandum putant, *Primicerius*, atque in iis Garſias Loaiſa. Vide Fileſacum lib. de Parœciis cap. 4.

PRIMISCRINIUS, qui primum locum obtinet in Scriniis publicis, vel inter *Scrinarios.* Menæa 13. Decemb. in S. Euſtratio: Σκρινιάριος ὑπάρχων ἐ Δουκικῆς τάξεως, καὶ ἐν αὐτῇ πρωτεύων. Vide Acta S. Sebaſtiani cap. 7. n. 24. Theophanem an. 7. Nicephori Gener. Senatorem l. 11. Epiſt. 20. Relationem Symmachi PP. apud Baronium an. 410. n. 50. &c. Notitia Imperii lib. 1. cap. 40. de Magiſtro militum in præſenti: *Habet — primiſcrinios qui Numerarii ſiunt.* In Hiſt. Miſcella lib. 24. *Theodoſius Patricius & Primiſcrinius. Primiſcrinius Candidatorum*, in Actis Martyrii S. Secundi n. 1.

Primiſcriniarii, & *Scribæ regionarii*, inter officia Eccleſiæ Romanæ, apud Anonymum Vaticanum de Electione Paſchalis II. apud Baron. an. 1100. qui *Protoſcriniarii* apud Reginonem in Chronico.

Primiſcriniatus, dignitas ipſa, apud Senatorem lib. 11. Epiſt. 21.

PRIMISSARIUS, idem qui *primitiarius*, de qua voce infra. Synodus Auguſtenſis an. 1540. celebrata: *Capellani & Primiſſarii Rectoribus aut Plebanis ſuis debitam reverentiam exhibeant.* Vox, ut videtur, deducta ex *Primicerius.*

PRIMITIÆ. Concilium Burdegalenſe an. 1255. c. 20. *De primitiis verò ſtatuimus, ut laici per cenſuram Ec-*

cleſiaſticam compellantur ad triceſimam vel quadrageſi-
mam partem, uſque ad quinquageſimam nomine Primi-
tiæ perſolvendam. Synodus Nemauſenſis an. 1284. cap.
de Decimis: *De primitiis vero dicimus, & juri eſſe con-*
ſentaneum reputamus, & ſic in Nemauſenſi Diœceſi præ-
cipimus obſervari, quod Primitiæ Eccleſiæ illi dentur de
proventibus ſeu fructibus prædiorum decima perſolvan-
tur, cùm non debeat una eademque Eccleſia cenſeri: no-
mine autem Primitiarum, ſeu pro primitiis ad minus ſe-
xageſima pars de vino & blado Eccleſiis debet ſolvi,
&c.

PRIMITIARE, Incipere. Petrus Bleſenſis Epiſt. 20.
Munificentiam à tenera primitiavit ætate. Adde ſerm.
21. Vide *Initiare*.

PRIMITIARIUS, pro *Primicerius*, Dignitas Eccleſiaſtica,
apud Crodogangum Metenſem Epiſcopum in Regula
Canonicor. cap. 10. Vide *Primicerius* & *Primiſſarius*.

PRIMITIVA, Primitiæ, in Chartis Regum aliquot Na-
varræ æræ 1068. & 1094. apud Anton. *de Tepez* in
Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 1. Vide in *Ter-*
tia.

Primitiva, Strenæ, xenia. Matth. Paris an. 1249. *Rex*
autem Regalis munificentiæ terminos impudenter tranſ-
grediens, à civibus Londinenſibus, quos novit ditiores,
die Circumciſionis Dominicæ à quolibet exegit ſingulatim
primitiva, quæ vulgares Nova dona novi anni ſuperſti-
tiosè ſolent appellare.

PRIMIVIRGIUS, πρωτοραβδοῦχος, in Gloſſ. Gr. Lat. pri-
mus ex lictoribus qui virgam deferunt, Gloſſ. Iſid.
Primivirgius, caballarius, quod primus eſt militiæ in
virgis.

PRIMNA, Puppis, Gr. πρύμνα. Ethelwerdus lib. 4. c. 3:
Elevant dies per vela ſeptem totidemque noctes, adve-
huntur in primna Cornualias partes, &c. Infra: *Ibique*
conſtruunt claſſem, primna dant ventis, volant roſtra ad
Anglicas partes, &c.

PRIMOGENITA, Primitiæ, Charta an. 1069. ex Ta-
bulario Eccleſiæ Gratianopolit. fol. 24. *Dono & trans-*
fundo eis Eccleſiam ſanctæ Mariæ Quinciaco, cum om-
nibus primogenitis & primiciis, & cum duabus parti-
bus decimis, & cum omni alodatico, totum & ab integro
quod de me Gonzaldus Preſbyter tenet.

PRIMOTICUS. Apitius lib. 4. de Re culin. c. 5. *Gu-*
ſtum de præcoquis ſic facies: duracina primotica puſilla
præcoquia purgabis, &c.

PRIMULE, Primò, primùm, vel nuper. Adamnannus
lib. 3. de Locis SS. c. 4. *Præterea hos tibi 20. ſolidos*
auri adfero, equi pretium mei, quem tibi primulè com-
mendatum mihi uſque in hodiernum conſervaſti diem.

PRIMOPERAM, *Genus officii*, in Gloſſ. Lat. MS. regio
cod. 1013. an *primus* ſeu *Primicerius operum*, ſeu *Ope-*
rarius, de qua dignitate ſuo loco egimus?

PRIMOPLASTUS, vox hybrida, πρωτόπλαστος, apud Pru-
dentium hymno 7.

PRIMUS, Primæ, ut aiunt, conditionis, ut *Medianus*, me-
diæ, & *Minofledus* infimæ, apud Alamannos, in Capi-
tulis ad Legem Alamann. c. 22. edit. v. cl. St. Baluzii:
Si primus Alamannus fuerit, ducentos ſolidos com-
ponat.

PRIMUS NAVIUM, apud Luitprandum lib. 3. c. 6. Ro-
manus Lecapenus fuiſſe dicitur, qui Græcis δρουγγάριος.

Primus Palatii, Dignitas, qua donatus *Hermenegildus*,
qui Chartam Rammiri Regis Legionenſis æræ 979.
ſubſcripſit, apud Anton. *de Tepez* in Chron. Ord. S.
Benedicti to. 5. p. 438. ſtatim poſt Epiſcopos & Abba-
tes. De Hermenegildo, vide ibid. p. 428.

PRINCEPS, Rex, Imperator, in Legibus Wiſigoth. lib.
5. tit. 7. §. 20. in Leg. Longob. lib. 2. tit. 29. §. 1. tit.
39. §. 4. &c.

Principes, dicti quotquot in ordine aliquo primarium lo-
cum obtinent, quos poſterior ætas *Primicerios* appella-
vit. Senator lib. 7. Epiſt. 24. *Magna inter collegas ſuos*
prærogativa decoratur, quiſquis gerit militiam nomine
Principatus: cognoſcitur enim agere locum primarium,
quando in rebus humanis magna pars hominum aſſerit ex-
cellentiam dignitatum. Adde lib. 11. Epiſt. 35.

Erant autem *Principes* in Militia, *principes* ſcilicet
Legionum & Cohortium, de quibus Vegetius lib. 2. c.
8. à quibus nomen tranſiit ad *Principes officiorum*, qui
in omnibus officiis omnium Magiſtratuum civilium &
militarium erant. Capitolinus in Antonino: *Additis*
officiorum omnium Principibus. Horum mentio hic paſ-
ſim in Notitia Imperii. De his etiam eſt titulus Cod.
Theod. *de Cohortalibus, Principibus, Cornicularis*
& Primipilariis Theophanes p. 137. καὶ ὁ πρίγκιψ
ἐκάστου χωρὶς ὄψων ... Vide Sirmondum ad Epigr. 137.
Ennodii, & Jacobum Gotofred. ad l. 10. Cod. Th. de
Cohortal. Principis munus ſe geſſiſſe Corippus teſta-
tur in Panegyrico Anaſtaſii Quæſtoris & Magiſtri:

——— *Sub cujus nomine geſſo*
Principis officium.

Unde conficitur, Magiſtros officiorum, & Quæſtores,
Principes officiorum habuiſſe, licèt *Adjutores* tantùm
iis attribuat Notitia Imperii.

Principes Agentium in rebus, de quibus eſt tit. 28. in
Cod. Theod. lib. 27. qui & *primates* dicti in Lege 21.
de Agentib. in rebus, eod. Cod. Senator lib. 11. Epiſt.
35. *Cur enim Agentium in rebus miles officii poſt tot*
labores incerto aliquid patiatur ambiguum, qui crebris
actionibus excubando, ideo Principis nomen habere pro-
meruit, quia militiæ ſacramentis cæteros antecellit. Vi-
de Jacobum Gotofr. ad d. tit.

Princeps Officii, Primus officialium, id eſt Miniſtro-
rum & Apparitorum Judicis vel Rectoris provinciæ,
in l. 1. C. Theod. de Offic. Rector. prov. apud Lam-
pridium in Helagabalo & in Alexandro, Symmachum
lib. 2. Epiſt. & autorem Queroli. Acta S. Cypriani:
Venerunt ad eum Principes duo, unus ex officio Galerii
Maximini Proconſulis, &c. *Princeps apparitionis*, apud
Ammianum lib. 16. *Primates officii*, in l. 4. Cod. Th.
ad Legem Juliam de ambitu. Palladius in vita Chryſo-
ſtomi p. 63. edit. v. cl. Emerici Bigotii: ὁ πρίγκιψ ἐλά-
φιος ὁ νῦν ἀπὸ Ῥεγενδαρίων. Vide Pancirolum ad Notitiam
Imperii lib. 1. cap. 9. Henricum Valeſium ad libr. 16.
Ammiani p. 111. & Jacobum Gotofred. ad Cod. Th.

Princeps Caſtrorum, in veteri inſcriptione 1101. 5.

Princeps civitatis, πρωτοπολίτης, in Gloſſis Gr. Lat. Gloſ-
ſæ Lat. Gr. *Princeps*, πρωτοπολίτης, ἔξαρχος. Aliæ: πρω-
τοπολῖται, *Proceres*. Sic autem appellabantur qui in ci-
vitatibus præcipuos Magiſtratus gerebant. Unde Sex-
tus Rufus Odenatum Palmyrenum *Decurionem* vocat,
quem Vopiſcus *Principem civitatis*. Vide Gruteri In-
ſcript. 472. 4. & infra in v. *Prior*.

Principes, Proceres Palatii. Titulus Legis Alamanno-
rum in antiquis codicib. *incipit Lex Alamannorum*,
quæ temporibus Chlotarii Regis una cum principibus ſuis
— *conſtituta eſt.* Ubi alii habent *Proceribus*. Capitula
Caroli C. tit. 6. *Hæc quæ ſequuntur Capitula excerpta*
ſunt à Domino Rege Karolo & Principibus eius ex his
Capitulis, quæ &c. Flodoardus lib. 3. c. 26. meminit
Epiſtolæ ab Hincmaro ſcriptæ *Eberhardo ex Principibus*
Lotharii.

Princeps nomen dignitatis. Moſchopulus p. 160. πρίγκιψ
ἀξιώματος ὄνομα. Primus autem *Principis* nomenclatu-
ram, in honorarium ſeu potius feudalem titulum, in
Italia, invexit Arechis Dux Beneventanorum. *Hic*
enim, ut ſcribit Leo Oſtienſis lib. 10. cap. 10. *primus*
Beneventi Principem ſe appellari juſſit, cum cateni qui
Benevenii præfuerant, Duces vocarentur. Nam & ab
Epiſcopis ungi ſe fecit, & coronam ſibi impoſuit, atque
in ſuis chartis ita in fine ſcribi præcepit, Scriptum in no-
ſtro ſacratiſſimo Palatio. A Principatu Beneventano poſt
annos 90. prodiere *Principatus Salernitanus* & *Capua-*
nus. Nam cum Siconolfus Siconis Principis Beneventi
filius, & Sicardi Principis frater, Salernum & Capuam
Radelchiſo Principi ademiſſet, Ludovicus II. Impera-
tor in Italiam veniens anno 851. pulſis & profligatis Sa-
racenis, quos uterque Principum in auxilium evocarat,

convocatis Longobardis totum Beneventi proventum inter Radelchus & Sichenulfum æquo diſcrimine partitus eſt ut habet Chronicon S. Vincentii de Vulturno p. 687. qua quidem partitione, cujus meminit etiam Conſtantinus Porphyrog. lib. de Adm. Imp. c. 27. Salernum & Capua Siconulfo ceſſere. Exhinc cæteri qui Salerno imperavere, *Principes Salerni* appellati ſunt: à quibus, diviſo rurſum Salernitano Principatu, creverit *Capuæ Principatus*. Uterque verò tandem ad Tancredi Normanni familiam & ad Reges Siculos devenit. Captâ enim Capuâ, Rogerius Rex Anfuſium filium *Capuani per ex-xidium ſublimavit Principatus honore*: quo extincto, patre ſuperſtite, Guillelmus filius alter eadem dignitate donatus eſt. Sed & Tancredum filium *Principatu Barenſi* donavit Rogerius, ut habet Alexander Abbas Celeſinus lib. 3. cap. 26. Sub eodem etiam Rege *Principatus Tarentini* titulus tum primùm emerſit, quo Simonem filium nothum teſtamento honeſtavit. Sed filius Guillelmus Rex hunc Simoni ademit, dicens, *Ducatus Apuliæ, Tarentique, & Capuæ Principatum legitimis tantum filiis debere concedi: ad Comitatus autem aliaſque regni dignitates non indignum eſſe liberos etiam naturales admitti.* Ita Falcandus p. 659. Ex quibus ſanè colligitur *Principis* titulum, Comitalem longè dignitate præcelluiſſe.

Ex prædictis etiam docemur ab Italia in cætera regna, etſi in quibuſdam ſerius, profluxiſſe ejuſmodi *Principes* titulum: nam & inde in Regnum Hiereſolymitanum tranſiit. Quippe cùm Boemundus Tancredi filius in hereditatis ſortem à Rogerio fratre Tarenti & Baris Principatus obtinuiſſet, ut narrat Ordericus Vitalis lib. 8. p. 677. Antiochiæ Dominus factus, ejuſdem *Princeps* appellatus eſt, quod, inquit Wil. Tyrius lib. 6. cap. 23. antea *Princeps* vulgò nuncuparetur, Tarenti ſcilicet, ut habent præterea liber vernaculus de Familiis Ultramarinis, & Joan. Villaneus lib. 4. cap. 18. Exhinc idem *Principis* titulus datus legitur Galilææ ſeu Tiberiadis in eodem regno dominis. Memoratur præterea apud Albertum Aquenſem lib. 3. cap. 54. *Princeps Philippenſium*, cui nupta fuit Florina Ducis Burgundiæ filia, licèt haud bene conſtet quis Princeps ille fuerit, & cujus urbis. Certè *Philippenſium Principis* mentio quoque eſt in Epiſtola Honorii III. PP. ad Everardum Patriarcham, apud Raynaldum an. 1217. n. 17. quo eum monet, ut Philippenſium Principem, qui Epiſcopum urbis ſuæ interemerat, ad juſtam criminis expiationem per excommunicationem cogeret. Sed cùm hoc anno 1217. Everardus iſte inter Patriarchas Hieroſolymitanos & Antiochenos non compareat, haud promptum eſt urbis ſitum aſſequi. Tranſiit præterea *Principis* dignitas in Imperium Conſtantinopolitanum ſub Imperatoribus Francis. Nam Guillelmus de Champlita, cognomento *Campanienſis*, expugnatâ Achaiâ & Peloponneſo, Principem ſe *inſcripſit Achaiæ & Moreæ*, ut perinde ejus ſucceſſores, quorum ſeriem & hiſtoriam deduximus in Hiſtoria Franco-Byzantina.

Atque inde fortean fluxit, ut complures dignitate licèt & natalibus longè inferiores proceres *Principis* titulum ſibi arrogarint, vel certè ut iis ille à ſcriptoribus adſcribatur, quod mox docemus.

Inde etiam originem duxere *Principatuum* erectiones, quæ in Francia noſtra & in Belgicis provinciis ſerius noteſcere cœpere. Primus enim qui mihi occurrat, in Francia Principatus, eſt Chaleſius in Inculiſmenſi agro, in Hiſtoriæ Arvernenſis probat. p. 228. ſub. an. 1478. & in Ceremoniali Franciæ an. 1513. tametſi de erectione non conſtet. Exhinc complures leguntur inſtituti, atque in iis Joris-villæ an. 1552. Porceani an. 1561. Guemenæi an. 1570. præterea Principatus Luci in Pictonibus, Soyonis in Vivarienſi agro, Rupis ad Yonem, Liſtenoiſii, Fucardimontis, Chaluſii, Ambliſiæ, Liſtenoiſii, Chabaneſii, Carencii, &c. In Belgio verò Principatus Chimacenſis erectus an. 1486. Spinetenſis an. 1541. Gaverenſis an. 1555. Lignenſis an. 1602. Barbançonenſis an. 1614. &c. Mitto quæ de Principatibus Italicis & Hiſpanicis hic conferri poſſent, cùm extent de iis, ut & de cæteris ejuſmodi dignitatibus conſcripti Commentarii.

Principes in Francia noſtra triplicis generis eſſe obſervat Sanjulianus lib. de Orig. Burgundionum cap. 33. extremo: ac primo quidem ita appellari, qui ex domo regia ſunt, quos vulgò *Princes du ſang* dicimus: deinde qui orti ex Principum extraneorum familia in Aula Regum noſtrorum militant, & in Francia ſedes fixere, quorum etiam poſteri eandem dignitatem retinent: ac denique ita vocari qui feuda poſſident cum titulo Principatus, de quibus mox egimus. Sed qui regnante Carolo V. in Francia noſtra pro Principibus haberentur, docet præ cæteris Chriſtina Piſana au *Treſor de la Cité des Dames*, 2. part. cap. 9. *Et pas ce que en diverſes Seigneuries ſont demourans pluſieurs puiſſans Dames, ſi comme Baronneſſes, & grandes terriennes, qui pourtant ne ſont pas appellées Princeſſes, lequel nom de Princeſſe n'affiert eſtre dit que des Empereres, des Roynes, & des Ducheſſes: ſe ce n'eſt aux femmes de ceulx, qui à cauſe de leurs terres ſont appellez Princes par le droit nom du lieu, ſi comme il en a en Italie & ailleurs. Et quoy que les Conteſſes ne ſoient mie en tous pays nommées Princeſſes*, &c.

Quartam denique Principum ſpeciem addunt Bodinus lib. 1. de Republica cap. 6. p. 69. & Marca lib. 6. Hiſt. Benearn. cap. 8. n. 6. qui ſcilicet feuda majora, vel etiam oppida poſſident in regni confiniis, de quorum ſupremo dominio ac ſuperioritate Principes ac Reges non convenere, utrique in pactis ac fœderibus, atque adeo *ſuperſeſſum eſt*, donec de rei veritate conſtaret. At cùm publicæ illæ vix dirimantur lites, factum ut flagrantibus potiſſimum bellis eorum poſſeſſores oppida ſua munierint, & cùm neutri Principum parerent, horum ſe ſupremos Principes inſignitarint, quod de Byzantio ſcribit Juſtinus lib. 9. *Hæc namque urbs condita primo à Pauſania Rege Spartanorum, & per 7. annos poſſeſſa fuit: deinde variante victoria, nunc Lacedæmoniorum, nunc Athenienſium juris habita eſt. Quæ incerta poſſeſſio effecit, ut nemini quaſi ſuam auxiliis juvante, libertatem conſtantius tueretur.*

Princeps, nomen videtur fuiſſe dignitatis in regno Anglorum. Chartam enim Offæ Regis ſubſcribunt ſtatim poſt Epiſcopos *Brordanus Patricius, Binnanus Princeps*, deinde *Duces*, in Additam. ad Matth. Paris p. 155. Aliam Knutonis Regis ita ſubſcribit, etiam ſtatim poſt Epiſcopos & ante Ducem, quidam Aldennus: *Ego Haldenus Princeps Regis pro viribus aſſenſum præbeo: & ego Turkillus Dux conceſſi*, in Conciliis Anglicanis. Charta Eadgari Regis in Monaſt. Anglic. to. 3. p. 302. *Unde ego Eadgarus Rex rogatus quidem ab Epiſcopo meo Deorwulfo, & Principe meo Ældredo, ut aliquam partem terræ liberam darem*, &c. Vide Simeonem Dunelmenſem an. 778.

Princeps, dignitas, ut videtur, fuit apud Hiſpanos. Diviſio Oxomenſis & Auſcenſis Epiſcopatuum an. 1088. ſub Adelfonſo Imp. & Hiſpaniarum Rege, quæ extat poſt Concilium Bracarenſe I. ſubſcribitur ab *Epiſcopis & Abbatibus*, deinde à *Comitibus*, demum à *Principibus*, hoc modo: *Ego Martinus Comes confirmo*, &c. *Ego Alvarus Hanez Princeps confirmo.*

Princeps Walliæ, titulus veterum Principum Provinciæ Angliæ, quam *Walliam* vocant, qua in jus Regum Angliæ redacta, eorum filii primogeniti eodem titulo deinceps donati ſunt. Vide Thomam Walſinghamum p. 48. & Thomam Smith lib. 1. de Republ. Anglor. cap. 17.

Apud Scotos, inquit Camdenus in Britannia, proximus à Rege eſt filius ejus primogenitus, qui *Princeps Scotiæ* appellatur, & peculiari jure Dux eſt *Rotſey*, Scotiæque Seneſcallus: reliqui verò Regis liberi abſolutè *Principes* appellantur.

Apud Luſitanos Alphonſus, poſtmodum Rex V. Regis Eduardi primogenitus, *Principis* titulum primus aſſumpſit, cùm antea Regum primogeniti *Infantes* appellarentur. Caſtellanorum Regum primogeniti *Aſturiarum Principes* dictos colligere eſt ex ſcriptoribus Hiſpanis, ut Aragonenſium *Girona*.

Principes in Germania qui dicantur, docet Albericus in Chronico MS. an. 1234. *In Alemannia omnes Archiepiſcopi, & Epiſcopi, quidam excellentiores nigri Abbates, & omnes Duces, & quidam Marchiones, & Langravius Turingiæ, & Palatinus Comes de Reno, omnes iſti vocantur Principes. Cæteri autem ſunt vel Comites, vel Caſtellani, vel nobiles. Ordo Principum*, apud Ottonem Friſing. de Geſt. Frideric. lib. 2. cap. 28. *Eſt enim Lex curiæ, quod quiſquis de ordine Principum Principis ſui iram incurrens, compoſitionem perſolvere cogatur, centum librarum debitor exiſtat, cæteri minoris ordinis viri, ſive ingenui, ſive liberi, vel miniſtri, decem.* Charta Henrici VI. Imp. an. 1189. ex Tabulario Eccl. Tullenſis: *Nos univerſa alodia & feuda, quæ ipſe* (Humbertus Comes Sabaudiæ) *infra fines Imperii Romani poſſidebat, obſervato omnimodo ordine judiciario, & per juſtam Principum Imperii ſententiam, & Parium ſuorum, abjudicavimus, & eum ſecundum juſtitiam condemnatum perpetuo Imperii banno ſubjecimus.*

Princeps, in Jure feudali Saxonum cap. 38. §. 8. & ſeqq. *tali nomine cenſetur, eo quod habet feudi vexillum, de quo ipſe Princeps dicitur & habetur. Nullus ab eo debet recipere o cùm illud alius ab eo receperit. Qui confert taliter, inveſtitus non eſt primus in feudo, & ideo non debet Princeps appellari. Qui poſſidet feudi vexillum, & eſt Princeps, nullum laicum debet habere dominum, præter Regem.* Ita hac ratione *Principes* dicuntur apud Saxones ſeu Germanos, qui noſtris *Barones*, qui ſcilicet à Rege nudè pendent, nullumque alium habent ſuperiorem dominum, quorum feuda Germanis *Fahnlehen* vocantur, quod vaſſalli cum vexillis de iis inveſtiantur. Vide Gerlacum Buxtorffium in Auream Bullam Caroli IV. Imp. c. 68. & ſupra in voce *Baro*. Huc porrò pertinet præclara Franciſci Borbonii San-Paulani Comitis vox, qui cum Guyſium Ducem ſeipſum Principem appellantem indignabundus cerneret, ad aſtantes jocosè reſpondit, *Guyſium Germanica lingua loqui.* Rem narrat Thuanus lib. 25. Hiſt. p. 456.

Principes dicti ipſi Comites, in Charta Caroli C. in Tabulario Dervenſi: *Princeps autem in cujus Comitatu conſiſtunt, pro Dei amore & remedio animæ ſuæ cauſas eorum libenter audiat, & ei in quantum potuerit adjuvare feſtinet.*

Princeps, pro *Dominus*, alicujus nempe oppidi vel caſtri. Ita inſcribuntur Dux Normanniæ apud S. Anſelmum lib. 3. Epiſt. 8. & alibi, Comes Flandriæ apud eundem lib. 3. Epiſt. 28. *Princeps Malamortenſis caſtri* apud Gaufredum Voſienſem lib. 2. c. 3. *Guillelmus Belliſmenſis provinciæ Principatum gerens*, in Charta fundationis Abbatiæ Longlay, quam ſubſcribit hoc modo, *Willelmus Princeps*, apud Ægidium *Bry* in Hiſt. Perticenſi p. 42. 44. *Theodoricus Dei gratiâ Dominus & Princeps Aloſtenſis oppidi*, in Charta an 1164. apud Miræum in Cod. Donat. piar cap. 96. *Radulphus nobiliſſimus Princeps de Arenis*, in Charta an. 1150. in Hiſt. S. Martini de Campis p. 391. *Willelmus Montiſpeſſulani Princeps*, apud Alanum de Inſulis p. 20. 201. *Aimericus Princeps Rancomenſis*, apud Ademarum Cabanenſem p. 181. *Helias Talairandus Princeps terræ Petragoris*, in Tabul. Deip. Santonenſis. *Wido Princeps Wangionis rivi*, in Charta an. 1081. & *Guido de Juncivilla Princeps*, apud Perardum in Burgundicis Tabulis p. 195. 229. *Princeps Albamarlæ*, in Charta an. 1130. in Concil. Rotom. p. 143. *Principes de Bancio*, apud Will. de Podio-Laurentii cap. 12. *Willelmus Talemontis caſtri Princeps & Dominus*, apud Beſlium p. 420. *Oliverius Princeps de Chaleſio*, in Charta an. 1174. in Hiſt. Turenenſi p. 34 *Theobaldus Bleſenſium Comes*, Princeps appellatur apud Joan. Sariſberienſem Epiſt. 89. *Erchembaldus Princeps Burtonienſis*, in Charta ſcripta ſub Roberto Rege, in Tabul. S. Urſini Bituric. *Picei* caſtri in Picardia domini Principes etiam inſcribuntur in veteribus Tabulis. Vide Herimannum de Reſt. S. Martini Tornacenſis cap. 77. 89. Acta Murenſia p. 15. Auguſtinum *du Pas* in Stemmatib. Armoric. part. 2. p. 623. Thomaſſerium in Conſuetudin. localib. Bituric. c. 35. &c.

Princeps, ſuperior Dominus, *Chef-Seigneur*. Pactum inter A. Epiſcopum Aginnenſem & S. de Monteforti Ducem Narbonenſem & Comitem Toloſæ an. 1217. in Regeſto 30. Tabularii Regii ch. 16. *Comes etiam jurabit Epiſcopo tanquam Princeps defenſionem & tutelam*, &c. Supra: *Jurabit Epiſcopus Comiti fidelitatem*, &c.

Principes etiam ſuæ civitatis dicti interdum Epiſcopi, ut in Canonibus S. Patricii c. 30. & aliis Hibernicis Synodis apud Waræum in Opuſculis S. Patricii p. 120. & apud Acherium to. 9. Spicilegii, lib. 18. c. 6. l. 26. c. 15. lib. 40. c. 2. 3. 4. in Vita S. Aigulfi Abb. Lerinenſis cap. 13. apud Will. Malmeſbur. in Prologo ad geſta Pontific. Anglor. &c.

Princeps carceris, ἀρχιδεσμοφύλαξ δεσμωτηρίου, Geneſ. c. 39. v. 23.

Princeps Eccleſiæ, Dignitas Eccleſiaſtica. Ordo Romanus: *Cùm autem omnia uſque ad Evangelium impleta fuerint, accedat Princeps Eccleſiæ ad Epiſcopum, pixidem in qua ſibus habetur, manu ferens, ſequente acolyto qui thuribulum portat*, &c.

Principes Francorum ſe ſe inſcripſere poſtremi ex Majoribus domus Regum Franciæ. *Karlomannus Dux & Princeps Francorum*, in Concilii Liptinenſis Præfationes: ſic Pipinus in Præfat. Concilii Sueſſionenſis, Carolus Martellus in lib. Epiſtolar. S. Bonifacii Moguntini Archiepiſcopi.

Princeps nervorum, Cerebrum. Alexander Iatroſophiſta MS. lib. 1. Paſſionum: *Oportet cætera deinde adjutoria localia initium ſumere, & capitis fieri providentiam, & ex oleo dulci lanis infuſis totum involvi caput madefactis omnino, ut non vigorem ſentiat Princeps nervorum.* Ubi Gloſſa, *cerebrum, quia ex eo oriuntur nervi.*

Principales, Præcipui civitatum: οἱ ἐν τέλει, in veteri inſcriptione. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei: *Quis ergo, ut dixi, locus eſt, ubi non à principalibus civitatum, viduarum & pupillorum viſcera devorentur, & cum his fermè ſanctorum omnium?*

Principare, Gubernare, regere, principem agere. Sidonius Apollinaris Carm. 9.

Non prolem Garamantici Tonantis,
Regnis Principibuſque principantem.

Utitur & Carm. 23. Erchembertus n. 82. *Reverſus eſt Guido ad Italiam, quo principare cupit.* Saxo Grammaticus lib. 9. *Witſercum Sueciæ principantem.* Occurrit apud Auguſt. lib. 19. de Civitate Dei c. 14. Ælnothum in Vita S. Canuti c. 8. Dudonem lib. 3. &c.

Principator, qui principium dat rebus. Arnobius in Evangeliſtarum locos: *Principium Deus eſt, qui Principator eſſe omnium voluit. In hoc itaque Principe erat Verbum*, &c.

Principatus, Angeli ex tertio Hierarchiæ Angelicæ gradu, ſic dicti, quòd *in eorum prælatione primus Principatus manifeſtatur, quia ipſum principando & imitantur & manifeſtant*, inquit Hugo ex S. Dionyſio. Vide Iſidorum lib. 7. Orig. c. 5. Guillelmum Pariſ. S. Bernardum, & alios.

Principium, Palatium Principis. Tertullianus de Corona militis c. 12. *Ecce annua votorum nuncupatio, prima in principiis, ſecunda in capitoliis.*

Principium, Miles ipſe *Princeps*, ſeu *Principalis*, ut eſt apud Vegetium lib. 2. c. 7. Ita utuntur idem Vegetius lib. 1. c. 20. Frontinus lib. 2. cap. de Inſidiis n. 30. Ammianus lib. 15. 22. 25. Lex 1. C. de Veteranis, & l. jubemus, Cod. de Erogat. militar. annonæ. Vide Salmaſium ad Vopiſcum p. 474.

Prindere, pro *prehendere*: Capere, unde noſtri *Prendre*. Decretio Childeberti Regis §. 9. *Si quis centenarium aut quemlibet judicem noluerit ſuper malefactorem ad prindendum adjuvare, ſol. 40. omnino condemnetur.* Pactum pro tenore pacis &c. §. 6. *Si ſervus minus tremiſſo involaverit, & mala ſorte priſerit*, &c. Adde §. 8. & Decretionem Chlotarii §. 7. Notitiæ veteres Bignonii c. 33. *Quod ego terram ſuam — per fortiam nunquam priſi aut pervaſi*. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 101. *& judex — cum priſerit, teneat eum*, &c. Adde tit. 105. §. 19. & Capitul. 3. an. 813. c. 45. Vide *Interprindere* & *Porprindere*.

Praſura, pro *priſura*, Apprehenſio, captio. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 29. de ſervo fugace: *Et habeat pro praſura de ipſo ſervo per caput ſol. 2.* Infra §. 3. *Nulla ſit ei culpa qui eum preſit, aut qui inquiſivit.* Ubi Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 13. habet *prahenſuram*. Vide *Priſa*.

Pringire. Vide *Prugire*.

Prior. *Priores*, quomodo *veteres* dicimus, vel qui nos præceſſerunt, *Præceſſores*. Gloſſæ antiquæ MSS. *Majores, Priores*. Victorinus Afer de Principio diei p. 198. *Qua matutina vere de tertia die ſi fuiſſet, nunquam priores noſtri quarta die factum ſolem & lunam profeſſi fuiſſent.* Infra: *Conſentit parentibus noſtris prioribus hac tradentibus.* Hincmarus Remenſis:

Namque Pitaciolum neutro dixere priores.

Adde Senatorem lib. de Divin. lect. cap. 26. Leges Wiſigoth. lib. 5. tit. 7. §. 11. &c.

Priores ſcrinii, in Cod. Th. de Proxim. Comit. diſpoſ. qui *Principes ſcriniorum*, Lampridio in Alexandro.

Prior, in Chartis Dalmaticis, Magiſtratus, à quo pleræque civitates Croatiæ & Dalmatiæ regebantur, qui poſtmodum *Comitis* appellatione donatus eſt. Vide Jo. Lucium lib. 2. de Regno Dalm. c. 8. 16. lib. 3. c. 12. Ab Italis hauſerunt Dalmatæ: Italis enim *Priori*, ſunt præcipui urbium Magiſtratus, ut apud Joannem Villaneum lib. 1. c. 38. lib. 9. c. 77. ubi & Prioris dignitas *Priorato* nuncupatur: *Priorato* verò, lib. 6. c. 55. Inſcriptio in Eccleſia S. Nicolai Barenſis, apud Antonium Beatillum lib. 2. Hiſt. Barenſis: *Tempore Regis W. & Prioratus Domini Nicolai Corbelli Primicerii an. D. N. I. C. 1188.* *Priorem civitatis*, habent Liberatus Diaconus c. 23. Senator lib. 8. Epiſt. 26. Julius Africanus lib. 1. &c.

Prior loci, Dominus, *Senior*, *Seigneur*. Lex Wiſigoth. lib. 9. tit. 1. §. 8. *Ad cujus domum venerit fugitivus, Prioris loci illius villicus atque Prapoſitus, quibuſcunque teſtetur.* Ubi Fori Hiſpanici: *El ſenior da quella terra.* Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 9. *Miſſi vel Priores qui in placito ſunt*, &c.

Prior Schola, Primus in ſchola cantorum, qui primus, dum ſacra facit Pontifex, *Antiphonam ad introitum* incipit, ut eſt in Ordine Romano.

Prior Schola regionaria, apud Bennonem Cardinalem in Vita Hildebrandi: *Poppo Prior ſchola regionaria cum omnibus ſuis Subdiaconis.*

Prior Scriniariorum, apud eundem Bennonem.

Prior, pro Abbate, crebro occurrit in Regula S. Benedicti cap. 4. 6. 7. 13. 20. 43. 53. &c. Vide Menardum ad Concordiam regular. p. 691.

Prior, qui primus eſt poſt Abbatem, de cujus officio præter lib. Uſuum Ordin. Ciſtercienſ. c. 111. ſic Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti c. 3. *Servatâ Abbati in omnibus reverentiâ, Prior, qui & Prapoſitus, in regula nominatur, honorabilior eſt reliquis miniſtris domus Dei. Ipſe ſolus caterorum miniſtrorum primum ſua partis locum habet in choro, in capitulo, in refectorio*, &c. Hoc verò *Prioris* nomen ea notione, quæ *Prapoſitum* denotat, poſterioris ævi eſſe, & tempore Celeſtini V. PP. tantum innotuiſſe obſervatum à viris doctis. Vide *Decanus*.

Prior major, in libro MS. Ordinis ſancti Victoris Pariſienſis cap. 5. ubi ejus officium deſcribitur, & abſente Abbate ejus vices fungi dicitur, ita tamen ut obedientiarios inſtituere non poſſit aut deponere, nullum de Monaſterio ejicere, aut ejectum recipere, vel etiam novitium benedicere. Ad ejus autem officium pertinet tam præſente quàm abſente Abbate cymbalum pulſare, & tabulam ad laborem, & monitum in Dormitorio, & corrigere mendas legentium in Eccleſia & in Capitulo, &c. Agit etiam de ejus officio Udalricus lib. 3. Cluniac. Conſuet. cap. 4. ut & Bernardus Mon. in Conſuetud. ejuſdem Monaſterii MSS. cap. 3.

Prior clauſtri, vel *clauſtralis*, *Vicarius Majoris Prioris per omnia, qui in clauſtro jugiter manet*, abſente Abbate & Magno Priore, *& qui pondus totius ordinis portat*, apud Bernardum in Conſuetud. Cluniac. c. 4. & Udalricum lib. 3. c. 6. ubi plura de ejus officio. Caſinenſes ad cap. 65. Regulæ: *Prapoſitus Monaſterii, ſecundum morem noſtrum Prior Clauſtralis vocatur.* Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Bened. *Prior clauſtri, quocunque Major Prior eat, ſi fieri poteſt, in clauſtro vel circa clauſtrum ſemper debet eſſe, & ordinem clauſtri in omni ſollicitudine ſervare.* Arnulfus Lexovienſis in Epiſtolis p. 48. *Priore clauſtri remoto, quia altioris ingenii credebatur, — Epiſcopus Priorem conſtituit idoneum.* Hugo Flaviniacenſis p. 269. *Et illo promoto ad Abbatiam, cùm Prior eſſet, in locum ejus ſubſtitutus eſt, & poſt cùm Divionem commigraſſemus, clauſtralis ibi Prior habitus eſt.* Vide Haëftenum lib. 3. Diſq. Monaſt. tract. 6. diſq. 2.

Prioriſſa, in Monaſteriis Sanctimonialium, apud Cæſarium Heiſterbacchenſem lib. 10. c. 16.

Prioratus, Dignitas præcipua in Monaſterio, apud Gregorium M. lib. 4. Epiſt. 4. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 543. *Ad Prioratus officium promoveri promeruit.*

Prioratus, Obedientia, ſeu minus beneficium, à majori Monaſterio dependens. Charta Philippi I. Regis Franciæ an. 1119. to. 13. Spicileg. Acheriani p. 301. *Et quia certum eſt quod ſinguli Prioratus ad Abbatem & Monaſterium Cluniacenſe pertinentes, per Abbates Cluniacenſes acquiſiti ſunt, & eis dati ad ſuam & Monachorum ſuorum, & pauperum Chriſti ſuſtentationem, & quod à fundatione Ordinis Cluniacenſis eſt obſervatum, quod Abbas Cluniacenſis Prioratus ſuos committit regendos & cuſtodiendos, ſicut rem ſuam propriam, cuicunque voluerit de ſuis Monachis, ſine aliqua diſtinctione, electione, vel certa perſona requiſitione, vel nominatione, & eoſdem removet quando ſibi bonum videtur & utile*, &c. De ejuſmodi Prioratuum origine diximus in v. *Obedientia*.

Priorare, Priorem facere, creare. Epitaphium Raymundi V. Epiſc. Toloſani apud Catellum:

Monpeſſulanus ipſum de Fratre prioret.

Baldricus Abbas Burgulienſis:

Jure priorarat te cœtus, Petre, Dolenſis.

Priſæ, ſeu *Captiones*, dictum quidquid ex ſubditis & tenentibus capitur ad expenſas Regis & Domini, quod legitimè & debitè perſolvi debet. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 40. *de priſis capiendis: Statutum eſt quod nihil capiatur à communitatibus ad uſum Regis, ſine prompta ſolutione: nec etiam aliqua capiantur ad priſam, niſi ubi & ſecundum quod fieri conſuevit.* Cap. 48. §. 2. *Et capiantur omnia capienda ſecundum conſuetudines antiquitus approbatas, & de terris illis, de quibus priſa Regis & ſervitia debent ſumi.* Cap. 50. *Teneantur ad expenſas domus domini noſtri Regis ſecundum priſas ibidem antiquitus conſuetas.* Ita autem hæ *priſa* fiebant à dominis, ut pretium exſolvere intra ſtatum tempus ac definitum tenerentur. Charta an. 3. Edw. I. Regis Angl. *Robertus de Monte alto clamat habere libertates has ſubſcriptas, videlicet Caſtellum ſuum de Riſinge, cum priſis 40. dierum*, id eſt ut intra 40. dies pretium reddatur. Ita enim ſtatuitur in primo Statuto Weſtmonaſterienſi ejuſdem anni 3. Edw. I. cap. 7. quo vetantur Conſtabularii ac Caſtellani *priſas* alibi capere, quàm in Caſtris, ac Caſtellis, vel urbibus qui-

bus præfecti ſunt, ita tamen ut ſupra 40. dies pretium rerum captarum exſolvant, niſi ejuſmodi priſæ ab antiquo Regi, vel Caſtello, vel domino Caſtelli debeantur. Adde cap. 32. & Articulos ſuper Chartas editos an. 28. Edw. I. cap. 2.

Neque aliæ ſunt *Priſæ* de quibus Gervaſius Dorobern. an. 1170. de Juſtitiariis itinerantibus: *Et de omnibus priſis* (Vicecomitum) *inquirant cauſam & teſtimonium.* Infra: *Et omnes priſas & cauſas, & occaſiones earum ſcribant ſeparatim.* Matthæus Paris an. 1232. erat Regem Henricum III. in ratiocinio quod ab Huberto de Burgo Proto-Juſtitiario exegit, illud fuiſſe, *de priſis factis pro jure ſuo relaxando, tam in terris quam in mobilibus.* Thomas Walſinghamus an. 1297. *Quia nimis afflicti ſunt per diverſa talliagia, auxilia, priſas, videlicet de frumentis, avenis, braſeo, lanis, coriis, bobus, vaccis, carnibus ſalſis, ſine ſolutione alicujus denarii, de quibus ſe debuerant ſuſtentaſſe.*

Proinde *Priſa* Anglis, idem eſt quod *Credatio* noſtris, de qua voce ſupra. In quibus porro rebus caperentur, docet Charta Henrici VI. Regis Angl. pro Monaſterio Ramicienſi: *Liberi ſint & quieti à quibuſcunque priſis, cheminagiis, & captionibus cariagiorum, equorum, carectarum, & aliorum cariagiorum: necnon frumenti, ordei, ſiliginis, avenarum, fabarum, piſarum, boum, boviculorum, vaccarum, jumentorum, ovium, porcorum, porcellorum, caprarum ſive edorum, agnorum, vitulorum, aucarum, caponum, gallinarum, pullorum, columbarum, deutricium, & anguillarum, ac omnium aliorum piſcium recentium quorumcunque, & aliorum volatilium, victualium, & ferarum ſuorum, ſalis, feni, ſtraminis, warrenis, boſci, ſubboſci, focalium, carbonum, aliorumque utenſilium ſuorum quorumcunque.*

Priſas autem Regias, ſeu pro hoſpitio Regis, apud Anglos, non tam antiquas, quàm dominorum feudalium putat Spelmannus, nec fere auditas ante Edw. I. colligit ex Iſlipo Archiepiſcopo Cantuarienſi in Libello, quem *Speculum Edwardi* inſcripſit: tametſi vox *priſa* pro captione, dicta cenſeri poſſit à *prendere*, de qua ſupra, fortè etiam à noſtra, *priſée*, deſumpta fuerit, id eſt *appretiatio*, quod ejuſmodi res caperentur à dominis juxta *appretiationes*, quæ de iis fiebant.

PRISO, Captivus, incarceratus, Gall. *Priſonnier*, qui in bello capitur, *prehenditur*, vel *prenditur*. Rogerus Hovedenus p. 541. *Priſones verò qui cum domino Rege finem fecerunt ante factam pacem cum Domino Rege,* &c. Romualdus Salernit. in Chron. MS. an. 1152. *Conſentiente Caſtellano — carceres ſuos aperit, & — multi alii priſones ſubito exeuntes carcerem, arreptis armis ceperunt inſilire palatium.* Utuntur Matth. Paris p. 259. 384. Rigordus p. 64. Matth. Weſtmonaſt. an. 1217. Bromptonus pag. 1076. Albericus an. 1215. Bracton l. 3. Tr. 2. c. 8. §. 5. & alii paſſim. Sed & noſtri ita *priſons* dixerunt, quos poſterior ætas *priſonniers*. W. Guiartus:

Ont, ſe le voir en deviſons,
Vint deus Chevaliers priſons
Au Roy S. Louys preſentés.

Le Roman de Garin:

Et les priſons à Paris envoia.

Et alibi:

Et des priſons en vos chartres getez.

Vide Gloſſ. ad Villhard. v. *Priſon.*

Priſo, Carcer ipſe, ex Gall. *Priſon.* Henr. de Knyghton an. 1293. *Reliquos in priſone fortiſſimo loci ejuſdem concluſerunt.*

Priſio, eadem notione. Guill. de Podio Laurentii in Chron. cap. 52. *Semetipſum reddidit priſioni ſeu carceri Seneſcalli domini Regis Franciæ.* Infra: *Quo iterato recepto in priſione Regis*, &c. Nangius in S. Ludovico p. 364. *Ipſis captis, & in priſionem ductis*, &c.

Priſona, eodem pariter ſignificatu, apud Matth. Paris p. 180. *Jaceas in priſona noſtra.* Bromptonus an. 1193. *Et ibi ſe reddidit priſonæ in miſericordia Regis patris.* Utitur etiam p. 1255.

Priſonare & *Impriſonare*, Incarcerare, Gall. *Empriſoner*, Ital. *Imprigionare.* Geſta Friderici II. Imp. p. 883. *Captoſque juſſit in Capitolio priſonari.* Charta libertatum Angliæ apud Matth. Paris an. 1215. *Nullus liber homo capiatur vel impriſonetur, aut diſſeiſietur pro aliquo libero tenemento ſuo*, &c. Infra: *Exceptis impriſonatis & utlagatis.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Quem tenebat impriſonatum.* Utitur Concil. apud Caſtrum-Gonterii an. 1336. c. 6.

Impriſonamentum, dicitur Leguleiis Anglicis, injuſta captio & injuſta detentio, in vinculis, vel ſine, in carcere, vel alia pœna majori vel minori. Cùm ſcilicet liber homo captus fuerit, & *impriſonatus* fuerit contra pacem Regis: ratione cujus *impriſonamenti* fieri poteſt appellum. Ita Bracton lib. 3. Tract. 2. cap. 25. §. 1. & Fleta lib. 1. c. 26. §. 2. 3. c. 42. §. 1.

Impriſonatio, in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 9. §. 4. *Sit punitus per gravem impriſonationem ad voluntatem Regis.*

Priſionagium, idem quod *Carcerarium* & *Geolagium.* (Vide in his vocibus.) Charta libertatum Novæ Baſtidæ in Occitania an. 1298. in Regeſto Philippi Pulchri Regis Fr. an. 1299. n. 16. *Item quod nullus qui in carcere dictæ Baſtidæ detentus fuerit, & per ſententiam fuerit abſolutus, nihil dare pro priſionagio teneatur*, &c. — *ſi quis verò in hoc caſu ſolvere priſionagium teneatur, & fuerit nobilis, ſolvat 12. den. Tholoſan. pro priſionagio: ſi vero homo alterius conditionis ſit, ſolvat pro priſionagio 6. den. Tholoſ.*

Priſonarius, idem quod *priſo*, Carceri mancipatus, vel qui in bello capitur, ex Gall. *Priſonnier.* Henr. de Knyghton an. 1348. *Adductis ad turrim Londonienſem Carolum de Blois de Britannia priſonarium.* Mox: *Priſonarii vero Francigenæ ſtrenue ſe defenderunt noſtris.*

Priſonator. Fleta lib. 1. c. 20. §. 9. *De priſonatoribus & priſonem habentibus vel facientibus.*

PRISTALDIS. Vide *Priſtaldus.*

PRIVATA, Latrina, ſecellus, Gall. *Privé*, vel *privée*, ut in Couſtuet Meldenſi art. 73. Catholicon Armoricum: *Cambroes*, Gall. *Chambres privées*, *Lat. Zeta, cloaca, latrina.* Jo. de Garlandia in Synonymis:

Eſt latrina locus idem cacaunda cloaca,
Signat idem quaſi triſte tegens triſtega vocatur,
Nec non privata conjunguntur his ſocianda.

Cæſarius Heiſterbachenſis lib. 5. c. 14. *Monachus vero ob neceſſitatem naturæ, privatam aſcendens, dum in una ſedium ſederet*, &c. Occurrit iterum lib. 4. c. 6. lib. 5. c. 6. lib. 8. c. 92. *Camera privata* in Chronico Trudonenſi lib. 10. p. 470. Aurelius Victor in Epit. in Conſtantio: *Quaſi ad ventris ſecreta ſecedens*, &c. Idem in Caracalla: *Secedens ad officia naturalia.*

PRIVATARIUS. Meminit Scylitzes p. 705. ὁ πριβατάριος τῆς ... ædis S. Demetrii Theſſalonicenſis. Hic Gabriel ... interpretatur Goarus, quod Camizophriacii præſidem interpretatur Goarus, quod Comites rerum privatarum dicerentur qui privati principis patrimonii curam haberent. Certè *Privatum* ærarium proprium Auguſti appellatum conſtat, ... Græcis. Sed *privatarii* in Eccleſia alibi non occurrunt, adeo ut de hac notione dubitari liceat.

PRIVATIANI, Officiales Comitis Rerum privatarum, in l. 24. Cod. Th. de Palatinis ſacr. largit.

PRIVATUM, in l. 32. Cod. Th. de Metatis, *balneum*, Tribonianus & Græci interpretantur, ut obſervat Jacobus Gothofredus: quomodo πριβάτα uſurpat Prochorus in vita S. Joannis Evangeliſtæ. *Balnea privata* recenſentur complures in Deſcript. urbis CP.

PRIVATI, Curialibus opponuntur in Lege Wiſigoth. lib. 5. tit. 4. §. 19. qui ſcilicet nullum in civitate munus obeunt: *militibus*, in Lege 2. Cod. Th. de Falſa moneta.

Privatus, Familiaris, amicus: Gall. *Privé.* Capit. Caroli C. tit. 30. *Et ideo ad hoc veni, ut inter eos privatus mediator exiſterem.* Mox: *Per Epiſcopos noſtros ac per Epiſcopos nepotis noſtri, & ſcripto & verbo tales con-*

ſas nepoti noſtro mandavit, pro quibus illi ſic privatus non erat, ſicut antea fuerat. Liber Faceti:

Qui nimis eſt privatus, cum vitare neceſſe.

Privicarnium. Vide *Carniprivium.*

Privileges, pro *privilegia*, quaſi *privata Leges.* Lex 7. Cod. Th. de Tyron. *Ipſorum etiam qui militaturi ſunt privilegibus accedentibus.*

Privilegia, propriè dicuntur Principum & magnatum Diplomata pro Eccleſiis, quorum formula deſcribitur à Papia. Vide *Benevalete.*

Privilegium donativum. Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 192. *Privilege dou chief Seignor ne peut, ne ne doit valoir à porter guarantie ſur le fie de ſes homes, c'eſt à ſavoir de ceaus qui ont conte, & qui peuvent faire privilege donatif, ſe le donatif dou Seignor en cui Seignorie ce eſt, dequoi le previlege dou chief Seignor parole, n'eſt avoé, ou que celui qui le requiert puiſſe prover que il eut la ſaiſine & la teneur longue en pais & ſens calonge,* &c.

Priwen, nomen Clypei Arturi Regis Britonum, in quò depicta imago Deiparæ, apud Galfridum Monemuthenſem lib. 7. cap. 2.

Pro aliquo eſſe, alicui favere, alicujus partes amplecti, phraſis Gallica, *Eſtre pour quelqu'un.* Eginhardus Epiſt. 45. *Deprecor ut ſecundum bonam conſuetudinem veſtram pro me ſemper eſſe dignemini apud Dominum Imperatorem,* &c.

Proadvocatus. Vide *Advocatus.*

Proastium, Prædium ſuburbanum. Veteres Gloſſæ: *προάστιον, ſuburbanum.* Papias: *Proaſtium, Viridarium arborum prope murum.* Infra: *Progeſtium, ſuburbanum.* Sic etiam habent Gloſſæ Lat. Gr. *Progeſtia, προάστια.* Ugutio: *Proaſtium, locus ante civitatem, ſcilicet ſuburbium.* Urſus S. R. E. Subdiaconus in Vita S. Baſilii Cæſar. *Invenit in proaſtio cum Philoſophis.* Ruffinus lib. 3. Vitæ Patrum n. 19. *Prope proaſtium, qui vocatur in Septimo.* Paulus Diac. de Geſtis Longob. lib. 6. c. 58. *In Olonna ſuo proaſtio, miro opere in honorem S. Anaſtaſii Martyris, Chriſto domicilium ſtatuit.* Occurrit non ſemel apud Julianum Anteceſſor. cap. 34. 36. 409. 513. Geſta Conſtantini M. *In proaſtio civitatis Veronenſis.*

Praſtia, pro *proaſtium*, in Charta Hugonis Regis Cypri an. 1210 in probat. Hiſt. Bethunienſis p. 360. *In territorio Paphi, praſtiam, quæ dicitur Lacridon, cum omnibus pertinentiis,* &c.

Proaula, in Gloſſ. Ælfrici, *Domus coram aulá*, peldæ. Vita S. Willelmi Ducis c. 9. *Domum etiam infirmorum, & cellam novitiorum, proaulam hoſpitum, xenodochium pauperum,* &c. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 412. *Ecce januas hic diſponam, & ad ortum ſolis ingreſſum: primo proaulam, ſecundo ſalutatorium, in tertio conſiſtorium, in quarto tricorinum,* &c. Aliud porro fuit Græcis *προναύλιον*, de qua voce diximus in Deſcriptione ædis Sophianæ n. 23. *Proaula* enim dicitur ædificium ſeu cubiculum quod ante *aulam* eſt, quæ & *ſalutatorium* dicitur, quod in ea excipiantur *ſalutaturi.*

Proba, Specimen, *δεῖγμα*, Gallis *Epreuve*, Italis *Prova.* Lex un. Cod. Th. de Stratoribus: *Per omnes provincias edictum generale miſimus, ut ab ſtratoribus unus tantum ſolidus proba nomine poſceretur.* Ammianus lib. 21. extremo: *Eique vehiculo inſidenti, quod portabat reliquias, ut Principibus ſolet, annona militaris offerebantur indicia, ut ipſi nominant proba,* (melius probæ) *& animalia publica monſtrabantur,* &c.

Probabilis, Rectus, bonus, approbatus. Facundus Hermianenſis lib. 4. cap. 1. *Sicut erat vita probabilis, & facundia ſingularis.* Concilium Toletanum IV. can. 4. *Probabilis vita atque doctrina extiterit.* Et can. 35. *Preſbyteros probabiles & Diacones mittat.* Privilegium Eccleſiæ Corbeienſis an. 846. *In ipſa porro electione regularis auctoritas conſervetur, — ut ille præponatur — quem ſanioris conſilii, licet pauci numero, fratres elegerint, & quem vitæ meritum & ſapientiæ dignitas probabilem reddiderit.* Anonymus in Vita S. Ruthberti Epiſc. lib. 4. c. 9. *Quidam Anachoreta probabilis, nomine,* &c. *Voluntas probabilis*, in Concilio Valentino can. 4. *Probabilis ſententia*; in Regula cujuſdam cap. 21. *Probabilium Patrum traditio*, apud Anaſtaſium in S. Hadriano p. 118. *Clerici probabilis vita & doctrina*, in Concilio Wormacienſi an. 868. c. 49. Ita vocem hanc paſſim ea notione uſurpant Cod. Theodoſ. l. 44. de Epiſcopis l. 3. de Fide Cathol. l. 10. de Decurion. l. 7. de Cohort. &c. præterea Hincmarus Remenſis Epiſt. 7. ex Labeanis, Concilium Ravennenſe an. 997. c. 3. Appendix ad Concilium Saleguntladienſe an. 1022. & aliquot alii ſcriptores laudati à Fileſaco ad Vincentii Lirinenſis commonit. p. 90.

Probabiliter: ita voces *μετὰ δοκιμασίας*, vertit vetus interpres Concilii Nicæni c. 13. Vide l. 9. Cod. Th. de Legatis.

Probare. Leges Canuti Regis cap. 44. apud Bromptonum, de eo qui emit rem alienam: *Si teſtimonium habeat, ſicut prædiximus, tunc liceat inde ter advocari, & quarta vice probetur, aut reddatur ei cujus erit: & nobis non videtur rectum, ut aliquis probare cogatur, ubi teſtimonium eſt & cognitio quod ibi brede ſit; & nemo illud probare debeat ante ſex menſes poſtquam furatum eſt.* Ubi *probare*, Somnero, eſt rem ſibi tanquam propriam vendicare, aſſerere, *propriare*, ſeu propriam facere, ut in eandem ſententiam habent Leges Edw. Saxonicæ cap. 2. apud eundem Bromptonum. Saxonicum verò habet agnian.

Probatores, *Approbatores*, Anglis, *Aprowour*, dicuntur ii qui feloniam per ſe commiſſam eſſe confitentes, alios ejuſdem reos arguunt. Sic dicti, quia ad hoc probandum quod in appello allegarunt tenentur, utique vel *duello*, vel *per patriam*, id eſt *juratam* legalium hominum, juxta reorum electionem. Tum enim *cum probator perfecerit quod promiſit, tenetur ei conventio, ſcilicet, ut vitam habeat & membra. Sed in regno remanere non debet, etiamſi velit plegios invenire,* inquit Bracton. Vide Fletam lib. 2. c. 52. §. 42. 44. Stanfordium lib. 2. de Placitis Coronæ cap. 52. 53. 54. Cowelium, & Raſtallum.

Proborium, Exprobratio, opprobrium, *ὀνειδισμὸς*, in Gloſſ. Gr. Lat. Rurſum: *ὄνειδος, probrum, opprobrium.*

Probus, Gallis, *Preux*, miles animo valens. Cæſarius Heiſterbacenſis lib. 9. c. 48. *Modo loqueris ut probus vir.* Vetus Epitaphium in Veſontione Chiffletii:

Hic Renaude jaces vir amabilis & probe Miles.

Probi & valentes, apud Thwroczium in Chron. Hungar. 2. part. c. 16.

Probitas. Generoſitas, animi magnitudo; Italis *Prodezza.* Hiſpanis *Proeza.* Gallis *Proüeſſe.* Willelmus Apulienſis lib. 3. de Geſt. Norm.

Tranſierat fama probitatis ubique probata.

Alibi:

Tanta fuit probitas animi, tam vivida virtus.

Gauterius Cancell. de Bellis Antioch. p. 444. *Rex itaque probitati ſemper intentus, haud ſegniter agens,* &c. Ordericus Vitalis lib. 5. *Præfatus Heros poſt innumeras probitates,* &c. Utitur paſſim. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

—— probitas vileſcit avari.

Idem:

Quam probus extiterit, quæ bellica Gallia vidit
Hoc duce regnante, & quanta probitatis honores.

Rodericus Toletan. lib. 2. de Rebus Hiſp. c. 14. *Sed offuſcavit in eo error impietatis tantæ gloriam probitatis.* Will. Brito lib. 1. Philipid.

Tot bene geſta domi; tot Militiæ probitates.

Et lib. 5.

—— Flagratque novo probitatis amore.

Idem lib. 8.

Quorum ſemper erat probitas exercita bellis.

Adde Geſta Conſulum Andegav. c. 9. n. 11. cap. 12. n. 1. c. 13. n. 3. Thwroczium 2. part. cap. 65. &c.

Vide præterea Notas ad Joinvillam p. 96.

PROCAMIARE. Vide *Cambiare*.

PROCANUS, Papiæ, *Ornator ædificiorum*.

PROCASTRIA, *quæ ante caſtra ſunt*, Bedæ de Orthogr. & Papiæ. Jo. de Janua: *Proceſtria, loca extra civitatem, ſicut procaſtria loca extra caſtra: vel proceſtria dicuntur loca extra civitatem degradata, per quæ murus aſcenditur.* Gloſſæ vett. ὁ πρὸ τῆς παρεμβολῆς τόπος, *Procaſtrium*. Aliæ: *Proceſtria*, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς. Idem videtur quod ἐξώπυργον, Laonico lib. 9. & Joanni Canano pag. 198. ἐξώπολον, Annæ Comnenæ lib. 6. hoc eſt ὁ ἔξωθεν τοῦ κάστρου, ſeu πόλεως κύκλος, extra urbem munitio, ſeu murus exterior, qui etiam *Antemurale*, & *promurale* aliis dicitur. Deſcribuntur verò ejuſmodi propugnacula, ſeu muri exteriores, ab eadem Anna lib. 4. p. 426. & à Petro Monacho Vall. Sarnei c. 63.

PROCER, *Proceres*. In Concilio Toletano VIII. ſubſcribunt *Dabila Comes & Procer*, & *Frolla Comes & Procer*. Unde colligitur apud Wiſigothos *Proceris* nomen fuiſſe dignitatis. Iſidoro lib. 9. Orig. cap. 4. *Proceres ſunt principes civium*. Apud Reges noſtros ex prima ſtirpe, *Proceres* appellabantur aulæ Magnates, Comites. Hinc in Placitis Chlodovei III. editis ab eruditiſſimo viro Jo. Mabillonio to. 4. SS. Ord. S. Bened. p 618. 619. 620. *Proinde nus taliter una cum noſtris Proceribus conſtetit decreviſſe*, &c. Ubi *Proceres* iidem ſunt qui *Optimates* interdum in iiſdem appellantur: *Magnates & primates palatii*, in Concilio Toletano XI. c. 5. qui cum Regibus in judiciis Palatinis conſidebant. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. c. 34. *In conſpectum ſereniſſimi Regis & procerum ejus* Apud Agobardum, Matfredus *Procer palatii* dicitur, in Epiſtola ad eundem, ubi & *Miniſter Imperatoris & imperii* appellatur. Cùm igitur *Proceres* ſub principe eſſent, vocem hanc pro *vaſſallo* uſurpavit Theganus de Geſtis Ludovici Pii c. 12. *Eodem tempore venit Bernhardus filius fratris ſui Pippini, & tradidit ſemetipſum ei ad Procerem, & fidelitatem ei cum juramento promiſit.* Charta Willelmi Comitis Pictavenſis apud Beſlium pag. 425. *Et cauſam ejus calumnia querimonia ante meos proceres, qui mecum venerunt ſimul cum Talemondenſibus, judicare ac diſſolvere præcepi.* Vide *Magnates*, *Optimates*. Cæterùm *Procerem*, in ſingulari, dixerunt etiam Juvenalis Sat. 8. & Capitolinus in Maximinis: *Virum procerum*, pro *procerem*, Anſo Lobienſis in Vita S. Ermini n. 3.

Proceres, συγκλητικοὶ in Gloſſ. quomodo uſurpat l. 1. Cod. Th. de Nuptiis, ubi plura Jacobus Gotofredus. Gloſſæ antiquæ MSS. *Proceres, præceptores, doctores, magiſtri, ſcientes veterum, ſcriptores.*

PROCESSIO, Collecta, σύναξις, conventus, cœtus ſcilicet populi in Eccleſia ad quam *proceſſit*, id eſt venit, collecti. Vetus interpres Concilii Laodiceni cap. 7. *In proceſſionibus pſalmos non convertere.* Ubi Græca habent, δεῖ τὸ μὴ δεῖν συνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι τοὺς ψαλμούς. Ita vocem hanc uſurpaſſe S. Leonem Epiſt. 82. ad Dioſcorum Epiſcopum Alexandrinum, S. Auguſtinum lib. 22. de Civitate Dei cap 8. Ennodium in Vita S. Epiphanii. Hieronymum Epiſt. 22. & alios jampridem docuit Menardus ad Sacramentar. Gregor. p. 177.

Proceſſionum Eccleſiaſticarum origo perantiqua eſt, cùm S. Ambroſius Epiſt. 29. ad ſolennitatem Machabæorum *Pſalmos canentes de conſuetudine* in via Chriſtianos deſcribat. De iis agit Honorius lib. 1. cap. 68. 69. 70. De Proceſſione verò in die Aſcenſionis, Rupertus lib. 9. de Divin. Offic. c. 9.

Orationes proceſſionales. Leo Oſt. lib. 3. c. 19. (al. 20.) *Id ipſum fecit & de alio libello, in quo ſunt orationes proceſſionales.*

Proceſſiones publicas alicui imponere vetantur Eccleſiaſtici ac ſeculares, in pœnitentiam ſcilicet, in Statutis Synodalibus Nicolai Epiſcopi Andegav an. 1271. c. 2.

Proceſſio, *Proceſſus*, dicitur maximè de Conſulibus, qui cum pompa & apparatu magnifico procedere ad Circum ſolebant; quod ſepties fiebat durante Magiſtratu. Julianus Anteceſſor Conſtit. 98. *Proceſſiones autem ipſius eſſe volumus ſeptem, omnes in Circo, & in harena, & in theatro*, &c.

Proceſſus præterea vocabant, Imperatorum in palatia ſuburbana ſeceſſus, vel etiam ad Eccleſiam majorem proceſſiones, quod cum apparatu & omni comitatu eò procederent: unde poſtmodum ipſæ Imperatorum in iiſdem palatiis moræ *Proceſſus* non ſemel dictæ; Byzantinis verò ſcriptoribus πρόκενσα & πρόκεσσα. Sed hæc pluribus in noſtra Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 3. quò lectorem remittimus, ne rem actam agamus.

Proceſſivè pergere, apud Thwroczium in Carolo c. 98. Infra, *Proceſſionaliter*, nos dicimus, *Aller proceſſionellement, en Proceſſion.*

Proceſſio, Lis, cauſa, *Procez*. Gregorius M. lib. 4. Epiſt. 40. *Secularibus indeſinenter cauſis adſtringitur, aſſiduis proceſſionibus occupatur, & quotidie negligit legere verba Redemptoris ſui.* Senator lib. 6. Epiſt. 17. in formula Referendariorum: *Quale eſt enim in tumultuoſis proceſſionibus noſtris nulla permixtione confundi, aut minimè tantis clamoribus impediri?* Ita recentiores Græci πρόοδος uſurpant. Nicephor. CP. ... Sunt autem *Secreta* ædes in quibus jus dicitur.

PROCINCTUS, Capitula Caroli M. lib. 4. c. 26. *Homo de ſtatu ſuo pulſatus, ſi is qui eum pulſat ad convincendum illum procinctum habuerit, adhibeat ſibi octo conjuratores legitimos ex ea parte unde pulſatur, ſive illa paterna, ſive materna ſit, & quatuor aliunde non minus legitimos, & jurando vindicet libertatem ſuam. Quod ſi procinctus defuerit, adſumat undecumque 12. liberos homines, & jurando ingenuitatem ſuam defendat.*

PROCINCTUS, *Procincta*, Ambitus, vel limites loci alicujus, intra quos libertas ſeu immunitas illius includitur. Ælredus in Vita S. Edwardi Confeſſor. cap. 6. *Et habeat idem locus liberum procinctum, id eſt ambitum, & cœmeterium mortuorum circa ſe, abſque Epiſcopali —— exactione.* Charta Caroli C. apud Doubletum pag. 788. *Itaque hanc totam procinctam Deo ſanctoque ejus Dionyſio donamus, cum omni videlicet judiciaria poteſtate, hoc eſt bannum, omnemque infracturam*, &c. Charta Caroli Simplicis apud Vaſſorium in Novioduno pag 678. *Conceſſimus ergo illis teloneum quod ubique in toto procinctu urbis Noviomagenſis regali ditione poſſidebamus.* Adde p. 734. Charta Henrici I. Regis Franc. an. 1060. pro Eccleſia S. Martini de Campis: *Præfatam Eccleſiam ea firmitate munio, quatenus in perpetuum regio jure ab omnibus fore concedatur libera, tam videlicet infra ambitum munitionis ejus, quàm infra in procinctu illius, in teloneis, in fredis*, &c.

PROCESSORES, qui *ex proceſſione* ſunt, & in ea cum cæteris procedunt. Ordo Romanus: *Poſt Epiſcopum Presbyteri, deinde Monachi, deinde Schola, deinde omnes Proceſſores, & Manſionarii, & intrant in Secretarium*. Alib.: *Suntque ibi parati proceſſores, Acolyti duo cum candelabris*, &c. Rurſum: *Procedat Epiſcopus ſicut mos eſt ſolennibus diebus ad Miſſam cum proceſſoribus ſuis.*

PROCLAMARE, *Proclamatio*. Vide *Clamare*.

PROCLAMOR, Clamor, conclamatio, *Proclameur*, noſtris; apud Galbertum in vita Caroli Comit. Fland. n. 15.

PROCOLPUS, idem quod *Colpus*. Lex Ripuar. tit. 77. *Si quis hominem —— ligare voluerit, —— & non prævaluerit ligare, ſed procolpus ei exceſſerit, & eum interfecerit*, &c. Gall. dicerent, *& qu'il euſt failli ſon coup*. Ubi edit. Heroldi habet, *Colaphus ei exceſſerit*. Cod. alii apud Steph. Baluzium, *Colpus*, *Colibus*, *procolibus*. Vide *Colpus*.

PROCONES. Synodus Nemauſenſis an. 1284. cap. de iis quibus deneganda eſt Eccleſiaſtica ſepultura: *Item uſurariis & proconibus univerſis*, &c. Ita codex nuper editus.

PROCONSUL, Vicecomes, ut *Conſul*, Comes. Gloſſ. Ælfrici Saxon. *Conſul*, ȝeneȝa. *Proconſul*, Underȝeneȝa.

Zenc 71. Tabularium Auſcienſe: *Convenerunt itaque ex omni Novempopulania provincia Epiſcopi, Abbates, Conſules, Proconſules, cæterique Domini fideles*, &c. Abbo Serm 5. *Comites, Vicecomites, Conſules, Proconſules, eorumque vicarii. Proconſul Levitanenſis*, qui vulgò *Le Vicomte de Lavedan*, in Charta laudata à Marca p. 807. Hiſt. Benehatni Vide Salmaſium ad Hiſtor. Aug. pag. 10.

Proconſules, qui *Juſtitiarii errantes*, in Anglia. Joan. Sariſberienſis lib. 5. Policrat. c. 15. *Quæ vero de præſidibus aliiſque Judicibus, dicta ſunt, debent & apud Proconſules, quos noſtrates vulgariter dicunt Juſtitias eſſe errantes, obtinere.* Qui ſcilicet *Conſulum* ſeu Comitum vice jus dicunt *in provinciis*. Ita accipiuntur lib. 6. c. 1. *Utique jam fiunt iſta palam, nec eos Præſides aut Proconſules prohibent.* Et cap. 25. *Illuſtris Comes Legeceſtriæ Robertus modeſtè Proconſulatum gerens apud Britannias*, &c.

Proconſules appellantur, qui Conſulum urbanorum vices agunt in Wichbild Magdeburg. art. 19. §. 1. *Poſtquam Proconſul in civitate eligitur, ad unum annum ille eligi debet, & ut ſic poteſtatem judicandi habebit ſuper injuſtas menſuras potabilium, & pondera*, &c. art. 43. §. 2. *Eligere inſuper Conſules debent inter ſe Proconſulem unum vel duos*, &c.

PROCOVIA. Vide *Pactiſis*.

PROCULCATORES. Vide *Collocare*.

PROCULUM, *abominatio*, in Gloſſ. Iſid.

PROCULUS, *qui naſcitur cum pater peregrinatur*, in Gloſſ. Arabico Lat. *Qui patre longe peregrinante naſcitur, vel longe à patre natus*, in Gloſſ. Iſid.

PROCURARE, Excipere hoſpitio & convivio, vel *procurationem conſuetudinariam*, ſeu debitam exſolvere. Hiſt. Epiſcopor. Autiſiodor. cap. 58. *Juris erat regalis, ut quando Dominum Regem, vel aliquem de ſuis itineris occaſio, ſeu motus propriæ voluntatis ad aliquod Epiſcopale domicilium divertere faciebat, recipiebatur honorificè, & procurabatur honeſtè.* Lambertus Ardenſis: *Eum ſecum hoſpitari fecit, & ſolemniter eum & ſuos lautiſſimis procuravit cibis & potibus.* Eckehardus Jun. de Caſib. S. Galli cap. 11. *Injungitur Ruodmanno — Legatos regios in locis nominatis euntes procurare & redeuntes.* Chronicon Mauriniacenſe an. 1130. *Occurrunt velociter, & jam pene ingredientem Mauriniacum D. Papam ſuſcipiunt gaudenter, procurantque ſolenniter.* Utuntur præterea Arnoldus Lubecenſis lib. 6. cap. 11. Adamus Bremenſis c. 155. Rogerus Hovedenus p. 673. Matth. Paris p. 434. Veteres Conſuetudines Floriacenſis Cœnobii p. 393. S. Stephanus in Regula Grandimontenſium c. 35. Jo. Abbas in Vita B. Joannis Abb. Gorzienſis n. 118. Vita S. Fulcranni Epiſcopi Lodovenſis apud Plantavitium, vita S. Willelmi Abbat. Roſchildenſis n. 28. Charta an. 1208. in Hiſt. Prioratus S. Martini de Campis p. 381. 382. &c.

Curare, eadem notione: Henricus Roſla in Herlingſberga:

Curat honoratos, epulis reficitque perunctis.

Procurare donativis. Epiſtola Friderici II. Imp. to. 2. Spicilegii Acheriani p. 572. *Non admittentes ei de pulchris equis ſatisfacere, & aliis donativis libentiſſime procurare*, &c.

Procuratio, quodvis Convivium. Ordo ad benedicendum Ducem Aquitaniæ: *Illo quippe die ſolennitatis & lætitiæ, omnibus rite peractis debet Canonicis Eccleſia Lemovicenſis eam & talem procurationem exhibere, quæ tantum deceat dominum & Ducem.* Henricus Huntindonenſis lib. 8. p. 394. *Præterire volens principes cæteros largitione munerum & ſplendore procurationum, cum propriis redditus ad hoc non ſufficere poſſent, à ſuis ſummo ſtudio carpebat unde egeſtatem ſuam nimietate prædicta comparatam complere poſſet.* Sed præſertim

Procuratio, dicitur de exceptione ſtata ac debita dominorum à vaſſallis, à quibus hoſpitio & conviviis condictis vicibus excipiebantur, cum in eorum prædia divertebant: quæ quidem *procurationes* interdum in ſummam aliquam pecuniariam convertebantur. *Giſtes* vulgo appellabant noſtri, uti in hac voce docuimus. Statutum S. Ludovici pro Ballivis, apud Nangium: *Giſta etiam vel procurationes in domibus Religioſorum — non recipiant.* Charta an. 1235. in Hiſt. Ducum Burgundiæ pag. 73. *Neque in procurationibus, quæ Gallice Giſte nominantur, teneantur me in aliquo procurare. Procuratio Conſuetudinaria*, in Charta Agnetis Comitiſſæ Pictavenſis an. 1048. pro Eccleſia Angeriacenſi. Sugerius de Adminiſtrat. ſua cap. 15. *Quæ etiam in hac terra intolerabiles & pene conſumptivas conſuetudines habebat, videlicet tres in anno procurationes, unam de collata ruſticorum ſufficientem tam ſibi quam ſuis amminiſtrantibus, duas de propriis redditibus S. Dionyſii, qua calamitate terra penitus conſumebatur.* Tabularium Vindocinenſe fol 150. *Eadem Aales uxor defuncti Hugonis reclamavit procurationem, quam, ut aſſerebat, ex paterno dono ſibi vendicabat. At Prior noluit eam procurare, dicens nec patrem ſuum nec ipſam aliquam procurationem vel conſuetudinem in illa domo habuiſſe. Illa autem quadam die abſente Priore, venit ad domum cum ſuis, & per violentiam occiſis gallinis & caponibus, & ablatis clavibus panis & vini comedit & bibit*, &c. Charta Henrici Abbat. S. Dionyſii an. 1207. in Tabulario Pariſienſis Eccl. Puteano: *In eadem autem Eccleſia B. Mariæ de Argentolio Epiſcopus prædictus & ſucceſſores ſui habebunt in perpetuum duas procurationes ſingulis anni, unam ſcilicet ſine taxatione, ſicut ſolet haberi, & aliam quæ non poterit excedere ſummam centum ſolidorum.* Agunt præterea de ejuſmodi procurationibus, Robertus de Monte an. 1180. Innocentius III. PP. l. 14. Epiſt. 123. 126. Thomas Archid. in Hiſt. Salonit. c. 17. Matth. Paris p. 371. 540. Veteres Chartæ apud Hemereum in Auguſta Viromand. p. 166. 236. 249. Louvetum in Hiſt. Bellovac. p. 393. 394. Roverium in Reomao pag. 276. Gallandum de Franco alodio p. 75. Chiffletium in Beatrice p. 41. in Hiſt. Epiſcopor. Lodovenſium p. 104. in Hiſt. Epiſcoporum Cadurcenſ. n. 102. 138. 186. in Bibl. Cluniac. p. 1442. &c.

Procurationes Epiſcoporum & Archidiacororum, quæ debentur à Sacerdotibus, cùm Eccleſias ſibi ſubditas ii viſitant: de quarum immodicis ſumptibus crebræ ad ſummos Pontifices delatæ ſubinde querelæ, qui eas coërcuere cùm in Conciliis, tum Bullis ſuis, cujuſmodi ſunt Clementis IV. quæ habentur in Chronico Abbatiæ S. Joannis de Vineis p. 137. 138. Præterea hæc Innocentii III. PP. in Monaſt. Anglic. to. 2. p. 165. — *Querelam accepimus, quod cum olim Archidiaconus Richmondiæ parochiam ſuam viſitationis gratiâ circumiret, cum centum equis minus tribus, viginti canibus & uno, tribus avibus venatoriis, ad quandam Eccleſiam prædictorum Canonicorum accedens, tantum domum iſtam ſumptu immoderato gravarit, quod hora brevi dicitur conſumpſiſſe quod toti familiæ longo tempore ſuffeciſſet. Nos igitur — inhibentes ne quis veſtrûm de cætero, cum parochiam ſuam viſitet, in procurationum exaltatione, ſeu modis aliis, præterquam Lateranenſis Concilii Statuta permittunt, Eccleſias ſeu Clericos vel ſervientes prædictorum Canonicorum gravare præſumat.* Ad ejuſmodi procurationes ſpectant hæc Stephani Tornacenſis Epiſt. 190. *De procurationibus agitur corporum, non de ſalute animarum; de numero quadrupedum & hominum, non de merito virtutum, aut victoria vitiorum.* Vide Innocentium III. PP. lib. 1. Epiſt. p. 84. & 105. edit. Venetæ. Leges Alfonſi IX. Regis Caſtellæ 1. part. tit. 22. Chartas veteres apud v. cl. Jacob. Petitum poſt Pœnitentiale Theodori pag. 669. 670. 682. 683. 716. 720. præterea Renatum Chopinum l. 2. de Sacra Polit. tit 7. n. 10. 11. ubi plura de ejuſmodi Epiſcoporum & Archidiaconorum procurationibus.

Procurationes etiam præſtabantur ſummis Pontificibus, cùm in Franciam veniebant. Charta Iſenbardi Abbatis S. Mauri Foſſatenſis an. 1274. *Omni autem*

anno quo Eccleſia noſtra domino Papæ in has partes venienti procurationem, vel aliquid pro procuratione daret, &c. Procuratia, idem quod Procuratio Matth. Paris an. 1245. *Procurationes & munera exiguntur, ſibi* (Legato Apoſt.) *feſtinanter tranſmittenda.*

PROCURATOR, *Vicarius, locum tenens*, qui alterius vice res gerit. Petrus Bleſenſis Ep. 47. *Nunquam tibi exhibuit ſe dominum, ſive Regem, ſed quaſi procuratorem regni tui*, &c. Balduinus Flandriæ Comes in Charta an. 1066. apud Buzelinum l. 2. Gallo-Fl. c. 13. ſe ſe *Philippi Francorum Regis ejuſque regni Procuratorem & Bajulum* inſcribit. Concilium Toloſanum an. 1068. apud Catellum lib. 5. rerum Occitan. p. 865. *Anno — ſecundo verò anno regni Philippi Regis Francorum, ac tuitione Balduini Flandrenſis Comitis*, &c. Ita Will. Tyrius Damaſcenorum Principum Vicarios, ac urbis Damaſcenæ Præfectos vocat lib. 9. c. 7. lib. 15. c. 7. lib. 18. c. 27. & Ordericus Vital lib. 9. *Procuratori ſuo, quem Admiraldum vocant, mandavit.*

Procurator, qui convivio excipit, vel convivium apparat. Regula Templariorum cap. 14. *Poſt prandium verò & cœnam, ſemper in Eccleſia, ſi prope eſt, vel ſi ita non eſt, in eodem loco, ſummo Procuratori noſtro, qui Chriſtus eſt, gratias ut decet cum humiliato corde referre ſtricte præcipimus.* Hinc *Procuratorem Regni Francorum* ſeſe inſcribit Theobaldus Comes Bleſenſis in Charta an. 1156. in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 66. in Tabul. S. Martini de Campis, & apud Rogerum Hovedenum p. 524. id eſt *Seneſcallum* ſeu *Dapiferum*; quod *Dapiferi Regii* munus ſit circa menſam regiam & ejus apparatum. De Dapifero intelligendus, ni fallor, Adalbero Laudunenſis Epiſcopus in Poëmate ad Robertum Regem Francorum, ubi ironicè ait:

Ut Procurator Regis mundana miniſtrans,
Sit piger, ignavus, modica virtute repletus,
Hic aliena petat, repetat ſua, nil tribuendo,
Et jugiter maneat dix ſui ſorte jugali:
In Regis hæredipetæ non ſpes ſibi conſtet.

Procurator Reipublicæ, Magiſtratus publicus. Charta Caroli III. Imp. in Hiſt. Pergamenti to. 3. p. 399. *Nemo ſuperioris aut inferioris Reipublicæ Procurator ad cauſas judiciario more audiendas conventum facere, vel freda exigere*, &c.

Procuratores Eccleſiarum ſuarum ſeſe interdum inſcribebant Epiſcopi. Guido Epiſcopus Ambianenſis, *Præſul & Procurator Reipublicæ Ambianenſis* inſcribitur in Charta an. 1073. Garinus ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, *Præſul & Procurator totius Reipublicæ Ambianenſis*, in alia an. 1135. Hugo Novionienſis, *indignus Procurator Noviomenſis & Tornacenſis Eccleſiæ*, in alia an. 1039. apud Miræum in Cod. donat. piar. c. 45. Buzelinum lib. 2. Gallo Fl. c. 26. & Harxum in Caſtellanis Iſlenſibus pag. 153. 163. Hugo Flaviniacenſis an. 940. *Artaldum Epiſcopum a procuratione Epiſcopii juramento ſe compulit abdicare.* Ita Epiſcopus *procurare Eccleſiam* dicitur apud Adamum Bremenſem c. 170. *Procurator Eccleſiæ* præterea videtur appellatus, qui electus, ſed nondum ſacratus eſt Epiſcopus, in Charta Friderici II. an. 1238. apud Columbum in Epiſcop. Valentin. n. 59. *Itaque ad curiam noſtram Guillelmum Valentinenſis Eccleſiæ venerabilem Procuratorem, ſeu electum, debita honorificentia ſuſcepimus.* Denique eundem titulum Epiſcopis *Commendatariis* datum colligimus ex Chronico Fontanellenſi cap. 8.

PROCURSUS, Genealogia, ſeries generis. Matth. Paris an. 1130. *Ubi cum a quodam Clerico de gente Francorum perito, originem & procurſum Regis Ludovici quæreret, &c. — & cum à gemino ovo omnem Regum Franciæ genealogiam texendo replicaſſet*, &c.

PRODECIMA, idem quod *Redecima*, Decima decimæ. Capitulare an. 823. c. 21. & lib. 2. Capitul. c. 21. *Ut de omni conlaborato & de vino & feno — nona & decima perſolvatur: De nutrimine vero prodecima, ſicut hactenus conſuetudo fuit, ab omnibus obſervetur.* Vide *Redecima.*

PRODEFACERE, Prodeſſe. Lex Wiſigoth. lib. 6. tit. 4. §. 3. *Qui manum ex integro abſciderit, vel etiam quolibet ictu percuſſerit, ut ad nullum opus ipſe prodefaciat, centum ſolidos percuſſor componat.* Occurrit nudè *prodificare* in Gloſſ. Arabico-Latino.

PRODEFINIRE, idem quod *Definire*. Capitula Ludovici Pii an. 826. cap. 6. *Tunc Comes cauſam prodefiniat, veluti ſi ipſe qui quærit præſens fuiſſet.*

PRODENSES, Funes qui à prora alligantur ad terram, Italis *Prodeſe*: ex *proda*, prora, iidem. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 25. *Hoc eſt verſus ſcolium nominatum, quod eſt a partibus Tramontanæ, qui ab omnibus ſcoliis ſupradictis debet prodenſibus duobus & dimidio elongari, vel debet ſibi cavere, — & poteſt ibi ſtare ad prodenſes, quicumque fuerit penes muros prædictæ civitatis.* Infra: *Et eas longe a ſcolio uno prodenſe.* Rurſum: *Et poſſunt prodenſes dari ad inſulam ſupradictam, anchoraque verſus terram firmam poterunt impartiri.* Cap. 26. *Ad quam quidem ſiccam prodenſes figuntur*, Vide *Proſneſium.*

PRODERIUS, qui Proram curat in navibus, *Prodiere* Italis. Occurrit apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 20.

PRODITOR, qui rem furatam prodit, indicat, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 4. 40. Occurrit in l. un. C. de Mendic. valid. & in l. 6. Cod. de Delator.

PRODUM, lucrum. Gallis *Preu*, *Profit*: Italis *Prode*. & *pro*, qui à Provincialibus acceperunt, ut notat Acariſius. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 63. *Ut habeant produm & damnum, quemadmodum inter illos fuerit conventum.* Occurrit ibi pluries.

PROFECTUS, Lucrum, *Profit*. Capitulare de villis c. 36. *Acceptores & ſparvarios ad noſtrum profectum provideant.*

PROFERENTIA, *Proferentium*, *Proferta*, Proventus, reditus. Tabularium Conchenſe in Ruth. ch. 8. *Hoc eſt totum ſevum Preſbyterale, & proferentiam de tota Parochia de annona & de vino, & totam profertam quæ ad altarios venerit*, &c. Ch. 39. *Decimum, & proferentium, & ſepultura*, &c. Ita in ch. 48. 50. 51. 57. 369. & alibi.

PROFERIMENTUM, Dilatio, prolatio: cum quis ſtare juri, ac rectum facere renuit, vel differt. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap 93. *Sicut malum quod factum eſt per fatigationem de directo, nullatenus debet eſſe emendatum; ita illud quod factum fuerit ſuper proferimento de directo, nullatenus debet remanere ut non ſit redirectum.* Id eſt, ut interpretor, ſicut malum quod quis patitur ex actione judiciaria, non emendatur; ita è contra ſi malum is patiatur ex dilatione partis, debet reſarciri.

PROFERUM, *Profrum*, in Fleta lib. 1. cap. 38. §. 16. lib. 2. c. 32. §. 2. 4. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 290. *Idem Henricus de Haſtingus & anteceſſores ſui ſolebant capere & de jure habere rationabiles expenſas ſuas verſus ſcaccarium ſingulis annis pro duobus profris faciendis, & uno compoto reddendo per annum*, &c. Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 11. *Et ſi reperiatur per nomina Militum qui viſui interfuerunt, quod viſus terræ factus fuit, tunc ad proffrum petentis clamabitur reus, qui die illo juſtè ſi velit, eſſoniari poteſt de malo veniendi*, &c. Ibidem, Gallicè: *Richard le Jay ſe proffre vers Villiam Huſe de play de terre*, &c. Adde cap. 9. 12. Spelmannus vocem à Gallica *Proferer*, producere, educere, allegare, deducit. Vim tamen vocis non omnino percipio.

PROFESSIO, *profeſſus*. Vide *Profiteri.*

PROFICUUM, Lucrum, emolumentum, *Profit*. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 247. *Sunt in ſumma quæ dedi in proficuo Eccleſiæ — ſolid. duo millia.* Relatio de Theſauro Caniſinæ Eccleſiæ: *Per proficuum & honorem Reginæ Eccleſiæ*, &c. Turpinus in vita Caroli M. cap. 8. *Magnum animabus proficuum.* Utuntur Ivo Carnot. Epiſt. 76. Gregorius VII. lib. 6 Epiſt. 2. Statutum 2. Weſtmonaſterienſe cap. 29. & alii.

Proficuus, Utilis, *Profitable*. Lupus Ferrarienſis Epiſt. 4.

ad Einhardum : *Nemo poſtulet, niſi qui ſua ſalutis proficua poſtularit.* Occurrit paſſim.

Proficuit, pro *Profuit*. Thwroczius in Sigiſmundo cap. 1. *Sed quia proficuit ſolitaria manus defenſio?* Cap. 4. *Sed hac fuga proficuit & minimè.* Ita MSS. præferre monet Freherus Editor.

Proficuitas, idem quod *Proficuum*. Ditmarus lib. 2. *Archipræſul divinitus in cunctis humanituſque pollens proficuitatibus*, &c. Lib. ult. *Non eſt opus — ut varii favore vulgi de mea proficuitate credas*, &c. p. 21. 108.

PROFINIS, Confinium. Vetus Charta an. 1012. apud Ughellum in Teatinis Epiſcopis n. 12. *Qua* (Eccleſia) *ſita eſt in territorio Teatino vocabulo Gueimi, & terras circumcirca dictam Eccleſiam pro menſura modiorum mille ducentorum habentur in profine terra ſupradicti Comitis Tranſmundi à pedefine fluminis Atinelli*, &c. Infra: *Et habent fines cum profine via circa alios ſuos confines*, &c.

PROFITERI, *Confiteri*, Confeſſionem Sacerdoti exſolvere, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 66.

Profiteri, Profeſſionem (de qua mox) facere, in Antiq. definit. Ord. Ciſtercienſis diſt. 4. c. 1.

Profeſſio, qua Monachus per votum triplex Deo ſeſe offert. Hac enim votorum emiſſione palam profitetur Deo, obedientiam, caſtitatem, & paupertatem deinceps ſe obſervaturum. S. Hieronymus in Præfat. ad Regul. S. Pachomii, de præcedentia loquens: *Non ætas inter eos quæritur, ſed profeſſio. Profeſſio virginitatis*, apud S. Ambroſium lib. 3. de Virgin. *Sancta religionis profeſſio*, in Concilio Arelat. II. an. 385. can. 45. Concilium Carthagin. an. 398. *Clericus profeſſionem ſuam & in habitu & in inceſſu probet.* Canones Romanor. ad Gallos c. 1. *Virgo velata jam Chriſto, quæ integritatem publico teſtimonio profeſſa, à Sacerdote, prece effuſâ, benedictionis velamen accepit.* Concilium Wormacienſe an. 868. c. 23. *Monachum ergo aut paterna devotio, aut propria profeſſio facit.* Vide Arnobium lib. 6. Addit. 1. Capitul. c. 35. &c. & Haëftenum lib. 4. Diſq. Monaſt. tract. 5. diſq. 2. Extat hæc profeſſionis Monaſticæ formula in Tabulario S. Remigii Remenſis: *Ego Roefridus initium converſionis meæ diligenter attendens, conſidero quod petitionibus meis primum non facilis conceſſus eſt introitus, ſed diu pulſanti mihi vix hoſpitii locus eſt miſericorditer attributus, in quo per paucos dies commoratus, novitiorum ſum domum progreſſus, in qua dura & aſpera mihi primùm à ſeniore ſunt prædicata, & ſtabilitatis meæ promiſſio expetita, & ter in anno lecta atque tradita eſt regula, cum admonitione dicentis, Ecce lex ſub qua militare vis, ſi potes obſervare, ingredere; ſi verò non potes, liber diſcede. Hoc ergo videns ordinatiſſimum mihi atque moroſum ſpatium adtributum, dubitationis aditum prætermitto, & ut me jam veſtro corpori ſociare dignemini, humiliter depoſco. Ego tamen hujus regulæ inſtituta, Domino juvante, ſervire promitto, & propter vitæ æternæ præmium, coram Deo & Angelis ejus me ſimiliter militaturum ſubiicio: ita ut ab hac die non mihi liceat colla deſub jugo excutere regulæ, quia ſub annali optione aut excutere licuit, aut ſuſcipere. Et ut hæc Profeſſionis meæ petitio à vobis firmiter teneatur, ad nomen S. Remigii, vel quorum hic reliquiæ continentur, ac præſentis Abbatis domni videlicet Hincmari Archiepiſcopi conſcriptam trado.*

Profeſſus Monachus, qui in Monaſterio votum emiſit, *Religieux Profeſʒ*. Arnulfus Lexovienſis Epiſcopus in Epiſt. ad Abbatem S. Ebrulfi: *Pro Willelmo Monacho olim nos Fraternitati tuæ ſemel & iterum ſcripſiſſe meminimus, ut eum in Monaſterio tuo, in quo profeſſus eſt, reciperes*, &c.

PROFLAMMARE, Flammis, vel incendio abſumere. Marcellinus Comes: *Simulachrum æneum in Foro Strategii ſuper fornicem reſidens — incendio proflammatum eſt.*

PROFIRMITER, Certò, phraſis Gallica, *Pour certain.* Capitula Caroli M. lib. 3. c. 23. *Si autem audivit quod latro fuiſſet, & tamen non ſit profirmiter, aut juret ſolus*, &c. Adde Capit. Caroli C. tit. 12. §. 6.

PROFRUM. Vide *Proferum*.

PROFUGURA, *Fugiens elementa.* Sic Gloſſæ antiquæ MSS.

PROFULUM. Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. p. 1275. *Quinque mandilia cum profulis.* Videtur eſſe noſtrum *Profil*, vel *Porfil*, Ora, Limbus.

PROFUNDERE. Vide *Superfuſio*.

PROFUNDUS, Color intenſior, vividior: nos dicimus *Foncé*, Scriptores medii ævi, *fundatus*. Valerianus Aug. apud Spart. *Cape tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam, nam te Conſulem hodie deſigno*: ubi Caſaubonus, & ex eo Alexander Wittenius *ſubarmalem profundum* dici opinantur, quod tunica talaris fuerit. Alii ita dictum volunt, quòd non modo purpureus fuerit, ſed purpura vividiore, intenſiore & ſubfuſca intinctus. Proindeque *profundus ſubarmalis* idem fuerit, quod Trebellius Pollio in Claudio, *ſubarmale cum purpura Maura* vocat. Heſychius: Τὸ βαθὺ, καὶ τὸ μέγα, καὶ ὑψηλὸν, καὶ μέλαν. Idem: Βαθύ, βυθὸς, ἄντρον, πυθμὴν, καὶ χρῶμα ἀπὸ τῆς ὕσγης μεγαλοβαπτόμενον. Eſt igitur *ſubarmalis profundus*, ὑσγινοβαφὴς, hyſgino tinctus.

PROFUSIO. Vide *Superfuſio*.

PROGENER, Vir neptis, Feſto. Gloſſar. Græco-Lat. ἐγγόνης ἀνὴρ, *Progener*. ita in eodem Gloſſ. *Pronurus*, dicitur ἐγγόνου γυνή. Aliter tamen accipi videtur in veteri Inſcriptione apud Gruterum p. 412. 3. ubi Stilico *Progener* Theodoſii Auguſti dicitur, quia ſcilicet ille *Serenam*, Theodoſii ex Honorio fratre neptim, duxerat, quam Theodoſius adoptarat in filiam, ut autor eſt Claudianus: proinde Stilico vice generi Theodoſii erat, cum Serena non ejus eſſet naturalis filia, ſed adoptiva.

PROGENIES, Gradus cognationis. Capitulare Compendienſe an. 757. c. 1. *Si in quarta progenie reperti fuerint conjuncti, non ſeparamus*, &c.

PROGENIOSUS, Nobili progenie genitus. Joan. Hocſemius in Adolpho à Marka cap. 5. *Quo mediante judicatæ ſunt treugæ more ſolito quadragenæ, & has progenioſi violare cœperunt.*

PROGESTUM. Vide *Proaſtium*.

PROGNOSTICON. Vide *Sortes Sanctorum*.

PROGRAMMA, Litteræ regali ſigillo munitæ, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 34. & 64. Vide l. 29. Cod. Th. de Petition.

PROHÆRES, Papiæ, *eſt, qui loco hæredis fungitur, aut inſtitutus aut ſubſtitutus*: vel potiùs hæredis hæres. Papianus lib. Reſponſ. tit. 2. *De donationibus dominorum proprietas accipientium etiam circa heredes & proheredes lege firmatur.* Marculfus lib. 2. form. 17. *Ut aliquis de heredibus, vel proheredibus noſtris, ſeu qualibet perſona contra hanc teſtamenti paginam — venire aut aliquid pulſare valuerit*, &c. Quæ quidem formula occurrit non ſemel in veteribus Tabulis, lib. 1. Tradit. Fuld. c. 41. 69. lib. 2. c. 11. in Privilegiis Eccleſiæ Hammaburgenſis, in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 45. &c.

PROHASTIUM. Vide *Proaſtium*.

PROLATARE, *Differre, procraſtinare*, ὑπερτίθεσθαι, in Gloſſ. Gr. Lat.

PROLIBERI, qui ex *liberis* hominibus naſcuntur, aut naſcentur. Charta Adelchiſi Regis Longob. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 11. *Cum omnibus mobilibus & immobilibus rebus in integrum, ſervis, proſervis, liberis, proliberis*, &c. Vide pag. 7.

PROLOQUUTOR, *Prolocutor*. Vide *Prælocutor*.

PROLOCUTORIUM, Locus publicus in quo conventus publici, quos *Parlamenta* vocabant, aguntur. Charta Petri Archiep. Panormitani an. 1130. apud Rocchum Pirrum to. 1. p. 477. *Porrò convocatis à D. Duce Siciliæ & Calabriæ quampluribus Epiſcopis, aliiſque venerabilibus perſonis, quibuſdam denique Baronibus in prolo-*

ctorio Panormitani Palatii determinato convenimus, &c. Vide *Locutorium*.

PROLUBIUM, Cupiditas. Vita S. Gudilæ Virg. c. 6. *Formidans per diem ſuo prolubio ſatisfacere.*

PROMINARE, Ducere, idem quod *minare*, hinc Gall. *Promener*. Apuleius lib. 9. *Univerſa jumenta ad locum proximum bibendi causâ gregatim prominabat.*

PROMISSARIUS, qui facilè promittit, apud Joannem Sariſberienſem lib. 3. Policrat. c. 11. *Promiſſores*, c. 12.

PROMISSIO, Profeſſio Monaſtica. Theodemarus in Epiſt. ad Carolum M. *Textum quoque promiſſionis, quo ordine ſolebant antiquiores Monachi regulam ſanctam in hoc loco promittere, ecce intra hanc Epiſtolam in brevi paginola exaratam direximus vobis.* Mox ſequitur formula ejuſdem promiſſionis, cujuſmodi habes inter Baluzianas 32. 34. 35. Capitula ad Legem Salicam c. 1. §. 14. *Ut liber homo qui in Monaſterio regulariter comam depoſuit, — promiſſionem factam ſecundum regulam firmiter teneat.* Vetus Chronicon Elnonenſe an. 818. *Teutingus promiſſionem fecit.* Fuit is Teuthingus Abbas, de quo Wiſaius Monachus in carmine ad calcem Vitæ S. Amandi ſcriptæ à Milone.

PROMOTI, qui inter Vexillationes merebant: horum meminit Ammianus Marcell. l. 15. & ult. ut Notitia Imperii *Equitum Promotorum juniorum* ſub diſpoſitione *Magiſtri militum præſentalis*, ubi inter *Vexillationes* recenſentur. Dicebantur etiam *Promoti*, qui à minoribus muniis ad altiora promovebantur: unde ſic potiſſimum appellati officiales judicum ad aliquem altiorem gradum promoti. Gloſſæ Græco-Lat. προαχθεὶς, *promotus, productus*. Gloſſæ Baſilic. πρόμωτοι, προμηνίμοι, καὶ ὀψικεύοντες, καὶ προβιβαζόμενοι ἐν ἀξιώμασι. In vett. Inſcrip. *Promotus ex Beneficiario Præfect. Promotus ſucceſſione in Legionem*, 572. 5. 391. 4 Vide Gotofredum ad l. 2. Cod. Th. de Falſa moneta.

PROMPTANIMITAS, Alacritas. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 7. *Adeo eum laboravit in ejus obſequio, tota mentis promptanimitate*, &c.

PROMPTUARIUS, *Ultroneus, voluntarius*, αὐθαίρετος, in Gloſſ. Gr. Lat. Eadem in ἑκούσιος.

PROMPTUS, pro *Promptuarium*, Penus. Gregorius Turon. lib. 3. Hiſt. c. 15. de Coquo: *Dominus enim dedit gratiam puero huic, & accepit poteſtatem ſuper omnia quæ habebat dominus ſuus in promptu: diligebatque eum valde, & omnibus qui cum eo erant, ipſe diſpenſabat cibaria & pulmenta.*

PROMULSORIUM. Vide *Prauſorium*.

PROMUNCTORIUM, προμοντώριον, in Gloſſ. Gr. Lat.

PROMURIUM, & *Promurus, murus ante murum*, in Gloſſis Iſid. *Anteſpacium circa murum*, apud Jo. de Janua. *Eſpace après le mur*, in Catholico Armoricano.

Promurale, murus ante murum; dictum ex eo quod pro munitione ſit, Papiæ. Gloſſ. Ælfrici Saxon. *Promurale*: ꝼoꞃe-buꞃʒh. Noſtris *Forſbourg*. Hieronymus προτείχισμα apud 70. Interpretes *promurale* vertit, Comm. in Ezech. c. 38. 20.

PROMUS, *Anterior pars humeri*, in Gloſſis MSS. ad Prudentium ex Bibl. S. Germani Pariſ.

PRONA. Veteres Conſuetud. Floriac. Cœnobii apud Joan. à Boſco. *Nocte antequam veniat Conventus, accenduntur 24. cerei ſuper pronas, & unus in medio, qui extinguuntur.* Sed videntur legendum *prunas*.

PRONAUS, Atrium ædis ſacræ Græcis, πρόναος, apud Vitruvium, & in aliquot antiquis Inſcriptionibus. Apud Chriſtianos verò pars Eccleſiæ, ubi ſtabant audientes. Charta donationis Eccleſiæ Cornutianæ edita à Suareſio: *Item ante regias Baſilicæ vela linea plumata majora fiſſa numero 3. ante Conſiſtorium velum linteum purum 1. &c. in pronao velum lineum purum 1.* Vide quæ adnotamus de Pronao in Deſcript. Ædis Soph. n. 81.

PRONUNCIARE, Legere. Vita S. Fulgentii Epiſc. Ruſpenſis n. 65. *Jubens omnibus Clericis, — manibus propriis hortum colere, pſallendique ſuaviter, aut pronuntiandi curam maximam gerere.* Ita hoc loco vox pro legere videtur uſurpata: nam

Pronuntiatores, dicti olim Lectores Eccleſiaſtici, ut autor eſt Rabanus lib. de Ord. Antiphon. cap. 11. & lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 53. & S. Iſidorus lib. 7. Orig. cap. 11. *quod porro annuntient: tanta enim & tam clara erit vox eorum, ut quamvis longè poſitorum aures adimpleant*, inquit idem Iſidorus. Vide *Proclamator*.

PROPASTURA. Vetus Charta in Hiſt. Monaſterii S. Audoëni Rotom. p. 436. *Cùm inter nos & Abbatem — ſuper quibuſdam propaſturis foreſta de Selveſon contentio verteretur.* Sed legendum *Purpreſturis*. Vide in hac voce.

PROPAGUS, pro, *Pagus*, ex Gall. *Pourpays*. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 656. *Præcipimus ut nullus negotiator in propago Pariſiaco audeat negotiare niſi in illo mercado*, &c.

PROPARS, *Propertia*. Vide *Perpars*.

PROPASSIO, *dicitur quum caro titillat, viſa muliere: ſed paſſio, quando ille malus affectus erumpit poſtea in effectum. Gloſſa in Math. 5. Propaſſio eſt ſubitus motus animi ſine deliberatione boni vel mali operis; paſſio verò, affectio deliberati animi, ſi ſit locus perficiendi.* Jo. de Janua.

PROPHETÆ, ſeu προφῆται, *Harioli*, in Gloſſ. S. Benedicti cap. περὶ ναῶν, ſeu de Ædibus. Inter Miniſtros templorum, ſeu rerum ſacrarum, recenſentur etiam à Julio Firmico lib. 3. c. 7. *Erunt ipſi Prophetæ, Neocori, aut Præpoſiti templis ac religionibus.* Eadem notione occurrit hæc vox cap. 11. & 14. lib. 4. c. 7. lib. 7. c. 27. lib. 8. c. 13. 22. 24. Hos ſic innuit Manilius lib. 5.

— Et qui poſſunt ventura videre.

Idem Firmic. lib. 3. c. 12. *Qui deorum monita futura praenoſcunt.* οἱ τῶν ἀδύτων ἱεροφάνται καὶ προφῆται, in Clementinis Homil. 1. cap. 5. Vide Recognitionem Clementis lib. 1. cap. 5. & Feſtum.

At apud Anton. Muſam lib. de Herba Vettonica ſtatim initio, & Apuleium lib. de Herbarum virtutibus, c. 1. 2. 4. & alibi paſſim, *Prophetas* appellari, qui vaticiniis religionem & medicinam miſcebant, in quo tota magicæ artis ſumma olim conſiſtebat, monet Gabriel Humelbergius.

PROPHETISMUS, Mahumetiſmus, ſeu Religio Saracenorum, qui Mahumetem ut Prophetam magnum prædicant ac colunt. S. Eulogius lib. 1. Memorial. Sanctorum de Mahumeto: *Sacrilegum illius vaniſſimi ac perditi homunculi Prophetiſmum, qui non veritus eſt ſpiritu diabolico perarmatus ſe loco Prophetarum inſerere.* Utitur & lib. 2. c. 1. 4. lib. 3. c. 10.

PROPHETIUM, Προφητεῖον, Ædes ſacra Divo ex Prophetis. Concil. Conſtantinopol. ſub Menna act. 3. Εὕρομεν δὲ προάστειον ἔχειν, πλησίον τοῦ προφητείου. Infra in verſione Lat. *Quia ſcimus ipſum habere ſuburbanum prope Prophetium S. Iſaiæ.* Vide noſtram Conſtantinopolim Chriſtianam lib. 3. ubi de Ædibus ſacris.

PROPINA, inquit Iſidorus lib. 15. Orig. cap. 2. *Græcus ſermo eſt, qui apud nos corruptè Popina dicitur: eſt autem locus juxta balnea publica, ubi poſt lavacrum à fame & ſiti reficiuntur: πεῖνα enim Græcè famem ſignificat, eo quod hic locus famem tollat.* Julianus Anteceſſor Conſtit. 108. §. 14. *Et ſi poſt tres teſtationes in ſcriptis habitas, & idoneos homines habentes invenerit eum quem conteſtatus eſt, cum uxore ſua, vel in ſua domo, vel in domo mulieris, vel in domo illius adulteri, vel in propina, vel in proaſtio*, &c. Græca habent, ἢ ἐν προαστείῳ. Hiſt. Miſcella: *Hi qui quæ Severi ſunt ſapiunt, in propinis & balneis Catholicæ detrahebant Eccleſiæ.* Ubi Theophanes habet ἐν καπηλείοις.

Propina, Jus paſtus, procuratio. Notitia anni 1362. apud Guillimannum lib. 3. de Rebus Helvetiorum cap. 1. *Abbas, Cellarius, & cæteri officiales ejuſdem tem-*

poris ipſis dare compellebantur certas propinas, quæ ſe annuatim extenderunt ad 30. florenos circiter & amplius, ſecundum ſtatum temporis. Nicolaus Clemengis lib de Annatis non ſolvendis pag. 84. *Et talis oblatio, & gratuita datio, juxta vulgare Italicum dicta fuit ſervitium, & ſecundum Alemannos Propina dicitur.*

PROPINQUABILIS, Propinquus. Vita S. Abrahæ Eremitæ: *Cumque memorati parentes ejus tempus nuptiarum propinquabile judicarent, compellebant eum matrimonii vinculis obligari.*

PROPITIATORIUM, *dictum quaſi propitiatoris officium*, Papiæ. Ælfricus: *Propitiatorium, vel Sanctum Sanctorum, vel Secretarium, vel Paſtoforum*, ȝeſceot bæftan þæm heah peoſode. Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 136. *Propitiatorium quod ſuper altare locatur, eſt divinitas Chriſti, quæ humano generi propitiatur.* Anaſtaſius in Paſch. p. 149. *Propitiatorium etiam altaris & laminis argenteis exornatum circumduxit, atque ſacram Confeſſionem ejus — circumſtruxit.* Infra: *Fecit autem in eadem Eccleſia cyborium ex argento penſ. libr. 810. Imo & propitiatorium ſacri altaris ex argenteis laminis mirificè exornat: Confeſſionem denique ejus,* &c. Ibidem pag. 152. *Fecit — ciborium miræ magnitudinis — propitiatorium denique ſacri altaris, ſeu Confeſſionem interius exteriuſque cum regulis — compſit.* Habentur eadem verba infra p. 155. Et pag. ſeq. *Fecit propitiatorium ſacri altaris B. Petri Apoſtolorum Principis, ubi ſacratiſſimum corpus ejus quieſcit ſpanocliſtum,* &c. Hugo Flaviniac. pag. 166. *Propitiatorium ſanè Sanctorum exornant corpora, quorum meritis floret Eccleſia.* Adde pag. 82. Videtur idem quod *Ciborium*, quod *Confeſſionem* & totum altare contegit, quemadmodum Arcam veteris Teſtamenti texit *Propitiatorium*, ſive *Oraculum*, quod & *Tegmen* ſive operculum Arcæ dicitur Exod. 25. 26. &c. Gr. ἱλαστήριον.

PROPOLIM. Gloſſ. Anglo-Sax. Ælfrici: *Propolim, vel pertica*, ſtod. At ſtod apud Somnerum, *equum* ſonat.

PROPONENDA, Tributum quod à mercatoribus pendi ſolebat ob facultatem merces ſuas venum *proponendi* & exponendi in nundinis publicis, in l. 2. Cod. Th. de Veteran. ubi conſulendus Jacobus Gotofredus. Vide *Oſtenſio.*

PROPORTARE. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 534. *Et unam partem boſci noſtri — ſicut foſſata proportant,* &c. Id eſt prout jacent & diſtenduntur foſſata, ſecundum eorum ſitum: nos vulgo dicimus, *comme les foſſez ſe comportent & étendent.*

PROPORTATIO, Inquiſitio, declaratio, *Veredictum*, teſtium auditio, ſeu potius declaratio, *Informatio*: vox fori Anglici & Scotici. Quoniam Attachiamenta cap. 68. *Si quis appellat aliquem de roberia vel latrocinio, & ponat in ſua appellatione majorem ſummam pecuniæ, quam poſſedit die quo damnum accepit: & defendens petit proportationem patriæ, vel vicineti, quod die vel nocte, in qua pars adverſa dicit ſe damnum recepiſſe, tantam pecuniæ ſummam non habuit, nec tantum damnum recepit: ipſe defendens quietus remaneat, ſi proportatio patriæ hoc dixerit.* Occurrit præterea in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 5. §. 1. 2. 4. cap. 7. §. 1.

PROPOSITOR, Pincerna, fortè ex Græco προπόμα. Eckehardus junior de Caſibus S. Galli cap. 1. *Karolus Rex ipſe qui S. Othmari hebdomada ipſe propoſitor & pincerna per triduum de vico Stainhem ſervivit, volatiliaque nos edere fecit.* Cap. 16. *Milites quidem, quando ſibi abſque fratribus eſſe vacabat, intus & foris menſæ ſuæ propoſitores & pincernas hebdomadarios habere ſolebat, diſciplinanterque ſibi ab eis miniſtrari volebat.* Adde Eckehardum Minimum de vita Notkeri Balbuli cap. 13.

PROPRÆFECTO, *Propræfectis.* Obſervat Henricus Valeſius ad Ammiani Marcellini lib. 14. aliud eſſe agere *pro præfecto*, aliud agere *pro præfectis.* Agere enim *pro præfecto* dici eum, cui Præfectus urbi, ſeu Præfectus Prætorio in ſpeciali negotio vices ſuos mandavit: at verò *pro præfectis* agere dici, qui ordine Codicillorum vicariam poteſtatem exercet. Hunc vide, & Gruteri Inſcript. 370. 3.

PROPRENDERE. Vide *Porprendere.*

PROPRIARE, Rem ſibi propriam facere, aſſerere, vindicare, in Legibus Saxonicis Edw. Senioris cap. 2. apud Bromptonum. Vide *Appropriare.*

PROPRIETARII. In Speculo Saxonico lib. 1. art. 2. §. 2. *Liberi* dividuntur in *Bannitos, Proprietarios Præpoſitorum,* & *Paganos Archipreſbyterorum.* Mox §. 5. *Proprietarii jure neceſſario ſuorum Præfectorum judicium quærent, quod ſex ſeptimanarum ſpatio provocetur: & ex his ſi opus fuerit, Præco deligatur.*

Proprietarii Monachi, dicuntur qui *proprium*, ſeu *proprietates*, ut loquitur Eckehardus junior de Caſib. S. Galli cap. 11. vel peculia poſſident. Jo. de Garlandia in Synonymis:

Eſt opulentia, vel poſſeſſio, peculiumque,
Res, & proprietas, hinc proprietarius extat.

Reinerus contra Valdenſes p. 95. *Beatus enim Gregorius pro Monacho proprietario, ſed pœnitente, poſt mortem determinate 30. Miſſas celebrandas inſtituit, & ſic eundem liberavit.* Honorius III. lib. 4. Epiſt. 556. *Et quicunque de cætero inventus fuerit habere proprium, pœnæ ſubjaceat regulari, & ſemel in anno in proprietarios ſolemnis excommunicatio proferatur.* Vetus Statutum Monaſticum in Additamentis ad Matth. Paris p. 115. *Monachi proprietarii excommunicentur ab Abbatibus ſuis: & ſi in morte proprietarius inventus fuerit, Eccleſiaſtica careat ſepultura, vel ſicut unus de vulgo ſepeliatur. — Excommunicationis ſententiam in proprietarios ſemel in anno, ſcilicet in Ramiſpalmarum ſolenniter in Capitulo publicabit. Et ſi poſt aliquis inventus fuerit habere proprium,* &c. Mox: *Proprium autem intelligimus ſecundùm B. Benedicti regulam, ſi nec accommodatum, nec locatum, nec depoſitum aliquis omnino Monachus vel converſus nomine ſuo recipiat, nec etiam Monaſterii nomine, niſi de Abbatis vel conventus licentia ſpeciali,* &c. Bernardus Monach. in Conſuetud. Cluniacenſib. MSS. c. 3. *Quod ideo à patribus noſtris præcautum eſt, ne illa mala peſtis proprietatis, & præſertim modo adeo periculoſa aliquo modo ſubrepat.* Vide Monaſticum Anglic. to. 3. p. 307. & Concilium Montiſpelienſe an. 1214. c. 18. 19. Concil. Biterrenſe an. 1233. c. 14. & alia paſſim ejuſce ævi Concilia, præterea Monaſticum Ciſtercienſe p. 311. 316. Statuta antiqua Cartuſienſ. part. 2. c. 31. §. 6. &c.

PROPRIETATES, Alodia, patrimonia, bona quæ ex ſucceſſione parentum alicui obveniunt. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 8. §. 1. *Proprietas & proprium appellatur poſſeſſio ſeu fundus, qui à nullo recipitur in feudum vel hæreditatem, ſed per ſucceſſionem devolvitur ad hæredes, abſque aliquo tributo ſucceſſoris.* Annales Francor. Bertiniani an. 858. *Ibique diſtribuens invitatoribus ſuis Comitatus, Monaſteria, villas regias, atque proprietates, ad Attiniacum Palatium revertitur.* Annales Franc. Metenſes an. 887. *In Monaſterio quod in proprietate ſua conſtruxerat, Deo famulatura receſſit.* Capitulare 4. incerti anni c. 7. *De liberorum hominum poſſibilitate, ut juxta qualitatem proprietatis exercitare debeant.* Ditmarus l. 1. *Et huic quantum ad victus & ſui veſtitus neceſſaria ſuppetebat ex ſua proprietate,* &c. Bercarius Preſbyter in Hiſt. Epiſcopor. Virdunenſium n. 8. *Suam proprietatem, id eſt Theologium Monaſterium ſanctæ Mariæ in Virduno — tradidit.* Tabularium Brivatenſe ch. 351. *De rebus proprietatis meæ, quæ mihi legitimo ordine per originem parentorum meorum evenerunt.*

Proprietates dictæ res immobiles, quas quis comparat. *Comparare proprietates*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 19. & 20. Ubi *proprietas*, mox *alodus* dicitur. *Proprietatem adquirere*, in Chronico Lauriſham. p. 68. Teſtamentum Hadoindi Epiſcopi Cenoman. *Villam proprietatis meæ Iſcomodiacum, — quam data pecunia*

de Auſerena & genitrice ſua comparavi, &c. Hac no-
tione occurrit, in Capitulari 5. an. 806. c. 7. 8.
lib. 5. Capitul. c. 19. 20. in Lege Longob. lib. 3. c.
4. & in Chartis Abbatiæ Bellilocenſis, quas profert Do-
minicus de Prerogat. Allod. c. 13. n. 3. Ita ut *proprie-*
tates dicantur res dominicæ ac propriæ, reſpectu earum
quæ in *Beneficium* tenebantur. Tabularium Brivat. ch.
333. *Cedo — aliquid de rebus proprietatis meæ quæ mi-*
hi per conqueſtum evenerunt. Et ch. 335. *De rebus pro-*
prietatis noſtræ quæ ex attractu nobis obvenerunt. Hinc-
marus Remenſis in Epiſt. ad Carolum Regem: *Quia*
ipſi veſtri homines & proprietatem & beneficium in ve-
ſtro regno & in mea parochia habent. Tradit. Fuldenſes
lib. 3. trad. 30. *Cùm alia quæ ſibi vel proprietatis jure,*
vel beneficiali lege undecunque contigerant filia ſua, &c.
Ubi *proprietates* opponuntur *beneficiis* quæ ad vitam poſ-
ſidebantur. Vide Walafrid. Strabum de Vita Othmari
c. 1.

Proprietates habere dicuntur Monachi, qui contra præ-
ſcriptum regulæ Monaſticæ peculia habent. Vide Ecke-
hardum juniorem de Caſib. S. Galli cap. 11. p. 87. At-
que hi *Proprietarii* dicuntur, ut ſupra monuimus. Statu-
ta Ord. Cartuſienſis an. 1368. 2. part. c. 5. §. 5. *Cum*
deteſtandum ſit omnibus religioſis proprietatis vitium,
&c.

Proprietas maris. Epiſtola Alexandri III. PP. apud Ga-
riellum in Epiſcopis Magalonenſibus p. 145. *Guillel-*
mus de Montepeſſulano ſua nobis conqueſtione monſtravit,
quod dilecti filii noſtri Conſules & populus Genuenſis pro-
prietatem in mari quærentes, portum ejus frequenter in-
vadunt, conſumunt naves incendio, & peregrinos &
mercatores ſuis rebus per violentiam ſpoliant, &c. Alia
ejuſdem Pontificis Epiſtola ad eoſdem Genuenſes, ibid.
p. 157. *Quia non decet vos ejuſmodi proprietates in mari*
requirere, quas paganos etiam non legimus requiſiſſe.
Vide Petrum Baptiſtam Burgum lib. 2. de Dominio
Genuenſis Reipublicæ in mari Liguſtico cap. 12. 13.

Proprietas, Officium proprium alicujus ſancti. Uſus an-
tiqui Ordin. Ciſtercienſis c. 6. *Vel propter commemora-*
tionem alicujus ſancti qui proprietatem habet, in gra-
duali perſolvi non potuerunt. Adde c. 34. & Inſtitut.
Capituli gener. ejuſdem Ordin. c. 27. Ordinarius
MS. Eccleſiæ Rotomagenſis: *Notavimus in præceden-*
ti Opuſculo feſtivitates ſanctorum, & proprietates eorum
quæ eveniunt ab Adventu Domini, &c. Ita uſurpant
Statuta antiqua Ord. Cartuſienſis cap. 6. §. 41.

PROPRINDERE, *Propreſtura*. Vide *Porprindere*.

PROPRIUM, idem quod *Proprietas*. Autor Queroli:
Datum tibi eſt de proprio nihil habere. Charta Chlodovei
Regis apud Rover. in Reomao p. 30. *Tam ex munere*
noſtro, quam de paterno & proprio, aut de conlato po-
puli, ſeu de quolibet adtractu aliquid auferre præſumat.
Capitulare 1. an. 812. c. 1. *Ut omnis liber homo qui 4.*
manſos veſtitos de proprio ſuo ſive de alicujus beneficio
habet, &c. Charta Lotharii Imp. apud Beſlium p.
260. *Curtes duas cum ſuis appenditiis noſtro daremus*
præcepto, & duos quod alodos nuncupant ejuſdem loci in-
colæ, & ſua propria, &c. Charta ſub Odone Rege in
Tabul. Abb. Belliloci in Lemovic. n. 118. *Cedo ad*
ipſum locum ſanctum aliquid de propriis rebus meis quæ
per parentes mihi juſtiſſime obvenmunt. Charta Pipini
Regis Aquitaniæ an. 842. in eodem Tabulario n. 5.
Concedimus eidem fideli noſtro Rodulpho nomine ad pro-
prium quaſdam res juris noſtri, quæ ſunt ſitæ in orbe
Lemovicenſi, in pago Aſnacenſe — & de noſtro jure in
jus ac poteſtatem illius ſolemni donatione transferimus,
ita ut videlicet quidquid ab hodierna die & tempore
exinde pro ſua utilitate atque commoditate jure proprie-
tario facere decreverit, liberam & firmiſſimam in omni-
bus habeat poteſtatem faciendi. Alia Charta ejuſdem
Pipini an. 848. in eod. Tabul. n. 6. *Concedimus itaque*
eidem venerabili Epiſcopo ad proprium quaſdam res juris
noſtri — ut quidquid exinde ab hodierna die facere vo-
luerit, liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſta-
tem faciendi, donandi, vendendi, commutandi, ſive hæ-
redibus relinquendi. Charta Rodulfi Comitis Cadurcen-
ſis an. 788. in eod. Tabul. n. 176. *Tradimus vobis at-*
que transfundimus ad habendum & poſſidendum proprio
jure. Adde Appendicem ad Capitular. n. 108. *In pro-*
prium habere, in Capitul Caroli C. tit. 43. §. 5. *Ad*
proprium habere, in Charta ejuſdem Caroli apud Be-
ſlium in Comit. Pictav. p. 177. Ibid. *In compenſationem*
harum rerum dedit idem Comes ex ſuo proprio partibus
S. Hilarii, &c. *In proprium tradere*, in Charta Otto-
nis III. Imp. an. 101. in Privilegiis Eccleſiæ Hamma-
burg. *Largiri ad proprium*, in alia Lotharii Regis apud
Beſlium p. 252. 259. *Ad proprium facere*, in Præcepto
Caroli M. pro Hiſpanis an. 812. *Proprium & heredi-*
tas opponuntur *Beneficio*, in Charta Diviſionis Imp.
Lud. Pii an. 814. c. 8. *Proprium* Regis, ſeu uti vo-
camus *Domanium*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 34. §.
3. Hiſtoria Epiſcopor. Autiſidor. c. 58. *Cùm Gienum*
caſtrum — quod erat de feodo Antiſiodorenſis Eccleſiæ
in proprietatem regiam deveniſſet, &c. Vide *Alo-*
dus.

PROPRIUS, Cliens, ſervus. Gregorius M. lib. 9. Epiſt.
38. *Qui ratione mihi ſe ancillam dicit, cujus ante ſuſ-*
ceptum Epiſcopatum proprius fui. Eginhardus in Ca-
roli M. vita: *Adeo namque Adelfonſum Galliciæ atque*
Aſturicæ Regem ſibi ſocietate devinxit: ut is cum ad eum
vel literas vel legatos mitteret, non aliter ſe apud illum,
quam proprium ſuum appellari juberet. Charta an.
1238. in Regeſto Toloſano fol. 79. *Qui fuerat homo li-*
gius & proprius ejuſdem Do. Comitis.

Sunt in Germania, inquit Molanus lib. 3. de Canon.
cap. 33. de Servis verba faciens, *quos vocant Proprios,*
ſed non ſunt illi ſervi, nec majores ſuos ſervos habuerunt.
Viglius ad Tit. de Teſtam. ordin. *Proprii homines,*
quos Germania noſtra habet, eodem jure adhuc vivunt,
quo olim, libertis magis ſimiles, quam mancipiis. Ea-
dem ſcribit Zazius, & in paucis cum ſervis participa-
re ait, & plus ad libertos reſpicere. Vide Fletam lib.
1. c. 47. §. 9.

PROQUIRITARE, Publicare. Vide Savaronem ad Sido-
nium lib. 8. Epiſt. 6.

PRORA *capitis*, Conſtantino Africano de Morbor. curat.
l. 1. c. 10. 26. dicitur pars anterior, ut *puppis capitis*, ei-
dem c. 14. 15. 16. lib. 3. c. 14. &c. pars poſterior:
igitur *prora capitis*, idem valet ac *ſinciput*, ut *pup-*
pis, *occiput*. Lib. 2. Pantech. cap. 3. *In prora ca-*
pitis eſt quoddam os ſolo coronata differens à craneo,
& hoc vocatur frons: eſt & in puppi os ſolo lambda
Græco differens à craneo, & vocatur puppis os. Fride-
ricus II. lib. 1. de Venat. cap. 24. *Oculi ſunt inſtru-*
menta viſus, de quibus quare ſint duo, quare in prora
capitis [illegible] &c. Ita *prora cerebri*, & *puppis cerebri*,
eidem Conſtantino lib. 1. de Morbor. curat. c. 15. 22.
& lib. 4. Pantech. cap. 11. *Prora & puppis vulvæ*, lib.
6. de Morbor. curat. cap. 12. *Prora colli* lib. 8. Pan-
tech. cap. 11.

PROROGATORES *tritici, vini, & caſei*, apud Senato-
rem lib. 10. ep. 28.

PRORSIS, Rectus, Vita S. Gudilæ Virg. c. 2. *Pediſſequa*
quoque ejus & pervia & devia negat ſe diſcernere, nec
prorſi tramitis meminiſſe. Veteres *prorſum* dicebant pro
recto: *Prorſi limites*, id eſt recti: *Prorſum ire*, ἰθύειν,
quod & *proſum*, ut *ſuſum*, pro ſurſum. In Gloſſ. *Pro-*
ſa, πεζὸν ἱμάτιον, pexa tunica exponitur, id eſt recta.
Prorſa pro *proſa*, apud Ælfricum in Præfat. ad Gram-
maticam Anglicam.

PROSA, Latinis ſcriptoribus, oratio pedeſtris recta,
πεζὴ λέξις, quæ verſificatæ opponitur. Hinc *proſaica ora-*
tio apud Plinium l. 7. c. 56. *Proſaicus lepos*, apud
Alvarum in Vita S. Eulogii n. 7. *Libri proſatici*, n. 10.

Proſator, Scriptor, qui pedeſtri oratione ſcribit. Aldhel-
mus Abbas Malmeſburienſis: *Sed potius evax, en-*
geque, ingreſſuras tripudium à proſatore mereatur.
Utitur & antea.

Proſam, Libri Rituales Eccleſiaſtici eam orationem quæ in Miſſa cantitur ante Evangelium in majoribus feſtis, quàm aliàs *Sequentiam*, vocant. Udalricus in Conſuet. Cluniac. lib. 1. c. 11. *Proſa, quod alii ſequentiam vocant, non cantatur niſi in quinque feſtis principalibus.*

Proſarius, Liber Eccleſiaſticus continens *proſas*, in Hiſtoria Abbatiæ Condomenſis p. 507.

PROSCHOLUS, dicebatur in ſchola ille, qui non docendis tam pueris, quàm eorum moribus præfectus erat, ut ſcilicet concinnè ad Magiſtrum accederent, ut omni geſtu, inceſſu, veſtitu, compoſiti eſſent. Nam ante ſcholæ auditorium erat locus *Proſcholii* nomine, ab auditorio ipſo velo, tanquam aliquo intergerrino pariete, diſſeptus. Ibi pueri conveniebant ejus loci præfectum, quem *Proſcholum* vocabant, ut admonerentur officii ſui antequam ad Magiſtrum reducto velo accederent. Colloquia puerorum, quæ veteribus Gloſſariis præfixa ſunt: [illegible] S. Auguſtinus de Verbis Apoſt. ſer. 19. c. 7: *Tam pauper, ut proſcholos eſſet Grammatici apud Mediolanum.* Auſonius Epigr. 23. in Profeſſor. Proſcholum, *Subdoctorem* vocat, ſeu quod Doctori & Magiſtro ſubeſſet, vel quod diſcipulorum, ut vocant, lectiones exciperet, priuſquam ii in ſcholam venirent: quod ultimum indicare videtur idem Auſonius, qui *tenuem Grammaticum*, Proſcholum vocat:

> *Exili noſtra fucatus honore cathedra,*
> *Libato tenuis nomine Grammatici.*

Idem videtur *Adjutor ſcholarum*, apud Fulbertum Epiſt 80. *Exilis* igitur *honor* fuit Proſcholi, & qui pauperes tantum ſpectabat. *Proſcholis*, & *Proſcholium* occurrunt etiam in Notis Tyronis p. 163. Vide *Archiſcholaris*.

PROSCRIPTIO, Exactio. Aimoinus lib. 3. Hiſt. Franc. c. 32. *Chilpericus etiam Rex, ſuggerente Fredegunde Regina, proſcriptionibus graviſſimis populum ſibi ſubjectum atterere cœpit. — Inter cætera namque, quæ cogebantur, ſolvere liberiori etiam orti progenie, è terra proprio culta labore amphoram vini Regiæ inferebant menſæ.* Quo loco Gregorius Turon. lib. 5. cap. 29. habet *deſcriptiones*. Vide in hac voce.

PROSECUTOR, Procurator, qui alieno nomine rem *proſequitur*. Extat formulâ 37. apud Marculfum lib. 2. qua *Proſecutor*, ſeu Mandatarius, vi mandati, cujus formula exaratur cap. ſeq. apud Defenſorem civitatis petit ac *proſequitur*, ut teſtamentum vel donatio in geſta municipalia referatur. Lex Wiſigoth lib. 2. tit. 1. §. 18. *Aut pro ſua perſona ad reſpondendum minimè direxerint proſecutorem.*

Proſecutores auri, de quibus eſt tit. in Cod. Theod. lib. 12. tit. 8. & Juſtin. lib. 10. tit. 73. qui aurum ſacris largitionibus inferendum de provinciis proſequebantur, ſeu deferebant.

Proſecutoria, Præceptio Comitis ſacrarum Largitionum, qua proſecutores jubentur aurum in Largitiones ſacras inferre, d. l. 1. de Auri proſecut. Vide ibi Jac. Gothofredum.

Proſecutores armorum, vulgò *Pourſuivans d'armes*. De iis hæc ſcripſit Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari officio cap. 11. quod ita inſcribitur, *De Proſecutoribus, qui Gallicè vocantur Pourſuivants. Ulterius & poſt prædictos equitantes* (de quibus in voce *Chevaucheurs*) *alii nuncii habentur, qui Proſecutores appellantur, qui ex prædictis equitantibus poſt exercitium triennale in arte equitandi ad negotia creantur, certa ſolennitate adhibita. Creari autem debent Proſecutores non in minori feſto quam in die Dominica, hoc modo. Aliquis Haraldus armorum tunica Domini ſui indutus, præfatum creandum in manu ſiniſtra ducens, & unum ciphum aqua & vino plenum in manu dextera tenens, accedere debet ad præſentiam Domini vel Magiſtri ipſius creandi, à quo in præſentia multorum teſtium ad hoc vocatorum petere debet, quo nomine vult ut Proſecutor ſuus nuncupetur. Quo nomine a dicto Domino vel Magiſtro dato, dictus Haraldus vocabit ſuum creandum illo nomine, projiciens partem ipſius aquæ ſuper caput creandi.*

Tunc accipiet tunicam Domini præfati creandi, & ponet ſuper caput creandi ex tranſverſo, ita quod illa pars tunicæ quæ ordinatur pro brachiis, ponatur ante & retro, quod pars largior præfata tunicæ ſupra brachia creandi ex utraque parte pendeat. Et ſic præfatus Proſecutor novus, uti debet tunica armorum, cum eam aliquando induat ſemper, & non alio modo, quamdiu fuerit Proſecutor.

Sequitur tum juramentum, quod ipſe novus Proſecutor præſtabit immediatè poſt ſuam creationem in præſentia antedicta, Haraldo ſic dicente: Tu eris fidelis Domino ſive Magiſtro tuo qui te nominavit, in perpetuum, quacunque fruaris dignitate. Item Domino Regi, & cuicunque nobili licet hoſti, item negotia quorumcunque nobilium licet hoſtium fideliter exequeris, & cum inter hoſtes interrogatus fueris, tantum ad interrogata fideliter reſpondebis, nihil novi eis intimans: honeſtatem tuam & officii tui uſque ad mortem conſervabis, eriſque obediens cunctis Armorum Haraldis, ubicunque deveneris; ſic te Deus adjuvet & ſancta Crux Dei. — Et eſt ſciendum quod tales nuncii Proſecutores poſſunt eſſe Milites, & Militaribus gaudere inſignis, ut deauratis uti, veluet. & aliis pannis aureis indui; non tamen ſicut Nobiles. Et tales vocantur Milites linguares, quia eorum præcipuus honor eſt in cuſtodia linguæ. Et quomodo iſti tres officiarii præcedentes (Curſores, Equitantes, & Proſecutores) *portabunt arma ſive ſcuta ſuorum dominorum, patet per hos verſus:*

> *Cinctorio ſcutum dicas deferre Pedinum:* (i. Curſorem)
> *Sic equitis dignum fert ſcapula dextera ſignum:* (i. *le Chevaucheur*)
> *Sed humero lævo detulit Proſecutor ab ævo:*
> *At Haraldorum ſtat pectore fons titulorum.*

PROSELYTI, ex Gr. προσήλυτοι, dicebantur apud Judæos, qui ex gentibus non coacti ſe Judaicæ religioni addicebant, οἱ ἐξ ἐθνῶν προσεληλυθότες, καὶ [illegible]. Iſidorus lib. 7. cap. 14. *Proſelytus, id eſt Advena & Circumciſus, qui miſcebatur populo Dei.* Gloſſæ Antiquæ MSS. *Proſelytus, Advena, tranſiens de lege ad alteram.* Vide Seldenum de Succeſſionib. ad Leges Hebræor. c. 26. Concilium Aurelianenſe IV. c. 31. *Ut quicunque Judæus proſelytum, qui Advena dicitur, Judæum facere præſumpſerit, aut Chriſtianum factum ad Judaicam ſuperſtitionem adducere*, &c.

PROSERVIRE, Deſervire terram, vel *beneficium proſervire*, Colere, incolere, & ex eo cenſus perſolvere. Charta Alamannica Goldaſti 42. *Et ſi infans meus ſimul proſervire voluerit, faciat ſicut ſuperius, & ſi proſervire noluerit, nullam habeat facultatem.* Supra: *Et pro iſtas res proſervire volo annis ſingulis, hoc eſt 30. ſiglas cerveſæ, 40. panis, friſchengam tremiſſem*, &c. Charta Germanica an. 794. apud Henſchenium ad Vitam S. Ludgeri Epiſc. *Totam terram illam quam Landulfus litus meus incolebat & proſerviebat.* Concilium Duſiacenſe I. part. 2. c. 13. *Quoniam ab eis ſua beneficia, quæ apud anteceſſores ſuos, & apud eum proſervierunt, injuſtè abſtuliſſet.* Adde Hincmarum Remenſem to. 2. p. 340. 595. 610. Chartam Alamannicam Goldaſti 77. Vadianum lib. 2. de Monaſter. Germ. p. 62. &c.

Proſervitio, apud Hincmarum Laudunenſem, ibidem p. 341.

PROSERVI, qui ex ſervis naſcuntur, ſeu potius naſcentur, in Charta Adelchiſi Regis Longobard. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 11. *Cum — ſervis proſervis, liberis proliberis*, &c.

PROSILIRE, *Conquieſcere*, ἡσυχάζειν, in Gloſſis Gr. Lat.

PROSNESIUM. Gaufredus Groſſus in Vita B. Bernardi Abbat. Tiron. n. 30. *Jam forcipes anchorarum dentibus littoris ſcopulos apprehendere inchoabant: jam à navibus pontes elicere, tonſillas figere, proſneſiorum retinaculis rates ſiſtere feſtinabant.* Ubi videtur legendum *Prodenſium*, ita enim appellantur funes, qui à prora alligantur ad terram. Vide *Prodenſes*.

PROSOCER, qui vice ſoceri eſt, ob filiam fortè adoptivam, quam duxit, qui *progener* dicitur in veteri interpione, uti ſupra obſervatum. Extat alia Romæ, *Virio Nicomacho Flaviano* Coſ ord. poſita, quæ ſic clauditur, *Q. Fab. Memmius Symmachus v. c. proſocero optimo.* Ubi forte an etiam *proſocer* accipitur pro patre ſoceri, ut apud Jul. Capitolinum in Gordianis tribus: *Patre, avo, proavo, Coſſ. ſocero, proſocero, & item alio proſocero, & duobus abſoceris Coſſ.* &c.

PROSTANTES, Meretrices publicæ, quas vulgò *proſtitutas* dicimus. Synodale Eccleſiæ Andegavenſis MS. *Circa Peccatum luxuriæ, primo quæratur utrum pœnitens acceſſerit ad mulieres proſtantes, ſeu viduas, vel alias*, &c. Infra: *De proſtantibus, pœnitentiæ periculum oſtendatur. Sunt enim conjugatæ vel moniales, vel a parentibus eorum cognitæ, vel leproſis ſæpius ſe ſupponunt,* &c.

PROSTRATI, ex eorum Pœnitentium ordine, quos Græci patres ὑποπίπτοντας vocant, locis ab Allatio indicatis lib. de Narthece veteris Eccleſiæ pag. 70. &c. 82. &c. 1. edit. Iſidorus Hiſpal. in Epiſt. ad Maſſanum Epiſcop. *Quod dixit, confundere, oſtendit poſt confuſionis confuſionem, id eſt poſt peccati opus, debere quenquam erubeſcere, & pro admiſſis ſceleribus verecundam frontem humi proſtratum devergere, pro eo quod dignum confuſionis perpetraverit opus.* Theodorus Archiep. Cantuarienſis in Capitul. c. 11. de Pœnitentibus. *In Capite Quadrageſimæ omnes pœnitentes, qui publicam ſuſcipiunt aut ſuſceperunt pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræſentent Epiſcopo, ſacco induti, nudis pedibus, vultibus in terram proſtratis, reos ſe eſſe ipſo habitu & vultu proclamantes*, &c. Chrodegangus in Regula Canonicorum Metenſium cap. 13. de gravioribus Canonicorum culpis: *Egreſſus de carcere, ſi Epiſcopo, vel qui ſub eo ſunt, viſum fuerit, agat adhuc publicam pœnitentiam: id eſt ſuſpendatur ab oratorio ſimul & Miſſa: & omnibus Canonicis horis veniat ante oſtium Eccleſiæ, ubi Prior juſſerit, jacens proſtratus omni corpore ante ipſum limen Eccleſiæ, uſque dum ingrediuntur omnes, & poſtea erigat ſe, & ſtet foras Eccleſiam ante ipſum oſtium, impleat ibi officium ſuum in quantum poteſt. Egredientibus de Eccleſia ſimiliter proſtratus jaceat, uſque dum omnes egrediantur foras: & jacens vel ſtans ante ipſum limen, cum nullo homine loquatur.* Ex quo quidem loco, & ex lib. 5. Capitular. c. 136. novæ edit. ſatis apparet ὑπόπτωσιν pœnitentium non nudam fuiſſe genuum flexionem una cum corporis incurvatione, quod vult Allatius. Hinc etiam tandem percipimus cur in ingreſſu Eccleſiæ *Proſtratus ſepeliri* voluerit Pipinus Rex, Martelli parentis peccatorum expiandorum causâ. Sugerius lib. de Adminiſtr. ſua cap. 25. de Carolo M. *Quia pater ſuus Pipinus Imperator extra in introitu valvarum pro peccatis patris ſui Karoli Martelli proſtratum ſe ſepeliri, non ſupinum fecerat*, &c. Vide *Reconciliatio*.

Proſtrati Pſalmi. Vide *Pſalmus*.

PROTASINGRITIS, Primus à ſecretis, Græcis recentioribus, [illegible], ut pluribus docuimus ad Cinnamum p. 493. Charta Irenes Imperatricis Conſtantinopolitanæ an. 1306. apud Guichenonum in Bibl. Sebuſiana Cent. 1. cap. 86. *Teſtibus ad hoc ſpecialiter vocatis — nobili muliere Domina Guaſcha de Alott. Sevaſto Cohalogotheta Protinſingritis Comneni filio.* Vide *Aſecretis*.

PROTECTIO *Regis infracta*, quam vulgò *Salvamgardiam* dicimus. Vide Quoniam Attachiamenta cap. 54. 73 & ſupra in v. *Pax*.

PROTECTORES, Corporis Imperatoris Cuſtodes, qui *Principis latus protegebant*, ut eſt in l. 9. Cod. Th. de Protectoribus: [illegible], Menandro Protectori lib. 8. Hiſt. Vetus Gloſſ. Cap. de Militia, *Protector*, [illegible], Gloſſ. Græc. Lat. [illegible], *Protector*, [illegible], *Armiger*. Spartianus Caracallam ait occiſum à *Protectoribus ſuis*. Horum Scholam inſtituiſſe Gordianum autor eſt Cedrenus, quæ longè dignioris ordinis cæteris Palatinis Scholis habita eſt: adeo ut Conſtantius Conſtantini M. Pater Protector, deinde Tribunus fuerit, ad idque muneris militantes fere omnes aſpirarent. Paulinus Nolanus Epiſt. 39. ad militem: *In hac militia ſoletis in totis habere hanc officii promotionem, ut Protectores efficiamini. Si autem Deo te protexeris, ipſum Deum incipies habere protectorem. Vide ad qualem militiam te invito collegam, ut quod homini eſſe optas, hoc tibi Deus ſit.* Jul. Firmicus lib. 3. Math. cap. 14. *Faciet Scutarios, vel Imperatorum Protectores, vel qui proprio excubitu ſalutem Principibus ſervent.*

Exprotector, [illegible], in Vita S. Eudociæ Martyris c. 12. Acta SS. Philemonis & Apollonii cap. 3. [illegible] Mox, [illegible]. Vide tit. Cod. Th. de Domeſticis & Protectoribus, & ibi Jacobum Gotofredum.

Protectores Limitum, qui ſcilicet ex *Schola Protectorum* mittebantur ad tuendos limites, *vel itinera*, de quibus fit mentio in Lege 1. Cod. Th. de Protector. & l. 3. de Littorum & itinerum cuſtodia: [illegible], apud Menandrum Protectorem lib. 8.

Protector Domeſticus. Vide *Domeſticus*.

PROTECTOR, apud Anglos, dicitur Regni Gubernator ac rector, abſente Rege. Thomas Walſinghamus pag. 408. *In quo quidem Parlamento, ex aſſenſu omnium ſtatuum ejuſdem, idem Dux Defenſor, ſeu Protector Angliæ in abſentia ſui fratris Senioris, Ducis videlicet Bedfordiæ, fuerat ordinatus ac nominatus*, &c. Poſt mortem ſcilicet Henrici V.

Protectores Regnorum in aula Romana, Cardinales nempe, quorum munus eſt electiones & alias Provinciæ ibi addictæ cauſas in ſacro Senatu proponere. Vide Octav. Veſtrium lib. 1 de Judiciis aulæ Rom.

PROTEDÆ, *Faculæ de pineo ligno*. Papias.

PROTHI, ſeu *Proti*, appellati Primores, ſeu Præſides univerſitatis Judæorum, apud Siculos, ut patet ex Charta an. 1340. apud Rocchum Pirrum in Archiepiſc. Meſſan. Ex Gr. [illegible].

PROTHIREMARII. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 21. *Quindecim Magiſtri Protheremarii, qui ſint deputati non ſolum ad remos, ſed etiam ad faciendum aſtas lancearum & dardorum*, &c. Vox hibrida, qui remigibus præſunt.

PROTOCAPELLANUS, qui alias *Archipellanus*. Ita appellatur Hebroinus Epiſcopus Pictavenſis in Charta Tabularii S. Mauri ad Ligerim apud Beſlium in Epiſcop. Pictav. p. 24.

PROTOCHARTULARIUS, Officium Monaſticum, cujus mentio fit in Ritu electionis Abbatis Caſinenſis. Vide *Chartularius*.

PROTOCHRISTICOLA. *Magnus Imperii protochriſticola*, Conſtantinus M. dicitur Glabro Rodulpho lib. 4. cap. 6.

PROTOCOLUM, Liber ex glutine compactus, in quem acta publica referuntur. Errant enim qui putant eſſe memoriale, in quod raptim acta reponuntur, ut deinde in mundum redigantur, & perfectiùs extendantur, ut obſervat Cujacius ad Nov. 44. Ut enim hodie Chartæ habent notam aliquam, ex qua dignoſcitur quis eam chartam præparaverit; ita habebant olim Chartæ brevem adnotationem quæ declarabat, quo Comite largitionum (ſub cujus cura erant Chartariæ) quo tempore, & à quo præparatæ fuiſſent chartæ: ex eo quippe coarguebatur ſæpe falſitas.

PROTOFORESTARIUS. Vide *Foreſtarius*.

PROTOJUDEX. *Protoiudex Salerni*, in veteri Charta apud Ughellum to. 7. Ital. Sacræ p. 571. 574.

PROTO-

Protomandator. Vide *Mandator*.

Protonobiliſſimus, Πρωτονωβελίσσιμος, Dignitas Palatina apud Imperatores Conſtantinopolitanos, de qua diximus ad Alexiadem p. 339. Apud Ughellum in Archiepiſcopis Barenſibus, *Baſilius Imperialis Protonobiliſſimus* ſubſcribit chartam Ricardi Seneſcalli, Willelmi Wiſcardi Ducis Calabriæ ex fratre nepotis, an. 1108. Manuel Comnenus Imp. CP. Ludovicum VII. *Protonobiliſſimum Regem Franciæ* appellat, in Epiſtola ad Alexandrum III. PP. quæ deſcripta legitur apud Baronium anno 1180. quæ quidem honorifica appellatio ſatis arguit Francorum Reges primo ſemper habitos loco apud exteros, quod peculiari Diſſertatione attigimus ad Joinvillam.

Protonotarius. Vide *Notarius*.

Protopapa, Πρωτοπαπᾶς, Dignitas præcipua in Eccleſiis Græcanicis, de qua Codinus de Offic. cap. 1. n. 30. & ibi Gretzerus & Goarus, & Meurſius in Gloſſ. Hunc ſic dictum contendit Leo Allatius lib. de Græcorum templis p. 135. quaſi πρῶτον τῶν ἱερέων, *primum inter Sacerdotes*: unde *Archipreſbyterum* vertunt interpretes ejuſdem Codini. Sanè Scylitzes p. 517. & Joëles in Chronogr. p. 182. aiunt Euſtathium promotum à Baſilio Bulgaroctono ad Patriarchatum CP. cùm eſſet antea πρωτοπαπᾶς τῶν ἐν τῷ παλατίῳ ... Zonaras de eodem: ὃς ἦν ὁ ... ἱερέων ..., id eſt qui erat πρωτοπαπᾶς τοῦ παλατίου, uti hæc dignitas vocatur à Scylitze p. 612. Πρωτοπαπᾶς τῆς βασιλείας, à Zonara p. 160. ubi de Styliano, qui à Glyca p. 306. πρωτοπαπᾶς ... diſertè nuncupatur. Quæ quidem appellatio gradui Protopapæ convenit, cùm in Eccleſia Sophiana πρῶτος τῷ ἀξιώματι fuerit, id eſt, in conſeſſu dignitatum Eccleſiaſticarum intra Eccleſiæ cancellos ſecundus à Patriarcha conſederit, ut eſt apud Codinum. Scribunt Rocchus Pirrus pag. 387. & Ughellus tom. 6. p. 111. in Eccleſia Meſſanenſi Clerum olim fuiſſe Græcum, cui præerat *Protopapa*, id eſt Archipreſbyter Græcorum, iſtiuſque dignitatis veſtigium adhuc perſeverare, & uti baculo cum duorum leonum capitibus. Sic etiam in Eccleſia Bovenſi appellari etiamnum Archipreſbyterum monet idem Ughelius. Hunc vide, præterea to. 9. p. 97.

Protoparens, Vox hybrida, uſurpata à Prudentio hym. 9 de Adam, in Synodo Landavenſi ſub Cerenhiro Epiſcopo, & à Thwroczio in Hiſt. Hungar. 1. part. c. 2.

Protopatricius, Dignitas in aula CP. qua donatus legitur quidam Coſmas Anthius Imperatorius Protonotarius, & Strategus Siciliæ & Longobardiæ ſub ann. 893. apud Ughellum in Archiepiſc. Beneventan. n. 44. Πρωτοπατρίκιος, apud Malchum in Hiſt. Byzant. *Aſpar primus Patriciorum*, apud Marcellinum Comitem in Chronico. Πρωτοπατρίκιος καὶ Κόμης ... meminit etiam alicubi Theophanes.

Protopincerna, Primus Pincernarum, dignitas in Palatio Regum Francorum, de qua Joannes VIII. PP. Epiſt. 316. Vide *Pincerna*.

Protoſecretarius, primus Secretarius apud Anaſtaſium in Collectaneis p. 254. qui πρωτασηκρῆτις καὶ ... apud Anonymum de Templo S. Sophiæ. Vide quæ de hac dignitate adnotamus in Notis ad Cinnamum p. 493.

Protoſevaſtus, Ex Gr. Πρωτοσέβαστος, Dignitas in Palatio Conſtantinopolitano præcipua, ab Alexio Comneno Imp. primùm inventa, qua fratrem Adrianum donavit, ut habent Anna Comnena & Zonaras. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 24. *Duo nepotes ejus, fratres uterini; Joannes ſcilicet Protoſevaſto, & Alexius Protoſtrator, qui inter illuſtres ſacri Palatii primum obtinebant locum.* Adde lib. 20. cap. 1. Rogerius Hovedenus pag. 595. *Quemdam habebat amaſium, qui vocabatur Græcè Protoſevaſtos, Latinè verò Comes Palatinus.* &c. Perperam *Prothoſalvaſton* ſcribitur apud Radulfum de Diceto an. 1182. Hanc porro dignitatem Duci Venetiarum olim conceſſam ab Impp. CP. obſervavimus in Notis ad Alexiadem p. 311. Vide Codinum de Offic. aulæ CP. & quæ ad eum commentantur Gretzerus & Goarus, præterea Meurſi Gloſſ.

Protoſcriniarius, Dignitas in Eccleſia Romana, in Vita S. Sebaſtiani Martyris, & in Chronico Farfenſi p. 67.

Protoſpatharius, primus & Princeps Spathariorum. Gloſſæ nomicæ: Ἰμαστής, πρωτοσπαθάριος. Leo Oſt. l. 1. c. 51. (al. 52.) de Symbatticio: *Imperialis Protoſpatharius & Stratego Macedoniæ*, &c. *Baſilius Protoſpatharius Imperatoris*, cap. 63. *Siſinnius Imperialis Protoſpatarius*, apud Guillelmum Biblioth. in Adriano II. PP. p. 228. *Michael glorioſus Protoſpatharius*, in Epiſt. 8. Nicolai I. PP. ad Michaëlem Imp. initio. Vide Gloſſ. Meurſii, & infra in voce *Spatharius*.

Protoſpatha, eadem notione. Vetus Epitaphium in Baſilica S. Baſilii, Brundiſii:

> —*illuſtris, pius actibus atque refulgens,*
> *Protoſpata Lupus urbem hanc conſtruxit ab imo.*

Ignotus Barenſis in Chron. an. 981. *Occiſus eſt Sergius Protoſpata à Barenſibus.* Occurrit apud Lupum Protoſpatam an. 973. 979. 1035. 1054.

Protoſtrator, Primus Stratorum, dignitas in aula Conſtantinopolitana, cui Stabuli Imperatorii cura incumbebat, ut eſt apud Cinnamum & Zonaram. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 24. *Joannes videlicet Protoſevaſto, & Alexius Protoſtrator, qui inter illuſtres ſacri Palatii primum obtinebant locum.* Vide quæ de hac dignitate congeſſimus in Notis ad Cinnamum pag. 474. 475.

Protoſymbolus, Saracenorum Princeps ita appellatus. Andreas Silvius in Chronico Marcianenſi an. 586. *Hic (Mahomet) in Regno Saracenorum quatuor Prætores ſtatuit; qui Amirai vocabantur. Ipſe verò Amiras dicebatur, vel Protoſymbolus.* Hiſtoria Miſcella lib. 19. p. 600. *Mortuus eſt Mubavias Protoſymbolus Saracenorum, qui fuit Prætor annis 20. & Amira functus officio annis 24.* Adde p. 616. 648. edit. Caniſii. Acta SS. 40. Martyrum n. 12. Κύριλλος ... Πρωτοσύμβολος τῶν Ἰσμαηλιτῶν ... ἀρχηγὸς ... πρωτοσύμβουλος τῶν Ἀράβων, apud Cedrenum in Leontio p. 443. ubi Zonaras p. 77. ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν Πρωτοσύμβουλος, ... Σύμβουλος ſimpliciter dicitur in VII. Synodo Act. 5. p. 517. edit. 1618. qui πρωτοσύμβουλος paulò antè nuncupatur. Vide Leonem Grammaticum p. 454. Aliter vocem hanc uſurpat Joannes Hieroſolymitanus in Vita S. Joannis Damaſceni p. 245. edit. Romanæ, pro primo ſcilicet Conſiliario: ὁ δὲ τῶν Σαρακηνῶν ἀρχηγὸς ... πρωτοσύμβουλον. Et pag. 253. Καὶ πρῶτος ἦν αὐτοῖς ... σύμβουλος ... τῶν ... συμβουλῆς.

Protoſyncellus, primus Syncellorum Patriarcharum, vel Epiſcoporum, qui plures erant, ut ſuo loco docemus. Dignitas Eccleſiaſtica in Græcanica Eccleſia nota, atque adeo in Sicilia ſub Normannicis Principibus, ut ex aliquot Chartis colligitur, quæ habentur apud Ughellum to. 9. Italiæ ſacræ p. 590. & 628. ubi perperam *Protoſyntullum* editur, pro *Protoſyncellum*. Vide Gloſſ. Meurſi, Gretzerum & Goarum ad Codinum de Offic. aulæ CP. & infra in voce *Syncellus*.

Protothronus, Græcis πρωτόθρονος. Anaſtaſius ad Concil. VIII. act. 1. *Protothronum, ſeſſorem* interpretatur: *eorum ſcilicet Epiſcoporum, qui ad Patriarchalem Eccleſiam pertinent.* Willel. Tyrius lib. 14. cap. 12. *Certum eſt autem quod inter tredecim Archiepiſcopos, qui à diebus Apoſtolorum Sedi Antiochenæ ſubditi fuerunt; Tyrenſis quidem primum locum obtinuit, ita ut in Oriente Protothronos appelletur.* Scylitzes p. 629. de Tryphone Patriarcha CP. Καὶ ... Πρωτόθρονον τοῦ θρόνου ... Zonaras in Leone Philoſopho, de Stephano Patr. CP. Καὶ ... ἀρχιερεὺς ... πρωτοθρόνῳ ... Adde Glycam pag. 423. 1. edit.

Protractus, In jus tractus. Conſuetudines Arkenſes

an. 1231. in Tabular. S. Bertini: *Si protractus fuerit,*
quod arma portaverit, quæ a Choro ſunt prohibita, tres li-
bras emendabit. Charta Guidonis de Caſtellione Comi-
tis S. Pauli an. 1257. in eodem Tabul. *Omnes emendas*
in quibus homines de Arkes damnati ſunt & protracti
pro facto cujuſdam hominis inventi mortui, vel ſubmer-
ſi. &c.

PROTUTELA, Primæ exercitus aciei ducatus, præfectura.
ut *Retutela*, extremæ, *l'Avant-garde, & l'arriere-garde.*
Hugo de Cleeriis de Seneſcallia Franciæ: *Comes* (An-
degavenſis) *cum in exercitu Regis fuerit, vel ierit, pro-*
tutelam faciet: in reditu retutelam. Infra: *De caetero*
Comes appellatur Major in Francia propter retutelam
quam facit in exercitu Regis.

PROVENDA. Vide *Prabenda.*

PROVERBIARI, *Proverbia dicere, vel proverbia vitupe-*
rare: hinc proverbioſus, proverbioſitas, Ugutio. Vox
Italica: Pergaminus: *Proverbiare, rampognare, rim-*
proverare, dir villania, Proverbioſamente, villanamen-
te, ingiurioſamente.

PROVERBIATOR, Autor libri Proverbiorum, dicitur Ana-
ſtaſio Bibliothecario, apud Baron. an. 869. n. 84. & in
Præfat. ad VIII. Synodum ſub finem.

PROVIDENTIÆ, Proviſiones annonariæ, vel etiam aliæ
ad victum, Gall. *Pourvoyances.* Πρόνοιαι, eadem no-
tione apud Pachymerem lib. 1. c. 4. lib. 9. c. 8. & ali-
bi. Statuta Davidis II. Regis Scotor. cap. 48. *Item or-*
dinatum eſt, quod exnunc & in poſterum omnes captio-
nes, & omnia quæ capientur ad expenſas Regis, legiti-
me & debite perſolventur, — & quod in ejuſmodi ca-
ptionibus ſeu providentiis, non fiet taxatio juxta nume-
rum Davatarum ſeu Baroniarum: ſed ſecundum verum
valorem bonorum. Knyghton an. 1354. *Hilaritas da-*
pum & poculentorum omnibus venire volentibus & refici
cupientibus ſemper parata erat quamdiu ibi moram tra-
xit, & talem providentiam ibi fecerat, quod tota curia
mirabatur. Providentia vini ante adventum ſuum in cel-
laria ſua erat centum doliorum. Vide alibi.

PROVINCIA, Diœceſis Metropolitani. Bonifacius I.
PP. Epiſt. 3. *Synodi Conſtitutio Nicæna — præcipit,*
per unamquamque provinciam jus Metropolitanos ſin-
gulos habere debere, nec cuiquam duas eſſe ſubjectas.
Vide Concilium Emerit. c. 8. Pelagius II. PP. Epiſt. 8.
Scitote certam provinciam eſſe quæ habet decem vel un-
decim civitates, & unum Regem, & totidem minores po-
teſtates ſub ſe & unum Epiſcopum, alioſque ſuffragato-
res decem, vel undecim Epiſcopos judices, ad quorum
judicium omnes cauſæ Epiſcoporum & reliquorum Sacer-
dotum ac civitatum cauſæ referantur, & ab his omnibus
juſte conſona voce diſcernantur, niſi ad majorem autori-
tatem fuerit ab his, qui judicandi ſunt, appellatum. Oc-
currit paſſim. Vide *Parochia.*

Provincia, Gradus cognationis & affinitatis in nuptiis.
Vox efficta, ut videtur, à *vicinia.* Capitula Theodo-
ri Cantuar. Epiſc. c. 13. *In tertia pro vicinitate provin-*
cia carnis ſecundum Græcos licet nubere, ſicut ſcriptum
eſt in Lege: in quinta ſecundum Romanos: tamen in
quarta non ſolvunt conjugium, poſt factum fuerit. In
tertia provincia non licet uxorem alterius poſt obitum ejus
habere. Quidam ex ingenio emendant *progenie.*

PROVINCIALES, Monetæ Comitum Provinciæ, qua-
rum uſum ac *curſum* interdixit S. Ludovicus in Statu-
to de Monetis, ubi *Provinciaux* appellantur. Charta
deſcripta à Gaſſendo in Notitia Eccleſiæ Dinienſis p.
84. *Solvit in decima Præpoſitus pro Præpoſitura 75.*
libr. Provincial. reforciat.

PROVISIONES, apud Ammianum lib. 17. p. 90. pro anno-
nis neceſſariis ad victum. *Proviſio annonaria*, apud
Pollionem. Corippus lib. 3.

—— *Gratiſque dari proviſa jubemus.*

Proviſio. Diploma Pontificium vel Regium, quo quis
in poſſeſſionem beneficii Eccleſiaſtici, vel officii ali-
cujus civilis mittitur, quod à Pontifice aut Principe
confertur. Vide Canoniſtas.

Proviſiones, Decreta. Guillelmus Riſhangerus an. 1260.
Rex autem quia juraverat cum Edwardo primogenito
ſuo & Baronagio proviſiones Oxonienſes ſe inviolabiliter
ſervaturum, &c. Ita appellat decreta facta in Parla-
mento Oxoniæ an. 1258. de quo Matth. Paris hoc an-
no. Adde eundem an. 1244. p. 433. 475.

PROVISOR, Gr. Ἐπίσκοπος, *Epiſcopus.* Charta anni 1181.
in Bibl. Cluniac. p. 579. *Ricuinus Dei gratia Provi-*
ſor Tullenſium Pontio Abbati Cluniacenſi, &c.

Proviſor Monaſterii, cui Theſaurus Monaſterii commiſ-
ſus erat. Ingulfus p. 887. Abbas Tarketulus — Do-
minum Egelricum tunc Proviſorem ſuum, ſtatum domus
tam in theſauris, quam in jocalibus aliis juſſit oſtende-
re, &c. Infra: *Vaſa verò aurea & argentea multa, quæ*
omnia integra in neceſſitatem Monaſterii ſub Proviſoris
& Procuratoris cuſtodia deputaverat conſervanda. Erant
enim ambo Egelrici cognati ſui ſecundum carnem, & fra-
tres ſecundum Deum religioſiſſimi, alter Monaſterii
Proviſor, alter Procurator: Proviſor in temporalibus
tractandis prudentiſſimus: Procurator, vir Scholaſticus,
& omnium literarum ſcientia profundiſſima imbutus. Ita
Proviſores in Monaſterio eos qui rerum ſecularium cu-
ram habebant, ſeu qui neceſſaria emebant, interebant,
exportabant, & lites & cætera negotia procurabant,
vocant Regula S. Aureliani c. 19. 48. & Regula S.
Cæſarii ad Virgines c. 39. Chronicon S. Michaëlis
Virdun. *Is quoque Ermengodus ordinavit — quid*
Abbas, quid Proviſor panis & ſalis, ſaginiinis, quid Pro-
viſor piſcium, quid Proviſor vini, quid Proviſor lumi-
narium, quid Proviſor pauperum, quid Proviſor hoſpi-
tum habere deberent, & inde Abbati reſponderent. Vide
Regulam Tarnatenſem cap. 11.

Proviſores victualium, quos noſtri *Pourvoyeurs* dicunt,
apud Thomam Walſinghamum p. 279. & in Itinere
Camerarii Scotici cap. 17.

Proviſor ſtudiorum. Antiquæ Definitiones Ordinis Ciſter-
cienſis diſtinct. 9. cap. 41. *Monachus verò qui prædi-*
ctorum ſtudiorum cuilibet pro tempore præpoſitus fuerit,
non Prior, ſed Proviſor vocetur, & ubique extra ſtudium
ſtet in dextro choro immediatè poſt Abbatem, &c. ubi
plura de ejus officio.

PROVODNAREM, Tributi aut exactionis ſpecies, apud
Bohemos, in Charta Ottocari Regis an. 1221. in Bo-
hemia pia p. 88.

PROVOLVENS. Anſelmus Epiſcop. Havelbergenſis lib.
2. Dialog. c. 11. *Nechites Archiepiſcopus Nicomediæ di-*
xit: Satis placet quod dixiſti: ſed, quæſo, concedis quod
Pater Spiritus ſancti, qui eſt proceſſibilis, ſit Emiſſor,
quod Græci noſtri vocant Provolvens. Et infra, ubi ita
Anſelmus: *Utrum autem duo Emiſſores ſeu duo datores*
recte dici queant, tua intereſt dicere, qui induxiſti hoc
nomen Græcum, Provolvens, quod apud nos, ſicut tu dicis,
ſonat Emiſſor. Sed utrobique legendum *Provolens*, ex
Gr. προβολεύς, qua voce utitur Dionyſius Areopagi-
ta.

PROUVATIA. Vide *Prabenda.*

PROXIMUS. *Proximi ſcriniorum*, qui Magiſtro ſcrinio-
rum proximi erant, quorum dignitas *Proximatus* dici-
tur, eaque ampliſſima erat, adeo ut Comitum dignita-
te ornarentur, ut eſt in titul. 26. Cod. Th. lib. 6. de
Proximis, Comitibus, &c. ubi multa Jacobus Goto-
fredus. Concilium Calchedon. act. 1. Παρόντος Μάμα [illegible]
[illegible] Κόμητος καὶ Προξίμου [illegible]
[illegible]. Infra mentio fit Carterii
eadem dignitate inſigniti.

Proximus Admiſſionum, apud Ammianum lib. 22. Extat
Epiſtola 58. Theophylacti Bulgar. inſcripta, τῷ Προέδρῳ
καὶ Προξίμῳ τῷ Παντέχνῃ. Vide Meurſium in πρόξιμος.

Proximus, Affinis. Lex Burgund. tit. 36. *Pretium ei qui*
eſt proximus mulieri quam adulteravit — cogatur ex-
ſolvere. Liber MS. cui titulus, *le Miroir: Tu dois*
amer ton proiſme auſſi ke ti meiſmes. Ex Lat. *Diliges*
proximum tuum, &c.

Proximus amicus, Leguleis Anglis, dicitur is qui gardiam

ſeu cuſtodiam habet in *ſocagio* : nam cùm quis ſaiſitus de terris in ſocagio decedit, relicto filio impubere & minore annorum 14. *proximus amicus*, ſeu ſanguine proximus, ad quem minoris hæreditas pervenire non poteſt, ejuſdem minoris cuſtodiam habet & illius terræ, donec annum 14. ætatis attigerit, tunc ille totam terram & reditus ei reſtituit, deductis rationabilibus impenſis. Raſtallus.

PRUGIRE. Vide *Rugitus*.

PRUINA, *Artium doctrina, eruditio honeſtarum.* Ita Papias MS. & editus.

PRUMULUS. Gloſſ. Latino-Theotiſ. *Paranymphus, Prutebota.* Alibi : *Paranymphus, prumulis.*

PRUNARIUS, Prunus, *Prunier*, in Capitulari de villis c. 70.

PRUNELLUM, Prunum ſilveſtre, noſtris *Prunelle*. unde *Pupilla* nomen. Fortunatus l. 11. Poëm. 16. *de Prunellis* :

Tranſmiſſas epulas, quæ pruna nigella vocantur.

Infra :

Si modo dignaris ſilveſtria ſumere dona.

Prunella, Prunula, aut Globuli nigelli inſtar prunelli. *Prunellatus*, prunulis aut globulis nigellis diſtinctus. Hiſtoria Epiſc. Autiſiodor. cap. 20. *Item gabatam unam medianam analteam penſantem libr. 3. & habet in fundo ſigillos 4. & in gyro prunellas*, &c. Infra : *Item urceum analtenm penſ. libr. 3. & habet anſam prunellatam, & in medio caput hominis.*

PRUTISSIMUS. Charta Alamannica 50. Goldaſti : *Donatumque in perpetuum eſſe volo, & prutiſſima voluntate confirmo.* Pro *promptiſſima*, vel *puriſſima*.

PRUVINENSIS MONETA, ſic dicta moneta Comitum Campaniæ, quod in oppido Pruvinenſi cuderetur. Hinc *Libra Pruvinenſium*, apud Arnulfum Lexovienſ. in Ep. p. 56. in Chronico Ceccanenſi ſeu Foſſæ novæ an. 1201. 1202. 1209. 1216. & alibi paſſim. Charta an. 1216. apud Ughellum to. 3. p. 499. *Nos profitemur mutuo recepiſſe — 20. libras bonorum Proveſinarum Senarum.* Chron. MS. quod legitur in Tabulario S. Maglorii :

L'an mil deus cens & vint-trois,
Fiſt Thibaut ſa monnoie abatre,
La viez monnoie de Prouvins,
Où l'en boit ſouvent de bons vins.

PRYK. Vetus Scheda apud Spelmannum : *Tenet 4. meſſuagia — per ſervitium inveniendi unum equum, unum ſaccum, & unum pryk in guerra Wallia, quandocumque contigerit Regem ibi guerrare.*

PSACHNION, ψάχνιον, Veſtis ſummorum Pontificum, & Patriarcharum propria. Hiſtoria de Exilio S. Martini PP. p. 92. *Et continuò exclamans Sacellarius, quemdam aſtantium Excubitorum tonſorem præcepit ſine mora auferre Pſachnion ſummi & Apoſtolici atque Paſtoris omnium Chriſtianorum.* Et mox : *Cùm ergo incidiſſet Pſachnion beati viri Excubitor, & corrigiam campagiorum ejus*, &c. Quibus locis Baronius an. 651. n. 12. & 13. *Pſachnion* habet, & *Compagiorum*, ſed perperam, ubi de vocis notione videant eruditi an bene conjectat. Ego verò legendum putem *Sacchion*, ex Græco-barbaro σάκκιον, nam *Saccus* veſtis fuit Patriarcharum. Vide in hac voce. Occurrit apud Joannem Diaconum in Vita S. Joſephi Hymnographi n. 25. vox Ψάχνιον, ſed hîc pallam altaris videtur ſignificare.

PSALLENTIA, Cantus, ordo & ratio canendi, ex Gr. ψάλλειν, Canere. Epiſt. 3. Damaſi PP. *Peto etiam tuam Charitatem, ut ſicut à rectore tuo Alexandro Epiſcopo didiciſti, Græcorum pſallentiam ad nos dirigere tua Fraternitas dignetur.*

PSALLENTIUM, & *Pſallentia*, Cantus Eccleſiaſticus, laudum divinarum, Pſalmorum, & Hymnorum concentus. Anaſtaſius in Hadriano : *Conſtituitque per unamquamque hebdomadam quinta feria cum pſalterio, ut à Diaconia pauperes uſque ad balneum pergerent.* Frodoardus in Stephano II. PP.

— Nocturnis reparas pſallentia ſacris.

In Adriano :

Diverſis Monachûmque chor's pſallentia ponens Reſtaurat.

Utuntur Gregorius Turon. lib. 1. Hiſt. c. ult. l. 2. c. 21. 37. lib. 3. c. 5. 18. l. 4. c. 6. l. 5. c. 21. l. 6. c. 26. l. 7. c. 1. l. 9. c. 39. lib. 1. de Mirac. c. 6. 35. 37. 39. 51. 75. 76. 79. 89. lib. 2. c. 2. 34. de Gloria Confeſſ. c. 20. 47. 72. de Vitis Patrum cap. 1. &c. Fredegarius in Chron. cap. 79. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 220. Vita S. Amati Abbat. cap. 20. apud Mabillonium, Baudonivia in Vita S. Radegundis c. 19. 28. Rupertus lib. 10. de Divin. Offic. cap. 17. Paulus Diacon. Neapolit. in Vita S. Mariæ Ægyptiacæ cap. 4. &c.

PSALLIANI, Hæretici, de quibus ſic S. Auguſtinus lib. de Hæreſ. *Pſallianorum hæreſim poſtremam poſuit Epiphanius, quod nomen ex Lingua Græca eſt : Græcè autem dicuntur εὐχῖται, ab orando ſic appellati.* Sed cùm ii ab Epiphanio *Maſſaliani* appellentur, reſtituenda indubiè hæc vox, pro *Pſalliani*, apud Auguſtinum.

PSALMISTÆ, Cantores, ψάλται in Concilio Laodic. can. 23. & Calched. can. 14. ubi vetus interpres ψάλτας, *Pſalmiſtas*, vertit. Vett. Gloſſæ : *Pſalmiſta*, ψάλτης. Rabanus lib. de Ord. Antiphon. c. 11. *Lectores à legendo, Pſalmiſtæ à pſalmis canendis vocati. Illi prædicant populis quid ſequantur : illi canunt ut excitent ad compunctionem animos audientium.* Idem de Inſtit. Cleric. lib. 3. cap. 48. *Pſalmiſtam autem & voce & arte præclarum illuſtremque eſſe oportet, ita ut oblectamento dulcedinis animos excitet auditorum. Vox autem ejus non aſpera, vel rauca, vel diſſona, ſed canora erit, ſuavis, liquida, atque acuta, habens ſonum & melodiam ſanctæ Religioni congruentem*, &c. S. Eulogius in Documento Martyrii : *Non promit Cantor divinum carmen in publico, non vox Pſalmiſtæ tinnit in choro, non lector concionatur in pulpito, non Levita evangelizat in populo, non Sacerdos thus infert altaribus.* De eorum officio ſic Iſidorus Hiſpal. in Epiſt. ad Ludefred. Epiſc. Cordub. *Ad Pſalmiſtam pertinet officium canendi, dicere benedictiones, laudes, ſacrificium, reſponſoria, & quidquid pertinet ad cantandi peritiam.* Vide eundem lib. 2. de Eccleſiaſt. Offic. cap. 12. & Papiam. Ut verò promoveantur ad hunc gradum, docent Concilium Carthag. IV. can. 10. & Ordo Romanus : *Pſalmiſtæ, id eſt Cantores, poſſunt abſque ſcientia Epiſcopi, ſola juſſione Presbyteri, officium ſuſcipere cantandi, dante eis Presbytero, vel potius Epiſcopo Antiphonarium in manus, & dicente ſibi, Videte ut quod ore cantatis, ore credatis; & quod corde creditis, operibus probetis.* Gillebertus Lunicenſis Epiſcopus de Uſu Eccleſiaſtico : *Quia verò quilibet de Choro ſola juſſione Presbyteri poteſt officio Pſalmiſtæ fungi, pſallere ſcilicet ſive cantare, in numero graduum Eccleſiæ Pſalmiſtas non ponimus.* At Concilium Carthag. III can. 21. Clericorum nomen etiam Lectores, & Pſalmiſtas, & Oſtiarios retinere ait. Vide Rodericum Tolet. lib. 9. Hiſt. Hiſp. c. 12. Hariulfum lib. 2. Chr. Centul. cap. 11. &c.

Pſalmiſtatus, Dignitas & ordo Pſalmiſtæ, Durando lib. 2. Ration. c. 1. n. 31. c. 3. n. 1. Lindwodus : *Prima tonſura, quæ apud nos vocatur Pſalmiſtatus, non eſt ordo, ſed tantùm diſpoſitio ad ordinem.*

PSALMISTANI, iidem qui *Pſalmiſtæ*, apud Odonem Cluniac. in Vita S. Gerardi Comitis Aureliac. cap. 11. ubi perperam editum puto pro *Pſalmicani* : *Advocat Clericos qui tum fortè aderant, & cum his omnes Pſalmiſtanos*, &c. Eckehardus junior de Caſib. S. Galli cap. 14. extremo : *Et quos ille rogabat Pſalmicanos.*

PSALMICINES, Pſaltæ, cantores, *Clerici Pſalmicines*, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 17. Warnefridus de Geſtis Longob. lib. 1. cap. 26. de S. Benedicto :

Pſalmicen aſſiduus nunquam dabat otia plectro.

Citatur hic verſus ab Helgaudo in Roberto Rege. Utitur etiam Vincentius Belvacenſis lib. 25. cap. 26.

PSALMODIZARE, Pſalmos cantare, vel cantare eo cantu quo Pſalmi concinuntur : Gallis, *Pſalmodier*. Pro-

vinciale Eccleſ. Cantuar. lib. 1. tit. 14. *Quando & ubi*
Matutinæ & Miſſæ & aliæ Horæ cum nota dicuntur, legen-
& pſalmodizantes. Utitur etiam Concilium Maghtel-
denſe an. 1330. *Canentes, legentes, & pſalmodizantes.*
Et Ordinarius MS. Eccleſiæ Rotomagenſis : *Ma-*
gnificat pſalmodizatur de ſexto tono.

Psalmus. S. Auguſtinus in Pſalm. 4. *Pſalmi dicuntur,*
qui cantantur ad Pſalterium, quo uſum eſſe David Pro-
phetam in magno myſterio prodit Hiſtoria. Idem in Pſalm.
67. *Inter Pſalmum & Canticum hoc intereſt, quod Can-*
ticum ore profertur, Pſalmus autem viſibili organo ad-
hibito, id eſt pſalterio canitur. Gregorius Niſſenus tract.
2. in Pſalm. cap. 3. ψαλμός ἐστιν ἡ διὰ τοῦ ὀργάνου τοῦ μουσι-
κοῦ μελῳδία. Lexic. Gr. MS. Reg. ſign. 930. ψαλμός, λό-
γος μουσικός ὅταν εὐρύθμως κατὰ ἁρμονικοὺς λόγους πρὸς τὸ ὄργανον
κρούηται, ἡ ᾠδὴ τοῦ Θεοῦ προσφερόμενος. Adde Eucherium de
Quæſt. utriuſque Teſtam. Papiam, & alios. *Cum Pſalmis*
ad ſepulturam cadavera deducere, in Concilio Bracca-
renſi an. 563. c. 16.

Pſalmi Abecedarii, apud S. Auguſtinum Enarrat. in
Pſalm. 118. concione 32. quorum verſus quilibet à pri-
mis litteris alphabeti incipiunt. Ejuſmodi eſt Pſal-
mus, quem ſcripſit idem Auguſtinus contra partem Do-
nati, de quo hæc ille lib. 1. Retract. cap. 20. *Pſalmum*
qui eis cantetur, per litteras feci, ſed uſque ad V. litteram :
tales enim Abecedarios appellant. Vide Vitam S. Iſi-
dori Epiſcopi Hiſpalenſis cap. 6.

Pſalmi Alleluyatici, S. Hieronymo Epiſt. 7. 17. 137. di-
cuntur, qui pro titulo habent *Alleluya*, cujus inſcriptio-
nis nullam aliam rationem afferunt, quàm quod Pſal-
mi iſti ſingularem ac feſtivam Dei laudem præ aliis
continent : ii ſunt numero 20. nempe 104. 105. 106.
110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135.
145. 146. 147. 148. 149. 150.

Pſalmus apertionis, nempe, *Domine labia mea aperies,*
&c. Regula Magiſtri cap. 44. *Oportet in nocturnis ab*
Abbate dici verſum Apertionis. Vide Amalarium de
Offic. Eccl. lib. 3. cap. 9.

Pſalmi Baptiſmales, numero tres, qui recitantur in *diebus*
baptiſmalibus, nempe in Dominica nocte Reſurrectio-
nis Domini, & Pentecoſtes, quia tria vitia originalia,
ſuggeſtionem ſcilicet Diaboli, carnis delectationem, &
conſenſum animi à Catechumenis repelli poſtulat Ec-
cleſia, ut ait Amalarius lib. 4. de Divin. Offic. cap.
43. & 48. apud Mabillonium. Adde cap. 23. Hono-
rium Auguſtod. lib. 3. cap. 144. & Durandum lib. 6.
Ration. c. 89. n. 4.

Pſalmus Cantici, eſt cum organo præcinente, ſubſequens &
æmula organi vox chori cantantis auditur, modum pſal-
terii modulis vocis imitata. Ruffinus Aquileienſis in
Pſalm.

Pſalmi directanei. Vide *Directaneus.*

Pſalmi Dominicales, qui diebus Dominicis in Eccleſia
recitari ſolent. Martyrolog. cap. 41.

Pſalmi familiares, apud Lanfrancum in Decretis pro Ord.
S. Benedicti cap. 1. ſect. 3. & Udalricum in Conſuet.
Cluniac. Monaſter lib. 1. cap. 46. dicuntur *ii qui in*
omnibus 12. lectionibus horas ſequuntur: quorum *labo-*
rioſa, imo pluribus odioſa paulatim multis de cauſis eſt
adaucta multiplicitas, quæ quia multos gravabat, multo-
rum, & totius pene conventus poſtulatione in hac parte
commutata eſt. Verba ſunt Petri Abbatis Cluniac. in
Statutis Ord. Clun. cap. 21. Vita S. Gilberti de Sem-
pringham : *Dictis prius quibuſdam Pſalmis familiaribus*
pro ſe ſuiſque, &c.

Pſalmi feriales, qui diebus ferialibus, ſeu in feriis in Ec-
cleſia recitantur. Micrologus cap. 54.

Pſalmi Graduales, Quindecim Pſalmi, qui ad quinque
parvas Horas congruè diſtribuuntur, in quotidiano of-
ficio Deiparæ, ut ait Radulphus Tungrenſis lib. de Ca-
nonum obſerv. cap. 20. 21. Vide Eucherium de Quæſt.
utriuſque Teſtam. Durandum lib. 5. Ration. c. 2. n.
39. & ſupra in *Graduale.*

Pſalmus invitatorius : ita appellatur Pſalmus 94. *Veni-*
te exultemus, &c. in Addit. 1. Capitul. c. 66. in Ordi-
ne Romano, apud Alcuinum, Petrum Damian. Ama-
larium, Honorium lib. 2. c. 1. Herbertum de Mira-
cul. lib. 2. c. 9. in Vita Alcuini n. 5. &c. quod *populum*
ad laudem Dei invitet, ut habent Amalarius lib. de
Ord. Antiph. c. 21. lib. 4. de Eccl. Offic. c. 9. Pe-
trus Damian. de Dominus vobiſcum c. 7. Beletus cap.
25. Durandus lib. 5. cap. 3. n. 10. 11. 12. &c. quibus
interdum nudè *Invitatorium* appellatur, quod ſuaviter
cenſuit Voſſius, eſſe certum Monaſterii locum, quo in-
vitarentur Monachi ad laudandum Deum. Sed hac in
re parcendum heterodoxis, viris quantumvis doctiſſi-
mis rerum noſtrarum nimiùs ſcientibus.

Pſalmus Miſericordiæ, Quinquageſimus, *Miſerere mei :*
ita appellatur à Gervaſio Tilleberienſi in Otiis Imp.
Deciſione, ſeu parte 1. *Torqueri ſe aſſerit eo quod ſecu-*
lum Deo præponens, Pſalmum Miſericordiæ Pſalmo tam
brevinſculo poſtpoſuerit.

Pſalmus Paræmiacus, παροιμιακός, ſic dictus 103. *Bene-*
dic anima mea Dominum, quod ab eo Græci Veſperas,
Miſſam, aliaque officia auſpicentur.

Pſalmi plebeii & vulgares, à privatis imperitiſque ho-
minibus compoſiti, qui in Eccleſia decantari vetantur,
can. ult. Concilii Laodiceni, ubi ἰδιωτικοὶ dicuntur : *Ple-*
beii, veteri interpreti, quo loco Gloſſæ interlineares
MSS. plebeios, *verſificos Pſalmos* interpretantur, qui
in Concilio Braccarenſi an. 563. c. 12. vetantur. Nec
aberrat ab hac interpretatione Agobardus lib. de Divina
Pſalmodia : *Sed & reverenda Concilia Patrum decernunt*
nequaquam plebeios Pſalmos in Eccleſia decantandos, &
nihil poetice compoſitum in divinis laudibus uſurpandum;
præcipuè verò, ut ſubdit, ab hominibus quibuſlibet,
quorum nec nomina, nec ſenſum, nec fidem novit Ec-
cleſia. Adde Martinum Braccar. c. 67. Capitularia
Attonis Epiſc. c. 58. & quæ obſervant Menardus ad
Regulas Monaſtic. p. 381. & Henricus Valeſius ad
Euſebium lib. 7. cap. 24.

Pſalmi Pœnitentiales, Vetus Pœnitentialis MS. *Cantet-*
que 7. Pſalmos pœnitentiales, id eſt Domine ne in furore,
& Miſerere mei Deus ſecundum, Miſerere mei Deus
meus. Deus miſereatur noſtri. Deus in adjutorium. Inclina
Domine. De profundis. Adde Appendicem ad Conci-
lium Salegunſtadienſe an. 1022.

Pſalmi proſtrati, dicuntur, qui ab humi proſtratis in Ec-
cleſia recitantur, apud Lanfrancum in Decretis pro ordine
S. Benedicti cap. 1. ſect. 3. Liber Ordinis S. Victo-
ris Pariſienſ. MS. cap. 1. *Primum ſeptem Pſalmos de*
Cantico Graduum proſtrati ſuper ſedes decantabunt.
Duos verò potiſſimum pſalmos, *qui per ſingulas horas*
dicuntur a proſtratis, recenſet. Udalricus in Conſuet.
Clun. lib. 1. cap. 3. *Ad Horas autem reliquas, poſt*
quatuor Pſalmos, Horarum, ut ita dicam, appendicios,
toto corpore proſternimur, ut duos Pſalmos dicamus,
primum de ſeptem pœnitentialibus Pſalmis, alterum de
Canticis quindecim graduum. Tabularium Brivatenſe :
Unuſquiſque 2. Pſalmos proſtratus decantet. Appen-
dix ad Concilium Salegunſtadienſe an. 1022. *Tunc om-*
nes proſtrati decantent Pſalmos iſtos pro Regis noſtri &
aliorum ſui regni primatum ſoſpitate. Vide eundem
Udalricum d. lib. c. 4. 12. & 52. Chronicon An-
drenſe p. 430. Joannem Epiſc. Abrinc. de Off. Ec-
cleſ. p. 36. Conſuetud. Floriacenſis Cœnobii p. 393.
in Bibl. Floriac. &c. Pſalmi autem à ſtantibus con-
cinebantur, ut obſervat Durandus lib. 5. Ration. c.
2. n. 36. Petrus Damian. lib. 3. Epiſt. 8. p. 301. gravi-
ter invehitur in Clericos qui *reſident*, dum vel *cano-*
nica Horarum celebrantur officia, vel etiam ipſa Miſſa-
rum efferuntur terribilia Sacramenta.

Pſalmi refectionum, qui tam poſitâ quàm levatâ menſâ à
Monachis recitari ſolent, *& peculiariter Deo de bene-*
dicenda aut commendanda eſca per gratiarum actionem
prabentur, & ſine antiphona directanei dicuntur : ſed in
Dominica, vel in diebus feſtis cum antiphona, vel al-
leluia, ut eſt in Regula Magiſtri cap. 37. 43.

Pſalmus Reſponſorius. Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 8. *Egreſſus eſt in ſacrarium, ubi dum reſideret, Diaconus reſponſorium Pſalmum canere cœpit.* Idem lib. 8. Hiſt. cap. 3. *Interea jam medio prandio peracto, jubet Rex ut Diaconum noſtrum, qui ante diem ad Miſſas Pſalmum reſponſorium dixerat, canere juberem*, &c. Vide *Reſponſorium*.

Pſalmi Salomonis, quos ut apocryphos laudant S. Athanaſius in Synopſi ſacræ Scripturæ, S. Nicephorus Patr. CP. in Canone, & Theodorus Balſamon, qui an ii ſint quos edidit poſt Adverſaria ſacra Ludovicus de la Cerda, alii viderint.

Pſalmi ſpeciales, 7. *Pœnitentiales*. Capit. Aquiſg. an. 817. & Addit. 2. Capit. c. 50. *Ut prætermiſſis partitionibus Pſalterii, Pſalmi ſpeciales pro eleemoſynariis & defunctis cantentur.* Leo Oſt. l. 3. c. 22. *Statuit — cotidianis diebus orationem pro fulgure ad Miſſam publicam, & ad Pſalmos ſpeciales edici*, (al. *adjungi*.) Charta Heriberti Comitis Francor. an. 27. Lotharii Regis in Tabul. Dervenſis Monaſt. *Quotidie unam Miſſæ celebrationem pro me faciant, atque unum Pſalmum per ſingulas regulares Horas perſolvant, & cum ſeptem ſpecialibus Pſalmis memoriam meam adjungant.*

Pſalmi ſuperpoſiti, in Regula Magiſtri cap. 50. Vide *Superpoſitio*.

Pſalmi Typicorum, apud Græcos dicuntur 22. & 145. quod hi in officio Typicorum recitarentur: eorum verò primus πρῶτος τυπικὸς, alter verò δεύτερος τυπικὸς dicebantur. Vide Goarum ad Euchologium.

In Pſalmis venire. Charta an. 1123. apud Puricellum in Baſilica Ambroſiana p. 569. *Illæ verò oblationes, quæ offerentur in manibus Sacerdotum extraneorum, qui in pſalmis veniunt, ſine malo ingenio eorum ſint, cui dare voluerint ſine malo ingenio.*

Pœnitentia Pſalmorum, in Pœnitentiali S. Columbani, dicitur, cùm Monachus ob leviorem culpam certum Pſalmorum numerum decantare, vel recitare, in pœnitentiam, jubetur. Adde Pœnitentialem Gregorii III. PP. c. 24. Vide *Superpoſitio*.

Pſalmellus, Antiphona ex Pſalmo deſumpta. Charta an. 1053. apud Puricellum in Monumentis Baſilicæ Ambroſianæ p. 428. *Et verò qui cantat Pſalmellum denarios duos*, &c.

PSALTERATUS, Literatus, qui ſcit legere, *Pſalterium* ſcilicet. Regula Magiſtri cap. 57. *Si verò in viam longiorem dirigatur, Codiculum modicum aliquibus lectionibus de Monaſterio ſecum portet: ut quavis hora in via repauſaverit, aliquantulum tamen legat: ita tamen ſi fuerit Pſalteratus. Si verò non fuerit, tabulas à Majore ſuperpoſitas Pſalmis ſecum portet, ut ad refectionem prandii, aut ad manſionem quando applicuerit, aliquantulum quantum occurrerit, tamen meditetur, ut quotidie regula reddat quod ſuum eſt.* At qui *Pſalteratus* hîc, mox *Litteratus* dicitur. Sed & ſolebant Clerici ac Monachi, atque adeo tenebantur totum Pſalterium memoriter tenere: adeo ut qui ad Epiſcopum poſtularentur, & *Pſalmos ignorarent*, rejecerit Gregorius M. PP. lib. 4. Epiſt. 21. 23. 45. l. 12. Epiſt. 6. Jo. Sariſber. lib. 2. Policrat. c. 28. *Dum enim puer ut Pſalmos addiſcerem Sacerdoti traditus eſſem.* Vide S. Anſelmum lib. 1. Epiſt. 22. Haëftenum lib. 7. Diſquiſit. Monaſt. tract. 4. diſq. 2. &c.

PSALTERIUM. Gloſſæ Gr. Lat. Ψαλτήριον, *Sambucum*. Papias. *Pſalterium, genus organi muſici eſt, quod artifex tenens, licèt modulamine quodam ſonorum ſuavitas quaſi cantatio videatur, tamen non Canticum ſed Pſalmus de Pſalterio nominatur. Canticum verò ſimplici voce cantantis exprimitur.* Auctor Mamotrecti ad 1. Paralip. cap. 12. *Pſalterium dicitur canora cythara decem chordarum coaptata, quæ cum plectro percutitur: Nablum verò duodecim ſonos habens digitis tangitur.* S. Auguſtinus in Pſalm 32. *Cythara eſt lignum illud concavum, tanquam tympanum, pendente teſtudine, cui ligno chordæ innituntur, ut tactæ reſonent. Non plectrum dico quo tanguntur, ſed lignum illud dixi concavum, cui ſuperjacent, cui quodammodo incumbunt, ut ex illo cùm tanguntur tremefactæ, & ex illa concavitate ſonum concipientes, magis canoræ reddantur. Hoc ergo lignum in inferiori parte cythara habet, Pſalterium in ſuperiore.* Id ipſum repetit in Pſalm. 42. 56. 71. & 80. Ita etiam deſcribitur Pſalterium in Lexico MS. Reg. cod. 2062. Ψαλτήριον, ὄρθιον ξύλον καὶ παραλληλόγραμμον· χορδὰς δὲ ἐν τούτῳ δέκα ἀφηρμοσμένας· ἑκάστη δὲ τῶν χορδῶν κατὰ τὸ ἄνωθεν· δέκα γὰρ κάλαμοι ὄντες ... πρὸς τὸ τεῖχος τοῦ ψαλτῆρος τεθειμένοι, ὁποῖοί τινες χορδαὶ καὶ ἐγχάλαι πρὸς τὸ τὸν ῥυθμὸν τῆς ἁρμονίας καὶ πρὸς τὸ τοῦ ψαλτῆρος βούλημα. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

Tympana, Pſalterium, cythara, ſymphonia dulcis.

His addenda quæ habet S. Hieronymus in Pſalm. 56. & alibi. Vide Quintilianum lib. 1. c. 16. & eundem Papiam.

Pſalterium, Liber continens Pſalmos Davidis, *qui liber Pſalmorum* dicitur in Actis Apoſtol. cap. 1. S. Auguſtinus in Pſalm. 118. *Codex Pſalmorum, quem Eccleſiæ conſuetudine Pſalterium nuncupatur.* Extant hi verſus de Pſalterio Davidico:

Ter quinquagenos David canit ordine Pſalmos,
Verſus bis mille ſexcentos ſex canit ille.

Pſalterium aperire. Vide *Sortes Sanctorum*.

Pſalterium. Joannes Epiſcopus Abrincenſis de Offic. Eccleſiaſt. *In omnibus Horarum precibus ſemper, Miſerere mei Deus: cui, ſi placet, unum Pſalterium Pſalmorum ſubjungatur.* Infra: *Poſt matutinum fratres in clauſtro — Pſalterium cum Litania communiter dicant.* Ubi, ni fallor, intelliguntur ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, quibus ſubnecti ſolent Litaniæ Sanctorum.

Pſalterium denique appellatum obſervant viri doctiſſimi eam precationis formulam quam vulgo *Roſarii* nomenclatura donamus, eò quòd 150. Pſalmorum Davidicorum numerum referat, eorumque vice ſubſtituatur. Cujus quidem Roſarii autorem vulgò S. Dominicum faciunt Scriptores, atque in primis Raimundus Capuanus in Vita S. Catharinæ Senenſis n. 77. ubi ait Fratribus de Militia Jeſu Chriſti à ſe inſtitutis, *aſſignaſſe quemdam taxatum numerum Dominicæ orationis, ac Salutationis Angelicæ, quem pro qualibet Hora Canonica quotidie deberent perficere orando, ut à Divino officio non vacarent.* Vide *Capellina*.

Pſalterium, Canticum in alterius infamiam compoſitum, apud Paulum JC. lib. 5. Sentent. c. 4.

PSEUDOALYTHINUS, Subpurpureus, non omnino purpureus, ſed ad candicans accedens: quo ſenſu Auctor libri de Cœna Domini, qui inter Cypriani opera editus eſt, Joſepho *Pſeudoalithinam veſtem* tribuit.

PSEUDOCALIDUS, Semicalidus, noſtris, *Tiede*. Marcellus Empiricus cap. ult. p. 152. *Tum medicamen adhuc pſeudocalidum diffunditur in mortarium.*

PSEUDOCASTELLUM, Munimentum extemporaneum, quod caſtelli vicem præbet. Fulcherius Carnot. lib. 3. Hiſt. Hier. c. 55. *Jam Turci quoddam pſeudocaſtellum obſederant, & vi ceperant.* Neſcio an hoc vocabulo expreſſerit Fulcherius, quod Joinvilla in S. Lud. *Chaſaux* vocat. Vide ibi Notas noſtras.

PSEUDOCOMITATENSES, Numeri militares, ſic dicti in Palatina militia, quorum mentio non uno loco in Notitia Imperii, & in Cod. Theodoſ. l. 10. de Numerar. & l. ult. de Re militari, ubi multa Jac. Gotofredus.

PSEUDOCONVERSUS, apud Lambertum Ardenſem p. 175. *Pſeudomonachus*.

PSEUDODOCTOR, in Capitulari Aquiſgranenſi an. 789. c. 80.

PSEUDOFILIUS, vox hibrida, apud Gregorium VII. PP. lib. 1. Epiſt. 23.

PSEUDOFLAVUS, Subflavus, leoninus. Marcellus Empiric. cap. 8. p. 66. *Colore pſeudoflavo, quaſi leonino.*

PSEUDOFORUM, Poſticum, ψευδόθυρον, noſtris, *Fauſſe-*

portæ. Papias: *Pſeudoforum, i. poſticum, i. latens oſtium remotum a publico.* Perperam in edito, *Pſeudorum*, & in MS. Navarræo, *Pſeuderorum*. Sulpitius de Vita S. Martini lib. 3. dial. 16. *Vidi præterea ad pſeudoforum Monaſterii adductum energumenum, & priuſquam ad limen attigerat, fuiſſe curatum.* Fortunatus lib. 4. de Vita ejuſdem S. Martini:

Namque ad pſeudoforum cellæ dum accederet æger.

Epiſtola 7. to. 9. oper. S. Hieronymi: *Non per aliquem pſeudotyrum, ſed per patentes januas in ſuum pectus veritatis inducat.*

PSEUDOFRATRES, in Regula Templariorum Militum cap. 21.

PSEUDOGRAPHÆ *narrationes, & dubia*, quæ vulgò *Apocryphæ*, quibus opponuntur *Libri Canonici & Catholici*, in Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 76. & lib. 1. Capitul. c. 73. *Pſeudographæ & dubiæ narrationes, vel quæ omninò contra fidem Catholicam ſunt*, &c. Ubi quidam codices habent *Pſeudographiæ*. Vide Quintilianum lib. 1. c. 17.

PSEUDOGRATIA, Falſa gratia, Dei ſcilicet. Utitur Joan. Sariſber. lib. 2. Policrat. c. 29.

PSEUDOLACTINUS, Subalbus, ſubcandidus, cinericius, Gr. λευκοφαῖος, noſtris *Gris*. Jo. Diaconus lib. 4. Vitæ S. Gregorii M. c. 83. *Tunica pſeudolactini coloris.*

PSEUDOLIQUIDUS, non omnino liquidus. Marcellus Empir. c. 16. p. 115. *Hæc trita permiſcentur, ut pſeudoliquida ſint.*

PSEUDOPEREGRINUS, apud Lambertum Ardenſem p. 175. qui non pietatis gratiâ peregrinationem ſuſcipit.

PSEUDOSANCTITAS, Vox hybrida, in Vita S. Guthlaci c. 32.

PSEUDOSERICUM, Pannus ex ſerico & tela contextus. Occurrit in Notis Tyronis p. 159.

PSEUDOTHYRUM, ψευδόθυρον, quod Sulpitio Severo *Pſeudoforum* dicitur, poſticum aliis, noſtris *Fauſſe-porte*. Autor Queroli: *Eamus huc ad pſeudothyrum quam noſti bene.* Paulus Oroſius lib. 7. c. 6. *Ægrè per pſeudotyrum in Palatium refugiens furorem excitatæ plebis evaſerit.* Freculfus to. 2. lib. 1. c. 13. Eadem verba ab Oroſio mutuatus, *Sendyrum* habet, ſed perperam, ut & lib. 4. c. 3. *In ſinum ejus, dum in Deo Deos quærit, tanquam per ſeudotyrum inducitur.* Ubi idem Oroſius lib. 7. c. 29. à quo etiam mutuatus eſt, *per januam* habet. Ammianus lib. 14. *Per Palatii pſeudothyrum introducta.*

PSIATIUM, *Pſiathus*, Matta, ſtorea, teges, ex junco aut papyro confecta; Gallis, *Nate*, in qua & cubabant & conſidebant Monachi, quomodo deſcribitur à Philone Judæo lib. de Vita contemplat. p. 616. edit. Turnebi: ϛιβάδες εἰσὶν ἐγχωρίου ὕλης, ἀφ' ὧν εὐτελῶν πάπυρου χαμαίζηλα ταπείνω ἐγχωρίων μικρὸν ὑπερέχοντα ταῖς τῆς γῆς, ἵνα ἐπανέχωσι. Gloſſæ Græco-Lat. ψίαθος, Teges, terratoria, matta. Ubi legendum matta, ut in alio Gloſſ. *matta*, ψίαθος. Gloſſæ eædem Lat. Gr. Teges, ψίαθος, σκίμποδα. *Tegetarius*, ψιαθόπωλος. *Tegitarius*, ψιαθοπλόκος. Heſychius: ψίαθος, ὁ χαμεύνιον, καὶ τὸ φυτὸν ἐξ οὗ ποιοῦσι ψιάθους. Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Storia vel pſiata: matta.* Papias: *Pſiacium, cilicium, cinis, holocauſtum.* Regula S. Fructuoſi cap. 19. *Lectum tamen ſternere mandamus corio aut pſiatho, quod Latinè ſtorea nuncupatur.* Caſſianus Collat. 15. c. 1. *Poſt ſynaxim veſpertinam — pſiathiis pariter ex more conſedimus.* Meminit & lib. 4. de Inſtit. Cœnob. c. 13. Vita S. Pachomii c. 43. *Inveniens fratrem qui coquinæ præerat pſiathos (id eſt tegetes) operantem, quos vulgus mattas appellat.* Guibertus lib. 7. Hiſt. Hieroſol. c. 33. *Viderat contra balearia inſtrumenta, quibus compererant ſaxa torqueri, trabibus obtegere muros atque pſiathiis.* Occurrit præterea apud S. Hieronymum in præfat. ad Regulam S. Pachomii c. 4. in Regula S. Pachomii c. 88. 94. apud Vigilium Diaconum in Regula Orientali c. 44. Gregorium M. lib. 2. Dial. c. 11. Anaſtaſium Biblioth. in Vita S. Joann. Eleemoſyn. n. 34. Joan. Moſchum in Prato Spirit. c. 92. in Vita S. Theophanis Confeſſ. n. 12. Palladium in Hiſt. Lauſiaca c. 1. &c.

PSICOLUTRA, in Notis Tyron. p. 184. ex Gr. ψυχρολουτρόν, *Frigidarium.*

PSILLIA. Anaſtaſius Biblioth. in Paſchali PP. p. 152. *Enimvero in dicto altari obtulit veſtem albam ſigillatam cum roſulis, habentem in medio crucem de blattin cum pſilliis.* ψέλια Græcis *armillas* & *dextralia* ſonat: ſed non video quomodo *armillæ* conveniant cum veſte altaris, niſi vice limbi attextæ fuerint.

PSITTACI. Vide *Stelligeri.*

PSITTARCIUM. Vide *Siſtarcia.*

PTERARIA. Capitulare de Villis c. 62. *Quid de axilis & alio materiamine, quid de pterariis, quid de leguminibus, quid de milio & panico*, &c. Videtur legendum *Petrariis*, i. locis unde *petra* & lapides eruuntur. Vide in hac voce.

PTIGMATA, *Cauſia*, in Gloſſis Iſidori, ubi perperam *pitigmata*: ex Gr. πτύγμα, linteum duplicatum, cujuſmodi ſunt *Cauſia*. Vide in hac voce.

PTISANARIUM, *Mortarium, à Ptiſanis.* Ita Papias, qui addit Ptiſanas propriè dici, *quæ fieri ſolent in pila*, &c. Vide Ugutionem, Gorræum in πτισάνη, & Onomaſticum Roſweidi ad Vitas Patrum.

PTOCHIUM, Domus pauperum hoſpitio deputata, ex Gr. πτωχεῖον, quod & πτωχοτροφεῖον Græci vocant: *Locus ſcilicet venerabilis in quo pauperes & infirmi homines paſcuntur*, uti definitur à *Juliano Anteceſſore.* Πτωχοτροφεῖον dixit Conſtantinus Manaſſes in Tiberio Conſtantino. Teſtamentum S. Remigii Remenſis Arch. *In Ptochiis, Cœnobiis, Martyriis, Diaconiis, Xenodochiis*, &c. Vita Euphroſynæ cap. 7. in Vitis Patrum: *Ecce ptochia, hierocomia, xenodochia, monaſteria*, &c. Anaſtaſius in Pelagio II. PP. *Hic domum ſuam fecit Ptochium pauperum & ſenum.* Adrevaldus lib. 1. de Mirac. S. Benedicti cap. 23. *Servatur proinde in domo pauperum hoſpitio deputata, ibique ſufficientem ſibi agapem cum reliquis ptochio reſidentibus accepit.* Teſtamentum Herberti Comitis Viromand. an. 1059. apud Joan. Carpentarium in Hiſt. Cameracenſi: *Trado omnibus Comitatuum meorum Ptochiis c. ſolid.* Adde Capit. Caroli M. lib. 7. c. 2. & Jo. Sariſber. lib. 7. Policrat. c. 21. Vide *Paupertas.* *Prothocinm* perperam, ni fallor, pro *Ptochium*, aut *Xenodochium*, habet Joannes de Janua. Concil. Calchedon. act. 1. πτωχεῖον ἐν ᾧ ἔμεινεν, καὶ ἔθηκεν εἰς αὐτὸ ἐκδεχόμενον προσβεῖα. Adde idem Concil. c. 8. & Creſconium c. 197.

PTOLOMARE, Regnare, imperare more *Ptolemæorum* Regum Ægypti, qui omnes ab Alexandro M. uſque ad Cleopatram Ptolemæi vocati ſunt. Tabularium S. Severini Burdegal. *Anno milleſimo ab Incarnatione Domini Jeſu Chriſti ſeptuageſimo, Indictione 8. Gregorii VII. PP. 9. nec non & Goſcelino Præſule Burdigalenſium archiepiſcopante, Rege Francorum Philippo ptolomante, Aquitanorum D. Willelmo pacem & juſtitiam docente, ego Iterius*, &c.

PUBERALE, ἐφήβαιον, in Gloſſ. Gr. Lat. pubes, pecten.

PUBERTA, *Adoleſcens*, in Gloſſ. Iſidori. Gloſſæ aliæ: *Pubeda, juvenis ſine pube.* Alibi: *Pubeda, adultus.* Utitur Martianus Capella lib. 1. & 9. p. 12. & 308.

PUBLICANI. Vide *Populicani.*

PUBLICITER, Publicè, in Capitulari Sueſſionenſi an. 844. c. 2. edit. Baluzianæ: ubi aliæ editiones habent *publicitus.*

PUBLICUM, Tributum, vectigal, Græcis δημόσιον. Gregorius Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 44. *Alius quoque tributa publica deferens, ſacculum pecuniæ, dum iter ageret, negligenter amiſit. Adpropinquans autem civitati, recognoſcit ſe amiſiſſe publicum quod ferebat.* Utitur etiam Hiſtoria Miſcella, ubi Theophanes habet δημόσιον.

PUBLICARIUM, eadem notione. Gloſſ. Gr. Lat. δημόσια,

nimus, publicarium. Charta Friderici Imp. an. 1158. apud Ughellum to. 2. p. 518. *Cum portis, — publicariis, mercatis, ſtationibus, redditibuſque villarum.* Alia Ottonis IV. Imp. an. 1209. ibidem p. 375. *Cum omni juriſdictione, cum Pado, ripis, piſcariis, paludibus, ſtratis, viis, paſcuis, ſilvis, & publicariis univerſis, &c.* Occurrit ibi non ſemel.

Publicarius, Publicanus. Julius Firmicus lib. 3. c. 8. *Faciet etiam in omnibus actibus publicarios.*

Publicum, Fiſcus, ærarium publicum, in Pragmatica Sanctione Juſtiniani c. 23. & apud Julian. Antecell. Conſt. 1. §. 1 2. Conſtit. 30. 46. 89. §. 5. 6. *In publico componere*, id eſt fiſco, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 54. §. 1. & alibi non ſemel, in Legib. Popularib. Taſſilonis c. 2. &c. *In publicum revocare*, fiſco addicere, confiſcare, in Capitul. 1. an. 809. c. 30. in Capitul. 2. ejuſdem anni c. 1. lib. 3. Capitul. c. 47. &c. Vide Notas ad Alexiadem p. 262.

Impublicare, in publicum, ſeu fiſcum redigere, confiſcare. Charta Deſiderii Regis Longob. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 8. *Et dum ad aures Excellentiæ noſtræ perveniſſet, fecimus eum apprehendere, & in vincula mittere, & omnes res ejus, ſecundùm quod edictum continet, paginæ impublicare.*

In publico, Palam, *En public*. Capitula Caroli M. lib. 1. c. 81. *Nec in publico veſtimenta lavare, nec berbices tondere habeant licitum*, in diebus Dominicis.

Publicus, Judex publicus. Lex Longob. lib. 2. tit. 51. §. 1. *Et ſi talis perſona fuerit quæ non habeat unde componat, tunc Publicus debeat eum dare pro ſervo in manu ejus cui culpam fecit, & ipſe eidem ſerviat ſicut ſervus.* Tit. 55. §. 16. *Tunc Publicus debet eum dare in manus mariti ſui*, &c. Lib. 3. tit. 13. §. 3. *Et hoc nullus Comitum aut Publicus poteſtatem habeat exigendi, niſi cum Miſſo Palatii Imperatoris.* Leges Luitprandi Regis tit. 110. §. 2. *Inſuper & Publicus in quo loco factum fuerit comprehendat ipſas mulieres, & faciat eas decalvare.* Adde tit. 111. §. 1. tit. 119. §. 3. Leges Rachis tit. 3. §. 1. &c. Vide *Judex publicus*, & *Palatium*, *Villa*.

Pucatrix [illegible], in Gloſſ. Gr. Lat.

Pucciolum vinum, quod Latinis Lora, ſeu aqua in vinaceis macerata, de qua Plinius l. 14. c. 10. ita Matth. Silvaticus.

Pucillagium, ſive *Virginitas*, apud Bractonum lib. 3. Tract. de Corona c. 21. §. 13. c. 28. §. 2. ex Gallico *Pucellage*. quaſi *Pucellagium*. Alii à *Pulcellula* vocem *Pucelle* deducunt, quomodo Italis *Pulcella* & *Pulzella*, eſt virgo.

Pudheper, Nemoris cæſio, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 38. ubi legendum *Wdhepec* cenſet Spelmannus, ex Saxon. ƿoᴅ, & ƿoc. ſilva. & pec, *cæſio*: picum enim avem, quæ arbores inſcindit, *ſpe*, vocant Angli, uti & ſegmenta quæ in ſarciendis calceis ſutores appingunt. Nam licet *Pudhepec* præferant MSS. id natum putat ex affinitate literæ P. cum ƿ. Saxonico.

Pudimentum, Αἰδῶον, *Pudendum, penes*. in Gloſſ. Gr. Lat.

Pudorificare, Joannes de Janua: *Pudoratus, pudore ſuffuſus; expudoratus, extra pudorem poſitus.* Leges Baronum Scoticor. ſeu Quoniam Attachiamenta c. 47. §. 7. *Quam terram teneri clamat hæreditariè de Domino Rege — unde eum deforciaſti, pudorificaſti, & damnificaſti ad valorem talis ſummæ.*

Pudorosus. Gloſſ. Gr. Lat. αἰδήμων, *Modeſtus, pudoroſus, verecundus, pudens.*

Puduclare, Peduclare: Pediculis purgare, pediculos abſtergere à veſtibus. Gloſſæ veteres editæ ab H. Stephano p. 336. *Pediculo*, φθειρίζω, *Peduclas*, φθειρίζω. Ubi φθειρίζω non idem eſt quod φθειριάω, *pediculis ſcateo*, ſed *pediculis purgo*. Sic in iiſdem. Gloſſis *Pulico*, ψυλλίζω, redditur, hoc eſt *pulicibus purgo*. Gloſſ. Gr. Lat. φθεὶρ, *peduculus*: φθειριάω, *peduculoſus*: φθειρίασις, *peduculatio*: φθειρίζω, *peduculo*. Ita in MS. unde fortaſſis apud nos *Eſlucher*, quod idem ſonat: niſi probabilior videatur eorum ſententia, qui à pelliculis, ſeu pelliciis, quas *peluches*, & *pluches*, noſtrates vocabant, acceſſunt, quas qui vellicant & abſtergunt, *eſpeucher* dicuntur. Regula Magiſtri cap. 81. *Habere debent fratres in hieme paraturam groſſam quotidianam ſtamineam, & tunicam aliam nocturnam, quam poſt nocturnos puduclent, quia in die diverſis occupantur laboribus.* Hic hæret eruditus Gloſſator. Vide Caſaubonum ad Theophraſti characteres p. 326.

Puella, cognominatus Guillelmus Abbas Fiſcanenſis pro decore, inquit Ordericus Vitalis lib. 11. Huc referr verſus ſequentes:

Dum dubitat natura marem faceretne puellam,
Factus es, ô pulcher, pene puella puer.

Puellarius. παιδεραστής, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Perperam in edito *pullarius*. Fragm. Petronii: *Imo etiam puellarius erat, omnis Minervæ homo.*

Puer, Homo, famulus cujuſlibet ætatis, ſubditus: quomodo apud Athenienſes παῖδας ſervos & famulos appellatos docent Ammonius in παῖδες, & Moſchopulus lib. περὶ σχεδῶν p. 135. S. Ambroſius de Abraham lib. 1. c. 9. *Pueros dicimus quando ſerviles ſignificamus, non ætatem exprimentes, ſed conditionem.* Ita utuntur interpres Biblior. Gen. 24. &c. S. Auguſtinus lib. 16. de Civit. Dei c. 2. Lex Burgund. tit. 49. §. 4. tit. 76. §. 1. 4. Lex Salica tit. 14. §. 6. Gregorius Tur. lib. 2. Hiſt. c. 2. 24. 37. lib. 5. c. 3. l. 6. cap. 2. lib. 1. Mirac. cap. 78. lib. 2. c. 16. de Glor. Conf. c. 66. de Mirac. S. Martini c. 29. Paulus Varnefrid lib. 3. de geſtis Longobard. c. 8. 12. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 108. §. 1. Aimoinus lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 10. 12. lib. 2. c. 6. 11. 15. lib. 3. cap. 40. Brompton an. 1009. & alii paſſim.

Pueri Monaſterii, Symphoniaci. Vide *Infans*.

Pueri, dicti filii Principum. Vide in eadem voce *Infans*.

Puer, Filius, quomodo Gallis *Enfans* dicuntur. Gregorius Turon. lib. 6. Hiſt. cap. 35. *Nuntiatur Reginæ puerum, qui mortuus fuerat, maleficiis & incantationibus fuiſſe ſubductum.* Wichbild Magdeburg. art. 91. *Occidatur ſi unus quum tres vel plures haberet pueros*, &c. Occurrit ibi pluries. Charta an. 1080. *Pantaleon de Britolio — cum uxore ſua Aadala, & tribus pueris ſuis, videlicet Petro*, &c.

Pueralis, *Pueralius*, παιδικός, in Gloſſ. Gr. Lat.

Puerasteer. Gloſſ. Gr. Lat. ἀντίπαις, *juvenis, pueraſter.*

Puericelluli, Camerarii, cambellani, ſeu qui vulgo Gallis, *Valets de Chambre* dicuntur. Vita S. Fructuoſi n. 2. *Cumque aliquamdiu tempore ſub illius degeret regimine, provenit ut quadam die poſſeſſionem Eccleſiæ ingreſſi, ipſum præeuntes puericelluli, cum ei ad manendum hoſpitium præparaſſent*, &c.

Pueriter, in modum pueri. Hiſtoria Tranſlat. S. Bathildis, n. 6. *Et quia audieras dictum, quæ petieris puro corde, & non heſitaveris, continuò conſequeris: deprecatus eſt pueriter, & conſecutus eſt celeriter.*

Puerosus, παιδικός, in Gloſſ. Gr. Lat.

Puerperium, Partus, fœtus. Abdias Babylonic. lib. 3. Hiſt. Apoſt. pag. 37. *Credo nunc Jeſum Chriſtum Filium Dei, & projice puerperium: veruntamen mortuum egredietur, quod indignè concepiſti. Hæc ut mulier credidit, egredientibus cunctis de cubiculo, projecit partum mortuum, & ab omnibus laboribus liberata eſt.*

Pugil, *Campio*. in Foris Bigorrenſibus art. 20. Vide *Campio*.

Pugilare, Duello contendere. Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 14. *Is contra datis vadibus bello eum pugilaturus impetiit.*

Pugillares, inter miniſteria ſacra, quæ Pontifici ad ſtationem procedenti præferebantur, recenſentur: quos eoſdem eſſe cenſet Panvinius cum fiſtulis aureis vel argenteis, quibus Fideles ſacro-ſanctum Chriſti Sanguinem hauriebant, quarumque ſolus Romanus Pontifex

uſum adhuc obſervat. In ea ſententia eſt perinde Caſ- ſander in Liturgicis p. 53. *Inter inſtrumenta ſacra, quæ Pontifici ad ſtationem procedenti præferebantur, nume- rantur pugillares aurei ſive argentei. Videtur autem ea ætas pugillarium nomine intellexiſſe ſtylos ſive graphia, ſive etiam pennas vel calamos, & ex hac ſimilitudine fiſtulas ſi- ve cannas, quibus ſanguis à Dominico calice exugebatur, cum propriè pugillares ſint ipſæ tabulæ, in quibus ſcribi conſuevit, quæ Græcè πινακίδια* dicuntur. Ordo Romanus: *Archidiaconus accepto de manu illius calice, refundit in ſcypho — & tradit calicem Subdiacono regionario, qui tradit ei pugillarem cum quo confirmet populum.* Alibi: *Aquammanus, patenam quotidianam, ſcyphos & pu- gillares, & alios aureos, & gemelliones, &c.* Rurſum: *Hoc officio juxta altare peracto, & pugillari cum quo confirmetur populus per Subdiaconum regionarium jam ac- cepto, &c.* Alio loco: *Patena, calices & ſcyphi, atque pugillares aurei & argentei, amulæ argenteæ, &c.*

Puſillaris, pro *pugillaris*, eadem, ni fallor, notione. Charta Heccardi Comitis Auguſtodunenſis, ex Tabu- lario Perliacenſi in Burg. p. 26. *Una furcella aurea cum puſillares duos, & illo balteo minore cum gemmis, &c.*

Pugillarius, Pugillaris. Synodus Hibern. *Pugillarius ſit ad ſcribendum.*

PUGILLATA, quantum pugillo continetur, Gall. *Poignée.* Ceremoniale Romanum Cencii Cardinalis: *Electus accipit de gremio Camerarii tres pugillatas denariorum, & projicit, dicens, &c.*

PUGILLONES, *Pugillatores*, in Gloſſ. Iſid.

PUGILLUS, Modus agri. Tabularium Caſaurienſe: *Ter- ram pettam unam per menſuram quartarum ſex, & aliam pettam per menſuram ſextarium unum & pugillos ſex.* Paſſim in hoc Tabulario. Vide *Pugneriata.*

Pugillus vel *Pugillum*, alia notione, apud Laurentium de Leodio in Hiſt. Epiſcopor. Virdunenſium p. 288. *Sub eo iſta Eccleſia amiſit tria pretioſa pallia, duas magni pretii cappas, duo candelabra argentea ſex marcarum, foraia- gia (foragia) vini civitatis, & pugillum.*

PUGINATA, *Pugneia*, Pugillata, Gallis noſtris *Poignée.* Vetus Martyrologium S. Catharinæ de Valle Schola- ſticorum Pariſienſ. *Item pro animabus omnium ſervien- tium Regis arma gerentium, pro quibus, & ad quorum petitionem Eccleſia noſtra cœpit ædificari, prout in lite- ris Epiſcopi plenius continetur: proinde dicti ſervientes de voluntate dicti Regis ordinaverunt inter ſe, & quili- bet Serviens Regis arma gerens, qui tunc erat, & etiam futurus, daret nobis in eleemoſynam quamdiu viveret, & Regi ſerviret, puginatas ſuas, videlicet in qualibet quarta decima per anni circulum quatuor denarios, hoc eſt per annum decem ſolidos, & quatuor denarios. Hoc autem dederunt nobis ad ſuſtentationem unius fratrum noſtrorum, qui pro ſervientibus qui jam deceſſerant, & poſt decedentibus cotidie unam Miſſam de Requiem in Ec- cleſia noſtra celebraret.* Diarium Theſauri Regii inci- piens an. 1297. 12. *Junii an. 1300. Nomina Mili- tum de Conſilio Regis a quibus retinuimus pugneias, quan- do ſolvimus eis vadia ſua Parlamentorum, quas non red- didimus uſque nunc.* Ordinatio Hoſpitii S. Ludov. Re- gis an. 1261. *Vallets camera, quilibet 6. den. per diem, unam prebendam avenæ loco liberationis & pugneiarum — & vult Dominus Rex quod omnes pugneia erogentur ad voluntatem ipſius per manum Eleemoſinarii.* Occurrit ibi pluries. In Computo Barthol. du Drach Theſaura- rii Guerrar. an. 1339. & 1340. crebri articuli, qui *Militem*, aut *Scutiferum* ſpectant, his verbis clau- duntur: *Somme des gages &c. & il a eu par 6. lettres comps endrouures & poignies 230. livres, &c.*

PUGIUM. Vide *Podium*

PUGNA, Duellum, monomachia, ſeu judicium duelli. Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. *In quibus cauſis pugna prohibeatur, vel fieri debet.* Paſſim toto titulo. Adde lib. 1. tit. 9. §. 23. tit. 25. §. 49. 51. lib. 2. tit. 35. Ca- pitula Ludovici Pii an. 824. c. 9. *Quod ſi nulla pars alteri ceſſerit, jurent, & pugna probetur illorum teſti- monium.* Charta Widonis Imp. an. 892. *Sicque in om- nibus rerum Eccleſiarum cauſis, quibuſcumque legali di- ſceptatione tantum exorata fuerit, ut pugna aut teſtibus dirimatur*, apud Ughell. to. 1. p. 122.

Pugnare, Duello rem dirimere, in Legibus Burgund. tit. 45.

PUGNANDERIA, Pugillata frumenti vel farinæ, quæ debetur Molendinario. Vide in *Formiſcare.*

PUGNEIA. Vide *Puginata.*

PUGNERIATA, Modus agri Occitanis. Charta Occita- na an. 1300. ex Regeſto Tabularii Regii: *Item ex venditione ipſis facta per Guillelmum Veladerium unam pugneriatam terra juxta bordam dicti Prioratus, &c.* Vi- de *Pugillus.*

PUGNIZARI, Pugnis cædi, in Vita S. Theodardi Ar- chiep. Narbon. p. 756.

PULCHRARE, *Decorare*, Ugutioni.

PULCHRIFACERE, Pulchrum facere: Gallis, *Embellir.* Paulus Diacon. Emeritenſis de Epiſcopis Emeritenſibus in S. Maſona cap. 1. *Moribus ſanctis ornatus, habitu- que magni decoris pulchrificatus.*

PULCINUS, Pullus, Gall. *Poucin, Poulet.* Petrus Da- mian. lib. 6. Epiſt. 21. *Una illorum duos pulcinos ſuis uberibus ſuppoſuit, & tamdiu inter veſtem & carnem, donec omnino putreſcerent, occultavit.* Vetus Placitum an. 1113. in Tabulario Eccleſiæ Viennenſis fol. 70. *Hanc tamen conſuetudinem habet prædictus R. & an- teceſſores ejus in terra iſta, unum pulcinum, & cartal- lum avenæ cenſualem, & alium de tolta, & fugaciam 2. denariorum, & 6. denarios pro porco, & 3. operarios in vineis ſuis, & duas gerbas ad caballos ſuos.* Tabu- larium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 81. *Iſtud ſervitium reddit homo de curtili ſuo, & de vineis quas habet ad quartonem: & de prato reddit etiam duos puldinos (ſic) ad meſſes, & unum caponem ad Quadra- geſimam intrantem.* Fol. 7. *Per vindemias 7. puizinos, & 3. panes, &c.* Ibidem: *1. cartallum de fabis, & 2. focacias, & 4. pulzinos, obra & manobra.* Ita p. 109. Joannes Molinetus p. 57. *Poulſins, Pourceaulx, Pelerins, Paſſoureaux.*

PULEDRUS. Vide *Poledrus.*

PULESLACH, *Puliſlac.* Lex Alemann. tit. 59. *Si quis alium per iram percuſſerit, quod Alamanni puleſlach di- cunt.* Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 1. *Si quis liberum per iram percuſſerit, quod puleſlac vocant.* Ita tit. 4. §. 1. Vox formata ex *Bule*, tumor ex percuſſione, & *ſchach*, percuſſio ſive verberatio, unde *Durſlach* in Lege Friſon. Angli etiam hodie à *laſh* pro verbera- re, uſurpant, & to *laſh* pro verberare, flagellare. Vide Steph. Baluzium in Notis ad Capitul. p. 1006. 1014.

PULIPRUST. Lex Alemannor. tit. 65. §. 7. *Si autem brachium fregerit, ita ut pellem non rumpat, quod Ala- manni puleprust dicunt, ante cubitum, cum 3. ſol. com- ponat.* Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 4. *Si os fregerit, & pellem non fregit, quod puleprust dicunt, &c.* ex Germ. *Bule*, ſive *Beule*, tumor ex percuſſione, & *pruſt*, fractura ſive ruptura. Vide eundem Baluzium to. 2. Capitul. p. 1007. 1014.

PULETUM. Vide *Polyptychum.*

PULICO. Vide *Puducio.*

PULITAS, in Formula 14. ex Baluzianis: *Incredulas di- cis loquelas, & improbus coinquinas, & conſcientias bo- num merito conquiſitas, mundas, ſanctas, & antiquas, pulchras, firmiſſimas, & pulitas meas rumpis anutati- vos, &c.* Quis Oedipus hæc interpretetur?

PULIA. Charta Henrici II. Reg. Angl. pro Monaſte- rio de Bernaio in Norman. in 106. Regeſto Tabularii Regii ch. 84. *In terris & decimis, & ſilvis, in aquis & ſtagnis, & molendinis & ſolariciis, & in aliis molen- dinis & puliis, in vivariis & piſcariis, &c.*

PULLA. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 722. *Et unam pul- lam quæ vocatur Wayſhers, cum prato ex una parte, &c.* Mox: *Cum omnibus libertatibus & pertinentiis, & puliis, & quicquid prædictis piſcariis neceſſarium fue- rit*

ris ad ardendum & ædificandum in chacia noſtra. Rurſum: *Et medietatem unius gurgitis ubicunque eligere voluerint ædificare, & pullas facere*, &c.

PULLÆ, *Monilia, vel torques camelorum*, in lib. Judic. Ita Gloſſæ Biblicæ MSS. Thuani.

PULLANI, Pulli equini, Gall. *Poulains*. Will. Thorn in Chronico: *Decimas vini, vitulorum, pullanorum, agnorum, porcellorum*, &c. Compotus Ballivor. Franc. 1250. *Expenſa pro cuſtodia pullanorum Domini Regis.* Alius an. 1252. *Petrus de Chambliaco & Petrus Rufus cuſtodes pullanorum.* In Monaſtico Anglic. to. 1. p. 321. *Dono etiam prædictis Monachis decimas pullanorum meorum, & vitulorum, & agnorum*, &c.

PULLANI, Sugerio in Vita Ludovici VII. Regis. Franc. cap. 24. *Dicuntur qui de patre Francigena & matre Syriana, vel de patre Syriano & matre Francigena generati erant.* Scilicet apud noſtros in regno Hieroſolymitano. Willelmus Neubrigenſis lib. 3. cap. 15. *Ipſius quoque terræ novi indigenæ, quos Pullanos vocabant, Saracenorum inferti viciniæ, non multum ab eis fide vel moribus diſcrepabant, atque inter Chriſtianos & Saracenos tanquam quidam neutri eſſe videbantur.* Hinc non ſemel in eos graviùs inſurgunt Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Orientali cap. 67. 72. & Sanutus lib. 3. part. 8. cap. 2. Vide quæ de iis, & appellationis ratione, obſervamus in Notis ad Joinvillam p. 84.

Polini, iidem videntur dicti Monacho Florentino de Expugn. Accon.

Martis Idus ſeptimo noſtros ſervientes
Ut herbas colligerent foras incedentes,
A Polinis proditos longè diſcurrentes,
Saraceni capiunt in dolis latentes.

PULLARE, Tumor inter gingivas & maxillas: morbus pullorum equinorum. Vide Vegetium l. 2. de Arte veter. c. 25.

PULLARIUS, Officium in coquina regia, cui *pullorum* ſeu altilium, cura incumbit, in Ordinat. Hoſpitii S. Ludovici Reg. an. 1261. vulgo, *le Poulailler*. Habentur Statuta MSS. *du Meſtier des Poulaillers de Paris*, in Regeſto 1. Artificum Pariſienſ. fol. 221. 222. Vetus Inſcriptio 647. 2. — *Cariſſimo negotianti pullario patri B. M. T.*

PULLETRUM. Vide *Poledrus*.

PULLICENUS, Pullus gallinaceus, *Poucin*, noſtris. Lampridius in Alexandro Severo: *Servos habuit vectigales, qui eos* (palumbos) *ex ovis, ac pullicenis, & pipionibus alerent.*

PULLIPASTA, *Pulpaſta, Gallina altilis*, in Fragm. Petronii pag. 54. Gallina domi paſta: *Apud nos enim*, inquit S. Auguſtinus in lib. Judic. lib. 7. c. 25. *Pulli appellantur gallinæ cujuſlibet ætatis. Pullus cohortalis* apud Celſum lib. 2. c. 18. dicitur qui in corte educatus eſt: *Item quo tenerior pullus cohortalis eſt.* Chronicon Fontanellenſe: *Ad Nativitatem Domini aucipaſtas 3. pullipaſtas 20. pullos 60. ova 250.* Occurrit ibi pluries. Charta Caroli Calvi pro Monaſterio S. Germani Pariſ. an. 32. *Et de volatilibus cum pulpaſtis in Natali Domini.* Infra: *De ſupradictis verò villis ſtatuimus illis in reliquis Nativitatis Domini & Paſcha volatilia cum pulpaſtis à Decano ſubminiſtrari.* Interdum *Paſta* nudè dicitur. Gloſſ. Iſid. *Altilis, Paſta, ab alendo.* Tabularium S. Remigii Remenſis: *Donat vini modios 3. pullos 6. paſtas 2. ova 30.* Infra: *Donant paſtas 3. paſcentes eas de dominico, & ova 15. Pulli paſti*, in Capitulari de Villis c. 38. *Gallina paſta*, apud Cælium Aurelian. lib. 2. Acutor. c. 37. Πωλότροφοι, in Orneoſophio, p. 244. idem ſonat ac *Pullipaſtus*: τὰ θαλάσσια τὰ ἔξωθεν κρείττονα, ὑπὲρ ἃ τὰ πωλότροφα. *i. Falcones foris nutriti meliores ſunt pullipaſtis*, ſeu iis qui domi educati ſunt. Vide *Aucipaſta*.

PULLONATUS, Pullus equinus domi educatus, nutritus. Bracton. lib. 3. tract. de Corona c. 32. §. 5. *Et ſi equus fuerit* (furto ſublatus,) *poterit dicere quod ei pullonatus fuit, & quod eum nutrivit per tantum tempus.*

PULLUS, *Pullorum cantus*, Gallicinium, ἀλεκτρυοφωνία. Apud Evageliſtam in MS. Bibliothecæ Regiæ, *Tertio pullo ter me negabis*, ubi editio vulgata, *antequam gallus cantet, ter me negabis.* Ita etiam in veteri Cod. Evangelior. Bibl. Eccleſiæ Bellovacenſis, in Breviario Evangelii ſecundum Matthæum c. 27. *Petro dicit, quod tertio pullo abnegaturus eum eſſet.* S. Ambroſius ad Irenæum: *Quid in pullis? quam canora vox Galli, nocturniſque vicibus ſolenne munus ad excitandum & canendum? Pullorum cantus*, apud Arnobium junior. in Pſalm. 129. *Prima cuſtodia à veſpere incipit, ſecunda ad medium noctis attingit, tertia pullorum cantus tranſit, quarta vigilia matutina quæ in ortum luminis adimpletur.* Et in Pſalm. 148. *Conſuetudo, imo vis quædam naturaliter imperat pullis, ut ſuo cantu à nocte dividant noctem, qui clamant quidem ut alios excitent, ipſi verò cunctis vigilantibus dormiunt.* Vita S. Furſei Confeſſ. *Tuncque in pullorum cantu — audivit verba admirantium.* Julius Africanus lib. 5. Hiſt. Apoſtol. p. 68. *Ibi à plurimo* (legendum primo) *pullorum cantu cum egiſſent myſteria Dei*, &c. Ita in converſione S. Afræ apud Velſerum in Auguſta Vindelicor. *Circa verò pullorum cantum extinctum eſt lumen candelæ*, &c. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 407. *Et à primo pullorum cantu agens myſteria Dei*, &c. Joſeph Sacerdos de Tranſlatione SS. Ragnoberti & Zenonis cap. 2. *Eadem ſolenniſſima nocte* (Nativitatis Chriſti) *poſt pullorum cantum venerunt*, &c. Dionyſius Alexandrinus Epiſt. ad Baſilidem: Οἱ μὲν γὰρ ἐν Ῥώμῃ ἀδελφοὶ — ἀναμένειν τὸν ἀλέκτορα. Supra ἀλεκτρυοφωνίας dixit. Sed & hæc formula à recentioribus uſurpata. Petrus IV. Rex Aragon. in Chron. lib. 5. c. 1. ſub an. 1353. *T comença la batalla vers hora de completa, & dura fins hora dels primers polls.* Chronicon Cidi Rui Dias Campitoris c. 39. eodem ſenſu dixit *al. primer Gallo*. Vide quæ obſervamus ad Alexiadem pag. 271.

Pulli, vulgò omnis avitii generis fœtus dicuntur, ut quadrupedum catuli: at S. Auguſtinus lib. 2. de Moribus Manichæor. cap. 17. *Pullos locuſtæ, muris*, dixit.

PULMENTUM, vox veteribus cognita, ſed ſequiori ætate, maximè in Regulis Monaſticis uſurpata, ubi pro quovis obſonio accipitur: *Neque enim*, inquit Joannes Sariſber. lib. 8. Policrat. c. 7. *pulmenta in olere aut legumine duntaxat conſtare certum eſt.* Atque ita uſurpat non ſemel Cælius Aurelianus Siccenſis lib. 1. Chronion cap. 1. *Pulmentum dabimus ſalſum, aſſum, vel coctum.* Infra: *Pulmentum damus, bulus, cerebrum, piſcem tenerum*, &c. Cap. 4. *Pulmentum verò ex media qualitatis materia, ut ova, pultes, olera*, &c. Petrus Damianus lib. 1. Epiſt. 19. *Pulmentum neſciens, pomis tantum & pane cum aqua vivebat.* Lib. 2. Epiſt. 17. *Quibus in menſam allatus eſt gallus: quod videlicet pulmentum unus illorum arrepto cultello, ut mos eſt, in fruſta diſſecuit*, &c. Eſt ergo *pulmentum* obſonium quod præter panem eſt, vel pani additur, Græcis, μεσοψάχιον, ut in Gloſſ. Gr. Lat. recentioribus *companagium*, uti in hac voce docemus. Geſta Abbatum Gemblacenſium p. 534. *Ad emptionem ſecundi pulmenti ovorum, caſei, ſeu piſcium*, &c. — *tertium pulmentum herbarum hortenſium.* Ubi *pulmentum* accipitur etiam pro ferculo, ut & apud Stephanum Tornacenſ. Epiſt. 1. *Tanta in cibo parcimonia, ut duobus tantum pulmentis utantur, quæ aut ager ex leguminibus, aut ex oleribus hortus affert.* Vide Gregor. Turon. l. 3. Hiſt. c. 15. Doubletum p. 871. Inſtitutiones Capituli Gener. Ciſtercienſ. c. 54. Guigonem in Statutis Ordinis Cartuſienſis cap. 52. §. 2. &c.

Pulmentum, pro piſce vivarii vel ſtagni. Charta Bernardi Comitis Melgorienſis apud Sammarthanos: *Notum etiam fieri volo, quod pulmentum totius ſtagni — vobis reſtituo.* Alia Ludovici VII. Regis an. 1155. apud eoſd. *Et in ſtagno piſcationes ſuas, & pulmentum*, &c. Charta Bernardi Comitis Melgorienſis apud Gariellum in Epiſcop. Magalon. p. 106. *Pulmentum totius ſtagni.* Vide eundem p. 71. 256.

Pulmentarium, idem quod *Pulmentum*. Jo. de Janua: *Pulmentum dicitur cibus delicatus & ſuavis, a pulpa. Item pulmentum vel pulmentarium dicitur quilibet cibus citra panem.* Auctor Mamotrecti ad 14. Numer. *Pulmentarium, quilibet cibus præter panem, ſcilicet companaticum.* Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *eſca, cibus, pulmentarium.* Aponius lib. 2. Comment. in Cantica Canticor. *Nimium ſumptuoſa illa impendia ciborum — ad unius pulmentarii crudorem olerum, vel exiguum panis & aqua uſum redegerunt.* Eodem lib. *Propria enim pulmentaria ad unam multi propter commune convivium deferentes, ab antiquis ſodales ſunt nuncupati.* S. Bernardus de Vita & Moribus Religioſ. c. 6. *Quomodo regulam tenent — qui tria vel quatuor pulmentaria, quod Regula prohibet, admittunt.* Vide Ælredum in Vita S. Edwardi Confeſſ. n. 17. Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andeg. p. 12. Petrum Damiani lib. 6. Epiſt. 32. p. 587. præterea Hæftenum lib. 10. Diſq. Monaſt. tract. 3. diſq 6. & Menardum ad Regulas Monaſt. p. 705.

PULPITUM, Ambo Eccleſiæ. Gloſſ. Iſid. *Pulpitum, analogium, lectrum.* Papias: *Pulpitum dictum quod in eo Lector vel Pſalmiſta poſitus in publico conſpici à populo poſſit.* Criſconius in Breviario Canonum c. 166. *De his qui debent in ambone, id eſt in pulpito pſallere*, &c. Ferrandus Diac. c. 131. *Ut non liceat præter Canonicos pſaltas qui pulpitum aſcendunt, & de codice legunt, aliud quodlibet in Eccleſia pſallere.* Marcellinus Comes in Anaſtaſio: *Dum jubente Anaſtaſio Cæſare per Marinum perque Platonem in Eccleſia pulpito conſiſtentes, in hymnum Trinitatis Deipaſſianorum quaternitas additur*, &c. Interdum ita ipſum *analogium*, ſeu *lectrum* portatile appellatur. Hugo Flaviniac. pag. 165. *Pulpitum quo Evangelium legitur. — pulpitum autem ære crebris tunſionibus in laminas tabulaſque producto & deaurato factum eſſe conſtat ſatis accurratè & eleganter*, &c.

De Pulpitis Circi CP. vide Chronicon Alexandrinum p. 782.

PULSABILUM. Vide *Pulſare*.

PULSARE, In jus vocare. Gloſſ. Gr. Lat. *Pulſat*, [illegible]. *Pulſatt*, [illegible]. Claudianus de bello Gildonico:

Quiſquis vel locuples, pulchra vel conjuge notus
Crimine pulſatur falſo, &c.

Concilium Wormatienſe c. 61. *Clericus nequaquam præſumat apud ſecularem judicem Epiſcopo non permittente pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit*, &c. Utuntur paſſim ſcriptores inferioris ævi: Codex Theodoſ. locis à Jacobo Gotofredo indicatis, Senator lib. 1. Ep. 8. 18. 30. lib. 6. Epiſt. 13. Marculfus lib. 2. form. 17. Leges Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 18. 31. tit. 2. §. 1. lib. 5. tit. 7. §. 4. & alibi, Edictum Theoderici §. 11. 25. Lex Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 51. lib. 2. tit 36. §. 2. Capitula Caroli M. lib. 4. c. 26. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 26. Canones Hibernienſes lib. 21. c. 27. &c. Vide Barthium in Notis ad Phæbadium p. 104.

Pulſator, Actor, in Legibus Henrici I. cap. 26.

PULSARE, *Pulſantes*, *Pulſatorium*. *Pulſantes*, dicuntur Monachiſmi candidati, qui pulſant ad fores Monaſterii, & in Monachorum album admitti ambiunt & depoſcunt: *qui pro foribus excubant, indicium perſeverantia ſua ac deſiderii ſui, pariterque humilitatis ac patientiæ demonſtrant*, ut ait Caſſianus lib. 4. de Inſtit. Can. c. 3. 30. 31. Regula SS. Patrum cap. 7. *Si verò perſeveraverint pulſantes, eis non negetur ingreſſus.* Regula S. Benedicti cap. 58. *Noviter veniens quis ad converſionem, non ei facilis tribuatur ingreſſus, — ergo ſi veniens perſeveraverit pulſans, & illatas ſibi injurias & difficultates ingreſſus, poſt 4. aut 5. dies viſus fuerit patienter portare, & perſiſtere petitioni ſuæ, annuatur ei ingreſſus, & ſit in Cella hoſpitum paucis diebus, poſtea ſit in Cella novitiorum ubi meditetur, manducet, & dormiat.* Regino an. 746. de Carolomanno fratre Pipini Regis Monacho facto ad Caſinum: *Et juxta morem portam monaſterii pulſans, colloquium patris monaſterii expetiit*, &c. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abbatis Corbeienſis lib. 1. c. 9. *Sed qualis quantuſque jam eſſet, quanto ſæculi depoſuit militiam, teſtes ſunt præſens Pater & fratres, qui ſatis intenti ac ſoliciti, multis eum dum pulſaret novitius ad oſtium Monaſtica diſciplina, perſcrutati ſunt probationum argumentis, & ſolertia diſciplinis.* Sed & *Pulſantes* videntur etiam appellati, ipſi qui *Novitii* dicuntur, quod necdum omnino admiſſi votum profeſſionis monaſticæ emiſiſſent. Adalardus in Statutis Corbeienſis Monaſterii lib. 1. c. 1. *de Clericis. Pulſantes 12. alii Clerici 7. ex his ad cellerarium 2. ad lavendariam fratrum unus, ad curticulam Abbatis 1. ad domum infirmorum 3. alia verò neceſſitates, quas Clerici facere debent, per pulſantes fiant. Et ideo neceſſe eſt ut tales ibi ponantur, qui omnes neceſſitates interiores facere poſſint*, &c. Cap. 3. *Hæc ſunt quæ Clericis noſtris Canonicis ſupraſcriptis, qui ſpecialiter Pulſantes dicuntur, dari debent: de veſtimento, tunicas duas albas*, &c. Cap. 6. *De pulſantibus, de ſcolariis, de reliquis Clericis ſeu Laicis noſtris vel extraneis*, &c. S. Ludgerus in Vita B. Gregorii Trajectenſis, apud Brower. in Antiq. Fuld. lib. 1. c. 5. & Mabillonium *Ut ante obitum ſuum 400. circiter monachorum, exceptis pulſantibus, & aliis minoribus perſonis, — pater extiterit & præceptor.* Chronicon Novientulanum: *Habuit namque hic Dei famulus ſub ſuo regimine monachos regulares 1144. exceptis parvulis & pulſantibus, qui non conſtringebantur ad regulam, quos ille paterno amore fovebat.* Adde Grimlaicum in Reg. Solitar. cap. 15. & 18. Guigonem I. Priorem Cartuſienſ. in Statutis ejuſdem Ordinis cap. 22. §. 5. S. Bernardum in Apol. de vita & morib. Religioſ. cap. 2. 12. Epiſt. 1. n. 7. &c.

Pulſare, Rogare, apud Papiam. Eſt etiam examinare, quia *Pulſantes*, & quicunque ad vitam monachicam aut religioſam aſpirabant, antequam admitterentur, examinabantur, & in eorum vitam & mores inquirebatur. Capitulare 1. an. 805. c. 13. & lib. 1. Capitul. c. 108. *De his qui non ſunt ſecundùm regulam pulſati, ut deinceps emendentur, & pulſentur ſecundum regulam.* Et cap. ſeq. *Ut infantula ætatis puella non veletur, antequam illa eligere ſciant quid velint, & pulſentur ſalva canonica auctoritate.* Hinc noſtri *Eſſonſer*, pro ſtrictius examinare dicunt.

Pulſatorium, Locus ubi examinabantur *Pulſantes*. Synodus Aquiſgr. an. 789. c. 71. & lib. 1. Capit. c. 69. *Ad Monaſteria venientes ſecundùm regularem ordinem primo in pulſatorio probentur, & ſic recipiantur:* Synodus Vernenſis an. 755. c. 6. *Et ſi tales feminæ velatæ ad præſens ibidem congregatæ inveniantur, quæ regulariter vivere non velint, nec ad hoc dignæ ſunt, ut cum illis aliis habitent, Epiſcopus vel Abbatiſſa provideant locum aptum ubi ſeparatim cum cuſtodia in pulſatorio habitare debeant, vel operari manibus quod ipſa Abbatiſſa eis juſſerit, interim quod probatæ dignæ ſint ut in congregatione recipiantur.* Extitit autem *Pulſatorium*, in Cella hoſpitum, ut docet Regula S. Benedicti dicto cap. & Regula Magiſtri cap. 88. quò ii *abſque ulla querela*, ut ait Caſſianus lib. 4. c. 7. *Junioribus circa peregrinos exhiberent famulatum, imbuti per hoc prima inſtitutione humilitatis ac patientia*: ubi 4. aut 5. dierum, uti vult S. Benedictus, vel 2. menſium, ut Magiſter, vel anni ſpatio, ut Caſſianus, rigidiori examini ſubjiciebatur pulſans, *laborando cum fratribus, contentus annona modicâ menſurâ, vel regula diſciplina, & excommunicationum: ut & mores Monaſterii probaret, & ipſe probaretur, & ſecum tractaret ſi deberet ſe ad Deum firmare, aut ad diabolum expeditus remeare. In quibus 2. menſibus ſub cura illorum fratrum, qui peregrinos cuſtodiunt, & ipſi ſimiliter ex improviſo cuſtodiebantur*, &c. Hæc Magiſter, qui cap. ſeq. agit,

ut *pulſans* in Monachum admittitur. De ejuſmodi pulſatorio agit etiam vetus Codex apud Angelum a Nuce in Chronico Caſin. lib. 4. c. 68. *Decanus debet facere reparare Refectorium, Pulſatorium, Dormitorium, &c.* — Extat apud Caniſium to. 5. Antiq. lect. part. 2. p. 782. inſcriptio Domus *Pulſantium* in Monaſt. S. Galli:

Hoc clauſtro Oblati pulſantibus adſociantur.

PULSARE, ſigna, campanas: *Sonner les cloches.* Kero Monachus: *Pulſat, clobbot. Pulſans, chlochonti. Pulſaverit, clocchit.* Udalricus lib. 1. Conſuet. Cluniacenſ. c. 5. *Si talis anniverſarium evenerit pro quo ſunt pulſanda omnia ſigna.* Occurrit ibi pluries. *Pulſare campanas*, in cap. Petentibus de Privileg. cap. Quod inte, de pœnitent. & alibi paſſim. *Sonare ſigna*, in Capitulari Epiſcoporum c. 8. to. 2. Concil. Sirmondi p. 249. Apud Beletum lib. de Divinis Off. cap. 86. varii pulſandi campanas modi referuntur: *Generaliter ergo cognoſcendum eſt, quod non debeamus in tota Quadrageſima diebus profeſtis compulſare, nec depulſare, (liceat enim hic vulgaribus & conſuetis uti vocabulis,) ſed ſimpulſare, id eſt ſimpliciter pulſare ad Horas, vel Matutinas.* Eſt ergo

Compulſare, Omnia ſigna & omnes campanas una & ſimul pulſare, ut in majoribus ſolennitatibus, & in proceſſionibus Eccleſiaſticis, apud Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 70. 73. & Durandum lib. 1. c. 4. n. 12. lib. 5 c. 5. n. 30. Chronicon Colmarienſe an. 1293. *Civibus dormientibus compulſantur campanæ, concurrunt cives ad cœmeterium, &c.* Infra: *Campanas compulſaverunt, populum convocaverunt, &c.* Vide in *Claſſicum*.

Simpulſare, Simpliciter pulſare, ſeu unicam campanam. Denique

Depulſare, ex altera tantùm parte campanam pulſare, vulgò *Tinter*, ex *tinnire*.

Pulſatio, in Chron. Will. Thorn an. 1242. pro campanarum pulſatione accipitur, quæ fit in ſignum honoris atque reverentiæ erga aliquem per illum locum tranſeuntem, vel illuc advenientem. Vide *Campana*.

Tertia pulſatio. Conſtitutiones Nicoſienſes c. 26. *Inhibemus diſtrictè ne (Clerici) vadant de nocte, maximè poſt tertiam pulſationem, &c.*

Pulſatio terroris. Charta Henrici Epiſcopi Ratiſbonenſis an. 1278. in Metropoli Saliſburgenſi to. 1. p. 264. *Videlicet quod pro feſtivitatibus Conceptionis B. Virginis Mariæ & B. Auguſtini cum pulſatione terroris, & aliis ſolemnitatibus æqualiter celebrandis.* Id videtur quod vulgò *Carillon* dicitur, quod ita olim in feſtivitatibus pulſarentur campanæ, quemadmodum in tumultibus bellicis.

Pulſus, idem quod *Pulſatio*, Jus pulſandi campanas. Charta Urſonis Archiepiſcopi Barenſis an. 1080. apud Ughellum; *Campanas & pulſos habeant ad ſonandum, ſi voluerint, pro beneplacito ſuo.* Alia Joannis Archiep. Canuſini, apud eundem: *Poteſtatem concedimus vobis ſonare campanam, ſeu pulſos, &c.* to. 7. Ital. ſacr. p. 853. 877.

Pulſabulum, Campana. Anſelmus Leodienſis c. 48. *Et cum pulſabulis fratrum divina celebrentur.*

Pulſatores, & *Exequiales*, apud Innocent. III. PP. lib. 15. Epiſt. 7. Innocentio Cirono, ſunt monitores & mandatores funerum, quos vulgò ſubmonitores, *Semonneurs*, vocamus, qui campanas pulſant, quò prætereuntes ad fundendas pro defuncto preces invitentur.

Pulſatores, qui aliàs Matricularii in Eccleſiis. *Æditnus ſeu Pulſator*, in Charta Conradi Epiſcopi Friſingenſis an. 1327. in Metropoli Saliſburgenſi to. 2. pag. 443.

PULSATUM *vinum*, Gallis *Vin pouſſé & bouté*, in Charta libertatum villæ Carroſenſis in Biturigib. an. 1194. apud Thomaſſerium.

PULSIONES *alarum*. Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 19. *Junctura alarum media tendentes verſus caput, quæ à quibuſdam dicuntur pulſiones alarum, &c.*

PULSATORIUM. Charta an. 1254. in Tabulario Eccleſiæ Autiſiod. fol. 238. *Vendiderunt molendinum ſuum, & pulſatorium cum ſuis pertinentiis.* Vide ſupra *Pulſare*.

PULSUS. Vide *Pulſare*.

PULTRINUS, *Pultrella.* Vide *Poledrus*.

PULTRONES, Italis *Poltrones*, noſtris *Poltrons*. S. Franciſcus to. 1. Opuſcul de Vera & perfecta lætitia p. 94. *Recedite hinc pultrones viliſſimi, & ite ad hoſpitale.* Dicti autem quaſi *pollice trunci*, ut autor eſt Salmaſius lib. de Trapezit. fœnore pag. 784. Pro ignavis enim olim habiti, qui ne militarent, ſibi pollices truncabant, ut eſt apud Ammianum lib. 15. de quibus ſunt lex 4. 5. & 10. Cod. Th. de Tironibus, cui ſententiæ favent Lindembrogius ad Ammianum, Savaro ad Sidon. lib. 1. Epiſt. 2. Bordelotius ad Petronium, & aliquot alii. Sed & hoſtibus captis interdum manuum pollices truncatos, ne ampliùs militarent, ſcribit Theophanes an. 37. Juſtiniani. Verùm hanc conjecturam improbant plerique ex Italis ſcriptoribus, qui ab Italico *Poltro*, i. lectus, deducunt, ex quo *Poltroni* dicti *quelli che ſtanno aſſai in letto*, ut ſcribit Landinus in Comment. ad Dantis Infern. 24. Id firmare videtur vox

Pultronizare, Italis *Poltroneggiare*, apud Joannem XXII. PP. in Bulla apud Waddingum an. 1317. 34. *Communiter poltronizant, (vulgare eſt Italorum) id eſt vitam pinguem volunt cum libertate & ſine labore, dediti ſomno & vagationi continuæ.* Alii à *poletro*, ſeu *puledro*, Italis *poltro*, pullus equinus, deducunt: ad quam firmandam ſententiam hoſce verſus, ex Dante, ni fallor, laudant:

Che andate penſando ſi voi ſol tre
Subitamente diſſe, Ond, io mi ſcoſſi
Come fan beſtie ſpaventate, & poltre.

Ita *poltrones* ii fuerint, qui ad modum pullorum equinorum leviter agitati fugam arripiunt. Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. & v. cl. Ægid. Menagium in Amœnitatibus Juris 2. edit.

PULTURA. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 1035. *Et volo ut ſint quieti ab omnibus cauſis, & querelis, & placitis Ballivorum & Præpoſitorum Hundredi, & à pultura ſerjantorum, & de rewardo foreſtarum, &c.* Fortè *pultura*, pro *pulſatura*: *Adjournement.* Vide *Pulſare*.

PULVERATICUM, Honorarium, ſalarium, merces pulverei laboris, ſeu merces quæ dabatur agrimenſoribus, quaſi pro labore & pulvere: ita Cujacius lib. 4. Obſerv. c. 18. & ex eo Rigaltius. Id eliciunt ex Conſtitutione Theodoſii & Valentiniani, quæ extat apud Frontinum de Limitibus agror. *Præcipimus itaque agrimenſoribus, ut pro laborum viciſſitudine Geometricæ artis, fundo cui finem reſtituens in triſinii rationem ſteterit, & convenientiam trium centuriarum ibidem eſſe ſignaverit, tres aureos accipiat, abſque ſua pulveratica.* Verùm *Pulveraticum*, aliis quàm agrimenſoribus dari docet Lex 16. Cod. Theod. de Tironibus, in qua ſervis, qui ſe militiæ offerunt, *binos ſolidos Pulveratici nomine* dandos præcipitur. Ita in Novella Leonis & Majoriani, & apud Senatorem lib. 12. Epiſt. 15. *Indictum Pulveratica* abolita legimus, id eſt, *donativa*. Eſt igitur *Pulveraticum*, quævis merces, quæ in laboris præmium dabatur, metaphorâ ductâ à *pulvere*, quo paleſtritæ mutuò ſe ſe ſolebant aſpergere, certamen inituri, ut corpora ceromate & ſudore lubrica, mutuas prehenſiones non fruſtrarentur. Ita Gellius lib. 5. ait *victoriam ſine pulvere (ut dici ſolet) incruentamque obveniſſe*, hoc eſt ſine labore, aut certamine: unde Græci ἀκονιτί, & ἀκονιτὶ ζεῖν, pro ἀγωνίζεσθαι paſſim uſurpant.

Pulveratici vocem promiſcuè etiam in veteribus Tabulis obſervare eſt, in quibus variorum tributorum mentio fit, nullo propemodum indicio propriæ notionis. Formula 11. apud Lindenbrog. *Nec ullas venditas, nec rotaticas, nec foraticas, nec pulveraticas exaltare præſumas*

tis. Form. 12. *Nec de carrali evectione, nec de rotatico,*
nec de pontatico, nec pulveratico, nec ſaltuatico, — requi-
ratis. Eadem fere legere eſt in Chartis Dagoberti Re-
gis apud Doubletum p. 656. Caroli M. apud Aimoi-
num l. 5. c. 1. & W. Hedam p. 228. 1. edit. Friderici I.
apud Jo. à Boſco in Vienna p. 90. & Joan. *le Lievre* in
Antiq. Viennenſ. p. 356. Benedicti PP. pro Eccleſia
Pariſ. in M. Paſtorali lib. 19. ch. 10. &c. His addenda
Capitula Caroli M. lib. 6. c. 219. *Ut nullus homo præ-*
ſumat tholoneum per vias, nec per villas rotaticum vel
pulveraticum recipere. Capitulare 5. an. 803. cap. 22.
Similiter nec rotaticum, neque pulveraticum ullus ac-
cipere præſumat. Quibus in locis ſunt qui putant *Pul-*
veraticum dici tributum, quod penſitabatur *pro la-*
bore viarum, & pulvere in viam regiam compor-
tato. Ita Goldaſtus, nixus fortè eo quod legitur
in Capitulis Caroli Magni loco laudato. Atqui non
pulverantur viæ, quod de vitibus dicunt Columella
lib. 11. c. 2. & Palladius lib. 4. c. 7. ſed ſolidan-
tur.

Eſt igitur longè vero ſimilius hocce vocabulum pro
quovis tributo iis in locis uſurpari: quod certè evin-
cit Charta Ludovici VI. an. 1118. apud Doubletum p.
848. & 851. *Et quoniam ipſa eadem Eccleſia ab ante-*
ceſſoribus noſtris in caſtro ſuo per 7. ſeptimanas, à feſti-
vitate B. Dionyſii uſque ab B. Andreæ, hanc habet con-
ſuetudinem, quam vulgo vocant pedagium, ſive pulve-
raticum, &c. Ita in Charta Bertrandi Comitis Forcal-
carienſis an. 1028. apud v. cl. Dionyſ. Salvaingum in
Tract. de Uſu feudorum Dominic. c. 34. *Pulveragium* ju-
ris conſtat: *Et omne pulveragium, ſeu pedagium quod*
in dictis locis de Pruneriis, de pineta, & de inica, vel in
mandamento eorum conſueverat percipere. Tabularium
Eccleſiæ Dignenſis apud Gaſſendum in Notit. ejuſdem
Eccl. *Bona & proventus Præpoſituræ Dignenſis conſi-*
ſtunt in paſqueriis, bannis, pulveragiis, &c. Proinde
Pulveragium, quod idem Salvaingus in Delphinatu pro
tranſitu ovium per terras dominorum percipi tradit,
non ita appellatur à pulvere, quem in tranſeundo exci-
tant oves, uti aſſeverat, ſed quod *pulveraticum*, &
pulveragium quodvis tributum ſeu *pedagium* ſonet. Ita
etiam Gaſſendus tradit libro citato p. 21. *Jura pedagii*
ſeu pulveragii, ut vocant. Cujuſmodi verò fuerit jus
pulveragii in Delphinatu, refertur in veteri Areſto an.
1458. quod ab eodem Salvaingo deſcribi uſ.

Pulvillus. Traditiones Fuldenſes lib. 2. trad. 238.
Cum — pecoribus, id eſt oves 40. auca 18. pulvilli
2. capones 2. Fortè pulli vel pulcelli, Gall. *Poulcins.*

Pulviniarium *opus.* Monaſticum Anglic. to. 3. p. 317.
Amictus de opere pulvinario cum parvis ſcutis. Fortè
plumario.

Pulvinus, *Pulvis.* Otto Morena in Hiſt. Rerum Lau-
denſium p. 69. *Cum Laudenſes non multum à civitate*
diſtarent, & ſuorum clamorem audirent, & pulvinum
maximum conſpicerent, &c.

Pulvis, nempe tormentarius. Thomas Walſinghamus
p. 323. *Captus eſt inſuper ibi Magiſter Gunnarius —*
& cum eo diverſæ machinæ ad jaciendum lapides & muros
conterendum, & gunnæ plures, cum magna quantitate
pulveris, cujus pretium prævaluit omnibus manubiis ſu-
pradictis. Adde Knyghtonem p. 2679. Vide *Bombar-*
da.

Cum pulvere & hamis lupellos comprehendere, in Capitu-
lari de villis c. 69.

Pulveris excuſſio. Contemptus argumentum fuit, ex iis
quæ habentur Matth. 10. & Marci 6. Gregorius Tu-
ron. de Vitis Patrum cap. 4. *Excutiens in eam* (do-
mum) *pulverem calciamenti ſui, ait, Maledicta ſit do-*
mus hæc, &c. Guill. Abbas S. Theodor. in Vita S. Ber-
nardi l. 2. c. 8. *Hic* (Eugenius III. PP.) *ſeditione or-*
ta in populo, pulverem pedum in litigantes excuſſit, &
relictis eis in Franciam venit. Vide Notas noſtras ad
Cinnamum p. 481.

Pulvis mortalis. Agobardus lib. de Grandine c. 16. *An-*
te hos paucos annos diſſeminata eſt quædam ſtultitia, cum eſ-
ſet mortalitas boum, ut dicerent Grimaldum Ducem Be-
neventanorum tranſmiſiſſe homines cum pulveribus, quos
ſpargerent per campos & montes, prata & fontes, eo quod
eſſet inimicus Chriſtianiſſimo Imperatori Carolo, & de
ipſo ſparſo pulvere mori boves, propter quam cauſam mul-
tos comprehenſos audivimus & vidimus, & aliquos occi-
ſos, pleroſque autem affixos tabulis in flumen projectos
atque necatos. Paſchaſius Rathpertus in Vita Walæ
Abbat. Corbeienſis lib. 2. c. 1. *Obſtupeſco valde —*
quod nemo noſtrûm qui ad plenum veritatem de illo au-
deat poſteris narrare, licet audeat detegere peccata popu-
li longè diu accumulata, clades, peſtilentias, fames, inæ-
qualitates aerum, terroreſque etiam viſionum. Quibus
profecto malis præceſſit prior pulverum fallax adinven-
tio, ſub qua tanta fuit vexatio & prodigium mendacii,
ut prudentibus daretur intelligi, quod univerſus orbis ad
tentandum eſſet expoſitus immanitati inimici. Capitulare
1. an. 810. c. 2. & Appendix 2. Ludovici Pii ad lib. 4.
Capitular. Caroli M. c. 27. *De homicidiis factis anno*
præſenti inter vulgares homines quæ propter pulverem
mortalem acta ſunt.

Pulzinus. Vide *Pulcinus.*

Pulzones, Italis *Polze*, apud Petrum de Creſcentiis
lib. 10. de Agricult. cap. 28. dicuntur *ſagittæ ba-*
liſtarum in capite groſſæ: ejuſdem veteri Gallico in-
terpreti, *materas gros en la teſte de devant.*

Puncta, Acumen, Gall. *Pointe.* Hiſtoria Abbendonenſis
Monaſt. in Anglia: *Ipſa etiam amicorum ſuorum auxilio*
parvulam punctam de clavis Domini acquiſivit, &c.

Puncta, Promontorium, *Lingua* terræ, *pointe de ter-*
re, apud Sanutum lib. 2. part. 4. pag. 87. *Alexan-*
dria magna eſt civitas atque pulchra, quandam punctam
habens deforis; cujus confines quotidie à maris fluctibus
inundantur, ſuper quam punctam eſt una turris, quæ
Farum communiter appellatur.

Punctare, Ugutioni & Jo. de Janua, *Puncta facere,*
vel puncta diſtinguere: unde Diſpunctare, removere pun-
ctum: Repunctare, iterum punctare. Guarinus Vero-
nenſis, ſeu author dialogi de Arte punctandi: *Pun-*
ctus eſt ſignum, quod vel figura, vel mora ſua, clauſu-
las ſeparat, ſenſus diſtinguit, animum recreat, ſpatium-
que cogitandi relinquit, &c. Ita quidem hiſce locis *pun-*
ctus idem valet quod *punctum*, quod periodi ſenſum
claudit: & *punctare*, vel *pungere*, punctum adpingere,
vel periodum puncto diſtinguere. Liber Ordinis S.
Victoris Pariſienſis MS. cap. 19. *Libros communes —*
quos præcipue Armarius diligenter emendare debet &
punctare, ne Fratres in cotidiano officio Eccleſiæ ſive in
cantando, ſive in legendo aliquod impedimentum inveniant.

At *Puncta*, apud Scriptores infimæ ætatis præſertim,
dicuntur ea quæ in ſingularum linearum initio & fi-
ne deſcribuntur, vel ſubula punguntur, intra quæ
exarantur ipſarum linearum ductus, quos *ſulcos* vocant,
quod maximè in codicibus è pergameno confectis ob-
ſervatum. Prudentius lib. περὶ στεφ. in S. Caſſiano:

Pungere puncta libet, ſulciſque intexere ſulcos.

Iſo Magiſter ad eundem lib. Periſteph. v. 271. *Mor-*
ſus, punctos dicit, i. foramina nervi, quæ appellantur
in ſcriptura puncti. Engelhardus Abbas in Vita S.
Mechtildis Virgin. c. 23. *Cum ſoror una, cui uſus erat*
ſcribendi membranam, dum ad lineas punctaret, ſubu-
lam incautè trahens, oculum transfigit, &c. Chronicon
Auguſtanum lib. 2. c. 2. *Ex reliquis in arte punctandi,*
mihi videtur quod in trivio & quadrivio peritiſſimus fue-
rit. Chronicon Trudonenſe lib. 8. p. 441. *Graduale*
unum propria manu formavit, purgavit, punxit, ſulca-
vit, ſcripſit, illuminavit, muſiceque notavit ſillaba-
tim, &c. Radulphus *de Monchy* Monachus Veda-
ſtinus laudatus à Gazæo ad Caſſianum lib. 5. de Cœ-
nob. inſtit. c. 39.

Cum librum ſcribo, Vedaſtus ab æthere ſummo
Reſpicit è cælis: notet & quot grammata noſtris

Depingam calamis : quot aretur pagina ſulcis,
Quot fovem punctis hinc hinc lacerentur acutis.
Tuque ſacens operi noſtro, noſtroque labori,
Grammata quot, ſulci quot ſunt, quot denique puncti,
Inquit, in hoc libro, tot crimina jam tibi dono.

Auctor Mamotrecti de Homerocentone & Virgiliocentone : *Quia illi poetæ in verſibus ſuis proſaicis multos verſus poſuerunt, qui videntur in ſuperficie convenire Chriſto : quos percurrentes quidam punctaverunt, & in unum collegerunt, & quia hic cento, nis, eſt punctus ſive punctatio, hic Virgiliocento, nis, eſt compilatio facta de verſibus Virgilii*, &c.

Puncterium, Subula qua pergamenum *punctatur*, vel pungitur. Guigo in Statutis Cartuſianorum cap. 28. §. 2. ubi de ſupellectile ſcriptoria : *Raſoria duo, & puncterium unum, ſubulam unam, plumbum, regulam*, &c. Eadem habentur in Statut. antiq. ejuſdem Ord. parte 2. c. 16. §. 8.

Punctari, dicuntur qui certis officiis ſuis ſibi injunctis, vel ex debito, adeſſe negligunt, vulgo, *Piquer*. In Conſtitut. Joan. Archiep. Nicoſienſis an. 1320. c. 2. 7.

PUNCTUM. Statutum Philippi Pulchri Regis Franc. an. 1302. pro Reformatione Regni c. 63. *Per hujuſmodi Statuta & ordinationes nos aut noſtrum conſilium non intendimus in aliquo variare vel mutare privilegia, ſeu puncta literarum quæ nos aut prædeceſſores noſtri conceſſimus*, &c. *Prendre à point, & pointer*, in Aſſiſiis Hieroſolymitanis MSS. cap. 16. *Le bon plaideour doit ſes paroles tout baudement & entendaument, & doit eſtre gaitant de dire ſes paroles, ſi que ſon averſaire ne le puiſſe prendre à point, parquoy il perde ſa querelle, notant tous les dis de ſon averſaire, & bien pointant chaſcun porce que il ſache reſpondre a ce que meſtier li eſt.* Et cap. 264. *Le Seignor & l'homme doivent adonc dire ambedeus enſemble, oïl, pource que l'un ne puiſſe prendre l'autre à point. Car ſi l'un diſoit, oïl, & l'autre, non, enci auroit l'un l'autre pris à point, & auroit ſa foi bleſſée.*

Punctum, in pſalmodia, Syllaba. Statuta antiqua Ord. Cartuſienſ. 1. part. cap. 39. §. 1. *Si ea quæ cantando delectationem afferunt amputentur, ut eſt fractio & inundatio vocis, & geminatio puncti, & ſimilia, quæ potius ad curioſitatem attinent quàm ad ſimplicem cantum.* Ubi *Neumæ* innuuntur. Et §. 4. *Punctum nullus teneat, ſed citò dimittat. Poſt punctum bonam pauſam faciat.* Adde §. 5. Cap. 50. *In monoſyllabis vel barbaris dictionibus debet in fine geminari punctum, cùm fit interrogatio, tam in Epiſtola, quam in Evangelio.* Hinc

Punctatim cantare. Charta Caroli II. Regis Siciliæ an. 1304. apud Ughellum to. 7. p. 897. *Volumus quod in ipſa deinceps Eccleſia ſecundùm ordinem Pariſienſium Eccleſiæ per libros, quos eidem Eccleſiæ dedimus, divinum officium celebretur, punctatim videlicet atque tractim.* Ubi *tractim* & *punctatim*, eſt uno tenore & abſque ulla modulatione cantare, ſingulis tamen *punctis*, i. verbis, quodammodo tono elevatiori notatis, ita ut qui ita cantat, iis immoretur.

PUNCTUS, Quinta pars horæ, apud Bromptonum.

PUNDBRECH, Infractura parci, in Legibus Henrici I. c. 40. ubi habetur quot modis illa fiat : *Si pundbrech, id eſt fractura parrici fiat in Curia Regis, plena wita ſit, alibi 5. manca. Pundbrech fit pluribus modis, emiſſione, evocatione, receptione, excuſſione*, &c.

PUNGA, Pera, Saxonicè pung. S. Audoënus in vita S. Eligii lib. 1. c. 10. *Quoties brachile aureum, pungam quoque auro gemmiſque comptam ſibi ſubripuit, tantum ut miſeris ſuccurreret.* Angilbertus Abbas Centul. apud Hariulfum lib. 2. c. 10. *Codex eburneus auro paratus — punga auro parata 1. incenſaria argentea auro parata 4.* &c. Ita Græco-Barbaris, πούγγη & πουγγίον, eſt ſacculus, burſa, crumena ex corio confecta, unde noſtris, *poche* : Leoni Imp. in Tacticis cap. 5. §. 4. c. 6. §. 2. 10. Ducas de capta Conſtantinopoli MS. πούγγην αὐτοῦ καὶ σακκίον αὐτοῦ &c. Alios in hanc rem locos ſuppeditant Rigalt. & Meurſ. in Gloſſ.

Puncha. Statuta Maſſilienſia MSS an. 1276. *Tunica rigata cum punchis.*

Poctia, *Pochia ſeu Biſſacus*, in Proceſſu de vita & mirac. B. Mariæ de Mailiaco n. 42.

Powchia. W. Thorn an. 1248. *Etiam ex tranſverſo ventris ſub umbilico habentes cultellos, quos Daggerios vulgariter dicunt, in powchiis deſuper impoſitis.*

PUNIATA. Tabularium Prioratus Lewenſis apud Spelmannum : *Lancea quæ pro ſale ſervit, habebit unum panem, & unam puniatam ſalis.* Ubi legendum *pugnatam*, ex Gallico *poignée*, quantum pugno quis continere poteſt. Vide *Pugnata*, & *Palmata*.

PUNTARIA. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. p. 685. *Cum aliis caſalibus, & territoriis, & puntariis in loco ubi dicitur*, &c.

PUP PUP. Althelmus in præfat. ad lib. de Laude virginum :

———— ne poſſit rabula raptor
Regales vaſtans cauſas bis dicere pup pup.

PUPILLUS, pro *pupilla*. Capitula ad Legem Alamannor. c. 1. edit. v. cl. Steph. Baluzii : *Si quis alteri oculum ruperit, & ille pupillus intus reſtitit, ſolvat ſol. 40.* &c.

PUPPIS *capitis*. Vide *Prora*.

PURCHACIA, Comparatum, acquiſitum, ex Gallico *Pourchaſſer*, & *pourchas*. Charta Gaufridi de Mandevilla : *Contuli — omnes Eccleſias inferius annotatas, tam de dominio meo quàm de emptis & purchaciis.*

PURCTRECHT. Charta Leonardi Epiſc. Patavienſis an. 1426. in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. p. 37. *Et contulimus in Patavia jus civile, quod vulgo dicitur purctrecht.*

PURGATIO *canonica*, eſt ſuper objecto crimine, proprio juramento, vel ſi oporteat, juramento compurgatorum de ipſo crimine diffamati innocentiæ oſtenſio : ita Lindwodus. Honorius III. in V. Compilat. p. 219. *Alioquin quia publica fama laboras, & manifeſtæ præſumptiones apparent, purgationem ſuper præmiſſis canonicam cum manu decima ejuſdem dignitatis & ordinis indicatis.* Occurrit paſſim in Jure Canonico. Vide *Judicium*.

PURGATORES, iidem qui *Sacramentales*, *Juramentales*, *Conjuratores*, de quibus in voce *Juramentum*. Utitur Andreas Suenonis in Legibus Scaniæ lib. 7. c. 3.

PURGATORIUM. Innocentius IV. PP. in Epiſt. ad Ottonem Cardin. Tuſculanum §. 23. *Nos, quia locum purgationis hujuſmodi dicunt (Græci) non fuiſſe ſibi ab eorum doctoribus certo & proprio nomine indicatum, illum quidem juxta traditiones & auctoritates SS. Patrum Purgatorium nominantes, volumus quod de cætero apud illos iſto nomine appelletur. Iſto enim tranſitorio igne peccata utique, non tamen criminalia ſeu capitalia, quæ priùs per pœnitentiam non fuiſſe remiſſa, ſed parva & minuta purgantur : quæ poſt mortem etiam gravant, ſi in vita non fuerint relaxata.*

Purgatorium S. Patricii, ita dictus locus quidam in Hibernia in quadam inſula, ubi Patricium Hibernorum Apoſtolum adeo ardentiſſimis precibus obtinuiſſe aiunt, ut pœnæ & cruciatus, qui impios poſt hanc vitam manent, ob oculos hic proponerentur, ut inſita ſuis Hibernis peccata, & Gentilium errores faciliùs extirparet. De hoc Purgatorio agunt pluribus Silveſter Giraldus in Topogr. Hiberniæ diſt. 2. cap. 5. Matth. Paris p. 61. & ſeqq. Bromptonus p. 1076. Henric. Knighton p. 2390. Camdenus in Deſcrip. Hiberniæ, & alii.

PURGIRE. Leges Willelmi Nothi vernaculæ c. 14. *Ki altrei ſpouſe purgiſt, ſi forfait la were vers ſun Seignour.* Id eſt, qui deſponſatam alteri ſtupraverit, forisfacit verram ſuam domino ſuo. Adde cap. 19. Papianus lib. Reſponſor. tit. 21. *Si quis mulierem ingenuam vel virginem per vim ſtupraverit*, &c. *Le Roman de Vacce* MS.

Les paſſans tuoient, les femes pergiſoient.

Vide *Rugire*.

PURIFICARE, Culpam aut crimen ſacramento diluere,
purgare, *idoneare ſe: Purificare ſe ſicut Lex jubet*, in
Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 1. *Purificare ſe ad Legem*
Dei, §. 20. *Per ſacramentum ſe purificare*, tit. 16.
§. 8. Adde l. 2. tit. 11. §. 2. *Juramento ſe purificare*, in
Concilio Wormacienſi an. 868. c. 12. Vide præterea Pe-
trum Damian. l. 7. Epiſt. 12. p. 647. edit. 1610. &c.

Purificari dicuntur mulieres, quæ poſt partum in Eccle-
ſiam veniunt, & benedictionem à Sacerdote ſuſcipiunt,
ex veteris Legis inſtituto, de quo præ cæteris Durandus
in Ration. lib. 7. c. 7. n. 6. 7. Conradus Uſperg. an.
1124. *Mulieres poſt partum ad Eccleſiam veniant, &*
benedictionem à Sacerdote, ſicut mos eſt, accipiant. Chro-
nicon Andrenſe p. 452. *Vix unquam poſt puerperium*
more legali & Evangelico purificari, & Eccleſiæ recon-
ciliari meruit. Statuta Synodalia Nicolai Epiſcopi An-
degav. an. 1262. *Prohibemus ne ea die qua benedictio*
nuptialis celebratur, mulieres admittantur ad purificatio-
nem, cum præpoſteratio videatur. Adde Statutum an. 1270.

Purificatio, Oblatio, quæ à mulieribus, quæ poſt partum
in Eccleſia purificantur, Sacerdotibus offertur. *Puri-*
ficationes de partu ſurgentium, in Tabulario S. Geno-
vefæ Pariſ. Charta an. 1152. in Magno Paſtorali Ec-
cl. Pariſ. ch. 32. *De purificationibus ſtatuimus, ut quid-*
quid de manu ejus quæ purificatur in oblatione ſuſcipia-
tur, parochiali penitus reddatur Sacerdoti. Alia anni
1250. apud Brolium lib. 2. Hiſt. Pariſienſis: *Salvo*
etiam hoc & retento nobis & Eccleſiæ noſtræ, quod omnes
mulieres prædictæ villæ in die purificationis ſuæ poſt puerpe-
rium, & primo die quo accedent ad parochialem Eccleſiam
poſt ſponſalia, ad Eccleſiam noſtram tenentur venire, ratio-
ne matricis Eccleſiæ, & oblationes ibidem facere, prout
hactenus extitit conſuetum. Alia anni 1123. in Hiſt. Va-
ſtinenſi p. 832. *Exceptis 4. nummis benedictionis nu-*
ptiarum, & oblatione purificationis mulierum. Alia 1221.
apud v. cl. Jacob. Petitum ad Pœnitentiale Theodori p.
440. *Mulieres manentes intra caſtrum Cociaci Preſby-*
ter Parochialis tenetur reconciliare ſecundum uſuagium
in Eccleſia S. Remigii, & debet recipere de oblationibus
panem & vinum, & candelam, & unum denarium: re-
ſiduum verò recipitur à Priore S. Remigii. Charta Phi-
lippi II. Imp. deſcripta in Magno Recordo Leodien-
ſium p. 11. *La femme quant elle iras au purification*
d'enfant, doit donner une chandelle, & faire ſon offrande.

PURIFICATORIUM, Linteolum quo Sacerdos poſt com-
munionem calicem extergit. Ceremoniale Epiſcopor.
cap. 12. *Super ea* (credentia) *ponuntur duo candelabra*
cum cereis albis, — & in ipſius medio calix cum pate-
na, palla, purificatorio, & burſa corporalia continente,
&c. Goarus in Euchologium p. 151. Græcos loco puri-
ficatorii *ſpongia* uti obſervat, qua ſcilicet non modò
ſacram menſam detergunt, ſed & calicem dominici
ſanguinis puriſſimum vas, ipſumque ſanctum diſcum,
particulaſque in eo contentas colligit in unum, coërcet
ne perturbatim effluant, & ſuo tandem impulſu ductu-
que ſuaviter in calicem demittit.

PURITARE, *Emundare*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

PURPARS. Vide *Perpars*.

PURPRESTURA, *Purpriſum*. Vide *Porprendere*.

PURPUNCTUS. Vide *Perpunctum*.

PURPURA, veteribus ſcriptoribus, veſtimentorum quod-
vis ornamentum dicitur. Gloſſ. Gr. Lat. πορφύρα ὑφ-
αντή, *Clavus*. Alibi: κύκλας, ἡ ἐσθὴς τὴν χλαμύδα κύκλος,
πορφύρα, *limbus. Clavus purpura*, apud Quintilianum.
Regula S. Cæſarii ad virgines cap. 7. *Veſtimenta luci-*
da, vel nigra, vel cum purpura, vel bebrina nun-
quam in uſu habeant. Gregorius Turon. lib. 10. Hiſt.
c. 16. *De illa inciſſura* (maſortis) *quæ palla ſuperfuit,*
purpuram nepti ſuæ in tunica poſuit. VII. Synodus can.
15. [illegible]
[illegible] Sed & *ædificiorum purpuras* dixit Sidonius lib. 2.
Epiſt. 2. in quem locum conſulendus Sirmondus.

Purpura alba. Vincentius Belvacenſis l. 33, c. 30. de Tar-
taris: *In prima die veſtiti ſunt omnes purpuris albis,*
in ſecunda verò rubeis. Cap. 36. *Tentorium de purpura ru-*
fa. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 15. Kal. Aug.
Dedit nobis tres purpuras albas, de quibus facta ſunt
caſula, dalmatica, tunica, & pallium ad patenam.

Purpuraclavatus, unico verbo, ut *Aureoclavatus*. Gloſſ.
S. Benedicti cap. de veſtimentis: *Clavi*, σημεῖα. *Cla-*
vare, πορφυρόω. Stephanus II. PP. *Colobio indutum*
candidiſſimo, purpuraclavato. Vide Senat. l. 6. Epiſt. 21.

Purpuram adorare dicebantur, quibus Imperatorum chla-
mydis laciniam tangere vel oſculari conceſſum erat:
cujus quidem ſacræ purpuræ adorandæ is ritus erat, ut
Patricii quidem ad dextram Principis mammam ado-
rarent, Princepſque recedentium caput deoſcularetur:
Senatores verò ac cæteri genu dextro ante Principem
flexo diſcederent, ut eſt apud Procopium in Hiſt. arca-
na ſub finem. Vide Senatorem lib. 11. Epiſt. 20. Henri-
cum Valeſium ad lib. 15. Ammiani, & Jacobum Goto-
fredum ad l. un. Cod. Th. de Præpoſitis ſacri cubiculi,
& ad l. 6. de Decurion.

PURPURARIUS, πορφυροβάφος, in Gloſſ. Gr. Lat. Ibi-
dem: πορφυροπώλης, *Purpurarius*. Occurrit in veteri-
bus Inſcript. 621. 4. 649. 9.

PURPURATI, *Porphyretici, porphyrogeniti*, Imperatorum
ac Regum liberi, *in purpura*, ſeu patre Imperatore
vel Rege nati. Senator l. 11. Ep. 1. *Placidiam mundi opi-*
nione celebratam — purpurato filio (Valentiniano) *ſtu-*
duiſſe percipimus. Apud eund. l. 8. Ep. 5. *Purpuratam in-*
famiam filium vocat Athalaricus Rex. Nebridius Suli-
chonis gener *Purpuratorum ſocius*, i. filiorum Imperatoris
fuiſſe dicitur apud S. Hieronymum in Epiſt. 9. Alexium
Manuelis Imperatoris filium *Purpuratum* pariter vocant
Willelmus Neubrigenſis lib. 3. c. 4. & Will. Malme-
ſburienſis lib. 3. ut *Porphyreticum* Ludovicum Balbum
Franciæ Regem, Joannes VIII. PP. Epiſt. 125. quod
ſcilicet *in purpura nati* eſſent, ut de Honorio Idacius, de
Ottone III. Imp. dixit autor Vitæ S. Adelberti Epiſco-
pi Pragenſis cap. 20. apud Surium, qui *in Imperio na-*
tus dicitur Chunrado Uſpergenſi. Ita Marcus Ga-
zenſis Diaconus in Vita S. Porphyrii Epiſcopi Gazenſis
Theodoſium juniorem *in purpura natum* perinde ſcri-
bit, atque adeo faſciis purpureis illigatum & circumvo-
lutum, oblatum Imperatrici. Ἐν ἁλουργίδι τεχθέντα, apud
Libanium in [illegible] Juliano inſcripto. Claudia-
nus in 3. Conſulatum Honorii:

> *Ardua privatos neſcit fortuna penates,*
> *Et regnum cum luce dedit, cognata poteſtas*
> *Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro.*

Idem in 4. Conſulatum ejuſdem Honorii:

> ——— *Hoc nobilis ortu*
> *Naſceris, æquæva cum majeſtate creatus,*
> *Nullaque privatæ paſſus contagia ſortis,*
> *Omnibus acceptis, ultro te regia ſolum*
> *Protulit, & patrio fœlix adoleſcis in oſtro,*
> *Membraque veſtitu nunquam temerata profano*
> *In ſacros cecidere ſinus.*

Vide quæ obſervamus ad Alexiadem p. 321.

Purpuratus, pro moneta. Vide *Hyperperus*.

PURPURITICÆ *columnæ*, Porphyreticæ, Capitolino in An-
tonino, ex Porphyretico marmore, de quo Sueton. in Ne-
rone. Vetus Inſcriptio Romæ: *Vetuſtate corruptam adam-*
pliavit columnis purpuriticis, valvis æreis, marmore, &c.

PURPURILLA, *Purpurella*. Gloſſæ Iſidori: *Purpurilla*,
locus extra portam, quo purpurea veſte uterentur. Char-
ta an. 1197. apud Ughellum to. 7. p. 1275. *Unam zo-*
nam de ſeta rubea, unam planetam de purpurella cum
apparatu ſuo, unam planetam de cendato rubeo, &c.

PUSCA. Vide *Poſca*.

PUS. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 19. *Mulier quæ-*
dam filiam ſuam exhibuit vulneribus plenam, & ut qui-
dam vocant, pus eadem generat.

Pus, alia notione. Traditiones Fuldenſes lib. 2. c.
82. *Trado — unum caballum, & boves 3. domum unam,*
& aream unam, & pus unum, 20. porcos, &c.

PUSIA. Iſidorus lib. 17. c. 7. de Arboribus: *Pauſia, quam*
corruptè ruſtici puſiam vocant, viridi oleo & ſuavi &

apta: & dicta pauſa, quod paviatur, id eſt tunditur.

PUSILLANIMIS. Gloſſ. Gr. Lat. ὀλιγόψυχος, *puſillanimis.* ὀλιγοψυχία, *puſillanimitas, ſegnitia.* Interdum *puſillanimis*, uſurpatur pro, *ad miſericordiam motus.* Vita S. Gudilæ Virg. c. 3. *Pro cujus incommodo, compaſſione & pietate Dei virgo puſillanimis facta*: ubi Bolandus, id *eſt mota ad commiſerationem.* Teutonicus Idiotiſmus, *Weemoedich*, quaſi *Ween-moedich*, id eſt ἀρτίδακρυς, *ad lachrymas pronus*, ac *puſillanimis.*

PUSILLARES, pro *Pugillares*, ſemel ac iterum in Teſtamento Heccardi Comitis Auguſtodunenſis apud Perardum p. 26.

PUSLAHI. Lex Longobard. Heroldina tit. 43. §. 30. *Si quis ſervum alienum ruſticanum percuſſerit, pro una ferita, id eſt Pulſlahi, ſi vulnus apparuerit, aut livor, componat ſolidum medium.*

PUSTERULA. *Puſterla.* Vide *Poſterula.*

PUSTICÆ. Ligna ſeu trabeculæ in navibus, quibus inſiſtunt rami, Italis *Poſticci.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 11. de navibus: *Et quod fiant ex multo meliori lignamine, & melius pironada, ac ſint ligata, & ſpecialiter puſtica pro ſuſtinendo laborem melius & impetum remigandi.*

PUSULA, pro *Puſtula.* Marius Aventicenſis: *Hoc anno infanda infirmitas atque glandula, cujus nomen eſt puſtula, in ſupraſcriptis regionibus innumerabilem populum devaſtavit.* Gregorius Turon. l. 6. c. 8. *Puſularum malarum venenum crucis ſigno ſæpe compreſſit.* Cap. 14. *Magna igitur eo anno lues in populo fuit, valitudines variæ, milina cum puſulis & veſicis, quæ multum populum affecerunt morte.* Idem lib. de Gloria Confeſſ. cap. 24. *Quanti à puſulis veneno incraſſante præmortui.* Occurrit etiam apud Martialem lib. 14. Epigr. 167. & alios ſcriptores. Vide Octavium Ferrarium in Orig. Linguæ Ital. in v. *Brogia.*

Puſtella, pro *Puſtula.* Vide *Acceſſio.*

PUTACIOLUM. Vide *Pittaciolum.*

PUTACIUS, Cati ſeu Felis ſpecies, ſic nuncupata quod fœteat, de quo Scaliger contra Cardanum c. 210. n. 3. *Inter ea quinque*, inquit, *catus fœtens quoque eſt: pilo obſcuriore, ſed tam tetro odore, ut Putin Liguribus Taurinis, in Gallia Putois ſit cognominatus.* Silveſter Giraldus in Topogr. Hiberniæ diſt. 1. cap. 21. & ex eo Bromptonus: *Caret herminis, caret & putaciis.*

Putoſius. Petrus Venerab. in Statutis Ordinis Cluniac. c. 17. *Statutum eſt ut nullus Fratrum Cluniacenſium cattinis, ſive aliis, quibus uti ſolebant, peregrinis pellibus induatur, — & ad coopertoria facienda ſolummodo, ſicut hoc magis placuerit, Putoſiorum, & juxta aliorum linguam Veſonum pellibus.*

PUTAGIUM, Fornicatio, meretricatus, de fœmina dicitur. Regiam Majeſtatem lib. 2. c. 49. *Quod generaliter dici ſolet, quod putagium hæreditatem non adimit, intelligitur de putagio matris, quia filius eſt hæres legitimus quem nuptiæ demonſtrant.* Vide Bractonum lib. 2. cap. 37. §. 6. & Fletam lib. 1. c. 15. §. 4. Gallis noſtris, *Putage.* Charta an. 1247. in Tabular. Campaniæ fol. 343. *La fame qui dira vilonnie à autre, ſi come de putage, payera 5. ſols, ou portera la pierre toute nuë en ſa chemiſe à la Proceſſion, & celle-là poindra aprés au la nage d'un aguillon, & s'elle diſoit autre vilonnie qui à touri à home de cors, ele paieroit 3. ſols, & li homs ainſin. Le Roman de Vacces* MS.

Maint home a eſſillié & torné à ſervage,
Et mis par povreté mainte feme au putage.

Le Roman d'Amile & d'Amy MS.

A mal putaige ſoit li ſiens cors livrez.

Le Roman du Renard MS.

Grant deshonnour & grant hontage,
Fiſtes vous, & grant putage, &c.

Libertates villæ de la *Perouſe* an. 1260. apud Thomaſſerium p. 100. *Si fem mariée commaner venact à la Pacroſe par putage, hom qui n'auroit feme qui gueraet ob li, n'en eſt tengut vers le Segnor. Pute*, pro *Putain*: ut *putta* & *putana*, apud Italos, de qua voce Acarisius. *Le Roman de Garin:*

Or m'avez vos leſdengiée vilment,
Et clamé pute, voiant toute la gent.

Vetus Carmen MS. de Inventione S. Crucis:

Avogle & de pute orine.

id eſt, cæcus, & nothæ originis.

Putena, Meretrix, ex Gallico *Putain*, ſeu ut Belgæ noſtri efferunt, *Putaine.* Ordericus Vital. lib. 12. *Caſtrum condere cœpit, quod Mataputenam, id eſt devincens meretricem, pro deſpectu Hadwiſſæ Comitiſſæ nuncupavit.*

Puteum, idem quod *Putagium.* Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Eia nunc noſtra Scottum reſonate camœnæ
Naufragium paſſum conjugis ob puteum.

Jam verò quæ ſit vocis origo, indicat Scaliger ad Catalecta Virgilii, à voce nempe *Putus*, quæ parvulum, aut puerum ſonat. Gloſſ. Lat. Gr. *Putus*, μικρός. *Puti*, μικροί. Hodie etiamnum Itali *Putto*, puerulum vocant, unde noſtrum *Petit*, detorto vocabulo à *Putito.* Primum igitur *Putæ* dictæ puellæ, poſtmodum ad laſcivientes deducta vox, quod in voce, *Garce*, accidit. Vide *Mataro.*

PUTATIVUS, Exiſtimatus, Gall. *Putatif. Pater pueri putativus*, apud Bromptonum p. 909. qui pater eſſe putabatur. Hiſtoria Miſcella in Rhinothmeto an. 6. *Et ita per putativa rationis obtentum pacem diſſolveret.* Ubi Theophani *Putativus*, eſt δοκήματος. In eadem Hiſt. *Putativa correctiones*, Theophani τὰ δοκοῦντα ἐπανορθώματα. Egil in Vita S. Sturmii Abbat. Fuldenſis in prologo: *En habes quod poſcebas putativum nomini tuo dicatum, tibique tuendum relictum.* Nempe librum Vitæ S. Sturmii.

PUTINA, *Puteum.* Vide *Putagium.*

PUTEULANUS. Dudo lib. 3. de Morib. Norm. p. 105. deſcribens inſulam in fluvio Somona in Picardia: *Eſt namque ibi inſula puteulano exæſtuantis Somenæ gurgite hinc inde & altrinſecus circundata.* Ubi legendum Puteolano: quippe arenam intelligit, ſeu *Puteolanum pulverem*, de quo diximus ad Alexiadem p. 267. Papias, *Pulvis Puteolanus, in Puteolanis collibus Italiæ colligitur, opponiturque ad ſuſtinenda maria, fluctuſque frangendos: nam merſus in aquis fit lapis.*

PUTEUS, in templis & ædibus ſacris. Abbo Floriacenſis lib. 2. de bellis Pariſiacis puteum in Capella S. Germani (Pratenſi) fuiſſe innuit, cujus aquæ ægrotantibus vice medicinæ erant:

Cujus adaccubitat puteus veſtigia; cujus
Qui potabit aquas, extemplo febre laborans
Auxilio ſancti fidens capiet medicinam.

Ex Codice Middoth Thalmudi Babylonici cap. 5. ſect. 3. obſervare eſt in Templo Hieroſolymitano puteum extitiſſe, qui aquas toti atrio ſuppeditabat. Theophanes puteos, φρέατα, vocat aquarum benedictarum receptacula & fontes perennes in templorum atriis, p. 38.

In puteum abjici, in Lege Salica tit. 43. Vide Gregorium Turon. lib. 3. Hiſt. cap. 6. lib. 7. cap. 23.

PUTHEUS, Puteus. Charta Italica an. 1345. *Item teneatur Poteſtas facere ſementiari ſeu purgari putheos dictæ villæ.* Infra: *Si quis laverit pannos ad putheos, ſive ad fontes per medium trabuchum, ſolvat pro banno denar. 6.*

PUTIATORIUM, Hauritorium, Salinarium, *Puiſoir*, noſtris, unde aqua ſalaria hauritur, extrahitur: vox orta à *puteus.* Geſta Epiſcoporum Saltzburgenſium apud Caniſium p. 485. 487. *Dedit tertiam partem de putiatorio quod vulgò dicitur Galgo.* Rurſum: *Simulque & tradidit jam dictus Dux in eodem pago in loco qui vocatur ſalinas, fornaces 20. & totidem patellas, & tertiam partem de putiatorio ibidem conceſſit, quod barbaricè dicitur Galgo.* Eſt autem Theutonibus *Galg*, vel *Galgbrun*, puteus. Charta Adivaldi Regis Longobard. in Bulla-

rio Caſinenſi to. 2. p. 2. *Præter tantùm medietatem pu-* *tei, quod idem genitor noſter Sundarit veneranda me-* *moria conceſſit, vel ligna ad ſales coquendos*, &c.

PUTOSIUS. Vide *Putacius*.

PUTRILAGO, pro *Putredo*, crebrò occurrit apud inter- pretem S. Antiochi. Homil. 44. *Corpus ipſa dira pu-* *trilagine depaſcitur.* Hom. 38. *Pro manna reportarunt* *vermes, iique in putrilaginem ſunt verſi.* Adde Homil. 106.

PUTURA. Fleta lib. 2. c. 73. §. 6. *Ne (equi) per ne-* *gligentiam, vel pigritiem, de debitis, puturis & praben-* *dis ſuis quicquam amittant.* Vetus Charta ſub. Edw. I. apud Spelmannum: *Rex mandat Baronibus quod al-* *locent Roberto de Chadeworth Vicecomiti Lincolnienſi lib.* *6. ſol. 7. quos per præceptum Regis liberavit Joanni de* *Bellovento pro putura 7. leporariorum, & trium alena-* *cerarium, & pro vadiis unius Bracenarii à die S. Joan.* *Bapt. uſque ad vigil. S. Mich. proximè ſequentem,* *utroque die computato, videlicet pro putura cujuſlibet* *leporarii & falconis per diem 1. d. ob. & pro vadiis præ-* *dicti Bracenarii per diem 2. d.* Placita Coronæ ſub eo- dem Edw. an. 21. *In libertate de Knareſburg præſenta-* *tur quod parcarii Comitis Cornubiæ percipient puturam* *ſuam, videlicet bis comedendo in die, vel capiendo pro* *putura ſua 2. den. de omnibus tenentibus in diverſis vil-* *lis ibidem nominatis, & ſic ſolebat: ſed nunc fecit dictus* *Comes ipſas villatas ſolvere 3. d. pro putura.* Vide *Pre-* *caria magna.*

Putura. Willelmus Thorn an. 1267. *Comparavit etiam* *puturam pulpiti in Eccleſia, & gabuli in refectorio.* Ubi *puturam* trabem interpretatur, ex Gallico *Poutre*.

PYLE. Vide *Pilatus*.

PYRALE, Hypocauſtum conventuale, *Eſtuve*, in quo Capitulum celebrabatur: unde flagellum *diſciplinarum* in eo appenſum obſervat Eckehardus junior de Caſi- bus S. Galli cap. 3. *Rapto flagello fratrum quod pendet* *in pyrali, deforis accurre.* Cap. 10. *Quidam ipſorum* *re agnita, rapto de pyrali flagello, ſceleſtum illum in-* *currens, clamitat, & niſi animis ſaniores ei erecto ad* *illum brachio occurriſſent, grandes incuſſiſſet.* Cap. 11. *Veniunt in pyrale, & inde in lavatorium, nec non &* *proximum pyrali ſcriptorium: & has tres regulariſſimas* *præ omnibus quas unquam viderint, aſſerebant eſſe offi-* *cinas.* Cap. 16. *Ille ad columnam pyralis ligatus acerri-* *mè virgis cæditur.* Vide *Gynecæum*.

PYRAPTARE, In mari prædari, Gallis, *Pirater*. Oc- currit apud Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 2.

PYRASTERIUM. Vide *Periſterium*.

PYRITEGIUM. Vide *Ignitegium*.

PYROCARÆ, Mulieres quæ caſtitatem & celibatum profitebantur, quas ſua ætate, in Italia nempe, exortas teſtatur Joannes de Deo Doctor Bononienſis in Pœni- tentiario nuper edito à v. cl. Jacobo Petito lib. 11. c. 13. & quem ille conſcripſit an. 1247. ubi de pœnitentiis mulierum: *Si autem fuerint Pyrocaræ, quæ de pulvere* *nuperrime ſurrexerunt, gravabis eas jejuniis & oratio-* *nibus, injungens eiſdem, ut non de cætero ſub ſpecie pie-* *tatis (&) religionis impietatem pallient, ſed viros acci-* *piant, ſi votum ſolemniter non fecerint, vel caſtitatem* *ſervent quam Deo promiſerunt.* Ejuſmodi fuere *Beghi-* *næ* noſtrates.

PYRRIRA, Petraria, ex Gallico *Perriere*, Machina belli- ca. Galbertus in vita Caroli Com. Flandr. n. 191. *Addu-* *cens inſtrumenta jactatoria, magnellam, & pyrrira,* *qui dejiceret domum præfatam.* Vide *Petraria*.

PYXIS, in qua reponuntur hoſtiæ conſecratæ ad Viati- cum: Πυξίον, Pachymeri lib. 7. c. 15. 28. Leo IV. PP. de Cura Paſtorali: *Super altare nihil ponatur, niſi ca-* *pſa cum reliquiis ſanctorum, — aut pyxis cum corpore* *Domini ad Viaticum pro infirmis.* Vide Capitula Hinc- mari de Reb. Magiſtri & Decani cap. 8. Quippe ſuſ- penſa imminebat altari. Hugo Flaviniac. p. 166. *Py-* *xidem 1. de onychino in qua ſervaretur Corpus dominicum* *dependens ſuper altare.* Gervaſius Dorobern. in De- ſcript. Eccleſiæ Cantuarienſis: *Suſcepit à Monacho* *quodam pyxidem cum Euchariſtia, quæ deſuper majus al-* *tare pendere ſolebat.* Rogerus Hovedenus p. 486. *Ce-* *cidit etiam ſuper altare pyxis, cui corpus Chriſti inerat,* *abrupto vinculo.* Id pluribus docuimus in Deſcriptione ædis Sophianæ n. 63. Pœnitentiale MS. Thuanum: *Omnis Preſbyter habeat pyxidem, aut vas tanto Sacra-* *mento dignum, ubi Corpus Dominicum diligenter reconda-* *tur ad Viaticum recedentibus à ſæculo: quæ ſacra oblatio* *intincta debet eſſe in ſanguine Chriſti, ut veraciter poſſit* *Preſbyter dicere infirmo, Corpus & ſanguis Domini noſtri Je-* *ſu Chriſti proficiat tibi ad ſalutem animæ & corporis.* Ec- kehardus junior de Caſib. S. Galli c. 1. *Pyxide Com-* *munionis aperta fletu perfuſos communicavit.* Conradus in Chronico Moguntino: *Pyxis argentea ad hoſtias de-* *putata.* Chron. Caſin. lib. 3. c. ult. *Pyxis aurea cum* *ſmaltis pro corpore Domini.* *Pyxides* autem in quibus ſacra Euchariſtia infirmis defertur, ex ebore, ſeu *ebur-* *neæ* eſſe jubentur, *propter caſum*, in Statutis Synodali- bus Odonis Epiſc. Pariſ. c. 5. n. 5. & c. ult. n. 35. Adde Synodum Eboracenſem an. 1195. c. 1. Wigornienſem an. 1240. c. 1. & Exonienſem an. 1287. c. 4. 12.

Pyxides reliquiariæ. Leo Oſt. lib. 3. c. 30. *In arcis py-* *xidulis reliquiæ ſanctorum — recondita ſunt.*

Pyxis, Theſaurus, fiſcus publicus, locus ubi aſſervan- tur pecuniæ publicæ: vulgò la *Boete*. Charta Ricar- di Regis Angl. apud Sammarthanos in Archiep. Tu- ron. *Concedimus etiam — domui de la Haia alios duos* *ſolidos in puram & perpetuam eleemoſynam in pixyde* *Andegavenſi percipiendos.*

Pyxis Lombardorum. Tabular. Memorialium Cameræ Comput. Pariſ. ſignatum C. fol. 190. *Die 4. Nov.* *1357. ad burellum præſentibus Antonio Guete & Joanne* *Ballet Theſaur. Franciſcus Maliſardi de Luca commo-* *rans Pariſiis tradidit unum denarium Dei de primo dicto* *ad incheriam conſuetam ſupra firmam pyxidis Lom-* *bardorum & pertinentiarum ſuarum pro duobus annis,* &c.

Q.

Q Litera numeralis, quæ 500. denotat, unde verſus:

Q. velut A. cum D. quingentos vult retinere.

Ita etiam Notæ numerorum antiquæ. At apud Ugutionem hæc litera eundem numerum quem P. dicitur conficere, hoc eſt 400.

Quod Q. hic ſequitur numerum ſimilem retinendo.

Eidem literæ ſi recta linea ſuperaddatur, 500. millia ſignificat.

Q. inquit Notkerus Balbulus opuſc. *Quid ſingulæ literæ ſignificent in ſuperſcript. cantilena; In ſignificationibus notarum cur quæratur? cùm etiam in verbis ad nihil aliud ſcribatur, niſi ut ſequens V. vim ſuam amittere queratur.* Vide A.

QUACHETUS, Panis ſpecies, in Itinere Camerarii Scotiæ c. 9. §. 4.

QUADABLUM. Jura & Conſuetudines Normanniæ cap. 85. *Si verò querelatus de lege, quam vadiavit, inciderit, debet maleficium tam læſo quàm Curia emendare: de percuſſione palmæ per quinque ſolidos: de pugni percuſſione per 12 denarios: de proſtratione ad terram, quæ quadablum dicitur, per 18. ſolidos.* Ubi vetus Conſuetudo Norman. *De abateure à terre, que l'on appelle acabler, 18. ſols.* Vide *Cabulum*.

QUADEREL, pellis ſpecies, Belgis. Theloneum Monaſterii S. Bertini: *De dorina de Cordwan, 2. den. de quaderel, 1. den. de centum pellium agnorum, 2. den.*

QUADRA. Gloſſ. Gr. Lat. κόδρα Codra, quadra. Idem: τετράγωνος, *Quadrus, quadra, quadratus.* Maximè de *quadra panis* apud Monachos ſumitur. S. Auguſtinus contra Epiſt. Manichæi c. 21. *Unus panis — in quadras quatuor decuſſatim formetur. Per quadras panes partiri*, apud Gregorium M. lib. 1. dialog. cap. 11. Petrus Damian. in Vita S. Romualdi c. 3. n. 14. *Fragilitati piè compatiens, conſueta menſuræ quadram paximatii ſuperaddidit.* Jo. Laudenſis in Vita ejuſdem Petri Damiani n. 24. *Sola panis quadra cum crudis oleribus cœnanti apponitur.* Adde Regulam Magiſtri cap. 17. 26. 53. Vineam Benedictinam c. 6. & quæ notavit Haëftenus lib. 10 Diſq. Monaſt. tract. 3. diſq. 4.

QUADRAGESIMA, Græcis Τεσσαρακοστὴ, Chriſtianis, jejunium dicitur 40. dierum ante Paſcha, inſtitutum ad Chriſti imitationem, qui totos 40. dies ſine cibo & potu jejunavit, ut eſt Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. De hujus autem origine, ac varia apud nationes Chriſtianas obſervatione, multa multi dixerunt, atque in iis Baronius an. 57. n. 194. & ſeqq. Menardus ad lib. Sacrament. Greg. M. p. 52. Fr. Scorſus ad homil. 15. Theophan. Ceramei, Jo. Fileſacus in lib. de Quadrageſima, v. cl. Jo. Bapt. Cotelerius ad lib. 5 Conſtit. Apoſt. p. 243. 244. & alibi, Haëftenus lib. 10. Diſq. Mon. tract. 1. diſq. 1. §. 3. tract 10. diſq. 2. 3. 4. 5. &c.

Quadrageſimas tres obſervabant Latini, *Majorem* ſcilicet ante Paſcha, alteram ante *Natale Domini*, quæ communiter vocabatur *S. Martini*, & durabat uſque ad Natale, tertiam 40 dierum ante feſtum B. Joannis Baptiſtæ. Sed hæ duæ poſteriores propter hominum fragilitatem ad unam ſunt redactæ: & iterum illæ diviſæ ſunt in tres hebdomadas Adventus, & tres ante Nativitatem S. Joannis, in quibus eſt jejunandum & abſtinendum à nuptiis. Hæc Durandus lib. 1. Ration. c. 9. n. 8. l. 7. c. 14. n. 9. Capitula Caroli M. lib. 6. c. 184. *Iterum admonemus Sacerdotes ut jejunia tria legitima in anno agantur, id eſt 40. dies ante Nativitatem Domini, & 40. ante Paſcha, ubi decimas anni ſolvimus, & poſt Pentecoſten 40. dies.* Ubi quæ *legitima jejunia* hîc, in Capitulari 1. Caroli M. incerti anni c. 23. *Eccleſiaſtica* dicuntur. Harum trium Quadrageſimarum mentio eſt præterea in Concilio Eliberitano apud Ivonem part. 15. c. 163. in Canonib. Hibern. lib. 44. c. 11. in Pœnitentiali Theodori c. 32. apud Crodogandum Metenſem Epiſc. in Regula Canonicorum cap. 32. Burchardum lib. 9. c. 4. in Concilio Triburienſi an. 895 c. 58. Selegunſtadienſi an. 1022. c. 1 &c. Quarum quidem inſtitutum inde profluxiſſe viri docti exiſtimant, quod ex pœnitentibus uno anno jejunandæ indici ſolerent, ex Burchardo lib. 19. cap. 5. ubi varios dandæ pœnitentibus ſatisfactionis modos enumerat: *Per ſingulos annos quatuor qui remanent (ex ſeptenni pœnitentia) tres quadrageſimas per legitimas ferias debes jejunare, primam ante Paſcha cum cæteris Chriſtianis: alteram ante Nativitatem S. Johannis Baptiſtæ, & ſi quid remanet poſt adimpleas: tertiam ante Nativitatem Domini, à vino, à medone, mellita cerviſia, à carne, ſagimine, & à caſeo, & à pinguibus piſcibus.* Totidem habentur in Pœnitentiali MS. Thuano. Adde eundem Burchardum cap. 9. & 10. & & Ivonem part 15. c. 189. 190.

Quadrageſima S. Martini, incipiebat ab Octavis omnium Sanctorum. Alexander III. PP. Epiſt. 114. ex Franciſcis to. 4. Hiſt. Franc. *Nos eandem relaxationem taliter duximus diſtinguendam, ſcilicet ut in Quadrageſima, quæ dicitur B. Martini, uſque ad Adventum Domini, in ſexta feria uno ferculo piſcium, & vino temperatè ſumpto utaris.* Mox: *Noverit autem Regia Sublimitas, Quadrageſimam ab Octavis omnium Sanctorum, & non antea inchoari.* Occurrit præterea mentio *Quadrageſimæ S. Martini*, in Charta Aiſtulfi Regis Longob. an. 753. pro Eccleſia Mutinenſi apud Ughellum to. 2. p. 109. in Regula Clariſſarum, in Regula Tertiariorum cap. 5. 8. in Regula Monialium Damianitarum cap. 5. &c. in quibus quidem Regulis, duarum tantùm Quadrageſimarum mentio fit, *Majoris* ſcilicet, & *S. Martini*: quæ intelligi ſemper debent apud ſcriptores, cùm de binis tantùm Quadrageſimis agunt, ut apud Petrum Damianum in Vita S. Romualdi c. 3. n. 15. *Exceptis ſcilicet duabus anni quadrageſimis*, &c. Idem lib. 6. Epiſt. 32. *Ut vinum utroque quadrageſimali tempore non bibatur, non piſcis edatur*, &c. Epiſt. 34. *In duabus autem quadrageſimis, quæ videlicet Natalem Domini, vel ſacroſanctum Paſcha præcedunt*, &c. Joannes Abbas S. Arnulphi Metenſis in Vita B. Joannis Abbatis Gorzienſis cap. 10. n. 39. *Itaque regulam tolerabiliorem aſſumpſit, ut duas tantum quadrageſimas in anno perageret, unam ante Nativitatem, alteram ante Paſcha, priorem quidem Idibus Septembris, cùm nona hora fratres prandium repetunt, incipiens: ſequentem mox ab octavis Epiphaniæ*, &c. Egbertus de Eccleſiaſtica inſtitutione p. 113. *Quod & gens Anglorum ſemper in plena hebdomada ante Natale Domini conſuevit, non ſolùm quarta & ſexta feria, & Sabbato, ſed & inges duodecim dies in jejuniis & vigiliis, & orationibus, & eleemoſynarum largitionibus, & in Monaſteriis & in plebibus ante Natale Domini quaſi legitimum jejunium exercuiſſe perhibetur.* Quadrageſimæ ante Nativitatem Domini meminit præterea idem Petrus Da-

mian. lib. 3. Epiſt. 10. de qua agit etiam Rabanus lib. 2. de Inſtit. Cleric. c. 22. Chrodegangus in Regula Canonicorum Metenſium cap. 20. Adde Concilium Matiſconenſe I. c. 9. & Oxonienſe an. 1222. c. 8.

Quadrageſimæ quatuor obſervatæ ſunt à Græcis, pri-ma *Major*, ante Paſcha: ſecunda *Apoſtolorum:* tertia *Aſ-ſumptionis Deiparæ* : quarta *Nativitatis Domini.* Pri-mam à feria 2. Sexageſimæ incipiunt : ſecundam à 1. die poſt Dominicam primam Pentecoſtes : tertiam à Kal. Auguſti: quartam à quadrageſimo ante Nativitatem die. Jejunia in hiſce quadrageſimis ab iis ſic exiguntur. In Majori Quadrageſima, à feria 2. Sexageſimæ uſque ad Dominicam Quinquageſimæ, à carnibus abſtinent: ovis tamen & lacticiniis veſcuntur, vinumque bibunt. A 2. feria Quinquageſimæ uſque ad Paſcha, abſtinent non ſolùm à carnibus & lacticiniis, ſed etiam à piſcibus, quia ſanguinem & carnem habere dicunt; ovis tamen piſcium, ſquillis, limacibus, cancris veſcuntur, vinumque bibunt, unica in die refectione contenti. In jejunio Apoſtolo-rum, ut etiam in aliis, vinum bibunt, piſceſque, & bis in die, comedunt. In jejunio Aſſumptionis, bis quidem in die comedunt, non tamen piſces, præterquam in feſto Transfigurationis. Jejunium Nativitatis ſervatur ut Apo-ſtolorum : ſed in vigilia Nativitatis, fit ut in Majori Quadrageſima. Vide Scaligerum lib. 7. de Emendat. temp. p. 697. Chriſtophorum Angelum de Hodierno ſtatu Græcorum cap. 4. 5. 6. 7. virum doctiſſimum Jo. Bapt. Cotelerium in Notis ad lib. 5. Conſtit. Apoſt. p. 254. Nomocanonem ab eo editum to. 1. Monumen-tor. Eccleſiæ Græcæ c. 426. 429. 430. 431. 432. 433. 434. & al. Ut porrò Majorem Quadrageſimam obſer-vent, pluribus etiam tradit Ratramnus lib. 4. contra Græcos cap. 4.

Quatuor Græcorum Quadrageſimis quintam addide-runt Jacobitæ, ſive Suriani, Quadrageſimam ſcilicet Ni-nives. Primam ante Paſcha obſervant ut Græci : ſecun-dam Apoſtolorum à 1. die poſt feſtum Pentecoſtes auſpi-cantur : tertiam à 14. die ante Aſſumptionem : quartam à 25. die ante Nativitatem Chriſti : quinta Ninives vel Jonæ eſt trium dierum, eamque celebrant in hebdomada ante Septuageſimam, feriâ 2. 3. & quartâ, in memoriam pœnitentiæ Ninivitarum. In Majori Quadrageſima je-junant ut Græci : in ſecunda bis in die, & piſces come-dunt. Ita in tertia, & quarta. Quintam Ninives obſer-vant ut Majorem.

Chaldæi ſeu Neſtoriani totidem ac Jacobitæ Quadra-geſimas obſervant. Primam & Majorem ante Paſcha in-cipiunt Dominicâ Quinquageſimæ: ſecundam, quæ eſt SS. Apoſtolorum, auſpicantur à feria 2. poſt primam Do-minicam Pentecoſtes : tertiam Aſſumptionis à 1. Augu-ſti : quartam Nativitatis Chriſti à 25. die ante feſtum : quintam exigunt ut Jacobitæ. In prima non piſces come-dunt, nec vinum bibunt. In ſecunda Sabbatho ac Do-minicis non jejunant, in quibus carnes edunt, & vinum bibunt. In tertia nec lacticinia, nec carnes comedunt, excepto feſto Transfigurationis. Quartam & quintam obſervant ut tertiam.

Quadrageſimas Maronitæ ſex olim obſervabant : pri-mam & Majorem ante Paſcha : ſecundam ſanctorum Apoſtolorum : tertiam Aſſumptionis Deiparæ : quartam Exaltationis S. Crucis : quintam Nativitatis Domini : ſextam denique Ninives, vel Jonæ. Quadrageſimam Paſchalem auſpicabantur ab hebdomada Sexageſimæ : ſecundam à feria 2. poſt Dominicam Trinitatis, uſque ad feſtum Petri & Pauli : tertia erat dierum 14. ante fe-ſtum Aſſumptionis : quarta unius hebdomadæ : quinta 40. dierum ante Nativitatem : ſexta denique trium die-rum in hebdomada ante Septuageſimam. Quod ad jeju-nium in hiſce Quadrageſimis ſpectat, primò eâ hebdo-madâ quæ Quadrageſimam Majorem præcedit, id eſt Sexageſimæ, à carnibus abſtinebant, reliquis cibis & vi-no utentes uſque ad feriam 2. Quinquageſimæ. Ab iſta feria uſque ad Paſcha, non carnes, non ova, aut lactici-nia, aut piſces manducabant, nec vinum bibebant. In ſecunda Quadrageſima carnibus, ovis, & lacticiniis ab-ſtinebant, piſces tamen & alia comedebant, & vinum bi-bebant, ante meridiem non comedebant, ſed bis in die cibum ſumebant. Idem obſervabant in jejuniis Aſſum-ptionis, S. Crucis, & Nativitatis. Jejunium Ninives ſi-mile erat jejunio majoris Quadrageſimæ. Hodie ex quo plerique è Maronitis Eccleſiam Romanam agnoſcunt, præſcripta ab ea jejunia tantùm obſervant.

Armeni octo obſervant jejunia, quæ Quadrageſimas appellant, quod in ipſis quadrageſimalibus veſcantur ci-bis. Primum dicitur Adæ & Jonæ, quod eſt 5. dierum, duabus hebdomadis ante ſolennem Paſchatis Quadrage-ſimam. Id ſe facere aiunt in memoriam jejunii Adæ poſt-quàm è Paradiſo ejectus eſt. Secundum eſt commune omnibus Chriſtianis ante Paſcha, quod auſpicantur fe-ria 2. poſt Dominicam Quinquageſimæ. Tertium eſt 9. dierum ante feſtum Pentecoſtes, hoc eſt ab Aſcenſione Domini. Quartum dicitur Eliæ, incipitque feriâ 2. poſt Pentecoſten, & protrahitur uſque ad 50. dies. Quin-tum eſt unius hebdomadæ ante Aſſumptionem Deiparæ. Septimum eſt hebdomadæ poſt Inventionem S. Cru-cis. Octavum eſt 7. hebdomadarum ante Natalem Do-mini. De jejuniorum ratione plura Quareſmius cap. 58. Fileſacus de Quadrageſima c. 9. Vide Synodum Trul-lanam can. 56.

De Quadrageſimis Moſcorum & Ruthenorum, agit Fileſacus lib. de Quadrageſima cap. 10. de Æthiopum, cap. ſeq.

Quadrageſima S. Theodori. Humbertus Silvæ candi-dæ contra Nicetam Pectoratum : *Nos Quadrageſimam unius ſeptimanæ, quam dicitis ſancti Theodori, neſcien-tes, ſolam Quadrageſimam Dom. noſtri Ieſu Chriſti 40. diebus diligenter obſervare contendimus.*

Quadrageſimarum pœnitentia pœnitentibus variè pro criminum enormitate indicta. *Ad quinque, ſex, 12. &c. quadrageſimarum ſine ſubditis annis pœnitentiam dam-nari.* in Concilio apud Theodonis villam an. 821. c. 1. 2. 4. Ibidem : *Si autem mortuus fuerit, ſingulas ſex quadrageſimas cum ſequentibus annis pœniteat.* Ibid. cap. 3. *Si quis presbyterum — vulneraverit & convaluerit, 12. quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat. Tribus quadrageſimis per tres annos agere pœnitentiam*, in Con-cilio Remenſi incerti loci an. 923. Adde Concilium Tri-burienſe an. 895. c. 58. Vide *Carena.*

Quadrageſima Aſcenſionis. Liberatus Diacon. cap. 10. *Qui cum aſcendiſſent Antiochiam, eos Ibas excommuni-cavit, ſed ſuperveniente feſtivitate quadrageſimæ Aſ-cenſionis juſſi ſunt à domino excommunicatione abſolvi,* &c. Ubi v. cl. Joannes Garnerius : *Aſcenſionis,* ἀναστάσεως, non ἀναλήψεως, *id eſt Reſurrectionis è ſepulchro, non item Aſcenſionis in cœlum, ex Theodorito Epiſt.* 87.

Per Quadrageſimales dies *à pugna* ſeu præliis abſti-nuiſſe Normannos noſtros Italicos obſervare eſt ex Gre-gorio VII. PP. lib. 9. Epiſt. 4.

Quadrageſima intrans. Vide *Carementrannus.*

Quadrageſima, Spatium 40. dierum, intra quod vaſallus qui contra dominum deliquerat, damnum reſarcire te-nebatur, quo elapſo, ſi non ſatisfeciſſet, poterat domi-nus feudum ipſius ſibi aſſerere. Vide Foros Bigorrenſes art. 6. Interdum duæ hoc caſu quadrageſimæ concede-bantur. Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. c. 41. *Etſi Walterus contra te peccaverit, & ni infra duas quadra-geſimas emendaverit, ex parte noſtri contra te adjuto-rium non habebit.* Adde cap. 42. & Notas noſtras ad Alexiadem Annææ p. 398. 399.

Quadrageſima reddituum Eccleſiaſticorum indicta in Ter-ræ Sanctæ ſubſidium ab Innocentio III. PP. Habetur Epiſtola ad id conſcripta in ejus geſtis p. 73. 74.

QUADRAGESIMALE, Eleemoſyna quæ quadrageſimali tempore fieri ſolebat. Charta Caroli C. pro Eccleſia S. Quintini, apud Hemereum : *Pariterque — uſque ad 12. pauperes ſuſcipiantur, quibus quotidie in eorum ali-mentis panis unicuique tribuatur unus, cum quo tribus*

hebdomada diebus caro: reliquis autem tribus quadrageſimale in Cœna Domini 12. ibidem pauperes ſuſcipiantur, &c.

QUADRAGESIMALES *cibi*; quibus in quadrageſimali jejunio uti ſolemus, in Concilio Aurelian. I. c. 27.

QUADRAGINTARIÆ. Charta Philippi I. Regis Franc. pro Monaſterio B. Dionyſii Remenſis, ex Tabulario ejuſdem Eccleſiæ: *Beneficium quod Oblatrices tenebant, quas Quadragintarias vocabant, quia non ſatis convenienter vivebant, viſum eſt Archiepiſcopo ut melius ordinaretur. Dedit igitur iſti loco.* &c.

QUADRAMEN. Odo Cluniacenſis in Vita S. Geraldi lib. 2. cap. 4. *Parietes nihilominus in altum porrecti, quadram num compages ſubitò diſſuta corruerunt.*

QUADRANNUS, Quadrans, monetæ ſpecies. Tabularium Monaſterii S. Andreæ Viennenſis: *Vobis impignoravimus pro ſolid. unius quadrannos duos de moneta decima,* &c.

QUADRANS, Monetæ minutioris ſpecies apud Anglos, pars quarta denarii. Matthæus Weſtmon. an. 1279. *Qui a denarius findi in duas partes pro obolis, & in quatuor partes pro quadrantibus conſuevit: ordinatum fuit ad tollendam occaſionem defalcationis monetæ, quod rotundi eſſent denarii, oboli, & quadrantes.* Adde Walſinghamum an. 1280. Knyghtonem p. 2678. Iter Camerarii Scotiæ cap. 9. §. 2. 3. &c. Vide Scaligerum & alios de re nummaria ſcriptores.

Quadrans terræ, Modus agri, in Charta Kanuti Regis Daniæ an. 1184. apud Stephanium in Prolegomenis ad Hiſt. Saxonis Grammatici p. 17.

QUADRANTALE, *Amphora, menſura.* Papias.

QUADRAPOLA, ſeu Veſtes *quadrapola.* Anaſtaſius Biblioth. in Vitis PP. p. 108. *Fecit majores argenteas cortinas miræ magnitudinis de palliis Stauracin, ſeu quadrapolis.* Infra: *Aliam cortinam majorem fecit ex palliis quadrapolis.* P. 110. *Veſtem ſuper altare ejuſdem Eccleſiæ de quadrapolis faciens obtulit.* Ita p. 129. 135. 139. 140. 142. 143. 144. 151. 152. 154. 163. ubi *quadrapolas veſtes* appellari cenſet Bulengerus, quarum quatuor anguli auro texti ſunt aut ſerico, vel tabulis auro clavatis, ut *octapulas*, octo angulis auro aut ſerico intextas. Nec diſſentit Ludovicus de la Cerda in Adverſar. ſacris c. 51. n. 13. Sed videat lector an hæc arrideat ſententia, mihi certè non placet. Vide *Octapulum.*

QUADRARIA, Lapidicina, unde quadrati lapides eruuntur, *Carriere.* Sugerius lib. de Conſecratione Eccleſiæ S. Dionyſii: *Locus quippe quadrariæ admirabilis prope Pontiſaram — vallem profundam non natura, ſed induſtria concavam, molarum caſoribus ſui quæſtum ab antiquo offerebat.* Utitur ibidem paulò antè. Occurrit etiam in Monaſtico Anglic. to. 2. pag. 133. Vide *Carraria.*

Quatraria, eadem notione in Charta Odonis Dom. Hamenſis an. 1232.

QUADRATARII, *quos Græco vocabulo* λιθοξόους *appellant,* ut eſt in l. 1. Cod. de Excuſat. artif. *Lapidicidæ & Quadratarii,* apud Sidonium lib. 3. Epiſt. 12. à quadratis lapidibus, quos in quadrum expoliunt. *Quadratum ſaxum*, apud Livium lib. 6. & Vitruvium lib. 4. c. 4. *Lapis quadratus*, apud Plinium Epiſt. 254. lapis nempe cæſus paribus angulis, licèt non paribus lateribus, ait Philander. *Saxorum quadratarii*, apud Caſſiodorum in Pſalm. 125. Gloſſæ veteres: ψηφωτής, *Quadratarius.* Sed præſertim ita videntur appellati, qui lapillis quadratis & variæ commiſſuræ pavimenta ſternunt. Leo Oſt. lib. 3. c. 29. *Artifices deſtinat peritos in arte muſaria & quadratura, ex quibus videlicet alii abſidam & arcum atque veſtibulum majoris Baſilicæ muſivo comerent, alii verò totius Eccleſiæ pavimentum diverſorum lapidum varietate conſternerent. Artis quadratariæ* mentio præterea habetur in Paſſione SS. Coronatorum, & in fragmento vetuſti lapidis Romæ in æde S. Hagnes.

QUADRATURA. Vide *Branca.*

QUADRELLI, *Quarelli*, Tela baliſtarum, brevia, ſpiſſiora, & formâ quadratâ, unde nomen noſtris *Quarreaux. Quadrelli*, Danti & Petrarchæ. Anna Comnena lib. 10. pag. 291. de quadrellis: τὰ εἴδη βραχύτατα μὲν τῷ μήκει, παχύτατα δὲ, καὶ σιδήρῳ ἀξιόμαχον βάρος σιδήρου λαμβάνοντα. Will. Brito lib. 2. Philipp.

Nec tamen interea ceſſat baliſta, vel arcus,
Quadrellos hæc multiplicat, plures ille ſagittas.

Idem lib. 7.

Transmiſſo cadit in tempus per utrumque quadrello.

Adde lib. 3. p. 130. & Guill. de Podio-Laurentii c. 37.

Quarellus, eadem notione occurrit apud Rigordum an. 1190. 1199. Matth. Paris pag. 592. &c.

Cairellus, in Charta an. 1242. in v. *Carcaiſum*, & in alia an. 1248. apud Sammarthanos in Epiſcopis Aptenſibus, & alia apud Ughellum to. 4. pag. 289.

Quadrilus. Lambertus Ardenſis pag. 117. *Eorum baliſtarii mortiferas pluunt in eos quadrilos & ſagittas.*

Quadrum. Sugerius in Ludovico VI. p. 317. *Baliſtarii quadro — eſt oculo privatus. Quarel*, & *quarriau*, noſtris olim. *Le Roman de Garin:*

Volent pilet plus que pluie par prés,
Et les ſajettes, & carriax empenez.

Willelmus Guiart an. 1214.

A tant tendent de tous coſtez
Aus Arbaleſtes devaler,
Et puis laiſſent quarriaus aler.

Idem in S. Ludovico:

Meſſire Alphonſe un jour ataigneut;
Qui armez ert de ſon atour,
D'un quarrel d'arbaleſte à tour.

Idem voci *Garrot* etymon adſcribit Falcetus, de quâ idem Guiartus an. 1304.

Quarriaus traient au cliqueter,
Et font l'eſpringale geter,
Li garros qui lors de là iſt,
Les plus viguereus eſbahiſt.

Infra:

Et font geter leurs eſpringales,
Cà & là ſoment li clarrain.
Li garrot empené d'arain
Leſſent leur liens de ce me vent,
Pluſtoſt que tempeſte ne vent.

Eodem anno:

Eſpringales font leur ſerviſe,
Dont li garrot en maint lieu faillent:

Infra:

A celes envahies males,
Et meſtre bons deus eſpringalles,
Tres bien getant en eſt chaſcune,
Un garrot eſt failli de l'une.

Ibidem:

Li garrot le chaſtel treſperce.

Rurſum:

Li enging tout ſeul demourerent,
Qui pierres & garros getoient.

QUADRELLUS, Modus agri minutior. Hariulfus lib. 3. cap. 16. *In pago Belloacenſi, in villa quæ dicitur Vallis, ſeticum indominicatum habentem quadrellos 130. — de prato bunnaria 2. & quadrellos 48. & de ſilva bunnaria 20. & de conciſo bunnaria 5. & quadrellos 2. & de mariſco quadrellos 110.*

Quarrellus, eadem notione. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 4 Id. Jun. *Item tria quarteria cum 4. quarrellis terræ.* Infra: *Quinque quarteria minus 5. quarellis in loco qui dicitur Preaus.*

QUADRIFICIUM. Anaſtaſius in Paſchali PP. *Et ſuper columnas, in quadrificio camerantes, muſivo, pulchriſque metallis decoravit.* Id eſt ex quatuor faciebus, unde fortè leg. *Quadrifacio*: niſi *in quadrifinio* quis malit, i. à quatuor finibus, quam vocem agnoſcunt Frontinus, & Innocentius Agrimenſor. Papias, *Quadrificus*, *in quatuor partes fiſſus, i. diviſus.*

QUADRIGA pro *Carruca* aratoria, *Charruë*: vel po-

tiùs pro *Carrucata*, ſeu modo agri cui ſufficit una *car-*
ruca vel aratrum. Hermannus de Reſtaurat. S. Mar-
tini Tornacenſis cap. 92. *Cunctaque molendina quæ*
tunc erant in Scaldo, eis ſuperaddidit, ſex ex iis Epi-
ſcopo reſervatis, cum quinque quadrigis terræ. Et cap.
93. *Et pene ad nihilum redegerunt, ita ut de antiquis*
poſſeſſionibus nihil amplius eam cernamus hodie tenere,
quam tria molendina Epiſcopi, treſque quadrigas terræ
tini. Vide *Carrucata.*

QUADRIGARE, Curru vehere; Gallis, *Charier.* Char-
ta an. 1279. in Tabulario Eccleſiæ Autiſiod. fol. 521.
Nos de Eſbria de 10. quadrigatis vini, quam maluerit
Dominus Epiſcopus, ſolvere tenebimur, & quadrigare
apud Appoigniacum.

Quadrigarius, Auriga, *Charretier.* Paſſim in Ordina-
tione Hoſpitii S. Ludovici Regis Fr. an. 1261. à nobis
edita in Notis ad Joinvillam p. 108.

Quadrigata. Gall. *Charretée*, Onus quadrigæ. Ordericus
Vitalis lib. 6. p. 605. *Duas quadrigatas vini de Prin-*
cipe Normannorum in feudo tenebat ſingulis annis.

QUADRIPORTA. Anaſtaſius in S. Hadriano p. 115. *Ba-*
ſilicam Salvatoris — in ruinis poſitam una cum quadri-
porticis ſuis, atriiſque, & fontes noviter — renovavit.
Sed legendum *quadriporticis*, aut *quadriporticibus*, quod
atrii vox indicat. Eſt enim

QUADRIPORTICUS, Atrium quatuor porticibus circum-
datum, ante ædium ſacrarum veſtibula, Græcis περίαυλον.
Anaſtaſius in S. Symmacho: *Cantharum B. Pe-*
tri cum quadriportico marmoribus ornavit. In Dono:
Hic atrium B. Petri ſuperius quod eſt ante Eccleſiam
in quadriporticum magnis marmoribus ſtravit. Adde eun-
dem in Leone III. p. 121. 139. 142. Itinerarium Hie-
roſol. *Eſt piſcina quæ dicitur Siloa; habet quadriporti-*
cum, & alia piſcina grandis foras. Paulinus Nat. 9.

Ecce vides iſtam, quæ janua prima receptat,
Porticus obſcuro fuerat prius obruta tecto,
Nunc eadem nova pigmentis & culmine crevit.
Aſt ubi conſeptum quadrato tegmine, circa
Veſtibulum medio reſeratur in æthera campo,
Hortulus ante fuit, &c. Infra:
Sed rurſum redeamus in atria, conſpice rurſum
Impoſitas longis duplicato tegmine cellas
Porticibus, &c.

Fortunatus lib. 9. Poëm. 15. de Atrio ædis ſacræ:

Altior impluvium, quadrataque porticus ambit.

Adde quæ de ejuſmodi quadriporticibus congeſſimus in
Deſcriptione ædis Sophianæ n. 20.

QUADRISOMUM, Sepulchrum quatuor corporum capax.
Fragmentum ſepulchrale Romæ ad S. Agnetem viâ
Nomentanâ:

DEPOSITUS P . . . . . FIECT . . . .
DN. VALENTINIANO AVE . . . .
IN PACE ETC. VIXIT ANNUS XX.
FECIT LOCUM QUADRISOMUM.

Vide *Biſomum.*

QUADRIVIUM, Τετραοδία, τετράοδον, ἄμφοδον, in Gloſſ.
Gr. Lat. Sed recentioribus ſcriptoribus propriè hac
voce intelliguntur quatuor Mathematicæ partes: Annæ
Comnenæ lib. 1. Τετρακτὺς τῶν μαθημάτων. *Quadrifaria*
Matheſis varia, Senatori lib. 1. Ep. 45. Papias: *Qua-*
drivium, ubi quatuor viæ conveniunt. Inde quatuor ar-
tes, id eſt Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtrono-
mia, quadrivii nomen acceperunt, quia ſe invicem com-
plectantur & contineant, ut non bene unam noverit, qui
alias non noverit, orbatuſque uno videatur oculo. Ugu-
tio: *Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia*
quadam ſimilitudine dicuntur Quadrivium, quaſi qua-
truplex via ad ſapientiam: unde Triviales dicuntur, qui
docent vel ſtudent in trivio, ſicut Quadriviales dicuntur,
qui in quadrivio. Harum Arithmetica unitati, Muſica
binario, Geometria trinario, Sphærica ſeu Aſtrologia
quaternario comparatur, ut eſt τὸ ὁμολογούμενον τῶν μαθημάτων.
Boethius de Arithmetica cap. 1. *Prudentiæ nobi-*
litas quodam quaſi quadrivio veſtigatur. Infra: *Multi-*
tudinem, quæ per ſe eſt, Arithmetica ſpeculatur integritas.
Illam vero quæ ad aliquid, muſici modulaminis tempera-
menta pernoſcunt. Immobilis verò magnitudinis Geometria
notitiam pollicetur. Mobilis ſcientiam Aſtronomicæ diſci-
plinæ peritia vindicavit. Mox: *Hoc igitur illud quadri-*
vium eſt, quo iis viandum ſit, quibus excellentior ani-
mus à nobiſcum procreatis ſenſibus, ad intelligentiæ cer-
tiora perducitur. Joan. Sariſberienſis lib. 1. Metalogi-
ci c. 24. *Mathematica quadrivii ſui rotis vehitur, ala-*
crumque veſtigiis inſiſtens, colores & venuſtates ſuas mul-
tiplici varietate conterit. Adde c. 3. 4. 12. lib. 2. c. 10.
Vita S. Iſidori Hiſpal. n. 8. *Si hoc libro in trivii eru-*
ditione Iſidorum prædictum cernes eloquentia, hic in qua-
drivii inveſtigatione perfectum admireris in Matheſeos
diſciplina. Vita MS. S. Florentii in Prologo: *Cùm*
Rhetoricæ artis facta urbanitas jam olim a noſtri ſecu-
li uſu receſſerit, viri quoque quadrata facundia prædi-
ti, dudum cultores artis, noſtri duntaxat idiomatis,
penitus exoleverint, &c. Conſtantinus Afrìcan. lib. 1.
Commun. locor. medic. in prologo: *Oportet enim qui in*
hac arte (Medicina) *primatum vult obtinere, dialecti-*
cæ & totius quadrivii notitiam habere. Gervaſius Tille-
berienſis MS. de Otiis Imper. decil. 3. cap. 114. *Erat*
enim ſummè literatus in trivio, & quadrivio potens &
acutiſſimus, in Phyſica operoſus, in Aſtronomia ſummus.
Eccleſia Lugdun. adverſus Joannem Erigenam: *Qua-*
drivium regularum totius Philoſophiæ, — mundanæ
doctrinæ quadrivia. Epitaphium Hugonis Medici apud
Naudæum de Antiquit. Scholæ Medicæ Pariſ. p. 34.

Quadrivium docuit, ac totum ſcire reliquit
Anno milleno bis centum, ſed minus uno.

Vide Wibertum in Leone IX. PP. Honorium lib. de
Viris illuſtr. in Boëtio, Petrum Damian. lib. 6.
Epiſt. 3. Trilogium animæ part. 3. cap. 5. Baldricum
Burgulienſem p. 259. 269. Thiotfridum Epternac. in
prologo, Matth. Paris p. 559. prætereà Notas noſtras
ad Alexiadem.

Quadrivium vel quadriga virtutum, apud Flodoardum
lib. 4. Hiſt. Remenſ. cap. 5. ex Hincmaro Remen-
ſi: *Quadrifaria virtus*, apud Senatorem lib 6. Epiſt.
3. *Quaterna virtutes*, apud Dudonem lib. 3. de Mori-
bus & actis Norman. p. 128. Τετρακτὺς τῶν ἀρετῶν, apud
Conſtantinum in Baſilio c. 51. Chronicon Laurisha-
menſe p. 93. *Virum omni virtutum genere conquadratum.*

QUADRUPEDIA, in Lege Angliorum tit. 17. §. 1. & in
Antiq. Fuld. lib 1. trad. 11. lib. 2. trad. 19.

QUÆSTA, *Queſta*, *Queſto*, *Queſtus*, Tributum quod
exigitur, *quaritur*, petitur. *Coactiva petitio ſeu inciſu-*
ra, in Chronico Andrenſi p. 356. *Petitio precaria*, in
Hiſt. Archiepiſcop. Bremenſium an. 1142. *Taille, qu'on*
appelle queſte, in Conſuetudine Burbonenſi art. 343. &
ſeq. *Cens à queſte*, in Conſuetudine Bleſenſi art. 133.
in Soëſmenſi, *Cens ivnant. Queſte courant*, in Mar-
chenſi art. 159. 166. *Terre de queſte*, in qua tallia lo-
cum habet, in Conſuetud. Aquenſi tit. 9. art. 11. 12. 13.
14. 15. Φορολόγος ἐπαιτητής, in Lexico Gr. MS. Regio
cod. 2062. qui queſtam exigit. Charta Stephani Epi-
ſcopi Pariſienſis an. 1124. *Canonici verò annuales que-*
ſtas, quas ab prædictarum Eccleſiarum Sacerdotibus exi-
gere annuatim & habere conſueverunt, ab eis nec am-
pliùs exigent, nec habebunt. Alia Ludovici VII. Reg.
anni 1155. pro Eccleſia Magal. *Juſtitias, albergas, tot as*
queſtas, ſive aliquas alias injuſtas exactiones. Charta
Abbatis Moiſſiacenſis an. 1212. *Comes nullam habet*
queſtam in urbe vel Eccleſia noſtra. Et infra: *Queſta*
de 10. ſol. Caturcenſ. quæ fit in Quadrageſima ſingulis
annis, tota Comitis erit: ſed ſi aliam fecerit, debet fa-
cere conſilio noſtro. Pactum inter Comitem Marchiæ &
Abbatem & Canonicos Doratenſes an. 1331. *Non po-*
terit Comes ſuper illos habitatores exigere queſtas, ni-
ſi tempore eminentis periculi guerræ ad eorum gar-
diam. Vide Chartas alias apud Marcam in Hiſt. Be-
nearn. lib. 6. c. 12. n. 4. Catellum in Comit. Toloſanis
p. 193. 226. 271. &c. Vide *Truannus.*

Quæſta Archidiaconorum. Synodus Santonenſis an. 1282. c. 4. de Archidiaconis viſitantibus Eccleſias : *In mane ſine prandio exinde recedentes, quæſtas in frumento, vino, avena, vel aliis quibuſcunque facere non præſumant.*

Quæſta eleemoſynarum. in Synodo Exonienſi an. 1287. c. 17.

Queſtie. Curia Generalis Barcinon. an. 1283. MS. *Item quod terram tenentes infra terminum alicujus caſtri contribuant in queſtiis, quas fecerit dominus caſtri pro rata poſſeſſionum, quas ibi tenent.*

Queſtia, in Charta an. 1223. in to. 7. Spicilegii Acheriani p. 265.

Quiſta. Charta Raimundi Berengarii Comitis Provinciæ an. 1235. *Cavalcatas, & omnes quiſtas, toutas, ſeu ademptionem eorumdem, quæ hactenus erant in prædictis caſtris.* Occurrit etiam in Charta Guilelmi Comitis Forcalcarienſis pro Manoſcenſibus an. 1206. in alia Giraudi Abbat. Lerinenſis in Chronol. Lerin. to. 2. p. 167. & alia an. 1238. apud Joffridum in Hiſt. Nicienſi p. 182.

Queſtus. Gaufredus Voſienſis in Chronico lib. 1. cap. 7. *Non enim volebant ei dare queſtum, id enim eſt tailladam.* Tabularium ſancti Remigii Remenſis : *Cenſus de Marſna. — De camma 132. maldr. de queſtu cerviſiæ.* Charta Henrici Comit. Palatini Rheni an. 1197. apud Browerum lib. 15. Annal. Trevir. *Comitiam in Meinevelde ex illa parte Moſellæ ſuper petitione annonæ, & denariorum, & aliorum quæſtuum eis in pignore dedimus.* Alia Stephani Barrenſis Epiſcopi Metenſis apud Meuriſſium : *Omnes reditus, ſive queſtus quos habemus apud Marſal.* Adde Guichenonum in Bibl. Sebuſ. cent. 2. c. 15. Ita hanc vocem pro ſtipe uſurpat lex unica Cod. de Mendicantib. *Quos in publicum quæſtum incepta mendicitas vocavit.* Vide Jacob. Gotofredum ad hanc Legem in Cod. Th.

Cheſtus, eadem notione. Charta Ildefonſi Regis Aragonum anno 1187. pro libertatibus villæ Amiliani, in Regeſto Ludovici Hutini Reg. Franc. *Ut ſcilicet nullum cheſtum vel toltam ab eis exigamus.*

Queſtio. Charta Radulphi de Balgentiaco anni 1085. *Nec toltam faciet eis in mercato ſuo, nec quæſtionem cujuſcumque rei.* Alia Vulgrini Comitis Engoliſmenſis an. 1147. *Pepigi etiam quod nec ego nec uxor mea, nec filius meus, nec homines mei queſtionem & vim in ipſa curte faceremus.*

Queſtura. Tabularium Eccleſiæ Cadurcenſis : *Mutationes & inveſtituras, & queſturas, & hoſpitia, & juſtitiam ſuam.*

Queſtales, *Queſtæ*, ſeu tributo obnoxii. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. notatum A. fol. 9. *Sunt homines queſtales in dicta villa & caſtro 80. & talliantur annatim per Præpoſitum dicti loci, prout ſibi videtur.* *Queſtables*, in Conſuetudine Nivernenſi cap. 8. art. 7. *Queſtans*, in Burdegal. art. 97. S. Severi tit. 9. in Foris Beneharn. Rubr. *de Cor mayor*, art. 8. Rubr. *de Jugements*, art. 7. & Rubr. *de Queſtans* art. 1. hæc habentur, *Los queſtans no poden lexa la terra de la queſtalitat, per ana habitar en autre part.*

Queſtare, *Queſtam* ſeu tributum exigere, *Queſter*, in Conſuetudine Nivernenſi cap. 8. art. 4. Conſuetudines Toloſæ : *Poterit ipſum & ejus progeniem poſtmodum genituram — queſtare, & de eis ſe ſervire.*

Quæſtores, noſtris *Queſteurs*, qui in Eccleſiis inter officiorum divinorum ſolennia, pro ſe vel pro aliis eleemoſynas depoſcunt, in Synodo Bajocenſi an. 1300. c. 42. in Concilio Narbonenſi an. 1227. c. 19. Burdegalenſi an. 1255. c. 2. Monſpelienſi an. 1258. c. 6. Budenſi an. 1279. c. 28. Exonienſi an. 1287. c. 47. in Statutis Synodalibus Nicolai Epiſcopi Andegavenſis non ſemel, in Concilio Toletano an. 1347. c. 3. &c. Vide *Roga. Truannus.*

QUÆSTIONARE, Papiæ, *Perquirere, examinare,* quærere ab aliquo : nos dicimus, *Queſtionner quelqu'un. Quæſtionari* dixit Conſtantinus Afric. lib. 3. Pantech. c. 33. *Si quis autem quæſtionabitur, cur infans octo menſium non vivat*, &c.

Interdum torquere, *Donner la queſtion.* S. Cyprianus Epiſt. 69. *Tot confeſſores quæſtionati & torti.* Iſidorus Pacenſis æra 756. *Cæteris onuſtos retentat, & quæſtionando, vel diverſas pœnas inferendo, flagellat.* Uſus auctor ad Herennium.

QUÆSTIONARIUS, Carnifex, qui reos cruciat, examinat, ut ab eis veritatem extorqueat. Gloſſ. Græco-Lat. Βασανιστὴς ὑπηρέτης, *Quæſtionarius.* Alibi : Ἐξεταστής, *Exquiſitor, Flagitator, Quæſtionarius.* Papias : *Quæſtionarius, Quæſitor.* Vetus Interpres Juvenalis Sat. 6. *Quæſtionarii, ſive carnifices.* Walafridus Strabo de Reb. Eccl. c. 31. *Sunt in ſecularibus quæſtionarii, id eſt qui reos examinant.* Lucifer Calarit. lib. Moriendum eſſe &c. p. 332. *Hinc eſt quod iste victo quæſtionario, illi dæmones in te vincuntur.* Acta S. Marcianæ Martyris num. 3. *Iratus judex talibus dictis virginem Deo dicatam, quæſtionariorum manibus alapis cæſam in ludo gladiatorio juſſit includi.* Acta S. Marii cap. 4. n. 18. *Qui dum caderentur, ſub voce præconia dicentibus quæſtionariis, Præcepta principum nolite contemnere.* Appendix Codicis Theodoſ. Conſt. 3. *Vexatos etiam nonnullos orthodoxorum Clericos, — flagitatos itineribus, quæſtionariis deditos*, &c. Vide Acta S. Anaſtaſii Perſæ Mart. n. 35. Acta S. Babylæ n. 12. Acta S. Theodori Duc. & Mart. n. 11. Julium Africanum lib. 3. Hiſt. Apoſtol. Evodium lib. 2. de Mirac. S. Stephani cap. 5. Acta S. Baſilii Preſb. Mart. n. 7. ubi κομενταρήσιοι dicuntur in textu Græco, Vitam S. Aigulfi Abbat. Lerin. c. 24. Ingulfum p. 866. Acta SS. Nicandri & Marciani, & Fullerum lib. 4. Miſcell. ſacr. c. 16.

Eſt etiam *Quæſtionarius*, idem qui Judex. Gloſſ. Ælfrici : *Quæſtionarius* : Dema. i. judex. Annales Francorum Fuldenſes an. 852. *Decrevit inter alia ut nullus Præfectus in ſua præfectura, aut Quæſtionarius infra quæſturam ſuam alicujus cauſam Advocati nomine ſuſciperet agendam.*

Quæſtionarii, qui eleemoſynas pro ſe vel pro aliis petunt. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1240. *Imperator ſcripſit Regi elegantem Epiſtolam, in qua increpat Regem, quod in perniciem regni ſui & imperii, terram ſuam per papales quæſtionarios depauperari — permittit.* Infra : *Quicquid poterat inde, non fictus Papa quæſtionarius apportavit.* Concilium Colonienſe an. 1300. c. 12. *Sacerdotes non permittant quæſtionarios goliardos, vel quoſcunque alios ignotos intra parochiam ſuam prædicare, vel oſtiatim deferre indulgentias pro quæſta facienda.* Adde c. 13. Vide ſupra in *Quæſta.*

Queſtuarius, eadem notione in Concilio Budenſi an. 1279. c. 28. in Synodo Pictavienſi an. 1280. cap. 10.

Quæſtionarius, qui quæſtu vivit, ſicut mercator, Ugutioni.

QUÆSTOR, *Queſtor*, Creditor, qui ab alio rem creditam repetit, *quærit.* Capitulare Arechis Principis Beneventani editum à Camillo Peregrino cap. 10. *Quidam hominum verſuta calliditate imbuti, propter obligationes vel debita quæ fecerant, propinquioribus parentibus, qui juxta legem hæredes eorum futuri ſunt, teſtamentum donationis ammittunt, ut queſtores eorum creditas res facilè perdant. Propterea decernimus ut primi hæredes obligationes vel debita propinquorum perſolvant, quod reſiduum fuerit de rebus eorum ſibimet aſſumant.*

Quæſtor Eccleſiæ, Advocatus, Defenſor. Regula Sanctimonialium c. 9. ex Concilio Aquiſgran. *Si autem Eccleſiæ eas* (res ſuas proprias) *tradiderit, & uſufructuario habere voluerit, Quæſtor Eccleſiæ eas, utpote Eccleſiæ, defendat.* Vide *Quæſta.*

QUÆSTUS, Quæſitum, comparatum, cui opponitur terra hæreditaria. Catholicum parvum : *Quæſtus, Conqueſt.* Liber Ramel. ſub Stephano Rege conſcriptus ſect. 140. *Erat illis diebus quidam Ælſtanus habens duas hidas apud Stapleforde, quod frater Ædnothus numeratis eidem 100. ſolidis argenti, reliquis queſtibus*

ſuæ in poſſeſſionem Eccleſiæ adjunxit. Glanvilla lib. 7.
cap. 1. *Aut habet hereditatem tantum, aut quæſtum tan-*
tum, aut hereditatem & quæſtum. Vide *Quæſta.*

QUALIA, *Quaquilia.* Ortix, coturnix: noſtris, *Caille*:
Italis *Quaglia.* Jo. de Janua: *Qualia, quædam avis, &*
dicitur, à qualis, vel dicitur Qualia à voce quam facit,
ſc. quaquera. *Qualea*, apud Creſcentium lib. 10. de
Agricult. cap. 4 *Quaquilia* Matthæo Silvatico.

Quaquilatorium. Inſtrumentum, *cujus ſonus eſt per omnia*
ſimilis voci qualea (coturnicis) *generis feminæ, ad*
quam ardenter accedunt maſculi, apud eundem Petrum
de Creſcentiis lib. 10. de Agric. cap. 25. ubi perpe-
ram editum, *quaſi latorium.* Gallicus vetus Interpres,
Courcaillet vertit.

QUANDOQUIDEM, pro *Quandoque*, uſurpat Concilium
Duziacenſe I. parte 4. c. 4. extremo.

QUANTI. Braulio Cæſar auguſtanus, in Vita S. Æmi-
liani c. 13. *Quem ut vidit, ſciſcitatus eſt à quantis*
eſſet obſeſſus. Phraſis Hiſpanica, ut & Gallica, *De-*
puis quant.

QUARARIA. Vide *Carraria.*

QUARE, pro *quia.* Lex Alemannor. c. 93. Ex cod. Cor-
bonienſi, apud Steph. Baluzium: *Ad illo al o quare*
inde fugivit. Ubi alii codd. *quia inde fugivit.* Hinc no-
ſtri *Car* hauſerunt.

QUARELLUS, Quadra carnis, *Quarré.* Statuta antiqua
Canonicorum S. Quintini in Viromanduis: *Medio*
Paſchæ debent Canonic. S. Petrus 10. ſextarios fru-
menti, 5. fruſta carnis, quarellum recentem, 2. mem-
bra pulli, &c. Mox: *3. fruſta carnis, quarellum re-*
centem & ſalſum, agnos pro calida carne. Infra: *Qua-*
rellus recens facit dimidium fruſtum. Vide *Quarel-*
lus.

QUARENTENA, Quadrageſima, in aliquot Galliæ Pro-
vinciis, *la Quarantaine*: unde efficta vox *Carena*,
quam conſule. Alexander III. PP. Epiſt. 114. inter
Francicas to. 4. Hiſt. Franc. *Accepimus ex literis tuis*
Regiæ Celſitudini per alia ſcripta non fuiſſe expreſſum,
n.rum in Quarentenis feria ſexta illam relaxationem,
quam in ſexta feria aliorum temporum tibi fecimus, de-
beas obſervare. Will. Guiart in S. Ludovico:

Tout l'Advent & la Quarantaine.

Le Roman du Chevalier au Bariſel MS.

Jà n'en vanſiſt jour eſpargnier,
Ne Venredi, ne quarantaine.

Quarentena, etiam dictum Deſertum, in quo Chriſtus
40. diebus totidemque noctibus jejunavit, Eugeſipo
de Terra S. p. 119. apud Allatium lib. 1. Symmict. Ar-
noldo Lubecenſi lib. 2. cap. 7. Alberto Stadenſi p. 186.
in Vita S. Theotoni Canonici n. 4. Jacobo de Vitriacol.
1. Hiſt Hieroſ. cap. 52 & Sanuto lib. 3. part. 14 c. 3.
Deſerti iſtius etiam meminere Adrichomius in Benja-
min n. 9. Quareſmius lib. 6. Elucidat. Terræ Sanctæ,
& alii.

Quarentena, Pœnæ ac mulctæ monachicæ ſpecies, quæ
deſcribitur in Statutis Ordinis Hoſpitalariorum Hie-
roſolymit. tit. 18. §. 57. *Si verò poſitus fuerit in qua-*
rentena, quadraginta diebus continuis jejunabit, & quar-
ta ac ſexta feriis dictorum 40. dierum pane & aqua tan-
tum veſcetur, comedens in terra. Qualibet verò quarta
& ſexta feriis diſciplinam ſuſcipiet modo ſequenti, &c.
Vide *Quadrageſima pœnitentia*, & *Septena.*

Quarentena, Modus agri, apud Anglos, conſtans 40.
perticis, ut eſt in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 313. Perti-
ca verò quarentenarum conſtat. 20. pedibus, ut eſt
in to. 3. pag. 15. & 16. *Et qualibet virga unde qua-*
rantena menſurabuntur, erit 20. pedum. Alter liber
Crabhusſiæ fol. 8. apud Spelmannum: *Le meſuage de*
Crabhus en lungure ovvoc la terre de la rive tendant vers
Occident, ſqu'à la foſſe de le mareis, conteynt tres
quarenteynes, & trente oit perchez. Checun quaremeyne
par ſey conteynt quarante perchez: & checun perche con-
teynt ſeize pès d'home, le avant des meſſuage conteynt en
lée à le chef juſte de la rive entre — trente cink per-
chées, & quatre pès larges de home de grant eſtature.
Charta Wictiani Regis Merciorum, in Monaſt. An-
glic. to. 19. p. 166. 168. *Sex carucatas terræ arabilis,*
habentes in longitudine 15. quarentenas, & 9. quarente-
nas in latitudine, & 100. acras prati. Habetur ibi
pluries, & to. 2. p. 547. 853. & 872. to. 3. p. 181 182.
in Legibus Ethelredi Regis Angl. c. 20 apud Brom-
pton. & in Legibus Henrici I. c. 16. Adde Ingulfum p.
875. 909. Chronicon Monaſterii de Bello: *Octo vir-*
gæ unam hidam faciunt; Wiſta verò 4. virgatis conſtat:
Lenga autem Anglica 12. quarantenis.

Quarentena, Spatium 40. dierum, intra quod, eorum
qui bella indicendi jus habebant, vel revera ex quali-
bet cauſa indicebant, agnati ſeu cognati, impeti non
poterant. Id lege ſancitum S. Ludovici ſcribit Bute-
lerius in Summa Rurali tit. 34. quam Philippo Ludo-
vici filio adſcribit Philippus Bellomanerius, Ludovico
coævus, in Conſuetud Bellovacenſi MS. c. 60. Quip-
pe, cùm ex uſu apud Gallos recepto, tenerentur
agnati bellis agnatorum intereſſe, eoſque adjuvare,
accidebat plerumque, ut antequam diffidationum fama
ad eos perveniret, incauti & inermes impeterentur. Si
quis igitur agnatos aggrederetur ante hos 40. dies,
loco proditoris habebatur, & ſupremo plectebatur ſup-
plicio, uti habet idem Bellomanerius, Levoldus à Nor-
tof in Chronicó Markano an. 1356. *Servare juravе-*
rat, videl. quod indicium pacis & quarentenarum & ju-
riſdictiones Epiſcopi — non impedirent. Joan. Hocſe-
mius in Adolpho à Marka Epiſc. Leod. c. 13. *Cùm tres*
homines Epiſcopi, ad mandatum ejus, inter quoſdam ini-
micos in Brabantiá indicerent quarentenas, Dux eos con-
feſtim capi faciens, &c. Ubi *indicere quarentenam*, apud
Jacobum Hemricurtium de Bellis Leodienſibus exponi-
tur, *metter les quarantaines*, n. 9. & 12. quibus etiam
locis obſervat id moris obtinuiſſe, ut ſi quiſpiam iis in
bellis occiſus fuiſſet, pro quolibet mortuo quatuor qua-
rantenæ indicerentur: *En ce temps demorent les chis li-*
nages en pais par les quarantaines getées par le Saignor:
car de chaſcun noveal mort, on commandoit 4. quaran-
taines, leſquelles quarantaines furent toujours bien te-
nues quelconques haymes qu'il aviſt entre les parties.
Adde n. 23. 24. 25. 29. 30. 46. 55. Quarentenæ ejuſ-
modi mentio eſt etiam in Magno Recordo Leodienſi p.
56. Vide Diſſert. 29. ad Joinvillam p. 334.

Quarentena, Spatium 40. dierum, quod viduæ ex lege
conceditur à morte mariti, intra quod dos ei debet aſ-
ſignari vel reſtitui, & donec illa fuerit reſtituta, ali
debet de bonis defuncti, & in illius domo manere.
Quòd ſi intra hos 40 dies dos non reſtituitur, vidua *de-*
forciari de quarentena ſua dicitur in Statuto *de Merton*
an. 20. Henrici III. cap. 1. in Statutis Roberti III.
Scotor. Regis c. 20. §. 1. & Alexandri c. 22. & apud
Matthæum Paris pag. 288. Skenæus apud Gallos ejuſ-
modi quarentenam, *le Careſme des femmes* vocari au-
tor eſt. Adde Fletam lib. 5. c. 24. §. 5. & Roſtallum
verbo *Quarentine.*

QUARENTENUM, Tributi ſpecies. Libertates Regni Ma-
joricar. an. 1248. *Non donetis carnas cum de veſtro be-*
ſtiano ullo tempore, paſſaticum, herbaticum, neque qua-
rentenum.

QUARNELLUS, Pinna muri, quæ feneſtræ quadratæ effi-
giem præfert, per quam milites jaculantur: Gallis *Car-*
neau, à *carne*, vel *quarne*, quod rem quadratam ſonat:
fruſtra enim à Saxonico etymon accerſit Spelmannus.
Will. Brito lib. 7. Philipp. p. 180.

— Ubicumque patent quarnelli ſive feneſtræ.

Regeſtum Philippi Aug. Regis Herouvallianum f. 111.
Et viderunt quod timorem habuerunt de obſidione, & at-
tornati fuerunt 4. homines de communia ad unumquemque
quarnellum cuſtodiendum & burdandum eum. Necro-
logium Eccleſiæ Pariſienſis prid Id Nov. *Fecit etiam*
ibidem fieri clauſuram manerii de muris quernellatis. A-
lexander Necham: *Cancelli, karnem: & pinna tur-*
rium, karneus: & in Notis, *Cancellus, karnel.* Ca-

ſtella, & domus kenerláta, in veteri Charta apud eundem Spelmann. & Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 1149. *Crenellé*, noſtris. *Kernellatus*, pinnatus, dentatus, quaſi *carnellé*, vel *quarnellé*, quod quadris tum vacuis, tum plenis ſubinde diſtinguitur, ut ſunt pinnæ murorum. *Le Roman de Vacce* MS.

As breteches monterent, & aus mur quernelé.

Infra:

As quernaux ne ſe vondrent monſtrer ne deſcouvrir.

Rurſum:

Entour ont breteſches levées,
Bien planchiés & quernelées.

QUARRARIUM. Charta Odonis Borelli de Curtalano in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 72. *In hoſpitibus & hoſpitalitiis eorum, — nihil habeo, nec heredes mei, nec juſtitiam, nec aliud, niſi medietatem furni, & quarrarium unum per annum, & tallet1am quarto anno.* Infra: *Quotieſcunque verò ipſi talleiam fecerint, dimidia erit mea: Quarrarium verò ſupradictum non mittam niſi ſecuro loco, videlicet ad Caſtridunum, vel ad Vendocinum, infra Lidum*, &c.

QUARRELLUS. Vide *Quadrellus*.

QUARRUM, *Quarrada*. Vide *Carrum*.

QUARTA, Menſura frumentaria Charta an. 1248. in Bibl. Cluniacenſi p. 1515. *In quolibet homine tenente hoſpitium unam quartam avenæ*, &c. Adde pag. 1440.

Quarta, Menſura vinaria, aut alterius potus: Pariſienſibus, *Quarte*. Iter Camerarii Scotici cap. 10. §. 5. de braſiatoribus: *Non habent menſuras, videlicet quartam, pintam, tertiam, & partes concordantes monetæ Domini Regis*, &c. Galbertus in vita B. Caroli Comitis Flandr. c. 1. *Vini quartam ſex pro nummis vendi præcepit.* Adde Joan. Hocſemium in Epiſcop. Leod. an. 1296. cap. 22. & M. Chronicum Belgicum anno 1333.

Quarta, Menſura, modus agri, in Pictonibus, ut autor eſt Beſlius in Comit. Pictav. p. 170. 210. 244. 248. Gall. *un quarteron de terre*. Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 151. *Et qui minus quarta optima de terra habet, ſecundum æſtimationem ſuæ telluris opera faciat.* Charta Gaufridi Comitis Andegav. an. 1040. apud Sammarthanos in Epiſcop. Andegav. *Item alibi in Comitatu Andecavo in villa quæ dicitur Broch, duas quartas terræ non longè à civitate ipſa.* Charta Italica an. 1321. apud Waddingum to. 3. *Alia petia de terra arbuſtata, quæ eſt menſura quartarum novem.* Infra: *Quædam quantitas terræ vacuæ — & eſt in menſura quartæ duæ & nonæ tres.* Ibid. *Fundus unus de terra, eſt in menſura modii unius & quartarum ſex.*

Quarta, pro quarto Milliari, vel banleuca. Charta Caroli Comitis Valeſiæ & Andegav. an. 1286. in Tabulario Andegavenſi Cameræ Comput. Pariſ. f. 71. *Nul poiſſonnier ne peut acheter poiſſon dans la quarte d'Angiers pour vendre à regrat.* Vide *Quinta*.

Quarta, Præſtationis agrariæ ſpecies. Vita S. Agricoli Epiſcop. Avenionenſis: *Prædia liberaliter aſſignavit, inſuper conceſſo quartarum privilegio*, &c. Necrologium Eccleſiæ Ambian. *Prid. Kal. Aug. legavit Eccleſiæ Pariſ. 2. arpenta vineæ ſita apud Cuvilliacum — in cenſiva & dominio Capituli Pariſ. onerata de redditu qui vulgariter appellatur Quarta, & Tallia.* Infra: *Onerata de reditu ſupradicto qui vocatur Quarta, & tallia.* Charta Gauſlini Epiſcopi Patavini, apud Ughellum: *Cum quartis & decimis*, &c. Synodus Nemauſenſis an. 1284. cap. de pœnitentia: *Circa decimas & primitias, tributa, quartas, & taſcas*, &c. Regeſtum Toloſanum Cameræ Computorum Pariſienſium fol. 72. *Expletiva vel ademprivæ, queſtæ vel albergiæ, quarti, vel agrarii vel aliæ priſonæ, obliæ, vel dominationes*, &c. Fol. 103. *Venationes & foreſtagia, quarta & quinta, & agraria, decimas & primitias*, &c.

Quarta Eccleſiarum, ſeu quartæ decimarum Eccleſiaſticarum. Chronicon Moſomenſe an. 1015. *Per deprecationem illius Abbatis Boſonis & aliorum fidelium, ob ſuſceptionem peregrinorum & pauperum donavit ad illum locum quartas omnium Eccleſiarum quæ ad ipſum pertinebant locum, & decimam porcorum*, &c. Tabularium S. Severi, apud Marcam lib. 4. Hiſt. Beneharn. c. 7. *Et inſuper ſui amore quartas Eccleſiarum undecim, quarum nomina infra annotata habentur, ſibi dareus: quæ ſcilicet Eccleſiæ una cum villis Curtes conſulares vocabantur. — ſatisfeci ergo Principi, & ſecundum quod poſtulaverat, ad meum placitum quartas illas dimiſi*, &c. Ubi in alia Charta Aquenſi apud eundem Marcam eod. lib. c. 9. *Reddidit — quartas decimæ omnium Eccleſiarum.* Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1109. in Hiſtoria Pinnatenſi lib. 3. cap. 16. *Omnes has Eccleſias cum decimis & primitiis, oblationibus & defunctionibus, & quartis, & cum omni iure Epiſcopali & Archidiaconali*, &c. Alia an. 1195. apud Gariellum in Epiſcopis Magalonenſib. p. 168. *Guillelmus de Monteferrario totum honorem, terras, homines & fœminas, quartas partes, & uſatica, quæ in tota S. Andreæ de Maurino parochia poſſidebat, Magalonenſi Eccleſiæ dedit*, &c.

Quarta, Redituum Eccleſiæ pars quarta, apud Gregorium M. lib. 3. Epiſt. 11. quæ ſcilicet aut Epiſcopo, aut Clericis, aut pauperibus, aut fabricæ competit. Vide Chartam Ratoldi Epiſcopi Veronenſis apud Ughellum pag. 604.

Quarta Teſtamentorum. Vide *Teſtatio*.

Quarta, pro *Charta*, in Charta an. 1078. apud Joffridum in Nicia p. 164.

Quartula, pro *Chartula*, in Statutis Synodalibus Nicolai Epiſcopi Andegav. an. 1265. cap. 5. an. 1270. c. 2.

QUARTADECIMANI, Τεσσαρεσκαιδεκατῖται, hæretici ſic appellati, quod in 14. Luna, ut Judæi, Paſcha celebrarent. Bernaldus Preſbyter de Reconciliatione lapſorum: *Antiochenum Concilium de Paſcha ibi aſſerit inſtitutum, ut in 14. luna cum Judæis celebretur, ut Teſſariſcadecitæ, id eſt Quartadecimani faciunt, qui etiam inde nomen ſuæ hæreſi condiderunt.* Vide Stephanum Eddium in Vita S. Wilfridi c. 14. 15.

QUARTAGIUM, Quarta pars vel vindemiæ, vel aliarum rerum, quam ſibi contra jus aſſerebant domini feudales in tenentium ſuorum prædiis, agris, vel vineis. Charta Odonis Archiep. Rotomag. an. 1262. apud Sammarthanos: *Molta ſicca, eſtoublagia, ſervitia ruſticorum, quartagia, meſſeria, ſervitia vavaſſorum*, &c. Alia Guillelmi Majoris Epiſcopi Andegav. an. 1307. in Geſtis ejuſdem cap. 47. *Quamdam impoſitionem ſeu exactionem, talliam vel collectam, quam adjutorium, vel aide, ſive quartagium appellant, de bonis, rebus, poſſeſſionibus & proventibus ſuis Eccleſiaſticis de novo exigere & extorquere conantur.* Alia an. 1437. ex Tabulario Nantolienſi in Pictonibus: *Super quod nos vel ille aut illi qui tempore vindemiarum nomine noſtro quartabant ſeu computabant ſalmas baſtatas, ſeu quantitatem vindemiæ quas vel quam ad domos ſuas deportabant; vel habito certo computo cum eiſdem jus quod nobis competebat ſeu partem vindemiæ prædictæ nobis ſolverent, prædicti Quartatores ſeu computatores per ſe vel per alium, vel per alios compulerant, vel coegerant alios manſionarios ſeu cohabitatores dictarum villæ & parochiæ ad ſolvendam ſibi certam pecuniæ quantitatem, antequam permitterent eos ad domos ſuas ſuam vindemiam deportare: & quod Quartatores ſeu computatores noſtri prædicti tempore vindemiarum, aut aliquo alio tempore ratione Quartagii ſeu computationis ſalmarum & baſtatarum, & quantitatis vindemiæ nullam pecuniam, ſeu dona, aut munera à prædictis manſionariis & cohabitatoribus non habuerant*, &c.

Quartales vineæ, quæ tenentur ad quartum, ſeu quarum reditus quarta pars cultori cedit. Vetus Charta an. 959. apud Dominicum de Prærogat. allodiorum p. 119. *Et illas vineas quartales teneant illas ipſi, qui eas plantaverunt, ad quartum.* Alia an. 1298. in Regeſto Philippi Pulchri Reg. Fr. n. 13. ex Tabul. Regio: *Item 4. denaratas vinearum ſuarum propriarum, &*

7. *denariatas vinearum cartalium, cujuſmodi ſtagiam, inſulam, terras, vineas aſſignavi, ut præmittitur, ad valorem 30. libr. annui reditus*, &c. Alia an. 1300. ibidem n. 49. *Quinque arpenta & unam mealhatam vinearum quartandarum de Plaiſanco*, &c.

QUARTALE, *Quartalis*, Menſura Germanica, Alamannis *Vierthel*, apud quos quatuor quartales modium efficiunt: apud Anglos vero 32. quartæ ſunt in modio, *Quarts* vocant. Joannes de Gallandia in Synonymis:

Dolia, quartalium, fundum, clepſedra, lagena.

Ephemerid. Monaſterii S. Galli 5. Id. Mart. *Quæſolvit 10. quartalia tritici.* Vide Annales Colmarienſes an. 1256. & alibi non ſemel. In liquidis, *quartalis*, *Quart*, continet apud Alamannos duas menſuras, apud alios quatuor. Vide Goldaſtum de Menſur & ponderib. veterum Germanorum.

Quartale anni, pro quarta pars, in Chronico Windeſemenſi lib. 2. cap. 14. 29. 43. 48.

QUARTALLUS, Menſura frumentaria. *Quartallus frumenti, avenæ*, &c. in Libertatibus oppidi Jalleronis, apud Guichenonum.

QUARTANA, *Quartanarius*. Michaël Scotus lib. 4. Menſæ Philoſophicæ c. 36. de quodam Monacho Cartuſienſi: *Semel fuit miſericordia de anguillis, & illa fuit in quartana: tunc ſervitor, Frater, miſericordia eſt de anguillis, & vos eſtis quartanarius: Accipiam, inquit, neſcio quando demo habiturus ſum de anguillis.*

QUARTANARIUS, Quartana febri laborans, apud Sextum Platon. de Medicina animal. lib. 1. c. 2. Gregorium Turon. de Vitis Patrum c. 6. Matth. Paris an. 1259. p. 326. in Actis elevationis S. Agricolæ n. 4. & in Vita B. Coletæ.

QUARTANICUS, Quartanus. Guill. Brito lib. 12. Philipp.

Invadit febris Regis quartanica corpus.

QUARTARIUM, *Genus menſuræ, id eſt urna.* Papias.

QUARTARIUS, Menſura liquidorum, apud Gregorium Turon. lib. 1. Miracul. cap. 5. *Cœpit — augeri, ita ut in unius horæ ſpatio pluſquam unum ſextarium redderet vaſculum, quod quartarium non tenebat.* Longè aliter Papias: *Urna, menſura eſt, quam quidam quartarium dicunt, quod 4. ſextarios capit.*

Quartarius, Quadra panis, ni fallor, apud Adalardum in Statutis Corbeienſibus lib. 1. cap. 4. quomodo pagenses noſtri vocant *un Pain de quartier*.

Quartarius, vel *Cartarius*, Modus agri, *Quartier de terre*. Charta Philippi I. Regis Franc. an. 1052. to. 13. Spicilegii Acheriani p. 289. *Et in ipſa villa terram unius carrucæ, & unum manſum, & decem cartarios*, &c.

QUARTAROLA, Menſura frumentaria aut leguminum, apud Venetos, Ital. *Quarterzola, miſura come il quarto dello ſtaio.* Sanutus lib. 2. part. 4. c. 10. *Diſtribuitur etiam in die cuilibet ex ſtipendariis antedictis faba, vel alicujus alterius leguminis quadrageſima particula unius quartarolæ, ad modum menſuræ Venetæ deputata. Et ut ex ea plena cognitio habeatur, ſciendum eſt, quod quatuor quartarolæ perficiunt unam quartam, quæ quidem quarta uſque ad quartum numerum multiplicata unum ſextarium perficit Venetorum: & tria ſextaria de Venetiis ſunt una ſalma de Apulia, tam de legumine, quam etiam de frumento.*

Quartarolus, *Quintarolus remus*, apud eundem Sanutum lib. 2. part. 4. c. 11.

QUARTARONUM, *Cartaronum*, Gall. *Quarteron*, quarta pars libræ. Occurrit in Conſuetudin. Toloſæ part. 2. *Quarterons*, in Conſuet. Bencharn. tit. de ponderib. & menſuris art. 4. *Payer par quarterons les louages des maiſons*, in Conſuet. Burdeg. art. 37. quod Pariſienſes dicunt *Par quartiers*, id eſt ſingulis trimeſtribus domorum locaria exſolvere.

QUARTELOIS. Tho. Walſingamus in Edw. II. p. 114. *Milites quidam ſuper armatura cotucas induerunt vocatas quarteloys: armigeri verò indumenta bendas habuerunt*, &c. Vide *Cotuca*.

QUARTERIA, Modus agri quartam jugeri partem continens, noſtris *Quartier*. Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 89. *Dimitto — in manſo Ugbaldi de Campagnaco unam quarteriam, quæ debet unum modium de ſegle, & in ipſa villa aliam quarteriam quam tenet Geraldus de illa caſa quæ debet alium modium de ſegle.* N. 95. *Gerbas debent ruſtici tempore meſſis de unaquaque quarteria.* *Quarteron*, in Conſuetudine Pictavenſi art. 175. 177. ubi *Bordaria* dicitur conficere duos quarterones, & æquiparari terræ ſeu prædio duorum boum, id eſt quantum duo boves arare poſſunt: quarteronem verò prædio bovis, cujus dimidia pars *Retallium*, ſeu *Retail*, dicta æquiparatur prædio ſemibovis.

Quarteria & Quarterium, Menſuræ frumentariæ ſpecies, noſtris nota. Vide Willelmum de Podio-Laurentii cap. 6. Apud Anglos, ut eſt in Fleta lib. 2. c. 12. §. 1. *Quarterium frumenti conſtat ex octo buſſellis.* Utitur Matth. Paris p. 145.

Quarterium anni, Trimeſtre tempus, quarta pars anni: noſtris *un Quartier*. Matth. Weſtmonaſter. an. 1159. *Decimas de Kingeldon — ſequeſtravit, & per unum fere quarterium anni intactas retinuit.*

QUARTERIZATIO, Pœna reorum læſæ Majeſtatis apud Anglos, quibus capite minutis, eorum corpus in quatuor partes ſecatur, eæque variis in locis exponuntur. Thomas Walſinghamus in Ricardo II. *Auditum & confeſſum turpiſſima ſcelera, traditioni, ſuſpendio, decollationi, exenterationi, & quarterizationi, ut uſu vulgari loquar, adjudicavit.* Idem an. 1306. *Cujus caput Londoniis in loco eminenti figitur ſuper palum, corpus verò in Scotiam tranſmiſſum eſt in quartas, quæ ad aliorum terrorem in diverſis urbibus ſuſpenduntur.* Adde p. 554. extr. Sententia edita in Hugonem Diſpenſatorem an. 1326. apud Henricum Knyghtonem: *Et com treitour eſtes trouvé, par que y vous ſerez treynez, quarterez, & envoié parmi le realme.*

QUARTILATUS, In quatuor partes diviſus, ex Gallico *Eſcartelé*: vox in inſignium deſcriptionibus nota. Henr. de Knyghton an. 1347. *Vexilla Regis Angliæ quartilata de armis Angliæ & Franciæ elevantes.*

QUARTONATA. Vide *Carto*.

QUARTUS *Scholæ*, qui, ut eſt in Ordine Romano, *ſemper nuntiabat Pontifici de cantoribus, adſtan. ante faciem Pontificis, & nutum ejus ad pſallendum expectans.* Idem alio loco *Archiparaphoniſta* nuncupatur, quod *Paraphoniſtis*, ſeu Cantoribus præeſſet.

Quartus. Hiſtoria Abbatiæ Condomenſis p. 465. *Tributum quoque quod reddit Eccleſia, tale eſt: duo quarti reddunt unuſquiſque nummos 12. panes 8. annonæ concas 4. vini ſextarios 2. convivium ſemel in anno domino ſuo cum 8. hominibus. Tertius verò quartus ſimiliter excepto prandio: nam quartus libere reddit B. Petro culturam unam in villa S. Medardi: caſalem unum in iſto burgo pignore datum pro 100. ſol.* Ubi *quartus* videtur eſſe modus agri. Neſcio an huc pertineat quod habet Tabularium Eccleſiæ Cadurcenſis: *Exit autem de manſo illo unum prandium in Natali Domini, & 1. aries in Paſcha, & medietas de quarto, & aliud ſervitium quale voluerit. Fecerunt hanc pactionem, ut ſic Vicarias qui aliam meditatem quarti poſſidebat &c. — ſi aliquid injuſte abſtuli de honore S. Stephani de quarto abſolvo*, &c. Ibidem: *Una bordaria in valle Srvrano, de qua exeunt per annum 16. denarii, & quartam partem omnium quartanarum rerum.*

Ad Quartum excolere. Charta Abbatis Moiſſiac. an. 1212. in Regeſto Carcaſſonenſi: *Non habebit illam viceſimam in illis quæ excoluntur ad quartum, vel quintum.* Id eſt cujus colonus quartam vel quintam partem fructuum domino præſtat.

QUATERNIO, *Quaternus*, *Quaterniunculus*. Chartæ invicem

cem compactæ, noſtris *Cahier* : *Cuern*, in Chronico Petri IV. Reg. Arag. lib. 3. c. 30. Alcuinus Poëmate 7.

Plurima hic Preſul patravit ſigna ſtupendus,
Quæ nunc in chartis ſcribuntur rite quadratis.

Eckehardus junior de Caſib. S. Galli c. 16. *Miſit — quaternionem omnem ſeriem Sandrati tenentem.* Vide ibi Goldaſtum. Rabanus Epiſt. ad Hincmarum : *Prudentius Trecaſſinæ civitatis Epiſcopus plura teſtimonia præteritorum patrum in quaternionibus ſuis collegit.* Hincmarus Laudun. Epiſc. *Vos quoque in quaternionibus Piſtis Regi datis hoc Capitulum integrius ita poſuiſtis.* Vide p. 614. 637. *Quaterniones curiæ*, i. Regeſta apud Petrum de Vineis lib. 2. Epiſt. 63. 66. Τετράδες, quaterniones, in VI. Synodo act. 3. in Synodo VII. act. 3. & apud S. Antiochum Homil. 26. Τετράδια, in VI. Synodo act. 11. & in VII. act. 1. Gloſſ. Gr.Lat. Τετράδιον, *Quaternio*. In τετράδια diviſi fuerunt libri Neſtorii Patr. CP. quæ interpreti *Quaterniones* dicuntur, in Concilio Epheſino part. 2. act. 1.

Caternio. Gregorius Tur. lib. 5. cap. 18. *Tranſmittimus librum Canonum, in quo erat caternio novus adnexus, habens Canones quaſi Apoſtolicos*, &c.

Quaternium dixit Hubertus in Vita S. Gudilæ Virg. in Prologo.

Quaternum, Petrus de Vineis lib. 3. Epiſt. 64. 66. Reynerus contra Wald. c. 6. p. 77. Nicolaus Epiſcop. Andegav. in Statutis Synodalibus.

Quaternus, Petrus Bleſenſ. Epiſt. 19. *Quinque hujus novi operis quaternos mitto.* Utitur & Epiſt. 101. ut & Concilium Ravennenſe an. 1317. c. 15.

Caternum, in Statutis Maſſilienſium MSS. *Prout eſt computatum & diſtinctum in caterno curiæ.* Lucas Archiepiſc. Cuſentinus in Vita B. Joachimi : *Diu noctuque ſcribebant in caterno, in quo ipſe dictabat.* *Caterne*, apud Andegavenſes. In Regeſto Ludovici Regis Siciliæ fol. 30. hæc habentur : *Copie de l'original du Caterne pour le fait du Martellaige de la Comte du Maine.* Provinciales & Delphinates utuntur eadem notione voce *Cadaſtre*, de qua quædam attigit v. cl. Ægid. Menagius.

Quaternunculus, & *Quaterniunculus*. Hugo Flaviniac. in Chron. Virdun. *Invenit in ipſa Eccleſia quaternunculos de Vita S. Sanctini, ſed valde contritos.* Carolus C. Rex apud Hincmarum : *Quia neceſſitate cogente, prolixius reſpondere compulſi ſumus, contra morem noſtrum, in quaterniunculo annulo noſtro ſignato reſponſionem noſtram ſcribere neceſſarium duximus.* Adde Concil. Duziacenſe I. part. 2. cap 17.

Quaternio, qui quartæ militaris vel urbicæ centuriæ præeſt, Gallis *Quartenier*. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 35. *Decani, vel Decuriones, Quaterniones, Duumviri*, &c.

QUATERNUM, *Lignum in quatuor partes fiſſum*. Petro de Creſcentiis lib. 5. de Agricult. p. 267.

QUATRARIA. Vide *Quadraria*.

QUATRONCHIA, Menſuræ frumentariæ ſpecies. *Quatronchia frumenti*, in Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro Communia Coicheienſi an. 1253. apud Perardum.

QUATUOR-ANGULATILIS, Quatuor angulis conſtans. Autor incertus inter Gromaticos : *Terminus ſi rotundus fuerit, & brevis, & de una parte in latus punctum habuerit, in fontem quatuor-angulatilem deſcendet.*

QUATUOR TEMPORA. Vide *Jejunium vernale*. Autor Græciſmi MS.

Dant Crux, Lucia, Cineres Kariſmata dia,
Ut ſit in angaria quarta ſequens feria.

QUERCIA, Quercus, Italis *Quercia*. Charta Rachiſi Regis Longobard. apud Ughellum in Epiſcopis Cluſinis : *Inde verò de terra Philippi rectè in montecello ad ipſas quercias, ubi ſunt cruces factas deſuper campo ubi dicitur*, &c. Occurrit præterea apud Recuperum in Miraculis B. Ambroſii Senenſ. n. 138.

QUERELA, idem quod Cauſa, actio, lis intentata, in Regiam Majeſt. lib. 1. cap. 8. § 14. cap. 10. § 1. c. 13. § 3. in Statutis ſecundis Roberti I. Reg. Scot. cap. 30. § 1. &c.

Querela forinſeca. Leges Canuti Regis de Foreſtis cap. 9. *Et ſint quieti — ab omnibus armorum oneribus, quod Warſcot Angli dicunt, & forinſecis querelis.*

Querelles fieffaux, in Conſuet. Norman. cap. 48. 92. id eſt querelæ feudales, querelæ ſeu lites de feudis.

QUERELARE, Queri, *Se plaindre*. Ugutio : *Querelari, querimoniari, lamentari. Querelosus, querula plenus.* Papias : *Querelatur, queritur, clamat, teſtatur.* Vetus Interpres Alexandri Tralliani Iatroſophiſtæ lib. 2. paſſion. *Et dicebat ſe morditationem pati in ventre, & capitis dolorem ſe habere querelabat.* Chronicon Farfenſe : *Quidam in terra Paulus — querelatus eſt Domino Karolo Regi — de Monaſterio S. Angeli — dicens quod de ſuis parentibus fuiſſet, & ſibi pertineret.* Italis *querelare*, eſt accuſare in judicio, *dar querela*, nomen deferre, diem dicere. Hac notione utitur Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani p. 67.

QUERELOSUS, μεμψίμοιρος, apud S. Ferreolum in Regula c. 7. *Querelleux*, Jurgator. Alias

Querelosus, idem valet quod *querulus*, apud Aldelmum lib. de Virginitate cap. 4. & Flodoardum lib. 2. Hiſt. Rem. c. 3.

QUERIMONIARI, Queri, in Vita S. Fructuoſi Epiſcopi Bracarenſis cap. 13.

QUERISTÆ. Charta ſeculariſationis Eccleſiæ Menevenſis apud Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 327. *In ſecundo verò gradu ſubtus ſtent Vicarii Diaconi, — item in tertia forma pueros & Queriſtas præcipimus collocari.* Fortè *Choriſtas*.

QUEROLA. Vide *Cœrola*.

QUESTA, *Queſtor*. Vide *Queſta*, *Queſtor*.

QUID PRO QUO, JC. Anglis idem eſt quod συνάλλαγμα in contractibus. Cowellus.

QUIDAGIUM. Vide *Guidare*.

QUIENAVES. Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Ovetenſis, an. 781. apud Sandovallium : *Una regula de ordine S. Benedicti, & quinque quienaves, & quatuor tapetes, & tres vaſos ſolomonegos, & duodecim curiales argenteas, & unum argenteum.* Hic hæret editor.

QUIETARE, Dormire, Gall. *Repoſer*. Vetus Scheda Caſinenſis apud Camillum Peregrinum in Hiſt. Longob. lib. 1. p. 126. *Statim ſuper eodem ſepulchro ſoporatus, totam quietavit noctem.*

QUIETORIUM, Sepulchrum. Vetus inſcriptio : *Quietorium hoc ſibi vivens paravit.* In aliis, *Requietorium*, eadem notione, 883. 4. 954. 1. 1030. 8. 1094. 8. Senator lib. 6. Epiſt. 8. *Defunctorum ſacram quietem dixit.* Valentinianus Nov. de Sepulchris : *Quis enim neſcit quietos ſollicitari funeſtis auſibus manes?* S. Hilarius apud Facundum Hermianenſem lib. 10. cap. 6. *Cogitans tot Sacerdotes ſanctos & quieſcentes jam*, &c. Hinc formula recepta in inſcriptionibus ſepulchrorum : *Hic requieſcit*, &c. Eadmerus in Deſcript. Cantuarienſis Eccleſiæ : *Uſque ad locum quietis Beati Dunſtani.* Teſtamentum SS. XL. Martyrum Sebaſtenorum : ἐπειδὴ γὰρ κοινὸν ἐθέμεθα τὸν τῶ ἄθλω ἀγῶνα, κοινῶς συνεθέμεθα καὶ τὴν καταμονὴν ποιήσασθαι ἐν τῷ προειρημένῳ χωρίῳ.

QUIETUS, Abſolutus, liber, Gallis. *Quite*. Lex Longob. lib. 1. tit. 14. § 8. *Et ſi de una judiciaria fuerit, ad dies 12. antequam eat ad exercitum, ſit quietus*, &c. Tabularium Caſaurienſe an. 29. Ludovici Imp. F. Lotharii : *Et accepi pretium ego venditor à te emptore meo — & finitum pretium teſtor apud me habere, ita tamen ut omnibus temporibus ſecurus & quietus maneas.* Will. Tyrius lib. 14. c. ult. *Etſi Dominus Imperator et Halapiam, Cæſaream, principi reſtitueret quietas*, &c. Monaſticum Anglican. to. 2. pag. 47. *Libera & quieta in perpetuam eleemoſynam tenenda, ſalvo ſervitio forenſi.* Matth. Paris an. 1251. *Si quis Henricum de Bato-*

nia occiderit, quietus ſit à morte ejus, & quietum cum protector. Occurrit paſſim, maximè in Tabulis Anglicis.

Quitus, idem quod *quietus*, ex Gallico *Quitte*. Hiſt. Archiepiſcop. Bremenſ. in Joanne:

Promittunt præſidia ſibi dare quita
Quæ ipſe expoſuit pro ſervanda vita.

Mox:

A Papa de Curia quiti dimittuntur,
Redeunt ad propria, promiſſa ſcinduntur.

Libertates oppidi Seiſellenſis: *Et per hoc eſt quitus.* Occurrit ibi pluries, & alibi paſſim.

Quietus redditus dicitur, qui in exoneratione aliorum ſervitiorum, puta operarum, precariarum, &c. manerii domino annuatim ſolvitur; vulgo Anglis *mult rente*, & *white rente* nuncupatur, quod in denariis & argento penditur. Spelm.

Quieta clamantia, Anglis *Quite clame*, cum quis renuntiat juri alicui quietè & pacificè. Radulfus de Diceto an. 1190. *Rex Tancredus dedit Regi Ricardo pro quieta clamantia rerum omnium quas petebat, unciarum auri 20. millia. Quieta clamatio*, eidem ipſo anno. Matth. Paris: *Dedit — tot uncias pro quieta clamantia teſtamenti.*

Quietare. Ugutio, & ex eo Papias & Will. Brito in Vocabul. *Quieto, as, quietum facere ponitur pro abſolvere à debito, vel reddere debitum.*

Quietatio, apud Radulfum de Diceto an. 1196. in Charta Ricardi Regis Angliæ: *De loquela verſus dominum Regem Francorum, ſcilicet de quietatione Clericorum & Laicorum, cum eo ſermonem habeatis.*

Quietantia, Apocha, Gallis *Quittance*. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 279. *Habent omnes libertates, & liberas conſuetudines in brevi contentas, & quietantias ſuas cum ſoca & ſaca, & tol, & them*, &c. Hic autem propriè *quietantia* ſumitur pro immunitate ab omnibus ſordidis muneribus, vel conſuetis vexationibus, exactionibus & præſtationibus, quæ hacce concipi ſolet formula: *Et ſint quieti ab* &c.

Acquietare, Adquietare, Solvere. Leges Edwardi Confeſſ. c. 35. *Et qui terram acquietatam habet comitatus teſtimonio, habeat ſine querela in die*, &c. Regiam Majeſtatem lib. 2. c. 35. *Tenentur hæredes teſtamenta patrum, & aliorum prædeceſſorum ſuorum ſervare, & debita eorum acquietare.* Vide to. 1. Monaſt. Angl. p. 199. Scribitur &

Adquieto. Matthæus Paris an. 1267. *Petitum eſt ut Clerus adquietaret novem millia marcarum.* Hinc

Acquietantia, vox frequens apud Leguleios, noſtris, *Quittance*, de qua conſule Edwardum Cokum ad Littletonem, Monaſt. Angl. to. 1. p. 196. & Raſtallum.

Acquietare, interdum *quietum* & ſecurum *reddere*, abſolvere: vox forenſis. Galli dicunt *Acquiter*. Leges Ethelredi Regis Angl. apud Brompton. c. 10. *Et roget ut mundificet, & acquietet eum, ſi poſſit.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 87. *Qui in collegio vel ſocietate fuerit, ubi aliquis occidatur, acquietet ſe quod eum non percuſſit*, &c. Idem quod *adlegiare*, purgare ſe.

QUINDENITAS, *Quindeniatio*. Vetus Notitia an. 954. apud Ughellum to. 5. Ital. ſacræ p. 1501. *Ille autem talem comentionem fecit nobis, dare gaudiam & quindenitatem, interpretes ponere Andream venerabilem Epiſcopum ſancta Trajeclana Eccleſia, ut uſque in diem tertium haberemus inducias penſandi inter nos*, &c. Mox: *manifeſtaſſemus nos ut vere eſſemus ſervi veſtra Eccleſia, in qua dicta quindeniatione permanſimus uſque in diem tertium — & habuimus proinde inter nos Conſilium*, &c. Fortè pro *indemnitas*.

QUINGENTENARII, in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 26. lib. 9. tit. 2. §. 1. 4. qui quingentis militibus præerant.

QUINISEXTA, Gr. Πενθέκτη, dicta Synodus Trullana habita Conſtantinopoli ſub Juſtiniano Rhinotmeto,

ὅλ᾽ τὸ ὑστέρημα τῆς τιμῆς καὶ τῆς ὅλης συνόδου ἀναπλήρωσ. τοῦ τῶν ἱερῶν, φημί, κανόνων. Verba ſunt Macarii Ancyrani. De ejus autoritate, conſulendus omnino Leo Allatius de Conſenſione utriuſque Eccl. lib. 1. c. 27.

QUINQUAGENARII, in re militari, dicti, qui quinquaginta militibus præerant, ut Centuriones, qui centum. Will. Tyrius lib. 2. c. 20. *Centuriones, Quinquagenariis, & numeris militaribus præpoſitis*, &c. Et lib. 15. cap. 1. *Edicto Imperiali publicè mandatur Primiceriis, Centurionibus & Quinquagenariis Legionum iterum cohortes inſtrui*, &c.

Quinquagenarii, in re civili appellati in municipiis, qui quinquaginta famulis præerant, ut *Centenarii*, qui centum, *Decani*, qui decem. Cathwlphus in Epiſt. ad Carolum M. *Comites, Centenarios, Quinquagenarios, Decanos, & reliquos munera non accipientes*, &c. Vide *Centenarii*, *Decani*. Denique

Quinquagenarii in Monaſteriis πεντηκοντάρχαι vocati, autori Vitæ S. Alexandri Acœmeti Abbatis n. 43. qui 50. Monachis præfecti erant.

QUINQUAGESIMA, appellatur, ut eſt in Ordine Romano, *quia decurrit uſque in diem ſanctum Paſcha. Initium autem*, inquit Alcuinus lib. de Divin. offic. *ſumit à ſequenti hebdomada poſt Sexageſimam, — & finitur die ſancto Paſcha.* Vide eundem in Epiſt. ad Carolum M. de ea re, Amalarium lib. 1. de Eccl. offic. c. 3. Rabanum lib. 2. de Inſtit. Cleric. c. 34. Rupertum lib. 4. de Divin. offic. cap. 8. Honorium Auguſt. lib. 3. cap. 40. Hugon. à S. Victore lib. 3. Obſerv. Eccl. cap. 12. Durandum lib. 6. c. 27. &c.

Quinquageſima, quæ aliàs *Pentecoſte*, Spatium ſcilicet 50. dierum à Paſchatis die uſque ad diem ipſum feſtum, quem *Pentecoſtes* nomine vulgo indigitant Chriſtiani, unde & *Quinquageſima Paſchalis* dicitur Rabano de Inſtitut. Cleric. lib. 2. c. 41. & 34. & Honorio Auguſtod. lib. 3. cap. 148. ad diſcrimen alterius *Quinquageſima*, quæ eſt ante Quadrageſimam. Ferrandus Diac. c. 214. ex Synodo Sardicenſi tit. 1. *Ut diebus Quinquageſima genua non flectantur.* Hac præterea notione *Quinquageſimam* uſurpat Caſſianus lib. 2. de Cœnob. inſtit. c. 6. 18. & Collat. 21. cap. 8. ubi obſervat in ea non cuſtoditam à ſtrictioris vitæ Monachis jejuniorum regulam uſque ad vigiliam Pentecoſtes, qua de re extant Canones apud Gratian. diſt. 4. cap. *Scire* & cap. *Poſt Paſcha*. Honorius Auguſtodun. lib. 3. Gemmæ Animæ c. 136. *Tempus inter Paſcha & Pentecoſt. Quinquageſima nominatur, quia à Sabbato, quo duo Alleluja incoluntur, uſque ad Sabbatum Pentecoſtes quinquaginta dies computantur, quibus Alleluja in cantu frequentatur.* Et cap. 137. *Aliud eſt Pentecoſte, aliud Quinquageſima. Pentecoſte à die Reſurrectionis Chriſti uſque ad adventum Spiritus ſancti: Quinquageſima incipit à Sabbato, quo duo Alleluja cantantur, & finit in Dominica Benedicta, ſed utroque corporis & animæ lætitia exprimitur.* Vide Durandum lib. 6. Ration. c. 81. n. 17.

Quinquageſima, feſtum ipſum Pentecoſtes. Concilium Aurelian. I. c. 25. *Ut nulli civium Paſcha, Natalis Domini, vel Quinquageſima ſolennitatem in villa liceat celebrare.* Concilium Turonenſe II. c. 17. *De Paſcha uſque Quinquageſimam, exceptis Rogationibus, omni die fratribus prandium præparetur.* Vide Martin. Bracar. c. 57. & Concilium Aurelian. IV. c. 2.

QUINQUENNALE. Odo Epiſcopus Pariſ. in Statutis cap. 6. §. 12. *Nullus Miſſas, quas injunxerit, celebret, nec tricenarium, nec annuale, & pro minus nullum triennale, aut quinquennale.* Vide *Tricenarium*. In Conſuetudine Burbonenſi art. 68. *Quinquennelle*, pro quinquennalibus induciis creditori à principe indultis, uſurpatur.

QUINQUENNALIS, Magiſtratus ita dictus, cujus functio quinquennii erat. Edictum Theoderici Regis cap. 52. *Ita ut confectionis geſtorum præſentes adhibeantur tres Curiales, aut Magiſtratus, aut pro Magiſtratu De-*

ſenſer civitatis cum tribus Curialibus, aut Dumviris, vel Quinquennalis. Adde §. ſeq. & vide Jacobum Gotofred. ad l. 7. Cod. Th. de Piſtorib.

QUINTA, Quintum milliare, Bannileuca, Gall. *Quinte.* Occurrunt crebro in Chartis Pictavenſis Comitatus apud Beſlium in Comitib. Pict. hæc verba: *Situs in pago Pictavo, infra quintam ipſius civitatis, in loco qui dicitur* &c. p. 223. 225. 361. 384. *Quintum milliare* appellatur p. 361. *Dux conceſſit Eccleſiam in honorem S. Petri fundatam infra quintum milliare ab urbe Pictava. Quinta leuca*, in Charta Ludovici VII. Regis Franc. an. 1180. *Ob remedium animæ noſtræ & anteceſſorum noſtrorum, & filii noſtri Philippi Regis, omnes ſervos noſtros & ancillas, quos Homines de corpore appellamus, quicumque ſint Aurelianis, & in ſuburbiis, vicis, villulis ejus infra Quintam leucam exiſtentibus — ab omni ſervitutis jugo abſolvimus. Les Quintes d'Angers*, in Jure municipali Andium artic. 35. *Quintes du Mans, &c.* de quibus Charta Joannis Regis Angliæ apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccleſiæ Anglic. to. 3. p. 35. *Civitatem Cenomanenſem poſſideat — cum tota quinta liberè & pacificè.*

QUINTADECIMA, redituum ſcilicet, quam *auxilii* vice tenebantur omnes Laici & Beneficiati Regi perſolvere, apud Anglos, quæ tamen nec annuatim, nec ſine Parlamentario decreto exigebatur, aliàs *tallagium*, & *taxa*. Vide Magnam Chartam c. 37. Henricum Knyghtonem an. 1219. & Matth. Weſtmonaſterienſem anno 1227.

QUINTALE, *Quintallus*, Pondus centum librarum. Rogerus Hovedenus in Ricardo I. *Inſula quidem de Cuverſu magna eſt & fertilis, & reddit ſingulis annis Imperatori Conſtantinopolitano 15. quintallos auri. Quintallus eſt pondus centum librarum.* Eadem habet Bromptonus. In Conſuetud. Bayonenſi tit. 27. art. 3. *Le quintal doit peser 96. livres, & la livre 14. onces & demie.* In Conſuet. Beneharn. tit. de ponderibus & menſuris art. 4. *Quintaus, & miey quintaus.*

Ita porrò noſtri appellant pondus majus publicum, ad quod merces gravioris ponderis exiguntur: pro qua penſitatione tributum domino cujus eſt, dari ſolet: vulgò *Quintal.* Charta Raymundi Comitis Barcinon. & Provinciæ an. 1150. *Non faciant nundinas aut mercatum in Trencatalbis, nec ibi habeant cordam nec Quintale, & ſi habeant cordam & Quintale, ſint Comitis & Archiepiſcopi.* Statuta Maſſilienſia MSS. lib. 3. *Ordinamus ſimiliter quod Stagnum, ſive merces ſtagni, vendatur deinceps ad quintale Maſſiliæ, & non ad quintale quod vulgariter conſuevit appellari Quintale ſpartoni.* Alia an. 1332. pro Tolonenſibus in Provincia: *Item jus ponderis virga ferri, quod ſic levatur, videlicet pro qualibet ſomata bladi quæ ponderatur, & pro quolibet quintali quarumcumque rerum ponderatarum, à cive Toloni recipitur obolus unus, ab extraneis verò* &c. Uſatica Aquarum-mortuarum: *Molendina, quintale, & corda, & furni erunt omnes noſtri cum leudis & omnibus uſaticis, & accipietur ad quintale & cordam tantum.* Adde Hiſt. Epiſcoporum Lodovenſium p. 96. Annales Maſſilienſes Gueſnaii p. 322. Gariellum in Epiſcopis Magalon. p. 90. &c.

Quintallus, eadem notione. Charta Raimundi Comitis S. Ægidii an. 1164. ex Tabulario Cluniacenſi: *In omnibus autem uſaticis quæ per terram accipiuntur tam infra villam, quam infra bonas* (limites) *ipſius villæ, medietas illorum in quintallo, & in corda, & in leda de mercato medietas erit mea, & medietas illorum,* &c.

QUINTANA, Papiæ, ex Iſidoro lib. 15. cap. 2. *Pars plateæ quà carpentum provehi poteſt.* Ugutio addit, *quinta pars.* Gloſſ. Ælfrici; *Quintana*, fifte del pyre ſtrete. Charta Hiſpanica æræ 1010. apud Anton. *de Tepez* in Annalib. S. Benedicti to. 1. ch 8. *Et de ipſa villa mortua quæ pergit in directo ad quintana.* Occurrit ibi pluries. Alia æræ 950. ch. 30. *Et deinde quæ ad quintana de Biſtin, &c.*

Quintana, & Quintena, Gall. *Droit de Quintaine.* Quintanam Sanjulianus in Antiquit. Cabilon. p. 411. cum *Banno vini* confundere videtur, ſeu facultate vinum vendendi, aut non vendendi interdicto, certis & ſtatutis diebus. Charta Joannis Cabilonenſis Comitis an. 1232. apud Petrum Franciſcum Chiffletium in Beatrice Cabilonenſi Comitiſſa: *Et placitum vigiriale, & quintanam Cabiloni, & omnes Judæos Cabilonenſes, &c.*

Quintana, Quintena. Decurſio equeſtris ludicra, ad metam hominis armati figuram exhibentem ad umbilicum, mobilem & verſatilem, ſiniſtrâ clypeum, dextrâ enſem aut baculum tenentem: quæ ſi aliter quàm in pectore lancea percutiatur, ſtatim qui à ſcopo aberrat, baculo repercutientem figuram ſentit. Robertus Mon. lib. 3. Hiſt. Hieroſ. p. 51. *Tentoria variis ornamentorum generibus venuſtantur, terra infixis ſudibus ſcuta apponuntur, quibus in craſtinum quintanæ ludus ſcilicet equeſtris exerceretur.* Matth. Paris an. 1253. *Juvenes Londinenſes ſtatuto Pavone pro bravio, ad ſtadium, quod vulgariter Quintena dicitur, vires proprias & equorum curſus ſunt experti. Le Roman d'Aubery* MS.

Li cuens ni volt plus longuement targier,
Ains fait tantoſt la quintaine dreſcier.

Le Roman de Jordain de Blaye MS.

A la quintaine & à l'eſcu iouſter,
& courre as barres, & luitier, & verſer.

In Conſuetud. MS. oppidi Maceriarum, ſeu *de Mezieres* in Turonibus, molendinarii tenentur ſemel in anno, *de fraper par trois coups le pal de la quintaine.* Vide Froiſſartem 4. vol. cap. 63. p. 187. & quæ de hoc ludicro congeſſimus in Diſſert. 7. ad Joinvillam pag. 182.

QUINTANA. Joannes Diac. in Epiſc. Neapol. *Altarium ſanctæ Stephaniæ aureis circumcinxit quintanis, & multas fecit areas ibidem coronas, è quibus ſcilicet lucernæ ſeriatim diſpoſitæ dependerent.* Ubi Caracciolus *quintanas* annulos interpretatur, ratione mihi incomperta. Vide Ughellum to. 6. p. 98.

QUINTANALES. Charta Ermengardis Comitiſſæ Ceritanenſis an. 893. in Append. ad Capitul. Regum Franc. n. 127. *Videlicet omnes ſupranominatis manſis, caſis, caſalibus, coopertis, diſcoopertis, quintanalibus, curtis, curtalibus, &c.*

QUINTARIUS, Menſuræ ſpecies. Chronicon Reicherſpergenſe: *Miſit ei 30. quintarios de pipere.* Quid verò *Quintarius* apud Vitruvium lib. 3. c. 1. ſignificet, vide Bernardinum Baldum, & Salmaſium de Modo uſurar. c. 1. p. 17.

Sunt etiam *Quintarii limites*, apud Agrimenſores, *qui quinque centurias cludunt*, ut habet Hygenus.

QUINTELLUM, Quinta pars quintæ partis, *Requint.* Statuta Venetorum an. 1242. lib. 1. c. 4. *In alienatione mobilium* (Eccleſiæ) *jus quintelli debet eſſe ſalvum.* Eadem Statuta lib. 6. c. 4. *Sancimus quod quintellum intelligatur, & ſit quintum quinti pretii pro quo vendita fuerit, ſeu aliter alienata poſſeſſio quintello ſubjecta: quod interpretamur quatuor pro cento.* Vide lib. 4. c. 11.

QUINTERNA. Statuta Academiæ Viennenſis in Auſtria: *Scholares non vacent magis tabernæ, dimicaturæ, aut quinternæ, quam Phyſicæ aut Logicæ ſeu ſacræ Facultati.* Ubi quinternam eruditus Lambecius *cytharam*, quam noſtri *Guitarre* vocant, interpretatur. Sed cùm vox hæc *dimicationi*, i. haſtiludio, jungatur, probabilius eſt intelligi aut ſcribi debere *Quintanam.*

QUINTERNIO, Libellus 5. foliorum, ut *quaternio*, quatuor, Italis Senenſibus, *Quinterno.* Concilium Piſan. II. *Joannes Burchardus tenens in manibus ſuis 2. quinterniones, dixit, &c.*

Quinternetum, eadem notione. Miracula S. Goſlini Abb. c. 6. *De quibus omnibus fit mentio in quinterneto miraculorum ipſius Goſlini.*

QUINTUM, Tributi ſpecies apud Aragonenſes, Majori-

centes, & Occitanos. Libertates Regni Majoric. per Jacobum Regem Aragon. an. 1248. MSS. *Pro quinto, — lectus, arca, non pignorabuntur, neque veſtes, neque arma perſona ſua. Si querimonia facta fuerit de poſſeſſione, vel re immobili, non dabitis caloniam* (calumniam) *neque quintum.* Infra: *Succumbente actore vel reo decima pro calonia perſolvatur, & non quintum, — ita videlicet quod reus ſolvat decimam de eo in quo condemnatus fuerit dare vel ſolvere actori per ſententiam vel compoſitionem, — de immobili verò quintum vel decima pro calonia non ſolvatur. Statuentes quod de cætero loco quinti quod pro calonia præſtabatur de placitis quæ in curia civitatis & inſulæ Majoric. agitabantur, de placitis futuris vice quinti decima perſolvatur ab actore & reo, ut eſt ſuperius ordinatum.* Vide Monetaticum. Charta Raimundi Comitis Toloſani an. 1236. ex Regeſto Toloſano p. 51. 88. *Annuales cenſus, oblias, cum pertinentibus donationibus, quartos, quintos, & agrarios, & decimas, thaſcas, & primitias,* &c. In alia an. 1243. *Terras cultas & incultas, nemora, barras, prata & paſcua, cenſus, uſus, quartos & quintos, decimas & agrarios, oblias & donationes totas, queſtas, toltas, & ademprivia, albergas, ſucceſſiones, eſcaducas,* &c.

Quintum, Quinta, & *Quartum*, Quarta pars emolumentorum & commodorum Eccleſiarum ad Advocatos pertinens. Chronicon Moſomenſe p. 660. *Et quia Eccleſia ſemper pro juſto Advocato contra malignantes opus habet, nullum fideliorem firmioremque æſtimans, eundem fratrem ſuum, omnemque ſuum ſucceſſorem abſque aliquo pacto dationis, & acceptionis, vel conſuetudinis, nec in quarto, nec in quinto, vel ipſi vel his quibus ipſe committeret, — Advocatum conſtituit.*

QUINZINA, ex Gallico, *Quinzaine*. *Quinzinam facere in opere*, eſt operari pro alio ſpatio 15. dierum. Charta an. 937. in Tabulario Auguſtodun. Eccleſiæ: *Facit corvadam & ancingiam. Facit quinzinas in opere, aut redimat medio Martio den. 12. tertiam quinzinam ex toto in opere.*

QUISQUE, pro *Quiſquam*, non ſemel utitur S. Auguſtinus.

QUISTA. Vide *Queſta*.

QUOD, neutraliter, pro *qui*, vel *quæ*, ſæpe uſurpant ſcriptores inferioris ævi, quomodo Galli *Que*, Itali *Che*. Leo Oſt. lib. 1. c. 59. al. 57. *Eccleſiam S. Angeli quod tunc ad Arcum Dianæ appellabatur.* Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 125. *Per annulum quod manu geſtabat.* Adde c. 49. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte ven. cap. 34. *Falcones feriunt cum poſteriori digito, quod falconarii dicunt talum.* Ita alibi non ſemel.

Quod fecit, vetus formula in deſignandis & adſcribendis menſium diebus. Diploma Chilperici Regis ex Tabulario Corbeienſi ſic clauditur: *Datum quod fecit menſe Martio die 10. anno 2. regni noſtri.* Nicetius Epiſcop. Trevirenſis Epiſt. 2. to. 1. Concil. Gall. Sirmondi pag. 323. *Per feſtivitatem S. Martini, quam undecima die facit November.* Vetus Epitaphium repertum in Eccleſia S. Acheoli prope Ambianum an. 1660. † *Leudelinus hic requieſcit in pace vixit annus L. defunctus eſt ubi fecit Gennarius dies XV.* † *Valdelina hic requieſcit in pace: vixit annus XXX. defuncta eſt ubi ficit Julius dies XXIII.* Baudouinia in Vita S. Radegundis c. 26. *Quarta feria mane primo Idus Auguſtas quod fecit idem menſis dies XIII. clauſi ſunt ejus oculi.* Vetus Charta apud Iperium: *Actum Virmandis, quando fecit Februarius dies 8. undecimo regni domini noſtri Theoderici glorioſiſſimi Regis.* Similes formulas vide to. 1. Hiſt. Franc. pag. 853. apud eruditum Mabillonium to. 4. Vitarum SS. Ord. S. Benedicti p. 336 617. 618. Vadianum de Monaſt. Germ. p. 86. Brolium lib. 2. Hiſt. Pariſienſ. ubi de Monaſt. S. Germani Pariſ. Meurisſium in Epiſcop. Metenſib. p. 146. Zylleſium in S. Maximino part. 2. p 12.

QUODDARIUM. Charta Lotharii Regis Franciæ an. 958. to. 8. Spicilegii Acheriani p. 358. *Et villam Arbutiolam cum domibus, — atque quoddarium, ſicut Longobardus tenebat ante diem obitus ſui.* Fortè *Clauſarium*.

QUODLIBERTUS, pro *Collibertus*, in Charta plenariæ ſecuritatis ſcripta ſub Juſtiniano, apud Briſſon. lib. 6. Formul. p. 647.

QUOTA, quod quiſque Principi aut Domino in tributum vel cenſum præſtare tenetur, vulgo *Quotte*: unde *Quotiſer*, cenſum imponere. Charta Ricardi II. Reg. Angl. in Monaſtico Angl. to. 1. pag. 538. *Et quod nulla impoſitiones, contributiones, taxa, quota, tallagia, vel auxilia ipſis tanquam alienigenis aliquo modo imponantur*, &c.

Quota litis, apud practicos Anglos, autore Skenæo, dicitur quod judex corruptus ſordibus accipit à litigante ſive actore, ſive reo, contra jus Angliæ Edwardi I. an. 33. in Statuto de Conſpiratoribus, & Jus Civile l. 5. C. de Poſtul. l. 15. c. litem, de Procur. Vide *Campipars*.

Quotare, In capita & verſiculos diſtinguere: Galli *Quoter*, pro numeros paginis indere, vulgo dicunt. Henric. de Knygton an 1219. *Stephanus Cantuarienſis Archiepiſcopus obiit, qui Biblia apud Pariſium quotavit, libros Regum expoſuit*, &c. Godwinus de eodem Stephano: *Sacram Bibliam primus dicitur in capitula diſtinxiſſe ordinem ab eo conſtitutum ſequentibus omnibus quæ uſquam jam inde ab eo tempore fuerunt Eccleſiis.*

Quota, pro Summa, quantitate, Gallis *Quote*. Gobelinus Perſona in Coſmodromio æt. 6. cap. 81. *Miſſus eſt collector Domini Papæ, qui certam quotam recepit oblatorum.*

QUOTDIEBUS, Quotidie, ut *quotannis*, ſingulis annis: *Quot menſibus*, ſingulis menſibus, in l. 7. D. de Tranſactionib. apud Vitruvium lib. 10. cap. 7. &c. *Quotcalendis*, apud Plautum in Sticho. Letaldus in Miracul. S. Maximini Miciacenſis Abb. n. 24. *Synaxim Davidicam quotdiebus perſolvens.* Wandelbertus in Vita S. Goaris cap. 12. *Orta prima luce, ut quotdiebus agebat, pſalmodiæ & orationum vota perſolvere cœpit.* Occurrit præterea in Statutis Eccl. Lugdun. editis to. 9. Spicilegii Acheriani c. 21. in Miraculis S. Urmari n. 20. &c. qua etiam loquendi ratione uſi veteres non ſemel, Cato de re ruſtica c. 43. Varro lib. 4. de Lingua Lat. Pomponius & Ulpianus JC. Apuleius lib. 11. &c. Vide Quintilianum lib. 1. c. 13.

QUO-WARANTO. Vide *Breve quo waranto*.

QUADRAGENA. Vide *Catena*.

R.

R Litera numeralis, quæ 80. denotat, unde verſus:

Octoginta dabit tibi R. ſi quis eam numerabat.

Seu ut habet Ugutio:

Octoginta facit numerum, quæ dicitur hæc R.

Eidem literæ ſi linea recta ſuperaddatur, 80. millia ſignificat.

R. *in ſuperſcriptione cantilenæ, rectitudinem vel raſuram non abolitionis, ſed criſpationis rogitat.* Notkerus Balbulus opuſc. *Quid ſingulæ literæ ſignificent in ſuperſcriptione cantilenæ.* Vide A.

RABANUS. Will. Brito in Vocab. MS. *Aſilus dicitur Rabanus, ſcilicet muſca quæ ſtimulat boves, quam Græci œſtrum, ruſtici rabanum vocant.*

RABIA, *Rabies*, λύσσα, in Gloſſ. Gr. Lat.

RABIOLA. Epiſtola Yvonis Narbonenſis de crudelitate Tartarorum, apud Matth. Paris an. 1243. *Cremonam tandem perveniens, oppidum in Forojulii celeberrimum, nobiliſſima Paterinorum bibi vina, rabiolas, & ceraſia, & alia illecebroſa comedens*, &c. Vide conjecturam Voſſii, qui pro *ribiolis*, ſeu uvis criſpis accipit.

RABITUS. Arnoldus Lubecenſis lib. 2. cap. 7. *Dux igitur applicans ad Accaron, magnificè ſuſceptus eſt ab Accaronitis, & aſcerſis equis, rabitis, mulis, quidam etiam aſinis, proceſſerunt ad urbem Hieroſolymitanam.* Nihil hoc loco Henricus Bangertus commentator, ut ſolet in locis difficilioribus ſilere.

RABO, Menſuræ ſpecies, Ugutioni; hujus meminit S. Auguſtinus Epiſt. 49. quæſt. 4.

RABOINUS, *Rabuinus*, Monetæ ſpecies in regno Hieroſolymitano & Cyprio. Forma colligendi cenſus pro regno Hieroſolymitano apud Willelm. Tyrium lib. 22. cap. 23. *Si verò prædicti 4. ſelecti, qui ad hoc deputati ſunt, cognoverint pro certo, quod alicujus ſubſtantia non valeat centum Byzantios, accipiant ſuper eum focagium, id eſt pro foco Byzantium unum: quod ſi non poterint integrum, accipient dimidium; & ſi dimidium non poterint, accipient rabuinum.* Conſtitutio Odonis Legati contra Simoniacos lata in Concilio Syriæ an. 1254. *Item pro ſponſalibus contrahendis exiguntur à prælatis quibuſdam tres ſolidi, ſive raboinus unus, vel aliud pretium.* Occurrit ibi rurſum infra. Habetur in Conſuet. Britannica art. 255. vox *Rabine*, ſed alia ſignificatione.

RABULUS, *Plenus rabie, unde Rabudulus.* Ugutio.

RACAMAS, Panni pretioſioris ſpecies, noſtris olim nota. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis 1350. *Pour 23. piece & demie de draps d'or de pluſieurs façons, c'eſt à ſavoir 6. nacis d'or, 40. eſcus la piece. 9. racamaz & demy d'or 30. eſcus la piece, & 6. matebas d'or à faire cottes & manteaux.* Hinc Hiſpani *Recamar*, noſtri *Recamer*, pro eo quod *Broder* dicimus, uſurpant, ſeu opere phrygio quidpiam exornare, ſeu auro, ſeu alia materia, quam vocem quidam ab Hebræo *Racam*, quod eſt acu pingere, ſeu intexere varia fila diverſorum colorum inſtar Phrygionum, deducunt.

RACANA, *Rachana*, *Rachina*, Papiæ, *genus veſtis*, ſcilicet veſtis lacera, panniculus, à Gr. ῥάκος, ῥάκη, vel ῥάχη, ducto, ut videtur, etymo. Gloſſ. Græc. MS. Regium cod. 930. ῥάκκος, ἐνδύματα ἱμάτιον. Anonymus in Paraphraſi Oraculorum Leonis Imp. ῥάκος, ῥάκια, καὶ ῥάκια ἀλλάξιμα. Maximè Monachis tribuitur, qui vilioribus & detritis veſtimentis uti ſolebant. Variè porrò hæc vox ſcribitur: nam

Racana dicitur Gregorio M. lib. 9. Epiſt. 75. & Ennodio lib. 9. Epiſt. 17.

Rachana, eidem Gregorio lib. 12. Epiſt. 16. Anaſtaſio Bibl. in verſione vitæ S. Joan. Eleemoſynarii à Leontio ſcriptæ c. 9. n. 52. qui & *rachanellam* dixit c. 6. n. 34.

Rachena, apud Fortunatum in vita S. Radegundis cap. 44.

Rachina, apud S. Audoënum lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 37. in Regula Magiſtri c. 81. apud Baudouiniam in vita S. Radegundis c. 4. &c. Vide Notas ad Cinnamum p. 457. Papias MS. *Rachina, ſtrata lectorum.* Editus habet *rachana*.

RACANA. Anaſtaſius Biblioth. in S. Silveſtro PP. *Oleum Cyprinum libr. centum, papyrum racanas libras mille.* Infra: *Poſſeſſio inſulæ Machabeo præſtans ſolidos quingentos & decem, papyrum mundum racanas quingentas, linum ſaccos trecentos.*

RACHA. Will. Malmeſbur. lib. 2. de Geſtis Pontific. *Ut etiam caudas racharum veſtibus eius affigerent*, fortè *vaccarum*, &c.

RACHA, pars pedis. Conſtantinus African. lib. 2. Pantechn. c. 2. *Pedis calcanei diviſio eſt ſenaria: eſt enim cavilla, eſt & calcaneus, & pedis navicula, & racha, quæ ſic lingua vocatur Arabica, eſt & pecten, ſunt & digiti.* Infra: *Racha 4. habet oſſa, tria poſterius cum navicula retro juncta oſſibus*, &c.

RACHANA, *Rachena*, *Rachina*. Vide *Racana*.

RACHETUM, ex Gallico *Rachat*, *Reemptio*, Redemptio. Idem porro quod *Relevium*, certa ſcilicet pecuniæ quantitas, quam hæres vaſſalli demortui domino præſtat pro obtinendo feudo paterno, qua illud iterum ab eo emit; ſed rato & definito modico pretio, quod *Rachetum* & *Relevium* appellatur. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis Idib. Jan. *Quæ 3. manſuræ cum pertinentiis rachetum ſeu relevamen debent, quotiens poſſeſſoriè mutant.* Atque ita in Conſuetudine Meledunenſi art. 54. *Rachetum* & *relevium* idem eſſe dicuntur, tametſi olim diverſum: ſiquidem *redemptio feudi* idem ſit quod *rachetum*. Charta Henrici I. Regis Angliæ an. 1100. *Si quis Baronum meorum, Comitum vel aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit, hæres ſuus non redimet terram ſuam, ſicut facere conſueverat tempore patris mei, ſed juſta & legitima relevatione relevabit eam.* Ubi hoc loco *redemptio feudi*, eſt id quod *Relevium ad miſericordiam*, ſeu *Relief à mercy* vocant, quod ſcilicet ab hærede pro rehabendo feudo paterno præſtatur domino ad ejus voluntatem ac beneplacitum. Vetus Franciæ Conſuetudinarium: *Rachat ſe fait tant ſeulement en fief: & eſt aſſavoir que quiconques rachate, il doit le mar d'argent au Seigneur de qui il rachate, & luy doit faire trois offres alternativement enſemble, deſquelles le Seigneur eſt tenu de prendre l'une en diſant, Je deviens voſtre home de tel fief, & pour le rachat je vous offre les fruits de la premiere année, ou la valeur d'iceux fruits, ou le dire des prodegens: Nam pro aliquo iſtorum quittari debet.* Vide Stabilimenta S. Ludovici cap. 60.

Rachetum, Compoſitio quam reus facit, vel ſolvit, ut ſe à pœna redimat, *le rachet*, uti loquimur. Statuta prima Roberti I. Regis Scotiæ cap. 9. *Nullus capiat rachetum, hoc eſt* Thieſt-bute, *& ſi quis id fecerit, & ſuper hoc convictus fuerit, ſit in gravi foriſfacto Domini Regis, & reddat ei finem quem cepit de latrone*

& ille qui dedit finem, habeat judicium ſicut latro pro-
batus. Ubi *Thieſt-bute*, eſt latronis compenſatio.

RACHIA, Locus cœnoſus, Picardis *Raque*. Tabul. S. Dio-
nyſii an. 1230. *Et corveias de rachiis & foſſatis*, id eſt
in deſiccandis ejuſmodi locis cœnoſis, & curandis foſ-
ſatis. Vide *Zubors*.

RACHIMBURGII, Judices, in vett. Gloſſ. Comitis ad-
ſeſſores: Sponſores litis, Guillimanno lib. 1. Rerum
Helvet. p. 80. In Gloſſis Keronis, *Rahcha*, eſt *cau-*
ſa. Ita *Rachimburgii* ſunt cauſarum judices. Alii *Ra-*
chimburgios dictos volunt quaſi *Reckiburgen*, ex Germ.
Recht, rectum, & *Berghen*, ſervare, ſeu ex Sax. ꞃiht,
& beoꞃᵹan, quod idem ſonat, quod judices ſint ju-
ris & æqui conſervatores. Conjecturas alias profert
Wendelinus. Lex Salica tit. 52. §. 2. *Tunc Grafio*
congreget ſecum ſeptem rachimburgios idoneos, & cum
ipſis ad caſam illius fidejuſſoris veniat, &c. Tit. 59.
Si quis ad mallum venire contempſerit, & quod ei à ra-
chimburgiis judicatum fuerit, implere diſtulerit, &c. Et
cap. 60. §. 1. *Siquidem rachimburgii in mallo reſi-*
dentes, &c. Formulæ vett. c. 1. *Et dum hæc cauſa*
apud ipſum Comitem, vel ipſos racimburgios diligenter
fuit inventa, vel inquiſita, vel legibus definita, &c.

Rachemburgi, in Capit. ſub Pipino Rege c. 6.

Regenburgi, in Antiq. Fuldenſ. lib. 2. trad. 38. *To-*
tum & integrum tradiderunt coram teſtibus & regen-
burgis ad ipſas reliquias, &c. Adde cap. 4. 6. Char-
tas Parentales cap. 26. Legem Ripuar. tit. 32. §. 2.
& 3. & tit. 60. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 16. & Ka-
nuti Regis cap. 103.

Raimburgi. Ademarus Cabanenſis: *Et demum à Carolo*
M. Imp. fratre ejus miſſus fuit in Aquitania urbes una
cum raimburgis propter juſtitias faciendas.

RADA, Navis ſpecies. Hiſtoria Obſid. Jadrenſis an. 1345.
lib. 2. c. 7. *Navim compoſuerunt ineſtimabilis pulcri-*
tudinis quamdam radam, quam Italici nuncupant Ma-
dium, ſeu Caſtram, in quo erat ſtabilita quædam li-
gnea & ingens turris, &c.

Rada, pro *rheda*. Charta Lud. Reg. Fr. an. 1122. in
Tabulario Monaſt. S. Dionyſii: *Hanc habent conſue-*
tudinem, quam vulgo pedagicum ſive pulveraticum vo-
cant, — ita ut de rada, id eſt carreta, 2. nummos,
de equo 1. &c. Ubi Doubletus p. 848. 851. edidit de
Rheda.

RADE, Littus maris vadoſum, vulgò *Rade*. Leges Bur-
gor. Scoticor. cap. 26. §. 2. *Si navis ſua fuerit in le ra-*
de, bene & in pace recedat.

RADECHENISTRES. Vox in *Domeſdei*, non ſemel, ſed
ignotæ originis, inquit Spelmannus. Fol. 18. tit. Glow.
Berthelay. — *Hi Radechenistr. arabant, & hercia-*
bant ad curiam Domini. Alibi: *De terra hujus mane-*
rii tenebant Radechenistres, i. liberi homines. Videntur
iidem qui Bractono *Radeknights* dicuntur, liberi ſcili-
cet homines, qui tamen arabant, herciabant, falca-
bant, metebant, &c. Vide Edw. Cokum ad Littie-
ton. ſect. 117. & infra *Radman*, & *Rodknights*.

RADIATUS, Segmentis diverſi coloris diſtinctus pannus:
vulgò *Rayé*. Charta Petri Epiſcopi Pariſienſis an.
1218. apud Sammarthanos: *Eccleſiæ S. Clodoaldi in-*
fulam, dalmaticam, & tunicam, albos radiatos, &c.
Fortè albas radiatas. Concilium Bituricenſe an. 1336.
c. 12. *Ac nonnunquam Clericos per ipſos captos cum ha-*
bitu ſeculari & tonſura, in carceribus ſuis tradi faciunt,
& indui veſtibus radiatis, compellentes eoſdem & frau-
dulenter inducentes ad cognoſcendum ſe non eſſe Cleri-
cos, &c. Philippus de *Beaumanoir* MS. cap. 11. *Il*
n'affiert à Clerc qu'il veſte robe roiée, ne qu'il ſoit ſans
couronne apparent, puis qu'il a eu couronne d'Eveſque.
Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii
an. 1351. *Une eſcarlate paonace roiée.*

Radiati, dicti olim Carmelitæ, quod veſtibus *radiatis*
uterentur. Vetus Scheda ex Bibliotheca Cottoniana
edita initio to. 1. Monaſtici Anglicani: *Anno Chriſti*
1045. *Albertus Patriarcha fecit regulam fratribus qui*
Stragulati, Radiati, Birrati vocabantur. Et ex poſt an-
no Chr. 1279. *Martinus Papa ad inſtantiam dictorum*
fratrum, & nomen eorum mutavit & habitum, conver-
tens veſtes ſtragulatas in capas albas, dans eis nomen
novum, vocans eos videlicet Carmelitas. Vide *Bir-*
rati.

RADIETAS. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 422. *Quadri-*
ga equorum fuſilis ex auro ſtabat, in qua radietas ſo-
lis æque fuſilis conſiſtebat. i. ſolis ſtatua undique ra-
diata.

RADIUS, Sulcus, Gallis *Raye*, *Rayon*: Via carucæ in
arando, in Fleta lib. 2. c. 73. §. 12. 13. 15.

Radius virilis, qui *vena* Martiali, Veretrum: apud Cæ-
lium Aurelianum lib. 3. Acut. c. 14.

RADIX, *Radizes*. Teſtamentum Ranimiri Regis Ara-
gon. æræ 1099. in Hiſt. Pinnatenſi lib. 2. cap. 38. *Si-*
militer de pane & vino de meas laboranzas, & radi-
zes & totos meos peculiares, ſic de illo quod eſt aplica-
tum, quam de illo quod eſt pro aplicare, medietatem il-
lius habeat filius meus Sancius, &c. Charta Hiſpanica
vetus apud Anton. *de Tepez* in Chron. Ord. S. Benedi-
cti to. 3. p. 383. *Et miſit nuncios ad nos ſemel, bis, &*
ter, ut daremus ei illam radicem præfati ſenioris, & ac-
ciperemus mutuum in alio loco, & non conſenſimus. Char-
ta alia Hiſpanica apud Sandovallium in Epiſcopis Pam-
pilon. fol. 72. *Eccleſiam B. Mariæ ipſius ſedis liberam*
dedi cum ſuis pertinentiis ac decimis, cum ſua radice,
& cum omnibus quæ ad eam pertinent. Hiſpanis *Raiz*,
eſt radix, *bienes* verò *raizes*, bona immobilia, præ-
dia.

RADMANNI, qui & *Radchenisters* Anglis, liberi te-
nentes qui arabant, & herciabant ad curiam domini,
ſeu falcabant aut metebant, apud Edw. Cokum ad Littl.
ſect. 1. & 117. Domeſdei in fine *Ceſtreſcire*, tit. Lanc.
Rex E. tenuit Peneverdant ibi 11. car. ſunt in dominio, &
6. burgenſes, & 3. radmans, & 8. vil. & 4. bovar.
Alibi, in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 181. *In ipſo hun-*
dredo tenet unus radman unam hidam, quæ eſt de Ber-
tune Canonicorum, & geldabat. Alibi: *De iſto manerio*
tenent duo Milites unam hidam, & 3. virgatas: & 2.
radmanni 3. virgatas & dimid. Adde p. 183.

RADO. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Donat annis*
ſingulis in paſtione de ſpelta mod. 1. pull. 2. ova 15.
lign. carr. 1. ad ſcuriam reficiendam radon. 5. ad fe-
num vehendum quartam partem de carr.

RADUM. Charta an. 1105. apud Ughellum to. 7. pag.
1071. *Poteſtatem habeat plenariam faciendi furnos, —*
rada in flumine Aufidi, &c. An *Vada*?

RAERIA. Charta an. 1165. apud Hemereum in Augu-
ſta Viromand. *Conceſſi domui infirmorum ſancti Quin-*
tini molendinum de Rovereto, cum raeria & pendulo,
perpetuo tenendum, ſub menſura 6. frumenti ſextariorum
ſingulis hebdomadis perſolvendorum. Conſuetudo Pero-
nenſis art. 146. de Vidua: *Pareillement eſt tenue de*
contribuer pour la portion de ſon douaire aux reparations
des moulins, raeres, & cliers, & preſſoirs, &c. Ve-
tus Conſuetudo Atrebatenſis art. 98. & nova art. 145.
En moulin a eau le beffroy, le giſant, & le rayere ſont
reputez heritages, & le demourant meubles.

RAFICA, *Raficamum*. Charta Stephani PP. VII. apud
Catellum p. 773. Sammarthanos in Archiep. Nar-
bonenſib. & Labeum to. 1. Biblioth. p. 805. *Vineas,*
prata, ſilvas, atque medietatem ſilvarum & telonei, ſeu
raficam, atque naufragii, &c. Labeus habet hoc loco:
Medietatem ſalinarum, & telonei, ſeu raficam, ac nau-
fragii, &c. Alia Caroli Simplicis Regis Franc. apud
eoſdem Catellum & Sammarthanos: *Concedimus præ-*
terea medietatem ſalinarum, telonei, portatici & raficæ,
ſive naufragii, atque paſcuarii, &c. Occurrunt præte-
rea eadem verba in alia Karolomanni Regis Franco-
rum pro ipſa Eccleſia Narbonenſi in Notis Stephani
Baluzii ad Concilia Narbonenſia p. 69. At paulò aliter
Charta Odonis Regis an. 888. apud ſupra laudatum
Catellum lib. 5. Rerum Occitanar. p. 749. *Concedi-*

mus medietatem ſalinarum, telonei, portatici, & raſicæ, atque paſcuarii, ceu claſſes naufragiorum, ad eandem Eccleſiam, tam in Narbonenſi quam in Reddenſi Comitatu undecunque Comes vel eius Miſſus receperit, vel recipere debuerit aliquid exactionis. Ex quibus verbis videtur poſſe colligi *Raſicam* fuiſſe quod dominus habet in naufragiis, quod Normannis *Warec* dicitur.

RAFICII, Pondus ſcripulorum 15. Saladino de Ponderib.

RAFIMENTA, *Interramenta*, apud Papiam & in Gloſſis antiquis MSS.

RAFREDARE, vox Italica, Refrigeſcere, noſtris *Refreder.* Occurrit in Charta Italica an. 1287. in Miraculis S. Ambroſii Senenſ.

RAFUM, Rapa, Gallis *Rave.* Acta Murenſis Monaſterii p. 197. *Et ſemen omnium generum, ſpelta, avena, lini, rafei, piſarum, fabarum, milii,* &c.

RAGA. Lex 3. Cod. Th. de Habitu quo uti oportet intra urbem: *Intra urbem Romam nemo vel ragis vel tzancis utatur.* Cùm in Lege ſuperiore *braccis* legatur, videtur eadem vox in hac Lege reponenda. Nam quod quidam *vocchis* reſtituunt, aut *racis*, ut ſint Gr. ῥάκη vel ῥάκια, de qua voce in *Ragana*, neutiquam probaverim: cùm habitus & indumenta exotica, ac præſertim Francorum interdicantur in l. 4. *Majores crines, indumenta pellium, etiam in ſervis, intra Urbem ſacratiſſimam præcipimus inhiberi.* Quæ quidem, ut & *braccas*, Francorum propria fuiſſe ſatis conſtat.

Ragella, Veſtis aut panni ſpecies. Charta plenariæ ſecuritatis Ravennæ ſcripta ſub Juſtiniano, apud Briſſon. lib. 6. Formul. *Mappa valente aſprionis ſiliqua una, lena vetere una, ragella vetere una,* &c.

RAGALRIA, vel *Ragaleea terra*, in Archivis Regiis, in arce London. apud Spelmannum, noſtris Modus agri, *Raye.* Vide *Rega.*

RAGEMAN, Statutum dicitur de Juſtitiariis aſſignatis per Regem Edwardum I. & Concilium ſuum ad peragrandam Angliam, audiendaſque & terminandas omnes injuriarum querelas per quinquennium factarum ante feſtum S. Michaëlis anno regni ſui 4. Spelm.

RAGIATUS, idem fortè quod *Ragatus*, Radiatus, ex Italico *Raiato*, vel Gallico, *Rayé.* Anaſtaſius Bibl. in S. Hilaro PP. p. 28. *Cum columnis porphyreticis ragiatis, foratis.* Cujuſmodi ſunt quas *Canellatas* dicimus. Statuta Maſſilienſia MSS. an. 1276. *Tunica ragata cum punchis.*

RAGIUM. Tabularium Caſaurienſe an. 24. Ludov. Imp. F. Lotharii: *Tibi dono Ludovico terram foris ipſa inſula de Caſaure, juxta ipſum ragium de ipſa Piſcaria, quæ nobis pertinet.*

RAGLORIUM. Charta Edw. III. Regis Angliæ, qua Edwardum primogenitum ſuum Principem Valliæ conſtituit in Parlamento Weſtmonaſt. an. 7. apud Seldenum de Titulis honor. p. 597. *Cum foreſtis, chaceis, parcis, boſcis, warennis, hundredis, cometis, ragloriis, ringeldiis, wodewardiis, conſtabulariis, balivis, foreſtariis, coronatoriis,* &c. Apud Wallos *Rhaglaw*, ait Spelmannus, *Seneſcallum, Surrogatum, Præfectum, Præpoſitum* ſonat.

RAGUNARE, idem quod *Dirationare, Arraiſonner*, Mittere in rationem. Vetus Charta apud Ughellum in Epiſcopis Sulmonenſib. *Habeat in omnibus licentiam — cauſare, agere, & ragunare, & adoprare, de ſupradicto Epiſcopio defendere abſque omni calumnia.*

RAIMATUS. Vide *Adramire.*

RAIMBURGI. Vide *Rachenburgii.*

RAIMUNDENSIS, ita nuncupata moneta Comitum Toloſæ, apud quos *Raimundi* nomen frequens fuit, (nam ad ſeptem recenſentur in eorum ſtemmate.) *Raimundenſes ſolidi*, ſub Henrico & Philippo I. Regib. Franc. occurrunt non ſemel in Tabul. Conch. Abb. in Ruthenis ch. 68. 269. 268. 412. &c. Hujuſce monetæ præterea mentio eſt apud Innocentium III. PP. lib. 15. Epiſt. 186. & in Charta an. 1232. ex Tabulario Graiſenſi deſcripta à D. Luca Acherio ad Guibertum p. 635. *Item dat dicta Jordana libras 35. denariorum Raimundenſium, unum denarium, & ſolidos centum Raimundenſium in rebus, retento ipſis jugalibus uſufructu in vita ſua.* Quinetiam extincta Comitum Toloſæ ſtirpe, ipſoque Comitatu ad Regiam Coronam delapſo, manſit eidem monetæ ipſum idem *Raimundenſium* nomen. Quippe extat in Tabulario Regio, ſcrinio *Monetarios*, Charta 8. Kl. Junii an. 1278. quo B. Epiſcopus Albienſis & Philippus de Furcis pro Philippo Rege Franciæ, *vendiderunt, conceſſerunt & tradiderunt ad cudendum, fabricandum, & faciendum in civitate Albia monetam ſuam Raimundenſem Albienſem Navarro Caſa-forti burgenſi Mars.* Ad duos annos, *ſub modis & pactis inferius comprehenſis, ſcilicet quod ipſi Navarrus & Joannes cudant & fabrificent ipſam monetam ad tres denarios legis, ad tale argentum, & ita bonum & finum, ſicut Turonenſes ſunt ad quatuor denarios, minus pieça, & ad pondus 18. ſol. & 8. denariorum ad pondus marchæ, ad quam marcham dictus dominus Rex deliberat & expedit pecuniam ſive monetam ſuam.* Ibidem præterea ſtatuitur, *ut oboli cudantur & fabricentur ad legem prædictorum denariorum ſuperius deſignatam, & ſint ipſi oboli ad 19. ſol. & 2. den. ad marcham prædictam.* *Remondenſium* denique mentio occurrit in Areſto Parlam. Pariſ. dato penult. Januar. 1319.

Ita præterea dicta moneta Vicecomitum Turenenſium, apud quos pariter Raimundi nomen familiare fuit, cùm ad ſex recenſeantur: in cujus facie altera crux cum voce RAYMUNDUS, deſcribitur, in altera binæ cruciculæ, cum voce TURENNE. Alia Vicecomitum Turenenſium inſignia præfert cum voce RAYMUNDUS, in altera facie crucem cum hiſce characteribus, MON. VICECOM. apud Juſtellum lib. 1. Hiſt. Turen. cap. 14. qui has monetas Raimundo I. Vicecomiti, qui expeditioni Hieroſolymitanæ interfuit, adſcribit: ſed viri doctiſſimi fidem nolim omnino hac in re præſtare, cùm familiarum inſignia monetis ea tempeſtate, qua & fortè neque ſita erant, minimè apponerentur. Præterea Charta anni 1252. ab eodem relata p. 34. *Raimundenſes* fuiſſe monetas Vicecomitum Turennenſium diſertè innuit: *Quinquaginta libras Marchionum, vel Raimundenſium de Turena.* Alia anni 1312. pag. 38. docet ejuſdem fuiſſe ponderis, quo fuit Cadurcenſis, & 20. ſolidos cum ſemiſſe confeciſſe Raimundenſium Marcam. Occurrit præterea mentio *Raimundenſium* Turenenſium in Chartis ab eodem Juſtello deſcriptis p. 66. 70. 154.

RAISA, *Raiſogueldum.* Vide *Reiſa.*

RALLA, Inſtrumentum quo raditur, quaſi *Rada, Radella*, unde *Ralla*, inquit Salmaſius. Gloſſ. Gr. Lat. Ξυστήρ, *hæc Ralla, Rallum, Rallus, Raſorium.* Adde Gloſſ. Iſid.

RALLUS, Avis aquatica, vulgò *Ral.* Sunt etiam *Ralli terreſtres, qui dicuntur duces coturnicum*, inquit Fridericus II. Imp. lib 1. de Arte venandi cap. 9. Adde cap. 17.

RAMA. Lex Ripuarior. tit. 15. *Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium interfecerit, & eum cum rama cooperuerit,* &c. Ita præferre Codicem Metenſem monet Baluzius, ubi alii *Ramo* habent. Vide *Ramale.*

RAMAGIUM, Facultas data *tenentibus* exſcindendi vel colligendi *ramos* arborum in ſilvis dominorum; ſeu *ramalia*, unde & *Ramalaticum* dicitur. Charta an. 1104. ex Tabulario S. Maxentii in Pictonibus: *Ego Audiernus de Campania dedi B. Maxentio ramagium per omnes boſcos meos in curte de Montebo, ad hoc ut homines de Cogulcto accipiant ad omnes neceſſitates ſuas.* Regeſtum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 69. *Pro ramagio lignorum donat quæque domus tria ova in Paſcha.* Areſta an. 1279. in Regeſto Parlamenti Pariſ. B. f. 49. *Capellani de ramagio foreſtæ Britolii remanebunt in poſſeſſione ſui uſagii,* &c. Vide *Ramalaticum.*

RAMAGII, dicti Friderico II. Imp. lib. 2. de Arte ve-

nandi c. 30. 43. & alibi, *Falcones ſilveſtres adulti,*
& qui extra nidum capiuntur cum retibus, laqueis,
aut aliis inſtrumentis. Ramales vocat Thuanus, noſtri
Branchus. Vocis etymon indicat Petrus de Creſcentio
lib. 10. de Agricult. c. 3. dum ait *Ramarios* eſſe *qui de*
nido egreſſi de ramo in ramum matrem ſequuntur. Creſcen-
tii interpreti Italico *Ramirghi* dicuntur. Vide Guill.
Tardiſ Lectorem Caroli VIII. Regis, de Falconib. 1. par-
te c. 15.

RAMALATICUM, idem quod *Ramagium*, de qua voce
ſupra. Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis
p. 38. *Dedit Canonicis Divionenſis Eccleſiæ apud Ar-*
cum-villam, uſusſuorum nemorum, ad conſtruenda quali-
bet ædificia: percurſus quoque in eiſdem nemoribus, &
paſnaticum, & ramalaticum, paſturam videlicet anima-
lium in pratis — habere conceſſit.

RAMALE, Ramus. Papias, *Ramalia, rami arborum,*
vel frondes. Will. Brito lib. 7. Philippid.

——— Lapides, ramalia, truncos
Comportant, vivoque graves cum ceſpite glebas.

Et lib. 10.

Pars ſolis ſolem ramalibus arcet & imbrem.

Utuntur Ovidius, Perſius, Martianus Capella, & alii.
Vide Stephanium ad Saxonem Grammaticum pag.
155.

RAMATA, Piſcationis ſpecies, projectis in aquam ra-
malibus, intra quæ piſces ſe ſe recipere ſolent. Tabu-
larium Priorat. de Paredo fol. 60. *Dedit in hoc loco —*
terram, id eſt campum ſitum in ripa Ligeris, dictum Ad
graverias, & capturam piſcium, quas vocant Ramatas,
quas ſequenti tempore Dominus Gaufredus de Bonant in
ſuo dominio retinuit, &c. Fol. 71. *In Alta ripa ſex con-*
geries ramorum, quas Ramatas dicunt, in aqua Ligeris.
Fol. 25. *Ripam aquæ, ac congeries ramuſculorum in aqua*
ad capiendos piſces. Fol 78. *Dedit — tres meliores ra-*
matas, quas habebat in alodio ſuo in Ligerim, quæ vulgò
dicitur Lea ad Altam ripam. Vide *Combri* & *Rameia.*

RAMATA, Ramalium umbraculum, cujus uſus in Pro-
ceſſionibus Eccleſiaſticis, dum eæ per plateas urbanas
peraguntur. Charta Huberti Epiſcopi Andegav. in li-
bro de Reſtitut. S. Florentii Salmurienſis: *Remitto cun-*
ctas alias conſuetudines, præter unam, quam ſolam re-
tineo, quæ eſt Ramata mihi facienda ſingulis annis, ſi-
cut prius à villanis illis, ſi commoniti fuerint apud —
ſedis noſtræ villam ante matrem Eccleſiam ad feſtivitatem
SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, &c.

RAMATUM. Charta Stephani Bani Croator. an. 1018.
apud Joann. Lucium lib. 2. de Regno Dalmatico c. 8.
Et ſi quis (quod abſit) auſus fuerit ſubtrahere ex meis,
vel extraneis, moriatur de ramato, & habeat ſemen ſu-
per terram, & perſolvat auri libras 30. hoc eſt ad
ramum, vel ad furcam ſuſpendatur. Vide *Ramus. Le*
Roman de Gaydon:

Ne ſoit pendus à un aubre ramé.

RAME, vox Italica, *Æs, Æramen,* unde origo. Tabula-
rium Caſauriense: *De bubus & vaccis, & de minutis*
animalibus, de ferro & rame, &c. *Corona una de ra-*
me, cruce una de rame, &c. in Charta an. 1284. apud
Ughell. tom. 7. Ital. ſacr. p. 611.

Ramum, eadem notione, apud Sanutum lib. 2. part. 2.
cap. 6. & ſeq.

RAMEIA, Charta Petri D. Marleti an. 1234. apud Du-
cheſnium in Hiſt. Monmorenciaca p. 407. *In domanio*
meo ſunt — riparia verſus Crociacum, duo gurgites, &
tres rameia quæ dom. Robertus de Eſſenvilla tenet de me.
Idem videtur quod *Ramata.* Vide in hac voce.

RAMERIUS Charta an. 1256. in Regeſto Toloſano Ca-
meræ Comput. Pariſ. fol. 51. *Prata & paſcua, nemora*
& bartas, & alberetas, & rameries, & deveſios, &c.

RAMETA, Bulla MS. Paſchalis PP. an. 1106. de Dedi-
catione B. Mariæ de Caritate: *Sunt autem termini iſti.*
ab illo loco Ligeris, ubi ſunt rameta Hugonis de Troncon-
giis, per medium vallis, uſque ad boſcum qui dicitur Brol-
lium, &c. Occurrit ibi rurſum. Silvula fortè, à ramis.

RAMHUNT. Vide *Canis.*

RAMICH, eſt pondus ſex *Chiraſt, Chiraſt* autem eſt gra-
norum 4. Saladinus de Ponderib.

RAMILIA, Ramuli, vulgò *Ramille.* Monaſticum An-
glic. to. 1. p. 808. *Et de boſco meo conceſſi & dedi eis in*
eleemoſynam 10. *carucatas de ramilia, & tres de virga per*
ſingulos annos.

RAMINATIUM. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 94.
Nec non & de tertiis & thaſchis quæ exierunt ex eiſdem ſil-
vis, & de raminatio. Ubi fortè legendum *Ramatico.*
Vide in hac voce.

RAMISPALMA. Vide *Dominica Palmarum.*

RAMOSUS *pulſus*, medicis dicitur, qui primis digitis
tangentis apparet aliomodo, & reliquis digitis apparet
inæqualis: ut ſi appareat uni digitorum velox, alii tar-
dus, uni ſpiſſus, alii ramoſus, uni fortis, alteri debilis,
uni incidens & apertus, alteri deciduus & occultus.
Magiſter Egidius de Corbolio lib. de Pulſibus:

Finditur in ramos ramoſus, & organa motu
Quadrifido feriens digitos percurrit in uno
Diſcolor in pulſu, &c.

RAMPICO, Uncus: vox Italica. Sanutus lib. 2. part. 4.
cap. 8. *Dictum navigium ronconibus & longis lanceis,*
atque lanceis cum rampiconibus ſive uncis in capitibus
opime fulciantur. Bocacius: *Perche cimone dopo le parole*
preſo un rampicone di ferro. Ejuſmodi ſunt lanceæ illæ Go-
thicæ, de quibus Sidonius lib. 4. Epiſt. 20. *Lanceis unca-*
tis, ſecuribuſque miſſilibus dextra referta. Rampiones ha-
bet Petrus de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. c. 32.

Rampinus, idem quod *rampico.* Otto Morena in Hiſt.
Rerum Laudentium p. 49. *Cremenſes verò per foſſatum*
ipſius caſtri cum manculis & rampinis euntes, ſuos qui in
foſſato necati erant, — foras extraxerunt. Pag. 58.
Alios etiam tres ipſius ducis milites cum rampinis ferreis
de ponte in terram trahentes, &c.

RAMUS, Virga, membrum virile. Prudentius lib. 1. in
Symmachum, de Priapo:

Turpiter affixo pudeat quem viſere ramo.

Warnerius in Caprum Scottum Poëtam MS.

Nam ſicut miſera tractabat crura puellæ,
Prætendens ramum luxuria rigidum.

Vide Meurſium in Exercit. critic. part. 2. c. 7.

Ramo interfectum cooperire, de eo qui homicidium clam,
ſeu *murtrum* commiſit. Lex Ripuariorum tit. 15. *Si*
quis ingenuus ingenuum Ripuarium interfecerit, & eum
cum ramo cooperuerit, vel in puteo, ſeu in quocumque li-
bet loco celare voluerit, quod dicitur Mordrido, &c.
Lex Salica tit. 43. de Homic. §. 3. *Si autem de ramis,*
vel de hallis, aut de qualibet re eum cooperuerit, &c.

Ad ramum increare, ad furcam ſuſpendere, in Lege Sa-
lica tit. 69. §. 1. Vide *Ramatum.*

Rami, Dominica quæ *Ramiſpalmarum* vulgo dicitur.
Charta Sancti Regis Navarræ æræ 1125. apud Sando-
vallium in Epiſcopis Pampilonenſib. pag. 75. *Veniant*
ad Ramos & in Sabbato ſancto ad Baptiſterium cum ſuis
Presbyteris, &c.

Ramus, Locus cuſtodiæ reorum, truncus, *Stock*, Germ.
Goldaſt.

Inveſtitura per ramum. Vide *Inveſtitura.*

RAN, Rapina, Saxonicè, & Danicè, quæ vox occurrit in
Legibus Canuti Saxonicis part. 2. c. 58. Gloſſ. Saxon.
poſt Leges Henric. I. Regis Angl. Ran, *aperta rapina*
quæ negari non poteſt. Leges Guillelmi Nothi c. 62.
Si Francigena appellaverit Anglum de periurio, aut
murdro, furto, homicidio, Ran, quod dicunt apertam ra-
pinam, quæ negari non poteſt. Anglus ſe defendat per quod
melius voluerit, aut iudicio duelli, aut ferro. Vide Ho-
vedenum pag. 601. Janum Dalmerum ad Jus Aulicum
Norvegicum vetus pag. 520. & Petrum Reſenium ad
Jus Aulicum Canuti II. Regis p. 671. Hinc

Boran, Deprædatio manſionis, apud Suenonem in
Legibus Caſtrenſib. cap. 10. Kanutus Epiſcopus Wi-
burgenſis lib. 2. Legum Juticarum cap. 44. *Hoc eſt bo-*
ran, quando aliquis intraverit curiam alterius, & inde
diripuerit

diripuerit pecora ejus, veſtimenta vel arma, vel aliquam aliam rem valentem dimidiam marcam denariorum. Varias autem rapinarum ſpecies jus Danicum recenſet, videlicet *haandran, hoeran, balran, marhran, ſtigran*, &c.

RANCARE, Papias MS. *Stertere, rancare vulgo dicitur. Eſt autem flatum per nares emittere & ſonare.* Editus habet *Rancare*.

RANCORDIA, *Rancor, ira; unde Rancordioſus, rancordia plenus.* Ugutio & Joan. de Janua. ex Italico *Rancore*, vel Gallico *Rancœur*.

RANCURA, Faſtidium, querimonia, vox Italis nota. Toloſani dicunt, *Se rancura*, queri de aliquo: ex Lat. *rancor*: unde noſtri fortè, *Rancune*. Charta Adelfonſi Regis Aragon. æræ 1157. apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. p. 265. *Et qui habuerit rancuram de aliquo de vobis, & voluerit vos pignorare & prendere*, &c. Alia Monaſterii Lucenſis apud Marcam lib. 5. Hiſt. Beneharn. c. 17. n. 1. *Super ſigillum & vim clamando, accipere habuerunt centum ſolidos Pictavenſis monetæ, & cum rancura magna* (honorem Solæ) *reddiderunt.* Id eſt invito animo. Alia an. 1251. apud v. cl. Steph. Baluzium in Notis ad Concilia Narbonenſia: *Cùm olim ſuper quæſtionibus & rancuris quæ vertebantur inter* &c. Ibidem: *Super diſſenſionibus & rancuris inter* &c. Dantes can. 39. 27.

Quella che non ſi dol di mia rancura.

Rancurare, Italis *Rancuricare*. Vide Albertum Acharlſium in Vocabulario Italico. Charta Alfonſi I. Regis Aragonum apud Blancam: *Scripſi tibi iſta mea carta de Logronco. & ſapias quod vidi rancurantem illo Epiſcopo de Zarragoza, & ſuos Clericos quomodo non habent, neque ſunt penes illos, Eccleſias adhuc de illos alhobzes, & de illos furnos qui fuerunt de illas meſchitas.* Infra: *Et ſi me amas, amplius non veniant mihi inde rancurantes.* Americus Sarlatenſis apud Joan. Noſtradamum in Vitis Poëtarum Provincialium c. 59.

Auray en pax ſufertas mas doulours,
Et non mi vac plangen ny rencuran.

RANCUS, Ταγγὸς, pro *Rancidus*, in Gloſſ. Gr. Lat.

RAPA, *Rapus*, Comitatus portio major, *laſti* inſtar, quæ plures in ſe continet *hundredos*, ſeu centurias. Omnis autem *Suſſexia* in ſex tantum *rapos* conſumitur, Spelm.

RAPIUM. Lambertus Ardenſis p. 2. *Quia terras & rapeia & ſilvulas, decimaſque & redditus, aliaſque poſſeſſiunculas nunc in Ghiſnenſi terra poſſideant.* Et pag. 11. *Eò quòd in armentis & pecoribus nutriendis totam perfunderet intentionem, terram in parte monticuloſam, & rapeis & boſculis obſitam, agros etiam paſcuos, gurgitoſam mariſci planitiem — cum ſe daturum promiſiſſet*, &c.

RAPERIA, Ædiculæ ruſticæ ſpecies, apud Arvernos. Tabularium S. Flori in Arvernis an. 1265. *Ordinamus quod de uno quoque foco, i. hominum facientium vel habentium raperiam, una detur gallina.* Alibi: *Quilibet homo habens domum propriam in dictis parochiis exiſtens, pro una raperia, vel pro quocunque foco unam gallinam ſolvat.* Occurrit ibi pluries.

RAPHALIS. Vetus Charta MS. an. 1250. *Ego Garcia Examinis* (Procurator & tenens locum in Cuiſſa pro D. Infante Petro Portugall.) *dono & ſtabilio per francum & liberum alodium tibi Bern. de Vernet Preſbytero — unum Raphalem, qui vocatur Benyſaid, qui affrontat, &c. ita quod ibi laboretis, & de omnibus bladis inibi habitis, donetis mihi & meis — decimam & Eccleſiæ primitiam.* Occurrit ibi pluries. Vox Arabica, *Rahal, Raphal, Rafal, Rafales*, quæ caſam, domum, ſeu prædium civitati vel oppido adjunctum ſonat: *una caſa, ò heredad junto à la ciudad ò villa*, inquit Joan. Dametus in Hiſt. Regni Balearici pag. 272.

RAPIARIUS, *Rapiarium*, Collectaneum, in quod undique rapta referuntur. Ita editor Chronici Windeſemenſis ad lib. 2. cap. 62. *In uno rapiario compendioſe inſcripſit.* Cap. 65. *Studendo ſeu bonum punctum ad rapiarium ſcribendo.* Cap. 67. *Bonum de vita & paſſione Chriſti ſcripſit rapiarium.* Adde cap. 68. *Raparium* verò eſt *locus ubi rapæ creſcunt*, Joanni de Janua.

RAPINA, Infirmitas in falconibus. Anonymus de Falconibus ſecundum Aquilam, &c. *Si infirmitate quæ Rapina dicitur, infirmetur, ſucco artemiſiæ cibus ejus intingatur.*

Rapina, Raptus. Vide *Mazacrium*.

RAPINATOR, Raptor, apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 10. Uſi etiam aliquot ex veteribus. Vide Nonium ex Varrone.

RAPOWORFIN, Sepulchri violatio, vox Longobardica. In Edicto Rotharis Regis Longob. titulus 6. inſcribitur *de Rapoworfin.* Mox ſequitur: *Si quis ſepulturam hominis mortui ruperit, & corpus expoliaverit, aut foris jactaverit*, &c. Extat hæc lex in Lege Longob. lib. 1. tit. 12. §. 2. Vide *Umegmorfin, Marahuuorfin*, & *Meruuorfin*.

RAPPA. Vide *Marguillum*.

RAPTORES, Latrones publici, *Voleurs de grands chemins.* Vita S. Simonis Comitis Criſpeienſis cap. 11. *Cùm apud Firmitatem Caſtellum, quæ olim ipſius hæreditas dicta eſt, in propria demoraretur, amicum quemdam ad ſe de villa venientem, videndi deſiderio accenſum, unus ex iis qui Raptores dicuntur, improviſe proſiliens, captum rapuit, & abſceſſit.* Ordericus Vital. lib. 9. ubi de Concilio Claromontenſi an. 1095. *Hoc etiam anathemate feriuntur falſarii, & raptores, & emptores prædarum, & qui in caſtris congregantur propter exercendas rapinas, & domini qui amodo eos retinuerint in caſtris ſuis.* Vide Hermannum de Miracul. S. Mariæ Laudun. lib. 1. cap. 6.

RAPTURA. Gloſſarium Saxonicum Ælfrici: *Raptura*, ƿẏning. i. lac ſeroſum.

RAPTUS, *Concubitus illicitus*, Ugutioni, & Joanni de Janua: Nuptiæ occultæ, clandeſtinæ. Concilium Troſleianum an. 909. c. 8. *Eſt præterea quædam execrabilis ſpecies rapinæ, vel potius ſacrilegii, quam ex ipſo actu ruſtici Raptum vocant.* Infra: *Decernimus ut nullus occultas nuptias vel raptum faciat, — ſed dotatam & à parentibus traditam per benedictionem Sacerdotum accipiat*, &c. Charta Guidonis Regis Hieroſol. an. 1190. apud Gueſnaium in Annalib. Maſſilienſib. *Excepto furto, homicidio, tradimento, falſamento monetæ, violatione mulierum, quod Rapt vulgariter dicitur.*

Ratus, pro raptus. Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1203. in Tabul. S. Judoci: *Et notandum quod Comes Monſteroli & Pontivi extra villam B. Judoci per totum Comitatum prædictæ Eccleſiæ debet habere aſſultum, murdrum, ſcatum, & ratum, violentiam ſcilicet mulieris vi oppreſſæ.*

RAPULATUM, *Cibus de rapis.* Jo. de Janua.

RAPUS. Chartula plenariæ ſecuritatis ſcripta ſub Juſtiniano apud Briſſon. lib. 6. Formul. *Olla teſta rupta una talia valente aſprione, albio valente nummos 80. rapo valente aſprione, modio valente aſprione*, &c.

RASA. Charta MS. Jacobi Regis Aragon. an. 1260. *Et affrontat — per raſam boſqui uſque ad campum veſtrum*, &c.

RASAMEN, Raſura, *Raclure.* Marcellus Empiricus cap. 1. *Raſamen paſtæ quod in magide adhæret, — conteres*, &c.

RASARE. Auctor Mamotrecti ad lib. Job c. 40. *Sorbet terram, i. ſorbere videtur raſando, ſive pedibus fodiendo.*

RASCARE, Cum ſonitu quodam ac vi expuere, Picardis *Raſquer*: vox conficta à ſono qui expuendo fit, vel quod guttur ſputum acriùs quodammodo radat: eſt enim Italis *Raſchiare*, idem quod *radere*. Conſtantinus African. lib. 3. de Morbor. curat. cap. 8. *Sanguinis rejectio duobus modis fit, cum tuſſi, vel cum raſcatione: cum tuſſi, à pectore exit, & ſibi cum adjacentibus membris: cum raſcatione, ex gutture & adjacentibus uvula.* Adde c. 9.

Rascia, Modus agri, vel vineæ. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol. 17. *Quidam homines — vendiderunt monachis hujus loci 3. raſcias de vinea, quas ad medium plantum tenebant.* Fol. 40. *Vendidit monachis — unam raſciam vineæ*, &c. Occurrit alibi non ſemel.

Raſcia, Aqua ſubſidens, locus aquaticus, & lutoſus, vulgo *Raque*, Picardis. Charta Philippi Comitis Flandrenſis an. 1176. apud Buzelinum lib. 2. Galloſl. cap. 22. *Excepto eo quod ibi habet Aquicinctenſis Eccleſia à raſcia Pomeriis, uſque ad raſciam Rullagii, & quod domino Warlemii in angulo ſuo licet habere tres tantummodo lacunas talis* (f. palis) *& viminibus compoſitas, ſed nullam ex iure licet ei exercere piſcationem per decurrentes aquas.* Vide *Raſcare.*

Raſcia. Declarationes Congregationis Caſinenſis S. Juſtinæ ad cap. 55. Regulæ S. Benedicti: *Chlamydes verò ſive de raſcia, ſive de panno, ſive de feltro, ſive ſecundum conſuetudinem Congregationis noſtræ, non ſerico supernè contexta, nec Laicorum more bullis ſericis antebullata*, &c. Mox: *Pilei ſive de lana ſive de palea non ſint, ut ſeculares utuntur, in turbinem elati aut acuti, aut etiam ſerico ornati, ſed depreſſi, plani, ac ſimplici raſcia cooperti, ſi fuerint cooperiendi.* Idem fortè quod *Raſum.* Vide in hac voce.

Rascus. Liber de Miraculis S. Quintini cap. 11. apud Hemereum: *Ubi & quidam pauper claudus — hoſpitans quoddam ferramentum habebat, quod vulgi raſcum vocant, hocque vaſa minuta cavans, victum operando manibus quærebat.*

Rase. Eigil in Vita S. Sturmii n. 13. *Dirutis innumeris ſilvis & arboribus, & raſe ad calcem faciendam compoſita*, &c. Ubi Browerus Germanis *Raſe* ceſpitem eiſſe ait, quem vulgo *Turbam* vocamus, quo ſcilicet ignis conficitur.

Raseria, Menſura annonaria, in tractu præſertim Morinenſi, vulgo *Raſiere.* Bulla Honorii III. PP. apud Ughell. in Epiſc. Interamn. to. 1. *Solvat unum raſerium annonæ Epiſcopo*, &c. Charta Balduini Com. Guinenſis an. 1228. *Octo raſeria avenæ & ſex raſeria ordei.* Occurrit paſſim in Tabulario S. Bertini, & Chronico Andrenſi p. 365. 372. 414. in Probat. Hiſt. Monmorenc p. 342. Hiſt. Guinenſis p. 202. apud Miræum in Donat. Belgic. p. 237. &c.

Raſarium, ead. notione. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 417. *Et de uno raſario frumenti in uno quoque menſe Ortolano: & ad Natale Domini de uno raſario braſii*, &c.

Raſellus, eadem pariter notione in Areſto an. 1320. pro Tornacenſib.

Raseta. Matth. Silvaticus: *Pecten, pars manus quæ eſt inter raſetam & digitos.*

Rasilis. Papias: *Ralla, veſtis eſt quæ vulgo Raſilis dicitur.* Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Ralla, vel raſilis*: ꝥ- ʒum beȳcƿeꝺ hꝛæʒel. Eſt autem *ralla* veſtis ſpecies Plauto nota. Papias: *Raſile, acutum, vel bene raſum.* Vide *Interraſilis.*

Rasorium, in ſuppellectile ſcriptoria, in Statutis antiqu. Cartuſianorum cap. 16. §. 8. *Scalpellum unum ad radendum pergamena, novaculas ſive raſoria duo*, &c. Ubi *Raſoria* fortè ſunt quæ *Canifs* appellamus.

Raspare, Scrutari, vox Italica, pro *Ruſpari*, ipiaṽῶ. Joannes de Janua, & Gloſſ. Lat. Gall. *Ruſpor, inquirere, & eſt gallinarum, quæ pedibus eſcam quærunt.* Gloſſ. Iſidori: *Ruſpantur, perquirunt anxiè.* Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 9. *Aliæ* (aves) *raſpando cum pedibus ſub terra, quando non inveniunt eſcam ſuper terram, ut perdices, gallinæ, — aliæ raſpant cum pedibus & cum roſtro cavando, mordicant ea quæ inveniunt ſuper terram & ſub terra.* Et cap. 35. *Cum iſto namque ungue caput & cætera membra, ad quæ poſſunt attingere, raſpant & ſcalpunt, ex utroque pede ſcilicet.* Lib. 2. cap. 52. *Raſpat autem ubi eſt ciliatura, per duas cauſas una eſt quia vult removeree: ligamen ab oculis*, &c. Vide Oct. Ferrarium, in *Raſpare*,

Raspatorium. Matth. Silvaticus: *Spatomelle, eſt inſtrumentum chirurgicum, quo immittuntur medicinæ in vulneribus, & oculis, Raſpatorium ſecundum alios.*

Raspetum, Vinum recentatum, Gallis *Raſpé.* Charta Henrici Ducis Brabantiæ pro Communia Bruxellenſi an. 1229. *Qui vinum ſupra uvas habuerit, quod Raſpetum vocatur, in tavernis ipſum vendere non poteſt.* Vide *Recentatum.*

Rassa. Vide *Traſſa.*

Rasta, Milliare Germanicum, *Raſte.* S. Hieronymus in Joëlem: *Unaquæque gens certa viarum ſpatia ſuis appellat nominibus. Nam & Latini mille paſſus vocant, & Galli leucas, Perſæ paraſangas, & raſtas univerſa Germania.* Vetus Agrimenſor: *Milliarius & dimidius apud Gallos leuuam facit, habentem paſſus mille quingentos, duæ leuuæ ſive milliarii tres apud Germanos unam raſtam efficiunt.* Beda de Numer. diviſione: *Duæ leuvæ, ſeu milliaria tria raſtam faciunt*, Charta Dagoberti Regis apud Will. Hedam, Coccium, & Henſchenium de Tribus Dagobert. *Leucas ſex, quas homines loci illius ſiti dicunt raſtas tres eſſe.* Vetus Charta in Chronico Laurishamenſi p. 64. *De qua in omnem partem quaquaverſus pertinent ad eundem locum inter campum & ſilvam leugæ duæ, id eſt raſta una.* Adam Bremenſis cap. 19. *Qui locus ab Epiſcopatu Ferdenſi poſitus, ab Hammaburg niſi tribus diſparatur raſtis.* Adde Leonem III. PP. Epiſt. 2. ad Carolum M. Thwroczium in Chron. Hungar. part. 1. cap. 11. Chartam Ludovici II. Reg. apud Mabillonium to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p 526. &c.

Rastallativus *ſcorpius, qui parvus eſt, & habet caudam retro raſtellantem*, inquit Conſtantinus Afric. lib. 8. Pantech. c. 22. id eſt *raſtelli* inſtar effictam.

Rastellagium, Præſtationis ſpecies ex pratis, vel operæ quas in *raſtellando* fœno in dominorum pratis debent Tenentes. Tabularium Prioratus S. Nicaſii Mellentenſis fol. 37. *Quidquid juris habebant vel habere poterant in pratis eorundem ſitis apud Murellos, tam in raſtellagio, quàm in aliis conſuetudinibus*, &c. Tabularium Eccleſiæ Carnotenſis an. 1225. ch. 257. *Et omnes abonagios, ſcilicet de quolibet abonagio unum denarium, & medietatem omnium raſtelagiorum pratorum*, &c.

Raſtragium, eadem notione. Necrologium Eccleſiæ Carnotenſis: *Scilicet cuſtodiam & margines, qui vulgo dicuntur andems, & raſtragia.*

Rasticucium. Catholicon Armoricum: *Cziſſ*, Gall. *Beſague*, Lat. *Bipennis, Raſticucium, Biſacuta.*

Rastrum Vide *Furca.*

Rasum, *Raſus*, idem quod *Raſeria*, Menſura annonaria, in Regeſto Cenſuum Carnoti fol. 25. & alibi. Charta Radulphi Epiſcopi Adegavenſis an. 1183. pro Abbatia Melinenſi: *Unum minam nucum & ſex denarios de eleemoſyna Odonis — unum raſum nucum de eleemoſyna Fulconis de Chemans*, &c. Charta Balduini Abbatis *de Vermand* in Tabulario Abb. Montis S. Martini: *Duo raſa avenæ quæ ei pro terra manſuali debebantur.*

Raſus. Fleta lib. 2. c. 12. §. 12. *Raſus alleorum continet 20. flones, & qualibet flonis 25. capita.*

Raſum, ῥάσον Græcis Græcobarbaris, veſtis novitiorum Monachorum, qui ῥασοφόροι dicuntur. Vide Balſamon. in Syn. CP. can. 5. Meurſ. in Gloſſ. & Salmaſ. ad Tertull. de Pallio pag. 35. S. Althelmus de Laude virg.

Nec lacerna tibi vileſcat vitrea, virgo,
Tergore vel raſſo, & lignis compacta ſalignis,
Seu membranarum tenui velamine facta.

Ubi legendum *raſo.* Vide *Raxium.*

Rata. Canones Hibern. lib. 31. c. 20. *Ut fœminæ heredes dent ratas & ſtipulationes, ne transferatur vera hæreditas ad alienos.* Lib. 33. c. 6. *Omnis venditio tribus confirmetur, id eſt ratis & ſtipulationibus, & teſtibus, & ſcriptione in qua fiunt.* Cap. 5. *De modo quo reddes*

debitor ſalutem rata. Et mox: *Debitor reddat quantum rata ſolvit, & quantum fatigatus fuerit: ſi verò humanus fuerit, rata non quærat uſuram,* &c. Cap. 7. *De ratione ſtipulationum & teſtium,* inſcribitur. Eſt igitur *rata* idem quod *ſtipulatio*, contractus. Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Rata, arbitrata, firma, certa.* Iidem Canones c. 4. *Synodus Hibernenſis dicit, ut rata reddat debita, pro quibus fixerat manus.*

RATAPANT. Vide *Catapanus.*

RATENICHTES. Vide *Colna*, & *Radman*

RATICULA, & *Raticum, obolus, as, ſic dictus, quia ſit ſimilis rati, ſcilicet ad inſtar ratis cornutus.* Ugutio.

RATIO, Jus, cauſa, judicium.

Rationes exercere, Placitare. Charta Lotharii Regis Franc. an. 987. apud Michaëlem Carbonellum in Chronico Hiſpan. fol. 19. *Ut nullus Comes, Pontifex, Judex publicus in prædictis rebus habeat poteſtatem cauſas diſtinguendi, nec obligandi, nec rationes exercendi*, &c.

In rationes venire, advenire, ad rationem venire, eſſe, &c. Juri ſtare. Epiſtola Epiſcoporum Franciæ ad Ludovicum Regem an. 858. c. 3. *Quando ſicut & ante petivimus, ut frater veſter, & omnes fideles illius ante veſtram fideliumque veſtrorum præſentiam in rationes loco & tempore congruo veniſſemus, & quæ malè geſta fuerant, veſtro conſilio & auxilio cum Dei adjutorio fierent emendata.* Chronicon Farfenſe: *Et qui aliter agere voluerit, in præſentia Regali vel Imperiali in rationes adveniant.* Formulæ vett. incerti autoris for. 38. *Suggeſſit eo quod apud noſtrum ſignaculum hominem aliquem, nomine illum, mannitum habuiſſet, & ſuper noctes tantas ante nos debuiſſet venire in rationes,* &c. Charta Caroli M. pro Monaſterio S. Dionyſii: *Si quis vero contra præcepta anteriorum Regum vel noſtra aliquid facere vel contraire voluerit; tunc Miſſus noſter vel Comitis ſuper noctes viginti una ante nos per bannum noſtrum venire faciant in rationes contra Miſſos S. Dionyſii & Folcradi Abbatis.* Adde Formulas vett. ſecundùm Legem Romanam for. 29. 39. 42. Concilium Duziacenſe I. parte 1. cap. 6. p. 67. part. 4. cap. 4. p. 254. Beſlium in Regib. Aquitan. p. 31. &c. *Ad rectam rationem & juſtum judicium venire*, in Capitul. Caroli C. tit. 16. §. 2. Fulbertus Carnot. Epiſt. 48. *Quia judicio contendere magis quàm veniam poſtulare ſtatuiſtis; reſtat vobis convenire judices, qui præfixis loco & tempore, nos in alterutrum legali ratione juſtificent.*

Ad rationem ſtare. Formula 117. apud Lindenbrog. *In rationes publicas ante illuſtrem virum — adſtiti.*

Mittere vel *ponere ad rationem*, eſt ad judicium quemvis provocare; citare; ſubmonere. Hinc familiaris loquendi noſtris formula; *Mettre quelqu'un à la raiſon.* Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. c. 45. *Qui de tantis malis miſſus ad rationem; iterum victus omnia emendavit.* Adde lib. 1. cap. 116. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandriæ n. 140. *Poſuerunt Comitem ad rationem.* Charta Henrici III. Imp. an. 1056. apud Nicol. Zilleſium: *Si homo in hominem verbis aut factis deliquerit, nec Abbas nec Advocatus in rationem id ponere debet, niſi præſens ſit aliquis qui eum accuſet.* Epiſtola 221. ex Franciſcis to. 4. Hiſt. Francor. *Poſui civitatis burgenſes ad rationem; reſponderunt mihi,* &c. *Ad rectam rationem & debitam emendationem perducere*, in Capitul. apud Marſnam an. 851. c. 4. Adde Conventum Furonenſem an. 879. c. 4. 8. Alexandrum III. PP. Epiſt. 45. apud Sirmondum, Traimundum Clarevallenſem Epiſt. 3. Gaufridum Vindocin. lib. 2. Epiſt. 16. Thomam Walſingham. an. 1304. p. 88. Beſlium in Comitib. Pictav. p. 149. Hiſt. Landgravior. Thuring. cap. 109. &c. *Le Roman de Garin*:

Guibert l'appelle, ſi l'a à reſon miſt.

Crebrò apud hunc ſcriptorem.

In ratione eſſe, quod practici dicunt, *Eſtre en cauſe*, in Capitulari 3. an. 813. c. 42.

Rationem ſequi. Gregorius Turon. lib. 9. c. 33. *In judicium quoque accedentem coëgimus eum, in quantum potuimus, rationem ſequi*, i. judicium.

Rationem habere cum aliquo, Litigare cum aliquo. Vita S. Præjecti Epiſc. Arverni. *Ad palatium properat, & ut mos eſt apud Regis aulam, in loco ubi cauſa ventilantur, introiit, ut cum Hectore de ſupradicto negotio rationes haberet.* Edictum Piſtenſe c. 32. *Et ipſe ſic mallum ſuum teneat, ut barigildi ejus & Advocati, qui in aliis Comitatibus rationes habent, ad ſuum mallum occurrere poſſint.* Adde Capit. Caroli C. tit. 32. §. 13.

Rationem facere, Jus alicui facere, impertiri, Gall. *Faire raiſon à quelqu'un.* Lex Ripuar. tit. 3. §. 2. *Quod ſi ſervus — fuga lapſus fuerit, ſupra 14. noctes aut ipſum repræſentet, aut pro eo faciat rationem. Diſtrictas rationes facere*, in Epiſt. Stephani PP. ad Pipinum, &c. *Diſtrictas cum eo faciatis rationes.* Charta an. 1167. apud Guichenonum in Hiſt. Sabaud. p. 42. *Ego vel ipſi ibi de eis plenariè juſtitiam & rationem faciemus.*

Rationem perdere, Cauſâ excidere, & à facultate jus ſuum perſequendi. Decreta S. Ladiſlai Regis Hungar. lib. 1. cap. 41. *Si quis verò nobilium — ad regale palatium cum ſuo litigatore non ſteterit, & regio nuntio vocatus ſine Regis licentia demum perrexerit, rationem perdet, & inſuper ſi quid ab eo abſtulerit, dupliciter reddat.* Adde cap. 42. lib. 3. c. 26.

In ratione ſua eſſe, in Lege Salica tit. 1. Occupari rebus propriis. *De hereditate & de tota illorum ratione ſe tollat*, tit. 63. id eſt, ejuſce parentelæ res ac negotia negligat.

Rationare, Placitare; *Plaider.* Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 9. *Ut nemo in placito pro alio rationare uſum habeat defenſionem alterius injuſtè, ſive pro cupiditate aliqua minus rationare valente, — ſed unuſquiſque pro ſua cauſa vel cenſu, vel debito rationem reddat,* &c.

Rationator, Advocatus. Conſtitutiones Barcinonenſes MSS. *Item que los Avocats & els Rahonadors no puſquen pendre ne aver per lur ſalari del plet, — ſi no aſtant con lo Jutge deu aver & pendre de la una part.* Obſervat Miræus in Donationib. Belgicis p. 549. *Rationatores*, Belgis & Theutonibus appellari, qui tam civiliter, quàm criminaliter in tribunali Præpoſiti jus dicunt, vulgò *Redenaers* nuncupatos.

Ratiocinare, Ratiocinari, Litigare, in jure agere, jus ſuum diſceptare; ad rationem ponere, cauſam ſuam coram judice rationibus probare, rem quampiam rationibus ad id adductis ſibi aſſerere; crimen rationibus in judicio à ſe amoliri. Vetus Notitia apud Beſlium p. 149. *In legitimo placito ante ipſum Comitem ipſe — advenire debere ad hanc cauſam ratiocinandum,* &c. Ordericus Vitalis lib. 12. p. 846. *Sed virtute Regia conſobrinum ſuum protegente, ratiocinari ad voluntatem ſuam non poterat.* Idem eodem lib. *Clamores veſtros & ratiocinationes, ut rectius potuero, diligenter diſcutiam.* Sugerius in Ludov. VI. cap. 3. *De jure in curia ejus rationando certa die decerrent.* Cap. 8. *Comes pactum hoc offerebat per Andream de Baldimento terræ ſuæ procuratorem ratiocinare.* Vetus Notitia ex Tabulario Eccl. S. Laudi Andeg. p. 84. *Qui cùm diu obſtinatè prædictum paſſagium tenuiſſet, & ſe ipſum ratiocinaturum dixiſſet, termino inde poſito, & poſtea præterito — quatuor nummos quos inde ceperat reddidit.*

Derationare, eadem notione. Chronicon Centulenſe Hariulfi lib. 4. c. 7. *Tamdiu itaque contra Hucbertum inſtitit, uſque quò procerum judicio in Regis præſentia eam quam diximus villam derationaret.* Cap. 19. *Volens eam veraci aſſertione, & charta teſtimonio nobis derationare.* Tabularium Eccleſiæ Ambianenſis fol. 34. *Et eamdem decimam Canonici adverſus eum derationaverunt.* Chron. S. Petri vivi an. 1116. *Et ſe ſe ubivis omnibus judicialibus ſententiis deratiocinaturum evidenter patefecit, Eccleſiam Retiacenſem ſe & anteceſſores ſuos plus 100. annis — tenuiſſe.* Milo Criſpinus in Vita B. Lanfranci Arch. Cantuar. cap. 9. *Et coram omnibus teſtimonio antiquorum Anglorum, qui periti*

erant legum patriæ, deratiocinatum eſt libertatem terræ ſua. Vide Doubletum in Hiſt. Sandionyſ. pag. 842. Sammarthanos in Gallia Chriſt. to. 2. p. 445. &c.

Diſrationare. Leges Edwardi Confeſſ. c. 36. *Si quis fecerit clamorem ad Juſtitiarium, quod injuſtè interfectus ſit, & dixerit quod velit hoc diſrationari,* &c. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 2. *Si quis civium de placitis Coronæ implacitatus fuerit, per ſacramentum quod judicatum fuerit in civitate ſe diſrationet,* &c. Mox: *Se diſrationent quod non debent.* Adde c. 29. & 48. Charta ejuſdem Henrici in Monaſtico Anglic. tom. 3. p. 265. *Sciatis me reddidiſſe Deo & Eccleſiæ & Roberto Epiſcopo Lincolniæ 12. bovatas terræ, quas Radulfus Baſſet diſrationavit eſſe in dominio meo,* &c. Vide Leges Athelſtani cap. 2. Matth. Paris an. 1242. p. 397. an. 1249. p. 508. Vitas Abbat. S. Albani p. 79. Chronic. Andrenſe p. 416. Probationes Hiſtor. Caſtilion. p. 26. &c.

Dirationare, eadem notione uſurpant Regiam Majeſt. lib. 1. cap. 15. §. 12. cap. 16. §. 10. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 48. Ricardus Hagulſtad, cap. 13. Placitum apud Pinendenam apud Seldenum ad Eadmer. p. 198.

Deſrener, noſtris. Leges Guillelmi Nothi c. 27. *Si home veut derainer convenans de terre vers ſon Seignor, per ſes pers de la tenure meſmes qui il apellera à teſtimoines, les cuverad derainer: kar par eſtranges ne pourra pas derainer.* Ubi miror vocem *derainer* non intellexiſſe Seldenum. Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap. 1. *Pource que ſe il n'eſt plaideoir, que ſon conſeill li ſache la raiſon garder, & ſa querelle deſreigner de ce dont il eſt requeroit.* Cap. 3. *Je le vous contrebati par eſgart de court, & vous par eſgart de court l'avés deſreigné vers moi,* &c. Cap. 13. *L'on peut plaidoier contre chaſcun ſans eſtre donné a conſeil par court, pour ſon droit deſraigner, ou deffendre,* &c. Occurrit ibi non ſemel. Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.

Irons-nous deſſus luy voſtre droit deſrener.

Hinc *deſrene*, quod *dirationamentum* dicitur in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 238. & apud Will. Thorn p. 2130. quod ſic definit vetus Conſuetudo Normanniæ: *Deresne ſi eſt une loy eſtablie en Normandie en ſimples querelles, par laquele celui qui eſt ſuis d'aucun fet, & accuſez de felonie que il n'a pas fet le fet dequoi la partie averſe l'avoit accuſé, & pour c'en que l'en a preſumption que cheſcun doit miex ſavoir la verité de ſon propre fet que nul autre, la deſrene eſt ottroiée à celui qui en eſt ſuis pour deſclairier la verité du fait dont il eſt accuſez. Donques il eſt que home deſreſne toute icele choſe qui eſt propoſée entre lui par ſon averſaire, & deſrene, c'eſt aſſavoir il demonſtre hors reſon ou ſans reſon,* &c.

Araiſner, Ad rationem ponere, in Pacto Tongrenſi an. 1403. in magno Recordo Leodienſi p. 29. 30. &c.

RATIONABILITER, Juſtè, cum ratione, *Raiſonnablement.* Synodus Vernenſis an. 755. cap. 23. *Et poſtea alias cauſas cum juſtitia rationabiliter judicent.*

RATIONALE, in veteri Teſtamento, erat ſtola Pontificalis, quæ & *Logium*, dicebatur: *Pannus* ſcilicet *exiguus*, ut ait Eucherius Lugdun. *ex auro, gemmis, coloribuſque variis, qui ſuperhumerali contra pectus Pontificis annectebatur.* Subdit Innocentius III. lib. 1. Myſter. Miſſæ cap. 11. *Dictum eſt Rationale judicii, quia ibi erat lapis, in cujus ſplendore Deum ſibi eſſe propitium cognoſcebant. Erat autem Rationale quadrangulum duplex de quatuor coloribus, auroque contextum, habens 12. lapides per ordines quatuor,* &c. Mox: *Inſerebatur autem λόγιον ſuperhumerali à ſuperiori parte per duos annulos, & duas catenulas aureas, immiſſas duobus uncinis, qui ſub duobus prædictis onychinis in ſuperhumerali continebantur infixi,* &c. Vide Fulbertum Carnot. Epiſt 2. Fuit etiam

Rationale, veſtis Epiſcoporum novæ Legis, vel ornamentum: ſed cujuſmodi fuerit, hactenus incertum manet. Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii M. ait eſſe *ornamentum quoddam pectorale, ad ſimilitudinem illius quo utebantur olim legales Sacerdotes.* Sed hæc nihil declarant. Multus eſt Gretzerus in Obſervat. ad Philippum Eyſtetenſem cap. 16. in diſquirendo quid ſit Pontificium Rationale nuperum: eoque ferme concedit, ut quidpiam affine Pallio Archiepiſcopali fuiſſe exiſtimet, cujus uſus aliquot Epiſcopis ab ſummis Pontificibus indultus legitur. Sanè Ivo Carnotenſis ſerm. 3 ubi de Rationali Sacerdotum veteris Legis, quibuſdam tantum Epiſcopis, non omnibus conceſſum innuit: *Hic ornatus ſolius erat Pontificis, ſicut & nunc eſt apud eos, quibus eo uti conceſſum eſt, propter diſtantiam majorum & minorum Sacerdotum.* Et infra: *Novi quoque Teſtamenti Sacerdotes non omnibus illis utuntur indumentis, quia nec duabus utuntur tunicis, nec Rationali, præter ſolos Pontifices.* Conceſſi peculiari quodam privilegio ſedibus ipſis, vel perſonis, Rationalis exempla aliquot recitant ſcriptores. Ac de Eyſtetenſis ſedis Epiſcopis omnibus indulto à ſummo Pontifice Rationali, ſic ipſe Epiſcopus Philippus Eyſtetenſis in Vita S. Willibaldi cap. 23. *In cujus dignitatis evidentiam veſtitura magni ornatus, ac ſanctæ figurationis ei conceſſa eſt: nec non ab omnibus ſibi rite ſuccedentibus præ cunctis Epiſcopis, qui de linea Moguntinæ jurisdictionis computantur. Vocatur autem veſtis iſta Rationale, quo etiam ſummus Pontifex accedens ad Sancta ſanctorum olim ſuperveſtiebatur. Habebat autem Rationale ſummus Pontifex in Lege veteri in præfigurationem multæ perfectionis, & Pontificibus novi Teſtamenti quibuſdam conceditur in exhibitionem conſummatæ virtutis, quæ gratia & ratione perficitur, à qua Rationale dictum eſt.* Eadem habet Hiſtoria S. Walpurgæ ad Reginam Hungariæ. Bulla Lucii III. PP. an. 1182. pro Archiepiſcopo Montiſregalis in Sicilia, apud Margarinum in Bullario Caſinenſi to. 2. p 199. *Infigat in pectore tuo Rationale judicii cum ſuperhumerali ratione conjunctum, & ita in conſpectu Dei procedas & hominum,* &c.

Deſcripſit Chappeavillus ad caput 40. Ægidii Aureævallis Monachi, Chartam Innocentii II. qua Adelberoni II Epiſcopo uſum Rationalis certis diebus concedit, his verbis: *Et quoniam tanquam Aaron ad Pontificalis dignitatis faſtigium divina gratia te vocatum eſſe confidimus, & loco Moyſi ad regendum Chriſtianum populum, per Dei providentiam ei conſtitutum, eorum quoque dignitatis te participem conſtituimus, & uſum Rationalis, poſtquam in Epiſcopum conſecratus fueris, perſonæ tuæ concedimus: ſtatuentes ut eodem ſacro ornamento infra Eccleſiam duntaxat his diebus utaris, qui in præſentis ſcripti ſerie præſcribuntur, id eſt Cœna Domini, Paſcha, Aſcenſione, Pentecoſte, in feſto B. Joannis, in ſolennitatibus Apoſtolorum Petri & Pauli, Aſſumptione B. Mariæ, in feſto B. Lamberti, omniumque Sanctorum, Natali Domini, in Octavis ejuſdem, & Epiphania, in Purificatione B. Mariæ, in Dedicationibus Eccleſiarum intra tuam parochiam, & ordinationibus Clericorum, & in anniverſario die Dedicationis Leodienſis Eccleſiæ.* Ex quibus patet eundem ferme fuiſſe *Rationalis* deferendi uſum ac *Pallii.*

At omnium Epiſcoporum fuiſſe *Rationale* videtur innuere Miſſa vetus ex Codice Rotaldi Abbatis Corbeienſis, de Epiſcopo ſacra facturo die Paſchatis: *Poſtea miniſtretur ei caſula: tandem verò Rationale cohærens junctum ſuperhumerali.* Quò ſpectant iſta ex Ivone Carnot. ſer. 3. *Sunt autem ad invicem concatenata Rationale & humerale, quia cohærere ſibi invicem debent ratio & opera.* Mentio eſt præterea *Rationalis* in Actis Eccleſiæ Saltzburgenſis apud Caniſium: *Inter cætera pretioſa, quæ tunc temporis idem intruſus ſeu Epiſcopus nobis abſtulit, Rationale unum ex auro & gemmis pretioſis intextum, aureis catenulis dependens, pene mille marcarum pretio æſtimatum, quod Imperator Græciæ fundatori noſtro Gebehardo Archiepiſcopo, dum legatione Cæſaris illo functus, filium ejus baptizaſſet, pro munere donaverat, juſſit præfatus Perchtoldus exponi, militibus ſuis

hac largiturum. Mox: *Quidam verò ex fratribus Nordwinus Preſbyter, Sacriſta ſeu Cuſtodis functus officio, ad tantum facinus perhorreſcens, & aliorum quatuor qui adhuc ſupererant, ſimili cade jam perituris vitæ conſulens, arreptum Rationale in quatuor fruſta confregit, cuique illorum ſuam partem tribuens.* Meminit & *Rationalis Epiſcopalis* Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiod. cap. 49. *Palla verò carbaſea aureo circa pectus effulgens Rationali, à genibus ad talos uſque holoſerica limbo deaurata mirificè Pontificalia veſtigia complectebatur.* Infra: *Caſula autem coloris ætherii phrygio palmum habente, ſuperhumeralis & Rationalis effigiem ad modum Pallii Archiepiſcopalis honorabiliter prætendebat.*

Ex quibus ſanè nihil aliud fuiſſe videtur *Rationale* iſtud Epiſcopale, quàm pallium. Bruno Signienſis Epiſcopus de veſtib. Epiſcopal. *Reſtat nunc ut de pallio dicamus, per quod ſimul utrumque, & ſuperhumerale & Rationale ſignificatur. Quia enim ſupra utrumque Pontificis humerum jacet, ſuperhumerale dicitur: quod verò inde deſcendens in ipſo Pontificis pectore jungitur, Rationale dicitur. Habebat enim Aaron ſuperhumerale, quod quidem uſque ad humerum extendebatur: Rationale verò quadrangulum erat & duplex, ſicut & pallium duplex eſt. Habebant enim menſuram palmi, tam in longitudine quam in latitudine, quæ menſura Pontificis pectori ornando vel operiendo ſufficeret. Habet igitur Pallium eandem cum ſuperhumerali & Rationali ſignificationem, quamvis eandem non habeat compoſitionem.* Habetur in Miſſa ab Illyrico edita hæc Oratio *ad Rationale*, cùm ſcilicet illud induit Epiſcopus ſacra facturus: *Da nobis Domine virtutem tuam firmiter retinere, & doctrinam veritatis plebi tuæ dignè aperire.*

RATIONALES, Procuratores Principum (nam & ita interdum appellantur) in provinciis, qui *Provinciales reditus* exigebant: καθολικοί, in Gloſſ. Gr. Lat. Julius Firmicus lib. 3. cap. 4. *Faciet Procuratores Regum rationales.* Infra: *Faciet aut Procuratores Regum, aut Rationales, aut quibus nuntiandi poteſtas concedatur.* Cap. 8. *Reddet etiam honeſtos moribus & graves rationibus etiam faciet præpoſitos, aut conductionum, aut frumentorum*, &c. Cap. 13. *Qui diſcuſſiones rationales, magnaque negotia tractare conſueverint.* Lampridius in Severo: *Procuratores, id eſt Rationales.* Ejuſmodi *Rationalium* mentio eſt in veteribus inſcriptionibus, in utroque Codice, apud Ammianum, Senatorem lib. 6. Epiſt. 8. &c. *Rationales*, qui *rationes* & *computa diſpungunt*, in Bulla Clementis VI. PP. an. 1344. apud Waddingum in Regeſto to. 3. p. 308. Vide quæ de *Rationalibus* variis congeſſit Jacobus Gotofredus in Notitia dignitatum Codicis Theodoſiani p. 327. 328. 329. 330.

Rationales porrò in provinciis bona caduca & vacantia fiſco vindicabant: unde huc referenda videtur Lex Wiſigoth. lib. 10. tit. 2. §. 5. *Et ſi fortè poſſeſſio eſt, ubi repoſitio alicujus ſubſtantiæ ſit, ne per Rationales excuſatio fiat*, &c. Infra, in exemplari Epiſtolæ informationis: *Ita ut ſi aliquid ibi repoſitionis habetur, & anulo domini ſui non eſt ſignatum, propter auferendam rationem Rationalium, per illos 8. dies anulo tuo maneat obſignatum.*

RATO. Vide *Ratus.*

RATOR, *Judex. Rata, arbitrata, firma, certa.* Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. Ita etiam Gloſſ. Iſid.

RATULA. Silveſter Giraldus in Topogr. Hibern. diſt. 1. cap. 10. *Ratula verò rauca & clamoſa innumera.* Sed videtur legendum *Ranula.*

RATURUS. Vide *Ratus.*

RATUS, *Rattus*, Mus major, vulgo *Rat*, apud Silveſtrum Giraldum in Topogr. Hibern. diſt. 2. c. 32. Idem in Itinerario Cambriæ lib. 2. c. 2. *Murium majorum, qui vulgariter rati dicuntur.* Willelmus Andrenſis in Chronico: *Cum — tam noctuas quam rattos ſibi infeſtos animoſitate juvenili circunquaque fugaret*, &c. De vocis etymo vide quæ commentantur Cobarruvias, Ferrarius, & alii.

Raturus, in Gloſſ. Ælfrici, Ræt, id eſt Mus.

Rato, eadem notione. Henric. de Knyghton an. 1381. *Tanta agilitate aſcenderunt, ac ſi eſſent ratones, vel ſpiritu aliquo vecti.*

Ratus, pro *raptus*. Vide *Raptus.*

RAVACAULUS, pro *Rapocaulis*, Caulis ſpecies, quæ vulgo *Chou rave*, in Capitulari de villis c. 70.

RAVANNA. Tabularium Foſſatenſe: *Hi ſunt qui debent annuatim ſaccos ad reponendum ravannas & les haurons bladi in grangia dictæ Abbatiæ.*

RAUB, *Raupa*, Exuviæ, ſpolium, furtum vel prædatio cujuſvis ſupellectilis, Germanis *Raub*, unde noſtris *Robe* pro veſtimento, & *Rober* & *Deſrober*, pro furari, veſtem vel quamvis ſupellectilem auferre, furari. Lex Alemann. tit. 49. *Quicquid ſuper eum cum rauba vel arma tulit, omnia ſicut furtiva componat.* Leges Rothans Regis Longob. tit. 5. *Si ſpolia ex ipſo mortuo tulerit, id eſt pro raub componat ſol. 80.* Formulæ Parenſales c. 8. *Dum diceret eo quod — ipſum ibidem interfeciſſet, vel occidiſſet, & rauba ſua, caballos, aurum & argentum, & drapalia exinde tuliſſet, vel deportaſſet.* Et cap. 26. *Contigit quod cellarium, vel ſpicarium veſtrum infregi, & exinde annonam, vel aliam raupam in ſolidos tantos furavi.* Hinc eadem vox pro furto in Charta Petri Regis Aragonum an. 1302. apud Guichenonum in Centur. 2. Bibl. Sebuſianæ cap. 70. *Prudentia veſtra recepimus literas — continentes rapinas, raubas, violentias, aliaque damna — irrogata*, &c.

Raubare, Furari, prædari, *Rauben* German. *Dérober* Gallis. Pactus Legis Salicæ c. 20. §. 10. c. 34. §. 3. *Si quis in via alterum adſalierit, & eum raubaverit*, &c. Tit. 64. *Si quis alieni de manu aliquid per vim tulerit, & raubaverit, & expoliaverit*, &c. Jacobus I. Rex Aragon. in Conſtitutionibus Catalaniæ MSS. *Statuimus quod nullus homo capiat per ſe vel per alium, nec raubet, nec raubari faciat aliquem hominem de genere Laicum, vel Clericum, niſi eum aquiendaverit antea per quinque dies*, &c. Vide Leges Alfonſinas part. 7. tit. 13. *De los robos.*

Raubaria, Furtum, in Conventionibus inter Carolum I. Comitem Provinciæ, & Arelatenſes an. 1251. art. 22. in Statutis Venetorum an. 1242. lib. 5. cap. 17. in libro Promiſſionis maleficii ibidem cap. 9. & in Foris Bencharnenſibus non ſemel. Scribit Catellus in Archiepiſcopis Narbon. p. 788. extare Chartam anni 1155. in Tabulario Eccleſiæ Narbon. qua Dominus Fontis-Jocoſi dimittit jus quod ſibi hactenus aſſeruerat in bonis mobilibus Archiepiſcopi demortui, quæ in caſtro Fontis-Jocoſi reperiebantur, ſimulque fructus omnes Epiſcopatus intra diſtrictum ejuſdem caſtri; quod quidem jus *Raubariæ* nomine ibidem donatur. Ita injuſtam bonorum Archiepiſcopi uſurpationem ſua vera nomenclatura donari patiebantur uſurpatores ipſi. Vide eundem p. 590. 636. 881.

Raupa, idem quod *Rauba*. Marculfus lib. 1. form. 37. *Quaſi homo ille — cum in villa, nulla movente cauſa, adſaliſſet, & eum graviter livoraſſet, vel raupa ſua in ſolidos tantos eidem tuliſſet* &c. Form. 38. *Viſus eſt denegaſſe, quod nec ipſe ipſo ſervo fugitivos pedes, nec raupa ſua poſt ſe nunquam recepiſſet*, &c. Infra: *Quod ſupraſcripto ſervo illo memoratus ille pedes fugitivos una cum raupa ſua in ſolidos tantos poſt ſe nunquam recepiſſet.* Formulæ vett. c. 51. *Fuit judicatum, ut illam leudem, ut lex erat, ipſi lui ſolvere deberet; quod ita in præſenti fecit, & ſervum ſuum nomine illum vel aliam raupam ipſe ille pro illa leude, ipſi lui, vel conjugi ſuæ illi, in quod eis bene complacuit, dedit.* Charta Hiſpanica æræ 1060. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. p. 435. *Sex verò boves, idem vaca 30. pecora promiſcua, de raupa ſiquidem, Galnapes 2. 4. plumacios, literium 3. Tzanes 2. Lenzros de leno 3. duos etiam pares de Sabanis*, &c. Somnerus has voces à Saxonico deducit, ꞃeaꝼ, veſtis, ſpo-

lium, rapina, unde ꝛeaꝼian, ſpoliare, rapere, quod noſtri dixerunt *raubare*. Wendelinus à Theutonico *Rooven*, ſpoliare, à *roof*, ſpolio, ſeu lana detonſa de ovibus. Vide *Roba*.

RAUCILIO. Chartula plenariæ ſecuritatis ſub Juſtiniano, apud Briſſonium lib. 6. Formul. *Falce miſſuria valente ſiliqua aurea una, cupo uno, raucilione uno, orcas olearias valentes ſiliqua una ſemis argenteas*, &c. An legendum *Baucilione*? Vide *Baucalis*.

RAVE, *id eſt noxium*. Papias.

RAVOLA, Rabula, clamoſus. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Ante ſuum penem geſtabat ravola pellem,
Ante pelles capræ tegmina vetro nigra.

Infra:

Sic incompoſitum quam ferres ravola verſum.

Ibidem.

Es ne memor horum Morinbi modo ravola Scotte.

Ita in MSS. codicibus Symmachi legi notat Juretus ad lib. 3. Epiſt. 23.

RAUPA. Vide *Rauba*.

RAUSEA, Arundo, ex Gallico *Roſeau*. Appendix ad Vitam S. Wlphranni Epiſcopi Senonenſis ſcriptam à Jona Monacho Fontanellenſi, n. 3. *Remanſeruntque — in medio locorum paluſtrium, quæ plena erant longiſſimis rauſeis virgultis*. Voſſius vocem hanc à Germanico *Raus* accerſit, pro qua Belgæ *Riis* dicunt, quæ ſarmenta ſive ſurculos denotat.

RAUSUS, Raptus. Concilium Coyacenſe anni 1050. c. 8. *Mandamus ut in legione & in ſuis terminis, & in Galletia, & in Aſturiis, & in Portugale tale ſit judicium ſemper, quale eſt conſtitutum in decretis Adelfonſi Regis pro homicidio, rauſo, pro Saione, aut pro omnibus calumniis ſuis*. Charta Veremundi Regis æræ 1070: apud Bivarium ad Pſeudo-chronicon S. Maximi p. 642. *Dicentes quod habebant de illos grande damnum, & malefacturia in Eccleſias, & in mezquinos, de prædas, & diſruptiones, & rauſos, & homicidios, & furtos*, &c. Ubi editum *ranſos*. Charta Bermundi II. Regis æræ 1035. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Bened. to. 5. p. 439. *Et inſuper intra ipſos dextros non habeant licentiam ingrediendi in eis, non Sagiones de Rege, non de Pontifice, — non pro homicidio, non pro rauſo, nec pro ulla culpa*, &c. Adde aliam Alfonſi VII. Regis ibid. p. 427. aliam Fernandi Regis æræ 1081. tom. 6. p. 457. aliam denique æræ 1162. to. 7. p. 25. Appendicis.

RAXIUM, Panni ſpecies, Italis *raſo*. Ceremoniale Ambroſianum: *Tum extra atrium Eccleſiæ equus albus raxio coopertus, ſtat paratus ad ſuſcipiendum ſuum Pontificem*, &c. Vide *Raſum*.

REACCAPITUM. Vide *Accapitum*.

REACCROPUM, Struis frumentariæ ſeu annonariæ ſummitas: à Saxon. hꝛeac, i. *strues*, & cꝛop, *ſummitas*. Ita in cod. Regio Legum MS. apud Spelm.

REAFAU, ſeu *Reafan*, ut emendat Spelmannus, Vexillum quoddam Paganorum Britannorum, à *corvo* qui *Raven* dicitur, voce ab Anglo-Saxonibus petita, quibus ꝛeaꝼian eſt ſpoliare, rapere: *dicunt enim quod in omni bello, ubi præcederet idem ſignum, ſi victoriam adepturi eſſent, appareret in medio ſigni quaſi corvus volitans. Sin verò vincendi in futuro fuiſſent, penderet directè nihil movens*. Verba ſunt Aſſeri de Aelfredi rebus geſtis. Adde Encomium Emmæ Reginæ p. 169.

REALES. Vide *Nominales*.

REALPINARE, Alpes rurſum pertranſire, *Repaſſer les Alpes*, in oratione Legatorum Regis Franciæ ad Pium II. PP. in Concilio Mantuano. Vide *Tranſalpinare*.

REAPPROPRIARE, in jure Hungarico, Vendicare, rem ſibi propriam facere. Sambucus.

REATUUM *redemptiones*, Mulctæ pecuniariæ, *Compoſitiones*. Ordericus Vitalis lib. 4. pag 523. *Ipſi vero Regi, ut fertur, mille & 60. libræ ſterilenſis monetæ, ſolidique triginta & tres oboli ex juſtis redditibus Angliæ per ſingulos dies redduntur: exceptis muneribus regiis, & reatuum redemptionibus, aliiſque multiplicibus negotiis, quæ ærarium Regis adaugent*. Vide *Redimere*.

REAUTUMPNUS. Chartularium Eccleſiæ Ambianenſis fol. 10. *Nullus alius in granea prædicta habet aliquid juris præter Canonicos, excepto quod Major habet reautumpnum.*

REBA. Vide *Repa*.

REBALCA, ſeu potius *Rebalta*, Italis *Ribalta*, Tolleno, noſtris *Bacule*, apud Petrum de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 33. veteri interpreti Gallico, *rebalche*.

REBELLARE, pro *bellare*. Pugnare, prælium inire, vel rurſum bellare. Jo. de Janua: *Rebellio, i. repulſio, vel reſiſtentia: & poſt factam pacem ad bellum reverſio, belli iteratio*. Vita Offæ I. Regis Angl. *Et ſub ſpe victoria viriliter obtinendæ Regem & ſuos ad hoſtile prælium provocavit. Rex autem confectus ſenio, timens rebellare, declinavit aliquotiens impetus adverſariorum*. Infra: *Ad rebellandum ſe ſuoſque præmunire cœpit.*

REBELLIO, Rebellis, ἀποςάτης, in Gloſſ. Lat. Gr. Alibi: ἀντάρσις, *Rebellio*. Marcellinus Comes: *Plinta comes, idemque rebellio*, &c. Regula S. Benedicti c. 62. *Quod ſi aliter præſumpſerit, non Sacerdos, ſed Rebellio judicetur*. Occurrit apud Capitolinum in Adriano, Vulcatium Gallicanum in Avidio Caſſio; Jornandem, Leon. Oſt. lib. 2. c. 2. Eckehardum Juniorem de Caſib. S. Galli cap. 7. & alios. Vide Salmaſium ad Pollion. p. 295.

REBELLIUM, Rebellio, ipſa actio rebellandi. Monachus Egoliſmenſis in Carolo M. *Reddiderunt omnes malefactores illos, qui ipſum rebellium maximè terminaverunt*. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus æra 784. *Cui non poſt multos dies diverſa rebellia Arabes per Hiſpaniam molientes*, &c. Gloſſ. Gr. Lat. ἀποςάτης, *Rebellum, abditus, ſegregatio*. Ita in MS. ubi editum habet. *Rebellio, ſegregatio, abitus*. Infra: πόλεμος, *bellum, prælium, rebellum*. Ubi fortè legendum *rebellium*.

REBINARE, Terram altera & repetita aratione proſciſſam tertia rurſum proſcindere: *Biner, ou binoter de ld ſeconde fois la terre*. Charta Guillelmi Epiſcopi London. in Hiſt. Abbatiæ S. Audoeni Rotomag. pag. 484. *Ducentas & viginti unam acras warettatas, de quibus 51. acræ & dimidia fuerunt rebinatæ. Si verò in obitu noſtro aliquid de ſtauramento prædicto, vel de his quæ ad culturam prædictæ terræ neceſſaria erunt, quoniam de prædictis Abbate & Monachis ſeminatam vel warettatam recepimus, in eiſdem terris defuerit, de aliis catallis noſtris perficietur*. Fleta lib. 2. c. 73. §. 2. *In initio igitur temporis ſeminandi & rebinandi, continuè fint cum carucis Ballivus & Præpoſitus*. §. 10. *Tempus rebinandi erit poſt feſtum Nativitatis S. Joannis B. cum terra pullulaverit poſt carucam*. §. 12. *Cum tempus affuerit rebinandi, ne profundo arent, carucariis inhibeatur. Rebinnura* c. 76. §. 84. *Biner & rebiner vignes*. in Conſuetud. Nivernenſi cap. 13. art. 5. Adde Conſuetud. Pictav. art. 60.

REBRACHIATORIUM: *Rebrachiatus*. Ugutio: *Reticula ſunt quaſi ſuccinctoria, vel redimicula, vel propriè rebrachiatoria appellare poſſumus*. Reſpexit ad locum Caſſiani de habitu Monach. lib. 1. cap. 6. *Geſtant etiam reticulas duplices, laneo plexas ſubtemine, quas Græci ἀναβολάς, nos verò ſuccinctoria, ſeu redimicula, vel propriè rebrachiatoria poſſumus appellare, quæ deſcendentia per ſumma cervicis, & e lateribus colli diviſa, utrarumque alarum ſinus ambiunt, atque hinc inde ſuccingunt, ut conſtringentia latitudinem veſtimenti ad corpus contrahant, atque conjungant, & ita conſtrictis brachiis impigri ad omne opus, expeditique reddantur*. Quidam putant *rebrachiatorium* Monachorum Ægyptiorum idem fuiſſe quod *ſcapulare* apud Monachos Occidentales, ſicque appellatum volunt, quod ſupra brachia rejiceretur. *Expapillatum brachium*, dixit Plautus in Milite Glor. id eſt exertum & ad papillam nudatum. Vita S. Eligii l. 2. cap. 34. *Ulnis exertis & rebrachiatis*. Quomodo etiam

rebraſſer, vulgo uſurpamus. Sed vox videtur orta à braccis, quæ *rebracciatorio* ſuccingebantur. Unde *rebracciatorium*, idem eſſe dicitur quod *ſuccinctorium*.

REBURITUM. Charta anni 1243. in Hiſt. Monmorenciaca pag. 101. *In illo (furno) coquere poterit paſtillos de obolo, ſimenellos, & alium parvum panem de obolo, & de reburete, & ſconno illius parvi miniſterii.* Ubi *ſconnum*, eſt furfur, noſtris *Son*.

REBURRUS, *Reburſus, Reburrus.* Gloſſæ Lat. Gr. *Reburrus*, ἀνάσιλλος, ἀναφάλαντος. Gloſſæ Iſid. *Reburrus, hiſpidus.* Gloſſæ MSS. *Reburrus, cirratus, vel criſpus.* Fauſtus Manichæus apud S. Auguſtinum lib 6. contra eund. c. 1. *Calvum aut reburrum, & ſimilis nota hominem non conſtituere Sacerdotem.* Ita etiam in Notis Tyronis p. 150. Vitæ Abbatum S. Criſpini p. 53. *In ſua primæva ætate habebat capillos criſpos, & rigidos, atque ſurſum erectos, & ut ita dicam, reburſos, ad modum pini ramorum, qui ſemper tendunt ſurſum : quare cognominatus eſt Criſpinus, quaſi criſpus pinus.* Galli dicimus reburſos, *qui ont les cheveux rebourſez*, vel *rebrouſſez*.

REBUS, *genus vitis eſt.* Papias.

RECALCARE. Petrus de Vineis lib. 1. Epiſt. 36. *De vaſellis noſtris decenter recalcatis & communitis.* Ubi editor, ad oram, *recalcatis*, *i. de novo tectis.* Malim *recalfatis*.

RECALCUS. Charta an. 873. in Tabulario Eccleſiæ Viennenſis fol. 16. *Qua habet fines & terminationes de uno latus via publica, de alio latus una cum recalco terram ad infantes Martana*, &c. Alia an. 914. pag. 17. *Unaquoque vinea habet fines & terminationes in uno latere terram Ermengardis & infantum ejus, & habet perticas 18. cum recalco : in alio latere & uno fronte vias publicas*, &c. Infra : *In alio fronte terra ipſius Conſtantii, & habet cum recalco perticas 20.* Rurium fol. 36. *In alio latere una cum recalco habet perticas agripedales 66. & pedes 2. & ipſe recalcus in latis perticas 6.* &c. Fol. 51. *Hoc ſunt rebus vineâ dua, cum recalco uno, & caſam cum caſarico & ortile*, &c. Infra : *Jungit ad eam recalcus qui habet in longum perticas agripedales 4.* &c. Tabularium Monaſterii S. Andreæ Viennenſis : *Una cum recalco perticas 3. ipſe recalcus habet in lato pedes 6. in alio fronte pedes 3.* &c.

RECAPITULARE, id eſt *Ad initium redigere*, uti interpretatur Tertullianus lib. 5. adverſus Marc. A capite initium reſumere. Heſychius : ἀνακεφαλαιοῦται, συγκεφαλαιοῦται, ἐπαναλαμβάνει. Eſdr. c. 4. v. 12. *Qui recapitulabunt impietates ejus*, &c. Utuntur Irenæus l. 5. c. 151. Commodianus Inſtr. 41. &c.

RECAPTIVARE, Recuperare, requirere : Goldaſtus. Sed neſcio an non potius legendum ſit *recaptare*, ex Gall. *Racheter*.

Recaptivatoria lucra, in Legibus Hungaricis, quibus vendicamus bona. Tales ſunt *Requiſitoria, Reapprehenſoria, Reincorporativa, Redintegrativa.* Sambucus & Albertus Molnarus.

RECATAGIUM, idem quod *Rachatum*, de qua voce ſuprà. Charta an. 1402. in Hiſt. Monmorenciaca pag. 395. *Verum ſi pro feodo ſervitium fieri oporteret, prædictus O. vel heres ejus non amplius præſtare quam 20. ſolidos pro ſervitio, nec amplius præſtare quam 20. ſolidos pro recatagio cogeretur.*

RECAUDARE, Exigere, recuperare, vox Hiſpanica, apud Michaëlem del Molino, *Bajuli generalis officium eſt recaudare omnia & ſingula jura D. Regis Aragon.*

RECAUSARE, pro *Recuſare.* Althelmus de Laude virgin. c. 40.

Conjugium penitus famoſum ſponte recauſans.

Tabularium Brivatenſe ch. 237. *Si quis — ire aut agere aut recauſare præſumpſerit, hoc eis non liceat vendicare.* Ch. 323. *Si — contradicere vel recauſare conaverit.* i. rurſum *in cauſam* mittere. V. *Cauſa*.

RECAUTUM, Apocha, ſeu ſecuritas de ſuſcepta pecunia: *Quittance.* S. Auguſtinus de Cura pro mortuis : *Ubi eſſet recautum quo illa cautio vacuata fuerat indicavit.* Adde Nov. Juſtiniani 130. & Cujacium ad tit. Cod. de Apochis publ.

RECEDERE, Mori, fato fungi, vita excedere. Inſcriptio Chriſtiana in Eccleſia S. Petri in Caſtello Veronæ, apud Ludovicum Moſcardum l. 4. Hiſt. Veron. *Hic requieſcit in pace S. Valens Epiſcopus, qui vixit annos p. m. XXXXV. & ſedit in Epiſcopatu annos .... menſ. VII. & dies XVIII. & receſſit ſub d. VIII. Kal. Auguſtas P.C. Lampadi & Oreſtis VV. CC. Ind. VIII.* Alia apud v. cl. J. Mabillonium to. 4. SS. Ord. S. Bened p. 539. *Scrivet annus quinquagenta, receſſit ſub die pridie Kal. Octob. Indictione ſexta.* Ita apud Ambroſ. Moralem lib. 11. cap. 31. 41. 44. 53. 56. lib. 12. cap. 13, 14. 37. *Receſſit in pace*, non ſemel occurrit in Monumentis Chriſtianis, apud Baronium an. 544. n. 13. 15. Bivarium in Notis ad Pſeudo-Chronicon Marci Maximi pag. 38. 218. 266. 276. 277. 352. 497. Ughellum to. 4. p. 1051. to. 5. p. 584. Gueſnaium in Annalib. Maſſilienſib. p. 79. &c.

RECELLA. Vide *Recula*.

RECENTATUM *vinum*, ut autor eſt Alexander Trallianus lib. 2. fuit propomatis genus, quod, ut in eo bibendo magis delectarentur Romani, peculiari quadam arte refrigerabant : ſic nuncupatum, ut cenſet Hieron. Mercurialis l. 3. Var. lect. c. 7. quod vinum antiquum muſto, vel lixivio, vel tortivo commiſceretur, vel quaſi renovaretur, quomodo pleroſque hodie factitare conſpicimus. *Recentare* enim veteres Romanos pro *renovare* dixiſſe conſtat ex Agellio lib. 15. c. 15.

Neque aliud innuit, ni fallor, *Recentium* vocabulo Avitus Viennenſis Epiſt. 65. *Cæterùm de recentibus, quia præcipitis, & meas partes cedo, & multiplices ſuas, utatur paterarum capacitate pro capis, afferat laboris phialas, quas circundet pittaciorum denſitate, pro circulis.* Idem Epiſt. 77. *Jam de cibis taceo : in accipiendis recentibus major eſt pœna. Muſta depoſcens, aut inediam patior, aut aliquid rapuiſſe confingor. Summa importunitate perago, & tres recentes aliis plus præſumam. Ipſa enim pateræ, quas conſiliis caſibus frango, quotidiana reparatione decreſcunt.* Ubi Sirmondus *Recentes* appellari ait, *recentatos*, id eſt ad rigorem redacti vini potiones. V. Stackium l. 3. Antiquit. convivial. p. 344.

Memorat idem Mercurialis lib. 2. c. 13. vinum *Picans* & *Racens*, aitque ita populari vocabulo appellari vinum conditum & mixtum, quod Romanis *picatum* dicitur. Solebant enim illi vaſa pice oblinire, reſinamque ipſam vino commiſcere, quod talia vaſa non modò gratum quendam odorem impertirent, verùm etiam vinum generoſum redderent.

Recentaria, in Gloſſis Gr. Lat. νεαροφόρος.

Recentarium, præterea inter vaſa & miniſteria ſacra recenſetur. Eſt autem vas in quod *recentes*, ſeu *vinum recentatum* infundebatur. Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiod. c. 20. *Item recentarium deauratum penſ. lib. 2. & ſ. habet deforis cavaturas. Item alium recentarium penſ. lib. 1. & unc. 9. habet in medio liſtellam & feras.* Vita S. Deſiderii Epiſc. Cadurcenſis : *Jam verò in altaris Eccleſiæ miniſteria, dici non poteſt quantum ſe fuderit, quantaque fecerit, quam numeroſa, quam pulchra, — candelabra reſplendent, nitet pomorum rotunditas, fulget recentarii caliquе varietas, nec deſunt patenæ ſacris propoſitionibus præparatæ.*

RECEPTABILIS, Qui admitti poteſt, Idoneus, *Qui peut eſtre receu, Recevable.* Charta Odonis Ducis Burgund. an. 1203. pro Communia Belnenſi, apud Perardum p. 275. *Sciendum quod homines communiæ famulos receptabiles in exercitum meum mittere poſſunt.* Habentur eadem verba in Charta Communiæ Divionenſis anno 1187. & Sinemuri an. 1276.

RECEPTACULUM, Hoſpitium, domus in quam quis ſe recipit : propriè verò domus munita, caſtellum. Charta Philippi Auguſti an. 1219. *In quibus continetur quòd nullus à Rhodano uſque ad Alignum — à S. Albano uſque ad Podium novas munitiones aut aliqua novare-*

ceptacula poteſt ædificare ſine noſtra permiſſione. Ita Re-
cet noſtris olim. *Le Roman de Rou* MS.

Maint bon rechet auras, & maint bon herbergage.

Le Roman d'Aubery MS.

Au bois d'Ardene eſt un recet felon
Entre deus eues, dont je ſai bien les noms.

Robertus de Bourrono in Merlino MS. *Chi emprès*
en cette foreſt à deus archies à un mien rechet biel &
riche, ou vous pourrès repoſer & aaiſier. Infra: *Cha-*
cun de ces deus freres a ſon rechet en ſa terre deviſée
l'une de l'autre. Vide *Receptum.*

RECEPTIO. Vide *Receptum.*

RECEPTIO. Vide *Superfuſio.*

RECEPTOR, Arbiter. Gloſſæ Iſidori: *Receptor, Actor*
concordiæ, Medius.

RECEPTORIUM, Locus in quem quis ſe recipit. Pa-
pias: *Diverſorium, Receptorium, Hoſpitale.* Sido-
nius l. 5. Ep. 17. *Epiphanius noſter vix ſupraſcripta per-*
araverat, & nuntiatum eſt, hora monente, progredi Epiſco-
pum de receptorio. Ubi Savaro *Receptorium*, Eccleſiæ
ſecretarium interpretatur.

Receptorium, Conclave rationarium, noſtris *Comptoir*,
Bureau de recepte, ubi ſcilicet pecuniæ numerantur &
exſolvuntur. Lex 3. Cod. Th. de Palatinis: *Primiceris*
ſcriniorum, receptoriorum etiam, per triennium, inſtar
ſacrorum ſcriniorum, adminiſtratione fungantur.

RECEPTUM, & *Receptus*, illud videtur, quod vulgò
Arbergaria, vel *Droit de giſte*, in Chartis appella-
tur, hoc eſt jus paſtus: nam etiamnum Belgæ no-
ſtri vocant *Receptes*, convivia quibus agnati qui agna-
torum nuptiis interfuerunt, eoſdem novos conjuges do-
mi recipiunt, & excipiunt. Chronicon Beſuenſe p. 548.
Monachi verò de hominibus receptum & placitum reci-
pientes. Charta an. 1103. ex Tabular. Cluniacenſi: *Do-*
navit & omnino finivit Deo & B. Petro ad locum Clu-
niacum unum receptum, quem in cavariaco exigebat.
Tabularium Conchenſe in Ruthenis ch. 24. *Et in*
uno quoque vicariali manſo unum receptum cum 4. Mi-
litibus, & uno ſerviente. Paſſim in hoc Tabulario.
Charta Amedei Com. Sabaudiæ an. 1143. in Hiſt. Sa-
baudica p. 34. *Retento receptu ſuo & juſtis conſuetudi-*
nibus quæ ad Comitatum pertinent. Alia ibidem pag. 42.
Præterea dictum eſt, ut omni prorſus alio gravamine re-
moto, Comes receptum, venationes Aulonis & Mu-
rerii, ſicut antea, accipiet. Adde p. 39. Tabularium Mo-
naſterii Regulæ: *Locum illum ab omni cenſu abſolvit,*
ut filii ſui tantum defenſores hujus loci exiſtant, & re-
ceptum ibi non quærant, & niſi Abbas ultroneus eis ob-
tulerit panem, non comedant. Tabula fundationis Mona-
ſterii S. Severi in Vaſconia: *Non in foro, aut in mer-*
cato de pertinentibus ipſi ſacratiſſimo loco, quiſquam
judicium capiat vel in appenditiis ejus — nec receptum
inde per vim, nec cenſum aliquem quærere præſumat.
Tabul. Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 45. *De iſtis*
vero curtibus, in unaquaque unum receptum teneat Ab-
bas, in tali convenientia, ut nullum non & hominem
Laicum, & ſi fecerit, quomodo monachi in ſuo revo-
cent dominio. Tabularium Monaſterii S. Andreæ Vien-
nenſis: *Et de alio beneficio ut poſt mortem patris Ber-*
nardi accipiamus ab ipſo Varnerio in mutacio pro ſex
annis 40. ſol. unuſquiſque anno Kal. Maii unum re-
ceptum in Monaſterium, &c. Tabularium Eccleſiæ
Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo an. 1109. fol.
63. *Gotafredus Villicus S. Donati ante ſacrum Corpus*
& Sanguinem Domini, quod deſiderabat accipere, guer-
pivit Domino Deo & Epiſcopo Hugoni Gratianopolitano
& ſucceſſoribus ſuis ſine ullo inganno illud prandium ſi-
ve recet, quod per malam conſuetudinem prædictus Go-
tafredus accipiebat ab hominibus Epiſcopi pro decima de
condamina Comitis. Fol 72. *Habuique pro prædicta vi-*
nea ab Epiſcopo Hugone 20. ſol. & 4. den. & 3. eminas
ordei, & recetum de pane & carne & vino mihi & fi-
lio meo Stephano & filiabus meis. Fol 89. *Debent inde*
unoquoque anno unum receptum Epiſcopo & ſociis ſuis
cum equitaturis. Tabularium Eleemoſynæ S. Pauli
Viennenſis: *Quandam vineam, — & 1. receptum, &*
1. eminam ſiliginis, &c. Occurrit etiam in Notitia ſub
Francone Epiſc. Pariſ. in Minore Paſtorali ejuſdem
Eccleſiæ ch. 95. in Tabulario Prioratus Dominæ in
Delphinatu paſſim, &c. Charta an. 1309. in 9. Rege-
ſto Philippi Pulchri Regis Franc. ch. 27. ex Tabulario
Regio: *C'eſt à ſavoir en con plans, en garcages, en gar-*
des, en receps, en ventes, en rentes, &c. Adde Ughel-
lum to. 1. part. 1. p. 875.

Receptio, eadem notione. Tabularium Perſiacenſe ch. 30.
apud Perardum 42. *Viva voce proclamantes, quod non*
debent Epiſcopalem receptionem facere apud S. Marcel-
linum, quæ Capella eſt, non vicus publicus: exenia verò
& ſervitium ſe dare debere aliis in locis dixerunt. Chron.
Andrenſe p. 612. *De procurationibus, de receptionibus,*
de veſtibus & aliis rebus indebitis, totum quitum clamo.
Charta Willelmi Comitis Cabilonenſis an. 1180. *Re-*
ceptionem quoque plenariam apud Telonum ſemel in anno,
quam quærebam, ſi quando ad clamorem Prioris & Eccle-
ſiæ Paredi pro damnis Eccleſiæ illatis cum armata manu
ſuper aliquem vicinorum pergere me oportuerit. Charta an.
1214. apud Ughellum to. 2. Ital. Sacr. p. 649. *Omni*
anno unam charitativam receptionem nobis dare debeatis,
&c. Adde Chartam 149. Appendicis ad Capitul. Reg.
Franc. & Spicilegium Acherianum to. 13. p. 258.

Recepta, eodem etiam, ni fallor, ſignificatu, in veteri
Charta apud Perardum in Burgundicis p. 81. *Præterea*
receptam quam Raimundus habet ab illo in Eccleſia de Var-
va conceſſit illis, ſi Canonici laudem Raimundi, vel ha-
redum ſuorum habere poſſent. Vide Marcam lib. 3.
Hiſt. Bencharn. cap. 8. 11. lib. 5. cap. 4. §. 1. cap. 5.
§. 2.

Recipere, Receptum dare, ſeu paſtum. Tabularium Prio-
ratus de Domina in Delphinatu fol. 54. *Et propter hoc*
debet recipere monachos in refectorio de pane & vino, &
fabis & piſcibus, & pimento, in feſtivitate omnium San-
ctorum.

Receptum, Via & ratio rei conficiendæ, qua ratione uſur-
pari à noſtris vulgò ſolet, cum bonum conſilium bo-
nam receptam, dicunt, tranſlatione à medicorum phar-
macis petita. Capitula Caroli Calvi tit. 21. *Iſte meus*
cariſſimus nepos cum dilectiſſimo fratre meo Hludovico
parabolavit, & tale receptum & conſilium invenit.

RECEPTUS, Proventus, reditus, Gall. *Recepte.* Charta
G. Ebrodunenſis Epiſcopi an. 1159. apud Petrum Jof-
fredum in Epiſcopis Nicienſibus: *Omnes primitias, &*
omnes pannos & lectos, ſive reditus, ſive receptus mor-
tuorum, & ipſe dedit Canonicis, & nos adjudicavimus,
&c. Infra: *Præterea Eccleſias ſupraſcriptorum Caſtel-*
lorum, & mortalagium, & receptas, & decimas, & quod
in futurum tempus adquiri poterit. Ita uſurpatur non ſe-
mel in Charta Amedei Epiſcopi Lauſannenſis an. 1150.
in Probat. Hiſt. Sabaud. Guichenoni p. 39. 40.

Receptus, Obligatio vaſſalli, qua tenetur dominum ſuum
in ſuo caſtro *recipere*, ſi eo egeat ad bella vel negotia ſua.
Fulbertus Carnot. Epiſt. 6. *Hoc à vobis exigo: ſecu-*
ritatem de mea vita & membris, & terra quam habes.
— de auxilio veſtro contra omnes homines, ſalva fidelita-
te Roberti: de recepta Vindocini Caſtri ad meum uſum
& meorum fidelium, qui vobis aſſecurabunt illud. Vide
Feudum receptabile, & *Redditio*, & ſupra, *Receptum.*

RECESSA. Vide *Acceſſa.*

RECESSIM, ἐπὶ πόδα, in Gloſſ. Gr. Lat.

RECHACEA. *Rechaceatus.* Vide *Chacea.*

RECHINUS, cognominatus Fulco Comes Andegavenſis,
ob morum aſperitatem, & moroſitatem. *Rechiner* e-
nim & *rechigner*, dicimus eos qui moroſi ſunt, rudes,
vel immites, quam vocem à *Kixa* neſcio an bene de-
ducant viri docti. *Rech* etiamnum Picardi vocant quod
aſperum eſt, quam vocem utplurimum uſurpant in
pomis aut pyris aſperis. *Le Roman de Garin* MS.

Les cors as vaches commencent à chanter,
Sonnent cil greſle, & cil oliſant cler,

Cil

Cil menuel prenpent à rechigner.

i. ex tubæ quæ *menueta* appellabant, eum ſonum edunt quem moroſi. Willelmus Malmeſbur. lib. 3. *Fulco Rechin dictus, quod germani* (Gaufridi) *ſimplicitati crebro infrendens, ad ultimum honore ſpoliatum perpetua cuſtodia coercuerit. Richinus* dicitur in Notitia anni 1104. apud Sammarthanos in Abbatib. S. Albini Andegav. Orderico Vitali p. 484. & 532. & in Geſtis Conſulum Andegav. Hinc emendandus videtur Lambertus Ardenſis pag. 19. *Ubi autem glorioſiſſimum hujus ſacroſanctæ virginis corpus ſumptum fuerit, vel unde delatum, quæſtionem provocantes, ſi quibus memorandiſſimi patris & Abbatis Petri libellulus ſive tractatus in Andrenſi Eccleſia poſitus, & in ſolemnitate ejuſdem virginis ad prandium ſingulis annis in refectorio conveſcentibus recitatus, non ſatisfecerit: à Marcianenſibus, licet verum vel veriſimile cum quodam ricline diſſimulantes, cavillatoriè in parte inſultare conſueverunt, ſi quid expedit ſcrupuloſius inquirant.* Legendum enim videtur *richine*, id eſt cum indignatione, quæ vis eſt vocis; noſtri dicerent *avec rechignement*. Vide Oct. Ferrarium in *Arcigno*, & in *Reſignato*.

RECIDIVA. Epiſtola Troili Epiſcopi Santon. edita à Sirmondo to. 3. Concil. Gall. de quodam baptizato: *Tantum recolit quod de linteo caput habuit involutum, quod frequenter infirmantibus fieri ſolet ne caput algeat, & recidivam incurrat.* Id eſt ne rurſum in morbum *recidat*. Galli hac notione voce *Recidive* utuntur.

Recidivus, qui redit ac revertitur, *recidivus annus*, apud Tertullianum: *recidiva impietas*, apud autorem carminis de Sodoma apud Cyprianum: *recidiva gloria* apud Corippum lib. 2. de Laudibus Juſtini: *recidivi patria tumultus*, apud Saxonem Grammaticum lib. 11.

Recidivare, Recidere, Gall. *Recidiver*. Papias: *Recidivare, Revocare, poſt lapſum reparare, in infirmitatem iterum cadere.* Joan. de Janua: *Recidivant illi infirmi qui in convaleſcentia ſunt, & poſtea cadunt in infirmitatem.* Occurrit apud Petrum Bleſenſem Epiſt. 131. Cæſarium Nunbergenſem de Miraculis S. Erendrudis n. 3. &c. *Recidivationes ægritudinum*, apud Petrum Creſcentium de Agricultura lib. 1. cap. 3. Henricum Roſſam in Herlingſberga, in Concilio Londinenſi an. 1343. c. 10. &c.

RECINCERARE. Synodus Sodorenſis an. 1239. cap. *de* (pluribus) *Miſſis celebrandis: Caveat Sacerdos cum ipſe recincerat manus ſuas, & calicem cum aqua & vino poſt Communionem, ne ſumat ablutionem, ſed reponat illam in vaſe mundo uſque ad finem alterius Miſſæ*, &c. Ubi *recincerare* eſt abluere, lavare, qua voce etiamnum in Picardia utimur. Nam *recincer* dicunt noſtrates de linteis quæ ex lexivio in aquam mundam immittuntur, & abluuntur: quod Franci puriores, *Rinſer*, Itali *Riſciaquare*. *Recentare* dixit Gn. Mutius apud Agellium lib. 15. c. 25. unde Itali *reſentare* acceperunt, pro *vas aqua eluere*.

RECINIUM, pro *ratiocinium*, in Concilio Oxonienſi an. 1222. c. 7. niſi ita legendum ſit, quod volunt viri docti: *Videlicet ut non ſint Seneſcalli aut ballivi talium adminiſtrationum, occaſione quarum laïcis in reddendis reciniis obligentur.*

RECIPERE. Vide *Receptus*.

RECIPROCARE, Reſpondere. S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanctor. cap. 1. *Ad hæc prudens Sacerdos Arabicè illos reciprocans*; &c. Idem cap. 5. *Cùm reſponſum cuidam amico ſe interroganti aptaret, eique reciprocationis ſchedam ſcriberet.* Vita S. Fructuoſi Epiſcopi in prologo: *Ille autem oris nitore clarens, inſignis induſtria, ſophiſticæ artis indeptus primitias, dogmata reciprocavit Romanorum.* Vide Feſtum.

RECITAMEN, pro *Recitatio*, in Præfat. Concilii Engelenhemenſis an. 948.

RECLA, Liciatorium. Gloſſarium Gr. Lat. MS. ἄντιον, ἐν ᾧ ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες. *Inſulum, Recla tela.* In edito eſt *inſublum*, tantum. In Notis Tyronis p. 159. occurrit vox *Sororeclatum*.

RECLAMARE, *Reclamatoria*. Vide *Clamare*.

RECLARARE, idem quod *Clarefacere, declarare*, notum facere, in Chartis aliquot Italicis apud Ughellum to. 7. Ital. Sacr. p. 410. & alibi non ſemel.

RECLAVATUS, *Reſartus*. Hiſtoria Cœnobii Viconienſis cap. 9. *Erat verò tanta vilitas in veſtibus, ut tunicis otiis reclavatis plerique veſtirentur.*

RECLAVSUS, dictus Carolus Simplex Rex Fr. quod diu in carcere detentus fuerit, in Charta an. 937. quæ ſic clauditur: *Actum Blandinienſi cœnobio, regnante Ludovico filio Regis Karoli Reclauſi*, apud Miræum in Notitia Eccleſiarum Belgii p. 97.

RECLINATORIUM, ἀνακλιτήριον. Papias: *Reclinatorium, fulcrum Capitis.* Alibi: *Fulchra, ornamenta lectorum, dicta quod in his fulcimur, id eſt ſuſtinemur, vel quod thoros fulciant, ſive caput, quæ Reclinatoria vulgus appellat.* Hugo à S. Victore in Speculo Eccleſiæ lib. 1. c. 1. *Reclinatoria contemplativos deſignant, in quibus Deus ſine offenſa requieſcit.* Eadem habet Durandus lib. 1. Ration. c. 1. n. 30. Idem Hugo c. 7. *Plebs* (cùm cantatur Evangelium in Miſſa) *baculos hic deponit, reclinatoria relinquit, caput detegit*, &c.

Reclinatorium, Septum inferius, vel cancellus brevior inter Ciborii columnas, ubi communicabant Diaconi, Subdiaconi, & alii. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 37. *Et poſtea ſtat inclinis inter reclinatorium, & dextrum cornu altaris*, &c. Infra: *Unus autem de miniſtris tollit de armario ſcutellam, & allatam tenet cum linteolo ſuper reclinatorium, quod eſt, quantum puto, propter hoc maximè factum inter duas Ciborii columnas, ſuper quam Diaconus mittit patenam in qua Domini corpus eſt diviſum. Calicem quoque cum ſanguine dat Subdiacono intrinſecus ſtanti inter reclinatorium & altare: qui tenebit eum reclinem, quam conjunctius poterit erga ſcutellam. Communicat primus Diaconus, & poſt eum alii.*

Reclinatorium, ferculum, vel diſcum, in Gloſſ. Arabico-Lat.

Reclinarium, pro *Reclinatorium*. lecti ſpecies, ἀνακλιτήριον, Plutarcho in Romulo, ἀνάκλιντρα θρόνοι, *Anaclitorium* Spartiano in Vero, ubi Caſaubonus. Sueno in Hiſt. Danica cap. 4. *Regem in reclinario dormientem clam excitavit.*

RECLUSI, *Recluſoria*. Vide *Incluſi*.

RECOGNATUS, *Filius patris*. Ita Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. & Iſidori, & Papias.

RECOGNITIO, eſt literarum obligatio inſinuata, ſive de recordo, teſtimonium perhibens debitorem ſive recognitorem, creditori ſive recognizato, debere talem pecuniæ ſummam. Cowellus lib. 3. Inſtit. Juris Angl. tit. 22. §. 4. Gallis *Reconnoiſſance*, Anglis *Cogniſance*. Charta Normannica apud Radulfum de Diceto an. 1190. *Nulla fiet recognitio in foro ſeculari, ſuper poſſeſſione, quam viri religioſi, vel quæcunque Eccleſiaſtica perſona 20. annis vel ampliùs poſſederint. Similiter nulla fiet recognitio, ſi carta vel alio modo eleemoſynatam eſſe poſſeſſionem probare poterint, ſed ad Eccleſiaſticos judices remittentur.* Vetus Inqueſta in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 130. *Habebat & dominus Vernonis omnia alia placita & juſtitias, excepto placito enſis, & exceptis recognitionibus.* Charta Communiæ Rotomagenſis an. 1207. *Et habeant etiam placita de hereditatibus & catallis ſuis & conventionibus factis Rotomagi, & infra banlengam, ſalvis curiis dominorum, qui ibi terras habuerint: qui domini habent curias hominum ſuorum in villis tenendas uſque ad recognitionem.*

RECOGNITORES, apud Forenſes Anglos, dicuntur viri *Sacramentales*, ſeu *Juratores*, quibus recognoſcenda & diſquirenda rei veritas Aſſiſis demandatur: vulgò etiam *juratores* dicti.

RECOLLIGERE, quomodo *Recueillir* nos dicimus Hæreditatem recolligere, *Recueillir une ſucceſſion*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 15. § 3. 5. *Filiam ad ſe recolligere*, eod. lib. tit. 12. §. 2. *Recueillir ſa fille en ſa maiſ-*

ſon. *Pignus recolligere*, recipere, eodem lib. tit. 21 §.
24. 25. 26. *Recolligere agrum*, in Charta Alamannica
Goldaſti 42. Unde noſtris *Recolte*, pro meſſe.
Recolligi dicuntur ſervi, qui fugam ineunt, aut latitant,
apud Gregorium M. lib. 8. Epiſt. 4. lib. 10. Epiſt.
40.
Recolligere, Excipere hoſpitio, vel alio modo. Joannes
VIII. PP. Epiſt. 107. *Mihi tempus & locum denun-*
tiate, quo occurrere debeatis ad nos recolligendum. Ad-
de Epiſt. 216.

RECOMMENDATI. Vide *Commendati*.

RECOMPENSA, Remuneratio, Gall. *Recompenſe*, apud
Philippum Eyſtetenſem Epiſcop. in Vita S. Willibal-
di cap. 7. & in Speculo Saxonico lib. 1 art. 65. §.
3.

RECONCILIARI dicebantur Pœnitentes, cùm indicta
pœnitentiæ tempora adimpleverant: fiebatque ejuſmo-
di reconciliatio *manus impoſitione*, quæ *reconciliatoria*
dicitur in Concilio Arauſicano can. 3. & Arelat. II.
c. 28. Concilium Carthagin. IV. c. 76. *Accipiat pœ-*
nitentiam, & ſi cito creditur moriturus, reconcilietur per
manus impoſitionem, & infundatur ori ejus Euchari-
ſtia. Quo loco Reconciliationem pro Euchariſtiæ ſum-
ptione interpretantur viri docti, licèt alii pro abſolu-
tione, ut loquimur, ſanè hoc loco velint, ex dicto c. 3.
& 11. Concilii Arauſicani, & Epiſt. 91. Leonis I. PP.
Concilium Toletanum XI. c. 12. *Si mortis urget peri-*
culum, pœnitentia per manus impoſitionem accepta, sta-
tim ei reconciliatio adhibenda eſt. Vigilius PP. Epiſt.
2. *Quorum tamen reconciliatio, non per illam impo-*
ſitionem manus, quæ per invocationem Spiritus ſancti
fit, operatur: ſed per illam quâ pœnitentiæ fructus ac-
quiritur, & ſanctæ communionis reſtitutio perficitur. Vi-
de Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 33. *Abſolutiſſimam*
reconciliationem appellari fatendum tamen illam videri,
quâ præter manus impoſitionem, ſumptione divinæ Eu-
chariſtiæ quis abſolvitur, in Concilio Valenti c. 2.

Hanc autem manus impoſitionem quarta feria in
capite jejunii accipiebant pœnitentes, quo vacarent
ſolummodo pœnitentiæ, & divinis officiis, ut eſt in
Concilio Meldenſi an. 845. c. 76. & in Canonibus Sa-
xonicis Edgari Regis de Modo imponendi pœnitentiam
c. 3. Pœnitentiale MS. Thuanum, quod nuper editum
eſt ſub nomine Theodori à viro doctiſſimo: *In capite*
Quadrageſimæ omnes pœnitentes qui publicam ſuſcipiunt,
aut ſuſceperunt pœnitentiam, ante fores Eccleſiæ ſe repræ-
ſentent Epiſcopo civitatis, ſacco induti, nudis pedibus,
vultibus in terra proſtratis, reos ſe eſſe ipſo habitu &
vultu proclamantes. Ibi adeſſe debent Decani, vel Ar-
chipreſbyteri Parrochiarum, i. Preſbyteri pœnitentium,
qui eorum converſationem diligenter inſpicere debent, &
ſecundum modum culpæ pœnitentiam per præfixos gradus
injungunt. Poſt hæc in Eccleſiam Epiſcopus reos inducat,
& cum omni clero 7. Pœnitentiales Pſalmos in terra pro-
ſtratus cum lacrymis pro eorum abſolutione decantet. Tunc
reſurgens ab oratione, juxta quod Canones jubent, manus
eis imponat, aquam benedictam ſuper eos ſpargat, prius
cinerem mittat, deinde cilicio capita eorum cooperiat,
& cum gemitu & crebris ſuſpiriis eis denuntiet, quod ſi-
cut Adam projectus eſt de paradiſo, ita & ipſi ab Eccle-
ſia pro peccatis abjiciuntur. Poſt hæc jubeat miniſtros ut
eos extra januas Eccleſiæ expellant. Clerus vero proſe-
quatur eos cum Reſponſorio, In ſudore vultus tui &c. ut
videntes ſanctam Eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefa-
ctam atque commotam non parvipendant pœnitentiam. In
ſacra autem Domini Cœna, rurſus ab eorum Decanis &
& eorum Preſbyteris Eccleſiæ liminibus repræſententur.
Idem Pœnitentiale c. 14. *Romani reconciliant homi-*
nem intra abſidem: Græci nolunt. Reconciliatio pœniten-
tium in Cœna Domini tantum eſt ab Epiſcopo conſumma-
ta pœnitentia.

Hoc tum die non jam reconciliabantur, ſed abſolu-
tionem accipiebant pœnitentes publicè in Miſſa ab Epi-
ſcopo, quod Preſbyteris non licebat, ut eſt in can. 7.
Concilii Hiſpal. II. in Ticinenſi an. 850. c. 7. Wor-
matienſi an. 868. c. 8. &c. Ita etiam Rabanus Maur.
lib. 2. de Inſtit. Cleric. c. 30. Honorius Auguſtod. lib.
3. cap. 76. 77. 78. 79. Rupertus lib. 5. de Divin.
Offic. cap. 19. Canones Saxon. de Modo impon. pœ-
nitentiam c. 4. Abbo Monach. ſerm. 4. Atto Epiſc. in
Capitul. c. 90. Durandus lib. 6. c. 73. &c. Orationes
vero quæ hac die *ad reconciliandos Pœnitentes* recitaban-
tur ab Epiſcopo, deſcribuntur in libro Sacramentorum
Gregorii M. p. 226. edit. Menardi, & in Ordine Roma-
no, quas, *Ordinem reconciliandi* vocat Hincmarus in
Capitulis ad Preſbyteros parochiæ ſuæ c. 4. Sic au-
tem Ordo reconciliandi pœnitentes deſcribitur in Or-
dinario MS. Eccleſiæ Rotomagenſis: *Finita Nona,*
Archiepiſcopus, vel ejus Vicarius indutus alba, cum
Diacono & Subdiacono indutis albis, cum Cantore, pro-
ceſſione ordinata ad Occidentales portas Eccleſiæ ad recon-
ciliandos pœnitentes pergat, & eo ſedente juxta januas,
Diaconus legat hanc lectionem, Adeſt tempus, ò vene-
bilis Pontifex. Finita lectione, Archiepiſcopus vel ejus
Vicarius ſe erigat, & dicat, Venite. Diaconus ex par-
te pœnitentium dicat, Flectamus genua, Levate. Et
tribus vicibus hoc dicatur. Ad finem dicatur tota Anti-
phona, Venite, Venite, Venite filii. Chorus finiat, &
dicatur Pſalmus, Benedicamus Dominum, & ad quem-
libet verſum repetatur, Venite, Venite. Tunc Archie-
piſcopus vel ejus Vicarius Pœnitentes intromittat in Ec-
cleſiam cum baculo, & reconciliati ardentes candelas ad
altare deferant, alii autem non: Et Archiepiſcopus vel
ejus Vicarius manum ſuam ponat ſuper capita ſingulo-
rum, dans pacis oſculum, & dicens Pax tecum. His
ita peractis, ad chorum redeant, & ſermonem ad po-
pulum faciat. Quo finito, Pœnitentes proſtratos abſol-
vat. Primo dicantur 7 Pſalmi a Ne reminiſcaris, Pſal.
Domine ne in furore &c. Kyrie eleiſon, Pater noſter.
Salvos fac. Verſ. Mitte eis auxil. Verſ. Domine exaudi,
or. Dominus vobiſcum, & cum Spiritu tuo. Orat.
Monſtra Domine quæſumus his famulis &c. Alia Orat.
Deus miſericors. Alia Oratio, Abſolutionem & remiſſio-
nem. His ita peractis proceſſio procedat ad ignem benedi-
cendum, &c.

Pœnitentes porrò ab alio reconciliari non poterant
quàm ab eo à quo indicta fuerat pœnitentia. Sed & incon-
ſulto Epiſcopo Preſbyter excommunicatos, vel publicè
pœnitentes, reconciliare non poteſt, niſi ultima cogat ne-
ceſſitas, inquit Hugo à S. Victore lib. 1. de Obſervat.
Eccleſ. cap. 24. Adde Capitular. Attonis Epiſc. c. 90.
Vide Concilium Taurinenſe c. 5. Nicolaum I. PP. in
Reſp. ad Conſulta Bulgar. c. 35. Concilium Cabilonen-
ſe II. c. 25. Capitul. 2 incerti anni c. 12. Reginonem
lib. 2. de Eccleſiaſt. diſcipl. cap. 414. Burchardum
lib. 11. cap. 8. &c.

Adducebantur autem pœnitentes ad Epiſcopos à
propriis Sacerdotibus, qui de peracta ab iis pœnitentia
teſtimonium dabant. Riculfus Sueſſionenſis Epiſcopus
c. 9. *Videant quoque ne — pro pretio aut pro familia-*
ritate vel propinquitate pœnitentes ante tempus ad recon-
ciliationem adducant, & eis pro reconciliatione teſti-
monium dederint, &c.

Reconciliationes, inter Eccleſiarum obventiones recen-
ſentur in Charta Galonis Epiſcopi Pariſienſis an. 1107.
in Hiſt. Priorat. S. Martini: *Et ne res Eccleſiaſtica à*
noſtra manu omnino videatur eſſe alienata, Synodos,
circadas, reconciliationes, curam animarum parochianis
Preſbyteris à nobis commiſſam, in ſupradictis Eccleſiis
retinemus.

Reconciliare ſe dicitur ſervus, qui pretio dato libertatem
impetrat, in Charta veteri apud Joachimum Vadian.
de Monaſter. German p. 83.

Reconciliari Eccleſia dicitur, cum ſcelere aliquo violata
ac polluta eſt, vel à Paganis, aut Hæreticis obtenta,
rurſum ab Epiſcopo conſecratur, & aqua benedicta aſ-
pergitur. Charta Rainoldi Archiepiſc. Remenſis apud
Locrium in Chron. Bel. an. 1129. *Si autem Eccleſiam*

iſtam S. Martini violatam eſſe contigerit, tibi — concedimus, ut accepta ab Epiſcopo Atrebatenſi aqua reconciliationis, eadem Eccleſia tam à te quam a tuis ſucceſſoribus reconcilietur. Ordericus Vital. lib. 12. *Aquam accepta ſtola benedixit, & Eccleſiam quam contaminaverat — reconciliavit.* Matthæus Weſtmonaſt. an. 1015. *Eccleſia reconciliata & readificata eſt.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 120. *Quoniam reconciliari ſibi Deus dignatus eſt Eccleſiam illam.* Vincentius Belvac. lib. 32. c. 98. *Locum in quo erat Mahomeria reconciliavit. Legatus*, &c. Charta Gaufredi Epiſcopi Pariſienſis an. 1093. *Synodum verò & circadas cum debita ſubjectione, & curam animarum parochiano presbytero à nobis commiſſam, & Eccleſia reconciliationem, uno debita ſubjectionis & juſtitia obedientiam in eo retinemus.* Alia Hugonis Epiſcopi Autiſiodor. ex Tab. Monaſt. Fatenſis: *Sacerdos Fatenſis Monaſterii populum recturus, de manu Meldenſis Epiſcopi curam totius parochia tam Clericorum quàm Laicorum ſuſcipiat: chriſma quoque & aquam reconciliationis Eccleſiarum, ſi violata fuerint, ab Eccleſia Meldenſi requirat.* Vide Decretal. Gregor. IX. lib. 3. tit. 40. c. 4. 7. 9. 10. S. Anſelmum lib. 3. Epiſt. 158. Fulbertum Carnot. Epiſt. 61. 72. 93. Matth. Pariſ. an. 1252. Chronicon Nangii an. 1249. &c. De ejuſmodi Eccleſiarum reconciliationibus agunt Ordo Romanus cap. *de Reconciliatione violata Eccleſia*. Honorius Auguſtod. lib. 1. Gemmæ animæ cap. 170. & Durandus lib. 1. Ration. c. 6. n. 38.

RECONCILITAS. Vide *Concilitas*.

RECORDARI, Prælegere; vox in puerorum ſcholis crebra, *Recorder*. In Statutis antiquis Cartuſienſib. 1. part. cap. 35. inſcribitur *de recordatione & ordine legendi & cantandi in officio 12. vel 3. lectionum*, Deinde: *In Sabbatis & in vigiliis feſtorum 12. lectionum, & in vigilia Cœna Domini in clauſtro pro recordatione convenimus: & tunc non moramur in Eccleſia, ſed ſumus circa libros in clauſtro.* Infra: *Ad recordationem lectiones attente & ſine ſtrepitu audimus, & cum incipit recordatio, claudimus & deponimus libros alios quos tenemus, nec reſumimus donec recordatio ſit finita.* Et §. 10. *Dominicis & feſtis Capituli, loco lectionis, recordamur in clauſtro ſermonem vel homiliam, ſi craſtino legi debeat. — & ſciendum quod ille qui recordationem facit, nunquam ſuam, vel alterius lectionem recordatur in conventu.* Adde Guigonem in Statutis ejuſdem Ord. cap. 9. §. 3. Statuta antiqua ejuſdem Ord. 1. parte c. 4. § 9. cap. 12. §. 1. cap. 13. §. 12. 15. 22. cap. 14. §. 16. cap. 45. §. 20. part. 2. c. 6. §. 5. Adde Amalarium lib. 4. c. 48.

RECORDIUM, pro *Recordatio*. *Beneficiorum recordia*, apud Thwroczium in Ladiſlao cap. 29.

RECORDUM, propriè dicitur Inquiſitio juridica per teſtes de re aliqua dubia, quod qui in ea audiuntur teſtes, dicant ſe *recordari* eorum de quibus inquiruntur. Chronicon Farfenſe, de teſtibus: *Quorum primus ait, Ego ſcio & bene memoror quoniam tempore Longobardorum &c. — & recordor ibi Præpoſitos* &c. Atque ita *Record* uſurpatur in Conſuet. Normann. art. 386. & 387. *Au record de mariage qui ſe fait pour la connoiſſance du douaire, les parens & amis qui ont eſté preſens audit mariage y ſont receus, & ne peuvent eſtre reprochez. En ce record ce que la plus grande partie recordera eſt tenu pour prouvé, pourveu qu'ils parlent de certain.* Vide Fletam lib. 2. c. 53. §. 3. lib. 5. cap. 22. §. 10. & *Raguellum*.

Recordationum varias ſpecies recenſent Jura & Conſuetudines Normanniæ cap. 103. & ſeqq. *Recordatio eſt rei facta ad memoriam reducta ſeries, & in curia enarrata. Quadam verò recordationes ſunt Curia regia, quadam Scaccarii, quadam Aſſiſia, quadam duelli, quadam viſionis, quadam paſnagii, alia maritagii.*

Recordatio autem Curia regia, eſt recordatio eorum que fiunt coram Domino Rege: quacunque enim coram ipſo fiunt ſe altero, à quocunque & jure conſtitu-, habent recordationem: & hanc poteſt facere ſe altero. Et ſi ipſe non velit recordari, per tres alios recordatores faciet recordari, & ejus perſona nec ad hanc, nec ad aliam actionem poteſt ſaonnari. (Gall. *eſtre reprochée*) *Quacunque enim coram ipſo facta ſunt in jure, ſtatim debent habere robur perpetua firmitatis.*

Recordatio Scacarii habet fieri ad minus per ſeptem perſonas fide dignas, &c.

Recordatio aſſiſa, eodem modo debet fieri: hoc tamen appoſito, quod Recordatio Scacarii, in ſcacario:

Recordatio aſſiſa in aſſiſa debet teneri.

Recordatio duelli per ſeptem recordatores & ſervientes juratos habet fieri, in cujuſcunque curia teneatur.

Recordatio viſionis habet fieri per quatuor Milites recordatores, & ſervientem, & octo legales homines, præſtito à ſingulis ſacramento, &c.

Recordatio paſnagii eodem modo facienda eſt, &c. Denique

Recordatio matrimonii eſt eorum qui ad contractum matrimonii præſentes fuerunt, & eſt ad minus ſeptem teſtium juratorum, &c. Adde cap. 133. Rurſum cap. 123.

Recordatio in Laïcali Curia dicitur quadam lex à Principibus inſtituta, & à ſubditis generaliter obſervata, recitans per expreſſum teſtimonium Recordatorum ea qua placitando in Curia dicta fuerunt, ſive facta, vel qua pronuntiata fuerunt, ut ſerventur. Quadam enim fiunt in Curia placitando, quadam pronuntiando. Placitando autem fiunt quacunque mota querela occaſione deducuntur. Denuntiando autem fiunt venditiones, attornationes, & hujuſmodi qua fiunt in Curia, ut ejus recordationis retineant fulcimentum. Recordatores autem dicuntur omnes perſona in Curia aſſiſtentes, per quas Curia recordatio valeat celebrari, ut Princeps Normannia, Archiepiſcopi, & omnes perſona dignitatem ſeu perſonatum habentes in Eccleſia Cathedrali, Abbates, & etiam Priores Conventuales, Comites, Barones, & omnes Milites, & omnes Principes Juſtitiarii, Vicecomites, & etiam Spada ſervientes, & magna fama homines, quos vita meritum & prudentia fecerit fidedignos. Hujuſmodi autem perſona omnes ad recordationem ſunt admittenda, niſi fama ipſa contra ipſos laboraverit evidenter. Jurare autem tenentur Recordatores, maximè illi qui nondum Principi fecerunt ſacramentum, quod rei ut tractata veritatem recordabuntur, nec addent aliquid, vel omittent aliud, quam quod memoria renovabit. Sunt itaque recordamenta eorum qua fiunt in Curia ad requiſitionem unius partis adverſa, altera ſuſtinente, expreſſa recitatione per eos recordatores qui præſentes ad hoc, ſuper quo recordatio requiratur, affuerunt. Unde notandum eſt, quod nullus poteſt ad recordamentum vocari, niſi qui præſens fuerit ad hoc de quo dicitur recordatio celebrari, & quod una ab una partium petatur, & ab altera ſuſtineatur. Notandum etiam eſt, quod pars contra quam recordamentum petitur, aut illud ſuſtinebit, aut opponet rationem quare ſuſtinere illud non debeat, vel querela adverſa parti remanebit.

Recordum præterea ſignificat actum Curiæ ita authenticum, ut probationem contrarii non admittat. Hoc autem talis Curiæ actum eſſe debet, quæ *Curia de Recordo*, appellatur, cujuſmodi ſunt regia illa tribunalia apud Weſtmonaſterium, & alia aliquot. Ita Cowellus. Proinde *Recordum* eſt *diffinitiva ſententia*: atque ſic definitur à Skenæo ad Regiam Majeſtatem lib. 3. cap. 24. §. 6. ubi *recordum* & *judicium* ſynonyma ſunt: nam etſi *recordum* dicatur judicium ſupremum, & ſententia diffinitiva, à qua ſcilicet non appellatur, quod ſupremi Domini jus eſt: habent tamen inferiores Curiæ jus recordi, vel ex gratia & beneficio Principis, vel ex conſenſu partium litigantium, ut eſt in Regiam Majeſt. lib. 3. cap. 23. §. 1. & 3. Quæ quidem Curiæ *Recordationem tenere* dicuntur, in

Charta Communiæ Rotomagenſis an. 1207. *Recor-*
dationem quoque tenebunt de iis, quæ facta fuerint inter
eos, ſalvo nobis Placito enſis. Aſſiſia quæ habent recor-
dationem, in Charta an. 1218. to. 6. Spicilegii Ache-
riani p. 472. *Cour de record*, apud Littletonem ſect.
175. De *Recordo* plura diximus ad Statuta S. Ludovici
lib. 1. cap. 40.

Deinde, ut eſt in Regiam Majeſt. lib. 3. c. 23. §. 5.
Recordum habent in Curia Regis minores Curiæ, de his
quæ in eis facta ſunt: quod contingit quando aliquis Ba-
ro habet aliquam cauſam in Curia ſuâ, unde dubitatio
rationabilis oritur, ita quod Curia ſua eam cau-
ſam determinare non ſufficit: tunc enim poteſt Dominus
ipſe Curiam ſuam ponere in Curiam Domini Regis, ita
quod de dubitatione ipſa conſilium & aſſenſum Curiæ
D. Regis habeat quid inde de jure fieri debeat. Eſt igi-
tur hoc caſu, inquit idem Skenæus, *Recordum Curiæ*,
relatio ſeu repetitio litis, vel proceſſus deducti in infe-
riore Curia, facta in Curia ſuperiore.

A *Recordis* verò inferiorum Curiarum non appella-
batur, ſed *falſari* debebat judicium, uti in voce *Fal-*
ſare judicium docuimus. Unde Philippus Bellomane-
rius cap. 62. ait, *En recort n'a point d'appel.*

Recordare ſuas ſummonitiones, in Regiam Majeſt.
lib. 1. cap. 6. §. 4. coram judicibus ſcilicet à quibus
approbantur.

Recordator, Recordorum cuſtos, Cowello.

RECORDAMENTUM, *Monimentum*, in Gloſſis Iſonis Mag.

RECORPORARE, *Recorporativa curatio.* Matth. Silva-
ticus: *Recorporativa medicina eſt, inſpiſſativa, quæ car-*
nem & cutem denſat, confortatque membrum, & tempe-
rat complexionem, Gr. μετασυγκριτική. Cælius Aurelia-
nus Siccenſis lib. 2. Chronion cap. 1. *Recorporativam cu-*
rationem, quam Græci Metaſyncriticam vocant, utilem
approbamus in paſſione conſtitutis. Idem cap. 7. *Adhi-*
benda cucurbita recorporativa, quas Græci Metaſyncriticas
vocant. Lib. 3. cap. 2. *Curatione utemur, quam recor-*
porativam dicere poterimus, à Græcis Metaſyncriticam
appellatam. Recorporatio apud eundem in præfat. lib. 2.
& alibi non ſemel. Alexander Iatroſophiſta lib. 1.
Paſſion. *Neceſſe eſt ergo unum ex tribus agi, aut eva-*
cuari humores, aut temperari, aut recorporari. Ubi
Gloſſa ſuperlinearis habet *expelli.* Eſt autem μετασύγκρισις
exiguorum meatuum in naturalem ſtatum mutatio:
cùm enim Methodici exiſtimarent ex corpuſculis &
meatibus corpora noſtra conſtare, & in exiguorum mea-
tuum ſymmetria ſanitatem, in ametria morborum con-
ſtituerent, reditum ad priſtinam meatuum ſymmetriam
μετασύγκρισιν appellabant, quia miſceri ſecernique corpora
volebant: medicamenta verò quæ id præſtarent, μετασυγ-
κριτικά, Latini *recorporativa.* Vocem *Recorporare* uſurpat
Tertullianus lib. de Anima, & lib. de Reſurrect. carn.

RECOUARE. Matthæus Weſtmon. an. 1216. *Iſta ſunt*
terra, quas Rex Joannes amiſit, — quarum nihil horum re-
couavit uſque ad diem mortis ſuæ. Sic utraque editio.
Malim *recouravit*, id eſt, recuperavit, à Gallico *Re-*
couvrer.

RECREANTUS, *Recreantia.* Vide *Recreditus.*

RECREATIO, Animi relaxatio. Statuta Ord. Præmonſtr.
diſt. 1. c. 19. de Minutis: *Poſtquam refectionem ubi*
Priori viſum fuerit, communes habebunt colloquium, &
ad arbitrium regentis conventum, per tres dies minu-
tionis recreatio fiat eiſdem. &c.

RECREDERE ſe dicebantur ſervi, qui cùm ſe ſervos dene-
garent, perſpecta tandem veritate ultro obnoxiæ con-
ditionis ſe eſſe profitebantur. Formulæ veteres apud Bi-
gnonium p. 196. 1. edit. *Et ipſe homo in præſenti pro*
colono ad caſam ſancti illius — recognovit & recredi-
dit. Vetus Notitia apud Sirmond. *Cognoſcenteſque rei*
veritatem, atque comprobationem, ſtatim ſe recredide-
runt. Tabularium S. Remigii Remenſis, de ſervis qui in-
genuos ſe aſſerebant: *Miſſi autem interrogaverunt, ſi*
teſtes contra eos verum dicebant. Ipſi autem videntes co-
gnoſcenteſque rei veritatem atque comprobationem, ſta-
tim ſe recrediderunt, & per judicium Scabinorum, quo-
rum hæc ſunt nomina, — rewadiaverunt ſervitium mul-
tis diebus injuſtè retentum & neglectum. Vetus Notitia
an. 868. apud Perardum in Burgundicis: *Sed ille De-*
do minimè denegavit, & ad pedes ipſius Moyſe jactavit,
atque recredidit, quod ſervus erat Domno Karolo Rege
de jam dicta villa. Hac etiam notione vocem hanc
uſurpare videntur Annales Francor. Bertiniani an. 787.
Taſſilo venit per ſemetipſum, tradens ſe in manus Domni
Regis Caroli in vaſſaticum, & recredidit ſe in omnibus
ſe peccaſſe, & mala egiſſe, denuo renovans ſacramenta.

Recredere etiam uſurpatur non tam pro *reddere*,
quod eſt rem præciſè reſtituere, quàm pro dare ple-
gium eam reſtituendi, ſi ita *videatur judici.* Ger-
vaſius Abbas Præmonſtrat. Epiſt. 31. *Scitis enim*
quod ſecundùm Conſuetudines Gallicanas, à qui-
bus ratio non diſcordat, qui alienum capit, & requiſi-
tus, vel non, non reddit præcisè, vel per plegium non
recredit, manifeſtiſſimus prædo, & ferè deterior Rupta-
rio reputatur. Ex quibus licet percipere cur ſcriptores
voces has ita conjungant, *reddere vel recredere*: is
enim *reddit* qui rem reſtituit: *recredit*, qui dato vade
ſpondet eam ſe redditurum. Ivo Carnot. Epiſt. 275.
Reddet aut recredet Comitem Nivernenſem. Gaufridus
Vindocin. lib. 2. Epiſt. 30. *Carnotenſis Eccleſia boves*
& oves vel quæcumque Eccleſiarum prædæ ſi caperentur,
reddi aut recredi faciebat. Concilium Copriniacenſe
an. 1262. c. 1. *Capta, rapta, invaſa, — ſolvantur*
vel recredantur. Charta Philippi Regis Franciæ an.
1206. ex Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 39. *Præpo-*
ſitus Comitis emendabit nobis hoc quod ipſe noluit mulie-
rem reddere vel recredere, vel ſufficientem rationem oſten-
dere quare eam cepiſſet. Sans rendre & ſans recroire, in
Stabilim. S. Ludov. lib. 1. c. 7. & in Statuto Philippi
Pulchri an. 1303. *Recroire & eſlargir criminels*, in
Conſued. Hannonienſi cap. 11. Adde Conſuetud. Inſu-
lenſem art. 116. & Burbonienſem art. 103.

Recredentia, vox practicorum noſtrorum, *Recreance*: in
integrum reſtitutio, miſſio in poſſeſſionem quæ alicui
jure debetur, adeo ut res ipſa ei dato vade reddatur &
reſtituatur, interim maximè dum lis intentata finiatur.
Statutum Philippi Pulchri pro reformatione regni cap.
14. *Et ſi contingeret quod emergeret quæſtio, eo quod*
ſcilicet gentes noſtræ requirerent aliquem tanquam bur-
geſium noſtrum, quem aliquis Prælatus vel Baro, aut
quivis alius nobis ſubjectus, diceret eſſe hominem aut
juſtitiabilem ſuum, — negantes ipſum eſſe burgeſium
noſtrum, recredentia fit ſuper ea, per eum qui illum te-
net, ſi ita ſit quod in caſu recredentia teneatur. Scribit
Bellomanerius MS. cap. 58. *qu'il n'appartient qu'aux*
Barons à ordonner recreance en fais de gages de batail-
les, & ſi le Seigneur inferieur avoit donné recreance,
& l'appellé ſe fut ſauvé, il perdroit ſa juſtice, & ne
ſervoit de rien qu'il eut receu pleiges, car li pleges ne
peut pas recevoir mort par lor pleigerie. Vide Concil.
Namnetenſe an. 1264. c. 9.

Recredere ſe præterea dicebatur, qui in duello ſeu mo-
nomachia à judice indicta victum ſe profitebatur, & ho-
ſti ſe ſe *reddebat*, quæ vis eſt vocis *recredere.* Baldricus
Noviomenſis lib. 3. cap. 57. *Campum contra eum ac-*
cepit, unde ſe recredidit, & legaliter fiet, dum ſuum
adjudicatus perdidit. &c. Ejuſmodi autem qui ſe ſe ho-
ſti tradebant,

Recrediti vulgo, vel *Recreanti* appellati, qui quidem inter
infames habebantur, adeo ut maximo probro habere-
tur objecta *Recrediti* contumelia. Charta Communiæ
Ambianenſis an. 1209. *Qui juratum ſuum Recreditum,*
traditorem, Vuillot, id eſt Coup appellaverit, 20. ſol.
perſolvet. Apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 85.
Ricreduto & traditore. Lib. 8. cap. 30. *E quaſi come*
gente ricreduta feciono à Genoveſi ogni patto, che vol-
leno. Chevalier recreu, pro ignavo, apud Joinvillam
p. 38. Quod quidem probroſum adeo cenſuit vocabu-
lum, ut illud deſcribere noluerit Ranulfus de Glanvil-

la lib. 2. cap. 7. *Eſt autem Magna Aſſiſa regale quoddam beneficium, — quo vitæ hominum & ſtatus integritati tam ſalubriter conſulitur, ut in jure quod quis in libero tenemento poſſidet, retinendo duelli caſum declinare poſſunt homines ambiguum, ac per hoc contingit inſperatæ ac præmaturæ mortis ultimum evadere ſupplicium, vel ſaltem perennis infamiæ opprobrium, illius infeſti & inverecundi verbi, quod in ore victi turpitur* (f. turpitudinis) *ſonat conſecutivum.* Verbum autem probroſum deſcripſit Bracton lib. 3. tract. 2. cap. 34. §. 2. *Non ſufficit quod appellatus cognoſcat fuiſſe ſocium ſuum vel latronem, vel aliquid ſimile ad recreantiam, niſi dicat verbum illud odioſum, quod recreantus ſit.* Quo loco Fleta lib. 1. cap. 38. §. 18. pro *recreantiam*, habet *recreantiſam*. Eſt igitur *Recreantus* idem quod *recreditus*, ex Gallico *Recreant*, pro *recreu*. In Aſſiſiis Hieroſolymitanis qui in arenam deſcendebat duello dimicaturus, ita judicem alloquebatur : *Je ſuis preſt de le prouver de mon corps contre le ſien, & le rendrai mort, ou recreant en une oure dou jour, & veez ci mon gage*, &c. Eædem Aſſiſiæ cap. 190. *Se un home qui a ſiè, qui ſoit conneu à vil, recreant, couart, ou que il ſoit boſſu*, &c. *Le Roman de Pariſe la Ducheſſe*, MS.

Quant il ſera demain tot adobez el prez,
Il ſe lairra cheoir à terre de ſon grez,
Recreant ſe fera, veiant tot le Barné.

Le Roman de Roncevaux MS.

Tant que l'aurai & mort & recreant,

Le Roman d'Amile & d'Ami MS.

Tant que li uns en ſera recreans.

Eſt igitur *eſtre recreant*, idem quod dimicando *deficere*. Ditmarus lib. 3. de quodam duello : *Vulneratuſque in cervicem bis Waldo, ardentius inſequitur hoſtem, percutienſque illu valido caput, proſtravit eundem. Interrogatus autem Gero Comes ab eodem, ſi plus potuiſſet pugnare, coactus eſt, quod jam defeciſſet, profiteri. — Tunc Gero juſſu decreto judicum ac voce Imperatoris à carnifice quodam decollari.* Atque inde *Equos recreatos* dixit Fleta lib. 2. cap. 1. laſſos, fatigatos, quos Villiomarus, ſeu Joſephus Scaliger in Titium lib. 8. cap. 20. *recreditos* appellavit, *quaſi*, inquit, *recruduerint*, qua in re falli virum doctiſſimum ex præallatis ſatis conſtat. Chriſtina Piſana in præfat. ad lib. *le Treſor de la Cité des Dames* : *Non mie à toi appartient eſtre au nombre d'iceulx qui en la voie & au chemin ſont trouvez recreans.* Infra : *Or ſus baille ta main, dreſſe toy, & plus ne ſoies accroupie ne ſouillée en la pouldriere de recreantiſe.* Joan. Molinetus fol. 57. v.

Reſveillez-vous ſans eſtre recrandis.

Vide Columberium in Theatro honoris to. 1. p. 110. & Notas noſtras ad Joinvillam, & ad Stabilimenta S. Ludovici.

Recreduta, idem quod *Recredentia*. Charta an. 1180. apud Georgium Pilonum in Hiſt. Bellunenſi p. 90. v. *Et non debeant jam dicta perſonæ pacem, nec trevam, nec werram, nec recredutam ſine commune Coneglians facere.* Alia an. 1220. in eadem Hiſt. Bellunenſi p. 111. v. *Et non facient pacem vel trengam, ſeu veram, recredutam inimicis civitatis Tarviſii ſine verbo Poteſtatis vel Conſulum*, &c.

Recriminatio, cùm litigatores idem crimen invicem intentant, Græcis, *ἀντικατηγορία*, nam apud Latinos *proprio caret nomine*, ait Fabius lib. 3. c. 12. Utuntur non ſemel practici.

Rectare. Vide *Rectum*.

Recticinium. Meſſianus Preſbyter in Vita S. Cæſarii Arel. *Nam illud dulciſſimum & ſanctiſſimum recticinium, quis verbis unquam valebit explicare?* Mox : *Domine, quid tu dicis? quibus ille, Expectate, inquit, ad menſam multum dicendo laſſaſtis, & huc uſque non tacuiſtis, jam paululum reficite. Et adjecit, Bene dicitis : ſed quia cœnam expeditimus reticinium* (ſic) *facturi ſumus*, &c. Aliud videtur à *recta cœna* Latinorum, quos ita *Cœnam lautam* appellaſſe obſervat Turnebus lib. 18. Adverſar. cap. 11. hic enim *recticinium* videtur dici colloquium quod poſt cœnam inter convivas peragitur.

Rectitudo, idem quod *Rectum*, jus quod quis in rem aliquam habet. Conſuetudo Lorriaci an. 1187. *Nullus cum aliquo placitavit, niſi cauſa rectitudinis exequendæ & recipiendæ.* Tabularium Flaviniacenſe an. 1002. *Prædicto Comiti fecerunt ſacramentum, quod nullam aliquis præter Monachos S. Petri in Salvamento eodem haberet rectitudinem.*

Rectitudo, Jus, *Rectum*, quomodo quis *rectum facere* dicitur, cum juri ſtat. Chronicon Mauriniacenſe lib. 2. p. 363. *Rurſus ad rectitudinem Monachi revocantur, & quod aliquibus novum fuit, quatenus ad caput cauſæ rediretur, judicatum eſt.* Simeon Dunelmenſis de Geſtis Regum Anglor. an. 1093. *Inſuper etiam illum, & ſecundum judicium tantum bonorum ſuorum in Curia ſua rectitudinem ei faceret, conſtringere voluit.* Ordericus Vitalis lib. 8. *Tene rectitudinem nobis, & nos tuis obtemperabimus juſſis.* Eodem lib. *De contumaci adoleſcente legitimam rectitudinem tenuit.* Lib. 9. *Niſi rectitudinem ei fecerimus.* Adde lib. 11. p. 806. 818. lib. 12. p. 860. 863. 867. S. Anſelmum lib. 3. Ep. 24. Bromptonum p. 836. probat. Hiſt. Vergiacenſis p. 43. &c.

Per denarium rectitudinem facere. Charta Berneri Decani Pariſienſis, apud Hemereum de Academia Pariſ. *Pro forefacto, quod de domo prædicta inſcienter intulerat, per denarium, quem in manu ſua tenebat, rectitudinem ante ipſum altare fecit*, &c.

Rectitudo, Tributum, præſtatio, Gallis *Droiture*. Charta an. 950. apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſib. p. 137. *Una cum — vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, aquis, rectitudine pontis ſuper fluvium Muri ſiti, aquarumque decurſibus*, &c. Leges Edwardi Confeſſ. c. 30. *Nec ob ſecuritatem pacis adeptam detineant rectitudines vel ſervitia dominorum ſuorum.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 6. *Si quis Dei rectitudines per vim deforciat, emendet*, &c. Et cap. 11. *Si quis Dei rectitudines per vim teneat*, &c. Statuta Davidis II. Reges Scotiæ cap. 12. §. 3. *Mercatores autem ſive per terram, ſive per aquam venientes rectitudinem Regis, Regi per miniſtros ſuos plenariè reddant.*

Rector. *Rectores Eccleſiarum*, Prælati, Epiſcopi, Abbates, parochiarum Preſbyteri, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 42. tit. 10. §. 4. in Capitularib. Caroli M. lib. 3. tit. 75. &c. Maximè *Rector Eccleſiæ* dicitur, qui vulgo *Curio*, ſeu *Curatus*, ut in Charta Alaman. 43. apud Goldaſtum. Concilium Londin. an. 1237. *De reſidentia in Eccleſiis à Rectoribus facienda videtur nobis conſulendum facto potius quam ſtatuto.* Hinc *Rectoria*, dignitas Curionis, *vel Eccleſia parochialis*.

Rectores Apoſtolici patrimonii, dicti ii ex ordine Clericali, qui à ſummis Pontificibus ſubinde in provincias & Regna mittebantur, qui S. Romanæ Eccleſiæ Patrimonium curarent, id eſt *maſſas & familias Eccleſiaſticas*, de quibus agit Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 17. lib. 12. Epiſt. 12. 30. Cenſus & *Denarios S. Petri* exigerent, & Romam tranſmitterent, apud eundem Gregorium M. lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 32. lib. 5. Epiſt. 5. 53. & aliis locis : quod fuit etiam *Defenſorum* munus. Vide Geſta Innocentii III. PP. pag. 137.

Rector, Dignitas in Imperio CP. apud Luitprandum lib. 3. c. 7. Conſtantinum Porphyrogen. de Adminiſtr. Imper. p. 199. Scylitzem pag. 607. 781. Zonaram p. 48. &c. Vide Notas ad Alexiadem p. 233.

Rectoraticum, Munus & officium Rectoris urbis, apud Falconem Beneventanum in Chr. p. 190.

Rectorium, Carcer *Rectoris*, ſeu judicis. Joannes VIII. PP. Epiſt. 303. *Etiam & illas mulieres, quas nunc in ſua manſione collectas detinet, in noſtro Rectorio retinere jubemus uſque ad noſtram notitiam.*

Rectum, Jus, Gallis *Droit*, Germanis & Belgis *Recht*, Danis *Roett*, Jus quod quis in rem aliquam habet,

Eadmerus lib. De Similitudin. S. Anſelmi cap. 74. *Improbus placitator, licet non habeat rectum, tamen propter improbitatem ſuam veniens ad placitum, hoc quod eſt injuſtum, juſtum; & quod eſt juſtum vult oſtendere injuſtum.* Tabul. Abb. Belliloci n. 32. *Dono & abſolvo illud rectum, ſive illam rationem quam in Eccleſia S. Steph. — poſſideo.* Fleta lib. 6. c. 1. §. 1. *Quod in jure ſcripto jus appellatur, id in lege Angliæ Rectum eſſe dicitur.* Hinc variæ formulæ apud Practicos, & in veteribus Tabulis,

Rectum facere, Gallis, *Faire droit*, Juri ſtare. Charta an. 1176 in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 92. *Satisfactionem illam, quam jus vel rectum facere vulgariter appellant, Capitulo præſtarent.* Vide Leges Edwardi Confeſſ. cap. 18. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 49. Baldricum Noviomenſem lib. 1. cap. 75. Vitam Lietberti Epiſcopi Camerac. cap. 54. veteres Chartas apud Beſlium in Comitib. Pictav. p. 496. Marcam in Hiſt. Benehamenſi lib. 4. cap. 8. n. 1. *Plenarium rectum facere*, apud Ordericum Vitalem lib. 8. pag. 715. *Facere plenum rectum coram judice*, in Legibus Burgor. Scoticor. cap. 61. §. 1. *Plenarium jus facere*, ibidem §. 3. *Manu ſuper altare impoſita rectum facere*, in Chronico Beſuenſi p. 682.

Stare ad rectum, pro *ſtare juri*, Practicis noſtris, *Eſter a droit.* Rogerus Hovedenus p. 655. *Si plegios ſtandi ad rectum invenire poſſunt.*

Eſſe ad rectum in Curia domini, eadem notione, in Legib. Henrici I. cap. 43. 55. &c.

Rectum domino ſuo vadiare, ibid. cap. 53. 81. *Per judicium recti vadimonium dare*, ibidem cap. 52.

Requirere de recto, In jus vocare, ibid. c. 43.

Ad rectum aliquem habere, in Legibus Edwardi Confeſſ. c. 20. & Henrici I. c. 8. 27. 41.

Rectum rogare, Adire judicem, & ab eo jus ſibi fieri poſtulare. Leges Inæ Regis Weſt-Saxiæ cap. 9. *Si quis ſibi rectum roget coram aliquo Scirmanno, vel alio judice, & habere non poſſit*, &c. Cap. 10. *Si quis vindicet, antequam ſibi rectum poſtulet*, &c. Adde Leges Alvredi cap. 48. Leges ejuſdem Alvredi & Godruni cap. 1.

De recto per bonos judices inquirere, in Legibus Henrici I. c. 82.

Rectum denegare, ibid. c. 83. *Vadium recti denegare*, cap. 52.

De recto per bonos teſtes inquirere, cap. 82.

Placita de recto, ſeu *de defectu recti*, in Regiam Majeſtatem lib. 3. cap. 20. Vide *Defectus*.

Rectare, Reum ad *rectum* faciendum ſubmonere, in jus vocare. Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Seldenum ad Eadmerum: *Quo judicio deducendi ſunt illi qui rectati ſunt de latrocinio, murdro, incendio, & his ſimilibus.* Rogerus Hovedenus p. 655. *Si autem per appellationem rectati ſint*, &c. Inquiſitio Juſtitiariorum itinerantium apud Gervaſium Dorobernenſem an. 1170. *Et ſi foreſtarii vel ballivi eorum aliquem acceperint, vel attachiaverint per vadium, vel rectaverint, & poſtea ſine juſtitia per ſe relaxaverint.* Infra: *Et omnes qui rectati fuerint de quocumque recto*, &c. Idem an. 1153. *Clerici rectati & accuſati de quacumque re*, &c. Vide Leges Burgor. Scoticor. cap. 80. §. 1. Bractonum lib. 3. tract. de Corona cap. 1. §. 3. & alibi paſſim.

Retare, pro *Rectare*. Charta Philippi Aug. an. 1186. in M. Paſtorali Eccleſiæ Pariſienſis lib. 16. ch. 24. *Salvo honore ſuo in hoc quod retari non poterit de murtro, neque de proditione*, &c. Occurrit præterea in Aſſiſis Henrici II. Regis Angl. apud Clarendum, apud Hovedenum p. 783. Bractonum lib. 4. Tract. 5. c. 8. §. 1. in Fleta lib. 1. c. 26. §. 2. in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 963 &c. Ita *Reter*, pro *Rectare* uſurparunt noſtri. Leges Wilhelmi Nothi vernaculæ an. 47. *Ne nuls ne la i ſun hum de li partir, puiſque il eſt reté.* Petrus de Fontanis in Conſilio c. 5. §. 2. *Il ne m'eſt mie avis que nus qui ſoit dens contremans, ou trois, ou quatre, & retes en eſt, ki ſe doie paſſer par un ſeul ſacrement.* Le Roman du Renard MS.

> *De quanque Yſengrin l'a retè,*
> *Itel amande li fera.*

Le Roman de Gaydon MS.

> *Que ſoit mes Sires de traiſon retez;*

Ibidem:

> *Se vo voi hui de traiſon reté,*
> *Je me ferai d'un contel acéré,*
> *En la poitrine, ou en lonc ou en lé.*

Idem:

> *De vilonie ne fu onque reté.*

Le Roman de Pariſe la Ducheſſe MS.

> *Et la faites à tos de traiſon reter.*

Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS. in Philippo Aug.

> *Quant li Rois ſot la verité,*
> *Que pour tolir ſon ireté,*
> *Vienent ſor lui li faus reté*, &c.

Infra:

> *Pour le Roi ki de tort res rasté.*

Reptare, eadem notione, Hiſpanis *Reptar*, quod pronuntiatur ut *retar*, Accuſare, in jus deferre: unde *Riepto*, accuſatio, in Legibus Alfonſinis parte 7. tit. 3. l. 1. Uſatici Barcinonenſes MSS. c. 37. *Si quis in Curia à Seniore ſuo coram principe reptatus fuerit de baudia, debet ſe de illa expiare per judicium*, &c. Cap. 117. *Miles poſtquam fuerit a ſeniore ſuo de bauzia reptatus, non debet ei reſpondere de aliis querimoniis, donec à reptamento ſit ſe expiatus, niſi ſenior ei dimiſerit reptamentum.* Adde cap. 24. Rodericus Toletanus lib. 7. de Reb. Hiſpan. cap. 16. *Quod audiens Rex Fernandus doluit, reputans ſe deluſum, & miſit quemdam Militem Comiti Amalarico, qui eum de infidelitate & perjurio appellaret, qui — nuncium, qui ad reptandum venerat, jocosè deluſum ſine reſponſo alio remiſerunt.* Charta Aldefonſi Regis Aragonum æræ 1153. apud Blancam: *Et illos infançones qui habuerunt & tenuerunt honore de ſeniore, ſi fuerit reptato, non faciat directum, niſi in illa honore ſtando.* Vide *Excondicere.*

Arretare, idem quod *Retare*. Forteſcutus de Laudibus Legum Angliæ cap. 36. *Arretati de crimine aliquo qualitercumque magno & enormi*, &c. Hinc noſtrum *Arreter*, pro *ſiſtere, detinere, retinere*, quod ei qui in jus appellatur, recedere non liceat, quouſque *rectum* fecerit parti à qua impetitur. Sed & fortè inde etiam vox *Arret*, pro judicio lato in eum qui *arretatur*, ſeu in jus vocatur.

RECTURA, vox Agrimenſorum. Vide Gloſſ. Rigaltii ad Gromaticos.

RECULA, *Recella, recula, reſcula*, Parva res, ſeu parvi momenti, *facultatiuncula.* Charta Caroli Calvi apud Doubletum p. 802. *Hæ ſiquidem reculæ videntur eſſe ſitæ in pago Vilcaſſino*, &c. Utuntur Apuleius lib. 4. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei, Priſcianus lib. 3. partit. Donatus in vita Virgilii, Ivo Carnot. Epiſt. 91. 101. &c.

Recella. Gloſſarium Cambronenſe: *Recella, diminut. à Recula, recula autem à re.* Regula Magiſtri cap. 1. *Dum in proprio arbitrio quærunt habere cellas, arcellas, & recellas, ignorant quia perdunt ſuas animulas.*

Recellula. Lex Burgund. tit. 24. §. 6. *Niſi forſitan quod ex matris bonis, id eſt in recellulis vel ornamentis*, &c.

Reſcula. Salvianus lib. 1. ad Eccleſiam Cathol. *Cur non bona fide datis à Deo utemur reſculis?* Editiones aliæ habent *reculis*. Iſidorus Pacenſis Epiſc. æra 756. *Atque reſculas pacificas Chriſtianis ob vectigalia theſauris publicis inferenda inſtaurat.* Hinc emendandus Gregorius Turon. de Miracul. S. Martini cap. 29. de Chariberto Rege: *Ingeſtum eſt ejus auribus locum quemdam, quem Baſilica S. Martini diuturno tempore retinebat, ſibi ſuo juri, reddique debere. — qui accepto inquo conſilio, pueros velociter miſit, qui remiculam illam in ſuo dominio ſubjugarent.* Ubi legendum indubiè

reticulam. Adde Concilium Toletan. XVII. c. 8.

Reſcella. Pelagius libello 10. n. 18. *Dedit ei aurum & nummos, & reſcellas, & omne quod in reſponſo ſuo habebat.* Adde n. 76. Edictum Piſtenſe Caroli C. cap. 24. *Quidam Comites noſtri nos conſuluerunt de illis francis hominibus, qui cenſum regium de ſuo capite, ſed & de ſuis reſcellis debebant,* &c. Lambertus in Vita S. Heriberti Archiep. Colonienſis n. 22. *Non deſiſtit dum male uſurpatas diſtraheret reſcellas.* Occurrit etiam in Statutis Ordinis S. Gilberti Sempringhamenſis. Gloſſar. Cambronenſe *Reſcellas, genus indumenti, id eſt pelles* interpretatur.

Recuperare, Convaleſcere, *Recouvrer ſa ſanté.* Geſta Regum Francor. cap. 34. *Rex Chilpericus graviter agrotavit: quo recuperante, filius ejus — agrotare cœpit.* Vetus Charta apud Beſlium pag. 421. *Ad clauſtra facienda, & recuperanda cum deciderint,* &c. i. reparanda.

Recuperatio, JC. Anglis, eſt proprie evictio alicujus rei per judicium. Sed ſpecialiter ſignificat fictam quandam tranſactionem inter partes judicialiter factam, ad ſtatus intalliatos, remanentias, & reverſiones tollendas excogitatam. Cowellus.

Recuperator. Gloſſæ Gr. Lat. δικαςὴς, *Judex, Recuperator.* Aliàs *Recuperatores* appellantur, qui cenſum vel tributum per ſe ipſos exigunt, recuperant. Gloſſæ Baſil. ἐξωτικοὶ, ἀπαιτηταὶ δι᾽ ἑαυτῶν πράκτορες. Nos etiam dicimus, *ceux qui recouvrent les deniers du Roy.*

Recurare, Corrigere, quaſi iterum curare. Utitur Sanctus Auguſtinus lib. de Quantitate animæ cap. 24.

Recurrere, *Recurſus,* voces monetariorum, de quarum vi ſequentia excerpſimus ex adverſariis Magni Peireſii. *Il y a ceste difference entre recours & remede, que le recours eſt une permiſſion de foiblage ſur le poids de l'eſpéce: & le remede eſt une autre permiſſion ſur le poids de Marc. Et leſdits remedes commencerent premierement par recours, & ont continué par remedes, permis enſemblement, jusques environ le temps de Charles VII. depuis lequel jusques à preſent l'on n'a uzé que du remede.* Datio ad firmam Monetæ Toloſanæ à Comite Alphonſo an. 1265. *Juraverunt inſuper quod ipſi per ſe vel alios non fondent, nec tribuchabunt, nec recurrent noſtram monetam ſupradictam, ſed tenebunt & adimplebunt bene & fideliter omnes conventiones,* &c.

Recursus. Tabularium S. Andreæ Viennenſis: *Notum ſit — dediſſe — hoc eſt Cymiterium & totum decimum, & oblationes, & primitias, & paſcua ſimiliter donaſſe beſtiis Monachorum in ſilvis & in plano, totum recurſum in ſilva lignorum & paſtionum porcorum in eadem ſilva ſine lucro.*

Redadoptare, Rurſum adoptare, in L. 41. D. de Adopt.

Red-bana. Vide *Ded-bana.*

Redda. Vide *Feudum reddibile.*

Reddentes. Ranfridus JC. qui vixit ſub Friderico II. Imp. in Ordine Judicatio, tit. de Villanis: *Sed quid dicemus hodie de villanis noſtris, quorum quidam dicuntur Reddentes, quidam Angarii, quidam Parangarii. — Reddentes quidam ſunt, qui nihil aliud faciunt domino, niſi quod reddunt, vel gallinas, vel ſpallas praſidii, vel porcum, vel agnum, vel libram ceræ, vel aliquid tale in Paſcha Domini, vel in Nativitate. Hos redditus quidam praſtant pro prædiis quæ habent à dominis, — quidam praſtant pro perſonis, etſi nulla prædia habeant a Domino, ſicut vidimus in pluribus; hi nullum aliud ſervitium Domino faciunt.*

Alii ſunt quos *Rendeurs* nuncupat vetus Areſtum anni 1321. vades, fidejuſſores. *Ce ſont ceux qui ſe ſont eſtabli pleges & principaux rendeurs pour Monſieur Jean Chaſtellain de Bergues.* i. obſides, *hoſtages.* Vide *Obſes.*

Reddere, Lectionem proferre, quomodo diſcipuli magiſtris ſuis à ſe lecta memoriter proferunt. Loquendi formula noſtris etiam familiaris. Gloſſæ antiquæ MSS. *Reddit, Reſpondit.* Acta S. Erconwaldi Epiſcopi n. 26. *Interim magiſtro de animadverſione (diſcipuli) facienda obfirmato, placuit puerum reddentem audire.* Infra: *Cum enim puer lectionem ſine libro proferre cogeretur,* &c. Vide *Symbolum reddere.*

Redditio. Vide *Feudum reddibile, Redditus.*

Redditus, Monachus, Eremita, qui ſe in Monachum reddidit. Vulgo dicimus, *qui s'eſt rendu Moine.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu ch. 190. *Ego Rodulphus Miles appellatus de Tedeſio reddo meipſum Domino Deo & SS. Apoſtolis Petro & Paulo ad Monaſterium de Domina: & quia ſcio obitum meum appropinquare, devote ſuſcipio habitum S. Benedicti pro ſalute animæ meæ; donoque prædicto Monaſterio duos manſos & dimidium, totum videlicet alodum meum quem habeo in Epiſcopatu Belenſi,* &c. *Laudaverunt hoc donum uxor ſua Anna, & filii eorum,* &c. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS.

> *Henris ſes freres li tiers nés*
> *Fu rendus Moines a Cluni,*
> *Et puis fu il Abbé d'enki.*

Le Roman du Chevalier au Bariſel MS. de Eremita quodam:

> *A tant appela le rendu.*

Computum Stephani Fontani Argentarii Regis incip. à 25. Mart. 1350. *Pour l'Ordonnance de la reception de Madame Marguerite de France, fille dudit Seigneur, & de Madame Marie de Bourbon, fille de M. le Duc de Bourbon, leſquelles devoient eſtre en ce terme, & furent rendues à Poiſſi.* In Computo ſeq. *Baillé au Roy à Poiſſi le jour que ſa fille fut rendue.* Vide Hiſtoriam Eccleſiaſticam Abbatisvillæ pag. 380.

Sed propriè dicebantur *Fratres Laïci,* ſeu ſeculares, qui abdicato ſeculo in Monaſteria ſecedebant. Statuta Ordinis de Sempringham 5. *de Secularibus rendutis: Seculares qui ſe reddiderint in domibus noſtris, & omnem proprietatem reliquerint, — æqualem portionem habent, quemadmodum & alii noſtri ordinis converſi. Super eos fratribus nulla poteſtas attribuitur, ſed in labore æqualitas. Priori & Cellerario & Subcellario eorum obedientia aſſignetur, & cum dormierint in Domino, omninò eis officium exhibeatur ſicut pro Canonico, pro arctiore vita quam ſibi elegerunt pro Chriſto.* Vide p. 779. Statutum Philippi Regis Fr. an. 1292. in Regeſto Parlam. B. fol. 85. & apud Chopinum l. 3. de Sacra Polit. tit. 5. n. 15. *Ordinatum eſt quod ſi Templarii, Hoſpitalarii, ſeu alii quicumque religioſi, ratione cujuſcumque advocationis, doni vel alterius cujuſcumque emolumenti in fratrem ſeu redditum ſuum aliquem ſeu aliquos receperint, & eum vel eos tanquam fratrem ſeu redditum defendere & tueri voluerint, caveant gentes domini Regis — ne aliquos tales privilegiis Templariorum & aliorum religioſorum quorumcumque gaudere, neque aliquos auctoritate dictorum privilegiorum vexari permittant, niſi dicti fratres ſe omnino reddiderint, & deferant habitum eorumdem.* In Charta an. 1282. in Hiſt. Monaſterii S. Mariæ Sueſſion. Gallica p. 465. 466. *Les Rendues,* diſtinguntur à Dominabus, *les Dames.* Vide virum doctiſſimum Michaëlem Germanum ejuſdem Hiſtoriæ ſcriptorem cap. 5.

In Statutis Ordin. Cartuſienſis crebra eſt mentio ejuſmodi *Redditorum,* qui & *Laïci* & *Donati,* & *Prebendarii* dicuntur, quorum ordo Converſorum ordine inferior eſt, adeo ut ſi Converſus deliquerit, in ordinem *Redditorum,* regradetur, part. 2. c. 31. c. 12. part. 3. c. 32. §. 9. *Redditorum* tamen in eo potior eſt conditio, quod inter eos poſſit eſſe unus Clericus, qui tamen in habitu Redditi non poſſit ultra Diaconatum promoveri, part. 2. c. 25. §. 3. part. 3. c. 33. Adde Statuta an. 1368. part. 3. c. 1. & 2. & tertia Statuta cap. 11. Ita porrò ii ſe ſe Monaſterio donabant, ut in profeſſione quam edebant, hanc clauſulam apponerent: *Quod ſi aliquo tempore unquam hinc aufugere, vel abire tentavero, liceat ſervis Dei qui hic fuerint, me plena*

ſui juris auctoritate requirere, & coactè ac violenter in ſuum ſervitium revocare, apud Guigonem in Conſuetud. Cartuſienſ. cap. 74. & in Statut. antiq. 3. part. c. 24. §. 5. Vide *Oblati*, *Donati*.

Redditus. Proventus, *Revenu*. Vide *Reditus*.

REDECIMA, *Redecimatio*, Decima pars decimæ, uti appellatur num. 18. ſeu *decima decimæ*, apud S. Rembertum in Vita S. Ancharii Archiepiſc. Hamburg. n. 61. in veteri Charta apud Columbum lib. 5. de Epiſcopis Vivarienſibus n. 14. & in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1240. apud Pontanum lib. 6. extremo Rerum Danicarum. Charta Milonis Epiſcopi Beluac. an. 1225. *Decimam decimæ ſuæ, quod vulgariter Redecimum appellatur*. Charta alia apud Perardum in Burgundicis: *Qui decimarum redecimam capiebat*. Vide eundem p. 138. 194. 195. Alia in Hiſtoria Sabaud. p. 26. *Decimam & redecimam de propriis laboribus*. Charta Henrici II. Regis Angl. to. 2. Monaſt. Anglic. pag. 1010. *Et redecimam vini ſui ad cellarium, præter primam decimam, quæ ſolito more datur ad torcularia*. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 466. *Dedit præfato Cœnobio — quæcunque Oſbernus Preſbyter tenebat cum redecima thelonei*. Idem lib. 8. p. 669. *Decimam molendinorum & omnium exituum ſuorum, & redecimationem promptuariorum ſuorum addidit*. Charta Galteri Archiep. Rotomag. in Tabul. S. Victoris Pariſ. n. 21. *Preſbyteri de Amblevilla redecimationem habent in tota decima*. Monaſticum Anglican. to. 2. p. 199. *Decimationem omnium molendinorum ſuorum in Anglia, & redecimationem omnium caſeorum ſuorum, ubicumque fiant in Anglia*. Adde to. 3. p. 12. *Le Roman de Rou* MS.

Por la dieſme qui fu ſi grant,
Que tant i ont de remanant,
Refu la dieſme redieſmée,
Et la redieſme en fu gardée.

Vide *Prodecima*.

REDEMIUM, Redemptio. Utitur Pontius Diacon. in Vita S. Cypriani.

Redimia, λύτρα, in Gloſſ. Gr. Lat. Leg. λύτρα.

REDEMPTIO *pœnitentiarum*. Vide *Pœnitentia*.

Redemptiones altarium. Vide *Altare*.

Redemptio, in bellis privatis. Vide Anonymum de Miraculis S. Urimari per Flandr. n. 12.

REDEMPTIONALE: ita inſcribitur in Formulis veteribus, Charta per quam ſervus ſeipſum de peculio ſuo redimit, & dato pretio libertate à domino donatur. Adde Legem Bajwar. c. 15. tit. 7. Legem Friſion. tit. 11. §. 2. & Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 207.

REDEMPTUS *teſtis*, qui pecunia emitur, corrumpitur. Capitul. Carol. M. lib. 5. cap. 247. *Sunt quidam qui contra Eccleſiaſticam Regulam pugnare videntur, & per teſtes redemptos putant ſe ad accuſationem admitti debere*, &c.

REDHIBERE, *Reddere*, in Gloſſis Iſid. Occurrit non ſemel apud Scriptores. Vide Juretum ad Symmachum lib. 5. Epiſt. 87. Sirmondum ad Ennodium lib. 3. Epiſt. 10. & Jacobum Gotofredum ad Cod. Theod.

Redhibentia, Redditus, proventus, apud Continuatorem Chron. Nangii an. 1334. Charta Philippi Regis Franc. an. 1312. *Et de omnibus fructibus, redditibus, exitibus, emolumentis, juribus, deveriis, & redibentiis quibuſcunque*, &c. *Redhibence* in Conſuet. Camerac. tit. de Actionibus art. 11. *Redevoir*, in Conſuetud. Lorriacenſi an. 1394. cap. 2. art. 17.

Redhibitio, Redditio, apud Symmachum lib. 10. Ep. 36. Lex Longob. lib. 2. tit. 52. §. 10. *Omnis controverſia coram Centenariis deffiniri poteſt, excepta redhibitione rerum immobilium & mancipiorum*, &c. 1. cum agitur de proprietate rerum, uſque alii reſtituendis. Vide Regulam Magiſtri cap. 94. Concilium Audomarenſe an. 1099. c. 4. &c.

Redhibitio, Mulcta. Lex Burgundion. tit. 49. §. 4. *Quod ſi — convictus fuerit, triplici redhibitione teneatur obnoxius*, id eſt triplici compoſitione; ſeu *tripli redhibitione*, ut *quadruplex redhibitio*, in Lege 10. Cod. Th. de Jure fiſci.

Item Vectigal, tributum, præſtatio: Charta Caroli Regis Franc. in Chronico Lauriſhamenſi pag. 60. *Nec ad ullas redhibitiones publicas requirendum, nec exactandum quod ad partem fiſci noſtri exinde redhibetur, penitus ingredi judiciaria poteſtas, aut Miſſi noſtri diſcurrentes non præſumant*. Ita paſſim in veteribus Chartis ejuſdem ſæculi. Lex Longob. lib. 3. tit. 12. §. 1. *Audivimus quod juniores Comitum, vel aliqui Miniſtri Reipublicæ, — aliquas redhibitiones vel collectiones — à populo exigere ſolent. Redhibitiones annorum præteritorum*, in Hiſt. Miſcella anno 9. Nicephori, quæ Theophani ἐνιαύσια. Teſtamentum Ephibii Abbatis an. 2. Regis Childeberti: *In villis, vel terris, vel ſilvis, vel redhibitionibus*, &c. Concil. Meldenſe an. 845. c. 63. *Nec quiſquam cujuſlibet ordinis vel dignitatis exinde quidquam ſubtrahat, aut redhibitionem quamcumque exigat temporalem*. *Redevabilité ou droiture*, in Magno Recordo Leodienſi p. 66.

REDICA. *Sudis*, χάραξ, in Gloſſ. Gr. Lat.

REDICERE, Reſpondere: utitur Ditmarus Merſeburg.

REDIGULOSUS, Ridiculus. Gloſſæ Græc. Lat. γελοῖος, *Jocoſus. Ridiculoſus*. Galfridus de Vino Salvo in Poetria MS. ſeu de Coloribus Rhetoricis, (floruit ſub Richardo I. Rege Angliæ:)

Contra ridiculos ſi vis inſurgere plene,
Surge ſub hac ſpecie, lauda, ſed rediguloſè,
Argue, ſed lepide, &c.

Infra:

In ſtudio videre poteſt de rediguloſo.

REDIMENTUM, ἀντίδοσις, in Gloſſ. Gr. Lat.

REDIMERE SE tenebantur aſcriptitii glebæ, ſi vel matrimonia contrahere, vel aliò migrare vellent, data ſcilicet dominis ſuis certa quantitate pecuniæ. Conſuetudines Cataloniæ inter Dominos & Vaſſallos MSS. cap. 36. *In quadam parte Cataloniæ homines ſolidi, qui non ſunt Milites, ſunt ſic aſtricti dominis ſuis, quod filii eorum ſunt homines dominorum ſuorum, ſic quod non poſſint contrahere matrimonia, nec de manſis recedere: quod ſi fecerint, oportet quod redimant ſe, etſi contrahant matrimonia, domini ipſorum ruſticorum habent quaſi partem laudimii de ſponſalitio*. Curia Generalis Barcinon. ſub Petro II. Rege Arag. MS. cap. 23. *In terris ſive locis ubi homines redimi conſueverunt, non transferant domicilia ſua ad loca noſtra, niſi ſe redemerint, & non poſſint tenere honores, nec poſſeſſiones, ſed eas alienent perſonis non prohibitis, vel deſerant propriis dominis, inſtrumentis ipſorum honorum eis reſtitutis*.

Vitam, vel manum redimere. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 65. §. 2. *In judicio condemnatus, ſi vitam aut manum redimat, ſine jure & infamis erit*. Vide *Reatum redemptio*.

REDIRIGERE, Noxam emendare: *Redreſſer la faute*. Uſatici Barcinonenſes cap. 20. *Placitum judicatum inter Vaſſallum & Seniorem, & judicium ex utriſque partibus laudatum & auctorizatum, & in manu Senioris bene aſſecuratum, ut ſi ei factum redirigat Senior, primum ad hominem ſuum cuncta quæ ei debuerit quocumque modo, & poſtea recipiat ab homine ſuo cuncta quæ illi judicata fuerint*. Cap. 34. *Aut fecerit ei malum, quod non poſſit ei redirigere nec emendare*. Cap. 35. *De aliis bandiis & malefactis quæ poſſunt redirigi vel emendari*. Cap 39. *Redirigere & emendare damnum*. Cap. 107. *Pater cogat filios ſuos ut illam foriſfacturam ipſis ſenioribus redirigant & emendent*. Cap. ſeq. *Ipſe cogatur filium & homines terram tenentes redirigere malum quod fecerint*. Occurrit ibi paſſim. Vide *Condirigere*.

REDISSEISITOR, *Rediſſeiſina*. Vide *Saiſire*.

REDITUS, vel *Redditus*, Proventus, fructus ex re aliqua. Jo. de Janua: *Reditus dicitur, quia ſingulis annis redeat. Reditus, penſiones quæ ex locatione rediguntur, impropriè fructus omnes*. Cujacio in Paratit. ad tit. D. De uſufructu. Fleta lib. 3. c. 14. *Reditus dicitur à redeundo*

deundo quia retroit, & quotannis redit. Spartianus in Adriano: *Laborabat præterea ut condita militaria diligenter agnoſceret; reditus quoque provinciales diligenter explorans, ut ſi alicubi quippiam deeſſet, expleret.* Ubi ſcripti codd. *redditus* interdum habent. Occurrit paſſim apud JC.

Reditus duplicatus, in Fleta lib. 1. cap. 9. §. 6. *Deux années de revenu d'une terre.*

Plenus reditus, Cenſus integer, noſtris *Pleine rente.* Lex Vervini an. 1233. art. 2: *Diviſum eſt inter me & ipſos homines, quod unuſquiſque qui ibi manſuram ceperit, infra annum & diem domum ſuam fecerit, plenum inde mihi reditum reddere tenebitur.*

Redditus, eadem notione. *Redditus pecuniarius* in Vet. Inſcript. 408. 1. 414. 2. Occurrit paſſim.

Redditus aſſiſus, certus & immobilis Cenſus qui domino ſolvitur ex prædiis liberis, unde & *Liber* appellatur, mobili & nativo contrarius: Anglis Practicis, *Rent of aſſiſe*, noſtris verò *Rente fonciere*, cui opponitur *Rente volage* in Conſuetud. Senonenſi, Altiſiodorenſi, Calvimontenſi, &c. Will. Thorn. an 1283. *Et de redditu aſſiſo & forinſeco 8. libr. 10. ſol.*

Redditum facere dicitur colonus, ſeu glebæ adſcriptus, qui *cenſum de capite* debet. Lex Longob. lib. 2. tit. 18. §. 3. *Ita ſancimus, ut ſi quis Longobardus per chartam — res ſuas ordinaverit, & dixerit eas habere loca venerabilia, & familias per quas res ipſa excolantur, liberas eſſe dixerit, ut in ipſis religioſis locis redditum faciant, ſecundum ipſius ſtatutum, reddant omni tempore juxta domini ſui perceptionem ipſi & filii eorum, & ſint liberi de ſuis perſonis, ſicut dominus eorum inſtituerit, — nec à ſuis ceſpitibus removeantur*, &c.

Redditio, idem quod *Redditus*, *Revenu.* Charta Galteri Meldenſis Epiſc. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 9. ch. 8. *Conceſſerunt dimidiam partem Preſbyterii Eccleſiarum Roſeti, id eſt dimidiam partem redditionis quæ pertinet apud Preſbyterium.*

REDIVIVUS. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam: *Canapis rediviva; id eſt quæ naſcitur, & non ſeminatur.*

REDIUS, *Verſor*, *Præco.* Ita Papias MS. & edit.

REDOLINA. Fori Aragonenſes apud Mich. del *Molino* pag. 159. *Furatus ſi aliquis fuerit arcam ſive redolinus de archivo publico alicujus civitatis, villæ, vel loci, ubi ſunt burſæ recondita illorum qui ſunt inſacculati in officiis*, &c.

REDORSARE, Tergo chartæ inſcribere, Gall. *Endoſſer.* Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 16. §. 5. *Et fiat collatio ſeu computatio 15. dierum à die captionis terrarum in manu Regis, redorſata à retro brevis, ſeu in dorſo illius retornati à Ballivo miſſi ad Regem.* Vide *Indorſare.*

Redorſare. Ugutio: *Equus redorſatus à poſteriori parte; edorſatus ab anteriori, unde ſolet dici: Troſſulam illam, vel capam ſoricatam ſuper equum edorſatum.* Epiſtola Conradi Hildeshemenſis electi, apud Arnoldum Lubecenſem lib. 4. cap. 19. *In eadem civitate* (Neapolitana) *eſt equus æreus, magicis incantationibus à Virgilio ſic compoſitus, ut ipſo integro permanente, nullus equus poſſit redorſari, cum tamen de vitio naturali ſit illi terræ proprium, ut ante equi illius compoſitionem; & poſt ejuſdem equi quantulamcumque corruptionem nullus equus ſine dorſi fractura poſſit equitem aliquamdiu vehere.* In Conſuetudine Monſtrolienſi art. 42. fit mentio arborum quæ ſtant, *pour rados des maiſons*, hoc eſt ad dorſum ædium plantantur, ut à ventis eas defendant.

REDUBIÆ, Reliquiæ. Vita S. Boniti Epiſcopi Claromontani c. 7. n. 34. *Inchoato, ut oportebat, jejunio, Sanctorum circumquaque orando redubias peragrantes, interventum ſuæ petitionis apud Dominum — depoſcunt.*

REDUCTUS. Charta an. 1182. apud Hieron. Rubeum in Hiſtoria Ravennat. pag. 354. *Promiſit Gerardo Archiepiſcopo S. Raven. Eccleſiæ manutenere fidelitatem, quam fecerat pro feudo Argentea, — & guerram, & pacem, & cavalcatam, & reductum de prædicta parte juravit.*

REDUT. Concilium Narbonenſe an. 1054. c. 20. *Caballarium autem nemo apprehendat, ut * redus faciat, neque faciat, neque ſubſtantiam ejus tollat, niſi tantum per directum.* Forte *reduci.*

REEP, Menſura agraria apud Swecos; ſcilicet funis tantæ longitudinis, quantam vir deſcribit inter extenta in diverſum brachia manuſque. *Orgyam* Græci, Germani *Klafter*, Sweci *Fampn*, vocant. Charta Swecica an. 1310. apud Schefferum ad Chronicon Archiepiſcop. Upſalienſium pag. 132. *Quæ pecia terræ circumvallata eſt foſſatis, continens in longitudinem 86. reep, & tres ulnas: in latitudine verò quadraginta tria reep cum duabus ulnis.*

REFARE. Vide *Reffare.*

REFECTIO, Cœna, prandium, cibi ſumptio, à *reficere*, cibum ſumere, qua voce utuntur Plinius lib. 18. cap. 7. Celſus lib. 4. c. 6. & alii. *Refectionis* verò vocabulum habet S. Benedictus in Regula cap. 24. 25. 35. Apud Marcum Evang. *Refectio*, pro loco ubi cibus ſumitur, uſurpatur, cùm Chriſtus dici jubet, *Ubi eſt refectio mea, ubi Paſcha cum diſcipulis meis manducem.* Græca enim habent, ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα; Lucas *diverſorium.* Vide *Reficere.*

Refectio, Jus procurationis; *Giſtum, prandium, cœnaticum*, &c. Charta Ecrindi Regis Merciorum an. 716. in Addit. ad Matth. Paris: *Et terra illa à laborioſis operibus, ab omnibus tributis vel cenſuris, & ab omnibus refectionibus Regum vel Principum ſeu omnium expeditionum — ſint libera.*

REFECTORIUM, Ugutioni, & Jo. de Janua; *Locus ubi reficiuntur famelici, vel locus ubi inſimul comedunt fratres vel Monachi. Cœnaculum refectionis*, apud Gervaſium Tilleberienſem de Otiis Imper. decaſ. 3. c. 11. Gregorius M. lib. 2. dial. cap. 22. *Ite, & die illo ego venio, & oſtendo vobis in quo loco oratorium, in quo refectorium fratrum, in quo ſuſceptionem hoſpitum, — ædificare debeatis.* Vide Haëftenum lib. 10. tract. 1. diſqu. 1.

Refectorium Canonicorum, apud Chrodegangum in Regula Canonicorum Metenſium c. 21. Concilium Turonenſe III. c. 23. *Canonici & Clerici civitatum — in Clauſtris habitantes ſimul omnes in uno dormitorio dormiant, ſimulque in uno reficiantur refectorio.* Vide Hermannum de Miraculis S. Mariæ Laudun. lib. 3. cap. 24. Rogerum Hovedenum pag. 495. &c.

In area refectorii ſine mapula & menſa comedere, Pœnæ Monachicæ ſpecies, cujus mentio in Statutis Ordinis S. Gilberti de Sempringham pag. 766. & alibi ſæpe.

Refectorarius, cui Refectorii curandi onus incumbit. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 12. *Ad Refectorarium pertinet tempore ſtatuto, ſive ad prandium, ſive ad cœnam, menſas præparare, panem & vinum & legumina apponere, & ſi qui fratres deforis veniant, ubi ad refectionem ſedere debeant, providere, & eis ſimiliter quæ ſunt apponenda apponere*, &c. De ejus officio agit etiam Udalricus lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 21. Adde Ingulfum p. 856. Eckehardum Jun. de Caſib. S. Galli cap. 3. Eckehardum Minimum de vita Notkeri cap. 19. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 727. Cæſarium Heiſterbach. lib. 6. cap. 5. &c.

Subrefectorarius, qui Refectorario ſubeſt, in Monaſteriis. Vide librum Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 12.

REFEOFFARE. Vide *Feudum.*

REFERENDARII, Qui ſupplicum preces ad Principem recitant, & mandata Principis judicibus inſinuant, in Novella 113. 124. in l. 2. Cod. de Off. ejus qui vic. alic. judic. Gloſſæ Nomicæ MSS. Ῥεφερενδάριος, ὁ τὰς δεήσεις κομίζων Vide Procopium lib. 2. de Bello Perſico c. 23. Euſtrathium in Vita S. Eutychii P. CP. n. 23.

Alemannum ad ejuſdem Procopii Anecd. Meurſium in Gloſſ. &c.

Referendarius, apud Francos primæ ſtirpis Reges, dictus ille cui commiſſa erat annuli regii cura, quique regia diplomata ſubſcribebat. Aigradus Monachus in Vita S. Anſberti Arch. Rotomag. cap. 1. *Robertus namque vir clariſſimus, qui eo tempore ſummus palatii erat Referendarius.* Ubi alii codd. habent, *Gerulus fuerat annuli Regis Chlotarii.* Vita alia S. Anſberti Rotomagenſis Archiep. *Cœpit eſſe aulicus ſcriba doctus, conditorque regalium privilegiorum, & gerulus annuli regalis, quo eadem ſignabantur privilegia.* Vita S. Agili Abbatis c. 13. *Venerabilis Audoenus, cognomento Dado, præfato Regi pra cunctis aulicis amabilis, atque Referendarius conſtitutus, geſtans ejus annulum, quo ſignabantur publice totius regni potiora ſigna, vel edicta.* Vita S. Boniti Epiſc. Claromont. cap. 1. *Non multo poſt annulo ex manu Regis accepto, Referendarii officium adeptus eſt.* Gregorius Turon. lib 5. Hiſt. cap. 3. *Siggo quoque Referendarius, qui annulum Regis Sigeberti tenuerat.* Idem lib. 10. cap. 19. & ex eo Flodoardus lib. 2. Hiſt. Remenſ. c. 2. *Requiſituſque Otho, qui tunc Referendarius fuerat, cujus ibi ſubſcriptio meditata tenebatur, adfuit, negat ſe ſubſcripſiſſe.* Ex his porrò qui *Referendarii* munus obierunt in aula Regum Franciæ, cum hac nomenclatura iſti mihi potiſſimum occurrerunt:

S. Bonitus, poſtmodum Epiſcopus Arvernenſis, Sigeberti Regis Referendarius, in illius vita to. 1. Hiſt. Fr. pag. 684.

Siggo, Referendarius Sigeberti Regis, apud Gregor. Turon. lib. 5. Hiſt. c. 3. & lib. 3. de Mirac. S. Martini c. 17.

Theutarius, Referendarius Sigeberti Regis, apud eundem Gregor. Turon. lib 9. c. 33.

Marcus, Referendarius Chilperici Regis, apud eundem Greg. Turon. lib. 5. Hiſt. c. 29. Aimoin. lib. 3. Hiſt. c. 22.

Flavius, Referendarius Guntranni Regis, poſtmodum Epiſcopus Cabilonenſis, apud eundem Greg. Turon. lib. 5. c. 46.

Licerius, Regis Guntranni Referendarius, Archiepiſc. Arelat. apud eundem Greg. Turon. lib. 8. cap. 39.

Charimeres, poſtmodum Epiſcopus Virdunenſis, Referendarius Childeberti filii Sigeberti, apud eundem Greg. Turon. lib. 9. c. 23. & lib. de Glor. Confeſſ. c. 95. Fortunat. in Vita S. Medardi cap. 22.

Gallomagnus, Childeberti Regis Referendarius, apud eundem Greg. Tur. lib. 9. c. 38. Fortunat. lib. 7. Poëm. 6.

Otho, Referendarius Childeberti Regis Auſtraſ. apud eundem Greg. Turon. lib. 10. c. 19.

Baudinus, Referendarius Chlotarii Regis, apud eundem Greg. Tur. lib. 19. cap. ult.

Chariſiſius Referendarius Chlotarii Regis, apud eundem Greg. Turon. lib. 1. de Mirac. S. Mart. cap. 25.

Boſo Referendarius, apud Fortunatum l. 7. Poëm. 22.

S. Audoenus, Referendarius Regis Dagoberti, apud Aimoin. l. 4. c. 41. & Matth. Weſtmon. an. 637.

Faramundus, Referendarius, apud eundem Fortunat. lib. 9. Poëm. 12.

Adoindus, ſeu Dado, vel Audoenus, poſtea Rotomag. Epiſc. Referendarius Dagoberti I. in Geſtis ejuſdem Dagob. c. 36. 39. 43.

H Robertus ſummus Palatii Referendarius, ſub an. 670. in vita S. Lantberti Epiſcopi Lugdun. cap. 1.

Chrodegangus Abba, Caroli M. Referendarius, apud Hugon. Flaviniac. p. 106.

Stephanus Referendarius Regis, ſub Philippo I. apud Guibert. lib. 3. de Vita ſua cap. 12.

Editum eſt vetus Placitum ſub Chlodoveo III. à viro doctiſſimo Jo. Mabillonio to. 4. SS. Ord. S. Bened. p. 619. *cui interfuiſſe dicuntur Epiſcopi, viri inluſtres, Optimates, Comites, Grafiones, Domeſtici, Referendarii*, ſcilicet *Wlfolaicus, Aiglas, Chrodeberchius & Waldramnus*, deinde *Seneſcalci*, & *Comes Palatii*. Unde aliam ac diverſam planè fuiſſe eruitur Referendariorum dignitatem, à cuſtode annuli regii, cujus cura plures ſpectare non potuit.

Referendarii dignitas obtinuit etiam apud Reges Anglo-Saxonicos. Charta an. 605. *Ego Angemondus Referendarius approbavi*, apud Spelman. Apud Guibertum lib. 3. de Vita ſua cap. 4. Gualdricus Epiſcopus Laudunenſis dicitur fuiſſe *Referendarius Regis Angliæ*.

Referendarius in Eccleſia CP. Dignitas, de qua ſic Anaſtaſius ad VIII. Synod. act. 8. *Patriarcha CP. Referendarium quempiam ſemper habet, qui ejus Imperatori omnem denuntiat voluntatem: qui aditum in palatio ſemper habet ad referendum Imperatori quæcumque ſunt Patriarchæ ac Eccleſiæ neceſſaria, per quem etiam Imperator quod placet Patriarchæ tranſmittit.*

REFERENDI *Curiæ*, qui extra ordinem referebantur à Principe in album Curiæ, & Senatoria dignitate donabantur, apud Senatorem lib. 1. Epiſt. 41. lib. 3. Ep. 33. lib. 4. Ep. 25. lib. 6. Ep. 14.

REFERTOR, *Auctor pulmentorum*, à refercio, cis. Papias.

REFFARE, Rapere, ex Saxon. ꞃeaꝼian, i. *rapere*, ſpoliare, unde ꞃeaꝼian, rapina. ꞃeaꝼan, verò ex ꞃeaꝼ, veſtis hinc *robare*, noſtris, *Rober*, *Deſrober*, de eo qui veſtem ſeu *robam* rapit. Lex Salica tit. 29. §. 6. *Si quis meſſem alienam per furtum metere, aut reffare præſumpſerit, 500. denarios, qui faciunt ſol. 15. culpabilis judicetur.* Leges Henrici I. Regis Angl. c. 83. *Si quis mortuum refabit armis aut veſtibus*, &c.

REFICERE, ſeu *Corpus reficere*, Quieſcere, ſomno indulgere. Caſſianus l. 3. de Div. Orat. cap. 8. *Ut poſt excubias totius noctis duabus fermè horis reficientes corpora ſua, nequaquam per totum diei ſpatium ſomni tempore marceſcant.* Infra: *Requie brevis hujus temporis pro totius noctis refectione contenti.* Cap. 4. ejuſdem libri: *Reliquas horas (noctis) refectioni corporum deputatas à majoribus invenimus.* Regula S. Iſidori cap. 8. *Poſt vigilias autem uſque ad Matutinum reficiendum eſt.* Vide *Refectio*.

REFLATARE, *Reſpirare*, *ſpirare*. Ita Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam lib. 1. Paſſionum c. 103. *Sublata plenitudine natura levior efficitur, & minorata ea facilius reflatat.*

REFLECTUM, *Reflectum*, vox foreſtariorum. Inquiſitio de forisfactis in foreſtis Regis, in Additam. Ad Matth. Paris: *Inquirendum eſt etiam quantum veſtura ſingulorum boſcorum & reflectorum prædicto modo valuit, antequam aſſarta illa facta fuerunt.* Eadem habet Fleta lib. 2. cap. 41. §. 38. niſi quod *reflectorum* præfert.

REFLORATIO, *Deliberatio*. Papias. F. *Delibatio*.

REFLUCTUARE. Vide *Refutare*.

REFLUXIO *maris*, Mora judiciaria, quæ mercatoribus extraneis litigantibus dari ſolebat. Leges Burgor. Scoticorum c. 134. §. 3. *Et ille homo ſuper quem invenit plegium, attachiabitur ad reſpondendum ipſi infra tertiam refluxionem maris, ſine ulteriori dilatione, ſcilicet infra unum diem, & unam noctem.* Iter Camerarii Scotiæ c. 39. §. 52. *Si Baillivi fecerunt breviare aliquas querelas inter burgenſem & mercatorem, poſt tertiam maris refluxionem, per dilationem voluntariè.*

REFOCILLANTIA, in Decreto Synodali Lambethenſis Concilii an. 1351. *Ad ſolatium & refocillantiam ſuorum corporum*, &c.

REFORMARE, Reſtituere, reddere. *Reformare debitum*, apud Sidonium lib. 4. Epiſt. 24. Ita utuntur Lex 9. Cod. Th. de Deſertorib. l. 15. de Piſtorib. eod. Cod. &c. Decretio Chlotarii Regis c. 12. Concil. Aurelian. II. can. 24. Turonenſe II. c. 26. Pariſienſe I. c. 3. Lex Wiſigoth. lib. 7. tit 3. §. 4. lib. 8. tit. 3. §. 13. lib.

9 tit. 1. §. 1. 9. tit. 3. §. 4. lib. 11. tit. 3. §. 4. Lex Burgund. tit. 29. §. 1. tit. 41. §. 1. tit. 49. §. 2. tit. 77. §. 1. 2. Lex Bajw. tit. 11. cap. 3. Lex Ripuar. tit. 66. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 204. lib. 6. c. 151. Regula S. Fructuoſi cap. 20. &c.

REFORMARI, Reconciliari. Albertus Argentin. p. 125. *Ex quo ipſe Rex contra Principem movebatur, juramento affirmans publice, ſe nunquam reformaturum eidem.* Occurrit non ſemel apud ejuſce ævi ſcriptores.

REFORTIUNCULA. Vide *Fortia.*

REFRAGARE, *Refragari*, Contradicere, repudiare, ἀνθοπλίζειν, in Gloſſ. Lex Ripuar. tit. 59. §. 2. *Et ſi quis in poſterum hoc refragari vel falſare voluerit*, &c. Formula 58. Lindenbrogiana: *Propterea hanc Epiſtolam tibi fieri vel firmari rogavi, ut nullo tempore aliquis de heredibus meis ſeu proheredibus hanc convenientiam inter nos factam immutare vel refragare non poſſit.*

Refragatio, Contradictio. Vetus Charta in Chron. Reicherſperg. *Nulla debeant à vobis refragatione turbari.*

REFRAGIUM, Refragatio, ἀντιφώνησις. S. Ambroſius enarrat. in Pſal. 104. *Si quis ipſa introſpiciat rerum negotia, cognoſcet quanta ſapienti adjumenta, & quanta in ipſis inſipienti refragia ſint.* Adrevaldus lib. 1. de Mirac. S. Benedicti cap. 6. *Legatis itaque directis ab Antiſtite abſque quolibet refragio*, &c.

REFRONTARE, *à fronte repellere.* Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1033.

REFUGA, Deſertor, quomodo miles *refuga* dicitur in l. 21. Cod. Th. de Tironibus. Iſo Magiſter in Gloſſis ad Prudentium lib. Periſteph. hym. 1. *Deſuga, vel refuga, vel perfuga vocatur, qui unum reliquit, & ad alium confugit.* Auctor Mamotrecti ad 2. Eſdræ cap. 2. *Refuga, qui refugit dominium aliorum.* Hinc *refuga* dicti, qui à vero Dei cultu diſcedunt. Gloſſ. Lat. MS. Regium: *Apoſtata, Refuga.* Hac voce utuntur lex 6. Cod. Th. ne ſanctum Bapt. iteretur, Ulpianus & Marcellus. JC. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanaſio, S. Zeno Veronenſis ſerm. de Somno Jacob, S. Hieronymus in Epiſt. ad Algaſiam quæſt. 2. Tertullianus de Habitu muliebri cap. 5. & 1. contra Marcionem, Prudentius Ode 1. Periſteph. S. Auguſtinus lib. 20. de Civit. Dei c. 19. S. Pacianus in Exhortat. ad pœnitentiam, S. Valerius de Genere Monachor. Hiſt. Miſcella in Conſtantino M. & alibi, Flodoardus lib. 14. Carm. 8. Nicol. Trivettus in Chron. an. 129. &c.

Refugani Monachi, pro *Refuga*, in Concilio Legionenſi an. 1012. c. 5. *Decrevimus etiam ut nullus contineat ſeu contendat Epiſcopus Abbates ſuarum Diœceſeon, ſive Monachos, Abbatiſſas, refuganos, ſed omnes permaneant ſub ditione ſui Epiſcopi.*

Refugere, pro fugere, apud Gregorium M. lib. 3. Epiſt. 6.

Refugata. Gloſſ. Gr. Lat. *Refugata*, ἀνεχωρεῖν. Ita habet MS. codex, ubi editus, *refuga.*

REFUGIUM, Aſylum, immunitas Eccleſiæ. Tabularium Landavenſe in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 192. *Cum omni ſua libertate, & cum refugio Eccleſiæ ſancti Petri de Landavia.* Alibi: *Data ſunt iſta Eccleſiæ cum ſuis dotibus & territoriis omnibus, & omni dignitate ſua, & privilegio, & libertate, & refugio, & omni communione incolis, in campo & in ſilvis, in aqua & in paſcuis, & à regibus prædictis S. Teliano, & omnibus Epiſcopis Landavenſis Eccleſiæ.* Adde p. 194. 201.

Refugium. Charta Caroli C. an. 23. Ind. 10. in Tabulario S. Dionyſii n. 31. *Villam quoque Madriniacum in pago Morvienſi ſitam eis attribuimus, quam eiſdem fratribus per noſtræ largitionis præceptum ad cellam conſtruendam, & locum refugii dudum conceſſerunt.*

Refugium. Vetus Inquiſitio in Regeſto Philippi Auguſti Herouvalliano fol. 29. *De Comitatu Augi tenet — communes vias foreſtæ & herbagia communia uſque ad foreſtum. Tenet & refugium terræ ſuæ.*

REFULLUS, pro *Refluxus*, Gallis, *Reflux.* Monaſticum Anglic. to. 2. p. 913. *Cum redundatione aquæ, & octodecim pedes ultra refullum aquæ, pro voluntate dictorum Monachorum.*

REFUTARE, Reſpuere, rejicere, repellere, aſpernari, renuere. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Refutat, reprobat, renuit, negat.* Ugutio. *Refutare, recuſare.* Gloſſ. Gr. Lat. Ἀποβάλλω, abjicio, refuto. Ἀπαναίνομαι, refuto, rejicio. Ἀπαρνοῦμαι, refuto. Victor Utic. l. 1. *Maxima namque jam Deo ſacrata humanas nuptias refutabat.* Lambertus Ardenſis: *In Genuenſem terram accedere omnino refutavit.* Alibi: *Non audens omnino Comitis refutare petitionem.* Adde pag. 162. Marbodus Redonenſis Epiſc. in Vita S. Theophili:

Ut flectat mentem, laudet magis omnipotentem,
Conſilium mutet, nec pontificare refutet.

Donnizo lib. 1. de Vita Mathild. cap. 5.

——Scelus hoc, ne funditus urar
Igne ſub obſcuro, ſperno penituſque refuto.

Refutare teſtem, in Capitulis ad Legem Salicam tit. 2. c. 4. Adde Gregor. M. lib. 4. Dial. c. 11. Rodericum Tolet. lib. 6. cap. 10. &c. Utuntur etiam Latini ſcriptores. Vide Stephanium ad Saxonem Grammat. pag. 69.

Refutare, rem dimittere, & in alterius jus transferre. Arnulphus Lexov. in Epiſt. ad Alexandrum PP. p. 41. *Quarum (cauſarum) cognitioni D. Willelmum Pariſienſem S. R. E. Cardinalem contigit intereſſe, ipſoque præſente prædictus Theſaurarius omnes querimonias quas habebat, refutavit in manibus judicum, & quod eas adverſum me non moveret, fide corporaliter interveniente firmavit.* Charta Theobaldi Epiſc. Pariſienſ. an. 1148. *Decimam de ſancto Brictio, quam diu injuſtè tenuerat, utpotè laicus, ad hoc in manus noſtras refutavit, ut eam canonicè Monachis S. Martini de Campis concedentes traderemus.* Alia an. 1164. apud Joffridum in Nicia p. 177: *Dimitto, & perpetua refutatione refuto quicquid in Caſtello de Drappo requirebam*, &c. Alia an. 1175. in Hiſt. Pergamenſi to. 3. p. 325. *Cum ligno quod in ſuis tenebant manibus, — refutaverunt in manu domini Guala Pergamenſis Epiſcopi totam decimam quam ipſi habebant.* Charta Eberhardi Epiſc. Saltzburgenſis in Chron. Reicherſperg. an. 1153. *Quæ conventione convenienter ex omnium partium conniventia ordinata, totalis in manum noſtram ſic eſt refutata, ut Præpoſitus neque ulterius querelam ſuam reſuſcitet.* Vide Gregorium VII. PP. l. 2. Epiſt. 27. l. 4. Epiſt. 22. lib. 7. Epiſt. 19. Fulbertum Epiſt. 20. Hugonem Flaviniac. p. 198. Ottonem Morenam p. 39. Doubletum p. 533. to. 5. Spicilegii Acheriani p. 569. Ughellum to. 1. part. 2. pag. 307.

Reſtuctuare, Reſtuctare, pro *refutare.* Placitum Mathildis Comitiſſæ an. 1073. apud Franciſcum Mariam lib. 3. p. 151. *Per fuſtem quem in ſuorum detinebant manibus, reſtuctuaverunt prædicto Bernardo Abbati — curtem illam*, &c. Mox: *In integrum una cum inferioribus & ſuperioribus ſuis prædictus Radulfus & Saracinus & Fulcardus Germani prædicto Bernardo Abbati & Guidoni Notario Avocatus ipſius Monaſterii ad partem prænominati Monaſterii reſtuctaverunt, & cùm ipſa reſtuctatio facta fuiſſet, tunc* &c.

Refutantia, Refutatio, Apocha, *Quittance.* Charta an. 1389. apud W. Thorn: *Conceſſit eidem W. Abbati — ſolvere ſibi — 53. Ducatos boni & puri auri & recti ponderis, refutantiam & ſufficientem acquietantiam de ſolutis deferenti.* Infra: *Viſis libris, inſtrumentis, regiſtris, refutationibus, aliiſque evidentiis univerſis, reperimus*, &c.

Refutatorii libelli, in l. 1. Cod. de Relationibus, & l. 19. C. de Appellat. &c. quibus actor vel reus ob judiciarias formulas malè obſervatas ſententiam judicis arguit: unde Accurſius *appellationes* non inſulsè fuiſſe opinatur. Vide Cujacium lib. 22. Obſer. cap. 33. Juretum ad Symmach. lib. 2. Epiſt. 30. & Jacobum Gotofr. ad tit. de Appellat. in Cod. Th.

REGA, Modus agri, apud Aquitanos. *Rega terræ, vineæ*, &c. crebro occurrit in Regeſto Conſtabulariæ Burdegal. p. 114. 115. &c. Neſcio an idem ſonet in veteri Charta Cornutiana edita à Suareſio: *Quæ ſepis deſcendat per regam ad viam cavam, ſive ad torum, quæ redit uſque ad arcum ſupra dictum*, &c. Niſi rega idem valeat quod *ruga*, platea. Vide *Regaleia, Riga*.

REGAITA. Vide *Wacta*.

REGALENGUM, *Rengalengum*, Dominium, *Regale, Regalia*. Charta Alfonſi Imperatoris Hiſpaniæ æræ 1194. apud Doubletum: *Facio cartam donationis, & textum firmitatis de illa villa, quæ vocatur Fernelos, & eſt de meo regalengo, in via publica Peregrinorum quæ ducit ad S. Jacobum*, &c. Alia apud Anton. de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti to. 6. p. 213. *Monaſterium meum proprium, & meum regalengum*. Alia Bermundi II. Regis æræ 1070. apud eundem p. 449. *Illam mandationem de Perpera, cum illo alio rengalengo de Cangas*, &c. Occurrit ibi pluries.

REGALES, Regum filii, Principes ex ſtirpe regia: *Regales perſonæ*, Avito Viennenſi Epiſt. 5. Anonymus de Different. vocum: *Inter Regem & Regalem hoc intereſt, quod Regis puer Regalis eſt: Rex, qui regnum regit.* Ammianus lib. 16. *Cui propè aſtans regalis Hormiſda, cujus e Perſide diſceſſum ſupra monſtravimus.* Lib. 16. *Hos ſequebantur poteſtate proximi Reges numero quinque, Regaleſque decem, & Optimatum ſeries magna.* Et lib. 18. *Reges omnes, & Regales, & Regulos ad convivium corrogatos.* Lex 9. Cod. Th. de Re militari: *Sinceritas tua protinus admonebit ut neque Regalibus, neque Legatis ſua milites jumenta ſuppeditent.* Sulpitius Alexander in Hiſt. apud Gregor. Turon. lib. 1. Hiſt. cap. 9. *Marcomere & Sunnone Francorum Regalibus tranſactio curſim colloquio — Treveros conceſſit.* Ubi idem Gregorius ſubdit: *Cum autem eos Regales vocat, neſcio utrum reges fuerint, an vices tenuerint Regum.* Mox idem Sulpitius, quos *Regales* dixit, *Subregulos* appellat. *Regalis puer*, apud Stephanum Eddium in Vita S. Wilfridi c. 57. *Regales* vero pro Principibus Regiæ ſtirpis occurrunt non ſemel apud Scriptores ævi inferioris, Anonymum in Vita S. Cuthberti Epiſc. lib. 2. n. 6. Gauterium de bellis Antiochenis p. 456. Joannem Hocſemium in Adolpho à Marka Epiſc. Leod. cap. 35. extr. Matth. Paris p. 218. Gregorium II. PP. apud Waddingum an. 1372. n. 26. in Concilio Nicolienſi an. 1340. &c. Sic *Royaux*, Principes Regii ſanguinis non ſemel vocat Monſtrelletus 1. vol. c. 153. 157. 221. Teſtamentum Joannæ Reginæ Franciæ uxoris Ludovici Hutini an. 1319. *Nous voulons & ordonnons que quand paſſage commun ſe fera des Royaux, nos executeurs eſliſent un bon & convenable Chevalier à faire le paſſage pour nous*, &c. Hiſt. MS. Mortis Richardi Burdegal. Regis Angliæ: *Le Roy d'Angleterre arriva aux lices, en ſa compagnie tous les Royaux d'Angleterre.* Statuta MSS. pro Carcere Caſtelleti Pariſ. *Selon ce que il eſt mandé ou commandé du Roy noſtre Sire, & de nos grans Seigneurs Royaux.* Statuta MSS. Ordinis Coronæ ſpineæ anni 1393. cap. 3. *De ces 30. Chevaliers les 10. plus grans ſeront de nos Seigneurs les Royaux & autres grans Seigneurs du royaume, & les 20. autres ſeront des moiens Barons, Bannerez & autres Chevaliers.* Et cap. 17. *Chevaliers du ſang du Roy* dicuntur.

Ut porrò *Regales* Regum, ita *Imperiales* appellati Imperatorum filii, in præclara *Laudum* Formula, quæ præfixa legitur Codici Amalharii de Divin. Offic. *Divo Hluduwico vita, novo David perennitas, & ipſi novo Salomoni felicitas. Judith orthodoxæ nobiliſſimæ atque prudentiſſimæ Auguſtæ, ſalus per multos annos. Lumina pacis, Domine, ſerva. Lumina mundi, Domine, ſerva. Vita veſtra tutela omnium eſt. Veſtra fides Eccleſiarum eſt gloria. Piiſſimos dominos noſtros Imperiales natos, Hlotharium glorioſiſſimum Coronatum, & fratres ejus Chriſtus conſervet.*

Regales, interdum Regii Miniſtri, ut apud Thomam Walſinghamum an. 1291. *Cujus temporibus alien gena Angliam non gravabant, incolæ nullatenus per Regales opprimebantur*, &c. Ita anno 1300.

Regales, Nummi aurei Francici, Gall. *Royaux*. Vetus Regeſtum: *A 20. Sept. 1330. uſque ad 1. Febr. 1336. fiebant Pariſienſes aurei ponderis 34. & 4. quint. & Regales de 48. & ſemis.* Joan. Hocſemius in Adolpho à Marka Epiſcopo Leod. cap. 18. *Eidem Comiti oppidum Mechlinienſe — pro centum millibus Regalium vendiderunt.* Infra: *Quinque Floreni de Florentia in valore quatuor Regalibus ſunt æquales.* Deſcripſit Hautinus in lib. de Monetis Francicis p. 25. monetam auream, quam S. Ludovico adſcribit, in qua efficta corona cum hiſce vocibus, ſupra & infra, REGALIS AUREUS. In circulo, LUDOVICUS REX FRANCORUM. In adverſa parte crux liliata effingitur, cum ſolita inſcriptione XPC. &c. Vix enim eſt ut Ludovico X. attribuatur, qui *Agnos* tantùm cudit, quantum colligere eſt ex veteribus Tabulis monetariis. Vide *Moneta*.

Regales Coronati, Moneta aurea Comitum Provinciæ. Extat Charta Roncelini Vicecomitis Maſſilienſis an. 1214. in Tabul. S. Victoris Maſſil. fol. 160. qua Abbati vendit *caſtrum de Julianis pretio centum librarum Regalium coronatorum, quorum ſinguli 60. ſolidi valent nunc ſingulas marchas argenti meri.* Alia Raimundi Berengarii Comitis Provinciæ an. 1245. *Donamus trecentos ſolidos annuales Coronatos in alberga noſtra villa inferioris Aquenſis*, &c. *Regales ſolidi* in Chartis an. 1188. 1190. &c. apud Guenaium in Annalib. Maſſilienſib. p. 332. 334. 337. 356. &c.

Regales, Moneta aurea Regum Siciliæ in Chartis an. 1178. 1180. in Tabulario Caſaur. ſub Willelmo Rege, & apud Ughellum to. 7. Ital. ſacr. p. 284. 576. 593.

REGALIA, Æ, Jus regium, dignitas regia. Henricus de Knyghton in Ricardo II. *Quærebatur an — derogaret regaliæ & prærogativæ Regis.* Infra: *Quære ab eis quomodo ſunt puniendi qui impedierunt Regem quominus poterat exercere quæ ad Regaliam & prærogativam ſuam pertinent.* Charta ejuſdem Ricardi II. Regis Angl. *A juramento fidelitatis & homagii, & aliis quibuſcunque mihi factis, omnique vinculo ligeantiæ & regaliæ ac dominii quibus obligati mihi fuerint, — abſolvo.*

REGALIA, Fiſcus Principis, jura quibus Reges gaudent. *Fiſcalia regum*, apud Conradum Urſpergenſem an. 1109. *Cunctaque regum antiquorum Fiſcalia ſuam in ditionem interim recepit. Debita quæ ad partem regis ſolvi debent*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 30. Bruno de bello Saxonico p. 141. *Tanta profligatio regalium, ut poſt hæc reges noſtrarum partium rapinis potius quam regalibus ſuſtentandi ſint.* Hinc

Regalia, Jura regia, quæ ab Imperatoribus vel Regibus interdum Eccleſiaſticis aliiſque perſonis conceduntur. Radevicus lib. 3. cap. 41. *Regalia, veluti monetam, teloneum, pedaticum, portus, Comitatus, & alia ſimilia ſi quæ ſunt, commune Mediolanenſium dimittet, & ultra ſe non intromittet.* Lib. 4. cap. 5. *Deinde ſuper juſtitia regni, & de Regalibus quæ longo jam tempore, ſeu temeritate pervadentium, ſeu neglectu Regum imperio deperierant, ſtudioſe diſſerens*, &c. Otto de S. Blaſio cap. 14. *Omnia regalia civitatum, utpote monetas, telonea, navigia*, &c. Charta Conradi Imp. an. 1149. apud Columbum in Epiſcop. Vivarienſibus lib. 2. *Tibi, venerabilis prætaxatæ urbis Epiſcope, & per te, & Eccleſiæ tuæ, & ſucceſſoribus tuis Vivarienſis urbis, noſtra Regalia concedimus, monetam, pedagium utraque ſtrata telluris*, &c. Alia Friderici I. an. 1177. ibid. lib. 3. n. 6. *Conceſſimus univerſa regalia, cunctaſque poſſeſſiones*, &c. Alia ejuſdem Imp. an. 1164. apud eundem Columbum in Guillelmo juniore Comite Forcalquerii n. 23. *Dicto fideli noſtro Guillelmo Comiti Comitatus dignitatem, juriſdictionem, & Regalia, cum omni plenitudine honoris & utilitatis noſtra Imperiali autoritate reſtitui-

mus. Vide Gueſnaium in Annalibus Maſſil. pag. 322.

Regalia, Dominium temporale Eccleſiæ, ut vocant. *Regalia B. Petri*, apud Gregorium VII. PP. lib. 1. Epiſt. 21. lib. 8. Epiſt. 1. Baldricum in Adalberone Archiepiſcopo Trevirenſi, Falconem Beneventanum an. 1114. Romualdum in Chronico MS. an. 1152. &c. Laurentium Leodienſem in Epiſcop. Virdun. p. 309. & in Bulla Clementis IV. PP. pro regno Siciliæ, vulgò *Patrimonium S. Petri*, ſeu Sedis Apoſtolicæ, quod Imperatorum & Regum beneficiis Eccleſia Romana id poſſideat. *Regalia & Patrimonia B. Petri*, apud Petrum Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 35. 36. 39. Epitaphium Eugenii III. PP. Tarracinæ: *Regalia multa longo tempore amiſſa Beato Petro reſtituit.* Leo Oſt. l. 1. c. 47. *Ad ipſum Staphilum de Majella, qui dividit inter Regalia & cauſam S. Benedicti.* Ita in Conſ. Tervanenſi, Epiſcopus dicitur habere *Regaliam* Tervanenſis Epiſcopatus, quia eſt illius dominus ſpiritualis & temporalis, ut eſt in art. 6. Et in Conſuet. veteri Atrebat. art. 16. & nova art. 23. & 24. *Regale*, ſumitur pro dominio Majoris Domini feudalis, cùm ſcilicet res feudalis & ab eo dependens ex vaſſalli delicto, aut alia qualibet cauſa principali feudo unitur. Vetus Charta de bonis Hæreticorum & faiditorum, in Notis ad Concilia Narbon. *Pro parte verò Domini Regis è contrario dicebatur quod hæc omnia ad ipſum jure regaliæ & majoris dominii pertinebant.* Alia apud Guichenonum in Probat. Hiſt. Sabaud. p. 40. de Gageria quadam: *Verum ut diſcordia inter Eccleſiam & Comitem aliquando oriri poſſit, dictum eſt ut cum redimere voluerit, diſcernatur, quod pro Regali & Comitatu Comes ibidem deinceps habere debeat.* &c.

Regalia vocant noſtri prædia quæ ad Eccleſias pertinent, iis à Regibus olim concesſa, unde *Regalia* dicuntur: quippe, ut ait S. Auguſtinus tract. 6. in Evangel. Joann. *per jura regum poſſidentur poſſeſſiones.* Et Otto Friſingenſis lib. 2. de Geſtis Friderici cap. 11. *Regalia non perſonis, ſed Eccleſiis, perpetualiter à Principibus tradita ſunt.* W...thramus Epiſcopus Naumburgenſis de Inveſtitura Epiſcoporum: *Regalia, id eſt à Regibus & Imperatoribus, Pontificibus Romanis data in fundis & reditibus.* In Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2. p. 231. *Cepimus in manum noſtram baroniam & Regalia quæ Archiepiſcopus Eborum de nobis tenet.* In alia p. 254. *Totum regale quod ad Epiſcopatum ſuum pertinet.* Alia Joannis Regis Angl. ibidem p. 339. *Epiſcopus autem vel electus loci illius temporalia quæ prius vocabantur Regalia, de manu prædicti Archiepiſcopi & ſucceſſorum ſuorum plenariè recipiet.* In Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 23. Baroniæ Epiſcoporum *de eleemoſyna Regis* eſſe dicuntur, ideoque ab iis alienari non poſſe. Cùm igitur omnia ferè Eccleſiarum prædia, Epiſcopatuum nempe, & Monaſteriorum à Regibus dotatorum, *Regalia* ſint, id eſt à Regibus olim iis conceſſa, eodem jure reguntur quo beneficia militaria, ſeu feuda, iidemque ſunt, quibus ea, ſervitiis obnoxia. Extinctis quippe perſonis Eccleſiaſticis, ad Regem ipſo jure redeunt, donec alia iiſdem inveſtiatur. Unde in Charta Caroli IV. Imp. an. 1354. pro Epiſcopo Tullenſi, dicitur is *inveſtiri de Regalibus & feudis*. *Regalibus* autem à Rege *Inveſtiri* dicuntur Epiſcopi (ut cæteros prætercam, Germanicos & Anglicos præſertim ſcriptores, qui de Inveſtituris Eccleſiarum egerunt) apud Petrum Cluniacenſem lib. lib. 1. Epiſt. 29. ubi de Lingonenſi Epiſcopo: *Rex — de regalibus, ſicut ſolet fieri, manu propria ſolemniter inveſtivit*: cujus quidem Inveſtituræ ratione, ſacramentum fidelitatis Regi præſtant Epiſcopi. Epiſtola Leodienſium ad Paſchalem II. PP. *Dominus noſter Epiſcopus communicat Regi & Imperatori ſuo, cui ex regalibus ejus acceptis juravit fidelitatem.* Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS. de Epiſcopo Tornacenſi:

Et caskuns l'Veſques premerains,
Don Roi de France, joint ſes mains,
Prent ſen regale par droiture,
Et ſes om eſt de teneure.

Hominium porrò ii faciunt, cum iis redduntur ſeu reſtituuntur *Regalia*. Redduntur autem cum conſecrationem aut benedictionem accepere. Sugerius Abbas S. Dionyſii Epiſt. 20. *De regalibus vero ſicut in Curia dominorum regum Francorum mos antiquus fuiſſe dinoſcitur, cum Epiſcopus conſecratus, & in Palatium ex more Canonico fuerit introductus, tunc ei reddentur omnia. Hic eſt enim redditionis ordo & conſuetudo, ut, ſicut diximus, in Palatio ſtatuto regi & regno fidelitatem faciat, & ſic demum regalia recipiat.* Adde Epiſt. 19. Charta Guillelmi Epiſcopi Andegavenſis an 1223. apud Sammarthanos: *Item recognovit nobis quod cum electus Andegavenſis erit confirmatus à Metropolitano, vel ab eo qui poteſtatem habebit confirmandi, ipſe reddet ei regalia ſua per nuntios ſuos patentes literas deferentes confirmationis ipſius. Ipſe tandem electus tenebitur bona fide adire Dominum Regem, ſi fuerit in regno, infra 40. dies poſt ſuſceptionem Regalium, & ei item fidelitatis ſacramentum præſtare: & ſi infra 40. dies ad Dominum Regem, ſicut dictum eſt, non venerit, Dominus Rex poterit ſaiſire Regalia ſua, & ea tandiu tenere, quouſque Regi fidelitatem ſuam fecerit. Et ſciendum quod ſi Comitatus Andegavenſis ſeparatur à regno, non teneremur facere Comiti Andegavenſi hujuſmodi ſacramentum.* Quibus poſtremis verbis conſentaneum eſt Areſtum an. 1272. pro Epiſcopo Sagienſi deſcriptum à Ducheſnio in probat. Hiſt. Caſtilionenſis p. 70. Teſtamentum Philippi Aug. Reg. Fr. an. 1190. apud Rigordum: *Regina autem & Archiepiſcopus tam diu regalia in manu ſua teneant, donec electus conſecratus ſit vel benedictus, & tunc Regalia ſine contradictione ei reddantur.* Aliàs tamen de Jure Communi *Regalia* non redduntur Epiſcopo, antequam ſacramentum fidelitatis Regi exhibuebuerit, ut mox docemus. At in Germania is mos inoleverat, ut tradit Otto Friſing. l. 2. de Geſt. Frider. cap. 6. & 28. ut Epiſcopi non conſecrarentur, niſi prius ab Imperatore, *& ab ipſius manu regalia per ſceptrum ſuſcepiſſent.* Id etiam habetur in Speculo Saxonico lib. 3 art. 59. §. 1. Quod in Anglia & Scotia perinde obtinuiſſe docet Regiam Majeſtatem lib. 2. c. 64. 65. Scribit Joannes Hocſemius in Adolpho à Marka Epiſcopo Leodienſi, *Antiquam regni conſuetudinem fuiſſe, ut Rege ultra Moſæ fluvium exiſtente, Epiſcopi citra dictum fluvium Regalia poſſint à Scabinis de Francfort impetrare.*

Per mortem igitur Epiſcopi *Regalia aperta*, dicuntur, ut contra, *clauſa*, cum ea Epiſcopo ſucceſſori redduntur. Regeſtum Memorialium Cameræ Comput. Pariſ. ſignat. C. fol. 269. *Dum Epiſcopus alicujus Epiſcopatus, ubi Dominus Rex habet Regaliam, ab humanis decedit, immediatè per obitum ſeu mortem ipſius eſt regalia in dicto Epiſcopatu aperta, & ſuccedit Rex loco boni & legitimi adminiſtratoris in omni temporalitate dicti Epiſcopatus, confertque beneficia non curata, & hoc durante tempore ipſius Regaliæ. Quæ quidem Regalia dicitur vigere & habere locum in dicto Epiſcopatu, donec & quouſque futurus ſucceſſor Epiſcopus legitimè intrans ſuum debitum fidelitatis juramentum dicto Domino noſtro Regi prout tenetur, fecerit. Ex quo litera Regia atteſtantes dictum juramentum ſic fuiſſe factum, præſentata, regiſtrata, & expedita fuerint in Camera Compotorum, & quod receptor ſeu commiſſus ad receptam ipſius regaliæ receperit mandatum à dicta Camera emanatum, per quod ei mandetur, ut levet manum Regis, & permittat dictum Epiſcopum uti & gaudere porendo ipſam temporalitatem ad plenam deliberantiam. Nec ante receptionem hujuſmodi mandati à dicto receptore ſeu commiſſo reputatur dicta regalia clauſa, ſed uſque ad diem ipſius receptionis, tenetur reddere compotum & rationem de fructibus hujuſmodi temporalitatis. Et confert Rex benefi-*

tia tanquam in regalia vacantia. Et hoc de jure & conſuetudine Regis & ſua Corona Franciæ. Idem Regeſtum: *Le Roy eſt en ſaiſine & a uſe de tel temps, qu'il n'eſt memoire du contraire, quant les regales des Eveſchiez y eſcheent, de prendre & faire lever tous les proſits & emolumens qui eſcheent durant ledit regale, ſi come les bleez & grains qui eſcheent en cauſe de terres gaignables, de rentes, de diſmes, des-abliez qui tiennent a racine, quant le regale eſchiet, & ſemblablement des vins, vinages, diſmes, & autres rentes qui eſcheent en vin, come dit eſt des grains. Et ſi les terres, rentes & diſmes ſont baillées à ferme, il eſt ou chois du Roy de tenir la ferme, ou de prendre les grains ou vins qui eſcheent oudit regale, & ainſi le fait le Seigneur qui tient le fief de ſon vaſſal par defaut de home.*

Prædictis addo quæ habet vetus Conſuetudo Franciæ lib. 3. *Quant un Eveſque treſpaſſe, le Roy peut faire tout mettre en ſa main le temporel, & celui faire gouverner comme en regale. Car les exploits de ſa juſtice, & tous les autres revenus temporels ſont au Roi juſques à ce qu'il y ait Eveſque. Toutefois tous Eveſchez ne ſont pas tenus en Regale. Pendant le temps de la Regale le Roi peut donner tous offices & benefices, excepté Cures; & ſi le Pape & le Roy donnoient en un meſme temps un benefice, le don du Roy precederoit: & s'il en eſtoit debat, la cauſe ſeroit ventilée en la Cour de Parlement, & non ailleurs.*

Crebra ac gravis fuit de Principibus ac Regibus querela, qui ut diutius Eccleſiarum Regalibus fruerentur, vel earundem, uti vocabant, inveſtituras differebant, vel electiones Epiſcoporum & Abbatum impediebant: quod in primis objectum Germanicis Auguſtis in diuturna ac gravi illa inter Sacerdotium & Imperium diſcordia, apud Scriptores qui de ea pluribus egerunt, quibus addendus omnino Arnoldus Lubecenſis lib. 3. cap. 16.

Id etiam objectum Anglicis Regibus. Ordericus Vitalis lib. 10. de Guillelmo Ruſo Rege Angliæ p. 763. *Defunctis Præſulibus & Archimandritis, Satellites Regis Eccleſiaſticas poſſeſſiones & omnes gazas invadebant, trienni que ſeu plus dominio Regis omnino mancipabant. Sic nimirum pro cupiditate redituum, qui Regis in ærario recondebantur, Eccleſiæ vacabant, neceſſariiſque carentes paſtoribus dominicæ oves lupinis morſibus patebant.* Adde pag. 774. Similis eſt Willelmi Neubrigenſis lib. 3. cap. 26. de Henrico II. querela: *Vacantes Epiſcopatus, ut provenientia perciperet commoda, diu vacare voluit, & Eccleſiaſticis potius uſibus applicanda in fiſcum redegit.* Ut & Hugonis Flaviniac. in Chron. p. 241. Adde Will. Malmeſbur. lib. 1. de Geſt. Pontific. p. 215.

Regalium, vel ſi mavis, regaliorum jus, non in Epiſcopatibus duntaxat obtinuiſſe, ſed & ad Monaſteria aliaque beneficia productum ex laudato Orderici Vitalis loco colligitur: adeo ut quemadmodum Principes, vacantibus Epiſcopatibus, eorum dominiis ſeu uti vocabant, regalibus fruebantur, ac beneficia ab iis dependentia, quæ hoc temporis interſtitio vacabant, conferebant, idem in Monaſteriis jus ſibi adſcriberent: quam quidem hac noſtra ætate agitari controverſiam novimus. Extant ſanè in Principum favorem bina diplomata Henrici III. Regis Angliæ apud Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2. ac primùm quidem p. 782. hocce verborum tenore: *Rex Magiſtro A. de Len. Officiali Cantuar. & Commiſſionariis ſuis ſalutem. Cum tempore progenitorum noſtrorum Regum Angliæ, & noſtro hactenus ſit obtentum, quod vacantibus Abbatiis, Prioratibus, & aliis quibuſcunque domibus religioſis regni noſtri, & in manu noſtra exiſtentibus, conferre aſſimus Eccleſiaſtica beneficia ad hujuſmodi domos pertinentia, & nos ratione vacationis Domus ſancti Thomæ de Acon in London dilectum Clericum noſtrum Rogerum de Meſſenden ad Eccleſiam de Colchirch in London duxerimus præſentandum, fratres ejuſdem domus, & Hugo Capellanus coram ab eiſdem fratribus indebitè præſentatus ad eundem, dictum Clericum noſtrum inde trahit in placitum coram vobis in Curia Chriſtianitatis. Et quia hoc eſt contra coronam & dignitatem noſtram, & manifeſtè cederet in noſtram & hæredum noſtrorum exhæreditationem, vobis prohibemus ne placitum illud de cætero teneatis. Teſte Rege apud Woodſtock, 18. die Auguſti.* Diploma aliud ejuſmodi habetur p. 940. *Rex omnibus ad quos &c. ſalutem. Super jure patronatus & præſentationibus ad beneficia Eccleſiaſtica faciendis in regno noſtro Angliæ, & in Eccleſia Anglicana, quædam ſpeciales conſuetudines obſervantur, inter quas & illa ſibi vendicat locum: ſi videlicet manerium aliquod cum pertinentiis & libertatibus ſuis cuidam Laico vel Clerico ſeu mulieribus aut perſonis quibuſlibet Eccleſiaſticis vel ſecularibus quocunque modo, ſive ſcilicet ad tempus vel ad firmam, vel ad ſuſtentationem, vel pro dotalitiis, ſeu quibuſcunque modis aliis aſſignetur, jus præſentandi ad Eccleſiam in hujuſmodi manerio ſitam per aſſignationem hujuſmodi cum manerio ſemper tranſit, niſi ſpecialiter fuerit in aſſignatione illa jus præſentandi reſervatum vel exceptum. In maneriis verò Epiſcoporum, ubi jus patronatus & jus inſtituendi habent, jus patronatus cum maneriis ipſis ſecundùm conſuetudinem ſupradictam ſemper tranſit: unde vacantibus Epiſcopatibus & Abbatiis, tam nos quam magnates noſtri, ad quos cuſtodia maneriorum tempore vacationis pertinet, jus præſentandi ad Eccleſias in ipſis maneriis ſitas obtinemus, inſtituendi jure apud Metropolitanum, vel alio ad quorum devolvitur jus ſpirituale remanente. Licet enim Epiſcopi in Diœceſibus, aut etiam Abbates Pontificale jus habentes Eccleſias maneriorum ſuorum conferant, eo quod in ipſis jus patronatus, & jus inſtituendi conveniunt, jus tamen patronatus habent ratione maneriorum ſuorum, vel Baroniarum ſuarum, quæ ſi ab ipſis exeant, aut ſi aliis cum ſuis pertinentiis, ut prædictum eſt, aſſignentur, jus præſentandi cum ipſis maneriis tranſit, jure inſtituendi apud ipſos ratione officii Paſtoralis extunc tantummodo remanente. In cujus &c. teſte Rege apud Weſtm. 13. die Martii.*

Epiſcopatuum verò qui à jure regalium immunia erant regalia, ſede vacante, ſervabant Archiepiſcopi. Vide Spicilegium Acherianum to. 8. p. 203. 353. 254. & infra in v. *Vicedominus.*

Regalia Epiſcopatuum non ſemper Regum erant, ſed interdum ab aliis proceribus de Rege tenebantur in feodum. Extat Epiſtola 38. inter Sugerianas, in qua Theobaldus Carnotenſis Comes *Regale Carnotenſis Epiſcopatus de rege in feodum tenere cum alio feodo ſuo* profitetur, *ita quod decedente Epiſcopo regale Epiſcopatus ſuum proprium ſit, quouſque alius ſubſtituatur.* Extat apud Guill. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. to. 3. p. 187. Charta Edwardi I. Regis Angliæ, in qua *quoties ſedem Burdegalenſem vacare contigit, cuſtodiam temporalium ejuſdem Archiepiſcopatus, eadem ſede vacante habere, & facere fructus ſuos conſueviſſe* Duces Aquitaniæ contendit, Capitulo ejuſdem Eccleſiæ id juris ſibi competere aſſerente, &c. Poſt mortem Willelmi *Breuſe* Epiſcopi Landavenſis in Comitatu Clamorganenſi, in Principatu Valliæ, Gilbertus *de Clare* Comes Gloceſtrenſis & Herfordienſis, tanquam Comes Clamorganenſis, ejuſdem Epiſcopatus Regalia, & Beneficiorum vacante Epiſcopatu collationem ſibi competere aſſerebat. De qua cum Rege Edwardo I. controverſia multa habet idem Prynneus p. 412. & ſeqq. & p. 636.

Regaliarius, qui Regalia, vel eorum proventus Epiſcopatus vacantis percipit vice Principis, cujus ea ſunt. Charta Edmundi Comitis Campaniæ an. 1277. in Tabulario Eccleſiæ Meldenſis fol. 78. *Come tençons fut entre nous — & l'Eveſque de Miaux ſeur Griez & ſeur dommages que li Regalier le Roi Thibaut & le Roy Henri de Navarre jadis Comte de Champagne, avoient fait és biens & choſes de l'Eveſché de Meaux.* &c.

Cuſtos regaliarum: qui decedente Epiſcopo à Rege mittebatur ut colligeret reditus ac proventus temporalitatis Epiſcopatus, qui de jure ad Regem pertinent, quouſque alius electus conſecrationem accepiſſet. *Cuſtodes, Gardiatores*, ſeu *Gubernatores regaliarum Eccleſiarum*, in Edicto Philippi Pulchri an. 1302. art. 3. ubi eorum abuſus coërceri jubentur, quos etiam carpit autor Hiſtoriæ Epiſcoporum Antiſiodor. cap. 59. p. 483. Vide Regeſtum Parlam. B. fol. 56. & Hiſtoriam Epiſcoporum Cadurcenſ. n. 178.

Regalia facere, Sacramentum fidelitatis, vel hominium pro regalibus Regi præſtare. Will. Malmeſburienſis lib. 1. de Geſtis Pontif. pag. 219. de Anſelmo Cantuarienſi: *Regalia pro more illius temporis faciens Principi, 7. Kal. Octobris, Cantuariæ aſſedit.*

Regalia, præcipua Imperii inſignia, corona, ſceptrum, &c. Albertus Argentin. pag. 119. *Monſtrabantur ibi Sanctuariorum inſignia, quæ Regum dicuntur, ſcilicet lancea, clavus, pars crucis Salvatoris, corona, gladius Caroli, & alia per quendam Ciſterſienſem*, &c. Adde pag. 124. 157. & Albertum Stadenſem an. 1126. Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſtis Frider. cap. 63. *Regalia Duci Friderico cum unico ſuo item Friderico commendans.* Conradus Uſperg. an. 1106. *Ipſe partis utriuſque conſiliis annuens, Regalia vel Imperialia inſignia, crucem ſcilicet & lanceam, ſceptrum, globum, atque coronam filii poteſtati tradidit.* Henricus Imp. apud Dodechinum an. 1110. *Tibi itaque, fili cariſſime, Henrice Rex, & nunc per officium noſtrum Dei gratia Romanorum Imperatori, & regni regalia illa dimittenda præcepimus, quæ ad regnum manifeſtè pertinebant tempore Caroli, Ludovici, Ottonis, & cæterorum prædeceſſorum tuorum.* Idem Henricus in Epiſt. ad Hugonem Abbat. Cluniacenſem: *Interea mandatum eſt nobis, quod liberationis noſtræ nullum eſſet conſilium, niſi extemplo daretur, & crux, & lancea, cæteraque regalia inſignia.* Stero an. 1219. *Regalia quoque Heinricus Palatino Rheni aſſignanda Regi Friderico reliquit*, &c. Ea autem Regalia ſic idem recenſet an. 1361. *Inſignia Imperialia quæ tunc vidi, ſunt hæc, primum ferrum lanceæ quæ transfixit latus Chriſti: item clavus cum aliquali petia S. Crucis, quæ tranſivit manum Chriſti: item gladius Caroli M. Imperatoris Romanorum, quem tunc Imperator tenebat in manibus, & corona quâ coronatus eſt in Imperatorem à Leone PP. III. Item gladius Mauricii Martyris. Item petra brachii S. Annæ, &c. & aliæ plures reliquiæ Sanctorum.* Rupertus Abbas in Vita S. Heriberti Archiepiſcopi Colonienſis num. 10. *Et hæc quidem regalia cito reddidit.* Ubi Lambertus in Vita ejuſdem Sanctæ n. 11. *Imperialia* habet: *Imperialia quæ penes ſe erant, electo Principi reddidit.* Honorius Auguſtodun. lib. 1. cap. 73. *Ante Pontificem portantur Sancta, ſicut ante Regem Imperialia.* Vide Ottonem de S. Blaſio c. 46. Chronicon Colmarienſe an. 1273. & *Feſtum Coronæ.*

Regalia, Exactiones vel tributa regia. Vetus Charta in Metropoli Saliſburgenſi to. 2. pag. 30. *Nec in quoquam fideles noſtros tam Clericos quam Laicos, aut in pernoctationibus vel in ſteuris, ſeu regalibus, ſeu in qualibet re licet minima moleſtare debent.* Octavius Ferrarius in Orig. Ital. in v. *Appendicio*, ait Inſubres *appendicio* vocare ea quæ ad penſionem adduntur, ut ova, pullos, carnem ſuillam: Venetos verò nobiliore vocabulo *Regalia* appellare.

Regalia, Palatia, τὰ βασίλεια. Freculſus Lexovienſis to. 2. lib. 5. cap. 11. de Theodoſio juniore Imp. *Plerumque jejunabat, & maximè 4. feria & 6. ſtudio Chriſtianitatis, ut aliter quam Monaſterium Regalia videbantur.*

REGALIOSUS: *Regius; Regalis; Imperialis*, &c. βασιλικὸς, in Gloſſ. Gr. Lat. ubi malè *Reguloſus*.

REGALITAS, idem quod *Regalia*, 4, Dignitas regia, in Statutis Roberti II. Regis Scotiæ cap. 14. 16. Stat. Rob. III. c. 45. *Rojanté* noſtris, *Royaltie*, apud Edw. Cokum ad Littletonem ſect. 73. Concilium Wintonienſe an. 1021. *Hæc ſunt Statuta Canuti Regis Anglorum & Danorum, — ad laudem & gloriam Dei, & ſui regalitatem, & commune commodum*, &c. Knyghton an. 1291. *Ad feoffandum electum* (Regem Scotiæ) *in tota regalitate & dignitate*, &c.

Regalitas, Titulus Regum honorarius. Diploma Ludovici Pii Imp. apud Nicol. Zylleſium in S. Maximino pag. 13. *Attulit noſtræ Regalitati quoddam privilegium*, &c. Aliud Lotharii Regis Franc. an. 987. apud Michaëlem Carbonellum in Chron. Hiſpan. pag. 8. — *Noſtræ Regalitatis decreto confirmare dignaremur. Noſtram adiit Regalitatem*, in Charta Ottonis Regis an. 965. apud Marlotum in Metropoli Remenſi lib. 4. c. 27. & in alia Henrici Imp. an. 1065. in Probat. Hiſt. Luxemb. p. 29. *Unde Abbas in militiam ire vel prædeceſſoribus noſtris, vel noſtræ Regalitati in ſecundo ſemper anno ſervire debuit*, &c. Vide eundem Zylleſium pag. 27. 43. Bartholomæum Fizenum in Hiſt. Leodienſi pag. 133. & Witikindum Meibomii p. 219.

REGAMMARE. Vide *Gamma*.

REGARDUM, *Rewardum foreſtæ*, Viſitatio foreſtæ à foreſtariis, ne quid detrimenti in iis accidat, ut in Fleta lib. 2. c. 41. §. 1. interdum limites vel ambitus foreſtæ, cujus cura commiſſa erat quibuſdam miniſtris, qui eam obambularent, proſpicerentque ne vetitæ in ea venationes fierent, aut exſcinderentur arbores, qui inde *regardatores* dicuntur, de quibus mox: unde qui intra ejuſmodi metas venari, vel damnum aliquod in foreſta feciſſe deprehenſus erat, mulctabatur gravi mulcta, quæ *regardum foreſtæ* etiam dicebatur. Charta Ricardi I. Regis Angliæ: *Conceſſimus etiam eiſdem manerium de Lovers cum omnibus pertinentiis, — ſalvis ad opus noſtrum venatione noſtra, & deſtructione foreſtæ, ita tamen quod non ſit in rewardo.* Rogerus Hovedenus & Brompton an. 1188. *Et idem Rex quietas clamavit — omnes terras ſuas & Canonicorum ſuorum, quod ſint libera & quieta in perpetuum de rewardo foreſtæ & foreſtariorum: & dedit ei per cartam ſuam liberam poteſtatem & licentiam capiendi venationem per omnes præbendas ſuas in Comitatibus Eboraci & Notynghamiæ.* Leges Foreſtarum Scoticarum cap. 12. §. 1. *Si quis foreſtarius invenerit aliquem extra dominicum boſcum, vel infra rewardum, proſternentem quercum ſine viſu vel deliberatione foreſtarii.* Vetus Inqueſta in Regeſto Phil. Aug. Herouvalliano f. 139. *Inquiſitores dicunt, quod Bonavilla cum pertinentiis valebat ſine placito enſis & regardis foreſtæ & paſnagio*, &c. Fol. 158. *Reſpectus foreſtæ* dicitur.

Regardatores, qui, ut diximus, circumeunt omnes ballivæ foreſtas, ut de tranſgreſſionibus, aſſartis, vaſtis, & purpreſturis inquirant: Anglis *Regarders*. Charta Joannis Regis Angl. apud Matth. Pariſien. 1215. *Regardatores noſtri eant per foreſtas ad faciendum regardum, ſicut fieri conſuevit*, &c. Charta Henrici II. Regis Angl. *Et prædictus Baldricus & regardator & panagator mearum foreſtarum*, &c. Vide Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 939.

Regardatorum inſtitutionem ad Henricum II. Regem Angliæ refert Manwoodus. Sic enim aſſiſam ejus de foreſta intelligit, ubi hæc habentur: *Item Rex præcepit quod in quolibet Comitatu in quo habet venationem, ponantur 12. Milites ad cuſtodiendam venationem ſuam.* Hi Milites, inquit ille, pro tempore appellantur *Regardatores*. Eo verò ſæculo *Milites* paſſim dicti ſunt, qui per ſervitium tenuere Militare, poſteris *liberi tenentes* appellati. Sed alii fuere *Milites*, alii *libere tenentes*. Spelmannus *Regardatorum* nomenclaturam ſerius natam opinatur.

REGARIUM, Juriſdictio & feuda Epiſcoporum Britanniæ Minoris à ſumma vetuſtate nominantur *Regaires*, quod jam inde à Mauclerci, ſeu Mali Clerici, Ducis ſæculo ad Regium Galliæ Senatum devolverentur provocationes à profanis Antiſtitum juridicis, non ad Ducales

Magiſtratus, ex quo hodie etiam regia ſumma Britan- niæ Curia appellatur immediatè à Sententiis Epiſco- palium hujuſmodi judicum temporalium. Chopin. lib. 1. de Sacra Polit. tit. 7. n. 21. Adde Raguellum, & Auguſtinum *du Pas* in Stemmatib. Armoric. part. 2. pag. 454.

REGELATUM, Papiæ, *Plumbum liquefactum*, quomodo *Regelationis*. nives liquefactas vocat Aggenus.

REGENBURGI. Vide *Rachinburgii*.

REGENDARIUS, vel *Regerendarius*, ita enim legen- dum contendunt viri docti apud Senatorem lib. 11. Epiſt. 29. ubi formula inſcribitur *de Regendario*, qui ſcilicet erat à regeſtis, & ſcripta regereret, ſeu in codicem referret. Vide Pancirolum ad Notitiam Imp. Orient. cap. 18.

REGENS, Regni Gubernator, *Regent* apud Francos. Continuator Nangii an. 1316. ait poſt mortem Ludo- vici Hutini Regis, Philippum Magnum electum à regni Principibus, ut quoad Regina Clementia gravida par- tum edidiſſet, ſervaret & regeret regnum Franciæ at- que etiam Navarræ, atque in magno ejus ſigillo hæc verba fuiſſe conſcripta: *Philippus Regis Francorum fi- lius, Franciæ & Navarræ regens regna.* Et an. 1327. poſt exceſſum Caroli Pulchri, *Traditum eſt regimen re- gni Philippo Comiti Valeſii, & vocatus eſt exinde Re- gnum regens, ſeu regni.* Vide Tillium.

REGESTORIA, *Regeſtorium*. Vide *Regeſtum*.

REGESTUM, Liber in quem *regeruntur* commentarii qui- vis, vel Epiſtolæ Summorum Pontificum. Gloſſ. Lat. MS reg. *Regeſtum, relatum.* Iſo Magiſter in Gloſſis: *Regeſtum vocatur liber continens memorias aliorum libro- rum, & epiſtolas in unum collectas: & dicitur regeſtum quaſi iterum geſtum. Joannes Scotus regiſtron dicebat.* Gloſſæ Baſilic. Κώδιξ, καὶ ῥεγέστα, τὰ ἀπογραφὰ τῶν ἀρχείων. *Regeſta ſcribarum*, apud Vopiſcum in Probo. Conſtitutio Honorii 19. in Appendice Codicis Theod. ſic clauditur: *Regeſtum Ravennæ XV. KL. Febr. Ho- norio Aug. XI. & Conſtantio III. Coſſ.* Ita Edicta Principum in Curiis ſupremis *regeſta* ſeu *regiſtrata* di- cimus. Vide Cujacium lib. 15. Obſervat. cap. 17. Pe- trum Fabrum ad l. 92. de Regulis Juris, Jacob. Go- tofredum ad l. 14. Cod. Th. de Indulgent. debitor. &c. Anaſtaſius in Nicolao I. PP. *Sicut in Epiſtolis, quas iidem Legati in Sardiniam deportaverunt, regeſto ipſius Præſulis continetur inſertis.* Vacce in Hiſt. Ducum Normanniæ MS.

Doit l'en les vers & les regeſtes,
Et les eſtoires lire as feſtes.

Regeſtum, Theſaurus, fiſcus, quò *regeruntur* pecuniæ. Prudentius lib. περὶ στεφ. in S. Romano:

Aurum regeſtum nonne carni acquiritur.

Gregorius Tur. lib. 9. Hiſt. c. 9. *Tanta in illius the- ſauris reperiunt, quanta nec in ipſo ærarii publici re- geſto poterant inveniri.* Cap. 10. *Multitudo autem auri, argentique, ac diverſarum ſpecierum in ejus regeſtis re- perta eſt.* Eadem notione uſurpat cap. 34. & lib. 10. cap. 19. ut & Flodoardus lib. 2. Hiſt. Remenſis c. 2.

Regeſtorium, idem quod *Regeſtum*: Theſaurus. Gregorius Tur. lib. 6. c. 11. *Domos Eccleſiæ adprehendunt, mini- ſteria deſcribunt, regeſtoria reſerant, promptuaria ex- poliant.*

Regiſtoria, Officium apud Sanctimoniales, cui *Regeſti*, ſeu theſauri Monaſtici cura commiſſa eſt. S. Cæſa- rius Arelat. in Reg. ad Virgin. cap. 26. *In uno ta- men loco ſub communi cuſtode quod habueritis reponite, & claves de arcellis, vel preſſoriolis veſtris Regiſtoria teneat.*

Regiſtrum, pro *Regeſtum*. Ugutio: *Regiſtrum, quidam liber de regimine Eccleſiæ, ſcilicet ex cujus dictis Eccle- ſia regitur.* Papias: *Regiſtrum, liber qui rerum geſta- rum memoriam continet, unde dicitur, quaſi rei geſtæ ſtatio. al. ſtatutio.* Prudentius lib. περὶ στεφ. in S. Ro- mano:

Hic in regiſtris eſt liber cæleſtibus,
Monimenta ſervans laudis indelebilis,

Ita etiam in ſcriptis codd. Vopiſci legi monet Ca- ſaubonus, ubi editi habent, *ex regeſtis ſcribarum.* Vetus Inſcriptio Epiſtolarum Gregorii I. PP. *Inci- piunt Epiſtolæ ex regiſtro S. Gregorii Papæ.* Sed & *Regiſtrum promptuarii* dixit Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 9. initio, quomodo *Regeſtum* pro fiſco uſurpaſſe diximus. Sexta Synodus act. 12. Δεῖν ἀχθῆναι πρὸς ἡμᾶς τὰ ῥίγεστα καὶ ἀρχαῖα συνταγματα, &c. Infra: ῥίγεστον διάφορον ὑπομνημάτων, quam vocem vetus in- terpres per *regeſtum* vertit.

Regiſtrum, *Corda in libro ad inveniendum lectionem*, ut ait Metulinus ad illud Ebrardi Betun. in Græciſmo c. 12.

Eſſe librum librique ducem dic eſſe Regiſtrum.

Regiſtrare, in regiſtrum & acta referre, paſſim. Thwroczius in Bela Cæco cap. 64. *Irruit omnis populus ſuper illos Barones, quorum conſilio Rex obcæcatus fuerat, & quoſ- dam ex ipſis ligaverunt, quoſdam vero detruncaverunt, ſexaginta autem & octo prophanos ibidem crudeliter occi- derunt: & omnes ſucceſſores eorum tam viri quàm mu- lieres eodem die ſunt regiſtrati.* Scilicet tanquam infama- ti in poſterum.

Regiſtrarii, qui ſcripturas, aut contractus in acta publi- ca referunt, in Provinciali Eccleſ. Cantuarienſ. lib. 3. tit. 4. Leges Alfonſinæ part. 3. tit. 19. leg. 8. *Re- giſtradores ſon dichos otros eſcrivanos que ha en caſa del Rey que ſon pueſtos para eſcrevir cartas en libros, que han nombre Regiſtros*, &c.

REGIÆ, Portæ ædificiorum primariæ. Ordo Romanus: *Deinde Subdiaconus — exiens ad Regiam Secretarii, dicit, Schola. Reſpondet, Adſum.* Miſſa ex Codice Ra- toldi Corbeienſis: *Deus qui triumphantibus pro te Mar- tyribus Regiam cæleſtis aulæ potentia dextra pandis.* Pa- ctum Arichis Principis Benevent. cum Neapolitanis: *Ponit poſt regiam domus ſuæ ipſum fuſtem. Regia Mo- naſterii*, apud Paulum Diacon. Neapolit. in Vita S. Mariæ Ægypt. c. 5. & in Regula Magiſtri cap. 30. 83. 95. Maximè verò ita appellantur ædium ſacrarum portæ. Paulinus Epiſt. 33. *Videre enim mihi videor tota illa religioſa miſeranda plebis examina, illos pietatis di- vinæ alumnos tantis influere penitus agminibus in ampliſ- ſimam glorioſi Petri Baſilicam per illam venerabilem Regiam cærulea eminus fronte ridentem*, &c. Autber- tus Abbas in vita SS. Paldonis & ſocior. *Venit ad eos quidam homo ignotus nocturno ſilentio, regiamque ora- torii pulſans, ait*, &c. Chronicon Novalicienſe cap. 13. *Tradunt verò nonnulli, quod cum iidem Deſiderius cotidie media nocte ſurrexiſſet, & veniret ad Eccleſiam S. Michaelis, vel S. Syri, ſeu per cæteras alias, aperie- bantur ſtatim Regiæ divinitus ante ſuo conſpectu.* Ana- ſtaſius in Honorio PP. *Inveſtivit regias januas in in- greſſu Eccleſiæ majores, quæ appellantur Mediana, ex argento quæ penſant libras 975.* In Conone: *Qui miſſi fuerant ac exercitu ad cuſtodiendas Regias baſilicæ*, &c. In Leone III. p. 133. *In ingreſſu baſilicæ, ubi ſupra Regias majores fecit imagines ex argento*, &c. Pag. 134. *Fecit in baſilica Dei Genitricis ad præſepe in ingreſſu præ- ſepii Regias veſtitas ex argento puriſſimo*, &c. P. 143. *Ingreſſum verò corporis iſdem Præſul ex marmoribus candidis miro decore ornavit, atque regias areas ibidem poſuit.* Utuntur Ennodius, Gregorius Turonenſis, & alii. Ita Græci βασιλικὰς πύλας ædium ſacrarum, vel potiùs ναοῦ portas appellabant. Anonymus in feſtum Reſtitut. Imaginum p. 741. καθ᾽ἅλου ἀπαντῶντες μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν τῶν καλουμένων κτενάρια. Ubi Interpres: *Ad uſque palatii portas quæ ctenaria dicuntur, ſuppli- cantes venerunt.* At ſermo eſt de *Regiis* ædis ſacræ, non palatii, quæ κτενάρια dicuntur, quod cancellatæ eſſent, & inſtar *pectinis* effictæ. Vide Deſcript. ædis Sophianæ n. 80.

Regiola, eædem quæ *Regiæ*, Portæ. Vita S. Rufini Epi- ſcopi in Sanctuario Capuano: *Deinde Epiſcopus clau- ſit regiolas, quæ erant ante altare.* Ita *regiolam* pro por- tula uſurpat Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 36. *Quando vero capi debebunt (falcones) de loco* in

in quo nutriti ſunt, aliis aperturis illius loci clauſis, una remaneat aperta, & habeat regiolam qua clauditur ſerò: per hanc namque regiolam capi poterunt facilius & ſine laſione.

Regicula, pro *Reguncula*, vel Prædio. Vetus Charta Abbatiæ S. Benigni an. 579. apud Perardum in Chartis Burgundicis: *Donamus—regiculam juris noſtri, cui vocabulum eſt Albiniacum, ſitum in pago de Collatinenſe*, &c.

Regidium, *Divinitas*, Papiæ.

Regillus. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Regillus*, unðeрcẏninᵹ. id eſt, *Vicerex*.

Regimentum, Regimen, vitæ ratio. Conſtantinus Afric. lib. 4. Pantechn. c. 1. *Omnium corporum regimenta aut ex anima ſunt & natura, aut ex ſola natura: quia natura regit corpora & inanimata: ſola verò animata regit anima.* Utuntur Lex 1. §. 1. Cod. de Offic. Præf. præt. & Ammianus lib. 25. Præterea Ericus Upſalienſis lib. 5. Hiſt. Suecicæ p. 180. Hemricurtius in Speculo Haſbanico p. 158. *Onkes d'eage d'omme vivant a ſon temps il n'ont en l'Egliſe S. Lambert nuls miez entachiez de ly, ne de plus frank, ne de plus noble regiment*, &c.

Regimonium, Papiæ, *Regimen*: Iſidoro in Gloſſis, *Gubernatio*. Utuntur Baldricus in Chron. Camerac. l. 2. c. 28. l. 3. c. 16. Vita S. Winnoci Abbat. c. 2. &c.

Regina, Regis filia: nam is olim titulus attributus Regum filiabus. Servius ad hæc Virgilii ex 1. Æneid.

——— donec Regina Sacerdos
Marte gravis, &c.

Regina, Regis filia, abuſivè ait more Poëtico: ut alibi,
— Magnum Regina miſeratus amorem.

Id eſt Regis filia Paſiphae. Nec Poëtis, quod ille vult, duntaxat id licuit: quod ſaltem poſterioribus ſeculis obtinuiſſe conſtat, præſertim ſub prioribus Conſtantinopolitanis Auguſtis, quod præ cæteris teſtatur Claudianus Panegyrico 2. in Stilichonem:

Nam domus hæc utroque petit diademata ſexu,
Reginaſque parit, Reginarumque maritos.

Marius Mercator tom. 2. pag. 85. *Pius eſt Imperator, Regina Deum amant.* Gennadius ait Fauſtinum ſcripſiſſe *ad perſonam Flaccilla Regina adverſus Arianos*, ut Atticum Conſtantinopolitanum Epiſcopum *ad Reginas Arcadii Imperatoris filias librum de Fide & Virginitate.* Eadem de Attico habet Marcellinus Comes, Fuit perinde Flaccilla Arcadii filia.

Is etiam in Francia noſtra uſus maximè invaluit, ut Regum filiæ *Regina* appellarentur. Nam apud Gregorium Turonenſem lib. 5. cap. 49. Rigunthis filia Chilperici Regis hoc titulo donatur: & Chrodieldis Sanctimonialis, Chariberti Regis filia, apud eundem Scriptorem lib. 10. cap. 15. *Reginam ſe filiam Regis & conſobrinam alterius Regis* indigitat. Neque alia fortean de cauſa coronas Caroli M. filiabus attribuit Anonymus in Poëmate de eodem Carolo, ubi de Rotrude:

Namque corona caput pretioſis aurea gemmis
Implicat, &c.

de Berta:

— Caput aurato diademate cingitur almum.

de Giſala:

— Crines radianti luce coruſcant.

denique de Rhodaid:

Inſeritur capiti nitido gemmata corona.

Inferioribus quoque paulò temporibus, atque adeo ſub tertia Regum ſtirpe, natas Regum, *Reginas* paſſim nuncupatas obſervare licet. Odo II. Comes Campaniæ *filius Berta Regina* dicitur in veteri Notitia apud V. C. Joan. Mabillonium to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 764. filiæ ſcilicet Conradi I. Regis Burgundiæ. *Roſalam* alio nomine *Suſannam* dictam, Berengarii III. Regis Italiæ filiam, Arnulphi II. Flandriæ Comitis uxorem, *Suſannam Reginam matrem ſuam* vocat Balduinus IV. Flandriæ perinde Comes, in Charta anni 998. quæ deſcripta legitur in Hiſtoria Guinenſi p. 49. In alia Hugonis Noviomenſis Epiſcopi an. 1039. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Flandriæ cap. 26. Adela Roberti Regis filia, Franciæ filia, & Balduini Pii Comitis Flandriæ uxor, *Regalis Comitiſſa* nuncupatur. Raimundus VI. Comes Toloſæ, *domina Regina Conſtantia*, quæ ejuſdem Roberti filia fuit, filius dicitur; ut Raimundus VII. ejuſdem Raimundi VI. filius, *domina Regina Joanna*, quæ filia fuit Henrici II. Regis Angliæ, *filius*, apud Catellum in Comitibus Toloſanis p. 225. & Cruceum in Epiſcopis Cadurcenſibus n. 77. Conſtantia Philippi I. Regis Franciæ filia, Boëmundi Principis Antiocheni uxor, *Regina* cognomine donatur in Chronico MS. Romualdi Salernitani Archiepiſcopi an. 1120. & alibi. Sic Tharaſia Alphonſi VI. Caſtellæ Regis filia, Henrici Comitis Portugalliæ uxor, *Nobiliſſima Regina* appellatur in Vita S. Theotonii cap. 2. *quia Regis filia dicebatur*, ut ait Rodericus Toletanus l. 7. de Rebus Hiſpan. cap. 5. Sic Tharaſia alia Alphonſi I. Regis Portogalliæ filia, quæ & Mathildis appellabatur, Philippi Eliatii Flandriæ Comitis uxor, *Regina Mathildis Comitiſſa Flandriæ* paſſim inſcribitur in ejuſdem diplomatibus, in Tabulario S. Bertini, in Regeſto Philippi Auguſti fol. 1. & 102. apud Malbrancum l. 11. de Morinis c. 21. Buzelinum lib. 1. cap. 41. Miræum, Locrium, & alios. Lambertus Ardenſis pag. 258. *Flandria Comitis Philippi uxor & Comitiſſa Theraſia apud ſuos Portugallos, apud nos Mathildis, cognomentoque Regina.* Ægidius Aureæ-vallis Monachus cap. 57. de eadem: *Regina enim à quibuſdam dicebatur, quia filia Regis erat, & pro fratre ſuo minus firmo regnum patris tenuerat in Hiſpaniis.* Willelm. Brito lib. 10. Philipp.

Interea Comitiſſa ſenex, qua Portugalenſis
Filia Regis, ob hoc ſolum Regina vocata eſt.

Rigordus: *Filia Regis Portigalenſis, unde & Regina Comitiſſa appellabatur.* Sed & Duardus Nonius l. de Vera Regum Portugalliæ genealogia, ſtatim initio, hunc morem in Luſitania duraſſe uſque ad Alfonſium II. obſervat.

Regina uxor. Conventus apud Andelaum an. 587. *Et genitricem Domni Childeberti Domnam Brunichildem Reginam, vel filiam ejus Chlodeſvendam germanam Domni Childeberti Regis, quamdiu intra regionem Francorum fuerit, vel ejus Reginam Failenbam*, &c.

Regina nomen non admittebant Saxones Occidentales, ſed *Regis conjugem* appellabant. Id unde ortum, pluribus exequitur Aſſerus de Ælfredi rebus geſtis p. 3. & ex eo Matth. Weſtmonaſterienſis an. 854.

Regio, Ῥεγεὼν, Pagus, vicus, ſuburbanum. Concilium Calchedon. act. 13. Ταττάιος καὶ Δωρὶς ῥεγεῶνές εἰσιν ὑπὸ τὴν Νικαίαν. Mox, καὶ ὁ πρότερον ὢν ῥεγεὼν, πόλιν μετὰ ταῦτα ἐγένετο πόλις.

Regio. Obſervat Ordo Romanus *ſeptem fuiſſe regiones Eccleſiaſtici ordinis Urbis Roma, & unamquamque regionem ſingulos Diaconos Regionarios habuiſſe, & uniuſcujuſque regionis Acolytos per manum Subdiaconi Regionarii Diacono Regionis ſua, cauſa officii, ſubditos fuiſſe.* Rurſum Regionum munera ſecundùm hebdomadæ dies fuiſſe diſtincta: *Prima enim feria Paſcha miniſtrabat Regio tertia: ſecunda feria, Regio quinta: feria quarta, Regio ſexta: feria quinta, Regio ſeptima: feria ſexta, Regio prima: Sabbato ſecunda Regio. Ergo unaquæque Regio ordines proprios tam in proceſſione, quàm in Eccleſia habebat, — & nullus in aliqua deſignatus regione, à miniſterio Pontificis ſine excommunicationis vel animadverſionis ſententia deeſſe poterat.*

E Regione, pro *è contra*, habetur in vita S. Drauſii Epiſc. Sueſſion. n. 3.

Regiola. Vide *Regia*.

Regionarii, apud Papiam, *ſunt à Pontificibus conſtituti in Schola Notariorum & Subdiaconorum, quos licebat per abſentiam Pontificis in conventu ſedere Clericorum, & cæteros habere honores.* Honorius I. PP. Epiſt. 2. *Primogenitum itaque Subdiaconum & Regionarium noſtra Sedis, Gradenſi Eccleſia Epiſcopali ordine, cum*

pallii benedictione direximus conſecrandum. Regionarius *prima Sedis*, apud Aimoinum lib. 2. Hiſt. cap. 17. *Regionarius Romanæ urbis*, in Vita Ludovici Pii an. 835. *Theophanius Regionarius*, apud Anaſtaſium in Conſtantino PP. p. 65. Ita *Regionarius* nudè apud Gregorium M. lib. 7. Indict. 1. Epiſt. 5. Joannes Diaconus lib. 1. Vitæ ejuſdem S. Gregorii, Gordianum ejuſdem patrem, *Regionarium* nuncupat. Sed cum is titulus *Notariis, Diaconis, Subdiaconis, & Defenſoribus* conveniat, quærunt viri docti cui harum dignitati nudus *Regionarii* titulus competierit. Vide Baronium an. 598. n. 16.

Regionarii, ejuſdem regionis ac provinciæ, in Miraculis S. Eutropii Epiſcopi Santonenſis n. 33.

REGISTRUM. Vide *Regeſtum*.

REGIUM. Lucius III. PP. apud Gregorium lib. 3. tit. 38. cap. 23. *Quoniam Advocati Eccleſiarum vel Advocationis, donationis vel emptionis titulo, aliiſque pro ſua voluntate contractibus in alios transferre præſumunt, ſodrum, albergarias, regium, & ſimilia, tanquam à proprus ruſticis extorquentes*, &c. Ubi Gloſſa *Regium*, tributum Regi debitum interpretatur. Vide *Regalia*.

REGMENTA, Ludi ſpecies. Vide in *Irica*.

REGNIFICARE, in Regem conſtituere. Utitur Lucifer Calaritanus lib. de Regibus Apoſtaticis.

REGNUM, Corona regalis. Geſta Conſtantini M. p. 483. *Juſſit eos ſecum prandere, — & ſingula lecta eis ſterni; in uno lecto juſſit ad capite Regnum poni*. Anaſtaſius in Conſtantino PP. de Tiberio Imperatore eundem Pontificem Conſtantinopoli excipiente: *In die autem qua ſe vicem viderunt, Auguſtus Chriſtianiſſimus cum regno in capite ſeſe proſtravit, pedes oſculans Pontificis*. De corona Imperiali intelligendus etiam, ni fallor, idem Anaſtaſius in Theodoro PP. de quodam Mauricio Chartulario antarta; *quia ſibi regnum imponere voluiſſet*, ſeu ut alii emendant, *quia affirmabat eum ſibi regnum imponere velle*. Et in Adeodato PP. *Mezzetius, qui erat & in Sicilia cum exercitu Orientali, intartizavit, & arripuit regnum*, id eſt coronam Imperialem. Idem denique Anaſtaſius in Hormiſda PP. *Eodem tempore venit regnum cum gemmis pretioſis à Rege Francorum Clodoveo Chriſtiano donum B. Petro Apoſtolo*. Hincmarus Remenſis in Vita S. Remigii: *Chlodowicus Rex glorioſus coronam auream cum gemmis, quæ Regnum appellari ſolet, B. Petro, ſancto Remigio ſuggerente, direxit*. Eadem pene habet Flodoardus lib. 1. Hiſt. Remenſis cap. 15. Atque, ut par eſt credere,

Exinde Pontifices Romani in publicis ceremoniis hac corona à Chlodovæo ſibi indulta uti cœpere, quam *Coronam Imperialem* vocat Durandus lib. 3. Ration. c. 13. n. 8. *Romanus Pontifex in ſignum imperii utitur regno, id eſt corona Imperiali: & in ſignum Pontificii utitur mitra, ſed mitrâ ſemper utitur & ubique, regno verò non ſemper: — nam eo non utitur niſi certis diebus & locis, nunquam intra Eccleſiam, ſed extra*. Bruno Signienſis Epiſcopus de Veſtimentis Epiſcop. *Summus autem Pontifex propter hoc & regnum portat, ſic enim vocatur, & purpura utitur, non per ſignificationem, ut puto, ſed quia Conſtantinus Imperator olim B. Silveſtro omnia Romani Imperii inſignia tradidit*.

Coronæ iſtius Pontificiæ formam deſcribunt Acta Alexandri III. PP. apud Baronium an. 1159. de Hadriano IV. *Conſecratus eſt in Summum Pontificem, & ſecundum ſolitum Eccleſiæ morem Regno de more inſignitus, mitra turbinata ſcilicet cum corona*. Eadem Acta de ipſo Alexandro an. 1178. *Et in Paſcha regnum ſolenniter induit*. Adde Epiſt. ejuſdem Pontificis. Ejuſmodi porro fuiſſe formæ *Camelaucium* Conſtantinianeum, *Coronam* ſcilicet cum *mitra* quæ caput operiret, fuſè docuimus in Diſſert. 24. ad Joinvillam. Sed poſtmodum *Regnum Pontificium* triplici corona adornatum eſt. Ceremoniale Roman. lib. 1. *Tiaram, quod Regnum appellant, & triplici corona ornatum Pontificis capiti imponunt*. Et lib. 3. *Eſt præterea tiara triplici corona ornata, quod Regnum appellatur, per quam ſignificatur Sacerdotalis & Imperialis ſumma dignitas atque poteſtas: hac tiara utitur Pontifex in maximis ſolennitatibus eundo ad Eccleſiam & redeundo: ſed nunquam illa utitur in divinis*. Neſcio an *Regnum*, ſeu Coronam Papalem, an verò mitram ipſam Pontificiam intelligat Petrus Damiani lib. 2. Epiſt... *Tædet cætera vanitatis attexere, non ridenda, ſed gemenda ridicula, — Papales ſcilicet infulas, gemmis micantibus, aureiſque bratteolis per diverſa loca corruptas*.

Regnum, Corona penſilis ſupra altaria, in ædibus ſacris. Anaſtaſius in Leone III. PP. *Fecit iſdem Beatiſſimus Pontifex in baſilica B. Andreæ ubi ſupra, regnum ex auro puriſſimo cum gemmis pretioſis penſ. libras 2. & uncias quinque*. Ibidem: *Fecit regnum ex auro puriſſimo pendens ſuper altare majus ex gemmis pretioſis ornatum*. Rurſum: *Regnum Spanocliſtum ex auro puriſſimo cum cruce in medio pendens ſuper altare*. Adde p. 150. Denique ſub finem vitæ ejuſdem Leonis: *Regnum ſuper altare ex auro puriſſimo diverſis ornatum lapidibus pretioſis penſ. libr. 2. uncias 6*. In Gregorio IV. *Regnum aureum unum, quod uſque hodie ſuper altare dependet*, &c. Ita alibi non ſemel hac notione p. 174. 184. 188. 191. 193. & Gulielmus Bibliothecarius in Stephano VI. p. 236. De ejuſmodi coronis ſuper altaria appenſis pluribus egimus in Deſcriptione ædis Sophianæ n. 43.

Regnum, pro Ducatu, ſeu provincia Ducis. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 10. §. 1. *Si quis filius Ducis tam ſuperbus vel ſtultus fuerit, ut patrem ſuum dehoneſtare voluerit, — vel regnum ejus auferre ab eo*. Decreta Taſſilonis Ducis Bajwariæ apud Caniſium & alios: *In anno 22. regni religioſiſſimi Ducis Taſſilonis gentis Bajwariorum*, &c.

Regnum appellatur in Miſſa Mozarabum una è partibus hoſtiæ, quam in novem partes frangit Sacerdos ſacra faciens. Vide Cardinalem Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 11. n. 5.

Regnorum liber, qui vulgò *Regum*, dicitur paſſim Tertulliano, Cypriano, Auguſtino, Lucifero Calaritano, & aliis.

REGRADATIO, καταβιβασμός, in Gloſſis Gr. Lat. pœna dignitatis, civilis, & canonica, cùm quis à gradu dignitatis dejicitur. Vide Cujacium ad lib. 12. Cod. tit. 17. l. 3. & Henricum Valeſium ad lib. 15. Ammiani. De Regradatione ſeu retruſione in ultimum locum (pœna ſcilicet Canonica,) agunt Gregorius M. lib. 1. Ep. 81. Innocentius III. lib. 2. Ep. 11. can. *Presbyter* 82. diſt. can. *Præcipimus* 95. diſt. can. *Mandamus* §. 19. qu. 3. cap. *Inter dilectos*, de Ætate & qualit. cap. *Licet quibuſdam*, de Regular. Goffridus Vind. lib. 2. Ep. 12. Stephanus Tornac. Epiſt. 17. Hugo Flaviniac. p. 181. &c. Obtinuit etiam ea inter Monachos. Vide Nomaſticum Ciſtercienſe p. 310. 315. 316. 324. 338. 339. 340. &c. & Guigonem II. Priorem Cartuſienſem in Statutis ejuſdem Ordinis cap. 77.

REGRATARII, *Regratatores*, qui res emunt, ut poſſint poſtea pluris vendere, & aliquid de juſto & ſolito earum pretio inſuper corradere, unde vocabuli etymon, quod fruſtra ab Anglico deducit Skeneus: noſtris enim *corradere*, *Regrater* dicitur. *Dardanarii* videntur appellari in Jure civili: *Ultimi negotiatores*, in l. 6. Cod. de Dignitatibus: παλιγκάπηλοι Græcis, & [illegible] Philoſtrato lib. 4. de Vita Apollonii, qui à primis mercatoribus, qui ἔμποροι, & μεγαλέμποροι iiſdem nuncupantur, ſumunt quod aliis vendant: *Regratiers publics*, in Conſuet. Arvern. cap. 3. art. 2. Charta Ludovici VII. pro Aurelianenſibus an. 1178. *Regratarii non emant victualia infra Banlivam, & vendant Aurelianis*. De *Regratariis* agunt præterea Statuta Gildæ Scoticæ c. 28. Iter Camerarii Scotici c. 20. Leges Burgorum Scoticorum, c. 72. Cowellus lib. 4. Inſtit. Jur. Anglic. tit. 18. §. ult. Raſtallus verbo *Regrater*, &c.

REGRATIARE, Gratias agere, apud Thomam Archid. in Hiſt. Salonitana c. 50.

REGUAITA. Vide *Wacta*.

REGULA, Canon, exactio, penſitatio. Charta Athanaſii III. Epiſcopi Neapolitani ſub an. 937. *Ut nullam regulam, nullumque cenſum, neque aliam conditionem in eodem Monaſterio S. Severini aliquando haberet.* Infra: *Sint omni cenſu vel regula, omnique conditione*, &c.

REGULA, pro *Necrologio*. Hinc in Regula inſcribi, idem valet ac in Necrologio, quod in omnibus fere Monaſteriis, maximè Benedictini Ordinis, idem Codex & Martyrologium, & Regulam, & Necrologium contineret, & ex iis quotidie in Capitulo aliquid Monachis prælegeretur: ex Martyrologio, ut oratio ſancti diceretur: ex Regula, ut memoriæ mandaretur: ex Necrologio verò, ut pro defunctis hac die tum Monachis, tum aliis in ſocietatem beneficiorum adſcitis oraretur: defunctorum enim & benefactorum nomina referebantur in eum codicem, ut pro iis obituum diebus preces ab omnibus funderentur. Capitulare Aquiſgranenſe an. 817. c. 69. *Ut ad Capitulum primitus Martyrologium legatur, & dicatur verſus, deinde Regula, aut Homelia qualibet legatur.* Hinc *Annotatio nominum in Regula*, in Charta an. 1177. apud Buzelinum lib. 2. Gallo Fl. cap. 23. Bernardus Mon. in Conſuet. Cluniac. MSS. c. 76. §. 41. *Et ſic pro omnibus fit unum officium cum generali Miſſa, & cæteris quæ fieri ſolent pro noſtris, excepta prebenda, & brevium tranſmiſſione, ac regula annotatione.* Martyrol. Corbeienſe: *Deinde tricenarius cum ſeptenario, & ab uno quoque Sacerdote Miſſa pro eo dicitur, & ab aliis 30. Pſalmi. In regula ponitur.* Alibi: *Habeant officium, & ſeptenarium, & tricenarium, & annotationem in regula.* Hiſtoria de Fratribus Conſcriptis to. 2. Alamann. Goldaſti, de anniverſario: *Hoc quoque in noſtra regula placuit nobis conſcribi, ut nunquam vel oblivio vel negligentia valeat prætermitti.* Cardinalis Bona lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 14. n. 2. ait in Monaſteriis viguiſſe hunc morem, & in pleriſque adhuc manere, ut mitterent ſibi invicem fratrum, amicorum, & benefactorum defunctorum nomina, ut diptychis inſcriberentur: poſtquam verò diptychorum uſus deſiit, in libro quem Necrologium vocabant, ea deſcripta, & quotidie poſt lectionem Martyrologii ex ipſo codice eorum nomina lecta, qui ipſa die obierant, & pro ipſis Pſalmum *De profundis* cum oratione competenti decantari ſolitum, ſicut hodie fit in pleriſque Monaſteriis. Cujus quidem conſuetudinis exempla varia ſuggerit Bonifacius Moguntin. Ep. 24. 62. 84. 95. 106. Vide Chronicon Andrenſe pag. 487. & Haeftenum lib. 8. Diſquiſ. Monaſt. tract. 1. diſq. 6. §. 3.

Regula, idem quod *Canon pœnitentialis*, in Capitulis Aithonis Epiſcopi Baſileenſis c. 6. Leo IV. PP. in Epiſt. ad Epiſcopos Britanniæ c. 4. *Qui divinationes expetunt, & morem gentilium ſubſequuntur, — ſub regula quinquennii jaceant*, i. quinque annorum pœnitentiæ.

Regula ſancta, eadem quæ S. Benedicti. Vita S. Præjecti: *Monaſterium conſtruens, ſub norma ſancta Regula ibidem conſtituit virgines.* Charta Ludovici Pii pro Monaſterio Foſſatenſi in Tabulario ejuſd. Monaſt. t. 7. *Ubi olim Monachi ſub ſancta Regula deguerunt.* Infra, *Regula S. Benedicti* dicitur. Ita Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 11. Paſchaſius Radbertus in Epitaph. Vualæ l. 2. c. 21. Vita Eigilis Abb. Fuld. n. 6. 21. edit. Mabillonii, idem Eigil. in Vita S. Sturmii n. 20. Siſnaudus Epiſcopus Irienſis in Charta æræ 952. apud *Yepez* to. 4. &c. Id multis vir doctiſſimus probavit D. Philipp. *Baſtide* Benedictinus in Diſſert. de Antiqua Ord. S. Benedicti propagatione cap. 7. & ante eum Sandovallius de Prælio Clavigenſi p. 194. 195. Charta ſcripta an. 20. Ludovici IV. Regis Franc. in Tabulario Conchenſi in Ruthenis n. 6. *Degentes ſub Regula S. Benedicti, qui Domino ſedulò famulare videntur propter hanc regulam ſanctitatis.* Vide Appendicem ad Capitul. p. 1421.

Regula ſanctorum Patrum, SS. Benedicti ſcilicet & Columbani. Vide eundem Baſtidam cap. 8. & Jo. *Gloſſar. Pars III.*

Mabillonium in Præfat. ad 4. tomum Vitar. SS. Ord. S. Benedicti n. 37.

REGULARE, Componere, ordinare, res ad *regulam* & amuſſim exigere, Gall. *Regler*. Gloſſæ Gr. Lat. κανονίζω, *Regulor*. Epiſtola Theonæ Epiſcopi de Officiis Palatinis: *Sed quia, ut ſentio, diverſis officiis eſtis adſcripti, & omnium tu, Luciane, præpoſitus diceris, quos omnes gratia Dei conceſſa potens es & regulare, & inſtruere*, &c. Synodus Beneventana an. 1059. *Et quia erat Mathematicus, ab omni altaris miniſterio depoſitus, in poteſtate Abbatis eſt ad regulandum & corrigendum datus.* Thomas Walſinghamus an. 1389. *Ecce noſtis quod diu regulatus fuerim per tutores, nec licuit mihi quidquam vel minimum facere ſine illis*, &c. Jo. Forteſcutus de Legibus Angliæ cap. 6. *Sic & Principi, filium ſuum, qui poſt eum populum regulabit, legibus inſtrui, dum minor eſt, convenit.* Utitur cap. 17. & alibi non ſemel, Hinc

Regulatores, in Italia dicti Rectores Communiarum, qui rem publicam componunt, regunt, &c. in Compoto Theſaurariæ urbis Bononiæ in Italia an. 1364. ex Bibl. Regia.

Regulare, Lineas in charta ducere, exarare, quomodo *Regler du papier* dicimus. Guigo I. in Statutis Cartuſianor. cap. 28. §. 2. *Scriptorium, pennas, cretam, pumices duos, — novaculas ſive raſoria duo, punctorium unum, ſubulam unam, plumbum, regulam, poſtem ad regulandum, tabulas, graphium*, &c.

REGULALES. Anaſtaſius in Stephano IV. PP. pag. 96. *Fecit enim & tres regulares argenteos ſuper rugas per quas ingrediuntur ad altare, ubi imagines in frontiſpicio conſtituta ſunt.* In Hadriano pag. 112. *Fecit etiam ter beatitudo ejus imagines ſex ex laminis argenteis inveſtitas; ex quibus tres poſuit ſuper rugas, qui ſunt in introitu Eccleſia Preſbyterii, ubi & regularem ex argento inveſtito fecit, & poſuit ſuper eundem regularem præfatas tres imagines.* Mox: *In ſuperiori verò ruga, id eſt in medio Preſbyterii faciens alium regularem ex argento inveſtito, conſtituit ſuper eum reliquas tres imagines*, &c. In Leone III. pag. 128. *Fecit & columnas argenteas ſex, & regulares duos ex argento puriſſimo penſ.* &c. Pag. 134. *Atque regularem ibi ſuperinveſtitum ex argento puriſſimo, & ſuper ipſum regularem poſuit arcum, & gammadias ex argento, — necnon & imagines tres*, &c. Pag. 135. *Vela modica de ſtauracı quatuor quæ pendent in regulari ante imagines — fecit ubi ſupra ad Fontes vela Tyria tria quæ pendent in regularem ante imagines*, &c. In Paſchali pag. 149. *Ubi etiam regularem ordinavit, quem laminis argenteis ſuperinduxit penſ. libr. 20. ſuper quem conſtituit arcus duos de argento, & gammadias quatuor*, &c. Pag. 152. *Fecit etiam ante veſtibulum altaris regularem inveſtitum ex laminis argenteis, — ubi & poſuit arcum unum & gammadias*, &c. Ex prædictis Bulengerus, & ex eo Ludovicus *de la Cerda Regulares* fuiſſe exiſtimat virgas ligneas aut æreas, quibus vela adducebantur aut reducebantur: quæ quidem ſententia quam à vero abſit ex eo patet, quod Regulares dicantur ſuſtinuiſſe imagines, arcus, & alia ornamenta, & ad eos appenſa interdum fuiſſe vela, quæ etiam imagines inibi ſtantes velarent: tametſi haud omnino proclive ſit divinare quid fuerint. Id conſtat Regulares verſus Preſbyterium fuiſſe, quo fere loco *rugæ* erant, ita ut ferme eo conceſſerim ut Regulares fuiſſe putem, quod Græci κάγκελα vocant, *Cancellos fuſiles* Leo Oſtienſis: cùm etiam ad cancellos altaris vela appenderentur. Iſidorus lib. 16. cap. 19. & ex eo Papias: *Regulare æs, dicitur quod ab aliis ductile appellatur, quale omne Cyprium eſt. Ductile verò dicitur quod malleis producatur: ſicut contra fuſile, quia funditur. Regula æris*, apud Warnefridum de Geſtis Longobard. lib. 3. cap. 4. Vide noſtram Deſcriptionem Ædis Sophianæ n. 70.

Regulares, apud *Compotiſtas*, ſeu computi Eccleſiaſtici conditores, alii ſunt *ſolares*, alii *lunares*. *Regularis ſolis*, eſt numerus invariabilis datus menſi, qui adjun-

ctus concurrentis, declarat, qua feria ſeptimanæ quilibet
menſis intret, cujus fuerit regularis: Diciturque Re-
gularis à Regula, quia invariabilis eſt. Habent porro
ortum Regulares à Martio, &c. Hæc pluribus exequun-
tur *Computiſtæ*, ac in primis Fulbertus Carnotenſis in
Computo, Honorius Auguſtod. lib. 2. de Imag. mun-
di cap. 81. 89. Durandus lib. 8. Rational. cap. 5. n.
5. & Joſephus Scaliger de Emendat. temp. lib. 7. pag.
749. & 777. qui obſervat Regularium doctrinam nunc
eſſe ſuperfluam, cum via ad inveniendum ferias longè
expeditior ſit per cyclum Romanum, ſeu per literas
dominicales. Vide Rupertum lib. de Divinis Offic. c.
16. Florentinum Wigorn. an. 415. & Petavium in Au-
ctario lib. 8. c. 7. 8.

Regularis lunaris, eſt numerus invariabilis datus menſi ad
inveniendum Lunam in Kalendis menſium ſingulorum.
Vide eundem Durandum lib. 8. cap. 8. Ex Cod. MS.
Victorino ſequentia exſcripſimus.

Regulares ad feriam Kalendarum inveniendam.

Martius	V.	Dies XXXI.	*Martius in quinque,*
Aprilis	I.	Dies XXX.	*Dux eſt Aprilis in aſſe.*
Maius	III.	Dies XXXI.	*Maius tres rapuit,*
Junius	VI.	Dies XXX.	*Junius ſex modo redemit.*
Julius	I.	Dies XXXI.	*Julius eſſe labat,*
Auguſtus	IIII.	Dies XXXI.	*Auguſtus quatuor extat.*
Septemb.	VII.	Dies XXX.	*September ſeptem capit.*
Octob.	II.	Dies XXXI.	*Octoberque gemelle.*
Novemb.	V.	Dies XXX.	*Quinque November habet.*
Decemb.	VII.	Dies XXXI.	*Septem December adauget.*
Januar.	III.	Dies XXX.	*Janus tres rapuit,*
Febr.	VI.	Dies XVIII.	*Februus ſex modo recepit.*

Regulares ad Lunam Kalendarum inveniendam.

Septemb.	V.	LXXX.	*September quinis.*
Octob.	V.	LXXIX.	*October conſocialis.*
Novemb.	VII.	LXXX.	*Inde November habet ſeptem,*
Decemb.	VII.	LXXIX.	*Septemque December.*
Januar.	IX.	LXXX.	*Janus cum ternis ludit,*
Februar.	X.	LXXIX.	*Februuſque Decenni.*
Martius.	IX.	LXXX.	*Marſque novem pugnat.*
Aprilis.	X.	LXXIX.	*Denis Aprilis abundat.*
Maius.	XI.	LXXX.	*Maius in undenis.*
Junius.	XII.	LXXIX.	*Et Junius in duodenis.*
Julius.	XIII.	LXXX.	*Julius in tredecim.*
Auguſtus.	XIV.	LXXIX.	*Poſt Auguſtus & aſſim.*

Verſus alii in eodem Cod.

Quem feriæ numerum ſignaverit F. elementum,
Ille ſit illa tibi concurrens illius anni.

Vel ſic,

D. capiat ternos, F. unum, Eque quaternos,
A. ſix, F. binos, G. ſeptem, B. quoque quinos.

Regulares literæ, vel Epiſtolæ. Vide *Canonicæ Epiſtolæ.*

Regularis inſtitutio. Vide *Canonicus.*

REGULARIA. Charta Guillelmi Laudunenſis Epiſcopi,
apud Ducheſnium in probat. Hiſt. Guinenſis p. 378.
*Item terragia regulariarum & paſturagiorum in territorio
de Laval, quando excoluntur.*

REGULATORES. Vide *Regulare.*

REGULUS, Filius Regis, Υἱὸς βασιλέως, in Gloſſ. Gr.
Lat. Gloſſæ MSS. *Regius puer, Regis filius, vel qui
de Rege vel à Rege derivatus.* Atque ita fortè ſunt *Re-
guli* apud Ammianum lib. 18. quos Reges potentiori-
bus Regibus obnoxios fuiſſe cenſet Henricus Vale-
ſius.

Regulus, & *Subregulus*, ſæpe occurrunt in Conciliis An-
glo-Saxonicis, priore voce *Comitem*, altera *Vicecomitem* de-
notantibus. Tabular. Wigorn. Eccl. *Ego Uthredus Deo
donante Regulus Wicciorum conceſſi fratribus Deo ſervien-
tibus in Monaſterio Wigornienſi, licentia Offæ Regis
Merciorum, Stoke,* &c. Scripta verò hæc donatio an.
770. ita ſubſcribitur: *Offa Rex Merciorum, Mildre-
dus Wicciorum Epiſcopus, Uthredus Regulus, Aldredus
Subregulus, fratres.* Et in Charta Offæ Regis an. 786.
ſubſcribunt *Offa Rex, Uthredus Subregulus Wigorniæ
civitatis.* Ex alia tamen Charta *Subregulus* videtur
idem eſſe cum *Comite*: *Æthelred Rex Merciorum cum
Comite Subregulo Hwicciorum Oſbere.* Flor. Wigornienſi
an. 1066. *Haraldus Godwini Ducis filius Subregulus*
dicitur. Et in Charta Eadwi Regis Angl. de 5. *Caſſa-
tis* datis Eccleſiæ Wigornienſi, ſubſcribunt poſt Regem
& Epiſcopos, *Aſt Regulus, Eadgar Regulus, Mor-
gant Regulus, Eadmund, Athelmund, Albera, Duces,*
&c. In Charta Athelſtani Regis in Monaſtico Anglic.
to. 3. p. 130. ſubſcribunt poſt *Archiepiſcopos*, & ante *Epi-
ſcopos, Duces*, & *Miniſtros*, tres proceres cum *Subregulo-
rum* appellatione. Regulos etiam Comitibus præponit
Concil. Caſſilienſe in Hibernia an. 1172. c. 4. *Nec Reguli,
Comites, nec aliqui potentes viri Hiberniæ, nec eorum
filii,* &c. His igitur locis *Subreguli* videntur, qui ho-
diè *Vicereges*, vel certè potioris fuiſſe dignitatis quàm
Comites. Gloſſæ antiquæ MSS. *Regulus, ſecundus à
Rege.* Videntur autem *Subreguli* iſti appellati lingua Sa-
xonica half-kinc, id eſt *Semireges.* Vide Monaſti-
cum Anglic. to. 1. p. 231. Seldenum de Titulis honor.
p. 603. & infra in *Subregulus.*

REHALTO, in Charta Rainaldi Epiſcopi Noviomenſis
an. 1177. Vide in *Groinum.*

REIA, Modus agri proſciſſus, ex Gallico *Raye*, ſeu ut
Picardi efferunt, *Roie.* Tabularium Prioratus Lewen-
ſis in Anglia p. 21. *Omnis Lanceta, omnis Toftman, &
omnis Molman, qui non ſedet ſuper Ogeland, debent
ſpargere unam reiam de fiens*, id eſt ſtercorare debet
unam ſtrigam, ſeu verſum, Gallicè, *Ils doivent eſpan-
dre du fumier ſur une raie de terre.* Vide *Rega.*

REICULA. Vide *Recula.*

REIPUS, *Reiphus, Reippus, pretium emptionis viduæ ma-
trimonii cauſa*, in Gloſſ. ad tit. Legis Salicæ 46. qui
inſcribitur de *Reippus*, & in quo agitur de matrimonio
viduæ. Wendelinus *iteratum matrimonium* vertit, att-
que *iphus*, idipſum eſſe quod *Efa*, matrimonium, de
qua voce egimus ſuo loco.

REISA, *Reyſa, & Reſa*, Iter, ex Theutonico, *Reyſe*
iter, unde *Reyſen*, iter facere: vel ex Saxonico, ꞃæꞅe,
curſus, impetus, præcipitium. Miracula S. Catharinæ
Suecicæ: *Equum aſcendit, — & reſam ſuam ſine om-
ni difficultate perfecit.*

Maximè verò hæc vox uſurpatur pro expeditione,
atque adeo excurſione militari. Conſtitutio Friderici
I. Imp. an. 1187. apud Conradum Urſpergenſem: *Si in
reiſa alicujus Domini, cum ipſo Domino cujus eſt reiſa,
aliquis fuerit, qui, ut ſæpius contingit, incendium fece-
rit, Dominus ipſe cujus eſt reiſa, jurabit ſuper Reli-
quias quod non fecerit conſcientia vel mandato, vel volunta-
te ſua.* Joan. à Leidis lib. 22. cap. 2. *Otto Epiſcopus
Trajectenſis de reiſa & profectione Hieroſolymitana rever-
ſus,* &c. Hiſtoria Archiepiſcop. Bremenſium an. 1350.
*Deinde in craſtina Gervaſii & Protaſii Bremenſes rei-
ſam facientes in Comitia, Gerardus Comes inſecutus
fuerat eos,* &c. Charta Henrici Magnopolenſis &
Stadgardiæ Domini an. 1323. apud Iſaacum Pontanum
lib. 7. Rer. Danicar. *Servitia etiam ad quæ ipſis Do-
minis noſtris Regibus, & eorum ſucceſſoribus in Ale-
mannia, ut præmiſſum eſt, ſumus obligati, etiam infra
ſex ſeptimanas ab intimatione nobis & heredibus noſtris
facta, prompta eſſe debeant & parata: ipſi verò Reges,
& eorum in Regno Daciæ ſucceſſores, nobis & heredi-
bus noſtris parvos equos, quos nos vel homines noſtri in
ſervitio ipſorum, & quacunque parte maris amiſerimus
in eadem reiſa, perſolvent.* Vide Albericum in Chron.
an. 1234. Utuntur etiam noſtri ſcriptores. Olivarius
de la Marche: *Toſt aprés ceux de la verte tente & autres
Gandois firent une reſe ſur les marches de Hainaut.*
Willelmus de *Lannoy* Dom. de *Villerval* in ſua pere-
grinatione MS. *Je renonçay à l'ordene, par ce qu'il eſtoit*

lors aveni des Seigneurs de Pruſſe, où je aloie en leur armee, que on appeloit pour lors Reze. Alibi: *Les Seigneurs de Pruſſe firent reze ſur le Roy de Poullane.* Ex his emendandum Chronicon Senonienſe cap. 16. *Unde contigit Abbatem iſtum Monaſterii clauſtri Mediani Monaſteriis conſtangiis dictorum armatorum ita attritum; ut ab Imperatore ammonitus armatos in Reſam Principis mittere nequiret.* Perperam enim editum *Rhadam.*

Raiſa, eadem notione. Charta Conradi Ratiſbonenſis Epiſcopi an. 1205. in Metropoli Saliſburgenſi to. 1. p. 232. *Qui in alium ſine querimonia violenter per raiſam inſultum fecerit, damnum illatum integre reſtituat.* Adde p. 237.

Raiſgueldum, idem quod *Heribannum*, Mulcta irrogari ſolita ei qui in *raiſam* ſeu *reiſam*, id eſt exercitum, non pergit. Ita Aventinus.

REKETZ, Clauſtrum piſcinarium, in Legibus Hungaricis. Albertus Molnarus.

RELAMPTARE, Relucere, ex Gr. λάμπειν. Viſio Taionis Epiſcopi Cæſarauguſtani apud Garſiam Loyſam: *Ita ab inenarrabili lumine tota Eccleſia extitit perluſtrata, ut nec modicum quidem lucerent Eccleſiæ candelabra, ſimulque cum ipſo lumine una cum vocibus pſallentium & lampadibus relamptantium introire ſanctorum agmina,* &c. Iſidorus Pacenſis in Chron. æra 680. de eadem viſione: *Simulque cum ipſo lumine, una cum voce pſallentium & lampades relampantium introire ſanctorum agmina,* &c.

RELATIVE, ex alterius relatione, in Vita S. Antonini Martyris ſemel ac iterum, *Ut relativè fertur, Uti relativè percontantur.*

RELATORES, qui *querelam ad judices referunt*, in Capitulis Caroli M. lib. 2. c. 26. *Et quando aliquis ad nos neceſſitatis cauſa reclamaverit, ad eos poſſimus relatorum querelas ad definiendum remittere.*

RELATORIÆ, Apochæ, ſeu *Certificationes*, quæ navicularis dabantur, de relatis ac perlatis ſpeciebus, ab iis qui eas ſuſceperant: *Certificas des ports & voitures. Relatoria traditarum ſpecierum*, in l. 8. Cod. Th. de Navicular. quæ *Securitates* vocantur l. 21. & 26. eod. tit.

RELATORIUM, Relatio, narratio, in Concilio Bracarenſi I. ſub Pancratio primæ ſedis Bracarenſis Epiſcopo ſub an. 411. *Proficiſcatur unuſquiſque in locum ſuum, & conſortes fideles, corporaque ſanctorum honeſtè abſcondat, & de locis & ſpeluncis ubi poſita fuerint, relatorium nobis mittat, ne per curſum temporis in oblivionem veniant.*

RELATUM, Præceptum, *Ordonnance.* Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abbat. Corbeienſ. lib. 1. c. 26. *Quibus patratis, ſuis illa rebus exploſa, defenſor ille à ſenioribus populi relatum accepit, ne ulterius de his ulla rerum controverſia fieret.* Apud JC. *Relatio* eſt cùm ad Principem refertur, & apud Symmachum l. 1. Epiſt. 41. 44.

RELICTIO, Gurpitio, Gall. *Delaiſſement.* Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 45. *Fecit donum & relictionem de 2. caſalibus quos habebat,* &c. Ita etiam fol. 52. 59.

RELEGIUM, *Religium.* Charta Communiæ S. Richarii an. 1126. in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 135. *Jura noſtra, ſcilicet talliorem de exercitu regis, & paſtum ejuſdem, & menſuras, & religia nobis auferre conati ſunt.* Infra: *Et religia & communiam ſicut ante Communiam tenebamus.*

RELEVARE *feudum*, Pragmaticis Gallis, *Relever le fief.* eſt feudum caducum, vel poſſeſſoris morte in domini ſuperioris jus delapſum, illius conſenſu, & certâ & definitâ exſolutâ pecuniâ hæreditario jure adire, poſſidere: ſeu potiùs in feudi caduci poſſeſſionem à domino mitti. Quippe cùm ea primùm feudorum fuerit conditio, ut non niſi ad vitam & uſufructuario utenda à dominis concederentur, quâ finitâ in donatorum jus rurſum redibant, factum poſtea, & uſu tacito introductum, ut illa in hæredes tranſirent, domino ſuperiore ita contentiente, & caducam hæreditatem in eum transferente, exſoluto certo pretio, quo mediante, hæres caducum prædium relevabat. Lambertus Ardenſis p. 176. *Cùm igitur Arnoldus Markinenſis terram quæ in Minſter.o, ſive in Caſtellaria Brugenſium, & alia quæ in Ardea ex parte uxoris ſuæ Adelinæ ſibi à Balduino ſororio ſuo jam mortuo exciderant & contigerant, à jamdicta Flandriæ Comitiſſa repoſtularet, & relevare, uti adhuc moris eſt & conſuetudinis uſus, vellet,* &c.

Relevium, Cowelio lib. 2. Inſtit. Anglic. tit. 3. §. 17. 19. eſt ſervitus realis ſive patrimonialis, tam ad feudum militare, quàm ſoccagium ſpectans, qua feudatarius tenens per ſervitium militare, ſive mas, ſive fœmina, qui die mortis anteceſſoris ſui juſtam ætatem complevit (ille ſcilicet viceſimum primum, hæc decimum quartum annum) certam pecuniæ ſummam ſolvere tenetur. Qui verò per ſocam, id eſt per aratrum tenet, quidquid annui reditus domino pendit, tantumdem relevii nomine pendet, &c. Leges Malcolmi II Regis Scotiæ cap. 1. *Et ibi omnes Barones conceſſerunt ſibi wardam, & relevium, de hærede cujuſcunque Baronis defuncti ad ſuſtentationem Domini Regis.* Charta libertatum Angliæ Henrici I. *Si quis Baronum meorum ſeu Comitum, ſive aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit, hæres ſuus non redimet terram ſuam, ſicut faciebat in tempore fratris mei: ſed legitima & juſta relevatione relevabit eam. Similiter & homines Baronum meorum juſta & legitima relevatione relevabunt terras ſuas de Dominis ſuis.* Bracton lib. 2. tract. 1. cap. 36. §. 1. *Cùm homagia facta fuerint, & fidelitatis ſacramenta, ab illis qui plenæ ætatis extiterint, oportet ſtatim quod tenementum quod fuit in manibus anteceſſorum, & hæreditas quæ jacens fuit per eorum deceſſum, relevetur in manus hæredum, & propter talem relevationem facienda erit ab hæredibus quædam præſtatio, quæ dicitur Relevium, de feodis militariis & ſerjantiis, & aliis de quibus fit homagium, & regale ſervitium, vel de ſokagiis, de quibus jure nullum fieri debet homagium.* Charta Theodorici Comitis Flandriæ an. 1147. in Tabul. S. Bertini: *Necnon de eiſdem manſuris debitum quod vulgo Relief dicitur, quod in quinque ſolidis ab iis qui aliis morientibus in poſſeſſione ſuccedunt, dari ſtatutum eſt,* &c. Tabularium Majoris Monaſterii: *Juſtum eſſe ut relevaretur, quandoquidem eſſet defunctus.* Vide Regiam Majeſtat. lib. 2. cap. 68. 70. 71. 72. Bractonum loco laudato, Brodæum in Conſuetud. Pariſienſem art. 47. & cæteros Practicos.

Relevium rationabile, & *legitimum*, dicitur illud quod à Lege ſtatutum, vel Conſuetudine inductum eſt, ut diſtinguatur ab eo *Relevio* quod à domini arbitrio pendet, quod *Relief à mercy* vocant. *Legitima & juſta relevatio*, in Charta Henrici I. Regis Angl. an. 1100. & *antiquum relevium* appellatur in Charta Magna Henrici III. in Legibus Kanuti Regis cap. 97 *Juſta relevatio, quæ Anglicè vocatur Hereget.* Ejuſmodi ſunt relevia apud Anglos, de quibus in Charta Joannis Regis de libertatibus Angliæ apud Matth. Paris an. 1215. pag. 178. *Si quis Comitum vel Baronum noſtrorum ſive aliorum tenentium de nobis in capite per ſervitium Militare, mortuus fuerit, & cum deceſſerit, hæres ſuus plenæ ætatis fuerit, & relevium debeat, habeat hæreditatem ſuam per antiquum relevium: ſcilicet hæres vel hæredes Comitis de Baronia integra per centum libras; hæres vel hæredes Baronis de Baronia integra centum marcas; hæres vel hæredes Militis de feudo Militis integro per centum ſolidos ad plus; & qui minus debuerit, minus det ſecundum antiquam conſuetudinem feudorum.* Vide Glanvillam lib. 9. cap. 4.

Relevium Comitis, apud Anglos, quod ad Regem pertinebat, olim erat 8. equorum Ephippiatorum, & frenis inſtructorum, 4. loricarum, 4. helmorum, ſeu galearum, 4. ſcutorum, 4. haſtarum, & 4. gladio-

rum, præterea, 4. equorum venatoriorum & Palefri-
dorum frenis inſtructorum. Ita Leges Kanuti Regis cap.
97. Willelmi Nothi vernaculæ c. 22. & Henrici I.
c. 14.

Relevium Baronis, ſeu *Thaini*, 4. equi, duo ſellati
& 2. inſellati, & 2. gladii, & 4. lanceæ, & totidem ſcu-
ta, & galea cum lorica, & 50. marcæ auri.

Relevium Vavaſſoris, ſeu *mediocris Thaini*, equus
parentis, qualem habuit tempore mortis ſuæ, ejuſdem
lorica, helmus, ſcutum, lancea & gladius. Vide Le-
gem Longobard. lib. 3. tit. 8. §. 4.

Relevium villani, Melius animal quod habuerit is,
ſive equus ſit, ſive bos, ſive vacca, quo facto recipi-
tur villanus in franco plegio. Ita reddendum fuit ca-
put 29. Legum Vernacul. Willelmi Nothi. Vide *He-
reotum*.

Relevium feudi Militaris, ſeu quod debet ſervitium
integri Militis, eſt 100. ſol. quod dimidii, 50. ſol.
apud Littletonem ſect. 112. Vetus Conſuetudo Nor-
manniæ cap. 34. *Et ſi doit-on ſavoir que par toute Nor-
mandie relief eſt generalement determiné en fief de Han-
bert par quinze livres: en Baronie par cent livres: ès
terres gaennables eſt fait relief par douze deniers l'a-
cre.*

In pleriſque Conſuetudinibus municipalibus Galliæ
relevium feudorum in linea directa non exſolvitur: in
aliis, ut Ambianenſi art. 7. *relevium* eſt 60. ſoli-
dorum Pariſ. pro feudo plani hominii: 10. verò libra-
rum pro feudo quod in *Pariam* tenetur. At in collaterali
Relevium ferè ſemper eſt reditus feudi annualis.

Relevia denique ex peculiari feudi ſingularis condi-
tione diverſa quandoque ſunt, nec Legi municipali ob-
noxia. Alia enim debent pro relevio *Cyrogrillum*, ut
in Hiſt. Epiſcopor. Lodovenſium p. 138. alia *ſoleas fer-
reas*, in eadem Hiſt. p. 156. & Perticenſi p. 228. alia
accipitrem, apud Locrium in Chron. Belgico, & in
Hiſt. Lodov. p. 170. Alia *cervum*, in eadem Hiſt. p.
101. & apud Cironum lib. 1. Obſerv. Juris Canon. c.
5. Alia *calcaria aurea*, in Hiſt. Perticenſi p. 228. Tu-
renenſi p. 59. Alia *clypeum ceræ*, apud Sanjulianum in
Hiſt. Burgund. p. 250. 251. Alia *marcam argenti*,
apud Galandum de Franco Alodio p. 106.

Relevium ad miſericordiam, Gall. *Relief à mercy*,
quod domino præſtatur ab hærede ad rehabendum
feudum paternum, ad ejus arbitrium, quæ quidem
præſtatio ad annuum feudi reditum poſtea redacta eſt. *Re-
levoiſons à plaiſir*, in Conſuetud. Aurelianenſi art. 115.
116. 121. 122. Vide Chartam Baronum Pictavienſium
an. 1269. apud Galandum de Franco alodio p. 67. ubi
p. 68. pro, *de leurs doubles*, emendandum ex origina-
li, *Cens doublez*; & pag. 69. *Aucuns des ſongiez*, le-
gendum, *Subjects ſans moyen.*

Relevagium. Idem quod *Relevium*. Charta Roberti Ad-
vocati Atrebatenſis an. 1245. apud Lindanum in Tene
ræmunda: *Et omnia jura quæ habere debet dicta Eccle-
ſia Cameracenſis in introitibus, exitibus, venditionibus,
& emptionibus, & relevagiis omnium terrarum, & alio-
rum quorumcunque in tenemento ſuo*, &c.

Relevamen, eadem pariter notione. Charta Balduini Co-
mitis Flandriæ an. 1201. in Tabulario S. Bertini: *De
eiſdem manſuris relevamen 5. ſolidorum.* Vide *Rache-
tum*.

Relevamentum, *Relevement*, in Conſuet. Lotharena tit.
16. art. 9. Domeſday: *Quod Thainus vel Miles Regis
dominicus moriens pro relevamento dimittebat Regi omnia
arma ſua, & equum unum cum ſella, alium ſine ſella;
quod ſi eſſent ei canes vel accipitres, præſtabantur Regi
ut ſi vellet acciperet.* Vide *Hereotum*. Tabularium
Vindocinenſe ch. 53. *Notum ſit quod manſuram
quam dedit nobis D. Otbertus moriens apud Vindocinum
calumniatus eſt nobis Gaufredus de Turniaco, dicens nos
debere relevamentum dare ſecundum pretium terræ, &
habere Vicarium in ea; ſed cum veniremus ad judicium,
diſſertum eſt & definitum relevamentum illius terræ non
eſſe niſi de pretio 100. ſolidorum, id eſt 8. ſolidos & 4.
denarios, nec debere eſſe in ea Vicarium. Actum anno*
1071. Vide Notas ad Vitam B. Bernardi Abbatis Tiro-
nenſis p. 273.

Relevatio. Tabularium Vindocinenſe ch. 1038. *Nihil de
relevatione ultra 15. ſolidos exigendo.* Charta Henrici
I. Regis Angl. an. 1100. *Si quis Baronum meorum,
Comitum, vel aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit,
hæres ſuus non redimet terram ſuam, ſicut facere con-
ſueverat tempore patris mei, ſed juſta & legitima rele-
vatione relevabit eam.* Radulfus de Diceto an. 1137. *A
Militaribus viris homagia, relevationes; ab hominibus in-
ferioris manus fidelitates extorſit.* Sugerius Epiſt. 57. ad
Regem Ludovicum: *Cauſas & placita veſtra, tallias &
feodorum relevationes, victualia etiam, ſperantes in reditu
veſtro, reſervamus. Relevoiſon*, in Conſuet. Aurelian.
art. 281. Monſtrolienſi art. 8. Vimacenſi art. 1. Nor-
mannica cap. 31. 33. 34. 35.

Relevatio, Hora qua Monachi è lecto exurgunt:
Heure de relevée appellamus horam pomeridianam, qua
ex *ſomno meridiano* exurgi ſolet. Miracula S. Aigulfi
Abb. Lerin. cap. 6. *Poſtea relevatio pulſatur*, &c.

Relevatio monetæ. Vide *Moneta*.

Relicta, & *Derelicta*, Vidua. Gloſſ. Saxon. *Dereli-
cta*, lay, vel ꝼoplæten ƿ.ꝼ. id eſt *vidua*, vel *vidua
relicta*. *Relicte* in Conſuetudine Calniacenſi art. 25. Lu-
pus Ferrar. Epiſt. 119. *Relicta memorati viri*, &c. Oc-
currit in Concilio Epaonenſi c. 30. Agathenſi c. 61.
Arvernenſi c. 12. Aurelianenſi III. c. 10. Autiſiodor.
c. 22. 29. in Chronico Reicherſp. p. 83. 189. apud
Gregorium M lib. 5. Epiſt. 37. Leonem Oſt. lib. 2.
c. 9. & alios paſſim.

Licta, pro *Relicta*, vidua. Vetus Epitaphium in Eccleſia
S. Mariæ *de Samacs* Barenſi apud Beatillum lib. 1.
Hiſt Barenſis:

Hic pia licta jacet, meritis generoſaque valde,
Barde ſublimis juncta . . . .
Da proli terra, Chriſte Deus requiem. Mo. 5.

Relioio, Vita Monaſtica, ſeu voto, ut vulgo dicimus,
religionis adſtricta. Salvianus lib. 5. ad Eccleſ. Cathol.
*Illud durius ac moleſtius, quod quidam, ut arbitror,
filiorum suorum ſub religionis titulo à religione diſſen-
tiunt, & habitu magis ſeculum relinquunt, quàm ſenſu.*
Eodem libro: *Licet de converſorum venerabili choro
eſſe videaris, licet religionem veſtibus ſimules*, &c. Za-
chæus in Conſultat. lib. 3. c. 3. de Continentibus: *Fi-
des calida eſt, non tamen fervens, & mens religioſa,
non religioni penitus addicta. Religionem ſuſcipere* in ve-
teri Epitaphio, Lugduni: *In hoc tumulo conditur bonæ
memoriæ Severianus, qui religionem devota mente ſuſcepit,
ſic quem anima ad auctorem Dominum remeante terrena
membra terris reliquit, exactis vitæ annis XXXII.
obiit pridie Idus Auguſtas, reſurgit in Chriſto Domino
noſtro poſt Conſulat. Longini bis & Fauſti.* Ulgerius
Scholaſticus, deinde Epiſcopus Andegav. in Epitaphio
Marbodi Epiſc.

Omnes perſonæ quæ ſunt in religione,
Ingemuere nimis planctibus & lacrymis.

Sugerius Abb. S. Dionyſii Epiſt. 163. *Hæc duo po-
tiſſimum amplexatus ſum, videlicet de ſtatuenda reli-
gione in B. Genovefæ Pariſienſis, & nobili Compendienſi
Eccleſia.* Hugo Flaviniac. in Chronico pag. 262. *De
Eccleſia S. Martini religionem exturbavit, & ſæculari-
tatem introduxit.*

Religio, pro *Religioſi*, ſeu potius *viri Eccleſiaſtici*. Con-
firmatio manumiſſionis ſervi factæ à Remigio Archiep.
Lugdunenſi per Carolum Regem Burgundiæ filium
Lotharii Imp. to. 12. Spicilegii Acheriani: *Ut ſi quid
reliqui manumiſſi, qui à religionibus hoc modo noſcun-
tur eſſe relaxati atque ingenui*, &c. Adde S. Ferreo-
lum in Regula c. 5. S. Fructuoſum in Regula cap. 14.
&c.

Homo religionis, Religioſus. Liber Ordinis S. Victoris
Pariſienſis MS. cap. 18 *Hic admonere volumus nullo-*

modo licere homini religionis veſtimentum aliquod pro vilitate, id eſt nec pro forma, nec pro pretio reſpuere.

Religioſi, Voto religionis adſtricti. Salvianus lib. 5. de Gubern. Dei: *Multi etiam Religioſi, imò ſub ſpecie religionis vitiis ſecularibus mancipati: qui ſcilicet poſt veterum flagitiorum probroſa crimina, titulo ſanctitatis ſibimet inſcripto, non converſatione alii, ſed profeſſione nomen tantum demutavere, non vitam: & ſummum divini cultus habitum magis quam actum exiſtimantes, veſtem tantummodo exuere, non mentem.* Idem in præfat. librorum ad Eccl. Cathol. *Idem morbus hic non ſecularium tantum eſt, ſed etiam eorum qui ſibi nomen religionis uſurpant.* Et l. 2. ad Eccleſ. Cathol: *Intelligant omnes Religioſi non ſatis ſe Deo reddere, etiamſi univerſas dederint facultates, quia licet ſua cuncta diſpenſent, ipſos ſe tamen debent.* Eodem lib. *Religio ſcientia eſt Dei, ac per hoc omnis Religioſus hoc ipſo quod religionem ſequitur, Dei ſe voluntatem noſſe teſtatur. Profeſſio itaque religionis non aufert debitum, ſed auget: quia aſſumptio religioſi nominis ſponſio eſt devotionis: ac per hoc tanto plus quiſpiam debet opere, quanto plus promiſerit profeſſione,* &c. Adde lib. 3. ubi de bonis religioſorum agit, & lib. 4. Concilium Toletanum IV. c. 53. *Religioſi propria regionis,* (fortè *Religionis*) *qui nec inter Clericos, nec inter Monachos habentur, ſive hi qui per diverſa loca vagi fuerint, ab Epiſcopis — coërceantur.* Will. Brito lib. 1. Philippid.

Nil toga ruricola, nil froccus religioſo,
Nil fragilis ſexus mulieri, nil ſacer ordo,
Preſbytero prodeſt.

Vide Gerbertum Epiſt. 88.

Religioſa, Sanctimonialis, apud Gregorium M. lib. 7. Epiſt. 28. *Adeodata ancilla Dei.* Mox eadem *Religioſa* dicitur.

RELIQUARIUM, Reliqua, ἔλλειμμα Gloſſ. Gr. Lat.

RELIQUIÆ, Cadaver exanime. Spartianus in Adriano: *Antiochia dimiſſus eſt ad inſpiciendas* (al. *excipiendas*) *reliquias Trajani, quas Tatianus, Plotina, & Matidia deferebant.* Ammianus lib. 21. extremo: *Eique vehiculo inſidenti quod portabat reliquias*, &c. Apud Florentinum JC. corpus à reliquiis diſtinguitur, l. *monumentum* D. de Relig. ut & in antiquis Inſcriptionibus. Apud Gruterum 689. 8. — *Corpus integrum conditum ſarcophago.* In alia 471. 7. *Reliquiæ corporis Tarquini Criſpi*, &c. In priori enim ſepulchro corpus integrum ſepultum eſt, in altero cineres corporis exuſti. Apud Chriſtianos verò alia ſunt *corpora*, aliæ *reliquiæ* Sanctorum: corpora enim integræ ſunt Sanctorum exuviæ; *reliquiæ*, corporum pars tantum: quod quidem diſcrimen agnoſcit præ cæteris Gregorius M. l. 2. Dial. c. 58.

Sanctorum reliquias & imagines, atque adeo Dominicam Crucem interdum inter ſpinas depoſitas legimus, ſiquando viri Eccleſiaſtici de injuriis Eccleſiis ſuis illatis à viris potentibus juſtitiam extorquere non poterant, ut omnium in eos odium commoverent, hocque facto ad rerum ablatarum reſtitutionem eos cogerent. Quod quidem non nuperum, ſed à primis Monarchiæ Francicæ primordiis apud noſtros in uſu fuiſſe ſatis declarat Gregorius Turon. lib. de Glor. Confeſſ. c. 71. *Denique condemnatus ſpoliatuſque Sacerdos ad urbem redit, atque proſtratus in orationem coram ſepulchro ſancti, dicto pſalmi capitulo, ait, Non hic accendetur lumen, neque Pſalmorum modulatio canetur, glorioſiſſime Sancte, niſi prius ulciſcaris ſervos de inimicis ſuis, reſque tibi violenter ablatas Eccleſiæ ſanctæ reſtituas. Hæc cum lacrymis effatus, ſentes cum acutis aculeis ſuper tumulum projecit: egreſſuſque clauſis oſtiis ſimiliter in ingreſſu alias conlocavit.* S. Audoënus in Vita S. Eligii cap. 30. *Niſi cito ornamenta tabernaculi hujus furata reduxeris, equidem ſpinis allatis faciam hanc januam ita obſerari, ut nunquam tibi in hoc loco veneratio præbeatur ab hodie.* Vetus Notitia ex Tabulario S. Joannis Andegav. *Canonici hæc audientes, neſcientes quid agerent, quia ampliùs pati nequibant, cum fere jam omnia perdidiſſent, conſilio cleri ejuſdem villæ triſtes depoſuerunt S. Licinium ſuper ſpinas, & alia corpora Sanctorum, & omnes reliquias Eccleſiæ, & Crucifixum, & portas Eccleſiæ ſpinis circumſerunt. Comes autem & Pontifex pietate ducti coëgerunt D. Eudonem, & ſuos ad juſtitiam faciendam*, &c. Infra: *Qua de cauſa corpora Sanctorum ita depoſita fuerant, & quomodo D. Eudo & Canonici reconciliati ſunt, & ſic levaverunt S. Licinium & alia corpora ſancta à terra, & repoſuerunt ea in locis ſuis pſallentes, & laudantes Deum.* Chronicon Senonienſe lib. 5. cap. 7. *Quum Dominus de Salmis res Eccleſiæ Senonienſis diriperet, Monachi conſilio Gelonis Epiſcopi Tullenſis imagines Redemptoris noſtri, & etiam beatiſſimi Simeonis Confeſſoris de locis ſuis ad terram ſuper ſpinas depoſuerunt.* Vetus Scheda to. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 122. *Monachorum alii capſulas in quibus Sanctorum continebantur pignora, humi depoſuerunt, & voce flebili, & corde ſuſpirioſo, Dei miſericordiam everberabant.* Tabularium Vindocinenſe ch. 202. ſub an. 1074. *At Monachi tanto victualium ſuorum damno cruciati, nullumque humani auxilii confugium jam ſperantes, eo quod is qui juſtitiam illis acquirere debebat, raptoribus conſentiret, cum tanta cordis contritione converſi ad Deum, clamorem ſimul & querimoniam facere cœperunt, ut ipſam etiam Dominicæ crucifixionis imaginem, noſtræ videlicet redemptionis cauſam, de ſtatu ſuo ſummittentes, in pavimentum Eccleſiæ ſuper ſpinas deponerent: non quidem dedecoris ſive opprobrii cauſa adverſus Dominicum ſignum, ſed ut tali facto malefactores deterriti ab Eccleſiæ injuſta invaſione, & rerum ablatione ceſſarent.* Epiſtola Archiepiſcopi Rotomag. ad Decanos: *Cum bona Rotomagenſis Eccleſiæ, quibus nos pro voluntate ſua minus juſtè Excellentia Regia ſpoliavit, & ob reverentiam B. Virginis, in cujus honore eadem Eccleſia dignoſcitur eſſe fundata, eidem fuerint ab antiquo collata, noſque Regiam Majeſtatem de novo duxerimus requirendam, ut eadem bona nobis reſtituere dignaretur, qui nec ſolum monitioni noſtræ ſatisfacere non curavit, ſed nec ſuper hoc certum dare voluit reſponſum: vobis in virtute obedientiæ diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus cum prædicta violentia in injuriam B. Virginis ſpecialiter redundare noſcatur, & ut offenſa quæ eidem in hac parte irrogatur in cœlis, circa imagines ipſius repræſentetur in terris, vos univerſas imagines B. Virginis in Eccleſiis veſtrorum Decanatuum collocatas, ſingulas juxta aliquod altare in navi Eccleſiæ conſtitutum, non ad terram nudam, ſed ſuper cathedram aliquam, ſedem, aut ſellam, aut ſi fortè Eccleſia in navi altare non habuerit, in aliquo loco competenti ipſius navis per earundem Eccleſiarum Preſbyteros faciatis infra inſtans feſtum N. collocari; eaſdem item imagines ſpinis immediatè circundari, & aliquibus repagulis aut obſtaculis, ne ab aliquo contingi aut ſorditari contingat, eaſdem circumvallari cum debita diligentia faciatis. Hoc autem tam in regularibus quam ſecularibus Eccleſiis præcipimus inviolabiliter obſervari. Hoc idem etiam de imaginibus Salvatoris à quindena ejuſdem N. Dominica faciatis: niſi infra eandem quindenam à nobis aliud receperitis in mandatis. Dat.* &c. Extant complura hujuſce ritus exempla apud Scriptores, Ordericum Vitalem lib. 8. pag. 683. 684. Rogerum Hovedenum an. 1197. Ægidium Monachum Aureæ-vallis cap. 103. Joannem Hocſemium cap. 5. p. 290. in Synodo Landavenſi an. 1056. in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ Landav. in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 195. & ſeqq. &c. Verùm id tandem prohibitum fuit in Concilio Lugdunenſi ſub Gregorio X. Sed &

Reliquiæ SS. in prædia Monaſteriorum illatæ, ut prædatores ab iis invadendis averterent. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 77. *Alia autem proceſſio fit — vel quando defunctum aliquem ſepelimus, & huic conventus debet intereſſe totus, — vel quando perſona illius dignitatis advenit cui proceſſio facienda ſit, vel quando imago S. Petri, vel alia capſa*

cum reliquiis Sanctorum ad aliquam villam noſtram mit-tuntur pro timore prædarum & rapinarum, ut ſæpe con-tingit, cum quibus omnes induti albis, pulſatis omnibus ſignis, uſque ad portam Caſtelli exeunt, & eandem reve-rentiam quando reportantur deferunt. Molanus in Natal. SS. Belgii 1. Julii: *Cæterum dies hujus lectiones conti-nent corpus ſacrum in Saxoniam delatum eſſe cum ibi ne-gata juſtitia, prædia S. Reginæ invaderentur.*

Alia denique ratione in uſurpatores rerum Eccle-ſiaſticarum ſævitum teſtatur idem Bernardus Mon. c. 42. *Cum, aliquo prædone vaſtante res Eccleſiæ, vo-lunt inde ad populum querimoniam facere, præcipitur ut omnes populares die dominica ad majorem Eccleſiam conveniant: & tunc cantatur Miſſa matutina ad Crucifi-xum. Finito Evangelio, incipit Sacerdos, Credo in unum Deum, poſt cujus finem, dicta Offerenda, quidam fra-ter aſcendit Pulpitum, & de præceptis divinis aliquantiſ-per primum loquens, tandem manifeſtat eis tribulationem, ſuggerens eis ut faciant eleemoſynas, atque rogent Domi-num, quatenus illum malefactorem pacatum eis reddat, & convertat de malo ad bonum: adjungit quoque quædam humilia & perſuaſoria, dicens, Scitis quia ſi aufertur no-bis noſtra ſubſtantia, non poſſumus vivere; rogate ergo, fratres, Dominum, & nos faciemus ad eum proclamatio-nem. His dictis, incipitur in Choro Reſp. Aſpice, vel Congregati ſunt inimici noſtri, & omnia ſigna tunc inte-rim parumper pulſantur. Finito autem Reſponſorio, ſi-gniſque dimiſſis, dicit conventus hos tres Pſalmos, Do-mine quid multiplicaſti, Deus noſter, Ad te levavi, qui-bus adduntur hæc Capitula, Poſt partum, Eſto nobis, Memor eſto, Dominus vobiſcum, Concede nos famulos, de S. Maria, & alia de tribulatione.*

Reliquiæ Sanctorum per vicos & provincias inter-dum etiam circumlatæ, ad corrogandas pecunias, quo Eccleſiarum indigentiæ, vel ædificationi aut reſtaura-tioni ſuccurreretur. Hermannus Monach. de Miraculis S. Mariæ Laudun. lib 1. cap 3. *Hos itaque cum feretro Dominæ noſtræ & aliis capſis reliquiarum tranſmiſimus ad accipienda donaria fidelium.* Adde capita ſequentia. Alia hujus ritus exempla proferunt Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 12. Stephanus Tornacenſis Epiſt. 18 19. Hemereus in Auguſta Viromand. an. 1076. & 1426. pag. 125. 315. Monaſticum Anglic. to. 3. p. 242. Guill. Prynneus in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 49 & autor Hiſt. Eccleſ. Abbavillenſis p. 451 Vide præterea Concilium Pictavenſe an. 1109. c. 12. & Robertum de Chorçon, Cardinalem in ſumma apud v. cl. Jacob. Pe-titum in Notis ad Pœnitentiale Theodori p. 134.

Reliquiæ Sanctorum delatæ ad loca quæ Eccleſiis ce-debantur, ut hoc ritu quodammodo in poſſeſſionem eo-rum Sancti ipſi mitterentur. Charta Roberti Comitis Fland. an. 1093. in Tabul. S. Bertini: *Quæ diviſio* (prædiorum) *ſive inſtitutio, ut majori authoritate ful-ciretur, corpora SS. Audomari & Bertini navi impo-ſita, per dictum profluvium, in noſtra præſentia cir-cumduci fecimus, Epiſcopo Drogone ab ipſa navi aquam benedictam verſus atrium projiciente, & hoc modo quan-tum eſt ſpatii in liberam poteſtatem S. Bertini vendican-te.* E contra ſcribit Molanus in Natalib. SS. Belgii 1. Julii p. 137. *ſancta Reginæ corpus ſacrum in Saxoniam delatum eſſe, cum ibi negata juſtitia, prædia ejuſdem Sanctæ invaderentur*, quod ſupra notavimus.

Reliquiæ Sanctorum in caſtra & prælia delatæ. Vi-de *Capella S. Martini*.

Collatio reliquiarum, cùm ſcilicet Eccleſiæ vicinæ ſuas viciſſim reliquias ad ſtatum & definitum locum, cum proceſſionibus deferebant, in pacis & concordiæ ac ami-citiæ ſymbolum. Miracula S. Adelardi Abbat. Cor-beienſis cap. 8. *Adoleverat etiam inter Ambianenſes & Corbeienſes nova quædam religio, & ex religione pullu-laverat conſuetudo, quæ etiam reciprocabatur omni anno. Octavis denique Rogationum, ab utriſque partibus con-veniebatur in unum, ibique conferebantur corpora San-ctorum: ſolvebantur lites: ad pacem revocabantur diſ-cordes, mutabantur à populo orandi vices: decreta utriuſ-que loci renovabantur, populo perorabatur, ſicque redi-batur.* Vita & tranſlatio S. Præcordii n. 11 *Ad ſta-tuendam pacem facta eſt collatio Sanctarum reliquiarum Ambianis*, &c.

Reliquiæ, Bona mobilia quæ poſt mortem Epiſcopi aut Prælati relinquuntur, quæ Domini Regalium vulgò ſibi vendicabant. Charta Friderici II Imp. 1220. apud Wilhelmum Hedam: *Promittentes deinceps, quod nunquam in mortem cujuſcunque Principis Eccleſiaſtici reliquias ſuas fiſco vindicabimus. Inhibentes etiam ne Laicus quiſquam aliquo prætextu eas ſibi vendicet, ſed cedant ſucceſſori, ſi anteceſſor inteſtatus deceſſerit: cujus teſtamentum, ſi quid inde fecerit, volumus eſſe ratum. Si quis vero contra hanc conſtitutionem reliquias ſibi vendica-re præſumpſerit, proſcriptus & exlex habeatur*, &c.

RELIQUUM, rei vectigalis ac tributariæ vox: quod reſtat exſolvendum; Græcis JC. λοιπάς. *Reliqua remittere*, in Panegyrico Flavienſi: *Reliqua concedere*, apud Am-mianum lib. 16. *Reliquorum debita requirere*, apud eun-dem lib. 31. Vide Juretum ad Symmachum lib. 5. Ep. 87. & Jacobum Gothofredum ad Cod. Theodoſianum.

Reliquarium, Codex continens *reliqua*. Gloſſ. Lat. Gr. λοιπάδαριον, τεῦχος λοιπάδος. *Reliquarium*.

Reliquatio, λοιπαγραφία: *Relinquo*, λοιπογραφῶ, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Editum habet *reliquo*: reliquorum de-ſcriptio Tertull. de Anima cap. 56. *Donec reliquatio compleatur ætatis.*

Reliquator, qui debitum omnino non perſolvit: *qui de-mente en reſte*, apud Paulum JC. l. 9 §. 2. D. de Pu-blicanis. Senator l. 5. Epiſt. 6. *Viri itaque clariſſimi Joannis querela comperimus, Thomatem domus noſtræ certa prædia ſuſcepiſſe, id eſt illud atque illud, & nunc decem millia ſolidorum reliquatorem noſtris utili-tatibus extitiſſe, & per diverſas ludificationes non im-plere debitam quantitatem*, &c. Adde Epiſt. ſeq. & Edictum Theoderici §. 144. Papias: *Reliquatum me-taphoricos dictum reliquorum.*

RELITERARE, Remandare, literis & alterius epiſtolæ reſpondere. Nicolaus Clarevallenſis in Epiſtola MS. ad Archiepiſcopum Remenſem Apoſtolicæ Sedis Le-gatum: *Sit beneplacitum ante tenus reliteres mihi quan-do Remis poſt Octavas Paſchæ tuam potero Reverentiam invenire.*

REMALLARE. Vide *Mallare*.

RELUMINATIO, Ἀνάψιμα, in Gloſſ. Gr. Lat.

REMANASTULA. Capitula ad Legem Alamannor. edita à v. cl. Stephano Baluzio c. 30. *Si maritus uxorem ſuam dimittit, 40. ſol. ipſe componat, & de mundo ſuo non habeat poteſtatem, & omnia ei reddat quod ei per legem obtingit. Si reputat aliquid, poteſtatem habeat femina ipſa debet, ſol. 12. ſolvat, de una remanaſtula ſua jure quod ſuperfuerit maritus juret, aut reddat.* Hæc om-nino barbara.

REMANENTIA, Jus quod habet dominus in ſuo feudo tenentes ſuos adſtringendi ad perpetuam *reſidentiam*, ita ut eo inconſulto excedere non poſſint, quod jus etiam *Reſceandiſia* dicitur. Geſta Abbatum S. Germani Au-tiſiodorenſis cap. 15. *Medietatem villæ de S. Gregorio à Joanne de Barris comparavit. Giſtum, coſtumas, troſſas, denarios, remanentiam hominum, quæ omnia habebat apud Perrigniacum Joannes de Barris, acquiſivit.* Charta Theobaldi Campaniæ Comitis an. 1223. in Tabulario Campan. Thuani: *Feci diligenter inquiri utrum habere deberem apud Arembercort remanentiam.* Charta pro Chableio ibid. p. 287. *Nullus habet remanentiam apud Chableium, niſi B. Martinus: ſed niſi quis infra annum quo Chableiam venerit, vel uxorem duxerit, libertatem ſuam dederit B. Martino, extunc liber remanſerit, niſi per annum & diem foras Chableiam fuerit, & tunc ſe iterum dare B. Martino poterit.* Regeſtum feodorum Campaniæ fol. 99. *Dudo de Floeniaco recognovit, quod tenet de Comite Campaniæ, quidquid habet apud Crottas &c. Et medietatem remanentiæ hominum qui veniunt & qui*

qui venient, & qui venerunt apud Floeniacum. Actum an. 1224. Regeſtum feodorum & ſervitiorum ſub an. 1256. f. 245. *Et eſt aſſavoir que le Comte de Bar ne puet retenir aucun homme des fiez de Champagne, ou des gardiens de Champagne, ne le Sire de Champagne des ſiens ou royaume, & ſe il allaſſent en l'Empire icelui deſſous qui mouvroit, auroit la remanantiſe.* Charta Ludovici Reg. Franc. an. 1239. in Regeſto Philippi Pulchri an. 1299. n. 28. Ex Tabul. Regio: *Contentio quæ erat inter nos & Canonicos Senonenſis Eccleſiæ, ſuper juſtitia & remanſionibus advenarum in villa de Pontibus ſuper Yonam & de Minagio*, &c. Libertates urbis S. Deſiderii in Campania an. 1228. MSS. *Si aliquis burgenſium dimiſſa villa recederet, & infra 40. dies revocatus à domino vel burgenſibus redire noluerit, dominus ubicumque eum invenerit, tanquam hominem ſuum reclamare poterit, — & tota ejus remanentia domino remanebit, niſi remanentia fuerit pignori obligata per ballivum & ſcabinos*, &c. Infra: *remanentia illorum qui ſine legitimo hærede decedunt, domino remanebunt.* Charta S. Petri Abbatis Tornodorenſis an. 1292. *Dicta regina remanentiam habere non poteſt, nec poterit in futurum pro ſuis hominibus ſeu burgenſibus, niſi tantum pro hominibus vel burgenſibus ſuis de Tornodoro & de ſancto Michaële: nec nos ſimiliter remanentiam habere poſſumus, nec poterimus in futurum, in villa Tornodori, niſi tantum pro noſtris hominibus de ſancto Michaële & Tornodoro.* Vide Perardum in Burgundicis p. 564. 565. & infra in *Reſidentia.*

Remanentia terrarum, Cowello eſt jus terrarum in aliquem collatum, poſt terminum conductionis, aut alterius tituli, ad annos aut vitam duraturi, finitum. Videtur à Reverſione differre; quia *Reverſio* fit ad dominum propriè, aut ejus hæredes, unde jus primo derivatur; *Remanentia* autem ad tertium aliquem, qui neque dominus neque tenens in præſenti eſt. Dicitur etiam terra dari *ad remanentiam*, (nos dicimus, *à demeure*) quæ datur jure proprio & perpetuo poſſidenda, in Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 20. §. 5. cap. 22. §. 7. cap. 23. §. 1. cap. 42. §. 4. & alibi.

REMASCELLATA, vel *Remaſcelata, virili virtute.* Papias MS. & edit.

REMEDIARE, *Remediari*, Remediis ſanare. Gloſſ. Lat. MS. Regium: *Medetur, Medicatur, remediat, curat.* Gloſſ. Gr. Lat. Θεραπεύω, *Remedior, medicor, medior.* Ugutio: *Remediari, Remedium conferre.* Occurrit apud Anton. Muſam in Epiſt. ad Marcum Agrippam præfixa libro de Vettonica, Apuleium de Virtut. herb. Scribonium c. 104. 122. Marcellum Empiric. c. 29. 32. 33. 36. Higinum fab. 101. in Concilio Regenſi c. 1. &c. Galli etiam *remedier* dicunt. *Remediabilis*, apud Severum Epiſt. 95. & Agobardum de Diſpenſat. Eccl. rerum n. 5. *Remedialis*, apud Macrob. lib. 7. Saturn.

REMEDIUM, Remiſſio, vel diminutio tributorum. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Ecce enim remedia pridem nonnullis urbibus data; quid aliud egerunt, quam ut cunctos divites immunes redderent, miſerorum tributa cumularent*, &c. Idem lib. 5. *Sicut in onere novarum indictionum pauperes gravant: ita in novorum remediorum opitulatione ſuſtentant. Sicut tributis novis minores maximè deprimuntur, ſic remediis novis maximè ſublevantur.* Infra, de divitibus: *Extra numerum tributariorum ſunt, cum remedia dividuntur.* Adde l. 13. Cod. Th. de Indulgentiis debit.

Remedium è ſepulchris mortuorum conquirere, ad morborum ſcilicet magicas ſanationes, cum ad id oſſa mortuorum conquirerent. Lex Wiſigoth. *Si quis mortui ſarcofagum abſtulerit, dum ſibi vult habere remedium*, &c. Vide Lindenbrogium ad Ammianum p. 86.

REMENARE, vox agricolarum Italicorum. V. *Retertiare.*

REMENTUS, Ἀμνημόνης, in Gloſſ. Lat. Gr. quomodo etiam nos Galli *Ramenteu* dicimus eadem notione, unde *Ramentevoir*, Reminiſci, in memoriam reducere.

REMERIRE, pro *Remereri.* Formulæ veteres Baluzianæ for. 3. *Et unde nos injungeris, & nos potebimus, vos vel ſervientes veſtros in bonis partibus remerire non tardamus.* Form. 4. *Et ſi locus advenerit, vos vel ſervientes veſtros in bonis partibus remerire non tardamus.* Sic *Merir* noſtri olim dixerunt. Guillelmus Guiartus:

Li diſt ces moz S. Walers,
Ce qu'as fait te ſera meri.

Chron. MS. Bertrandi Gueſclini:

Je prie à celuy Dieu qui pour nous vouſt mourir,
Que l'honneur que me faites il vous veuille merir.

Vita S. Dionyſii Areopagitæ MS.

A Chaſtres ſous Montlehery,
Saint Yon gaigna & meri,
Vray Martyr, vie perdurable.

Le Luſidaire:

Chi erent apelé martir,
Que Deix vaurra ſi bien merir
Le grant ſervice que il ſirent.

REMICULA. Vide *Reticula.*

REMINICULUM, Cingulum quo enſis aſtringitur. Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 16. *Reminiculum illud quo ſolet enſis renibus aſtringi, — non mutare aut renovare curabat.* Fortè *reniculum*, à *renibus*: ut *renale* eadem notione. Vide *Lumbare.*

REMINISCERE, In memoriam revocare, Gall. *Ramentevoir*; in Concilio Cloveshovienſi an. 747. cap. 8.

REMISSA, Remiſſio. S. Cyprianus Epiſt. 59. *Si in Deum multum ante peccantibus, cum poſtea crediderint, remiſſa peccatorum datur.* Epiſt. 70. *Quomodo baptizans dare alteri remiſſam peccatorum poteſt.* Adde Epiſt. 71. Utuntur præterea Tertullianus lib. 3. contra Marcion. & S. Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo c. 18.

REMISSARIA, Tributi ſpecies. Charta Childeberti Regis Francor. ex Tabulario S. Sergii Andegavenſis apud Sammarthanos: *Ad noſtram acceſſit præſentiam, & Clementiæ regni noſtri ſuggeſſit, quod de curtibus prædicta S. Baſilica quæ nominantur — annis ſingulis inferendam ſolidos ſex inferendales, & alios ſex de remiſſaria auri pagenſis inferendo in fiſci ditione reddebant.*

REMITORES, Remiges. in Hiſtoria Obſidionis Jadrenſis lib. 1. cap. 37.

REMORSUS. Vide *Morſus.*

REMUNERATIONES *ſacræ*, id eſt *ſacræ largitiones*, in l. 20. de Palatinis, & l. 41. de Appellat. Cod. Th. In vet. Inſcript. 449. 7. Petronius Maximus dicitur *ſacrarum remunerationum Comes. Comites privatarum remunerationum*, in lege 2. eod. Cod. de Commeatu. *Munerationes ſacræ*, apud Symmachum lib. 10. Epiſt. 43.

RENALE. Vide *Lumbare.*

RENCARIUS. Vide Ordinat. Hoſpitii S. Ludovici Reg. Franc. an. 1261. in Notis noſtris ad Joinvillam pag. 112.

RENDUALIS, Pecunia quævis, quæ exſolvitur quotannis, Gall. *de rente.* Vita Urbani V. PP. p. 195. *In cujus evidentia expreſsè recuſari ordinavit per patrem ſuum 600. libras rendualos, quas Rex Franciæ ſibi dederat ob ſui favorem.* Charta an. 1270. in Hiſt. Epiſcop. Cadurcenſium n. 127. *Quod ipſe det & refundat dicto Domino Epiſcopo — quingentos ſolidos Cadurcenſes rendualos*, &c. Curia generalis Catalaniæ in villa Montiſſoni an. 1363. *Mille ſolid. rendalium ſeu annualium.* Ita *ſolidos annuales* habet Charta an. 1151. apud Guichenonum in probat. Hiſt. Sabaudicæ p. 41.

RENEGATUS, qui religionem ſuam ejuravit. Charta Jacobi II. Regis Aragon. pro Judæis an. 1242. *Prohibemus ne alicui de Judaiſmo vel paganiſmo ad fidem noſtram Catholicam converſo præſumat aliquis — improperare conditionem ſuam, dicendo, vel vocando eum Renegat, vel Tornadie, vel conſimile verbum.* Rogerus Hovedenus an. 1192. *Et cepit in equitatione illa 24. paganos, & unum reneez, qui quondam Chriſtianus fuerat, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum negaverat. Le Roman*

d'Amile & d'Amy MS.
Envers Hervé le cuivers renoié.
Le Roman de Jourdain de Blaye MS.
A Fromont dient li cuivers renoié.
Joinvilla in S. Ludovico p. 78. de quodam Chriſtiano,
qui ſua abjurata religione Mahumetanam amplexatus
fuerat: *Je crains ſi je allois vers vous, la pouvreté où*
je ſerois, & les grans infames reprouches qu'on me don-
neroit, tout le long de ma vie, en me appellant Regnoié,
Regnoié. Pourtant j'aime mieux vivre à mon aiſe, & ri-
chomme que de devenir en tel point. Vide Nicol. Fulle-
rum lib. 2. Miſcellan. ſacr. cap. 3. & in *Tornadie.*

RENELENUS. Vett. Schedæ Thuanæ apud Mabillonium:
Hæc eſt caſula renelena 1. ſagia fuſca 1. caligas albas 4.
ſagia de haira 1. calcias filtrinas paria 1. calcias renele-
nas paria 1. &c.

RENFORTIUM, ex Gallico *Renfort*, idem quod corro-
boratio, vel, ut ita dicam, fortificatio. Ita *Renfortium*
eſgardii, vel *ſgardii*, in Statutis Ord. Hoſpital. Hie-
rol. tit. 8. §. 1. eſt judicum duplicatus numerus: nam
eſgardium, judicium ſonat. Vide tit. 19. §. 10.

RENGA. Vide *Rinca.*

RENGALENGUM. Vide *Regalengum.*

RENNALIS. Vide *Andamius.*

RENO. Vide *Rheno.*

RENODURA. Bracton l. 3. tr. 2. c. 24. §. 2. *Si os fran-*
gatur, quod facile perpendi poterit per renoduram. Fa-
bris lignariis *Reneure*, eſt quædam linea cava ducta in
aſſeribus, quod *regnet*, ſeu protendatur ubique in lon-
gum.

RENTALE, Reditus, proventus, Gallis, *Rente*, *renta-*
ge. Iter Camerarii Scotici cap. 3. *Deinde petatur renta-*
le burgi, per quod firma perticatarum terræ leventur,
vel levari debeant, tam de terris vaſtis, quàm ædifica-
tis.

RENUITÆ, dicti Monachi vagi, aliàs Sarabaitæ, quaſi
renuentes jugum Monaſticæ diſciplinæ. Gloſſæ vete-
res apud Menardum: *Renuitæ, qui refutant Abbatem ha-*
bere. Vide Iſidorum lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 15. Odo-
nem Cluniac. lib. 3. collat. c. 23. & Haëftenum lib. 3.
Diſquiſ. Monaſt. tract. 3. diſquiſ. 2.

RENUNTIUM, Renuntiatio, Gallis *Renonciation*, cùm
ſcilicet rem aliquam abdicamus, aut in ea jus nullum
nos habere profitemur. Apud Leonem Oſtienſem Titu-
lus cap. 35. lib. 2. ſic inſcribitur: *Placitum, ſeu Re-*
nuntium Ducum Cagenatorum de confinius Monaſterii hu-
jus. In ipſo textu, *Renuntiatio* dicitur. Autor eſt An-
gelus de Nuce in Notis ad eundem Leonem Oſtienſem,
Petrum Diaconum Caſinenſem compilaſſe Regeſtum in
ſex partitum claſſes, in Privilegia, Præcepta, Oblatio-
nes, Libellos, *Renuntios*, & Sacramenta, quibus uni-
verſa hujus Monaſterii monumenta comprehendi pu-
tavit. Extat illud Caſini. Quo loco *Renuntii* ſunt Char-
tæ & diplomata, quibus ii qui jus ſe habere contendebant
in res Monaſterii, ei renuntiant.

REORDINARE. Vide *Ordinare.*

REPA, *Crepa*, *Reba*, Feretri operculum, umbraculum,
ciborium. Lib. 1. de Vita S. Eligii c. 32. *Fecit quoque*
repam in loco anterioris tumuli. Lib. 2. c. 39. perperam
crepa appellatur: *Juſſit præterea & crepam ex auro at-*
que argento mirifice fabricare, quam ſupra Confeſſoris
membra deponere deberet. Et mox: *His ita geſtis, mos*
erat ut diebus Quadrageſimæ propter fulgorem auri vel
nitorem gemmarum operiretur tumba velamine linteo ur-
banè ornatu holoſerico. Igitur ingrediente Quadrageſima
præcinxerunt crepam hujuſmodi ſindone, ut moles radian-
tis metalli velata tegeretur diebus pœnitentiæ. Aigradus
Mon. in Vita S. Anſberti Ep. Rot. n. 29. *Condidit ſuper*
ejus ſepulchrum repam miræ magnitudinis, pretioſis metallis
auri argentique decoratam, gemmiſque pretioſis adornatam.
Chron. Fontan. c. 2. *Subter arcubus tumulatus, condidit-*
que ſuper eum repam argento — decoratam. Et cap. 8.
Conditaque eſt à fratribus — ſupra tumbam illius repa
diverſis metallis decorata. Guibertus lib. 3. de Vita ſua
c. 9. *Sanctorum feretra — cum ipſa prominenti eorum,*
quam ſic vocitant, repa. Tranſlatio S. Guthlaci n. 8.
Conductis aurifabrorum & gemmariorum primoribus, eli-
matæ amplitudinis artificioſa ſculptura repam in ſublime
ſuſpenſam conſtruxit, quam ex diverſorum metallorum
lignorumque generibus compactam, auri argentique la-
minis veſtitam, cryſtallis variiſque gemmis adornatam
ditavit, ſicut uſque in hodiernum diem humanis viſibus
paret.
Reba, in Chronico Epiſcoporum Metenſium: *Hic fabri-*
care juſſit cum adjutorio Pippini Regis rebam S. Stepha-
ni Mart. & altare ipſius, & cancellos. Occurrit etiam
in Chronico Abb. S. Trudonis lib. 1. p. 349. Vide Ci-
borium, *Reparium*, *Requies.*

REPAGINARE, Denuo ſociare, compingere. Vide Pe-
trum Chryſologum ſerm. 62.

REPARARE, Redire, Gall. *Repairer.* Leges Burgorum
c. 9. *Cùm venerit ad ætatem, vel reparaverit domum, vel*
è carcere liberatus fuerit, &c.

REPARIUM, Receptaculum, domus munita, locus munitus,
ex Gall. *Repaire*, Itali *Riparo* dicunt. Vide Achariſium.
Charta donationis partis caſtri Meliandi per Ebonem
Vicecomitem Ventadorienſem Henrico D. Suliaci an.
1325. *Quidquid habet in caſtro, ſeu repario de caſtro*
Millan. Alia: *Ratione caſtri, repparii, ſeu fortalitii*
de Trenchales, & repparii ſeu fortalitii de la Broſſa —
in Vicecomitatu Lemovicenſi &c. *an.* 1282. Alia Gerardi
de *Maſgonbau* domicelli Lemovic. an. 1301. *Repairium*
ſive arberjamentum. Vide *Receptum.*

REPASTUS, idem quod *Paſtus*, Refectio, prandium,
cœna: noſtris etiamnum *Repas.* Formula 37. ex Ba-
luzianis: *Nullum ibidem præſumant exercere domina-*
tum, non ad manſionaticos aut repaſtos exigendo, non ad
miniſteria deſcribendo, &c. Teſtamentum Widradi Ab-
batis Flaviniacenſis anno 1. Theodorici Regis: *Nullum*
præſumant exercere dominatum, non ad manſionaticos, aut
repaſtus exigendo. &c. Epiſtola incerti Abbatis to. 2.
Hiſt Francor. p. 665. *Fuimus namque ad locellum ve-*
ſtrum in loco qui dicitur Il. ipſum manſum conſideravi-
mus, ibique noſtrum repaſtum ex noſtro adducere præ-
cepimus, & una cum noſtris veſtriſque fidelibus in amo-
re veſtro illic lætati ſumus. Vide *Paſtus.*

REPATRIARE, Redire in patriam. Gloſſ. Iſidori, *Repatriat,*
ad patriam redit. Gloſſ. Ælfrici: *Repatrio*, icham ſ.p.e,
id eſt, *domum redeo.* Joan. de Garlandia in Synonymis:
Repatrio, remeo, remetior, atque revertor.
Utuntur Alanus de Inſulis in Planctu naturæ pag.
294. S. Gerardus in Vita S. Adelardi n. 29. Sugerius
de Vita S. Ludovici c. 9. Honorius Auguſtod. lib. 3.
cap. 38. 43. Baldricus lib. 1. Chron. Camer. cap. 22.
71. 122. Autor Vitæ Lietberti Epiſcopi Cameracenſis
cap. 16. Otto de S. Blaſio c. 5. Albertus Stadenſis an.
1193. Thwroczius, &c.

REPAUSARE. Vide *Pauſa.*

REPECIARE, Veteri veſti ſegmenta aſſuere, Gall.
Rapiecer, à *pecia*, quod vide. Regula S. Franciſci c. 2.
Omnes fratres vilibus veſtibus induantur, & poſſint eas
repeciare de ſaccis, & aliis peciis, cum benedictione Dei.

REPENDIUM, Renumeratio, compenſatio: beneficium
quod rependitur. Petrus Diac. l. 4. Chron. Caſin. c.
44. *Quaſi adepta ſalutis rependio, B. Benedicto per-*
petuum ſe reddidit ſervum.

REPENTALIA, Pœnitentia, ex Gallico *Repentaille.* Ita
autem appellarunt noſtri mulctam qua mulctabatur is
qui à pacto matrimonio recedebat, quæ non modò par-
ti alteri ſolvebatur, ſed & Prælatis ipſis Eccleſiæ. Con-
ſtitutio Odonis Legati lata in Concilio Provinciali Sy-
riæ an. 1254. *Circa exactionem verò pœnarum pecunia-*
riarum, quæ vulgariter appellantur Repetailles, vel
aliarum, quocunque nomine cenſeantur, quæ in matrimo-
niis & ſponſalibus apponuntur, quia uſitatum eſt malum,
& à majoribus inolitum, & ob hoc difficilius everti ti-
metur, ſtatuimus &c. Sed ne crimina remaneant impu-
nita, volumus ut parti reſilienti, pro perjurio vel fidera-

pta, per Prelatum loci pœnitentia competens imponatur. Ex quibus ſatis liquet legendum *Repentailles.* Suprà: *Item & aliud vitium irrepſit apud quoſdam, quod quando aliqui contrahere volunt per verba de futuro ſponſalia, pœna pecuniaria de matrimonio apponitur: & quandoque certum tempus præfigatur, infra quod contrahi matrimonium debeat, & plerumque fit ſine temporis præfinitione. Et cum certum tempus apponitur, ſi non contrahant infra illud, quamvis poſtmodum velint contrahere, pœna propter ea præfixa petitur à Prelatis Eccleſiæ, compelluntque partes ad ſolvendum ſibi ipſam, in utilitates proprias convertendam. Item ſi poſt contracta ſponſalia de futuro pœna appoſita de matrimonio contrahendo, contrahentes ſe ab invicem velint abſolvere, petitur à Prelatis pœna appoſita, & ab utraque parte in ſolidum extorquetur. Et ſi unam diſſentire contingat altera aſſentiente, petitur pœna à diſſentiente, & compellitur ad ſolvendum. Et plerumque etiam ab illo qui contrahere conſentit, licet alter diſſentiat, pœna ſolida* (ita leg.) *vel pro parte exigitur: quod ſatis crudele & avarum eſt, ut innocens puniatur.* Deinde ait hæcce prorſus matrimoniorum libertati contraire, &c.

REPERTURA, Inventio theſauri. Charta Henrici Imp. an. 932. pro Monaſt. Bronienſi, apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 30. & Barthol. Fizen. in Hiſt. Leod. p. 233. *Confirmamus & bannum & juſtitiam, impetum & burinam, ictum & ſanguinem, reperturam, pirgum regium, fora, telonea, Vicecomitatum,* &c. Vide *Theſaurus.*

REPIDA. Anaſtaſius in Nicolao I. p. 210. *Similiter calicem de auro ex lapidibus circumdatum, & in circuitu pendentes hyacinthos in filo aureo, & repidis duobus in typo pavonum cum ſcutis & diverſis lapidibus pretioſis hyacinthis albis, qui penſant* &c.

REPIGNERARE, *Pignus recipere,* Papiæ.

REPLEGIARE, *Replegiabilis.* Vide *Plegius.*

REPLICARE *ad ſervitutem,* in Edicto Rotharis Regis Longob. tit. 88. §. 4. & in Lege Longob. lib. 2. tit. 18. §. 3. *Replicare ad ſervitium,* eod. lib. tit. 12. §. 2. *Ad Palatium replicare,* de ancilla Palatii, tit. 9. §. 3. *Ad publicum replicare,* in Legibus Luitprandi Reg. Longob. tit. 19. §. 2. in Legib. Ratchis Regis tit. 5. Aſtulphi Regis tit. 5. &c. Vetus Judicatum in lib. 2. Chronici S. Vincentii de Vulturno p. 690. *Ut omnes ſervi qui ſubtracti erant — qui ad ejus placitum venire noluiſſent, poteſtativè eos apprehenderet, & in ipſo ſervitio eos replicaret, cum famulis, & filiis, & rebus,* &c. Infra: *Vel in ipſius præſentia ſic eos replicaret in ſervitio de ipſo Monaſterio,* &c. *Ad ſervitium repetere,* in Legibus Wiſigoth. tit. 7. §. 4.

REPODIARE. Vide *Podium.*

REPOFOCILIUM. Vide *Retrofocilium.*

REPORTAGIUM, Medietas decimæ: *Reportage.* Charta Theodorici Epiſc. Ambian. an. 1150. *Mater Eccleſia Ambianenſis ex antiquo dignitatis ſuæ privilegio obtinet medietatem decimæ, quæ vulgo dicitur Reportagium.* Alia ejuſdem anni 1172. *Cùm prædicti Monaſterii fratres apud Flaiſſerolles commorantes Reportagium, medietatem videlicet decimæ, quam Ambianenſis Eccleſia de labore parochianorum ſuorum in territoriis Polivilla & Choiſi agricolantium de antiquo obtinuerat, retinere attentaſſent.* Alia anni 1166. in Tabulario Abb. S. Acheoli Diœceſis Amb. f. 455. *Clamabamus ſiquidem inter nos invicem quaſdam decimas per conſuetudinem Reportagii.* Et infra: *Totam nihilominus decimam abſque Reportagio poſſidebit.* In eadem Charta: *Nihil habebit Reportagii, ſed tota ex integro decima ad jus & poſſeſſionem de Marcel defertur, ſicque manifeſtum eſt & patens quod neque Eccleſia de Marcel de curte de Bertencourt & culturis ſuis antiquis, neque Corbeienſis Eccleſia de omni territorio quod ad jus & parochiam de Marcel pertinet, aliquid omnino reportabit.* Charta an. 1246. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 23. ch. 95. *In locis illis duntaxat quos coloni decimariæ ſive territorii noſtri in eorum decimaria excolebant ratione cujuſdam conſuetudinis, quæ Reportagium ſive Carrucagium vulgariter nuncupatur.* Tabularium Altæripæ in Epiſcopatu Lingonenſi an. 1287. *Dictus Curatus illam decimam quæ dicetur nomine Reportagii, accipiet & habebit.* Occurrit non ſemel in Tabulario S. Dionyſii fol. 15. 16. 32. & in Tabulario S. Germani de Pratis fol. 103.

REPORTUNUS. Gloſſ. Gr. Lat. χέινος, *Importunus, Reportunus.*

REPOSITARIUS. Vide *Calmedina.*

REPOSITORIUM, Diſcus major, in quo variæ ſimul lances componebantur ac reponebantur, ad menſam, apud Plinium, Petronium, eundemque in Fragmentis p. 9. 11. 31. 46. quod *Compoſitile* vocat Ennodius Epigr. 82.

Vaſa repoſitoria, in quibus quid reponitur. Papias: *Vaſa repoſitoria, arca, gazophylacium, cibutum, loculus, ſcrinia,* &c. Ordericus Vitalis lib. 13. pag. 898. *Tonnas falernis plenas, aliaque vaſa repoſitoria cum multis ſpeciebus ex pretioſis opibus de ſuis locis tranſtulerunt.* Vide Salmaſium in Obſervat. ad Jus Atticum & Romanum p. 451.

Repoſitorium ſanctius, Ærarium, vel potiùs Cimeliarchium, apud Capitolinum in Antonino Philoſ.

REPOSITUS, Secretus, arcanus. Will. Malmeſburienſis lib. 4. Hiſt. Angl. cap. 2. *Illud repoſitius propoſitum non ita vulgabatur,* &c. Robertus Bourronus MS. in Merlino: *Elle me creanta que elle s'en partiroit en repoſt de ſon pere.* Hugo Plagon Gallicus interpres MS. W. Tyri lib. 6. c. 7. *Deliteſcentes, — reponnoient.* Lib. 12. cap. 4. *In prædictis latebant inſidiis, — Pour ce ſirent repoſtailles & eſmouchemens.*

REPRÆSALIÆ, Jus recipiendi quod cuipiam per vim ablatum fuerit, à voce Gallica *Reprendre.* Autor Breviloqui: *Repræſalia eſt poteſtas pignerandi contra quemlibet de terra debitoris data creditori pro injuriis & damnis.* Idem: *Repreſalia dicuntur, quando aliquis oriundus de una terra ſpoliatur, vel damnificatur ab alio oriundo ab alia terra, vel etiam ſi non debitum ſolverit ei: tunc enim datur poteſtas iſti ſpoliato quod ei ſatisfaciat contra quemlibet in terra illa, unde eſt ſpoliator vel debitor.* Ἀνδρόληψις, Græcis. Conſtitut. Siculæ lib. 1. tit. 8. *Ut nullus auctoritate propria de injuriis & exceſſibus factis, vel faciendis in poſterum ſe debeat vindicare, nec præſalias ſeu repræſalias facere, vel guerram in regno movere.* Petrus de Vineis lib. 5. Epiſt. 24. *Propter quod, licèt frivolam occaſionem aſſumens, de bonis ipſorum Tudertinorum repræſalias te velle facere comminaris.* Et lib. eodem, Epiſtolæ 48. titulus ita concipitur: *Concedit licentiam quibuſdam mercatoribus faciendi præſalias contra rebelles, qui eos diſrobaverunt.* Concilium Avenionenſe an. 1279. c. 2. *Si contingat vel homines, vel res quaſlibet, animalia quævis Eccleſiarum, ſive perſonarum Eccleſiaſticarum — abduci per aliquos aut aliquas in prædictam ſive pignorationem aut repræſaliam,* &c. De Repræſaliis, conſule Epiſt. 12. Friderici II. Imp. ex iis quas edidit Freherus to. 1. Rerum Germanic. Bartholum in Tract. de Repræſal. Guidonem Papæ Deciſ. 32. 33. Chopinum lib. 3. de Doman. tit. 25. Bretium lib. de Superioritate Regis cap. 17. &c. Literarum verò repræſaliæ formulam exaravit Rolandinus in ſumma Notariæ cap. 9. part. 2. extrem.

REPRÆSENTARE, Exhibere, ſiſtere aliquem. Lex Ripuariorum tit. 31. §. 2. *Quod ſi eum non repræſentaverit, tale damnum incurrat, qualis* &c. Occurrit non ſemel apud Scriptores ævi inferioris. Vide *Præſentare.*

REPRÆSTARE. Vide *Præſtare.*

REPRIORARE, ad priorem, ſeu priſtinum ſtatum reducere. Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. & Mart. n. 10. *Fracta conſolidans, inuſitata reſtaurans, antiqua reprioraus, neglecta renovans.* Idem in Epiſt. ad eundem S. Eulogium: *Repriorasti, mi domine, emolumenta priorum,* &c.

REPROMITTERE *fidelitatem,* in Capitulari 2. an. 805. c.

9. & lib. 3 Capitul. c. 8.

REPROMISSA, Dos, quæ mulieri repromittitur, noſtris *Repriſe & conventions*. Statuta Venetor. an. 1242. lib. 1. c. 31. *De breviariis mulierum vadimonium comprobandi de ſua repromiſſa*, &c. Cap. 39. *Chartula quam fecit aliqua mulier in poteſtate viri ſui, nulla ratione contra repromiſſam ſuam, & dimiſſorias, quæ in ejuſdem viri ſui poteſtate devenerit, valeat*. Adde cap. 53. 61.

REPROPITIATUS, Iterum propitius factus, pacatus, in Chronico Reicherſperg. an. 1177. Salvianus lib. 7. *Hanc pro muneribus ſacris dederunt domino retributionem, ut in quantum eos beneficiis ad ſe illexerat ad propitiandum, in tantum illi ab eo recederent*.

REPROVARE, pro *Reprobare*, quomodo *Reprouver* dicimus, in Legibus Luithprandi Regis Longob. tit. 5. §. 1.

REPTARE. Vide *Rettare*.

REPTI. Papias: *Renones ſunt velamina humerorum ex pectore uſque ad umbilicum, atque tortis villis adeo hiſpida, ut imbrem reſpuant, quos vulgò Reptos vocant, eo quod longitudo villorum quaſi repeat*. Neſcio an huc pertineat quod habet Epiſtola Ethilberti Regis ad Bonifacium Archiep. Moguntinum, 40. *Reverentiæ veſtra direxit devotio mea — nonnulla munuſcula, id eſt cautum argenteum intus deauratum, penſantem libras tres & ſemis, & duo repta*. Ibidem Epiſt. 77. *Miſimus vobis parva xenia, id eſt reptem rupilem unam*, &c.

REPULSORIUM. Hegeſippus de Excidio urb. Hieroſol. lib. 3. c. 5. de Antiochia: *Perſarum quondam caput, nunc repulſorium*, i. munimentum quo arcentur Perſæ à finibus Romanorum.

REPURGIUM, *Purgatio*, κάθαρσις, in Gl. Gr. Lat. MS. Editum *repurgatio* habet. Occurrit in Lege 1. Cod. Th. de Aquæ ductu: *Ne circa res alias occupati repurgium formarum facere non occurrant*. Joan. Sariſberienſis lib. 8. Policrat. c. 20. *Aiunt enim quoniam ad repurgium faciendum argenteos hamos & cophinos & ſcaphas habuerim*.

REPUTATIO, idem quod *Reſpectus*, noſtris *Reſpit*, Mora, dilatio. Canones Hibern. lib. 33. c. 4. *Sine reputatione reddat debitum*, id eſt nulla interjecta mora aut dilatione.

REQUESTA, Libellus ſupplex, Gall. *Requeſte*. Unde *Camera Requeſtarum*, in Parlamentis, &c.

Requeſta, ſpecies juris dominici, ſeu præſtationis. Pactum initum M. Maio an. 1220. inter Abbatem S. Vedaſti Atrebatenſ. & oppida Montis in Pucila, Avendtins, &c. *Li relief, les requeſtes, li vendages des terres montent tant ſeulement à l'Abbé, & li Albez a en ces viles ſes forages, ſes cambages, ſon tonlieu*, &c.

REQUIES. Eigil in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldenſis n. 20. *Super ſepulchrum verò beati Martyris Bonifacii auro argentoque compoſitam compoſuit arcam, quam ſolemus Requiem appellare, quam, ut tunc moris erat, pulchro opere condidit, quæ uſque hodie ſuper tumulum ipſius Chriſti Martyris cum altari aureo perſeverat*. Ubi fortè legendum *Repam*. Vide in hac voce.

Requiem, Miſſa pro defunctis, cujus introitus eſt *Requiem æternam*, &c. Poëta infimi XVI MS.

> *Nulli quando facis Requiem das oſcula pacis,*
> *Tale ſepulturam notat, & officium triduanum.*

Requies ſolis, Occaſus. Statuta Gildæ Scoticæ cap. 44. *Nec portet dicta hora empta de navi ante ortum ſolis, ſed ab ortu ſolis uſque ad declinationem ſive requiem ſolis*.

REQUIETIO. Flodoardus lib. 4. Hiſt. Rem. c. 52. *Snorum corporum gratam perciperent requietionem*. Anaſtaſius Bibl. in Hiſt. Eccleſ. *Requietione refertus*: ubi Theophanes, ἀναπαύσεως πλήρης habet. Vide *Requietorium*.

REQUIETORIUM, Tumulus, ſepulchrum: *Sedes requietionis*, apud Hugonem Flaviniac. in Chron. pag. 93. *Locus requietionis*, in Vita S. Anſtrudis cap. 36. Itaapud Flodoardum lib. 4. cap. 52. *Corporis requietio*. Vetus Inſcriptio: *P. Scantius Philetus fecit ſibi & Scantiæ Nice lib. requietorium*. Alia: *Requietorium amici bene facere ſemper ſtudioſus*. Alia Inſcriptio Sabariæ in Pannonia à Lazio edita: *Hic poſitus eſt Florentinus infans qui vixit annos ſeptem & requiem accepit in Deo Patre noſtro & Chriſto ejus*. Vetus Epitaphium:

> *Hic jacet æterna filius in requie.*

Aliud apud Ambroſium Moralem lib. 11. cap. 41. *Litorius famulus Dei vixit annos plus minus* LXXV. *requievit in pace* VIIII. *Kal. Julias æra* D. XXXXVIII. Aliud cap. 69. *Severus Presbyter famulus Chriſti vixit ann.* LV. *requievit in pace Domini* XI. *Kal. Novembris era* DCXXII. Adde cap. 53. Cicero 1. Tuſcul. quæſt. ex veteri Poëta:

> *Neque ſepulchrum quod recipiat habeat portum corporis,*
> *Ubi remiſſa vita corpus requieſcat a malis.*

Senator lib. 6. Epiſt. 18. *Defunctorum ſanctam quietem dixit*. Inl. 8. Cod. Th. de Indulg. crimin. ſepulchrorum violatores dicuntur, *qui quieſcere ſepultos non ſinunt*.

REQUIRERE. Aliquem aggredi, quomodo Galli dicimus, *Demander quelque choſe a quelqu'un*. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 64. *Neque per illorum ſervum illis reticium gnaviens perſonas eorum, nec encalcent, nec requirant, nec vulnerent, nec capiant, nec captos teneant*. Cap. 122. *Si quis cum alio ierit, vel fuerit in via ſive in domo, ſive in agro, ſeu in alio quovis loco, ſi aliquis cum requiſierit, vel aliquid de ſuo ei tollere voluerit, ad vvet inde cum prout melius poſſit ſine engan contra cunctos*, &c.

REQUISITI, Magiſtri precum, Bonfinio: *Referendarii, qui preces & poſtulata referebant ad Principem*. Magiſter Rogerius de Deſtructione Hungariæ cap. 6. *Nam Cancellarii, ut dicebant, pro eo quod niſi per ipſos Requiſitos Regi loqui poterant, deprimebant & ſublevabant aliquos*, &c.

REQUISTUM, Requiſitio, Gallis, *Requeſte*. Vetus Notitia Judicati apud Perardum in Burgund. pag. 33. *Venerunt Leudo Epiſcopus & Adelardus Comes Miſſi Dominici in Comitatu Auguſtodunenſe, — & fecerunt ibi venire ipſos pagenſes nobiliores — per bannum Regis, & fecerunt requiſitum inter Wlfaldum Epiſcopum & Hercardum Comitem, per illos quem Wlfaldus ibi denominavit*.

RESA. Vide *Reiſa*.

RESALVARE, Salvam rem præſtare, *Garentir*. Placitum an. 877. in Tabulario Caſaurienſi: *In eo modo ut menſuremus ipſas res; & ſi plus nobis exinde evenire debet, nobis adimpleatis in ſupradictis villis, dum uſque ipſam tertiam partem adimpleatis. Et ſi plus fuerit de ipſa re quam nos dicimus, nos vobis reſalvamus de ipſa re, dum vos ipſas duas portiones habeatis*.

RESCLAUSA. Concilium Avenionenſe an. 1326. can. 11. *Molendina, piſcarias, paſquerias, ſive reſclauſas*, &c. Ita editio Gaſſendi, non *reclanſas*, ut nova editio Conciliorum.

RESCULA. Vide *Recula*.

RESCUSSA, *Reſcuſſio, Reſcuſſus*, Recuperatio. *Reſcouſſe*, quod qui rem recuperat, poſt eum recurrat qui hanc aufert. Reſponſiones Mag. Laurentii de S. Albano pro Comite Cantiæ: *Qui quando ad reſcuſſionem terrarum illarum mittere debuerat theſaurum & denarios, miſit barillos lapidibus & ſabione impletos*.

Reſcuſſus, Anglicis practicis, eſt tumultuoſa & violenta ereptio *areſtati*, ſeu capti, è manibus ejus qui licitè eundem cepit, aut *areſtavit*: apud Cowellum lib. 2. Inſtit. Jur. Angl. tit. 18. §. 14. & Raſtallum verbo *Reſcous*. Will. Thorn an. 1332. *Et nota quod expendium per ſuggeſtionem Archiepiſcopi pro reſcuſſu facto de eodem Petro*, &c. Vide Conſuetudinem Pictavenſem art. 15. & Raguellum voce *Reſcouſſe*.

Ita ſi quis in prælio ab hoſtibus captus abduceretur, continuò inclamabatur is clamor militaris, qui inde à

la recouſſe dicebatur, quod omnes ſtatim ad eum recipiendum confluerent, apud Froiſſartem 1. vol. cap. 151. 222. 2. vol. c 162. 3 vol. cap. 15. Jacob. Hemericartius cap. 49. *Sor ces dois fut ly Chapeleis & ly cry merveilheux, tant à l'aſſaut, com al reſcoſſe,* &c. *Le Roman de Garin* MS.

Bien à li Dus ſon convent accomplis ;
A la reſcouſſe del valet Fromondin.

Alibi :

A la recouſe del valet Mauvoiſin,
Poignent enſemble & Girbert & Gerin.

Guill. *Guiart* MS. in Philippo Pulchro :

A la reſquouſſe au gentil Comte,
Que plenté d'Alemans ſeurmonte,
De lui retenir envieuſe,
Fut la criée merveilleuſe.

Reſcuſſus, ſeu *Reſcous*, Littletoni ſect. 157. una eſt ex tribus cauſis diſſaiſinæ de *Rente ſervice* : ubi ſic deſcribitur : *Reſcous eſt, quaunt le Seignior ou la terre tenus de lui deſtreine pur ſa rent arere, ſi le diſtres de lui ſoit reſcous : ou ſi le Seignior vient ſur la terre, & voile diſtreiner, & le tenant, ou autre home ne lui voile ſuffer*, &c.

Recouſſe d'heritage, in Conſuetudinibus noſtris municipalibus aliquot, ut Angeriacenſi art. 42. Turonenſi art. 185. Andegavenſi, &c. quod aliæ *Retrait lignager* vocant, facultas data agnatis recuperandi prædia ab aliis agnatis vendita extraneis. Charta Joannis Comitis Cabilonenſis an. 1276. in Hiſt. Reomaënſi : *Et nos devant dis Jehans euſſiens ladite terre reſcoſſe por devant grè de ligneige*, &c. Philippus de *Beaumanoir* cap 59. ait in quinto gradu omnem agnationem finiri, *fors en recouſſe d'eritage, car encore le peut-on reſcorre duſques el ſeptiéme degré par reſon de lignager*. Et cap 62. *Les cas qui naiſſent des reſcouſſes d'eritages, doivent eſtre exceptez de gages*, &c.

Reſcuſſa. Aggreſſio, violentia, vis alicui illata, ſic dicta quod recuperationes non ſine vi aliqua fiant. Regeſtum Magnorum Dierum Trecenſ. an. 1285. fol. 24. *Pro inſulta & reſcouſſa factis gentibus D. Regis*. Alibi : *Pro inobedientiis, reſcouſſis, injuriis*, &c. An. 1297. *Super injuriis, violentiis, reſcuſſis ſibi illatis*. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. f. 153. *Faciendo reſcuſſas gentibus D. Regis Franciæ, & eos verberando, capiendo*, &c.

Reſcoſtaria, eadem notione. Statutum Toloſanum an. 1207. apud Catellum pag. 230. *Fecerunt tale ſtabilimentum, quod omnia malefacta quæ hominibus vel feminis hujus villæ Toloſæ facta fuerint habitantibus in urbe vel ſuburbio, videlicet quæ malefacta dicuntur Reſcoſtarias, emendentur Conſulum cognitione*.

Reselula. Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 8. *Accidit autem hyeme per ora, cruraque populi peſtilens morbus, in tantum ſæviens, ut multi perirent : indeque ad Damiatæ incolas pertranſiit. Studet proinde Soldanus ſuccurrere civitati : & primo quidem nocte per fluvium tranſmittebat reſelulas leves conſutas in coriis, & ceratis*, &c. Perperam, pro *reſcellulas*. Vide *Recula*.

Reservatio, in materia beneficiali. Chronicon Archiep. Upſalienſium pag. 197. *Iſte D. Joannes Karoli non habuit jus in ea* (Canonia,) *quia reſervata fuit in curia, & vigore illius reſervationis impetravit eam*. Mox : *Quo mortuo obtinuit hanc præbendam etiam per reſervationem D. Henricus dictus Biſcop*.

Residentes *in terra Dominica*, homines liberi dicebantur, tam qui *proprium* non habebant, quam qui *proprium* habebant. Atque ii quidem propter res alterius ad teſtimonium non recipiebantur, licet *conjuratores* eſſe poſſent, quia liberi erant : iſti verò ad teſtimonium recipiebantur, quia proprium habebant, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 150.

Reſidens. Tenens aut vaſſallus, qui ex debito *reſidet* in prædio domini ſui, ita ut ab eo recedere ei non liceat : aliàs *Hoſpes*, & *Eſtagiarius* dictus : in Conſuetudinibus municipalibus, *homme levant & couchant* : in Conſuetudine verò Normanniæ art. 188. *Reſeant du fief*. At in veteri, cap. 60. *reſeans*, exponuntur *homagiati*, in editione Latina. Leges Henrici I. Angl. cap. 43. *Quantumcumque dominos aliquis habeat, vel quantumcumque de aliis teneat, ei magis obnoxius eſt, & ejus reſidens eſſe debet, cujus legius eſt. Si multis homagium fecerit, & ab aliquo eorum captus & implacitatus ſit, ille cujus reſidens & legius eſt, erga quoſlibet alios jure poteſt eum plegiare, nec debet ei denegari*. Adde cap. 55. Conſuetudo Cenoman. art. 33. *Le Juſticier foncier peut contraindre ſon ſujet à reſſeantir d'eſtage, au lieu où il a eſté anciennement, & d'eſtager, ſinon qu'il veuille quitter ledit eſtage*. Ubi perperam editi codices habent *Reſſentir*.

Reſidentia, *Reſeantiſia*, Jus domini feudalis, quo vaſſallum, ſeu tenentem, cogere poteſt, ut intra feudi ſui terminos habitet, aut manſionem habeat. *Reſſeantiſe*, in Conſuetud. Perticenſi. In 30. Regeſto Chartophylacii regii fol. 1. hæc habentur : *de Montfaucon. On recevra en la reſeance de Montfaucon toutes manieres de gens, fors ke chiaus qui ſont ſerfs de leurs cors, & chiaus qui ſont dampné, ou forbani en aucun lieu pour villainfet. Et ſi dira-on à chaus qui vendront en la reſeance de Montfaucon ; On vous reçoit en la reſeance : mais prenès garde que vos ne ſoiès ſerf de vos cors, & que vos ne ſoiez condamnez ne forbannis pour villain fait : & ſe vos eſtiez encombrez avant que vos vepiſſiez en la reſeantiſe, li Rois tant come il apartient à celui encombrement, ne vos defendroit pas*.

Reſidentia, pro eo quod *ſtagium* alii vocant. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. fol. 24. *Nomina Nobilium qui tenentur facere reſidentiam in Caſtro de Thalamont annis ſingulis, de decretio videlicet : Helias Achardi per tres menſes ſequentes & continuos*, &c.

Reſeandſia. Charta Renaldi de Boſco in Hiſt. Monaſterii S. Audoeni Rotom. *Nullus qui in bava Gonnor per nos reſeantiſiam fecerit — poteſt habere quietantiam herbagii*, &c. Fleta lib. 2. c. 67. §. 6. *Teſtatum fuit quod domicilium habuit & reſeantiſam apud talem locum*. Regeſtum Cenſuum & Feodor. Carnot. fol. 17. *Chaſcune hoſtyſe d'icelle mérie doit une geline*, &c. *& ſe ainſinc eſtoit que les eſtagiers laiſſaſſent les hoſtiſes dechair, porce ne demouroit pas que le paſt n'en fuſt rendu, & poit pour reſon de la reſeantiſe*. Vide Raguellum.

Reſeantiſa, interdum ſumitur pro ipſa domo reſidentis ; ut *hoſtiſia*, pro domo hoſpitis. Tabularium Leproſariæ Pontis-Audomari : *Tenet 4. acras terræ & unam reſſeantiſam unde reddit 5. ſol*.

Infirmitas de reſeantiſa, quod aliàs *malum lecti* dicitur, in Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 8. §. 3. & apud Bractonum lib. 5. tr. 2. c. 4. §. 1. *Exoine de mal reſſeant*, in Conſuetud. Normann. c. 39. 122. 124. Vide *Eſſonia*.

Reſcancia, ex Gall. *Reſeance*. Charta an. 1316. apud Will. Thorn : *Quod omnes reſidentes qui reſcancias proprias nunc tenent infra procinctum manerii prædicti*, &c. Adde eundem pag. 2035.

Reſidentia Canonicorum, de qua complures Chartas collegit V. cl. Jacob. Petitus poſt Pœnitentiale Theodori p. 442. & ſeqq.

Residuus, pro *Reſidens*. Hincmarus Remenſis Epiſt. 7. ex Labeanis : *Ipſe Ottericus dum ipſam Eccleſiam teneret, cantavit in Noviante, & in Landrica curte, & in Brotris : titulus autem ipſius, in quo & reſiduus erat, fuit in Follana braio*.

Residuatio. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *Reſideo*. [illegible], *Reſiduatio*.

Resignare. Vide *Signare*.

Resinosus. Vide *Bromoſus*.

Resociare, Diſperſos ac fugitivos cogere. Galfridus Monemutenſis lib. 1. cap. 19. *Reſociatis ſociis qui diſperſi fuerant*. Utitur alibi non ſemel.

Resona, Reſonatio, Echo, ἠχὼ, in Gloſſ. Lat. Gr.
Reſonantia tympanorum, apud Thwroczium in Atti-
la.

Resonare. Vide *Sonare*.

Respectare. Vide *Reſpectus*.

Respector, *Reſpectator*. Anaſtaſius in Sergio PP. *Præ-
dictus verò Paſchalis non poſt multum tempus, & ab
officio Archidiaconatus pro aliquibus incantationibus &
lucis quos colebat, vel ſortibus quas cum aliis reſpe-
ctoribus tractabat, Dei beatique Petri Apoſtolorum
Principis interveniente judicio privatus eſt*. Codd. alii
præferunt *cum aliis reſpectatoribus ſuis*. Quo loco *Re-
ſpectores* videntur eſſe aruſpices, ſeu extorum vel etiam
aſtrorum *inſpectores*.

Respector, Præfectus urbis, vel provinciæ, qui Theu-
tonibus *Rewart*, in Charta an. 1256. apud Hauræum in
Caſtellanis Inſulenſibus p. 14. In alia anni 1238. in
Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 515. occurrit *Reſpector
amicitia Inſulenſis*, qui vulgò *Reward*, ſeu uti alii vo-
cant, *Major* urbis.

Respectualis, qui *obſervantiam* erga aliquem præſtat,
Gall. *Reſpectueux*. Vita S. Attractæ Virg. n. 13. *Et
ſic omnes Lugnenſes non ſunt bene Regi Connachtia re-
ſpectuales*. Supra enim dicuntur Lugnenſes Regi Con-
nachtiæ reſtitiſſe.

Extat apud Lindenbrogium 58 formula Adoptionis,
cum hoc titulo: *Traditio reſpectualis, ſive Epiſtola qua-
liter extraneus in locum filiorum adoptetur*. Extat ſi-
milis apud Marculſum lib. 2. form. 13. cum hoc tit. *Si
quis extraneum hominem in loco filiorum adoptet*. Ubi
reſpectualis videtur eſſe *traditio reſpectiva*, ut noſtri
dicunt, cùm adoptans omnia ſua bona adoptivo tradat,
viciſſim adoptivus victum & veſtitum adoptanti tri-
buat.

Respectus, Viſitatio, divinæ ſcilicet gratiæ aut ultio-
nis, benedictionis in vitam æternam, maledictionis in
geennam. Sapientia Salomonis c. 3. de ſanctis: *Et in
tempore erit reſpectus illorum*, ubi Græca habent, καὶ ἐν
καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσι. Commodianus:

Præfatio noſtra viam erranti demonſtrat,
Reſpectumque bonum, cum venerit ſæculi meta.

Reſpectio, eadem notione, apud Alvarum Corduben-
ſem in Vita S. Eulogii: *Eram namque jam dicti illu-
ſtriſſimi viri auditor: & dum frequentius ejus limina
tererem, incultumque ingenium acuerem, tandem
reſpectione divina* (i. inſpiratione) *hujus tanti viri ſo-
cietate conjungor*.

Reſpectus, agri vel prædii de quo litigatur, inſpectio,
reſpectio, Gallis ſeu Normannis, *Monstrée*, aliis
Veue. Vetus Notitia Judicati an. 868. apud Perardum
in Burgundicis p. 148. *Ipſe autem Hildebernus reſpon-
dit ei, quod non juſtè, ſed injuſtè eum mallaſſet: Al-
caudus verò contra eum Vuidridum ſtipulavit, unde ante
hos dies per judicium Scabiniorum ad reſpectum fuerunt*.
Alia Notitia an 870. apud eundem: *Interpellavit ſeu
mallavit quendam hominem nomine Hildebernum, &
dixit quod Hildebernus ante hos dies per judicium Scabi-
neorum ad reſpectum fuiſſent ſuper res ſancti Benigni,
quas idem Hildebernus injuſtè retinebat*, &c. Chroni-
con S. Benigni Divionenſis p. 452. *Adhoc denique ven-
tum eſt, ut reſpectum caperent utraque pars ſuper ipſam
ſilvam, quibus Comes Richardus cum plurimis civibus
Divionenſibus* — *interfuiſſe ad juſtitiam diffiniendam
noſcitur*. Vide *Viſio*.

Reſpectus, Cenſus annuus, præſtatio annua. Charta An-
gelranni Comitis Pontivi, apud Hariulfum lib. 4. cap.
21. *Ea ſcilicet ratione, ut nullus ſuorum ſucceſſorum
ampliùs ullos reſpectus, vel parvas vel magnas conſuetu-
dines ab eo expeteret. Synodalis reſpectus*, qui vulgò
Synodaticum, in alia Charta, eod. cap. Charta alia
Adalberonis Epiſcopi Virdunenſis ex Tabulario S. Vi-
toni: *Libera fieret deinceps ab omni reſpectu & ſervitio*,
&c. Charta Stephani Epiſcopi Metenſis an. 1126. apud
Meuriſſium: *Præter hæc concedimus eis terram de ipſa
foreſte ad arandum centum jornales ad unamquamque
ſeſſionem, & ad pratum faciendum liberè, & ſine reſ-
pectu alicujus juris vel reditus*. Tabularium S. Genove-
fæ Pariſ. an. 1183. *Quitavit conſuetudines & obventio-
nes de hominibus ſuis de Petrafonte, ſcilicet reſpectus,
manum mortuam ſeu caducum, & foriſmaritagium*.
Liber Rameſienſis ſect. 38. & 143. *Sedecim caſeos &
duas vaccas pingues de terra mea* Hichelinge, *pro reſ-
pectu annuo eidem Eccleſia procurari decerno*. Charta
Balduini Epiſcopi Tarvanenſis anno 1026. in Tabu-
lario S. Bertini: *Ut ſicut Eccleſia ſancta Dei Geni-
tricis Mariæ, cui autore Deo deſervio, poſſidet terras
ſuperius nominatas ſine cenſu vel quolibet reſpectu, ita
prædicta Eccleſia S. Bertini libero ac perpetuo jure poſſi-
deat ipſa altaria ſine reſpectu, atque circada, atque à
perſonatus omnimodo exactione*. Charta Ratbodi Epiſco-
pi Noviomenſis an. 1093. ex Tabulario S. Bertini: *Ec-
cleſia S. Bertini ad monachorum uſum altare de villa,
quæ Calvus mons in Vallibus dicitur*, — *ſub perſonatu
perpetuo tenendum conceſſi, tali quidem conditione, quod
una quaque perſona decedente aliam prædicti Sancti Ab-
bates ſeu Monachi Noviomenſi Epiſcopo præſentem perſo-
nam, cui ipſe Epiſcopus ejuſdem altaris perſonatum com-
mendet: perſona verò reſtituta quinque tantum ſolidos
Epiſcopo ſeu ejus Archidiacono tribuat, & uno quoque
anno in feſtivitate S. Remigii pro reſpectu altaris ſibi
commiſſi treſ eis ſimiliter ſolidos ſolvat, & ad eorum Sy-
nodum celebrandum veniat, ſicque ab omni exactione li-
bera permaneat*. Regeſtum Philippi Aug. Herouval-
lianum fol. 74. *Concedimus 22. libras reditus & 4. ſol.
in cenſibus, & in molendinis 16. libr. & in reſpectibus
Natalis & Paſcha 17. ſol.* &c. Chronicon Valciodo-
renſe p. 560. *Ipſe denique ne omnino apud matrem Ec-
cleſiam haberetur ingratus, in eadem villa Romereis in
reſpectu quindecim denariorum Valciodorenſi Eccleſiæ
partem alodii dedit*. Pag. 561. *Cumque ſecundum Re-
gulam S. Benedicti pro puero prædicti parentes ſuam pe-
titionem facerent, & in Roux tam pro ſe, quam pro eo-
dem reſpectum duorum ſolidorum nobis tradiderunt*. Pag.
562. *Valciodorenſi Eccleſia partem alodii tradidit, duoſ-
que ſolidos in reſpectu illius fratribus ejuſdem Eccleſiæ
quotannis ſolvere conſtituit*. Denique pag. 565. *Vigin-
ti quatuor ſolidi Leodienſis monetæ ex reſpectu Man-
ſionariorum habebantur*. Adde Barthol. Fizenium in
Hiſt. Leodienſi pag. 318. 362. Areſta Pentecoſt. anno
1266. in 1. Reg. Parl. f. 151. *Conceſſit D. Rex Majo-
ri & Juratis Ambianenſ. quod ad aquitationem debito-
rum villa ſua poſſent levare de quibuſlibet 20. ſolidatis
mercaturæ venditis in villa Ambianenſi de illis de com-
munia ſua ab emptore, videlicet unum denarium: quod
cum facerent Major & Jurati prædicti, accedens Epiſco-
pus Ambian. ad D. Regem, ex hoc conqueſtus fuit,
aſſerens ipſam coſtumam, quam vocabat malam tol-
tam, in præjudicium Eccleſiæ ſuæ, & in eluſionem li-
bertatis in favorem Eccleſiæ datæ, quæ dicitur Reſpectus
S. Firmini, conceſſam fuiſſe propter quod petebat tandem
penitus revocari*. — *Determinatum fuit* — *quod idem
Epiſcopus ſuper hoc audiendus non erat*. Extat in Re-
geſto Urbis Ambianenſis ſequens Charta, ex qua
docemur cujuſmodi fuerit cenſus ille qui exſolvebatur
Ambiani in feſto S. Firmini Martyris.

*Gaufridus divina permiſſione Ambianenſis Eccle-
ſiæ Miniſter humilis, omnibus Chriſti fidelibus, ad quos lit-
tera iſta pervenerint, in Domino ſalutem. Noverint uni-
verſi, quod cùm inter nos ex una parte, & Majorem
ac cives Ambianenſes ex altera diutius contentio verte-
retur, ſuper eo quod petebamus quatuor denarios de
reſpectu à quolibet homine uxorato exiſtente de commu-
nia, qui mercabatur Ambiani, & eſſet ſubſcriptus in
Tabula B. Firmini Martyris, tandem de conſilio &
conſeſſione virorum venerabilium Decani & Capituli no-
ſtri Ambianenſis, inter nos & præfatos cives ad pacem
pervenimus in hunc modum. Nos ſiquidem mitius agere
volentes cum civibus memoratis, ordinavimus pro bono pa-*

cii, quod vir & uxor ejus in vita ſua tres denarios monetæ currentis Ambianenſis in feſto præfati Martyris pro reſpectu ſuo annuatim perſolvent, & ſic de theloneo ſuo immunes erunt per annum, nec poterimus cogere aliquem ad ſolvendum reſpectum, niſi prius 15. dies elapſi fuerint à feſto memorato. Si autem vir ſive uxor ejus deceſſerit, nihilominus ille qui ſuperſtes erit, tres denarios perſolvet: & ſi contigerit virum aut mulierem eſſe extra civitatem tempore quo reſpectus debet perſolvi, infra 15. dies poſtquam redierit licebit ei ſolvere reſpectum ſuum, tres ſcilicet denarios, aut reddere theloneum ſuum anni illius, recepto à talibus corporaliter juramento quod bene tres denarios ipſi domino ſolvere tenebuntur de reſpectu. Sciendum eſt quod non poterimus aliquo modo contradicere, quin omnes qui de communia extiterint, aut qui communiam jurare voluerint, ſub prædicto reſpectu trium denariorum in tabula recipiantur ſupradicta: omnes etiam illi qui de communia fuerint, oportebit ut intrent in tabula, & ut nomina ſingulorum in eadem conſcribantur. Notandum eſt præterea, quod pro pace iſta quam prædiximus, recepimus à ſæpedictis civibus novies viginti libras Pariſienſes in augmentum redditunm Theſaurariæ refundendas. Ut igitur hæc præmiſſa robur perpetuum obtineant, præſentem Chartam exinde confectam, & à nobis & à dictis Decanis & Capitulo benignè conceſſam & approbatam tam ſigilli noſtri autoritate quam ipſius Capituli ſigillo fecimus roborari. Actum anno Verbi incarnati 1226. menſe Novembri.

Reſpectio, idem quod *Reſpectus*, Cenſus. Tabularium S. Amandi apud Haræum in Caſtellanis Inſulenſib. pag. 178. *Quæ familia uno quoque anno in feſtivitate S. Amandi, quæ eſt 7. Kal. Nov. perſolvat de reſpectione capitis ſui duos denarios, de mortua verò manu ſex*, &c. Ubi *reſpectio capitis*, idem valet ac *cenſus capitis*, de quo egimus in voce *Capitalitium*.

Regardum dicitur in Regeſto Philippi Auguſti Herouvalliano f. 96. *In regardo ad natale pro pane 8. ſol.— in regardo ad Paſcha pro pane 6. ſol. & 1200. ova appreciata 30. ſol.* Quippe *reſpectus* Gallicè *Regard* dicitur: unde colligi videtur Gallos noſtros *regards* vocaſſe ejuſmodi cenſus annuos, quos Latinæ Tabulæ *reſpectus* vocant.

Reſpectus, *reſpectum*, Mora, dies dilatus, prorogatio diei, Gallis *Reſpit*. Capitulare 3. Ludovici Pii an. 819. c. 1. *Et ſi Comes infra ſupradictarum noctium numerum mallum ſuum non habuerit, ipſum ſpatium uſque ad mallum Comitis extendatur, & deinde detur ei ſpatium ad reſpectum ad ſeptem noctes.* Leges Edwardi Confeſſ. c. 15. *Si inveniri non poterant, menſis & unius dies reſpectum habebant ad eum inveniendum.* Matth. Paris an. 1236. *Dum reſpectum & dilationem caperet.* Utuntur præterea Goffridus Vindocin. lib. 2. Epiſt. 24. Ivo Carnotenſis Epiſt. 127. Fulbertus Epiſt. 75. Rigordus p. 25. Hugo Flaviniacenſis in Chron. pag. 244. Epiſtol. 202. ex Sugerianis, Epiſtolæ 190. & 378. ex iis quæ habentur to. 4. Hiſt. Francor. Charta Riculfi Forojulienſis Epiſcopi apud Ruffum in Comitibus Provinciæ pag. 53. & Sammarth. &c. *Le Roman de Garin:*

Entrès en Mez orendroit ſans reſpit.

Occurrit paſſim in Conſuetud. municipal. locis indicatis à Raguello.

Vocem hanc Gallicam à Latino *reſpirare* quidam deducunt: nam ut debitores, qui à creditoribus ad ſolvendum acriùs urgentur, *ſuffocari & ſtrangulari* in l. 1. in princ. D. de Præd. curial. ſine decr. non alien. & in Evangelio Matth. cap. 18. verſ. 28. & ſeq. ita quibus conceduntur induciæ, quò ſe à debiti onere exſolvant, *reſpirare* dicuntur Senatori lib. 2. var. Ep. 38.

Salvum reſpectum, ſeu *ſauf reſpit* vocant Practici noſtri prorogationem quam dominus vaſſallo concedit ad præſtandum hominium: ita in Conſuet. Britanniæ art. 252. 267. Habetur in Regeſto de negotiis Ludovici Ducis Andegavenſis & Regis Siciliæ Charta Petri Comitis Alenconis & Pertici 1. Sept. anni 1386. qua ſe duo *homagia ligia* debere profitetur Reginæ Siciliæ Ludovici Regis matri, alterum pro Vicecomitatu Bellimontenſi, alterum pro terra Sonnenſi, ratione Ducatus Andegavenſis & Comitatus Cenomanenſis. Mox in eadem Charta hæc verba adducuntur: *Et pource que madite Dame eſt à preſent en lointain pays, parquoi ne pouvons pas de preſent aler pardevers elle pour luy faire leſdits fois & homages, que nous ſommes tenus faire, nous ait à noſtre requeſte mis en ſes ſaufs reſpits durant ſondit bail, par ainſi que nous avons voulu & encore voulons que leſdits reſpits durant baille à madite Dame, & ſoit d'autel effet, comme ſi nous lui avions fait leſdits fois & homenages*, &c. In Regeſto Conſtabulariæ Burdegalenſis fol. 151. *Soveals reſpuez.*

Reſpectare, Differre, *Reſpectum*, ſeu moram dare, tempus prorogare, *Donner du reſpit*. *Reſpiter*, apud Villharduinum n. 32. 146. Leges Ethelredi Regis apud Habam cap. 7. *Sæpe etiam pravi judices judicium pervertunt, vel reſpectant, & non finiunt cauſam donec voluntas eorum impleatur.* Epiſtola Henrici I. Regis Angl. ad Anſelmum Archiep. Cantuarienſem, apud Eadmerum lib. 4. p. 101. *Mando vobis ut reſpectetis æquo animo & bona voluntate benedictionem Thomæ Eboracenſis Archiepiſcopi uſque ad Paſcha*, &c. Leges ejuſdem Regis cap. 26. *Defenſor aut Dominus de furto pulſatorum, ſi ſemel aut amplius reſpectaverit, erga vicinum, diem, & abſque juſtitia majoris auctoritate conditam, curiam ſuam perdet.* *Dies reſpectatus*, prorogatus, ibid. *Placitum reſpectare*, cap. 29. 41. 50. 59. Stephanus Tornacenſis Epiſt. 23. *Quartò convenerunt litigantes coram judice, & quartò filii hominum qui judicant terram, ut vulgariter loquitur, judicium reſpectarunt.*

Reſpectuare, eadem notione. Quoniam Attachiamenta cap. 90. §. 2. *Et ſi vocat puerum infra ætatem, loquela erat reſpectuata uſque ad ætatem pueri*, id eſt dilata. Leges Burgorum Scoticor. cap. 29. §. 1. *Quicunque factus fuerit novus burgenſis de terra vaſta, & nullam terram habuerit hoſpitatam, poteſt habere reſpectuationem, quæ dicitur Hirſet, in primo anno, & poſt primum annum hoſpitabitur, & ædificabit terram ſuam.* *Homagium reſpectuare*, in Parliamento de depoſitione Regis Ricardi II.

RESPICIARE, vox Practicorum, quæ idem ſonat quod *Conſiderare*, ſeu *Eſgarder*, ut noſtri efferebant, Sententiam pronunciare, judicare cum cognitione cauſæ. Henr. de Knyghton an. 1331. *Qui omnes ad invicem conſulentes venerunt, dicentes, quod omnes & ſinguli articuli ſuperius de dicto Rogero atteſtati veri ſunt & notorii, unde reſpiciatum eſt & adjudicatum, quod prædictus Rogerus ut proditor & inimicus Regis & regni diſtractus ſit & ſuſpenſus*, &c. Vide *Eſgardium*.

RESPONDERE, pro alio ſpondere, Gallis *Reſpondre pour quelqu'un*. Capitula Caroli M. lib. 3. c. 44. *Nemini liceat ſervum ſuum propter damnum ab illo cuilibet illatum dimittere, ſed juxta qualitatem damni dominus pro illo reſpondeat, vel eum in compoſitionem, aut ad pœnam petitori offerat.* Lex Wiſigoth. lib. 5. tit. 4. §. 18. *Nam qui talem ſervum comparaſſe dinoſcitur, ſi reſpondere vel ſatisfacere pro crimine ejus noluerit*, &c. Ita *Reſponſum dare* pro alio, uſurpat eadem Lex Wiſigoth. lib. 4. tit. 2. §. 15.

RESPONSALIS, Gall. *Reſpondant*, qui pro alio ſpondet. Charta Hugonis Epiſcopi Lingon. an. 1221. in Tabul. Camp. Thuani f. 171. *Nos nobilem mulierem Blancham illuſtrem Comitiſſam Campaniæ conſtituimus plegiam & reſponſalem pro nobis ſuper 700. libr.* &c. Adde Petrum Abbat. Cellenſem l. 9. Ep. 12. Græci ἀντιφωνητὴν vocant, de qua voce Salmaſius de Modo uſurar. p. 718. 721. 726. & nos quædam ad Alexiadem p. 307. Gloſſæ Lat. Gr. *Spondit*, ὑπέχει, ἀντιφωνεῖ, &c.

Reſponſales, Nuntii: interdum & Apocriſiarii, & qui *Reſponſa* ſeu negotia Eccleſiaſtica peragebant. *Theodorus Reſponſalis venerabilis Eccleſiæ Carthaginis*, in Conſtit Juſtiniani de Africana Eccleſia. Anaſtaſius in S. Vitaliano PP. *Hic direxit reſponſales ſuos cum Synodica juxta conſuetudinem in Regiam urbem apud piiſſimos Principes.* Ita in S. Zacharia p. 78. Anſelmus Leodienſis cap. 106. *Reſponſalem ſuum cum ſuis literis illò tranſmiſit.* Chronicon Morimacenſe an. 1119. *Thomam hujus loci Abbatem primum Reſponſalem miſit.* Capitulare Sicardi Princip. Benevent. cap. 13. *Ut in ipſa trajecta ſit licentia tranſeundi tam negotiantibus, quam etiam reſponſalibus, vel militibus, ſeu aliis perſonis.* Utuntur paſſim Scriptores, Facundus Hermianenſis lib. 4. cap. 3. Gregorius M. l. 1. Epiſt. 42. l. 2. Ind. 10. Epiſt. 39. Ind. 11. Ep. 6. 7. l. 3. Ep. 20. l. 4. Ep. 3. 8. Hiſt. Miſcella in Zenone, Alexander III. PP. Ep. 9. 38. 50. ad Petrum Abbat. Cellenſem, Aimoinus lib 3. Hiſt. cap. 66. Joan. Sariſber. Epiſt. 7. Matth. Paris an. 1246. Petrus de Vineis lib. 1. Epiſt. 3. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 303. &c. Vide *Apocriſiarius*, *Reſponſum*.

Reſponſalis, Procurator, qui pro alio in jure reſpondet, *qui in ſe ſuſcipit judicium*, ait Fleta lib. 6. c. 10. §. 18. Regiam Majeſtat. lib. 1. cap. 21. de *Eſſoniis*. §. 4. *Tunc ad quartum diem veniat, vel certum Reſponſalem mittat.* Ubi Skenæus, i. *Procuratorem qui pro eo reſpondeat.* Adde cap. 25. §. 2. l. 2. cap. 16. §. 38. lib. 3. cap. 15. §. 2. cap. 17. §. 4. Apud Bractonum lib. 4. tract. 1. cap. 32. §. 2. & in eodem Fleta lib. 4. c. 6. §. 7. dicitur magna eſſe differentia inter *Attornatum* & *Reſponſalem*. Charta Thomæ Comitis Sabaudiæ, apud Guichenonium p. 51. *Cum — nec ipſi per ſe, vel per reſponſalem comparuerint*, &c.

Reſponſalis, Epiſtola, qua alicui reſpondetur ſuper ſcriptis in alia epiſtola, vel litteris. Ita apud Petrum de Vineis lib. 5. Epiſt. 29. 30. 122. 125.

RESPONSARIUS, Reſponſalis, Apocriſiarius, apud Liberatum Diac. c. 23.

RESPONSATICUM. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. cap. 14. *De tertiatoribus vero hoc ſtetit, ut nulla nova eis a parte Reipublica imponatur, excepto antiqua conſuetudine, hoc eſt reſponſaticum ſolum, & angarias, & calcarias.* Et mox: *Nulla alia nova imponatur a parte Reipublica ad eos qui ſe dividunt, niſi tantummodo reſponſaticum & angarias ſupra ſcriptas.* Cap. 31. *Ut ſingula caſtella non tollant reſponſaticum, niſi de locis ſibi pertinentibus.*

RESPONSORIUM, *Reſponſorius cantus*, Cantus Eccleſiaſtici ſpecies, ſic dictus, inquit Iſidorus lib. 1. de Eccl. Offic. c. 8. & l. 6. Orig. c. 19. *Quod uno canente, chorus conſonando reſpondeat.* Rhabanus lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 51. *Reſponſoria ab Italis longo tempore ante (Antiphonas) ſunt reperta, vocata hoc nomine, quod uno canente chorus conſonando reſpondeat. Antea autem id ſolus quiſque agebat, nunc interdum duo vel tres communiter canunt, choro in plurimis reſpondente.* Idem lib. 1. p. 33. *Inter reſponſoria vero & antiphonas hoc intereſt, quod in antiphonis uni dicit verſum, in reſponſoriis verò alternant verſibus chori.* Gennadius de Scriptorib. Eccleſ. ait Muſæum Epiſcopum Maſſilienſem ſcripſiſſe *Reſponſoria Pſalmorum, Capitula tempori & lectionibus congruentia*, &c. Alcuinus Poëm. 3.

> *Hymnos ac Pſalmos, & Reſponſoria feſtis*
> *Congrua promemus ſubter teſtudine templi.*

Vide Concilium Toletan. IV. c. 16. Amalarium lib. 4. de Offic. Eccl. c. 11. & in Eclogis p. 1358. Monachum Altiſiodor. S. Mariani an. 947. Durandum lib. 5. Ration. c. 2. n. 52. 53. & Durantum de Ritib. Eccl. lib. 2. c. 19. lib. 3. c. 19.

Reſponſoria, & *Reſponſorium*, promiſcuè dicitur in Statutis antiquis Cartuſienſibus 1. part. cap. 28. §. 14. *Quando feſtum Dedicationis accidit in Dominica, in qua receſſe eſt inchoare reſponſoriam novam, quæ ſolis dominicis cantatur*, &c.

Reſponſoriolum, Breve reſponſorium. Statuta Ordinis de Sempringham p. 718. Novitii *Reſponſoria non incipiant, nec verſum canent, ſed Reſponſoriola & verſiculos dicant.*

Reſponſiunculum, in Statutis Antiq. Cartuſienſ. 1. part. c. 36. §. 19. cap. 38. §. 4. & alibi.

Reſponſoria, Papiæ, *ſunt quæ Juriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus.*

Reſponſoriale, Liber Eccleſiaſticus continens reſponſoria, Amalario in Prologo de Ordine Antiphonarii; qui *Reſponſonarium*, Durando lib. 6. Ration. c. 1. n. 24.

RESPONSUM, Negotium, maximè illud quod foris peragitur, de quo Domino *Reſponſum* datur. Liberatus Diac. cap. 16. *Gennadius quidem ibi remanſit, ut cum aliis reſponſa faceret Epiſcopi.* Regula S. Benedicti c. 31. *Fratres, qui pro quovis reſponſo proficiſcuntur.* Vita ejuſdem S. Benedicti c. 12. *Mos etenim cellæ fuit, & quoties ad reſponſum aliquos egrederentur Fratres, cibum potumque extra cellam minime ſumerent.* Gregorius M. lib. 3. Dial. c. 36. *Dum juſſione Pontificis mei in Conſtantinopolitanæ urbis Palatio reſponſis Eccleſiaſticis obſervirem.* Idem lib. 6. Ind. 11. Epiſt. 19. *Cum in urbe regia reſponſa Sedis Apoſtolicæ facerem.* Epiſt. 52. *Sabinianum Diaconum pro reſponſis Eccleſiaſticis faciendis ad dominorum veſtigia tranſmiſi.* Adde Epiſt. 54. lib. 4. Epiſt. 36. lib. 5. Epiſt. 60. lib. 6. Epiſt. 37. lib. 7. Ind. 1. Epiſt. 5. 7. lib. 11. Epiſt. 47. & alibi. S. Bonifacius Moguntin. Archiepiſc. Epiſt. 29 *Obſecramus ut hunc Miſſum literarum mearum Romam pergentem propter reſponſa Eccleſiaſtica, & orationum cauſa, per veſtros fines conſervatum tranſire permittatis.* Petrus Diac. lib. 4. Chron. Caſin. c. 66. *Demum verò pro reſponſis Caſinenſis cœnobii Apocriſiarius ad Lotharium Imp. directum*, &c. Florentius Wigornienſis an. 1062. *Armenfredum Sedunenſem Epiſcopum, & alium, qui à domino Papa Alexandro pro reſponſis Eccleſiaſticis ad Regem Anglorum Eadwardum miſſi*, &c. Vita S. Geraldi Abbatis Grandiſilvæ n. 3. *Cœpit, ut ſolitus erat, quæcunque Eccleſia ſua reſponſis neceſſarium habebat percurrere*, &c. Infra: *Cum verò ad matris gremium expleto diligenter reſponſo remeabat*, &c. Vide Alexandr. II. PP. Epiſt. 12. &c.

Adreſponſum, unica voce, Apocriſiarius, Reſponſalis, qui negotia alicujus curat, & de iis *reſponſa* dat, qui mittitur *ad reſponſum dandum* de negotiis pro quibus mittitur. Gloſſæ nomicæ in Cod. Reg. ſign 2023. Αδρεσπόνσον, ὁ ἀποκρισιάριος. Ita porrò dicti, qui à Magiſtro militum deputabantur in provincias, ut de militibus qui in iis degebant, eum admonerent, & *reſponſa* inquirenti darent. Julianus Anteceſſor Conſtit. 17. de Prætore Piſidiæ: *Habeat autem & carrucam argenteam, & ſecurim, & faſces, & Adreſponſum propter milites.* Ita Conſtit. 19. de Prætore Thraciæ, & Conſt. 33. de Moderatore Helenoponti. Ubi Scholiaſtes ad Conſt. 17. *Adreſponſum dicitur, qui deputatus eſt à Magiſtro militum, ut quid opus ſit, à competente judice in milites fieri, reſponſum, id eſt miniſterium ei exhibeat: & ſolet deputari iſte à Magiſtro militum eo, ſub quo provincia illa eſt.* De *ſcrinio auri adreſponſum*, vide Pancirolum ad Notitiam Imperii Oriental. cap. 80.

A Reſponſis, eadem notione. Papias in *Magiſter*: *Qui dat reſponſa regalia.* Ita Codex MS. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *A reſponſis, i. Magiſter reſponſorum*: ılσc ꝑꞇ æꞃ ınσꞃıca. Joan. de Janua: *Areſponſis, indeclinabile: qui dat reſponſa principis.*

Liberum reſponſum. Charta Lotharii Regis Franciæ apud Vaſſorium in Noviomo p. 925. *Suſcipimus etiam eam* (Eccleſiam S. Eligii) *in conductu & cuſtodia noſtra, tam ſubſtantias ipſius, quam & homines capitales ejus, qui ſicut ab antiquo in omni regno noſtro ſub libero reſponſo, ſine alicujus Advocati infeſtatione extiterant, ita in perpetuum ſub tutela noſtra & ſuccedentium nobis Regum permaneat.* Apud Petrum de Fontanis à nobis editum, *Perdre reſpons en court*, dicitur qui juri ſtare idoneus

non eſt, vel teſtimonium perhibere. Vide cap. 13.

Reſponſum, idem quod Reſponſorium. Vide *Graduale*.

RESSA, *Quod apud nos dici poteſt viſibilis vel laudabilis tentatio*: Papias.

RESSIA. Teſtamentum Aimonis de Sabandia D. Villæ-franchæ an. 1398. apud Guichenonum: *Donavit — quandam reſſiam; quam ipſe Dominus Aymo conſtrui fecit ſuper Bealeria Savilliani in Aycalibus dicti loci.*

RESSORTUM, Quicquid intra *fortes* continetur, ſeu jurisdictionis terminos: diſtrictus judicis. Vide Caſanovam lib. 1. de Franco allod. c. 9.

RESTARE, Siſtere, conſiſtere, perſtare, permanere; durare. Pactus Legis Salicæ tit. 17. §. 5. *Si quis hominem, qui — dirigere habet præceptum Regis, & — aliquis extra ordinationem Regis reſtare eum facit, aut adſalire præſumſerit*, &c. Fulcherius Carnotenſis lib. 1. Hiſt. Hieroſ. c. 13. *Quo, frater, fugis? reſta, ne timeas.* Adde cap. 14. Matthæus Paris p. 315. *Equos & homines meos fecit reſtare, donec paagium extorſiſſet.* Utuntur Latini Scriptores. Propertius:

Dum vincunt Græci, dum reſtat barbarus Hector.

Arnobius lib. 3. *Neque enim reſtare ſine aſſertoribus poteſt religio Chriſtiana.*

RESTAURUM, Reſtauratio damni; *Riſtoro*, Italis. Rolandinus in Summa Notariæ c. 3. *Quam (lanam) confeſſi & contenti fuerunt ſe ex cauſa emptionis pro tali qualis eſt ſine ullo reſtauro habuiſſe & recepiſſe*, &c. Dantes in Parad. Cant. 5.

Dunque che render puoſſi per riſtoro?

Le Voyage d'outremer du Comte de Pontieu MS. *J'ay per la mon frere, ſi venil avoir cette dame en reſtor.* Bellomanerius MS. c. 67. *Quant li jugemens eſt fes d'aucune coſe, que c'il n'a pas en ſe main, ne enſa baillie, ançois convient qu'il porcache qu'il l'ait, ou qu'il en faſſe reſtor, en tel cas doit eſtre trives données de porcacier qu'il ait ce que fut jugié contre li, ou qu'il face ſouffiſant reſtor.* Pactum ſeu fœdus initum inter Philippum Pulchrum Regem Franciæ, & Willelmum Comitem Hannonienſem 28. Octob. an. 1314. *Li dui Mareſchal de France, ou li un d'aus, ou aucuns autres prud'homs à ce commis priſeront, & eſtimeront loialment par leurs ſermens les chevals mors, & les chevals de nos gens, & nous en ferons nos dis Sires plain reſtour ſelonc leur priſie. Et ſe ledis Mareſchal, ou cil qui le priſie devroit fere, entendent tant que aucun cheval fuſſe mort ou perdu, ſi rendroit nos Sires devant dit la valeur des chevals par priſie de bonne gent.* Et infra: *Aſquiex li Rois nos Sires patera gaiges & reſtors.* Occurrit paſſim in Computis Theſaurariorum guerrarum. Huc etiam pertinet vetus Charta apud Ughellum in Epiſcopis Teatinis: *Quod ſi Miles dextrarium aut loricam in obſequio illo perdiderit, mihi Goffridus vel ſuus heres reddere debet, & tamdiu ei nullum debeo facere ſervitium.*

Staurum, eadem notione in Charta an. 1211. apud Georg. Pilonum in Hiſt. Bellunenſi p. 106. v. *Et de tare illis evicta ſtaurum præſtare — debet.*

Reſtaurum. Areſtum 11. Jan. 1322. *Cùm — certas hereditates Guillelmo Vicedomino de Carnoto vendidiſſet, ac pro dictis hereditatibus — certum reſtaurum ſeu abonamentum in quadam litera Ambian. ballivia facta ſuper hoc contentum fuiſſet*, &c.

RESTIS, Faſciculus rerum quarumpiam; maximè piſcium, reſte colligatus. Vita S. Joannis Eleemoſynarii c. 19. *Mille reſtes ſiccatorum piſcium, qui Menomena dicuntur.* Liber Miraculor. S. Baboleni cap. 2. *Inſtitutum eſt à rectoribus antiquis Foſſatenſis Eccleſiæ, ut naves per gyrum ipſius Inſulæ diſcurrentes, cenſum perſolverent ob piſcationis meritum, quem nuncupant vulgariter Reſtes. Reſta*, Italis eſt alliorum vel ceparum ſertum. Vide Martialem lib. 12. Epigr. 32.

Reſtis, *Reſticulus lini*, Faſciculus *reſte* ligatus. Helmodus lib. 1. cap. 12. *De quolibet aratro menſura grani, & quadraginta reſticuli lini, & 12. nummi puri argenti.* Cap. 14. *De quolibet ſcilicet aratro, quod duobus bobus aut uno conſtat equo, menſura grani, & 40. reſtes lini, & 12. nummi probatæ monetæ.* Vide *Lagaja*. Eſt etiam

Reſtis, Menſura agraria, de qua ſic Joan. Mariana lib. de Ponder. & menſuris cap. 21. *Canna ab Italis accepta, palmorum 10. Reſtis palmorum 33. Octoginta reſtes leucam faciunt. Porrò reductis palmis ad pedes, reſtes 800. continent pedes 19800. nimirum 400. paſſus ferè.*

Reſticuli ferrei, Virgæ ferreæ leviores. Paſſio S. Quintini Martyris: *Sanctum Quintinum torqueri in tantum trocleis præcepit, ut membra ejus à ſuis juncturis ſolverentur: reſticulis inſuper ferreis eum cædi, & oleum candens & picem, & adipem ferventiſſimam dorſo ejus juſſit infundi.*

Reſticularius, *Reſtio*, χαλοπλόκος, in Gloſſ. Gr. Lat. MSS. Editæ habent *reſticularis*. In iiſdem Gloſſis MSS. *Reſtor*, *Reſticularius*, χαλάς. Editæ *Reſor*.

RESTOLIENCUS. Tabularium Abbat. Conchenſis in Ruthenis ch. 226. *Tres ſolidos denarios Lemovicanos, & 8. denarios oblienços, & dimidium modium de civada*, &c. At in ch. 341. *Hoc eſt ſolidis in octo quatuor Lemovicanos, & de quatuor de Otonencos.* Et ch. 443. *Et 4. denarios pro carrigio, & quatuor reſtoliencos, & medietatem de meo manſo, &c. — & unum panem, & ſex ad meſſes, & ſex ad calendas, & duos de carrigio, & duos reſtoliencos*, &c. Ita variè hæc vox ſcribitur in hoc Tabulario, cujus apographum duntaxat legimus.

RESTOLLARE, Retardare, impedire, in Decretis Hungaricis. Vide *Reſultare*.

RESULCARE, *Dividere*, in Gloſſ. Arabico-Lat. vox, ut videtur, agricolarum, qui contrarios ſulcos in arando efficiunt.

RESULTARE, Reſiſtere, repugnare, ἀντιβαίνειν. Papias: *Reſultat, contradicit.* Gregorius Turon. lib. 10. cap. 15. *Sed nos reſultare cœpimus; dicentes quod non accederemus ad hunc locum*, &c. Mox: *Sicarios iſtos cum armis ante oſtium oratorii adſtare jubet, ut ſcilicet repugnantes contra judicem, ſi vim vellent inferre, pariter reſultarent.* Hac etiam notione uſurpant Gregorius M. lib. 7. Moral. cap. 14. lib. 9. cap. 11. lib. 1. Epiſt. 20. lib. 2. Epiſt. 8. Hiſt. Miſcella anno 9. Nicephori, Formula 27. ex Baluzianis, &c.

Reſultare, *Similitudinem referre*, in Gloſſis Vindocinenſib. Pricæi ad Apolog. Apulei, quem conſule p. 39.

RESUMERE; Vires recipere. Commodianus Inſtr. 71. *Mitte nummos, & unde ſe reſumere poſſit.* Galli dicimus, *ſe reprendre*.

RESUMMONIARE. Vide *Submonere*.

RESUPINUS, pro negligenti & diſſoluto; in l. 23. D. de Probat.

RETALIARE, Talionem reddere, *Rendre la pareille*. Sigebertus de Tranſlatione S. Luciæ: *Credibile eſt quod meritis ſanctæ Virginis in præſenti ſæculo peccatis illius à Deo fuerit retaliatum, & loco & ſpatio pœnitendi à Deo ſibi indulto, anima ejus in futuro ſit conſultum.*

RETALLIA, idem quod *Ritaglio* Italis: quibus *vendere à ritaglio*, eſt *vendere à minuto & à pezzi tagliati*, nos dicimus *en détail*. Jo. Villaneus lib. 7. cap. 13. *Ciò è ſono mercatanti à ritaglio de' panni Fiorentini.* Sed an id *retallia* omnino ſonet in Charta Roberti Comitis Drocarum an. 1180. apud Ducheſnium in Hiſt. Drocenſi pag. 237. non auſim affirmare: *Bannos noſtros de vino ad hoc reſtrinximus, quod uno menſe inter Natale Domini & initium Quadrageſimæ, & alio menſe inter Paſcha & Nativitatem Beati Joannis, bannum noſtrum: ita etiam quod vinum non ememus, ut ipſum bannum vendamus, tertiam etiam accinorum retalliam conceſſimus non fieri.* Fortè pro *iterata tallia*.

RETARE, pro *Reri*, Putare. Flodoardus lib. 1. Hiſt. Rem. cap. 20. de Viſione Herigarii: *Item ceu prius, ille viſum retans, mane neglexit perficere juſſionem.* Vide *Reſtare*.

RETENEMENTUM. Charta Ricardi I. Regis Angl. apud *Sine aliquo retinemento co-* Rad. de Diceto an. 1197. *rum quæ ad molendina pertinent, vel ad molturam*, &c. Vitæ Abbatum S. Albani : *Omnia mea — ſine aliquo* *retenemento do & concedo*, i. nihil mihi retinendo.

RETENTATOR, qui res alterius retinet, detinet, in l. 2. 3 Cod. Th. Unde vi, l. 8. de Centuriorib. cod. Cod apud Majorianum nov. de Bonis vacant. Ennodium lib. 1. Epiſt. 7. & Senatorem lib. 1 Ep. 8. 22. lib. 2. Ep. 10.

RETENTIO, Copiarum militarium coactio, quas Princeps ad ſuum, uti dicimus, ſervitium *retinet*. Gallis *Retenue*. Henricus de Knyghton an. 1347. *Rex Ed-* *ſcili-* *wardus ordinavit cuſtodiam ſuper villam Caleſiæ*, *cet 300. viros armatos*, *700. ſagittarios. Comes Der-* *bia Henricus habuit de retentione ſua*, *800. armatorum* *de* *& 2000. ſagittariorum uſque ad treugam captam*, *quibus 30. ad bancrium*, &c. Et anno 1359. *Rex fecit* *retentionem*, *ſimiliter & Domini Regni fecerunt*, *qua-* *lem præ valitudine non audivimus factam noſtris anteа-* *ctis temporibus*, *pro aliquo paſſagio ultra mare faciendo*, &c. Vide *Retinentia*.

Retentio, vox Practicorum, *Proteſtatio*. Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. c. 20. *Et doit fere retenue*, *que l'en* *apelle Proteſtation. Se mettre en eſgart*, *ou connoiſſance* *de Cour*, *ſauf ſon retenail*, *Mettre ſon retenail en chaſcun* *eſgart*, *Sauver ſon retenail*, *Mettre ſon retenail*, ſæpe in Aſſiſus Hieroſolymitanis MSS. c. 2. 3 8. 23. 25. 26. 27. 31. 33. 65.

Retentio, Practicis, Retractus, qui duplex eſt, feodalis, & agnatorum. Nam prædium à vaſſallo venditum poteſt dominus, reddito & exſoluto condicto pretio, ſibi retinere : ita etiam agnati, prædia avita præſertim, ab agnatis diſtracta. *Droit de retrait & de retenue*, in Charta an. 1427. apud Thomaſſerium in Conſuet. Bituric. pag. 126. Charta Libertatum oppidi de S. Paladio in Biturigib. an. 1279. *Ita tamen quod retentio-* *nem non poterimus petere nec habere de hæreditatibus* *ipſorum hominum ſitis in cenſivis noſtris*, *quamdiu ali-* *quis de genere venditoris velit retentionem habere*, *qui* *attingat venditori de latere à quo movet res alienata*. Vide Conſuetud. Meledun. art. 127. Bituric. tit. 19. Senonenſ. art. 185. Silvanect. art. 226. Ambian. art. 18. 43. Claromont. art. 93. Bellilocenſem art. 5. Caſtelletenſem in Biturigib. art. 31. &c. de Nancæis in Biturigib. art. 10. 11. &c.

RETEPENY. Statuta Synodalia Roberti Dunelmenſis Epiſcopi an. 1276. c. 3. *De rebus liberorum decimandis*, *& mortuariis inde ſolvendis : Porro huic Sanctioni adji-* *cimus*, *quod ſi plures liberi proprium habentes*, *in pa-* *rentum pariter familia vivant*, *ad denarios qui vocantur* *Retepenis*, *minimè arceantur : cum ſicut communiter in-* *trinſecus aluntur à parentibus*, *ſic in extrinſecis ab eiſ-* *dem lætentur pariter ſe defendi*.

RETERTIARE, Tertiò, ut *binare* iterum, agrum arare. Rollandinus in Summa Notariæ c. 5. *Promiſit præ-* *dictam terram*, *tam videlicet quæ aratoria eſt*, *congruis* *temporibus bene arumpere*, *remenare*, *reterzare*, *& quar-* *to ſulcu ſeminare omnibus ſuis ſeminibus*, &c.

RETHARIÆ *taberna*. Caper de verbis dubiis : *Cetheria* *taberna*, *quæ nunc Retharia non rectè dicuntur*.

RETIA. Vide *Pharus*.

RETIACULUM. Anaſtaſius Biblioth. in Præfat. ad Octavam Synodum : *Præterea & aliud iniquitatis ſuæ retia-* *culum*, *quo mentes ſimplicium caperet*, *texens*, &c.

RETIATORES, *qui retia facere ſciunt*, in Capitulari de Villis c. 45.

RETIATUS. Regino in Inquiſitione Epiſcopor. cap. 10. *Videndum etiam quot alii libri ibi ſint*, *& an bene ſint* *retiati*. Ita codex Pariſinus præfert, cum alii, ut & Hincmarus, *reciati*; quod nihili eſt, ut rectè monet vir doctiſſimus, qui *retiatos*, putat libros dici quaſi *reti-* *bus* ac nervis compactos. Quid ſi *reliati*, vel *religati* legatur, quomodo nos libros bene compactos appellamus ?

RETICERE. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham pag. 783. *Nullus præſumat omnino aliquem*, *vi-* *vum vel mortuum*, *in conſortium Sanctimonialium ſu-* *ſcipere*, *vel eas ſine aſſenſu earum ut ſuſcipiant compel-* *lere : Suſcepti vel ſuſcepta pecuniam foris retinere vel re-* *ticere. Reticere dico*, *ſi vel terra vel animalia dantur pro* *vivo vel defuncto funere*.

RETIMENTUM, Receptus, receptaculum, Hiſpanis *Retraimiento*. Charta Jacobi Regis Aragonum an. 1128. apud Joan. Dametum in Hiſt. Regni Balearici p. 204. *Item ad eorum cognitionem ibi remaneant in ſtabilimento* *& retimento terræ illi*, *qui partem terræ habere voluerint*, *vel alios per ſe conſtituant defenſores*. Ubi *ſtabilimentum*, eſt noſtrum *Eſtabliſſement*.

RETINA, Ῥητίνη, in Gloſſ. Gr. Lat. Ῥητίνη, Reſina.

RETINENTIA, Gall. *Retenue*. *Eſſe de alicuius retinentia*, dicitur qui alicujus obſequio addictus eſt, familiaris, domeſticus. Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 34. §. 2. *Nec aliquis gerens robas domini*, *nec ali-* *quis de conſilio ſuo*, *vel retinentia ſua*, &c. Vide *Retentio*.

RETINERE *hominem alterius*, olim vetitum omnino, quod tenentes ita glebæ adſtringerentur, ut à dominorum ſervitio eos abſtrahere cuiquam non liceret. Charta anni 1221. *De omnibus qui poſſunt retinere apud* *Cabilonem homines : nullus poteſt retinere hominem alte-* *rius in Cabilone vel appendiciis*, *niſi juſtè & pacificè fue-* *rit homo à domino ſuo ſeparatus*. Aſſiſiæ Comitatus Campaniæ an. 1296. *Dicebant ipſos fratres eſſe homi-* *nes de corpore*, *& tanquam homines de corpore ſeque-* *bantur ipſos*, *& petebant tanquam ſuos homines ſibi li-* *berari*. Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap. 270. *Se aucun* *vilain s'en part*, *ou s'enfuit de la terre de ſon Seignor*, *& vait en autre terre*, *& il demeure auci come par apaut*, *ou ſodées don Seignor*, *il doit torner en la terre de ſon* *Seignor ſi toſt come il le requerra*, *que celui qui l'a en ſa* *terre*, *ne le peut*, *ne ne doit retenir par l'aſſiſe*.

Idem jus dominis erat in Judæos. Statutum S. Ludovici de Judæis an. 1238. *Nec aliquis in toto regno po-* *terit retinere Judæum alterius domini : & ubicumque ali-* *quis invenerit Judæum ſuum*, *ipſum licitè capere poterit*, *tanquam proprium ſervum*, *quamcumque moram fece-* *rit Judæus ſub alterius dominio*, *vel in alio regno*. Vide *Percurſus*.

RETIOLUM, diminut. à *Rete*, Muliebre capitis tegumentum. S. Auguſtinus Ep. 109. de Sanctimonialibus: *Nec ſint vobis tam tenera capitum tegmina*, *nec retiola* *ſubter appareant*. Lib. de ſancta Virginitate cap. 34. *Aut capitis ligamento notabili*, *pro tumidis umbonibus* *capillorum*, *ſive tegminibus ita teneris utuntur*, *ut retio-* *la ſubtus poſita appareant*. *Reticulum* dicitur Trebellio in Quieto : *Viri in auro & argento*, *mulieres in reticu-* *lis & dextrocheriis*.

RETONSOR. Vide *Tonſor*.

RETORN. Charta MS. Guillelmi de Apiano an. 1162. *Quod ſi pactum iſtud*, *ſicut ſuperius ſcriptum eſt*, *non ad-* *implevero*, *mitto vobis duobus Gaufredo* (Comiti Roſſilionenſi) *& Gerardo* (ejus filio) *in retorn totum* *feuodum quod de vobis teneo propter feuodum de aqua de* *ipſa Ted quæ vadit de Apiano*, &c. Galli dicerent *en* *retour*. Redhibitio ultra ſortem.

RETORNARE, Redire, Gall. *Retourner*. Vocem Avarum ſeu Hungarorum fuiſſe indicat Theophylactus Simocatta lib. 2. cap. 15. Ἐπιχωρίῳ τῇ γλώττῃ ἐς τοὔπισω ἐτέρῳ ἄλλος ἀνεβόησε, Ῥετόρνα μετὰ μεγίστου τοῦ θορύβου φθεγγόμενος, &c. Ita vocem ῥετόρνα, pro *faciem verte*, ab iiſdem uſurpatam autor eſt Theophanes an. 5. Mauricii : unde patet à Germanis ſeu Francis noſtris in Galliam invectam. Catholicon Armoricum : *Retorn*. *Gall*. *Re-* *tourner*, *revertor*. *Returnar*, in Fœdere Regum Lotharii & Caroli, apud Nithardum. Capitula Caroli C. tit. 16. c. 14. *Quia quantum Deus vos ſalvaverit*, *& vos vos ipſos ſalvaveritis*, *& ſani cum illo ſitis*, *& ſa-* *nus ſit vobiſcum ille ſicut debet*, *non cum veneris retor-*

netis. Et cap. 26. c. ult. *Et etiam de honoribus, ſicut cum illo melius conſiderabo, illis qui ad me ſe retornabunt voluntarie, faciam.*

Retornare. Invertere, quomodo *Retourner* dicimus. Vetus Charta apud Ughellum to. 1. part. 2. pag. 255. *Si rumpere, aut retornare, vel revolvere, vel minuere, ſeu contrariare præſumpſerit.* Alia to. 7. pag. 501. eadem verba habet.

Retornare, & *Retornatio,* voces Practicorum Angliæ: eſt autem *retornatio*, Spelmanno, reſponſio Vicecomitum, aliorumque miniſtrorum, per quam Curiæ redduntur certiores, quid in executione ipſorum brevium ſit effectum. Atque ita vocem *Retornare* uſurpat non ſemel Fleta lib. 2. cap. 64. §. 20. 21. 22. cap. 67. §. 6. 7. 8. &c. Charta Edw. I. Regis apud W. Thorn: *Secundum quantitatem particularium contentarum in quadam inquiſitione facta per Vicecomitem noſtrum Cantiæ, & coram nobis retornata, ac etiam in rotulis Cancellariæ noſtræ irrotulata,* &c. Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 1. §. 3. *Et quod Cancellarius de cætero ſaiſinam alicujus retornationis det, niſi deponens pro ipſo, qui dictam inquiſitionem impetravit, quod dicta terra vel tenementa in eadem contenta exiſtant in manibus domini Regis, — & quod dicta retornatio ſigillis quorumdam fide ſignorum in dicta inquiſitione exiſtentium, una cum ſigillo Vicecomitis ſit ſigillata.* Ubi Skenæus: *Retornationem voco, reſponſum eorum qui aſſiſæ & inquiſitioni interfuerunt, eorum ſigillis ſigillatum, quod retornatur & remittitur per judicem ad Cancellarium Regis,* &c. Aliàs dicitur

Returnum Brevis, ejuſdem ſcilicet *certificatorium* Curiæ, unde manavit, factum, Cowello. Matthæus Weſtmonaſter. an. 1278. *Abbas igitur & Conventus Weſtmonaſterienſis — libertatem de retorno brevium quam ſpecialiter per chartas dicti patris ſui Henrici obtinuerant multis temporibus retroactis, poſt defenſiones legitimas, inſiſtentibus civibus Londinenſibus, ordinationi regiæ ſubmiſerunt, quam tempore ſubſequenti Eccleſiæ ſupradictæ de ſpeciali gratia Rex conceſſit.* Monaſticum Anglican. to. 2. pag. 345. *Cum retorno brevium Domini Regis, placito vetiti namii, placitis Coronæ Regis, catallis felonum & fugitivorum,* &c. Vide Statutum 2. Weſtmonaſter. cap. 43. & librùm Anglicum inſcriptum *Juſtice of Peace* pag. 136. ubi plura de *Returnis brevium.*

Retornatum, idem quod *Returnum.* Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 16. 4. *Et per magnum retornatum per ballivum Regis miſſum, fiat hujuſmodi probatio negligentiæ tenentis, terram ſuam non replegiantis.*

Retornare averia, in Statuto 2. Weſtmonaſterienſi an. 13. Edw. I. cap. 2. & apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 37. §. 1. & 8. Reddere, reſtituere. Hinc *Retornum averiorum,* hac formula Brevis: *Tibi præcepimus quod eidem N. averia prædicta ſine dilatione retornari facias.*

RETORTA, Superior virga qua ſepes continentur, ac vinciuntur, noſtris *Riorte,* Italis *Ritorta.* *Retorta quibus ſepes continentur* in Lege Salica tit. 36. §. 1. *Retorta unde ſepis continetur,* in Lege Ripuar. tit. 43. *In trivio cum retorta in pede ſepelire,* in eadem Lege tit. 72. §. 1. Victor III. PP. lib. 1. Dial. p. 30. & ex eo Leo Oſt. lib. 2. c. 61. *Interea duo nigerrimi ſpiritus retortas ex agreſtibus vitibus facientes, per gulam eum ligaverunt.* Will. Brito lib. 7. Philippid. p. 170.

Quos multo vincit ferro, multiſque retortis.

Turpinus de vita Caroli M. cap. 22. *Invenit quendam Saracenum atrum, de bello feſſum, in nemore latentem, & captum, vivumque nexum cum quatuor retortis, ad arborem quandam dimiſit.* Tabularium Vindocinenſe Thuani ch. 128. *Donavit S. Martino — in ſilva Perticí paſtionem,* &c. *Similiter quoque retortas, & rollones, ſtivulos quoque & cavillas, & bucias, & ſi quid hujuſmodi in rurali opere neceſſe fuerit.* Occurrunt eadem verba iterum ch. 129. Alia an. 1128. apud Perardum in Burgundicis pag. 99. *Paſturam, & mortuum nemus, & retortam de qualibet arbore — conceſſerunt.* Adde pag. 137. Ex his emendanda, ni fallor, Charta an. 1287. in Miraculis S. Ambroſii Senenſ. *Vovit — quod ad ejus ſepulturam portaret unam aximam, & omni anno iret ad ejus altare cum ritoma in gula.* Legendum enim *ritorta*, Galli dicerent, *la hard au col.* Olim, ut & apud Hibernos, ejuſmodi vimineo vinculo ſtrangulatos patibulis affixos conſtat.

Torta, pro *retorta,* legitur in Conſt. Sicul. l. 3. tit. 38. §. 1. *Si — fortè de nemore tortam aliquam, vel virgam inciderint.*

RETRACTUS *burſæ.* Redemptio prædii ab agnato diſtracti, pretio emptori reddito, vulgò *Retrait lignager.* Practicis noſtris. Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 101. *Et poſtmodum Evrardinus de Monte, & Guillelmus de Mercato armigeri conſobrini præfati Perrini, qui in bonis ejuſdem Perrini, ſi ipſum ſine liberis decedere contingeret, ſe debere ſuccedere aſſerebant, tanquam propinquiores venditoris ejuſdem, dictum reditum per burſæ retractum petierunt rehabere, & ad hoc idem Miles noſter eoſdem admittere recuſaret,* &c. *Retrait & clameur de bourſe,* in Charta an. 1474. Alia an. 1287. *Sus un retrait que ledit Jean demandoit par la bourſe à avoir de ladite Damoiſelle,* &c.

RETRAHERE, Recedere, *Se retirer.* Ordericus Vitalis lib. 9. p. 753. *Auditoretrahendi ſigno,* Galli dicerent: *La trompette ayant ſonné la retraite.*

RETRIOR, vox uſurpata veteri Juvenalis Interpreti.

RETRO, vox aliis præpoſita, rem præteritam ſignificat. Ut *Retroprincipes,* qui priùs regnavere, apud Lampridium in Severo, & in Cod. Theod. non ſemel. *Stipendia retro debita,* quæ antea debebantur, apud Capitolinum in Pertinace: ἀπόδοσιν, Theophani anno 9. Nicephori: *Redhibitiones annorum præteritorum,* in Hiſt. Miſc. *Retro ſanctiones latæ,* in l. 16. Cod. Th. de Medicis.

Retro. Capitulare 3. an. 810. c. 2. *Et non ſibi faciant ſocios inferioris ordinis homines, qui ſemper inde retro res qualeſcunque tractare volunt, ſed illos ſibi faciant qui ad effectum unam quamque rem deduci cupiunt.* Cum dilatione, quaſi retrocedentes.

RETROACCAPITUM. Vide *Accapitum.*

RETROBANNUS, idem quod *Herebannum,* Submonitio ad exercitum. Feoda Normanniæ: *Habet 10. Milites in banleuca Lexovienſi, qui remanent ad cuſtodiendum civitatem, donec retrobannus ſummoneatur, & tunc ibunt cum propriis expenſis Epiſcopi. Arriereban,* in Conſuet. Catalaunenſi art. 53. Lodunenſi art. 2. 39. & Turon. art. 139. 264. 297. Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.

Car il vous vient ſecours, & un arierebans.

Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. 1. part. ſect. 3. cap. 7. *L'arriereban ſi ſoulent eſtre dit quant le Prince de Normandie pour repeler & pour oſter la force & l'embraiſſement de ſes ennemis, il fet fere un ban commun par tout la Normandie, pour garder le profit del commun poeple, que tous ceux qui ſeroient convenables por armes porter, ſoient au ſecours & en l'aide noſtre Sire le Duc, bien armez & appareillez cheſcun en droit ſoi ſelon ſon poer, pour repeller & oſter la force de ſes ennemis, quecunque manieres d'armeures que il porront trouver & avoir. Et quant il auront eſté par 40. jours el ſervice del Prince, & les 40. jours ſeront acomplis, ſi come le beſoing & la neceſſité del Prince ſera requis, & d'ilec en avant il ſeront as deniers & as gages del Prince pour ſon ſervice.*

Extat in 36. Regeſto Tabularii Regii, ch. 183. Formula ſubmonitionis ad Retrobannum concepta in hæc verba: *PHILIPPE &c. Au Baillif de Chaumont ſalut. Comme nous vous avons eſcrit par nos autres lettres, que vous tantoſt icelles lettres veues feiſſiez crier par arriereban par toute voſtre Baillie & ès reſſorts d'icelle, tant en nos propres terres comme en nos fiefs, arrierefiefs, & ès terres de nos autres ſubjets, que toutes manieres de gens, tant nobles comme non nobles, tant de pied comme de cheval, de 18. ans juſques à ſexante ſuſ-*

*ſent a nous ſont ſament appareilliez en armes & enche-
vaux, chacun ſ ionc ſon eſtat le jour de la Magdelaine
prochaine venant, au plus tart, quelque part que nous ſoions
ès Marches de Flandres, ſeur quanque il ſe pueven mef-
faire de cors & d'avoir, nous vous mandons que vous
toute maniere de gens, qui par la teneur du dit arriereban
ſont tenus de venir en noſtre oſt, haſtez de venir à nous
au plus toſt que vous pourrez, & en toutes manieres les
contraigniez a venir, gardee en toutes choſes la fourme
de noſ dites lettres. Donne a Arras le Mercredi ou jour
de la Magdelene l'an de grace* 1304. Adde Chartam 85.
ibidem. In alia ejuſdem Regis an. 1302. in 12. Re-
geſto, ch. 21. habetur hæc Formula: *Vous ſemoniez par
ban ou par arriereban ſi efforcement que vous pourrez,*
&c.

Retroiandum, in Chronico Rotomagenſi an. 1339. Vide
Herebannum, Hoſtis, Bannire.

RETROCHORUS. Ita ſacella quæ ſunt poſt chorum, Dei-
paræ ferè ſemper dicata, appellant Monachi Benedi-
ctini. Unde S. *Mariæ* nomine donantur apud Adalhar-
dum Abbatem in Capitulis c. 46. *De ſedendo in ſancta
Maria, vel aliis locis.* Herbertus de Miracul. lib. 1. c.
11. *Quadam itaque die cum in Eccleſia veſpera canta-
rentur, & ipſe ſtabat in Retrochoro juxta quendam Mo-
chum*, &c.

In *Retrochorum* Monachi infirmi, & advenæ Mo-
nachi, utplurimum ſecedebant, ibique divinis Offi-
ciis intererant. Liber Ordinis S. Victoris Paril. MS.
cap. 26. *Qui pro aliqua debilitate accepta licentia in
Retrochoro ſunt.* Ibidem cap. 39. *Quamdiu frater in Re-
trochoro eſt, in tabula poni non debet. Infirmi qui in
Retrochoro ſunt, ad Te Deum laudamus, ad Benedictus,
ad Evangelium debent ſtare, ſi poſſunt.* In *Retrochorum*
etiam ſecedebant qui tardiùs ad officium venerant. Cap.
52. *Poſt Gloria primi Pſalmi nemo ingrediatur chorum
ſine licentia. Poſt medietatem horæ nullus ingrediatur:
& ſi quis poſt advenerit, in Retrochorum eat, & in Ca-
pitulo inde veniam petat.* Adde Uſus antiquos Ciſter-
cienſis Ordinis c. 67.

RETROCLAMUM. Vide *Clamor.*

RETROCOLE. Notitia Eccleſiæ Toloſanæ: *Et pro hoc fe-
vo dederunt illorum domino Præpoſito 5. ſol. acaptationis,
& in uno quoque anno unum prandium optimum cum
ſex Militibus; & in hoc fevo dedit illis totam ſigilcem,
& totum milium, & balagium, & decimum de ſextara-
tis, boerium, & retrodecimum, & retrocole, totoque ſo-
lagge, & ſeneſcaliam,* &c.

RETROCOMITATUS, Anglis *Rier-countie*, noſtris *Arrie-
reconté*, minor comitialis Conſeſſus. Fleta lib. 2. cap.
67. n. 18. *Quia juſticiarii, ad quorum officium ſpectat
unicuique coram eis placitanti juſtitiam exhibere, fre-
quentius impediuntur, quominus officium ſuum debito mo-
do exequi poſſunt, per hoc Vicecomites brevia originalia
& judicialia non retornant: per hoc etiam quod ad bre-
via Regis falſas retornant reſponſiones, providit Rex & or-
dinavit, quod illi timent hujuſmodi malitias Vicecomitum,
liberent hujuſmodi brevia ſua, tam originalia, quam ju-
dicialia, in pleno Comitatu, vel ſaltem in craſtino die
poſt Comitatum, qui quidem dies dicitur Retrocomitatus,
in quo fit collectio denariorum Regis,* &c.

RETROCUSTODIA. Vide *Antegarda.*

RETRODECIMUM, quaſi *Arrieredixſme*, fortè idem quod
Redecima, ſeu Decima decimæ. Prima Curia Generalis
Cataloniæ Jacobi Regis Arag. an. 1291. *Nec ſolvere
teneantur tertium, vel aliquam quantitatem, vel partem
loco tertii, vel retrodecimi.* Vide in *Retrocole.*

RETRODOMINUS. Vide *Dominus.*

RETROFEUDUM, Gallis *Arrierefief*, feudum quod per
medium tenetur à ſuperiori domino, ut eſt in Conſue-
tudine Cenoman. art. 9. & aliis: *Rereſief* in Conſuet.
Aurelian. cap. 1. art. 67. Dunenſi art. 15. 21. Soilenſi
tit. 18. art. 1. Montargenſi cap. 1. art. 44. 67. paſ-
ſim.

RETROFOCILIUM, vel *Retropoſtficilium*, vel *Repoſocinium*,

*illud quod tegit ignem in nocte, vel quod retro poni-
tur: quaſi cilium foci, ſuper quod a poſteriori parte fo-
ci ligna ponuntur, quod vulgo Lander dicitur, & dici-
tur a repono, & focus, & cilium.* Ugutio & Jo. de Janua.
Gloſſ. Lat. Gall. *Repoſocilium, ce qui couvre le feu
de nuit, ou ce qui eſt mis derriere.* Idem videtur quod
Retropoſocinium, in Tabulario Fiſcanenſi fol. 88. & 89.
*Unam quadrigatam nemoris ad Natale pro retropoſo-
cinio.*

RETROFRONTALE. Vide *Frontale.*

RETROGARDA, Extrema acies, Gallis *Arrieregarde.*
Geſta Ludovici VII. Reg. Fr. cap. 20. *Retrogardam
fecit Imperator cum ſuis Theutonicis.* Utitur etiam Nan-
gius in Chron. an. 1214. Vide *Antegarda. Protutela.*

Retrogarda, Nomen dignitatis vel officii. Tabularium
Gratianopolitanæ Eccleſiæ ſub Hugone Epiſcopo fol.
27. *Et Comes miſit homines ſuos, ſcilicet Joannem de
Podio, & Benedictum Botelarium ſuum, & Petrum
Chalneſium miniſtralem ſuum, & Bernardum Retro-
gardam ſuam de Gratianopoli, id eſt Bernardum Ruſe-
rium*, &c. Occurrit rurſum p. 29.

RETRONUBERE, Averſa venere coire. Ovidius:
Parva vehatur equo.
Liber Pœnitentialis Gregorii II. PP. *Si quis vir cum
uxore ſua retronupſerit, corripiendus eſt ne faciat, &
in ſemetipſo pœniteat.* Vide *Nubere.*

RETROPOFOCINIUM. Vide *Retrofocilium.*

RETRUSUS. Vide *Recluſus.*

RETTARE. Vide *Rectare.*

RETUMBA. Conſuetudines Monaſterii de Regula, ſeu
de la Reole, apud Labeum: *De retumbis & cipis vitreis,
de capis, & aliis*, &c.

RETURNUM. Vide *Retornare.*

RETUTELA. Vide *Protutela.*

REVA, Vectigal, quod pro mercibus ex regionibus ex-
teris allatis penditur: vulgò, *Droit de reve & de haut
paſſage.* Statuta MSS. Montiſpeſſulani art. 1.7. *Nemo
pro re propria exigat, vel accipiat, vel ab uxore ſeu fa-
milia ſua exigatur, vel accipietur nomine Reva, aut re-
vam aliquo modo teneantur dare habitatores Montiſ-
peſſulani.* Matth. Villaneus lib. 6. Hiſt. cap. 18. *Ol-
tre alle gravezze delle uſate reve.*

De vocabuli etymo & ſignificatione ſic cenſeo,
idem valere quod *Riga, queſtus, demanda*, & ſimilia
quæ paſſim in hoc Gloſſario occurrunt, hoc eſt vecti-
gal quod Principi, precariò, ut ita dicam, penſitaba-
tur. Noſtri enim *rogare*, olim *ruever* & *reuver* dice-
bant. *Le Miroir*, liber MS. ſic inſcriptus; *Qui
quert, il trueve, qui rueve, on li donne, ki hurte on
li ouvre. Le reclus de Moliens* in ſuo *Miſerere*:
*Chil qui ruevent les deduis faire,
Sunt chil qui querent les deduis.*
Will. *Guiart* ſub. an. 1304.
*Fils de Bourjois les bours guerpiſſent,
Qui riens fors oſtoier ne reuvent,
O les Gentilshommes s'eſmeuvent.*
Aliud porro *Reeve* ſignificat apud Littletonem ſect. 79.
Præpoſitum nempe ſeu Ballivum, ex Saxonico ȝe-ꞃeꝼa,
quod idem ſonat.

REVADIARE. Vide *Vadium.*

REVELLO, pro *Rebellio*, ſeu Rebellis. Marculfus lib.
1. form. 32. *Igitur cum & ille cum reliquis paribus
ſuis, qui cum ſecuti fuerant, facientem revello illum
interfecit.* Infra: *Non ſolum res perdere, ſed pro tali
revello in vita ordinaveramus inſequi.*

Revelare, pro *Rebellare*, Deficere, in Hiſt. Cortuſior.
lib. 3. cap. 6. 10 & alibi paſſim.

REVENTARE, Regirare. Anonymus Salernitanus parte
4. *Unde ille Marchio incredibilem cauſam peregit:
nam ſellam ſuper quam equitabat, ſtaffamque ſolitam
ponebat, (i. deponebat) pedemque ſuper ſolitum* (ſolium
fortè, aut ſolidum) *firmabat, & huc atque illuc diſ-
currebat, equumque valide reventabat, & de ſuo pede
minimè diffidebat.*

Reverentiæ, Gall. *Reverences*, Salutationis impenſa officia. Odo de Diogilo lib. 3. de Profect. Lud. VII. Reg. in Orient. p. 35. *Polychronias eorum ſuſcipit, ſed vilipendit: ſic enim vocantur Reverentiæ, quas non ſolum Regibus, ſed etiam quibuſlibet ſuis majoribus exhibent, caput & corpus ſubmiſſius inclinantes, vel fixis in terram genibus, vel etiam ſe toto corpore proſternentes.* Quo fortè pacto *reverentias* ſuas Monachi facere debent, uti docet Udalricus in Conſuetud. Cluniac. lib. 2. c. 2. *Quilibet novitius inſtruendus eſt, ut regulariter ſciat caput inclinare, ſcilicet non dorſo arcuato, ut quibuſdam negligentibus eſt familiare, ſed ita ut dorſum ſit ſubmiſſius, quàm lumbi, & caput ſubmiſſius quam dorſum* &c. Concilium Narbonenſe an. 1235. c. 29. *Si reverentiam fecerunt hæreticis.* Extat in Ceremoniali Romano lib. 3. ſect. 1. caput *de reverentiis, quæ Romano Pontifici* exhibentur. Vide *Venia*, *Metanæa.*

Reverentia, Titulus honorarius, apud Joannem VIII. PP. Epiſt. 267. 273. 320. S. Anſelmum lib. 2. Ep. 12. & alibi, hodie inter Religioſos & Monachos paſſim receptus.

Reversatus, Gall. *Renverſé.* Concilium Londinenſe anno 1342. cap. 2. de Clericis: *Militari potiùs quàm Clericali habitu induti, ſuperiori ſcilicet brevi, ſtricto notabiliter, cum longis manicis cubitos non tangentibus, ſed pendulis, furrata, vel ſendalio revolutis, & ut vulgariter dicitur reverſatis, ac caputiis cum tipettis miræ longitudinis*, &c. Vide *Arma reverſata*, &c.

Reversio *terrarum*, &c. ſi latè ſumatur, eſt proxima ſucceſſio poſt obitum ejus qui præſenter poſſidet: ſed ſi propriè, ſignificat reditionem, quaſi, aut circunductionem ad feoffatorem, aut ejus hæredes propter delictum feonati, aut hæredum defectum. Ita Cowellus lib. 2. tit. 7. §. 18. lib. 2. tit. 40. §. 31. Charta Joan. Abbatis S. Auguſtini Cantuar. *Una cum omnibus & ſingulis maneriis, terris, tenementis, redditibus, reverſionibus, ſervitiis*, &c. Henric. de Knyghton an. 1335. *In eodem viagio Rex dedit domino Montagu is Chreſt with egle, cum uno dextrario ſtrato cum armis de Montagu, cum reverſione maneris de Wetton, — quam reverſionem Dom. Joannes Montravers perquiſierat de Dom. Roberto Fit-pain.*

Revestiarium *Eccleſiæ*, in libro Feudorum Epiſcopatus Lingonenſis ſub an. 1168. fol. 45. quemodo etiam *Secretaria*, ſeu *Sacriſtias* Eccleſiarum dicimus.

Revestire, *Reveſtimentum*, &c. Vide *Veſtire.*

Reugia, Modus agri. Monaſticum Anglicanum to. 1. p. 515. *De dono Rogeri del Eſtre unam reugiam terra in Gernemuth.* Idem videtur quod *rega.* Vide in hac voce.

Revindicare, noſtris, *ſe Revanger.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 52. *Si homo occiſus fuerit liber aut ſervus, & pro homicidio ipſo compoſitio facta fuerit, & pro amputanda inimicitia ſacramenta præſtita, & poſtea contigerit, ut ille qui compoſitionem accepit, revindicandi cauſa occiderit hominem de parte, quam compoſitionem accepit, jubemus ut in duplum reddat ipſam compoſitionem iterum parentibus, aut domino ſervi.* Occurrit rurſum infra.

Revocare, Reddere. Concilium Agathenſe can. 27. de fugitivo Monacho: *Sed ubicumque fuerit, Abbati ſuo auctoritate Canonum revocetur.* i. reddatur. Regula Magiſtri cap. 17. *Qui vero frater non mundum ferramentum à terra de agro revocaverit*, &c. i. reddiderit. Meſſianus Presbyter in vita S. Cæſarii Arelat. *Et ut erat pius, apprehendit etiam alium teſſellum, & dedit mihi, dicens, Vade, porta ambos ad baſilicam Domini Stephani, & mitte illos ſub altare, & ibi maneant, & unum horum porta mane ad eam quæ te rogavit, aliumque mihi revoca.* id eſt *redde*, vel *refer.* Hinc Vita S. Frontonii n. 9. in Vitis Patrum: *Omnibus medium impoſuit vini, velut eulogias revocans Domino rerum*, &c. Teſtamentum S. Aredii: *Et ſingulis menſibus ſingulas eulogias veſſim ad Miſſas revocent.*

Miſſam revocare, Reddere expletam, quomodo reddere *Symbolum* dicebantur baptizandi, qui illud memoriæ commendatum recitabant. Fortunatus in Vita S. Germani Paris. c. 60. *Vigiliis in honore ſancti celebratis, ac Miſſa revocata, de præſenti curata eſt.* Idem in Vita S. Radegundis c. 14. *Quid egerit circa S. Martini atria, templa, baſilicam, flens, lacrymis inſatiata, ſingula jacens per limina, ubi Miſſa revocata, veſtibus & ornamento, quo ſe clariori cultu ſolebat ferre in Palatio, ſacrum componit altare.* Ubi Surius *Miſſo revocato* habet contra MSS. fidem: ad oram unius adſcriptum eſt interpretationis vice, *Miſſa celebrata.* rectè, nam *Miſſam revocare*, eſt Miſſam explere, complere, ſeu expletam *reddere.* Gregorius Turon. lib. 1. de Glor. Mart. cap. 51. ubi ait matrem ſuam cælitus admonitam fuiſſe, ut ad depellendam peſtis inguinariæ plagam, in vigilia S. Benigni vigilias ageret, & Miſſam revocaret: *Vade & vigila totam noctem in honore, ac revoca Miſſas, & liberaberis a plaga.* Id eſt, fac celebrare & complere Miſſas. Quæ quidem loquendi formula occurrit præterea in laudato S. Aredii Teſtamento: *Ut in oratorio S. Hilarii in cella mea, quinta feria omni tempore matutinis matutina & Miſſa Sanctorum Dominorum à monachis ibidem revocetur.*

Revocare ſe, Egredi, *ſe retirer.* Concilium Arauſicanum I. c. 20. de Catechumenis: *A fidelium benedictione, etiam inter domeſticas orationes, in quantum caveri poteſt, ſegregandi, interim undique ſunt ut ſe revocent, & ſignandos vel benedicendos ſemotim offerant.*

Revola, Papiæ, *Calumniator, calumnioſus.* Rabula. Vide *Ravola.*

Revolvere. Leges Grimoaldi Regis Longob. tit. 1. §. 1. *Si ſervus aut ancilla — per 30. annos dominis ſuis ſerviſſet, & per ſuperbiam, aut injuſta patrocinia ſe revolvere de domino ſuo proprio, & per pugnam vindicare voluerit.* In Lege Longob. lib. 2. tit. 36. §. 3. abeſt vox *revolvere.*

Revus, pro *Nervus*, ni fallor, in Capitulis ad Legem Alamannor. c. 6. edit. Baluzianæ: *Si quis in revo plagatus fuerit, in pectus, aut in latus, ſolvat ſol. 12.* Cap. 7. *Si quis in latus alium tranſpunxerit, ſic ut in revo plagatus non ſit, ſolvat ſol. 6.*

Rewardum. Vide *Regardum.*

Rex. Reges filii regum dicti. Extat formula 39. Marculfi lib. 1. cum hoc titulo: *Ut pro nativitate Regis, ingenui relaxentur.* Ipſa verò Epiſtola Regis nomine concipitur, qui natum ſibi filium denuntiat. Apud Gregorium M. lib. 3. Dial. cap. 31. *Hermenegildus Rex Leuvigildi Regis filius* dicitur. Ita apud Gregorium Turon. lib. 3. c. 22. Theodebertus Theoderici Regis filius, & lib. 4. cap. 13. Chramnus Chlotarii Regis filius, *Reges* nuncupantur. Apud eundem lib. 9. c. 20. edit. 1512. Theodebertus & Theodericus Childeberti Regis filii, *Reges* pariter indigitantur.

Rex regum, dictus non ſemel Rex Franciæ à ſcriptoribus, à Matthæo Pariſio præſertim, *Terreſtrium Rex regum*, ab Anna Comnena βασιλεὺς τῶν βασιλέων, & aliis, ut obſervatum à nobis in Diſſert. 27. ad Joinvillam: quibus accedet Nicolaus de Braia in Geſtis Ludovici VIII. de Philippo Auguſto:

Rex Regum mundi venerabilis ille Philippus.

De eodem Ludovico:

Inclyte Rex Regum, Regis, Ludovice, Philippi
Martia progenies.

Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris de Carolo VIII.

En grant triumphe & parfaite excellence,
En bruit, en los d'honneur victorieux,
Le Roy des Roys entra dedans Florence.

Rex parvus. Albericus in Chronico MS. an. 1212. *Rex Caſtellæ & Toleti Alfonſus ipſe dicitatur Rex parvus*

de Hiſpania: cum tamen major eſſet aliis & ætate &
dignitate, & ſocer aliorum, de quo cum à quodam mo-
nacho quæreretur, cur Parvus Rex diceretur, reſpon-
dit, quod à patre Sanctio Rege decedente relictus par-
vulus, ab ipſa infantia Rex parvus eſt appellatus, quod
cognomen in omni vita ſua retinuit. Sed noſtri dicunt,
quod à tempore Caroli Magni, qui Hiſpanias recupe-
ravit, anteceſſores iſtius dicebantur Parvi, ad differen-
tiam Magni Regis Caroli.

Regis titulum, non *Reginæ*, conceſſum ab Hungaris Ma-
riæ Hungaricæ, Ludovici Regis primogenitæ, ante-
quam Sigiſmundo Luxemburgico nuberet, obſervat
Careſinus: *Elizabeth Regina uxorque dicti Regis Lu-*
dovici, una cum Maria filia ejus, regimen Hungariæ
gubernabat, quæ quidem Maria appellatur Rex Hun-
gariæ. Paulus de Paulo in Memoriali an. 1382. *Ma-*
ria filia ſenior antedicti Regis in civitate prædicta coro-
nata fuit in Regem. Eadem *Rex femineus* dicitur
Thwroczio c. 4. At poſtquam Sigiſmundo conjugi ti-
tulum regium impertita eſt, *Regina*, non *Rex* appel-
lari cœpit, ut conſtat ex illius literis, quæ extant apud
Jo. Lucium lib. 5. de Regno Dalmatico cap. 2.

Narrat Henricus Huntindonenſis lib. 5. Hiſtor.
Edelfledam Merciæ Dominam *tanta potentia fuiſſe, ut*
à quibuſdam non ſolùm Domina vel Regina, ſed etiam
Rex vocaretur, ad laudem & excellentiam mirificationis
ſuæ. Unde in eandem hos verſus edidit idem Henri-
cus:

O Elfleda potens, ô terror virgo virorum,
Victrix naturæ, nomine digna viri.

Et paulò pòſt:

Te mutare decet, ſed ſolam, nomina ſexus,
Tu Regina potens, Rexque trophæa parans, &c.

Soſipater Chariſius lib. 1. Inſtit. Grammat. *Rex com-*
muni genere dicitur, primum ab etymologia Rex, ut re-
gens, deinde quod ſunt quædam verba quæ ex ſe trium
generum nomina creant, — nam Regina nullo modo re-
cipiendum, niſi reciperemus & reginum. Ovidii anti-
quus interpres in Ibim: *Tyrannus eſt communis generis;*
nam Theodoſii Grammatici eſt Regula, quod nomina pro-
feſſionem aut dignitatem ſignificantia, ſunt communis ge-
neris, ut hic & hæc Dux: hic & hæc Philoſophus. Vide
Caſaubonum ad Trebellium Pollionem p. 484.

Regis titulus datus etiam interdum minoribus aliquot
primariis Miniſtris, ut Heraldis primariis ſeu feciali-
bus, quos etiamnum *Reges armorum* vocant, *Miniſtel-*
lis, Juglatoribus, ac Ribaldis, de quibus ſingulis, ſuis
locis agimus: præterea *Merceriorum* præfectis, apud
Tillium, *Arcariorum* & *Arbaleſtariorum* Capitaneis in
ſingulis civitatibus, & *Spinetæ* Regibus apud Inſu-
lenſes, de quibus Buzelinus lib. 3. Gallo-Fland. cap.
23. Ita *Rex Alutariorum*, in Necrologio Eccleſiæ Me-
duntenſis: Idib. Auguſti *Hic ob. Nicolaus Rex Alu-*
tariorum, pro quo habemus annuatim 2. pariſ. ſuper
domum Fulconis de Becco. Vide Raguellum.

Chriſto regnante & regem expectante, formula adſcripta qui-
buſdam diplomatibus poſt mortem Caroli Simplicis, de
qua conſulendus vir doctiſſimus Steph. Baluzius in Ap-
pendice ad Capitularia Regum Francor. n. 138.

REXA. Charta Fernandi Comitis Caſtellæ æræ 972. apud
Anton. *de Tepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 1. p.
31. *Iſta prædicta per omnes domus domui eve una rexa*
de ferro. Infra: *Bricia cum ſuis villis ad ſuam alfozem*
pertinentibus, per omnes domus domui dua (ſupra, *eve*)
una rexa de ferro.

RHAPHIUS, ſeu *Rufius*, Lupus cervarius, Gallis Plinius
lib. 8. c. 19. *Pompeii Magni ludi oſtenderunt Chaum,*
quem Galli Rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum
maculis. Idem cap. 22. *Lupum cervarium* vocat. De
lupis cervariis copioſè egit Ulitius ad Gratii Cynegeti-
con.

RHAIRAUB. In Edicto Rotharis Regis Longob. Titu-
lus 7. inſcribitur *de Rhai Raub.* Mox ſequitur: *Si quis*
hominem mortuum in flumine aut foris invenerit, & ex-
poliaverit, &c. Extat hæc Lex in Lege Longob. lib. 1.
tit. 12. §. 1. Idem quod *rauba*, expoliatio. Vide in hac
voce.

RHEDA, Gallorum propria fuit. Gloſſæ MSS. Reg.
ῥαίδιον, τὸ φορεῖον. καὶ ῥαίδιον, ἅρμα ἀστικόν. Quintilianus
lib. 1. *Plurima Gallica valuerunt, ut Rheda, Petorri-*
tum quoque, quorum altero Cicero tamen, altero Hora-
tius utitur. Fortunatus lib. 3. Poëm. 20.

Curriculi genus eſt, memorat quod Gallia Rhedam,
Molliter incedens orbita ſulcat humum.
Exiliens duplici bijugo volat axe citato,
Atque movet rapidas juncta quadriga rotas.

Vide Caſaubonum ad Sueton. *Rhedæ curſuales*, qua-
rum uſus erat in Curſu publico, in l. 9. Cod. Th. de
Legatis. De iis plura Jacobus Gotofred. in Paratit. ad
tit. Cod. Th. de Curſu publico.

RHEDO, Mundus ſeu ornatus muliebris. Lex Angliorum
& Werinorum cap. 7. §. 3. *Qui ornamenta muliebria,*
quod Rhedo dicunt, furto abſtulerit, &c. Gloſſæ Lati-
no-Theotiſcæ: *Scaf raida, torenma.* Et *hausz gerardt,*
mobilia, ſive ornamenta domus etiamnum Germani vo-
cant. Lindenbr.

RHENO, *Reno*, Pellicium, veſtis ex pellibus confecta,
quæ humeros & latera tegebat. Gloſſæ veteres: *Rhe-*
no eſt pellicium, vel veſtis facta de pellibus, pendenſ-
que ad umbilicum. Iſo Magiſter in Gloſſis: *Vocamus*
etiam maſtrugas Renones, quæ ruſticè Crotina vocatur.
Vide *Cruſi. a.* Joannes de Garlandia in Synonymis:

Veſtes quæ fiunt de ſolis pellibus, hæc ſunt:
Pellicium, Rheno, quibus Andromeda ſociatur.

Ita enim legendum, pro *Remum*. Varro lib. 4. de Lingua
Latina Gallicum vocabulum eſſe ait: Iſidorus verò lib.
19. cap. 23. Germanicum. Savaro à *Rhenanis*, ſeu
Rheni accolis dictum putat. Loccenius lib. 2. Antiq.
Sueicar. cap. 20. à voce Gothica *Ren*, adhuc Suedis
uſitata, qua animal illud appellant, quod aliàs *Rangi-*
ferum vulgò dicunt, à cornuum ramis *Ranfen*, de quo
agit Olaus Magnus lib. 17. cap. 28. Vide Cluverium
de Germania Antiqua. *Rhenonis Gallici* meminit Cæ-
ſar. lib. 6. de Bello Gallico, ut & Saluſtius. Sed & ex
poſterioris ævi Scriptoribus vocem uſurpavit Sidonius
lib. 4. Epiſt. 20. *Viridantia ſaga limbis marginata pu-*
niceis, penduli ex humero gladii baltheis ſupercurrenti-
bus ſtrinxerant clauſa bullatis latera Rhenonibus. Orde-
ricus Vitalis lib. 4. *Chlamydem, ſericamque interulam,*
& renonem de pretioſis pellibus peregrinorum murium ſu-
bito comburi præcepit. Et lib. 12. *Renone amictus ex arie-*
tinis pellibus. Vetus Charta in Hiſtoria S. Martini Cam-
penſis p. 512. *Unde 40. ſolidos & duos renones agninos*
habuit. Rhenonis catini mentio eſt apud Guibertum lib.
3. de Vita ſua cap. 5. & in Tabulario Majoris Mona-
ſterii. Vide *Repti.*

RHEUMA, Fluctus, ex Gr. ῥεῦμα. Veteres Gloſſæ: *Fluen-*
ta, ῥεύματα. Ugutioni & Joanni de Janua, dicitur *tem-*
peſtuoſa maris inundatio, vel ille fervor aquæ, qui fit
remorum agitatione. Quomodo vocem hanc uſurpat Ve-
getius lib. 5. cap. 12. & 15. Jonas in Præfat. ad Vitam
S. Columbani: *Quibus dicendum eſt nautes ſolere rheu-*
mate gurgitum fractis viribus ripæ redditos, cum alia
defuerint ſubſidia, feſtivo conamine ſentes apprehendere.
S. Hilarius Arelat. in Vita S. Honorati p. 15. *Illud*
commemoraſſe ſufficiat, intrepide ab illis pro Chriſti de-
ſiderio maris rheuma toleratum.

Rheuma, Æſtus maris reciprocus. Gloſſarium Saxonicum
Ælfrici: *Reuma*, ebbe, *vel* ȝyle-ſtꝛeam, id eſt flu-
minis inundatio. Gloſſæ Iſidori: *Reuma, effuſio maris,*
quando acceſſione maris in foſſis colligitur. Gloſſæ aliæ
MSS. *Reuma, revolutio gurgitis.* Beda in Vita S. Cuth-
berti Epiſc. n. 28. *Accedente æſtu Oceani, quem Rheu-*
ma vocant Græci. Menſtruum maris Rheuma, in libro
Miraculorum S. Vulfranni n. 8. Florentius Wigorn.
an. 1075. *Ibi tandiu expectavit, quoad maris æſtus ce-*
niret. Mox: *Inde rebus omnibus diſpoſitis & ordinatis,*
reumate adveniente, feſtinanter anchoras ſuſtulerunt.

Chronicon Regum Manniæ: *Reuma maris Ramſa amnis alveum impleverat.* Vide Vitam S. Kentigerni Epiſc. Glaſcuenſis n. 12. Acta S. Suſannæ, &c.

Rheuma, pro ipſo mari. Victor Tunnenſis: *Amantius Prapoſitus — occiditur, & in Rheuma jactatur.* Et infra: *Hypatius — nolle cum Pompeio occiditur, & in Rheuma jactatur.* Quo loco Chronicon Alexandrinum de eodem Hypatio ſcribens, habet, καὶ ἐρρίφησαν τὰ λείψανα αὐτῶν εἰς τὴν θάλασσαν.

REUMARICUS, *Plenus reumate*: ita Gloſſa ad hos verſus ex Poeta MS. infimi ævi ex Bibl. Thuana cod. 525.

Puſio, reumaricus, pullus, lapatus, & bircus.

Rheumatidiare. Papias: *Arteriati, quibus fauces reumatidiant.* Ita codex edit. & MS.

Rheumatizare, ῥευματίζειν, Rheumate, fluxione, vel rheumatiſmo laborare. Horatianus lib. 1. Rer. medic c. 10. *Oculi reumatizantes.* Fulbertus Carnot. Epiſt. 67. 1. edit. *An morbus reumatizantis & nauſeantis ſtomachi, an paſſio cerebri mentem lædens.*

RHODINUS *color*, Ῥόδινος, Græcis, Roſeus. Gloſſ. Gr. Lat. ῥόδινον, *Roſeum*. Democritus in Phyſicis, inter colores τὸ ῥόδινον recenſet. Apud Æginetam pigmenti genus memoratur τὸ ῥοδωδές. Color ille roſeus, inquit Salmaſius, in ſerico tingendo olim conficiebatur ex tuberculis adnatis radici Pimpinellæ: nunc etiam fit è quibuſdam ſeminibus allatis ex India Occidentali, quæ ſimilia ſunt cimicibus, quibus demptum caput. Anaſtaſius in Gregorio IV. PP. *Vela de rodino quatuor, quæ ſacrum altare circumdant.* Chronicon Fontanellenſe cap. 16. *De veſtimentis verò rodinum optimum unum, planetas caſulas quinque*, &c.

Leucorhodinum, Roſeus dilutior, in Charta donationis factæ Eccleſiæ Cornutianæ edita à Suareſio: *Vela tramoſerica leucorhodina duo*, &c.

Rhodomelinus, Color partim luteus, partim roſaceus. Eadem Charta: *Maforten tramoſericum rhodomelinum aquilatum.* Vide *Melinus*.

Diarhodinus, Roſeus color intenſior, ex Gr. Διαρόδινος. Bulla Benedicti VIII. PP. an. 1023. in Bullario Caſinenſi: *Planetam diarodinam aureis liſtis ornatam, una cum alba & cingulo*, &c. Leo Oſt. lib. 2. Chron. Caſin. cap. 44. *Planetam diarodinam phrygiis aureis pulcherrimè decoratam.* Lib. 3. c. 19. *Pluviale diarodinum magnum undique auro contextum, cum fimbriis nihilominus aureis.* Cap. 30. *Pallium diarodinum cum Phrygiis.* Cap. 73. *Planeta — diarodina deaurata 3. diapiſtæ 2.* &c. Addel. 1. c. 47.

Dirodinum, pro *Diarhodinum*, Pallium diarhodinum. Epiſtola Michaëlis Imp. in Conventu Pariſienſi an. 530. *Miſimus — blattas duas, dirodina duo.*

RHOTHUS, *Rhotum*, Novale. Charta Germanica an. 799. apud Henſchenium in Comment. prævio ad Vitam S. Ludgeri Epiſc. Mimigardevorenſis §. 4. *Ego Folcbrat aliquantulam terram hæreditatis — à Theganbaldo ingenuo & nobili homine comparavi in villa quæ nuncupatur — id eſt rothum illum quod dicitur Widuberg. Hoc rothum à ſupradicto nobili Franco Theganbaldo ego Folcbrat comparavi, & aliquantos annos poſſedi, & in eo laboravi quod potui. Nunc autem eumdem rothum in terra aratoria, quidquid in eo unquam aratum fuit, dedi Liudgero Presbytero*, &c.

Rodum, eadem, ni fallor, notione, in alia Charta Germanica an. 801. ibidem §. 4. *Ego Betto tradidi particulam hæreditatis meæ — in pago Nivanheim, in villa quæ dicitur — id eſt curtile cum adjacentiis ſuis, uno rodo, & modico prato, & uno jurnali in terra arabili*, &c.

RIAGO. Vide *Rigus*.

RIARA, Rivus, fluvius, *riparia*, noſtris *Riviere*. Charta Petri Regni Majoricarum Domini an. 1232. *Qui affrontat ab Oriente & Aquilone cum via, à Meridie cum riaria, ab Occidente cum portali quo itur ad mare.* Infra: *Per pontem per quem tranſit riaria prædicta ad mare.*

RIBALDI, Velites, *Enfans perdus*. Milites qui prima prælia tentabant. Rigordus an. 1189. *Dum Rex circumquaque immunita civitatis conſideraret, Ribaldi ſui, qui primos impetus in expugnandis munitionibus facere conſueverunt, eo vidente, in ipſam civitatem impetum fecerunt.* Will. Brito lib. 3. Philippid.

Et Ribaldorum nihilominus agmen inerme.

Infra:

Nec minus armigeri, Ribaldorumque manipli.

Lib. 7.

Ac per plana jacent Ribaldi cum Piquichinis,
Et quos res propter venales caſtra ſequuntur.

Infra:

Ribaldi, mercatores, & vulgus inerme.

Anonymus de Geſtis Friderici II. Imp. *Et ſubito ſagittantes, Ribaldos ſine numero vulnerant.* Deſcriptio victoriæ Caroli Siciliæ Regis p. 847. *Ribaldi pedites*, &c. Joan. Villaneus lib. 11. cap. 139. *I Ribaldi & i Ragazzi del hoſte.* Inde

Ribaldi, inter viliſſimos hominum habiti, quorum vita nullius erat momenti, ex calonibus ferè ſemper delecti, cum & ii calonum in caſtris vices perſæpe agerent, impedimenta curarent, cæteraque viliora obſequia impenderent. Ut igitur id hominum genus ex ganeonibus potiſſimum conflatum erat, uſurpata deinde Ribaldorum vox pro hominibus viliſſimis, abjectis, perditis, ſcortatoribus, &c. cujuſmodi paſſim depinguntur à Scriptoribus. Guillelmus Neubrig. lib. 5. cap. 2. *Cum quibuſdam perditis ex illo hominum genere, quos Ribaldos vocant, ingreſſus ſacris ædibus ignem immiſit.* Willelmus Armoricus an. 1202. *Inermes Ribaldos & alios qui ſolent ſequi exercitum propter onera deportanda.* Matth. Paris an. 1214. *Ribaldi & viles perſonæ.* Anno 1251. *Fures, exules, fugitivi, excommunicati, quos omnes Ribaldos Francia vulgariter conſuevit appellare.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Viliſſimi Ribaldi.* Vita B. Joannis Montiſmirabilis, in Chronico Abbatiæ Longipontis: *Quærente itaque Priore, quid ergo eſſet acturus, reſpondit ſe velle Ribaldum fieri. Quo audito, Prior admirans ultra modum, Verumne eſt, inquit, quod dicitis, optare vos eſſe de genere hominum apud Deum & homines contemptibili, & in ipſorum numero computari? nonne ergo talium more, vos cum illis oporteret jurare, & frequenter pejerare, & ad decios ludere, tabellam comportare, pellicem circumducere, inebriari ſæpiſſime? Nequaquam, Joannes ait, & ut verbis ejus loquar, Ribaldi ſunt, & Ribaldi. Eſt namque nonnullis quaſi pro officio ſtabulum mundare, fimum comportare, quibuſlibet abjectis rebus agendis & tolerandis humiliter ſubjacere, & in ſudore vultus ſui panem ſuum manducare, quorum vita licèt ab hominibus vilis reputetur & deſpecta, eſt tamen laudabilis, & in conſpectu Domini valde pretioſa.* Ita etiam *Ribaldos* deſcribunt Albertus Stadenſis an. 1224. Albertus Argentin. p. 103. 136. Autor Vitæ B. Jordani Generalis Prædicat. n. 57. Privilegia Academiæ Viennenſis in Auſtria rubric. 18. apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Biblioth. Cæſarea cap. 5. Magnum Chronicon Belgicum an. 1212. Chronicon Rotomag. an. 1251. Waddingus in Annalib. Minor. an. 1317. n. 35. an. 1321. n. 14. Joannes Villaneus lib. 7. cap. 9. Ericus Upſalienſis lib. 1. Hiſt. Suecorum pag. 8. Michaël Scotus lib. 4. Menſæ Philoſophicæ cap. 6. 37. &c.

De ejuſmodi calonibus Caſtrenſibus agunt etiam Scriptores noſtrates non ſemel. *Le Roman de Garin* MS.

N'a en la route, ne ribaud ne garçon.

Guill. *Guiart* MS.

Ribaux qui volentiers oidivent,
Par couſtume d'antiquité,
Queurent aux murs de la cité.

Alibi:

Ribaux ruent pierres cornuës,
Qu'en fondes balançent & boſchent.

Idem Poëta :

Bruient ſudoiers & Ribaus,
Qui de tout perdre ſont ſi baus.

Idem an. 1214.

Ribaus qui de l'oſt ſe departent,
Par les chans ça & la s'eſpardent,
Li uns une petite pilete porte,
L'autre croc, ou maçue torte.

Mox de iisdem :

Communement ſont mal veſtus.

Denique anno 1304.

Leurs conrois par les chans deviſent,
Sans tenir conte de ribaud.

Vetus Chronicon MS. ſub an. 1230. in Tabulario S. Maglorii Pariſ.

En tel point fu li Quens Thibaut,
Qu'il ala nus come un ribaut,
Un autre ribaut oveques lui
Qui ne fut connu de nullui.

Ribaldi, etiamnum noſtris, Libidinoſi ac Scortato-
res dicuntur, quod ſcilicet. *Ribaldi* pro hominibus per-
ditis, & ſcorta publica ſectantibus haberentur: ſeu
quod instituta in Regum noſtrorum aula *Ribaldorum*
cohors, de qua mox agemus, in ejuſmodi ganeones, vel
in ſcorta publica, quæ Regum Comitatum ſectabantur,
inquirerent, atque adeo cum lupanaria ingrederentur,
ad capiendas meretrices, ipſasmet ſibi conciliarent, &
lenonum vices agerent. Gloſſ. Lat. Gall. *Zelotypia*,
Ribaudie. Zelotypus, Jaloux, ou Ribaux. Lena, Ribal-
da vel conciliatrix ſtupri. Angli Lenones, *a bawd*, vocant,
& obſcœnas meretriciaſque confabulationes, *Bawdry* &
Ribaldry. Joan. de S. Victore l. de Adverſitate proſperita-
tis cap. 2. *Eſt enim velut meretrix difformiter formoſa, &*
pulchra turpiter, quæ lubricos & infames quoſque paraſi-
tos atque ribaldos ad ſuum amorem ob ſui pulchritudi-
nem allicit. Concil. Pariſienſe an. 1212. c. 16. *Ne —*
conventionem ribaldorum ibi recipiant. Concilium Ni-
mocienſe an. 1298. c. 4. *Uxores quæ dimiſſis propriis*
viris adhærent ſuis adamatoribus aut ribaldis. Clerici
ribaldi, in Concilio Senonenſi an. 923. ſub Galtero
Archiep. c. 13. in Concilio apud Caſtrum Guntheri c.
21. *Ribalda ancilla*, apud Boherium Deciſ. 49. n. 2.
Guill. *Guiart* an. 1204.

Houllier, & ribaud & paillart,
Qui toujours la guerre commencent, &c.

Ribaudie, Scortatio, meretricatus. *Le Roman d'A-*
blalane MS. *Et facies que tout les bons compaignons*
qui oncques avoient mené ribaudie en luxure en la cité
d'Abladane, furent à cele feste, &c. *Ribaldaglia*, me-
tricium, ſcortatio, apud Matth. Villaneum lib. 4. c.
91. lib. 9. cap. 28.

Rex Ribaldorum, dictus Miniſter in comitatu Regio, cujus
munus erat in crimina quæ in eo perpetrabantur, inqui-
rere, ac de iis decernere & judicare: cujus quidem officii
nomenclatura deſiit regnante Carolo VI. ſub quo, qui *Rex*
Ribaldorum antea dicebatur, *Præpoſitus Hoſpitii Regis*
poſtmodum appellatus eſt. Ita quidem Tilius, quod
alii in dubium vocant, ac præſertim Miramontius in
Tractatu de Præpoſito Hoſpitii, quem conſule, ſi lu-
bet. Id conſtat, ejuſmodi Miniſtrum Regium jam no-
tum ſub Philippo Auguſto. Nomina Priſionum in bel-
lo Bovinenſi an. 1214. *Rogerus de Waſalia. Hunc ha-*
buit Rex Ribaldorum, quia dicebat ſe eſſe ſervientem. Ex-
hinc *Regis Ribaldorum* mentio paſſim occurrit in vete-
ribus Tabulis, ubi etiam de ejus officio ac juribus agi-
tur. Computum Hoſpitii an. 1312. *Præpoſitus Regis*
Ribaldorum, qui duxit 4. valletos qui vulneraverant
&c. Statutum pro Hoſpitio Regis Philippi an. 1317.
Gra... Roi des Ribaux ne mangera point à court,
mes il aura ſix deniers de pain, — & ſera monté par
l'eſcuierie, & ſe doit tenir touſiours hors la porte, & gar-
der illec qu'il n'y entre que ceus qui i do vent entrer.
Idem Statutum : *Item aſſavoir eſt que ics Huiſſiers de*
ſale, ſi toſt comme l'en aura crié, Aux Queux, feront
vuider la ſalle de toutes gens, fors ceus qui doivent mengier:
& les doivent livrer à l'huys de la ſale aux varlets de por-
te, & les varlez de porte aux Portiers: Et les Portiers
doivent tenir la cour nette, & les livrer au Roy des Ri-
baux; & li Rois des Ribaux doit garder que il n'entre
plus à la porte, & cil qui ſera trouvé defaillans ſera pu-
gny par le Maiſtre de l'hoſtel qui ſervira la journée. Ca-
rolus Pulcher Rex teſtamento ſuo an. 1324. Regi Ri-
baldorum 20. & ejus Præpoſito 10. ſolidos legavit. Re-
geſtum Cameræ Comput. Pariſ. ſign. B. incipiens ab
an. 1330. fol. 61. & 62. *Les Gens des Requeſtes du Pa-*
lais impoſent ſilence perpetuel à deux femmes qui s'eſtoient
pourveues contre un Arreſt de la Chambre, à peine d'e-
ſtre livrées au Roy des Ribauls, & d'eſtre punies comme
infames. Computum Hoſpitii Ducis Normanniæ &
Aquitaniæ an. 1388. *Jean Guerin Roi des Ribaux pour*
les deſpens de lui, & de trois autres, en allant de Cor-
beul à Sedane mener Guillet, n'agueres Roi des Ribaux,
& le Picardiau ſon Prevoſt, pour faire mettre iceux au
pillori, &c. Ex Areſto Parlamenti 16. Mart. 1404. do-
cemur præterea, *que les vallets du Roy des Ribaux ne*
portoient verges, comme faiſoient les Huiſſiers de la ſalle
& Portiers de l'Hoſtel du Roy, & que les Maiſtres de
l'Hoſtel du Roy avoient juriſdiction ſur leſdits vallets du
Roy des Ribaux. Sed de *Regis Ribaldorum* officio audien-
dus in primis Buteilerius in Summa Rurali lib. 2. tit. 1.
ubi de Præpoſito Mareſcallorum : *Item a ledit Prevost*
le jugement de tous les cas advenus en l'oſt ou chevauchée
du Roy, & le Roy des Ribaulx en a l'execution. Et s'il ad-
venoit que aucun forface, qui ſoit mis à execution cri-
minelle, le Prevoſt de ſon droit a l'or & l'argent de la
ceinture au malfaiteur, & les Mareſchaulx ont le cheval,
& les harnois, & tous autres hoſtils, ſe il y ſont, reſer-
ve les draps & les habits quels qu'ils ſoient, & dont ils
ſoient veſtus, qui ſont au Roy des Ribaulx qui en fait
l'execution. Le Roy des ribaulx ſi ſe fait toutefois que le
Roy va en oſt ou en chevauchée appeller l'executeur des ſen-
tences & commandemens des Mareſchaulx & de leur Pre-
voſt. Le Roy des Ribaulx a de ſon droit, à cauſe de ſon
Office, connoiſſance ſur tous jeux de dez, de brelans, &
d'autres qui ſe ſont en oſt & chevauchee du Roy. Item ſur
tous les logis des bourdeaulx, & des femmes bourde-
lieres, doit avoir deux ſols la ſepmaine. Item a l'execu-
tion des crimes de ſon droit, les veſtemens des executez
par juſtice criminellement.

Quod verò ad juriſdictionem Regis Ribaldorum in
ſcorta publica ſpectat, extat in hanc rem inſigne ſatis
monumentum in Regeſto chart. ſignat. 117. an. 1380.
n. 176. quod hiſce verbis concipitur : *Remiſſio pro Pe-*
tro & Stefano Caice fratribus, ac Cola dicti Petri uxore,
de terra Belliloci, exponentibus quod Antonius de Sa-
giaco ſe gerens pro Ribaldo, & ſe dicens de ordine ſeu de
ſtatu Goliardorum, ſeu Buffonum, & ad cauſam hujuſmo-
di ſuper qualibet muliere uxorata adulterante, ſibi com-
petere & poſſe exigere quinque ſolidos, & pro eiſdem ti-
tulum talem mulierem de ſuo tripede pignorare, de talique
& alio vili queſtu, quem ſub umbra ribaldia, goliardia,
ſeu Buffonia hujuſmodi à ſimplicibus mulieribus licèt pro-
bis, ac in tabernis quas frequentabat, & alias inboneſtè
petebat & procurabat ſibi dari, vivebat, die quadam
venit ad Colam prædictam, & ei contra veritatem impo-
nens quod ipſa cum alio quam viro accubuerat, petiit ab
ea quinque ſolidos hac occaſione ſibi dari, alioquin pro eis
ipſam pignoraret de ſuo tripede, ut dicebat. Anno 1380.
menſ. Aprilis poſt Paſcha.

De vocis *Ribaud* etymo, multa multi dixere. Qui-
dam à *Baud*, Anglico, Leno : Acarisius, à *Raubare*.
vel à *Rebellis*, deducunt. Henſchenius ad Vitam S. Ri-
chardi Epiſcopi Ciceſtrenſis à Germanico *Rue*, otium,
vel *Raub*, præda. Vide Oct. Ferrarium in Orig.
Ital.

Incertum porrò an à *Ribaldis*, de quibus egimus, in-
dita fuerit eadem nomenclatura, neſcio cui currus ſpe-
ciei

ciet, quem *Ribaud* pariter vocat Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS. in Philippo Auguſto :

Karasses ont quiſes, & cars,
Bourouattes, ribaus, ſommiers,
Roncis, & jumens, & coliers.

Ribaudeau vocat Froiſſartes 2. vol. cap. 97. ubi deſcribitur: *Quant celui diſner fut paſſé, il ſe mirent en ordonnance, & ſe retirerent tous entre leurs ribaudeaux. Ces ribaudeaux ſont brouettes hautes, bandées de fer en la pointe, qu'ils ſouloient par uſage mener & bouter avec eux. Ils les arouterent donc devant la bataille, & là dedans s'encloüerent. Ribaudequins* appellant Georgius Caſtellanus in Hiſt. Jacobi Lalani cap. 94. & Joan. Molinetus, fol. 96. v.

RIBATICUM. Vide *Ripaticum.*

RIBERIA. Vide *Riparia.*

RICELLUS, Species panni pretioſi. Rollandinus in Chronico lib. 1. cap. 13. *Fuit etiam caſtrum talibus munitionibus undique præmunitum, ſcilicet variis, & griſeis, & cendatis, purpuris, ſamitis, & ricellis, ſcarletis, baldachinis, & armerinis.*

RICHINUS. Vide *Rechinus.*

RICIUM. Fragmentum Petronii : *In alio pediculum vides, in te ricium non vides.* F. *Vitium.*

RICLINUM. Vide *Rechinus.*

RICTINARES, Μυκτῆρες. Ita habent Gloſſæ Gr. Lat. MSS. ubi editæ, *ba nares, ſingulare non habet.* Infra. μύξα, *Ricinus.*

RICULA, *Mitra virginalis capitis*, in Gloſſis Arabico-Lat. Fortè *Reticula.* Vide in hac voce.

RICULUS. Joan. Bromptonus in Ricardo I. *Camelorum verò & dromedariorum onera portantium ad 4700. numerus æſtimabatur. Multitudo verò riculorum & aſinorum, onerariorum ſub numero leviter non cadebant.* Quidam emendant *curriculorum* ; malim *vehiculorum.*

RICI *homines*, id eſt *divites*, ita dicti præcipuæ nobilitatis proceres apud Aragonenſes, quos alii vulgò *Barones* vocant, de quibus pluribus egimus ad Joinvillam p. 51. ubi docuimus eadem ferme nomenclatura noſtros donaſſe Barones ipſos, quos *Riches hommes* vulgò vocabant. Leges Alfonſinæ part. 4. tit. 25. lege 10. *Ricos omes, ſegund coſtumbre de España, ſon llamados los que en las otras tierras diZen Condes, o Barones.* Vitalis Epiſcopus Oſcenſis : *Barones autem quaſi boni homines, à Bar, quod idem eſt quod Beatus, & ones, quod idem eſt quod homines, & qui etiam Rici, id eſt divites, ſunt vocati. Horum talis eſt conditio. Quod quamcitò aliquis Meſnaderius à Domino Rege honorem fuerit conſecutus, ad numerum Militum ſuſtentandum, Ricus homo fit poſtea, ſive Baro.* Michaël *del Moline* in ſuo Repertorio: *Ricus homo, ſecundum Foros Aragonum, dicitur ille qui eſt dominus alicujus Varoniæ.* Mox addit: *Non tamen intelligas quod dicitur Ricus homo, ſecundum Foros, ille qui plures habet pecunias, ſed ut ſuperdictum eſt : & adde quia omnes magnates, puta Comites, Duces, Marchiones, & Vicecomites dicuntur Rici homines, ſecundum Foriſtas : quia iſti communiter habent plures Varonias, & ſunt pluſquam Varones. Riches hommes*, apud noſtros. Guill. *Guiart* an. 1302.

O ceus que nous ramentevomes,
Grant plenté d'autres riches hommes.

Idem an. 1304.

Li Riche homme communement
Reſont en l'eure ſans atendre
De toutes pars leurs tentes tendre.

Divites, in Legibus Edwardi Confeſſor. c. 29. & apud Henricum Rebdorffenſem an. 1347.

Conſtat porro vocem *Rico* apud Hiſpanos, ut *Riik* apud Germanos, & *Riche*, apud noſtros, ortam à Septentrionalibus populis, quibus familiarem fuiſſe oſtendunt planè virorum apud illos illuſtrium nomina quæ in *ric* deſinunt, ut *Theodoricus*, *Alaricus*, &c. de cujus tamen vi non una eſt ſententia. Videtur enim *fortem* interpretari Fortunatus lib. 8. Poëm. 1.

Chilperice potens, ſi interpres barbarus adſit,
Adjutor fortis, hoc quoque nomen habet.

Alii *divitem*, ut Philippus Eyſtetenſis in Vita S. Willibaldi cap. 11. *O beate Richarde, qui valde dives Latina lingua interpretaris.* Conradus Uſpergenſis anno 1152. de Friderico I. Imp. *Cum ex nominis ſui interpretatione Pacis dives vocitaretur.* Smaragdus ad Donati Partes, *rich*, potentem ſemper interpretatur v. g. *Helperich, adjutorium potens : Altrich, ſenex potens : Artrich, durus potens*, &c.

REDELLUS, Cortina, ex Gallico, *Rideau.* Monaſticum Anglic. to. 3. part. 2. *Tres capæ ejuſdem ſectæ, cum toto apparatu altaris, ſine ridello.* Occurrit ibi pluries.

RIEFLARE, Per vim auferre, rapere, ex Saxon. ꞃieꝼian, ſpoliare, rapere, *raubare*, noſtris *Dérober.* Nam vox formata ex ꞃeaꝼ, & ꞃieꝼ, veſtis, indumentum, quæ & ſpolium & rapinam ſignificat. Hinc Anglis *Rifling*, populatio, noſtris *Rafle*, direptio. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 57. *Quod ſi de manifeſtis & confeſſis agatur, ubi quis peccavit, ibi rectum faciat, vel de ſuo ad valens foriſfacti pro in borgo retineantur, conſiderate ſcilicet, & coram teſtibus ; & ratione hoc, non furore fiat, ne rieflatum reputetur, & juſtitia repetentis in injuſtitiam convertatur. — Sæpe enim contingit ut hoc modo depoſitum pro furto & rieflato, & quoquomodo defraudato, poſtea fuerit intertiatum* (f. intertiatum) *& ad hoc denique comprobatum.*

RIESA, noſtris, *Riez, terres non labourées* : quaſi *Reſides terræ*, ut quidam cenſent : at Conſuetudo Herliacenſis art. 4. indicat ita dictas, quaſi *rejectas*, & derelictas, *terres abandonnées*, dum eas vocat *terres demeurées à rejets. Agri deſerti*, in l. 12. C. Th. de Ann. & trib. *Centuria deſerta*, in l. 10. eod. *Deſerta & ſqualida loca*, in l. 2 & 12. eod. Cod. de Indulg. debit. *Inutiles, defectivi*, in l. 3. eod. Cod. de Exaction. Apud Aggenum de Limitib. agror. dicuntur *relicta loca*, quæ ſive iniquitate locorum aſſignari nequiverunt, ſive ex voluntate conditoris, hoc eſt menſoris relicta, limites minimè acceperunt : vel denique quæ vis aquæ obtinuit. Quæ quidem loca plerumque proximi poſſeſſores invadunt, & opportunitate loci irritati agrum obtinent, &c. Charta Hugonis *de Montcornet* anni 1222. in Tabulario Fuſniacenſi : *Paſturare poterunt, per omnia nemora mea, exceptis quibuſdam locis, quæ vulgo dicuntur Rieſes. — In prædictis verò rieſis paſturare non poterunt.* Ibidem : *In rieſis meis dedi & conceſſi annuatim eiſdem decem carratas feni. Riez & paſturages*, in Conſuetud. Bononienſi art. 133. *Laiſſer les terres en riets*, in Atrebatenſi veteri art. 39. 62.

RIFFLETUM. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 326. *Et totam terram Warini de Wacy, quam mater mea eis ante dederat, & meſſuagium ejus, cum duobus riffletis circumjacentibus.* Vide *Refletum.*

RIFFLURA, Levis plaga in cute, ex Gallico *Riffure* : illud verò fortè ex *Riefflare*, de quo ſupra, rapere, ita ut *riffiura* ſit eorum quibus caro leviter *rapitur*, ac vellitur. Bracton lib. 3. tract. 2. c. 23. §. 2. *Utrum ibi ſit plaga, vel rifflura*, ad hoc quod procedat duellum. Cap. 24. §. 2. *rufflura*, ſcribitur, & in Fleta lib. 1. c. 41. §. 3.

RIFFO, Monetæ ſpecies, in Charta an. 1195. apud Nic. Chorjerium, qua quidam Girardus vendit Eccleſiæ Viennenſi quidquid poſſidebat Viennæ *centum Riffonibus, datis inde ſeptem libris* : unde colligit idem Chorjerius centum *Riffones* ſeptem libras confeciſſe. Fortè fuit moneta Monaſterii S. Ruffi Valentiæ cavarum, ita ut legendum fuerit *Ruffonibus.*

RIGA, Striga, ſulcus terræ, ager ſulcatus, noſtris *Roye*, vel *Raye de terre*, vox formata fortè à *Riger*, de qua infra, id eſt limes rectus, vel quicquid in rectum aratur. In Gloſſis MSS. *areola* exponitur *riga hortorum.* Ita porrò videtur uſurpare Concilium Duziacenſe I. part. 4. cap. 5. *Nec unam rigam de terra, nec ullum habebat mancipium proprium.* Et Charta Fulcoudi Abbatis S. Pha-

ronis Meldenſ. *Anathematizavit cunctos, qui ex ſupra-* *dicta terra aliquam fraudem facere præſumerent, vel uſ-* *que ad unam rigam minuerent.* At

Riga pro agrario, aut tributo ex agris, videtur uſurpari à Marculfo lib. 2. form. 36. *Ita ut ab hac de ipſo jure he-* *reditario — in tuam revoces poteſtatem, & nullam functio-* *nem, aut reditus terræ, vel paſcuarium — non debeatis,* *niſi tantum, ſi ita vult, riga.* Vetus Formula apud Bi-gnonium: *In ea ratione, ut riga exinde in cultura domi-* *nica arare & recondere faciam.* Item: *In ea ratione, ut* *riga & alios reditus terræ perſolvam.*

Riga, Linea, ſulcus literarum, Theutonibus, *Rige*, vel *reige*, ſeries, ordo. Guibertus lib. 1. de Vita ſua cap. 22. de fulmine: *Dextrorſum enim per arcum, cui percuſſa* *imago ſuberat, flamma lambens in cæmento arcus deſcen-* *dendo bifurcam nigredinis rigam fecit.* Chronicon Win-deſemenſe lib. 1. cap. 27. *Hanc profeſſionis ſuæ formam* *manu propria in membrano pergameni conſcriptam parvula* *cruce in ultima riga conſignatam — obtulerunt.* Vide Ferrarium in *Riga*, & infra in *Rigus*.

RIGABELLUM, Inſtrumentum muſicum, cujus uſus erat in ædibus ſacris, antequam organa Italis omnino fami-liaria eſſent. Vide Sanſovinum in Deſcript. Venetia-rum 2. edit. p. 179.

RIGAGO, *Rigatus*. Vide *Rigus*.

RIGOR, Gr. ἀϰρίβεια, Frontino & Agrimenſoribus appella-tur quicquid in agro menſori operis cauſa ad finem rectum fuerit: quicquid verò ad horum imitationem in forma ſcri-bitur, linea. Idem Frontinus: *Rigor eſt quicquid inter* *duo ſigna, vel in medio linea rectum perſpicitur.* Vetus Inſcriptio 711. 3. *Huic cedat in rigorem maceria & furca-* *rum, & ara in qua fur cepem.*

RIGUS *Rigulus*, Rivus, rivulus, noſtris *Rigole*. Lexicon Cambro-Britannicum: *Rhigol, foſſula, ſulcus.* Paſſim occurrit in Tabulario Caſaurienſi. Hinc *Rigora*, enun-tiatione Longobardica, apud Leonem Oſt. lib. 3. c. 19. ut *rivora*, apud Gromaticos, pro *Rigus*, & *Rivus*.

Rigago, eadem notione. Tabularium Caſaurienſe: *Et de* *ambobus lateribus fine rigagines cum vineis & pomis*, &c. Alibi: *De alio latere fine ripa Foſſecana, quomodo deſcendit* *Alegonjanum ad ipſam rigaginem.* Rurſum: *Et remiſit* *intentionem quam miſit de Poio de Arnaro fine Rigo Buſſi,* *& fine Rigagine de Angeano, & pergit in rigo Buſſi, & fi-* *ne ipſa rigagine quæ pergit inter Arnacio & Pretetulo.* Alio loco: *Et de alio latere fine rigagine, & quomodo ip-* *ſa rigagine mergit in rivo Cupo.* Bulla Cæleſtini III. PP. apud Ughellum in Epiſcopis Theanenſib. *Et exinde per-* *git in rigaginem, quæ ducit juxta Eccleſiam S. Mariæ, &* *ipſa rigago mittit in flumine de Gavigliano, &c.* Chroni-con S. Bartholomæi de Carpineto lib. 2. p. 1242. *Ter-* *ram modiorum decem, quæ habet fines viam Salariam &* *rigagines.*

Riago, eadem pariter notione. Charta Caroli M. Imp. in Chronico S. Vincentii de Vulturno p. 677. *Ultra mon-* *tes extrinſecus circundantes in hortum uſque riaginis quæ* *nominatur Ravennola*, &c. P. 689. *Montes extrinſecus* *circumdantes in ortum uſque riaginis quæ nominatur Ra-* *vennola, & à capite ejuſdem riaginis venientes juxta mon-* *tes publicos in montem uſque Benafrum*, &c. Adde pag. 689.

Rigatus. Charta Urracæ Reginæ Hiſpaniæ an. 1116. apud Sandovallium: *Et inde ad Petram fitam, & inde ad il-* *lum rigatum quod eſt inter Femlope & Caſal de Rex.* Ibi-dem, *Ribulus*, pro *Rivulus*, non ſemel occurrit.

RIMATH, Juſjurandum, quod quis cum toto conjuratorum cœtu vel numero dabat, à Saxon. à ꝛime, *numerus*, & að, *juramentum*. Vide Leges Adelſtani Reg. cap. 15. & ſupra in *Cyreath*.

RINATRIX. *Serpens veneno aquam inficiens*, in Gloſſ. Ara-bico-Lat. ubi perperam Rixatrix. Papias: *Rinatrix, ſer-* *pens aquam veneno inficiens: in quocumque enim fonte fue-* *rit, ſuum ibi immiſcet venenum.* Vide *Natrix*.

RINCA, *Ringa*, Baltheus militaris, cingulum militare. Catholicon Armoricum: *Ren, Gall. Meur. Rengen,* *Gall. Renge ou reſne de cheval.* Jus Feudale Saxonum cap. 33. §. 5. *Antequam vaſſallus accedat ad dominum,* *gladium, cultellum, & calcaria — deponat, quia ſi in* *his ſe neglexerit, reus eſt pœna, annulos & fibulas, & om-* *nia ferrea, rincas & barras, propter opinionem ſtultorum.*

Ringa. Bracton lib. 1. c. 8. §. 2. *Quando eos accingunt gla-* *diis, id eſt ringis gladiorum.* Idem §. 3. *Ringæ enim dicun-* *tur quod renes girant & circumdant, unde dicitur, Accin-* *gere gladio tuo &c. Et ringæ cingunt renes talium, ut cu-* *ſtodiant ſe ab inceſſu luxuriæ, &c.* MS. Spelmanni habet ubique *renga*. *Le Roman de Garin:*

Li ceint l'eſpée par la renge d'or fin.

Computum Stephani Fontani Argentarii Regii 1. Julii an. 1352. cap. *d'orfaverie; Pour faire & forger le coiſ-* *pel d'une eſpee, rebrunir la croix, le pomeau, la boucle* *& le mordant de la renge.* Etymon porrò vocis attigit Bractonus, dum ait *ringas dictas, quod renes girent &* *circundent*: à *ringus* quippe vel *hringus*, i. circulus de-ducitur. Vide *Hringus*. Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062. Ῥίνδα, ζώνη, λωρίον, ὁ οἱ βανδᾶς διαζωννύονται. Ubi ῥίγγα fortè legendum.

RINGUS. Vide *Hringus*.

RINGELDIUM. Vide *Raglorium*.

RINTA. Charta an. 1081. pro Monaſterio S. M. Pinaro-lenſi: *Dono & offerro — ſedimonium unum cum rinta,* *cum area quæ ibi extat, & campo inſimul tenenti.* Alia an. 1098. *Tam in ſeminibus, rintis, ſilvis, cum areis in qui-* *bus extant.* Vide Probat. Hiſtor. Sabaud. pag. 19. 20. 27.

RIOTTA, Illicitum factum per tres ad minus perpetratum, ut eſt verberatio alterius, violenta poſſeſſionis arreptio, aut aliquid hujuſmodi. Vide Cowellum lib. 4. tit. 18. §. 50. & Raſtallum. Galli etiamnum *Riotes*, ut Itali *Riotte*, appellant ejuſmodi rixas. Joan. Villaneus lib. 9. cap. 304. *Venendo tra loro à riotta.* Philippus *Mouſ-* *kes* in Hiſt. Franc. MS.

A tant commencent environ
A riboter tout li Baron.
Et Ferrans & ſi Cevalier
Se comencent à defrangier.

Vide v. cl. Ægid. Menagium in Orig. Francic.

RIPA, idem quod *Ripaticum*, de quo infrà. Charta Grego-rii V. PP. apud Ughellum to. 2. p. 349. *Donamus ti-* *bi tuæque Eccleſiæ diſtrictum Ravenn. urbis, ripam in-* *tegram, monetam, teloneum, mercatum, muros, & om-* *nes portas civitatis.* Charta Ottonis III. Imp. ibidem p. 374. *Comitatum Comaclenſ. cum Epiſcopatu ſuo &* *ripa.* Infra: *Ejus Eccleſiæ diſtrictum cum portis, ripis,* *& portubus*, &c. Adde Bullam Honorii III. PP. ibid. p. 959.

RIPAGIUM. Vide *Ripaticum*.

RIPANI. Vide *Ripuarii*.

RIPARIA, Fluvius, ex Gallico, *Riviere*. Charta Joan-nis Regis Angliæ pro libertatib. Angl. an. 1215. *Nec* *villa nec homo diſtringatur facere pontes ad riparias, niſi* *qui de antiquo & jure facere debent, nulla riparia de cæ-* *tero defendatur, niſi illa quæ fuerat in defenſo tempore* *Henrici Regis avi noſtri.* Matth. Pariſ. an. 1231. *In* *quodam prato, quod ripariam habebat vicinam paludibus* *obſitam.* Infra: *Milites verò cum à fratre requirerent,* *ſi poſſent ripariam & pratum equites cum ſecuritate tran-* *ſire*, &c.

Riparia, *Ripera*, Ripa, littus maris: unde dicta *la ri-* *viere de Gennes*, *La riviera di Genoa*, Joanni Villaneo lib. 1. cap. 43. *La riviera di Sena*, lib. 1. c. 65. *La* *ribera de Piſa, & de Genoa*, apud Montanerium c. 194. Bonifacius VIII. PP. in Bulla an. 1301. apud Wadding. *Tam in civitate Januenſi, quam in ejus pro-* *vincia, riparia, & diſtrictu*, &c. Will. de Baldenzel in Itinerario Terræ Sanctæ: *Prope civitatem, quæ Nau-* *lum dicitur, in ripariis Januæ ſituatam, proſperè perve-* *ni.* Vide Hiſt. Beneharnenſem lib. 7. cap. 30. n. 13.

Ripera. Sanutus lib. 1. part. 1. cap. 1. *Quorum* (portuum) *tres ſunt in terris & riperis ſub dominio Tartarorum, qui*

in Perſia dominantur.

Riberia, in Charta Guidonis Regis Hieroſol. an. 1190. in Annalib. Maſſil. p. 336.

Ribeyralia. Vetus Charta apud Gariellum in Epiſcopis Magalon. pag. 196. *Præpoſitus verò oſtendiſſet pluribus inſtrumentis dicta ribeyralia, quæ confrontantur cum garriga pontis, ad ipſam Magalonenſem Eccleſiam jure pertinere,* &c.

RIPARIENSES, & *Ripenſes*, qui in *ripa* per cuneos, & auxilia conſtituti erant, quorum minor dignitas erat, quam *Comitatenſium*, quibus & opponuntur. Vide Jacobum Gotofredum ad l. ult. Cod. Theod. de Re militari.

RIPARIUS, *Ripparius.* Statuta Venetorum an. 1242. lib. 6. c. 4. *Faciat publice in banno ſtridari per Gaſtaldionem, vel Ripparium, aut miniſterialem curiæ,* &c. Vide *Guiſſa*, *Ripaticum.*

Riparii, Cowello dicuntur, qui à littore maris piſces deferunt in omnem Angliæ partem, Anglis *Ripiers.* A *Ripa* nomen deducit, quod piſcium commercia penes eos ſint, qui ad fluviorum *ripas* & maris littora potiſſimum ſunt. Spelmannus verò ab Angl. *Reip.* fiſcella, qua in devehendis piſcibus utuntur. *Ripariorum* iſtorum meminit Camdenus in Suſſex. pag. 237. 3. edit. Aliàs in Gloſſ. Lat. Græc. *Riparius* exponitur ὀχθοφύλαξ.

Riparii, in Charta Ludovici Pii apud Ughellum to. 4. p. 789. dicuntur qui *Ripaticum* exigunt. Locum vide in hac voce.

RIPATICUM, *Tributum quod accipitur in ripis*, Ugutioni: ſcilicet pro ripis, ſeu aggeribus, cujuſmodi ſunt *Turſiæ* Ligeris, continendis, vel *tuendis*, ut loquitur Siculus Flaccus pag. 15. vel pro mercibus quæ exponuntur in ripis: vel denique pro facultate ripas terendi ad ſubvehendas naviculas. Ugutionis explicationi favet Capitulare 1. an. 819. c. 17. in quo vetantur exigi telonia, *cum neceſſe non eſt fluvium aliquem per pontem tranſmeare, vel ubi navis per mediam aquam aut ſub pontem ierit, & ad ripam non appropinquaverit, neque ibidem aliquid emptum vel venundatum fuerit.* Capitul. an. 821. c. 1. *Volumus — ut nullus teloneum exigat, niſi in mercatibus, ubi communia commercia emuntur ac venundantur, neque in pontibus, niſi ubi antiquitus telonea exigebantur; neque in ripis aquarum, ubi tantùm naves ſolent aliquibus noctibus manere,* &c. Diploma Sigeberti Regis Auſtraſ. apud Henſchenium in S. Sigeberto 1. Febr. §. 2. n. 27. *Teloneum — tam quod navalis evectio conferebat, quam undique negotiantium commercia in telonio, aut quolibet ripatico, ex ipſis portubus ſuperiùs nominatis in fiſco noſtro ſolebat recipere,* &c. Charta Caroli M. apud Will. Hedam in Albrico Epiſcopo Trajectenſi: *Et cum ea ripaticum illum ſuper Lekka & Iſſlam.* Adde M. Chronicum Belgic. pag. 47. Charta ejuſdem Caroli M. pro Eccleſia Veronenſi apud Ughellum: *Navalia telonia, quæ Ripaticos vocant.* Alia ejuſdem Regis to. 5. p. 1561. *Seu etiam per Padum, furſum vel deorſum navigando ripaticum tollendo,* &c. Charta Ludovici Pii ex Tabulario Foſſatenſi f. 8. *Neque quod vulgo dicitur Ripaticum, neque rotaticum, aut pontaticum, vel portaticum,* &c. Alia ejuſdem Ludovici apud Ughellum to. 4. pag. 789. *Debitum reipublicæ quod eſt ripaticum & paliſictura,* &c. Charta Caroli C. apud Doubletum pag. 806. *Nec non foreſtam aquaticam à fluvio Sauræ uſque Cambreias cum ripaticis, quam nunc uſque noſtra viſa eſt dominari poteſtas: atque indulgemus omnes exactiones regias in aqua cuicumque poteſtati ſubditi ſint ripatici, ſive in terra, quemadmodum olim Reges tenuerunt,* &c. Charta Ludovici Reg. Fran. an. 1118. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. l. 19. ch. 70. *Nemo teloneum, neque quod vulgo Ripaticum, nec rotaticum,* &c. Charta an. 1345. *Poſſunt habere & tenere molendina in flumine Tanegri — ſolvendo ripaticum conſuetum, videlicet minas 10. & ſtop. 10. pro quolibet molendino.* Infra, *Ripagium* id juris vocatur. Vide Flecam lib. 2. c. 66. §. 17. Occurrit paſſim in Chartis aliis, apud Godefridum Monach. S. Pantaleon. an. 1167. Ughellum to. 4. pag. 18. to. 5. p. 411. 600. in Hiſt. Pergamenſi to. 3. pag. 413. apud Doubletum in Hiſt. Sandionyſiana p. 656. 732. Hemereum in Academia Pariſ. pag. 33. Beſlium in Epiſc. Pictav. p. 28. Guichenonum in Epiſc. Bellicenſib. pag. 32. Chiffletium in Trenorchio pag. 193. & alios. His addo quæ habet Sabellicus Decade 1. lib. 4. Hiſt. Venet. pag. mihi 108. *De portoriis ſolvendis, quæ & ripatica vocant.*

Rivaticum, in Chartis Caroli Simplicis, & Joannis XV. PP. apud Vaſſorium in Hiſt. Noviomenſi pag. 680. 734. & in Charta Lotharii Regis, apud Doubletum pag. 787.

Ribaticum, in Chartis Arragonenſibus apud Joan. Dametum in Hiſt. Regni Balearici p. 203. 207. 266.

Ripagium, *Rivagium*, ex Gallico *Rivage*, quomodo hæc præſtatio vocatur. In Tabulario Monaſterii Deip. Santonenſis, Oſtenſius D. Talaiburgi dimittit eidem Monaſterio, *ripuagium, & quidquid conſuetudinis habebat in navibus B. Mariæ afferentibus vel referentibus aliquid per Tallebgurgum.* Tabularium Angeriacenſe fol. 244. *Quidquid erat noſtri juris in obedientia eorum quæ vocatur Eſnenda, ſive ſit teloneum, ſive ripagium, ſive venditio,* &c. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. fol. 37. *Omnis navis onerata ſale, ſolvit de rivagio 12. den.* Charta Raimundi Guillelmi de Aguto D. Toloni an. 1224. *Mercatores verò teneantur dare antiquam leſdam & uſitatam, vel uſaticum, vel ripagium antiquum, & nihil ultra.*

Rivagium, eadem notione. Charta Philippi IV. Regis Franc. an. 1308. ex Regeſto 2. ejuſdem Regis n. 9. *Item rivagium de Janzi 4. ſolid. annui reditus æſtimatum.* Regeſtum Peagior. Pariſienſ. tit. *Du rivage de Seine: Se home de Paris achete vin en greve, & il le met en ſon celier, il doit maille de rivage,* &c. Infra: *Tout avoir qui entre en l'eaue, ou iſſe de l'eaue, chacun fardeau doit obole de rivage.* Charta Occitanica an. 1311. ex 47. Regeſto Tabularii regii n. 130. *In terra ſeu ribaiaragio Lumelli.* Infra: *Contra piſcatores applicantes, ſeu ribagium facientes,* &c.

Riparius, cui *Ripaticum* competit, vel qui illud colligit. Charta Volfgeri Patriarchæ Aquileienſis an. 1205. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 238. *Stabilimus etiam & confirmamus eidem Monaſterio tres ſtationes — ſcilicet in foro Aquileienſi ſuper ipſam ripam fluvii Nariſæ, juxta Venetiarum ſtationes. Unde neque Advocato, neque Vicedomino, neque Ripario, neque alicui perſonæ magnæ ſive parvæ aliquod obſequium quovis ingenio vel debeant vel impendant.*

RIPATOR. Radulfus de Diceto & Matth. Paris an. 1191. *Juxta ſonitum illius inſtrumenti, quod à Ripatoribus vocatur Tabur, ſubitò cercella quædam alarum remigio perniciter evolavit.* Ubi Somnerus, *Meſſorem* interpretatur, à Saxon. rippere, & Anglico à *Ripper*, vel *Reaper*, quod idem ſonat; niſi, inquit, quis malit *raptorem* intelligendum, qui Saxon. reafere. Sed cum hæc acta narret Radulfus ad ripam maris, videntur *ripatores* iidem qui *riparii*, de quibus ſupra, qui in maris vel fluviorum ripis manent.

RIPATORIUM, Ripa ad quam appellitur, in Charta an. 1236. ubi & *arripatorium* dicitur. Locum vide in *Capitium molendini.*

RIPULIO. Vide *Spinaticum.*

RIPUARII, *Ribuarii*, dicti qui ad Rheni ripas, cis fluvium, non citra, uti vult v. cl. Audigerius, conſederant, maximè qui ad Rheni, Scaldis, & Moſæ, Hollandi ſcilicet, Luxemburgenſes, Gheldrenſes, Juliacenſes, &c. uti obſervatum ab Iſaaco Pontano lib. 2. Orig. Franc. pag. 174. & aliis. Longè enim probabilior ea ſententia quam Chiffletii in Vindiciis Hiſpanicis pag. 44. qui ab ignobili fluvio *Rura* dictos ſcripſit: tametſi Frodoardus in Chron. an. 923. *Ra-*

ram fluvium in *pago Ribuario* ſtatuat. Sed & Browe-
rus in Proparaſceve Annal. Trevir. pag. 68. 95. 1.
edit. ait repertam inſcriptionem veterem Caraduni,
quod hodie *Caerden* vocant, viculo ad Moſellæ ripam
ſiniſtram, haud procul Monaſterio, ex qua *Ripanos*
horum fluviorum accolas ſub Romanis dictos colligit:
VC. I. GENIO. VICANO. OMNIBUS. OB. MEMO-
RIAM RIPANORUM. MARIANUS RIPANUS. Utut
ſit, iidem videntur qui Ripanoli apud Jornandem de
Rebus Geticis pag. 118. & Francis æquiparantur in
Lege Ripuar. tit. 22. Horum regio, *Pagus Ripuarius*,
Provincia Ripuaria, appellatur in eadem Lege tit. 31.
§. 3. 5. *Ripuaria*, nudè in Annal. Fr. Fuld. an. 881. *Tra-*
jectum, & pagum Haſbanicum, totamque Ripuariam,
&c. Adde Eginhardi Annales an. 782. & Reginonem
an. 891. *Regio Ribuariorum*, apud Wipponem in Con-
rado Salico p. 429. Marianus Scotus an. 875. *Qui*
quoque Carolum Seniorem 8. Id. Octobr. bello in pago
Meginenſe, nomine Ripuaria, non longe ab Andernach
Caſtello juxta Rhenum pugnantem ultra 50000. ſupe-
ravit. Eſt autem *Pagus Meginenſis* tractus ille dictus
hodiè *Meienfelde*, ab oppido *Meien* haud procul An-
dernaco. Radevicus de Geſt. Frider. lib. 2. c. 13. *Hic*
in Bajoaria peractis Fridericus Ribuariorum fines in-
greditur, inferioreſque regni partes peragrans, &c. Gun-
therus lib. 6. Ligurini:

His bene compoſitis Ripuaria Cæſar in arva
Tendit, & extremos Rheni percurrere fines
Accelerat.

Et lib. 7.

Saxones, & rigidi qui Norica rura coloni,
Weſtwaliamque tenent, quos aut Ripuaria tellus,
Aut cum Germanis Rhenum partita colonis
Francia.

Chronicon Trudonenſe parte 1. lib. 2. *Eſt autem Ri-*
buaria terra victualibus abundans, ſub qua Comitatus
Juliacenſis aliorumque Principum fortalitia continentur.
Et lib. 5. p. 395. *Quæ erant circa & ultra Moſam, &*
in Ripuaria, & circa Rhenum. Ducatus Ripuariorum,
in Charta Germanica an. 809. Apud Henſchenium
ad Vitam S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. §. 29. *Gozelo*
Dux Ribuariorum, apud Wipponem in Conrado Sa-
lico pag. 424. Adde Vitam ejuſdem Ludgeri n. 21. &
vide Freherum lib. 2. Orig. Palat. cap. 8. & 9. &
Lindenbrogii Gloſſarium.

Quos verò *Ripuarios* Latini, Galli *Ruiers*, & *Ri-*
vers appellabant. Tractatus MS. de Torneamentis: *De*
par les Bretons, les Manceaux, de par les Rives &
Haſbegnons, id eſt Ripuarii & Haſbanienſes. Prov.n-
ciale MS. *S'enſuit les armes des Alemans & des Ruyers.*
Mox recenſentur arma ſeu inſignia Nobilium Ducatus
Luxemburgenſis. In alio *Riviers* vocantur, ibique pri-
mo recenſentur arma Comitatus Hollandiæ Comitum.
Scribit Gollutus in Hiſt. Burgundiæ Sequanenſis lib.
10. c. 81. & 109. Duces Burgundiæ habuiſſe complu-
res fæciales ſeu *Heraldos*, quorum alii *Poihiers*, alii
Ruvers dicti: eorum qui *Poihiers* vocabantur, munus
verſatum in Gallicis provinciis; aliorum intra terras
Imperii. Ita nempe *Poheros*, Ducum Burgundiæ
ſubditos, qui Gallicè, contra *Ripuarios* qui Theutonicè
loquebantur, appellatos ſupra docuimus in voce *Pohe-*
ri. Vide Chapeavillum in Erardo à Marka Epiſcopo
Leod. cap. 18. 19. & Ægidium Bucherium in Belgio
Romano lib. 14. c. 8.

Conſtabat autem Ripuarienſis Ducatus Comitati-
bus 4. ut eſt in diviſione Regni Lotharii in Capitul.
Caroli Calvi, qui apud Nithardum lib. 1. an. 838.
ita nominantur: *Et per fines Ribuariorum Comitatus*
Moilla, Halt, Trahammolant, Maſagowi.

RISCATTUS, Redemptio, ex Italico *Riſcatto*, Redem-
ptio, recuperatio. Decreta pro Eccleſia Mediolanenſi
an. 1067. *Clericus autem vel Laicus pro ordinis ac di-*
gnitatis ſuæ qualitate, hac poteſtate talimulctetur dam-
no, ut ſiquidem ex ordine Capitaneorum fuerit, 20. de-
nariorum libras, vaſſorum autem 10. negotiatorum 5. re-
liquorum verò pro qualitate & poſſibilitate componat ad
utilitatem hujus ſanctæ matris Eccleſiæ, & ſicut pro treu-
ga Dei fracta per decem ſex civitates riſcattum fa-
ciat.

RISILE, fortè quod *Rezeau* dicimus, *Reticulum* quo
feminæ capillos continebant, de quo in hac voce. Mira-
cula S. Walburgis virg. n. 2. *Riſile, quo ſuper aurem*
orale confixerat, caſu perdidit accidente. Medibardus de
iiſdem Miraculis lib. 2. apud Gretzerum in Epiſcopis
Eyſtetenſib. p. 309.

Matrona ſolicitata
Perditum reſtituit
Riſile, quod illa ſtatim
Miſit ad Cœnobium,
Conſervaretur ut ibi
Hoc in teſtimonium.

RISINA. Chronicon Colmarienſe 1. part. an. 1271. *Fuit*
in Urania feſto Gordiani & Epimachi, cecidit riſina ma-
gna prope villam Altorf, & ſecum duxit lapidem qui
habebat 12. pedes in latitudine, &c. Pluvia, ni fallor,
vehementior vel torrens aquæ, noſtris *ravine*.

RISPA, Modus agri. Tabularium Prioratus de Paredo
in Ducatu Burgundiæ fol. 61. *Dedit in hoc loco, in villa*
quæ dicitur Iolſol, unam vercheriam, & riſpam, quæ
eſt in fronte ejuſdem vercheriæ, illam partem quam Ar-
chimbaldus ſenior ſuus tenuit. Terminat ipſa vercheria de
uno fronte via publica, ex uno latere, & de vercheria &
de riſpa, ſimiliter via publica. De alio verò fronte ver-
cheria ſimul & riſpa, riſpa S. Georgii ex alio latere, ter-
ra de ipſa hereditate. Fol. 63. *Manſum unum cum ſua*
conſuetudine, & omnibus ad ſe pertinentiis, videlicet ter-
ris cultis & incultis, vineis, pratis, paſcuis, riſpis, con-
ſuetudine in ſilvis, exitibus & regreſſibus, &c. Eodem
fol. *Pratis, paſcuis, ſilvis, riſpis, aquis, aquarumve*
decurſibus, &c. Sic alibi non ſemel.

RISTA. Vide *Cerillus*.

RITTERI, Germanis *Ritters*, *Milites*, noſtris *Cheva-*
liers, Equeſtri cingulo donati. Aventinus lib. 7. Annal.
Boior. p. 465. *Virtutis ergo hoſce equites, uſu auri at-*
que orichalci donat, quos à numero comitum atque equo-
rum Tritteros, ſive ut vulgò loquar, Ritteros, ablata ob
voluptatem aurium, vocalitatemque, prima, ut ſolet, lit-
tera, hoc eſt Tertianos nuncupamus, Romani Torquatos,
ac Decuriones equeſtres vocitant.

Ruteri, eadem notione. Chronicon Windeſemenſe lib.
2. cap. 60. *Non Miſſam Militum, ſed bene devoto-*
rum à fratribus ſuis exegit. Galli dicunt, *une Meſſe à*
la cavaliere.

RITUM, *Latrocinium.* Papias MS. & edit.

RITUS, idem quod *Conſuetudo*, ſeu præſtatio. Vetus Char-
ta MS. circa an. 1077. *Firmiter eſt ſtatutum quod mer-*
cator ſeu quilibet homo vinum aut annonam, vel rem
quamlibet ferens, & ad prænotatum Sanctum veniens in
itinere vel reditu Comitatus & juſtitia prædicti caſtri pro
nullo mercato ſtipendia vel aliquem ritum ſolveret, ſed
expeditus abire permitteretur.

RIVAGIUM. Vide *Ripaticum*.

RIVALE, Rete parvum & ſpiſſum, quod duobus anne-
xum baculis, quos piſcator manibus tenet apertum, &
per aquam ducit, atque prope ripam cum piſcibus clau-
dit. Petrus de Creſcentius lib. 10. de Agricult. cap.
37.

RIVALTUS, ſeu *Rivoaltus*: ita appellatur apud Scri-
ptores Venetos oſtium fluminis, ubi hodie ædificata am-
pliſſima Venetiarum civitas, quo loco erant quædam in-
ſulæ anguſtiores, parum inter ſe diſtantes, quas placi-
diſſimi amnium meatus, ſinuoſo ambitu in mare decur-
rentium, pelagi æſtu alternante, diſcriminabant. Ipſi
loco poſtea *Rivoalti* nomen manſit, inquit Sabellicus in
Hiſt. Veneta decade 1. lib. 1. à rivis ſcilicet altiori-
bus, qui exundantem in fluvium pelagus continebant.
Vox cæteroquin non nupera, cum ejus meminerit Con-
ſtantinus Porphyrogenitus lib. de Adminiſtr. Imper. c.

27. cui locus is κάτω Ῥίβωνα dicitur. Atque ut emendandam in Ῥίβωναν, *Rivaltum*, Italorum exprimendo, non cenſeam, facit Caſtellum *Riſbans* Caleſianum in Morinis, quod in terræ lingua, quæ in Oceanum aliquot paſſibus excurrit, ædificatum, portum munit & claudit: cui id nominis inditum omnino exiſtimaverim ab Americo Papienſi Lombardo, primo ejus Gubernatore facto ab Anglorum Rege, ſtatim atque in ejus poteſtatem conceſſit, Caſtri Rialtini Veneti exemplo, quod in mari perinde in aggere extructum erat.

Rivaria. Capitulare de Villis c. 62. *Quid de hortis, quid de apibus, quid de rivariis, quid de coriis, quid de pellibus*, &c. Fortè *vivariis*.

Rivaticus. Vide *Ripaticum*.

Rivera, *Riveria*, Rivus, fluvius, Gall. *Riviere*. Matth. Paris an. 1199. *Quidquid continetur inter foreſtam Leonis & Sequanam ex una parte, & riveras de Andely & Eetbe ex altera.* Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. c. 7. *Flumina magna & modica, quæ dicuntur Riveriæ.* Hiſt. Cortuſiorum lib. 3. c. 4. *Attentavit tranſire riveriam Montis-Salicis.* Occurrit in eadem Hiſt. non ſemel. Vide *Riparia*.

Rivoga, Rivulus, vel ripa, *Rivage*. Vita S. Guthlaci n. 14. *Eſt in Mediterraneis Angliæ partibus immenſæ magnitudinis acerrima palus, quæ — crebris Inſularum nemoribus, & flexuoſis rivigarum anfractibus ab auſtro ad aquilonem — longiſſimo tractu protenditur.*

Rivisinus. Arnoldus Lubecenſis lib. 2. c. 35. *Noviſtis ait, me in hac expeditione omnia mea inſumpſiſſe, equos Militum, rivisinoſque ſervorum perdidiſſe*, &c. Sed legendum videtur *runcinos*, vel *runcinos*. Vide in hac voce.

Rivora, pro *Rivi*, enuntiatione Longobardica. Marcus Baro Agrimenſor de Geometria p. 241. *Caſa quæ per G. nomen habet, terras fines habentis in monte poſita tria rivora ſignificat in trifinio vineam poſitam.* Quod hic *rivorum* dicitur, videtur *rivus* dici pag. ſeq. *Habentem ſuper ſe rivum*, &c. P. 243. *Ideo hoc arca trifinium facit, in monticuque campeſinis rotundas habentem, & culta per mediam tria rivora diſcendit*, &c. Ita pag. 244. *Et caſa in plano loco poſita ſub ſe rivum diſcendit*; &c. Mox: *Proximum ſe rivum delatus, alium ribum quatuor rivora habentem in finibus ſuis*, &c.

Roagium. Vide *Rotagium*.

Roalia. Beatus Odoricus de Forojulio in Peregrinat. ſua cap. 2. *Et apertis ſepulchris ſuſcepi oſſa eorum humiliter & devotè, & pulchris roalitis involuta corpora, in Indiam — portavi.* Sed legendum *toaliis*. Vide in hac voce.

Roba, Veſtis, tunica, Gallis *Robe*. Quoniam Attachiamenta cap. 21. §. 2. *Exceptis veſtibus ſuis in robas ſciſſis & formatis.* Matthæus Paris an. 1245. *Et robis carentes hiemalibus.*

Robæ præſertim dictæ veſtes, quibus Reges ac Principes Palatinos proceres ac familiares donabant, in præcipuis anni ſolennitatibus: quas ob id *feſtiva indumenta* vocant Matthæus Weſtmonaſt. & Matthæus Paris an. 1201. idem Pariſ. an. 1208. 1214. 1232. *Novas robas*, an. 1243. Idem an. 1134. *Contigit igitur una dierum feſtivorum cum Rex novam robam de ſcarleto ſumens, aſſuetus de eodem panno, quoties & ille ſumpſerat, fratri ſuo reverenter tranſmittere*, &c. Charta S. Ludovici Regis an. 1259. apud Morinum in Hiſt. Vaſtinenſi: *Cæterum 60. ſolidos Pariſienſes, quos percipere conſuevit Capellanus capellæ prædictæ pro roba annuatim in præpoſitura Moreti*, &c. Rotulus Cameræ Computor. Pariſienſ. *Pro robis datis Militibus Domini Philippi & gentibus Cameræ ſuæ & uno coopertorio de griſo, & una culcitra puncta datis D. G. Macholio* 56. lib. 14. ſol. *Pro robis Dominorum Joannis & Petri & Roberti filiorum Regis pro ſcall. radiat.* (*Eſcarlate rayé*) *& tiretan. perſia & viridi pro coopertorio* 88. lib. 15. ſ. *Pro foratura dictarum robarum* 43. lib. 10. ſ. *& pro duabus culcitris punctis pro dictis Joanne & Petro* 22. lib. 8. ſ. *Dom. Robertus Atrebat. pro roba de ſamito roba de panno aureo forata de erminis &c. Comes Drocenſis, Dom. de Borbonio. G. filius Comitis Flandr. pro robis ſamitis. Et pannorum aureorum* * *forratis de erminis &c. Pro coopertoriis tribus eſtall. forratis de minuto vario & tribus culcitris punctis cum fundis panni aurei &c. Et pro tribus dextrariis & tribus palefridis dictorum divitum hominum* 3. lib. *& pro vadiis ſuis* 60. lib. *Radulf de Nigella, Guill. de Fiennes, Renaudus de Pontibus, pro robis de ſamito*, &c. Rotulus alter, cui titulus, *Compotus expenſarum hoſpitii D. Regis Caroli* 1321. *per Radulfum de Pariſiis Magiſtr. Cameræ Denarior Regis: Pallia Militum, Comes Claromontis Camerarius: D. Sulliaci Buticularius, Galchertus de Caſtellione Conſtab. Dupla. Milites ſimplices, Adam de Ver, Colardus Choiſel, Droco de Roya, Guillel. de Haricuria, Evard. de Montemorenciaco, Euſtachius de Encra, Guill. Courtebeuſe*, &c. Rotulus alter, cui titulus, *Compte des deſpens de l'Hoſtel Madame la Royne* 1329. *Robes de* 50. *ſ.* 30. *&* 20. *ſols, & cotes de* 10. *ſols*. Inventarium rerum mobilium poſt mortem Ludovici Hutini Regis, cap. *Des dras demourez de livrées.* 8. *dras de la livrée aux Chevaliers de la Robe de Paſques.* 8. *dras de la livrée aux valets de meſtier.* 2. *dras de la livrée aux valets de l'Eſchançonnerie.* 2. *dras de la livrée aux Eſcuiers du terme de Touſſains.* Ubi *Draps* dicuntur, quæ aliàs *Robes*, quæ vox eadem notione uſurpatur in Magno Recordo Leodienſi p. 60. ubi vetantur Scabini Leodienſes *accepter penſions, waiges, en draps*, à quocunque magnate, *qui ly voront donner pour eſtre de leur conſeilhe.*

Quædam ex hiſce *Robis* vocantur *Robes de Compaignie*, in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis 1 Janu. 1349. quod fortè darentur eminentioris conditionis perſonis, quæ in comitatu Regis vel Reginæ morabantur: *Pour iceux draps diſtribuer pour le corps de ladite Dame, & pour celles à qui elle donne Robes de compagnie. C'eſt aſſavoir ſes deux filles, les Ducheſſe de Normandie & d'Orleans, la Royne Jeanne, le Duc de Normandie, & la Comteſſe de Tonnerre.* Aliud Computum ejuſdem Stephani 1. Julii an. 1351. *Les noms de pluſieurs perſonnes qui ont eu Robes en ce terme. Monſ. le Comte de Tancarville Souverain Maiſtre de Loſtel du Roy. M. Robert de Lorris, M. Louis de Harecourt, M. d'Andrezel, & M. Guy de la Roche, leſquels orent cotes hardies & manteaux de* 30. *aunes de Camelin Court de Broiſſelle, pour leur livrée d'iver, à compagner le Roy en ſon deduit.*

Qui igitur *Robas* accipiebant ab aliquo, de ejus familia cenſebantur. Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 34. §. 1. *Repelluntur etiam ab acquietatione, inquiſitione, probatione & aſſiſa — Dominus, Ballivus, nec aliquis gerens Robas Domini*, &c. Thomas Walſinghamus p. 267. *Quemdam ex ejus Armigeris, qui & in obſequio erat Abbatis, & ad robas ejus*, &c. Matthæus Weſtmonaſter. an. 1106. *Robas etiam Regis, ſicut ipſe Rex, accipiebat.* Charta Amalrici Vicecomitis Narbonenſis, in 2. Regeſto Philippi Pulchri Reg. Fr. ex Tabulario Regio: *Retinemus etiam nobis — cognitionem & punitionem omnium criminum & exceſſuum, ſi quæ à noſtris ſervientibus vel familiaribus ad partem noſtram & de raubis noſtris, in dictis civitate, & burgo, & locis communicandis committerentur*, &c. Vide Diſſertat. 5. ad Joinvillam p 160.

Roba, quævis ſuppellex, quomodo Itali hanc vocem uſurpant. Chronicon Foſſæ novæ an. 1186. *Fregit ſecuritatem Babuco & terra Puſana, & abſtulit omnem robbam, & animalia omnia quæ in Babuco & in terra Puſana invenit.* Matthæus Weſtmon. an. 1248. *Culpatus eſt inſuper; quod quicquid in eſculentis, potibus, & robis expendit, rapit violenter*, &c.

Robare, *Robbare*, Furari, prædari, *Deſrober*, quaſi *robam auferre*; *Rubare*, Italis. Edictum Jacobi Regis Aragoniæ de Pace & treuga an. 1228. *Item ſtatuimus*

quod nullus homo capiat per ſe vel per alium, nec robet,
nec robari faciat aliquem hominem, &c. Occurrit præ-
terea in Ethelredi Regis Pacto cum Analavo cap. 4. in
ejuſdem Legibus apud Wenetyngum cap. 18. in Legi-
bus Burgorum Scoticorum cap. 92. §. 1. apud Bracto-
num lib. 3. tr. 2. c. 12. §. 1. Philippus *Monskes* in Hiſt.
Francor. MS. in Henrico I.

Petit apriès à grant compagne
Vint ſor Robert Viſcart à force,
Ki ſa tierre reube & eſcorce, &c.

Infra:

Les abaies ſoniournoit,
Et toutes les gliſes reuboit.

Balduinus de Condato MS.

Mal ſert le Segnour qui li robe.

Diſrobare apud Anonymum de Geſt. Friderici II. Imp.
p. 757. & Petrum de Vineis, Gallis *Deſrober*.

Roboria & *Roberia*, definitur à Cowello lib. 4.
tit. 18. §. 25. bonorum alicujus ab ipſius perſo-
na, vel ipſo ſaltem præſente & invito, ſublatio. *Ru-
berie*, in veteri Conſuetudine Normanniæ c. 71. *Preda-
ria*, Italis. Gloſſ. Lat. Gall. *Preda*: *Roberie. Preda-
tor, Robour*. Occurrit vox *Roberia* hac notione, in Le-
gibus Inæ Regis Weſtſaxiæ cap. 18. & Henrici I. Regis
Angl. cap. 10. 12. 24. 66. apud W. Riſhangerum an.
1261. Rogerium Hovedenum p. 549. Bractonum lib.
2. c. 24. §. 1. lib. 3. tr. 2. c. 32. §. 1. Thomam Wal-
ſinghamum an. 1322. p. 116. &c. Leges Normannicæ
Willelmi Nothi cap. 4. *Se alquens eſt apeled de larcin u
de roberie*. Ita apud Littletonem ſect. 501. *roberie*
uſurpatur. *Le Roman de Vacces* MS.

N'i a qui oſt embler, ni faire roberie.

Roberia, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 11.
§. 1. in Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 1. §. 6. lib. 4.
cap. 7. in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 14.
§. 2. &c.

Roberator, Latro, fur. *Rauber*, Germanis. Charta Ranul-
phi Comitis Ceſtriæ to. 1. Monaſtici Anglic. *Ut ſive
latro, ſive roberator, ſive aliquis malefactor venerit ad
ſolemnitatem, habeat firmam pacem*, &c. Lexicon Gr.
Lat. MS. Reg. cod. 2062. λωποδύτης, ὁ τῶν ἱματίων
κλέπτης· λῶπη γὰρ τὸ ἱμάτιον. *Le Roman de Vacce*
MS.

Ne s'offri en la terre ne roboour ne larron.

Robinus. Vide *Rubinus*.

Roborabilis, Validus, fortis. Andreas Suenonis lib.
3. Legum Scaniæ c. 2. *Sed prior ſententia roborabilior
& rationabilior à prudentibus æſtimatur.*

Roboreus, Cui robur ineſt, robuſtus. Erchempertus in
Hiſt. Longob. cap. 54. *Aio autem Princeps Beneventi,
& ante principatum, & poſtea, partim imbecillis, partim
roboreus extitit*. Idem cap. 75. *Primum tantum Sacra-
mentum ſiſtebat roboreum ad menſem aut tempus anno-
tinum*. i. robur habebat. Idem Erkempertus ex editio-
ne Caraccioli p. 36. *Virum illuſtrem ac fortiſſimum ro-
bore, laqueo ſuſpendi fecit*. Ubi fortè *Robore*, pro *ad
quercum* ſumitur. *Roboreum præceptum*, firmum, in Chro-
nico S. Sophiæ Benevent. p. 718. Occurrit ibi non ſe-
mel.

Roboretum, Quercetum, apud Ughellum to. 1. parte
2. p. 236. In Charta alia apud Puricellum in Ambroſia-
na baſilica p. 367. *Cum — ſilvis, caſtaneis, roboreis,
ac ſtellariis*, &c. Legendum fortè *roboretis*.

Roborosa *paſſio* dicitur, *quæ animal rigidum facit ad
ſimilitudinem ligni*. Vegetius lib. 3. Artis veterin. cap.
24.

Rocca, *Rocha*, Caſtellum vel præſidium in *rupe*, ſeu
clivo extructum. Italis *Rocca*. Auctor Mamotrecti 2.
Reg. *Arx, dicitur rocca*. Annales Fr. an. 767. *Mul-
tas roccas & ſpeluncas conquiſivit*. Chronicon Cecca-
nenſe, ſeu Foſſæ-novæ an. 1185. *Adepti ſunt Saloniciam
cum multis civitatibus & caſtellis & roccis de Roma-
nia*. Occurrit iterum ann. 1187. & ſæpe in Scripto-
ribus Italicis, paſſim etiam apud Leonem Oſtienſem,
Ottonem Morenam in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 14.
88. &c. Gobelinus Perſona in Coſmodromio p. 259.
Arx quæ vulgo Rocka dicitur. Philippus *Monkes* in
Henrico I.

S'en ot Buiemont de Seſille,
Et cil fu au prendre Andioce,
U il a mainte forte roce.

Roccus, *Rocus, Rochus, Hroccus*, vox Germanica *Roch*,
ſignificans ſupremam veſtem, ἐπενδύτην. *De Roccis &
Sagis*, item *Roccus Martrinus & Lutrinus*, in Capi-
tulari triplici Caroli M. an. 808. c. 5. Monachus S.
Galli, ſeu Notkerus lib. 2. de Carolo M. cap. 27. *Ca-
rolus habebat pellicium berbicinum, non multum amplio-
ris pretii, quàm erat roccus ille S. Martini, quo pectus
ambitus, nudis brachiis Deo ſacrificium obtuliſſe aſtipu-
latione divina comprobatur*. Helgaudus in Roberto Re-
ge an. 1029. *Exuens ſe veſtimento purpureo, quod lin-
gua ruſtica dicitur Rocus*. Chronicon Fontanellenſe cap.
16. *Roccum ſubdiaconalem unum. Roccos* Monachis
etiam attribuunt Conventus Aquiſgran. & Additio 1.
Ludovici Pii ad Capit. c. 22. Eckehardus junior de
Caſib. S. Galli c. 10. 14. & 16. & Adalardus l. 1. Sta-
tutor. Corbeienſ. cap. 3. ubi
Hroccus ſcribitur: *Cæterùm capella, hroccus, ſive cucul-
la de ſago unde hroccus fieri poſſit, ad arbitrium Prioris
erit*. Hariulfus lib. 3. cap. 3. p. 481. & 483. *Hroccus*
pariter habet.

Roquus, in Teſtamento Riculfi Epiſc. Helenenſis an. 915.
*Roquos quatuor, unum purpureum cum auro, & alium
palleum Græco, & alios duos in Græcia factos.*

Rochus, in Charta Heccardi Comitis Auguſtod. apud Pe-
rardum p. 26. Ῥοῦχον Græci recentiores dicunt. Narratio
de Beliſario MS. βάνοντα ῥοῦχα καλὰ ξαμίτια. Hiſt. Apol-
lonii Tyrii: Ὁμαλὸς τὴς ἐντάφιας τὰ, τὰ ῥοῦχα τὰ ἐλέζα.
Occurrit præterea apud Nicetam Choniatem pag. 361.
367. & 425. 2. edit. Codinum de Offic. &c.

Rochetum: ita hodie vocant veſtem lineam Epiſcoporum,
& Abbatum propriam, cum manicis ſtrictioribus, quaſi
parvum *roccum*. Lindwodus ad Provinciale Eccl. Can-
tuar. lib. 3. tit. 27. *Rochetum differt à ſuperpellicio,
quia ſuperpellicium habet manicas pendulas, ſed roche-
tum eſt ſine manicis, & ordinatur pro Clerico miniſtratu-
ro Sacerdoti, vel forſan ad opus ipſius Sacerdotis in bapti-
zando pueros, ne per manicas ipſius brachia impediantur*.
Occurrit paſſim in Ceremoniali Romano, & Ceremon.
Epiſcop.

Rochetum, Canonicorum regularium veſtis linea. Chro-
nicon Windeſemenſe lib. 1. cap. 23. *Habitus Canoni-
corum Regularium eſt veſtis linea ſive toga linea, quam
Roketum Romani, Germani Subtile, Sarracium, ſive
Scorlicium appellant.*

Rochet, in Statutis Ordinis de Sempringham p. 739. *Solis
verò fabris conceditur habere camiſias, ſcilicet rochet.*

Roketum Romanum. Vide *Superpellicium*.

Rocha, Rupes, Gall. *Roche*. Diodorus Euchyon lib.
1. Polychemiæ cap. 17. *Ceræ, thuris, colophoniæ, alu-
minis rochæ*, &c. noſtris, *alun de roche*. Occurrit etiam
apud Heliam Monachum de Lapide Philoſoph. Hiſtor.
Cortuſiorum lib. 8. cap. 2. *Inceptum fuit Caſtrum
Eſtenſis rocha*. Vide *Rocca*.

Rocherium. Vetus Charta in Hiſt. Monaſterii S. Nico-
lai Andegav. *Inſuper nobis donavit aliud Rocherium
majus ante portam curtilis noſtri*, &c. Occurrit ibi ſe-
mel ac iterum.

Rocinus Vide *Runcinus*.

Rocta, *Rota, Rotta*, Inſtrumentum Muſicum. Sanu-
tus lib. 2. part. 4. c. 21. *Et aliqua alia genera dulcia
muſicorum, ut ſunt viola, cythara, & rotta.*

Rota. Conſtantinus Africanus lib. 1. de Morbor. curat.
c. 16. *Dulcis ſonitus fiat de Muſicorum generibus, ſicut
campanula, vidula, rota, & ſimilibus*. Neſcio an id or-
ganum intelligat Eckehardus junior de Caſib. S. Galli
cap. 3. extremo: *Quæ autem Tutilo dictaverat, ſingula-
ris & agnoſcibilis melodiæ ſunt: quia per pſalterium, ſeu*

per rotam, quâ potentior ipſe erat, pneumata inventa dulciora ſunt, &c. Vide tamen Eckehardum Decanum de vita Notkeri cap. 17. *Le Roman de Garin* MS.

Devant eux font le jugleor chanter,
Rotes & harpes & violes ſoner.

Le Roman de Vacces MS.

Mout avoit par la terre plors & dementoiſons,
Ne violes, ne routes, rotuenges ne ſont.

Rotta. Epiſtola 89. inter illas quæ Bonifacii Moguntini Archiep. nomine editæ ſunt: *Delectat me quoque Cythariſtam habere, qui poſſit cytharizare in cithara, quam nos appellamus Rotta, quia citharam habeo.*

ROCUS. Vide *Roccus*.

RODA, Anglis, quarta pars acræ, quæ & *farding deale*, ſeu *farundel* dicitur, juxta Cowellum, ex Anglico *Rodd*, pertica. Continet autem *acra*, ſecundùm ſtadii longitudinem 40. rodas, ſeu perticas; in latitudine tantùm quatuor. Perinde etiam Roda terræ 40. perticas in longitudine, unam verò ſolummodo in latitudine. Si autem excreverit *Roda* latitudo, contractior fit illius longitudo; ita tamen ut in omni ſuperficie neque plus neque minus quàm 40. perticas complectatur; uti *acra* ultra citrave 160. Occurrit paſſim, apud Prynneum in Libertat. Eccl. Anglic. to. 3. p. 1271. in Monaſtico Anglicano to. 1. p. 245. 302. 469. 636. 639. to. 2. p. 40. 82. 87. 93. 251. 291. 354. 445. 544. apud Will. Thorn an. 1288. 1317. &c. Idem p. 2105. *rodam* & *virgatam* confundit.

RODATICUM. Vide *Rotaticum*.

RODINUS. Vide *Rhodinus*.

RODKNIGHTS, *Serjanteria* ſpecies apud Anglos, qua qui inveſtitus erat, debebat ſervitium equitandi cum domino ſuo, vel domina, de manerio in manerium: à Saxon. ꝛad, equitatio, & cnẏt, puer, miniſter, famulus. Ita Bracton lib. 2. c. 16. §. 6. cap. 35. §. 6. Fleta lib. 3. c. 14. §. 7. Vide *Radchenistres*.

RODOMENSES, Monetæ Archiepiſcoporum Rotomagenſium, apud Ordericum Vital. p. 468. 495. 583. 505. & Alexandrum Abbat. Celeſinum lib. 3. Rer. à Rogerio Sic. Rege geſtar. c. 8. lib. 4. c. 1.

RODONDELLUS. Vide *Clocha*.

RODUM. Vide *Rothus*.

ROFIA. Vide *Rufia*.

ROGA, Precatio, preces. Codex Carolinus Epiſtola 88. *Inſuper & per Attonem Diaconum, ipſo nobis pollicente, rogam emiſimus, ut penitus eum Ducem conſequenter ſuſciperemus.* Vide *Rogus*.

Roga, Donativum, honorarium, quod Proceribus & Magiſtratibus, atque adeo etiam populo, ab Auguſtis, vel Clero à Summis Pontificibus *erogari* ſolet: unde vocis etymon. Hiſt. Miſcella p. 770. edit. Caniſii, de Tiberio II. *Duxit Anaſtaſiam uxorem ſuam, & coronavit eam Auguſtam, & jactavit rogam multam.* Anaſtaſius in Deuſdedit PP. *Hic diviſit per obſequia ſua, & ad omnem Clerum rogam unam integram.* Eadem verba habet rurſum in Bonifacio V. *Donum* vocat in Severino: *Hic dilexit Clerum, & omnibus donum augmentavit.* Alibi non ſemel *Preſbyterium*. Vide in hac voce. Idem in S. Eugenio: *Rogam Clero ſolitam tribuit.* In Adeodato: *Sed & rogam omnibus ampliavit.* Ita in Agathone. Rurſum in Paſchali: *Rogam etiam omni Clero ſuo in Preſbyterio profectò multipliciter ampliavit.* In Leone III. *Et non modicam manibus propriis præ amoris magnitudine univerſo populo rogam diſtribuit.* In Benedicto III. *Et ipſe Rex Saxonum, poſtulante Domno Benedicto Papa, ut faceret rogam in Eccleſia B. Petri Apoſtoli publicam de pondere auri vel argenti librarum Epiſcopis, Preſbyteris, Diaconis, & univerſo Clero, & optimatibus Romanis, tribuit aurum, populo verò minutum argentum.* Guillelmus Biblioth in Hadriano II. aliis verbis, ubi de viſionibus divinis de futuro Pontifice: *Alii eum* (videbant) *cum Apoſtolicis infulis Miſſas celebrantem: nonnulli more Apoſtolico in baſilica Lateranenſi aureos erogare.*

Roga, Stipendium, ſeu honorarium, quod Magiſtratibus quotannis ab Imperatore erogabatur, quomodo vocem hanc uſurpari ab Anna Comnena docuimus in Notis ad Alexiadem p. 269. Adde Pachymerem lib. 1. cap. 23. lib. 4. c. 14.

Ejuſmodi autem donativa, de quibus hiſce allatis locis Anaſtaſius, ſeptimana Paſſionis Clericis Patriarchas, ſcribit Balſamon, quemadmodum Imperatores officialibus ſuis, erogaſſe tradit Luitprandus l. 6. cap. 5. Olim verò fiebant maximè Kalendis, & Imperatorum & Imperialium urbium natalitiis, ut eſt apud Nicephorum Call. lib. 10. cap. 23. ubi per Kalendas, Januarias intelligit, quæ *dies largitionum* dicuntur in L. Laudabile Cod. de Advocatis diverſ. Judic. Atque ab iis largitionibus menſem Januarium μῆνα χρυσοχέμμα appellari à Paulo Silentiario à nobis obſervatum in Deſcript. ædis Sophianæ n. 22. Senator l. 6. Epiſt. 7. in formula Comitivæ ſacrarum largitionum: *Supplicum per te fortunas erigimus, Kalendis Januariis affatim dona largimur, & lætitia publica militia tua eſt.*

Roga præterea nomine donatum ſtipendium, quod militibus erogatur. Gloſſæ Gr. Lat. ῥόγα, *ſtipendium*. *Milites in roga Imperatoris*, *De roga Imperatoris*, apud Robertum Monachum lib. 1. Hiſt. Hieroſ. Baldricum Dolenſem, Raimundum de Agiles, Ordericum Vitalem lib. 9. p. 726. Anaſtaſius in Deuſdedit PP. *Et data roga militibus, pax facta eſt in tota Italia.* Hincmarus Remenſis in Quaternionib. *De beneficio militiæ, quaſi de ſtipendiis & roga, quæ annua, ſicut hodieque fit, dabantur militibus de publico*, &c. Adde Gregorium M. lib. 2. Ind. 10. Epiſt. 32. lib. 7. Ind. 2. Ep. 130. lib. 8. Epiſt. 2. Leonem III. PP. Epiſt. 3. &c. Ita etiam uſurpant Byzantini ſcriptores non ſemel, Leo in Tacticis cap. 6. §. 15. Conſtantinus Porph. in Baſilio cap. 27. Cedrenus in Juliano p. 305. Scylites p. 835. Pachymeres l. 1. c. 18. l. 9. c. 8. l. 11. c. 12. 13. 21. & alii quos laudant Meurſius, Fabrotus in Gloſſ. Dionyſius Gotofred. ad Harmenopulum, &c. Hinc ῥογάτορες, ſtipendiarii milites, in Miraculis S. Anaſtaſii Perſæ cap. 13. & apud Codinum de Offic.

Roga, *Eleemoſyna*, In Gloſſ. Lat. Gr. & Iſidori. W. Brito in Vocabul. MS. *Roga, dicitur Eleemoſyna, quod in vita B. Joannis Eleemoſynarii invenies.* Frodoardus in S. Zacharia PP.

Dirigit accumulatque rogas, ac perfovet agros.

Roga, Exactio, præſtatio ſub nomine precationis. Conſuetudo Lorriaci an. 1187. *Nullus, nec nos, nec alius hominibus de Lorriaco talliam, nec oblationem, neque rogam faciat.* Adde Chartam Ludovici VII. Regis Franc. an. 1178. apud Morinum in Hiſt. Vaſtinenſi p. 825.

Roga coacta, Vide *mutuum coactum*.

Roga, Navis ſpecies. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS.

Roges, & buſſes, & viſſiers.

ROGADIA, Precatio; *Per rogadiam aliquid ab aliquo petere*, in Statutis Venetorum an. 1242. lib. 1. c. 48. *Aliquid per rogadiam vel tranſmiſſum recipere*, lib. 6. cap. 13.

ROGATARIUS, *Petitor, diſtributor, Poſtulatitius*, Papiæ, Iſidoro, & in Gloſſ. MS. Regio. Ratherius Veronenſis in Qualitatis conjectura p. 207. *Loricam Galiverti medici recordari omnibus ſuadere non ceſſat, fraudem atque perfidiam Rogatariorum, divitias Epiſcoporum in jus redactas merito regium*, &c. Iidem videntur qui *Erogatarii*. Vide in hac voce.

ROGATIONES, Supplicationes, Proceſſiones Eccleſiaſticæ. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 6. *Rogationes illas inſtituit, ut media Quadrageſima pſallendo ad baſilicam Beati Juliani Martyris itinere pedeſtri veniret.* Infra: *Rogationes illæ quæ quotannis ubique in Paſchate fiunt.* *Rogationes majores & minores*, in Epiſt. Zachariæ PP. ad Anglos: *Ut Rogationum dies & minorum & majorum non omittantur.*

Rogationes, ſeu tres dies Rogationum, qui celebrantur ante Aſcenſionem Domini, juxta morem Eccleſiæ Gallicanæ, conſtituit S. Mamertus Viennenſis Epiſcopus, ob incurſionem ſcilicet malarum beſtiarum, quæ tunc temporis graviſſimè afficiebant populum Dei. Nam cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter interimerentur, nec hujus flagelli aliquod remedium inveniretur, congregati apud Viennam Galliarum Epiſcopi in commune ſtatuerunt, ut triduano jejunio miſericordiam Domini implorarent. Cumque ad eorum preces oculus divinæ pietatis reſpiciens, flagelli hujus peſtem miſericorditer abſtuliſſet, hi dies in conſuetudinem annuæ celebritatis venerunt, ut pèr Galliarum provincias ante Aſcenſionis diem celebràrentur: quæ conſuetudo apud nos uſque hodie pro diverſis calamitatibus devotiſſimè recolitur. Hæc Alcuinus lib. de Offic. divin. Belethus c. 122. & ex eo Durandus lib. 6. Ration. c. 102. n. 4. ait Rogationes *Litaniam minorem* appellari, ad diſcrimen Gregorianæ, quæ *Major* dicitur, *quia à minori, ſcilicet à ſimplici Epiſcopo, & in minori loco, ſcilicet Vienna, inventa eſt*. De *Rogationibus* à Mamerto inſtitutis conſulendi in primis Avitus Viennenſis Homil. de Rogat. pag. 150. Sidonius lib. 6. Epiſt. 14. lib 7. Epiſt. 1. Concil. Aurelian. I. c. 27. Turonenſe II. c. 17. Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 4. lib. 2. Hiſt. Francor. c. 34. Ado Viennenſis in Chron. Rupertus lib. 9. de Divin. offic. c. 5. Iſidorus in Orig. Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 8. Hartmannus & Ratpertus in Litaniis apud Caniſium to. 5. pag. 732. 742. Eckehardus in vita Notkeri Balbuli cap. 21. Andreas Silvius in Chron. Marcianenſi cap. 11. Udalricus lib. 1. Conſuetud. Cluniac. cap. 21. &c.

Rogatio, idem quod *Roga*, cenſus, exactio. Charta Fulconis Abbatis Corbeienſis an. 1055. ex Tabulario ejuſdem Monaſterii: *Super hæc omnia neque paſtum accipiet, neque rogationem faciet in tota Abbatia.* Charta Caroli Comitis Flandr. an. 1123. *Nullam rogationem in ea habere debet Balduinus vel ſui de his quæ pertinent ad Merlebeccam.* Tabularium feodorum Eccleſiæ Lingon. an. 1263. *De univerſali rogatione quam facit Epiſcopus in primo ſuo adventu, nihil prorſus habebunt Archidiaconi.* Tabularium Moliſmenſe: *Conſuetudinem etiam rogandi annonam ad equorum prabendam, gallinas, & alia ſimilia quæ habere ſolebat in villanis.*

Rogationes, Notæ ſeu inſtrumenta à Notariis confecta. Vide *Charta rogata*.

Rogator Vide *Erogator*.

Rogatoriæ *literæ*, quæ ad ſummum Pontificem vel Metropolitanum à Clero & plebe mittuntur, ut electum conſecrent Epiſcopum. Alcuinus lib. de Div. offic. c. *Qualiter Epiſcopus ordinetur in Eccleſia Romana: Cum Epiſcopus civitatis fuerit defunctus, eligitur alius à Clero ſeu populo, fitque Decretum ab illis, & veniunt ad Apoſtolicum cum ſuo Electo, deferentes ſecum ſuggeſtionem, hoc eſt rogatorias literas, ut eis conſecret Epiſcopum.* Vide Appendicem ad novam edit. Capitular. v. cl. Steph. Baluzii p. 1372.

Rogatura. Gloſſ. Gr. Lat. Ἀσπασμὸς, *Salutatio, amplexus, rogatura.*

Rogus, Preces, deprecatio. Joannes Diaconus Neapolit. in Chr. Epiſcop. Neapolit. *Iſte verò Andreas per rogum hujus electi levavit Tiberium Epiſcopum de lacu miſeria.* Charta Deuſdedit Cajetani Epiſc. apud Ughellum: *Scripta per rogos noſtros ab Stephano Preſbytero.* Vide eundem to. 1. part. 1. p. 582. to. 8. p. 45. 74. 82. *Rogum emittere*, crebro in Formulis precariarum. V. *Precaria*.

Rogus Dei: Precatio, Litaniæ, *Kyrie eleiſon*. Paſſim in Regula Magiſtri cap. 33. 34. 35. 37. 39.

Rogus, idem quod *Roga*, hoc eſt donativum. Ignotus Caſinenſis in Hiſt. Longob. cap. 30. *Mos etenim eſt apud Monachos utrorumque cœnobiorum — diebus S. Quadrageſimæ viciſſim ſibi rogum exhibere, caritatis gratia.*

Rogus. Charta fundationis Abbatiæ Belloſanenſis ab Hugone de Gornaco an. 1198. in 50. Regeſto Philippi Pulchri Reg. Fr. Tabularii Regii n. 60. *Dedi eis particulam nemoris mei à Tronqueria ad viam quæ venit per ante rogos de buſco Erembodi, ſicut diviſiones demonſtrant.*

Rohagium. Vide *Rotharium*.

Rokus, ſecunda dignitas poſt Soldanum, apud Turcos. Vide Matth. Paris an. 1250. p. 527.

Rollones. Vide *Retorta*.

Rollus. Vide *Rotulus*.

Romanatus, Nummus aureus Romani Diogenis Imp. CP. imagine ſignatus. Charta Andreæ Comitis de Chelmo an. 1241. apud Jo. Lucium in Hiſt. Dalmat. p. 473. *Solvat nomine pœnæ Comiti præfato 1000. Romanatos.* Fulco Beneventan. an. 1130. *Hortum ſuum vendiderat 60. Romanatos.* Idem an. 1131. *monet ut illos 60. Romanatos — redderet.* Adde Ughellum to. 8. p. 191. Anna Comnena lib. 3. pag. 94. Καὶ τὸ ῥηθὲν [illegible] Ῥωμανάτου [illegible].

Romania, Romanum Imperium, apud Poſſidium in Vita S. Auguſtini cap. 30. & alios ſcriptores laudatos à Caſaubono ad Lampridii. Juſtello in Not. ad Canones Eccleſiæ univerſæ, Seldeno ad Eutychii orig. Allatio lib. 1. de Eccl. conſenſ. cap. 18. & aliis.

Romania, præterea dictum Imperium Orientale, ſeu Byzantinum. Jornandes in Geticis cap. 25. *Weſegothi tandem communi placito Legatos ad Romaniam direxere ad Valentinianum Imperatorem.* Adde cap. 50. Epiphanium lib. 2. Panarii, & hæreſi 67. &c. *L'Empire de Romanie*, non ſemel apud Villharduinum. Bromptonus in Ricardo I. *Tota Romania terra firma eſt, & eſt de dominio Imperatoris Conſtantinopolitani. — Caput Romaniæ eſt civitas Conſtantinopolis, & Rumania jungitur Sclavoniæ, Hungariæ, & Hiſtriæ.*

Romania appellata etiam ea Aſiæ pars quæ Græcis Byzantinis parebat, alterius partis reſpectu quam invaſerant Turci, quæ *Turcia* dicebatur, ut docuimus ad eundem Willharduinum n. 46. Anaſtaſii Bibl. Collectanea: *Ex naviculis quæ veniunt ex partibus Romaniæ, ut hi qui ſunt hic, nuncupant, partes videlicet Græcorum Ponticas appellantes.* Ponti Provinciæ quippe in Aſia ſunt. Guill. Apulienſis lib. 2. de Geſt. Norman.

Horum temporibus Turcos Orientis ab oris
Ingreſſos fugit gens territa Chriſticolarum,
Qui Romania loca delitioſa colebant.

Tageno Patavienſis, & Chronicon Reicherſpergenſe an. 1190. *Primas partes Romaniæ intraverant.* Apud Tudebodum lib. 7. pag. 781. Nicæa Bithyniæ urbs, *Romaniæ caput* appellatur: *Rumenia deſerta*, pars Aſiæ, apud Arnoldum Lubecenſem lib. 2. c. 9. Vide Theophanem an. 20. Heraclii, Iſidorum Pacenſem in Chron. pag. 14. &c.

Romania, quæ hodie *Romandiola*, in Chronico Farfenſi p. 657. & alibi apud Ottonem Morenam in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 21. 62. 102. Vita MS. S. Romani Preſbyteri: *Petiit ab Epiſcopo ſuo licentiam dari in Romaniam tranſmeare, ubi piis precibus ad limina SS. Petri & Pauli, & cæterorum Sanctorum orationibus vacaret.*

Romania denique nomine interdum appellantur ex Galliæ partes, quæ Romanis parebant, aut paruerant, reſpectu Britanniæ Armoricæ, in Vita S. Samſonis Epiſcopi Dolenſis in Præfat. lib. 1. n. 2. & l. eod. cap. 60. & 61.

Romanizare, *Tormentare, cruciare, affligere, trucidare*, Ugutioni & Jo. de Janua. Notum quod de Curiæ olim Romanæ avaritia ingerunt ſcriptores: unde verſus:

Roma manus rodit, quos rodere non valet, odit.

Quæ ſic expreſſit autor MS. inſcriptus, *le Tableau de la mort d'Elinand*:

Va

Va moi ſaluer la grant Rome,
Qui de runger à dreit ſe nome
Quer les os runge, & le cuer pele, &c.

Guiotus Pruvinenſis, qui vixit circa an. 1200. in Biblia MS.

Des Romains n'eſt-il pas merveille;
S'ils ſont faux & malicieus,
La terre le dois & li lieus.
Cil qui primes i aſſemblerent
La felonie i aporterent.
Romulus ſon frere i ociſt, &c.

Et Recluſus Molienſis in Poëm. MS. de Caritate:

Si je veuil deſcrire briement,
Coment on vit Rommainement.
Roumains à la lange ſece & dure;
Ne peut parler ſans oignement,
Et ſes huis ſiet tant ſerement,
Qu'il ne puet ouvrir ſans ointure:

Silveſter Giraldus de Expugn. Hibern. lib. 1. cap. 36. *Venerant in Normanniæ partes à ſummo Pontifice Alexandro III. tranſmiſſi Cardinales duo, — viri, ut putabantur, juſti & boni, & ad hoc fideliter electi, ſed tamen Romani.* Qua ultima voce Legatos perſtringit ut rapaces. Baldricus lib. 3. Hiſt. Camerac. c. 114. *Mores etiam Eccleſiaſticos, quos avaritia Romanorum pravis commercationum uſibus vitiabant, ad normam prioris gratiæ reformare æſtimabat.* Vide Joannem Sariſberienſem lib. 6. de Nugis Curial. c. 25. & Epiſt. 176. 222. 272. Matth. Paris an. 1103. & alibi paſſim, & alios ejuſce ævi ſcriptores; ut & quæ in hanc rem attigimus ad Joinvillam.

Romani olim dicti, qui aliàs Chriſtiani, vel etiam *Catholici*. Lucifer Calaritanus de non parcendo in Deum delinq. p. 281. *Itaque cum non eſſe illum verum Dei Filium dicitis, — nos verò Romani dicimus unius ſubſtantia cum patre illum eſſe.* Ita etiam uſurpant Theodoſius Junior in Epiſt. ad Acacium Epiſcopum Berrhoenſem in Synodo Epheſina, & Victor Tunnenſis lib. 1. de Perſecut. Vandal. Sed & hæretici ita Catholicos per convitium indigitabant. Gregorius Turon. l. 1. Miracul. c. 25. *Romanos enim vocitant homines noſtræ religionis.* Adde cap. 79. 80. Apud S. Audoenum lib. 2. Vitæ S. Eligii cap. 19. plebs vici Noviomenſis diœceſis prophanis ritibus adhuc addicta, Eligium per convicium *Romanum* appellat: *Nunquam tu, Romane, quamvis hæc frequenter taxes, conſuetudines noſtras evellere poteris*, &c. Sed & non deſunt qui *Romanos*, Provinciarum à Romanis ſubactarum incolis à religione appellatos dixerunt; in quibus eſt Bivarius in Commentario ad Pſeudochronicon Maximi p. 313. quæ ſententia quantùm à vero abſit, norunt qui literas norunt.

Romani, veteres Provinciarum incolæ, qui Romanis olim paruerant, ſic appellati reſpectu *Barbarorum* qui has invaſerant, ut pluribus docuimus in v. *Barbariis*. Viri Francici idiomatis, *Romana lingua homines*, dicuntur Wandelberto de Miraculis S. Goaris c. 11. Vetus Charta apud Meuriſſium in Hiſt. Epiſcopor. Metenſium p. 410. *Romani nitebantur redire ad locum ſuæ profeſſionis, illi remanere in loco ſuæ cognationis.*

Lingua Romana, quam gentibus domitis cum jugo ipſo Romani impoſuerunt, ait S. Aug. l. 17. de Civitate Dei c. 7. maximè verò ita noſtri vulgarem, & qua hodie utimur, appellarunt, quod à Romana puriore ortum habeat. Dudo l. 3. de Moribus Norm. *Rotomagenſis civitas Romana potiùs quàm Daciſca utitur eloquentia.* Statuta Synodalia Odonis Pariſienſis Epiſc. *Et ſi inveneris diſcretè & modo debito baptizaſſe, & formam verborum in Romano integrè protuliſſe, approbet factum:* Albericus in Chron. an. 1177. *Multos libros & maximè vitas Sanctorum, & Actus Apoſtolorum, de Latino vertit in Romanum.* Philippus Clarevallenſis de Mirac. S. Bernardi cap. 4. §. 15. Ebehrardum Germanum inducit *Romanam linguam*, Gallicam vocantem. Et c. 10. *Populum Romana lingua* appellat Gaufridus Monachus Continuatio de Geſtis Abbatum Lobienſium cap. 29. *Ut enim de facultate vulgaris linguæ, id eſt Theutonica, quæ ei naturalis erat, & Romana quæ accidentalis, omittam, in utraque inoffenſus erat.* Adde p. 625. Tabularium S. Flori in Arvern. an. 1280. *Renuntiantes ſuper hoc dictæ partes certa de facto, & de jure certiorata, lingua Romana, cuilibet exceptioni doli.* Chronicon Monaſterii S. Trudonis lib. 1. p. 348. *Nativam linguam non habuit Teutonicam, ſed quam corruptè nominant Romanam, Teutonicè Wallonicam.* (al. *Wallonam.*) Vide Ægid. Aureæ Vallis Mon. cap. 98. p. 201. & cap. 111. pag. 229. Ita paſſim Poëtæ noſtrates. *Le Roman de Garin* MS.

Car à l'eſchole fu quant il fu petis,
Tant que il ſot & Romans & Latin.

Le Roman de la priſe de Jeruſalem MS.

Car moult ſot bien eſcrire en Latin & Romans.

Balduinus de Condato MS.

Tu as dit la Pateneſtre
Saint Julien à ce matin;
Soit en Roumans ou en Latin.

Poëma de Vulpe coronato:

En Roumanche, ou endroit Latin.

Jacobus Heinricurtius de Bellis Leodienſib. cap. 38. *Eſtoit tres-ſage Chevalier, & de grande eloquence en Romans & en Tieſche.* Etiamnum Belgæ *linguam Romanam* vocant Wallonicam: & Brabantiæ & Flandriæ regiones; ubi lingua Wallonica obtinet; *Le Roman pays.*

Romancier, in linguam Romanam vertere. Joannès *de Langres*, ſeu Lingonenſis, in verſione libri Boëtii de Conſolatione Philoſ. MS.

Nuls homs qui n'a engin divin,
Ne puet comprendre le Latin;
Dont encor ſe doit moins fier
De tel Latin romancier.

Vide quæ annotarunt Stephanus Paſchaſius & Fauchetus lib. 1. de Poëtis Francicis cap. 6.

Romanitas, Lingua Romana ſeu Francica. Lambertus Ardenſis: *Solinum autem de naturis rerum non minus Phyſicè ac Philoſophicè per loquentem quis neſciat à — Simone de Bolonia — de Latino in ſibi notiſſimam Romanitatis linguam fida interpretatione tranſlatam*, &c.

Romanè. Liber uſuum Ord. Ciſtercienſis cap. 93. *Si converſus eſt vel Monachus qui non intelligit literas, idem illi Romanè exponat Sacerdos, & converſus Romanè confiteatur ſe peccaſſe cogitatione, locutione, & opere.*

Romanus, Liber *Romanè*; ſeu lingua vulgari Francica ſcriptus, quomodo fabuloſas Hiſtorias vernaculè conſcriptas etiamnum *Romans* dicimus. Idem Lambertus Ardenſis: *Librum quem ab agnominatione ſuæ proprietatis Silentium, ſive Romanum de Silentio nominavit.*

Le Roman de Girard de Vienne:

Li uns viele, li autre conte Romans.

Le Roman du Renard:

Fabliaus & chanſon de geſte,
Romans de lui & de ſa beſte,
Mainte autre conte par la terre
Mais onques n'oiſtes la guerre
Qui tant fu dure & grant & fin,
Entre Renard & Yſangrin.

Romancium, etiam appellant Hiſpani vulgare ſuum idioma, quod ut & Gallicum ac Italicum à *Romano* ſeu Latino ſumat originem. Fruſtra enim Bivarius in Notis ad Chron. Maximi p. 313. & 332. contendit Hiſpanos ſic ſuam linguam appellaſſe, quod eam ita indigitarint Gothi Ariani, à Religione Romana quam profitebantur. Jacobus I. Rex Aragon. in Conſtitutionibus Catalaniæ MSS. *Statuimus ut aliquis libros veteris, vel novi Teſtamenti in Romancio habeat, & ſi aliquis habeat, — tradat eos loci Epiſcopo comburendos; quod niſi fecerit, ſive Clericus fuerit ſive Laïcus, tanquam ſuſpectus de hæreſi — habeatur.*

Romepeni, aliàs *Pening*, i. denarius: Nummus Romæ pendendus, *Denarius S. Petri*, de quo plura in hac voce. Bromptonius de Offa Rege: *Nam, ut dicitur communiter, illum cenſum qui Romepeny, ſive Petreſpeny vocatur, Deo & B. Petro, & D. Papa qui tunc fuerat, & ſucceſſoribus ſuis primò contulit.* Idem p. 1235. *Scilicet de Rumepeny, id eſt de denario S. Petri*, &c.

Romerei, pro *Romani*, ſeu Græci Byzantini, in Epiſtola Archiepiſcopi Bulgariæ, in Geſtis Innocentii III. PP. p. 57.

Romescot, *Romſcot*, Cenſus ſpecies, qui aliàs *Denarius S. Petri*, Romæ pendi ab Anglis ſolitus, de quo ſuprà egimus. Vox formata ex Saxonico ſcot, vel ſhot, impoſitio, vectigal, ſymbolum. Matthæus Weſtmonaſter. an. 794. de Offa Rege: *Ex his omnibus provinciis, dedit Rex præfatus denarium Beati Petri, ut prædictum eſt, quod Anglicè Romeſcot appellatur.* Henricus Huntindonenſis lib. 6. p. 364. *Rex verò Knut Romam ſplendidè perrexit, & eleemoſynam quæ vocatur Romſcot, quam anteceſſores ſui dederant Eccleſiæ Romanæ, perenniter aſſignavit.* Monaſticum Anglicanum to. 1. p. 286. de eodem Kanuto Rege: *Etiam Romæ Scholam Anglicam conſtituit, & ad fovendam eam ex Anglia omni anno cenſum dari fecit, quod Anglicè dicitur Romeſcot.* Abrogata fuit hujuſmodi denarii & pecuniæ ſolutio Statuto an. 25. Henrici VIII. c. 25. reſtituta autem an. 1. & 2. Mariæ, ſed abrogata denuo 1. Elizab. cap. 1. Adde Vitam Offæ II. Regis pag. 20. S. Anſelmum lib. 3. Epiſt. 85. lib. 4. Epiſt. 29. Nangium in Chron. an. 1035. Robertum de Monte an. 1116. & quæ diximus in v. *Denarius S. Petri*.

Romesina, Monetæ Romanæ ſpecies, qua utebantur Barenſes in Apulia. Falco Beneventanus an. 1139. *Panem unum ſex Romeſinis emebant.* Idem an. 1140. *Monetam ſuam (Bari) introduxit, unam cui Ducatus nomen impoſuit, octo Romeſinas valentem, quæ magis magiſque ærea, quam argentea probata tenebatur. Induxit etiam tres Follares æreos Romeſinam unam appretiatos. Le Roman de la priſe de Hieruſalem par Titus* MS.

Se vos me volez croire trové à itel engin,
Que ja n'aurons Romain vaillant un Romeſin.

Le Roman de Vacce MS.

Otenc cinc ſols de Roumeſins.

Le Roman de Garin MS.

Je ne te pris vaillant un ramoiſin.

Incertum tamen an ita viliores ac æreas Conſtantinopolitanorum Auguſtorum monetas appellarint.

Romeus, qui aliàs *Romipeta*, qui ad S. Petrum piæ peregrinationis gratia pergit. Ita paſſim uſurpat Odo Cluniacenſis in Vita S. Geraldi Comitis lib. 1. cap. 27. 29. lib. 2. cap. 17. 23. lib. 4. cap. 22. *Romei* Italis, *Roumius*, Occitanis, dicuntur. *Romeus* in Foris Benearnenſibus tit. de pœnis art. 44. *Romomon*, Arvernis, ut autor eſt Sirmondus ipſe Arvernus ad Sidonium lib. 1. Epiſt. 5. *Romieux*, Provincialibus. Hinc autor eſt Cæſar Noſtradamus in Hiſt. Provinciæ p. 166 nomen datum nobili familiæ Arelatenſi, quæ pro inſignibus *Peram* deſcriptam geſtat, peregrinationis notiſſimum ſymbolum; ut & *Romeorum* familiæ Hiſpanicæ. Vide Guill. de Podio Laurent. cap. 47. & in v. *Romipeta*. Nec tantum qui Romam peregrinationes inſtituunt, ſed quivis peregrini ita appellati. Joan. Willaneus lib. 6. c. 92. *Arrivò in ſua corte un Romeo, che tornava da ſanto Jacopo.* *Romero*, eadem notione, in Legibus Alfonſi IX. Regis Caſtellæ 1. part. tit. 24. lege 1. *Romeria*, peregrinatio, tit. 4. l. 22. & Scriptoribus Hiſpanis paſſim.

Romfeah, vel *Romefet*. Denarius S. Petri, de quo in *Romeſcot*. Ita autem appellatur in fœdere Edwardi & Gothurni Regum c. 16. in Legibus Canuti Regis c. 5. & in Legib. Henrici I. cap. 12. ex Saxon. Romfceat, quaſi *nummus Romæ dicatus*. Feſceot enim & ſceat, partem, ſymbolum, cenſum, pecuniam ſignificant: Vide *Romepeni*.

Romipetæ, *Romipedæ*, qui Romam petunt, vadunt. Matth. Paris an. 1250. *Et ad impetrandum, Magiſtrum Leonardum Clericum ſuum, frequentem Romipedam, non ſine maxima pecuniæ effuſione, ad Romanam Curiam deſtinarat.*

Maximè porrò ita appellati qui Romam piæ peregrinationis ergo ad S. Apoſtolos pergebant. *Peregrini qui propter Deum ad Romam vel alubi vadunt*, in Synodo Metenſi an. 753. c. 4. Vernenſi an. 755. c. 26. & Cabilonenſi II. c. 45. *De vagis peregrinis qui propter Deum non vadunt*, in Capitulari I. Caroli M. an. 809. c. 6. Concilium Later. an. 1122. c. 14. *Si quis Romipetas, & peregrinos, ſeu mercatores, Apoſtolorum limina & aliorum Sanctorum oratoria viſitantes capere —tentaverint*, &c. Will. Brito lib. 8. Philippid.

Romipetas, & qui ſancta ſuccurrere terræ
Ibant, &c.

Idem ſub finem ejuſdem libri:

—— Nulla facultas.
Viſendi Romam datur, Dominive ſepulchrum.

Et lib. 9. initio:

Hic Anglos, hic Romipetas enormiter angens.

Itinerarium Gregorii XI. PP *Pedeſter incedit per ſcalenta deſerti velut Romipeda.* Utuntur præterea Joannes Sariſber. lib. 6. c. 1. Jacobus Cardinal. de Anno jubileo cap. 6. Nangius in Chron. an. 1210. 1240. Rigordus an. 1210. & alii. De peregrinationibus verò Romanis agit Nicolaus PP. apud Baron. an. 865. 90. & Beda lib. 5. Hiſt. Eccl. cap. 7. Habetur in Dactyliotheca MS. Ludovici Chalucii Arueni Gemma, cui inſcultus Angelus nudus vadens, *burdoni*, ſeu baculo innixus, cum inſcript. ΡΕΙCΙΤΑΛΟC. i. *vaditalus*: in quam ſic luſit idem Chalucius:

Quis puer hic baculo armatus geminſve vialis,
Aliger officii nomine [illegible].
Metator ſacram ſacer inviſentibus Urbem
Italicumque regens auxiliaris iter.

Vide *Romeus*, *Scoti*.

Romipetagium, Peregrinatio quævis fidelium: *Roumiuatge*, Occitanis; *Romeaggio*, Italis Scriptoribus, Matthæo Villaneo lib. 1. cap. 56. & aliis. Relatio Legationis Ambaſſiatorum Ducis Andegav. ad Judicem Sardiniæ an. 1378. *Venerunt omnes de dicta galea ad B. Urbanum* (prope Maſſiliam,) *quem pura animo & corde ſincero invocaverunt, — & facto Romipetagio antedicto, dictam catenam tranſeundo ſubintrarunt.*

Romphus. Otto Morena in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 46. *Quod nullus intra ipſum Caſtrum prope murum Caſtri ſe movere poterat, quem ipſi cum romphis & lapidibus non ſanciarent.* Fortè idem quod *Rompino*, Italis *Uncus*, Gallis, *Croc*.

Roncare, *Roncalia*, *Ronco*, &c. Vide *Runcare*.

Roncinus. Vide *Runcinus*.

Rondellus, Capa ſine caputio. Joannes Andreæ ad Clementinam, Ne in agro: *Rondelli, qui nunc in uſu ſunt, non ſunt propriè capa: non enim habent caputium.* Vide *Rotundellus*.

Roquus. Vide *Roccus*.

Rorsus, Papiæ, *Inſenſatus*. Ita etiam Gloſſ. antiquæ MSS.

Ros. Lex Alemann. tit. 65. §. 31. *Si quis in genuculo tranſpunctus fuerit aut plagatus, ita ut claudus permaneat, ut pes ejus ros tangat, quod Alamanni taudragil dicunt*, &c. Similia habet Lex Bajwar. tit. 3. cap. 12. Adde tit. 5. cap. 17.

Rosa *aurea*, in Dominica Quadrageſimæ, in qua cantatur *Lætare Hieruſalem*, à ſummo Pontifice benedici ſolita, quam ille poſt Miſſam in urbe procedens cum Clero Romano, præfert, ac deinde magno alicui Principi, ſi præſens adſit in Curia Romana, concedit; vel ad aliquem Regem aut Principem, ut eidem Pontifici cum conſilio ſacri Collegii placuerit, mittit. Ita Ceremoniale Romanum lib. 1. ſect. 7. ubi orationes ad Benedictionem deſcribuntur, & quædam de ejus ſignificatione congeruntur, ut & apud Durandum lib. 6. Ra-

tion. cap. 53. n. 8. 9. 10. 11. præterea in Epiſtola 74. Eugenii III. PP. ad Alfonſum Regem Caſtiliæ, in Epiſtola Alexandri III. PP. ad Ludovicum VII. Regem Franciæ, quæ extat apud Radulfum de Diceto an. 1163. & to. 4. Hiſt. Francor. p. 768. apud Innocentium III. PP. ſerm. in eandem Dominicam, & Petrum Bleſenſem ſerm. 15. Adde Ughellum to. 1. part. 1. p. 267.

Hanc autem Roſam auream eidem Ludovico Regi contulit Alexander, cùm Pariſios acceſſit ad eundem Regem: Hiſtoria Vezeliacenſis lib. 4. p. 582. de Alexandro: *Et ſequenti tempore Quadrageſima acceſſit ad Ludovicum Regem in urbe Pariſiorum: à quo ſuſceptus honorificè, ſecundùm morem Romanæ Eccleſiæ portavit ipſe Roſam auream Dominica qua cantatur Lætare Hieruſalem.* Ita anno 1177. cùm idem Pontifex Venetiis moraretur, in eadem Dominica, *indutus ſacris veſtibus, & de conſuetudine auream ferens Roſam, cum Epiſcopis & Cardinalibus ad altare majus* (Eccleſiæ S. Marci) *proceſſit: & completis Miſſarum officiis, Roſam quam detulerat, Duci Venetiarum in ſignum gratiæ Sedis Apoſtolicæ contulit*, ut habent Acta ejuſdem Alexandri apud Baronium. Tradit præterea autor vitæ Urbani V. PP. Joannam Reginam Siciliæ, & Petrum Regem Cypri Romam veniſſe, *& cum tunc occurreret Dominica Lætare Jeruſalem, in qua conſuevit dari per Papam Roſa aurea viro nobili tunc in Curia exiſtenti, dictam Roſam memorata Joanna tanquam nobiliori, majori, & excellentiori, licèt vir non exiſteret, dediſſe, Regi prædicto ipſam in hoc præferendo, qua more ſolito demum cum Cardinalibus & aliis nobilibus per urbem equitavit.* Vide Petrum Matthæum in Conſtitut. PP. p. 617. Roſas olim in hominis natali præbitas ac datas docet vetus Inſcriptio 636. 12.

Roſa liquida, Oleum roſaceum, apud Antonium Muſam lib. de Vetonica c. 5.

Roſa virgo, Roſa clauſa. Gloſſ. Iatricum MS. Reg. ſign. 1436. *Virgo roſa, exungulata.* Evodius in Epiſt. ad S. Auguſtin. 258. *Ramos roſarum virginum (ſic enim clauſa appellari ſolent) de eodem ſepulchro ſurrexiſſe vidit.*

Roſa Græca, λυχνίς, ῥοδῆ, in Gloſſ. Gr. Lat.

Roſa fatuina, apud Apuleium lib. de Herbar. propriet. c. 64. ſic dicta, inquit Humelbergius, quod florem habeat roſeum, ſed inodorum.

ROSALIA. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Ῥοδισμὸς, *hæc Roſalia, hoc Roſalium.* Perperam in edito *Ros alia*: ubi emendandus locus alter ex eodem MS. ῥοδοδάφνη, *taxus, lauriendrum, viburna.* Edit. *Lauria, Andrum.* Meminit porrò Balſamon ad Concil. 6. can. 62. cujuſdam Panegyreos, quam τὰ Ῥουσάλια appellat, & poſt feſtum Paſchatis ex prava conſuetudine, ἐν τοῖς ἔξω χώραις celebrati ſolitam ait. Vide *Paſcha Roſata.*

ROSANAGIUM. Charta Fulconis Comit. Andeg. an. 1028. pro fundat. Abbat. Roncerei, apud Sammarthanos: *Hic autem Hugo dedit filiæ ſuæ roſanagium hujus vineæ, & decimam pro veſtitu.*

ROSARIUM, Roſarius rubus, *Roſier.* Valerius in Epiſt. ad Ruffinum, to. 9. operum S. Hieronymi: *quam illibatam ſervaverunt vigiliæ, defloravit illuſio per ſomnium; ut ſemper omne roſarium aliquo turbine ſua purpura ſpolietur.*

ROSARIUS, Monetæ adulterinæ ſpecies, interdicta in Anglia an. 1299. & 1300. Vide in *Crocardus.*

ROSATUS, Roſis diſtinctus, ornatus, vel coccineus. Papias: *Roſata tunica, quam feniceam, nos coccineam dicimus, ad celandum colorem ſanguinis.* Anaſtaſius in Leone III. PP. pag. 143. *Vela holoſerica roſata numero quatuor, ornata in circuitu de Tyrio.* Ibid. *Albam holoſericam roſatam, ornatam in circuitu de chryſoclavo.* Occurrit apud eundem non ſemel.

Roſulatus, eadem notione. Charta donationis Eccleſiæ Cornutianenſis edita à Jo. Suareſio: *In pronao velum lineum purum unum: & intra baſilicam pro porticibus vela linea roſulata ſex: & ante Secretarium vel cubicula vela linea roſulata penſilia habentia arcus 2.* &c. Rurſum: *Vela apoplacia coccopraſina roſulata duo.* Aliàs apud Cornelium Frontonem, *Roſeus, per ſe, Roſaceus, mixtus*, dicitur.

ROSCELLA. Veteres Conſuetudines Floriacenſis Cœnobii c. 2. *Feria 2. Paſchæ ad prandium debemus habere roſcellas, & per totam hebdomadam pitantiam vini.*

ROSCULENTUS, à rore, Roſulentus, apud S. Zenonem ſerm. 3.

ROSERA, ſpecies Anſeris, apud Fridericum II. lib. 1. de Venat. cap. 19.

ROSETUS, ſeu *Roſeta*, Paxillus ferreus, qui extremo axi infigitur, ne elabatur rota. Anonymus in vita S. Brigidæ n. 47. *Auriga verò illius jungens currum, roſetos oblitus eſt ponere contra rotas.* Colganus habet *Roſetas.* Ubi Chilienus Monach. n. 48. *Neglexerat obice currum adfirmare.*

ROSETUS, Color roſeus. Concilium Budenſe an. 1279. c. de Prælatis: *Cum equitant, vel etiam in publico pedeſtres incedunt, habeant & deferant cappas rotundas ſub quibus habeant & deferant camiſcias albas ſive roſetas*, &c.

ROSIA. Vide *Ruſia.*

ROSSA. Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monaſtici Anglic. p. 181. *Et totam daylam mariſci, tam de roſſa, quam de prato*, &c. F. *Moſſa.* Vide *Muſſa.*

ROSSINUS. Vide *Runcinus.*

ROSTA. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 1. cap. 7. *Juſſit fieri roſtam in flumine, & Paduam privavit aqua, & ſic caruit molendino.* Cap. 14. *Qui ſtatim per roſtam factam juxta viridarium S. Juſtinæ civitatem intraverunt furtivè.* Cap. 16. *In dicto flumine fecit roſtam, & ſic aqua quæ naturaliter debet currere verſus mare, cœpit currere verſus Paduam per obliquum.* Italis *Roſta*, flabellum ſonat, noſtris *Eventail*, quo vocabulo etiam vulgò deſignamus obicem illum ex aſſeribus, qui aquas in molendino continet, quo laxato, eæ elabuntur.

ROSTRA *calceorum*, Acumina ſcilicet calceorum, quæ Annæ Comnenæ πέδιλα ἀκροάλματα dicuntur: ita enim ſcriptores vocant prominentes & ultra pedum longitudinem proſilientes extremas calceorum partes, in acumen quoddam deſinentes, ut ibi pluribus obſervavimus. Adalbero Laudunenſis in Carmine ad Robertum Regem:

Cœpit ſumma pedum cum tortis tendere roſtris.

Boëtius ſeu auctor de Diſciplina Scholarium c. 2. *Roſtratis tabulatiſque calceis ut Regina incedere*, &c. Ejuſmodi autem roſtra ſic deſcribit Joannes Architrenius lib. 2. cap. 5.

——— ſolea ſubſtringitur arcu
Calceus obliquo; pedis inſtar factus, ut ipſos
Exprimat articulos, cujus deductior ante
Pinnula procedit, pauloque reflexior exit,
Et fugit in longum, tractumque inclinat acumen.

Calceorum de corduba roſtra tortitia, apud Guibertum lib. 1. de Vita ſua. *Calcei ad aquilini roſtri ſpeciem*, apud Petrum Damian. lib. 5. Epiſt. 16. *Roſtra*, in Regula Templar. c. 29. *Sotulares roſtrati vel cordellati*, in Synodo Nemauſenſi an. 1284. *Sotulares roſtrati* interdicuntur Sacerdotibus, in Conſtit. Galonis Card. an. 1208. cap. 3. in Concilio Pariſienſi an. 1212. part. 2. c. 9. in Sariſberienſi an. 1217. c. 10. in Præceptis Synodal. Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. an. 1245. in Conſtitutionibus Nicoſienſibus c. 8. in Synodo Baiocenſi an. 1300. c. 35. 125. in Concilio Londinenſi an. 1342. c. 1. &c. Vide Gobelinum Perſonam ætate 6. cap. 49. & ſupra in v. *Poulainia.*

ROSTUM, Aſſum. Boxhornius in Lexico Priſco-Britannico: *Rhoſt, aſſum, aſſatum.* Antiquam vocem Britannicam eſſe oſtendit nomen Regis Armoricani, *Daniel Dremroſt*, ab uſtis oculis, vel uſto vultu ſic dicti. *Rhoſtio, aſſare, torrere. Le Roman de Vacce* MS.

Ja li Rois, ce dit il, ne meniera de roſt,
Se Herons en ſa terre come fol ne l'eut loſt.
Charta an. 1148. apud Puricellum in Ambroſiana
Baſilica p. 704. *Pullos roſtidos, & lumbolos cum pani-*
tio, atque porcellos plenos, &c.

ROSULATUS. Vide *Roſatus*.

ROSUM, Ῥόδον, in Gloſſ. Gr. Lat. pro *roſa*. *Roſum un-*
guentum, pro *roſeum*, in l. 21. D. de Auro, argento, &c.
in Cod. Florentino: *Sed & valetudinis, qualia ſunt*
Commagena, crina, roſa, mura.

ROTA, apud Græcos genus fuit tormenti, uti docemur ex
Tullio lib. 5. Tuſcul. & Apuleio lib. 3. & 10. Meta-
morph. Suidas fuiſſe ὄργανον βασανιστικὸν καὶ ἀγχόνιον τι
fuiſſe ait. Alibi, ξύλινόν τι ᾧ διεμελίζοντο οἱ σὺν τῷ
ὑποζύγιῳ. Sed aliud prorſus fuiſſe ſupplicium jure con-
tendit Cujacius lib. 3. Obſer. cap. 28. ab eo quod
Franciſcus Rex in graſſatores inſtituit, ubi fractis mem-
bris ſemianimes in altum elatis rotis ſupini imponun-
tur: cum in ſupplicio illo veterum, rei rotis alligati cru-
deliter torquerentur ac diſtenderentur: de quo quidem
veterum ſupplicio egere alii, ac inprimis Anton. Gallo-
nius de SS. Martyrum cruciatibus cap. 2. Acta S. Ju-
lianæ Virginis & Mart. cap. 3. n. 14. *Tunc Præfectus*
juſſit afferri rotam ferream, & figi in ea gladios acu-
tos, & ſuper ipſam rotam imponi virginem, ut ſtaret rota
in medio duarum columnarum, & quatuor milites de iſta
parte, & alios quatuor ex alia parte, & milites trahebant
rotam, & Julianam habebant ſuperpoſitam. Trahentes au-
tem milites machinam tangebant, & nobile corpus virginis
Chriſti omnibus membris findebatur, & medulla de oſſibus
ejus exibant, & tota rota tingebatur de illa, &c. Adde
vitam S. Ephremi n. 10.

Non aliud tamen fuit ferme Rotæ ſupplicium ab
hodierno, ſub prima Regum noſtrorum ſtirpe, atque
adeo poſterioribus ſæculis, cum rei confractis oſſibus
morituri, vel poſt ſuſpendium, vel capitis minutionem,
rotæ ad ſpectaculum & ludibrium innecterentur. Gre-
gorius Turonenſis lib. 6. Hiſtoriæ cap. 35. & Ai-
moinus lib. 3. cap. 52. ubi de feminis maleficis: *Alias*
enecat, alias incendio tradit, alias rotis oſſibus confractis
innectit. Ditmarus lib. 4. pag. 48. *Miſer captus eſt,*
fractiſque cruribus rota ſuperpoſitus. Andreas Suenonis
lib. 7. Legum Scanicarum c. 11. *In rota diſtento corpore*
ſuſpendatur, vel lapidibus obruatur, &c. Galbertus in
vita Caroli Comitis Flandr. n. 95. *Poſt hæc vero utro-*
rumque corpora virorum (qui patibulo ſuſpenſi fuerant)
rotæ plauſtri ſuperpoſita, in malo altiſſimo fixæ, viden-
da univerſis tranſeuntibus propoſuerunt, &c. Idem n.
119. *Eodem die captus eſt, — & in rota malo ſuperinfixa*
ligatus, diſperditionem vitæ perpeſſus, omnium ſpectacu-
lum fuit. Adde n. 122. Philippus Galtherus lib. 8. Ale-
xandreidos, de cæde ejuſdem Caroli p. 64.

Hoc habitu quondam Buchardum Flandria vidit
Solventem meritas occiſo Principe pœnas,
Quem rota pœnalis pro tanto crimine torſit,
Totaque confregit Ludovico vindice membra.

Vide præterea Galterum Tervanenſem in vita ejuſ-
dem Caroli cap. 39. & 42. & Sugerium in Ludovico
VI. pag. 316. Cæſarius lib. 2. Mirac. c. 6. de homici-
da: *Statim data ſuper eum ſententia, pœna rotali ad u-*
dicatus eſt. Adde lib. 10. c. 37. lib. 11. c. 54. 55. Wil-
lelmus Heda in Wilebrando Epiſc. Traject. *Cum ſocio*
ignominioſe trucidatur, impoſitus rotæ, ſtipite exaltatus,
quod maxime apud Germanos judicatur infamia. Con-
tinuator Nangii an. 1326. *Primo enim in pilorio verti-*
tur, & deinde ambæ manus ſcinduntur, & in rota emi-
nente ligatus ponitur, pugnis abſciſis ante eum ad cir-
cumferentiam rotæ pendentibus, &c. Ægidius de Roya
an. 1328. *Deinde tractus ad patibulum, fractis cruribus*
& membris decapitatus fuit, & poſitus ſuper rotam,
atque ſuſpenſus cum eadem rota ad novum patibulum mi-
ræ altitudinis cum ſuis conſortibus. Denique Continuator
Chronici Carionis an. 1535. *Rota ſupplicium hoc anno*
menſe Januario primum in Gallia adverſus latrones de-
cernitur. Ejuſce ſupplicii meminerunt præterea Albertus
Stadenſis an. 1192. Annales Colmar. 1. part. an. 1293.
2. part. an. 1293. Albertus Argent. p. 114. 117. 155. 169.
178. Genealogia Regum Daniæ pag. 217. Godefridus
Monach. S. Pantaleonis an. 1226. Chronicon Leo-
dienſe apud Labeum, & Levoldus Northovius eod.
anno, Hiſtoria Archiepiſcop. Bremenſium pag. 114.
Magnum Chronicon Belgicum pag 227. 286. Suffri-
dus Petri in Epiſc. Leod. c. 10 18. Æneas Silvius in
Hiſt. Bohem. c. 8. &c. Vide Turnebum lib. 7. Ad-
verſ. c. 16. Hadrianum Junium lib. 3. Animadv. c. 12.
pag. 145. &c.

Rotare, Rotæ ſupplicio punire, Gall. *Rouer*. Magnum
Chronicum Belgic. an. 1213. *Per vicos & plateas ut ca-*
nis viliſſime tractus, tandem in rota eminentiſſima rota-
tus eſt, &c. Jo. de Beka in Joan. II. Epiſc. Trajectenſi:
Idem Gerardus inter acerba ſupplicia dire rotatus eſt.
Anonymus in Chronico Sclavico an. 1369. *Qui appre-*
henſus rotatus eſt, & in quatuor partes diviſus, & ſu-
per rotas quatuor poſitus, ſecundum quatuor civitatis par-
tes. Adde an. 1387. Albertum Stadenſem an. 1226.
Ægidium de Roya an. 1328. Ericum Upſalienſem l. 3.
Hiſt. Sueciæ an. 1189. lib. 4. p. 119. &c.

Inrotare, eadem notione. Lambertus Ardenſis pag. 169.
Alios inrotavit, alios imparticavit, alios caudis jumento-
rum protrahendos & diſcerpendos adhibuit.

Rota, Lychnuchus in formam rotæ à fornice pendens
in ædibus ſacris, quem alii *Coronam* vocant. Adamna-
nus de Locis SS. lib. 1. cap. 6. *Cujus* (Eccleſiæ)
in ſuperioribus grandis quædam ærea cum lampadibus ro-
ta in funibus pendet. Ita uſurpat S. Bernardus lib. de
Vita & moribus Clericor. cap. 11.

Rota, Pallii Eccleſiaſtici ſpecies in formam rotæ effecti,
vel pallium rotarum figuris diſtinctum. Anaſtaſius in
Leone III. PP. pag. 143. *Fecit veſtem albam holoſe-*
ricam roſatam habentem in medio tabulam de Tyrio cum
hiſtoria Crucifixi. Necnon & rotas de chryſoclavo or-
natas in circuitu de quadrapulo. Infra: *Fecit — & ro-*
tam de chryſoclavo ornatam in circuitu de Tyrio. Le Ro-
man de Garin MS.

Bues i offre un vert paille roè.

Le Romans de Pariſe la Ducheſſe:

Li Dus Renart offert quatre pailes roez.

Rota Porphyretica, Camera Romæ, cujus pavimentum
ex marmore Porphyretico *Rotæ* figuram efformabat:
unde Camera ipſa nudè *Rota* dicta eſt, ut apud Nor-
mannos *Scacarium*, quod Camera in qua judicia exerce-
bantur, Scacarii inſtar, marmoreis tabellis diſtinguere-
tur. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 37. de Henri-
co Imp. *Cum in Rotam Porphyreticam veniſſet, poſitis*
utriſque ſedibus, conſedere. Neque, opinor, alia eſt ab ea
quam *Rotam Romanam* dicimus, ubi agitantur publica
judicia, quorum Deciſiones circumferuntur. Scribit
Goldaſtus lib. 2. Alamannicor. pag. 5. *Raath* Ger-
manis *Rotam*, & *Cameram* ſignificare, hincque *Rotwi-*
lam, oppidum Helvetiorum appellatum, quod in eo eſ-
ſet Camera judiciorum Imperialium, quæ poſtea Spi-
ram tranſlata eſt: eademque ratione *Rotam* Romanam
dictam.

Rota cum tintinnabulis, quæ in ædibus ſacris appendi ad
parietem verſus latus altaris, & volvi ſolet ad elevatio-
nem hoſtiæ. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 104. *Præte-*
rea fecit vir venerabilis Athelwoldus quandam rotam
tintinnabulis plenam, quam Auream nuncupavit, propter
laminas ipſius deauratas, quam in feſtivis diebus ad ma-
joris excitationem devotionis reducendo volvi conſtituit.
Huc ſpectat quod habetur in Concilio Nicoſienſi an.
1340. c. 4. *Item ſtatuimus & ordinamus ac etiam man-*
damus omnibus Epiſcopis Græcis, & aliis Præſulibus qua-
rumlibet nationum, & Sacerdotibus earundem, quod de-
beant ordinare quoddam ſignum, quo poſſit omnibus au-
dientibus divinum officium notum eſſe, illa hora qua per-
fecerint Corpus Chriſti, quando celebrant in altari: ita
quod illo tempore Corpori Chriſti exhibeatur reverentia

tam debita, quàm devota. Adde Statuta Willelmi Epiſcopi Pariſienſis c. 25. & Synodum Wigornienſem an. 1240. c. 9.

Rota. Hariulfus lib. 3. Chron. Centulenſis cap. 8. *de libris Iſidori: Etymologias, Rotarum, prœmiorum, & Rotarum, & officiorum: Item prœmiorum, item Rotarum,* &c. Ubi editur ad marginem, id eſt *Cantuum ſeu Hymnorum.*

Rota, promenſura Italica. Charta Gregorii IX. PP. apud Ughellum to. 7. Ital. ſacræ pag. 60. *Caſei rotarum ducentarum ſexaginta ſex, leguminum modiorum* 80. *riſi modiorum* 19. *olei rotarum* 95. *Zuccari rotarum* 38. &c. *Rota ceræ,* in Charta an. 1300. apund eundem to. 4. p. 960.

Rota auri. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 143. *Argentaria de Lebena quotidie valet, ut dicitur, tres rotas argenti depurati, quæ valent tria millia Soldanos, ſolutis operariis.*

Rota, in Monaſteriis Sanctimonialium, turricula lignea verſatilis, qua neceſſaria in Monaſterium inducuntur, noſtris, *Tour.* Regula Sororum Minorum Monaſterii Humilitatis B. Mariæ Pariſienſis diœceſis ab Urbano IV. PP. exarata an. 1263. *Sine Miniſtri licentia non habeatur niſi una Rota conveniens in Conventu, per quam neceſſaria ſororibus concedantur, & auferantur etiam auferenda: hæc ſiquidem taliter ordinetur, ut nihil poſſit ea mediante videri.*

Rota, Inſtrumentum Muſicum. Vide *Rotta.*

Rota Judæorum. Vide *Judæi.*

ROTARE *loricam.* Monaſticum Angl. to. 2. p. 384. *Et terram quæ fuit Martini Permentarii de Fleta, quæ continet — pro ſervitio rotandi unam loricam ſimel in anno pro toto feodo, quando dominus ipſius feodi ſuper ipſum feodum miſerit.*

ROTATA *aquæ.* Tabularium S. Aniani Aurelian. *Recognoſcens me injuſte tenuiſſe injuſtam rotatam aquæ in aqua S. Aniani ad Arenas, juxta clauſum Regis, — ipſam dimidiam rotatam do & S. Aniano & Canonicis,* &c.

ROTATICUM, *Rodaticum, Rotagium, Roagium,* &c. Vectigal ſeu tributum, quod pro damno quod in viis publicis, quas *Rotabiles* vocat vetus Inſcriptio 149. 1. currus facere ſolent, exſolvitur domino prædii: *Angaria pro rotarum tritura,* in l. 21. Cod. Th. de Curſu publico: *Teloneum rotarum,* in Charta Roberti Regis Franc. pro Monaſterio Argentolienſi apud Ducheſnium in Notis ad Abælardum p. 1151. Gallis *Roage,* vel *Rouage.* Vide San-Julianum in Cabilone pag. 419. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 656. *Portaticos, rivaticos, rotaticos, vultaticos,* &c. Vide eundem p. 709. 731. 778. Charta Chlodovei III. Regis pro Monaſterio S. Dionyſii: *Ubicumque telleneus, portaticus, rotaticus, vel reliquas reddebutionis à judicibus publicis exigebantur.* Charta Caroli M. apud Aimoini Continuatorem lib. 5. cap. 1. *Nec rotatico, nec portatico, nec pulveratico,* &c. Charta Caroli C. in Tabulario Dervenſis Monaſterii: *Rotaticum totum ad integrum, quod à tranſeuntibus exigitur,* &c. Vide Chartas alias apud San-Julianum in Trenorchio p. 510. Hemereum de Academia Pariſienſi p. 25. 35. & in Auguſta Viromand. p. 258. *Rotatica vini,* apud eundem Hemereum ibidem p. 132.

Rodaticum, Rodage, in Conſuet. Aquenſi tit. 12. art. 5. 6. & S. Severi tit. 10. art. 5. 6. Indiculus Regalis: *Nec ullas vendaas, nec rodaticum, nec foraticum, nec pontaticum — exactare præſumatis.* Capitula Caroli M. lib. 6. c. 219. *Ut nullus homo præſumat tholoneum per vias, nec per villas rodaticum vel pulveraticum recipere.* Adde Capitulare 5. an. 803. cap. 22. & Chartam ejuſdem Caroli apud Doubletum pag. 708.

Rotagium. Tabularium Vindocinenſe an. 1080. ch. 206. *Dimiſit, & quietam perpetualiter clamavit Domino Deo & Monaſterio Vindocini conſuetudinem quandam quæ vulgo Rotagium appellatur, quam exigebat ab hominibus S. Trinitatis, non quidem rectè, ſed ſicut mos eſt jaculatoribus facere, — accipiebat autem ab omnibus prædicti loci hominibus, quicquid vectigalium in terra ſua exigerent, pro aliquo condricto ſœni, aut alterius rei, carris ſive quadrigis cum bubus faciendo. Capiebat verò de carro 4. den. de quadriga 2. den.* &c. Tabulari in Prioratus S. Nicaſii Mellentenſis fol. 36. *Aſſerebat etiam Prior S. Nigaſii ſe debere habere & percipere de quolibet collio vini venditi in manerio & loco jus ſupradictu duos denarios ratione rothagii in prædicta compoſitione, ſeu ordinatione.* Vetus Notitia in Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andeg. *Ut vini noſtri in noſtro cellario vendi ti partem ſuam rotagii & venditionis tribueret depoſcimus.* Charta an. 1218. *Petunt etiam quod ceſſem à rotagio, quod de novo levavi ſuper calceam ante domos hoſpitum ſuorum.* Vide Doubletum p. 827. & Buzelinum in Gallo-Flandria pag. 386.

Roagium. Charta Guillelmi Epiſcopi Laudunenſis in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 378. *Item medietatem roagii de Mauli & de Noviar.* Charta Philippi Aug. an. 1185. apud Mornum lib. 5. Hiſt. Vaſtin. *Atque roagio, & meſſione frumentium, & carreio.* Charta anni 1147. apud Louellum in Belloväco p. 274. *Quelconque choſe eſt couſtume eſtre pris les marcheans en tonnelieu, en ſorage, roage, & en travers.* Porrò *droit de rouage* vocant noſtri, tributum quod exſolvitur pro vino quod curru tranſvehitur. Vide Raguellum.

Rouagium in Charta Henrici II. Reg. Angl. *In — talliagio, rouagio, & feria, & foro.* Comput. Domanii Comitatus Bononienſis an. 1402 *Recepte des rouages, c'eſt à ſavoir de chars ou charetes qui à loier mennent deſrees, doivent chaſcun char 4. den. par.* Ita *Rouage* occurrit in Conſuetud. Meduntenſi art. 196. Silvanectenſi art. 5. &c.

Ruagium. Charta Will. D. *de Clarques* Militis an. 1260. in Tabul. S. Bertini: *Contuli & conceſſi libere prædictæ Eccleſiæ quoddam ruagium quod habebam — in villa & dominio prædictæ Eccleſiæ apud Arkes, & quidquid juris habebam & habere poteram in dicto ruagio,* &c.

ROTHORIUM, locus in fluvio ubi aquâ diluitur, maceratur, & ſubigitur cannabis, Gallis *Rouiſſoir, Robiare, Rouir: Robagium,* ipſa maceratio, *Rouiſſement.* Areſta Aſcenſ. an. 1260. in 1. Reg. Parlam. f. 18. verſ. *Inqueſta facta ſuper eo quod — requirebat juſtitiam de quodam Rothorio ſito ſubtus Larderias. Dicebat etiam quod quando gentes veniunt ad illum locum cauſa ponendi cannabum ſuum robiandum, ipſe habet robagium,* &c. Vetus Conſuetudo Normannica MS. 1. part. ſect. 1. cap. 17. *L'on ne doit pas faire Rotheurs ne Chanures roir en eues courantes, par quoy en ſoient ſouventeſfois corrompues, ſi que les poiſſons en meurent,* &c.

ROTLIN, Piſcis ſpecies, in Actis Murenſis Monaſterii pag. 50.

ROTOGERII, iidem qui *Ruptarii,* noſtris *Roturiers,* Ignobiles. Otto Morena in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 42. *Et una cum rotogeriis, aliiſque villanis, qui in ipſo caſtro morabantur.* Vide *Rumpere.*

ROTTA. Vide *Rota, Rumpere.*

ROTTARII, Scriptores. Librarii. Ita Mamotrectus ad Epiſt. Hieronymi in Proverbia. Sed videtur legendum *Rotularii,* vel *Rollarii.*

ROTULUS, *Rotula,* Scheda, charta in ſpeciem *rotulæ,* ſeu *rota* convoluta, unde nomen Fortunatus lib. 7. Poëm. 18.

An tibi charta parum peregrina merce rotatur,

niſi quis malit Salmaſii ſententiam amplecti, qui à voce Latina *Rutulus,* Rotulum dictum cenſet: eſt autem *Rutulus,* baculum rotundum, quo cumulus menſuræ demitur & exæquatur: *Rotulus* enim, ſeu Charta convoluta baculi ſpeciem refert. Veteres *volumen,* recentiores Græci κονδάκιον appellarunt, noſtri *Roolle,* & *Rolle,* Germani *Rodel.* Ejuſmodi porrò chartarum volumina inter Magiſtratuum inſignia in utriuſque Imperii Notitia conſpiciuntur, ut inde liceat conjicere horum uſum

ea tempeſtate obtinuiſſe, hoc eſt circa tempora Theodo-
ſii junioris, in quæ Acta judiciaria referebant, licet e-
tiam codicibus, qui & hic effinguntur, uterentur. Duran-
dus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 11. ait Prophetas & Apo-
ſtolos depingi ſolere *cum rotulis vel libris.* Ita Baldricus
Burgulienſis Abbas *Rotulum* pro libro dixit tom. 4.
Hiſt. Francor.

In rotulo multi cum ſolicitudine quadam
Dicendi ſeriem ſemper metantur ab Adam.

Et Poëta Gallicus MS. *Le Roman de Gaydon*:

Et ceint l'espee, ſe li roſtes n'i ment,
Qu'ot Alixandres, quant conquiſt Orient.

Vocem etiam pro *Epiſtola* uſurpat idem Baldricus:

Venit ad extremum rotulus de Praſule magno.

Apud eundem, *Rotularis Epiſtola*. *Rotularis pagina*,
pro *Brevi mortuorum*, non ſemel occurrit. Alibi:

Sic rotulus ſemper mortem cu'uſlibet effert.

Habetur vox *Rotulus* paſſim; apud Zachariam PP.
in Epiſt. 13. ad Bonifacium Moguntinum ſub finem,
Ordericum Vitalem lib. 3. & 11. p. 495. 832. in Mo-
naſtico Anglic. to. 2. p. 802. &c.

Rotulus Wintoniæ, liber *Domeſdei*; de quo ſuo loco, An-
gliæ deſcriptionem, quæ ab Alvredo Rege facta eſt,
continens, ſic dictus, quod Wintoniæ inter cætera regni
ſcripta & monumenta aſſervaretur. Wintoniæ autem ex-
titiſſe archivum regium innuit Giraldus Cambr. lib. 2.
cap. 6. Ingulfus, de *Domeſdei*: *Iſte Rotulus vocatus*
eſt Rotulus Wintoniæ, & ab Anglis pro ſua generalitate
omnia tenementa totius terræ integrè continente, Domeſ-
dei cognominatur. Sed & Ingulfus eundem *Domeſdei*,
qui duobus grandibus conſtat voluminibus, *Rotulum* pa-
riter vocat.

Rotulus, Menſuræ ſpecies. Gobelinus Perſona in Coſmo-
dromio ætate 6. cap. 79. *Unde rotulus panis, qui ponde-*
rat uncias 32. aut circa pro 5. granis emebatur. Rotulus
quidem per ipſum regnum (Neapolitanum) *genus pon-*
deris eſt, & granus genus numeri, videlicet 6. denarius
parvulis conſtans. Richardus de S. Germano in Chron.
an. 1221. *Per totum regnum pondera & menſuræ mutan-*
tur, ponuntur Rotuli & turnini. Rotulus thuris, Rotulus
ceræ, in Veteri Notitia apud Rocchum Pirrum in Noti-
tia Eccleſiarum Siciliæ to. 1. p. 311. to. 2. p. 285. Theo-
dulfus Aurelian. lib. 1. Carminum:

Scrinia danda parant alii, nec defuit ille
Cereolas rotulas qui dare vellet ovans.

Ubi *Cereolæ rotulæ* videntur fuiſſe ceræ in ſcapi aut ba-
culi formam. Vide *Rotacera*.

Rotula, pro *Rotulus*. Synodus Sueſſ. an. 853. art. 4. *Por-*
rexit rotulam auctoritatem Canonicam & Apoſtolicam
continentem. Hiſtoria Tranſlat. S. Stephani: *Sacello pro-*
jectam colligens rotulam, vivere uxorem — cognovit. Su-
gerius in Ludovico VI. *Regis literam rotulam ſcilicet*
velatam efferens. Utuntur præterea Hincmarus in opu-
ſculis to. 2. p. 261. 539. 597. in Concilio Duſiacenſi I.
1. edit. p. 101. 129. 142. 154. 164. Anaſtaſius Biblio-
thec. in Collectaneis p. 204. Gobelinus Perſona in Coſ-
modromio ætate 6. cap. 84. &c.

Rotula, vel *Rotulus*, videtur etiam fuiſſe menſura liquido-
rum. Vetus Notitia apud Rocchum Pirrum to. 2. No-
titiæ Sicil. p. 955. *Libra incenſi & ceræ, rotula olei.*

Rotulare, In rotulum, ſeu in acta referre. Iter Came-
rarii Scotici § 59. *Si ballivi non fecerint rotulare ſuas*
Curias & aſſiſas.

Irrotulare, in Conſuet. Andegavenſi art. 149. *Enrooler.*
Enrotuler.

Rollus, idem quod *Rotulus*. Hariulfus lib. 3. c. 9. *Ipſius*
itaque Epiſtola rolli talis eſt. Paulò antè, *librum rotu-*
larem appellat: *Fratres verò de ejus morte nimium tri-*
ſtes, librum rotularem conficientes direxerunt per Eccle-
ſias & loca Sanctorum, dilecti Patris exitum nunciantes,
& pro eo orari cupientes. Ubi *Rollus*, & *Liber Rotu-*
laris, illud ipſum eſt quod Udalricus lib. 3. Conſuet.
Cluniac. c. 10. lib. 4. c. 33. & alii, vulgo *Brevem fra-*
trum defunctorum appellant, cujus formulam exhibet
hoc loco Hariulfus, qui nempe ad Monaſteria, quibuſ-
cum ex condicto intercedit fraternitas, ſeu ſocietas, ad
cellas mitti ſolet. Ita in libro Ordinis S. Victoris Pa-
riſienſis cap. 14. ubi de brevibus mortuorum: *Si rollo*
apportatus fuerit, non intus feretur, ſed tantum me-
moriam defuncti Eleemoſynarius in Capitulo recitabit.
Breves ſeu rotuli, in Statut. antiq. Cartuſienſ. part. 2.
c. 32. §. 10.

ROTUMBA, Vaſis Chymici ſpecies. Joannes de Garlandia
lib. de Præparatione Elixir: *Quæ duo ſimilia miſtis, &*
ſuper marmora incorporatis, pone in rotumba vitrea, vel
ampulla, & claude foramen, ſeu os vaſis, &c. Occur-
rit rurſum infra.

ROTUNDARIUM, Orbiculus, *Aſſiete*. Vetus Gloſſ.
Lat. Gall. MS. ex Bibl. Thuana: *Rotundarium, Tail-*
leor.

ROTUNDELLUS, Veſtis ſpecies in orbem deſinens;
Cyclas: ex Gallico, *Rondeau*. Concilium Andegaven-
ſe an. 1365. c. 19. de Clericis: *Chlamydes ſeu rotundel-*
los, veſtes fixas decurtatas cum botonibus in publico de-
ferre non verentur. Vide *Cloca*, & *Rondellus*.

ROTUNDULA, Paſtillus formula rotunda, τρόχισκος, Græ-
cis. Antonius Muſa de Vetonica herba cap. 6. *Herba*
vetonica contrita paululum ſalis adjecto digitis duobus
& pollice medio quantum tolli poterit, & ſubactum for-
mato rotundulam, &c. Utitur etiam Apuleius lib. de
Virtutib. herbar. c. 13.

ROTURAGIUM. Vide *Rumpere*.

ROTUS. Chronicon Caſin. lib. 3. c. 57. *Pannum ſericum*
magnum, cum uno roto. Fortè *rocho*.

ROUAGIUM. Vide *Rotagium*.

ROUER, vel *Rouere*, Robur, arbor, Italis *Rouere*. Charta
Deſiderii Regis Longob. in Bullar. Caſinenſi to. 2. p. 14.
Exinde in Carpeno groſſo, vel oplo, per rouere, habentes
literas omega in rouere arſa, &c. Occurrit ibi pluries. Uti-
tur etiam Petrus de Creſcentiis l. 5. de Agricult. p. 162.

Rouoria, Roboretum, quercetum. Tabularium Eccleſiæ
Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 48. *Et*
Rouoriam de inſula quæ eſt juxta ripam Iſaræ in S. Fer-
reolum & Gratianop. limi. Vide *Blanditia*.

Rouerina, eadem notione, in Charta Mathildis Comitiſ-
ſæ an. 1096. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 117.

ROUTURARE, Silvam viis, quas vulgò *Routes* vocant,
diſtinguere; *Router*. Liber Niger Capituli Pariſienſis:
Quod idem Dom. Herveus emendabit Capitulo Pariſ.
hoc quod ſine licentia Capituli fecit menſurari & routa-
ri nemora Capituli de Cheurigniaco, &c.

RUAGIUM. Vide *Rotaticum*.

RUARIUS, Officium fuit in Eccleſia Collegiali S. Quinti-
ni in Viromanduis, quod & *Ruaria* dicitur in Bulla Cle-
mentis IV PP. apud Hemereum in Aug. Viromand. an.
1260. Illud fuit perpetuum, ut autor eſt idem Heme-
reus p. 187. qui addit *Ruarios inter Canonicos ſortem*
etiam interiſſe, id eſt in Canonicorum Collegio ſedem
habuiſſe. Idem ſub an. 1106. ait ſententia judicum à
Sede Apoſtolica datorum dictum fuiſſe, *Ruarios eſſe Ec-*
cleſiæ Clericos, & Capitulo æque ac Decano fidelitatem
jurare debere. In Charta Joannis Decani S. Quintini
an. 1226. apud eundem p. 209. refertur Burgenſes S.
Quintini *primò per Ruarios, poſtea per Sacerdotes, qui*
ſucceſſerunt illis Ruariis, conſuevisse hactenus intra clau-
ſtrum Eccleſiæ Decanum facere judicari. Ex Bulla lau-
data Clementis conſtat primò *Ruariæ* officium à Capi-
tulo ſolitum conferri: ſed ex prædictis vix eruitur qua-
le illud fuerit, & unde nomen duxerit: niſi *Ruarius*
is fuerit qui iſtius Eccleſiæ partis quam *Rugam*, ſeu *Rue*
vocabant, curam habuerit, de qua copioſè egimus in
Deſcriptione ædis Sophianæ, ubi docuimus *rugam* ap-
pellari, veſtibulum Presbyterii, ſeu *Bematis*, quod pla-
teæ inter Presbyterium & Chorum formam referret.
Ruyers enim in aliquot Conſuetudinibus Belgicis iidem
ſunt qui aliis *Voiers*, quibus ſcilicet *viarum* ſeu *ruga-*
rum juriſdictio competit. Vide Conſuet. Seclinenſem,
Bethunienſem, & Lillerienſem.

RUATA, Platea; *Ruë*. Teſtamentum Aimonis de Sabaudia D. Villæ-franchæ an. 1398. apud Guichenonum: *Uſus fructus & godias unius furni ſui in Villa-franca in magna ruata percipiendos.*

RUBERUS. Vetus Charta in Chronico Lauriſhamenſi p. 57. *Hoc eſt terram & ſilvam, quæ eſt in illa marcha de Birſtad, ſeu in ipſo fine: de illo rubero qui eſt de Eccleſia ſancti Nicaſii, — de ipſo rubero ad partem Aquilonis*, &c.

RUBETUS. Vide *Rubinus*.

RUBEUS *feramus*, *Rubea fera*, Gallis *Beſte fauve*. Lex Alemannor. tit. 99. §. 4. *Si rubeus feramus cum ipſo ſagittatus eſt.* §. 9. *Si cum ipſa rubea fera ſagittata fuerit.* Vide *Roſia*.

RUBINUS, *Robinus*, Carbunculus, ἄνθραξ, Gallis *Rubis*, Italis *Robino*. Chronicon Moguntin. 16. *annuli Pontificales boni & magni, de Robino unus, — de ſmaragdo unus.* Occurrit apud B. Odoricum de Forojulii in Peregrinat. c. 3. n. 13.

Rubetus, eadem notione. Sugerius lib. de Admin. ſua c. 31. *Multiplicem copiam jacinctorum, rubetorum, ſaphirorum, ſmaragdinum*, &c. Adde cap. 32.

Salmaſius contendit *Rubinum* eſſe *Hyacinthum* veterum, ex eorum genere quos Græci ῥοδωὺς vocant; unde à Noſtris *Rubinos* dictos ejuſmodi lapillos putat.

RUBRICUS. Gloſſæ Gr. Lat. πυῤῥὸς, *Rufeus*, *rubricus*, *rufus*.

RUBUS. Charta Guelphonis Ducis Spoleti an. 1160. apud Ughellum to. 3. p. 465. *Item largimur præfatis Canonicis 100. ſolidos de ripa, & rubum de tota civitate, ut nemo ſine eorum voluntate præſumat appendere vel librare.* Habentur ſimilia p. 481.

RUCANOTA. Charta Gaufredi Archiepiſc. Burdegalenſis in Tabulario S. Hilarii Pictavenſis: *Clamabat — quod inante de Benais habere debebat talliatam ſuam, quantum vellet, avenas quoque, gallinas, & caſeos coſdunales, chevagium, & etiam rucengiam, cavalcatam quoque & biennium quotieſcunque vellet.*

RUCLATUM. Marcellus Empiricus c. 21. *Raſum, id eſt ruclatum, cum vino auſtero dabis.*

RUCTURA. Tabularium S. Cypriani Pictav. apud Beſlium p. 359. *Tetaudus Clericus & filii ejus — dederunt Monachis S. Cypriani unam ructuram, id eſt piſcatoriam in pago Pictavo*, &c. Fortè *Rupturam*. Vide in hac voce.

RUDA, Gall. *Ruë*, Platea. Charta Morlanenſis, apud Marcam lib. 5. Hiſt. Beneharn. cap. 21. *Ego Guaſtonus Vicecomes reddidi Eccleſiæ ſanctæ Fidis, & dedi poſſeſſionem unius terræ in qua conſtruxi unam rudam Burgi S. Nicolai, quam ei abſtuleram.* Vide *Ruga*.

RUES, *Ruina*, in Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. & Iſidori. Gloſſæ Gr. Lat. πλῶσις, ἐπὶ οἰκοδομῆς, *ruina*, *rues*.

RUERE, Projicere, ex Gallico *Ruer*, hac notione. Tudebodus lib. 5. *Vexilla quoque quæ ſurſum erant perforabant cum ſagittis, & alii lapidibus, & alii ruebant Græcos ignes ſuper Caſtrum, eo quod putabant illud ardere.*

RUFATUS, *Sanguine cruentatus.* Papias.

RUFEOLA, *Rufella*, Panis ſeu placentæ ſpecies, *Rougealle*, Picardis noſtris, quod colore ſubrubido ſit. Udalricus lib. 2. Conſuetud. Cluniac. cap. 4. *Pro ſigno rufeolarum, vel ut Theutonici loquuntur, cratonum, præmiſſo ſigno generali panis, ſimula cum duobus digitis illas minutas involutiones quæ in eis ſunt facta, ex ea parte qua ſunt complicata, & quaſi rotunda.* Ubi Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. habet *Rufellarum*.

RUFFIANI, vox Italica, *Lenones*, apud Mamotrectum ad legendam S. Luciæ, qui *Inſtitores libidinis* Valerio Maximo lib. 6. cap. 1. n. 6. *Vitiorum inſtitores* Quintiliano decl. 260. *Productores, conciliatores*, aliis: *Ruffianum* ſcilicet, ſeu meretricum, quibus capilli flavi ſeu rufi, cum matronarum nigri eſſent; ut obſervatum à Fr. Pithœo & Woverenо ad Petronium, & aliis criticorum filiis. Aliter tamen de vocis origine cenſent Jacobus *Bourgoing* de Origine & uſu vulgarium vocum p. 57. ut & Ferrarius in Orig. Italic. quos conſule, ſi tanti eſt.

RUFFLURA. Vide *Rifflura*.

RUFIA. Charta Alamannica 58. ex Goldaſtinis: *Hoc eſt auro & argento ſolidos 70. & cavallos 5. cum ſaumas, & rufias, & filtros, cum ſtradura ſua ad noſtrum iter ad Romam ad ambulandum.* Idem videtur quod *Volſura* ſic autem ſi bene conjicio, vocat hæc Charta, pelles, à quibus evulſi ſunt animalis pili. Eſt enim *volſura*, τίλμα, in Gloſſ. Gr. Lat. alibi exponitur ῥῶμα. Edita porrò eadem Charta apud Sammarthanos in Abbat. p. 598. pro *rufiarum* perperam *roſiarum* præfert.

Roſia, in Tabulis fundationis Monaſterii B. Mariæ Santonenſis an. 1047. in Regeſto 114. Tabul. Regii ch. 239. & apud Marcam lib. 1. Hiſt. Beneharn. cap. 12. *Damus — decimas decimarum totius Inſulæ Olarionis, excepta Parochia S. Georgii ad luminare altaris, & decimam roſiarum cervorum, cervarumque, quæ in ipſa Inſula capta fuerint ad librorum volſuras.* Ubi *rufia* & *roſia* videntur ſumi pro pellibus *rufearum*, ſeu *rubearum ferarum*, ſcilicet cervorum & cervarum, ad libros tegendos & compingendos. Vide *Rubeus feramus*.

RUFUS, Herba inficiendis rubeo colore veſtibus, in veteri Charta apud Columbum, quæ *Roundia* dicitur in alia Guidonis Fulcodii, apud eundem lib. 3. de Epiſcopis Vaſion. n. 5. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam lib. Paſſion. cap. 66. ad hæc verba: *Rore, quo Gotti utuntur: Ros quo utuntur Gotti, fit de herba quæ vulgò vocatur Rufus, quæ creſcit in terra Gothorum.* Infra: *Ros quo Goti* (ſic in MS.) *utuntur, eſt herba cum qua cordoanum paratur.*

RUFUS. Willelmus Tyrius lib. 14. cap. 1. de Fulcone Rege Hieroſol. *Erat autem idem Fulco vir rufus, — fidelis, manſuetus, & contra leges illius coloris, affabilis, benignus, & miſericors.* Vide Gen. 25. v. 25.

RUGA, Platea, vicus, noſtris *Ruë*. Papias: *Ruga, Roma, ſemitula.* Ubi pro *Roma*, legendum *ruma*, ex Gr. ῥύμη. Vetus Gloſſ. Lat. Gr. cap. de Civitatib. *Platea*, ἀγυιά. *Ruga*, ῥύμη. Charta Roberti Regis Franc. apud Doubletum p. 826. *Similiter autem à ruga media, & ſemita maritima*, &c. ſic enim legendum pro *Aruca*. Will. Tyrius lib. 12. c. 25. *Ipſi Venetici Eccleſiam & integram rugam, unamque plateam, ſive balneum nec non & furnum habeant.* Mox: *Præterea illam ejuſdem plateæ, rugæque Achon partem*, &c. Bulla Alexandri PP. an. 1165. in Magno Paſtorali Eccl. Pariſienſ. lib. 19. ch. 17. *Uſque ad locum, qui vocatur Tudella in ruga ejuſdem S. Germani.* Joan. Villaneus lib. 3. c. 2. *La grande ruga, che va à ſan Giovanni.* Vide Ughellum to. 4. pag. 1099. 1166. 1205. Etymon à *Rugis* ſeu ſulcis in fronte quidam accerſunt, quod id efficiant in urbibus quod rugæ in fronte. Octavius Ferrarius à *corrivio*, in v. *Correbio*.

Ruga, Vox frequens in Ordine Romano, & apud Anaſtaſium in Vitis ſummorum Pontificum, tametſi de genuina ejus notione vix conſtet. Cæſar Bullengerus *in marmore vel metallo ſtrias, canaliculos, ſulcos rugarum inſtar, quæ in ſenum fronte contrahuntur; vel tabulas ex auro & argento rugoſas & ſtriatas* interpretatur. Vide Salmaſium ad Tertulliani Pallium p. 335. ſed procul à vero abeſſe virum eruditum plus ſatis oſtendunt horum verba, ac primo Ordinis Romani, quo loco enarrans ut Pontifex finita ſacra Liturgia in Secretarium redit, hæc ſubdit: *Tunc ſeptem cereoſtata præcedunt Pontificem, Subdiaconus Regionarius cum thuribulo ad Secretarium; — poſt eos Bajuli, poſt eos Cereoſtatarii, poſt quos Acolythi qui rugam conſervant, poſt eos extra Preſbyterium Cruces portantes, deinde Manſionarii juniores, & intrat in Secretarium.* Anaſtaſius in Stephano IV. *Fecit & regulares argenteos ſuper rugas per quas ingrediuntur*

ad altare. Locos alios ex pag. 108. 112. 121. & 134. de-
dimus in Deſcriptione ædis Sophianæ n. 73. ubi diximus
per *rugam* videri intelligi viam in ipſa æde ſacra ante
Presbyterium, qua in illud pergit Pontifex ſacra fa-
cturus. Videat lector an conjecturam noſtram probet ex
his quæ ibi obſervavimus. Vide *Ruarius.*

RUGADIUM, *Rugadicum*, Tributi ſpecies apud Derto-
nenſes in Italia. Charta an. 1183. apud Ughellum to.
4. p. 862. *Ut habeatur rugadium in omnibus in ſupra-
dictis locis, & de eorum curtibus rugadicum eſt duo ſo-
lid. de uno quoque pari boum, & de illis qui habent unum
& eorum qui laborant cum ſapa 12. denarii per ſingulum
annum*, &c. Vide *Plateaticum.*

RUGIRE, cervi dicuntur. Gloſſ. Gr. Lat. ἔλαφος κρώζει,
Bardit, rugit. Lex Longob. lib. 1. tit 19. §. 13. *Si quis
cervum domeſticum alienum, qui non rugit, intricaverit
&c. ſi quis cervum domeſticum, qui tempore ſuo rugire
ſolet, intricaverit*, &c. Adde Edictum Rotharis Regis tit.
104. §. 11. Sic etiam fortean legendum in Lege Alaman-
norum tit. 99. §. 1. *Si quis biſontem, bubalum, vel
cervum, qui prugit furaverit*, &c. Ubi MSS. alii habent
brugit, editio verò Tiliana, *pringit.* Eſt autem cervo-
rum

Rugitus, qui vulgò, Gallis *Rut*, Ariſtoteli ὀχεία, qui
per duos ferè menſes durat, & incipit à feſto S. Catha-
rinæ. Idem ait rugitum cervorum incipere menſe Boë-
dromione, ac deſinere Mæmacterione, ac per totum Pya-
nepſionem, qui inter eos menſes medius eſt, durare. Id
tempus ipſa voce *Rugitus*, deſignat Fulbertus Carnot.
Epiſt. 102. *Rex proximo rugitu, ut dicitur, venire ha-
bet in ſilvam Legium*, &c. Annales Franc. Bertiniani
an. 864. *Hludovicus Italiæ Imperator nominatus, à
cervo quem in rugitu poſitum ſagittare voluit, graviſſimè
vulneratur.*

Rugire præterea dicuntur animalia, cum ruminant & re-
mandunt, in quibus ſunt etiam cervi, ut teſtatur Plinius
lib. 10. c. 73. Fleta lib. 2. c. 76. §. 8. *Ita quod prabenda
(equorum) coram bobus conferenda ſtramine avenæ mi-
ſceatur vel frumenti: areſta enim ſtraminis ordeacei ru-
gitus eorum impediret.* Ibid. c. 79. §. 7. de multonibus,
ſeu vervecibus: *Cumque eorum natura ſit rugiendi ac id
quod mandetur nullatenus venerit ad rugitum, poſſibile
eſt hujuſmodi multonibus per putrefactionem illius ſuos in
ſtomachis remanentis deperire.*

RUMARE. Vide *Adrumare.*

RUMBULA. Cæſarius Heiſterb. lib. 7. c. 45. *Ipſam iconam
(Deiparæ) reſpiciens— indignans ait, Ut quid hic ſtat vetus
hæc rumbula?* Et mox: *Quia Domina illa vocavit me
veterem rumbulam.* Qua voce deſignari putant vetulam,
putidam aut infamem fœminam.

RUMOR. Autor incertus inter Agrimenſores: *Secundùm
loci rumorem, quod interpretatur, ſecundùm loci obſerva-
tionem.*

RUMPERE, Terram, agrum proſcindere, arare. Charta
an. 1273. in M. Paſtorali Eccleſiæ Pariſienſis lib. 15. ch.
22. *Cum centum arpentis terræ arabilis, tam ruptis, quam
rumpendis, ſitis prope* &c. Charta an. 1224. in Hiſt.
Monmorenciac. p. 87. *Ita tamen quod nos retinemus no-
bis & hæredibus noſtris, quod in eodem vivario piſcari,
& piſces vendi, & illud rumpi, quandocumque & quo-
tieſcunque nobis placuerit, faciemus.* Alia ejuſdem an. p.
88. *Donavit mihi & hæredibus meis vivarium ſuum de
Beir, ita quod ſibi & hæredibus ſuis retinuit molendi-
num ejuſdem vivarii, & ſuum piſcari, & ſuum rumpe-
re, & vendere in eodem quandocunque & quotieſcunque vo-
luerit.* Sugerius p. 334. *Apud Vallem Criſonis villam
ædificavimus, & carruca terram incultam dirumpi fecimus.*
Charta Guillelmi *Maengo* Militis Dom. Surgeriarum
an. 1253. *Ai baaillé au Prior de ſainte Valere de Mau-
zé — mes eſſars noveas qui ſont au bochau ſaint Sernin.
— li devant dit home doivent rompre & gaagnier les ter-
res anſins & aux couſtumes dou pays.*

Arrumpere, eodem ſignificatu. Charta Garciæ Fernandi
Comitis æræ 1010. apud Anton. de *Tepez* in Chronico
Ord. S. Benedicti to. 6. *Et per omnes terminos planta-
re & arrumpere licentiam habeant*, &c. Rollandinus in
Summa Notariæ c. 5. *Terram — bene arumpere, re-
menare, & reterzare, & quarto ſulcu ſeminare.*

Rupticium, Terra de novo proſciſſa, novale; *Rompeis*
in Conſuetud. Nivernenſi c. 12. art. 5. 6. *Rompeis ſont
terres nouvellement cultivées, eſquelles n'y a apparence
ou memoire de culture faite autrefois.* Charta Theo-
baldi Epiſc. Ambian. an. 1183. in Tabulario Eccleſ.
Amb. *Infra terminos ejuſdem decimationis de Savieres eſt
pars cujuſdam nemoris, quam tenentur fratres B. Joannis
ad culturam reducere, & rupticia facere.* Et infra: *Donec
terra ad culturam, & rupticia fuerit redacta.* Judicatum an.
1332. in Hiſt. Reomaenſi: *Omnes decima remanebunt etiam
in novalibus, ſive rupticiis, ſeu in bladis vivis*, &c.
Charta Richardi Epiſc. Amb. in Tabul. Abbat. S. Fu-
sciani. *Nec non terram quamdam quæ dicitur Rupticium
Elleboldi, & nemus additum prædicto rupticio, ita quod
rupticium & nemus additum facere debeat 10. jugera ter-
ræ.* Charta an. 1192. in Tabulario S. Martini de Cam-
pis: *Dedit apud Mauregart totam decimam ſuam de Toſ-
chis & de Rupticiis.* Forte *taſchis.* Ordericus Vital. lib.
5. p. 583. *Dedit totam decimam de Norum, — partem-
que ſuam unius terræ — quæ ultra torrentem ſita eſt, &
vulgò Rupticès dicitur.* Adde Doubletum in Hiſt. San-
dionyſiana p. 568. Hiſt. Mormorenc. in Probat. p. 63.
Hiſt. S. Martini de Campis p. 397. Tabular. Prio-
rat. S. Mariæ de Gornaco, &c.

Ruptura, idem quod *Rupticium*; Ager nuper vel jam
olim proſciſſus, & ad culturam redactus. Ordericus
Vitalis lib. 5. p. 596. *Terram quoque tam in manſuris
quam in rupturis totius parochiæ hominibus ibidem hoſpi-
tatis excolendam, reſervato tantummodo campart —
conceſſit.* Tabularium Angeriacenſe: *Auxit ſuum feo-
dum ex toto, quod à ſancto Joanne habebat, cum rupturis
ſuis, quæ erant in terra S. Joannis.* Charta Theobaldi
Chabot an. 1185. ex Tabulario Abſienſi: *Quod ſi pro
defectu ſervitii feodum aliquod mihi ſaiſiero; ipſi propte-
rea rupturas non perdant, ſed habeant.* Alia Thebaudi
Caſtagniers, ibidem fol. 52. *De qua Papotus Emenardi
dederat eis rupturam, & quam Goffridus Voſſart habe-
bat de me.* Bulla privilegiorum Monaſterii S. Felicis in
Aragonia: *Decimas & primitias de novis rupturis, quæ
factæ ſunt in alodio S. Felicis.*

Ruptura, Cenſus qui ex *rupturis* percipitur. Notitia an.
1072. apud Beſlium p. 181. *Dimiſerunt conſuetudinem
quam tenuerunt, id eſt rupturam in medio terra noſtrá
quæ eſt in Inſula Oleronis.*

Rupturarius, Colonus, qui agrum ſeu terram *rumpit*, pro-
ſcindit, colit. Charta Theobaldi *Chabot*, ex Tabula-
rio Abſinſi fol. 219. *Concedimus quoque eidem de-
cem alias ſextariatas terræ, ſi à Rupturiis dono vel
emptione illas acquiſierint.* Alia ibid. fol. 174. *Joannes
Braquelart Rupturarius Ugonis, reliquit eis terram ſuam
quæ eſt juxta* &c.

Atque inde nata vox *Roturier*, apud noſtros, quâ
viros *ignobiles* ac obnoxiæ conditionis indigitant, cujuſ-
modi ſunt coloni ac ruſtici; quibus opponuntur viri
Nobiles ac ingenui. Ut è converſo, prædia colonaria,
ſeu quæ colonorum & ruſticorum propria ſunt, atque
adeo *cenſibus* obnoxia, *Rotures* appellarunt, quibus vi-
ciſſim opponuntur *feuda*, quæ à ſolis nobilibus teneri
olim poterant. Atque inde

Roturagium, pro *Villenagio*, ſeu agro obnoxiæ conditio-
nis, *Roture, roturage*: in Charta Alphonſi Comitis Pi-
ctavenſis pro *Rachetis*, in Chartophylacio Regio: *Pro
roturagiis verò & maſuris illud ſolum pro rachetis ſolvi
debebit, quod dari ſecundùm terræ conſuetudinem halte-
nus conſueverit.*

Ruptarii, pro *Rupturarii*, poſtmodum dicti quidam præ-
dones ſub 11. ſæculum ex ruſticis potiſſimum collecti ac
conflati, qui provincias populabantur, & interdum Prin-
cipum militiæ ſeſe addicebant. Matth. Paris an. 1250.
Ubi eſt ille ruptarius percuſſor impius & cruentus, mo

animarum

animarum lucrator, ſed pecuniarum exactor? Eodem anno: *In civitate igitur occubuit Oliverius de Termes, cum ſuis omnibus, quos Ruptarios vocamus, pugnatoribus.* Bernardus Guido in Vita S. Fulcranni Epiſcopi Lodovenſis cap. 2. *Bulliebant Ruptarii, ſæviebant heretici, ac fautores eorum fideles.* Cap. 6. *Quidam autem Ruptarii milites in rapinam rerum peſſime inhiantes*, &c. Ita paſſim Will. Armoricus an. 1202. Concilium Avenionenſe an. 1209. cap. 7. Innocentius III. lib. 12. Epiſt. 92. Willelmus de Podio-Laurentii cap. 6. 7. 16. Bernardus Guido an. 1215. &c. M. Chronicum Belgicum an. 1179. & veteres Chartæ apud Catellum in Comitib. Toloſanis p. 246. 248. 333. 341. &c.

Rupta, Ruptariorum cohors. Willelm. Brito lib. 5. Philipp. p. 152.

Quos Marchaderi ſic clauſit rupta, &c.

Idem lib. 7. p. 171.

——*Tecum Lupicarica rupta*
Fac eat.

Infra p. 175.

——*Numeroſaque rupta Cadoci.*

Ibidem p. 182.

Agmina præfecit toti ruptarica regno.

Adde lib. 8. p. 188. Ex *Rupta*, & *Ruptarii*, formata poſtmodum vox

Rutarii, qui iidem qui *Ruptarii*, ex Gallica enuntiatione, *Routiers*. Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Occid. cap. 7. *Brabantios, viros ſanguinum, incendiarios, rutarios, & raptores.* Ita lib. 1. cap. 72. Nicolaus de Trivetto an. 1173. *Conduxit Brabanzones & Rutarios, ex quibus coadunato magno exercitu, venit Britolium.* Ita leg. pro *Rictarios*. Idem an. 1197. *Mercaderus Rutariorum princeps.* Guill. *Guiart* in Hiſt. Franc. MS.

Sans ceus c'un Routier Lupicaire
Redoit conduire en cele affaire.

Idem an. 1204.

Routier, Ribaus, & Marcheans.

Chronicon Flandriæ cap. 84. *Et puis coururent les Routiers pardevant l'oſt des François.*

Rotharii, in variis Actis apud Catellum in Comitibus Toloſanis p. 281. 282. 283. 285.

Ruta, Rutta, Rutariorum cohors, ut *Rupta*. Will. Neubrigenſis lib. 2. c. 27. *Stipendiarias Brebantionum copias, quas Rutas vocant, accerſivit.* Lib. 5. cap. 15. *Per ſtipendiariam militiam, quam Rutas vocant.* Matth. Pariſan. 1236. *Duces fuerunt catervæ, quam Rutam vocamus.* Cæſarius lib. 2. Mirac. c. 2. *Prædonibus, quorum multitudo Rutta vocatur, ſe conjunxit.* Lib. 11. c. 53. *Multitudini prædonum, quæ Rutta vulgò dicitur, ſe aſſociavit.* Rogerus Hovedenus p. 645. *Et tranſitum faciens per Caſtrum Radulphi, duxit inde Rutam Braibancenorum Theutonicam uſque ad Biturum.* Ubi perperam editum *Rictam*. Ita *Rictarii*, pro *Rutarii* apud Nicolaum de Trivetto, uti monuimus. *Le Roman de Garin* MS.

En ſa compaigne ot de Chevaliers mil,
Grant fu la route quant li Dus deſcendi.

Libertates villæ Peruſienſis apud Thomaſſerium p. 99. *Li Sires ne doit mettre rottes ne gens eſtranges ſans l'accort des Coſſors*, &c. Chronicon Flandriæ cap. 98. *Manda Charles à Bertrand du Gueſclin, qu'il menaſt ſes routes en Eſpaigne, pour guerroier le Roi Pierre.* Hinc *Route* noſtris manſit pro quavis turma militari, de qua voce Nicetas Choniates in Balduino n. 5. & nos in Gloſſario ad Villharduinum. Raſtallus ait JC. Anglis *Rout* dici, *quant people aſſemble eux meſmes, & puis procedant, ou chivauchant, ou allant avant, ou movent par inſtigation d'un ou pluſors que eſt conduct de eux: c'eſt appellé un Rout, pour ce que ils movent & proced en routs & numbers.*

Neque tamen Scriptores omnes de harum vocum origine ac etymo invicem conveniunt: nam Pithœus in Conſuet. Trecenſem art. 11. & in Hiſt. Comitum Campaniæ, à voce Germanica *root*, vel *rote*, quæ idem quod apud nos *ſolde*, ſeu ſtipendium ſonat, vocis etymon accerſendum putat: quaſi fuerit *ruta*, ſtipendiaria militia, ſeu turma, vel caterva militum. Nec diſſentit Dominicus de Prærogat. allod. cap. 11. §. 3. Innocentius Cironus lib. 5. Paratitul. Decret. tit. 15. *Ruptarios* dictos cenſet, quod omnia perderent ac rumperent. Nec deſunt qui *ruptas* appellatas volunt, militares turmas dimiſſas, ſeu *licentiatas*, quæ, ut fieri ſolet, invicem coactæ prædationibus ſeſe addicunt, quomodo *Banque route* dicimus, ſeu nummulariorum & argentariorum *menſam ruptam*. Sed longè potior videtur, quam ſtabilivimus, ſententia Petri Sanjuliani in Miſcellaneis Hiſtoricis p. 641. Acoſtæ Anteceſſoris Toloſani ad tit. de Jure emphyt. Beſlii in Epiſtola ad Puteanum, Altaſerræ lib. 3. de Comit. Provinc. cap. 10. & aliorum, ita ut *Ruptarii* fuerint *vagi & tyrannica conſuetudine inreverentes homines, per quos pax & quies regni turbari ſolet*, ut eſt in Conventu apud Marſnam an. 851. cap. 4. cujuſmodi ſunt crebro ruſtici, niſi maturè ac ſeveriùs comprimantur. Exemplum prodit Willelmus Gemeticenſis lib. 5. cap. 2. ſcribens Richardo II. Normanniæ Ducatum obtinente, *ruſticos unanimes per diverſos totius Normannicæ patriæ Comitatus plurima agentes conventicula juxta ſuos libitus vivere decreviſſe: quatenus tam in ſilvarum compendiis, quàm in aquarum commerciis nullo obſiſtente ante ſtatuti juris obice, legibus uterentur ſuis*, &c. Sed ea labes oriri tum ſolet, cùm graſſantibus maximè civilibus bellis, ruſtici ab utraque parte laceſſiti, & à neutra protecti, arma, quæ ad ſui tuitionem capiunt, in alios nullo diſcrimine exerunt, mox prædarum & lucri cupiditate illecti, paſſim in innocuos ſæviunt ac graſſantur.

RUMPESTAT, Tributum pro caudis jumentorum apud Suecos, Erico Uplandenſi lib. 5. Hiſt. Suecicæ p. 159. Idem p. 148. *Erat enim inter cætera gravamina innumera tributa, etiam hoc unum, ut de qualibet cauda jumentorum certa ſumma ſolveretur pecuniæ.*

RUNA. Papias: *Runa, pugna. Runata, pugnata.* Ugutio: *Runa, i. ſtipula, vel pugna, unde runatus, præliatus.* Adde Gloſſ. Iſid. Gloſſ. Ælfrici: *Runia, vel paleare*, ƿpæꞇ læppa. Vide Feſtum. Vide etiam ſupra in voce *Alyruna*.

RUNCALIS, *Roncalis, Roncaria*, Ager incultus, *runcandus* à noxiis & inutilibus herbis & ſentibus: *runcare* enim Latinis, eſt purgare agrum à ſentibus, quas inde *ronces* vocant Galli. Vide Edw. Cokum ad Littletonem ſect. 1. Diploma Ayſtulphi Regis Longobard. an. 753. apud Ughellum in Epiſc. Mutinenſ. *Quod ſi in ipſis ſilvis aliquis roncare fecerit, aut ſi pecullia pabulaverit*, &c. Alia Mathildis Comitiſſæ an. 1096. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 117. *Si quis — ultra fines & terminos runcare fecerit abſque juſſione Comitiſſæ*, &c. Charta 1. inter Alamannicas Goldaſti: *Tradidi videlicet ad Haſumunanc ipſa marca adhærentem runcalem, 1. hobam etiam & amplius continentem, ea conditione, ut ipſi illic reſideant, & ibi laborent tempus vitæ ſuæ, & cenſum inde perſolvant.* Ch. 33. *Vendiderunt tibi Magno — cortinum aroncale quem habuerunt de ſuis patris — cum pomifera ex integro quantum ibi habuit.* Et mox: *Et 1. ſaiſtarale in roncale.* Domeſdei tit. de Eſſexa: 10. *acr. prati*, 11. *runcal.* 4. *aralia*, 23. *porci*, &c.

Roncalia, Locus & planities porrectior circa Padum, non procul ab urbe Placentia, ſeu *inter Placentiam & Cremonam*, ut habet Otto Morena in Hiſt. Rer. Laudenſium, ubi Imperatores Occidentis Curiam ſuam generalem cogere ſolebant, cum *tranſalpinabant*, ſeu in Italiam proficiſcebantur. *Erat enim conſuetudinis Regum Francorum, quæ & Theutonicorum, ut quotieſcumque ad ſumendam Imperii coronam militem ad tranſalpinandum cogebant, in prædicto campo manſionem facerent. Ibi ligno in altum porrecto ſcutum ſuſpendebatur, univerſorumque equitum agmen feuda habentium ad excubias proxima nocte Principi faciendas per Curiæ*

præconem expoſcebatur, quod ſectantes, qui in ejus Co-
mitatu erant, ſinguli ſingulos beneficiatos ſuos per præ-
conem expoſcebant. At ſequenti die qui nocturnis vigiliis
deſuiſſe deprehenſi fuerant, denuò ad præſentiam Regis
aliorumque Principum, vel virorum illuſtrium evocaban-
tur, ſicque omnes omnium beneficiati, qui ſine bona vo-
luntate dominorum ſuorum domi remanſerant, in feudis
condemnabantur.* Verba ſunt Ottonis Friſing. lib. 2. de Geſtis Frider. c. 12. à quo hauſit quæ in eandem ſententiam habet Guntherus lib. 2. Ligurini initio. *Roncalienſis Curiæ* mentio eſt paſſim apud Scriptores, ex quibus docemur Conventum fuiſſe generalem indictum *pro juſtitia ac pace regni componenda*, ut eſt in Legibus Longob. lib. 3. tit. 9. §. 9. Conradus Urſperg. in Frid. I. *Pro reparando itaque juſtitiæ rigore, omnibus Lombardis & Italicis Roncaliam, uti mos Lombardorum eſt, juſticiam ſuam requirere, & ab Imperatoribus recipere, diem certam, & Curiam publicam ad præſentiam Principum qui tunc aderant, eis deſignavit. Edictumque eſt ab Imperatore, ut de ſingulis Italiæ urbibus viri idonei Roncaliam convenirent, & Barones, & alii qui cauſas haberent: cumque ibidem conveniſſent, aſſumptis nobilibus & prudentibus viris, cauſas ſingulorum determinare ſtuduit, primo pauperum, deinde Baronum, & poſtremo civitatum.* Glaber Rodulphus in Præfat. ad lib. 4. Hiſt. *Roncaliam*, quaſi *Curiam Gallorum* corruptè dictam vult, eamque *in deſcenſu Alpium* ſtatuit, id eſt ad Padum, juxta Placentiam, ubi extitit Roncalienſis campus, qui eam appellationem accepit, quod *Runcalis* eſſet, id eſt incultus & ſentibus obſitus, quæ vis eſt vocis, ut ſuprà obſervatum. Ita etiam de eodem vocis etymo Conſtitutio Caroli Craſſi Imp. an. 884. *Cuicumque ſecundum hanc legem expeditio imperetur, ſi ad Curiam Gallorum, hoc eſt in campum qui vulgò Runcalle dicitur, dominum ſuum non comitetur*, &c.

Hunc porrò morem *Curias publicas* in Italia indicendi hauſerant Germani Principes à Francis noſtris, quod ab Ottone Friſing. obſervatum: nam cùm Carolus M. Italiam imperio ſuo adjeciſſet, fuſis & profligatis Longobardis, ſolenne illi fuit, & ſucceſſoribus, Primores ſui Palatii & Comites Palatinos cò mittere, qui *juſticias publicas* facerent. Has autem *Curias* ſolennes in campis cogebant. Annales Fr. Bertiniani an. 767. de Pipino: *Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis ſolito more in campo.*

Runcora, in Chartis Longobardicis, paſſim. Charta Deſiderii Regis in Bullario Caſinenſi to 2. p. 14. *Terra, ſilva, runcora, & prata inſimul ad menſura juſta*, &c. Charta Mathildis Comitiſſæ an. 1096. ibidem to. 2. p. 117. *De terra partim laboratoria, & partim cum ſilva, quæ inter runco deputata* &c.

RONCO, *Runco*, Papiæ, & Joanni de Janua, Falcis militaris ſpecies, ex Italico *Runchione*, vel *Roncone*. Academici Cruſcani: *Roncone, arme d'aſta corta e adunca per iſterpare.* Sanutus l. 2. part. 4. cap. 8. *Dictum navigium ronconibus & longis lanceis, atque lanceis cum rampiconibus ſive uncis in capitibus, optimè fulciatur.* Ubi *lanceæ cum ronconibus*, videntur eæ, quas *lanceas falcatas* vocat Fulbertus Carnot. Epiſt. 45. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 1. cap. 17. *Quidam ruſticus — clam traxit deſub chlamyde ſua ronconem ferreum, & virum nobilem percuſſit in capite.* Vide *Falcaſtrum*.

RUNCARE, *ſonitum de naribus emittere*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Apud Papiam, *à terra herbas dis innatas vel arbores evellere.* Vide *Runcalis*.

RUNCA, idem quod *Runcalis*. Charta Conradi Imp. an. 1027. apud Ughellum to. 4. p. 1484. *De eadem corte cum capella, ejuſque dote, cum omnibus ſuis appendicibus in integrum, omnibus runcis novis, cum ſuis intimis decimis, manſo 1.* &c.

Runcarius, idem quod *Runca*. Charta an. 1007. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 67. *Sunt manſos 4. & runcarii 4. & mulinarii 3. qui ſunt in loco*, &c.

Runcarii, Hæretici, Valdenſium & Paterinorum alleclæ, qui Alemanniam veneno pravitatis hæreticæ infecerunt, de quibus Reinerus contra Valdenſes c. 4. & 6. ubi de eorum opinionibus, & Pilichdorffius lib. contra Valdenſes c. 12. Dictos videri à *Roncalia* opinatur Gretzerus in Prolegom. c. 4. fortè quod in *Roncaliâ* primum viſi. A *Runcatia*, villa ſic dicta, vult Reinerus c. 6. ſed malim ſic appellatos, quod in agris incultis & *runcariis* utplurimum degerent.

RUNCHI, Sentes, Gallis *Ronces*, Spinæ, vel ſentes quæ *runcari* ſolent. Charta an. 1235. apud Ughellum to. 7. p. 1449. *De decima de omnibus runchis omnium nemorum ſive boſcorum S. Zenonis, tam de illis runchis qui jam facti ſunt, quàm de illis qui adhuc in futuro fient*, &c.

RUNCILUS. Domeſdei tit. Eſſex: *Silva 20. porc. 10. acrarum prati, 2. runcili, 4. aralia, 23. porci, 50. oves*, &c. Spelmannus idem cum *runcino*, ſeu equo putat: ego verò malim *runcilum*, idem eſſe quod *runcalis*.

RUNCINA, *inſtrumentum fabrorum*, Papiæ. Idem: *Runcina, remota rura.*

RUNCINUS, Equus minor, gregarius, noſtris *Roncin*. Cambro-Britannis *Rhwnſ*. Chaucerus Anglus Poëta:

He rode upon a Rowncy as he could.

Quidam vocem ab Theutonico *Roſſ*, equus, deducunt non improbabili conjectura. Nam noſtri olim *Rons* pro *Roncin* dicebant. *Le Roman de Garin*:

Hue s'en retorne ſor le rons Arabi.

Alibi:

Et un meſſage ſor un roux Arabi,

Rurſum:

Bien fu armé ſor le rox Arabi.

Idem Poëta:

Et Richard ſor le rox Arabi.

Alii à Theutonico *ruyn*, & *ruynen* caſtrare, runcinos dictos volunt, quaſi runcini fuerint cantherii. Domeſdei, in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 306. *Novem averii, 2. runcini, 27. porci, 100. oves*, &c. Occurrit ibi pluries. Petrus Cluniac. lib. 1. de Miraculis cap. 6. *Ad quod ille reſpondit, Runcinus ille, ille certè, ille mihi intolerabilis eſt.* Will. Brito lib. 12. Philippid. p. 242.

Illi præda placet dextrarius Ardinis, illi
Runcinus caput ignoto dat fune ligandum.

Rigordus an. 1214. *Velit, nolit, compellunt illum aſcendere in runcinum.* Will. de Podio-Laurentii c. 25. *Nec in equis velocibus, ſed roncinis cum uno calcari equitando*, &c. Adde Statuta antiqua Ord. Cartuſienſis 2. part. c. 19. §. 16. 17. *Ronchinus*, apud Lambertum Ardenſem p. 158. & Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 70. *Ronzinus*, in Bulla Alexandri II. PP. apud Franciſcum Mariam in Mathildi lib. 3. pag. 122. ex Italico *Ronzino*. *Roncinus* verò propriè ſcutiferorum erat, ut *Palafridus* Militum, ut obſervare eſt ex Stabilimentis S. Ludovici lib. 1 c. 54. Brunetus Latinus in Theſauro MS. part. 1. cap. 155. *Il i a chevaus de pluſieurs manieres, à ce que li uns ſont deſtrier grant pour le combat: li autre ſont palefroi pour chevaucher à l'aiſe de ſon cors: li autres ſont roncis pour ſommes porter*, &c.

Rocinus. Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Ovetenſis, an. 781. apud Sandovallium: *Et duas equas, & duo rocino, & una mula, & tres aſinos*, &c.

Roſſinus, apud Gariellum in Epiſcop. Magalon. pag. 221.

Servicium de Roncino: Vide *Servitium*.

RUODA. Lex Saxonum & Anglior. tit. 2. §. 1. *Qui nobilem occiderit, 840. ſol. componat, ruoda quod dicitur apud Saxones 120. ſol. & interpretium 120. ſol.* Ubi obſervat Lindenbrogius Ruod, & Rod, Saxon. crucem ſignificare. Sed quid ad compoſitionem 840. ſol. niſi ea compoſitione ejuſmodi criminum rei ſe à crucis pœna redemerint? Neque enim conjecturam Spelmanni quiſquam probet.

RUPASTES, *Flagellum*, Ugutioni.

RUPES, idem quod *Mota*, de qua voce ſuprà egimus, Caſtrum, caſtellum, domus præcipua domini feudalis. Vetus Charta in Tabulario S. Nicolai Andegav. *Geraldus Monachus, qui mecum habitat in rupe mea.*

RUPITANI, dicti *Donatiſtæ*, qui Romæ morabantur, quod in rupibus & in montibus conventus ſuos agerent: unde & *Montenſes* appellati, apud S. Auguſtinum lib. de Unit. Eccl. cap. 3. & de Hæreſib. cap. 69.

RUPINA, Loca montana. Gloſſ. Iſid. *Rupina, abrupta montium.* Charta Alrici Epiſc. Aſtenſis an. 1029. apud *la Chieza* in Hiſt. Eccl. Pedem. *Cum — paſcuis, ſilvis majoribus & minoribus, cum areis, molendinis, piſcationibus, alpibus, rupis, rupinis & paludibus, terris cultis & incultis,* &c. Occurrunt eadem verba in Charta Ardoini Regis Italiæ an. 1011. apud Guichenonum in Bibl. Sebuſiana pag. 249. & aliis apud Ughellum.

RUPIX. Salvianus lib. 1. de Gubern. Dei: *Adde — loquentem cum Moſe dominum, legem divino ore reſonantem, inciſas Dei digito literas, rupices paginas, ſaxeum volumen,* &c.

RUPTA, *Ruptarii*; *Rupticium*; *Ruptura*, *Rupturarii*. Vide *Rumpere*.

RUPTI, Hernioſi & ramicoſi, Græcis κηλῆται, apud Apuleium de Virtutib. herbar. c. 24.

Ruptura, Hernia. Bulla Innocentii III. PP. an. 1204. apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 233. *Objectum eſt inſuper quod Præpoſitus erat ſuper ſimoniæ vitio infamatus, quod abuſus fuerat ſigillo Capituli, quod tanquam criminoſus vitio ruptura laborabat, & quod medio digito ſiniſtræ manus fuerat mutilatus,* &c.

RUBÆ, *Rupes, vel Petra*, in Gloſſis Lat. MSS. Bibl. Reg. cod. 1013.

RURICOLA, Prædiolum, in Hiſt. Tranſlat. S. Guthlaci n. 17. Vide *Caſalis*.

RUSANTI, *Pallio Roſeo.* Papias MS. & edit.

RUSCA. Scriptor vetus vitæ S. Lupicini Abbat. Jurenſis n. 2. *Si verò vis frigoris ſe ſe ingeſſiſſet auſterior, habebat ad propriæ ſtaturæ menſuram in modum cunæ decorticatam ex arbore ruſcam, atque utrique capiti ex eodem cortice aſſuta cluſoria: Hac patula ad prunas ſecretè diuque toſta, aut inibi participato aliquantiſper tepore, quievit, aut calefactum illico ſub aſcella, in oratorium quietus attraxit.* Synodus Exonienſis an. 1287. *Et quia decima debentur de — herbis hortorum, apibus, jumentis, — pannagiis, ſilvis caduis, ruſcis, fœno, herba,* &c. Noſtri *Ruſche* vocant alvearia, apiarium, qua notione *ruſca* ſumi videtur in hac Synodo, ut

Ruſcha, in Monaſtico Anglic. to. 2. pag. 986. *Decimam de agnis, de caſeis & velleribus, de purcellis, & de pannagio, & de vitulis, & de ruſchis, & de faldravis,* &c. Habetur in Charta alia quam profert Spelmannus.

Ruſcaria. Vide Ew. Cokum ad Littletonem ſect. 1. pag. 5.

Ruſca, Italis eſt cortex, præcipuè pomorum.

RUSCUBARDUM. Charta Joannis Archiep. Cantuarienſis: *Et ſpecialiter decimas arundinis, ruſcubardi, & ſilvæ caduæ quandocumque exciſæ intra fines & limites ſeu decimationes Capellæ de Northborne,* &c.

RUSELLUS, apud Spelmannum ex Willelmo Armorico l. 1. Philip. pag. 108.

Arbitrio Comitiſſa ſuo punire ruſellum.

Ubi fruſtra quærit quid ſit *ruſellus*, cum codex à Duchesnio editus habeat *miſellum*.

RUSPATICUM. Bulla Honorii III. PP. an. 1217. apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 298. in Alban. Epiſcop. *Tam in Comitatu, caſtellania & moneta, quàm fidelitatibus hominum futuris, bannis, placitis, plateatico, guerra, pace, hoſte, cavalcada, glandatico, herbatico, ruſpatico, pratis, vineis, nemoribus,* &c. *Ruſpare* pro *Ruſtare*, quod eſt rubus & ſentes, ſeu ruſta vellere, dixit Tertullianus lib. de Pallio cap. 2. *Itaque cogitans omnia ſibi domum, intelligens alibi ſtipantem copiam, alibi deſerentem, runcare atque ruſpare conſuluit.* Gloſſæ Iſid. *Ruſpantur, perquirunt anxie.*

RUSSETUM, Pannus vilior, rufei ſeu ruſei coloris, quem noſtri *Roux*, Angli *Ruſſet* dicunt. Statuta Hoſpitalis S. Joannis de Notingham in Anglia: *Regularem gerant habitum, ſcilicet de ruſſeto, & de nigro panno.* Monaſticum Anglicanum to. 2. pag. 419. *Sex ulnæ de ruſſeto, & decem virgæ de linea tela.* Matth. Paris an. 1251. *Cumque annulo ſponſali veſtem accepit de ruſſeto, quibus in teſtimonium perpetui cœlibatus uteretur.* Henricus de Knygton: *Principio pſeudolollardi prima introductione hujus ſectæ nefandæ veſtibus de ruſſeto utebantur.*

RUSTICI, Coloni, glebæ adſcriptitii, qui proinde in commercio erant. W. Brito in vocab. MS. *Ruſticus dicitur operarius, qui rus vel terram operatur.* Ebrardus in Græciſmo:

Ruſticus à rure, quoniam rus eſt ſibi cura:
Villicus à villa, qui res diſponit in illa:
Dicitur Agreſtis ab agro, ſit littera teſtis.

Charta Guillelmi II. Regis Angliæ apud Ordericum Vital. l. 5. pag. 602. *Dedit, & 16. ruſticos ad ipſas decimas cuſtodiendas, atque novem Eccleſias.* Charta Sancii Laſcurrenſis Epiſc. circa an. 1101. *Dedit eis Eccleſiam de ſancta Confeſſa ex integro, pro qua unum ruſticum apud Ilhe donavit Abbati de S. Juliano.* Conſuetudines Clarendoniæ c. 16. *Filii ruſticorum non debent ordinari abſque conſenſu domini, de cujus terra nati dignoſcuntur.* Charta S. Joannis Pinnatenſis an. 1077. apud Marcam lib. 4. Hiſt. Beneharn. cap. 19. *Concedo — unum ruſticum, nomine Lupo-Garſias, in villa quæ vocatur Iſuici, cum uxore & filiis, & omni alodio ſuo, ut perpetuo jure, ipſe & omnis generatio ejus Eccleſiæ S. Joannis — deſerviant.* Adde Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 42. to. 13. Spicilegii Acheriani pag. 286. Rocchum Pirrum to. 1. Notitiæ Eccl. Sicil. pag. 103. & Somnerum ad ſcriptores Hiſt. Angl.

Ruſtica familia, eâdem notione apud Anaſtaſium Bibl. in Paſchali PP. pag. 152. *Quæque ab ipſo pia devotione ad augmentum jamdicti Monaſterii adjuncta ſunt ſive agris, vel vineis, etiam domibus, nec non ruſtica familia, ſuæ autoritatis pagina — confirmavit.* Supra: *Cum fundis & caſalibus, atque maſſis, ſeu etiam colonis, ſive domibus, nec non familiis,* &c.

RUTA, Platea. *Ruta mercatoria*, in veteri Charta apud Paradinum lib. 2. Hiſt. Lugdun. cap. 104. Vide *Ruga*.

Ruta. Rythmi veteres de fundatione Abbatiæ Pratenſis in Flandria, apud Buzelinum:

Juxtà villam, quam prædico, Virgini deſervierunt,
Quæ protulit Salvatorem, virgo tamen incorrupta,
Quæ cœlitus dat ſplendorem, magis quam oculis ruta.

Vim vocis non percipio, niſi legendum ſit *vuta*, i. viſa, ex Gallico *veüe*.

Ruta, *Rutarii*, vide *Rumpere*.

RUTAFOLIUM. Joan. Sariſberienſis Epiſt. 196. *Neque hoc ille impediet veſter Collega Batonienſis, qui utinam ſubmergatur in termis* (thermis) *quibus dignus eſt, quas meruit, ut conjiciatur in rutefolium, cujus Pectonus* (an Pictonus?) *in pœnam delinquentium meminit, aut ſepeliatur in Salinario Heduorum.*

RUTELLUS, genus Teli, rutabulum. Hiſtoria Auſtralis an. 1296. *In lecto ſuo ſagittatus, poſtea gladiis & rutellis confoſſus, demum capite truncatus — vitam finivit.*

RUTERI. Vide *Ritteri*.

RYTHMICI *verſus.* Marius Victorinus lib. 1. Artis Grammaticæ: *Rythmus eſt pedum temporumque junctura velox, diviſa in arſi vel theſi, vel tempus quo ſyllabas metimur. — differt autem rythmus à metro, quod metrum in verbis, rythmus in modulatione ac motu corporis ſit,* &c. Iſidorus lib. 1. cap. 38. *Rythmus*, verſus qui *non eſt certo fine moderatus; ſed tamen rationabiliter ordinatus pedibus currit.*

At rythmicos verſus vocarunt ſcriptores ævi inferioris, quos alii Leoninos, ſeu ὁμοιοτέλευτα. Alvarus in Vita

S. Eulogii n. 3. *Epiſtolatim in invicem egimus, & rythmicis verſibus nos laudibus mulcebamus.* Epiſt. 4. inter eas quæ S. Bonifacio Moguntino adſcribuntur: *Obſervo ut mihi Aldhelmi Epiſcopi aliqua opuſcula, ſeu proſarum, ſeu metrorum, aut rythmicorum mittere digneris.* Idem Liber Epiſtolarum S. Bonifacii Epiſt. 65. *Tertium quoque* (carminis genus) *non pedum menſura elucubratum, ſed octonis ſyllabis in quolibet verſu compoſitis, una eademque litera comparibus linearum tramitibus aptata curſim calamo perarante caraxatum tibi — dicavi.* Adde Epiſt. 68. Vita S. Theofredi n. 10. *Micrologum cudens de mundi lapſu ſenario, determinat cum ſermone rithmico.* Ordericus Vitalis lib. 10. *Miſerias captivitatis ſuæ ut erat jucundus & lepidus, — multotiens retulit rythmicis verſibus cum facetis modulationibus.* Vide *Leonini verſus*, & *Politici verſus*. Salmaſium ad Hiſt. Aug. pag. 351. & Voſſium de Poematum cantu & viribus Rythmi, editum Oxonii an. 1673.

S.

S Litera numeralis quæ 7. denotat. Unde verſus:

S. vero ſeptenos numeratos ſignificabit.

Seu ut habet Ugutio:

Ebdomada ſpecie S. ſuſcipit ordine ſeptem.

At in Notis numerorum antiquis dicitur litera S. conficere ſeptuaginta. Eidem ſi recta linea ſuperaddatur, 70. millia ſignificat.

S. *in ſuperſcriptione cantilenæ, ſuſum vel ſurſum ſcandere ſibilat.* Ita Nockerus Balbulus in Opuſc. *Quid ſingula litera ſignificent in ſuperſcriptione cantilenæ.* Vide A.

SA, Perſica lingua, *Rex*; quo nomine donantur plerique è Sultanis. Vide Will. Tyrium lib. 3. cap. 1. Reyneccium in Stemmate Perſicorum Sultan. in appendice ad Attonum, Scaligerum lib. 3. Canonum Iſagogic. p. 315. ult. edit. Seldenum de Tit. honorariis 1. part. c. 6. §. 5. 6. 7. & Henric. Valeſium ad Ammian. lib. 19.

SAAL. Andreas Sunonis l. 5. Legum Scaniæ c. 2. *Satis liquet omnibus diviſionem in tres partes æquales, videlicet in tres tertias faciendam, quarum qualibet ob frequentem uſum, ſpeciali nomine, in vulgari noſtro* Saal. Vide *Gorſum*.

SABAIA, Cereviſiæ vel potus ſpecies apud Illyrios. Ammianus lib. 26. *Cunctis e muris probra in eum jaciebantur, & injurioſè compellebatur, ut ſabaiarius. Eſt autem ſabaia ex ordeo vel frumento in liquorem converſus in Illyrico potus.* Vide ibi Henr. Valeſium.

SABANUM, Mappa, vel *facitergium* Ugutioni & Joanni de Janua. Gloſſarium Gr. Lat. σάβανον, *Sabanum, lintium.* Gloſſæ MSS. *Sabanum, linteum villoſum.* Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 930. Περίζωμα, τὸ σάβανον τὸ ἐκ τῶν νεφρῶν ἀμφίχυον. Gloſſæ antiquæ MSS. *Manutergium, ad tergendas manus vocatum. ſabanus autem Græcum eſt.* Gloſſæ ad lib. 1. Alexandri Iatroſophiſtæ de Paſſionib. *Sabanum, pannus ſubtilis.* Alibi: *Sabanum, pannus factus de cotone.* Matth. Silvaticus: *Sabanon Gr. ſabanum, indumentum eſt, pannus aſper al. terſorium, ſcilicet quo homines utuntur in balneis, vel etiam quodlibet linteum ad hoc deputatum.* Denique Papias: *Sabanum, lavamentum.* In MS *lavamentum*: ſed legendum *lintea mentum*. Vegetius lib. 5. Artis veterinariæ: *Sabanis varis loriuns abſtergatur.* Gregorius M. l. 3. Dial. c. 17. *Veſtimentis indutum, & conſtrictum ſabano, ſupervenienre veſpere, ſepelire nequiverunt.* Ita enim legendum pro *Sabbato* convincit Græcus Paraphraſtes, καὶ τῷ σαβάνῳ περιειλημένον. Occurrit paſſim hæc vox apud Scriptores, eundem Gregorium lib. 4. Dial. c. 55. Theodorum Priſcianum lib. 2. cap. 9. Victorem lib. 3. de Perſecut. Vandal. veterem Interpretem Juvenal. ſat. 14. v. 22. Octavium Horatianum de Reb. medic. p. 40. 41. 44. 90. Marcellum Empiric. c. 8. 15. 20. 26. Interpretem Hiſtoriæ Apollonii Tyrii p. 9. Aldhelmum de Laude virgin. Fortunatum in Vita S. Radegundis cap. 9. 17. Baudoniviam in Vita ejuſdem Radegundis cap. 11. Rudeſindum Epiſcop. Dumienſem in Charta æræ 1016. apud *Yepez* & to. 5. p. 435. 444. Hermam lib. 3. Paſtor. cap. 8. Bonifacium Moguntin. Epiſt. 10. Guibertum Novig. lib. de Laudib. S. Mariæ cap. 10. & lib. 3. de Vita ſua cap. 10. in Notis Tyronis, in Codice Carolino Epiſt. 27. in Vita S. Paterni Senonenſis Mon. cap. 15. &c.

Sabana, in Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Ovetenſis an. 781. apud Sandovallium, quomodo Hiſpani *ſabanas* etiamnum hac notione uſurpant. Vide Sebaſt. de Cobarravias in Theſauro linguæ Caſtell.

Savanum non ſemel dixit, Græcâ ſcilicet enuntiatione, Apitius lib. 5. cap. 1. 5. 6. lib. 7. cap. 6. Argumentum Epiſtolæ S. Baſilii ad Simpliciam apud Lambecium lib. 3. de Bibl. Cæſarea p. 132. Ἡ δὲ τῇ Σιμπλικίᾳ πεμφθεῖσα ἰατρὸς ... ἐκ σαβάνων αὐτοῦ ... Vide Nicol. Myrepſium ſect. 1. c. 190.

SABATATI, *Inſabatati*, Hæretici Valdenſium aſſeclæ & ſectarii, dicti *non quod in Sabbato judaizarent*, ut volunt quidam, aut quod nullum Sabbatum obſervarent, ſed ſolum diem Dominicum, ut Vignerius an. 1159. & Perrinus: verùm ut Prateolus, *quod qui inter eos perfectiores erant, ſignum quoddam in ſuperiore parte ſui ſotularis, Sabbatum appellabant, deferre ſolerent.* Huic conſentit Ebrardus Bethunienſis contra Valdenſ. cap. 25. *Quidam autem qui Vallenſes ſe appellant, eo quod in Valle lacrimarum maneant: — & etiam Xabatenſes, à Xabata potius, quam Chriſtiani à Chriſto, ſe volunt appellari. Sotulares cruciant, cum membra potius debeant cruciare, calceamenta coronant, caput autem non coronant.* Petrus IV. Rex Arag. in Chron. lib. 3. c. 16. *E calces deldit drap ſens ſabates.* Sacramentum Vicariorum, in Conſtitutionibus Cataloniæ MSS. *Promitto inſuper ſub religione ejuſdem Sacramenti quod Valdenſes ſive Sabatatos, & alios hæreticos omnes perſequar,* &c. In Concilio Tarraconenſi an. 1242. *Inzabattati* perpetuo dicuntur, adeo ut hanc Valdenſium ſectam in Hiſpania præſertim viguiſſe par ſit credere, quorum hæreſis propria fuiſſe ibi annotatur, quod dicerent *in aliquo caſu non eſſe jurandum, & poteſtatibus Eccleſiaſticis vel ſecularibus non eſſe obediendum, & pœnam corporalem non eſſe infligendam in aliquo; & ſimilia.* Extat apud Marianam in Præfat. ad Chron. Lucæ Tudenſis Diploma Aldefonſi Regis Aragonum contra *Valdenſes* & *Inſabbatatos. Inſabbati* dicuntur Groppero lib. de Euchar. art. 4. c. 36. quam appellationem ſortiti videntur ab ea calceorum ſpecie, quos noſtri *Sabots* vocant, id eſt calceis ligneis, quibus potiſſimum utebantur. De vocis *Sabot* etymo, vide conjecturas Oct. Ferrarii in *Ciabatta*.

SABBATUM, apud Hebræos pro tota Hebdomada, & pro ſeptimo Hebdomadis die ſumitur. Cum Hebdomadam

ſignificat, in dies dividitur, quorum primus, *Prima Sabbati*; ſecundus, *ſecunda Sabbati*, & ſic deinceps; ſeptimus denique, *Sabbatum*, ut obſervatum à S. Hieronymo in Epiſtola ad Hedibiam, quæſt. 4. & S. Auguſtino in Pſalm. 80. Sic Caſſianus lib. 3. de Cœnob. Inſtitut. cap. 9. *Sextam Sabbati*, lib. 4. cap. 19. *ſecundam Sabbati*, pro ſexta & ſecunda feria dixit. Quam loquendi formulam uſurpavit etiam autor Vitæ S. Ruſticulæ Abbatiſſæ Arelat. cap. 31.

Una Sabbati, Dies Dominicus. Gloſſæ Gr. MSS. in cod. Regio 2062. Μία σαββάτων, τὴν κυριακὴν καλεῖ ὁ Ἀπόστολος. S. Auguſtinus Epiſt. 86. *Una Sabbati tunc appellatur dies qui nunc Dominicus appellatur, quod in Evangeliis apertius invenitur: nam dies Reſurrectionis Domini prima Sabbati à Matthæo, à cæteris autem una Sabbati dicitur, quem conſtat eum eſſe qui Dominicus poſtea appellatus eſt.* Adde Concilium Cabilonenſe an. 650. c. 18. & Durandum lib. 7. Ration. c. 1. n. 7. &c.

Sabbatum ſanctum, dicitur illud quod Paſcha præcedit, *tum propter alia plura, tum maxime propter hoc quod ad ſuſcipiendam tantam luminis claritatem nova Eccleſia ſacro baptiſmi fonte ſacratur. Hac enim die ſolenne eſt juxta veteram & angelicam Patrum traditionem fontes benedici*, &c. Rupertus lib. de Divin. Offic. cap. 35.

Sabbatum in Albis, quod præcedit Dominicam primam poſt Paſcha, quia hac die Baptizati in *Sabbato ſancto*, deponebant in *Sabbato in Albis* albas ſtolas ſeu veſtes, quas in baptiſmo ſuſceperant. Beletus cap. 121. & ex eo Durandus lib. 6. Rat. cap. 81. n. 16. & cap. 95. Vide *Dominica in Albis*.

Sabbatum magnum, quod Dominicam Paſchæ præcedit. Extat Amphilochii Epiſcopi Iconienſis ſermo, dictus, τῷ μεγάλῳ Σαββάτῳ. Idem dicitur

Sabbatum luminum, in Chronico Orientali p. 125. quod in eo baptiſmi fierent, quos φωτισμοὺς vocant Græci.

Sabbatum 12. lectionum. Ita appellatum Sabbatum Quatuor Temporum autor eſt Amalarius lib. 2. c. 1.

Sabbatum vacat, ita dictum Sabbatum ante Palmas, ſeu diem Dominicum qui Paſcha præcedit, in Sacramentario Gregoriano, quia proprio officio caret. Vide Alcuinum lib. de Divin. Offic. & Amalarium lib. 1. de Eccl. Offic. c. 9. Hugonem à S. Victore lib. 3. Obſervat. Eccl. cap 16. &c.

Sabbatum, quodvis feſtum; unde *luxum Sabbatarium* dixit Sidonius lib. 1. Epiſt. 2. qui diebus feſtis potiſſimum obtinebat. Deus, apud Iſaiam: *Sabbata veſtra odivit anima mea.* Quæ quidem ea ſunt, quæ Judæi *conſumebant in luxuriis, & ebrietate, & comeſſatione*, ut ait Auctor libri Anticimenon, Bertharius ſcilicet Abbas Caſinenſis, qui vixit ſub Ludovico Pio, ut eſt apud Leonem Oſtienſem lib. 1. cap. 32. & Petrum Diacon. de Viris illuſtr. Caſin. c. 12. Iſidorus Peluſiotes lib. 3. Σάββατα πᾶσαι ἑορταὶ καλοῦνται.

Sabbatum, pro pace. Domeſday, tit. *Sudſex*. Terra Willelmi Epiſcopi de Tetfort. *Biſedes* Hundred. n. 18. *Poſtquam Willelmus Rex advenit, & ſedebat in Sabbato, & Willelmus Males fecit ſuum Caſtellum de Eia*, &c. ex Spelmanno.

Sabbatiſmus, Sabbati celebratio apud Judæos. Agobardus de Inſolentia Judæor. *Cùm — ne Sabbatiſmus eorum impediretur, mercata quæ in Sabbatis ſolebant fieri, tranſmutari præceperint.*

Sabbatizare, Papiæ, *Sabbatum colere*, ab opere vacare, otiari, feriari: idem enim valet *vox Sabbatum*, quod *Requies*. Joan. de Garlandia in Æquivocis:

Sabbata dicuntur requies, & vita perennis.

Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 930. Σαβὰν, ἐστὶν ἡ ἀνάπαυσις, ἐξ οὗ τὸ Σάββατον. Aliud Lexicon Gr. MS. cod. 2062. Δωδεκάζουσι Σάββατον, ὅταν ἀργῇ ἡ ἐργία ᾖ, καὶ τοῦ Σαββάτου τῆς ἀργίας, καὶ ἑκάστης ἑορτῆς διαδεχομένης, Σάββατον γὰρ ἑκάστην ἀργίαν καλοῦσι. Hayto Baſileenſis Epiſc. c. 8. de Die Dominico: *Sabbatum verò operandum à mane uſque in veſperam, ne in Judaiſmo capiantur.* Capitula S. Bonifacii Archiep. Moguntini cap. 36. *Annuntient Preſbyteri diebus dominicis per annum ſabbatizandum.* Ex lib. 6. Capitul. c. 186. *Has quidem feſtivitates annuntient Preſbyteri, ut diebus dominicis ſabbatizare* &c. Adde Petrum Bleſenſem Epiſt. 14. & alios.

SABEA. Vide *Zaba*.

SABELUM, Martes, Gallis *Marte*, muſtelæ ſpecies nobili pelle inſignis: Anglis, & noſtris olim, *Sable*, tametſi martes à ſabelo diſtinguant ferme ſcriptores omnes. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *Illic martes & ſabelo ſemiplenam palliorum pulchritudinem eorum poſtulantem ſubſidia, ſuarum nobilitate pellium, ad plenum deducebant.* Gervaſius Dorobernenſis: *Statutum eſt quod nullus — utatur vario vel griſio, vel ſabelo, vel ſcarlato, &c.* *Le Roman de la priſe de Hieruſalem*, MS.

Porpres & ciglatons del regne d'Aumarie,
Vairs, & gris, & ermines, & ſables de Roſie.

Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS.

Sables, ermins, & vair & gris.

De vocis etymo; vide Diſſertat. 1. ad Joinvillam pag. 137. & Henichenium ad Vitam S. Guthlaci n. 17.

Sabellinæ pelles: *Sabelines*, in nova Conſuetud. Normanniæ art. 603. *Sebelines*, in veteri cap. 17. Rogerus Hovedenus p. 758. *Petiit ab Epiſcopo Lincolnienſi ſingulis annis unum mantellum furratum de ſabelinis.* Idem, & Bromptonus an. 1188. *Statutum fuit in Anglorum gente, ut quis eſcarleto, ſabelino, vario, vel griſeo — uteretur.* Occurrit in Concilio Londinenſi an. 1138. c. 15. in Hiſt. Ricardi Haguſtaldenſis p. 328. apud Will. Neubrigenſem lib. 3. c. 22. &c.

Gebellinica pellis, apud Petrum Damian. lib. 2. Epiſt. 1. *Non ergo conſtat Epiſcopatus in tarritiis Gebellinorum, tranſmarinarumve ferarum pileis, non in flammantibus martorum ſubmentalibus roſis*, &c. Lib. 1. Epiſt. 2. *Et cum domeſtici murices noſtris aſpectibus ſordeant, tranſmarinorum pelles, quia magno pretio coëmuntur, oblectant. Ovium itaque ſimul & agnorum deſpiciuntur exuviæ, Ermelini, Gebellini, Martores, exquiruntur & vulpes.* Idem lib. 5. Epiſt. 16. *Hic itaque nitidulus, & ſemper ornatus — incedebat, ita ut caput ejus nunquam niſi Gebellinica pellis obtegeret.* Almuciam intelligit, nam de Clerico loquitur.

Zebellina pellis. Paulus Venetus lib. 3. cap. 47. *Inter parva verò animalia eſt quædam ſpecies apud illos* (Tartaros,) *quæ delicatiſſimas ſuppeditat pelles, quas vulgo Zebellinas vocant.*

Zobellina pellicula, apud Arnoldum Lubec. lib. 2. cap. 5.

Sobolus Michalo Lithuanus de Moribus Moſcovit. fragm. 2. *Etſi Moſci ſoli ſobolis aliarumque ferarum genere abundent, tamen vulgo ſoboles pretioſos non ferunt: ſed miſſos in Lituaniam, molles mollibus, aurum pro eis auferunt*, &c. Legendum fortè *Sobelis*. *Le Roman de Garin* MS.

Veſtent blians, & peliçons hermins,
Et afublerent les mantiax ſebelins.

Octavianus *de ſaint Gelais*, in Viridario honoris:

Veſtus d'habits moult ſomptueuſement,
Tres bien fourrez de martres ſubelines.

SABER, *Sabrum*, *Aſperum*, *nodoſum*. Papias, & ex eo Joan. de Janua. Fortè pro *Scaber*. Catholicon parvum: *Saber, aſpre, ſablonneux.*

SABLO, Arena, Sabulum. Gallis *Sablon*. Fortunatus lib. 9. Poëm. 15.

Quidquid ſaxa, ſablo, calces, argilla tuentur.

S. Althelmus de Laude Virg.

Squalidus ut ſablo ſpretis ſub ceſpite ruris
Bractea flaventis depromit fila metalli.

Idem cap. 25.

Et ſimul in crypta pauſant ſablone ſepulti.

Ubi malè *inſcripta*. Et infra cap. 28.

Sic fuit, ut verax fatur ſermone Sacerdos,
Funere trarſatio tectum ſablone cadaver.

Sablonum glarea, in Epiſt. 44. Bonifacii Archiepiſc.
Moguntini. Aldhelmus Abbas Malmeſburienſis: *Nec*
non fruſtra talenti fœnora ſubterraneis clanculantur ob-
ſtructa ſablonibus, &c. Vita S. Guthlaci cap. 30. *Bi-*
nas flaſculas celia impletas — ſub quodam paluſtri ſa-
blone abſconderunt. Epitaphium Harioſi Abbatis Elwa-
cenſis:

Idibus Auguſti reſolutus, ſomata plaſti
Commendans urano, ſarcea ſicque ſablo.

Sabulo. Gloſſ. Lat. MS. *Sabulum, arenam, glaream,*
vel ſabulonem. Gilda Sapiens de Excidio Britanniæ:
Mittuntur queruli ſciſſis, ut dicitur, veſtibus, oper-
tiſque ſabulone capitibus, impetrantes à Romanis auxi-
lia, &c. Charta Ricardi II. Regis Angl. to. 2.
Monaſt. Anglic. p. 632. *Et ſic per ſabulones verſus*
orientem, &c.

Sabulonoſus, terra ſabulonoſa, in Fleta lib. 2. cap. 76.
§. 3.

SABURRARE. Fortunatus in Epiſt. ad Martinum Epiſcop.
Galliciæ lib. 5. poem. *Paradiſiaci horti odoramenta*
ſaburrans, &c. ubi Gloſſ. MS. i. *ſpirans, odorans.*

SABUTA, *Sambuta, Sambuca*, Currus, quo nobiles
feminæ vehebantur, ſpecies. Gloſſæ Iſonis Magi-
ſtri ad Prudentium pag. 824. *Eſſedum genus vehi-*
culi Gallicani, i. Sambuch, quaſi aſſedum, ab aſſiden-
do dictum. Diarium Theſauri Reg. an. 1299. *Pro ſa-*
butis, lorenis, palafredis, & aliis neceſſariis ad equi-
tandum. Aliud an. 1300. M. Febr. *Pro curribus, cha-*
riotis, & ſambutis, &c.

Sambuca. Ordericus Vitalis lib. 8. p. 694. *Mannos &*
mulas cum ſambucis muliebribus proſpexit.

Sambua, Rotulus pro expenſis coronamenti Reginæ apud
Senonas an. 1234. *Die Dom. ante Aſcenſ. pro ſambuis*
Reginæ redimendis, 22. ſ. 8. d. Computum Stephani
de la Fontaine Argentarii Regis an. 1352. *Parties de*
la litiere & des ſambues pour madite Dame. Sic verò
clauditur hoc caput: *Pour 2. pieces de veluiau vermeil des*
fors 2. pieces de cendal vert des larges, pour quart & demy
de drap d'or, & demie aune de camocas d'outremer, pour les
ſambues de madite Dame. Aliud Computum ejuſdem
Stephani an. 1350. *Pour 3. ſembues l'une d'eſcarlate*
azurée armoiée de Navarre & d'Evreux, l'autre à ar-
çons azurez ſemez de perles, &c. Speculum Hiſtoriale
MS. Joan. Abbatis Laudun. ſcriptum an. 1488. lib.
10. *Une autre journée avint que les meſchines de la Roi-*
ne avoient fait une buée, & avoient miſes les napes de l'Ho-
ſtel du Roy & de la Roine, & draps, linges, ſambues,
cuevrechefs: & fut la buée eſtendue ou ries de la Magde-
laine pour ſeicher, &c.

Cambuca, vel *çambuca.* Vincentius Bellov. lib. 30.
c. 85. ubi deſcribit ornatum mulierum Tartariæ: *Pa-*
lefridos equitant magnos & pingues: habentque cambucas
de corio diverſis coloribus depicto, cum auro multo inſer-
to, ex utroque equi latere dependentes. Le Roman de
Garin:

Li palefrois ſor coi la dame ſiſt,
Eſtoit plus blanc que nule flor de lis,
Li loreins vaut mil ſols pariſis,
Et la ſanbue nul plus riche ne viſt.

SAC, *Saca, Sacha*, Multa judiciaria, vox deducta à Sa-
xonico ſace, cauſa, litis, Germanis *Sach*, unde *Sacha*
cum aſpiratione in Legib. Edwardi Confeſſ. c. 21. Will.
Thorn in Chron. p. 2030. Sake, *hoc eſt placitum &*
emenda de tranſgreſſione hominum in Curia domini: quia
Sak Anglicè, Encheyſon Gallicè, *& Sak dicitur pro*
forfait. Eadem pene habet Raſtallus. Eſt autem *En-*
cheiſon, idem quod *occaſio*, præſtatio, tributum. *Vide*
in hac voce. Leges Edwardi Confeſſ. c. 22. *Saca eſt,*
quod ſi quilibet nominatim de aliquo calumniatus fuerit,
& ille negaverit, forisfactura probationis vel negationis,
ſi evenerit, ſua erit.

Saca, generaliter dicitur cognitio quam dominus habet
in Curia ſua de cauſis & litibus quæ inter vaſſalos emer-
gunt, qui eorum ratione, amerciamenta ſeu mulctas
& emendas iis imponendi & ab iis levandi & colligen-
di jus habet. Cowello lib. 2. Inſtit. tit. 2. §. 7. eſt re-
galie privilegium, quo qui gaudet, pœnam actori calum-
nioſo, ſi crimen alteri objectum non probaverit, aut reo
ſi verè eum accuſari conſtet, impoſitam ſibi vindicat.
Hinc paſſim *Sacam, & ſocam, thol, theam, & infangthe-*
fe, habere dicuntur domini feudales, quibus ex juriſdi-
ctiones competunt, in Legibus Edwardi Confeſſ. c. 21.
28. Willelmi Nothi vernacul. c. 3. & Henrici I. c. 20.
in Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 4. 5. 2. in Quoniam
attachiamenta cap. 100. in Monaſtico Anglic. to. 1. p.
29. & Chartis Anglicis paſſim: apud Bractonum l. 3.
tract. 2. c. 35. §. 1. &c.

SACA. Charta Mathildis Comitiſſæ an. 1096. in Bulla-
rio Caſinenſi to. 2. p. 117. *Ab aquilone contra currente*
aqua eundo uſque ad illam viam, quæ antiquitus per Sa-
cam ibat Gubernulum: per quæ loca ſigna arborum & la-
pidum poſita ſunt, ſupra dicta via per ſacam a ſolis oc-
caſu extenditur uſque ad jamdictam vorerinam, &c.

SACABUTA, Armorum ſpecies, quam ſic deſcribit Joan-
nes Abbas Laudunenſis in Speculo Hiſtoriali MS. lib.
10. (ejus hiſtoria deſinit in an. 1380.) in Philippo IV.
Li Roux de Fauquemont ſceut cette affaire par un eſpie
que il avoit, adonc fiſt ſa gent armer, & il auſſi s'ar-
ma, & fiſt faire dales le fer de ſa lance un graouet de
fer pour les garcons ſachier jus de leurs chevaus: & cele
lance fut appellée Sachebonte, dont depuis Flamens fi-
rent faire pluſieurs d'iceux baſtons. Guillelmus Guiart
in Philippo Auguſto:

A crochez & à ſaquebontes,
Le trebuchent entre leurs routes.

Et anno 1301.

Par portes & parois rontes
Fichent lances & ſaquebontes,
Deſquels les deſtriers ocient.

SACCABOR, *Sachiber*, Stanfordio lib. 1. de Placit. Co-
ronæ c. 21. *Sacaburth* aliis. Bracton lib. 3. tract. 2.
cap. 32. n. 2. *Furtum vero manifeſtum eſt, ubi latro de-*
prehenſus eſt ſaiſitus de aliquo latrocinio, ſcilicet Hond-
habende, & Backerende, & inſecutus fuerit per aliquem,
cujus res illa fuerit, quæ dicitur Sakaburth, & ſi ſine ſe-
cta cognoverit ſe inde eſſe latronem coram Vicecomite vel
Coronatore Regis, cum teſtimonio bonorum & proborum
hominum, extunc furtum dedicere non poſſit, quia tales
in hoc habent recordum. Et cap. 35. *Sunt enim quidam*
Barones alii qui libertatem habent, ſcilicet Sok. Sak.
Thol & Theam: iſti poſſunt judicare in Curia ſua, ſi quis
inventus fuerit infra libertatem ſuam ſaiſitus de aliquo la-
trocinio manifeſto, & inſecutus fuerit per ſaccabor, quia
niſi fuerit in ſaiſina, licet aliquis ſequatur verſus eum,
ſicut verſus latronem, non pertinebit ad Curiam. Hundre-
da, vel Wapentakia cognoſcere de hujuſmodi furtis, &c.
Eadem habet Fleta lib. 1. c. 38. §. 1. c. 47. §. 2. ubi
Sacborgh ſcribitur, de qua voce ita Spelmannus: *Saca-*
burth idem ſignificare opinor, quod apud Scotos *Sacre-*
borgh & *ſikelberg*: hoc eſt certum vel ſecurum plegium
vel pignus. *Siker* enim *ſecurus*; *borgh, plegius*, vel *pi-*
gnus, ac ſi qui eum re ipſa furtiva fugiens apprehenſus
ſit, ſuum per hanc reatum tanquam per certiſſimum pi-
gnus prodidiſſe videatur: vel *Sacaburth* dicitur à ſac
ſive ſaca i. lis, cauſa, proſecutio, burgh pignus,
propterea quod res furtiva ſit quaſi cauſæ pignus, hoc eſt
furti ſymbolum: vel denique ſaccabor dicitur quaſi
cauſam ferens, vel proſequens, vel litis proſequendæ
plegius. Vide *Sikelborgh.*

SACCARE, In ſaccum mittere, & per ſaccum colare &
exprimere: *Inſaccare*, in ſaccum mittere, vel conſum-
mare: *Deſaccare*, extra ſaccum ponere. Jo. de Janua:
Gloſſ. Arabico-Lat. *Sacco, exprimo.* Hiſpani *Sacar* di-
cunt, quomodo Picardi noſtri *Saquer une epee*, pro *enſem*
de vagina extrahere. Chronicon Flandriæ cap. 1. *Le vail-*
lant Comte ſacqua ſon épée, &c. Adde cap. 8. Hinc

Saccagium, droit de ſacquage, in Conſuetud. Tervannenſi art. 7. quod pro iis ſpeciebus, quæ in ſaccum mittuntur, penſitatur.

SACCARII, σακκοφόροι, in Gloſſ. Gr. Lat.

Saccarii portus Romæ, de quibus eſt titulus in Codice Theodoſiano 22. lib. 14. qui ſpecies aliunde advectas comportant, & ſaccis geſtandis operam ſuam mercede locant. Ita *Saccarios* habet Ulpianus Lege 4. §. 3. D. de contrahenda emptione; & *ſaccariam facere* dixit Apuleius lib. 1.

SACCATUM. Iſidorus lib. 20. c. 3. *Saccatum, liquor eſt aquæ faci vini admixtus, ſacco expreſſus.* Catholicon parvum: *Saccatum, buſet, c'eſt beuvraige de lie de vin & d'eau coulée parmy un ſac.* Scribonius Largus c. 122. *Poſtea vini falerni non Saccati cyathus adjicitur.* Agobardus Lugdun. de Privileg. & jure Sacerdotii c. 11. de Sacerdotibus domeſticis: *Ita ut plerique inveniantur, qui aut ad menſas miniſtrent, aut ſaccata vina miſceant, aut canes ducant, aut caballos quibus fœminæ ſedent.*

SACCATI. Vide *Sacci*.

SACCIPERIUM, Pera Paſtoralis: Pera in modum ſacci, vel ſaccus in modum peræ. Acta S. Marcelli PP. lib. 2. n. 13. *Ubi pugnaturus, non ſacciperium cum David deferre, ſed patientia obarmatus*, &c. Nonio Marcello, & Plauto in Rudente, *ſacciperium eſt major crumena, & minoris marſupii receptaculum.*

SACCITÆ. Vide *Sacci*.

SACCO. Vide *Fiſco*.

SACCONALIA. Charta Conradi Imp. an. 1027. apud Ughellum in Epiſcopis Feſulanis: *Cum omnibus ſuis pertinentibus, curtis videlicet, titulis, caſtellis, villis, terris cultis & incultis, ſacconalibus, aquis, aquarumque decurſibus*, &c. Fortè *ac canalibus*.

SACCOPHORI, Hæretici Manichæorum aſſeclæ, de quibus in Cod. Th. l. 7. 9. 11. de Hæreticis, ſic dicti fortè quod *ſaccis* pro veſte uterentur. Horum meminit S. Baſilius in Epiſtola ad Amphiloch. c. 47. & Balſamon ad eandem Epiſt. c. 72.

SACCUS. *Sacci, Sacculi*, in miniſteriis Eccleſiaſticis recenſentur. Ordo Romanus de Pontifice ex Secretario ad altare procedente: *Acolyti autem qui inde fuerint, obſervant ut portent chriſma ante Pontificem, Evangelia, ſindones, & ſacculos, & aquamanus poſt eum.* Infra: *Poſt expletum, Agnus Dei: & accedentes Subdiaconi ſequentes cum Acolytis, qui ſaccula portant à dextris & à ſiniſtris altaris, extendentibus Acolytis brachia cum ſacculis, Subdiaconi ſequentes ſtant à fronte, ut parent ſinus ſacculorum Archidiacono, ad ponendas oblationes, prius à dextris, deinde à ſiniſtris.* Mox enarrat ut eæ oblationes ab Acolytis confringantur, & ex iis populus communicet.

Sacculus ad reponenda corporalia, in Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. pag. 1275.

Saccorum conſuetudo, ſeu præſtatio ſaccorum ad frumentum dominorum adducendum. Tabularium Eccleſiæ Carnotenſis an. 1207 ch. 91. *Excepta una mina avenæ, pro ſubmonitione ſaccorum facienda.* Charta Hugonis Decani Altiſiodorenſ. an. 1280. in Tabular. Eccl. Altiſ. fol. 249. *Conſuetudinem de ſaccis tradendis ad dictum bladum adducendum — remittimus.* Neſcio an aliud fuerit *ſaccagium*, ſeu *le droit de ſaccage*, quod ad Epiſcopum Morinenſem pertinere dicitur in Conſuetudine Tervanenſi art. 7.

Saccus, Ponderis lanarii ſpecies. Conſtat autem 28. petris, *petra* verò 12. libris & dimidia, in Fleta lib. 2. c. 12. §. 1. c. 79. §. 10. At Spelmannus ait *ſaccum lanæ* apud Anglos continere 26. petras; petram libras 14. ex 1. Statuto Edw. III. cap. 21. Aliter denique Regeſtum Peagiorum Pariſienſ. *Le ſac de laine d'Angleterre doit peſer 39. pierres, & s'il peſoit moins, le vendeur devroit reſtorer à l'acheteur le moins.* Ita in Anglia diverſimodè acceptum hoc pondus. Skenæus ad Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 39. ait apud Scotos *ſaccum lanæ* 24. petras, *petram* verò 16. pondo Turonenſia continere. Vide Guil. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 185.

Saccus, inter veſtes regias recenſetur in Ordine ad conſecrandum Regem Franciæ: *Item caligis ſericis & jacinthinis intextis per totum liliis aureis & tunica ejuſdem coloris & operis, in modum tunicalis, quo induuntur Subdiaconi ad Miſſam, nec non & ſacco prorſus ejuſdem coloris & operis, qui eſt factus in modum cappæ ſericæ abſque caperone.* Ubi Renatus Benedictus vertit, *un ſac, ou manteau*, &c. Σάκκον etiam ſeu *ſaccum* induebant Imperatores Conſtantinopolitani, ut eſt apud Codinum de Offic. c. 6. n. 35. Ὅτι γοῦν ὁ βασιλεὺς τὸ σάκκον φορεῖ, ἐπεὶ τὸ ἔνδυμα ὃ φορεῖ, εἰ μὴ τὸ σάκκον καὶ τὸ ἔνδυμα. Ubi Goarus: *Talaris tunica ex villoſo ſerico totum corpus obtegens, nullisque ſinuum undis circa illud ludens, aut mota, verum nonnihil anguſta, liberos, ut videtur, inceſſus non permittens, ac denique ſacci figuram referens, ſaccus eſt.* Quibus verbis innuit eas veſtes quibus Theodorus Laſcaris, Michaël Palæologus, aliique Imperatores vulgo effinguntur in edit. Nicephori Gregoræ Wolphiana, Willharduini edit. Lugdun. Rhamnuſii Hiſt. CP. & alibi paſſim.

Fuit etiam *ſaccus* apud Græcos veſtis Patriarcharum vel Epiſcoporum, de qua Phranzes lib. 3. cap. 23. Hiſt. Polit. pag. 20. & alii à Meurſio laudati ſcriptores.

Saccus, vulgo inter Monachicas veſtes recenſetur, diciturque fuiſſe ſordidum quoddam amiculum, quod cæteris veſtimentis ſuperaddebatur: in quo à cilicio differebat ſeu tunica è pilis caprinis texta, quæ carni nudæ adhærebat. *Saccinea tunica*, apud S. Hieronymum in Vita S. Hilarionis cap. 38. Alibi *ſaccum* vocat S. Auguſtin. in Pſal. 29. enarrat. 2. *Saccus de capris conficitur & hœdis.* Baſilius M. Epiſt. 120. apud Hœſchelium ad vitam S. Antonii: σάκκῳ δὲ τραχεῖ τὸ σῶμά σου ἀμφιέννυε, καὶ ζώνῃ σκληρᾷ τὴν ὀσφῦν σου περισφίγγου, ταπεινώσεις τὰ ὀστᾶ σου διὰ θλίψεως. Gregorius Decapolita de Miracul. S. Gregorii n. 47. de Saraceno, qui Monachum induerat: Καὶ ἐξέδυσε τὰ τῆς βασιλείας χιτῶνα ἱμάτια, καὶ ἐνεδύθη τὰ τρίχινα σάκκον τρίχινον, &c. Et n. 49. Ἐνδεδυμένος τὸν ἀγγελικὸν σάκκον, &c. Vide Socratem lib. 7. cap. 22.

Saccus, pro eo lecti inſtrumento, quod *paillaſſe* vocamus. Regula Ordinis Canonicorum S. Marci de Mantua in Regeſto Alexandri IV. PP. anni 7. Epiſt. 24. ex Bibl. Regia: *Sufficiat autem cuilibet unus ſaccus & unum capitale de plumis, quod duorum pedum longitudinem non excedat.* Vide *Fiſco*.

Saccus, Fiſcus, theſaurus. Auguſtinus in Pſalmum 146. & ex eo Iſidor. lib. 20. cap. 9. *Fiſcus, ſaccus eſt publicus.* Charta Rogerii Regis Siciliæ apud Conſtant. lib. 4. Hiſt. Siculæ pag. 187. *Sed ſi ex commiſſis per eos aliquid regio competat ſacco*, &c.

Sacculus, eadem notione. Arnobius in Pſalm. 118. *Nummus non eſt in ſacculo, veſtimentum in conditis non eſt*, &c. Μιλιαρήσια σακκία ὀκτώ, apud Scylitzen pag. 545. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 42. *Quia nos ſacculum Eccleſiæ ex lucris turpibus nolumus inquinari.* Charta Longobardica in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 12. *Quia ſuſcepi in præſentia teſtium ego Rothari Abbas à vobis Anſelperga Abbatiſſa ex ſacculo ipſius Monaſterii per Miſſo veſtro in auroſolidos novos præteſtatos ac coloratos numero 44. finitum pretium*, &c.

Sacellum, & *Sacellum*, eodem etiam ſignificatu. Corippus lib. 4.

Gratior Auguſti ſervans pia gaza ſacelli.

Gregorius M. lib. 12. Epiſt. 27. *Et quia eaſdem Chartas emere paratus eſt, & dixi, non valde neceſſe eſt, ut ex me aliquid ſereniſſimis Principibus dicatur, ſed magis ex ſe agat Dilectio tua, quatenus oblatis in ſacella conſuetudinibus honores mereatur accipere.* Anaſtaſius Bibl. in Vita S. Joannis Eleemoſyn. n. 18. *Quæ deferuntur tibi pecuniæ, da eas Imperio, da eas in publicum ſacellum.* Charta Childeberti Regis pro Monaſterio S. Sergii Andegav. *Niſi quod inferendam ipſam idem Abbas*

— *annis ſingulis in ſacellum publicum reddere deberet.*
Sacellum Regis, pro *fiſcus* in Concilio Metenſi an. 753.
c. 3. 4. & in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 11. 13. Char-
ta ejuſdem Caroli M. apud Sammarthanos in Epiſcopis
Cabilonenſib. *Siquis autem — violare præſumpſerit,*
ſolidorum ſexcentorum munere ſe cognoſcat culpabilem,
ita ut duas partes in archivium ipſius Monaſterii reddat,
& tertia parte ad fiſcum noſtro ſacello multam compo-
nat. Rogerus Hovedenus pag. 704. *Theſaurum quo-*
que Regis exinanaverat prorſus, ut in omnibus ſcriniis
vel ſacellis nihil præter claves, de toto iſto biennio poſſent
invenire. Aliàs

Sacellum, eſt Crumena. Gloſſ. Gr. Lat. βαλαντίδιον, *Sacel-*
lum. Gloſſæ S. Benedicti cap. de veſtimentis: *Sacel-*
lum, μαρσύπιον. Paulus lib. 2. Sentent. *Si ſacellum vel*
argentum depoſuero, & is penes quem depoſitum fuit me
invito contrectavit, &c.

Sacellarius, Sacelli, ſeu fiſci cuſtos. Gloſſ. Gr. Lat.
βαλαντιοφύλαξ, *Sacellarius.* Scholiaſtes Gregorii Na-
zianzeni Orat. 1. in Julian. Σακέλλιον Ῥωμαϊκὴ λέξις ἐστὶ,
φυλακεῖον τῶν χρημάτων σημαίνουσα, ὅθεν καὶ Σακελλάριος καλεῖ-
ται ὁ ταμίας καὶ φύλαξ τῶν χρημάτων.

Habuiſſe Imperatores Conſtantinopolitanos *Sacel-*
larios ſuos, docet Theophanes anno 25. Heraclii, &
in Juſtiniano, cui βασιλικοὶ Σακελλάριοι dicuntur. Gre-
gorius M. lib. 4. Epiſt. 34. ad Conſtantinam Augu-
ſtam: *Sed breviter judica, quia ſicut in Ravenna par-*
tibus Dominorum pietas apud primum exercitum Italiæ
Sacellarium habet, qui cauſis ſupervenientibus quotidia-
nas expenſas facit; ita & in hac urbe in cauſis talibus
eorum Sacellarius ego ſum. Vide Anaſtaſium Bibl. in
Theodoro PP.

Habuerunt etiam Imperatores Occidentis. Gerar-
dus Epiſcopus Cameracenſis in Epiſtola ad Henricum
III. Imp. *Sicut Liberalitas veſtra Sacellarium habet, quo*
cauſis ſupervenientibus cotidianas expenſas faciat, ita &c.

Habuerunt pariter Reges noſtri *Sacellarios* ſuos,
quos Hincmarus in opuſculo de Ordine Palatii, mino-
ribus Officialibus accenſet. *Tancolfi Sacellarii* ſub Lu-
dovico Piomentio eſt in Annalibus Eginhardi.

Suos etiam *Sacellarios* habuiſſe Anglo-Saxones teſta-
tur Adam Bremenſis cap. 215.

Eccleſiæ Romanæ Sacellariorum, quibus perinde Sa-
celli ſeu fiſci Eccleſiaſtici cura incubuit, mentio eſt in
Concilio Romano ſub Zacharia PP. an. 745. in Anna-
libus Francor. an. 801. apud Joannem Diacon. in Vi-
ta S. Gregorii M. cap. 23. Anaſtaſium in Conſtantino
PP. pag. 65. in Gregorio II. pag. 66. & Auctorem
Ordinis Romani, qui ait *Sacellarium unum fuiſſe ex*
quatuor qui equitantem Pontificem comitantur, & ſup-
plicantium preces una cum Nomenclatore diſcuſſiſſe.

Denique *Sacellarii* dignitas magna fuit in Eccleſia
Conſtantinopolitana. Guillelmus Bibliothecarius in
Hadriano II. pag. 228. *Ibi à Paulo librorum cuſtode,*
Joſepho vaſorum cuſtode, ſimulque Baſilio Sacellario, Ec-
cleſiaſticis veſtibus indutis ſalutati, &c. Μέγας Σακελ-
λάριος, apud Gregorium in Vita S. Baſilii Junioris n.
26. Τῆς μεγάλης ἐκκλησίας Σακελλάριος, apud Nicetam in
Iſaacio lib. 2. n. 4. Σακελλάριος τοῦ Πατριάρχου, in Chro-
nico Alexandrino pag. 872. Vide præterea quæ de hac-
ce dignitate adnotamus in Conſtantinopoli noſtra
Chriſtiana, ubi de Secretis Eccleſiaſticis agimus.

SACCI, *Saccini, Saccitæ, Saccati*, ita appellati Monachi
quidam, quod *ſaccis* pro veſte uterentur, qui *de Pœni-*
tentia Jeſu Chriſti, vel de Saccis, dicuntur in Bulla Joan-
nis an. 1219. apud Cognatum lib. 4. Hiſt. Tornac. cap.
22. *Fratrum Saccorum Pariſienſium* mentio eſt in Te-
ſtamentis S. Ludovici Regis Fr. an. 1269. & Philippi
Regis an. 1284. & in Charta ejuſdem Philippi apud
Doubletum in Hiſt. Sandionyſiana lib. 3. cap. 18. *Se-*
nonenſium, in Charta an. 1266. in Regeſto 30. Tabu-
larii Regii ch. 367. *Virdunenſium*, in Bulla Bonifacii
VIII. PP. an. 1301. apud Waddingum: *Andegaven-*
ſium, in Geſtis Guillelmi Majoris Epiſc. Andegav. c.
3. *Maſſilienſium*, apud Gueſnaium in Annalib. Maſ-
ſil. pag. 195. & 590. *Rotomagenſium*, in Charta Philippi
Pulchri Regis Franciæ an. 1309. quo eorum Monaſte-
rium Eremitis Auguſtinianis conceſſit, in 2. Regeſto
ejuſdem Reg. ch. 38. ex Tabulario regio: *Tornacen-*
ſium, apud Cognatum loco laudato. In Angliam hunc
Saccorum ordinem tranſiiſſe ſub annum 1257. ſcribit
Matthæus Paris: *Eodem tempore novus ordo apparuit*
Londini: de quibus fratribus ignotis & non prævisis, qui
quia ſaccis incedebant induti, Fratres Saccati vocabantur.
Horum tandem ordo in Concilio Lugdunenſi an. 1275.
proſcriptus. Tho. Walſinghamus: *Aliquos ſtatus de or-*
dinibus mendicantium approbavit. — aliquos reprobavit,
ut Saccinos, qui intitulantur de Pœnitentia, ſive de Valle
viridi. Saccitas hoc loco vocat Chronicon S. Martialis
an. 1274. ut & Chronicon Colmarienſe 1. part. an.
1279. *Saccatos* idem Chronicon Colmar. an. 1274.
Sororum denique *de Sacco* meminit Raymundus de Ca-
pua in Vita S. Agnetis de Montepoliciano n. 7. atque
ita appellatas *propter Scapulare quod ex humilitate de*
ſachino panno ferebant, ſeu *ſaccino*, id eſt ex eo quo
ſacci confici ſolent. *Sacs*, & *Sachez* noſtris dictos ejuſ-
modi Monachos docet Guillelmus de Villanova:

Du pain aus Sacs, pain aus Barrez,
Aus pauvres priſons enferrez,
A cels du Val des Eſcoliers,
Les Filles Dieu ſevent bien dire,
Du Pain por Dieu noſtre Sire.

Guill. *Guiart* in S. Ludovico:

Et miſt les Sachez en leur ordre,
Dont puis perdirent les deſſaiſines,
Aveugles, Filles Dieu, Beguines.

SACELLUM. Vide *Saccus.*

SACER, ſpecies Falconis, quibuſdam *Britannicus*, aliis
Sacrius; *Hierax*, Thuano de Re accipitraria, vulgo *Sa-*
cre. Deſcribitur à Friderico II. Imp. lib. 2. de Arte
ven. cap. 22. Alberto M. lib. 23. de Animalib. cap. 5.
& ab eodem Thuano p. 22.

SACERDOS, ut ait Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 182.
& ex eo Rhabanus lib. 1. de Inſtit. Cleric. c. 5. *vocari*
poteſt, ſive Epiſcopus ſit, ſive Preſbyter.

Olim verò & in primitiva Eccleſia id nominis pro
Epiſcopo uſurpatum teſtantur paſſim Cyprianus, Au-
guſtinus, &c. S. Ambroſius lib. 5. Epiſt. 30. *Sanctus*
Damaſus Romanæ Eccleſiæ Sacerdos. Innocentius I.
Epiſt. 1. c. 3. *Nam Preſbyteri licet ſint Sacerdotes, Pon-*
tificatus tamen apicem non habent. Gregorius Turon.
lib. de Gloria Confeſſ. c. 107. *Decedente Sacerdote apud*
Nolanam urbem, ipſe in locum Epiſcopi ſubrogatur. Ec-
cleſiæ Catholicæ Sacerdotes, in l. 45. Cod. Th. de Hæ-
reticis Geſta de nomine Acacii: *Apud Alexandriam*
Proterius Catholicus fit Sacerdos. Ita Fortunatus lib. 1.
de Vita S. Martini, ubi de S. Hilario Epiſc. Pictav.

Rite Sacerdotis penetralia jura gubernans.

Vide l. 3. & 4. Cod. Th. de Fide Cathol. l. 31. 35. 43.
de Epiſcop. eodem Cod. Gregorium Turon. in Vitis
Patrum c. 17. lib. 2. Hiſt. c. 23. & alios paſſim.

Sacerdos proprius dicitur Epiſcopus, vel Parochus, qui
in diœceſi aut parochia ſua ex officii ratione munus
ſuum exequitur. Gelaſius PP. ad Sabinum Epiſc. apud
Holſtenium in Collectione Romana: *Hunc ergo — Dia-*
conii provectione decorabis: ut noverit tua Dilectio hoc ſe
delegantibus nobis exequi Viſitatoris officio, non poteſta-
te proprii Sacerdotis. Idem in Epiſt. ad Celeſtinum Epi-
ſcop. *Sciturus eum Viſitatoris te nomine, non Cardina-*
lis creaſſe Pontificis. Ubi *Cardinalis Pontifex*, idem eſt
qui *proprius Sacerdos.* Adde Concilium Toletanum II.
c. 2. & Romanum ſub Innocentio II. c. 10.

Sacerdos Parochianus, Parochus, apud Alexandrum III.
PP. in Appendice ad Concilium Lateranenſe III. part.
31. c. 6.

Sacerdotium pro Epiſcopatu uſurpat Lex 35. 44. Cod.
Th. de Epiſcopis, l. 3. de Fide Cathol. l. 1. Ne ſanctum
Baptiſma, Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 6. Si-
donius

donius lib. 4. Epiſt. 25. &c.

Sacerdotium, Titulus honorarius Epiſcoporum, apud S. Auguſtinum Epiſt. 143.

Sacerdotes Conventuales, &

Sacerdotes Obedientiæ, in Ordine Hoſpitalariorum S. Joannis Hieroſol. de quibus in Statutis ejuſdem Ordinis tit. 2. §. 2.

Sacerdotes decumani. Vetus Charta apud Pucinellum in Vita S. Simpliciani Arch. Mediol. *Tunc omnia ſicut ſupradicta ſunt, in poteſtate decumanorum Sacerdotum tranſeunt*, &c.

Sacerdos primus, Primas. Pelagius II. PP. in Epiſt. ad Sapaudum Arelat. Epiſc. cui ſuas vices delegat: *Hinc eſt quod & nos Fraternitati tuæ hujuſmodi curas injungimus, ut Sedis noſtræ Vicarius inſtitutus adinſtar noſtrum in Galliarum partibus Primi Sacerdotis locum obtineas.*

Sacerdos ſecundi ordinis, Preſbyter non Epiſcopus. Leo IX. PP. Epiſt. 4. *Sacerdotum ordo bipartitus eſt, nec ampliùs quam duos ordines, id eſt Epiſcoporum & Preſbyterorum nobis collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt.* Sidonius lib. 4. Epiſt. 25. *Attamen hunc jam ſecundi ordinis Sacerdotem, diſſonas inter partium voces*, &c. & in Carm. *Antiſtes fuit ordine in ſecundo.* Optatus lib. 2. *Quid* (commemorem) *Diacones in tertio, quid Preſbyteros in ſecundo Sacerdotio conſtitutos.* Facundus Hermianenſis lib. 12. cap. 3. *Sciens igitur ille modeſtiſſimus Princeps, Oziæ Regi non impune ceſſiſſe, quia ſacrificare præſumpſit, quod licitum eſt ſingulo cuique etiam ſecundi ordinis Sacerdoti: multo magis impune ſibi cedere non poſſe cognovit, vel quæ jam de fide Chriſtiana rite fuerant conſtituta diſcutere, quod nullatenus licèt, vel novos conſtituere Canones, quod non niſi multis & in unum congregatis primi ordinis Sacerdotibus licet.* Rhabanus lib. 1. de Inſtit. Cleric. c. 6. *Secundi verò ordinis viri, Preſbyteri ſunt, quorum typum præferebant 70. viri in veteri Teſtamento*, &c. Æneas Pariſienſis Adverſus Græcos quæſt. 4. *Nam Preſbyteri, licèt ſint ſecundi Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent.* Conſtitutio Riculfi Epiſcopi Sueſſionenſis an. 889. c. 1. *Attendite ergo, quia nobiſcum ſollicitudinem gregis dominici percepiſtis, & in ſacerdotali miniſterio, ſecundi ordinis & dignitatis locum poſſidetis*, &c. Lupus Servatus in Vita S. Wicberti c. 5. *Neque multo poſt* (Bonifacius) *ad ampliſſimum Pontificalis gradum dignitatis Moguntiaci divina gratia provectus, Wicbertum Sacerdotem ſecundi ordinis cœnobio — Magiſtrum præfecit.* Fridegodus in S. Wilfrido cap. 8.

Tandem colla jugo ſubdens dilecta petito,
Ordinis aptatur cœlebs in honore ſecundi.

Id eſt fit Preſbyter. Adde Synodum Romanam IV. ſub Symmacho c. 6. & Hincmarum Remenſem Epiſt. 7. cap. 20. Iidem dicuntur

Sacerdotes ſecundi, in Appendice ad Codicem Theodoſ. Conſtit. 20. *Audemus quidem ſermonem facere ſolito plus timore capti, de ſanctis ac venerabilibus Sacerdotibus, & ſecundis Sacerdotibus, vel etiam Levitis, & eos cum omni timore nominare, quibus omnis terra caput inclinat.*

Sacerdotes minores, apud Æneam Pariſienſem lib. Adverſ. Græcos quæſt. 7. *In ſublimitate majoris Pontificis conſiſtit etiam honor minoris Sacerdotis.* Ita *majoris ordinis Sacerdotes* Epiſcopos vocat Agobardus lib. de Sacerdotio cap. 11.

Sacerdotes, ſeu *Preſbyteri villani*, qui rurales Eccleſias regunt, in Edicto Piſtenſi c. 30.

Sacerdos Miſſalis, in Charta Edw. I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 668. Vide *Miſſapreſbyter.*

Sacerdos, pro mago ac divino, non ſemel in Querolo pag. 34. 54. 1. edit. Vide *Preſbyter.*

SACERDOTALES *literæ*, Papiæ, ἱερατικαὶ, id eſt Epiſtolæ Canonicæ, formatæ, de quibus ſuo loco.

SACERNUS, *Sacer, a, um. & dicitur hic ſacernus, ni, i. ſacer animus, vel excellentior pars animæ. Et videtur componi a ſacer, & animus.* Jo. de Janua.

SACH. Charta Winemari Caſtellani Gandenſis apud Ducheſn. in Hiſt. Guinenſ. p. 66. *Unum manſum terræ inter Broelant & Geſtlant, præter jus ad dicum, nec non & unum ſach ad turnos* (fortè *furnos*) *& ad ſilvam, unum ſtele in Valbam ad piſces*, &c. Apud Kilianum, *Sack-njet*, eſt genus retis, quo ficedulæ & id genus aliæ aves capiuntur.

SACHARIA. Conſuetudines Aquarum-mortuarum: *Quilibet habitator loci illius poſſit bladum quod habebit de terris ſuis & ſachariis, per aquam & terram portare quocumque voluerit omni tempore*, &c.

SACIANI, qui & *Anthropomorphitæ*, Hæretici, de quibus Facundus Hermianenſis lib. 8. cap. 7. ubi Sirmondus.

SACIRE. Formula ſolennis precariæ 29. *Et ipſam rem dum advivo pro veſtro beneficio tenere, & uſufructuare faciam: in ea ratione ut aliubi ipſas res nec vendere, nec donare, nec alienare, nec ad alias caſas Dei delegare, nec in naufragium ponere, nec ad proprium ſacire, nec heredibus meis in alode derelinquere, pontificium habeam ad faciendum.* Eadem verba habentur form. 30. *Alterius rem ad proprietatem ſacire*, form. 150. quod Lex Bajwar. dixit, *ſibi in patrimonium ſociare.* Ubi Formulæ Parenſales Bignonii c. 20. 21. habent *ad proprium ponere. Saccire*, inquit Salmaſius ad Hiſt. Auguſtam, dicebant veteres τὸ σακκίζειν, nos *Saiſir*, & infima latinitas *ſaiſire.* Videant igitur eruditi an *ſacire*, poſitum fuerit pro ſociare; an verò à *ſaccire*, deducatur: denique an inde vox *ſaiſire* ortum ducat.

SACIS, *Clyſter*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

SACMA. Charta plenariæ ſecuritatis ſcripta ſub Juſtiniano apud Briſſon. lib. 6. formul. *Uno albiolo ligneo valente nummos aureos 40. ſacma valentes aſprione aureo uno*, &c. Fortè pro *ſagma.* Vide in hac voce.

SACORIUM. Vetus Charta plenariæ ſecuritatis ſcripta ſub Juſtiniano apud Briſſon. lib. 6. formul. p. 647. *Una catena ferrea deſuper foco penſante libras duas ſemis, ſacorio valente ſiliqua una aſprionis, cute olearia valente ſiliquas duas aſprionis*, &c.

SACRA, Epiſtola, diploma Principis. *Sacra Epiſtola* apud Vegetium lib. 2. c. 7. *Tribunus major per Epiſtolam ſacram Imperatoris judicio deſtinatur.* S. Nilus in Epiſt. ad Philippum Scholaſticum: Ἐν τῷ πάλαι καὶ νῦν χάρτης καταπεμπόμενος, χάρτης ψιλὸς καλεῖται. Ἐπὰν ᾗ ὑπογεγραμμένον ἔχῃ βασιλέως, δῆλον ὡς Σάκρα ὀνομάζεται. Gloſſ. Baſil. Σάκρα, οἱ λόγοι τοῦ βασιλέως, καὶ αἱ γραφαὶ, καὶ ὑπομνήσεις ἱεραί. Liberatus Diaconus c. 4. *Et ſcripſit quidem ad eum ſacram Imperator, arguens eum*, &c. Cap. 5. *Poſt hæc ſcripſit aliam ſacram ad univerſos Epiſcopos. Sacra Imperialis*, apud Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Caſin. c. 109. 119. Anaſtaſium in Hadriano PP. p. 119. *Sacra juſſio Imperialis*, in Epiſtola Gregorii IV. PP. ad Epiſcopos Regni Francor. Θεῖον γράμμα, in Concilio Epheſino parte 1. & Calchedon. part. 1. Θεῖαι σάκραι, in Chron. Alexandr. p. 772. Vide idem Chron. p. 704. *Sacra literæ*, apud eundem Liberatum cap. 14. Ita uſurpant paſſim Concilia, eorumque acta, Vigilius Tapſenſis lib. 1. contra Arium cap. 3. S. Auguſtinus lib. ad Donatiſt. poſt. Collat. c. 31. Anaſtaſius in Vitis PP. p. 64. 68. 255. & alibi, Autor Hiſtoriæ Miſcellæ p. 432. 470. 652. edit. Caniſii, Odo de Diogilo lib. 1. & 2. de Ludovici VII. Regis profect. in Orientem p. 13. 19. & alii quos laudant Meurſius in Gloſſ. & Fabrotus ad Cedrenum.

Sacras Regum noſtrorum aliorumque Principum Epiſtolas vocant etiam interdum Scriptores alii, ut Lupus Ferrarienſis Epiſt. 18. 78. Fulbertus Carnotenſis Epiſt. 13. 85. 95. &c.

Sacra plur. neutr. generis. *Sacra Generalia*, in Indiculo poſt Epiſtolam 4. Hormiſdæ PP. & in Suggeſt. Dioſcori poſt Epiſtolam 40. *Sacra regalia*, in Concilio Barcinon. an. 599. ca. 3. Geſta ſub nomine Acacii: *Contra*

Joannem iam Epiſcopum ſacra Principis deferente. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 47. *Dum & antea ad Endacium glorioſum Magiſtrum militum — ſacra Imperialia cucurrerunt.* Ita uſurpat Anaſtaſius Biblioth. in Hormiſda PP. p. 34.

Sacra, abſolutè interdum dicuntur, Theſauri ſeu *largitiones* Principis *privata*, quibus qui præerat, *Comes ſacrarum largitionum* dicebatur, interdum *Comes ſacrarum* nudè, ut in l. 120. Cod. Th. de Decurion. Ita *Palatini ſacrarum*, in l. 13. de Indulg. debitor. *Sacrarum privatarum vel largitionum Palatina officia*, l. 17. de Exaction. eod. Cod. Vide *Comes ſacrarum*.

SACRALE OPUS. Eugippius in Vita S. Severini cap. 14. de muliere reſuſcitata ab eodem ſancto: *Mulier verò ſanitate percepta, opus ſacrale die tertio juxta morem provincia propriis cœpit manibus exercere.* Ubi Vellecus, *Agnoſce*, inquit, *vulgare, fronem, ad verbum, opus ſacrale, fron arbeit*, &c. Apud Bollandum, habetur *agrale*, qui tamen *ſacrale* MSS. codices aliquot præferre agnoſcit.

SACRAMENTALE, ipſum Sacramentum, juſjurandum. Capitulare 2. an. 802. ſub finem: *Sacramentale promiſſionis facta Imperatori. Sacramentale qualiter promitto ego quod ab iſto die inantea fidelis ſum Domino Karolo*, &c. Prima Curia generalis Catalaniæ ſub Jacobo Rege Aragon. an. 1291. MS. *Item quod omne ſacramentale ſit abſolutum, niſi eſſet factum cum voluntate dominorum ipſorum hominum, & cum auctoritate noſtrorum anteceſſorum.*

SACRAMENTALIS. *Sacramentalia pietatis opera, ut pedum lotio & peregrinatio*, apud Lucam Tudenſem lib. 2. contra Valdenſes cap. 2.

Sacramentales litera, quæ ſacramentum ſeu juramentum continent. *Charta jurata*, in Foris Benearnenſib. tit. 1. art. 25. Baudonivia in Vita S. Radegundis c. 6. *Quo cognito B. Radegundis ſacramentales fecit literas ſub conteſtatione divina — Domno Germano Pariſius civitatis Epiſcopo*, &c. *Sacramentale ſcriptum*, in Uſaticis Barcinonenſibus MSS. cap. 422. Vide in *Charta*.

Sacramentales ſeu *Compurgatores*. Vide *Juramentum*.

SACRAMENTARII, Vide *Juramentum*.

SACRAMENTUM *dupliciter dicitur*, inquit Hugo à S. Victore l. 2. Speculi Eccl. c. 12. *aliquando enim Sacramentum dicitur ſacra rei ſignum, velut in Baptiſmo exterior ablutio, qua interiorem ſignificat emundationem. Aliquando dicitur Sacramentum, quaſi ſacrum ſecretum, velut Sacramentum Incarnationis & hujuſmodi.* De priori ſignificatione, ut cæteros omittam qui de Sacramentis commentarios ediderunt, lubet hic exſcribere quæ adnotavit olim cariſſimus frater Michaël *Du Freſne* Societatis Jeſu Preſbyter & Theologiæ Profeſſor, in *Diſſertationibus ſacris, ac Hiſtoricis de Antiquis Sacramentorum ritibus, rebuſque in eorum uſu & adminiſtratione controverſis*, necdum editis, Diſſert. 2 part 1. cap. 1. *De Sacramenti myſteriique nominibus.*

De Sacramentis, deque Baptiſmo primùm dicere aggrediens, qui fidei Sacramentum eſt, & Chriſtianæ gentis proprium ſignaculum; quo videlicet non conſignamur modò, ſed etiam ſacramur, (id quod Synagogæ circumciſio præſtabat,) quodque Eugenius IV. in Concil. Florent. ſpiritualem vocat januam, per quam introducti Eccleſiæ adjungimur, cæterorum effecti conſortes Sacramentorum, ante omnia id faciam, quod in principio fieri, cùm in omnibus Diſſertationibus, tum in hac magis oportere cenſeo; ut quid illud ſit, de quo diſputatio ſit, explanetur; ne vagari ac errare cogatur oratio, ſi ii qui inter ſe diſſenſerint, non idem eſſe illud, de quo agitur, intelligent. Adde quod plerumque illud, vel experientia utique ipſo veriſſimum videri ſolet, quod ſcitè omnino ſapienterque in Cratylo pronunciavit Plato, qui ipſarum rerum nomina penitius pervideret; eundem & res itidem ipſas funditùs exploratas compertaſque habiturum.

Imprimis igitur, de ipſo Sacramenti nomine dicam universè, ex occaſione baptiſmi, qui reliquis velut aditus præit, ac veſtibulum pietatis, ut eum nuncupat Gregorius Nazianzenus, de varia ipſiuſmet poſtmodùm acturus nuncupatione. Principio enim de ipſo Sacramenti nomine litem Catholicis intendunt nonnulli novatores, poſt Lutherum, Calvinumque, qui lib. Inſtit. 4. cap. 14. *Abunde liquet*, ait, *veteres qui Sacramentorum nomen ſignis indiderunt, minime reſpexiſſe quis fuiſſet verbi hujus uſus Latinis Scriptoribus; ſed novam hanc ſignificationem pro ſuo commodo affinxiſſe, qua ſimpliciter ſigna deſignarent.* Unde ipſe ſignificationem aliam è jure repetit quam ut in noſtra Sacramenta accommodet; qua Sacramentum pro jurejurando accipitur, quod olim ducibus præſtabant legiones: quod imperii Romani grave myſterium lib. 8. Herodianus, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἱερὸν μυστήριον, *arcanum dominationis*, Tacitus appellat: ita ut tamen in Calvini ſententia Sacramentum, non tam ſit juramentum, quo ſe homo obſtringit Deo, quàm quo ſe ſe Deus obligat homini. Verùm ut ita ſit, hanc nimimè reperiri ſubjectam in Scriptura huicce verbo notionem, eo quo ab Eccleſia ſenſu accipitur, pro rei ſacræ ſigno; quid inde conficient ſectarii? num expungendam penitùs è Catholicorum ſcriptis vocem hanc, ut in locis communibus, cum aliis, ſtulte Melancthon cenſuit; qui caput, in quo de Sacramentis diſſerit, de Signis inſcribit? *Nam qua alii*, inquit, *Sacramenta, nos Signa appellamus.* Qui autem id affirmare audeant, qui Trinitatis nomina, ὁμοούσιος, cum Nicænis Patribus, ſive conſubſtantialis, ὑποστάσεις, ſive perſonæ, cæteraque id genus amplectuntur, quæ tamen ſacris in Literis non extant; quique, ni prorſus imperiti ſunt, non neſciunt à ſanctis Patribus id nominis uſurpari, ubi de Baptiſmo, Euchariſtia, aliiſque Sacramentis ſermonem inſtituunt. Tritum illud Tertulliani lib. de Præſcriptionibus cap. 16. *Ipſas quoque res*, inquit de cacodæmone, *Sacramentorum divinorum in idolorum myſteriis æmulatur; tingit & ipſe quoſdam, utique credentes & fideles ſuos &c.* Tum poſtea: *Signat in frontibus milites ſuos* &c. Huic adde Cyprianum, qui lib. 2. Epiſt. 1. de Baptiſmo, ut Tertullianus de Confirmatione, ſic apertè loquitur; *Si Sacramento utroque naſcantur.* Mitto cæteros; iſti enim antiquiſſimi omnium ſufficiunt, ut intelligant adverſarii nos nimimè ſectari prophanas vocum novitates, quàs prorsùs cavendas in fidei negotio, poſt Apoſtolum 1. ad Timoth. 6. animadvertit Auguſtinus lib. 10 de Civit. cap. 23. *Nam liberis*, inquit, *vocibus loquuntur Philoſophi, nec in rebus ad intelligendum difficillimis offenſionem religioſarum aurium pertimeſcunt: nobis autem ad certam regulam loqui fas eſt; ne verborum licentia, etiam de rebus, qua his ſignificantur, impiam gignat opinionem.*

Cæterùm neque caremus Scripturæ locis, quæ receptæ tot abhinc ſæculis vocis iſtius ſignificationi ſuffragentur. Tametſi verò ſacris in Paginis vocem hanc, *Sacramentum*, de noſtris ſpeciatim uſurpari Sacramentis, probare ſectariis non poſſumus ex illo Apoſtoli ad Epheſios loco cap. 5. *Sacramentum*, (ſive ut Græcè legitur, myſterium) *hoc magnum eſt*: ut qui matrimonium è numero Sacramentorum ejiciunt; nihilominùs operoſum non eſt è Scripturis eruere nomen illud, Sacramenti, ut genus eſt, & communione quadam complectitur noſtra Sacramenta, & alias res quaſdam; nimirum ut ſignum rei ſacræ vel arcanæ ſignificat. Quid enim aliud indicat vox iſta loco mox laudato ad Epheſios 5. qui ſic habet: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adharebit uxori ſua, & erunt duo in carne una: Sacramentum, hoc magnum eſt; ego autem dico, in Chriſto & in Eccleſia.* Quaſi dicat; myſterium hoc, ſive Sacramentum, ego ipſum ſic explico, atoquei eam viri feminæque conjunctionem, rei ſacræ ſignum eſſe & arcanæ; Chriſti videlicet cum Eccleſia arctiſſimæ communionis. Abſurdè verò cum Eraſmo Calvinus, ne matrimonium, ex hoc teſtimonio, Sacramentis Eccleſiæ cogatur annumerare, Sacramentum, ſive my-

ſterium, à Paulo dici contendit, non viri & feminæ, ſed Chriſti & Eccleſiæ, vel Adami Evæque conjuctionem; cùm inſulſam hanc interpretationem, vel duæ voculæ ſatis evertant, pronomen relativum, *hoc*, tum verbum ſubſtantivum: *eſt*, *Sacramentum hoc magnum eſt*, ait Apoſtolus, *hoc*: dixit, ut indicaret id vocabulum ad id referendum, quod antè dictum fuerat, de utriuſque conjugis copulatione: *Erunt duo in carne una.* Dum autem in præſenti ſubjicit, *Sacramentum hoc magnum eſt*, neque dicit, *fuit*, ſatis innuit, de Adami & Evæ conjugio nequaquam eſſe ſermonem; ſed de quolibet connubio rite inito, quod Sacramentum certè magnum eſt, ex quo certam conferendæ gratiæ promiſſionem ei Chriſtus annexuit. Huc etiam accedit, quòd niſi ſubjecta ſit huicce vocabulo ea ſententia, quam Hieronymus, Chryſoſtomus, Oecumenius, aliique Patres in hunc locum afferunt, tota vis argumenti infringitur, qua perſuadere nititur Apoſtolus, ut ſuas mariti uxores colant atque diligant, nempe quia iſtud: *Erunt duo in carne una; magnum eſt Sacramentum in Chriſto & in Eccleſia*: hoc eſt ejuſmodi quod cæleſte Chriſti cum Eccleſia connubium adumbret: proindeque efficere debeat, ut uxorem conjux quaſi ſuam carnem, imò quaſi ſeipſum impenſiùs amet ac colat, ſicut Redemptor Eccleſiam enixè diligit. Huic Apoſtoli teſtimonio ſubjungere poſſem Danielis locum cap. 2. ubi Nabuchodonoſoris ſtatua ſæpius appellatur myſterium ſive Sacramentum; *razi*, Hebraicè, Chaldaicè, *raza*, quod Thargum deducit à vocabulo, *raz*, quod *ſecretum & myſterium* ſonat. Nempe quod ſignum exiſteret rei latentis & obſcuræ; regnorum utique quatuor, quæ ex Alexandri Magni cineribus enata ſunt; Ægyptiaci, Syriaci, Macedonici, & Aſiatici; tum etiam regni Servatoris, quod poſt illa demùm exortum eſt: quæ omnia ab Daniele obſcuris ſignificationibus, quaſi totidem Sacramentis, adumbrata ſunt.

Eadem porrò *Myſterii* ratio eſt, è qua voce Sacramenti nomen vulgatæ editionis antiquus interpres expreſſit. Quanquam non una eademque eſt etymologia, ſive notatio nominis; cùm *myſteria* primùm appellent Græci, quæ vocat *initia* Tullius lib. 2. de Legibus, hoc eſt ritus quoſdam, quibus homines ſacris initiantur, à verbo μυεῖσθαι, hoc eſt, initior; cui ſignificationi vox Hebræa reſpondet, *milluim*, ab radice, *malè implevit*; quod, ut ſcribit R. Selomoch, hi ritus compleant perficiantque homines ſacros. Sunt autem à Græcis, ejuſmodi initia, appellata myſteria; quod occultiſſimis myſteriis noctu plerumque peragerentur, quæ *ſacra opertanea* Plinius, *Operta* Flaccus nuncupat. Quippe enim vox eadem arcanum ſonat; unde Tullius 3. de Orat. *Hoc tacitum tanquam myſterium teneas*; & Paulus ad Epheſios 1. è Græco textu: *Patefacto nobis myſterio, ſeu arcano voluntatis ſuæ.* Tum 1. ad Corinth. 2. *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio*, hoc eſt, arcano, ut interpretatur Chryſoſtomus Homil. 7. in eam Epiſt. quoniam, ut ait, ſuum illud conſilium Deus de redemptione hominum clam habuit; ac ne Angelis quidem aperuit, priuſquam hominibus ipſis panderet. quâ in ſignificatione, myſterii etymologia petitur ἀπὸ τοῦ μύειν, à claudendo; non autem è vocabulo Hebræo *miſtar*, quod *ſecretum* ſonat; ab radice *ſathar*, quod eſt occulere; ut nonnemo ſomniavit.

Verùm ad rem noſtram magis accommodata ejuſdem vocabuli notio eſt, cujus uſum jam indè à principio ſibi, ut & Sacramenti, quemadmodum oſtendimus, vendicavit Eccleſia; cùm non ſolùm in commune omnia Religionis arcana nominavit Myſteria, & Sacramenta; ſed peculiari quadam ſignificatione doctrinæ illi, quam de ſignis nonnulli, Συμβολικὴν Θεολογίαν, Symbolicam Theologiam appellant Græci, eas dictiones accommodavit. Qua notione myſterium, dicitur ſignum omne concretum, & corporeum, quod ſub ſenſum cadit, latentium rerum, minimeque aſpectabilium. Ita ut, quemadmodum homo animo conſtat & corpore; ita quoque myſterium è rebus quæ partim uſurpentur ſenſibus, partim oculos aliosve ſenſus fugiat, coaleſcat. Quo ſenſu de antiqua Lege Gregorius Nazianz. Oratione de Baptiſmo præclarè dixit, adumbrare verum, & magni luminis, legis utique *novæ*, myſterium ſeu Sacramentum eſſe. Sed ſignificantius de Sacramentis Gratiæ loco jam prolato Chryſoſtomus, Homil. ſcilicet 7. in priorem ad Corinth. ad hæc Pauli verba: *Loquimur Dei ſapientiam in myſterio: myſterium*, ait, *appellatur, cum alia inſpicimus; alia credimus*, quod in Euchariſtia, Baptiſmoque demonſtrat. Quæ poſtrema myſterii acceptio apud auctores prophanos minimè reperitur, quibus myſteria vel fuere tantum cerimoniæ, quibus Deorum Religioni homines conſecrarentur; vel res abditæ & à ſenſibus ac cogitatione remotæ. Quæ duæ etiam ſignificationes in noſtra vel myſteria, vel Sacramenta mirificè quadrant: quippe & homines myſteriis initiantur, & conſecrantur Deo, cæleſti gratia perfuſi: *Inde Sacramenta manarunt*, inquit Auguſtinus lib. 15. de Civit. cap. 26. *quibus credentes initiantur.* Deinde verò ea profanis prodere nefas eſt, nec temerè apud indignos evulganda; ſed, ut pretioſæ margaritæ, à contemptu ſunt vindicanda. At longè aptius in eadem convenit, quam ad ultimum ſubjeci, ſignificatio. Nam ut rectè Chryſoſtomus, loco mox allato, innuit, rem ſacram occultamque continent; cæleſtem nempe gratiam; ac nonnulla etiam characterem. Quam ob cauſam à Dionyſio Eccleſ. Hierarch. cap. 1. & 2. ſymbola, ſeu ſigna, divina ſacraque nuncupantur; nec qualiacumque, ſed quæ cum occulto divinæ gratiæ fructu, effectuque, ſimilitudinem quandam habeant atque convenientiam: ut lotio externa baptiſmatis, ſicut explicat Chryſoſt. cum interna animi lotione quam repræſentat, & efficit. Quæ genuina eſt germanaque Sacramentorum noſtrorum deſcriptio, ut ſint *ſigna rei ſacræ*; ex Auguſtino, *inviſibilis gratiæ forma viſibilis*; ex Catechiſmo Tridentino, *res ſubjectæ ſenſibus, quæ ex Dei inſtitutione, ſanctitatis & juſtitiæ tum ſignificandæ, tum etiam efficiendæ vim habeant.* Neque verò abſque gravi cauſa, concreta ejuſmodi ſigna, & tractabilia conſtituit Deus, putà lotionem & aquam in baptiſmo, quibus cæleſtem occultamque gratiam, cùm oculis ſenſibuſque repræſentaret, tum etiam in animis vi quadam abdita divinaque, gigneret. Nam ſi incorporei eſſemus, Chryſoſt. ait Homil. 61. in Matthæum, nuda & incorporea nobis hæc ipſa daret: nunc quia corporibus inſertas habemus animas, ſub iis quæ percipiuntur ſenſibus, tradit ſpiritualia. ἐν αἰσθητοῖς τὰ νοητὰ σοι παραδίδωσι: cui aſſentitur Auguſt. in Joan. Homil. 86. *Sacramenta*, inquit, *exercitia ſunt, quæ certiorem verbi Dei fidem nobis faciunt: & quia carnales ſumus, ſub rebus carnalibus exhibentur; ut ita pro tarditatis noſtræ captu nos erudiant, & perinde ac pueros pædagogi manu ducant.*

Sacramentum Catechumenorum, apud S. Auguſtinum lib. 2. de peccatorum meritis & remiſſione cap. 26. ubi de Catechumenis: *Et quod accipiunt, quamvis non ſit corpus Chriſti, ſanctum eſt tamen & ſanctius quam cibi quibus alimur.* Quod Cellotius & alii de Eulogiis interpretantur, cùm de ſale dictum contendat ſupra laudatus frater, quod unum & perpetuum erat Catechumenorum Sacramentum, & ad Eulogias iis niſi poſt baptiſmum aſpirare non licuerit. Idem porrò Auguſtinus lib. 4. de Baptiſmo contra Donatiſtas cap. 21. *An Catechumeni Sacramentum baptiſmi Sacramento præferendum putamus?* Ubi quidam intelligi volunt ritus & ceremonias quæ Catechumenis ante baptiſmum adhibentur, quas idem Auguſtinus tract. 4. in Joannem *Sacramenti* nomine donat. Sed cæteris ante baptiſmum adhiberi ſolitis ritibus hunc, quo ſal peculiari benedictione conſecratus dabatur Catechumenis, per autonomaſiam *Sacramentum* appellarunt *Catechumenorum*, Sacramenti voce latiùs accepta, quod eis eſſet Euchariſtiæ loco cùm fideles communicarent præſertim ad feſtos Paſchatis dies, atque adeo Catechumenis etiam *Eulogiæ* ſeu panes benedicti

interdicerentur. Nam eò plerique referunt Concilium Cartaginenſe IV. can. 3. *Item placuit ut per ſolenniſſimos Paſchales dies Sacramentum Catechumenis non detur, niſi ſolitum ſal: quia ſi fideles per illos dies Sacramenta non mutant, neque Catechumenis oportet mutare.* Salis autem Catechumenorum, cujus conſecrandi modum refert Ordo Romanus, meminerunt non ſemel Patres, inprimiſque Origenes homilia 6. ſuper Ezechielem, Iſidorus lib. de Divin. offic. cap. 20. &c.

Sacramentum Symboli. S. Auguſtinus lib. de Catech. rudib. c. 13. *Accepit Symboli remedium contra antiqui ſerpentis venenum, ut ſi quando voluerit adverſarius diabolus denuo inſidiari, noverit redemptus cum Symboli Sacramento, & Crucis vexillo ei debere occurrere.* In Ordine Romano ſic animantur Catechumeni ante traditionem Symboli: *Accedite ſuſcipientes Evangelici Symboli Sacramentum, à Domino inſpiratum, ab Apoſtolis inſtitutum.* Vide *Symbolum.*

Sacramentum, quomodo altera notione intelligi dixit Hugo à S. Victore, *quaſi ſcilicet ſacrum ſecretum, velut Sacramentum Incarnationis, & hujuſmodi.* Collatio 1. Carthagin. c. 5. *Et quod veri invenerit fides, per admirabile myſterium Trinitatis, per Incarnationis Dominicæ Sacramentum, & per ſalutem ſupramemoratorum Principum judicaturum me eſſe promitto.* Concilium Carthaginenſe an. 525. *Intimamus Reſurrectionis dominicæ Sacramentum 7. Iduum Aprilium adfuturum fore.* Paulinus Natali 9.

Quid Paſchale Epulum? nam certè jugiter omni
Paſcha die cunctis Eccleſia prædicat horis,
Conteſtans Domini mortem Cruce, de Cruce vitam
Cunctorum: tamen hoc magnæ pietatis in omnes
Grande Sacramentum præſcripto menſe quotannis
Totus ubique pari famulatu mundus adorat,
Æternum celebrans redivivo corpore Regem.

Gelaſius I. PP. Epiſt. 9. ait non baptizandum *præter Paſchale feſtum, & Pentecoſtes venerabile Sacramentum.* Sic *Crucis, Reſurrectionis & Aſcenſionis Sacramenta* dixit S. Hieronymus Epiſt. 48. ad Sabinianum Diaconum. *Sacramentum Symboli, Sacramentum Reſurrectionis ex mortuis*, Ruffinus lib. 1. in eundem Hieronymum, & in Præfat. ad Origenem περὶ ἀρχῶν. *Sacramentum Natalis Domini*, S. Gregorius in Sacrament. p. 6. & Tremundus Clarevallenſis Epiſt. 7. Vide S. Auguſtinum Epiſt. 118. ad Januarium. *Sacramentorum ſcientiam*, dixit S. Fulgentius Epiſt. 4.

Sacramentum, Sacra Miſſarum Liturgia, apud Optatum lib. 2. & 6. contra Parmenianum, S. Ambroſium lib. 3. de Virginitate, S. Auguſtinum Epiſt. 59. ad Paulinum, & lib. de Dono perſeverantiæ cap. 13.

Sacramentum, Epiſcopatus, dignitas Eccleſiaſtica. Ammianus lib. 15. de exauctoratione S. Athanaſii: *Cœtus in unum quæſitus ejuſdem loci multorum (Synodus, ut appellant) removit à Sacramento, quod obtinebat.*

Sacramentarium, liber Sacramentorum, promiſcuè dicitur liber Eccleſiaſticus, in quo ſacræ Liturgiæ ad Sacramentum conficiendum continentur, cujus primum auctorem fuiſſe Gelaſium PP. ſcribit Joannes Diaconus in vita S. Gregorii M. à quo emendatum, recenſitum, & breviatum ait, quod & præfert titulus Codicis Rivipullenſis apud v. cl. Stephanum Baluſium in Notis ad Agobardum. *Librum* verò *Sacramentorum* appellaſſe Gregorium M. tradit idem Diaconus, qua nomenclatura donatur ab eodem Agobardo lib. de Imaginib. cap. 30. Walafrido Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 21. Bernone lib. de Miſſa cap. 1. Micrologo cap. 6. Flodoardo lib. 3. Hiſt. Rem. cap. 9. in Concilio Remenſi c. 5. apud Burchardum & Reginonem, &c. *Liber Sacramentarius*, appellatur à Fulberto Carnotenſi Epiſt. 79.

Sacramentarium eundem librum vocant alii, maximè Ordo Romanus non ſemel, Capitula Caroli M. lib. 7. cap. 143. 305. Aytho Baſileenſis Epiſcop. in Capitul. c. 6. Alcuinus de Divin. offic. Amalarius, Leo Oſtienſis lib. 3. cap. 19. 62. 73. & ult.

Laudantur etiam à Gennadio *Libri Sacramentorum* Muſæi Maſſilienſis Preſbyteri, Paulini Nolani, Salviani, & Voconii Caſtellanenſis Epiſcopi; ſed horum Librorum alia fuit materia.

Librum porrò Sacramentorum, qui Gregorii nomen præfert, & quem eruditiſſimis obſervationibus illuſtravit Hugo Menardus Benedictinus, ſit ne genuinus ſancti Pontificis fœtus, jure in dubium vocant viri docti, adeò ut ſi ejus ſit, multis in locis interpolatum, vel certè auctum liceat conjicere, cùm in eo mentio fiat *Sacramentarii* alterius, & poſt Caroli M. ætatem ſcriptum advertent ſupra laudatus vir doctiſſimus Stephanus Baluzius. Sacramentarium verò Gregorii, ſi non fallor, genuinum poſſidet Bibliotheca illuſtriſſimi Archiepiſcopi Remenſis Mauricii Caroli Bothelerii, venerandæ omnino antiquitatis, & ante Carolum M. ſcriptum, cum hocce titulo: *In nomine Domini incipit Sacramentarium de circulo anni expoſitum à ſancto Gregorio Papa Romano editum ex authentico libro Bibliothecæ cubiculi ſcriptum qualiter Miſſa Romana celebratur.* Eadem verba præfert codex Menardi, niſi quod pro *Sacramentarium*, habet *Liber Sacramentorum.* Vide eundem Menardum & V. C. Steph. Baluzium ad Capit. Regum p. 1206.

Sacramentum S. Gregorii Papæ, inter ſacras reliquias recenſetur in Bulla Adriani PP. an. 1013. in Metropoli Saliſburgenſi to. 2. p. 196. quod in Monaſterio Anderzenſi in Bavaria aſſervatur. Sed quid hac voce intelligatur, nondum percepi.

Sacramentarium. Synodus Exonienſis an. 1287. c. 12. ubi de Miniſteriis ſacris: *Pyxis ad oblatas, tres phialæ, Sacramentarium lapideum & immobile, thuribulum, vas ad incenſum*, &c. Id eſt lapis in quo ſacroſanctum Sacrificium peragitur.

Sacramentum armatum, quo quis militiæ ſe ſe addixit, in l. 54. Cod de Decurion.

SACRABATI, *Pondus unius aurei cum dimidio.* Saladinus de Ponderibus.

SACRARIUM, ἱερατεῖον, βῆμα, ἅγιον βῆμα, pars ædis ſacræ, *ubi ſunt Sancta Sanctorum*, in Gloſſ. Lat. MS. Reg. *in quo ſacra reponuntur, ab inferendis & deportandis ſacris dictum.* Synodus Nicæna Arabica edit. Alph. Piſani c. 16. *Sacrarium* interpretatur, *ubi eſt altare*, quod codex Gr. vocat διακονικόν. Concilium Vaſenſe c. 3. de Preſbytero: *Cujus officii eſt ſacrarium diſponere, & Sacramenta ſuſcipere.* Epiſtola Lupi Tricaſſini & Euphronii Auguſtod. Epiſcoporum: *Subdiaconos autem ad pacem inter ſe in ſacrario oportet accedere.* Vita S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis cap. 13. *Si vaſa nitentia & clara, ſi ſacrarium mundum, ſi lucerna accenſa*, &c. *Sacrarium B. Petri Apoſtoli*, apud Anaſtaſium in Sergio PP. p. 61. Vide Gregorium Turon. lib. 4. Hiſt. c. 31. 41. lib. 8. cap. 7.

Sacrarium, generaliter pro templo ſumi; maximè apud gentiles, obſervatum ab aliis. Sed & ita uſurparunt ſcriptores Chriſtiani. *Sacraria Dei* dixit Salvianus lib. 3. Vita ſancti Joannis Eleemoſynarii, interprete Anaſtaſio Bibl. num. 80. *Loqui autem in ſacrario omnino non permittebat, ſed in conſpectu omnium foras mittebat eum, dicens, ſi quidem ut orares veniſti huc*, &c. Adde Sidonium lib. 8. Epiſt. 4. Sic etiam uſurpare videtur Tabularium Bellilocenſe in Lemovicib. ch. 85. *Poſt noſtrum diſceſſum in dominio S. Petri remaneat, & ſit Primi ad ſacrarium, ſic ut nullus homo de communia S. Petri alienare voluerit* &c. Ch. 130. *Omnia ſuperius nominata Deo & S. Petro offerimus ad ſacrificium ſacrandum, & ad luminaria concinnanda ante altare S. Petri, & omni tempore ad ſacrarium ſupradicta res permaneant.* Ch. 145. *Poſt mortem meam ſimiliter ad ſacrarium remanere voluit.*

Sacrarium, quod aliàs *Secretarium, Diaconicum, Sacriſtia.* Gloſſæ Lat. Gr. *Sacrarium*, ἱεροθήκη. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 6. *Sacrarium dicitur, quia ibi ſacra reponuntur & ſervantur.* Gregorius M. in Sacrament. p. 69. *Et expectant Pontificem, vel qui vicem il-*

lius tenuerit: qui dùm veniens de ſacrario proceſſerit ante altare ad orandum, &c. Ordo Romanus: *Proceſſionem coram Epiſcopo acturis, à Cuſtode Eccleſiæ in ſacrario ornamenta prabenda ſunt.* Occurrit ibi hac notione non ſemel. Flodoardus lib. 2. cap. 2. *Quando Siggo quidam Sigeberti Regis Referendarius, virtute B. Martini, cujus idem Gregorius tunc ſecum habebat pignera, in ſacrario domus Eccleſiæ Remenſis auditum ſurda recepit auris. Cuſtos ſacrarii*, qui aliis *Sacriſta*, in Regula S. Iſidori cap. 19. Vide Anaſtaſium Bibl. in Gregorio M. p. 44. & Ughellum to. 7. p. 274.

Sacrarium, Sacrum ærarium, fiſcus Principis, in l. 49. Cod. Th. de Hæret.

Sacrarium Palatinum, & Conſiſtorium Principis; in l. 11. de Pœnis, & l. 8. 16. de Legat. l. 16. de Hæret. in Cod. Theod.

Sacratorium, idem quod *ſacrarium*. Gloſſarium Cambronenſe: *Abſida dicitur exedra, id eſt ſacratorium.*

Sacrifex, Sacrificus, Sacerdos. Paſſim apud Hildebertum in carmine de Officio Miſſæ.

Sacrifica, Officium Monaſticum in Monaſteriis ſanctimonialium. Petrus Abælardus p. 154. *Sacrifica, qua & Theſauraria, toti oratorio providebis*, &c. Sed ibi legendum indubiè *Sacriſta*, ut pag. 143.

Sacrificati, dicti olim Chriſtiani, qui ſuppliciorum, vitæ, vel etiam bonorum amiſſionis metu, idolis ſacrificabant, licet reverà Chriſtianam ex animo fidem profiterentur. Hos pluribus exagitat S. Cyprianus Epiſt. 52. & lib. de Lapſis, & à cæterorum communione non modò arcendos contendit, ſed & in graviori longè verſari culpa, quàm *Libellaticos*, de quibus ſuo loco. Hos etiam *Thurificatos*, vocat eadem Epiſt. 52. Concilium Arelatenſe II. ſub Siricio PP. c. 11. *Si qui vero dolore victi & pondere perſecutionis negare & ſacrificare compulſi ſunt*, &c.

Sacrificium, Hoſtia conſecrata, divina Euchariſtia. Pœnitentialis S. Columbani: *Quicumque ſacrificium perdiderit, & neſcit ubi ſit, anno pœniteat. Qui negligentiam fecerit erga Sacrificium, ita ut ad nihilum devenerit, dimidio anno pœniteat.* Occurrit ibi pluries. Capitula Theodori Archiep. Cantuar. c. 5. *Sacrificium non eſſe accipiendum de manu Sacerdotis, qui orationem vel lectiones ſecundum ritum implere non poteſt.* Adde cap. 50. 95. Canones S. Patricii c. 13. Capitulare Aytonis Epiſcopi c. 74. Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 71. Ordericum Vitalem lib. 6. pag. 616. &c.

Sacrificium ſiccum, mixtum. Miſſa vetus ex Codice Ratoldi Abbatis Corbeienſis: *Epiſcopus communicet Preſbyteros & Diaconos cum oſculo pacis, ſicco tamen ſacrificio, & Subdiaconi mixto ſacrificio: & Diaconi & Preſbyteri ſummatim guſtent cum calice, tenente Subdiacono, de ipſo ſanguine.* Ubi *communicare ſicco ſacrificio*, eſt corpore Chriſti ſeparatim à ſanguine porrecto: *mixto* verò *ſacrificio*, corpore Chriſti ſanguini ejus intincto. Vide *Miſſa ſicca*.

Sacrificium, quævis oblatio fidelium. Charta Edmundi Regis Angl. pro Monaſterio Glaſtonenſi to. 2. Monaſtici Anglic. p. 838. *Quinque manſas Athelwodo Miniſtro meo in æternam hæreditatem concedo, ea tamen ratione, ut omni anno in ſolemnitate S. Martini ad Eccleſiam Beatæ Dei Genitricis — 5. congios celiæ, & 1. Ydromeli, & 30. panes cum pertinentibus pulmentariis, & 5. congios frumenti: reddat inſuper omne Sacrificium, quod nos dicimus Minus Eccleſiaſticum; & opus Eccleſiaſticum & Minus regiſcum ab omni familia illius terra reddatur.* Ubi legendum utrobique *munus*, docet Chronicon Montis Sereni an. 1214. *Quo rumore* (miraculi) *diffamato, provinciarum omnium circumjacentium populis ad civitatem confluentibus, tanta fuit offerentium multitudo, ut infra paucos menſes quibus illa duravit inſania, præter oblationes extra, ſuper 150. marcas ſit ſacrificium computatum.* Anno 1219. *Marcam etiam unam, quam ex veteri conſuetudine Camerario in dedicatione Eccleſiæ, de ſacrificio ipſius diei Tidericus dare tenebatur, uſque ad tempus quo ipſe à parochia receſſit, quod fuit circa feſtum Michaelis, non dedit, ad cujus redditionem à Prapoſito arctabatur.* Denique an. 1223. *Tantus illuc fidelium concurſus factus eſt, ut 800. marca de ſacrificio primi anni computarentur.* Infra: *Et in concurrentium quidem numeroſitate conſilii ſui effectu fraudatus non eſt: utrum autem et offerentium, ipſe viderit. Conſtat enim 240. talenta cera hoc anno de conſueto ſacrificii pondere defuiſſe.*

Sacrimensis, ἱερομηνία, in Gloſſ. Gr. Lat.

Sacrimonium, ἱερωσύνη, in vett. Gloſſ.

Sacriscriniarius, *Sacriſcrinius*, Sacriſta. Gloſſ. Ælfrici: *Sacriſcrinarius*, cipe-peapo id eſt *Cuſtos Eccleſiæ*. Charta 145. in Appendice ad Capit. Regum Franc. *Per Semefredum Preſbyterum Sacriſcrinarium ſua Eccleſia prædictæ.*

Sacriſcrinius. Geſta Synodi Aurelian. an. 1017. *Tunc cauſa ſui itineris — Ebrardo nomine Carnotenſis Eccleſia ſacriſcrinio.* Synodus Helenenſis an. 1027. *Una cum — Ellemaro ſacriſcrinio & Choraule.*

Sacrista, Dignitas Eccleſiaſtica. Ugutio: *Sacriſta, ſacrorum cuſtos.* Idem qui *Theſaurarius*. Durando lib. 2. Ration. c. 1. n. 14. & Joanni de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 12. *Apocriſiarius*, apud Bernardum Mon. in Conſtitut. Cluniac. c. 53. ubi officium ejus deſcribitur, ut & apud Udalricum lib. 3. Concilium Toletan. in lib. 1. Decret. tit. 26. c. 1. *Ut ſciat ſe Sacriſta ſubjectum Archidiacono, & ad ejus curam pertinere cuſtodiam ſacrorum vaſorum, veſtimentorum Eccleſiaſticorum, ſeu totius theſauri Eccleſiæ, nec non qua ad luminaria pertinent, ſive in cera, ſive in oleo.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 20. *Ad officium Sacriſta pertinet omnia qua in theſauro ſunt cuſtodire, reliquias & omnia ornamenta altaris, & ſanctuarii, ac totius Eccleſia, ſive in auro, ſive in argento, ſive in oſtro, & palliis, & tapetibus, & cortinis: ſacras quoque veſtes, & pallas, & manutergia, calices, & textus, & cruces, & thuribula & candelabra, & cætera vaſa qua vel ad miniſterium, vel ad ornatum altaris & ſanctuarii totiuſquè Eccleſiæ pertinent. Libros quoque miſſales, Epiſtolares, & Evangelia.* Willelmus Brito lib. 12. Philipp.

Deindè Sacriſta loci capſam ſtans ante beati
Præſulis, &c.

Vetus Epitaphium Lugduni:

Iſtius Eccleſia Cantor ſimul atque Sacriſta.

Speculum Saxonicum lib. 2. art. 71. §. 3. *Exceptis Clericis, mulieribus, Sacriſtis, id eſt Eccleſiarum cuſtodibus & paſtoribus.* Utuntur Statuta Lichefeldenſis Eccleſiæ in Monaſtico Anglicano to. 3. p. 242. & Eccleſiæ Londinenſis ibid. p. 337. Cæſarius lib. 1. Miraculor. c. 35. lib. 8. cap. 13. Saxo Grammaticus lib. 11. &c.

Sacriſta Apoſtolici Palatii, Officium perpetuum, inquit autor libri Ceremoniarum Capellæ Pontificiæ, *qui ſemper conſuevit eſſe Prælatus.* De hac dignitate multa commentatur Waddingus in Annalib. Minorum an. 1303. n. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Sacriſtaria, Sacriſtæ munus Monachicum, cum reditu ac prædiis annexis. Gervaſius Dorobernenſis an. 1187. *Archiepiſcopus autem — arrepta capitis ſui pileo præfatum Robertum ſacriſtam ſemel, & natura ſimplicem, quaſi de novo ſacriſtam conſtituit, omnibus eidem pertinentiis ſacriſtaria ſpecialiter aſſignatis.*

Sacriſtia, eadem notione apud Will. Thorn an. 1128. *Unde & molendinum de Abbatis mille quod ipſe met proprio labore adquiſivit, ad ſacriſtiam deputavit.*

Sacriſtaria domus, apud laudatum Bernardum cap. 53.

Sacritecta. Vide *Sartatecta*.

Sacrivus, *Sacrifus*, Sacer. Lex Salica tit. 2. §. 14. *Si quis maialem ſacrivum, qui dicitur Votivus, furaverit, & hoc cum teſtibus ille qui eum perdidit poterit approbare quod ſacrivus fuiſſet, DCC. ſol. culp. jud.* Et 5. ſeq. *Si quis maialem non ſacrivum furaverit*, &c. In

edic. Heroldi, *Sachiſus. Votiva pecora* dicuntur Grego-
rio Turon. lib. 2. de Miracul. c. 3. quæ ad Monaſteria
aut Eccleſias pertinent, Plauto in Menæchm. Varroni,
& Feſto *Porci ſacres*, appellantur, qui ſunt ad ſacrifi-
cium idonei. In Gloſſ. apud Pithœum, *ſacrivus* expo-
nitur, *qui eſt defenſor aliorum porcorum* : fortè quia
porcus ſacer & votivus aliis non ſacris nec votivis
tutelam præſtat, propter Eccleſiarum reverentiam.

Fons ſacrivus, arbor ſacriva, ſacer, ſacra. S. Audoënus
lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 15. *Nulli creaturæ præter Deo
& ſanctis ejus venerationem exhibeatis : fontes vel arbo-
res quos Sacrivos vocant, ſuccidite.* Concil. Autiſiodo-
renſe c. 3. *Non licet inter fontes aut arbores ſacrivas
vel ad fontes vota exſolvere.* Adde Concilium Arelaten-
ſe II. Vide *Arbor.*

SACROBARRA. Liber MS. de officio coronatoris lauda-
tus à Spelmanno: *Inquirendum eſt per 12. juratos pro
Rege ſuper ſacramentum ſuum, quod fideliter præſenta-
bunt ſine ullo concelamento omnes fortunas, abjurationes,
appella, murdra, ſacrobarra, felonias factas, per quos
& quot*, &c. Ubi Spelmannus pro *ſacrilegio* poni hanc
vocem putat.

SACROCOLA, qui ſacra colit, Sacerdos, Clericus. Odo
Cluniacenſis: *Quod ſi de labiis tam ingens periculum ſa-
crocolis imminet, quanto magis de renibus?*

SACRUM *Dei*, Dotatio facta Eccleſiæ. Tabularium Bri-
vatenſe ch. 271. *Si quis verò vel ego immutata voluntate
mea, ſive qualibet ulla immenſa perſona, quæ contra
hoc ſacrum Dei ire aut agere, aut ullam calumniam in-
quietare voluerit*, &c. Ch. 247. *Legum ſanxit auctori-
tas, ut inter reliquas ſcripturas ſola tantùm ceſſio, ſeu
ſacratio, ſine geſtarum obligatione pleniſſimam in perpe-
tuum obtineat firmitatem*, &c.

SADONES. Vide *Saxones.*

SÆCULUM, *Seculum*, Monachis præſertim dictum, quid-
quid extra clauſtrum : quia qui vitam monaſticam am-
plectuntur, mori ſæculo dicuntur. S. Cyprianus Epiſt.
7. *Sæculo renuntiaveramus, cùm baptizati ſumus : ſed
nunc verè renuntiavimus ſæculo, quando tentati & pro-
bati à Deo, noſtra omnia relinquentes*, &c. Vide eun-
dem Epiſt. 2. Libellus precum Marcellini & Fauſtini p.
83. *Contemptu rerum ſæcularium, & humana gloria,
ad quam plerique affectant, etiam qui ſe ſæculo & con-
cupiſcentia carnis abrenuntiaſſe gloriantur.* S. Augu-
ſtinus ſerm. 49. de Diverſis: *Quærebam unde inſtitue-
rem Monaſterium : ſpem quippe omnem ſæculi reliqua-
ram.* Fauſtus Rhegienſis ad Monach. *Non grande gau-
dium eſt ſi aliquis ad ſæculi fluctus revertens, nomen at-
que habitum profeſſionis ſuæ cuſtodire videatur, anima
verò ejus negligentiis tabeſcat ac deſinat.* Concilium Eli-
berit. c. 80. *Prohibendum eſt, ut liberti, quorum patro-
ni in ſæculo fuerint, ad clerum non promoveantur.* Cap.
85. apud Burchard. & Ivon. *Si mulier maritum ſuum
interfecerit — ſæculum relinquat, & in Monaſterio pæ-
niteat.* Petrus Damianus lib. 1. Epiſt. 19. *Hoc fla-
gellum, ſi quando egrederetur ad ſæculum, portabat in
ſinu, ut ubicumque eum jacere contingeret, à verberibus
non vacaret.* Vetus Epitaphium Mediolani: *Hic requie-
ſcit B. M. Manfrito, vixit in hoc ſæculo ann. p. m.
LII. depoſitus eſt V. D. Prid. Id. Jun. Ind.* 11. Aliud
ibidem: *Hic requieſcit in pace Odelbertus, qui vixit in
ſæculo annos p. m. LXII. depoſitus eſt ſub D. XVIII.
M.* Aliud: *Hic requieſcit in pace S. M. Adeodatus
Preſb. qui vixit in ſæculo an. plus minus LXXXV. de-
poſ. ſub D. VIII. Cal. Julii. Probo Jun. C. Conſule
per Indictione III.* Adde Proparaſceven Brouweri ad
Annales Trevirenſes n. 38. *Sæculum relinquere, dimit-
tere, ſæculum ſectari*, in Capitul. 1. an. 805. cap. 8.
in Capitul. 2. an. 811. c. 5. 6. 7. 8. in Concilio Mo-
guntiac. cap. 16. 17. *Ad ſæculum reverti*, apud S. Hie-
ron. in Epiſt. ad Ruſticum, Gregorium Turon. de Vi-
tis Patrum c. 9. *Sæculum relinquere*, c. 12. Occurrit
paſſim.

Sæcularis, Mundanus. Gloſſ. Gr. Lat. κοσμικὸς, *ſæcularis.*
Salvianus lib. 4. de Gubern. Dei: *Quis eſt, oro, homi-
num ſæcularium præter paucos, qui non ad hoc ſemper
nomen Chriſti in ore habeat ut pejeret?* Idem lib. 5. de
Religioſis: *Non ſæculares tantùm, ſed pluſquam ſæcu-
lares eſſe volunt, ut non ſufficeret eis quod ante fuerant,
niſi plus eſſent quàm fuiſſent.* Novatus Catholicus in
Homil. ad fratres: *Sæcularibus aliter in Eccleſia loqui-
mur, aliter loqui vobis debemus.* Cæſarius Arelat. ſerm.
14. *Oblivìſci loci illius in quo dulcis immutationis ha-
bitus te nomine ſæcularis exuens*, &c. *Sæculares cogita-
tiones*, apud Irenæum lib. 4. c. 70. *Scriptores rerum ſæ-
cularium*, apud Sulpitium Severum lib. 2. Hiſt. Leo
Oſt. lib. 3. c. 3. *Habitu tantummodo ſæcularis.* Cæſa-
rius Heiſterbach. lib. 7. c. 8. *Canonicus quidam, vita
ſatis ſæcularis.* Cap. 56. de Canonico: *Satis tamen ex-
titit ſæcularis & delicatus, atque in veſtimentis curioſus.*
Lib. 12. c. 40. *Eratque homo valde ſæcularis, magis
ſe conformans Militi, quàm Monacho.* Adde Jo. Sari-
ſberienſem lib. 7. Policr. c. 23.

Sæcularitas. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 518. *Parum à ſæ-
cularitate converſatio Monachorum differebat.*

Sæculatus. Anonymus de Revelatione reliquiarum S. Ge-
novefæ n. 6. *Revelata eſt — menſe Januario 10. menſis,
in octavis ejuſdem ſanctiſſimæ virginis, & à fratribus eſt
dulciter Deo ſæculata.* Id eſt fortè *in ſæculum*, ſeu è ſe-
pulchro in apertum elata.

SAFON, apud Ælfricum in Gloſſ. Anglo-Sax. ꞅꞇæꝺ. i.
ripa.

SAFARIUM, *Atrium templi*, in Gloſſis Iſid. *Saforium*,
apud Jo. de Janua. Papias *Sapharium* legit. Vide Ja-
cob. Gotofredum ad l. ult. de Operib. public.

SAGA. Vide *Sagum.*

SAGANA. Jo. de Janua: *Saga & ſagana, ingenioſa, incan-
tatrix.* Ebrardus Betunienſis: *Sagana gummi, ſagana
veſtit, ſagana vates.* Catholicon parvum: *Sagana, idem
eſt quod vates, & dicitur de ſagio, gis : inde ſagax : vel
dicitur eſſe gummi, ſcilicet unguentum, quod multum
ſagaciter operatur. Vel poteſt eſſe quoddam genus veſtis,
qua antiquitus ſagaces induebantur.*

SAGELLUM. Vide *Sagum.*

SAGEMANNUS, Accuſator, delator, ex Saxon ꞅaꝣe-man.
Gloſſ. Saxonicum exaratum ſub Edw. III. *Sagemannus,
ille per quem ſtitur.* Leges Henrici I. c. 63. *Sine accu-
ſatore, ſive ſagemanno.*

SAGENA, Rete, vox Latinis nota, Papias: *Sagena, retia,
verundum Græcè, vulgo everclum dicitur.* Charta Mat-
thæi Comitis Bononienſis an. 1173. in Tabul. S. Judo-
ci: *Ita quod nullus præter eos vel eorum ſucceſſores in
coſta maris ab Alteia uſque ad Cantiam ſagenam poſ-
ſet deducere*, &c. *Tractus ſagenæ.* Charta Gaufredi
Comitis Andegavor. apud Sammarthanos in Abbatib.
SS. Sergii & Bacchi: *Confero in perpetuum Monaſte-
rio — tractum ſagenæ in flumine Meduana juxta ipſum
Monaſterium, qui tractus Tertii nomen habet.* Vide
Chartam aliam Philippi Regis Franc. an. 1283. apud
eoſdem in Archiep. Rotomag. ubi *tractus ſagenæ* eſt fa-
cultas piſcandi, & rete in piſcariam jaciendi & im-
mittendi. Metropolis Saliſburgenſis to. 2. p. 533. *Item
tres ſagenas, unam in Seebach, alteram in Maiſee, ter-
tiam Pat. quæ protenditur à pede montis, in quo ſita eſt
civitas Walkerſtegen.* Charta Henrici Imp. an. 1111.
ibid. p. 549. *Dedit & 3. ſagenas unam Sebach*, &c.
Ubi ſagena inde videtur ſumi pro *piſcaria.*

Sagena, Navigii ſpecies. Diploma Chilperici Regis
Fr. pro Eccleſia Tornac. apud Miræum in Cod. donat.
piar. pag. 16. *Teloneum de navibus ſuper fluvio Scalt
— vel quolibet commercio ſeu & de cariagio, vel de
ſagenis, nec non & de ponte ſuper fluvio Scalt* &c. Epi-
ſtola Ludovici II. Imp. ad Baſilium Imp. *Et quia
nonnulli Saracenorum Panormi latrunculi cum ſage-
nis — per Tyrrhenum mare debacchantur*, &c. Char-
ta Caroli C. an. 859. in Tabulario Abb. Belliloci in
Lemovicib. n. 4. *Ut nullus exactor vel judex publicus
nec de navibus, nec de ſaginatibus, vel carris, ſeu quibuſ-*

libet exactionibus undecumque fiſcus aliquid exire poteſt, quicquam ab eis accipiat. Charta Nicolai II. PP. in Chronico Reicherſperg. an. 1059. *Quot adverſa pertulerit — adeo ut columna Dei viventis jam jam pene videretur nutare, & ſagena ſummi piſcatoris procellis intumeſcentibus cogeretur in naufragii profunda ſubmergi.* Ita *Sagena piſcatoris,* apud Hugon. Flaviniac. pag. 192. quæ *Sagena B. Petri,* Petro Damiano apud Baronium an. 1062. n. 57. Laurentius Veron. l. 1. de Bello Balearico:

Barca, currabii, lintres, grandeſque ſagina.

Niſi quis *Sagitta* legat. Occurrit præterea in Vita S. Romuli Epiſcopi Januenſis, & alibi, ut σαγήνη crebro etiam eadem notione apud Græcos ſcriptores medii ævi. Conſtant. de Adm. Imp. cap. 31. pag. 99. lib. 2. de Themat cap. 1. 6. p. 79. 80. 94. 119. apud Mauricium l. 1. Strategic. cap. 21. Gregoram p. 72. &c.

Sagenula? eadem notione. Papias; *Sagenula pro navi ponitur.*

SAGIA. Jo. de Janua *Sagum, quoddam genus panni, vel veſtis tenuis & abraſa, — unde quoſdam pannos aſperos ſagias dicimus.* Vide *Sargia, Saiga,* & *Sagum.*

SAGIBARONES, *Sachbarones,* Cauſarum judices, qui in mallis publicis jus dicebant. Vetus Gloſſ. *Sagibarones dicuntur quaſi Senatores.* Lex Salica tit. 56. §. 2. *Si quis Sagibaronem, qui puer Regis fuerat, occiderit.* §. 9. *Si quis Sagibaronem qui ingenuus eſt, & ſe Sagibaronem poſuit, occiderit,* &c. §. 4. *Sagibarones in ſingulis mallobergiis, id eſt plebs, quæ ad unum mallum convenire ſolet, pluſquam tres eſſe non debent: & ſi cauſa aliqua ante illos ſecundum legem fuerit definita, ante Grafionem removere eam non licet.* Ubi *Sagibarones pueri Regis* dicuntur, quomodo *pueri noſtri qui judicia exequuntur,* in lege Burgund. tit. 56. §. 1. 4. Ex lege verò Salica colligitur *Sagibarones,* in judiciis pluſquam tres eſſe non debere; de quibus intelligendum cap. 46. §. 1. *Grafiones* verò cum ſeptem judicaſſe, ex cap. 52. §. 2. *Sagibaronum* mentio eſt præterea in Legibus Inæ Regis cap. 6. apud Spelmannum: *Si quis in Eccleſia pugnet 120. ſol. emendet. Si in domo Aldermanni vel alterius Sagibaronis pugnet 60. ſolidos emendet, & alios 60. pro wita.* Ubi editio Saxonica, ᵹeðunᵹenes ƿitan habet, quod Lambardus *ſapientis honorati* vertit. Idem Spelmannus, Wendelinus, & alii vocem deducunt à *Sacch,* ſive *Sacck,* cauſa de qua litigatur, & *Baro,* homo: ita ut Sachbarones, Juriſperiti fuerint, ſive *legis Doctores,* uti nuncupantur: *hommes de loy.* Alii à *ſaio,* de qua ſuo loco.

SAGIMEN, Adeps, ſagina, arvina, Jo. de Garlandia in Synonymis:

Sumen, & arvina, ſagimen; pinguedo, ſagina.

Ubi interpres: *Sagimen eſt pinguedo quæ expellitur ex carne in frixorio per ignem.* Catholicon parvum: *Sagimen, ſain.* Præſertim pinguedo, qua uti Monachis interdum conceſſum, ut obſervat Haëftenus lib. 10. Diſqu. Monaſtic. tract. 6. diſqu. 4. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 48. *Soli converſi ſunt in coquina, Cantores autem in Eccleſia, qui lardum prius aliquantulum cum oleribus coctum, & ſagimen faciunt.* Idem cap. 76. §. 57. *Omni die veſcuntur fratres ſagimine, præter Septuageſimam, & Adventum, & Vigilias Sanctorum, & 4. Tempora, & Rogationes.* Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 712. *In Italia & Paleſtina & aliis regionibus quibuſdam ſatis abundant olivæ, cujus fructu ditati, ad diverſos uſus condiendos non indigent ſagimine.* Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 8. Kal. Febr. *De quo fiet ſtatio panis, & vinum pauperibus dabitur cum ſagina.* 10. Kl. Jan. *Dedit nobis 6. arpentos vineæ apud Juri ad ſtationem 4. ferculorum, de quo Hoſpitale haberet ſagimen cum viſceribus.* Pœnitentiale MS. Thuanum: *A carne, ſagimine, & à caſeo, & ab omni pingui piſce abſtinere debes.* Occurrit ibi pluries, apud Cæſarium lib. 6. Miracul. cap. 4. in lib. Uſuum ordinis Ciſterc. c. 121. in Inſtitut. Gener. Capituli ejuſdem Ord. diſt. 13. c. 2. in libro de Exordio ejuſdem ordinis c. 15. &c. Utebantur etiam ſagimine ad ungendos calceos. Guigo II. Prior Cartuſienſis in Statutis ejuſdem ord. cap. 28. §. 1. *Tria paria caligarum, paria pedulium quatuor, pelles, capam, ſotulares nocturnos & diurnos, ſagimen quoque ad ungendum, lumbaria duo,* &c. Statuta antiqua ejuſdem ord. 3. part. c. 13. de Sutore: *Cum ei injungitur, eruit coria & ſagimen.* Charta an. 1301. pro Epiſcopo Ambianenſi: *Communitas boucheriorum Ambian. debent miniſtrare ſagimen optimum ad preparandos dictos bouchellos.* Ubi Gallica habent, *doit trover l'ointure a conroier les bouchiaus.* Vide *Unctum.*

SAGINA, pro *Saiſina. Ponere in ſaginam* aliquem, in vet. Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. p. 571. niſi mendum ſit.

SAGINALE, Italis eſt Calamus milii, in Vita B. Andreæ de Caterannis n. 16. ubi fortè legendum *Sagittale.* Vide *Sagitta.*

SAGINARII. Vide *Sagmarii.*

SAGINUM, Adeps ſuillus, Gall. *Sain.* Tabularium S. Remigii Remenſis: *Cenſus de Marſna. — In Auguſto 11. libr. & 8. ſolidi de ſagino.* Infra: *In Paſcha 22. ſolidi & dimid. de ſagino.* Alibi: *Habet ibi mulinum, ſolvit de annona mod. 30. ſagin. porc. 2.* Occurrit ibi pluries. Vide *Sagimen.*

SAGIO. Vide *Saio.*

SAGITTA, *Sagittea, Sagetia. Sagittaria.* Navigii ſpecies; *Barca ſottile,* Italis: *Saettia,* Jo Villaneo lib. 7. cap. 29. *Saetja,* in Legibus Alfonſinis part. 3. tit. 25. lege 7. ſic dicta, quod velox ſit, inquit Acariſius. Otto Friſing. lib. 1. de Geſtis Frid. cap. 33. *Aptatis triremibus & biremibus, quas modo Galeas ſeu Sagittas vulgo dicere ſolent, aliiſque navibus bellicis onerariis,* &c. Charta Guillelmi II. Regis Siciliæ in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 191. *Concedimus etiam prætaxato Monaſterio liberam poteſtatem ſemper habendi quinque ſagittas in portu Panormi & mari eidem civitati adjacenti,* &c. Hugo Falcandus pag. 675. *Itaque ſagitteam quanta potuit celeritate faciens præparari, nautis, armis, ceteriſque rebus neceſſariis eam præmunit.*

Sagittia. In Charta Willelmi Regis Siciliæ an. 1176. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Montis-regal. *Concedimus etiam prætaxato Monaſterio liberam poteſtatem ſemper habendi quinque ſagittias in portu Panormi, & mari eidem civitati adjacenti — quæ ad opus ejuſdem Monaſterii officium piſcationis exerceant.*

Sagitia, Sagittia, in Chronic. Piſan. an. 1163.

Sagetia, apud Gaufredum Malaterram lib. 4. cap. 2. *Philippum Georgii patrui cum velociſſima ſagetia verſus Syracuſam omnem rem exploratum mandant.* Vetus Charta apud Joan. Lucium lib. 3. de Regno Dalmat. c. 10. *Piratæ qui erant in ſagetia Comitis de Sevenico. Sagettie,* Apud Raimundum Montanerium in Chron. Regum Aragon. c. 272. 284.

Sagittaria. Radulfus de Diceto an. 1176. *Exin pro varietate locorum vario deſudans navigio, modo ſagittario, modo lintre, nec tam utens remo quam velo, Ducatum Apuliæ — pertranſiit.* Sed legendum *Sagittaria.* Idem an. 1184. *Coacta claſſe non modica, navibus infinitis, quæ vulgariter vel Galea, vel Sagittaria, vel oneraria cum certis nominibus diſtinguuntur.* Albertinus Muſſatus lib. 5. de Geſtis Italicor. rubr. 2. *Cum barchis ictiis, aliiſque quas Sagittarias ipſi (Veneti) appellant.* Speculum Hiſtoriale MS. Joannis Abb. Laudun. lib. 11. c. 63. *Car en cele ville avoit riviere portant navires, & i avoit trois galées & une ſagitaire,* &c. Chronicon Flandriæ cap. 82. *En la cité avoit une galere portant navire: & y avoit trois galées, & une ſagitaire.*

Sagittina. Anonymus de Geſt. Friderici II. Imp. *Eadem durante procella Carolus aſcendens quandam Sagittinam, non ſine perſonæ diſcrimine terram petit.*

Sagitta, in veſtibus dicitur pars ea quæ contrahitur in ſinus, quod ſagittæ ſpeciem effingant. *Rugoſi ſinus,* in l. 12. Cod. Theod. de Scænicis. Udalricus lib. 2. Conſuet. Clun. c. 11. *Sedens ad lectionem — anteriora ſrec-*

ci ſui ſemper in gremium ita attrahit, ut pedes poſſi bene videri. Girones quoque, vel quos quidam Sagittas vocant, colligit utrinque, ut non ſparſim jaceant in terra.

Sagitta, Flebotomus, quo venæ equorum percutiuntur, paſſim apud Vegetium de Arte veterin.

Sagitta, ruſticis, inquit Jo. de Janua, *noviſſima pars ſurculi in ſarmento, vel quod longius à matre; ex qua proſilit, receſſit: vel quod acuminis tenuitate teli ſpeciem præferat.*

SAGITTAMEN, Sagittarum materia vel multitudo. Knyghton an. 1389. *Et ei etiam pro ſagittamine quod ibidem in debellando conſumpſerat, 20. millia ſcutorum auri exſolveret.*

SAGITTARE. Otto Morena pag. 58. *Ipſe Imperator optimè ſciens ſagittare, multos de Cremenſibus interfecit.* Rogerus Hovedenus an 1192. *Et cepit — unum veneez qui quondam Chriſtianus fuerat, — & Rex poſuit eum ad ſagittandum, & ſagittatus eſt.*

SAGITTARIA, & *Sagittarius*, navis ſpecies. Vide *Sagitta.*

SAGIUM, Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10. *Ita quod per totum annum completum ſummatim ſunt libræ 39. & ſex unciæ, cum 4. ſagiis, cuilibet prædictorum.*

Sagium, Linteum ſubtile in quo farina excernitur. Statuta Ord. Præmonſtrat. diſt. 1. c. 11. *Panis verò communis & quotidianus eſſe poterit ſecundum diverſarum Eccleſiarum facultates cum ſagio, vel cum cribro.* Vide *Sagum.*

SAGMA, *Salma, Sauma, Sagmarius, Sommarius, Summarius*, &c. Voces unius ejuſdemque originis.

Sagma, Onus, ſarcina, in Gloſſis MSS. Gloſſæ Græco-Lat. Σάγμα, *Sagma.* Gloſſ. Lat. Gr. *Sagma*, ἐπισάγμα. Perperam utrobique editum *Salma.* Eginhardus in Vita Caroli M. *Facto ſupellectili, ut ſunt cortina, ſtragula, tapetia, fulcra, coria, ſagmata.* Vita Ludovici Pii an. 807. *Erant enim ſine ſagmatibus.* Theodulfus Aurelian. lib. 3. Carm. 12.

Sagmatibus tandem his quæ poſtulat uſus onuſtis,
Nos hinc digreſſos cepit Petricordia tellus.

Aribo Epiſcopus Friſingenſis in Vita S. Corbiniani n. 11. *Mitte ſuper eum* (equum) *ſellam ſagmariam, & ſterne illum, & ſagma ſuper illum impone.* Σάγμαν καμήλου, in Vita S. Eliæ junioris p. 165. Vide prætereа Annales Franc. Bertinian. an. 876.

Sagma, femin. gen. Papias, ex Iſidoro lib. 20. cap. 16. *Sagma, quæ corruptè Salma dicitur, à ſtratu Sagorum nuncupatur, unde & equus ſagmarius dicitur.* Mamotrectus 15. Levit. *Hoc ſagma tis, eſt ſtratura aſini: hæc ſagma, quæ corruptè dicitur ſalma, eſt ſella vel pondus & ſarcina quæ ponitur ſuper ſellam.* Gloſſar. Lat. Gall. *Sagma, æ, charge, ou ſelle.* Vegetius lib. 2. de Arte veterin. cap. 59. *Reliquum mulorum, equorum, aſinorumque genus ſub ſellis aut ſagmis ſolo tergo præſtat officium.* Tageno Pataavienſis & Chronicon Reicherſperg. an. 1190. *Relictis bigis & quadrigis, iter cum ſagmis aggreſſi ſumus.* Ordericus Vitalis lib. 6. p. 605. *Ut ad fomitem ignis duas ſagmas aſini quotidie acciperent.* Adde Chartam Caroli C. in Append. ad Capitul. n. 67.

Sagma, Theca ſcuti. Lactantius ad 9. Thebaid. Statii: *Corytos, theca arcus ſolius dicitur, ſicut pharetra ſagittarum, & ſagma ſcuti.* Suidas: Σάγμα, θήκη τῶν ὅπλων. Notum verò ὅπλον ſæpe ſumi pro ſcuto.

Sagmarium, idem quod *Sagma*, Σαγματίδιον, Ulpiano ad Demoſthenem. Gloſſæ Baſilic. [illegible] Ita Gloſſ. MSS. Regiæ: [illegible] Eadem pene Suidas & Gloſſæ Baſilic. Nicetas Barbarogræcus in Manuele lib. 6. c. 2. [illegible] Adde Leonis Tactica cap. 4. n. 36. cap. 5. n. 7. cap. 9. n. 36. 58. cap. 10. n. 12. & Rigaltii & Meurſii Gloſſaria. Arnoldus Lubec. lib. 7. c. 17. *Habebat ſanè Rex Otto munera multa Regis Angliæ avunculi ſui Ricardi, & 15. millia marcharum, quæ in ſomariis ferebant 50. dextrarii.* Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 33. *Omne ſtipendium quod in ſagmariis Geraldi delatum fuerat, paulatim defecit.* Nolim tamen præſtare hoc loco equos *ſagmarios* non intelligi.

Sagmarius, Equus clitellarius. *Sarcinarium jumentum*, Cæſari lib. 1. *Sarcinale jumentum*, Ammiano lib. 15. *Sarcinulator equus*, Willelmo Britoni lib. 12. Philipp. p. 241. Ἵππος σαγματάριος, Leoni in Tactic. cap. 6. n. 29. Gloſſ. Ælfrici: *Sagma*, ſeam-ſadol. *Sagmarius equus*, ſeam-horſ. Ubi perperam editum *ſagma & ſugmarius.* Lampridius in Heliogabalo: *Quæ pilento, quæ equo ſagmario, quæ aſino veheretur.* S. Honoratus Maſilienſis in Vita S. Hilarii Epiſc. Arelat. *Pedibus iter aggrediens, Romam ſine equo, ſine ſagmario vel ſago feſtinus intravit.* Petrus Damian. in Vita S. Odilonis Cluniac. cap. 23. *Repente ſagmarius multis oneratus ſarcinis per montis devexa collabitur.* Raimundus de Agiles p. 171. *Eſt alia* (via) *per montana Libani, tuta ſatis & copioſa, ſed gravis multum ſagmariis & camelis.* Utuntur Scriptores alii paſſim, Vegetius lib. 2. cap. 10. lib. 3. cap. 6. Capitul. an. 821. c. 2. Petrus Damian. in Vita S. Romualdi n. 23. lib. 1. Epiſt. 9. p. 30. Epiſt. 19. p. 91. lib. 2. Epiſt. 18. p. 170. Paſſio S. Vitalis n. 7. S. Bernardus lib. 3. de Conſider. cap. 3. Guidebodus lib. 2. p. 785. Petrus Bleſenſis Epiſt. 25. Guigo in Statut. Ord. Cartuſ. c. 19. §. 1. & Statuta antiqua ejuſdem Ord. 2. part. c. 8. §. 7. ubi & alibi ſemper *ſaginarius* edit. Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 18. 21. Leo Oſtienſis lib. 2. Chron. Caſin. cap. 19 Udalricus lib. 3. Conſuetud. Cluniac. cap. 4. Rigordus an. 1194. Chartæ aliquot in Bibliotheca Cluniac. p. 513. 1442. in Hiſt. Vergiacenſi p. 120. apud Doubletum p. 778. &c.

Sagmarius, Sagmatum confector, Σαγματοποιός, in Gloſſ. Lat. Gr. Eſt etiam

Sagmarius, qui *ſagmarium* equum vel jumentum agit. Deſtructorium vitiorum cap. 96. *Sagmarius quidam bubulcus arabat pratum ut ſeminaret: ſed boves, ut ſolebant, non arabant, imo pro paſſe recalcitrabant, propter quod arator eos aculeabat. Boves autem vociferati ſunt contra eum dicentes, Maledicte, quâ de cauſa perentis nos, quia ſemper ſervivimus tibi? Quibus ſagmarius, Cupio arare pratum, ut mihi & vobis cibum tribuat.*

Sagmare, Sagmarios onerare. Gloſſ. Lat. Gr. *Sagmat aſinum*, σαγματοῖ. *Sterne equum*, ἐπίσαξον τὸν ἵππον. *Sagmatus*, σεσαγμένος, perperam, *ſaginat*, & *ſaginatus* edit.

Sagmegium, idem quod *ſummagium*, de qua voce, mox. Concilium Bituricenſe an. 1031. c. 15. *Ut in die Dominica vectigalia non fiant, quod carregium vel ſagmegium dicitur*, &c. Ubi *vectigalia* ſunt *vecturæ.*

Salma. Ugutio, ex Iſidoro lib. 20. cap. 16. *Sagma, quæ corruptè vulgo dicitur ſalma, ſcilicet ſella, vel pondus & ſarcina quæ ſuper ſellam ponitur eis, & dicitur ſic à ſtratu ſagorum, i. ſellarum, vel quia ſella ſago ſolent ſterni.* Charta an. 1179. apud Ughellum to. 7. p. 706. *Concedimus ut prædicta Eccleſia unoquoque die ſemper capiat duas ſalmas lignorum de foreſta noſtra.* Alia apud eund. p. 1321. *Debet octo ſalmas vini*, &c. *Salma ſalis*, apud eundem to. 9. p. 467. *Salma frumenti*, in Charta Frider. II. Imp. apud Rocchum Pirrum to. 1. p. 144. to. 2. p. 285. Statutum Honorii IV. PP. pro Regno Neapolit. an. 1285. apud Odoricum Rainaldum n. 39. *Dummodo emptitiorum delatio de portu licito ad ſimilem portum, & cum barcis parvis centum ſolummodo ſalmarum vel infra capacium tantùm fiat.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10. *Tria ſextaria de Venetiis ſunt una ſalma de Apulia, tam de legumine, quam etiam de frumento.* Adde cap. 13. extrem. Itali *Salma* etiam dicunt.

Salmarius,

Salmarius, *ſagmarius*, in Miraculis S. Eutropii Epiſcopi Santonenſis n. 14.

Salmeſius, eadem notione. Itinerarium Gregorii XI. PP. *Percuſſo ſalmerio Antiſtitis Carpentoracenſis gladio crudeli manu interiit.*

Sauma, idem quod *ſagma*: noſtris *Saume*. Papias: *Ephippia, equorum freni, ſauma, vel pectoralia.* Joannes de Janua: *Sagma, corruptè vulgo dicitur ſauma, vel ſalma; i. ſella, vel pondus, vel ſarcina quæ ſuper ſellam ponitur*, &c. Alibi: *Sauma, onus.* Rhenanus lib. 2. Rer. German. p. 95. *Saumarum nomine clitellaria jumenta intelliguntur.* Capit. 2. an. 813. c. 10. *Et Marſcalci Regis adducant eis petras in ſaumas viginti*, &c. Charta Caroli M. poſt Aimoinum Brolii, & apud W. Hedam in Rixfrido Epiſc. Trajectenſi: *Teloneus exigatur, nec de navale, nec de carale, neque de ſaumis, neque* &c. Chartæ Alemannicæ Goldaſti c. 58. *Accepimus ab hac Eccleſia & Abbate — ſolidos 70. & caballos 5. cum ſaumas, & ruſias, & filtros, cum ſtradura ſua ad noſtrum iter ad Romam ambulandum.* Charta Ludovici Pii in Tabulario Monaſterii Foſſatenſis fol. 8. *Miſſos ſuos in aliquam partem Imperii noſtri negotiandi gratia dirigere cum carris videlicet & ſaumis, ſeu navigio*, &c. Acta Innocentii III. PP. p. 11. *Fecit illuc intromitti aliquas ſaumas farinæ.* Vide to. 2. Hiſtoriæ Francor. p. 665. Legem Longobard. lib. 1. tit. 14. §. 7. Synodum Metenſem an. 753. c. 4. Synodum Vernenſem an. 755. c. 26. Sugerium lib. de Admin. ſua c. 7. Chron. Trudonenſe lib. 9. p. 458. (ubi leg. *ſaumas* pro *ſamnas*,) Petrum de Vineis lib. 3. Epiſt. 23. 24. lib. 5. Epiſt. 91. Hieron. Rubeum in Hiſt. Ravennat. pag. 362. &c.

Sauma vini, inquit Brolius, ea eſt quam appenſis ad latera vaſis, vulgo *Barres* nuncupatis, equus ferre ſolet. Et apud Cenomanos dicitur eſſe unius & 90. pintarum cum ſemiſextariolo: quatuorque ſummas prægrande vas vinarium, ab eis *Pipe* appellatum, ac tot pintas quot ſunt in anno dies continens. Ita ille ex Tabulario S. Petri de cultura Dei. Falco Beneventanus an. 1124. *Tanta fuit fertilitas vini, quod — centum ſauma pro 30. denariis vendebantur.*

Saumarii, Equi *ſagmarii*, Gall. *Sommiers*. Fortunatus in Vita S. Germani Epiſc. Pariſ. c. 3. *Duorum ſaumariorum cum pane dirigit onera.* Chronicon Reicherſperg. an. 1190. *Milites inermes cæterumque vulgus cum ſaumariis & ſarcinis procedere inſtituit.* Leo Oſt. lib. 2. cap. 84. *Vidit repente multos nigros homines velut Æthiopes longo ordine incedere, onuſtoſque fæno ſaumarios minare.* Utuntur præterea Stephanus Torn. Ep. 230. Anonymus in Vita S. Alberti Abbat. Cambr. n. 6. Odo de Diogilo de Ludovici VII. Reg. Franc. profectione in Orientem lib. 2. p. 19. Chronicon Senonienſe cap. 7. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 150. Godefridus Monach. S. Pantaleon. an. 1190. 1195. Stephanus Carnotenſis Comes in Epiſt. to. 4. Spicilegii Acheriani pag. 258. &c.

Soumarii, pro *ſomarii*, in Charta Caroli III. Imp. an. 990. pro expeditione Romana §. 5. 7. apud Goldaſtum.

Saumerii, in Concilio Biterrenſi an. 1351. ſub finem.

Somarii. Ditmarus lib. 3. p. 33. *Cum ſomariis plurimis quaſi pecunia ſarcinatis.* Will. ab Oldenborg in Itinerario Terræ ſanctæ: *Tantam emittit piſcium multitudinem, ut ab omnibus ex omni provincia illuc confluentibus carrucis & ſommariis deducantur.*

Somarii, qui cellarii vinarii curam habent, quos noſtris *Sommeliers* vocant. Theodorus Campedonenſis in Vita S. Magni c. 3. *Cum jam hora refectionis appropinquaret, & miniſter refectorii ſomarius cervoſam adminiſtrare conaretur*, &c. Infra: *Quid eſt, ſomarie, quod habes in manu tua?* In Teſtamento Ludovici Hutini Reg. Franc. an. 1316. fit mentio *des ſommeliers, barilliers, portebouts, vaileurs, & nattés appartenans à l'Eſchançonnerie.* Porrò *Sommeliers* ejuſmodi miniſtros vinarios vocant, quòd horum potiſſimum curæ incumberent equi ſagmarii, quibus vinum deferebatur, tametſi eadem appellatio cæteris inferioribus miniſtris tribueretur qui clitellaria jumenta agebant. Will. *Guiart* an. 1302.

Et eſpées nuës eſcourre,
Sus garçons & ſus ſommetiers,
Et mettre à la mort charetiers.

Præterea hac nomenclatura donantur in aula Regum noſtrorum quotquot ſupellectilis Regiæ curam habent. In Ordinatione Hoſpitii Regis S. Ludovici an. 1261. à nobis edita in Notis ad Joinvill. occurrunt varii *Summularii*, nempe *Summularii mapparum, ſcancionaria, camera denariorum, fructuariorum, Capella*, &c. In Teſtamento Philippi Magni Regis Franc. an. 1321. fit mentio *des ſommeliers du cors, des armeures, & de la chambre.*

Saumata, *ſummata*, *ſomata*, Onus equi ſagmarii, *la charge d'un cheval. Saumata ſalis*, in Charta Ildefonſi Comitis Toloſæ an. 1141. apud Catellum in Hiſt. Toloſ. p. 192. 194. & in Hiſt. Occitan. p. 323. Fori Bigorrenſes art. 33. *Pageſius autem qui in conſuetudine non habet ſomatas deferre, ſi inventus fuerit à Milite, vel à Militis aut Comitis ſerviente, qui invenerit, vinum & ſubſellias accipiat, aſinum vero Comiti mittat.* Conſuetudines Eccleſiæ de Regula in Aquit. apud Labeum to. 2. Bibl. *Si vinum emerint, & poſtea vendiderint, obolum domino de unaquaque ſaumata dabunt.* Ibidem: *De unaquaque ſaumata lignorum dabitur*, &c. Charta an. 1243. *150. ſaumatas de calce, quas habuerunt homines de Villanova.* Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo an. 1107. *Morardus — dedit illum quartonem Humberto & ſorori ſuæ, id eſt unam ſaumatam, & vendidit illum quartonem ſive ſaumatam mihi Guigoni.*

Somatum. Tabularium Eleemoſynæ S. Pauli Viennenſis: *Sub cenſu unius ſomati de vino.* Occurrit ibi pluries.

Summata. Apud Hemereum in Auguſta Virom. an. 1116. Simon Novioméenſis Epiſc. donat Altare de *Montbrebin*, hac conditione, *ut ſingulis annis 2. ſolid. pro ſummata, & 6. denarios pro obſonio Decano Epiſcopi perſolveret.*

Summarius, Equus *ſagmarius*. Matth. Paris an. 1245. *Equis clitellariis, quos Summarios vocamus.* Utuntur Will. Tyrius lib. 21. cap. 23. Petrus Bleſenſis Epiſt. 94. Geſta Ludovici VII. Reg. Franc. cap. 6. 11. Vita S. Humberti Maricolenſis n. 5. Geſta Innocentii III. PP. p. 135. Guntherus in Hiſt. CP. c. 23. &c.

Samerius, pro *ſaumerius*, apud Will. de Baldenzeel in Hodœporico Terræ ſanctæ: *Species namque Indicæ — à majori Armenia in camelis & aliis ſameriis adducuntur.*

Someтum. Tabularium Priorat. de Domina in Delphinatu fol. 120. *Barberius de domo ſua 16.* (denarios) *& 1. ſometum.* Ita ibi pluries: ſed alibi *ſaumerium* ſcribitur.

Summa, idem quod *ſagma*. Will. Brito lib. 9. Philipp. p. 208.

Ducere quadrigas quibus eſt ſummaſque neceſſe
Expedit, &c.

Rodericus Toletanus lib. 8. cap. 4. *Addidit etiam gratiam gratiæ, & cibariorum vehicula cum cæteris neceſſariis ſexaginta millia ſummar & ultra, cum ſummariis erogavit.* Alanus in Parabolis:

De minimis granis fit grandis ſumma caballi.

Suamaticum, *Summagium*, Præſtatio *ſummariorum* ad exportandas res dominorum, vel *teloneum de ſarcinis*, uti appellatur in Charta Caroli M. apud W. Hedam p. 127. 1. edit.

Saumaticum, vel *ſaumaticus*. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 656. *Laudaticos, ſaumaticos, ſalutaticos*, &c. Charta Friderici II. Imp. an. 1214. pro Eccleſia Vienienſi apud Sammarthanos: *Non ſilvati-*

ſum , non ſummaticum , non pulveraticum exigere an-
deat.
Summagium. Conſuetudines Solemniaci in Arvernis MSS.
Item pro ſummagio tenetur quilibet dare in dicta vil-
la prout dare in eadem villa aliàs legitimè conſue-
vit. Charta an. 1294. *Tres ſolidos ſummagii ſuper feo-*
dum Baudri. Occurrit hac notione vox *ſummagium*,
in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 118. 417. 419. 669.
to. 2. p. 14. 71. 184. 812. 827. to. 3. p. 18. in Chro-
nico Petri IV. Regis Arag. lib. 3. c. 22. &c. Ubi ferè
ſemper cum *cariagio* jungitur, id eſt obligatione dan-
di *carra* ad vehendas & exportandas res domino-
rum , appellaturque *Summaige* , & interdum etiam
ſumitur pro caſtrorum impedimentis. Ejuſmodi verò
ſagmarios debebant *Communitates* civitatum , Mona-
ſteria , & Eccleſiæ , in occaſionibus bellicis. Charta
Ludovici VIII. Regis an. 1223. pro Abbatia Humo-
larienſi apud Hemereum : *Quitamus etiam dictis Ab-*
bati & Conventui — ſummarium unum , quem nobis
debebant , quando in exercitum ibamus. Alia Caroli V.
Regis an. 1412. apud eundem : *Nous ayons mandé &*
fait faire commandement par nos Gens Officiers à plu-
ſieurs Prelats , Abbez , Chapitres , & autres Egliſes de
de noſtre Royaume , qui ſont de toute ancienneté tenus
nous faire finance de chariots , de charettes garnies de
chevaux , de ſommiers , de harnois , & autres choſes à ce
neceſſaires , toutes & quantesfois que nous nous diſpoſons
d'aller en aucune expedition & fait de guerre , &c.
Summagium , in Juribus & Conſuet. Normanniæ c. 34.
ubi Gallica editio : *Les fiefs de pardeſſous ſont , qui de-*
ſcendent des fiefs chevels , & ſont ſoubmis a eux : ſi com-
me les vavaſſories qui ſont tenues par ſommage , & par
ſervice de cheval. Ubi vetus Interpres : *Et par ce mot ,*
& par ſervice de cheval , ſont entendus villains ſervices
qui ſe font à ſac & à ſomme , leſquels on appelle commune-
ment ſommages. Cap. 53. *Nul qui tient ſon fief par vil-*
lain ſervice , ne doit avoir la Cour de ſes tenans de ce
meſme fief : ſi comme ſont les bordiers , & ceux qui ſervent
à ſac & a ſomme , & les autres qui doivent les villains ſer-
vices. Ubi editio Latina , *ſervientes ad ſaccum & ſom-*
mam. Atque inde *ſumma* noſtris ſumitur pro certa ac
rata granaria menſura , ſcilicet equi ſagmarii onere.
Charta Anglica apud Prynneum in libertatib. Angl.
to. 2. p. 255. *Mandatum eſt — quod permittant —*
venire bladа ſua per ſummas uſque ad feſtum S. Ka-
tharinæ.
Summare , Sagmare , ſummarios onerare , *Charger les ſom-*
miers , in Fleta lib. 2. c. 85. §. 1.
Summularii , qui vulgò noſtris *Sommeliers*. In Ordinat.
Hoſpitii S. Ludovici Reg. Franc. an. 1261. & Philippi
IV. an. 1285. occurrunt paſſim *Summularii mapparum* ,
Summularii Scancionariæ , *Summularii Cameræ* , & *De-*
nariorum ſcriptorum , & *Fructuariorum* , & *Capellæ*.
SAGOCHLAMYS , Indumentum militare quod partim
ſagi Romani vel Gallici , & chlamydis Græcanicæ
formam referebat. Epiſtola Valeriani apud Pollionem
in Claudio : *Tunicas ruſſas militares annuas , ſagochla-*
mydes annuas duas , &c.
SAGRABA. Vetus Agrimenſor p. 310. *Termini autem*
montes nec uno modo , nec uno tenore ſunt conſtituti in
trifinium aut quadrifinium , & ſagrabam , quam appel-
lant Alluvionem.
SAGULA , *Sagulare*. Hiſtoria Obſidionis Jadrenſis lib. 1.
c. 38. *Tandem hic carabus ad quirinalem urbis partem*
ſe traxit , juxta , imò præteriens ſagulas. Et mox : *Sed*
ſagulare , in quo erat ... congredi , & confixus recedere
non ſinebat.
SAGULUM. Guillelmus Bibliothec. in Stephano VI. *Ob-*
tulit in ea crucem auream ſuper altare cum gemmis &
ſmalto , & ſagulum ad pendendum in regno , & ceroſta-
ta veſtita de argento paria duo.
SAGUM , vel *ſagus* . Militare indumentum quod armis
ſuperinducebatur , Gallis proprium , ut teſtantur Varro ,
Diodorus Siculus , & alii. Ejus forma quadrata erat
ſeu quadrilatera : unde *quadrati ſagi* dicuntur Afranio.
Iſidorus lib. 19. Orig. c. 24. *Sagum , Gallicum nomen*
eſt : dictum autem ſagum quadrum , eo quod apud eos
primum quadratum , vel quadruplex erat. Nectebatur
illud fibula circa humerum. Varro apud Nonium :
Cum neque aptam mollis humeris fibulam ſagus ferret.
Plutarchus : Αὐτὸς σάγον ἀναπεπορπημένος μάχεται. Diodorus
Siculus : Ἐπιπορποῦνται δὲ σάγους ῥαβδωτοὺς , ἐν μὲν τῷ χειμῶνι
δασεῖς , κατὰ δὲ τὸ θέρος , ψιλούς. Erant igitur hyberna ſaga ,
ut autor eſt Diodorus , denſiora , ex lana ſcilicet craſſa
& villoſa , uti deſcribuntur à Strabone lib. 3. & 4.
Sagum verò æſtivum fuit levius , cujuſmodi deſcribi-
tur à Statio lib. 7. Thebaïd.

Et rubet imbellis Tyrio ſubtegmine thorax.

Ubi Lactantius : *Tyrio ſubtegmine , id eſt , ſub veſte*
purpurea videbatur ſplendor loricæ. In Concilio Lipti-
nenſi & Capitulari 1. Carlomanni c. 7. *Presbyteri &*
Diaconi ſagis Laicorum more uti vetantur , ut & in Ep.
105. Bonifacii Archiepiſc. Moguntini : *Interdiximus*
ſervis Dei , ne pompato habitu , vel ſagis , vel armis u-
tantur. Chronicon Fontanellenſe cap. 10. *Erat autem*
de ſecularibus Clericis , gladioque quem Semiſpathium
vocant , ſemper accinctus , ſagaque pro cappa utebatur ,
&c. Sed legendum *ſago*. Ejuſmodi ſaga militaria intel-
lexit Alcuinus lib. de Offic. Divin. *Sicut ſolent habere*
milites tunicas lineas ſic aptas membris , ut expediti
ſint dirigendo jaculo , tenendo clypeum , librando gladium.
Et Adalbero Laudunenſis Epiſcopus in Carm. ad Rober-
tum Regem Franc.

Et veſtis crurum tenus eſt , curtata talaris ,
Finditur anterius , nec parcit poſteriori ,
Ilia baldringo cingit ſtrictiſſima pictо.

Vide Diſſertat. 1. ad Joinvillam.
Saga Freſonica , quæ breviſſima fuiſſe innuit Monachus
Sangall. lib. 1. c. 36. lib. 3. c. 41. *Pallia Freſonica* ,
eod. lib. cap. 14. Bonifacius Moguntinus Archiep.
Epiſt. 42. *Quare non tranſmiſiſti veſtimenta , quæ de-*
buiſti mittere de Freſarum provincia ? Le Roman d'Au-
beri MS.

Mantel et chier que teiſſirent Friſon.

Sagarius . *Negotiator* , Sagorum venditor veteri interpreti
Juvenalis Sat. 6. v. 589.
Sagum. Annales Francorum Fuldenſes an. 888. *Ob id*
ergo & a Rege eſt clementer ſuſceptus , nihilque ei an-
tequaſti regni abſtrahitur. Excipiuntur curtes , navium
& ſagum.
SAGUM , *Saga* , *Sagia* , *Saia* , *Saium* , Panni ſpecies ,
Gall. *Saie* , unde Picardis noſtris *Saieteur* , Saiarum
confector. Academici Cruſcani : *Saia , ſpetie di panno*
lano , il piu ſottile , e ſaia drappata dicono à una ſorte
di panno lano fino , chiamato da i foraſtieri Peluzzo di
Siena.
Sagum. Adalardus in Statutis Corbeienſib. lib. 1. cap. 3.
Cappam verò de ſago , & pelliciam. Infra : *Cæterum*
capella , broccus , ſive cuculla de ſago unde broccus fieri
poſſit , ad arbitrium Prioris erit. Hariulfus lib. 3. cap.
3. *Fanones ad offerendum auro parati 14. ex brandeo*
3. *ex pallio 15. ſaga ad patenas ferendas 4. pallia 78.*
&c.
Saga. Vetus Rotulus an. 1267. *Pro 2. coopertoriis , &*
8. *ulnis & dimid. de ſaga pro caligis , 94. ll.* W.
Thorn an. 1254. *Quod pro liberatione 20. tunicarum ,*
quæ ante illud tempus erant de ſaga , fieret liberatio in
feſtivitate S. Auguſtini 20. tunicarum de bono brune-
to , &c.
Saia. Hugo de S. Victore lib. 2. de Clauſtro animæ :
In illos etiam qui tunicis induuntur , voluptas pedem po-
ſuit , non quod camiſiis induantur , ſed quodam delica-
to panno , qui vulgo Saia vocatur. Charta Octaviani
Card. pro Senenſibus Canonicis apud Ughellum to. 3.
p. 634. *Cappam apertam de ſaia ſcilicet , & cottam*
vel camiſiam ſuperaneam , &c. Adde Rainardum Ab-
batem Ciſtercienſem in Inſtitut. c. 83. Vide *Saia*.
Sagia. Chronicon Fontanellenſe cap. 15. *Pallia diverſa*

12. *ſagiam unam, ſanones duos*, &c. Veteres Schedæ apud Mabillonium: *Hoc eſt caſula fuſcana venelena 1. ſagiæ fuſca 2. caligas albas 4. ſagia de baira 1.* &c.

Saxum. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham p. 778. *Sorores laicæ tunicas ſubtiles de ſaxo inde pro infirmitate ſui corporis habentes.* Fortè leg. *Saxo*.

Sagus, *Sagum*, Stragulum lecti. Papias: *Sagum, ſtragulum, coopertorium*. Gloſſ. Gr. MS. Reg. cod. 1673. Σαγίον, ἐπίβολαιον, ἐπίσαγμα. Aliud, cod. 930. σάγον, ἐπίβολαιον, ſagum. Gloſſ. Gr. Lat. Σαγος, *ſagum*. Σάγιον, *lodex*, *Gaunacum*. Varroni, dicitur ſuitle ma ut *ſagum* & & *amphimallon*. Exod. cap. 26. *Facies & ſaga cilicina undecim ad operiendum tectum tabernaculi.* Ubi Græcus interpres δέῤῥεις τριχίνας habet. Marcellus Empiric. c. 22. *Aliquandiu jaceat, & cooperiat ſe ſagis.* Adde c. 26. Caſſianus lib. 5. de Cœnob. inſtit. c. 31. *Cujus infirmitatis obtentu ſagum habere coactus ſum.* Acta S. Thyrſi Mart. cap. 5. *In ſagis groſſis & ruſticanis involvuntur corpora eorum.* Vita S. Benedicti Anian. Abb. c. 3. *Sagum, in quo jacuerat, perferens.* Chron. Fontanellenſe: *Ad ſagos 15. in lecta mittendum lib. 2. & ſemis.* Adalardus in Statutis Corbeienſib. lib. 1. c. 3. *Cottum, aut lectarium; ſive ſagum in tertio anno accipiant.* Regula Magiſtri cap. 81. *In lectis habeant in hyeme ſingulas mattas, & ſagos tomentarios ſingulos, & lanas.* Warnerius MS. in Capram Scottum Poëtam & Monachum:

Sit ſagus lecto, capiti capitale jacendo,
Matta ſit, & lana, non requies nimia.

Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 19. *Cum verò infirmus morti proximus propinquaverit, ad terram ſuper ſagum ponat.* Tabularium Monaſterii S. Andreæ Viennenſis: *Similiter quicunque de dormitorio aut lanam, aut ſagum, aut capitale, aut quamlibet ſupellectilem ſine licentia regulari ſubripuerit, in omni loco careat conſortio fratrum, ſicut fur*, &c. Occurrit in Regula Solitariorum cap. 50. in libro Uſuum Ordinis Ciſtercienſis c. 88. 94. in Vita S. Opportunæ c. 4. apud Sur. 22. April. in libro Epiſtolar. S. Bonifacii Mogunt. Ep. 92. apud Altfridum in Vita S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. n. 11. Gregorium Turon. lib. 9. cap. 35. &c.

Sagellum, eadem notione. Capitulare triplex Caroli M. an. 808. c. 5. *Ut nullus præſumat aliter vendere & emere ſagellum meliorem duplum 20. ſolidis, & ſimplum cum 10. ſolidis.* Vita S. Eugendi Abb. c. 2. *Palleis verò lectuli inventilatis multo tempore, vilique ſagello conſtrictus, pelliceoque ſuperpoſito conquievit.* Utitur etiam auctor Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurenſis n. 5. 6. Adde Smaragdum in cap. 55. Regulæ S. Benedicti.

Sago jactari, Ludus veterum, apud Suetonium & Martialem, & in Collatione Legis Moſaicæ tit. 1. qui *Sagatio*, σαγισμός, dicitur in Gloſſ. Lat. Gr. uti obſervatum à Petro Pithoeo.

SAGUTA, ruſticis dicitur noviſſima pars ſurculi in ſarmento, vel quia longiùs à matre, ex qua proſiluit, proceſſit, vel quia à culminis tenuitate cæli ſpeciem præferat. Summitates vitium & fruticum etiam *flagella* dicuntur, quia flatu aguntur. Hæc Ugutio.

SAIA, *Saium*. Vide *Sagum*.

SAICA, Monetæ Germanicæ ſpecies. Leges Portoriæ Ludovici IV. Imp. an. 904. apud Aventinum lib. 4. Annal. Bojorum, & Goldaſtum to. 3. Conſtitut. Imperial. p. 210. *Venedi qui de Rugis Boemis mercandi gratia veniunt, de ciſtella unum ſcutatum tribuunt: de mancipio, caballis venditis, ſaicam unam.* Eadem fortè quæ *Saiga*, de qua mox.

SAIED. Charta Auſtindi Archiep. Burdegal. apud Marcam in Hiſt. Benearn. lib. 4. c. 7. *Ne unquam clam, nec ſaied, nec juſtitiam, nec conſuetudinem aliquam in omni Nugarolenſi villa facere præſumant.*

SAIGA, in Lege Aleman. tit. 6. §. 3. definitur *quarta pars tremiſſis, hoc eſt denarius unus. Duæ autem ſaigæ duo denarii dicuntur.* Occurit præterea in Leg. Bajuwar. tit. 1. cap. 3. §. 1. tit. 4. §. 2. tit. 8. cap. 2. §. 9. 4. tit. 11. cap. 6. tit. 13. cap. 9. 10. tit. 16. &c. Charta Alamannica Goldaſti 60. *Friſcinga ſaiga valente.* Charta alia apud eundem Goldaſtum to. 3. Alamannicorum, p. 58. *Cenſumque inde ſolvam annis ſingulis unam ſaigam, in quocumque pretio potuerim. Saigata*, in Charta 67. apud eundem.

Sagia, pro *ſaiga*, in Capitul. ad Legem Alaman. c. 33. Vide *Saica*.

Seiga, eadem notione, in Charta donationis ſub Carolo Pipini filio: *Quidquid in villa nuncupata — viſus ſum poſſidere, — ad jam dictum Monaſterium trado perpetualiter poſſidendum, in eam videlicet rationem, ut hoc ipſum ad me recipiam ſub uſufructuario tempore vitæ meæ perfruendi, cenſumque inde ſolvam ſingulis annis unam ſeigam in quocumque pretio potuerim.*

Seigit. Charta 60. inter Alamannicas Goldaſti: *Hoc eſt de annona ſpelda modias 10. & de accina 10. & friſginga ſeigit valente.* Quod verò Vadianus de vocibus iſtis commentatur pag. 60. lib. de Monaſteriis Germaniæ, nihili eſt.

SAIONES, vel *Sagiones*, apud Gothos & Wiſigothos, dicti Apparitores, regii videlicet ac Magiſtratus miniſtri, qui ad eorum juſſa exequenda ſemper præſto erant: quod præ cæteris docet Senator lib. 12. Epiſt. 3. Iſidorus lib. 10. Orig. *Saio, ab exigendo dictus.* Gloſſæ vett. *Saio, pœnator, tortor.*

Saiones, apud Senatorem lib. 1. Epiſt. 24. lib. 2. Epiſt. 4. 13. 20. lib. 3. Epiſt. 20. lib. 3. Epiſt. 48. lib. 4. Epiſt. 27. 28. 32. 34. 47. lib. 7. Ep. 42. lib. 8. Epiſt. 27. lib. 9. Ep. 18. in Legibus Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 17. 25. tit. 2. §. 4. 10. lib. 5. tit. 3. §. 2. lib. 6. tit. 1. §. 6. lib. 10. tit. 2. §. 5. in Præcepto Caroli M. pro Hiſpanis Edit. Baluz. apud S. Fructuoſum in Regula c. 10. 18. 21. in Concilio Emerit. cap. 8. Coyacenſi an. 1050. c. 8. 13. &c.

Sagiones. Vitalis Epiſcopus Oſcenſis de Alamino Saracenorum judice: *Et exercet in Curia Zavalachen apparitoris officium, vel ſagonis.* Libertates Regni Majoricar. MSS. *Curia, Bajulus Sagio, vel eorum locumtenens non intrabunt domos veſtras pro aliquo crimine vel cauſa ſuſpicionis per ſe ſolos.* Infra: *Non dabitis Bajulo vel Sagionibus aliquid pro veſtra juſtitia facienda, vel exequenda: ſed ſi ſagio ierit extra civitatem, des ei conquirens 6. den. pro leuga.* Curia General. Catalaniæ celebrata in villa Montiſſoni anno 1289. ſub Alphonſo Rege Arag. MS. *Statuimus quod Sagiones ponantur in Curiis boni & idonei, & quod ſint pauci, ita tamen quod ſufficiant ad ipſum officium.* Sagionum crebra etiam occurrit mentio in Conſtitutionibus Barcinonenſibus vernaculis MSS. ubi dicuntur *Saigs*.

Saionititium, *ſaonititium*, *ſcotitium*, Saionum exactiones, vel juriſdictio. Charta Beremundi II. Regis æræ 1028. apud Ant. *de Tepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. *Inſuper ſaonititium abſtrahimus ab eo, & omni merito prohibemus ne intret in eum, aut in cautum ejus, vel in aliquam villam, abſque permiſſu Abbatis, ſive aliorum patrum.* Alia æræ 1176. ibid. *ſcotitium* habet.

Charta Alfonſi VI. Imp. Hiſpan. an. 1096. apud eundem *de Tepez* to. 6. *Qui pro ſaione ipſa die directum non dederit, det quinque.*

Sagionia, Officium *ſagionis*, ſeu *ſajonis*. Curia Generalis Catalaniæ celebrata in villa Montiſalbi ab Alphonſo Rege Aragon. an. 1333. *Quod ſagionia non vendantur de cætero, nec vendi poſſint per bajulum noſtrum generalem*, &c.

SAISIRE, vox mera puta Gallica, *Saiſir*, Mittere aliquem in poſſeſſionem, inveſtire, occupare, poſſidere: cujus etymon à *Sacire*, de qua voce ſupra, quidam deducunt. Ivo Carnotenſis Ep. 101. *Cujus reculas ſaiſivit.* Idem Epiſt. 121. *In vico Coriariorum ſaiſierunt.* Will. Malmeſbur. lib. 1. de Geſt. Pontific. *Rex ergo Archiepiſcopum ſaiſivit.* Occurrit paſſim.

Saiſiare, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 26. 29.

43. apud Ordericum Vitalem lib. 9. p. 721. &c.

Saſio, *nis*, *Saſire*. Sugerius Abb. S. Dionyſii Epiſt. 160. *Quando literæ veſtræ venerunt ad me de annona & rebus Clericorum Compendienſium ponendis in Saſione, Canonici maximam partem earum aſportari fecerunt, quod vero reſiduum eſt, totum ſaſiri faciam.*

Sazire, in Concilio Copriniacenſi c. 28.

Saiſiſcere, & *Diſſaiſiſcere*, in Concilio Illebonenſi c. 47.

Saiſina, Miſſio in poſſeſſionem. paſſim.

Saiſina viva. Concilium Bituricenſe an. 1336. c. 12. *Ponitur temporalitas Eccleſiæ ad manum ſecularem, & ſic poſita detinetur cum ſaiſina viva, quouſque dicta ceſſatio ſit amota.*

Seiſinare, Saiſinam dare. Aſſerus de Rebus Geſtis Ælfredi: *Et ego in nomine Dei ſacri in mandatis committo, quod ipſis nemo contradicat, neque cum armis, poteſtate, nec virtute, neque alio reſiſtendi modo, quod illi non poterunt ſeiſinare, vel introducere quemcumque illis placuerit in eorum terras, poſſeſſiones, & dominia.*

Saiſinare. Synodus Salmanticenſis an. 1294. c. 5. *Plerique nobiles — decimas — jure hæreditario poſſidendas ad manus ſuas ſaiſinant*, &c. Utitur etiam Concilium Matiacenſe an. 1326. c. 55.

Saiſimentum, Præſtationis ſpecies. Tabularium Majoris Monaſterii ch. 174. *Hilgodus cogn. Cunearius, acceptis 15. ſolidis, dimiſit quamdam conſuetudinem, id eſt, ſaſimentum, quod ipſe injuſte immiſerat in terra D. Fulberti Monachi*, &c.

Saſſinamentum, idem quod Invaſio, uſurpatio, *Saiſimentum*. Charta Philippi Ducis Tuſciæ an. 1195. in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 226. *Præterea invaſiones terrarum omnium, & intermiſſiones, & ſaſſinamenta tempore patris & fratris noſtri — facta*, &c.

Diſſaiſire, *Diſſaiſiare*, Poſſeſſione exuere, deturbare non impetrata à judice venia: ut contra, *ſaiſire* eſt in poſſeſſionem mittere. Statutum S. Ludovici an. 1255. c. 20. *Balivis noſtris & officialibus inhibemus ne deſſaiſiant aliquem ſine cauſa cognitione, vel noſtro ſpeciali mandato.* Regiam Majeſtat. lib. 3. c. 36. §. 2. *Cum quis — alium injuſtè & ſine judicio diſſaſiverit de libero tenemento ſuo, diſſaſito hujus conſtitutionis beneficio ſubvenitur — nempe recognitione de nova diſſaiſina.* Ordericus Vitalis l. 8. *Pro terra matris ſuæ — qua Rex eum diſſaiſiverat.* Adde lib. 13. p. 900.

Diſſeiſiare, apud Bromptonum. *Injuſte diſſaiſiatus*, in Legibus Henrici I. c. 53.

Diſſaiſina. Fleta lib. 2. c. 82. § 3. *Nec ſuſtineat quod aliquis alicui officio deputatus de nocte vel de die, ferias, mercatos, diſſeiſinas, vigilias, luctas aleat, vel tabernas.* Adde Regiam Majeſt. lib. 2. cap. 40. §. 3. & Littletonem ſect. 233. 279. *Duplex eſt*, ut ait Skeneus; *aut enim fit in rebus immobilibus, & vulgò vocatur Ejectio, ut in terris & tenementis: aut fit in rebus mobilibus, ut in catallis, veluti ovibus, bobus, pecunia, & Spolium, ſive Spoliatio vocatur.* Radulfus de Hengham in Parva cap. 7. *Quibus modis fit diſſeiſina: Sciendum quod cum quis tenens realiter ejicitur de tenemento. Item abſens cum ingredi voluerit ejicitur & repellitur. Item cum manuopus alicujus impeditur per ſuperfluoſam, & hoc in tenemento diu ante appruato*, &c. Vide Bractonum lib. 4. tract. 1. c. 3. Fletam lib. 4. c. 1. §. 8. & Raſtallum verbo *Diſſeiſin*.

Diſſaiſitor, qui à poſſeſſione quempiam dejicit: in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 13. §. 1. 2. & in Fleta lib. 1. c. 12. §. 4.

Rediſſeiſina, dicitur, cùm aliquis de tenemento ſuo diſſeiſitus, per curiæ judicium ſeiſinam ſuam recuperavit, ruriumque ab ea ejicitur. Vide Fletam lib. 1. cap. 20. §. 107. lib. 4. c. 19.

Rediſſeiſitor, in Fleta lib. 2. cap. 1. §. 16. cap. 65. §. 7.

Reſaiſire, iterum *ſaiſire*, apud S. Anſelmum lib. 3. Epiſt. 109. 110. ubi perperam editum *reſarcire*.

SAKABURTH. Vide *Saccabor*.

SAKE, inquit Fleta lib. 1. c. 47. §. 7. ſignificat *acquietantiam de ſecta ad Comitatum & hundredum*. Raſtallo, eſt Placitum de emenda & tranſgreſſione hominum in curia alicujus, quia, inquit, *Sake* Anglicè, eſt *Acheſon* Gallicè, & dicitur *pur ſicke ſacke*, idem quod *pur quel acheſon*, & *ſake* dicitur *par forfait*. Vide *Saca*.

SAKONES Michalo Lituanus de Moribus Tartaror. frag. 7. *Non injuria igitur progenitores S. Majeſtatis V. libertatem licentiamque hanc hæreditatum* (tenendi & tuendi arces) *non permittebant mulieribus, ſed eas nuptui tradebant, ſuo, non illarum arbitrio, non opibus nec genere, ſed virtute nobilioribus viris, qui ſe nobilitabant profundendo in bello & ſuo & hoſtium ſanguine. Itaque agaſonibus etiam, qui ſe bene in re bellica geſſerunt, dabantur hic heroidæ uxores: vocati quidam Sakones & Sungalones.*

SAL. Conſtantinus African. lib. de Gradib. ſub fin. *Sal quatuor modis eſt: eſt enim ſal quod fit in ſalinis, id eſt commune: eſt & Indicum, cujus color pertinet nigredini, lucidum tamen & durum eſt: eſt & aliud quod Nauticum, id eſt aqua coagulata de puteolo.* Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 8. *De terra in littore maris, ubi ſalem faciunt*, &c.

Sal terræ, apud Adamnanum lib. 2. de Locis SS. c. 18.

Sal. Vide *Sacramentum Catechumenorum*.

Sal juxta *projectos*, ſeu *expoſitos*, apponi præcipitur in ſignum baptiſmi non ſuſcepti, in Concilio Nemocienſi an. 1298. c. 2.

SALA, Domus, ædes quævis. Gloſſar. Theotiſcum Lipſii *Salethu, Tabernacula.* Lex Alamann. tit. 81. *Domum ejus incendat, ſeu ſalam.* Lex Longob. lib. 1. tit. 11. §. 7. *De ſala propria exire.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 48. *Si quis bovolcum de ſala occiderit, componat ſol.* 20. Synodus Ravennenſis an. 877. c. 17. *Cortes, maſſas, & ſalas*, &c. Charta an. 861. apud Baluzium in Appendice ad Capitul. n. 89. *Ipſas ſalas, ſeu ejus palatiolum, quod vocatur Merlac*, &c. Charta Ottonis Imp. apud Ughellum to. 7. Italiæ ſacræ pag. 1294. *Hæc ſupradicta petia de terra cum caſa, quod eſt ſala*, &c. Alia an. 908. in Hiſt. Pergamenti: *Conceſſit eis præfatum clauſtrum, cum ſala, & aliis ædificiis inibi conſtitutis, cum curte & horto*, &c. Charta an. 955. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus: *Nec non & alio caſtro meo cum caſa ſolariata, cum ſala, & caminata, atque lobia*, &c. Alia apud Puccinellum in Vita S. Simpliciani: *Una cum caſtro, & turre, & ſolariis, & ſalis, & caſſina, cum areis earum ſeu curte*, &c. Charta an. 1246. apud Columbum l. 3. de Epiſc. Siſtaricenſib. n. 20. *Totum viridarium ſive hortum ſanctæ Siſtaricenſis Eccleſiæ, quod eſt ſitum inter ſalam clauſtri, & muros civitatis.* Richardus de S. Germano in Chr. an. 1214. de Saphadino: *Primo die recipit ipſos in prima ſala de Cayro, ubi ſemper eſt ſtatus ejus.* Leo Oſt. lib. 2. c. 81. *Curtem in ſala ad ipſi Porcari.* Ermenricus in Vita S. Soli cap. 4. *Quod licet exiguum ac vile viſui haberetur*, (loci ſitus) *proprio tamen ſtratis palatiis hoc delectabiliter poſitus eſt. In pago namque, ſuala, vel domo ipſe locus ſitus eſt.* Ubi fortè pro *ſuala*, legendum *ſala*, ut idem fuerit cum *domo*, tametſi hæc minus cohærent. Ericus Upſalienſis lib. 5. Hiſt. Suecicæ: *Sequenti ætate fecerunt Duces Ludoſiæ ſalam pulcherrimam, & magnitudinis admirandæ, cum cellariis & cæteris principalibus habitaculis pro glorioſa curia tenenda.* Adde Ughellum to. 4 in Append. pag. 7. Scribit Freherus in Notis ad Petrum de Andlo, lib. 1. cap. 12. Palatium Ingelnheimenſe, etiamnum ab incolis *Saalam* appellari: ſed & hodie in inferiore Navarra, ſeu Vaſconia, *Salas* vocant, nobilium domos. De vocis etymo vide Goropium Bekan. lib. 2. Francicor. pag. 46. 47. Ita etiam noſtri *Sale* pro domo vel palatio uſurparunt. *Le Roman d'Auberi* MS.

A Arras vont tout le chemin plenier,

En la grant ſale ſont alé herbergier.

Alibi :

Qui en la ſale Baudouin la garnie
Avoit de Friſe envoié une eſpie.

Idem :

La dedens et ſa ſale & ſon donjon,

Joan. de Condato MS.

En meſons, en ſales, & en tours
Des grans Seigneurs vers cui je voie.

Sala publica, Domus judiciis expediendis deſtinata. Charta Longobardica ex Tabulario Lucenſis Eccleſiæ apud Ughellum to. 7. p. 1295. *Dum in Dei nomine intus caſa, quæ eſt ſala de palatio de civitate Lucenſe, in judicio reſediſſet D. Gotifredus Dux ad cauſas audiendas ac deliberandas*, &c. Alia Notitia judicati in Tabulario Caſaurienſi 1. part. *Dum reſidiſſemus nos Odelericus Miſſus Berengarii & Ildeberti Comitum in placito, in Marſa, ſala publica Domni Regis, pro ſingulorum cauſis audiendis vel deliberandis.* Adde Bullarium Caſinenſe to. 2. pag. 54. Teſtatur Florentius Hæreus lib. 1. de Caſtellanis Inſulenſibus pag. 66. ita appellari ædificium, quod in burgo ejuſdem urbis veteri etiamnum viſitur, ubi judicia ſua exercebat Vicecomes, aut ejus Baillivus. Sunt præterea qui putant ab ejuſmodi *Sala*, ſeu aula Regia, *Salica terra*, aut *Legis*, appellationem manaſſe, ita ut *terra Salica* illa ſit, quæ judiciis & legibus in Sala publica redditis & obſervatis obnoxia ſit : quam ſententiam pluribus diſcuſſimus in Diſſertat. 17. ad Joinvillam. Nunc verò à priſca & generali ſignificatione deflexit vox, & pro parte tantum domus, puta quam cœnaculum vocamus, uſurpatur.

SALAGIUM, Vectigal, quod ab iis qui ſal vendebant, præſtabatur. Charta Hugonis Comitis Campaniæ an. 1104. *Preterea concedo redditus venditionis ſalis, id eſt ſalagium, de Barro ſuper Albam & juſtitiam ejuſdem ſalagii, ſi quis inde foriſfecerit.* Alia Petri Epiſc. Autiſiodor. an. 1304. in Tabulario Eccl. Autiſiod. fol. 250. *Salvo nobis & ſucceſſoribus noſtris ſalagio conſueto ab aliis quibuſcumque perſonis ſal vendentibus & menſurantibus.*

Interdum etiam *droit de ſálage* dicitur, præſtatio quæ fit ab iis qui navigio *ſal* devehunt vendendum. Regeſtum Ludovici Regis Siciliæ Ducis Andegav. fol. 55. *Le ſalage dudit lieu (de Chierbourg & de Torreil) entre la ſaint Martin d'hiver, & la ſaint Mor, depuis le cheſne de la Bauçonniere juſques en amont; afermé communs ans 20. livres.* Iſtius vectigalis mentio eſt in Areſto 29. Maii an. 1543. pro Abbate Burgimedii Bleſenſi.

SALACATTABIA, Condimenti ſpecies, apud Apitium lib. 4. c. 1. ubi Humelbergius *Salacaccabia* reſtituit, id eſt ἁλμακακκάβια, ſeu *ſalſitia ollaria*, & ſalſa caccabularia, hoc eſt quæ in caccabis vocatis ollis coquuntur.

SALACIANUM. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 8. Kl. Feb. *Inſuper præfata Haildis S. Mariæ dedit tapetum ſalacianum, & duo mantilia cum bordis.*

SALAMBO, *Genus monſtri.* Papias.

SALANDRIA. Vide *Chelandium.*

SALARIA, Salinum, Gall. *Saliere* : *Vas ſalarium*, Joanni Sariſberienſi Epiſt. 75. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. c. 17. *Bacinos, & ſalarias, & candelabra & menſalia, & manutergia — habere debet.*

Salariola, diminut. à *ſalaria*. Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiodorenſium cap. 20. *Dedit item ſalariolas quatuor anaticas, quæ penſant libr. quatuor.* Infra : *Item ſalariolam anaticam penſ. libr. 1. habet in medio hominem cum cane.*

SALARICIA *terra*, ex qua ſal eruitur. Vetus Notitia apud Willelmum Hedam in Hiſt. Trajectenſi p. 246. 1. edit. *Manſum dominicatum cum terra ſalaricia ſancti Martini, cum ſervis in eadem villa manentibus*, &c. Vide *Salinaris terra.*

SALARIUM, inter Miniſteria ſacra. Inventarium Eccleſiæ Eboracenſis to. 3. Monaſtici Anglic. p. 171. *Unum ſalarium argenteum intus deauratum, pro ſale in dominicis diebus benedicendo, ponderis 3. unciarum & dimidii.* Vide *Salaria.*

SALARIUS, Menſura ſalaria. Charta Joannis Comitis Burgundiæ & Cabilonis an. 1249. in Biblioth. Sebuſiana, centur. 2. c. 65. *Laudavit — Conventui ejuſdem domus 24. ſalarios muriæ in Puteo Ledonenſi, quod Pontius Maugeterte dedit in eleemoſynam fratribus dictæ domus.*

SALATARIUS, *Portator armorum*, in Gloſſis Iſidori: quam vocem ad *ſalodarios* Cæſaris referre videtur Wendelinus in Natali ſolo Legum Salicarum p. 88. ſed legendum *Solidarius.*

SALATIA, pro *ſalacia*, voce nota Varroni & Feſto, pro aquæ Dea, ipſa aqua, vel mari. Gloſſ. Lat. Gr. *Salmacidus*, ἀλμυρός. *Salmaticum*, ἀλμυρόν. Supra: *Salacia*, ἀμφιτρίτη, Νηρηΐς, ἀμφιτρίτη. *Salmacia aqua*, ἀλμυρὸν ὕδωρ. Ubi in omnibus, *m*, literam expungendam puto, ut voces hæ efflictæ fuerint à *Salacia*. Scio Salmaſium, *m*, in *n* conficere, ut ſit *Salinacidus Salinacia*, &c. ſed videat lector, utra arrideat conjectura. Adamnanus l. 2. de Vita S. Columbæ c. 15. *Lugaidus mane poſtera die ad retrahendum de mari utrem pergit, quem tamen ſalatia noctu ſubtraxit unda*, ubi f. *ſalacia* Mox : *Uter quem ſalatia ſuſtulit, ad ſuum locum poſt tuum egreſſum reportabit venalia.*

SALCES, Salcitiæ, Iſitia, *Saucices*. Chronicon Windeſhemenſe lib. 2. cap. 6. *Salcibus recentibus, aut in cavilla fumatis ſatis bene ad comedendum dedit.*

SALCITIÆ, Lucanicæ, Gall. *Saucices* : Italis *Salcizza*. Papias : *Tuſcetta, eſca regia, ſalcitia vulgò.* Jo. de Janua : *Lucanica, genus cibi, & ut dicunt, ſalcicia.* Vox verò haud multùm abludit ab alia Latinis nota, *inſitia*, ſive *iſitia*, de quibus copioſè egit Apicius lib. 12. qui ea duplici modo fieri ſcribit : ex variis nempe carnibus tritis & pipere commixtis, ut Athenæus quoque ſcribit : vel ex piſcibus diverſis, ſicut Alexander Trallianus docet, de Iſiciis agit etiam Macrobius lib. 7. Saturn. c. 8. Vide Oct. Ferrarium in *Salcizza.*

SALICTUM, pro *ſalictum*, *ſalicetum*, Locus conſitus ſalicibus, *Sauſſaie*, in aliquot Chartis Italicis apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus.

SALEFICUS, Mare. Monachus Florentinus de Expugnat. Acconenſi :

Dic mihi quid profuit, quòd mare vitavit,
Ab aquis ſalefici dum non ſibi cavit,
Dictus eſt Saleficus; quia factus ſale,
Dicatur maleficus, quia fidus male;
Salum mare tremuit; quia ſit mortale;
In ſolo ſalefici ſolum dicit vale.

SALETRUM, pro *ſale nitro*, apud Thwroczium in Chron. Hungar.

SALGAMA, Columellæ lib. 10. in Carminib. & lib. 12. cap. 4. & Auſonio, dicuntur herbæ & fructus conditi, vel herbæ ſale & aceto conditæ, quas vulgò *Salades* dicimus. Quod nomen traductum poſtea à militibus ad rerum ad victum neceſſariarum præbitiones quas ab hoſpitibus ſuis exigebant. Lex 3. Cod. Th. de Salgamo hoſpitibus non præbendo : *Nemo militans à ſuo hoſpite ſalgama aliquid poſtulet, id eſt, ne lignum, aut oleum, culcitamve poſcantur.*

Salgamarii, qui *ſalgama* condiebant & vendebant, apud eundem Columellam lib. 1. cap. 44. 54. Gloſſ. Gr. Lat. μυροπώλης, *Seplaſiarius, Salgamarius.* Salvianus lib. 4. ad Eccleſ. Cathol. *Si mutuum quidpiam propola aut ſalgamentarius poſtularet, redditurum enim non diffideres quæ dediſſes.* Concilium Calchedon. act. 11. Τὸ ἴσον οὐδὲ ἔχω, εἰ ἔστιν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως Ἐπισκοπῆς, οὐκ οἶδα τοῦτο γενέσθαι. Ἐκεῖ σαλγαμαρίους χειροτονοῦσι, καὶ ἐπὶ τῶν ἀναγνωστῶν γίνεται.

SALIA, Projectio ædificii, ex Gallico *Saillie*. Charta Philippi Regis Fr. an. 1272. pro Monaſterio S. Germani de Pratis : *Salvo uſufructu quem ipſi dicunt ſe habere — in dictis viaria & juſtitia viaria, & in ſaliis di-*

morum quæ fient in vicis ſitis infra metas ſuperius nominatas.

SALIBURGIO, *Saleburgio*, Fidejuſſor. Vox conflata ex
Theutonico *burghen*, ſeu *borghen*, quod idem ſonat, &
ſala, id eſt prætorium judiciarium, ita ut *saleburgio-*
nes fuerint fidejuſſores dati coram judicibus. Ita au-
guratur Wendelinus. Charta Sigifridi Comitis Lutzel-
burgenſis an. 993. apud Miræum in Diplom. Belg. p. 53.
in Notit Eccleſ. Belgii cap. 74. *Sub fidejuſſoribus, quos*
vulgo Salſburgiones vocamus. Eadem Charta apud Du-
chesnium in Hiſt. Luxenburgenſi habet *Salsburgiones*:
aliæ ex Tabulario S. Maximini Trevirenſis apud eun-
dem p. 9. *Saleburgiones.*

SALIBUM, pro *ſalvia*, in Lege Aleman. tit. 64. §. 2.
edit. Heroldi.

SALICUS. Vide *Lex Salica.*

SALISUCHEN, in Decreto Taſſilonis tit. 11. §. 15. *Qui*
reſiſterit domum ſuam, quod Saliſuchen dicunt, qualem
rem quærenti reſiſtebat, talem componat in publico 40.
ſol. A *ſala*, cœnaculo aut conclavi, & *ſuchen* quærere,
deducit Loccenius lib. 3. Antiq. Sueic. c. 10.

SALICIA, Salicetum, *Saucée.* Tabularium Brivatenſe
ch. 242. *Campos, prata, ſalicias*, &c.

SALINA. Statutum Ricardi I. Regis Angl. pro Crucesi-
gnatis: *Si autem aliquis bladum emerit, & de eo panem*
fecerit, tenetur lucrari in ſalina unum teruncium &
brannum. Ubi legendum videtur *ſalma.* Vide in hac
voce.

SALINARIA, Gabella, tributum ex ſale, in Teſtamento
Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1212. *Remitto etiam*
in perpetuum, & ſolvo ſalinariam, & omnia ſpectantia
ad ſalinariam, ita quod unuſquiſque habitantium in vil-
la Montiſpeſſulani, & in caſtro de Latis, & ibi venien-
tium, poſſit ſalem emere & vendere ſine omni contrarie-
tate & inquietudine. Concilium Avenionenſe an. 1209.
cap. 5. *Pedagiis, guidagiis, ſalinariis, & aliis indebi-*
tis exactionibus. Concilium Arelatenſe an. 1234. c. 22.
Item ſtatuimus ne aliqua pedagia vel ſalinaria per Are-
latenſem provinciam accipiantur, niſi quæ apparent Im-
peratorum, Regum, vel Principum, vel Lateranenſis
Concilii largitione conceſſa, &c. Adde Concilium Inſu-
lanum ejuſdem anni c. 10.

Saunaria, eadem notione. Charta an. 1202. apud Chiffle-
tium in Trenorchio p. 455. *In primis enim nobis acqui-*
ſierunt uſagios villæ Trenorchienſis, videlicet ſaunariam,
furnos, bichonagium, ventariam, molendina, &c.

Salinarium ſeu gabella ſalis, in Concilio Avenionenſi an.
1209. c. 6. in Charta Sancii Regis Majoricar. an. 1311.
& apud Gregorium de Verbor. ſignific. cap. 26. lib.
4.

Salinarium. Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Salinarium.* ſealꝺ hūſ.
i. ſalis domus, ſeu potius puteus ſalinarius, unde ſal
hauritur, quomodo *ſalinarium Heduorum* dixit Joan.
Sariſberienſis Epiſt. 196.

Salinum, Locus ubi ſal venum exponitur. Occurrit plu-
ries in eadem Charta Ildefonſi.

Salinarius, Salis venditor. For. Bigorrenſes art. 29. *Piſca-*
tores aliunde piſces deferentes, & ſalinarii ſint in pace, ni-
ſi quodlibet maleficium fecerint, unde oporteat eos re-
ſpondere. Charta Ildefonſi Comitis Toloſani an. 1141.
apud Catellum in Hiſt. Comit. Toloſæ p. 192. *Salina-*
rii iſtius villæ qui attulerint ſalem, deſcarguent ad ſali-
num, & ſtatim pagentur, &c. Regeſtum Cenſuum Car-
noti: *Les ſauniers qui vendent au marche du ſel.*

Salinaris terra. Bovo Abbas Sithienſis de Inventione S.
Bertini cap. 11. *Quandam ſalinarem terram — dona-*
tione tradidit legaliter facta. Vide *Salaricia terra.*

Salinare, Salem conficere. Vetus Charta apud Ughel-
lum to. 4. in Appendice p. 7. *Et in Salce majore puteo*
uno, ubi Bruno dicitur ſalinare.

SALINATIO. Eruptio, ex Gallico *Saillie.* Epiſtola
Comitis S. Pauli de prima CP. expugnat. *Nonnulla vi-*
ce in nos fecerunt ſalinationes. Vide *Adſalire.*

SALITIA. Papias: *Salinum, vas aptum ſalibus, id eſt*
ſalitia, quaſi ſaltica.

SALITUDO, Lepos in dicendo, gratia ſermonis, *Sales.*
Glaber Rodulphus in Vita S. Guillelmi Abbatis Di-
vion. cap. 13. *Ipſius enim ſermonis ſalitudo æqualiter*
cunctis, prout videbatur, in gratia erat condita.

SALLARINUM. Charta Libertatum oppidi Dimontis in
Biturigib. an. 1190. apud Thomaſſerium p. 433. *Et*
aliquis de Dimonte ſi duxerit ſallarinum ſuum Aure-
lianis, pro quadriga unum denarium dabit tantum. Car-
nes ſalitas, forte.

SALLIRE, pro *ſalire*, Gallis, *Saillir.* Lex Bajwar. tit.
13. §. 2. *Si autem altera perſona ipſum animal per vim*
ſallire compulerit, &c.

SALMA. Vide *Sagma.*

SALMANNUS, Delegator. Charta Conradi Epiſcopi Pata-
vienſis an. 1159. in Metropoli Salisburgenſi to. 3. p. 11.
Hæc itaque per manus Salamanni ſui Goteboldi de Oſte-
choen nobis præſentibus ſuper confeſſionem prædictorum
confeſſorum ipſa die Dedicationis prædicti altaris delega-
vit, &c. Alia an. 1274. to. 2. p. 340. *Notum facimus*
quod fidelis noſter — per juramentum ſuum coram nobis
ſecundum dictatam ſententiam, quod villæ ſuæ in Dur-
chaim auctorem delegatorem, quod vulgo dicitur Salman,
non habeat, in nos jus delegatoris talis allodii, ſeu pro-
prietatis prædicta, ſine contradictione omnium transfudit
voluntarie, libere, & quiete, &c.

SALMEDINA. Vide *Zavalmedina.*

SALMENTUM, in Gloſſ. Iſid. *Salſamentum.* In Gloſſis an-
tiquis MSS. *Piſcis confectio.*

SALNERITIA. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Donat*
annis ſingulis — in hoſtelitia den. 10. in ſalneritia 3.
ligni car. 2. Alibi: *Donat annis ſingulis ſpeltæ mod. 12.*
in ſalneritia den. 3. in Prateritia den. 2. &c.

SALOMON, vaſis ſpecies, operis pretioſioris, forte cujuſmo-
di fuere vaſa Salomonis in Templo ab eo ædificato, quæ
quæ in urbem Carcaſſonenſem in Galliis, Roma capta,
tranſtulerat Alaricus Wiſigothorum Rex, uti refert Pro-
copius lib. 1. de Bello Gothico c. 12. unde forte mana-
vit ut pretioſa vaſa Salomoniaca appellarent noſtri.
Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. pag. 237.
Contulit ibidem cantharam exauratam unam, Salomonem
unum, regnum aureum unum cum gemmis pretioſiſſimis,
& veſtem unam cum auro & gemmis albis, atque ſermo-
num librum unum, geſtarum librum unum, Evangelio-
rum librum unum cum Epiſtolis. Monaſticum Anglic.
to. 1. p. 210. *Duas patenas argenteas, cum duobus urceo-*
lis pretioſiſſimis ex operibus Salomonis, & cruſto aureo,
columnis de lapidibus octoginta ſedecim, &c. Charta Alde-
gaſtri, filii Sylonis Regis Ovetenſis an. 781. apud San-
dovallium: *Quatuor tapetes, & tres vaſos Salomoniſ-*
cos, & 12. curiales argenteos, &c. Alia Stephaniæ Re-
ginæ uxoris Garſiæ Regis Navarræ æræ 1060. apud
eundem in Epiſcopis Pampilonenſib. *Et vendant illos*
vaſos vel forteras Salmonaticas in duplum pro plata, &c.
Vide *Fortera.*

SALORGIA. Hiſtoria fundationis Abbatiæ Bonævallis in
diœceſi Carnot. MS. *Item ipſe dedit in fiſco Bieſenſi*
4. arpennos vineæ inſtructæ, & 8. den. cum alia terra ara-
bili, & ad cleſilos 4. arpennos vineæ inſtructæ. & in
alio loco unam ſalorgiam, ubi navis quædam receptabat,
in alodum perpetualiter habendum.

SALPISTA, Tubicen, ex Gr. σαλπιγκτής. Gloſſæ Lat. Gr.
Tubicines, σαλπιγκταί. Lexicon Regium MS. cod. 2062.
Βυκινεῖ, ὁ σάλπιγξ. Βυκινίζω, σαλπίζω. Βυκινάτωρ, σαλπιγκτής.
Gloſſ. Ælfrici; *Salpiſta*, aule bẏmepe. Papias: *Sal-*
pizo, *Græce, tubicino. Salpiſta, Græce, cantor, tubi-*
cinator. Fulcherius Carnot. lib. 2. Hiſt. Hieroſ. c. 12.
Præceptum eſt movente ſalpiſta Joppem regredi. Habetur
etiam apud Vopiſcum in Carino.

SALPIX, Tuba, ex Gr. σάλπιγξ. Althelmus de Octo
principalibus vitiis:

Dum vexilla ferunt, & clangit claſſica ſalpix.

Idem de Virginitate.

Cornua rauca ſonant, & ſalpix claſſica clangit.

Idem de Virgin. lib. 3. c. 5. *Horrendus ſalpicum clangor increpuiſſet.* Alcuinus Poëm. 8.

Præmia ſumpturus cum clanget claſſica ſalpix.

Et Poëm 189.

Doctor in orbe pius, Chriſti clariſſima ſalpix.

Fulcherius Carnot. lib. 3. Hiſt. Hieroſ. cap. 50. *Salpices & cornua vehementer concrepabant.*

SALSA, *Salcia*, Gallis *Sauce*. Autor Breviloqui: *Salcia, dicitur à ſalſus, quod ſalſa.* Poëma MS. infimi ævi:

Salvia, ſerpillum, piper, allia, ſal, petroſillum:
Hinc bona fit ſalſa, vel fit ſententia falſa.

Joan. Hocſemius in Adolpho à Marka Epiſc. Leodienſis cap. 4. *Satis riſum fuit de cognominibus, quæ carnes bovinas cum propria ſua ſalſa notabant.* Loquitur de duobus Scabinis Francofurdenſibus, quorum alter *Caro bovina*, alter *Allium* appellabatur. In Statutis MSS. *Speciariorum* Pariſienſium recenſentur hæ ſalciæ: *Saulce cameline; ſaulce vert, ſaulce rappée, ſaulce chaude, ſaulce à compoſte, ſaulce monſtarde*, &c.

SALSARIA, Locus ubi ſal conficitur. Charta Philippi Regis Franc. an. 1317. apud Argentræum lib. 5 Hiſt Britan. cap. 34. *Item dedit & aſſignavit — villam & caſtellanias de Pontrieu & Rupederiani, ac ſalſariam de ſancto Gilda, cum omnibus feodis*, &c.

Salſaria, Vaſculum, non ſali reponendo, ſed *ſalcitiis*, noſtris, *Sauciere*. Matth. Paris an. 1181. *Cuppa aurea, & argentea ſeptem, cyphi argentei novem, tria ſalſaria argentea, tres cuppæ murrinæ, cochlearia quadraginta*, &c.

SALSARIUM, Salinum, *Salt-cellar*, & *Salt-ſeller*, Anglis; noſtris, *Saliere*: niſi ſit quod *Sauciere* dicimus, diſculus in quo *ſalcia* reponuntur. Matth. Paris an. 1180. *Cyphi argentei 9. tria ſalſaria argentea, tres cuppæ murrinæ*, &c. Will. Thorn an. 1231. *Item 24. diſci argentei, cum totidem ſalſariis.* Eſt etiam

Salſarium, Menſura aridorum. *Unum ſalſarium fabarum ſeu farinæ plenum*, in Monaſtico Anglic. to. 3 pag. 89.

SALSARIUS, cui *ſalſariæ* cura commiſſa eſt in coquina Regia, in Fleta lib. 2. cap. 14. §. 3. Ordinat. Hoſpitii S. Ludovici Regis Fr. an. 1261. *Salſarii 2. in propria coquina Regis pro quærendis neceſſariis ad ſalſam Regis.* Statutum Hoſpitii Philippi Magni an. 1317. *Thomaſſin qui ſera ſaulcier aura 4. den. par jour de gaing, & mettra le ſommier de la ſaulcerie, & gardera les eſpices, & les livrera par pois, & fera au mortier tant qu'elles ſeront braiées, &c. Clerc ſaucier: Varlez en la ſaulcerie*, &c. Occurrit in veteri Inſcriptione quidam *P. Clodius Athenio negotians ſalſarius.*

SALTARIUS, *Saltuarius*, Villicus, cuſtos prædii, qui *fructuum ſervandorum gratia* prædio præeſt, in l. 12. D. de Inſtructo vel inſtrumento legato, à *ſaltus*, ὀρεινὸς, in vett. Gloſſis. *Procurator ſaltuum*, in Notitia Imperii Orient. cap. 87. Gloſſ. S. Bened. cap. de Agricultura: *Saltuarius*, ἀγροφύλαξ. Gloſſ. Græco-Lat. χωροφύλαξ, *ſaltuarius*. Alibi κτηματοφύλαξ. Regula Magiſtri cap. 11. *Sicut Dominus ordinat Majores familiæ, quos Vicedomini minores timeant, id eſt, Vicedominum, Villicum, Saltuarium, & Majorem domus*; &c. Vide Legem Longob. lib. 2. tit. 38. §. 2. & Leges Luitprandi Regis tit. 29. §. 1.

Saltarius, in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 7. tit. 25. §. 50. 73. lib 2. tit. 38. §. 2. Gloſſæ Lat. Gr. *ſaltarius*, ὀρινοφύλαξ. Ubi leg. ὀροφύλαξ monet Caſaubonus ad Theophraſti characteres p. 228. nam & ſaltuariorum erat fines cuſtodire, & invigilare ne à vicinis agri occuparentur: καὶ ὅρους ἐπισκοπεῖν, ut habet idem Theophraſtus.

SALTANS, *Saltarium*, Retis vel decipulæ venatoriæ ſpecies. Charta Edw. III. Regis Angliæ pro Eccleſia Coventrenſi in Monaſt. Angl. to. 3 p. 236. *Ita quod Epiſcopus, & ſucceſſores ſui Epiſcopi loci prædicti boſcos illos includere, & parcos inde pro voluntate ſua facere, & eos ſic factos & incluſos tenere poſſint ſibi & ſucceſſoribus ſuis Epiſcopis ejuſdem loci in perpetuum, dum tamen ſaltantia non faciant in eiſdem.* Infra: *Dum tamen ſaltantia non faciant in eiſdem.* Ibidem: *Ita quod — liberam chaciam habeant, ſicut & in boſcis illis, extra parcos, quos ibidem fieri contigerit, retia non tendant, ſeu tendi faciant ad aliquas feras capiendas.* Vide mox *Saltatorium*.

SALTATORIUM. Fleta lib. 2. c. 41 §. 14. *Inquiratur qui poſt placita prædicta fecerint metas foreſtæ, vel prope foreſtam, ad nocumentum foreſtæ, parcum, vel boſcum ſuum, vel warennam, vel ſaltatorium, vel aliquem boſcum afforeſtavit ſine waranto Regis.*

Saltatoria, ſeu *Sauteirs* noſtri vocabant *ſtapedes*, ſeu *ſtaphas*, quibus equus inſcenditur, uti in Diſſert. 1. extrema ad Joinvillam docuimus. *Satoir*, apud Hemricurtium de Bellis Leodienſib. cap. 41. Σωτεῖα, Græcis recentioribus voce à Gallis hauſta. Suidas: σέλλας, ξυλάρια, σωτεῖα, ἕδρα. Alibi: ξύλα, σελλάρια, σωτεῖα. Conſtantinus Porph. in Tacticis: Σελλάδιον καὶ αἱ σελλίαι αὐτῶν ἔσω μακρὰν ἀπο... σωτεῖας. Mox, rurſum: Κρεμάσθω καὶ τὸ ... σωτεῖας. Ubi ſanè hæc vox non tam ſtapedes quàm ipſam, ſellam, quam eques inſilit, videtur ſignificare. Hinc figura hocce nomine donata in armorum inſignibus, tametſi Spelmanno aliter videatur, qui *ſaltatorium* eſſe ait, *machinam qua in ſaltibus prædabantur feræ, unde*, inquit, *& nomen.* Sed peritiores hac de re ſtatuant.

SALTUATICUM. Vide *Salvaticum*.

SALTUENSES *fundi*, in Novella 2. Theodoſii & Valentiniani, ubi mentio fit fundorum, qui *limitrophi, patrimoniales*, & *ſaltuenſes* vocantur, & ad jus privatum transferri vetantur.

SALTUS, Silva, vox Latinis nota. Charta Gaufridi Comitis Mauritaniæ in Bibliotheca Cluniac. pag. 543. *Do etiam & concedo omnes ſaltus meos conſuetudinarios uſibus Eccleſiæ — omnibuſque hominibus illorum, ita ut homo S. Dionyſii intra ſaltus habitet.* Mox fit mentio *ſaltus Pertici*: ita ſcilicet appellatur ager & Comitatus Perticenſis, (*le Perche*) quod ſilvoſus ſit.

Saltus debitum, Paſtionaticum. Tabularium Deruenſis Monaſterii: *Et ſi incolæ loci illius porcos ſuos cum porcis indominicalibus miſcuerint, miniſteriales Monachorum omnem decimationem abſque ulla meorum moleſtia accipiant. Quod ſi aliunde venerint, & forenſium villarum noſtra depaſci paſcua voluerint, ſecundum morem regionis conſuetum ſaltus debitum perſolvant.*

Saltus lunæ, Computiſtis, ἐμβολισμός. Autor Queroli: *Mercurius hic status, Sol rotundus, Luna in ſaltu eſt.* Cummianus Hibernus de controverſia Paſchali: *Alium in Epacta, alium in augmento lunari, quod vos Saltum dicitis*, &c. Vide Alcuinum Epiſt. 3. 9. Honorium Auguſtodun. lib. 2. de Imagine mundi c. 85. & Scaligerum de Emend. temp. lib. 7. pag. 750. &c.

Saltus de Eccleſia ad Eccleſiam, cùm Epiſcopus relicta Eccleſia ad aliam promovetur, in Concilio Tricaſſino an. 878. act. 2.

Saltus, pro *aſſultus*. Fori Morlanenſes cap. 28. *Quicumque domui vicini ſaltum dederit, vel violenter domum intraverit, quot erunt in ſaltu illo, tot 18. ſolidos donabunt domino domus.*

SALVA. *Salvare*. Voces Fori Hiſpanici: *Salva*, idem quod Anglis *Jurata*, inquiſitio, vel potius probatio per teſtes de re aliqua, qua quis *ſalvam* ſibi eſſe conatur: *Salvantes* vero ſunt teſtes ipſi qui pro reo deponunt. Fori Oſcæ 1247. tit. de Proditionibus: *Hæ ſunt tres proditiones ſcitè de quibus per pacem non poteſt aliquis ſe ſalvare, ſed per conſimilem: ſcilicet qui occiderit dominum ſuum*, &c. Alibi: *Mulier habens maritum, ſi quis accuſaverit eam, tenetur ſe ſalvare viro ſuo, & non toti conſilio, ſi eam accuſaverit. Et ſi fortè non fuerit parata ut ſe ſalvet de dicto crimine contra eum.* Martinus Didacus *Daux* Juſtitia Aragon. in Obſervant. lib. 1. p. 22.

v. *Unus ſolus Miles non poteſt ſalvare pro infantione,*
ſed duo Milites. Paſſim alibi. Eximinus Salanova Ju-
ſtitia Aragonum in narratione rerum à Jacobo II. Re-
ge Aragonum geſtarum: *Non tenentur Milites, aut*
eorum filii aut nepotes facere ſalvam. Item nullus poteſt
ſalvare pro infancione, niſi duo Milites. Alibi ubi de
privilegiis infancionum: *Item pro carta ſalva commu-*
nis non ſolvuntur Curiæ Regis niſi 30. ſolidi juxta Fo-
rum. Quam ſalvam debent hodie facere ſecundum Fo-
rum novum editum in Cæſar-Auguſta. Michaël del Mo-
lino in Repertorio in v. *Infancio: Magna eſt differen-*
tia inter ſalvam infanciona, & probationem infancionia,
tam in modo agendi, quàm in modo pronuntiandi. —
quando aliquis eſt in poſſeſſione infancioniæ, & fatigatur
in eadem, & vult ſe ſalvare, tunc ſupplicat Do. Regi,
quod cum ipſe velit ſalvam ſua infancionia facere, quod
committat dictam cauſam alicui, coram quo poſſit ſuam
ſalvam facere; & tunc D. Rex committit dictam cau-
ſam Juſtitiæ Aragonum, & recipit dictam ſalvam juxta
Forum. Quæ quidem litteræ præſentantur per ſalvantem
perſonaliter dicto Juſticiæ Aragonum, &c.

SALVAGARDIA, Protectio, tutela, ſalvus conductus,
Principis privilegium, quo ne alicui vis inferatur, cave-
tur. Regeſtum Brevium original. Angl. pag. 26. *Nos*
volentes dictos — ab oppreſſionibus indebitis præſervare,
ſuſcepimus ipſos, — res, & juſtas poſſeſſiones, & bona ſua
quæcumque in protectionem & ſalvam guardiam noſtram
ſpecialem, &c.

SALVAGIUS. Vide *Silvaticus*.

SALVAMENTUM, Tutela, immunitas, protectio. Capi-
tula Caroli C. tit. 26. part. 2. c. 5. *Et volumus ut vos*
& cæteri homines fideles noſtri talem legem & rectitudi-
nem, & tale ſalvamentum in regnis noſtris habeatis, ſi-
cut anteceſſores veſtri tempore anteceſſorum noſtrorum ha-
buerunt. Tit. 27. poſt c. 8. *Quod ad Dei voluntatem &*
ſanctæ ejus Eccleſiæ — illis commiſi ſalvamentum &
pacem, &c. Adde part 2. c. 4. Tit. 28. *Quia neceſſe*
fuit in iſtis temporibus conjectum de illis accipere, — pro
regni, ſicut res contacet, ſalvamento. Tit. 30. c. 2. *In no-*
ſtro & populi ſalvamento. Adde Edictum Piſtenſe
cap. 5.

Salvamentum, Præſtatio à tenentibus facta dominis,
pro tutela ac protectione perſonarum ac rerum ſua-
rum, quæ etiam *Commendatio* dicitur: quò ſpectant iſta
Salviani lib. 5. de Gubern. Dei: *Tradunt ſe ad tuendum*
protegendumque majoribus, & dedititios ſe divitum fa-
ciunt, & quaſi in jus eorum ditionemque tranſcendunt.
Nec tamen grave hoc eſſe aut indignum arbitrarer, imo
potius gratularer hanc potentum magnitudinem, quibus ſe
pauperes dedunt, ſi patrocinia iſta non venderent; ſi quod
ſe dicunt humiles defenſare, humanitati tribuerent, non
cupiditati. Illud grave ac peracerbum eſt, quod hac lege
tueri pauperes videntur ut ſpolient: hac lege defendunt
miſeros, ut miſeriores faciant defendendo. Omnes enim hi
qui defendi videntur, defenſoribus ſuis omnem fere ſub-
ſtantiam prius quam defendantur addicunt, &c. Tabu-
larium Dervenſe: *Ne aliquis iniquorum pervaſione ſua*
hoc ſibi quaſi pro ſalvamento uſurpare voluerit, &c.
Chronicon Beſuenſe pag. 602. *Salvamentum ſive com-*
mendationem quam in Nerontis villa accipiebant, &c.
Charta Roberti Regis Franc. apud Doubletum p. 826.
Namque jamdicti exactores peſſimi, dico autem Venato-
res atque Falconarii, capiendi ſpecie ſalvamenti, penè
vernaculos B. Dionyſii devaſtantes, populabantur, &c.
Infra: *Salvamenta, inquam, ſic ironicè dicta,* &c. Alia
an. 1067. apud Hemereum in Auguſta Viromand.
pro ſalvamento niſi de habitatis domibus accipiet. Hugo
Flaviniac. in Chron. pag. 246. *Bovoni prædicto de Bar,*
cum apud Flaviniacum requireret à me fadum ſuum,
quia haberet filiam Folcuini, de ſorore Abbatis Odonis,
qui idem fecerat caſamentum, id eſt, ſalvamentum ho-
minum S. Petri qui ſunt in caſtro illo, vel in villis in
circuitu caſtri, noluit ei ad plenum reddere, &c. Tamen
cum multi teſtes acceſſiſſent, quod Folcuinus idem ſalva-
mentum habuiſſet, ita conceſſi, ut ſi ego per noſtros, miſſo
nuncio, & re explorata, aut ipſi homines per ſeipſos pro-
bare potuiſſent quod nunquam fuiſſent in ſalvamento, ni-
hil ei dabant, quia magis Eccleſiam quam eum dilige-
rent. Charta Philippi Aug. an. 1189. in Tabulario
Cluniacenſi Bibliothecæ Thuanæ: *De hominibus vil-*
læ dantibus 4. ſolid. ſive 5. habebit Præpoſitus noſter pro
ſalvamento 12. den. &c. Et infra: *Cæterum defini-*
tum fuit, & à nobis conceſſum quod homines ad dam-
num aliquod Eccleſiæ non ſuſcipiemus manutenere, ſed
ratione ſalvamenti quod habemus, Monachis omnia ſua
in noſtra poteſtate ſalva facere curabimus, & hoc ſalva-
mentum tali lege ſuſcepimus, quod extra manum no-
ſtram nequaquam mittere poterimus, &c. Charta de Cha-
bleiis in Tabulario Campan. Thuano f. 189. *Comes ha-*
bet cenſus ſuos apud Chableias, in quibus habet vendas &
homines ſuos, & motam, & plateas circa motam, & do-
mos in caſtro & in burgo. Item habet avenam & vinum
pro ſalvamento, & denarios. Occurrit præterea apud
Hugonem Flaviniacenſem in Chronico pag. 242. 245.
in Geſtis Abbatum S. Germani Autiſiod. cap. 13. &
paſſim in veteribus Tabulis, quæ habentur in Chronico
S. Benigni pag. 432. 459. 460. in Chronico Beſuenſi
pag. 562. 577. 595. in Hiſt. Vergiacenſi pag. 44. 59.
145. Ducum Burgundiæ p. 4. 20. 21. apud Chiffletium
in Beatrice Cabilonenſi pag. 42. Roverium in Reomao
pag. 203. Perardum in Burgundicis pag. 88. 183.
to. 4. Spicilegii Acheriani pag. 242. tom. 8. pag. 157.
&c. Vide *Commendatus, Tenſamentum, Tutamen-*
tum.

Salvamentum, Prædium ipſum, quod *ſalvatur*, vel pro-
tegitur, pagus, villa. Tabularium Prioratus de Pa-
redo fol. 95. *Simili modo fecit & de aliis hominibus vici-*
nis ſupradictis manentibus juxta ſalvamentum, quod dici-
tur Grantmont. Idem Tabularium fol. 102. *Dedit quoque*
(Hugo Comes Cabilonenſis) ſalvamentum quod in ip-
ſo monte eſt in circuitu ejuſdem Eccleſiæ, & conceſſit at-
que conſtituit liberum eum & ſalvum eſſe perpetuali-
ter.

Salvatio, eadem notione. Hiſtoria Abbatiæ Condomen-
ſis pag. 463. *Duo fratres Garſias Dat, & Guillelmus*
Dat, cum Eccleſiaſticis ſuis, qui fundum Eccleſiæ jure
hereditario poſſidebant, omnes in unum coadunati dede-
runt — tali namque conditione, ut ſi ibi fieret ſalvatio,
omnes ſupradicti qui inibi ad manendum venirent, cæte-
rique qui ſe ſub ditione ipſius ſalvationis ponerent, quiſ-
que pro domo ſua ſive cellario cenſum ſancto Petro tres
aut duos denarios ſingulis annis redderent. Vide *Men-*
ſura.

SALVARE, pro *ſervare*, vel *reſervare*. Teſtamentum Ri-
culfi Epiſcopi Helenenſis an. 905. *Scrindos* (legen-
dum *Scrinios*, vel *Scrinia*) *paria 2. ad veſtimenta ſacra*
ſalvandum.

Salvare, Salvum & incolumem præſtare. Capitula Ca-
roli Calvi tit. 42. part. 2. c. 2. *Ut omnes noſtri fideles*
veraciter ſint de nobis ſecuri, quia quantum potuerimus,
— unumquemque ſecundum ſui ordinis dignitatem &
perſonam honorare & ſalvare, ac ſalvatum conſervare
volumus.

Salvare, pro *ſalutare*, Salutem impertiri, Gallis, *Saluër.*
Anonymus in Vita S. Cuthberti Epiſc. lib. 2. n. 3.
Frater autem ſic vovens & perficiens, benedictus & ſal-
vatus ab eo exiit.

SALVATGE, Salvamentum, ſalvus conductus, protectio,
tuitio. Jacobus I. Rex Aragon. in Conſtitutionibus Ca-
talaniæ MSS. *Item ſtatuimus quod nos nec aliquis alius*
homo demus aliquid alicui joculatori, vel joculatoriæ, ſive
Soldatariæ, ſive Militi, Salvatge, ſed nos vel alius no-
bilis poſſit eligere, & habere ac ducere ſecum unum jocula-
torem, & dare ſibi quod voluerit.

SALVATICUS. Vide *Silvaticus*.

SALVATIO. Vide *Salvitas*.

SALVATOR, in Gloſſ. Lat. Gr. Σωτήρ. Ita Jeſum Chri-
ſtum paſſim vocant SS. Patres, cùi vocem parum La-
tinam

tinam cenſeant nonnulli. Sed eos à calumnia liberat Paulus Manutius in hæc verba Ciceronis in Verrem orat. 2. *Eum non ſolùm Patronum iſtius inſulæ, ſed etiam Sotera inſcriptum vidi Syracuſis. Hoc quantum eſt? Ita magnum, ut Latino verbo exprimi non poſſit: is enim Soter, qui ſalutem dedit.* Ubi Manutius: *Soter Græcum nomen eſſe, & eum ſignificare, qui ſalutem dedit, ipſo conſtat interprete Cicerone: quo patet communis error eorum, qui Jeſum Chriſtum, cujus immortalia merita nullo ſatis uno verbo exprimi Latinè queunt, Servatorem appellant; aliud enim eſt ſervare, aliud ſalutem dare: ſervat is, qui ne ſalus amittatur, aliqua ratione præſtat: ſalutem dat, qui amiſſam reſtituit.* Sanè habetur vetus Inſcriptio in qua Jupiter *Salvator* dicitur: *Jovi cuſtodi Quirino ſalvatori pro ſalute Cæſaris Nervæ Trajani Aug. Col. Sarmiz.* Marius Mercator lib. Subnotat. cap. 8. *Ut verè & propriè Chriſtus ſit eis etiam Jeſus, quod in Latinum eloquium Salvator exprimitur.* Sedulius lib. 1. de Chriſto, ut cæteros prætercam:

Sic delicta fugans Salvator noſtra gerendo
Terſit, & à tactu procul evaneſcere juſſit.

Vide Julium Nigronium in Regulas Societatis Jeſu, ubi diſſertationem hac de re inſtituit, ut & Olaum Borrichium lib. de Lexicis Latinis, & lib. de Variis linguæ Latinæ ætatibus.

SALVATOR, Dominus, qui *ſalvamentum* (de quo ſupra) percipit. Chronicon Beluenſe p. 595: *Hugo qui pro ſalvamento Crilliacenſis villæ, Salvator dicebatur.* Charta Aganonis Epiſcopi Auguſtod. in Tabul. ejuſd. Eccl. *Deinde quidquid illis injuſtè à præfato ſalvatore cognovimus fuiſſe ſuperpoſitum — irritum fecimus.* Charta Alani Epiſc. Altiſiodor. an. 1166. in Tabul. S. Hilarii Magni Pictavenſ. *In terris & nemoribus S. Hilarii, de quibus idem Gibandus tunc temporis Salvator erat.* Et infra: *Si fortè ſui homines aliquam feram ceperis in terra S. Hilarii, medietatem debet habere Abbas, & aliam Salvator. Homines S. Laurentii pro nulla re in ſſem Salvatori, neque ſuis ſervientibus, nec aliquid pro paſtu dant, neque dare debent.* Alia Richardi de Dampetra an. 1247. in Tabulario feodorum Eccl. Lingon. *Ita quod dictus W: Salvator, & dominus Pontius de Domno Martino erunt inde homines Epiſcopi.* Tabularium Archiepiſcopatus Arelatenſis, circa annum 1115. *Reddiderunt & dimiſerunt eis Salvatores qui fuerunt de genere Sacerdotali, & omnes fivales, (fendales) ſed in Salvatoribus retinuerunt 18. denarios per cenſum.* Ubi neſcio an hoc loco *ſalvatores* non ſint ipſi qui *ſalvamentum* reddebant, tenentes.

SALVATORIUM, Vivarium piſcium. Charta Henrici Archiep. Senonenſis an. 1257. apud Sammarthanos: *Tempore etiam regalium utentur Rex & ſucceſſores piſcibus foſſatorum & ſalvatoriorum ad dictum manerium ſpectantium, eo modo quo piſcibus aquarum ad dicta Regalia ſpectantium tempore Regalium uti debent.* Alia an. 1280. ex Tabulario Foſſatenſi f. 139. *Cum jardino, foſſa, ſeu ſalvatorio piſcium. Poiſſon en ſauvoir eſt meuble partable,* in Arreſto an. 1279. in Regeſto Parlamenti B. fol. 51.

SALVE *Regina*, Sequentia, quam compoſuit Petrus Epiſcopus Compoſtellanus, ut autor eſt Durandus lib. 4. Ration. c. 21. Quando is vixerit, non comperi: ſed iſtius ſequentiæ, ut & alterius *Alma Redemptoris*, &c. meminiſſe videtur Abbo lib. 1. de Bellis Pariſiacis p. 507. edit. Ducheſnii.

SALVIOR, Comparat. ex *ſalvus*. Capitula Caroli M. lib. 6. c. 285. *Sed magis eis, ſi Dominus poſſe dederit, augere deſideramus, ut & ipſi, & vos, & nos ſalviores ſimus, & Deo potiùs, ipſo adminiculante, placere mereamur.*

SALVITAS, Immunitas data loco vel Eccleſiæ aut Monaſterio à Principibus. Tabularium Monaſterii de Regula fol. 39. *Sint igitur iſti Monachi in ſubjectione Regis, ad locum ſalvum faciendum, non etiam ad aliquod perſolvendum.* Quæ quidem *ſalvitas* ſuis limitibus conſtabat, ut multis docuit Marca lib. 5. Hiſt. Benearn. cap. 13. n. 3. ut & Catellus in Hiſt. Toloſana p. 194. Vide *Lexiri*. Charta an. 1132. apud eundem Catellum lib. 5. Rerum Occitanarum p. 786. *Qui præſentes erant Epiſcopi locum ad eandem ſalvitatem circumeundo deſignaverunt, & ejus continentiam crucibus infixis terminaverunt. Quacunque igitur perſona quicquid infra eaſdem cruces continetur, invaſerit, prædatus fuerit, aut vexationibus fatigaverit, vel ad hoc conſilium ſeu auxilium ſubminiſtraverit, ita ut vel incolam vel peregrinum, ſive omnino aliquem in præfata ſalvitate læſerit, aut quicquam abſtraxerit, ex autoritate P. C. T. SS. anathematizati erunt,* &c. Charta Guillelmi Ducis Aquitaniæ an. 1027. *Concedo ad Baſilicam S. Crucis Burdegalæ ſalvitatem illius loci, & allodium liberum, & villam S. Macarii ubi ipſe B. Macarius — requieſcit.* Tabularium S. Petri Generenſis: *Gaſto Vicecomes Bebarnenſis juravit ſalvitatem in Caſtello cum omnibus ſui Vicecomitatus optimatibus.* Idem Vicecomes in Tabulario Palenſi: *Juravit libertatem & ſalvitatem ipſius Eccleſiæ, & ſecuritatem omnium hominum, & rerum cunctarum quæ ad Monachos pertinent.* Charta an. 1150. apud Catellum in Comitatibus Toloſanis pag. 118. *Qui ſcienter occidet hominem injuria, non defendat eum Eccleſia, neque clauſtrum, neque ſalvitas.* Edictum Nunonis Sancii D. Roſſilionis de Treuga tenenda an. 1217. *Item immunitates & ſalvitates Templi & Hoſpitalis Hieroſol. ſub eadem pace conſtituimus. Statuimus tamen quod de cætero domus Templi & Hoſpitalis vel alius venerabilis locus religioſus non recipiat novas ſalvitates ſine conſilio D. Epiſcopi & Vicarii noſtri.* Concilium Roffiacenſe an. 1258. c. 2. *Infringunt Eccleſias, & violant Eccleſias*, &c. Vide *Bannus ſacer*.

SALVO, Præter, quomodo noſtri *Sauf* dicunt. Martinus Didacus *Daux* Juſtitia Aragon. lib. 1. Obſervantiar. Regni Aragon. *Habentes cavallerias, ubique tenentur ſervire Domino Regi, ſalvò in mari,* &c.

SALUS. Græcis σαλὸς, Stultus. Hinc ſancti quidam διὰ τὸν Χριστὸν σαλοὶ appellati, quod μωρίαν ſimulando, pietatem inſignem hoc ſtultitiæ velo pro Chriſto occultaverint. In iis Græci memoriam colunt in Menæis S. Symeonis 21. Julii, & S. Theodori 25. Febr. Adde Evagrium lib. 4. c. 33. 34. &c. Palladius in Hiſt. Lauſiaca cap. 42. Ὑμεῖς ἐστὲ σαλοὶ, ubi vetus Interpres: *Vos eſtis fatui.*

SALUS, ita Baptiſmi Sacramentum appellant Chriſtiani. Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062. Βάπτισμα, ἄφεσις ἁμαρτημάτων δι' ὕδατος καὶ πνεύματος. S. Auguſtinus contra Pelagian. lib. 1. c. 24. *Optimè Punici Chriſtiani baptiſmum ipſum nihil aliud quam Salutem, & Sacramentum corporis Chriſti nihil aliud quàm Vitam vocant.* Idem de Urbis excidio cap. 6. *Baptiſmum extorquebat quiſque à quo poterat. Non ſolùm in Eccleſia, ſed etiam per domos, per vicos ac plateas Salus Sacramenti exigebatur.* Salvianus lib. 6. de Gubernat. Dei: *Tenemus ſymbolum, & evertimus, confitemur munus Salutis pariter & negamus. Ac per hoc ubi eſt Chriſtianitas noſtra, qui ad hoc tantummodo Sacramentum Salutis accipimus, ut majore poſtea prævaricationis ſcelere peccemus. Salutarem baptiſmum conſequi,* apud Luciferum Calar. lib. 1. pro S. Athanaſio. Rupertus Abbas in Vita S. Heriberti Archiep. Colonienſis n. 23. de baptizato: *Tradidit Sacramentum Salutis, non perſonæ intendens, ſed creaturæ formatæ ad imaginem Dei.*

Salus & Salut, Nummus aureus in Francia ab Henrico V. Rege Angliæ cuſus, ſic dictus quod in ea effecta eſſet Annuntiationis Deiparæ ſeu ſalutationis angelicæ figura. Occurrit in Chron. ſub. an. 1420. Vide *Moneta*.

Salutem mandare, Salutare. Bernardus Monachus in Conſuetud. Cluniacenſib. MSS. c. 1. de Abbate: *Cum alicubi longiùs à Monaſterio moram faciens, mandat Conventui ſalutes, ſeu orationes, qui in Capitulo fuerint petunt venias ſuper genua in ſcabellis pedum ſuorum.*

Salutes, Eulogiæ, xenia, exenia, ſeu præſtationes, quæ

fiebant ultra debitum cenſum, aut debitam penſitationem, ſtatutis temporibus, ſic dictæ, quod qui eas deferebant dominis, *ſalutem* iis cum ejuſmodi xeniis impertirentur. Chartæ Parentales for. 24. *Nos & noſtri ſervientes veſtri, in Domino vobis dirigimus ſalutes.* Chronicon Caſaurienſe lib. 4. *Illi autem quos in turre poſuerat — prætereuntes deprædabantur, miſſas rapiebant ſalutes.* Tabularium ejuſdem Monaſterii an. 1140. *Promiſit in uno quoque anno duas maximas ſalutes de piſcibus facere.* Petrus Diac. Caſin. lib. 4. c. 53. *Ut haberet inde omnem reditum — præter conſuetas ſalutes.* Bulla Honorii III. PP. *Univerſi habitatores caſtri prædicti tenentur præſtare annuatim infirmariæ Caſinenſi ſalutes infraſcriptas, videlicet gallinam, & 2. panes, & unum paſtillum, vel loco paſtilli, unam gallinam, & 12. ova in Nativitate Domini.* Falco Beneventanus p. 113. *Terraticum, olivas, vinum, ſalutes, nec ullam dationem de vineis, terris,* &c. Charta Rogerii Regis Siciliæ an. 1137. apud eundem p. 315. *Redditus, ſalutes, angarias, terraticum,* &c. Inſcriptio ſepulchri S. Benedicti Epiſcopi Albingaun. edita an. 1409. apud Ughellum:

—— Et egenis quaſcunque ſalutes
Concedebat enim munitus amore ſuperno.

Sueno in Hiſt. Danica cap. 5. *Miſſi ſunt itaque legati qui — reginam convenirent, pariterque ſalutes perferrent Imperatoris, & ſimul ejus donaria regiaque munera offerrent.* Ex his colligi poſſe videtur quid ſit *ſalus*, in Canonibus Hibern. lib. 33. c. 5. cujus lemma his verbis concipitur: *De modo quo reddet debitor ſalutem rata.* Id eſt quo modo debitor debiti præſtationem faciet. Vide *Viſitatio.*

SALUTABILITER. Gloſſ. Gr. Lat. Σωτηριωδῶς, *Salubriter, ſalutabiliter.*

SALUTATIO. Capitulare Aitonis Epiſc. Baſil. c. 3. *Ut ad ſalutationes ſacerdotales congrua reſponſiones diſcantur, ubi non ſolum Clerici & Deo dicatæ Sacerdoti reſponſionem offerant, ſed omnis plebs devota conſona voce reſpondere debet.* Concilium Wormatienſe an. 868. c. 69. *Lectores populum non ſalutent.* In Synodo Ticinenſi an. 850. c. 12. vetantur *Pœnitentes publicè vacare ſalutationibus.*

SALUTATORIÆ *Epiſtolæ*, quibus quis alicui ſalutem impertit. Epiſtola Cæciliani ad Felicem apud Baron. an. 314. n. 22. *Quum Galatius unus ex lege vestra publice Epiſtolas ſalutatorias de Baſilicâ protulerit.* Utitur etiam Fortunatus lib. 5. Poëm. 18. cui & *ſalutatorium* dicitur lib. 8. Poëm. 16. 17. 18.

SALUTATORIUM, *Locus, in quo ad ſalutandum advenientes excipiebantur, Papia*: ȝretingh-huſ, i. domus ſalutationis, Ælfrico. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 412. *Ecce tannas hic diſponam, & ad ortum ſolis ingreſſum, primo Proaulam, ſecundo Salutatorium, in tertio Conſiſtorium, in quarto Tricorium, in quinto æſtas hyemales,* &c. Ita *ſalutatorium* in Monaſteriis virginum appellatur in Regulis S. Cæſarii, S. Aureliani, & S. Donati, & in Concilio Matiſcon. I. c. 2. Præſertim verò ita appellata exedra Eccleſiæ adjuncta, ubi Epiſcopi priuſquam ſacra peragerent, fidelium ſalutationes excipiebant, uti colligitur ex Gregorio M. lib. 4. Epiſt. 54. & 98. & aliis quos laudavimus in Deſcrip. ædis Sophianæ n. 88. Adde Vitam S. Ephræmi apud Bolandum n. 3. Cyprianus in Vita S. Cæſarii Arelat. ſub. fin. *Mulieres tamen intra domum Eccleſiæ non ad ſalutandum, non qualibet cauſa, nec religioſa, nec propinqua ancilla nulla omnino feminarum introeundi habuit licentiam.*

SALUTATICUM, idem quod *ſalus*, vel jus exigendi ejuſmodi *ſalutes*, ſive xenia: perperam enim Goldaſtus vectigal pro *ſale* interpretatur. Hugo Flaviniacenſis an. 755. *Ut nullis hominum Flaviniacenſis Eccleſia in omni regno ſuo teloneum daret, — nec de rotatico, barganatico, pulveratico, mutatico, ſalutatico, laudatico,* &c. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum p. 656. *Laudaticos, ſaumaticos, ſalutaticos,* &c. Alia Pipini Regis apud Chiffletium in Tornutio p. 193. *Aut portaticum, aut ſalutaticum, aut ceſpitaticum,* &c. Occurrit crebro in Chartis Caroli M. & aliorum apud Hedam pag. 218. 1. edit. poſt Aimoinum Brolii p. 264. 265. apud Sanjulianum in Tornutio p. 510. Beſlium in Epiſcopis Pictavenſib. p. 28. Ducheſnium in Hiſt. Vergiacenſi p. 9. Hubertum in Hiſt. S. Aniani p. 75. &c. Huc videtur ſpectare Formula Manumiſſionis ſervi apud Rolandinum in Notaria cap. 7. rubr. 4. *Et ab omni conditione, gravamine operis, & operarum impoſitione, tam obſequialium, quæ conſiſtunt in faciendo, ut in aſſurgendo, ſalutando, & ſimilium: quam eorum quæ conſiſtunt in non faciendo, utpute de non vocando in jus manumiſſorem venia non petita,* &c. Perperam verò *Saltuaticum* legit Lindembrogius in formula ſolenni 12. & apud Aimoinum lib. 5. cap. 1. Marculfus lib. 2. form. 44. *Quomodo Epiſcopus in Nativitate Domini ad Regem, Reginam, vel ad Epiſcopum viſitationis dirigit ſcriptum. Dum generaliter Dominicæ Nativitatis exultamus adventum, cenſum debitæ ſubjectionis deſolvere perurgemus: atque ideo ſalutationum munia cum eulogiis peculiaris patroni veſtri ſancti illius — Clementiæ veſtræ direximus,* &c. Adde form. 45. 46.

SALVUS *Locus*, liber, immunis ab omni præſtatione. Charta donationis Bernardi Comitis Petragoric. & uxoris Garſindæ pro Monaſterio Sarlatenſi: *Sint & ipſi Monachi in ſubjectione Regis ad locum ſalvum faciendum, & non ad aliud perſolvendum, niſi ſolas orationes.* Vide *Salvamentum.*

SAMARDACUS, Afris, Impoſtor, morio, μωρός. S. Auguſtinus lib. 3. contra Academic. cap. 15. *Ille autem caſu planus erat, de iis quos Samardacos jam vulgus vocat.* Edit. præfert *Sarmadacos*, ita ut vocem confectam ex *Sarmatis* & *Dacis* liceret augurari, quaſi *Sarmatodaci* dicti fuerint, qui hac ætate ex hiſce profecti provinciis erronum inſtar ubique diſcurrerent ac vagarentur: ſed *Samardacus* exertè præferunt Acta S. Quirini Mart. n. 5. *Video enim te ſicut ruſticanum, quaſi a ſamardaco inductum, qui & te & ſe decepit.* Ut & Chryſoſtomus Homil. 18. ad Epheſios: Οὐχ ὁρᾷς τοὺς λεγομένους γελωτοποιούς, σαμαρδάκους, ὅπως εἰσὶν εὐτράπελοι, ubi pro morionibus vox hæc uſurpatur.

Samardacus, Terminus bifurcus, apud Latinum de terminis: *Terminus ſi bifurcus fuerit, ſamardacus dicitur. Samartia* etiam ibidem dicitur.

SAMBUCA, *Sambuciſtria.* Papias: *Sambuca, genus cytharæ ruſtica. Sambucinarius, ipſe qui dicit. Sambuciſtria, quæ in cythara ruſtica canit.* Iſidorus lib. 2. Orig. c. 20. *Sambuca in Muſicis, ſpecies eſt ſymphoniarum. Eſt enim genus ligni fragilis, unde & tibiæ componuntur.* Gloſſæ ejuſdem: *Sambuciarius, ipſe qui dicit. Sambuciſtria, quæ cithara ruſtica* (ſic leg.) *canit. Sambuciſtrio, ſaltator. Sambucus ſaltator.* Vide Feſtum, Marcianum Capellam lib. 9. &c.

Sambucus, ſaltator, in Gloſſis antiquis MSS.

Sambuca, Currus ſpecies. Vide *Sabuta.*

Sambuca, Machina bellica, ὀργανικὴ μηχανή, in Gloſſ. Gr. Lat.

Sambuca, Baculus Paſtoralis. Vide *Cambuta.*

SAMBUTA. Vide *Sabuta.*

SAMERIUS. Vide *Sagma.*

SAMIA, Æ, *deriſio, quæ facit vultum rugoſum*, Papiæ MS. & edit. F. *Sanna.*

SAMINATOR. Adalardus lib. 1. Statutor. Corbeienſ. cap. 1. *Sutores duo, ſcutarii duo, Pergaminarius unus, ſaminator unus, fuſarii tres.* Ubi videtur legendum *Samiator*, ἀκονητής, ut eſt in Gloſſis Lat. Gr. Aliæ Gloſſæ: ἀκονητής, *Samiarius, cotiarius, acutiator.* Vide Scriverium ad Vegetium, lib. 2. cap. 14.

SAMITUM. Vide *Examitum.*

SAMNIS. Vide *Examitum.*

SANARE, Solvere: *Sanatio*, Solutio. Veteres Chartæ Italicæ apud Ughellum to. 7. p. 262. 397. 424. *Unde & in præſenti accipimus à vobis plenariam noſtram ſa-*

nationem, id eſt auri ſolidos 310. &c. Vide *Salus.*

Sancenissat, *Lætatur, triumphat.* Ita Gloſſ. Lat. MS. cod. 1013. & Gloſſæ Iſid. an *Saracenizat?* Id videntur indicare Gloſſæ Pithœanæ, in quibus hæc vox additur, *erreniſſat*, pro *ſaraceniſſat.*

Sanchatus, Membris attractus, in Miraculis B. Simonis Tudertini n. 3. Galli dicerent *Deſanché.*

Sancheti, Moneta Navarræ Regni, à Sancio, ſeu *Sanchez* Rege dicta. Charta Philippi Reg. Fr. an. 1303. in Regeſto ejuſdem Regis an. 1301. ex Tabulario Regio n. 34. *Mandamus vobis — quatenus centum libras Sanchetorum pro dictis centum libris Pruvinenſibus ſuper noſtro Pampilonenſi pedagio tradatis, aſſignetis*, &c.

Sancire, Sanctificare. Tertullianus lib. de Reſurrect. *Anima non lavatione, ſed reſponſione ſancitur.* Et lib. de Jejunio: *Joël exclamavit, Sancite jejunium.* Gregorius M. in lib. Sacrament. *Deus qui legalium differentias hoſtiarum unius ſacrificii perfectione ſanxiſti*, &c. Lex 2. Cod. Th. de Feriis, *Kalendarum Januariarum conſuetos dies otio ſancimus.* Ubi Tribonianus reſtituit, *mancipamus.*

Sancta, indeclinabile, τὰ ἅγια Græcis, Hoſtia ſancta, ſacra, quæ in Miſſa offertur. Ordo Romanus: *Et tunc duo Acolyti tenentes capſas cum Sancta apertas, & Subdiaconus ſequens cum ipſis tenens manum ſuam in ore capſæ, oſtendit Sancta Pontifici, vel Diacono qui præceſſerit. Tunc inclinato capite Pontifex, vel Diaconus ſalutat Sancta, & contemplatur, ut ſi fuerit ſuperabundans, præcipiat ut ponatur in conditorio.* Alibi: *Cùm dixerit, Pax Domini ſit ſempèr vobiſcum, mittit in calicem de Sancta.* Infra: *Qui dum communicaverit de ipſa Sancta, quam momorderat, ponit inter manus Archidiaconi in calicem*, &c. Alio loco: *Tunc Pontifex rumpit oblatam ex latere dextro, & de ipſa Sancta quam ruperat, particulam ſuper altare derelinquit.* Concilium Laodicenum c. 14. Περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι.

Sancta, Sanctorum reliquiæ. Leges Kanuti Regis c. 57. *Si quis falſum juramentum ſuper Sancta jurabit, & convictus inde fuerit*, &c. Ægidius Aureæ vallis Monach. in Addit. ad Harigerum Abbat. Lobienſem in S. Servatio Epiſcopo Leod. cap. 27. *Interdum dum adhuc ira vindicis Dei differtur, curemus ne Sancta noſtra ſimul nobis eripiantur cum urbis excidio.* Mox: *Sanctorum reliquias tolli imperat*, &c. Hinc *jurare ſuper ſancta*, id eſt ſuper Sanctorum reliquias. *Le Roman de Garin* MS.

Il font les Seins en la place aporter,
Toſt premereins a juré Yſoré, &c.

Alibi:

A genollons s'eſt devant les Seins mis.

Vide *Jurare.*

Sancta ſanctorum, Locus Templi ſecretorum, ad quem nulli erat acceſſus, niſi tantùm ſummo Sacerdoti: Ugutio. Concilium Turonenſe II. cap. 4. & Capit. Caroli M. lib. 7. c. 203. *Ad orandum vero & communicandum, Laicis & feminis, ſicut mos eſt, pateant Sancta Sanctorum.*

Sanctimoniales, dictæ olim feminæ aut virgines, quæ *ſanctimoniæ* & vitæ integritati potiſſimum dabant operam: interdum certis, ſæpe nullis illigatæ monaſticis votis. Ugutio: *Sanctimonialis, femina ſanctitati dedita.* Epiſtola Zachariæ PP. ad Bonifacium Mogunt. *Cum Sanctimonialibus feminis, id eſt Monachis.* Lex Bajwar. tit. 1. cap. 12. *Si quis ſanctimonialem, hoc eſt Deo dicatam de Monaſterio traxerit.* Concilium Carthag. IV. c. 11. *Sanctimonialis virgo, quum ad conſecrationem ſuo Epiſcopo offertur, in talibus veſtibus applicetur, quibus ſemper uſura eſt, profeſſioni & ſanctimoniæ aptis.* S. Auguſtinus de Verb. Dom. ſerm. 22. c. 1. *Non mihi videtur iſta parabola, vel ſimilitudo ad eas ſolas pertinere, quæ propriâ & excellentiori ſanctitate Virgines in Eccleſia nominantur, quas etiam uſitatiore vocabulo Sanctimoniales appellare conſuevimus.* Idem lib. de Sancta virginitate c. 55. *De ſanctitate, qua ſanctimoniales propriè dicimini.* Vita S. Genovefæ c. 1. *In ſanctimonio conſecrata.* Cap. 5. *Interrogatur à Genovefa utrum ſanctimonialis, an vidua eſſet. At illa reſpondit ſe in ſanctimonio conſecratam, intacto corpore Chriſto dignum præbere famulatum.* De harum inſtitutis agunt idem Auguſtinus de Morib. Eccleſiæ c. 31. Hieronymus Epiſt. 22. 48. & S. Baſilius de Virginitate. Sanctimonialium meminerunt præterea Gregorius M. lib. 1. Dialog. c. 4. lib. 2. c. 19. 23. 32. lib. 3. c. 14. 21. 26. 33. Lex Burg. tit. 14. §. 5. 6. Lex Bajwar. tit. 1. c. 14. Decret. Taſſilonis §. 4. Capitula Caroli M. & Lex Longob. non uno loco, &c. Vide Bolandum ad Vitam S. Scholaſticæ 10. Febr. §. 3. n. 18.

Sanctimonia, ipſa Sanctimonialium regula, vel officium. Charta fundationis Monaſt. Aſſendienſis in Weſtphalia apud Hermannum Stangefolium lib. 2. p. 151. qua res Monaſterii diſtrahere vetatur Abbatiſſa: *Ne penuria rei familiaris urgente, ruptis ſanctimoniæ habenis, liberius huc atque illuc abſque Dei timore vagentur.*

Sanctimonium. Gloſſ. Gr. Lat. ἁγιωσμὸς, *Sanctimonium.* ἁγιότης, *Sanctimonium.* S. Auguſtinus in Pſalm. 99. *Nunquid ideò ſanctimonium reprehendendum eſt?* Helmodus lib. 1. c. 84. *Locus ille fuit ſanctimonium univerſæ terræ, cui flamen, & feriationes, & ſacrificiorum varii ritus deputati fuerant.*

Sanctimonium, & *Sanctimonia*, titulus honorarius Summorum Pontificum, Epiſcoporum, & Preſbyterorum. Paſtor Preſbyter in Epiſt. ad Timotheum: *Jubeat Sanctimonium veſtrum tamus ad eum.* Ejuſdem Timothei Epiſt. ad Paſtorem: *Oramus Sanctimonium veſtrum* &c. Acta S. Suſannæ: *Oro Sanctimonium veſtrum ut ſalvetis animam meam.* Adde Vitam S. Angilberti Abb. n. 4. 49. Nicolaum I. PP. Epiſt. 49. 54. Joannem VIII. PP. Epiſt. 253. 292. &c.

Sanctire, *Affirmare*, in vett. Gloſſis.

Sanctitas, Titulus honorarius Epiſcoporum, apud S. Auguſtinum Ep. 78. 88. Fortunatum lib. 3. Poëm. p. 70. Nicolaum I. PP. Epiſt. 28. 29. 34. 54. Hadrianum II. PP. Epiſt. 9. & alios paſſim. Vide Bivarium in Notis ad Pſeudo-Chronicon Maximi p. 74. & ſuprà *Sanctimonium.* *Sanctos* autem etiamnum ſuperſtites compellatos Epiſcopos docemur ex Avito Viennenſi Epiſt. 28. 66. Sidonio, & aliis. Theophilus Patr. Alexandrinus in Commonitorio: *Eccleſia pacem habente, decet præſentibus ſanctis ordinationes fieri in Eccleſia.* Alvarus in vita S. Eulogii Preſb. & Mart. n. 12. *Omnes namque ſancti Epiſcopi, non tamen omnes Epiſcopi ſancti.* Meſſianus in vita S. Cæſarii Arelat. *Sanctus Lucius Preſbyter, & Didymus Diaconus, qui eo tempore cum ipſo per parochias ambulabant*, &c. Sed & Abbates ipſos *Sanctos* non ſemel compellat Cæſarius Arelatenſis ſerm. 7. 9.

Sanctitatis titulum Imperatoribus Conſtantinopolitanis adſcribi ſolitum, pluribus docemus in Diſſert. de Byzantinis nummis: quem etiam Anglorum Regi attribuit Joannes Sariſberienſis Epiſt. 61. *Veſtram vero Sanctitatem, ſicut accepimus & dolemus, iniqui circumvenire conati ſunt.* &c.

Sanctitudo, Titulus honorarius Epiſcoporum, apud Julianum Toletan. in Epiſtola præfixa libris Prognoſtic. & in Epiſtolis Idalii Epiſcopi Barcinonenſis, & Suitfreni Epiſcopi Narbon. eiſdem ſubjectis.

Sanctoralia, Libri continentes vitas Sanctorum. Ita quidam indigitantur qui in Bibliothecis latent.

Sanctuale: Vide *Sanctuarium.*

Sanctuarium, Templum, ædes Sanctorum. S. Eulogius lib. 2. Memorial. c. 9. *Qui tunc in ſupradicto Sanctuario* (Baſilica Sanctorum trium) *adhuc juvenis cum Paulo Preſbytero reclusus manebat.* Vide Chartam Philippi I. Regis Francor. an. 1066. apud Marlotum in Chronico S. Nicaſii Remenſis cap. 2.

Sanctuarium altaris, in Concilio Bracarenſi I. c. 13. & apud Martinum Bracar. c. 55. quod Græcis ἄδυτον, βῆ-

pe, Latinis *Preſbyterium.* Adam Bremenſis cap. 85.
Sepultus eſt in medio chori, ante gradus ſanctuarii. Chro-
nicon Montis-Sereni an. 1174. *Deſtructo veteri ſanctua-*
rio, quod pro ſui brevitate Congregationi erat inconve-
niens, &c.

Sanctuarium, Cœmeterium. Synodus Ciceſtrenſis anno
1292. c. 1. *Eccleſiarum Sanctuaria, quæ populariter Cœ-*
meteria nominantur.

Sanctuarium, Jus aſyli, quo gaudebant Eccleſiæ Angli-
canæ, priuſquam illud abrogaſſet Henricus VIII. ſta-
tuto an. 32. cap. 12. Willelmus Stanfordius lib. 2. de
Placitis coronæ cap. 38. *Sanctuarie eſt un lieu privile-*
gé par le Prince, ou ſouverain Gouverneur pour le ſau-
vegarde du vie d'home, qui eſt offendour. Infra: *Sanctua-*
rie n'eſt fors que come un liberté ou franchiſe grannté
par le Roy à l'Abbé, ou ſpiritual gouvernour. Charta
Renulphi Regis Merciorum pro Monaſterio Abendo-
nenſi: *Et quod virtute literarum prædictarum — ea-*
dem villa de Culman ſint Sanctuarium & locus privile-
giatus, &c. *Et quod tunc Abbas & omnes prædeceſſores*
ſui — habuerunt ibidem tale ſanctuarium. Monaſti-
cum Anglic. to. 1. p. 172. *Qui pacem ſanctuarii inter*
Eccleſiam Ripenſem violaverit, reus ſit bonorum omnium
& vita.

Sanctuarium, Bona ad Eccleſiam pertinentia. Charta
Henrici III. Regis Angliæ: *Dedimus & conceſ-*
ſimus — Eccleſiam de Lecchelade, cum toto ſanctua-
rio ad Eccleſiam illam pertinente.

Sanctuarium, Sanctorum reliquiæ, ſeu potius Theca reli-
quiarum. Hormiſdas PP. to. 1. Epiſt. Roman. Pontif.
Sanctuaria beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſecun-
dum morem ei largiri præcipite. Jurare ſuper Sanctuarium,
in Legibus Ethelredi c. 4. Lambertus Ardenſis p. 164.
Attulit etiam ſacri inſigne trophæi de terra Hieroſolymo-
rum ſuper aurum & lapidem pretioſum pretioſiſſimum,
Sanctuarium ſcilicet de barba Domini, de ligno Domini,
&c. Theodoricus in S. Elizabethæ Reginæ Ungariæ
vita lib. 8. cap. 5. *Alii pannorum particulas præcide-*
bant, & pro ſanctuario reſervabant. Willebrandus ab
Oldenborg in Itinerario Terræ Sanctæ p. 138. *Deinde*
Græci, & eorum Patriarcha pedites cum multis ſan-
ctuariis ſubſequebantur, Occurrit crebro apud Scripto-
res, Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 52. lib. 2. Ind.
10. Ep. 9. lib. 5. Epiſt. 22. 45. lib. 7. Ind. 2. Epiſt.
11. 12. 73. 86. in Concilio Meldenſi an. 843. c. 39.
apud Auguſtinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. part.
2. p. 623. & alios laudatos in Gloſſar. ad Willhar-
duinum, cui *Sanctuaires*, ejuſmodi ſanctuaria dicuntur
n. 100. *Le Roman de Garin:*

Les filatires, les ſeintuers chers.

Guill. *Guiart* in Ludovico VIII.

Calices, fiertes, filatieres,
Chapes de cuer, viez Sainctuaires.

Joan. Villaneus lib. 6. cap. 85. *La quale recata à*
Lucca ſi monſtrava in San Friano, come una Sanctua-
ria. Teſtamentum Joannæ Drocenſis Comitiſſæ Ru-
ciaci an. 1324. *Je laiſſe mon Sainctuaire de ſaint Jean*
ainſi envaiſſelé comme il eſt à Jean mon fil, &c.

Sanctuale, idem quod *Sanctuarium*, Sanctorum reliquiæ.
Othlonus in vita S. Bonifacii Archiepiſc. Moguntini c.
5. *Et quia ſe Apoſtolum cenſuit nominare, & capillos*
& ungulas ſuas populis pro Sanctuali tribuebat, ſedu-
cens populum diverſis erroribus.

SANCTUARIUS, ad Sanctos, ſeu ad Eccleſiam pertinens.
Sanctuaria terra, quæ ad Sanctos, ſeu ad Eccleſiam
pertinet. Tabularium S. Victoris Maſſil. *Rogamus ut*
pergas illuc, & mittas terminos inter oppida & caſtrum
& terram ſanctuariam: nam tuæ poteſtatis eſt eam ter-
minare, & unicuique diſtribuere, quantum tibi placi-
tum fuerit. Terra Sanctorum, apud Ordericum Vital.
lib. 9. p. 721.

Sanctuaria familia, in Diplomate Henrici IV. Imp. quod
extat in Actis Murenſis Monaſt. p. 22. *Miniſtri & fa-*
milia Sanctuarii, in Charta Henrici Imp. an. 1075.
pro Monaſterio Hirſangienſi apud Trithemium.

Sanctuarii, Eccleſiarum Tenentes. Concilium Burdega-
lenſe an. 1255. c. 18. *Item inhibemus Laicis decimariis*
univerſis, ne de Sanctuariis Eccleſiarum decimas exi-
gant, vel recipiant ullo modo, &c. *Homines ſanctua-*
rii, in Regeſto Feodorum Campaniæ fol. 82. *Odo*
de Ponciaco dixit quod Comes Campaniæ poteſt ſequi
homines ſanctuarios uſque ad Beuvonne, &c. Fol. 106.
Maria de Ori fecit homagium ligium: feodum eſt
apud Ori in Caſtellaria Sparnaci, & apud Jaccinz de
hominibus ſanctuariis in Caſtellaria Sezannæ. Charta
Capituli Trecenſis an. 1224. in Tabulario Campan.
Bibliothecæ Reg. f. 431. *Si homo ſanctuarius contraxe-*
rit cum fœmina noſtra, & duxerit eam in terram domi-
næ Comitiſſæ. Sainteurs, in Conſuetud. Hannonienſi
cap. 83. art. 2. 4. 5. 6. vocantur: In Regeſto Gallico
Homagiorum præſtitorum Theobaldo Regi Navarræ
Comiti Campaniæ an. 1256. fol. 244. *hommes ſain-*
tiers, fol. 232. *hommes ſaints: Homines Sanctorum,*
in eodem Regeſto Feodor. Campan. fol. 6. *Dominus*
de Arzilleriis tenet de Roſnaco medietatem S. Stepha-
ni, & juſtitiam, & Brandonviller, & Juilly, & Al-
banos, & homines ſanctorum. Charta an. 1165. *Vel*
hominibus poteſtatis ipſius cœnobii, vel advenis, quos
Albanos vocant, vel ſervis tam Sanctorum, quam ho-
minum infra procinctum commanentibus. Uſatici Barci-
nonenſes MSS. cap. 102. *Hoc quod juris eſt Sanctorum,*
vel Poteſtatum, vel Caſtrorum, nemo poteſt eis impedi-
re, nec pro ſuo jure defendere, nec deſtruere, etiam lon-
ginqua 200. annorum poſſeſſione.

Sancti, iidem qui *Sanctuarii*. Libertates Regni Majori-
cæ an. 1248. apud Joan. Dametum in Hiſt. Regni Ba-
lear. l. 2. p. 269. *Promittimus etiam vobis, quod non dabi-*
mus, nec excambiabimus vos alicui perſonæ, Militibus,
neque Sanctis, in toto vel in parte, &c. Eadem loquen-
di formula uſus etiam Fortunatus lib. 3. Poëm. 10.

Turris ab adverſo quæ conſtitit obvia clivo,
Sanctorum locus eſt arma tenenda viris.

SANDALIA. Ugutio, & ex eo Joann. de Janua, & Au-
tor Breviloqui: *Sandalium, quidam pannus quo equi*
nobilium ſolent operiri, ut Papæ & Cardinalium. San-
dalia etiam dicuntur ſubtalares, quibus Papa & Epiſco-
pi ſolent Miſſas celebrare, quales beatus Bartholo-
mæus deferebat. Papias: *Sandalia, Græcè, alii ſubtu-*
lares, caligæ, calciamenta, quæ non habent deſuper co-
rium. Durandus lib. 3. Ration. c. 8. n. 5. *Sandalia*
quæ pedibus imponuntur, ſic vocantur ab herba, vel
Sandalico colore, quo depinguntur. Habent autem de-
ſubtus integram ſoleam, deſuper verò corium feneſtra-
tum. Alcuinus lib. 2. de Divin. offic. *Sandalia di-*
cuntur ſoleæ, eſt autem genus calceamenti quo induun-
tur miniſtri Eccleſiæ, ſubterius quidem ſolea munient
pedes à terra, ſuperius verò nil operimenti habent, pa-
tet: quo juſſi ſunt Apoſtoli à Domino indui. Idem ſcri-
ptor eodem libro: *Epiſcopi & Sacerdotis pene unum*
officium eſt: at quia nomine & honore diſcernuntur, e-
tiam & varietate ſandaliorum, ut viſibus noſtris error
auferatur. Epiſcopus habet ligaturam in ſuis ſandaliis,
quam non habet Preſbyter. Epiſcopi eſt huc illuc diſcur-
rere per parochiam: ne fortè cadant ſandalia de pedibus,
ligata ſunt. Preſbyter qui domi immolat, ſublimius in-
tendit. Diaconus quia diſſimilis eſt Epiſcopo in ſuo of-
ficio, non eſt neceſſe ut habeat diſſimilia ſandalia. &
ipſe ligaturam habet, quia ſuum eſt ire ad comitatum;
&c. Hildebertus Turonenſis Archiep. *Conſuetudinis*
eſt & rationis pertuſa deſuper eſſe ſandalia, ut totus ap-
pareat pes, nec totus ſit coopertus: prædicator enim nec
abſcondere omnibus, nec omnibus Evangelica debet ape-
rire Sacramenta. Adde Amalarium lib. 2. de Eccl.
offic. cap. 25. Rabanum lib. 1. de Inſtit. Cler. c. 21.
Rupertum lib. 1. de Divin. offic. c. 24. Honorium
Aug. l. 1. c. 210. Ivonem Carnot. ſerm. 3. de Rebus
Eccleſiaſt. Hugon. à S. Victore in Speculo Eccl. cap.

6. Capitula Herardi Arch. Turon. c. 103. Philippum Eyſtetenſem in vita S. Willibaldi cap. 22. Innocent. III. lib. 1. Myſt. Miſſæ c. 10. 48. Durandum lib. 3. Ration. cap. 8. n. 5. &c.

Sandaliorum ut & chirotecarum in præcipuis feſtivitatibus uſum Abbatibus interdum conceſſum habent non ſemel Scriptores, atque in iis Leo Oſtienſis lib. 2. Chr. Caſin. cap. 82. 97.

Sandalia itinerantium fuiſſe ſcribit Iſaias Abbas Inſtit. ad Fratres orat. 3. *In itinere lintheum, non autem incalla ſandalia feras.* De forma ſandaliorum ac uſu apud veteres, ut & apud Chriſtianos, vide Benedictum Balduinum in Calc[…]antiquo cap. 12. Salmaſium ad Tertullianum de Pallio, Angelum Roccam ad Imagines S. Gregorii M. &c.

Sandalia excutere. Lambertus Schafnaburg. anno 1053. de Legato Apoſtolico: *Egreſſus urbem (CP.) ſandalia ſua more Apoſtolorum publicè ſuper eos excuſſit.* Vide Notata ad Cinnamum p. 481.

Sandalis, pro *Sandalium*. In Capitulis Adalhardi Abbat. cap 38. *de Sandalibus* inſcribitur. Charta Stephani I. Regis Hungariæ an. 1001. *Moreque Epiſcopi in ſandalibus Miſſam celebret.* Occurrit alibi non ſemel.

SANDALIS, Sandalum Plinio lib. 18. cap. 7. genus farris, quod Galli *Brance*, vocabant. Charta Rogerii Regis Siciliæ an. 1137. apud Ughellum to. 7. p. 564. *Ut deinceps nec Salernitani nec eorum homines pro mediatico aliquid perſolvant, ſed ſemper ab hac conditione liberi & abſoluti permaneant, plateaticum etiam, ſandalium, & lenticum, quæ veniunt de Calabria, Sicilia, & Lucania, ſimiliter eis condonamus.*

Σανδάλις, ut etiam hoc obiter moneam, quod Meurſium vox hæc fugerit, navigii ſpecies fuiſſe dicitur in Chronico Alexandrino p. 902. quod σανδάλιον appellatur in Nicetæ Codice Barbaro-Græco p. 142. & 411. edit. 1593.

SANDALICUS, pro *cendalicus*. Necrologium S. Victoris Pariſ. 12. Kal. Decemb. *Anniverſ. D. Joannis Regis Fr. — qui duos pannos ſandalicos aureos pro tunc nobis donavit*, &c. Vide *Cendalum*.

SANDONES. Charta Ayſtulfi Regis Longobard. apud Ughellum in Mutinenſib. Epiſcopis, to. 2. p. 105. *Et ut ullus — molendina vel portum cum ſandonibus, aut naves in ipſo fluvio vel in lavatrinam ædificare audeat*, &c.

SANGUIMINUERE: *Sanguinem minuere, vel ſanguine minuere*, Ugutioni. Catholicon parvum: *Sanguiminuere, amendrir le ſang.* Vide *Minuere*.

SANGUINARE, Sanguinem emittere, Gall. *Saigner*. Lex Saxon. cap. 1. §. 3. *De ictu nobilis, — livor & tumor ſi ſanguinat*, &c. Vita S. Ermenoldi Abbat. lib. 2. c. 3. *Ratbeldus nomine puer — tantum de auribus, ſingulis noctibus ſanguinavit, ut mane pulvinar ipſius alicujus animalis perfuſum ſanguine videretur.*

Sanguinare, Venam percutere. Gloſſ. Gr. Lat. φλεβοτομῶ, *ſanguino*. φλεβοτομοῦμαι, *ſanguinor*. Ugutio: *Sanguinare, i. ſanguinem minuere.* Locum vide in *Dies Ægyptiaci*. Nos *Saigner* dicimus. Monaſticum Anglican. to. 1. pag. 149. *Serviens verò qui fratres ſanguinaverit, panem & juſtam recipiet de cellario.*

SANGUINITÆ, Conſanguinei, agnati, cognati, ſanguine conjuncti. Cæſarius Heiſterbach. lib. 6. c. 5. *Noverat enim paucos eſſe Clericos, qui Canonicè intraſſent, ita ut non eſſent Sanguinitæ, id eſt à cognatis introducti; vel Chorita, id eſt per potentiam magnorum intruſi: ſive ſimoniaci, pecunia ſcilicet vel obſequiis intromiſſi.* Ubi pro *Chorita*, legendum puto *curita*, à curia; vel *chortita*, à corti, ſeu aula, vel palatio.

SANGUINUS. Jo. de Janua: *Sanguinus, quædam parva arbor, quod cortex & fructus ejus ſit ſanguinei coloris: unde hoc ſanguinetum, locus ubi abundant ſanguini.* Lex Longob. lib. 2. tit. 38. §. 1. *Qui ad arborem, quam ruſtici Sanguinum vocant, atque ad fontanas adoraverit*, &c. Ita meliores codd. at editio Heroldi habet *Sanctivum*. Vide *Sacrivus*.

SANGUIS, Vita. Ebrardus in Græciſmo c. 29.

Sit tibi peccatum ſanguis, ſanguis quoque vita.

Anonymus de Geſtis Conſtantini M. *Accepta fide ſecurum ſe eſſe de ſanguine.* Supra: *Dato ſacramento ſecurum eſſe de ſanguine.* Id eſt de pœna ſanguinis, ut eſt in l. 2. de Sepulchr. violat. l. 51. de Hæret. Cod. Th. & apud Senatorem lib. 9. Epiſt. 18.

Sanguis, Merum imperium, ſeu major juſtitia, vel juſtitia ſanguinis, quæ à domino feudi exercetur in caſibus in quibus ſanguis defluit. Stephanus Torn. Ep. 132. *Juriſdictionem civilem uſque ad rigorem, quam Imperium mixtum quidam appellant, ſub poteſtate Comitis Flandrenſis procuratorio nomine diu exercuit, ubi ex officio qualitercumque ſuſcepto tenebatur & innocentes abſolvere, & noxios condemnare, neminem tamen, ut ipſe confitetur, ad effuſionem ſanguinis ore proprio condemnavit, ſed confeſſos aut convictos de crimine, Communiæ Ambianenſi, ad quam judicium ſanguinis ſpectat, ſecundum quod meruiſſet reus, judicandos expoſuit & plectendos.* Hugo Flaviniac. pag. 132. *Juſtitiam latronum qui in bannum inciderunt, & ſanguinis qui effuſus fuerit.* Charta Adalberonis Epiſcopi Metenſis apud Meuriſſium pag. 308. *Bannum vero eidem loco tali tradimus conditione, ut ſi quis ſuper eandem terram fur vel ſanguinis effuſor deprehenſus fuerit, per officiales loci diſcutiatur.* Vetus Charta apud Jo. Columbum lib. 3. de Epiſcopis Siſtaricenſ. n. 9. *Juſtitiam ſanguinis in criminibus quæ morte aut membrorum detruncatione puniuntur.* Alia ibidem n. 10. *Retento nobis — majori dominio ſeu mero imperio, & generaliter ſuper omnibus criminibus; quæ mortem vel exilium, vel membri abſciſſionem, vel ademptionem omnimodam bonorum infligunt.* Extat in Tabulario Andegavenſi Charta Goffredi Ducis Normanniæ & Comitis Andegav. qua donat prædia aliquot Eccleſiæ S. Laudi, *cum ſanguine & latrone, cum incendio & rapin & murtro.* Alia an. 1242. *Juſtitia ſanguinis & adulterii.* Infra: *Ne aliquis auſus eſſet querimoniam facere curiæ D. Archiepiſcopi occaſione ſanguinis, & adulterii.* Alia an. 1250. *Eamdem juriſdictionem exerceat libere in ſanguine & adulterio in ſua juriſdictione commiſſis, ſeu etiam committendis, & aliis tam civilibus, quam criminalibus quæſtionibus*, &c. Alia Will. Comitis Pontivi an. 1149. pro Monaſt. Perſ. *Concedo etiam ipſis Monachis duellum ſuum, & ſanguinem ſuum, & latronem ſuum, & Catalla latronis, ſi fugerit vel deprehenſus fuerit.* *Foris factum ſanguinis*, in Charta an. 1227. *Judicium criminale vel ſanguinis*, in Metropoli Saliſburgenſi to. 1. pag. 389. 396. Tabularium Eccleſiæ Uzetienſis an. 1232. *Donavit Epiſcopus B. Anduſiæ — ad feudum pœnam inferendi ſanguinis hominibus S. Ambroſii lite criminali per ſuum & eorum bajulum.* Conſuetudo Municipalis S. Audomari art. 7. *Par ladite Couſtume ont le ſang & le larron: eſt à ſçavoir connoiſſance de mellée di debat fait à ſang courant, & du larron prins en icelle Seigneurie, poſé qu'il doive eſtre pendu & eſtranglé.* Conſuetudo Vinemacenſis art. 5. *La connoiſſance du ſang & du larron appartient au Seigneur Viſcontier.* Adde Magnum Paſtorale Eccl. Pariſ. lib. 2. ch. 97. Ruffium in Comitibus Provinciæ pag. 110. to. 9. Spicilegii Acher. pag. 133. Hemereum in Regeſto Auguſt. Virom. pag. 43. Ughellum to. 1. part. 1. pag. 398. &c. Vide *Latro*.

Sanguineum crimen, quod ſanguine & morte rei luitur. Pœnitentialis Gregorii III. PP. c. 20. *Si quis Clericus aut Laïcus in demoliendis ſepulchris deprehenſus fuerit, quia facinus hoc ſacrilegio legibus publicis ſanguineum dicitur*, &c.

Sanguis, Cognatio. *Sanguinis jura*, in lege 58. Cod. Th. de Hæret. *Nexus ſanguinis*, in l. 122. de Decurion. eod. Cod. & alibi non ſemel. *Sanguinis propinquitas*, in Legibus Wiſigoth. lib. 7. tit. 2. §. 19. *Sanguine proximus*, apud Liberatum Diaconum cap. 16. *Sanguine mixti*,

qui vel quæ matrimonia cum agnatis & cognatis intra
prohibitos gradus contraxerunt. Concilium Coyacenſe
an. 1050. can. 4. *Statuimus ut omnes Archidiaconi &*
Presbyteri, ſicut Canones præcipiunt, vocent ad pœni-
tentiam adulteros, inceſtuoſ.s, ſanguine mixtos, fures,
homicidas, maleficos, &c. Vide Cujacium ad leg. 4.
Cod. de Bonis vacantibus lib. 10. & in Obſervat. lib.
11. cap. 26.

Sanguis, Origo, genus, ſtirps. Ebrardus in Græciſmo
cap. 9.

Sanguis, progenies: ſanguis quoque dicitur humor.

Equi Hiſpanici ſanguinis in leg. 1. Cod. Th. de Equis
curulib. & apud Vegetium lib. 4. de Arte veter. cap.
6. Leges Edwardi Reg. *Ceperunt uxores ſuas de ſan-*
guine & genere Anglorum. Edictum Rotharis Regis
Longob. tit. 69. §. 4. *Componat eam mortuam, tan-*
quam ſi virum de ſimili ſanguine, id eſt ſi fratrem eius
occid.ſſet, &c. Utitur non ſemel Saxo Grammaticus,
ubi conſulendus Stephanius p. 155.

Sanguines, non agnoſcit priſca latinitas, ut eſt apud Pri-
ſcianum. Occurrit tamen non ſemel in ſacris Literis:
Qui non ex ſanguinibus, &c. *Viri ſanguinum*, &c.

Sanguinis Chriſti pretium. Leges Hoeli Boni Regis Wal-
liæ cap. 11. *Sanguis cujuſlibet hominum pretium eſt 24.*
denariorum. Sanguis Chriſti pretium eſt 30 denariorum.
Sic licet indignum videtur, & Dei ſanguis, hominis minoris
pretii eſt. Ubi presbyteri, ni fallor, intelliguntur, quo-
rum pretium majori pretio æſtimatum fuit.

Sangalentus, pro *Sanguinolentus*, in Capitul. ad Le-
gem Alamannor. cap. 26. edit. Baluzianæ. Ita Galli
Sanglant dicunt.

Sannare, pro *ſubſannare*, in vet. Lexico. Gloſſ. Lat.
Gr. *Sannator*, μωκητής.

Sansoga. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 1021. *De mur-*
dria, & de rapina, & de rap, & de igne, & de ſanguine, &
de ſanſoche, & de omni purpreſtura.

Saonnare. Vide *Sonare*.

Saonititium. Vide *Saio*.

Sapa, *Sappa*, Inſtrumentum ruſticum. Mamotrectus
ad c. 2. Michææ: *Ligo i. Sappa.* Charta an. 1183.
apud Ughellum to. 4. pag. 862. *De unoquoque pari*
boum, & de illis qui habent unum bovem, & eorum qui
laborant cum ſapa, 12. denarii per ſingulum annum.

Sapere, Scire, unde noſtris, *Savoir*. Capitula Caroli M.
l. 7. c. 100. *Sacerdotes qui non ſapiunt adimplere mini-*
ſterium ſuum, &c. Adde Capitul. triplex an. 808. c. 3.
Capitula Caroli C. tit. 8. *Volumus ut vos ſapiatis, quod*
noſter adventus hic fuerit. Tit. 12. *Ego illi ad ſalsituram,*
illud malum quod Scach vocant, vel teſceiam non fa-
ciant, nec ut alius faciat conſentiam. & ſi ſapuero qui hoc
faciat, non celabo. Adde tit. 14 §. 3. tit. 23. §. 2. tit.
43. §. 4. Hincmarus de Viſione Bernoldi Presbyteri:
Et uni homini meo commendavi aurum & argentum meum,
quod nemo alius ſapuit niſi ego & ille. Adde eundem
opuſc. 34. initio. Panegyricus Berengarii Imp.

——— *prohibere minas Widonis iniquas*
Sitne pium, ſapitis, dudum qui funera campo
Expertis, &c.

Adalbero Laudunenſis in Carmine ad Robertum Reg.

Alphabetum ſapiat digito tantum numerare.

Charta Alphonſi I. Regis Aragonum apud Blancam
pag. 765. *Scripſi tibi iſta mea carta de Logronco; &*
ſapias quod vidi rancurantem de illo Epiſcopo de Zara-
goza, &c.

Sapere, Poſſe. Deſiderius Epiſcopus Cadurcenſis in Epiſt.
ad Modoaldum: *Si gratiarum jura beneficiis veſtris re-*
compenſare voluero, non ſapiam. Phraſis Gallica, *je ne*
ſaurois.

Saphirinus, Cæruleus, coloris Saphiri, qui *caeruleus*
cum purpura eſſe dicitur Iſidoro lib. 16. cap. 9. Mo-
nachus Sangall. l. 1. c. 36. *Pallium canum, vel Saphi-*
rinum quadrangulum. Lib. 2. c. 14. *Palliaque Freſonica*
alba, cana, vermiculata. Saphirina, quæ in illis partibus
rara & multum cara comperit: ex pellibus fortè, quas
Saphirinas vocat. Jornandes de Rebus Getic. c. 3. de
Scanzia Inſula: *Hi quoque ſunt, qui in uſus Romanorum*
Saphirinas pelles, commercio interveniente per alias in-
numeras gentes tranſmittunt, famoſi pellium decora ni-
gredine. A Jornande hauſit quæ habet in eandem ſen-
tentiam Rodericus Toletanus lib. 1. cap. 8. Ubi
neſcio an hoc loco *Saphirinas* pelles intelligere liceat,
quas *Griſias* vel *Varias* alii vocant, quòd ad cæruleum
colorem accederent, unde etiamnum in armorum inſi-
gnibus eo colore depingi ſolet, uti obſervatum in Diſ-
ſertat. 1. ad Joinvillam pag. 135. Sed videtur obſtare,
quod *decoram nigredinem* [illegible]turinis pellibus videatur
adſcribere, adeo ut potius *M*[illegible]*rinæ* intelligi debeant:
niſi hac appellatione decora iſta nigredo ſubfuſcum in
Griſiis, ſeu *Variis* colorem ſpectet.

Sapientes, in Italia appellabant civitatum cives prima-
rios, quorum conſilio publicæ res gerebantur. Hiero-
nymus Rubeus lib. 6. Hiſtor. Ravennat. an. 1297.
Hoc etiam tempore Polentani, quamquam vires quoti-
die majores Ravennæ accipientes, primi ex ſententia rem-
publicam adminiſtrare: ab Senatu tamen Ravennati Ma-
giſtratus accipere, quibus Conſules & Rectores civitatis
vocabantur. Verum Lambertus ac Oſtaſius fratres ea
mutantes vocabula, quæ in vetuſtis eorum temporum co-
dicibus nos legimus, pro Rectoribus & Antianis, Conſu-
libuſque, novem ſcilicet, & quandoque ſex hominibus,
qui Magiſtratum civitatis obirent, ipſi Sapientes appel-
larunt, quod nomen adhuc ſupereſt. Sed longè antea il-
lud obtinuit in aliis Lombardiæ civitatibus, ut colligе-
re licet ex Ottone & Acerbo Morena in Hiſt. Re-
rum Laudenſium p. 4. 5. 93. 104. 123. Adde Alberti-
num Muſſatum lib. 4. de Geſtis Italicor. poſt Henric.
VII. rubr. 1. Rollandinum lib. 3. c. 8. Hiſtor. Bellu-
nenſem p. 108 verſo, &c.

Sapientia, Chriſtus. Rupertus lib. 10. de Divin. Of-
fic. cap. 15. *Filium Dei dicimus veram & incommuta-*
bilem ſapientiam, per quam univerſam condidit creatu-
ram. Sed hæc nota.

Sapientia, interdum dicitur Spiritus ſanctus. Rufinus
Palæſtinæ provinciæ Presbyter in libello fidei c. 1. *Quod*
unus eſt Deus, habens verbum ſubſtantivum æquale per
omnia ſibi, ſimiliter & ſapientiam ſubſtantivam æqualem
ſibi per omnia, &c. Et cap. 10. *Quod autem in ſapientia*
& cum ſapientia, hoc eſt cum Spiritu ſancto, Deus om-
nia facit, &c. Ita Theophilus Antiochenus lib. 2. ad
Antolycum, Irenæus lib. 4. cap. 17. & 37. & aliquot
alii.

Saplutus. Fragmenta Petronii p. 13. *Ipſe neſcit quid*
habeat, adeo ſaplutus eſt.

Sapo, vox Gallica vetus, unde Theutones *Seepe*, noſtri
Savon. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſoph. *Sapo*
Gallicus, i. albus. Aretæus lib. ult. de Cura paſſion.
Nitroſos illos factitios globos, quibus velaminum ſordes
expurgantur, ſaponem Galli vocant. Horatianus lib. 1.
Rerum Medicar. c. 3. *Gallico ſapone caput lavabis.* Pli-
nius lib. 28. c. 12. ait *Gallos* ſapone capillos rutilaſſe,
ut & Martialis lib. 14. Epigr. 26.

Cauſtica Theutonicos accendit ſpuma capillos.

Sapo Conſtantinianeus, de quo Ptolomeus Silvius in Later-
culo: *Conſtantinus ſenior*, — *diadema capiti ſuo propter*
refluentes de fronte propria capillos (pro qua re ſaponis
ejuſdem cognominis odorata confectio eſt) quo conſtringe-
rentur, invenit.

Saponem & uncturam Monachis dari ad ungendos calceos
docent Additio 1. Ludovici Pii, & Vinea Benedictina.
Hinc non ſemel Monachis ipſis in reditum aſſignatum
habent veteres Chartæ. Charta Ludovici Pii, apud
Doubletum p. 740. *Item ſaponem de ipſis villis perſol-*
vi, ut habetur conſtitutum. Viginti modia ſaponis, in
Charta Caroli C. pro Monaſterio Sangermanenſi apud
Mabillonium to. 4. SS. Ord. S. Benedicti p. 119. Alias
vide apud eundem Doubletum pag. 740. 793. Adde
etiam Fortunatum in Vita S. Radegundis.

Saponarii, Saponis confectores, apud Plinium Medic.

lib. 1. cap 21. & Gregorium M. lib. 8. Epiſt. 27. Capitulare de Villis c. 45. *Ancellatores, ſaponarios, ſiceratores, id eſt qui cervisiam conficiunt*, &c.

Savo. Gloſſæ MSS. *Nitrum, à Nitra inſula, ſalis ſpecies. Quidam dicunt eſſe ſavonem, qui mundat hominem.*

Saponaria. Alexander Iatroſophiſta lib. 1. Paſſionum: *Gutta prima ſaponaria trita & ſuppoſita ſatis bene operatur & curat.* Ubi Gloſſæ MSS. *Saponaria eſt lixivia, de qua fit ſapo. Fit autem hoc modo: pone in vaſe de virgis facto, vitis cineris 2. partes, tertiam de calce viva, & aquam deſuper. Quæ prima manat, eſt prima ſaponaria, & de hac dicitur. Ad ſaponem verò faciendum, ſepum arietinum in aqua illa pones, & diu agitabis.*

SAPOR. Veteres Conſuetudines Floriacenſes: *Ipſo die ab Armario reficimur, unum tamen generale piſcium, & saporem cum copia boni vini.* Alibi: *Quotiens habemus ova elixa, toties debemus habere ſaporem, excepto ad cœnam.* Ceremoniale Roman. lib. 1. ſect. 1. *Cum ſalſamentis, ſapore, caſeo, herbis crudis*, &c.

Adſaporare. Saporem infundere. Regula Magiſtri c. 23. *Et vestigiata à calice potione petita benedictione adſaporet qui miſcuit.* Infra: *Et item ſecundum ſuum numerum unicuique menſæ, ſignato item ab Abbate vaſe, & cum benedictione adſaporato, mixtum ei miniſtrent, & ipſi in ultimo bibant.*

SAPPA. Vide *Sapa.*

SAPPUS, Ungo, ex Anglico *Sap*, quæ vox etiam *ſuccum*, & *alburnum* ſonat. Fleta lib. 2. c. 73. §. 18. *Sciendum quod duæ ſunt terræ quæ maturè debent ſeminari, ad ſemen præcipuè Quadrageſimale, terra videlicet marloſa & lapidea, ne forte per fervidum Marcium damnum contingat, & ideo tempeſtivè debent hujuſmodi terræ ſeminari, ut per ſappum & virtutem hiemis naturale recipiant nutrimentum.*

Sappus, Abies, vulgò *Sapin.* Ordericus Vitalis lib. 13. p. 906. *Pro qua* (abiete) *vulgaris locutio villam Sappum nuncupare ſolebat.*

SAPUTURA, Modus vineæ. Pactum inter Thomam Comitem Sabaudiæ & Abbatem Pinarolenſem an. 1246. *Item pronuntiaverunt quod Comes poſſit emere ad opus Caſtri Podii Oddonis 4. ſaputuras vinearum factarum ab eorum poſſeſſoribus ſine tertio & aſſaytamento & ſolto proinde Monaſterio dando*, &c.

SARA, Præſtationis ſpecies apud Normannos noſtros. Charta Henrici Abbatis Fiſcanenſis in Tabulario Fiſcan. fol. 34. *Jurabunt quod ſaras & omnes alias rectitudines ſuas pro poſſe ſuo cum juſtitia ſuâ Abbatem habere facient, nec patientur aliquem in villa manentem piſcari, niſi ſaras dederit in hac forma. De omni piſcatione quamcumque exercuerint, hæc lex reddendarum ſararum erit. De omnibus navibus 26. remorum 2. ſaras, de navibus verò 18. ſeu 16. remorum ſaram & dimidiam*, &c.

SARABAITÆ, Monachi, qui nulla Regula approbati, adhuc operibus ſervantes ſeculo fidem, mentiri Deo per tonſuram noſcuntur: qui interdum bini aut terni paſſim per urbes aut caſtella proprio arbitratu vivunt, ut eſt in Regula S. Benedicti cap. 1. & in Regula Magiſtri cap. 1. Iſidorus lib. 2. de Offic. Eccl. c. 15. & ex eo Papias, ex Caſſiano Collat. 18. cap. 7. *Sextum genus Monachorum, quod per Ananiam & Saphiram pullulavit, i. Sarabaitæ, quique ab eo quod à cœnobiali diſciplina ſemetipſos ſequeſtrant, ſuaſque liberi appetunt voluptates, abuſive dicti ſunt lingua Ægyptiaca.* Gloſſæ MSS. *Sarabaitæ, renuentes aliorum diſciplinam.* Hi ab Hieronymo ad Euſtochium de Cuſtodia Virginit. appellantur *Remoboth*, à quo deſcribuntur. Ejuſmodi *Sarabaitas* exagitant paſſim Scriptores, idem Hieronymus in Epiſt. Petrus Damiani lib. 5. Epiſt. 9. Odo Cluniacenſis lib. 3. Collat. cap. 23. Ivo Carnot. Epiſt. 192. Joan. Sariſberienſis lib. 7. Policrat. c. 23. &c. Præterea Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Plus his ſi quæris jam Sarabaita vocaris,
Conductor cupidus margoque non Monachus.

Vide Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 22. Perperam *Sarabotta*, pro *Sarabaitæ*, editum in Apologia Henrici IV. Imp. quod non advertere Freherus & Spelmann. De vocis etymo variæ ſunt ſententiæ, quas vide apud Gazæum ad Caſſianum, Hæftenum lib. 3. Diſq. Mon. tract. 2. diſq. 2. Altaſerram, & alios. De iis etiam S. Nilus in querela περὶ τῶν [illegible] μοναχῶν ἐγκλημάτων: Ὁρῶμεν [illegible] καὶ ἄγαν [illegible] τῶν μοναζόντων βίος, νῦν δὲ ἀδιάφορος γέγονε, καθ' ὡς ὁρῶ, διὸ [illegible] σοὶ πᾶσαν ἰδέαν καὶ τύπον ὑπὸ τῶν ψευδομοναχῶν [illegible] καὶ [illegible] μένειν, &c. Adde Conſultat. Zachæi lib. 3. cap. 3.

SARABALLA, *Sarabara*, Ugutio: *Saraballum, lingua Chaldæorum vocantur crura & tibiæ. Unde brachiales quibus hæc teguntur, dicuntur ſaraballa, quaſi crurales & tibiales. Unde in Daniele c. 3. Saraballa eorum non ſunt immutata: ſaraballa enim dixerunt Aquila & Theodotion non corruptè ut legitur apud quoſdam in ſarabara. Et ſunt ſarabara fluxa & ſinnoſa veſtimenta, vel capitum tegmina, qualia videmus in capite Magorum picta, & ſunt propriè puerorum.* Catholicon parvum: *Saraballum, Braie.* Ita utranque vocem pro capitum & crurum tegumentis promiſcuè uſurpant: ſed præſertim pro capitis tegumento, quomodo apud S. Auguſtinum l. de Magiſtro c. 10. & S. Hieronymum Ep. 49. *Circa quorum ſaraballa, ſanctamque cæſariem innoxium luſit incendium.* Vide eundem in Daniel. c. 3. Commodianus Inſtr. 9. *Mercurius veſter fiat cum Sarabello depictus.* Adde Rodulfum in Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis n. 50. Metellum in Quirinalibus p. 63. &c.

Sarabella, pro braccis uſurpat Chronicon Novalicenſe lib. 6. *Dum exueretur veſtibus ſarabella ejus ſtercoribus labefacta reperta ſunt.*

Sarabara, eodem ſignificatu. Gloſſæ antiquæ MSS. *Sarabara, crura, tibia, ſive braccæ quibus crura teguntur & tibiæ.* Gloſſæ MSS. *Sarabara vocantur tibia vel crura. Brachis, operimentum ipſarum tibiarum.* Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Sarabara, fluxa ac ſinnoſa veſtimenta, ſive capitum tegmina, ut Magi habuerunt.* Thiofridus Abbas Epternacenſis in Vita S. Willibrordi: *Juſſus eſt ad lavatorium divertere, & ſarabara ſua diligenter inſpicere. Sarabara* legit etiam Tertullianus de Pallio, & ad Martyres. Occurrit pariter in Notis Tyronis pag. 159. Catholicon Armoricum: *Ballin, Gall. Barbecane, Sarabara ſecundum uſum præſentem, licèt aliud ſignificat ſarabara.* Quippe *barbacanas*, hodie *Braies* dicimus.

Saravara, neſcio qua notione. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3. *Superata tandem lues immunda, auxilia quærunt, Rex juſſit ſaravara duci equis non exiguis littora, petunt proprias ſedes.*

Salabarra, eſt veſtis groſſa, Eſclavine Gallicè, de pilis barri facta, ad modum ſalis aſpera. Ita Gloſſa MS. ad diſticha Mag. Cornuti.

Serabara. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1295. *Tali ergo judicio condemnatur. Primo pelle bovis ſtratus, aſcenſis ſex lictoribus equos, caudis ipſorum diſtractus, per civitatem Londinenſem, vallatus quatuor tortoribus larvatis & effigiatis in ſerabaris & pelliciis interdolatis, improperantibus ei convitia exprobrantur*, &c. Ita utraque editio, pro *ſaraballis.*

SARACA, genus pallii, aut veli. Anaſtaſius in Benedicto III. PP. p. 206. *Gabathas Saxiſcas de argento exaurato quatuor, Saraca de olovero cum chryſoclavo 2. camiſias albas*, &c. Vide *Sarca.*

SARACENI, Populi notiſſimi, qui à *Sara* Abrahami uxore legitima id nominis ſibi aſſumpſerunt. Hieronymus in Ezech. lib. 8. c. 25. *Agareni, qui nunc Saraceni appellantur, falſo ſibi aſſumpſere nomen Saræ, ut de ingenua & domina videantur generati.* Adde lib. 5. in Iſa. c. 21. & Agobardum de Inſolentia Judæor. cap. 21. Nicolaus de Lyra in Iſaiæ cap. 20. *Arabes ſunt Saraceni ab Iſmaele & Cadar filio ejus, qui melius à matre ſua Agareni. Sed maluerunt vocari Saraceni, quaſi Saræ fi-*

bera, non Agar ancillæ ſint filii. Vide Arnobium in Pſalm. 119. A Saraca regione Saracenos dictos vult Stephanus. Alii à Σαράχ Arabico, quod eſt κλέπτης, unde Σαρακηνοὶ, quaſi κλέπται. Alii à voce Hebraïca *Sarak*, quæ *vacuum* & *inane* ſonat, ita ut Saraceni dicti fuerint quaſi viri inanes, minimeque frugi homines, aut vitam pauperem, duram & incultam agentes, qualis eorum plerumque eſt qui rapto vivere ſolent, locaque deſerta & horrida incolunt. Vide Innocentium Cironium in lib. 5. Decretal. tit. 6. & Nicol. Fullerum lib. 2. Miſcell. ſacr. c. 12. *Saracenorum* vocabulo Ungaros etiam, atque adeo gentes paganas promiſcuè donant interdum Scriptores, ut Hepidannus, Eckehardus junior de Caſib. S. Galli cap. 15. &c.

Saraceni, in Hiſpania, Regis olim vel Dominorum erant, ut *Judæi*, apud noſtros, proinde etiam in commercio. Michaël del *Molino* in Repertorio p. 303. col. 1. *Saracenorum corpora ſunt Dom. Regis. Etiamſi Saracenus de loco Do. Regis tranſeat ad locum infantionis: niſi infantio duxiſſet eum de partibus alienis*, &c. Infra: *Saraceni habitantes in villa alicujus Varonis, vel infantionis, ſi decedunt ſine filiis, poteſt Dominus loci occupare omnia bona ſua.* Rurſum: *Saraceni habitantes in locis Dom. Regis omnes ſunt in commanda & guarda ſpeciali Dom. Regis, nec poſſunt dicti Saraceni ſe ponere in commandam alicujus nobilis aut alterius*, &c.

Saracenus, Moneta Saracenorum. Jacobus de Vitriaco lib. 3. p. 1125. *Cui unuſquiſque fratrum ſingulis annis pro certo reditu dignitatis ſuæ tranſmittit mille Saracenos, & duos dextrarios bene præparatos.* Infra: *Et quilibet omni anno pro certo tributo ſolvit ei 20. mille Saracenos in fiſco patris, & pater dat omni anno unicuique filiorum tantùm auri, unde poſſit fieri unus annulus, in quo ſculpitur imago ipſius.* Adde Matth. Paris an. 1193. p. 122. 123.

Saracenatus, ſimili notione, eidem Jacobo de Vitriaco p. 1126. *Et valet illud frequenter 10. mille Saracenatos.* Mox: *Et plus valent iſti redditus quam 40. mille Saracenati.* Vide *Byzantii ſaracenati.*

Saracenia, *Multitudo & ſocietas Saracenorum, vel ritus eorum, vel regio eorum.* Ugutio.

SARACENESCA, Cratis ferrea ad portas urbium. Italis *Saraceneſca, quel tavolato che nelle fortezze ſi tien legato con catene ſopra le porte per calarlo, e chiudere le ai biſogni.* Hiſtoria Cortuſiorum lib. 4. c. 5. *Dum verò porta ab intrinſecis clauderetur, miles unus Theutonicus ſe oppoſuit, qui calata porta levatura, ſeu ſaraceneſca, inter utranque partem vivus remanſit incluſus.* Vide Portenarium lib. 2. *della Felicità di Padoua* cap. 9.

SARACENICUM, Pannus ſaracenici operis, *Sarcenet*, in Inventario Eccleſiæ Eboracenſis an. 1530. in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 177. *Item una capa del ſarcenet, operata cum imaginibus*, &c. *Saracenicum opus*, ibidem non ſemel pag. 321. 326. &c.

SARAPIA, *Rapinæ*, Gloſſ. Iſid.

SARBOA. Vincentius Belvacenſis lib. 31. cap. 143. *Denique in anno quo contritus fuit Soldanus à Tartaris, ante pugnam dedit 16. millia paria veſtimentorum de ſamitho, & de thabit, Sarbois exceptis.*

SARCA. S. Audoënus lib. 1. Vitæ S. Eligii c. 12. *Habebat quoque Zonas ex auro & gemmis comptas, necnon & burſas eleganter gemmatas, lineas verò metallo rutilas, oraſque ſarcarum auro opertas*, &c. Idem videtur quod *Saraca*, de qua voce ſupra.

SARCALOGUS, Chriſtus, *Verbum quod caro factum eſt; vox compoſita ex σὰρξ, caro, & λόγος* verbum. Dudo lib. 3. de Actis Norman. in Præfat.

——— *omnipotens Deus,*

Sacra Virgine matris editus & ſatus.

Verè noſtra fides Sarcalogon quem ait.

SARCIA. Gloſſæ Græco-Barbaræ: ἀρμενίζω, τὰ ἄρμενα τοῦ πλοιός, τὰ ξάρτια. Conventiones inter Michaëlem Imp. & Genuenſes an. 1261. editæ poſt Villharduinum: *Et Commune Januæ teneatur debito dictis galeis apparare bene & integre de totis ſarciis earum & apparatu.* Ubi verſio Gallica vetus habet, *de toutes ſarchies.* Nautæ noſtri *agreils*, & *ſarties*, armamenta, quæ navis cauſa parantur, vocant, Itali *Sarte*, Hiſpani *Xarcia*, vel *jarcia, armas y aparejos*; ἐξάρτια Græci recentiores: de qua voce nos in Conſtantinopoli Chriſtiana.

SARCIATUS. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 24. §. 4. *Pannum autem non ſarciatum, ad mulierum veſtimenta competens, & aurum per aurificem non operatum, ad ipſas mulieres non pertinebit.* Ubi ad marg. *Al. pannum autem ſarciatum ſeu inciſum.*

SARCILIS, Veſtis, vel potius panni ſpecies. Chrodegangus Epiſcop. in Regula Canonicor. Metenſium c. 29. *Et illi ſeniores illas cappas quas reddere debent non commutent. Sarciles accipiant ibi Preſbyteri, qui ibidem in domo aſſiduè deſerviunt, & illi Diaconi ſeptem, qui in eorum gradu conſiſtunt, aut lanam unde ipſos ſarciles binos in anno habeant: & ille alius Clerus unuſquiſque ſingulos. Camiſiles autem accipiant illi Preſbyteri*, &c. Infra: *Ipſa autem veſtimenta, illas cappas & ſarciles ad tranſitum S. Martini accipiant: illos camiſiles, viginti dies poſt Paſcha accipiant: illa calceamenta Kal. Septembris habeant.* Unde conficitur *ſarciles* fuiſſe laneos, aliudque veſtis genus à *Camiſili*, de quo ſupra egimus.

Sarzil, eadem notione, in Charta Arnaudi Arch. Lugdunenſis an. 1212. apud Joan. Mariam *de la Mure* in Hiſt. Eccleſiaſt. Lugdun. pag. 321. *Pro iſto beneficio vult quod Petrus Franco det duobus pauperibus tunicas ſingulis annis ad Natale Domini, & utraque tunica ſit de duobus alnis de Sarzil, quæ currunt in foro Montisbrunſonis.*

Sarcillus. Capitulare 2. an. 813. c. 19. *Et ut feminæ noſtræ quæ ad opus noſtrum ſunt ſervientes, habeant ex partibus lanam & linum, & faciant ſarcillos & camiſilos*, &c.

SARCITECTOR vel *Sartitector*, *dictus*, inquit Papias ex Iſidoro lib. 19. c. 19. *quia multis hinc inde tabulis conjunctis tecti ſarciat corpus. Idem & tignarius.* Gloſſæ Iſidori: *Sarcitator, qui tecta reſarcit.* Leg. *ſarcitector.* Ugutio & Jo. de Janua: *Sarcitector, qui tecta facit. Idem & tignarius, qui tectoria lignis inducit.* Gloſſ. Ælfrici; *Sarcitector, vel Tignarius*, Hroſ-wyrhta. i. tignarius, carpentarius. Catholicon parvum: *Sartatector, vel ſarcitector, vel ſarcitectus, Couvreur de maiſons.* Vide *Sartatectum.*

SARCO, idem videtur quod *Exarcia*, funalis apparatus navium. Vide in hac voce. Willelmus Thorn: *Haſtingus debet invenire 21. naves, in qualibet navi 21. homines, cum Sarcone qui dicitur, ad quem pertinent tanquam membra ejus Vicus in Seford*, &c. Occurrit ibi pluries. Infra: *Summa navium 57. hominum in eiſdem 1188. ſumma ſarconum in eiſdem 57.*

SARCOLARE, *Sarclare*, pro *Sarculare*, Sarrire, noſtris *Sarcler.* Adalardus lib. 2. Statutorum Corbeienſium cap. 1. *Necnon & ſarcolare herbolas in æſtate cum neceſſe fuerit.*

Sarclare. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 89. *Item pro opere ſarclandi 18. denarii. Item pro opere ſaſſandi in autumno 13. den.* &c.

SARCOPHAGUS, Sepulchrum: interdum & capſa major Sanctorum reliquias continens: noſtris *Sarcueil. Sarcu*, in Hiſt. Merlini MS. Roberti Bourroni. Iſidorus lib. 8. Orig. cap. 1. *Arca in qua mortuus ponitur, ſarcophagum vocant.* Lex Salica tit. 17. §. 3. *Si quis mortuum hominem aut in noſſo, aut in petra, quæ vaſa ex uſu Sarcophagi dicuntur, ſuper alium miſerit*, &c. Anaſtaſius in S. Silveſtro PP. *Et mauſoleum, ubi beatiſſima mater ipſius ſepulta eſt Helena Auguſta, in ſarcophago porphyretico*, &c. Ditmarus lib. 6. p. 78. *Sarcophagum ingentem ad includendas Sanctorum reliquias de argento fecit.* Sigebertus Gemblacenſis in Hiſt. Tranſlationis S. Sigeberti n. 3. *Mox ut ſarcophagum ſacri corporis membra geſtantem ex priori loco auferentes levaverunt*, &c.

&c. Rudolphus Preſbyter in vita Rabani Mauri n. 28. de Reliquiis Sanctorum:

Hos quoque ſuſceptos Hrabanus forte locavit,
Sarcophago hoc digne, edidit & titulum.

Vide Nonium, & Salmaſium ad Solinum: præterea Leg. 6. Cod. Th. de Sepulchr. violat. & Legem Wiſigoth. lib. 11. tit. 2. §. 2. *Le Roman de Garin* MS.

Un biau ſarqeu de marbre bien poli
Me fetes fere, &c.

Sarcophagare, Sarcophago includere, ſepelire. Fortunatus in Epiſt. ad Siagrium Auguſtod. lib. 5. *Intra me quodammodo meipſum ſilentio ſarcophagante ſepeliens.* Philippus Eyſtetenſis Epiſcopus in Præfat. ad Vitam S. Villibaldi: *Præſertim cum gleba ſanctiſſimi ſui corporis pretioſa nobis commanens in Eccleſia gremio ſupradicta, quæ ſibi inchoative & conſummative appropriatur, reverenter ſarcophagata conſervatur.* Utitur & cap. 38. ut & veteres Schedæ apud Gretzerum in Epiſcopis Eyſtetenſib. n. 12. 33.

SARCULUM. Altfridus in Vita S. Ludgeri Epiſcopi Mimigard. n. 6. *Erat ibi ſarculum quoddam arborum opacitate & ſilvarum denſitate undique concluſum.* Ubi viri docti reſtituunt *Sartulum*, quaſi diminutivum à *Sartum*, ſeu *Sart*, quæ vox Germanis ſilvam denotat.

SARDANIUM, in Gloſſ. Ælfrici, Butene, i. Butyrum.

SARDIATA. Vetus Agrimenſor: *Præterea vicum ſaprinum & ctinrvatium, in terra voratos, & ſardiatas teſtimoniis dividi, ripis, rivis, arboribus*, &c.

SARDOCOPUS, *Sardoſalicum*. Gloſſa MS. ad diſticha Magiſtri Cornuti: *Dicitur Sardocopus, mercator corii, quaſi intendens coriis, & poteſt dici acopos, quod eſt inciſio, & tunc Sardocopus idem quod ſutor, inde Sardocopo, as, formare ſotulares: Sardocopator, qui vendit corium per fruſtra deciſum: & inde Sardoſalica, aſſer ſuper quem corii ſcinduntur, & dicitur à Sardos quod eſt corium, & ſalix cis &c. & hic Sardocopus ſcultellus, Gallicè Trencheors: unde verſus:*

Dic corium Sardon, & ab illo Sardocopus fit,
Sardocopat, Sardoſalicium, Sardocopumque.

SAREZA, pro *Sariſſa*, lanceæ ſpecie veteribus nota, in Notis Tyronis p. 126. *Sarezonium*, eadem ut videtur, ſignificatione pag. 199.

SARGA, Papiæ & Iſidoro in Gloſſ. *Non idoneus cuiuslibet artis, profeſſor.* Gloſſæ antiquæ MSS. *Sarga, non idoneus cuilibet artis: non idoneus artis ſuæ profeſſor.* Hincmarus Laudun. Epiſc. to. 2. p. 336. *Nec recognoſco me alicui parentum meorum, velut ſarga, dediſſe beneficium, ex quo & reipublicæ probitas & Eccleſiæ, cui licet indignus præſideo, utilitas non reſpondeat.* Vide *Arga*.

SARGANTUS. Vide *Serviens*.

SARGINEUM, *Sargium*, ex Gallico *Sarge*, vel *Serge*, Pannus *ſericolaneus*, unde nomen. Polyptycus S. Remigii Remenſis: *Calix ſtagneus cum patena, corporale 1. planeta de ſargineo rubea 1. alba 2. naſtola 1. ſtola 2. fanon. 2.* &c.

Sargium, eadem notione, Monaſticum Anglicanum to. 1. pag. 419. *Accipiunt etiam ſinguli eorum omni anno decem virgas lineæ telæ, & unam virgam de ſargio ad caligas.* Acariſio, *Sargia*, eſt *cortina da letto*: ſed ex locis Boccacii quos laudat, idem eſt quod noſtris *Sarge*, ſeu pannus ita dictus. Vide Leonem Carmelitam de Veſte Religioſa pag. 105. & Oct. Ferrarium in *Saia*.

SARHAED, vox Wallica: Boxhornio, *Sarhaed*, Contumelia, offenſa, opprobrium, ignominia. Occurrit in Legibus Hoeli Boni Principis Walliæ cap. 1. 19. 20. 32.

SARIANTES. Vide *Servientes*.

SARICA, *Sareca*. Vetus Chartula plenariæ ſecuritatis ſcripta ſub Juſtiniano, apud Briſſon. lib. 6. formul. *Camiſia tramoſirica in cocco & praſino valente ſolidos tres ſemis, ſarica praſina ornata valente ſolido uno & ſemiſſe uno, una arca claveclauſa valente ſiliquas duas, ſareca myſtica cum manicas curtas valente ſiliquas aureas duas, bracas breves*, &c. Infra: *Sareca una vetere tinctitia valente ſiliquas aureas tres, camiſia ornata valente* &c. Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 28. *Abſtulit de S. Benedicto ſaricam ſericam de Silfori cum auro & gemmis.* Ubi ignotus Caſinenſis cap. 20. *Saricamque ſericam de ſilfori*, &c.

SARITIA, pro *aſaratum*. Vetus Epitaphium Mediolani. apud Puccinellum:

Saritiis ædes intra pretioſa refulget.

SARKAS, Judex olim ſic dictus, in *Somogh*, apud Hungaros. Vide Decreta S. Ladiſlai Regis Hungar. lib. 3. c. 2.

SARMADACUS. Vide *Samardacus*.

SARMENTITII, Vide *Semaxiarii*.

SARNA, *Impetigo*. Papias. Vide *Forma*.

SARPA, *Sarculum, quod & ſirpa invenitur, à ſarrire dicitur.* Ugutio & Jo. de Janua. Feſto, *Sarpa*, eſt *vinea putata*.

SARPILLERIA: Catholicon parvum: *Sagum, ſerpilliere, ou robe, vieille ſarge.* Dona & Hernelia an. 1233. *Pro ſarpilleriis ad pannos involvendos, 24. ſ.*

SARPUS. Vetus Charta in vita S. Domitiani fundatoris Monaſterii S. Ragnaberti: *Et habet in longitudine cum colle & ſilva ſupra viam, ſecundum virilem manum perticas agripedales centum duodecim in latitudine, & parte meridiana cum ſarpo perticas agripedales 72.*

SARRATA, in Charta an. 1141. apud Guichenonum in Hiſt. Breiſenſi p. 222. pro *Serrata*. Vide *Serra*.

SARRACIUM. Vide *Superpellicium*.

SARSOR, Sarſoriorum artifex. Acta Cirtenſia Numatii Felicis: *Et dum ventum eſſet ad domum Felicis ſarſoris, protulit codices quinque.* Eſt autem

Sarſorium, opus ex variis quodammodo materiis contextum & confectum, cujuſmodi ſunt utplurimum *Sartorum* opera. A *ſarcio* enim dicitur *ſarſum* & *ſartum*, uti obſervat Turnebus lib. 24. Adverſar. c. 22. unde *Sarſura*, apud Varronem. Aliter tamen Caper de verbis dubiis: *Sartum, non ſarſum.* S. Cæſarius Arelat. in Regula ad Virgin. c. 42. *Nihil aliud in ipſis* (Monaſteriis) *niſi cruces aut nigræ, aut lactinæ tantum opere ſarſorio de pannis, aut linteis apponantur.* Gregorius Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 16. *Parietes ad altarium opere ſarſurio ex multo marmorum genere exornatos habet.* Epigramma 91. Ennodii inſcribitur *de marmoribus opere ſarſorio*, ex quo etiam colligitur ita appellari varias diſcolorum marmorum cruſtas invicem commiſſas, ut unum corpus & unam quaſi picturam efficiant, uti deſcribitur à Senatore lib. 1. Epiſt. 6.

SARTAGO, idem quod *Patella*, in re ſalinaria, de qua voce ſupra egimus. Wiguleius Hondius in Epiſcopis Friſingenſibus ex vetere Charta: *Inſuper tradidit ei omne jus quod habuit in loco Hall dicto cum Sartaginibus.* Charta Arnulfi Imp. an. 898. ibid pag. 128. *Hoc eſt ſal, quod ab hac die deinceps, vel à ſartaginibus, aut locis ſartaginibus, vel de areis ejuſdem jamdictæ Eccleſiæ redimatur*, &c. Alia Chunradi Imp. an. 1029. pag. 143. *Cum — ſalinis & ſartaginibus, & locis ſartaginum*, &c. Adde pag. 141. 147. 151. to. 2. pag. 533. 549. 557.

SARTANEA. Thwroczius in Carolo Rege Hungariæ cap. 99. *Et tandem antedicti dextrarii ſolemnes cum armis & operimentis omnibus ipſorum glorioſiſſimis, ſeu attinentiis, cum ſartanea, curru, ſeu mobili aut oſtilario, regnali ſigno regio deſuper forma avis ſtruthionis deaurato, & gemmis adornato*, &c. Puto legendum *Sambuca*. Vide *Sabata*.

SARTARE, Terram incultam excolere, Gall. *Eſſarter, défricher*. Charta an. 1220. in Tabulario Abbatiæ Montis S. Martini diœceſis Camerac. *Terra quæ tempore ſtatuto ſartata vel exculta non fuerant.* Occurrit ibi pluries. Liber Priorat. Dunſtap. cap. 23. *Area illa ubi Watblinge & Ikelinge* (viæ) *conveniunt, per Henricum Regem Angliæ ſenem, primitus ſartabatur ad famoſiſſi-*

mi latronis Dun nomine & ſociorum ſuorum reformationem. Vide *Exartum.*

SARTATECTUM, unica voce, interdum *Sarta tecta*, disjunctis vocabulis. Gloſſæ Lat. Gr. *Sartatecta*: ὑποσχῶσι, leg. ὑπεσχῶσι. Gloſſæ Gr. Lat. ὑποράπτω οἰκοδομῶ, *ſubſtruo, reſarcio.* ὑποσχῶν, *plicatura, reſarcinatio.* Gloſſ. MS. Reg. & Papias: *Sartatectum, reſtauratio templi, reparatio fabricæ. Sartum enim, conſutum dicitur.* Gloſſ. MS. *Sartatecta, reſtauratio ædificii, vel interruptiones domus.* Catholicon parvum: *Sartatectum, vel ſartitectum, Reparation de toit ou de temple.* Teſtamentum S. Remigii Remenſis Epiſcopi: *Ita confirmo, ut Cruſciniacus futuri Epiſcopi ſucceſſoris mei obſequiis & ſartatectis principalis Eccleſiæ deputetur.* Lex 3. Cod. Th. de Calcis coctorib. *Vehationis medietatem, quam ſartis tectis juſſimus deputari, ſeparatim conveniet adſcribi.* Capitularia Caroli C. tit. 6. c. 63. *Qui ex rebus Eccleſiaſticis — ſartatecta Eccleſiæ ſecundum antiquam auctoritatem & conſuetudinem reſtaurare debent.* Charta an. 862. apud Doubletum p. 793. *Et pro ſartatectis domorum atque operimentis,* &c. Capitula Walterii Aurelianenſis Epiſcopi cap 5. *Ut nullus ſacrum vas, aut aliquid Deo ſacratum loco pignoris dare præſumat: niſi cauſa redimendorum captivorum, aut in reſtauratione ſartatectorum Eccleſiæ.* Ita uſurpant Gregorius M. lib. 3. Epiſt. 19. lib 4. Epiſt. 42. lib. 8. Epiſt. 1. lib. 12. Epiſt. 10. Anaſtaſius in Vitis PP. pag. 117. 119. 121. 122. 127. 128. 131. 141. 142. 161. 206. Hugo Flaviniac. p. 164. Additio 4. Ludovici Pii c. 60. &c.

Sacritecta, pro *Sartatecta*, in Capitul. 6. an. 819. cap. 4.

SARTRINUM, Officina ſartoris. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 18. *Veſtiarius ſartrinum habere debet extra officinas clauſtri interiores, id eſt in tali loco, ubi ſeculares ſervientes, ſi opus fuerit, poſſunt admitti.* Sartores *Sartres* vocant Occitani.

SARTUM. Vide *Exartus.*

SASIO, *Saſire.* Vide *Saiſire.*

SASSINAMENTUM. Vide *Saiſire.*

SASSO. Charta an. 1211. apud Ughellum to. 1. part. 1. p. 785. *Piſcariam & piſcatores Fundani Epiſcopatus, & piſces piſcariæ, & partem de ſaſſone non capiemus, nec capi faciemus.*

SATELLES, in Gloſſis Gr. Lat. βασιλικοῦ σώματος φύλαξ. Alibi: δορυφόρος, *Satelles.* Annales Francorum Fuldenſes an. 880. *Normanni ſuperiores exiſtentes, duos Epiſcopos — & duodecim Comites his nominibus appellatos — occiderunt. Præterea 18. Satellites Regios cum ſuis hominibus proſtraverunt, quorum iſta ſunt nomina.* &c. Ubi *Satellites* videntur fuiſſe Palatini proceres, dignitate tamen Comitibus inferiores, ſed quibus alii ſuberant: adeo ut Regii corporis cuſtodiæ præfectos fuiſſe liceat conjicere, eoſque quos hodie *Capitaines des Gardes* dicimus. Vide Gaufredum Voſienſem in Chron. 1. part. cap. 73.

Satelles, Vaſſallus minoris dignitatis. Fulbertus Carnot. Epiſt. 84. *Si ergo de juſtitia, de pace, de ſtatu regni, de honore Eccleſiæ vultis agere, ecce habetis me parvum ſatellitem pro viribus opitulari paratum.* Epiſt. 123. *Eſt etiam Comiti noſtro G. ſatelles fideliſſimus & familiariſſimus.* Vide Guibertum Epiſt. 11.

Satelles, qui feudum *Serjanteriæ*, ut aiunt, poſſidet, quod *Satellitio*, dicitur, in Charta Roberti Comit. Mellenti in Tabul. Leproſariæ Pontis Audomari: *Petrus filius Thomæ ſatellitis — hujus autem conventionis me plegium conſtituit erga prænominatos fratres P. & ſatellicionem ſuam erga me inde in plegio poſuit.* Vide *Serjanteria.*

SATIL, Pondus duorum ſextariorum, apud Saladinum de Ponderib.

SATIO, Tempus ſationis, unde Gallis, *Saiſon*, pro quavis anni tempeſtate. Virgilius:

Vere fabis ſatio.

Charta Roberti Regis Fr. an. 1028. ex Tabulario Abbatiæ Colombenſis: *Et ſuper Caſtrum terra arabilis, quantum poſſunt tria boum culturare omni ſationi,* &c. apud Ducheſnium in Probat. Hiſt. Brecenſis p. 5. *Satio hibernatica & æſtivatica*, ſæpe in Tabul. S. Remigii Remenſis: *Arat ad hibernaticam ſat. map. 1. continentem in longitudine perticas 40 in lat. perticas 4. ad æſtivaticam ſimiliter.* Rurſum: *Poſſunt ibi ſeminari inter ambas ſationes de anno modii centum.* *Deſſaiſonner les bois ou les eſtangs*, in Conſuetud. Bituric. tit. 5. art. 46. extra tempus conſuetum aut ſilvam cæduam cædere, aut ſtagna expiſcari.

Sationalis terra, Sationi idonea, cui opponitur *vineis conſita*, in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis an. 1186. ch. 99.

Seiſonum, ex Gallico *Saiſon.* Ingulfus p. 852. *Cum communa paſtura pro omni genere animalium omnibus ſaiſonis.*

Seſo. Extenta manerii de *Garringes*: *Debet operare in qualibet ſeptimana à feſto S. Michaelis uſque ad gulam Auguſti, quolibet die operabili unum opus, pretium operis ob. quadr. & à feſto S. Petri ad vincula uſque ad feſtum S. Michaelis unum opus in qualibet die operabili, 1. den. ob. excepta ſeſone hiemale.* Infra: *ad ſeſonem Quadrageſimæ.*

SATIONALIA, Agri ſationi idonei: *Sementiva.* Jo. Sariſberienſis lib. 1. Policrat. cap. 4. *Illis, ut paſcua augeantur, prædia ſubtrahuntur, agricolis ſationalia.*

SATIRUS. Charta Pontii Comitis Toloſani an. 936. apud Catellum p. 89. *Et tallias, & omnes actus, & ſeguis, & juſtitias, & omnes ſatiros, & leudas, & perſultra, & venationes,* &c.

SATISAGERE, Satagere. Lucifer Calaritanus ad Conſtantium lib. 2. *Conſpicis quia ſi te hæretico ſatiſagente damnarem innocentem, tecum eſſem futurus in gehennam.* Chron. Reicherſperg. an. 317. *Præterea ſatiſagebat, ut omnes qui ante ſe fuerant, tyrannos crudelitate ſuperaret.*

SATISFACERE, Excuſare: *Satisfactio*, Excuſatio. Gloſſ. Gr. Lat. ἀπολογία, *Excuſatio, purgatio, ſatisfactio.* S. Ambroſius ſerm. 46. *Ergo Petrus prorumpit ad lacrymas, nihil voce precatus. Invenio quod fleverit, non invenio quod dixerit. Lacrymas ejus lego, ſatisfactionem non lego. Recte ſanè Petrus flevit & tacuit, quia quod defleri ſolet, non ſolet excuſari; & quod defendi non poteſt, ablui poteſt.* Hiſt. Miſcella in Mauricio an. 14. *Itaque Romani hoc audito, ad tyrannidem vertebantur. Prætor verò timens ſatisfaciebat militibus, hoc verum non eſſe,* &c. Ubi Theophanes habet ἀπελογεῖτο.

Satisfactio, Compenſatio. Concilium Wormatienſe c. 60. *Si ſervus abſente vel neſciente domino ſuo, Epiſcopo autem ſciente quod ſervus ſit, Diaconus aut Presbyter fuerit ordinatus, ipſe in Clericatus officio permaneat: Epiſcopus tamen eum Domino duplici ſatisfactione perſolvat.* Infra: *Simili recompenſatione teneantur obnoxii.*

Satisfacere, Satiſdare. Hincmarus Remenſis apud Flodoard. lib. 3. cap. 26. *Illi Eccleſiam dabo, & tunc illum ordinabo, ſi mihi talis Clericus ſatisfactionem fecerit, quod nullum pretium inde donaverit.*

SATNICUS, apud Hungaros & Croatos, dicebatur qui præerat regioni, quæ centum armatos dare poterat. Horum loco ſucceſſere *Knezi*, quod idem quod Comites ſignificat. Jo. Lucius lib. 6. de Regno Dalmatiæ cap. 11.

SATRAPA. Chartam Æthelredi Regis Angl. poſt Duces ſubſcribunt aliquot viri nobiles, cum hoc titulo, *Satrapa Regis.* Quæ appellatio eadem eſt fortè quæ *Miniſtri.* Vide in hac voce.

SATUM, *Genus menſuræ juxta morem provinciæ Palæſtinæ, unum dimidium modium capiens: cujus nomen ex Hebræo ſermone tractum eſt. Satum verò apud eos nominatur ſumptio vel elevatio: eò quod metitur eandem menſuram, ſumat, vel levet. Et eſt aliud Satum menſura ſextariorum 22. capax quaſi modius. In 17. Gen. dicitur, Accelera, tria ſata farinæ ſimilæ, commiſce, & fac ſubcinritios panes.*

nus. Jo. de Janua. Vide Numer. 5. 25. 1. Reg. 25. 18. 2. Paralip. 2. 10. Matth. 13. 33. Luc. 13. 21. Gloſſ. Gr. MS. Reg. cod. 1673. Σάτον, κύμινα, τὸ μόδιον. Aliud cod. 2062. Σάτον, μόδιος, κύμινδος.

SATURATIM, *Adſatim*, κατακόρως, in Gloſſ. Gr. Lat.

SATYRICI. Eckeardus Jun. de Caſib. S. Galli cap. 1. *Saltant ſatyrici, pſallunt ſymphoniaci.* Ubi *ſatyrici* dicuntur Ludiones, hiſtriones, & mimi. *Sunt enim Satyri leves, ludificantes, deriſores, ſaltores*, Balbo in Catholico. Gloſſ. Græco-Lat. Σατυριστὴς, ὁ σκωπτικός, *ludio*. Gloſſ. Gr. MS. Reg. cod. 1673. Σάτυροι, χορευταί. Papias: *Setiger, jocularius.* Adhibitos Satyros in Latinis fabulis teſtatur hic verſus apud Marium Victorinum:

Agite, fugite, quatite Satyri.

Præterea in pompa triumphi Satyros, ſeu Σατυριστὰς jocularia dicta effudiſſe autor eſt Dion. Halicarn. lib. 7. Hinc Σατυρίζειν, pro παίζειν, apud Lacones, ut eſt apud Heſychium.

SAVANUM, idem quod *Sabanum*, apud Apicium lib. 5. cap. 1. 5. 6. 7. c. 6. Vide *Sabanum*.

SAUCIOLUS. Vide *Atrium*.

SAUCUNCULUS. Fragmentum Petronii p. 55. *Habuimus tamen in primo porcum, poculo coronatum, & circa, ſaucunculum, & gizeria optimè farta*, &c.

SAVILUBRIS. Gloſſæ Pithœanæ: *Savilubris, artibus. Savilubre, artificio.*

SAVINA. Charta Ricardi Reg. Angl. apud Sammarth. in Archiep. Turonenſ. *Et foagium de Maumont, & unam ſavinam mellis, cum vaſis quæ dicuntur Coſtarez.* F. *Saumam.* Vide in *Sagma*.

SAVIRUM, Scientia, Gallis *Savoir*; ex *ſapere*. Sacramentum fidelitatis in Capitul. Caroli C. tit. 23. *Ego Ill. Karolo Hludovvici & Judith filio ab iſta die inante fidelis ero ſecundum meum ſavirum, ſicut francus homo per rectum eſſe debet ſuo Regi.* Sacramentum lingua Romana Ludovici II. apud Nithardum lib. 3. an. 842. *In quant Deus ſavir & podir me dunat.* id eſt, *quantum mihi Deus ſcire & poſſe donaverit*, ut eſt in Annalib. Francor. Fuldenſib. an. 860. ſeu in Pacto Caroli & Henrici Regum an. 921. *Secundùm meum ſcire ac poſſe*: Vide *Sapere*.

SAULSCOT, Saxonicè ꞅap'ꞅceat, i. animæ ſymbolum, & ita dicebatur, quoniam ſepultura pendebatur. Pecunia ſepulchralis, nummus ſcilicet, effoſſo tumulo, in ſubſidium animæ Sacerdoti pendendus, al. *Soulſcot*. Vide Leges Canuti part. 1. c. 13. & Concilium Ænamenſe.

SAUMA, *Saumarius*. Vide *Sagma*.

SAUMATINUS. Vide *Submanicatus*.

SAUNARIA. Vide *Salinaria*.

SARCA. Chronicon Fontanellenſe p. 246. *Ad infirmorum curam manſionilem, qui dicitur Bothmeregus, & quantumcumque decet ſauram, id eſt de porcis, multones, berbices, pullos, ova — conceſſimus.* Legendum videtur *ſtaurum*. Vide in hac voce.

SAURARIUM. Charta an. 1222. in Tabul. S. Dionyſii: *De aliis autem ingeniis ad piſcandum, ſcilicet de ſaurario ad crocham, de ſaurario cum * de retibus ad ableias, de muceriis, & eſcronellis contra juramentum eorum dicere non audemus.*

SAURATUS. Gobelinus Perſona in Coſmodromio ætate 6. cap. 77. de Nuceria Italiæ oppido: *Unde locum ipſum, cum in diœceſi Salernitana tunc extitit; quidam ſubſannative Miſeriam ſauratam, quod lingua vulgari ſtultæ, vel tædioſa ſonat; diœceſis appellabant.*

SAURES, *Saurices*. Gloſſ. Iſid. Lexicon Gr. MS. cod. 2062. Ἀσκαλαβώ, τὸ ζώδιον ἐστὶν οἶκον, ὡς τοῖς τοίχοις εὑρισκόμενον, ὁ καὶ ὁ Πονικὸς, καὶ ἡ Νυμφίτζα.

SAURINUM. Epiſtola Gogonis 16. inter Epiſtolas Francicas Freheri & Ducheſnii: *Ergo dum ſcientiam noſtram falſis laudibus adornatis, & parentali affectu oſtenditis, & magiſtra inſtitutione inſcium caſtigatis: quatenus illam poſſitis ad verum provocare præconium, qui veſtris* cupit indiciis parere per meritum. *Et quamlibet circa ſaurina nemorum ſuccisa purgetis, noſtra quoque pectora ſermone dialectico aperuiſtis.* Ita præferre codd. MSS. monent editores. Vide *Saura*.

SAURUS, *Sorus*, Gallis *Sor*. Vox in Falconaria venatione notiſſima; in qua *falco ſaurus* dicitur annuculus, & primarum pennarum; quæ coloris ſunt, quem *Sor* noſtri dicebant. *Le Roman de Vacce* MS.

Chevaus ont gaiangniès blans, bauçens, & sors.

Le Roman de Roncevaux MS.

Les chevax bochent bruns & brauçens, & ſor.

Infra:

Et Langalie ſiſt ſort un cheval ſor.

Le Roman d'Aubery MS.

Et tant deſtrier bai & ſor & bauſant.

Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 54. *Eadem avis dum habet plumas & pennas ſauras ſeu primas*, &c. Cap. ult. *Plumagium autem ſaurum, ſeu non mutatum, differt à mutato, in eo quod generaliter plumæ & pennæ poſt mutam ſunt meliores & alterius coloris*; &c. Lib. 2. cap. 8. *Quas pennas primo anno ſuæ nativitatis, in quo dicuntur ſauri, ſemel mutant*, &c. Denique cap. 23. *Sacri, dum dicuntur ſauri, hoc eſt antequam ſint mutati*, &c. Petrus de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 3. de accipitr. *Secundi meriti eſt is, qui poſtquam de nido volavit, captus fuit, raro conſuevit antequam pennas in feritate mutaret, qui vocatur ſorus.* Verba quæ mendo non carent, ſic reddidit vetus ejus Gallicus interpres: *Et celui qui a volé, & (eſté) prins depuis, avant qu'il ait mué ſes pennes en cruauté, n'eſt pas ſi bon, & eſt appellé ſor.* Guill. *Tardif* Lector Caroli VIII. Regis Franc. in *Falconaria*, cap. 15. *Sor eſt appellé à ſa couleur ſorette, celui qui a volé, & prins devant qu'il ait mué.*

Sorus. Bracton lib. 5. tract. 1. cap. 2. §. 1. *Per ſervitium unius aſturcii ſori, vel unius eſparvarii ſori.*

SAUVAGINA. Vide *Salvagina*.

SAXA, Cultellus. Gotefridus Viterbienſis part. 15. p. 363.

Ipſe brevis gladius apud illos Saxa vocatur,
Unde ſibi Saxo nomen peperiſſe notatur.

Eadem ferè Engelhuſius:

Quippe brevis gladius apud illos Saxa vocatur;
Unde ſibi nomen Saxo traxiſſe putatur.

Saxones longis cultellis pugnaſſe autor eſt etiam Continuator Florentii Wigornienſis an. 1138. indeque genti datum nomen: *Mutato denique nomine, quæ ad id tempus Turingia, ex longis cultellis, ſed victorioſis, poſtmodum vocata eſt non Saxonia, ſed Anglico elemento Sexonia.* Neque aliter Lambertus Schafnaburgenſis an. 1075. *Reliquam partem gladiis, qua bellandi arte plurimum excellit Saxonia, peragunt.* Et Fridericus II. Imp. in Epiſtola ad Saladinum, apud Rogerum Hovedenum p. 650. *In gladio ludens Saxonia.* A voce igitur *Saax*, & *Sahs* appellata Saxonia: ita enim Saxonibus dictus cultellus, gladius, de qua voce conſulendus in primis Mericus Caſaubonus in Tractatu de Lingua Saxonica p. 395. ubi Saxones inde dictos etiam contendit. Gloſſarium Lat. Theotiſcum: *Semiſpathium, Sahs.* Witikindus lib. 1. de Geſt. Saxon. *Fuerunt autem & qui hoc facinore nomen illis* (Saxonibus) *inditum tradant: cultelli enim noſtra lingua Sahs dicuntur, ideoque Saxones nuncupatos, quia cultellis tantam multitudinem fudiſſent.* Eadem habet Albertus Stadenſis an. 915. Iſtius etiam vocis notionem attigit Gobelinus Perſona in Coſmodromio ætate 5. cap. 11. *Apud nos ſenioribus novacula qua pili raduntur, dicitur Saſſ, & habemus inde vulgare verbum Saſſen, id eſt novacula cæſariem radere.* Præterea Gaufridus Monemuthenſis lib. 5. cap. 3. *Commilitonibus ſuis præcepit; ut unuſquiſque longum cultrum intra caligas abſconderet; & cum colloquium ſecurius tractarent Britones, ipſe eis hoc ſignum daret, Nimet oure ſaxas, (i. capite veſtros cultros,) unde quiſque paratus adſtantem*

Britonem audacter occuparet.

Aliunde tamen, licèt minùs verè, Saxoniæ vocis etymon arceſſunt alii, à *ſaxo* videlicet, ſeu *lapide*. Tidericus Langenius in Saxonia:

Reſtat laudanda Saxonia magnificanda,
A ſaxo dicta, gens Saxonia benedicta,
Eſt fortis, dura, gens bellica, vix ruitura.

Ita Roſwitha de Geſtis Odon. cap. 1.

Ad claram gentem Saxonum nomen habentem
A ſaxo, per duritiem mentis bene firmam.

Papias ex Iſidoro lib. 9. c. 2. *Saxones dicti, quod ſit dura & validiſſima gens.* Vide *Scramaſaxus*, & Lexicon Runicum Olai Wormii in v. *Sax.*

Saxaroli, Columbarum ſpecies, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. c. 88. ubi veteri Gallico Interpreti *Cendrins*, ſeu Cinericii coloris dicuntur: Italis *Saſſaroli*.

Saxagonus, pro *Sexagonus*, ſeu Sexangulus: vox hibrida. Bromptonus: *Ibi quoque gignitur lapis ſaxagonus*, &c.

Saxorum *veneratio*, Paganis conſueta, interdicta in Concilio Agathenſi c. 5. & lib. 7. Capit. Caroli M. lib 7. c. 236. Vide *Petra*.

Saxiscus. Anaſtaſius Bibl. in Gregorio III. PP. *Id eſt gabathas aureas duas, alias ſaxiſcas numero quinque.* In Gregorio IV. *Obtulit 3. gabathas ſaxiſcas.* In Leone III. *Turibulum aureum exauratum unum, dextram ſaxiſcam unam, coronas aureas 12.* &c. In Nicolao I. *Gabatham ſaxiſcam de argento puriſſimo*, &c. Ubi Bulengerus: *Cur vocet ſaxiſcas, ignoro, niſi ſi fortè quia imitantur conchulas illas & patinas, quæ in rupibus & antris reperiuntur.* Sed potior eſt conjectura, ita dictas ejuſmodi gabatas, quod opere *Saxonico* elaboratæ eſſent: nam *Saxiſcus*, dicitur pro *Saxonicus*. Bulla Benedicti VIII. PP. an. 1023. in Bullario Caſinenſi to. 1. pag. 7. *Nec non & calicem Saxonicum maiorem, cum patera ſua, quem Theodoricus Saxonum Rex B. Petro olim tranſtulerat.*

Saxellus. Vide *Vannus*.

Sazo, & *Sado*, Menſura agri apud Aquitanos. Charta anni 1273. in Regeſto Homagiorum Aquitaniæ pag. 9. *Tenet ab ipſo 7. ſazones terræ & vineæ.* *Sado* appellatur in Regeſto Conſtabulariæ Burdegal fol. 111. *Dedit ſibi in dotem 7. ſadones terræ ex una parte, & 9. regas terræ prope eſtagium ſuum in franco allodio.* Occurrit ibi pluries.

Sbadagium. Vita S. Francæ Abbatiſſæ n. 42. *Cumque in os illius de aqua S. Francha fuiſſet injecta, non retinuit eam, ſed enormiter projecit, quouſque cum uno ſbadagio compulſum fuit os ejus apertum ſtare.* Tanquam ſcilicet ſi oſcitaret: eſt enim *Sbadaglio* Italis Oſcitatio.

Sbaralium, Repagulum, ſeu munimentum ad urbium & caſtrorum introitus ex palis, & *barris*, quas Itali *Sbarras* vocant: unde *Sbaraglio*, de qua voce Academici Cruſcani. Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 21. *Fecit quoque plures mines, ſeu cuniculos reſpondentes ad terram novam, factam nuper ante turrem Maledictam, & ad Sbaralium, ſive barbecanum Regis Hugonis, — & poſtea fecit approximare orificio foſſarum boachiers multos — uſque ad Sbaralium domini Odoardi.* Infra: *Et 8. die ejuſdem menſis deſtruxerunt Sbaralium Regis Hugonis.*

Scaba, *ſcava*, Foſſa. Tabularium Abbatiæ Conchenſis in Ruthenis ch. 59. *Et dono ſimiliter ut in Dordonia inter me & Monachos ſanctæ Fidis faciamus ſcabam; & ſi ego non dedero medietatem operis ſcava ſanctæ Fidis & Monachis, ſi eam ſine me fecerint, ſit Monachis in dominio.* Vide *Calcare*.

Scabea, pro *Scabies*. Paulus Warnefridus lib. 4. c. 47. *Poſt hac fuit clades ſcabearum, ita ut nullus potuiſſet mortuum ſuum agnoſcere propter nimium inflationis tumorem.*

Scabellare, *Decidere*. Ita Papias edit. at MS. habet *deridere*, quomodo fortè *ſe gaber* dicimus. Sed potior editi lectio: idem enim quod *Capellare*. Vide in hac voce.

Scabellum, Vide *Scamellum*.

Scabiedo, pro *Scabies*, apud Folcardum in Vita S. Joannis Epiſcopi Eboracenſis n. 2.

Scabini, *Scabinii*, *Scabinei*, &c. Sic olim dicti judicum Aſſeſſores, atque adeo Comitum, qui vices judicum obibant. Capitulare 2. an. 805. c. 6. *De clamatoribus vel cauſidicis qui nec judicium Scabiniorum acquieſcere nec blaſphemare volunt*, &c. Capitulare 2. an. 813. c. 13. *Poſtquam Scabini eum* (latronem) *dijudicaverint, non eſt licentia Comitis vel Vicarii ei vitam concedere.* Lex Longob. lib. 2. tit. 52. §. 7. *Exceptis illis Scabinis qui cum judicibus reſidere debent.* Capitula Caroli M. lib. 4. c. 5. *Comes — ibi ſecum ſuos Scabineos habeant.* Charta Ludovici Pii in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 687. *Quæ in præſentia Supponi Comitis, ac Benedicti, Hilpiani & Anſfredi Caſtaldorum cæterorumque Scabinorum — acta fuerant.* Vetus Notitia in Chronico Beſuenſi pag. 504. *Ante illuſtrem virum Hildegarnum Comitem, ſeu judices, quos Scabineos vocant, & quamplures perſonas qui cum eo aderant in Montiniaco villa, in mallo publico, ad multorum cauſas audiendas*, &c. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 62. §. 10. *In omnibus locis eſt judicium, in quibus judex ſententialiter, hoc eſt per ſententias Scabinorum judicabit.* Adde lib. 2. art. 12. §. 2. lib. 3. art. 26. §. 2. art. 29. §. 1. 2. & Wichbild Magdeb. art. 33.

Scabinos judiciis interfuiſſe, liteſque dijudicaſſe, paſſim alibi legimus, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 35. §. 1. 2. lib. 2. tit. 40. §. 1. 3. 5. tit 42. tit. 52. §. 7. in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 28. lib. 3. c. 31. 40. 48. lib. 6. c. 207. in Edicto Piſtenſi Caroli C. c. 6. in Chronico S. Vincentii de Vulturno pag. 691. in Chronico Beſuenſi pag. 505. S. Benigni pag. 414. in Tradit. Fuldenſib. c. 98. apud Perardum in Burgundicis pag. 36. Meibomium in Notis ad Witikindum pag. 63. Goldaſtum in Chartis Alamann. c. 99. Hemereum in Auguſta Viromand. pag. 121. &c.

Hos porro in mallis publicis ſeptem ferè ſemper fuiſſe judicum Aſſeſſores docent Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 40. *Ut nullus ad placitum banniatur, niſi qui cauſam ſuam quærit, aut ſi alter ei quærere debet; exceptis Scabineis ſeptem, qui ad omnia placita præeſſe debent.* Adde Legem Longob. lib. 2. tit. 42. §. 2. Capit. 1. ad Legem Salic. §. 17. & Hincmarum Opuſc. 15. § 14. Interdum ad duodenarium numerum, ſi tanti eſſent, eſſe jubebantur: ſin autem, de melioribus hominibus Comitatus ſupplebatur numerus duodenarius, ut eſt in Capitulari 2. Ludovici Pii an. 819. cap. 2. Atque hi eligebantur à Miſſis dominicis, populi interveniente conſenſu, ut eſt apud eundem Hincmarum, in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 33. in Addit. 4. Lud. Pii c. 73. 75. & in Capitul. Caroli C. tit. 39. c. 9. 10. Unde patet *Scabinos* ex ipſis civitatibus ac provinciis, in quas mittebantur Comites ac Miſſi, delectos: ideoque *Judices proprios* appellari, quòd cives & incolæ eos ſibi in judices eligerent. In Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1119. in Tabular. S. Bertini: *Inſuper etiam pro quiete & pace Eccleſiæ judices proprios, quos vulgo Scabinos vocant, Abbas ibidem habebit.*

Scabinos etiamnum, judices urbanos, ſeu ædilitios, appellamus, Gall. *Eſchevins*. Thomas Walſinghamus an. 1296. *Majores Flandriæ, qui Scabini dicuntur in villis.* Cujus quidem vocis etymon à Theutonico arceſſunt viri docti, ex Gloſſario Theotiſco Lipſii: *Scepeno, judex.* Hodie, inquit idem Lipſius, *Scepenen*, Scabini dicuntur. Kilianus: *Schepen, Judex, Senator, Decurio. Juratus, vulgo Scabinus.* Amerbachius à *Schaffer*, *Scaſſen*, vel *Scaper*, Germanico deducit. Ii in pleriſque civitatibus inquilini ac cives eſſe jubentur, & ex utroque parente civibus editi, quod Chenutius ob-

ſervavit in Antiquitat. Bituricenſib. pag. 128. 129. Ita tradit Ælianus lib. 6. Var. cap. 10. Periclem legem tuliſſe, ut nemo ad Reipublicæ adminiſtrationem accederet, niſi qui utroque parente ἀστὸς natus eſſet.

Scavini, in veteri Judicato an. 840. apud Sammarth. in Maſſilienſib. Epiſcopis.

Scabiones, in Charta Adalberonis III. Epiſc. Metenſis an. 1056. apud Meuriſſium pag. 363. forte pro

Scabinones, ut præfert Charta Stephani Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ an. 1126. pag. 403. & alia Haimonis Epiſcopi Virdun. an. 1023. in Tabulario S. Vitoni. Charta Henrici Epiſcopi Tullenſis an. 1163. apud v. cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. Reg. Franc. n. 158. *Præter miniſteriales, ſcilicet Villicum, Decanum, Scabinonem, & famulos Eccleſiæ feodatos*, &c. Hanc denique cum aliis ſubſcribit *Richardus Scabinio*, qui ut videtur, hanc dignitatem ex feudo obtinebat.

Scaviones. Charta Henrici Imp. an. 1065. pro Monaſterio S. Maximini Trevir. *Servitia quæ in quibuſdam Curtibus Advocatus tribuuntur cum Villicis & Scavionibus accipere & non amittere debent vel vendere, quia ad hoc eis donantur, ut quidquid Abbati vel familiæ adverſitatis contigerit, quantocius ſtudeant corrigere.* Eadem habet Charta alia Henrici V. Imp. an. 1112. pro eodem Monaſterio, apud Nicolaum Zylleſium.

Scapiones, in Charta Henrici Imp. an. 1004. in Metropoli Saliſburgenſi to. 2. pag. 22. *Ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Schuldeſio, Scapio, ſeu aliqua magna vel parva perſona*, &c.

Eſchivini, in Charta Communiæ Rotomagi & Faleſiæ poſt Ordericum Vitalem pag. 1066.

Scabini Palatii, qui judiciis Comitis Palatii intererant, & cum eo judicabant. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. *Ille verò* (Hludovicus Pius Imp.) *miſericordia motus, Adraldo Vicecomiti Palatii juſſit ut reſideret in judicio cum Agelmundo & Petro Scabinis Palatii, & ipſius Abbatis poſtulationem adimplerent.* Charta Caroli Simplicis apud Miræum in Notitia Eccleſ. Belgii pag. 87. & in Donationib. Belgicis lib. 3. c. 18. *Judicio Scabinorum Palatii noſtri*, &c.

Scabinagium, Collegium Scabinorum: *Eſchevinage* in Conſuetud. Remenſi art. 178. 173. Bononienſi art. 99. Inſulenſi, Peronenſi, & aliis. Charta Ferrandi & Joannæ Comitum Flandriæ, apud Buzelinum lib. 3. cap 16. *Nos dilectis & burgenſibus noſtris de Duaco conceſſimus ſcabinagium de anno in annum perpetuo habendum*, &c.

Scabinium, eadem notione. Ægidius de Roya an. 1450. *Mandavit quod non renovaretur ſcabinium Scabinorum niſi de mandato ſpeciali ejus.*

SCACI, *Scacti*, & *Scachi*, ſeu *Scaccorum* ludus, *le jeu des Echecs*, ſic appellatus à voce Arabica vel Perſica *Scach*, quæ Regem ſonat, quod præcipua Scaccorum, uti vocant, perſona, Rex ſit, quod à nobis obſervatum in Notis ad Joinvillam p. 59. & ad Alexiadem p. 383. 384. quamquam non deſunt, qui à Germanico *Scach*, i. latro, de quo mox, dictum putant, ut ſit *latrunculorum* ludus, quem eundem eſſe cum ludo ſcachorum viri docti exiſtimant, ex Ovid. *Sive latrocinii ſub imagine calculus ibit*. Salmaſius verò ad Hiſt. Aug. p. 459. ait *Scachos* Italos & Gallos hodie vocare ludum latrunculorum, voce à *calculis* detorta. Hunc expende ſi lubet. Robertus Monachus lib. 5. Hiſt. Hieroſol. p. 51. *Alea, ſcaci, veloces curſus equorum flexis in frenum gyris non defuerunt.* Petrus Damian. lib. 1. Epiſt. 10. *Venatus, aucupium, alearum inſuper furia, vel ſcachorum, quæ nimirum de toto quidem ſacerdote exhibent mimum.* Et mox: *Ille autem ex diverſitate nominum, defenſionis ſibi faciens ſcutum, ait: Aliud ſcachum eſſe, aliud aleam. Aleas ergo auctoritas illa prohibuit, ſcachos verò tacendo conceſſit*, &c. Hiſtoria Tranſlat. S. Stremonii in actis SS. Benedictinorum ſæculo 3. *Ubi pro reverentia B. Martyris plurima reliquit inſignia, ſcilicet ſcachos cryſtallinos, & lapides pretioſos, & auri plurimum.* Edit. *cachos*, ubi *cancos* emendat vir doctiſſimus, ſed vox *ſcachos*, magis arridet. S. Bernardus in Exhort. ad Milites Templi cap. 4. *Scacos & aleas deteſtantur.* Matth. Weſtmonaſter. an. 1106. *Liceret etiam ei ad ſcaccos & aleas ludere.* Odo Epiſcopus Pariſienſis in Præceptis Synodal. §. 29. *Ne* (Clerici) *in ſuis domibus habeant ſcaccos, aleas, vel decios, omnino prohibetur.* Vide Acta S. Quirini Mart. lib. 1. n. 5. Pſeudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

Eſt alius ludus ſcacorum, ludus Ulyſſis,
Ludus Trojana quem fecit in obſidione,
Ne vel tæderet proceres in tempore trengæ,
Vel belli, ſi qui pro vulneribus remanerent
In caſtris: ludus qui caſtris aſſimilatur,
Inventor cujus jure laudandus in illo eſt,
Sed cauſſam laudis non advertunt niſi pauci.

Infra, de ſcacorum perſonis:

Sex ſpecies ſaltus exercent, ſex quoque ſcaci,
Miles, & Alphinus, Roccus, Rex, Virgo, Pedeſque,
In campum primum de ſex iſtis ſaliunt tres,
Rex; Pedes, Virgo: Pedes in rectum ſalit, atque
Virgo per obliquum, Rex ſaltu gaudet utroque,
Ante retroque tamen tam Rex quam Virgo moventur,
Ante Pedes ſolum; capiens obliquus in ante,
Cum tamen ad metam ſtadii percurrerit, exinde
Sicut Virgo ſalit, in campum verò ſecundum
Tres alii ſaliunt, in rectum Roccus, eique
Soli conceſſum eſt ultra citraque ſalire.
Obliquè ſalit Alphinus, ſed Miles utroque
Saltum componit.

Sed & obſervo perſonas ſcacarii *familiam* vocari in Areſto Pariſ. 9. Maii an. 1310. *Item unum ſcacarium de jaſpide & calſidonio cum familia, videlicet una parte de jaſpide, & alia parte de criſtallo. Le Roman de Pariſe la Ducheſſe* MS.

Puis apriſt il as tables & à Eſchas joüer.

Infra:

Et ſi nos moſtreras des Eſchax & des dex.

Jacobus Hemricurtius in Speculo Haſbanico pag. 6. *Joweir aux Eskas & ez Tables*, &c.

Scacarium, vel *Scaccarium*, Tabula in qua *ſcacis* luditur, alternis quadris albi ac nigri coloris diſtincta, vel ludus ipſe ſcacorum, noſtris *Eſchiquier*. Nicolaus Trivettus in Chronico an 1273. *Ludo ſcacarii intentus.* Liber de Miraculis S. Fidis cap. 19. *Tabulam ſcacorum ibi pendentem*, &c. Thwroczius in Carolo Rege Hungar. cap. 97. *Et una tabula pro ſcacis mirabili.* Hinc eadem nomenclatura donatæ tabulæ, ſimilibus teſſerulis aut quadris diverſi coloris variegatæ. Matthæus Paris & Bromptonus de Coronatione Ricardi I. Regis Angliæ: *Et poſt illos veniebant ſex Comites portantes unum Scacarium, ſupra quod poſita erant inſignia regalia & veſtes.* Idem Bromptonus p. 1245. *Pelves, urres, & ſcacaria, ollas argenteas, & candelabra*, &c.

Scacarium etiam appellatum olim in Normanniæ Ducatu, ſuprema Curia, in qua appellationes ab inferioribus judicibus ſupremo jure dijudicabantur. Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. 1. part. 5. diſtinct. cap. 7. *L'en apele Eſchequier aſſemblée de hautes juſtices auſquiex il appartient à corrigier & à amender ou à fere amender touz ceu que les Baillis & les autres meneurs juſticiers ont malement jugié, & doivent rendre à cheſcun ſon droit ſans delai, & tient à bien poi auſſi grande fermeté comme de la bouche du Prince, &c. Nous apelon ſolempnel jugement ceu qui eſt jugié par acort en plein Eſchequier*, &c. Matth. Paris an. 1231. *Propoſuit etiam quod Epiſcopi quidam ejus ſuffraganei, neglecta paſtorali cura, ſedebant ad ſcaccarium, laicas cauſas exercentes, & judicia ſanguinis exercentes.*

Bina autem ſingulis annis tenebantur *Scacaria*, primum ad Paſcha, alterum in feſto S. Michaëlis. Statutum Philippi Pulchri pro reformatione Regni an. 1302. art. 31. *Præterea propter commodum ſubditorum*

noſtrorum, & expeditionem cauſarum, proponimus ordinare, quod duo Parlamenta Pariſius, & duo Scaccaria Rotomagi, Dieſque Trecenſes, bis tenebuntur in anno. Utriuſque Scacarii paſſim mentio fit in veteribus Chartis. Vide Monaſticum Anglic. to. 2. p. 90. 450. &c. Areſto an. 1279. *pronuntiatum fuit quod Epiſcopi Normanniæ non tenentur venire ad Scacaria, niſi ſponte venire voluerint vel fuerint ex parte Regis mandati*, in Regeſto Parlam. B. fol. 52. Erectum porro fuit poſtmodum *Scacarium* Normanniæ in Parlamentum Rotomagi. Vide to. 2. Monaſtici Anglic. p. 995.

Scacarium, apud Anglos variè ſumitur: interdum enim, & propriè dicitur Curia in qua res fiſci pertractantur, ut autor eſt Cowellus: in aula ſcilicet Weſtmonaſterienſi, ubi de rebus & reditibus fiſcalibus Barones quatuor definiunt, *The Eſchecquer*, vel *The cherker*. Fleta l. 2. cap. 25. *Habet etiam Rex Curiam ſuam & juſtitiarios ſuos in Scacario apud Weſtmonaſterium reſidentes, cujus loci Capitalis eſt Theſaurarius, — ipſe namque principaliter oneratur de omnibus loca ſcacariorum tangentibus, & præcipue de exitibus, receptis, & compotis omnium ibidem computantium.* Matth. Weſtmonaſt. an. 1209. *Amotum eſt Scacarium à Weſtmonaſterio uſque Northamptonam per Regem, in odium Londonienſium, uſque ad Natalem.* Thomas Walſinghamus an. 1305. *Cumque veniſſet Eboracum, juſſit ſeſſionem juſtitiariorum, qui dicuntur de Banco, & Scacarium, quæ jam ſeptennio manſerat Eboraci, Londonias ad antiquum locum transferri.* Neque tantùm de rebus fiſcalibus cognoſcunt Scacarii Anglici judices, quos *Barones ſcacarii* vocant, ſed etiam de feodis, juribus, & libertatibus regni: præterea de *querelis conquerentium de Vicecomitibus, Eſcaetoribus, Ballivis, & aliis miniſtris Regis præſentibus exiſtentibus; de perſonalibus injuriis civilibus, præterquam de falſis judiciis*, ut eſt in Fleta lib. 2. c. 27. §. 4. ubi varii *officiarii Scacarii* recenſentur, de quorum officiis ac muniis agit, nempe, *Theſaurarius, Cancellarius, Barones ſcacarii, Clericus Regis, duo Camerarii, Conſtabularii, & Mareſcalli, Clerici ſcriptores rotulorum, Miles argentarius*, &c. Sed & idem autor Fletæ docet *Scacarium* iſtud Anglicum bis in anno teneri, in Paſchate, & feſto S. Michaëlis, quo tempore Vicecomites computa ſua reddere tenentur: de quibus Glanvilla lib. 7. cap. 10. & Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 16. Vide *Barones Scacarii*, & quæ obſervat Watſius ad pag. 178. Matthæi Paris.

Scacarium, iiſdem Anglis pro ipſo fiſco ſeu ærario regio interdum ſumitur, quod ærarium Regis Angliæ in eadem æde, ubi judices ſcacarii conſident, aſſervetur, ut docet Fleta lib. 2. cap. 27. Bromptonus an. 1175. *Et ibi ipſi Reges redditum mille marcarum argenti ad ſcacarium Angliæ recipiendum, quem prædicto Comiti dederant, cartis ſuis inde ſibi confectis, plenariè confirmarunt.* Matth. Paris an. 1242. *Et dedit illis quolibet anno de Scacario ſuo percipiendas, uni 500. alii 60. marcas.* Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 558. *Similiter ſi aliquis hominum ſuorum ſit amerciatus erga nos, vel ballivos noſtros, pro quacunque cauſa vel delicto, vel ſatisfacto mercia, & merciamenta pecuniæ ſint collecta, & in una burſa ad Scacarium noſtrum portata*, &c. Adde p. 812. Fletam lib. 2. cap. 24. §. 2. Littletonem ſect. 153. &c.

Scacarium Judæorum. Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Spelman. *Rex de communi conſilio attornavit Ric. de Villi Mag. Alexandrum de Dorſet, & Eliam de Cuminges ad Scacarium Judæorum cuſtodiendum, & omnia negotia quæ ad illud pertinent tractanda per Angliam, ſicut fieri ſolebat tempore de Warenna, Thoma de Newill, & Galfr. de Norwico.*

Jam verò unde *Scacarii* nomenclatura Normannicæ juridicæ, & Anglicæ rationum ſeu fiſcali Curiæ indita ſit, variæ ſunt ſcriptorum ſententiæ, quarum pleræque vix arrident. Quis enim cum Terrieno ad Conſuetud. Normannicam lib. 15. cap. 1. Normannicam Curiam dictam velit, quod in judiciis actor reum, vel è contra reus actorem *matet*, ut fit in ſcaccorum ludo? Aut cum Nicodio, quòd Curia juridica variis conſtet perſonis ſeu judicibus, ut ſcacorum ludus? Neque alii à Germanicis vocibus etymon probabiliori conjectura arceſſunt: Pithœus & Chopinus lib. 2. de Doman. tit. 15. n. 2. à *Schicken*, mittere, quod Scacarii judices à Principe mitterentur *ad juſtitias faciendas*, ut Miſſi Dominici: Spelmannus, Watſius & Somnerus, à *Schats*, Theſaurus, ex quo *Scatarium* ſcribendum cenſuit Polydorus Virgilius: alii à *Schacken*, quod eſt rapere, inquit Somnerus, quia fiſci eſt rapere; denique ab Anglo-Saxonico ſcapa ſymbolum, impoſitio, taxatio. Sed hæ, inquam, etymologiæ nimis à vero abſunt.

Longè ſanè probabilior videtur ſententia, *Scacarium*, Normannicum præſertim, nomen accepiſſe à loco ſeu ædificio publico, in quo judicia ſuprema exercebantur, ita nuncupato, quod ejuſdem pavimentum teſſerulis quadratis diverſicoloribus inſtratum eſſet, tabellæ inſtar, in qua ſcacorum ludo luditur; quod *Scacarium* perinde appellamus, uti ſupra docuimus, quomodo vocem hanc uſurpari obſervare eſt in Necrologio Eccleſiæ Carnotenſis 8. Id. Jan. *Scacarium de auricalco & marmore in pavimento chori de proprio fecit.* Vel certè à menſa cui adſidebant judices, à qua *Scacarium* Anglicanum denominatum teſtatur Gervaſius Tileſberienſis: *Scacarium*, inquit, *tabula eſt quadrangula, quæ longitudine quaſi decem pedum, & quinque latitudine ad modum menſæ circumſedentibus appoſita, undique habet limbum latitudinis quaſi 4. digitorum. Supponitur* (ſi ſuperponitur) *Scacario pannus in termino Paſchæ emptus, non quilibet, ſed niger, virgis diſtinctus; diſtantibus à ſe virgis, vel pedis, vel palmæ ſpatio.* Haſce tabulas reſpexit vetus Poëta MS. in Poëmate cui titulus, *Le Roman de la Violette*:

Car par mon chief mieux ne requier,
Qui nul mars ſur un Eſchaquier
Ne metroit, ne prendroit mie
Par ſi que fauſiſt l'eſcremie.

Scacarium verò virgulis diſtinctum exhibet Tileſberienſis, quomodo olim etiam erant, ut & hodie alvei luſorii, duodecim ſcilicet virgulis ex utraque parte ſibi invicem oppoſitis ac reſpondentibus. Ejuſmodi alveum veterum deſcribit Gruterus 1049. 1. quem multis doctèque ſuo more explicat Salmaſius ad Hiſt. Aug. p. 467. licèt inſcriptionem haud omnino perceperit, uti in Diſſertatione de Imperatorum Conſtantinopolitanorum numiſmatibus docemus. Scribit in Aſpilogia Spelmannus, hujuſmodi tabulas memoriæ subminiſtrandæ gratia Trapezitas ſeu Menſarios olim habuiſſe. Sed an Scacarium Rotomagenſe ſeu Normannicum de rebus fiſcalibus cognoverit, addubitari poteſt: tametſi ſequiori ſaltem ætate id videatur innuere Guillelmus Nangius in Chronico an. 1292. ſcribens apud Rotomagum propter exactiones, quas *Malam toltam* vocant, *contra Magiſtros Scacarii Regis Franciæ miniſtros minorem populum inſurrexiſſe, & domum collectoris pecuniæ infregiſſe, ac denarios collectos per plateas diſpergentes, in urbis caſtello Magiſtros Scacarii obſediſſe.*

SCACH, *Scachus*, Latrocinium, vox Germanica. Lex Longob. lib. 1. tit. 55. §. 37. *De furto aut ſchaco, ſi ultra 6. ſolidos fuerit, ſimiliter ut per pugnam veritas inveniatur præcipimus.* Decretum Ottonis II. Imp. apud Goldaſtum to. 3. Conſtitut. Imperial. p. 310. *De furto, vel ſchaico, ſi ultra 6. ſolidos fuerit, ſimiliter ut per pugnam veritas inveniatur præcipimus.* Leg. *Scaco*: nam *Schalc*, in Gloſſario Theotiſco Lipſii ſervum ſonat. Charta MS. Ludovici Imp. an. 1329. pro Monetariis Papienſib. *Excepto homicidio, raptu virginum, robaria ſeu ſcacho, quibus caſibus tenentur ſubire ſuorum judicum examen & judicium.*

Scachator, Latro. Capitula Caroli C. tit. 12. §. 13. *Ego ill. adſalitorem, illud malum quod Scach vocant, vel*

teſceiam non faciam, nec ut alius faciat conſentiam: & ſi ſapuero qui hoc faciat non celabo; & quem ſcio qui nunc latro aut Scachcator eſt, vobis Miſſis Dominicis non celabo, ut non manifeſtem.

SCADENTIA, *Scaditio.* Vide *Excadentia.*

SCÆVITAS, *Iniquitas.* Gloſſæ Iſid.

SCAFA, Vas culinarium. Fortunatus lib. 6. Poëm. 10. de Coco:

Cui ſua ſordentem pinxerunt arma colorem,
Frixura, cucuma, ſcafa, patella, tripes.

SCAFALDUS, Tabulatum altius eductum, theatrum, Gallis *Eſchafaud.* Hiſtoria Tranſlationis S. Bertiliæ Virg. n. 19. *Erectus fuit quidam ſcafaldus in Curia B. Amandi, apud Marcolum, cortinis, tapetis— ornatus, quem Pontifex venerandus aſcendit &c. eleganti ſermone ad populum facto. Le Roman de Garin:*

Froment troverent devant l'huis del moutier,
Ou il feſoit les eſchaufaus drecier,
Por les grans portes quaſſer & trebuchier.

De vocis etymo vide conjecturam noſtram in Notis ad Joinvillam p. 70.

SCAFFA, *Scaffia.* Vide *Scapha.*

SCAFONES. Innocentius III. PP. lib. 1. Epiſt. p. 29. edit. Colon. de Canonicis Regularibus: *Cortibaldum inſuper, ſubaros quoque in hyeme, ſotulares habeant in æſtate, caligas tam lineas quàm laneas, & ſcafones ſimiliter habeant duplicatos, capas nigras ſinguli de mantellario* &c. Regula Ordinis Canonicorum S. Marci de Mantua, in Regeſto Alexandri IV. PP. anni 7. ex Bibl. Regia; *Item duo femoralia, duo caligæ laneæ, & quatuor lineæ ſine pedulibus, quatuor ſcuffones,* (ſic) *& duo ſubtellares, & duo botta filtrata,* &c. Italis *Scuffione*, eſt major *Coiffia*: ſed hic *Scaffones*, vel *Scuffones*, pedes ſpectare videntur.

SCALA, vox variæ notionis apud ſcriptores mediæ ætatis. Eſt enim

Scala, apud noſtros, una ex altioris, uti vocant, juſtitiæ, ſeu ſupremi dominii, notis. Scala quippe pro criminum quorundam aut malefactorum punitione erigitur intra dominorum, qui jus gladii habent, juriſdictionem aut diſtrictum, quam aſcendere coguntur rei, qui ejuſmodi pœna mulctantur, ut univerſæ plebi expoſiti, infamiæ notam ſubire cogantur. Concilium Turonenſe an. 1236. c. 8. de his qui binas nuptias contrahunt: *Firmiter injungentes, quod ſi qui reperiantur talia perpetraſſe, nominatim denuntientur infames, & in ſcala ponantur, poſtea publice fuſtigentur.* Idipſum ſtatuitur de ſortilegis cap. ſeq. Areſta an. 1259. ex 1. Regeſto Parlam. f. 13. *Monachi poſuerunt quandam ſcalam pro juratoribus.* Conſuetudines Nicoſienſes c. 40. *Faciemus capi, verberari, & poni in ſcala, demum in carcerem detrudi,* &c. *Perjurum ſtridare in ſcala*, in libro Promiſſionis maleficii c. 26. inter Statuta Veneta, id eſt proclamare publicè perjurum. Proſtat etiamnum in urbe Pariſienſi Scala ejuſmodi, quam *Scalam Templi* appellant, quod fuerit Templariorum olim, nunc verò Hoſpitalariorum Pariſienſium ſupremæ juſtitiæ nota. De hujuſmodi Scalis agunt non ſemel Conſuetudines Franciæ municipales, Altiſiodor. art. 1. Senonenſis art. 1. & 2. Burbonenſis art. 1. 2. Trecenſis art. 126. Nivern. cap. 1. art. 15. Silvanect. art. 106. Lotharing. tit. 6. art. 2. & Edictum S. Ludovici, ut videtur, contra blaſphematores, in quo de pœna & mulcta iis indicta hæc habentur: *Et ſe il eſtoit ſi povre que il ne peut payer la peine deſſuſdite, ne euſt autre pour lui qui la vouſiſt payer, il ſera mis en l'Eſchiele l'erreure d'une lieue, en leu de noſtre Juſtice, où les gens ont accouſtumé à aſſembler plus communement, & puis ſera mis en priſon par ſix jours, ou par huit au pain & à l'eau.* Addo veterem Inqueſtam ex Tabulario Monaſterii S. Maglorii Pariſienſ. *Ledit Abe fiſt lever une Eſchiele en la ville de Mourcent en ſigne de haute Juſtice,* &c. Joannes Abbas Laudunenſis in Speculo Hiſtoriali MS. lib. 11. c. 79. *Et la fut baillié à l'Eveſque de Laon, & par jugement fut mis en l'Eſchiele, & monſtré a tout le peuple par trois fois.* Vide Gallandum de Vexillis Franciçis pag. 27. & Notas noſtras ad Joinvillam p. 106.

Scala, pro urbis regione, apud Montpelienſes Conventio inter Epiſcopum Magalonenſem & Conſules Montipeſſulanos an. 1218. 6. Id. Febr. *Et tunc 12. exiſtentes Conſules coadunatis ſibi in electione facienda 7. aliis viris, uno videlicet de unaquaque ſcala, eligent 12. viros de Montepeſſulano laude & honeſtate præclaros.* Occurrit in Charta alia an. 1267. Id. Febr. in 30. Regeſto Tabularii Regii ch. 143. ubi agitur de electione Conſulum Monſpelienſium. Vide Privilegia Eccleſiæ Hammaburgienſis pag. 190. & Jacobum de Vitriaco in Hiſt. Orientali p. 1126.

Sedere ad ſcalam dicitur Monachus qui cum aliis in refectorio ſedet, in veteri Scheda MS. Corbeienſi de Menſa Abbatis: *Habet Eleemoſynarius in quolibet anniverſario Abbatum 2. panes, 2. menſuras vini, ac de omnibus miſſis duplicem miſſum, tamquam ſi eſſet vivus, & ſedens ad ſcalam, ſive ad menſam.* Occurrit ibi pluries.

Scala, Patera, Longobardis, ut ſcribunt Paulus Warnefridus de Geſtis Langob. lib. 1. c. 27. Iſidorus lib. 20. c. 5. & Papias in verbo *Vaſa.* Vincentius Belvac. lib. 31. c. 159. *Habebat autem Soldanus 40. bigas oneratas loricis, exceptis ſcalis argenteis & vaſis ad bibendum miræ magnitudinis.* Etiamnum Theutones *Schaele* pateram, ſeu ſcyphum vocant, ut autor eſt Kilianus. Gloſſæ Iſonis Magiſtri ad Prudentii Apotheoſin: *Cymbia poculorum genera, naſſ, ſchalen.* Vide Rhenanum lib. 1. Rer. German. p. 73. & lib. 2. p. 113. Neque fortè aliter vox hæc ſumitur in Charta Sisnandi Epiſcopi Irienſis æræ 951. apud Anton. *de Tepez*, in Chron. S. Benedicti to. 4. p. 438. *Concedimus vel offerimus Eccleſiæ veſtræ, atque ſacro-ſancto Altario, id eſt miniſteria Eccleſiæ, calicem argenteum cum ſua paropſide, — ſcala argentea de ſex ſolidos,* &c. Infra: *Id eſt pſalterium, orationum, paſſionum, commicum, & manualium, ſcala argentea una, venapes 4. plumatios 5.* &c. Ibidem: *Scalam argenteam cum noſtro nomine;* &c. Alia Rudeſindi Epiſcopi Dumienſis æræ 930 to. 5. p. 424. *Litones 2. ſcalas exauratas 6. litones 7. mojolos exauratos 3. calices ex auro & gemmato 1.* &c.

Scala, Trutina, ſeu trutinæ lanx, in *ſcala*, ſeu pateræ formam confecta, Anglis vox nota. Liber Scacarii, cujus autor eſſe creditur Gervaſius Tilleberienſis, enarrans ut Henricus I. Rex Angliæ eſculentos ſuos reditus in pecuniarios tranſtulerit: *Succedente verò tempore cùm idem Rex in tranſmarinis & remotis partibus, ſedandis tumultibus operam daret; contigit ut fieret ſibi ſumma neceſſaria ad hæc exempla numerata pecunia. Confluebat interea ad Regis Curiam querula multitudo colonorum, vel, quod gravius ſibi videbatur, prætereunti frequenter occurſabat, oblatis vomeribus in ſignum deficientis agriculturæ. Innumeris enim moleſtiis premebantur occaſione victualium, quæ per plurimas Regni partes à ſedibus propriis deferebant. Horum igitur querelis inclinatus Rex, definito magnorum Concilio, deſtinavit per regnum quos ad id prudentiores & diſcretiores cognoverat, qui circumeuntes, & oculata fide fundos ſingulos perluſtrantes, habita æſtimatione victualium quæ de aliis ſolvebantur, redegerunt in ſummam denariorum: de ſumma verò ſummarum, quæ ex omnibus fundis ſurgebat, in uno Comitatu conſtituerunt Vicecomitem illius Comitatus ad ſcaccarium teneri, addentes ut ad ſcalam ſolveret, hoc eſt propter quamlibet numeratam libram 6. den. Rati ſunt enim tractu temporis facile poſſe fieri, ut moneta tunc fortis, à ſuo ſtatu decideret. Nec eos fefellit opinio: unde coacti ſunt conſtituere ut firma maneriorum non ſolum ad ſcalam, ſed ad penſum ſolveretur, quod perfici non poterat, niſi longè pluribus appoſitis. Servabatur per plures annos ad Scaccarium lex hujus ſolutionis: unde frequenter in veteribus annalibus Rotulis Regis illius invenies ſcriptum, In Theſaurario C. lib. ad Scalam: vel, In Theſaurario C. lib. ad penſum.*

Scala. Lecticæ ſpecies in ſcalæ ſpeciem confecta. Vita S. Filiberti lib. 1. cap. 2. *Fit populi concurſus non modicus, gaudent omnes vel ſcalam qua vehebatur*, (corpus S. Filiberti) *ſeu etiam linteum quo tegebatur, ſe poſſe contingere*. Cap. 27. *Videres — aliquos carrucis, corbeculis, ſellis geſtatoriis, atque ſcalis advehi*. Denique cap. 28. *Interim venerandum ſepulchrum cum ſacratiſſimo pignore de ſcala deponitur, & in dextro cornu Eccleſiæ — collocatur, atque in ſiniſtro latere Eccleſiæ ſcala ipſa appenditur.*

Scala, Manipulus militaris, Gall. *Eſcadron*. Will. Brito lib. 5. Philippid.

——— Ut ſubſit quaque Tribuno
Scala ſuo.

Infra:

Diſpoſuitque acies per ſcalas, perque cohortes
Ordine compoſitas recto.

Lib. 10.

Efficiunt animis ſcalam concorditer unam.

Lib. 11.

Quos inter Regemque viri virtute coruſci
Aſtant continua ſerie, ſcalaſque ſuorum
Quiſque magiſtrorum denſant, dum buccina ſævum
Obſtrepat, ut celeri levitate ferantur in hoſtem.

Gregorius Decanus Bajocaſſenſis in Vita Urbani IV. PP. apud Maſſonum p. 225. *In hac ebus ſcalaribus ordinatis, ſe adinvicem hoſtiliter ſunt aggreſſi*. Vide to. 7. Spicilegii Acheriani pag. 225. *Li Enſidaires*, vetus Poema MS.

Joab s'eſt par matin levés
Mult fu richement armés,
Et Dus ſes compagnons aſſembla,
Et ſes eſchelles ordena.

Le Roman de Roncevaux MS.

Les dis eſchielles en fait tot quoi tenir.

Vacces, au Roman de Rou MS.

Sa bataille ordena, ſes eſchielles parti.

Will. *Guiart* MS. an. 1214.

Puis retournent eus deus ferant
Par les rens juſqu'a leur eſchiele,
Sans perdre qui vaille une niele.

Idem:

D'entre eux ont deus eſchieles faites,
Cele ou ſont les plus honorables,
Conduit Gauchier li Conneſtables.

Le Roman de Garin MS.

Bien chevauche li gentis & barné,
A dis eſchielles qu'il a fait deviſer.

Chronicon MS. Bertrandi Gueſclini:

Son eſchielle conduit par compas bellement,
Vers l'eſchielle Bertrand qui moult ot hardement.

Le Roman de Turpin MS. Charlemagne fit trois eſchelles, la premiere fu de Chevaliers, la 2. de gent de pié, la 3. de Sergent à cheval. Occurrit non ſemel apud ſequioris ævi Scriptores vernaculos, Henricum *de Gauchy* in Tranſlat. libri de Gubern. Principum lib. 3. part. 3. c. 12. Turpinum in Hiſt. Caroli M. Autorem Hiſt. Bucicaldi 1. parte cap. 15. Brunetum Latin. in Theſauro Gallico MS. cap. 392. in Statutis Militum Ordinis S. Spiritus, ſeu nodi, &c. in Hiſt. MS. Belli ſacri, &c.

Scala, Modus agri, in Charta Longobardica, apud Ughellum to. 7. p. 1294. *Quod eſt per menſura ad juſta pertica menſuratas ſcalas duo, & pedes duo in integrum*, &c. Occurrit etiam to. 3. p. 47. *Per menſuram ad juſtam perticam menſuratam ſcalarum centum in integrum cum inferioribus & ſuperioribus.*

Scala, Portus minor: ſeu propriè *trajectus*, vel πέραμα, in majori portu: quomodo variæ extitere *Scalæ* in portu Conſtantinopolitano, quem *Ceratinum* vocabant, de quibus non ſemel agit vetus ejuſdem Urbis deſcriptio, & nos multa congeſſimus in Notis ad Alexiadem pag. 312. 313. 314. 315. Sed & noſtri *Scalas* (*Eſcales*) etiamnum vocant portus, ad quos applicant naves ex occaſione aliqua, cùm longius iter arripiunt, ſive recipiendarum virium, ſive recipiendarum mercium, vel exonerandarum gratiâ, idque *faire eſcale* dicunt.

Scala. Scandula, Stapha, Stapes, quo ſcilicet quis in equum tollitur: σκάλα, Leoni Imp. in Tacticis cap. 6. §. 10. cap. 12. §. 53. (ubi rectè Phil. Pigafetta *Staffa* vertit) & Leoni Grammatico in Baſilio Macedone p. 470. Guill. *Guiart* MS. an. 1304.

Diex con li deſtrier en ſele,
Que li garçon en deſtre maintnt,
Orgueilleuſement ſe demainent.
Et con li eſcuel des ſelles.
Frains, ſeurorez, & compenelles,
Et eſcheletttes, & lorains,
Sur ceus dont je parlai or ains.

Vide Notas ad Cinnamum p. 462.

Scala. Glaber Rodulph. in Vita S. Guillelmi Abbatis Divion. c. 2. *Conſtituitur enim divini Officii aſſiduus cuſtos, ac ſcala capitalis illius loci*. (Lego *Schola*.)

SCALAMATUS, Equinus morbus, *qui equi interiora deſiccat, & corpus macerat, & fimum ejus pluſquam hominis fœtere facit*, &c. Jordanus Rifus Calaber MS. lib. 2. de Medicam. equor. & ex eo Petrus de Creſcentiis lib. 1 de Agricult. cap. 22. Adde cap 32. Italis *Scalmatura*, eſt macies, &c.

SCALARIA. Ugutio & Jo. de Janua: *Scalaria, navis piratica, & dicitur à ſcala, quia ibi ſunt tranſtra diſpoſita ad modum ſcalarium in ſcala.*

SCALARIUM, Gradus, *Eſcalier*. Gravamina Eccleſiæ Anglicanæ art 22. *Cùm aliquis ad immunitatem Eccleſiæ fugitivus exiſtat, per Laicos cuſtodes cœmeterium vel ſcalarium Eccleſiæ circumdatur & vallatur, quod vix poteſt fugitivus in alimentis ab Eccleſia ſuſtentari.*

Scalerium, eadem notione. Charta Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1188. Octob. *Sicut extenditur in longitudine ab ipſo portali S. Guillelmi uſque ad ſcalerium lapideum muri per quod in murum ipſum novum aſcenditur.*

SCALATINUM. Tributum pro *Scalis*, ſeu pediminibus vitium, ex Gallico *Eſchalas*, ſeu *Eſcaras*. Charta Roberti Regis Siciliæ an. 1327. apud Ughell. in Epiſcop. Caſertanis: *Exigi faciebat annuatim ab ipſis vaſſallis Eccleſiæ Caſertanæ quantitatem pecuniæ pro vindemiatura, quod vulgariter Scalatinum vindemiarum vocatur*, &c.

SCALCIATUS. Ordericus Vitalis lib. 8. p. 682. *Sincipite ſcalciati ſunt, ut fures, occipite autem prolixas nutriunt comas, ut meretrices*. Ubi *Scalciatus* fortè eſt quaſi *excalceatus*, quomodo *calceatum caput* è contra dixit Martialis lib. 12. Epigr. 45.

Hedina tibi pelle contegenti
Nuda tempora, verticemque calva,
Feſtive tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit caput eſſe calciatum.

SCALDINGI, Dani ſeu Normanni, ſic appellati quòd ad Scaldim amnem poſitis caſtris diu ibi morati ſunt an. 883. ut eſt apud Simeonem Dunelmenſem. Ita porrò appellantur in Hiſtoria S. Cuthberti ſemel ac iterum.

SCALDRI, ſic dicti vetuſtiſſimi Danorum Poëtæ, à ſono & murmure quod canendo edebant. Vide Stephanium in Notis ad Saxonem Grammaticum p. 11. 12. 130. & Olaum Wormium.

SCALERA. Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabul. Fiſcanenſi fol. 5. *Et inde ſicut Regale chiminum ſe extendit uſque ad Scaleram, quæ eſt ſuper feodum Britii Palmarii, & à dicta ſcalera per quamdam ſemitam*, &c.

Idem videtur quod *Scalliera*. Vide in hac voce.

SCALFARIUS, Panni ſpecies. Statuta Cluniacenſia Petri Venerabilis cap. 16 *Statutum eſt ut nullus fratrum noſtrorum pannis qui dicuntur Galambruni vel Iſembruni, veſtiatur, nec iis qui vocantur Scalfarii, vel Friſii.*

SCALIÆ, *Scallia*, Lapides ſectiles, quos *Ardoiſes* dicimus.

mus. Unde *Scalliaria*, Lapidicina, *Eſcalliere*. Ex Italico *Scaglia*, ſquamma. *Tegularia lapidea*, in Charta Hugonis Epiſcopi Leod. an. 1202. apud Barthol. Fizen. in Hiſt. Leod. p. 447. Kilianus: *Schalie, leye, ſcandula, lamina, lamella, ſectilis e ſaxo lamina, tegula tenuis, vulgo ſcalia, ardoſia*. Anglis etiam *Scales* eſt ſquamma. Charta Hugonis de *Moncorxet* an. 1222. in Tabulario Abbatiæ Fuſniacenſis diœceſis Laudun. *Ego dedi & conceſſi Fratribus Fuſniacenſib. lapidicinam quæ alio nomine dicitur Scalliaria, centum pedes in fronte habentem, ſi quidem in terra quæ mea eſſe dinoſcitur, propria ſcalliaria tantæ latitudinis poterit inveniri*. Et infra: *Fratres Fuſciniacenſes accipere poterunt ſcallias in præfata ſcalliaria*. Alia Charta anni 1260. in eod. Tabulario: *Jou Gerars Chevaliers Sires de Chaſteler — jou ai ottroiet a l'Egliſe de Foiſny — cent piez de front de pierre pour faire eſcaille*. Alibi, *Eſcalliere*. Jo. Hocſemius in Joanne Guidone Epiſcopo Leod. cap. 16. *Hic Epiſcopus in caſtro fecit Hoyenſi novam aulam magnis ſumptibus fabricari, & vaſtam turrim Baſini ſcaliis operiens, manſiones infra diſtinxit*. Bertramus in Vita S. Francæ Abbatiſſæ n. 47. *Qui cum una ſcalia blavarum oculum unum ſibi perforaſſet*, &c. Ubi per *blavarum*, colorem ardeſiarum deſignavit. Qui porrò ſcallias iſtas ſeu teſtas ſive figulinas, ſive *ardeſianas* conficiebant, ὀστρακάριοι dicuntur Theophani p. 371. eſt enim ὄστρακον teſta quæ ex figulina terra conficitur. Vide *Ardeſia*, *Scalaria*, & *Squillarii*.

SCALJA, *Scaliare*, voces Fori Aragonici. Fori Aragonenſes lib. 3. ex Foris Oſcenſibus an. 1247. tit. de Scaliis: *De ſcaliis factis in heremo, ſive in monte, ſi quis ſignaverit locum, & arando proſecutus fuerit, valeat ſibi quantum araverit*, &c. Lib. 7. tit. de Expeditione infantionum: *Item in compenſatione eorum quæ ſuperius continentur, & debent infantiones Regi facere, conceditur infantionibus ſarcire, quod vulgo dicitur Scaliare, in villis regalibus, civitatibus, ſive caſtris, & in pertinentiis & terminis eorundem, & emere ab hominibus regalis ſervitii, ſive ſigni*. Infra: *In illis tamen locis vel villis infantionem tantum poſſe ſcaliare intellige unde eſt vicinus; nam ubi vicinus non eſt, liceat ibi emere ſub forma prædicta, ſcaliare tamen nullatenus permittitur*. Obſervantiæ lib. 6. de Privileg. Militum §. 15. *Poſſunt & ſcaliare in villis regalibus ubi ſunt vicini*. Lib. 9. de Salva infantionum §. 8. *In terra infantionum, Militum, vel aliorum dominorum, præterquam Regis, pro ſcaliis novis, vel novalibus debet infantio peitare, & pro antiquis non*. Vide Foros Aragon. lib. 4. fol. 85. v. edit. 1624.

SCALINGA. Monaſticum Anglican. to. 2. pag. 130. *Et communem paſturam totius moræ, cum liberis hominibus meis, & unam ſcalingam thyemalem in competenti loco ultra Hertingburn*. Et pag. 633. *In boſco, in plano, in pratis, in paſcuis, in muſſis & ſcalingis*, &c.

SCALIONES, Gradus, ſcala, Petro de Creſcentiis lib. 5. p. 209. *Eſchelle*, veteri Gallico Interpreti cap. 8. extremo. *Scaglioni*, & *Scaloni*, Senenſibus.

SCALNARE. Vide in *Gaba*.

SCALONES, Dentium equi ſpecies, de quibus Petrus Creſcentius lib. 9. de Agricult. cap. 1. *Eſcalognes* veteri Interpreti Gallico.

SCALONGIA. Vide *Aſcalonia*.

SCALPUS, apud Ælfricum in Gloſſ. Anglo-Sax. ſcip, vel ſceigl. Ubi Somnerus, fortè ſceigp, i. Scapha.

SCARTUS, *Impetigo*. Papias MS. & edit.

SCAMARES, *Scamaratores*, Prædones, qui Menandro de Legat. & Theophani pag. 367. Σκαμάρεις. Eugippius in Vita S. Severini c. 10. *Ipſe quantocius Iſtri fluenta prætermeans latrones properanter inſequitur, quos vulgus Scamares appellabat*. Jornandes de Rebus Getic. c. 58. *Et pleriſque abactoribus, Scamariſque, & latronibus undique collectis*, &c.

Scamara, apud Papiam MS. & edit. dicuntur *Piones Regis*, ubi fortè legendum *Spiones Regis*, Gall. *Eſpions*: niſi Lex intelligatur Longobardorum, ad quam ita Boerius: *Scameram, id eſt exploratorem, ſive ſpionem*. Eadem Lex lib. 1. tit. 1. §. 4. *Si quis ſcameram intra provinciam celaverit, aut annonam dederit, animæ incurrat periculum*.

Scamara, aut *Scamere*, Deprædationes. Capitulare Sicardi Principis Beneventani an. 836. *Neque per exercita, aut curſas, neque per ſcameras, neque per traditores, qui à partibus veſtris nobiſcum ſunt*, &c. Et art. 1. *Hoc promittimus ut ſi quis hoſtis, aut ſcamaras per noſtros fines ad læſionem contra vos venire tentaverint*. Epiſtola Stephani PP. ad Pipinum Regem apud Baron. an. 755. *Scamaras atque deprædationes, ſeu devaſtationes*, &c.

Scamaratores, Prædones, in eod. Capitulari Sicardi Principis Beneventani art. 2. *Inſuper per ſcamaratores ſeu curſas & publicum exercitum oppreſſionem facere*.

SCAMBIATOR. Vide *Cambium*.

SCAMELLUM, *Scamella*, *Scammelli*, Scabellum. Gloſſ. Gr. Lat. MSS. ὑποπόδιον, *ſcabellum, ſubſellium, ſcamellum*. Cod. edit. *Scamillum* habet. Gloſſ. Keronis, *Subſellius, ſcamelum*. Gloſſ. Theotiſcum Lipſii: *Fuot ſcemel, ſcabellum*. Venericus Vercellenſis in Apologia Henrici IV. Imp. *Certatum eſt pugnis atque ſcamellis, pro herilis ſedis poſitione*, &c.

Sed propriè uſurpatur pro iis ſcabellulis quibus repentes manibus innituntur: Germ. *Schimmel*. Rodulphus Tortarius Monach. Floriac. de Miracul. S. Benedicti n. 37.

At puer aſſuetis pronus reptando ſcamellis,
Floriacum petiit, ſoſpes & inde redit.

Harigerus Abbas in Vita S. Landoaldi n. 13. *Infirmorum baculi, repentium ſcabella*. Adrevaldus de Miraculis S. Benedicti cap. 36. *Quædam femina — ita ut nequaquam pedibus incedere poſſet, ſed per terram reptando ſcamellorum magis juvamine ſe ſe protraheret*. Rudolphus Preſb. in Vita Rabani Abb. Fuld. *Mulier ita curata eſt, ut ſine cujuſpiam adjutorio ſe erigeret, & ſcammellis, quibus hactenus innitebatur, ſummitatem feretri tangeret*. Supra: *Reptans pedibus, & manibus ſcammellis innixis*. Occurrit præterea apud eundem Tortarium in Appendice Patriciacenſi n. 1. in Hiſt. Tranſlat. S. Gorgonii n. 23. in libro 1. Miraculor. S. Dionyſii c. 26. lib. 3. cap. 11. apud Aimoinum lib. 2. de Miracul. S. Benedicti cap. 12. lib. 3. cap. 3. ubi *Scamellos*, maſculino genere habet, &c.

SCAMIUM. Vide *Cambire*.

SCAMMA. Hiſtoria MS. excidii Acconis an. 1191. *Portantes ibidem — lanceas, falcaſtra, caſſides, & loricas, ſcammata & perpuncta, ſcuta cum clypeis*, &c. In Gloſſ. Gr. Lat. σκάμμα, *foſſum*, ſeu foſſa redditur; ſed aliud hoc loco ſonat, &, ni fallor, loricas ipſas, quarum catenulæ *ſquammæ* dicuntur Virgilio & aliis; ita ut legendum ſit *loricas ſquammatas*.

SCAMNALE, Stragulum ſeu inſtratum ſcamni. Teſtamentum S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis in ejus Vita cap. 18. *De præſidio meo, ſcamnalia, menſalia, & lectualia, aurum & argentum quod ex ſucceſſione parentum habeo — tibi relinquo*. Ratherius Veronenſis in Qualitatis conjectura: *Veſtibus non comitur, calceamentis turpatur, ſcamnalia non quærit, menſalibus indiget, lectiſterniis mediocribus, cæteraque ſuppellectile delectatur, pretioſa non ambit*. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 35. *Mandans iterum Actori, ut domo ſcopis mundata, ſtragulis ſcamna operiret*. Mox: *Cur non ſunt ſcamna hæc operta ſtragulis?* Hugo de Cleeriis de Majoratu Franciæ: *Scammum pulcherrimum fulcro pallis aut tapeto coopertum Seneſcallus præparabit*. Concilium Conſtantinopolitanum ſub Menna act. 5. εἶπεν τὸ ὑποθεῖναι σκαμνάλια εἰς λόγον τοῦ ... Infra: Τὰ λευκὰ σκαμνάλια.

Scamnile, eadem notione. Vetus Chartula plenariæ ſecuritatis ſub Juſtiniano, apud Briſſonium lib. 6. formul. pag. 647. *Stragula polimita duo valentes ſolido uno*

. *tremiſſe uno, ſcamnile ac piſto valente ſolido uno*, &c.
Infra: *Uno ſcamnile cum agnos valente ſiliquas aureas duas.*

Scamnocancellus. Repertæ nuper, anno ſcilicet
1670. Smyrnæ veteres aliquot inſcriptiones, in qua-
rum una vox hæc reperitur. Extat illa in ædibus cu-
juſdam Turci.

ΗΡΗΝΟΠΟΙΩϹ ΠΡϹ ΚΕ ΠΑΤΗΡ ΤΟΥϹ ΤΕΜΑ ΤΟϹ
ΥΙΩ ϹΕΙΑΚΩ ΚΕ ΑΥΤΟΥ ΠΡϹ ΥΠΕΡ ΕΥ ΧΗϹ
ΕΑΥΤΟΥ ΚΕ ΤΗϹ ϹΥΜΒΙΟΥ ΜΟΥ ΚΕ ΤΟΥ ΓΝΙ-
ϹΙΟΥ ΜΟΥ ΤΕΚΝΟΥ Ε. ΟΙΗϹΑ ΤΗΝ ϹΤΟ ϹΙΝ
ΤΟΥ ΕΙϹΟ ΤΙΧΟΥ ϹΥΝ ΤΟΙϹ ϹΚΑΜΝΟΚΑΝΚΕ
ΛΥϹ ΚΑΛΛΙΕΡΓΙϹΑϹ Ν.

Scamnum, vox Agrimenſorum. Hygenus: *Quod in
latitudinem longius fuerit, Scamnum appellatur: quod in
longitudinem, Striga.* Frontinus: *Quicquid ſecundum
hanc conditionem in longitudinem eſt delimitatum, per
ſtrigas appellatur. quicquid per altitudinem, per ſcamna.*
Papias: *Scamnatus ager, qui per ſcamna ab Occidente
in Orientem creſcit.* Editus & MS. habet *ſcannatus*, &
ſcannam, vel *ſcamnam*. Plinius & Columella lib. 2.
c. 4. *Scamna* appellant glebas grandes quæ ſolent ex-
citari prima aratione.

Scamnum, Equulei ſpecies. *Super ſcamnum tenſus.* Lex
Salica tit. 62. §. 1. *Servus ſuper ſcamnum tenſus* 120.
ictus accipiat. Editio Heroldi, *ſervus ſuper ſcamno
tenſus*, habet. §. 8. *Et qui repetit, virgas paratas habe-
re debet, quæ in ſimilitudinem minimi digiti groſſitudi-
nem habeant, & ſcamnum paratum habere debet, ubi ſer-
vum ipſum tendere poſſit.* Editio Heroldi, *extendere*,
præfert. Vide Gregor. Turon. lib. 7. Hiſt. cap. 22. &
Hieronymum Bignonium ad Legem Salicam.

Scamnum, Vadum. Gallis *Banc*. Miracula S. Vulfranni
Epiſc. Saxon. n. 8. *Qui cum Sequanæ oſtium præpropere
ſubintraſſent, ſuper ſcamnum, quod vulgo Soreilum vo-
catur, velocius remigando navem impegerunt, ibique im-
mobiliter perſtiterunt.* Miraculum de Conceptione S.
Mariæ, inter opera S. Anſelmi pag. 507. *Syrtes, quas
nauclери Scamna dicunt.*

Scamnum, in quo merces ſuas exponunt mercatores, vel
carnes ſuas carnifices. Charta Arcembaldi Dom. Bor-
bonienſis pro libertatib. Villæfranchæ an. 1217. *Car-
nifex qui habet ſcamnum*, 12. *denarios* (ſolvat,) *ſi non
habet ſcamnum*, 16. *den.* Vide *Bancus*.

Scampatus. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ
an. 1247. fol. 2. *Si in prima die quando beſtia jam
dicta fuit pignorata, ille qui pignoravit eam, no-
luerit ei colligere comeſtionem, teneat illam in loco
ſcampato, & ſolutam*, &c. In loco campeſtri, vel in
campo.

Scampsaria. Vide *Cambire*.

Scamula, Squammula. Vita B. Angelæ de Fulginio n.
137. *Et quia quædam ſcamula illarum plagarum erat
interpoſita in gutture meo, conata ſum ad deglutien-
dam eam*, &c.

Scancio, A Cyathis, A Poculis, Pincerna; à Ger-
manico, *Scenken*, vinum fundere, *Schinker*, pocil-
lator, Gallis *Eſchançon*. Papias: *Pincerna, ſcantio.*
Lex Salica tit. 11. §. 5. *Si quis — furaverit aut vendi-
derit — vel Molinarium, aut Carpentarium, ſive Ve-
natorem, ſive Scancionem*, &c. Ita præferre quoſdam
codices monet Lindenbrogius pag. 1325. *Bartholomæus
Caprarii civis Lugdunenſis Scancio Domini Regis*, in
Charta an. 1320.

Scancionarius, eadem notione, in Ordinatione Hoſpitii Re-
gis S. Ludovici an. 1261. à nobis edita in Notis ad
Joinvillam pag. 109. ubi ſub titulo *Scancianaria*, Gall.
Eſchançonerie, comprehenduntur *Scancionarii, Clerici
in Scancionaria, Madelinarii, Summularii Scanciona-
riæ, Barillarii, Boutarii, Quadrigarii boutorum, Po-
tarii*, &c. De quibus ſigillatim ſuis locis agimus.

Scancia, idem quod *Scancionaria*, cui qui præerat apud
Wiſigothos, *Comes Scanciarum* dictus. Vide in *Co-
mes*.

Scandalum, Rixa, jurgium, odium. Papias: *Scan-
dalum, offenſio, ruina, vel rixa. Scandalum eſt ruina
ſeu impactio pedum. Scandalum dicitur cum ſubito inter
aliquos ſcandit, id eſt oritur diſſenſio vel pugna.* Kero in
Gloſſis: *Scandala, Zurvnarida. Scandalorum, Zur-
vnaridono.* Hinc fortè noſtrum *Ourvary*, pro tumultu,
vel incondito clamore. Gregorius Turon. lib 3. cap.
6. *Orto inter Reges ſcandalo*, &c. Lib. 6. c. 10. *Hi
perpetrato ſcelere, ad Burdegalenſem civitatem venien-
tes, orto ſcandalo, unus alterum interemit.* Lib. 2. Mi-
rac. c. 5. *Cumque delubri illius feſta à Gentilibus age-
rentur, — medio à vulgo commoventur pueri in ſcan-
dalum, nudatoque unus gladio alterum appetit*, &c. Ge-
ſta Regum Francorum cap. 45. *Donec inter eos o-
dium maximum & ſcandalum crevit.* Lex Longob. lib.
1. tit. 16. §. 3. *Si mulier libera in ſcandalum concurrerit
ubi viri litigant, ſi plagas aut feritas factas habuerit*,
&c. Adde §. 4. Ita toto titulo 2. lib. 1. *De ſcandalis
& compoſitionibus ad Regem pertinentibus.* Adde Le-
gem Bajwar. tit. 2. cap. 4. Leges Wiſigoth. lib. 9.
tit. 2. §. 8. Capit. Caroli M. lib. 1. c. 89. Regulam
S. Benedicti c. 13. Regulam Magiſtri cap. 83. Ni-
thardum lib. 4. &c.

Scandalum magnatum, inquit Cowellus lib. 4. Inſtit.
tit. 4. §. 4. nos ita appellamus contumeliam, aut verba
injurioſa, alicui de majori Nobilitate illata, quod cæ-
teris quibuſcumque propter perſonæ læſæ ſplendorem
& dignitatem graviorem, pœnam meretur.

Porro à voce *Scandalum* videtur nota vox Gallica,
Eſclande, in veteribus Conſuetudinibus Bituric. apud
Thomaſſerium pag. 343. Vide Salmaſium ad Hiſt.
Aug. pag. 199.

Scandalum. Lex Burgundion. tit. 73. in Lemmate: *De
caballis, quibus oſſa aut ſcandala ad caudam ligata
fuerint.* Sed legendum *Scandulas*, docet omnino Pa-
pianus Reſp. tit. 29. *Si quis caballo ligando oſſum aut
ſcandulam, vel pannum rubrum, ita cum turbaverit ut
pereat*, &c. Vide infra *Scandula*.

*Scandalizare, offendere, lædere, vel per occaſionem ruinæ
dare*, Ugutioni & Papiæ. Facundus Hermianenſis
lib. 6. cap. 1. *De quo illum maxime ac principaliter ad-
verſarii criminantur, vel ſcandalizant, vel ſi hoc non
poſſunt, exagitant minus inſtructos.*

Scandela. Charta Alexandri III. PP. in Tabulario
Prioratus S. Nicaſii Mellenti fol. 10. *In navibus vi-
num ferentibus 3. den. in ſingulis navibus pontem deſcen-
dentibus à Eſuotre 1. den. pro remige; in præfectura 10.
ſol. pro eleemoſyna; & pro ſcandela Comitis 13. ſol.* Vi-
de *Scandula*.

Scandella. Vide *Scindula*, & *Scandula*.

Scandile, *Scancile*, ſeu potius *Scanſile*, ſtapes quo in
equum quis tollitur. Gloſſ. Ælfrici: *Scancile*, ſtið-ƿap.
ſeu ſtrepa. Alibi: *Scanſilia* ſtapaſ, vel ſtiðƿapaſ. Ugu-
tio: *Scanſile, ſtrepa, ferrum per quod equum aſcendi-
mus. Scanſilia, ſunt etiam gradus honorati ubi in ſedi-
bus ſedent.* Ita pariter Jo. de Janua. Unde emendandæ
Gloſſæ Iſid. *Scanſua, ferrum per quod equus ſcanditur.*
Gloſſæ Pithœi habent, *Scanſa, per quod equus ſcan-
dit.*

Scandile. Aimoinus lib. 3. de Miraculis S. Benedicti cap.
6. *A quibus & ſella oſtendebatur, quæ dilapſa cum
equo fuerat, cujus ſcandilia quamvis nova, & antelam
ſuus impatiens pedibus ipſe diſruperat.*

Scanſor, Strator, Ἀναβολεὺς, qui dominum in equum tollit.
Gloſſæ Lat. Gr. *Scanſor*, ἀναβολεύς. Vide *Strepa*.

Scandile, Scalarum gradus. Cæſarius Heiſterb. lib. 8. c.
90. *Octo etiam inferius ſcandilia, ſupremum attribuens
Chriſto, reliqua ſex ordinibus Sanctorum.*

Scanſile. Papias: *Scanſilia, Gradus ſunt ubi honoratiores
in diebus ſedent.* Leg. *In ſedibus*, ut ſupra.

Scandula, *quoddam genus annonæ, quod & ſcandella
dicitur dimin. & dicitur ſcandula, quaſi ſcindula, quod
ſcindatur & dividatur.* Jo. de Janua. Vide *Scinde-
la*.

Scandula. Papias : *Scindulæ, quod ſcindantur, Scandula vulgo.* Vide *Scindula.*

SCANGIUM, pro *Excambium*; in Domeſdei. Gall. *Eſchange.*

SCANSILE. Vide *Scandile.*

SCANTELLATUS, Truncatus, mutilatus, *Ecorné.* Fori Aragon. lib. 9. p. 177. *Omnes denarii Jacceuſes qui falſi non ſint, recipiantur ab omnibus hominibus, ad panem & ad vinum, ſive — ſint fracti, ſive perforati, vel rubei, vel etiam ſcantellati,* &c.

SCAPELLÆ, Laqueorum ſpecies, quibus capiuntur aves; apud Petrum de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 26. ubi deſcribitur. Vide *Scarbellus.*

SCAPELLARE. Vide *Capulare.*

SCAPELLUS. Vide *Scapilus.*

SCAPHA, & *Scaphula*, Menſuræ aridorum ſpecies : eadem quæ *Scapilus.* *Scapha ſiliginis, bladi*, in Metropoli Saliſburgenſi to. 1. p. 206. to. 2. p. 292. 293. to. 3. p. 334.

Scaphula. Leges Portoriæ Ludovici IV. Imp. an. 904. apud Aventinum lib. 4. Annalium Bojorum, & Goldaſtum tom. 1. Conſtit. Imperial. p. 210. *Navis quæ ab Occidentali regno venit; — ſemidrachmam, hoc eſt unum ſcutatum pendat : ſi infra Linzium tendit, ſemimodios tres, hoc eſt tres ſcaphulas ſalis ſolvat.* Infra : *Carri clitellarii qui Anaſſum tranſeunt, ſcaphulam præbent.*

Scaffa. Metropolis Saliſburg. to. 3. p. 40. *Ut ſingulis annis nobis viventibus una dierum, quam ad hoc elegerimus, ſex ſcaffia Landarrenſium menſura ſive frumenti ſive alterius annonæ — diſtribuere pauperibus non omittant.*

Scaffa tritici, avena, ibidem p. 416. Vide *Scapula.*

SCAPILUS, Menſuræ frumentariæ ſpecies; eadem fortè quæ *Scapha.* Capitulare Caroli M. an. 797. edit. ab Holſtenio, c. 11. *De annona verò bortrinis pro ſol. 1. ſcapilos 40. donant, & de ſigale 20. Septemtrionales autem pro ſolido ſcapilos 30. dent, & ſigale 15.*

Scapellus, eadem notione. Charta an. 1545. *Item quod Poteſtas teneatur inquirere omnes ſextarios tam de vino quam de grano, minas, medias, & quarterones, & ſcopellos; corbellas molendinorum, & omnes alias menſuras & penſas.* Vide *Sceffilum.*

SCAPIO. Vide *Scabinus.*

SCAPOARDUS, nomen dignitatis, ſeu officii Palatini in Francia; quod inter minora miniſteria reponitur ab Hincmaro de Ord. Palatii c. 17. fortè is cui vaſorum cuſtodia credita erat, ex *Schap*, Theutonico, promptuarium, armarium, vas, theca, σκεῦος, Kyliano; & *Ward*, cuſtos : jungitur enim *Oſtiariis, Saccellariis*, & *Diſpenſatoribus.*

SCAPOLUS, *Scapolatus.* Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli London. an. 1295. *Calix argenteus Henrici de Northampton deauratus, cum pede cocleato & ſcapolato, & pinnato ponderis cum patena 50. ſol.* Alibi : *Sandalia de Indico ſameto cum caligis brendatis, cum ſcapolis & leonibus.* Rurſum : *Capa — de rubeo ſameto brendata cum ſcalopis.* Alibi : *Frontale de rubeo ſendato, cum firmaculis & ſcalapiis.*

SCAPTON, Vas quoddam. Charta Adelberti Regis Anglorum in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 24. & in Chron. Willelmi Thorn p. 1761. *Miſſurum etiam argenteum, ſcapton aureum : item ſellam cum freno aureo, — quod mihi xenium de D. PP. Gregorio directum fuerat.* Ignotus Caſinenſis in Hiſt. Longob. cap. 10. de Siconolfo Principe Beneventano : *Abſtulit de S. Benedicto — in Agriſi baciam unam, & ſcaptonem aureum; Conſtantinopolitano deaurata fabrefacta vaſa opere.* *Scapton* mendosè, pro *Sceptrum*, his locis ſcriptum putat Somnerus : vix tamen eſt ut aſſentiar, tametſi nihil aliud ſuccurrit.

SCAPULA. Acta Murenſis Monaſterii p. 40. *Unuſquiſque (ruſticus) dat duas ſcapulas plenas de carne, & duos panes, & quartam partem metretæ de cereviſia.* Pag. 61. *Et de manſo ipſius tres modii ſpeltæ, & duo avenæ, & quatuor ſcapulæ.* Vide *Scapilus, Scapha.*

Scapulas dare, Fugam inire, *Tourner les eſpaules.* Radulfus de Diceto an. 1040. *Theobaldini impetus Andegavorum non ferentes, in fugam verſi ſcapulas dederunt.*

SCAPULARE, Ugutioni, *veſtis ſcapulas tantum tegens.* Mamotrectus ad Legendam S. Hilarionis : *Palliolum, id eſt ſcapularium.* Monachorum veſtis propria cum labori & operi inſiſtebant, loco cucullæ, ut quæ brevior eſſet & minùs ampla, & caput tantùm & ſcapulas tegeret. Regula S. Benedicti cap. 55. *Scapulare propter opera.* Statuta Ordinis de Sempringham p. 718. *In tempore laboris ſcapularia habeant alba, quemadmodum pallium eorum.* Infra : *Monachi habeant — ſcapulare ad laborem.* Rurſum : *Quæ laboraverint, cum ſcapulari laborare poſſunt*, &c. Warnerius MS. in Caprum Scottum & Monachum Poëtam :

Et tibi propter opus humeris ſcapulare tegatur.

Bulla Innocentii IV. PP. de Inſtitut. Clariſſarum : *Scapularia de levi & vil gioſo panno, vel ſtaminea, ſi voluerint, amplitudinis & longitudinis congruentis, ſicut uniuſcujuſque qualitas exigit, vel menſura, quibus induantur cum laborant, vel tale aliquid agunt, quod pallia geſtare non poſſunt.* Cæſarius lib. 8. c. 96. *Tunicam habens talarem & clauſam, ſcapulare verò latum, ultra genua longum.* Vita S. Eugendi Abb. c. 2. *Æſtivis temporibus caracalla, vel ſcapulari cilicino utebatur.* *Scapularia* virorum tantùm fuiſſe, non feminarum, videtur innuere Heloiſſa Abbatiſſa Paracleti Epiſt. 6. *Quid ad feminas quod de cucullis, femoralibus, & ſcapularibus ibi (in Regula S. Benedicti) ſcriptum eſt?* Vide Problemata ejuſdem cap. 14. Haëftenum lib. 5. Diſquiſit. Monaſt. tract. 3. diſq. 5. & 6. & Menardum ad Concordiam Regular. p. 888.

SCAPULARIUM. Lambertus Ardenſis p. 258. *Ruſtici cum bigis maratoriis & carris fimarius calculos trahentes ad ſternendum in viam meſſulis & ſcapulariis ſeipſos ad laborem invicem animabant.* Vide *Scripulare.*

SCARA. Papiæ, *Combuſtio ignis.* Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſoph. *Scara, vel eſcara, i. uſtura.* Nos *Eſcare* dicimus vulneris cruſtam.

Scara, eſt virgultorum ſilva, Henſchenio. Charta Germanica an. 794. apud eundem in Comment. ad Vitam S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. §. 4. *Id eſt hovam illam integram Alfgating hova, cum paſcuis & perviis & aquarum decurſibus, & ſcara in ſilva, juxta formam hova plena.*

Scara, Acies, cuneus, copiæ militares. Hincmarus in Epiſt. ad Diœceſis Rhemenſis Epiſcopos c. 3. *Bellatorum acies, quas vulgari ſermone Scaras vocamus.* Aimoinus lib. 4. c. 26. *Collegit è Francia bellatoribus ſcaram, quam nos Turmam, vel Cuneum appellare poſſumus.* Occurrit apud eundem iterum lib. 5. c. 41. Geſta Dagoberti I. Regis Francor. cap. 31. & Fredegar. cap. 74. *Diſponenſque Rhenum tranſire, ſcaram de electis viris fortibus ex Neuſtria & Burgundia cum Ducibus & graſionibus ſecum habens*, &c. Annales Francor. à Lambecio editi, an. 803. *Et ipſe ſine hoſte fecit eodem anno, excepto quod ſcaras ſuas tranſmiſit in circuitu ubi neceſſe fuit.* Utuntur paſſim Scriptores iſtius ævi, Annales Francor. Tiliani an. 773. 775. iidem Annales Loiſelliani an. 766. 773. 776. 778. 785. Vita Caroli M. an. 778. Chronicon Moiſſiacenſe an. 804. 809. Annales Franc. Bertiniani an. 766. 774. 776. Capitularia Caroli M. lib. 3. c. 68. Capit. Caroli C. tit. 43. §. 7. Erchempertus in Hiſt. Longobard. c. 35. 72. Capitula Radelchiſi Princip. Benev. cap. 3. Vita S. Genulfi lib. 2. c. 6. Codex Carolinus Epiſt. 88. Epiſt. Caroli M. ad Faſtradam Reginam, Joann. Abbas in Chron. Vulturn. lib. 3. Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 10. &c. Alamannis *Schaar* idem ſonat.

Hinc noſtratibus Poëtis, *Eſquierre*; unde nata vox ævo hoc uſurpata eodem ſenſu, *Eſcadron*. Guillelmus *Guiart* Aurelianenſis in Hiſt. Franc. MS.

Et li Rois ne veut con les ſive,
Mès ſans ſon ſen ſe deſtrive
Du Chief de l'une des Eſquierres.

Auctor Mamotrecti 2. Reg. *Acies, eſt militia ordina-*
ta, quæ dicitur Schera. Joannes Villaneus lib. 6. cap.
80. *Ma però non laſciarono Fiorentini di fare loro ſchie-*
re. Lib. 7. cap. 27. *Si riſtrinſſe e ſerro à ſchiera con*
ſua gente. Lib. 10. cap. 86. *Uſci tota l'hoſte di Fioren-*
tini con ordinata ſchiera. Inde eidem Scriptori *Schiera-*
re, aciem ordinatim diſponere, lib. 7. cap. 26. *Fece*
armare e ſchierare ſua gente.

Scaraguayta, Germanis, *Schaer-wachte*, ex *Schaëre*, agmen, cohors, & *wachte*, excubiæ: quaſi excubiæ cohortium. Gloſſ. Lat. Gall. *Excubia, veillées, gaites, eſchangaites.* Charta Galeacii Comitis Virtutum an. 1371. *Dictus Emanuel inveſtitus poſſit & valeat in prædicto caſtro — imponere fodra, & taleas, rogias, & caregia, guaytas, ſcaraguaytas, exercitus & cavalcatas.* Occurrit non ſemel in Regeſto, unde excerpta hæc Charta, ubi interdum *Scheraguayta* ſcribitur.

Eſchargaita. Charta Libertatum Oppidi Jaſſeronis in Breſſia an. 1283. apud Guichenon. *Si ille cui eſchargaita denuntiata fuerit infra dictos terminos non eſchargaitaverit, duplicem dabit pro ea vice eſchargaitam.* Infra: *Denuntiator eſchargaita debet à burgenſibus in dicta villa conſtitui*, &c. Uſatici Aquarum-Mortuarum an. 1246. *Et ſit de eorum officio mandare vel facere mandari gathas & eſcargatas, & alias cuſtodias*, &c. Vetus Interpres Gall. Will. Tyrii hæc ex lib. 3. c. 12. *Locatis in gyrum excubiis*, vertit, *Ils firent leur oſt bien eſchargueter.* Hiſtoria Bellorum Ultramarin. MS. *Et quant çon vint à la nuit, Chreſtien ſe fiſent mult bien eſcargaitier.* *Le Roman d'Alexandre* MS.

Quar les Eſchargaites les voient,
Qui l'oſt eſchargaitier devoient.

Le Roman d'Aubery MS.

Et vos armez toſt & iſnellement,
Une eſchargaite me faites ſaigement.

Le Roman du Renard MS.

Sur chaſcune tour une gaite
Fiſt mettre pour eſchargaitier.

Le Roman de Rou MS.

Aillors deuſſon herbergier,
Et faire tous eſchargaitier.

Alibi:

Seriant i miſt & Chevaliers,
Et eſchargaites & portiers.

Aliter redditur vox hæc in alio Gloſſ. Lat. Gall. *Manubia: Eſchargaites, eſpies, ou deſpouilles, choſes de proie, rapine.* Vide *Walta*, & Thomaſſerum in Conſuet. Bituric. p. 436.

Scaramanga, *Scaramangum*, Veſtis, quam viri militares geſtant ſupra veſtes alias interiores ad arcendas pluvias, nives, gelu, cætera denique aëris incommoda, Leunclavio in Pandecte Turcico n. 17. ex Theodoſio Zygomala. Penulam certè vel Pallii genus fuiſſe quo totum operiretur corpus, videntur innuere ſcriptores cùm Græci, tum Latini. Luithprandus lib. 6. cap. 5. *Quorum primus vocatus eſt Rector domus, cui non in manibus, ſed in humeris poſita ſunt numiſmata, cum ſcaramangis quatuor.* Infra: *Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numiſmata & ſcaramanga ſuſcipientes*, &c. Rurſum: *Et 12. numiſmatum libris cum ſcaramanga una donatus.* Hiſtoria Miſcella lib. 18. pag. 557. ex Theophane: *Multas præterea ſpathas auro circumcluſas, & zonas aureas cum gemmis, & ſcutum Razatis totum auro reſperſum acceperunt, & loricam ipſius auro contextam, & ſcaramaggin ei ul detulerunt, cum capite ipſius*, &c. Pachymeres lib. 12. cap. 13. de Berengario Entenza Catalano: καὶ ἐφρόνει ἄξιον ὡς ἀνθρώποις κατὰ Ῥωμαίους τελέσαι, καὶ ὁ σκαραμάγγιον ἐπενδύτης. Et cap. 15. Ὁ δὲ σοχιῶς μαντίον ἐφόρει ἱμάτιον, ὡς καὶ εἶναι κάλλιον τοῦ σκαραμαγγίου ἐπενδύσεως ἐπὶ χρόνον χρῶνται. Omitto alios ſcriptores à Meurſio laudatos. Moneo tantùm, ut *pallium* recentioribus Latinis pro panno ex quo pallia conficiebantur, ita & *ſcaramangam* videri uſurpari pro panni ſpecie, in Chronico Caſinenſi lib. 3. cap. ult. *Fano Imperialis aureum totum. Scaramage Imperatorum duodecim.* Hinc *Scaramangina*, pannus ſcilicet ex quo confici ſolebant. *Planeta Scaramangina*, apud Leonem Oſt. lib. 2. cap. 98.

Scaramanni, vel *Scaremanni*, Servientes, miniſtri judicum, ſic dicti quaſi *Schar-man*, id eſt homines ſcaræ. Chartæ Henrici III. an. 1056. & Henrici IV. Impp. an. 1065. Ex Tabulario S. Maximini Trevir. *Servientes verò, qui Scaramanni dicuntur, nulli Advocato pro quibuſlibet culpis, aut rebus, reſpondeant.* Infra: *Si villani debitum cenſum Abbati volunt denegare, primum per alios judices ac miniſtros, qui Scaramanni dicuntur, ad viam reducantur, ſi poſſint*, &c. Occurrunt ii pariter in Charta Conradi Comitis Lutzilemburgenſis an. 1135. & alia Theoderici Abbatis in eodem Tabulario. Vide Zylleſium in S. Maximino pag. 40. 45.

Scaramutia, Levis conflictus, Ital. *Scaramuccia*, noſtris *Eſcarmouche*, quaſi *ſcara muccia*, militaris cohors occultata: eſt enim Italis *Muccire*, Occultare, noſtris *Muſſer*. Sunt igitur propriè *Scaramuccia*, conflictus eorum qui ex inſidiis emergunt. Hiſtoria Obſid. Jadrenſis an. 1345. lib. 1. c. 14. *Nullus fere præteribat dierum; quin inimici mixtim ſcaramutias, ſeu badalatios conficiebant.* Adde c. 28. *Skermuche*, apud Jacobum Hemricurtium de Bellis Leodienſib. cap. 5. & alibi

Scararii, iidem fortè qui *Scaramanni*, de quibus ſupra. Charta Ottonis III. Imp. an. 990. pro Monaſterio S. Maximini Trevirenſi apud Nicol. Zylleſium: *Advocati quoque conſtituti in villis eorum, nec non homines illius loci, qui vocantur Scararii, niſi (in) præſentia Abbatis vel ejus Præpoſiti placitum habere præſumant, bannumque in placito cum ſcarariis hominibus habito, non Advocatus, ſed Abbas accipiat, aliaque familia Abbati ſubjecta, placitum nullius, niſi Abbatis, vel ab eo conſtitutorum, attendat.*

Scarbellus, Inſtrumentum ad capiendas *porzanas* in cannotis vallibus ubi morantur, ex duobus arcubus valde plicatis confectum ab invicem diſtantibus, inter quos modicum poſtponitur fructus herbæ *cocha*, ſimilis per omnia ceralis, quem accipere volunt, & collo ſtringuntur. Ita Petrus de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 28. Vetus Interpres Gallicus legit *Scarpellus*.

Scarcella, Pera coriacea peregrinorum, Italis, *Scarcella*, noſtris, *Eſcarcelle*. Juncta Bevagnas in Vita B. Margaretæ de Cortona n. 7. *Et viſitabis me cum baculo peregrino, ſcarcellis pendentibus ab humeris veſtris.* Vide Oct. Ferrarium in *Scarſella*.

Scardus, Avarus, parcus, Gallis *Eſchard*, vel *Eſchars*, fortè à Saxon ſceapð, fragmen, quod avari res minimas tantùm erogent. Ratherius Veron. Epiſcop. in Qualit. conjecturarum pag. 206. *Cumque illi Epiſcopus, ut eſt utique ſcardus, remandaſſet non ſe illi amplius daturum aliquid, niſi de Archiepiſcopatu Mediolanenſi*, &c.

Scareſcellus, Reſtis ligneus, Gallis, *Harcelle.* Charta Communiæ Meldenſis an. 1179. conceſſa ab Henrico Comite Campaniæ, in Tabulario Campaniæ Thuanof. 290. *Uſuarium quoque quod homines de Meldis in foreſta de Maant antea habuerant, ſcilicet nemus mortuum ad comburendum, & ſcareſcellos ad vineas, hominibus Communia concedo.*

Scaria, Puſtella, Turpedinis ſpecies apud medicos. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam: *Eſt tertia*

(turpedinis ſpecies) *in qua puſtulæ groſſæ & nigræ plures, ut 4. vel 5. ſolent in toto corpore apparere, quam vulgus Salerni Scariam vocant. Hæc dicitur puſtella, & eſt periculoſior*, &c. Vide *Scara*.

SCARIFFUM, in Notis Tironis pag. 150. Inſtrumentum fortè quo *ſcariſant* Chirurgi. Heſychius, σκαριφᾶσθαι, ξύειν, σκάλλειν, γράφειν, ὅθεν καὶ σκάριφος. Gloſſ. Lat. Gr. *Scariſat*, κατοχλίζει, καταχύζει, καταχαράσσει. *Scariſo*, χαράσσω, καταχύζω. Sic vocem hanc in MSS. codd. Plinii legi aſſerit Salmaſius, ubi editi *Scarificare* præferunt. Vide an vox σκαρίφιον apud Conſtant. Porph. de Admin. Imp. inde deducatur.

SCARIMENTUM. Tabularium Abbatiæ Conchenſis in Ruthenis, ch. 32. *Et beneficium de fevo Eccleſiaſtico, hoc eſt manſum unum, & una vinea, & hortum de porta Vicarii, & ſcarimentum de tertia parte ſepulturæ quod pertinet ad Preſbyterum*. Vide *Scarire*.

SCARIO, Oſtiarius. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 20. *Tunc dixit nominatus, non revera Epiſcopus, ad Oſtiarium vel Scarionem ſuum, (cujus dignitatis aut miniſterii viri apud antiquos Romanos Ædilitiorum nomine cenſebantur) voca ad me illum pileatum hominem*, &c. Sumitur etiam hæc vox crebrius pro miniſtris judicum, quos perinde eadem notione *Huiſſiers* dicimus: vel certè pro minoribus judicibus. Charta Caroli M. Imp. in Chronico S. Vincentii de Vulturno to. 3. Hiſt. Franc. pag. 675. *Ut ſi aliquo tempore orta fuerit contentio inter Abbatem, vel Advocatum ſuum, ſeu de ſervis, vel aliqua cauſa, inter vicinum ſuum, ſeu qualemcumque hominem, liceat eis ſe defendere per ſcariones ejuſdem Monaſterii, ſicut antiquitus conſuetudo fuit*. Idem Chronicon lib. 2. pag. 685. *Et nullus audeat Abbates vel Monachos ejuſdem cœnobii ad jurandum quærere, quia contra divinam credimus eſſe legem: ſed per ſcariones omnibus temporibus finem faciant, ſicut priſca conſuetudo fuit*. Erchembertus in Hiſt. Longobard. cap. 78. *Monachos B. Benedicti pro rebus perditis jurare compulit, quibus ceſſum fuerat ab omnibus retro Principibus — Sacramentum per ſe nulli homini dandum, niſi per ſcariones*. Charta Gauſredi Comitis Pictavenſis an. 1047. apud Sammarthanos in Abbatib. S. Mariæ Santonenſis: *Ut plane nulla humana poteſtas Regis, Ducum, Comitum, Vicecomitum, Gaſtaldionum, Scarionum, vel Archiepiſcoporum, Epiſcoporum*, &c.

Scheriones, iidem qui *Scariones*. Jura Eccleſiæ Bambergenſis pro Advocatia, in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. pag. 50. *Non habebit Advocatus exactorem, vel habunt, ſed villici & Scheriones Epiſcopi & fratrum exigent ei jus ſuum, & judicent placitum*. Infra: *Si fur extraneus in villa capitur, Scherioni Comitis tradetur extra villam, ſicut cingulo tenus veſtitus eſt*. Rurſum: *Si quis culpabilis fuerit in homicidio, vel furto, vel quacumque re, non debet capi nec ab advocato, nec à procuratore: ſed Scherio cum collegis ſuis omnia quæ habebit publicabit, donec ille ſe purgaverit*.

SCARIRE, propriè res in *ſcaras* ſeu partes diſtribuere; *Scaritus*, in *ſcaram* diſtributus, ſelectus. *Scarimentum* de quo ſupra, pars, portio.

Scarire. Capitula Caroli C. tit. 39. c. 4. *Id eſt ut fidelitatem nobis promittant, ſicut tunc ſcarivimus, & ſcriptam Comitibus noſtris dedimus*. Quo loco *ſcarire*, idem valet quod *definire*, peculiariter ſtatuere.

Scaritus. Chronicon Fredegarii cap. 37. *Unde placitum inter hos duos Reges, ut Francorum judicio finiretur, in Saloiſſa caſtro inſtituunt. Ibique Theudericus cum ſcaritis tantum decem millibus acceſſit, Theudebertus verò cum magno exercitu Auſtraſiorum, inibi prælium volens committendum, adgreditur*. Idem in Continuat. an. 768. *Rex Pipinus in quatuor partes Comites ſuos ſcaritos, & leudos ſuos ad perſequendum Waifarium tranſmiſit*. Synodus Ticinenſis an. 855. *Cum ad noſtrum quiſlibet noſtrorum fidelium properat obſequium, tam eundo quam redeundo gradiatur pacificè, & ut generalis utilitas* (deeſt fortè *requirat*) *cum ſcaritis veniat*. Capitula Caroli C. tit. 43. c. 17. *Adalardus Comes Palatii remaneat cum eo cum ſigillo: & ſi ipſe pro aliqua neceſſitate defuerit, Gerardus, ſive Fredricus, vel unus eorum qui cum eo ſcariti ſunt, cauſas teneat*.

Scaritus, alia, ut videtur, notione, uſurpatur in Charta MS. an. 1179. exarata Papiæ: *Et cuſtodire debent omnes perſonas Papiæ, & terræ Papienſis in avere & perſonis, & non debet uctare aliquem prædictorum locorum garnitum vel ſcaritum*. Alia an. 1235. *Promiſerunt & convenerunt — de cætero dare Communi Terdonæ Caſtrum Grondonæ guarnitum & ſcharitum, quandocumque fuerit neceſſe ipſi Communi pro aliqua guerrâ*. Vide *Scarritio*.

SCARLATUM, *Scarletum*, *Scarlata*, *Squalata*, Coccus, vel Coccinus, vel pannus coccineus: Anglis *Scarlet*, Francis *Eſcarlate*. Matth. Silvaticus: *Coccus vel Kermes Arab. Karmas, vel Nervas, Hermen, Latinè verò grana tinctorum unde tingitur ſcarlatum: unde dicitur de Chriſto, quod fuit veſtitus veſte coccinea, i. tincta cocco, ſcilicet granis de ſcarlatò. — eſt autem bonus coccus Galeticus & Armenus, & ſecundus Aſianus, & Licius: Hiſpanus verò omnium noviſſimus eſt*. Quidam ex Arabico *Taquerlat*, quod idem ſonat, deductam vocem volunt. Will. Brito lib. 9. Philippid. p. 206.

Et quas huc mittit varias Hungaria pelles,
Granaque vera quibus gaudet ſqualata rubere.

Arnoldus Lubecenſis lib. 2. cap. 4. *Præmiſerat autem Dux munera multa & optima juxta morem terræ noſtræ, equos pulcherrimos ſellatos, & veſtitos, loricas, gladios, veſtes de Scarlato: & veſtes lineas tenuiſſimas*. Lib. 3. cap. 5. *Non ſolum ſcarlatico, vario, griſio, ſed etiam purpura & byſſo induuntur*. Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 94. *Significantibus autem Tartarorum nuntiis, quod Rex etiam valde carum & gratum haberet de ſcarleta tentorium*, &c. Gervaſius Tilleberienſis MS. lib. de Otiis Imper. Deciſ. 3. c. 57. *Vermiculus hic eſt quo tinguntur precioſiſſimi Regum panni, ſive ſerici, ut examiti, ſive lanei, ut ſcarlata*. Acta Concilii Lugdunenſis an. 1274. *Quibus* (Tartarorum nunciis) *dominus Papa fecit fieri veſtes de ſcarlato more Latinorum*. Utuntur Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis, Statuta Cluniacenſia Petri Venerabil. cap. 18. Matth. Paris an. 1134. Cæſarius lib. 11. Miracul. c. 18. Gervaſius Dorobernenſis p. 1522. Rodericus Toletan. lib. 7. de Reb. Hiſpan. cap. 1. Magnum Chronicon Belgicum p. 217. Thwroczius, & alii. Adde Frider. Sandium in Conſuet. feudal. Gelriæ p. 299.

Eſcarletum. Matth. Paris an. 1237. *Obtulerunt telas de eſcarleto, & vaſa pretioſa*. Et an 1248. *Dedit enim eis veſtes pretioſiſſimas, quas Robas vulgariter appellamus, de eſcarleto prælecto*. Will. Neubrig. lib. 3. c. 23. *Et ſtatutum eſt quod — nullus vario, vel griſo, vel ſabellinis, vel eſcarletis utatur*.

SCARMUS, pro *ſcalmus*. Gloſſ. Gr. Lat. Σκαλμός, ἔνθα ἡ κώπη δεσμεῖται, *ſcalmus, ſtrurus*. Fortè *ſtrupus*. Ethelwerdus lib. 4. c. 3. *Inſiſtunt remis, deponunt ſcarmos, unda coacta rutilant arma*, &c.

SCARPELLIUM, pro *Scalpellum*. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 19. de Scriptoribus Monachis: *Sed nec ſcriptoria, nec arcavos, nec cultellos, nec ſcarpellia, nec membranas — ſuſcipiat*.

SCARPINARE, *Fodere, more gallinarum*, in veteri Gloſſario.

SCARPSINARE. Gundramnus in Epiſt. ad Ermenricum, præfixa Vitæ S. Soli: *Efflagito — ut & vera & manifeſta Dei opera luculento ſermone depingas, & in corrigendis & augendis Ruodolfum adeſſe depoſcas, ad ejus perſonam prologum ſcarpſinans*. Id eſt, ei prologum inſcribens.

SCARPSUS, Excerptus. Concilium Turonenſe II. c. 21. *Placuit etiam de voluminibus librorum pauca perſtringere, & Canonibus inſerere, ut ſcarpſa lectio de aliis in unum recitetur ad populum*. Sic enim præfert codex Bellovac. ut monet Sirmondus, ubi alii *excerpta*. Ita

ubi Collectio Andegavenſis: *Scarpſum de Epiſtola Leonis ad Ruſticum.* Atque ſic forte legendum in Teſtamento Heccardi Comitis Auguſtodun. in Tabulario Perliacenſi in Burgund. *Una buxta eburnea minore, & libro paſtorale uno, Canones, ſcarſus quartenio uno,* &c. Ubi *Scarſus* idem valet ac *excerptorum*.

SCARPUS, itinerarii calceamenti ſpecies, quod vulgò *Eſcarpins* vocamus, Itali *Scarpa* vel *Scarpetta* Gaufridus Malaterra lib. 1. c. 16. *Nullo ſciente conſurgens vili veſte, & ſcarpis, quibus pro calciariis utuntur, ad ſimilitudinem abeuntium ſeſe aptans, illis mediis adjungitur.* Le Roman de Garin MS.

Tote dolente hors de la chambre eſiſt,
Deſafublée, chaucice en eſchapins,
Sor ſes eſpaules li giſoient li crin.

Alibi:

Iſent des lis, les eſchapins chaucent.

Vide Oct. Ferrarium in *Scarpa.*

SCARRITIO. Hugo Flaviniacenſis in Chronico p. 243. *Hic Flaviniacum veniens honeſte à nobis ſuſceptus eſt, & in eadem nocte Dominica dies, cum ei honeſte ſerviſſem in Treva Dei, bannos & ſcarritiones mercati homines eius fregerunt & tulerunt, quia erat ante domum Epiſcopalem: & terra ipſa antequam domus ibi fuiſſet, cenſita erat hominibus pro mercato eorum,* &c. Infra: *Videntes homines quorum terra erat cenſita, quia ego eis primus, qui defendere debebam, de conſuetudine & uſu eorum deficiebam, ipſimet in terra cenſuali ſua ſcarritiones firmaverunt, & carnes repoſuerunt.*

Scaritio, eadem ut videtur notione. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Donat annis ſingulis in hoſtelitia den.* 20. — *Nativitate Domini lig. car.* 1. *in banno* 1. *pro paſto ſcaritiones* 5. *car. circulos perticas* 10. Alibi: *Solvit in cenſu de ſigala modium* 1. *ordeo mod.* 1. *de annicul.* 1. *caplim dies* 15. *lign. carr.* 3. *de ſcaritione car.* 1. Paſſim ibi.

SCARSALIS. Charta Pibonis Epiſcopi Tullenſis an. 1079. in Addit. ad Capitul. Reg. Franc. n. 153. *Cum ceteris minſiſibus interioribus, videlicet indumentis, calice, miſſali, ſcarſali,* &c.

SCARSUS. Vide *Scarpſus.*

SCARTIA, Meſſis, Italic. in Proceſſu de Vita S. Thomæ Aquin. n. 64.

SCARTIO. Charta Ingelranni D. Cociaci an. 1225. pro Libertatib. villæ de Solers, &c. apud Thomaſſerium lib. 1. c. 103. *Et unuſquiſque hominum illorum unam quadrigatam vini in tempore muſti, & etiam in tempore colendi, abſque uvernagio* (leg. vuionagio) *per terram meam ſi equus * lunonorum, & quadriga ipſius ſit, uno quoque anno ducere poterit, & ſi ſcartiones & omne nemus illis defuerit, ipſi Prepoſito noſtro Cociaci hoc oſtendent, ſi vendere nemus & ſcartiones ipſis voluerit,* &c.

SCARZO. Charta Henrici Imp. an. 1081. apud Ughellum to. 3. Ital. ſacr. p. 419. *Hominibus in villis habitantibus de eorum Comitatu fodrum non tollemus, nec aliquam conſuetudinem ſuperimponemus, niſi quantum tres meliores homines propter ſcarZones, per villas & caſtella juraverint.* Ubi *propter*, idem valet ac *præter*: proinde *præter ſcarZones*, i. omiſſis nec admiſſis *garcionibus* & hominibus nihili.

SCASORES, referuntur inter artifices quibus immunitates conceduntur, in l. 2. Cod. Th. de Excuſat. artif. *Quadratarii, barbaricarii, ſcaſores, pictores, ſculptores.* Sed qui ii fuerint, incertum.

SCASSARNOVA, unum è 12. auguriis, de quibus in voce *Venta*, quod ſic deſcribitur à Michaële Scoto de Phyſionomia cap. 56. *Scaſſarnova eſt augurium, quando vides poſt te hominem vel avem, & antequam perveniat ad te, & tu ad eam, in loco repauſet te vidente: ſignificat bonum ſignum ſuper negotio.*

SCASSARVETUS, unum ex iiſdem 12. auguriis, quod *eſt*, inquit Michaël Scotus, *quando vides hominem præterire, vel avem in loco pauſantem, ita quod ſit tibi in ſiniſtro latere tui: eſt tibi malum ſignum ſuper negotio.*

SCASSUM. Charta Caroli II. Regis Siciliæ an. 1303. apud Ughellum in Epiſcopis Caſertanis: *De pecunia ſidantiæ foreſtarum, ſcaſſo de omnibus armentis jumentorum, bubalorum, vaccarum,* &c. Occurrit ibi rurſum. Italis *ſcaſſo*, eſt ager cultus, laboratus: verum aliud hic innuitur.

SCASTLEGI, Ceſſatio ab armis, armorum depoſitio: vox formata ſecundùm Spelmannum, à Saxonico ceaſt, i. certamen, contentio, & legen, i. deponere, ut ſit legitima ab exercitu diſceſſio. Iſaacus Pontanus in Chorographica Daniæ Deſcriptione p. 772. obſervat ex Tacito apud Germanos *ſcutum reliquiſſe, præcipuum fuiſſe flagitium*: idque obtinuiſſe apud Francos noſtros, apud quos, inquit, Conſtitutio eſt *de armorum depoſitione*, & in qua militiam declinantes, arma abjiciunt: arma autem quæcunque per *Scutum* vulgò intelligi in legibus Franciciis, quæ quidem vox eſt etiam Danis hodieque uſitata: ſcuti poſitionem quippe *Schotlage* ſeu *Schiotlegge* nuncupare, ex *Schiolt*, & *Schilt*, ſcutum, clypeus, & *legen*, vel *leggen*, & *neder-leggen*, deponere. Capitul. Wormatienſe an. 829. c. 13. & Additio IV. Capit. c. 81. al. 114. *Poſtquam Comes & pagenſes de qualibet expeditione reverſi fuerint, ex eo die ſuper* 40. *noctes ſit bannus reciſus, quod lingua Theodiſca Scaſtlegi, id eſt armorum depoſitio vocatur.* Eadem habentur ii. Edicto Piſtenſi c. 33.

SCATABRA. Papias: *Scatabra, ebullitiones, quæ fiunt, cum aqua calida in aliquas rimas fluxerit.* Idem: *Scatabra, emanantia aquarum, i. ortus ſcaturientibus ſit aquis.* Lat. *Scatebra.*

SCATATUS. Concilium Senonenſe an. 1320. c. 4. *Caligis rubeis, viridibus, ſcatatis, croceis ſeu albis non utantur* — *Clerici.* Concilium Pariſienſe an. 1323. cap. 4. *Clericos qui caligas rubeas ac ſcatatas & alias inhoneſtas publice deferunt,* &c. Mox eadem habentur quæ in Senonenſi. Concilium Londinenſe an. 1342. cap. 2. *Caligis etiam rubeis, etiam ſaccatis,* (ſic.) *viridibus ſotularibus etiam roſtratis & inciſis multimode,* &c. Ubi legendum cenſuerim *ſcallatis*, i. coccineis, vel certè *ſcaccatis*, id eſt in *Scaccarii* ſpeciem variegatis.

SCATICUM. Vide *ScatZ.*

SCATIONARIA. Martinus Didacus *Daux* Juſtitia Aragon. l. 6. Obſervantiar. fori Aragon. tit. Interpretationes &c. §. 6. de Notariis: *Sed non debent tenere ſcationarium, nec publice ſe ponere ad recipiendum cartas.* Eadem habentur lib. 9. tit. de Privilegio generali §. 27.

SCATIUM. Rainardus Abbas Ciſtercienſis in Inſtitut. Capitul. ejuſdem Ord. an. 1134. c. 14. ubi de pane quotidiano: *Ubi autem frumentum defuerit, cum ſcatio liceat fieri.*

SCATTO, Italis, Scutella, qua arida venditores metiuntur, ut lupinos, & ſimilia. Leo Oſt. lib. 1. c. 24. *Scutellam argenteam* 1. *ſcattones* 3. *garales* 2. & cap 26. *Scattonem unum Conſtantinopolitanum.*

SCATURRIO, *Lepra*, in Gloſſ. Iſid.

SCATUS, *Impetigo, ſicca ſcabies.* Gloſſ. Iſid. vox ejuſdem originis qua prior.

SCATUS. Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1203. in Tabulario Abb. S. Judoci: *Et notandum quod Comes Monſteroli & Pontivi extra villam B. Judoci, per totum Comitatum prædicta Eccleſiæ, debet habere aſſultum, murdrum, ſcatum, & ratum* (raptum) *violentiam ſcilicet mulieris vi oppreſſa,* &c. Videtur uſurpati pro furto. Vide *Schacus*, & *SchatZ.*

SCATZ, *Scaz. Scaticum*, Pecunia, pretium, ex Germanico *SchatZ*, theſaurus, gaza, Belgis *Schat*: vel ex Saxonico ſceat, pretium, collatio, nummus, pecunia. Hincmarus Laudunenſis Epiſcop. pag. 594. *Quidquid de rebus ſuæ Eccleſiæ fecit & ordinavit, non per ſcaz, vel per aliquam propinquitatem aut amicitiam inde fecit, ſed ſicut melius ille intellexit.* Idem in Reſponſione ad Hincmarum Archiep. Rem. p. 612. *Cui & reſpondi, quia non celabam, quod motus aliquid contra illum fuerim, eo quod audieram à quibuſdam illum di-*

xiſſe, quod Romam ipſum non pro alia re ire rogabam, niſi ut inde ſcats mihi daret, quod ego mirabar ſi diceret, cum quidquid habebat beneficii gratis ei dediſſem, & ſine ullo pretio. Ubi *Scatz*, & *Scaz*, pretium ſonat. Inde

Scaticum, pro Tributo. Charta Ludovici Pii Imp. in Chronico Farfenſi p. 657. *Sine datico, herbatico, ſcatico, vel glandatico.* Alia Caroli II. Regis Siciliæ an. 1303. *De caligariis terrarum, redditibus in pecunia, ſeu de tarenis, redditibus gallinarum, caponum, & aliorum pullorum, ſcaticis, porcellis, agnis, &c.* Supra: *De ſcaticis, porcellis*, &c. Petrus I. Rex Aragonum in Conſtitutionib. Catalaniæ MSS. *Scatica noſtra, & penones, atque alia regalia noſtra, firmiter obſervari & cuſtodiri — jubemus.* In MS. eſt, *al. guidatica*: quæ quidem *guiatica* dicuntur, in alia Charta ibidem, quæ eſt Jacobi I. Regis: *Sub eadem pace ſint guiatica noſtra — & cenſuaria, & pennones, & omnia Regalia noſtra.*

Statica, eadem, ut videtur, notione. Charta Hiſpanica an. 1135. in Addit. ad Capitul. Reg. Franc. n. 156. *Primum quidem ut ipſas dominicaturas, dum ipſa viveret, haberent per medium: ſtaticam verò caſtrorum, per ſingulos annos habeat, ſex menſibus.* Infra: *Eo quod ſi Guillelmus Raimundi hoc ei frangere tentaverit, valeant Beatrici, & teneant ſecum illa donec habeat in vita ſua medietatem omnium dominicaturarum & ſtaticam S. Martialis per meliorationem cum laboratione bonum*, &c. Charta Jacobi Regis Aragonum an. 1228. apud Joan. Dametum in Hiſt. Regni Balearici p. 203. *Nos ſimiliter habeamus partem noſtram omnium prædictorum ſecundum numerum militum & hominum armatorum qui nobiſcum fuerunt, retentis nobis alcabriis & ſtaticis Regum in civitatibus, ultra partem competentem.* Eſt igitur *Staticum*, tributum, vectigal, cujuſmodi fuit *Guidaticum* de quo ſupra.

Scatum, vox ejuſdem originis, in Charta Caroli C. pro novo ponte Pariſienſi in parvo Tabulario Eccleſiæ Pariſ. *Placuit nobis extra prædictam urbem de ærarii noſtri ſcato, — opportunum majorem pontem facere.*

SCATIVA *aqua*, Scaturiens, in Vita S. Poſthumii cap. 8. *Si Abbas præſens fuerit, reperiens aquam ſcativam, ſive germinantem, præter Abbatis Conſilium diverterit ad bibendum*, &c.

SCAVA, *arborum denſitas nimia*, in Gloſſis Pithœanis. Iſidorus habet *Scana*, atque ita legendum cenſet Voſſius.

SCAVAGIUM, Tributum quod à mercatoribus exigere ſolent nundinarum domini, ob licentiam proponendi ibidem venditioni mercimonia, à Sax. ꞅceaƿian, id eſt *oſtendere*, *inſpicere*, Anglis *Schevage* & *Skewage*. Brompton: *Schewing, i. mercimonii poſitio, ſive demonſtratio, i. deſpliance de marchandie. Eſcevinga*, in Charta Henrici II. Regis Angl. pro civibus Cantuar. *Hoc etiam eis conceſſi quod omnes cives Cantuarienſes ſint quieti de Telonio & Laſtagio per totam Angliam & per portus maris, & de Eſcewinga. Oſtenſio* dicitur in Legibus Ethelredi Regis. Vide in hac voce.

SCAVILLUM, *Præda*, Jo. de Janua.

SCAVIONES. Vide *Scabinus*.

SCEATTA, *Scatta*, nummi genus apud Anglo-Saxones, ꞅceatte. Leges Æthelſtani Regis cap. 7. *Regis ſimplum Weregeldum in Mercenorum laga, hoc eſt 30. millia Sceatta, hoc eſt totaliter 120. libræ: ſed pro regni emendatione in cenegildo ipſam weram debent habere parentes ejus, & regalem emendationem ipſius terræ populus.* Apud Lambardum *Scata* legitur: ꞅcætta in Legibus Æthelberti. Conſule Gloſſ. Saxonicum Sommeri in hac voce.

SCEAWING. Vide *Scavagium*.

SCEBANCA. Vide *Auſtrum*.

SCEBRUM. Vide *Sceurum*.

SCEFFILUM, Menſuræ annonariæ ſpecies: Germ. *Scheffel*. Lex Saxonum tit. 18. *Secatis Sceffila 30. ordei 40. avenæ 60.* Vide *Scapha*, *Scapilus*, *Sceppa*.

SCEITHMANNUS, vox ex Saxon. ꞅcıþman vel ꞅcæꞇþman, vel ꞅcæðman, pirata; à ꞅcæða, fur, latro. Pactum Ethelredi Regis Angl. cum Anlafo, &c. c. 9. *Si dicatur in compatriota quod furtum fecerit, vel hominem occiderit, & hoc dicat Sceithmannus, vel unus Landmannus, tunc non ſit aliqua negatione dignus.*

SCELERITAS. Gloſſ. Gr. Lat. ἀνομία, *Scelus, ſceleritas, iniquitas.* Occurrit in Leg. 3. D. de Bonis cor. qui ante ſen. mor.

SCELEROSUS, pro *Sceleratus*: vox Lucilio uſurpata apud Nonium. Ugutio: *Sceleratus, in quo fit ſcelus: ſceleſtus, per quem fit, ſceleroſus, qui facit, & eſt ſceleroſus pluſquam ſceleratus.* Donato, dicitur *autor ſceleris*. Utuntur S. Eulogius lib. 1. Memor. Sanct. & lib. 3. c. 12. & in Apologet. Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 94. Vita S. Aldrici Epiſcopi Senonenſis c. 25. Synodus Lateran. an. 649. Gregorius VII. lib. 8. Epiſt. 13. &c. Occurrit etiam in Cod. Th. non ſemel.

SCELESTIS, pro *Sceleſtus*, apud Steph. Eddium in Vita S. Wilfridi c. 26. *Pretium utique ſceleſte*, &c.

SCEMA, pro *Schema*, Forma, ſpecies, ornatus, veſtitus, habitus, quomodo σχῆμα Græci uſurpant. Alexander Iatroſophiſta lib. 3. Paſſionum de Freneticis: *Neque in lecto ſcemata jacendi appetunt.* Dudo de Morib. Normann. p. 60. *Eccleſiarum mirificarum culmina fulgent, quas pater olim ſcemate pulchro ædificavit.*

Scema, vel *Schema*, propriè uſurpatur pro habitu monachico. Hugo Flaviniac. p. 266. *De quo monachicum ſcema ſuſceperat.* Ordericus Vital. lib. 5. p. 577. *Albereda ſcema religionis ſuſcepit.* Infra pag. 581. *Monachile ſcema ſuſcepit.* Adde p. 460. 591. 711. Vetus Epitaphium:

Poſt ſenium feſſus, jaces iſtic funere preſſus,
Gelduine pater, monachili ſchemate frater.

Tabularium Auſcienſe apud Marcam lib. 4. Hiſt. Beneharn. c. 7. *Liberari laborans, monaſticum ſchema aſſumere voluit.* Petrus Diac. de Viris illuſtrib. Caſin. cap. 8. *Monaſticumque ſchema ſuſcipiens* &c. Ita Ingulfus p. 873. 879. *Monachicum Scema*, pro quo *Stemma* perperam habet p. 867. Uſurparunt perinde vocem σχῆμα Græci ſcriptores hac notione. Vita S. Euphroſynæ Virg. Τὸ τῶν μοναχῶν αὐτῇ περιβάλλειν σχῆμα. Sic Τὸ τῶν μοναχῶν σχῆμα, in Vita S. Nili junioris p. 5. τὸ ἅγιον σχῆμα pag. 8. ἀγγελικὸν σχῆμα, pag. 16. Obſervat Goarus ad Euchologium Græcorum p. 489. σχῆμα in univerſum habitum monachicum ſignificare, ut τῶ Βασιλείω τὸ σχῆμα, τῶ Ἀντωνίω τὸ σχῆμα: præterea apud Græcos Monachos eſſe quoſdam, quos μικροσχήμους, & μεγαλοσχήμους vocant, de quibus agit hoc loco vir doctiſſimus.

Scema, Figura rhetorica. Gloſſ. Ælfrici: *Volubile ſcema; ſcema locutionis.* Fragmenta Petronii p. 22. *In Curia autem, quomodo ſingulos vel pilabat, tractabat, nec ſcemas loquebatur.*

Scemari, Ornatu ſuo oblectari. Regula Magiſtri cap. 81. *Si quis autem frater in ſpecie ſua ſibi viſus fuerit ſcemari, vel ſatis gaviſci, mox à Præpoſitis ſuis ei tollatur*, &c. Arnobius in Pſalm. 106. *Ergo bona ſaturavit bonis pœnitentem, non in ſchematibus mundi, non in publico gloriantem, ſed ſedentem in tenebris*, &c.

Scema. Egbertus Eboracenſis Archiep. in Excerpt. c. 158. *Scemata dicuntur ramuſculi in genere, cum gradus cognationum partiuntur, & puta ille filius, ille pater, ille avus, ille agnatus, quorum figuræ in ſcematibus apparent.* Hauſit ab Iſidoro lib. 9. Orig. c. 6. apud quem *Stemmata*, ſcribitur, quomodo uſurpat Plinius lib. 35. c. 2.

SCEMATIO, Membri mutilatio. Itali etiamnum *Scemare* dicunt, pro *Mancare, diminuire, da ſemis, latino, il quale non ſolamente la metà, ma ancora ſignifica diminutione*, inquit Acariſius. Vide Ferrarium. Lex Longobard. lib. 2. tit. 55. §. 16. *Si verò ipſa mulier in hac illicita cauſa (ſtupro) conſentiens fuerit, habeat poteſta-*

tem eius maritus in eam vindictam dare, ſive in diſciplina, ſive in venditione voluerit: verumtamen non occidatur, nec ei ſcematio corporis fiat. Infra: *Et ipſe in eum faciat vindictam in diſciplina vel venditione; nam non in occiſione, aut ſcematione corporis.* Ubi *ſcematio*, pro *ſematio* ſcribitur; vox enim orta à *Semus*, de qua infra.

Scematizare. Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſion. *Neque enim ſunt ſupradicta ſymptomata, ſed ſecundum directionem ipſam adhuc videtur conſcematizare in muſculus flegmon, & extrinſecus manifeſtius ſubjacet.* Ubi Gloſſæ MSS. *Scematizare, i. ſignum oſtendere: ſcema enim eſt figura per directionem.*

Scenbca, *Scenaca.* Anaſtaſius in S. Silveſtro PP. p. 18. *Omnia ſceneca deſerta, vel domos intra urbem Albanenſi ſanctæ Eccleſiæ donum obtulit Auguſtus.* Codex Thuanus habet *Scenaca*, alii *Senica*: ſed videtur legendum *Scenica*, ex Græco, ni fallor, σκηνικὰ, id eſt loca luſibus publicis addicta, ut ſunt Circi, Theatra, & ejuſmodi.

Scenofacere, *facere funes*, ex Gr. σχοῖνος, funis, vox hibrida. *Unde ſcenofactor, funium factor, & ars ſcenofactoria. Unde in Actibus Apoſtolorum cap. 18. v. 3. legitur de Paulo, quod erat ſcenofactoriæ artis.* Ita Ugutio: at aliter Græca verſio habet: ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Ubi Eraſmus: *Erat autem ars illorum texere tabernacula.* Ita etiam legit Arator lib. 2. Hiſt. Evangel.

——— Cujus ſe Paulus amico
Contulit hoſpitio, ſociam dignatus adire
Artis amore domum, nam ſcenifactor uterque
Pollebant operis ſtudiis, & dogmate Legis.

Et infra:

Nec vacat ars Pauli ſocio celebrata ſub ipſo
Secreti virtute boni: tentoria quippe
Fortia mobilibus fabricabat in aggere tectis.

Ita editio Aldina an. 1502. nam aliæ *Scænefactor* præferunt.

Sceppa, Menſura ſalis. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 824. *Et quinque ſceppas ſalis per annum de ſalinis meis de Wyſtrowu per traditionem meam & hæredum meorum ad Vincula S. Petri in autumno.* Occurrit ibi pluries. Vide *Eſcheppa*, *Scapha*, *Scapilus*, *Sceſſilum.*

Sceptor, *Notarius: unde Sceptorium, & Sceptoria, Ciſterna.* Ugutioni, pro *exceptor*, & *exceptoria.* *Sceptoria, Ciſternæ, receptoria*, in Gloſſis Iſid. & Pithœi, δεξαμεναὶ, Græcis.

Sceptratus, Sceptro donatus. Saxo Grammaticus lib. 14. *De Sceptrato cucullatus evaſit.* Joan. Altivillenſis in Architrenio lib. 3. c. 17.

Abſit ut hæc lateat ſceptratos gloria, &c.

Sceptrim, pro *virga*, aut *flagrum.* Althelmus de Laude Virg. c. 25.

——— Sceptrorum flagra beatus
Ictibus argutis martyr non ſenſit acerba.

Alibi:

Flammeus aſpectu, nivea candore coruſcus,
Sceptrinum vimen dextra geſtabat in alma.

Idem de Virgin. *Sceptrina virgæ, quæ prius nodoſa duritia vigebant, plumis molliores, & papyro effectæ ſunt leviores.*

Scevophylax, Sacrorum Eccleſiæ vaſorum cuſtos, σκευοφύλαξ, de qua in Eccleſia Græcanica dignitate, multa Gretzerus & Goaras ad Codinum de Officiis, & Meurſius in Gloſſ. Occurrit non ſemel in Hiſt. Miſcella. VII. Synod. act. 4. Θεόδωρος διάκονος [illegible] καὶ σκευοφύλαξ [illegible]. Gullelmus Bibl. in Hadriano II. PP. *Ibi a Paulo librorum cuſtode, Joſeph vaſorum cuſtode, ſimulque Baſilio Sacellario Eccleſiaſticis indutis veſtibus ſalutati.*

Scevophylacium, σκευοφυλάκιον, *vaſorum Cuſtodiarium* vertit Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſiaſtica p. 35. Vide Deſcriptionem noſtram ædis Sophianæ n. 89.

Sceurum, ex Germanico *Schewre*, vel *Schcur.* Horreum, granarium, penaria cella, reconditorium. Ingulfus in Hiſt. p. 862. *Cœpit largiente domino bonis omnibus abundare, ut tam in theſauris ac ſceuris poſtmodum duplicia redderentur.* Quædam editiones habent *ſcauris.* Anaſtaſius in Sergio PP. p. 60. de Actis Concilii: *Miſſis in locellum, quod Scebrum chartale vocitatur.* Alii codd. *Hæc itaque miſſa in locello, quod Scheuro carnali vocitatur.* Alii, *ſcebro carnali.* Pro *ſcebro cartali*, i. Chartophylacio.

Schacia, *Schaciare*, pro *chacia*, venatio: *chaciare*, venari to. 2. Monaſtici Anglic. p. 102. Vide *Cacia.*

Scacus. Vide *Scach.*

Scheffa, Præſtationis ſpecies apud Germanos: *jus quod dicitur die ſcheffa*, apud Albertum Argentin. p. 170.

Schere. Arnoldus Lubec. lib. 2. c. 4. *Dux & ſui proſpere navigabant per aliquot dies, & inciderunt periculum, quod vulgariter Schere dicitur, quia ibi ſcopuli immaniſſimi ad inſtar montium prominentes, difficillimum illic tranſitum fecerunt.*

Schere, alia notione. Vide in *Scara.*

Scherio. Vide *Scario.*

Schifarus. Vide *Scyphatus.*

Schilla. Vide *Skella.*

Schilpor. Vide *Schiltones.*

Schinderling, Viliculæ monetæ ſpecies, in jure Hungarico. Sambucus.

Schippa, Nauta qui navem, quam Angli *Ship*, vocant, impellit: *Shipman* vulgò iiſdem. Ordericus Vitalis lib. 12. p. 868. *Tandem navigandi ſignum dedit. Porro ſchippa remos aut ſegniter arripuerunt, & alia lecbi, quia quid eis ante oculos penderet, neſciebant, armamenta coaptaverunt, navemque cùm impetu magno per pontum currere fecerunt.* Le Roman de Rou MS.

Nefs & eſquiex appareiller,
Veles eſtendre, & males drecier.

Schippeshere. Willelmus Thorn an. 1364. de ſervitio quod homines 5. portuum debent ad Norberne: *Et debent pro qualibet Swolinga 14. d. per annum pro Schippeshere, timberlode, & bordlode, vel cariare extra Waldam per mare vel per terram ad manerium prædictum.* Occurrunt eadem verba paulò infra: ubi Sonnerus *Schippeshere*, ovium tonſuram exponit, ex Saxonico, ſceap, Anglis *Sheep*, ovis: & ſceapan, Anglis *Sheare*, tondere.

Schira. Vide *Scyra.*

Schirmannus, Lambardo, Senator, Saxon. ſcirman, ex ſcire, *Satrapia, regio, pagus*, & man, homo. Leges Inæ Regis Weſt-Saxiæ cap. 9. *Si quis ſibi rectum roget coram aliquo ſchirmanno, vel alio judice, & habere non poſſit*, &c. Vide *Scira.*

Schisma, *Schiſmaticus.* Gloſſ. MS. Regium cod. 1197. *Schiſma, ſciſſura animarum. Schiſmaticus, qui abſciſſus eſt à Deo.* Ugo Magiſter in Gloſſis: *Diſtat inter ſciſmaticum & hæreticum. Sciſma, i. ſciſſio: inde ſciſmaticus qui à corpore Eccleſiæ aliqua novitate, ſicut ille* (Novatus) *qui dicebat hominem ſemel prolapſum criminali peccato nunquam poſſe reſurgere. Hæreticus namque qui ſectam ſuam colit. Hæreſis enim ſecta, videlicet non credens unum Deum eſſe Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ſicut Arius.* Sanctus Hieronymus in cap. 3. Epiſt. ad Titum: *Schiſma ab Eccleſia ſeparat: hæreſis vero perverſum dogma habet.* Sanctus Auguſtinus Homil. 11. ſuper Matth. *Schiſmaticos non fides diverſa facit, ſed communionis diſrupta ſocietas.* Idem de Fide & Symbolo cap. 10. *Hæretici de Deo falſa ſentiendo ipſam fidem violant, ſchiſmatici autem diſſenſionibus iniquis à fraterna charitate diſſiliunt, quamvis ea credant, quæ credimus.* Idem de Baptiſmo lib. 1. c. 11. *An non eſt in ſchiſmate odium fraternum? Quis hoc dixerit, cum & origo & pertinacia ſchiſmatis nulla ſit alia, niſi odium fraternum.* Creſconius Grammatic. apud eundem Auguſt. lib. 2. contra Creſcon. c. 12. *Hæreſis eſt diverſa*

ſequentium

ſequentium ſecta: ſchiſma verò eadem ſequentium ſeparatio. Idem Auguſtinus c. 7. *Dicitur ſchiſma eſſe recens congregationis ex aliqua ſententiarum diverſitate diſſenſio, (neque enim & ſchiſma fieri poteſt, niſi diverſum aliquid ſequantur qui faciunt,) hæreſis autem ſchiſma inveteratum.* Fauſtus Manichæus apud eundem Auguſtinum lib. 20. contra eundem c. 3. *Schiſma eſt eadem opinantem atque eodem ritu colentem, quo cæteri, ſolo congregationis delectari diſſidio.* Etherius & Beatus adverſus Elipandum Toletan. lib. 2. *Schiſma a ſciſſura animorum vocatum eſt. Eodem enim cultu, eodem ritu credit, ut cæteri religioſi, ſed ſolo Congregationis delectatur diſſidio, ut cum cæteris communi nullo fulciatur conſilio, & totum quod ſibi agere videtur, ſanctum in ſuo corde eſſe putatur.* Pelagius in Epiſt. ad Viatorem & Pancratium, de ſchiſmaticis: *Non eos diverſa ſentiendi judicium, ſed quædam apud ſe delata, ſibi tamen incognita metuentes, & contra Apoſtolicam Sedem temerè credentes, peſſimè diviſit opinio.* Vide Optatum lib. 1.

Schiſmarchæ, in Geſtis Innocentii III. PP. p. 142. ſchiſmatum, ſeu motuum autores.

SCHITONOS, Slavis, Armiger ſeu *Scutarius Regis*, in veteribus Chartis Dalmaticis apud Joan. Lucium in Hiſt. Dalmat. p. 96. 99. 100. qui in aliis Creſcimiri Regis Croatiæ & Dalmat. an. 1067. *Scutobajulus* dicitur, apud eundem p. 77. Idem igitur qui Longobardis *Schilpor*, quæ vox Armigerum perinde ſonat, ut autor eſt Paulus Warnefridus lib. 2. de Geſtis Longobard. c. 28. unde conſtat utramque ejuſdem eſſe originis, nempè Saxonicæ. Nam ſcild, ſcutum ſonat, ſcild-nave, ſcuti miniſter, *Scilpor*, ſcuti puer; *Por* quippe Longobardis, eſt *puer*, famulus.

SCHIZA. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanaſio p. 35. *Et conſtipavit ſchizas ſuper altare*, i. collegit ligna quæ ſecuerat & ſciderat ſuper altare: ex σχίζειν, ſcindere, σχίζα, lignum ſectum, & in particulas diſciſſum. Urbem hac appellatione in Bithynia memorat Anna Comnena in Alexiade p. 57. de qua etiam quædam adnotavimus in Notis ad Willharduinum pag. 350. quod in agro à continenti quodammodo divulſo conſtructa eſſet.

SCHOLÆ, generaliter dicebantur ædificia ubi convenire ſolent homines plurimi, aut ſtudendi, aut præſtolandi, aut conferendi, aut alterius rei gratiâ, quod probare conatur Henricus Valeſius ad lib. 14. Ammiani: ita ut à loco deinde eorum qui in hiſce ſcholis conſiſtebant, catervæ *Scholæ* appellatæ fuerint: verbi gratiâ *Scholæ Palatinæ*, ſeu cohortes variæ ad Palatii & Principis cuſtodiam deſtinatæ, quæ ſingulæ in ſuis *Scholis* excubabant, quarum dignitas varia fuit, pro modo ſtipendiorum quæ merebant, ac gradus quem eæ obtinebant. Nam, ut ait Vegetius lib. 2. cap. 21. *quaſi in orbem quemdam per diverſas cohortes & diverſas ſcholas milites promovebantur, ita ut ex prima cohorte ad gradum quempiam promotus vadat ad decimam cohortem, & rurſus ab ea creſcentibus ſtipendiis cum majore gradu per alias recurrat ad primam.* S. Ambroſius in Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 1. initio: *Scholæ enim ſunt, quæ poſitæ in ſe dant dignitatem, ut loci honor hominem faciat glorioſum, non propria laus.* Procopius lib. 4. Gothic. c. 27. ἀρχοντά τε καταςήσας ἑνὸς τῶν ἐπὶ τῇ παλατίου φυλακῇ τεταγμένων λόχων, οὕσπερ σχολὰς ὀνομάζουσι.

Alii *Scholas* dictas putant propter diſciplinam qua ex regebantur: atque ut Scholæ publicæ, ipſique adeò Scholaſtici in varias *Scholas*, quas *Claſſes* vulgò dicimus, pro facultatum quæ in iis docebantur, varietate diſtinguebantur, ita Schola Palatina in varias claſſes diſtributa erat, ſuis ſingulas nominibus appellatas. Quò ſpectant hæc ex Epiſtola Epiſcopor. Franciæ ad Ludov. II. Reg. c. 12. *Et ideo domus Regis Schola dicitur, id eſt diſciplina: quia non tantum Scholaſtici, id eſt diſciplinati & bene correcti ſunt, ſicut alii, ſed potius ipſa Schola, quæ interpretatur diſciplina, id eſt correctio dicitur; quæ alios habitu, inceſſu, verbo & actu, atque totius vanitatis continentia corrigat.* De Palatina Schola ſic Corippus lib. 3. n. 5.

Acciti proceres omnes, Scholaque Palati eſt
Juſſa ſuis aſtare locis, &c.

Atque hæ Palatinæ Scholæ omnes erant ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum. Senator lib. 6. form. 6. de Magiſtro officiorum: *Ad eum namirum Palatii pertinet diſciplina, ipſe inſolentiſſimos Scholarum mores procelloſos moderationis ſuæ terminis proſperè diſſerenat.* In Notitia Imperii recenſentur Scholæ iſtæ Palatinæ *ſub diſpoſitione viri illuſtris Magiſtri officiorum*, ſcilicet *Schola ſcutariorum prima, Schola ſcutariorum ſecunda, Schola gentilium ſeniorum*, &c.

A Scholis Palatinis, *Scholæ* nomen tranſiit ad militiam civilem, ſeu civilium Magiſtratuum ac dignitatum, quarum major erat numerus: erant enim Scholæ Silentiariorum, Exceptorum, Chartulariorum, Agentium in rebus, & aliæ de quibus paſſim in utroque Codice, & in Notitia Imperii. Tranſiit denique vox eadem ad Eccleſiaſticos ordines. Hinc

Schola Cantorum, quæ *Schola* nudè in veteribus Conſuetudinibus Floriacenſis Monaſterii p. 404. dicitur, pro Cantorum Eccleſiæ ordine, de qua egimus in vv. *Cantor*, *Cantus*. Huic qui præerat dictus *Magiſter Scholæ* Cantorum, Præcentor. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 5. *Fuit autem conſuetudo, ut Magiſter Scholæ deſignaret pridie ſingulis quod reſponſorium cantare deberent in nocte Nativitatis Chriſti.* Idem porrò qui *Prior Scholæ Cantorum*, in Epiſtola 43. Pauli PP. ad Pipinum to. 3. Hiſt. Francor.

Schola Dominica, Ordo Eccleſiaſticus. Rabanus lib. 3. de Inſtit. Cleric. cap. 18. de Grammatica: *Hanc itaque Scholam dominicam legere convenit, quia ſcientia rectè loquendi, & ſcribendi ratio in ipſa conſiſtit.*

Schola regionaria. Benno Cardinalis in Vita Hildebrandi, ſeu Gregorii VII. PP. *Poppo Prior Scholæ Regionariæ cum omnibus ſuis Subdiaconis.* Vide *Regionarii*.

Schola Sacerdotum dicta per excellentiam Congregatio Clericorum Eccleſiæ Veronenſis. Vide Ughellum to. 5. Ital. Sacræ p. 751. 752.

Schola. Vetus Charta apud Puricellum in Monumentis Ambroſianæ Mediolanenſis Baſilicæ p. 691. *Si pro ſepeliendis corporibus defunctorum Abbas vel Præpoſitus à defunctorum propinquis, qui ad Scholas ſuas pertinent, ad ſonandum tintinnabulum invitati fuerint, illa pars ad quam prædicta Schola pertinuerit, pulſandi tintinnabulum liberam poteſtatem habeat.*

Scholæ, dictæ Judæis, eorum Synagogæ, ut habet Rigordus in Philippo Aug. an. 1182. *Nam omnes Synagogas Judæorum, quæ Scholæ ab ipſis vocantur, ubi Judæi ſub nomine ficto religionis cauſa orationis quotidie conveniebant, priùs mundari juſſit.* Matth. Paris an. 1253. *Et acclamatum eſt in Schola Judæorum Londinenſi, quod Abbas & Conventus memoratus quietus eſt ab omni hujuſmodi debito*, &c.

Schola, pro Dormitorio Monachorum, in Concilio Turonenſi II. c. 14.

Scholæ Monaſticæ paſſim etiam memorantur, in quibus ſcilicet qui ad monachicam vitam inſtituebantur, quos *Pueros* vulgo vocabant, iique utplurimum ex iis quos *Oblatos* nuncupabant, in literis humanioribus & Theologicis ſecundùm ætatis cujuſque capacitatem informabantur. Conventus Aquiſgran. an. 817. c. 45. ut Schola in Monaſterio non habeatur, niſi eorum qui *oblati ſunt*. Tabularium Monaſterii S. Andreæ Viennenſis: *Si uxor ejus Uſiſia ſupervixerit, eum teneat vita ſua: & ſi filium habuerit, mittatur in Schola Monaſteriali; deturque ei portio hæreditatis meliorata inter fratres ſuos, ſanctoque Andreæ perveniat.* Scholas in Monaſterio, niſi eorum qui oblati ſunt, vetat Collatio Abbatum habita Aquis ſub Ludovico Pio cap. 45. *Scholas Clauſtrales* vocant Eckehardus junior cap. 1. p. 36. & Eckehardus Minimus de Caſibus S. Galli cap. 7. quibus opponun-

tur, iiſdem *Scholæ, Canonicæ*, id eſt Canonicorum: ſeu ut aliis placet, in quibus pueri ſeculares extra Clauſtrum à Monachis literis inſtituebantur. De Scholis Monaſticis agunt Aimoinus in Vita S. Abbonis Floriac. Abbat. cap. 1. Petrus Damian. lib. 2. Epiſt. 18 ſub finem, Trithemius in Chronico Hirſaugienſi an. 890. & lib. de Viris illuſtrib. Ord. S. Benedicti cap. 6. Browerus lib. 1. Antiq. Fuldenſium cap. 9. 10. 11. Lucas Acherius in Notis ad vitam B. Lanfranci Archiep. Cantuar. p. 35. &c.

Scholas in villis & vicis habere jubentur Preſbyteri apud Theodulfum in Capit. c. 20. & Attonem Epiſc. in Capitulari c. 61.

Scholas publicas in Epiſcopiis à Carolo Magno primùm inſtitutas, & deinde à ſucceſſoribus vel ab Archiepiſcopis, in quibus literis imbuerentur Clerici, docent Capitula Caroli M. lib. 2. c. 5. ejuſdem Caroli M. Epiſtola ſeu Conſtitutio edita à Sirmondo to. 2. Concil. Gall. Charta ejuſdem Caroli M. pro Fundatione Epiſcopatus Oſnabrugenſis apud Miræum in Cod. Donat. piar. pag. 48. Addit. 2. Ludov. Pii c. 5. Concilium Cabilon. II. c. 3. Pariſienſe ſub Ludovico Pio lib. 3. c. 13. Capitulare Aquiſgranenſe an. 789. c. 72. Capitulare Theodulfi cap. 19. 20. Conventus Aquiſgran. an. 817. c. 45. Helgaudus in Roberto Rege Franciæ initio, Hermannus de Reſtaurat. Eccleſiæ Tornacenſis cap. 1. Hugo Flaviniacenſis in Chronico pag. 160. Adam Bremenſis cap. 57. Vita S. Meinwerci Epiſcopi Paderbornenſis apud Gretzer. ad Philippum Eyſtetenſem pag. 187. Petrus Damian. lib. 3. Epiſt. 8. initio, &c.

Scholæ verò jus, ſeu eam tenendi in ejuſmodi villis, inter jura dominica recenſetur: adeo ut dominos Laicos id ſibi aſſeruiſſe, & Preſbyteris ademiſſe colligatur, in Charta Balduini de Raduerns, in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 180. pro Eccleſia Thwinhamenſi: *Ut dignitatem ſuam plenam, & omnes ſuas liberas conſuetudines in omnibus rebus honorificè habeant, ſicut antiquitus ſemper habere ſolebant, villæ ſcilicet ipſius ſcholam, ſuam liberam curiam cum ſoce & ſace, Tol, & Then*, &c. Alia Henrici I. Regis Angliæ pro Prioratu Huntedunenſi ibid. pag. 26. *Et Capellam Caſtelli de Huntendon cum pertinentiis ſuis, & ſcholam ejuſdem villæ, ita ut nullus aliquam infra Huntedonſciram abſque illorum licentia teneat.* Vide Epiſt. 44. Alexandri III. PP. apud Sirmondum.

Scholares, qui in Scholis Palatinis militabant, & in aula ad Imperatoris cuſtodiam excubabant, οἱ ἐς τὸ [illegible] ὡς δὴ Σχολαρίους [illegible], ut loquitur Agathias lib. 5. pag. 154. 1. edit. Sulpitius Severus lib. 1. cap. 2. de S. Martino: *Armatam militiam in adoleſcentia ſecutus, inter Scholares alas ſub Rege Conſtantio, deinde ſub Juliano Cæſare militavit.* Monachus Sangallenſis de Carolo M. lib. 1. cap. 12. *Ipſis quoque manducandi finem facientibus, militares viri, vel ſcholares aulæ reficiebantur.* Ardo Monachus in Vita S. Benedicti Anianenſis cap. 1. *Hic puerilis gerentem annos præfatum filium ſuum in aula glorioſi Pipini Regis Regina tradidit inter Scholares nutriendum.* Septima Synodus act. 1. [illegible] Vide l. 38. Cod. Th. de Decurion. leg. 24. 34. de Erogat. militar. annonæ, eod. Cod. Procopium in Hiſt. Arcana pag. 106. 107. 1. edit. & alios à Meurſio & aliis laudatos.

Scholares, Scholaſtici, qui in Scholis docentur, noſtris *Eſcoliers*. Stephanus Tornac. Ep. 61. *Amplector Scholarem, proſequor Archidiaconum, deoſculor Abbatem, aſſurgo Epiſcopo, revereor Cardinalem.* Ita porrò propriè dicti in Monaſteriis Novitii Monachi, qui in Scholis Monaſticis erudiebantur, in Martyrologio Fuldenſi apud Browerum pag. 139. *Acolyti, Scholares, & Monachi.* Vita Notgeri Leodienſis Epiſcopi: *Quarta fuerit Notgero in educandis pueris, Scholaribuſque diſciplinis inſtruendis ſollicitudo, hinc probatur quod ſemper dum in via pergeret, longe ſeu prope, ſcholares adoleſcentes ſecum ducebat, qui uni ex Capellanis ſuis, ſub arctiſſima parerent diſciplina: quibus etiam librorum copiam, cum cæteris ſcholaribus utenſilibus circumferri faciebat.* Robertus de Sorbona in ſerm. de Conſcientia: *Non habetur pro Scholari Pariſius qui ad minus non vadit bis in hebdomada ad ſcholas.*

Scholarii, iidem dicti in Statutis Corbeienſib. Adalardi lib. 1. cap. 6. *De pulſantibus, de ſcolariis, de reliquis Clericis, ſeu Laicis noſtris*, &c. Mox, totam ait Monaſterii familiam dividi in *Famulos*, vel *Matricularios, Fratres, Vaſſallos, Hoſpites, Pulſantes* vel *Scholarios*, & in *Provendarios*.

Habebant etiam Preſbyteri ſeu Curiones ſuos *Scholarios*, de quorum muniis agit Caroli M. Capit. admonit. ad Epiſc. c. 5. *Ut ipſi Preſbyteri tales Scholarios habeant, id eſt ita nutritos & inſinuatos, ut ſi fortè ei contingat non poſſe occurrere tempore competenti ad Eccleſiam ſuam officii causâ perſolvendi, id eſt Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſperas, ipſi Scholaris & ſignum in tempore ſuo pulſent, & officium honeſtè Deo perſolvant.* Adde cap. 7. Riculfus Sueſſionenſis in Statutis an. 889. c. 16. *Monemus præterea ut Preſbyteri — ſcholarios ſuos modeſtè diſtringant, caſte nutriant, & ſic literis imbuant, ut mala converſatione non deſtruant: & puellas ad diſcendum cum ſcholariis ſuis in ſchola ſua nequaquam recipiant.*

Scholares, quorum ordo inſtitutus fuit ab Innocentio III. PP. in Concilio Lateranenſi, ut eſt in Magno Chronico Belgico: *Ibi 4. ordines ſunt conſtituti, ſcilicet Prædicatorum, Minorum, Trinitatis, & Scholarium.* Martinus Polonus in Honorio III. PP. *Anno quoque eius tertio ordinem Vallium Scholarium confirmavit, quem Guillelmus quidam Anglicus incæpit, qui Pariſiis Scholaris fuerat, & poſtmodum in Burgundia rexerat, & tandem cum Scholaribus ſuis ad eremum convolavit, & formam vivendi ex diverſis religionibus, ſuis & ſibi elegit.* Vide Aubertum Miræum lib. 1. Origin. Monaſtic. cap. 15. Brolium lib. 3. Hiſt. Pariſienſis pag. 655. 2. edit. & Cæſarem Egaſſium Bulæum to. 3. Hiſt. Univerſitat. Pariſ. pag. 15.

Scholares vagi, ſectarii neſcio qui, quorum ordo ſeu *ſecta* reprobatur & damnatur in Concilio Herbipolenſi an. 1287. c. 34. & in Saliſburgenſi an. 1274. c. 16. & an. 1290. c. 3. ubi eorum pravi mores & doctrina recenſentur.

Scholares, in Eccleſiis ruralibus, qui vulgò *Clerici*. Vide *Clerici Scholares*.

Scholasticus, dictus Latinis ſcriptoribus, qui in umbra circa fictas hypotheſes ſe occupat, Declamator qui circa lites fictas verſatur, ut docet Caſaubonus ad Suetonium de Grammatic. & ad Capitolinum. Sed poſtmodum appellatus quivis eloquens, diſertus, oratoriæ facultatis & politioris literaturæ ſtudiis eruditus. Gloſſ. Lat. MS. *Scholaſticus, Literatus, Sapiens.* Papias: *Scholaſticus, Eruditus, Literatus, Sapiens.* S. Auguſtinus in Dialectica: *Cum Scholaſtici ſolum propriè & primitus dicantur ii qui adhuc in ſchola ſunt, omnes tamen qui in literis vivunt, nomen hoc uſurpant.* Salvianus lib. 1. de Gubernat. Dei: *Ut Scholaſtici ac diſerti haberentur.* S. Hieronymus in Catalogo Scriptor. Eccleſiaſt. *Sarapion ob elegantiam ingenii cognomen Scholaſtici meruit.* Amalarius Epiſcopus Trevirenſis apud Brouverum lib. 8. Annal. Trevir. pag. 486. 1. edit. *Quiſque futurus ſis, ſive potens in ſæculo, ſive pauper, ſive Scholaſticus, ſive idiota.* Anaſtaſius in S. Leone II. PP. *Cujus quoque Scholaſticus, eloquendi majori lectione politus.* Jonas Epiſcopus in præfat. ad Vitam S. Huberti: *Palatina Scholaſticorum facundia, Scholaſticus ſermo*, apud Paulum Diacon. Emeritenſem in S. Maſona Epiſc. Emerit. cap 7. *Scholaſtica eruditio*, apud Alcuinum in Epiſtola ad Carolum M. Palladius in Lauſiacis c. 26. Οὗτος ὁ Εὐλόγιος [illegible]. Hinc *Scholaſticiſſimus*.

in Actis S. Sebaſtiani cap. 21. *Fortunatus* in lib. 3. de Miraculis S. Dionyſii, dicitur *Latinorum Scholaſticiſſimus, ut ſedulius, vir Scholaſticiſſimus.* in Chronico Fontanellenſi c. 12. Vide Paſchaſium l. 9. de Vitis Patrum c. 19. n. 3. Vegetium in præfat. ad l. 3. Artis veterin. S. Auguſtinum lib. de Cathechizandis rudibus cap. 9. ſerm. 78. de Tempore, Gregorium M. lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 63. Joannem Cluniac. in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. pag. 24. &c.

Scholaſticus, Advocatus, Patronus, qui cauſas in foro agit, ſed propriè peritus, eloquens, diſertus patronus. Tranſit enim adjectivum in ſubſtantivum. Concilium Carthag. can. 96. τῶ καταςῆσαι ἐκδίκους σχολαςικούς. S. Auguſtinus in Joannem cap. 7. *Qui habent cauſam, aut velint ſupplicare, quærunt aliquem Scholaſticum, à quo ſibi preces componantur.* Nicolaus I. PP. Epiſt. 2. *Si forte aut dives, aut Scholaſticus de foro, aut ex adminiſtratore Epiſcopus fuerit poſtulatus*, &c. In Actis S. Dorotheæ, qui *Advocatus præſidis* n. 12. dicitur, idem *Scholaſticus* appellatur n. 14. Apud Gregorium M. lib. 4. Epiſtola 29. inſcribitur *Severo Scholaſtico Exarchi*, in qua ei in judiciis aſtitiſſe ut, & in Conſiliis, innuit. Vide eundem lib. 1. Epiſt. 42. extrem. Apud Anaſtaſium Bibl. in Conſtantino PP. pag. 66. hæc leguntur: *Poſt aliquod verò temporis Scholaſticus Cubicularius Patricius & Exarchus Italiæ veniens Romam, detulit ſecum ſacram Anaſtaſii Principis*, &c. Apud Marcum Eremitam in Diſputat: πρὸς σχολαςικὸν, Scholaſticus dicitur ὁ ἐν λόγοις δικανικός.

Scholaſticus, Dignitas Eccleſiaſtica, qua qui donatus eſt, Scholis Eccleſiaſticis præeſt. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. c. 61. *Et ut amplius eum in ſententia confirmaret, regendas Scholas S. Mariæ ei commiſit.* Mox: *Cognitâ verò Epiſcopo Scholaſtici induſtriâ, ſeparavit eum à puerorum doctrina*, &c. Charta Guidonis Epiſc. Autiſſiod. an. 1249. in Tabulario Autiſſiodorenſi: *Statuimus quod Scholaſticus Autiſſiod. ſit Capellanus Epiſcopi, & teneatur aſſidere & ſervire Epiſcopo quando celebrabit ſolemniter in majori Eccleſia; & alibi ſi præſens ſit*, &c. Cùm autem Capellanorum munus eſſet, ut alibi docuimus, amanuenſis vices agere; inde fortè eſt quod legimus, Palladium quendam Herbani Archiepiſcopi σχολαςικὸν, quem Alexandria is adduxerat, diſputationem quam habuit cum Judæo, à Gregentio deſcriptam, τὰ ῥήματα ἑκατέρων σημειώσασθαι, *verba utriuſque notantem* excepiſſe. Extat Diſputatio Zachariæ Scholaſtici poſtmodum Mitylenenſis Epiſcopi, ubi Genebradus *Scholaſtici* munus Eccleſiaſticum eſſe annotat, idemque eſſe ac *Protonotarii*. Vide Concilium Pariſ. VI. an. 829. c. 30. Meldenſe cap. 35. Lateranenſe ſub Alexandro III. c. 18. & Lateranenſe ſub Innocentio III. c. 11. præterea Molanum lib. de Canonicis cap. 10.

Magiſter Scholarum, eadem dignitas dicta in Eccleſia Cadurcenſi, ab Innocentio IV. PP. an. 1252. inſtituta, apud Cruceum n. 118. *Statuimus ut de cætero Magiſter Scholarum dignitas ſit in Eccleſia Cadurcenſi, qui ſcholas in Grammatica perſonæ idoneæ conferat, quæ loco ipſius ſcholas regat, cui ſingulis annis pro labore ſuo ab eodem Magiſtro Scholarum provideri volumus, prout ſibi videbitur expedire.* Vide Spicilegium Acherianum to. 12. p. 165. & Alexandrum III. in Appendice ad Concilium Lateran. III. part. 2. c. 18. Vide *Caput Scholæ*.

Scholaſteria, Scholaſtici Eccleſiæ dignitas; apud Cæſarium Heiſterb. lib. 4. de Mirac. c. 62.

Scholaſticus, qui eſt ex *Schola Cantorum*, in Ordine Romano non ſemel. Amalarius lib. de Ordine Antiphon. cap. 57. *Tenet enim iſte ordo morem noſtræ Scholæ, ut primò erudiantur noſtri Scholaſtici per diſciplinam, & poſtea ſapientes fiant per ſapientiam.* Dudo lib. 1. de Morib. Norman. *Bajulant Scholaſtici candelabra & cruces majoribus præferentes.*

SCHONESTUM. Guillimannus l. 1. de Rebus Helvetior. c. 9. in explicat. aliquot vocabulorum inferioris ævi: *Schoneſtum, pulchrum. Germ. Schon.*

SCHOPPA, *Scoppa*, Officina, Anglis *Shope*, Gall. *Eſchoppe*. In Charta an. 1287. apud Will. Thorn in Chron. *De duabus ſchoppis ſuis juxta domum ſuam.*

Scoppa, eadem notione, in Charta Ricardi Regis Angl. apud Radulfum de Diceto an. 1194. *Quod muri & ſcoppæ atrii Eccleſiæ — reficiantur.* Et in alia Theoderici Comitis Flandriæ in Hiſt. Guinenſi: *Concedente itaque Philippo filio meo terram in qua Ghildalla cum ſcoppis & appenditiis ſuis tam ligneis quam lapideis apud S. Audomarum in foro ſita eſt.*

Schopparius, qui *Schopam* tenet: *Eſchoppier*. Vetus Conſuetudo municipal. Ambian. *Caſcuns ou caſcune eſchopiers ou eſchopiere qui vendent venel, porront avoir en leurs maiſons leur pois & leur balances.*

Shopa, ex Anglico *Shope*. Monaſticum Anglicanum to. 1. pag. 1013. *Conceſſionem — de duabus ſhopis cum pertinentiis in nundinis Northampton*, &c. — *de quadam ſhopa cum pertinentiis in vico Pelliparsiorum.* Adde p. 528. & to. 3. part. 2. p. 191. & Guill. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 1101.

SCHUBA, Togæ, vel pallii Turcici aut Perſici ſpecies. Æneas Silvius in Hiſt. Bohemica cap. 70. *Neque de more ſuo indutus prodierat, linea tantum indumenta ſuſceperat, & deſuper Perſicum habitum, quem vocant Schubam.*

SCHUDEHEN, Nautarum ſpecies, Danis; in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. p. 443.

SCHULTETUS, Prætor Urbanus, judex, apud Theutones, *Schoud-heet, Schoud-heyd*, vel *Schuld-heys.* Charta Willelmi Comitis Hollandiæ an. 1204. apud W. Hedam: *Monetarii, thelonearii, ſchulteti, villici*, &c. Alia Hugonis Epiſcopi Leodienſis an. 1227. apud Chapeavillum: *Schultetis, ſcabinis, juratis, feudatis*, &c. Vide *Scultetus*.

SCIA, pars corporis, de qua ſic Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 33. *Dictum eſt quod in loco lumborum ſunt duo oſſa ancharum, longa, concava, inferius lata, habentia circa ſui medium quandam concavitatem, quam medici dicunt Sciam, & in illa ſcia locatur vertebrum ſuperius coxæ.*

Scia, pro *Sciatica*. Hermannus lib. 2. de Miracul. S. Mariæ Laudun. cap. 18. *Qui jam per biennium morbo inſanabili, quem medici Sciam vocant, adeo laboraverat, ut nuſquam niſi claudicando & baculo ſuſtentando poſſet incedere.*

SCIAMITUM. Vide *Examitum*.

SCICLARIUS. Tabularium Foſſatenſe: *Quilibet tenens de dicta terra obliarum debet pro quolibet arpento 3. ſciclarios.* Vide *Sicla*, *Siclus*.

SCIDA, Scheda. S. Althelmus Sax. Epiſc. de 8. Vitiis:

Conjuge crudeli ſcidam ſcribente nefandam.

Et infra:

Qui malunt vatum ſcidas lacerare canentum.

Ugutioni, *Scida, id eſt ſerta, vel ſcripta.*

SCIFATUS. Vide *Schifatus*.

SCILLA. Vide *Skella*.

SCIMASARNOVA, vel *Sciſmaſarnova*, & *Scimoſarnova* (ita enim variè ſcribitur,) una è 12. auguriorum ſpeciebus, de quibus in verbo *Venta*, quæ ſic deſcribitur à Michaële Scoto de Phyſionomia cap. 56. *Scimaſarnova eſt augurium, quando tu vides hominem vel avem poſt te, & te conſequi, & tranſire te, & antequam perveniat ad te, vel tu ad eam, alicubi ſe repauſet te vidente in dextro latere tui: & tunc eſt tibi bonum ſignum ſuper negotio.*

SCIMPODIUM; Scaligero Epiſt. 145. non lectus diſcubitorius, ſed ἀνάκλιντρον videtur eſſe, ex ſella & lecto compoſitum, in quo ſemiſupini, pedibus in ſuppedaneo quieſcentibus cubabant. Vide Mercurialem lib. 3. Artis gymnaſticæ cap. 12.

SCINCUS, Perna, Theuton. *Schinske*, Italis *Schinca*, de qua voce conſulendus Oct. Ferrarius in Orig. Ital. Theodorus Priſcianus lib. 2. cap. 18. *Reparatum eſt pi-*

pere, ſatirio. & ſcinco, & erucâ ſemine. Nicetas in
Andronico lib. 2. n. 2. Ἡσαν δὲ καὶ ζῶα Νειλῷα, προσαλί-
λω πάνυ τι ἐμφερῆ, σκίγκοι λεγόμενοι, ἀπάντων μὲν τῆς μὲ
ταύτῃ βρωτὰ κεῖνται, διαφερόντως δ' ὅμως ἢ ὄψει τὸν ὡς
ὁμιλίαις ἀφροδισίαις συντελοῦσι. Ubi codex Barbaro-Græcus:
ἀπὸ ζῶα προσαλίδια καλούμενα, οἷς ἐγκατὰ λεγόμενα. Vide
Friſcinga.

Scinda, Scinta, Ager proſciſſus. Capitula Ludovici
Pii an. 829. c. 12. apud Baluzium: De illo qui agros
dominicos, id eſt ad fiſcum pertinentes, propterea negle-
xerit excolere, ut nonas exinde non perſolvat, & alie-
nas terras ad excolendum propter hoc accepit, &c. Quo
loco Amerbachius & Heroldus habent ſcindas, vel Scin-
tas, ubi Goldaſtus terras cenſuales à colonis conductas
pro cenſu annuo quaſi cenſitas interpretatur. Sed ſi ve-
ra eſt lectio, videntur Scinda fuiſſe agri proſciſſi, ſeu
quod Leges Wiſigoth. lib. 10. tit. 1. §. 9. quod ad cul-
turam ſciſſum eſt, vocant. Acta Monaſterii Murenſis:
In prima ſciſſura & ſeminatione arant. Varro lib. 1. de
Re ruſt. c. 29. Terram cum primum arant, proſcinde-
re appellant; cum iterum, offringere dicunt, &c. Virg.
2. Georg.

— Et validis terram proſcinde juvencis.

Proſciſſio apud Columellam lib. 2. c. 13. 17. lib. 6.
cap. 2. Salvianus lib. 7. Non enim nos ad aratra, aut
ad ligones vocat, non ad ſcindendas terras, neque ad
vineas paſtinandas, &c. Sidonius lib. 1. Epiſt. 6. Si
& campum ſtiva tremente proſcindas. Vide ibi Sava-
ronem. Gregorius Turon. lib. 2. de Mirac. c. 32. Erat
enim haud procul à via ager cujuſdam divitis campa-
nenſis, ad quem ſcindendum magna multitudo convene-
rat.

Scindula. Iſidor. lib. 19. c. 19. Aſſeres ab aſſe dicti,
quia ſoli ponuntur atque conjuncti: Scindula, eo quod
ſcindantur & dividantur. Ugutio: Scindula, eſt latus
aſſer quo domus cooperitur, & ſcindula eſt genus quod-
dam annonæ, quæ & ſcandella dicitur, & ſcandula po-
teſt dici idem quod ſcindula, vel quod frangit ſaxum.
Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 27. Si quis de caſa ere-
ctum lignum quodlibet, aut ſcindulas furatus fuerit,
&c. Chronicon Fontanellenſe cap. 16. Porticum —
de novo fecit, & eam cooperiens ſcindulas ejus ferreis
clavis affixit. Adde Albertum Stadenſem an. 916.
Scindulis contectam fuiſſe Romam annis 470. autor
eſt Plinius lib. 16. cap. 10. ex Cornelio Nepote. Ha-
rum etiam mentio eſt apud Vitruvium lib. 10. cap.
2. ubi Scindulis, pro Scandulis, Turnebus lib. 22.
adverſ. c. 18. & apud Vegetium lib. 2. cap. 23. Stewe-
chius ex MSS. codd. reſtituunt. Vide Puricellum in
Ambroſiana Baſilica p. 1170. & Stephanium ad Saxo-
nem Grammat. p. 110.

Scindulæ in cenſu paſſim occurrunt in Polyptycho S. Re-
migii Remenſis: Donant de argento ſol. 19. & den. 2.
— ſcaritiones car. vi. circulos perticas 115. ſcindolas
575. de jornariis ſol. 7. den. 8. Occurrit alibi non ſe-
mel. Polyptychus Floriacenſis: Solvit unuſquiſque ſcin-
tulas 101. &c. Tabularium Eccleſ. Auguſtod. In an-
cingia ſi eſt, pullos 3. ipſo termino. Paſcha autem pul-
lum 1. cum ovis 5. ſcindulas 100. Vitæ Abbatum
S. Albani pag. 41. Domumque exquiſitis natura ne-
ceſſariam nimis opportunam fecit quercinis ſcindulis coo-
pertam. Chronicon S. Benigni Divionenſis p. 448.
Debet in cenſu ſolidos 8. multones 3. ſcindulas 100.
Porrò σχινδύλιον, voce, videtur Scindulas intellexiſſe
Hero Cteſibius in Belopœeicis p. 5. Καὶ ἰσχυρὸς ἔστω ὁ ...
ὑποκαταβαλόμενα ἄρα, ὡς τὸ δίχηλον ...
σχινδύλιον.

Scinifes, pro Cinifes. Gloſſ. Ælfrici: Scinifes vel tudo,
Gnæt. Ubi Somnerus leg. Cinips. Scinifes, etiam ha-
bet Joannes de Janua. Papias: Cinphes, hirci maiores
à flumine Africa, ubi plurimi ſunt & magni. Olla pa-
tella:

Crabro, Culex, Brucus, Cinifes, Cynomia, Cicada.

Scintillare. Laurentius Leodienſis in præf. ad Hiſt.
Epiſcopor. Leodienſium: Laudanda eſt tamen Bertha-
ri pia induſtria, qui de ipſis cineribus & ruinis incenſæ
urbis & Eccleſiæ, omnia prout potuit, prædeceſſorum
ſaltem Præſulum vel nuda nomina eruit, vel quædam
geſtorum nobis ſcintillavit, i. quaſi per ſcintillam, ſeu
breviter elucidavit.

Scintula Vide Scindula.

Scira, Sciremotes, &c. Vide Scyra.

Scirbum, Arabibus vocatur ventris pinguedo. Conſtan-
tinus African. lib. 2. Commun. loc. med. cap. 15.
lib. 3. c. 27.

Scinthiæ, Nævus, macula. Gloſſ. Iſidor.

Scioldri, dicti olim apud Danos Bardi, Eubages, &
Druydes. Vide Pontanum in Chorographia Daniæ p.
779. 780.

Scipsa. Meſſianus in Vita S. Cæſarii p. 255. Turbata
igitur ancilla Dei, quibus foras exire non licebat, li-
bros, & res, cellas, (ſellas) & ſcipſas per ciſternas
jactabant. Fortè leg. capſas. Vide edit. Mabillonii.

Scirpha, Palea, fortè ex Gr. κάρφος. Leo III. PP.
Epiſt. 3. Caietani autem — dixerunt, quod inveniſ-
ſent homines occiſos jacere, & granum & ſcirpha, quæ
ipſi Mauri portare ſecum non potuerunt.

Scirpus. Gregorius Turon. de Gloria Mart. cap. 32.
Lychnus etenim inibi poſitus, atque inluminatus, ante
locum ſepulturæ ipſius, perpetualiter die noctuque divi-
no nutu reſplendet, à nullo fomento olei ſcirpique ac-
cipiens, neque vento extinguitur, neque ardendo minuitur.
Scitum quid ſit Scirpus apud Latinos; ſed quid junci
commune habet cum lychno? Fortè pro Ellychnio.

Scirtum, Armorum ſpecies. Capitulare de Villis c. 64.
Et ad unum quodque carrum, ſcirtum, & lanceam,
cucurum, & arcum habeant.

Sciselum, Scalprum, noſtris olim Ciſel, hodie Ciſeau.
Gervaſius Dorobernenſis de Reparatione Dorobern. Ec-
cleſiæ: Ibi arcus & cætera omnia, utpote ſculpta ſe-
curi, & non ſciſello, hic in omnibus ferè ſculptura ido-
nea.

Scismasar vetus, unum è 12. auguriis, de quibus in
verbo Venta, quod ſic deſcribitur à Michaële Scoto de
Phyſionomia cap. 56. Sciſmaſar vetus, eſt augurium,
quando tu vides hominem poſt te, vel avem pauſantem, ita
quod ſit tibi dextro latere: iſtud enim tibi malum ſignum
ſuper negotio.

Scissor, Scindendi obſonii Magiſter, Senecæ, noſtris Eſcuier
tranchant. Petronius, & Fragmentum ejuſdem Petro-
nii p. 12. Proceſſit ſtatim ſciſſor, & ad ſymphoniam ge-
ſticulatus ita laceravit obſonium, &c. Le Roman de Ga-
rin MS.

Devant le Roi ſervi l'enfant Gerin,
Hernaut tailla devant l'Empereris.

Inciſor, eadem notione. Avitus Viennenſis Epiſt. 77. Ut
de primo quod expoſuiſti ferculo colloquamur, — trepi-
dans accenſis faucibus gula aliquantula temporis mora ſub
docti inciſoris pependit arbitrio.

Sciſſor, Ars mechanica neſcio quæ, in Fleta lib. 2.
cap. 52. §. 35. De abbatoribus (fortè albatoribus)
cortorum, præterquam in civitatibus & burgis, & etiam
de iis qui duobus utuntur officiis, videlicet ſutoria & tan-
neria, vel tanneria & carnificis, vel officio ſciſſoris &
dub... etiam dub... præterquam in burgis & locis com-
munibus.

Scissorium, Orbiculus menſorius, in quo convivæ da-
pes ſibi appoſitas vel præſumptas ſcindunt, noſtris olim
Tranchoir. Autor Tranſlat. S. Iſidori Hiſpal. n. 19. ubi
de variis reliquiis in urbe Legionenſi adſervatis: De
parte Cœnæ, (Dominicæ,) ſciſſorium ipſius Cœnæ,
&c.

Scit Deus, Formula recepta in juramentis. Vetus Inter-
pres Juliani Anteceſſoris c. 178. Sacramentum de ca-
lumnia fit ita: Inprimis quidem actor juret, Hanc litem
quam movi, calumniandi animo non movi, ſed exiſtimo
me bonam habere cauſam, — ſcit Deus. Ita clauditur
ſacramentum rei.

SCITHA, Roger. Hovedenus an. 987. *Hoc anno duæ peſtes ſeculis Anglorum genti incognitæ peſtes: ſcilicet febres hominum, & lues animalium, quæ Anglicè Scitha nominatur, Latinè autem fluxus interaneorum dici poteſt, totam Angliam plurimum vexaverunt.* Non placent quæ hic habet Spelmannus.

SCLANDONICIA. Vide *Teltora*.

SCLAVINA *Sclavinia*, Veſtis longior, ſagi militaris inſtar, ſclavis, ut videtur, familiaris, unde nomen manſit. Ugutio: *Amphibalus, veſtis villoſa, ſicut eſt Sclavina.* Jo. de Janua, *Armelauſa, Sclavina.* Italis *Schiavina*. Corona pretioſa, σκλαβῖνα, *ſtragulum*, σάγος. Henricus de Knyghton: *Venire videbant virum elegantem curſantem, de una Sclavina alba veſtitum.* Quo loco perperam *Sclauma*, legit Somnerus. Hac potiſſimum utebantur peregrinantes, ut obſervat Malbrancus lib. 10. de Morinis cap. 12. quod firmatur ex Chronico Andrenſi: *Pedes incedens in habitu peregrini, qui vulgo dicitur Sclavina.* Herbertus de Miraculis lib. 1. c. 25. *Vidit ipſum inſtar alicujus Jeroſolymitani, palmâ, perâ & baculo inſignitum, atque Sclavinâ coopertum.* Cæſarius lib. 12. Miracul. c. 40. *Peregrinus quidam de tranſmarinis veniens partibus Sclaviniam ſuam pro vino—exponens,* &c. Et mox: *Veſtem peregrinationis ſuæ.* Idem c. 42. *Peregrinus quidam moriens Sclavinam ſuam Sacerdoti legavit.* *Le Roman d'Aubery* MS.

> *Qu'il viengne à moy auſement come eſpie,*
> *S'ait eſclavine & bordon de Surie.*

Le Roman du Renard:

> *Une eſclavine i vit renart*
> *Que cil avoit deles ſon chief.*

Rabi Kimchius *Eſclavinam*, pro veſte vili uſurpavit. Vide Bernardum Juſtinian. in Vita S. Laurentii Juſtiniani cap. 5. Vitam S. Andreæ Corſini cap. 5. &c. Italis *Schiavina*, eſt teges, *coperta groſſa di letto*. Σκλαβίνα verò & σκλαβινίσκιον, pro jaculo leviori, cujuſmodi utebantur Sclavi, apud Mauricium & Leonem ſumi annotarunt pridem Rigaltius & Meurſius.

SCLAVUS, Captivus, ſervus, Italis *Schiavo*, noſtris *Eſclave*. Matth. Paris an. 1252. *Cùm Chriſtianis ſclavis, ſic namque vocantur captivi,* &c. Mox: *Cum omnibus Chriſtianis captivis, quos vulgariter Eſclavos appellamus,* &c. Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Hieroſol. p. 1129. *Similiter quotquot habere poterit ſclavas, vel ſervas, cum eis licenter peccat.* Charta Ludovici Regis Germaniæ in Metropoli Saliſburg. to. 2. pag. 15. *Aut homines ipſius Monaſterii tam ingenuos quam ſervos, ſclavos, & accolas ſuper terram ipſius commanentes,* &c. Guill. de Podio-Laurentii cap. 49. *Eoſque in ſclavos recepit Rex.* Modus recipiendi fratres Milites Hoſpitalis Hieroſol. *Nos namque promittimus eſſe ſervi ſclavi dominorum infirmorum.* Speculum Saxonicum art. 73. §. 3. *Sclavæ autem proles ſequitur patrem ſclavum.* In Regeſto Albo Domus publicæ Toloſanæ fol. 130. *Civitas Toloſana fuit, & erit ſine fine libera, adeo ut ſervi & ancillæ, ſclavi & ſclavæ dominos ſeu dominas habentes, cum rebus vel ſine rebus, ad Toloſam vel infra terminos extra villam terminatos, acquirant libertatem & liberi efficiantur.* Ditmarus lib. 3. *Tunc omnia noſtram prius Eccleſiam reſpicientia diviſa ſunt miſerabiliter, Slavonica ritu familia, quæ accuſata venundando diſpergitur.* Adde Matth. Paris an. 1097. Vincentium Belvac. lib. 30. c. 48. &c. Ita σκλάβος uſurparunt recentiores Græci, Cantacuzenus lib. 4. cap. 14. p. 758. Jo. Cananus pag. 193. & alii apud Meurſium. At unde Sclavorum, vel Slavorum nomen effictum ſit, pluribus diſputat Joannes Lucius lib. 6. de Regno Dalmat. c. 4. *Eſclos* videntur à noſtris appellati. *Le Roman de Merlin* MS. *par Robert de Bourron: Il chevaucha & iſſi fors de la vile, & trouva les eſclos dou Chevalier qui devant lui s'en aloit.* Alibi: *Et chevauche tant ken la foreſt ſe met & trueve les eſclos, ſi point tant après le Chevalier.*

SCLIPESTEN. Theloneum Monaſt. S. Bertini: *Lapis molaris 2. den. ſclipeſten, 2. den. Si autem unus molaris, ſive unus ſclipeſten, ſive in curru ſive in carro portetur, dabit 2. den.*

SCLUSA. Vide *Excluſa*.

SCOBA, pro *Scopa*. Catholicon parvum: *Scoba; ba, Balay, ou arbre.* Gloſſæ Gr. Lat. Κοπρωνεῖον, *Scoba*. Ubi codex MS. habet *Scopa*. Vindicianus Comes Archiatrorum pro *Scobe* uſurpat:

> *Pollinc, farre, ſcobis, limo, ſcobe, vellere, cornu.*

Scobillæ, eadem notione. In Statutis Maſſilienſis urbis MSS. lib. 4. eſt caput, *De fimo vel terra, vel ſcobillis projiciendis in certis locis extra Maſſiliam.*

Scobere. Guido II. Prior Cartuſienſis in Statutis ejuſdem Ord. cap. 20. §. 2. *Habeat itaque Martha laudabile quidem, ſed tamen non ſine ſollicitudine & perturbatione miniſterium: nec ſororem ſollicitè Chriſti veſtigiis inhærentem, & quoniam ipſe eſt Deus, vacando videntem, ſpiritum ſuum ſcobentem, ſuamque orationem in ſinum ſuum convertentem,* &c. Ex Pſal. 77. v. 7. ubi, *Et ſcopebam ſpiritum meum.* Sic porrò præfert emendatior editio Guigonis an. 1509.

SCOBERE, Tributi ſpecies. Charta Altmanni Epiſcopi Tridentini an. 1126. in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. pag. 384. *Exceptis ſtabularibus curtibus, quarum una Meenbenſteins, ſex verò aliæ ſingulæ quatuor, quod vulgariter Scobere dicitur, dare debent.*

SCOBILLÆ. Vide *Scoba*.

SCODICA. Vide *Foſſarium*.

SCODUS, *eris*, *Scelus*, in Gloſſis MSS.

SCOF, *Scofph*, Stabulum ſine parietibus. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 2. §. 2. *Si autem (ſcuria) ſepta non fuerit, ſed talis quod Bajwarii Scofph dicunt, abſque parietibus,* &c. Editio Heroldi habet *Scof*.

Scof, Manipulus, *Gerba*, Belgis, *Schoof*. Theloneum S. Bertini: *Duo ſcof ferri, 1. obol. glodi ferri, 4. den. — centum ſcof chalybis, 25. den.*

SCOGILUM, *Gladius ſcogilatus*. Lex Ripuar. tit. 36. §. 11. *Spatham cum ſcogilo pro 7. ſolid. tribuat. Spatham abſque ſcogilo pro tribus ſolidis tribuat.* Ubi quidam codd. præferunt *ſcoilo*, *ſoilo*, *ſcogillo*. *Gladius ſcogilatus*, in Legibus Henrici 1. c. 83. *Si inter aliquos — diſſenſio conſurgat, ex quo aliquis eorum gladium ſcogilatum evaginat, non eſt etiam expectandum ut percutiat.*

SCOLANDA. Vide *Scrutlanda*.

SCOLATURA. Regula Tertiariorum à S. Franciſco edita cap. 3. apud Waddingum to. 1. p. 256. *Chlamydes quoque ac pelles abſque ſcolatura ſciſſas vel integras, affibulatas tamen, non patulas, ut congruit honeſtati, clauſaſque manicas habeant fratres ſupradicti.*

SCOLAX. Papias, ex Iſidoro lib. 20. c. 10. *Scolaces, quod nos Funes vel funalia dicimus, eo quod ſcolia ſint, i. intorti.* Ugutio: ex Gloſſis Iſidori: *Scoliaces*, (ſic) *funes, quos Funalia dicimus, quia ſunt torti & excepti.* Vita S. Cypriani: *Cum cereis & ſcolacibus.* Petrus Damian. lib. 6. Epiſt. 17. *Quæ ſcolacibus utitur, ut ſtellarum micantium videat claritatem.* Σκολάκια habent Apophtegmata Patrum c. 10. apud virum doctiſſimum Jo. Bapt. Cotelerium to. 1. Monumentor. Eccl. Græcæ.

SCOLDASCIUS. Vide *Sculdaſius*.

SCOLIUM, Scopulus, Italis *Scoglio*, noſtris *Eſcueil*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 25. *Deinde per ſyroccum per duo milliaria navigetur, & inveniet ſcolium, per quod fit portus, in quo fundum trium paſſuum reperitur,* &c. Infra: *Donec quicunque pervenerit ad ſcolia quæ ſunt ſuper caſale Lambertum,* &c. Ex Gr. σκόλιον.

SCOMBRA, vox fori Hiſpanici. Jacobus I. Rex Arag. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 31. *De duobus molendinis, quorum unum ſuper aliud eſt conſtructum; ſi illud quod eſt inferius engorgat illud quod eſt ſuperius primò factum, dominus illius quod ſuperius eſt ſcombret illam cequiam,* &c. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 9. tit. de Officio Suprajunctarii §. 1. *Suprajunctarius proſequitur malefactores, & fragrante maleficio intraverit caſtrum alicujus, & Dominus vel Alcaydus illius caſtri noluerit dare ſcombram, nec tradere malefactores,* &c. §. 3. *De conſuetu-*

dine regni ſcombra in loco pro re ſurata vel malefactore poteſt fieri ſæpius per Suprajunctarium, &c. Alibi: *Et ipſi terras tenentes teneantur ... care dictos homines de Fraxneda in ſcombra dicta vaſarum.* Michael Molinus in voce *Scombra*: *Scombra rei ſurata vel malefactoris non ſolum poteſt fieri ſemel, ſed etiam bis: & licèt in prima ſcombra non fuerit malefactor, vel res ſurata reperta, tamen poteſt per officialem iterum fieri ſcombra.* Idem in *Talator: Talari poſſunt loca & caſtra Vironum per Suprajunctarios congregata juncta ſua: & hoc propter rebelliam loci vel Alcaidi nolentium dare ſcombram Suprajunctariis inſequentibus malefactores.* Perquiſitio.

SCONFITTA. Clades, vox Italica, Gallis *Deſconfiture.* Chronica Piſana an. 1173. *In ſconfittam miſerunt Comitem Guidonem & Lucanos.*

SCONNA. Vide *Sculna.*

SCONSA. Vide *Abſconſa.*

SCOPÆ, ſeu *Scoparum* vel virgarum diſciplina in Monaſteriis. Petrus Damian. lib. 1. Epiſt. 19. *Sæpe pœnitentiam centum ſuſcipiebas annorum, quam ſcilicet per viginti dies alliſione ſcoparum, cæteriſque pœnitentiæ remediis redimebas.* Idem in Vita S. Romualdi cap. 8. *Quia juſſus fueras à Priore quot ſcopas accipere, quas nondum acceperat.* Joannes Laudenſis in ejuſdem Petri Damiani Vita n. 43. *Scoparum quoque diſciplinam in Capitulo cuncti ſuſciperent, in pane ſolùm & aqua pariter abſtinerent.* Chronicon Montis-Sereni an. 1213. *Nudis pedibus in veſte nigra* (Canonicus regularis S. Auguſtini) *ſcopam ferens, cum Priore & quodam alio fratre ſeniore, pedibus ejus proſtratus*, &c. Anno 1219. *Ut præter alias quas ſuſtinere compulſi ſunt pœnas, toto corpore uſque ad femoralia nudi, ſcopas ferentes diebus dominicis cruces præcedere cogerentur.* Denique p. 191. *Venia impetrata eſt, cum prius ipſe diſcalceatus & ſcopam ferens, legati ſe pedibus proſtraviſſet.* Hinc

Scopari, Scopis cædi. Andreas Vallis umbroſæ Monachus in Vita S. Arialdi: *Adjuro te ut tuis te veſtibus nunc exuas, & hic coram me te ſcopari facias. Qui pronus exuas* [illegible] *tiusque cucurrit, virgas adquiſivit, veſtibus ſe exuit & acriter ſe ab uno ex ſuis ibi coram omnibus ſcopari fecit.*

SCOPAR. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 2. §. 5. *De minore verò* (ſcuria) *quod Scopar appellant*, &c.

SCOPARE, Scopis verrere, mundare, apud Interpret. Iſaiæ c. 14. v. 23. & in Pſal. 76. v. 7. Fortunatus in Vita S. Radegundis lib. 1. *Scopans Monaſterii plateas.*

SCOPASSA. Acta Murenſis Monaſterii p. 39. *Ruſtici autem qui habent ſcopaſſa, ſerviunt diem in Ebdomada, & qui dimidiam in ſecunda, vel cenſum dant.*

SCOPATICUM, Tributi ſpecies. Charta Willelmi Comitis Pictavenſis apud Beſlium pag. 269. *Cellarium etiam quod noſtris uſibus ſerviebat ſancto Hilario reddimus, ut Canonici ibidem miniſterialem conſtituant, qui neque Scopaticum accipiat, nec injuſtas menſuras habeat, neque annonas permutare præſumat.*

SCOPATURA. Vide *Arſura.*

SCOPELUM, *fuſtis longus* in Gloſſis Pithœanis. Gloſſæ Iſid. habent *Scapolum.*

SCOPETUM, locus unde Scopæ eruuntur, boſci ſpecies. Jo. de Janua: *Scopetum, locus ubi abundant ſcopæ.* Vide Ughellum to. 3. Ital. Sacr. pag. 404.

SCOPPA. Vide *Schoppa.*

SCOPTRUM. Charta Gaufridi Epiſcopi Aptenſis an. 1246. apud Sammarthanos: *Reſtituendis loricis, baliſtis, & cayrellis, & ſcoptris, & poſſeſſionibus, & munimentis aliis quæ de dicto caſtro tempore captionis fuerunt abſtracta*, &c. Fortè *Scopetis*, qua voce *Arcobuſas* noſtras vulgo donamus.

SCOPULUS, Cippus. Will. de Podio-Laurentii cap. 37. *Cognita factione, Præceptor eos cepit, ponens in ſcopulis, & conſtringens, quia omnia ſunt confeſſi.*

SCORDALIA. Fragmentum Petronii: *Cœperat Aſcyltos reſpondere convitio, ſed Trimalcio delectatus colliberti eloquentia; Agite, inquit, ſcordalias de medio, ſuaviter ſit potius.* Fortè pro ferocia, eſt enim

SCORDALUS, *ferox*, in Gloſſis Iſidori, ubi Pithœanæ habent *Scordatus.* Papias vero *Incordatus.*

SCORDISCALE, *ἐφίππιον*, in Gloſſ. Gr. Lat. Gloſſæ Lat. Gr. *Scordiſcus, ἐφίππιον.* Gloſſæ Iſid. *Scordiſcum, corium crudum. Scordiſcum, Scortum.* Id eſt pellis, unde vox *Scordiſcus* formata. Papias: *Scordiſcum, corium peſſimum, vel crudum.* Vide Turneb. lib. 24. Adverſ. cap. 3.

SCORIATA. Scortea, flagellum ex ſcorto, ſeu corio. Papias: *Scutica, ſcoriata, genus flagelli.* Gall. *Eſcorgie.* *σκουρζιά*, in Gloſſis Græco-barbaris.

SCORIETAS. Charta Philippi Regis Franc. an. 1307. de variis controverſiis pro dominio urbis Lugdunenſis: *Non poterimus infra civitatem & Baroniam Eccleſiæ Lugdunenſis in futurum, nos vel ſucceſſores noſtri, domum, fortalitium, vel caſtrum acquirere, vel conſtruere, conſtrui noſtro nomine permittere, quoquomodo & caſu feodum, retrofeodum, ſcorietatem, vel paragium, ſeu alias quaſcunque res immobiles quovis nomine ſeu titulo acquirere ſeu recipere, ſine conſenſu Archiepiſcopi*, &c.

SCORIO, *ſtultus, fatuus*, in Gloſſis Iſid. Addit Joan. de Janua: *Et derivatur à ſcoria.* Eædem Gloſſæ, & Papias: *Scories, ſtulti, ſtolidi, fatui.* Ubi leg. *Scoriones.*

SCORLITIUM. Vide *Superpellicium.*

SCORPIACES. Lucifer Calarit. de Non parcendo in Deum delinq. pag. 244. *Non, inquam, poſſumus metuere minas Imperii tui, quia nulla ſunt vires tuæ, ſcorpiaces adverſum nos, quos Dei virtute tegi cernas, quorum eſſe defenſorem ac protectorem Deum adverteas.*

SCORPIO. Papias: *Scorpiones, genus duplicis flagelli, vel magni fuſtes.* Magiſter quidam in hiſtoriis laudatus à Jo. de Janua, ad illud 3. Reg. cap. 12. *Pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cedam vos ſcorpionibus: Scorpius eſt rubeus, aculeatus, vel flagellum virgarum nodoſarum, vel ſcutica habens in ſummitate glandes plumbeas*, &c. Ita ſanè auctor Mamotrecti. Honorius in ſerm. de S. Laurentio: *Victima Chriſti in cataſta extenditur, cum ſcorpionibus, id eſt flagellis in modum Scorpionum aculeatis cæditur.* Vide Baronium ad 12. Junii in Martyrol. & Gallonium de Cruciatib. Martyrum pag. 88. edit. Pariſ.

Scorpio, Telum militare, quod à Cretenſibus inventum tradit Plinius lib. 7. cap. 56. *Σκορπίδιον*, inter machinas bellicas recenſetur, ab Anonymo poſt Theophanem pag. 434. *τριβολά τε, καὶ λιθοβόλα, καὶ σκορπίδια.* Vide Meurſium.

Scorpio, *Scoroſio*, voces Agrimenſorum. Siculus Flaccus de condit. agror. *Congeries lapidum pro terminis obſervant, & Scorpiones appellant.* Idem: *Congeries lapidum acervatim congeſtæ, quos Scorpiones appellant.* Mago & Vegoia: *Congeries petrarum, quas Scoroſiones vocamus.* Ita alibi non ſemel.

SCORTATORIUM, *Lupanar*, Ugutioni.

SCORTIA, Vas olearium, eo quod fit ex corio factum, Iſidoro lib. 20. Orig. cap. 7. & Papiæ.

SCORTICARE, Excorticare, vel excoriare, virgis uſque ad carnis excoriationem cædere. Concilium Liptinenſe an. 743. c. 6. & Capitula Caroli M. lib. 5. c. 2. lib. 7. c. 316. *Et ſi ordinatus Preſbyter ſit, duos annos in carcere permaneat, antea flagellatus & ſcorticatus videatur, & poſt Epiſcopus adaugeat.* Vide *Excoriare.*

SCORTICARIA, Retis ſpecies, qua capiuntur piſces in mari, juxta planum littus. Deſcribitur à Petro de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 37. Vetus Gallicus interpres vertit *Eſcorcherie.*

SCORTICINIUM, [illegible] Breviarium Capuanum, de S. Vitaliano Epiſcopo Capuano 16. Jul. *Confictio hoc initio, falſiloqui accuſaverunt cum ſcorticinium cum meretricibus commiſiſſe.*

SCORTILATUS, Morbus equinus, *Cum junctura cruris juxta pedes læditur ex percuſſione quam facit in aliquo loco duro, vel ex præcipitatione ejus in curſu vel motu.*

aut quia quandoque pes indirectè premitur verſus terram. Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. cap. 41.

SCORZARE, Italica vox, Gallis *Eſcorcer*, corticem auferre. Charta an. 1345. *Si quis ſcorzaverit alienas vites, ſolvat pro pœna* &c. Vide *Excorticare.*

SCORTUM, pro puero meretricio. Utuntur Suetonius in Vitellio c. 3. & Victor de Viris illuſtr. in Catone, & in Domitiano.

SCOT, *Scotte, Scotum, Scottum*, Contributio, *conjectum*: voces formatæ ex Anglo-Saxonico ſceat, pecunia, cenſus, pars, ſymbolum, quæ variè in libris ſcriptæ leguntur.

Scot. Matthæus Weſtmonaſterienſis an. 77. *Ex Pictis & Hibernenſibus Scoti originem habuerunt, quaſi ex diverſis nationibus compacti: Scot etenim illud dicitur, quod ex diverſis rebus in unum acervum congregatur.* Charta Guillelmi Comitis Flandriæ pro confirmatione Conſuet. Audomarenſis an. 1127. *Nullum Scot, nullam talliam, nullam pecuniæ ſuæ petitionem ab eis requiro.*

Scote. Leges Guillelmi Nothi: *Quod dicunt Anehlot, & an Scote, perſolvatur ſecundum Legem Anglicam.*

Eſchot in iiſdem Legibus Guillelmi c. 2. *Et cives non placitabunt extra muros civitatis, & ſint quieti de Eſchot & de Damgildo.* Brito in Vocab. *Symbolum ſicut dicit Glo. ſuper Prover. 23. vacantes potibus & dantes Symbola conſumuntur, eſt collatio ſermonum, ut in Conſilio; vel pecuniarum, ut in præſenti loco (Proverb. 23.) Gallicè dicitur Eſcoth.* Gloſſ. Lat. Gall. MS. Thuanum: *Symbolum, Eſquot. Le Roman d'Auberi* MS.

Baron, diſt il, mort ſui & confondus,
Quant tant j'ai de mon lin ja perdu,
Dont ja eſcot ne me ſera rendu.

In Charta Philippi II. Imp. pro Leodienſibus edita in Magno Recordo Leodienſi p. 9. dicuntur cives Leodii eſſe immunes *de ſerviche, tailhe, & eſcot. Eſcotier*, in Legibus maris Oleronenſibus art. 41. *Payer ſon eſcot.*

Scottum, Raſtallo, *Scot*, eſt quietum eſſe de quadam conſuetudine, ſicut de communi tallagio facto ad opus Vicecomitis vel Baillivorum ejus. Monaſticum Anglicanum to. 1. p. 169. *Sint quieti & ſoluti ab omni Scotto, geldo, auxiliis Vicecomitum,* &c. Occurrit alibi.

Scottum. Abbo lib. 2. de Obſidione Lutetiæ:

His panem cupiens quadam componere, juſſit
Vi ſibi Scotta Danum deferri: namque Sacerdos
Templa ruens puteum vendebat agris pretio amplo.

Rogerus Hovedenus pag. 461. *Omne injuſtum Scottum interdixit.* Ordinatio Mariſci Rameſienſis: *Forte ballivus ad Scotta pro reparatione & ſuſtentatione walliarum — aſſeſſa levandum.* Rurſum: *Ballivus habeat pro labore ſuo dupla levanda, quæ tempore ſuo de Scottis aſſeſſis & levatis contingant.* Ibidem: *Statuerunt quod quilibet Scottus aſſeſſus proclamaretur.* Hinc nota vulgaris apud nos formula, *Aſſeoir l'eſcot.*

Scotum, dicitur *Symbolum ad opus baillivorum Domini Regis*, Bromptono p. 957. Charta Guillelmi Nothi pro fundatione Monaſterii de Bello: *Ita liberum & quietum — ſcilicet ab omni geldo, & Scoto, & hidagiis, & Danegeldis,* &c. Ingulfus p. 875. *Et volo quod dicti monachi ſint quieti & ſoluti ab omni Scottes geldo, auxiliis Vicecomitum, hidagiis, & à ſectis in ſchiris,* &c.

Scottare dicuntur tenentes de prædiis & agris qui *Scoti* penſitationi ſunt obnoxii. Charta Henrici II. Regis Angl. in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 666. *Et de tota terra ſua extra burgum de Theodforde, de qua non ſcottaverunt tempore Rogeri Bigot, — vel de aliqua terra quæ eſt circa Theodfordam, prohibeo ne ſcottent.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 183. *Super hoc ſciendum, quod prædictus J. & heredes ſui Curiam noſtram de Leyſdun ſequentur, & in auxiliis Danegeldis & Scottis ſicut alii tenentes noſtri ſcottabunt.* Vide G. Prynneum in libertatib. Eccleſ. Angl. to. 3. p. 215.

SCOTA. Patriarchium Bituricenſe cap. 30. ubi de S. Auſtregiſilo ex ejus vita: *Quidam etiam molendinarius — die dominico, temerario ſpiritu volens juxta ſuæ artis induſtriam emendare molam, accepto ancipiti ferro, quod vulgus Scotam vocat, cœpit eam terere.* Ex Lat. fortè *Cos, cotis.*

SCOTALLUM, *Scotale, Scotalium.* Matth. Paris an. 1213. *Denunciatum eſt præterea Vicecomitibus, Foreſtariis, aliiſque miniſtris Regis, — ne a quoquam aliquid violenter extorqueant, vel alicui injuriam irrogare præſumant, aut Scotalla alicubi in regno faciant, ſicut facere conſueverunt.* Charta Joannis Reg. Angl. de libertatibus Foreſtæ an. 1215. *Nullus Foreſtarius vel Bedellus faciat de cætero ſcotallum, vel colligat garbas, vel avenam, vel bladum aliud, vel agnos vel porcellos, nec aliquam collectam faciat,* &c. Ubi Watſius, *Scotallum*, tabellam cerviſiariam interpretatur *ex Scot*, Symbolum, & *ala*, cereviſia. Manwodus: *Scotall. dicitur ubi ſaltuarius, aut quis foreſtæ miniſter tabernam tenens cerviſiariam, infra metas foreſtæ, convolare huc ad pecuniæ ſuæ expenſas homines cogit per circuitum, ne alioquin ſibi forent in offenſione.* Hanc ſententiam improbat Spelmannus, præſertim quod *Scotallum* cum duplici, ll, ſcribitur, *ala*, verò cum unico: cenſetque *Scotallum*, eſſe formatum ex *ſcot*, & *tallia*, i. tributum, exactio, noſtris, *taille*: ſic ut *Scotallum* ſit quaſi *Scottallum*, i. pecunia, vel rei alicujus exactio, redditio, contributio. Huic ſententiæ concinit Bromton: *Scot, i. ſymbolum, ad opus Ballivorum D. Regis, & inde dicitur Scotale. Scotalis* igitur vox eſt generica, ut *garba ſcotalis*, in Fleta lib. 2. cap. 41. §. 25. de qua in Charta foreſtæ laudata, quæ ſcilicet pro *Scoto* exigitur. Fatendum tamen particulatim *Scotallum* & *Scotalium* cerviſiam ſignificare, quam quidam fructuarii ſeu convaſſalli communibus expenſis comparant, dominum ſuum, vel ejus vicarium excipere obligati, ſive vox formata ſit ex *ſcot* & *ala*, ſive per ſe ejuſmodi præſtationi tributa ſit. *Quietum eſſe à ſcotallis regalibus*, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 922. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd* pag. 29. *Item ſi dominus Archiepiſcopus fecerit ſcotall. infra boſcum, quilibet terram tenens dabit ibi pro ſe & uxore ſua 5½. ob. & vidua vel kotarius 1½. ob.* Charta alia ibid. *Memorandum quod prædicti tenentes debent de conſuetudine inter eos facere ſcotalium de 16. den. & ob. ita quod de ſingulis 6. den. detur 1. den. ob. ad potandum bedello Domini Archiepiſcopi ſupra dictum feodum.*

Utcumque ſit de vocis etymo, id conſtat, in Conciliis Anglicanis, & Statutis Epiſcopalibus, *ſcotallas* ſumi pro compotationibus. Statuta Concilii Lambethenſis an. 1206. cap. 2. *Prohibitionem ſcotaliorum ſeu ſcotallarum & aliarum potationum — proſequentes, &c. — Communes autem potationes declaramus, quoties virorum multitudo numerum denarium excefferit &c. — Communes potationes, quas Scotallas; mutato nomine, Caritatis, appellant, deteſtantes,* &c. Sariſberienſe Concil. an. 1217. c. 11. *Bannum quoque ſcotallorum per Sacerdotem fieri prohibemus,* &c *Denunciationes ſcotallorum fieri in Eccleſia per laicos*, ibidem vetatur cap. 76. Synodus Wigornienſis an. 1240. c. 33. *Ne compotationibus, quæ vocantur Scotalles, vel aliis inhoneſtis præſumant aliquatenus intereſſe.* Conſtitut. Walteri Epiſcopi Dunelmenſis an. 1255. *Inſuper & ſcotallorum potationes, & ludos in locis ſacris quoſcunque — interdicimus.* Adde Statuta S. Edmundi Archiepiſc. Cantuar. an. 1236. c. 6. Statuta Synodalia Epiſcopi anonymi an. 1237. cap. de *Sententiis*, &c.

Scotalla. Concilium Oxonienſe ſub S. Edmundo Cantuar. Archiepiſc. *Bannum quoque ſcotallarum per Sacerdotem prohibemus, & ſi Sacerdos vel Clericus hoc fecerit, vel ſcotallis interſit, Canonicè puniatur.*

SCOTARE, & *Scotatio*, quid ſit, vel fuerit, apud Danos, docet inprimis Andreas Suenonis Archiep. Lundenſis lib. 4. Legum Scaniæ c. 13. *Quid ſit Scotatio a Inven-*

ditione terrarum ad tranſitionem dominii, eſt neceſſe ut
interveniat quædam ſolemnitas, in qua terra modicum
emptoris pallio extento manibus aſſiſtentium, qui ſi fa-
ctum revocetur in dubium, perhibere poſſunt teſtimonium
veritati, apponit venditor, qui deſignatam terram, quam
diſtrahit in emptorem, in ipſius ſe transferre dominium
profitetur: hæc autem ſolemnitas ex vulgari noſtro produ-
cto vocabulo competenter ſatis poteſt Scotatio nominari.
Et cap. 12. *Reperitur & alius caſus, in quo ſufficit*
quantumlibet brevis poſſeſſio, ad defenſionem hujuſmodi
obtinendam, qua munitur emptor contra proprium ven-
ditorem, quibuſdam pro jure volentibus obſervare: quod
ſtatim dimiſſo pallio poſt factam ſcotationem, non poſſit
venditor convictus duobus legitimis teſtibus qui præſen-
tes fuerunt, quod factum fuerat diffiteri, ſed cogatur po-
tius adimplere. Et paulò ſupra: *Dubitari ſolet utrum*
in tali juramento debeat quoque ſcotatio quæ ad tranſla-
tionem dominii, præterquam in hæreditaria ſucceſſione
ubique reperitur, comprehendi. Adde lib. 2. c. 3. 7. lib.
4. c. 17. Charta Kanuti Regis Danorum an. 1184.
apud Stephanium in Prolegom. ad Saxonem Gramma-
ticum p. 17. *Manſionem noſtram in Vueſtorp, & aliam*
in Syndrup, quam Saxo Griis à patre meo emptam pro
animæ ſuæ ſalute ipſis Fratribus ſkottavit, &c. Charta
Chriſtiani Ripenſis Epiſcopi, apud Pontanum lib. 7.
Rerum Danicar. p. 383. *Hinc eſt quod conſtare volu-*
mus univerſis nos omnia & ſingula mobilia & immobi-
lia inferius annotata — ſecundum formam & regulam
eis competentem Ripis in perpetuum faciendam, ac de
conſilio Archidiaconi pro tempore & Capituli ordinan'a n
exiſtentium contuliſſe, ſcotaſſe, & ſub reali poſſeſſione tra-
didiſſe jure perpetuo poſſidenda. Idem Pontanus p. 392.
recitat literas Erici Danorum Regis an. 1303. quas *Sco-*
tationis literas appellari ait, in qua hæc formula habe-
tur: *Pro memoratis decem millibus marcarum argenti*
puri aſſignavimus, ſcotavimus, & dedimus in ſolidum
Domino Archiepiſcopo & Eccleſiæ ſupradictæ — prædi-
ctum herrid, pro dictis bonis ſcotatum, ad nos & jus
ad proprietatem noſtram libere redeant ipſo facto, &c.
Alia denique Waldemari Regis Daniæ an. 1327. *Ipſi*
Lundenſi Eccleſiæ loco prædicti Rodneberret, ut prius
eſt expreſſum, abſque alia omni ſcotatione cedat, ju-
re perpetuo poſſidendum. Occurrit etiam hæc vox in cap.
ex litteris 2. Extr. de Conſuet. & apud Anton. Au-
guſtinum Antiq. Collect. 3. lib. 1. tit. 3. c. 1. ubi In-
nocentii III. PP. eſſe dicitur, & ad Archiepiſcopum
Lundenſem ſcripta Epiſtola.

Loccenius lib. 2. Antiq. Sueciæ c. 16. ait *Scotationem*
eſſe vocem Sueco-Gothicam, & ſignificare tactum ba-
culi: vel pulveris, aut partis terræ venditæ in ſinum
excuſſio aut immiſſio, quæ erant ſymbola traditionis.
Agunt præterea, & conjecturas alias proferunt de hu-
jus vocis origine ac notione Cujacius l. 1. Obſerv. cap.
18. Jo. Coſta ad tit. Decretal. de Pact. Franciſcus Flo-
rens tract. 4. ad tit. 4. de Conſuet. lib. 1. Decretal.
& Innocentius Cironius lib. 5. Obſerv. cap. 9. quos con-
ſule, ſi lubet. Vide *Scot*.

Scotella. Vide *Scutella*.

Scottæ. Charta Henrici II. Regis Angl. in Monaſtico
Anglic. to. 2. p. 978. *Ex dono Vaſtini medietatem ſcot-*
tarum juxta Rotomagum.

Scoti, dicti non modo Scotiæ incolæ, ſed & Hiberni.
Ita Beda lib. 1. c. 1. ait Hiberniam *propriè patriam eſſe*
Scotorum. Eadem habet Radulfus de Diceto an. 1186.
Bromton de Hibernia: *Dicta eſt etiam aliquando Sco-*
tia, à Scotis eam inhabitantibus, priuſquam ad aliam
Scotiam Britannicam devenerunt. Unde in Martyrologio
legitur, Tali die apud Scotiam Natalis S. Brigidæ. Idem
Radulfus de Diceto, de Hibernia: *Hæc autem propriè*
patria Scotorum eſt. Chronicon Magdeburgenſe MS.
ex Bibl. S. Germani Pariſ. an. 952. *Siniſtrorſum ha-*
bens Hiberniam Scotorum patriam, quæ nunc Irland dici-
tur. Papias: *Scotia eadem Hibernia*, &c. Vide præte-
rea eundem Bedam lib. 2. cap. 4. lib. 3. cap. 19. Cam-
denum in Hibernia, Uſſerium de Primord. Eccleſ. Bri-
tann. p. 579. 587. 593. Richardum Stanihurſtum lib.
1. de Rebus Hibern. & Gratianum Lucium in Cam-
brenſi everſo cap. 14. & alios qui ab eodem Lucio ibi-
dem laudantur.

Scoti peregrini, non modò Scoti genuini, ſed & Hiberni.
Vita B. Mariani Abbatis Ratiſponenſis n. 2. de Scotis:
Sed fortnitu a[illegible] zelo pietatis bono in peregrinos, ſive
notam inconſtan[illegible]æ inſigent, ſe ſitabitur, unde eſt,
& unde mos iſte inolevit, quod de finibus Hiberniæ præ ca-
teris gentibus limina ſanctorum per univerſum orbem, di-
ris ſæpe frigoribus, ac æſtivis ſolibus peregrinantur? &c.
Scotorum peregrinandi ſtudium ſugillat Autor verſuum
in fronte libri Bibliorum deſcriptorum apud v. cl. Steph.
Baluzium poſt Capitularia Regum Franc. p. 1572.

Ante Brito ſtabilis fiet, muſio muri
Pax bona, quam nomen deſit honoſque tuum.

Britonum enim voce Scotos deſignant: quanquam
Britones Anglicos peregrinationibus operam impen-
diſſe, & ſanctos Apoſtolos crebriùs viſitaſſe con-
ſtet, quod tum primum cœpiſſe circa an. 700. ſcribit
Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 3. Vide Bo-
landum in Commentario prævio ad ejuſdem S. Vitam n.
1. 2. 3. 4. &c. Petrum Damian. lib. 1. Epiſt. 8. p. 29.
Gretzerium in Obſervat. ad Philippum Eyſtetenſem c.
19. & quæ obſervavimus ad Joinvillam p. 33.

Scotorum Hoſpitalia. Vide *Hoſpitale*.

Scraitæ, *Deſpeblè, nugatoriæ.* Papias MS. & edit.

Scrama, Spathæ latioris ſpecies, qua cæſim vulnus in-
fligebatur, quod *Schramme* dici annotat Kylianus: un-
de apud nos qui hac ratione vulnera infligunt, *Eſcrimer*
dicuntur. Lex Wiſigoth. lib. 9. tit. 2. §. 9. *Sic quoque*
ut unuſquiſque de his, quos ſecum in exercitum duxerit,
partem aliquam zavis vel loricis munitam: pleroſque ve-
ro ſcutis, ſpatis, ſcramis, lanceis, ſagittiſque inſtructos,
— habuerit. Hinc

Scramaſaxus, Cultellus vulnificus, Germ. *Schram-ſax.*
Gloſſ. Theotiſcum Lipſii: *Scher-ſahs, novacula.* Gre-
gorius Turon. lib. 4. Hiſt. cap. 46. *Cum cultris validis,*
quos vulgus Scramaſaxos vocant, infectis veneno — utra-
que ei latera feriunt. Ubi Geſta Francor. cap. 32. ha-
bent *Scramaxaxos*. Eadem Geſta cap. 35. *Pergentibus*
reliquis perſonis ad metata ſua, ipſi gladiatores per-
cuſſerunt Regem in alvum ſcramſaxis. Vox confecta ex
Scrama, & *Saxa*, de qua poſtrema voce ſupra egimus:
quæ ſpatam cum mucrone & cuſpide denotat. Somnerus
ex Saxonico deducit ꞅceaꞃꞅeax, illud verò ex ꞅceaꞃan,
tondere, & ꞅeax, cultrum, novacula.

Scrapedus, *Scabioſus.* Papias MS. & edit.

Screa, Pituita, in Gloſſis Iſid. Catholicon parvum:
Screa, Eſcume, crachat.

Screo, *Screona, Screuna.* Lex Salica tit. 14. §. 1. *Si*
tres homines ingenuam puellam de caſa aut de ſcreona ra-
puerint, &c. Tit. 29. §. 33. *Si quis ſcreonam, quæ cla-*
vem habet, effregerit, & aliquid furaverit, &c. §. 35.
Si verò ſcreonam, quæ ſine clave eſt, effregerit. Ubi
monet Bignonius legi in cod. Thuano *Screuna*. Lex Fri-
ſionum tit. 22. *Qui ſcreonem effregerit.* Ex his emendare
licet Capitulare de Villis c. 49. *Ut genitia noſtra be-*
ne ſint ordinata, id eſt de caſis, piſilis, & tuguriis, id eſt
ſcreones & ſepes bonas in circuitu habeant, & portas fir-
mas, qualiter opera noſtra bene peragere valeant. Legen-
dum enim *Screones*. Sed quid hæc vox ſonet, non conſtat
inter interpretes. Sicama in Lege Friſionum *Screonem*,
ſcrinium eſſe cenſet: quo modo legitur in Lege Burgund.
tit. 29. §. 3. edit. Tiliani & Lindenbrogii: *Effractores*
omnes qui aut domos aut ſcrinia expoliant, jubemus occidi.
At Pithœus ad Legem Salicam, hoc loco legit *Screu-*
nias: aitque *Eſcrenes* etiamnum hodie ruſticis Campa-
niæ dici cameras illas demerſas in humum, multo in-
ſuper fimo oneratas, in quibus hyeme puellæ ſimul con-
venientes pervigilant ad mediam noctem. Quod ex Taci-
ti loco jam olim Germanis in uſu fuiſſe collegit Hiero-
nymus Bignonius. Addit Wendelinus Taxandris *Schra-*
ne

ac denotare tugurium opere ſubitario in metam acuminatum condendis frugibus vel fœno. At *Sertones* ex Capitulari de Villis videntur fuiſſe idem quod ſepes, quibus ruſticæ curtes clauduntur, quomodo *Schrancke*, vallum, ſeptum, conceptum, vocant Theutones; apud Kilianum. Ut ſe res habeat, ex Salica Lege aliud eſſe à ſcrinio, & pro quodam ædificio uſurpari ſatis patet. Neque aliud videtur.

Serua, in Capitulari de Miniſterialibus Palatinis edito à v. cl. St. Baluzio c. 2: *Ut Ratbertus actor per ſuum miniſterium, id eſt domos ſervorum noſtrorum, tam in Aquis, quam in proximis villulis noſtris ad Aquis pertinentibus ſimilem inquiſitionem faciat: Petrus vero & Gunzo per ſeruas & alias manſiones ſervorum noſtrorum ſimiliter faciant.*

SCRIBANIA, Tabularium forenſe; Gallis *Greffe: Eſcrivenage*, in Aſſiſis Hieroſol. c. 8. ubi de officio Seneſcalli. Charta an. 1259: *Vendimus — totam ſcribaniam Vicariæ civitatis Majoricarum quam incontinenti tibi tradimus cum omnibus libris & ſcripturis — & cum ſigillo Curiæ Majoricarum*. Charta Petri II. Regis Arag. an. 1283. pro libertatibus Catalaniæ: *Reſtituimus plenè ac liberè Notarias ſeu ſcribanias locis religioſis, Baronibus, Militibus*, &c. Alia: *Notarii regentes ſcribanias.*

SCRIBANUS, Scriba navis; Italis *Scrivano*, noſtris *Eſcrivain*: qui in *quaterno*, ſeu *capitulari*; merces omnes quibus onerata eſt navis, *naulum quod Patroni debent habere à naulizantibus*, victualia, & alia ejuſmodi deſcribit. Vide Statuta Venetor. lib. 6. c. 68. & 75. Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 10. p. 63. cap. 15. 20. &c. Habuerunt etiam veteres *Scribas* ſuos nauticos, de quibus Feſtus, Plautus, & Euſtathius ad Odyſſ. 8. Vide Schefferum lib. 4. de Militia navali cap. ult. extremo.

SCRIBONES, apud Theophylactum Simocattam lib. 1. cap. 4. Suidam, & in Gloſſis Baſilicorum; dicuntur τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ὑπερφερόμενοι. Ita etiam ferè idem Simocatta lib. 7. cap. 5. & lib. 8. cap. 5. *Scribones* verò ab Imperatoribus in provincias mitti ſolitos ad mandata perferenda vel exequenda, legimus apud Gregorium M. à quo *viri magnifici* indigitantur lib. 8. Epiſt. 57. 60. 61. lib. 12. Epiſt. 30. Anaſtaſium Biblioth. in Vigilio, & in Theodoro PP. in Hiſt. Miſcella lib. 16. p. 458. edit. Caniſii, apud Theophanem in Phoca, Euſtathium in Vita Eutychii Patr. CP. n. 70. &c. Atque inde fortè *Deputati* iidem appellati, ut eſt apud Leonem in Tacticis cap. 4. §. 15.

SCRIMATUR, *Rugit, aut bucinat*. Papias MS. & edit.

SCRINDUS. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. apud v. cl. Steph. Baluzium: *Scrindos paria* 2. *ad veſtimenta ſacra ſalvandum*. Sed legendum *ſcrinios*, pro *ſcrinia*.

SCRINGA. Vetus Agrimenſor: *Alioqui qui neſciunt quid eſt in lectionibus, negant eſſe in finibus conſtitutos. Is in tempore quando milites occidebantur in bello publico, alibi qui maximè non ponebantur, niſi circa fines & in centuriis: & quando milites ponebant, tantos lapides figebant. Ideoque ſcringis & allabinibus & cemeriis ſigna proponebantur.* Vide Conjecturas Rigaltii.

SCRINIUM, apud Papiam, *quaſi ſecretorium, vel ſcriptorum publicorum reconditio*. Scholiaſtes Juliani Anteceſſ. *Quatuor ſcrinia ſunt, primum quod dicitur Libellorum: ſecundum Memoriæ: tertium Diſpoſitionum: quartum Epiſtolarum; unde & quatuor Antigrafei ſunt, i. . . nam Magiſtri.* Ubi quidam reponunt, ſeu *Scriniorum Magiſtri*. De hiſce quatuor ſcriniis agunt paſſim Notitia utriuſque Imperii, Codd. Theod. & Juſtin. & Scriptores alii.

Præter ſcrinia iſta Palatina, quæ *Auguſta* vocat Symmachus l. 4. Ep. 53. *Sacra* Sidonius carm. 5. erant *ſcrinia Magiſtratuum*, de quibus in iiſdem Codd. tit. de Numerariis &c. ubi multa Cujacius, & Jacobus Gotofredus commentantur.

Scrinarii, dicti qui in hiſce ſcriniis operam ſuam locabant, & *ſcriptorum* vices agebant. Papias: *Scrinarii, libellarii, cartularii publici.* Gloſſ. MS. Reg. cod. 2062. Σκρινάριος, ὑπομνηματογράφος. Gloſſ. aliud, cod. 396. Σκρινιάριοι, ὑπομνηματογράφοι, ὅσοι χαρτουλάριοι. *Scriniarius Curæ militaris*, apud Senatorem lib. 11. Epiſt. 24. *Scriniarius actorum*, eod. lib. Epiſt. 22. Sed de Scriniariis vide Cujacium, Gotofredum, & alios paſſim.

Scriniarii, in Eccleſia Romana duodecim erant, qui ſcrinia publica ſcripturarum curabant, epiſtolas à Cancellario & Protoſcriniario dictatas ſcribebant, inſtrumenta, donationes & reliqua hujuſmodi conficiebant. Iſidorus lib. 20. Orig. cap. 9. *Scrinia ſunt vaſa in quibus ſervantur libri vel theſauri; unde apud Romanos illi qui libros ſacros ſervant, Scriniarii nuncupantur. Sergius Scriniarius* Eccleſiæ Romanæ; apud Anaſtaſium in Conſtantino PP. p. 65. ubi alii codd. habent *Scrinator*. Nicolaus I. PP. Epiſt. 27: *Hanc autem epiſtolam ideo more ſolito ſcribi non fecimus, quia & Legatus veſter ſuſtinere non poterat, & ob feſta Paſchalia Scriniarios noſtros, eo quod debitis vacabant occupationibus, habere ut debuimus, non valuimus.* Vide Joannem Sariſber. Epiſt. 111. *Scriniarius Eccleſiæ Ravennatis*, apud Anaſtaſium in Stephano IV. PP. p. 96.

Scrinium, Feretrum, in quo reliquiæ ſacræ reconduntur, noſtris, *Eſcrin*. Honorius Auguſtod. lib. 1. de Miſſa cap. 69. *Arca teſtamenti à Sacerdotibus portabatur, & ſcrinium vel feretrum cum reliquiis à portitoribus portatur.* Cap. 70. *Cum circa Monaſterium ſcrinium vel feretrum cum cantu & compulſatione ferimus, quaſi cum Arca Hierico cum ſono tubarum & clamore populi circuimus.* Adde cap. 73. Gervaſius Dorobernenſis de Cantuarienſi Eccleſia: *Septem quoque ſcrinia auro & argento cooperta, & multorum ſanctorum reliquiis referta ſuſtentabat.* Chronicon Caſin. lib. 3. c. 57. *Scrinium argenteum ſuper altare cum nigello librarum 8. ſcrinium eburneum magnum*, &c. Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1301. *Scrinia duo coloris viridis pro capella. Arca vel ſcrinium reliquiarum*, apud Gillebertum Lunitenſem Epiſcopum de uſu Eccleſiaſtico. Occurrit præterea apud Harigerum Abbatem in Hiſt. Tranſlat. Reliq. S. Landoaldi n. 13. Hugonem Flaviniac. in Chronico pag. 82. &c. Will. *Guiart* de S. Ludovici cadavere:

En un eſcrin fort & ſerré
Reſurent ſes os enſerré.

Vide *Screona*.

SCRIPATURA. Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 108. *Animalium quædam habent dentes in ore, ut homo, canis &c. Quidam ſcripaturam, & non dentes, ut anſer.*

SCRIPPUM, Pera, ſacculus, in quo quæ ad victum neceſſaria erant, recondebant peregrini, Anglis *Scrip*, quomodo Chaucerus de peregrinorum ad S. Thomam Cantuarienſem peris:

In ſcrippe he bats both breard and leeks.

Id eſt, *In pera porros cum pane ferebat.* Capitula Caroli M. lib. 5. c. 11. *Nec propter ſcrippa ſua ullo peregrino calumniam faciatis.* Synodus ſub Pipino Rege cap. 4. *Et de peregrinis ſimiliter conſtituimus, qui propter Deum ad Romam, vel alicubi vadunt, ut ipſi per nullam occaſionem ad pontes, & ad excluſas, aut navigio non detineantur propter ſcrippa ſua.*

SCRIPTANES. Charta Ariberti Archiepiſcopi Mediolanenſis apud Puricellum in Monumentis Baſilicæ Ambroſianæ p. 369. *Ad Notarios ſolidos 5. ad Preſbyteros Decumanorum ordine libr. 4. & dimidiam, ad Lectores ſol. 5. ad Cuſtodes ſol. 4. ad Vegiones den. 40. ad Scriptanes majores & minores, quod ſunt breves 5. ſolidos 50. ad Magiſtrum qui ipſum brevem detinet, den. 12.* Occurrunt eadem verba infra.

SCRIPTORES *publici*, Notarii. Capitula poſt Concilium Ravennenſe an. 904. c. 5. *Ut ſcriptoribus publicis nullatenus interdicatur res Arimannorum tranſcribere, ſi eis fuerit opportunum.*

Scriptores præterea dicti in Monaſteriis, qui in *Scriptorio*, cella ita nuncupata, de qua mox, librorum ſcriptioni

operam dabant. Monachorum enim alii, cùm eorum
nemo eſſet qui non re aliqua occuparetur, manuum ope-
ribus, officinarum monaſticarum alii muniis, alii de-
nique librorum ſcriptioni vacabant, certo numerò ad
id delecti ab Abbate, tum ut libros Eccleſiaſticos, quò
eorum eſſet ſemper copia, tum alios qui ad literarum
humaniorum & Eccleſiaſticarum ſtudia neceſſaria eſſent,
deſcriberent. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis
MS. cap. 19. *Quicunque de fratribus intra clauſtrum
Scriptores ſunt, a quibus officium ſcribendi ab Abbate
injunctum eſt, omnibus iis Armarius providere debet quid
ſcribant, & quæ ad ſcribendum neceſſaria ſunt præbere,
nec quiſquam eorum aliud ſcribere quàm ille præceperit,*
&c. Ex quibus verbis ſatis intelligitur Scriptores non
excepiſſe quæ ſcribebant ab ore dictantis, quod quidam
volunt. Infra: *Loca etiam determinata ad ejuſmodi opus
ſeorſum à Conventu, tamen intra clauſtrum præparanda
ſunt, ubi ſine perturbatione & ſtrepitu Scriptores operi
ſuo quietius intendere poſſint. Ibi autem ſedentes & ope-
rantes, ſilentium diligenter ſervare debent, nec extra quo-
quam otioſe vagari. Nemo ad eos intrare debet, excepto
Abbate, & Priore, & Subpriore, & Armario,* &c.
Guigo Prior Carthuſienſis de Quadripertito exercitio cel-
læ cap. 36. ait *ſcriptionem* peculiare fuiſſe *Carthuſien-
ſium incluſorum* inſtitutum: *Hic autem eſſe debet ſpe-
cialiter opus tuum, — libris ſcribendis operam diligen-
ter impendas. Hoc ſiquidem ſpeciale eſſe debet opus Car-
thuſienſium incluſorum.* Et alio loco: *Porro ſi ita provi-
derit Prior, unum eſt cui in operatione ſpecialiter inten-
dere debes, ut videlicet & ſcribere diſcas, ſi tamen ad-
diſcere potes, & ſi potes, & ſcis, ut ſcribas. Hoc quo-
dammodo opus, opus immortale eſt: opus, ſi dicere licet,
non tranſiens, ſed manens: opus utique, ut ſic dicamus, &
non opus: opus denique quod inter omnia alia opera ma-
gis decet viros religioſos literatos.* Statuta Guigonis II.
Prioris Carthuſiæ cap. 28. §. 4. *Omnes penè quos ſuſci-
pimus, ſi fieri poteſt, ſcribere docemus. — Libros quip-
pe tanquam ſempiternum animarum noſtrarum cibum can-
tiſſime cuſtodiri, & ſtudioſe volumus fieri, ut quod ore
non poſſumus, Dei verbum manibus prædicemus. Quot enim
libros ſcribimus, tot nobis veritatis præcones facere vide-
mur, ſperantes à Domino mercedem pro omnibus qui per
eos vel ab errore correcti fuerint, vel in Catholica veri-
tate profecerint,* &c. Vide Statuta Premonſtrat. di-
ſtinct. 1. cap. 8. Ad id officii adhibitos potiſſi-
mum pueros & novitios Monachos teſtatur Sulpi-
tius Severus in Vita Sancti Martini cap. 7. *Ars
ibi, exceptis ſcriptoribus, nulla habebatur,* (in Cœno-
bio ſcilicet S. Martini,) *cui tamen operi minor ætas de-
putabatur.* Capitul. Aquiſgranenſe an. 789. c. 70. &
lib. 1. Capitul. c. 68. *Et pueros veſtros non ſinite eos
vel legendo vel ſcribendo corrumpere.* Ordericus Vitalis
lib. 3. p. 485. *Ipſe propriis manibus ſcriptoria pueris &
indoctis fabricabat, operiſque modum — ab eis quotidie
exigebat.* Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tor-
nacenſis c. 79. *Scriptorum quoque copiam à Domino ſibi
datam exultabat, ita ut ſi clauſtrum ingredereris, videres
plerumque 12. Monachos juvenes in cathedris ſedentes,
& ſuper tabulas diligenter & artificioſe, & cum ſilen-
tio ſcribentes.* Verùm in libris Eccleſiaſticis deſcribendis
adhibendos perfectæ ætatis homines ſtatuit laudatum
Capitulare Aquiſgranenſe an. 789. c. 70. Vide Præfa-
tionem noſtram.

Ejuſmodi ſcriptorum in Monaſteriis paſſim mentio
occurrit. Eckehardus junior de Caſibus S. Galli cap. 11.
*Itur in armarium, ſed & in anguſtum S. Galli Theſau-
rarium. Præ omnibus autem ſcriptorum digiti efferuntur,*
&c. Vitæ Abbatum S. Albani: *Ibique fecit Abbas ab
electis & procul quæſitis ſcriptoribus ſcribi nobilia volu-
mina Eccleſiæ neceſſaria. — Poſtquam autem præfato
Militi librarium ſuum primò paratum liberaliter contu-
lerat, continuò in ipſo quod conſtruxit ſcriptorio, libros
prælectos ſcribi fecit, Lanfranco exemplaria miniſtran-
te.* Chronicon S. Benigni Divionenſis: *Fuit autem Gi-
bertus ex primis quos nutrivit Domnus Abbas Willelmus,
& ab officio Scriptor eſt appellatus.* Commendatam au-
tem in primis fuiſſe Monachis librorum ſcriptionem plu-
ribus docet Haeftenus lib. 9. Diſquiſit. Monaſticar.
tract. 2. diſq. 4. ex variis auctorum locis, quibus adjun-
gendus alter hic ex Actis Murenſis Monaſterii pag. 32.
*Libros autem oportet ſemper deſcribere, & augere, &
meliorare, & ornare, & annotare cum iſtis, quia vita
omnium ſpiritualium hominum ſine libris nihil eſt.*

Scriptorium, Cella in Monaſteriis ſcriptioni librorum de-
ſtinata. Ælfricus: *Scriptorium*, ƿꞃyleꞅeꞃnhuꞅ. Alcuinus, in
locum ubi Scriptores ſedent, Poëm. 126. & apud Cani-
ſium:

Hic ſedeant ſacra ſcribentes famina legis,
Nec non ſanctorum dicta ſacrata Patrum.
Hic interſerere caveant ſua frivola verbis,
Frivola nec propter erret & ipſa manus.
Correctoſque ſibi quærant ſtudioſè libellos,
Tramite quo recto penna volantis eat.
Eſt decus egregium ſacrorum ſcribere libros,
Nec mercede ſua ſcriptor & ipſe caret.

Adalhardus in Capitulis c. 50. *De ſcriptoribus ſolarii,*
id eſt, ut interpretor, *Scriptorii.* Eckehardus Jun. de
Caſib. S. Galli cap. 3. *Erat tribus illis conſuetudo, per-
miſſu quidem Prioris, in intervallo Laudum nocturno con-
venire in Scriptorio, collationeſque tali hora aptiſſimas
facere.* Cap. 11. *Veniunt in pyrale, & in eo lavatorium,
nec non & proximum pyrali ſcriptorium.* Petrus Abælar-
dus in Hiſt. Calamitatum ſuarum c. 7. *Quæ enim con-
ventio Scholarium ad pediſſequas, ſcriptoriorum ad cu-
nabula.* Rainardus Abbas Ciſtercienſis in Conſtitut. c.
ult. *In omnibus ſcriptoriis ubicunque ex conſuetudine
Monachi ſcribunt, ſilentium teneatur ſicut in clauſtro.*
Ægidius Aureæ-Vallis Monachus cap. 17. *Alterum an-
te Crucifixum orantem, tertium de ſcriptorio Eccleſiæ* (S.
Lamberti Leod.) *proximè egredientem in ipſo Eccleſiæ
ingreſſu extinxit* fulmen. Deſcriptum eſt à viro doctiſſi-
mo Luca Acherio ad Guibertum benedictio ejuſmodi
Scriptoriorum, in hæc verba: *Benedicere digneris, Domi-
ne, hoc Scriptorium famulorum tuorum, & omnes habi-
tantes in eo, ut quicquid divinarum Scripturarum ab eis
lectum vel ſcriptum fuerit, ſenſu capiant, opere perficiant.
Per Dominum,* &c.

SCRIPTORIUM, Pars lecti interior, quæ aliàs pluteum,
exterior verò ſponda dicitur. Papias: *Pluteum, interior
pars lecti, ſcriptorium.* Jo. de Janua: *Plumacium, cervi-
cal, vel ſcriptorium.*

SCRIPTURALITER *prædicare*, pro *per Scripturas ſacras.*
Anaſtaſius in Leone III. PP. p. 121. *Infirmorum ma-
ximus viſitator, prædicans illis ſcripturaliter, ut eorum
animas in eleemoſynis redimeret.*

SCRIPTULUS, & *Scriptulum*, Scrupulus, minima pars un-
ciæ veteribus dictus, ut autor eſt Soſipater. Gloſſ. Gr.
Lat. γράμμα, τέταρτον τῦ χρυσίου, *ſcrupulum.* Occurrit in
Querolo, in Confeſſione S. Patricii Hibern. Apoſt. n.
22. in Canonibus Hibern. l. 40. c. 4. & in Vita S. Au-
domari c. 14. apud Mabillonium. Vide Fl. Caprum de
Ortograph.

SCRIPULA, *Epiſtola*, in Gloſſ. Iſid.

SCRIPULARE. Lambertus Ardenſis pag. 260. *Apum ſive
etiam formicarum more in mariſco paſſim currere & re-
currere, & terram in terra, & mariſcum in mariſco cum
foſſariis in foſſatum ſcripulare & perfodere,* &c. Vide
Scapularium.

SCROBA. Vide *Foſſa.*

SCROBS, Pulvis, pro *Scobs.* Fragmentum Petronii:
*Suſtulerunt ſervi omnes menſas, & alias attulerunt,
ſcrobemque croco & minio tinctam ſparſerunt.*

SCROBULLA, Veſtis muliebris. B. Odoricus de Foro Jul.
in Peregrinat. n. 4. *Iſtæ verò mulieres ambulant diſcal-
ceatæ, portantes ſcrobullas uſque ad terram.*

SCROFINA. *Quoddam inſtrumentum Carpentarii, quod
hærendo ſcrobem faciat.* Jo. de Janua. In Catholico par-
vo: *Scrophina, inſtrument à Charpentier à graver.*

SCROPHA, *Scrofa*, Machina ad ſuffodiendos urbium obſeſſarum muros. Will. Tyrius lib. 3. cap. 5. *Machinas ad ſuffodiendum murum habiles & neceſſarias, quas vulgò Scrophas appellant.* Lib. 17. cap. 24. *Scrophas quoque ex eadem contexunt materia, quibus impune ad complanandos aggeres accedebatur.* Lib. 18. cap. 19. *Ut ſcrophas materia competenti intexerent, in quibus libere deliteſcerent, qui ad ſuffodiendum aggerem introducerentur.* Fulcherius Carnot. l. 1. c. 18. *Machinis autem paratis, arietibus ſcilicet & ſcrofis, ad aſſiliendum ſe paraverunt.* Matth. Pariſ an. 1226. *Petraria, baliſta, ſcrofa, catus,* &c. Vide Notas ad Alexiadem pag. 391.

Scrofa Ducaria. Vide *Ducaria.*

SCROTER. Navigii ſpecies apud Danos. Saxo Grammaticus lib. 5. *Rex navigium donat, Scroter remiges vocitabant.*

SCRUA. Vide *Screo.*

SCRUFERARII, Papiæ MS. *Viles atque contempti.* Perperam in edito, *Scruferaririi.*

SCRUNTISSA. Gloſſæ MSS. ad Boëtium de Conſolat. ex Bibl. S. Germani Pariſ. *Rimula, ſcruntiſſa.*

SCRUTATOR, idem qui *Circator*, & *ſummus ſpeculator*, in Monaſteriis, *Viſitator.* Vide Statuta Ordinis de Sempringham cap. 5. 7. & capitulo de Summis ſcrutatorib. c. 1. 2. 3. 4. &c.

Scrutatrices de Careta: in Regula ejuſdem Ordinis de Sempringham cap. 3. *Scrutatrices Clauſtri* cap. 8.

SCRUTINARE, pro Scrutari, inquirere, apud Luciferum Calaritanum lib. 1. pro S. Athanaſio pag. 72. Gloſſ. Gr. Lat. ἔρευνα, *Scrutinatio, indagatio.*

SCRUTINIUM. Gloſſ. Gr. Lat. ζήτησις, *Scrutinium, quæſtio.* Apuleius lib. 9. *Scrutinium* vocat exactam furti perquirendi formam per lancem & licium. Lex Burgund. tit. 16. §. 7. de eo qui in vineam alterius furti cauſâ intrare præſumpſerit: *Si ingenuus non viſus fuerit, & poſtea aut per vium, aut per ſcrutinium inventum fuerit, jubemus ut ad redimendum ſe* &c. Lex Ripuar. tit. 47. de Veſtigio minando: *Quod ſi* (animal) *in domo fuerit, & ei ſcrutinium cujus domus eſt contradixerit, ut fur habeatur.* Ita *Scrutinium* pro perquiſitione rei furto ablatæ uſurpat Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ c. 2. 3. Hinc

Scrutinia Catechumenorum dicuntur interrogationes, examinationes & inſtructiones Catechumenorum. Papias: *Scrutinium, iter Baptiſmi, à ſcrutando dictum, utrum firmamente teneant, quæ à Magiſtris didicerunt.* Hauſit ex Amalario Fortunato cap. 8. *Examen Catechumenorum* vocat S. Auguſtinus lib. 2. de Symbolo ad Catechum. ubi de exorciſmo loquitur. Idem de Fide & operib. cap. 6. *Vel non intueamur alios qui per annos ſingulos ad lavacrum regenerationis accurrunt, quales ſint ipſis diebus, quibus catechizantur, exorcizantur, ſcrutantur,* &c. Rupertus lib. 4. de Divin. offic. cap. 8. *Scrutinia dicuntur à ſcrutando, quia perſcrutandum erat in his qui accedebant, ne qua radix amaritudinis ſubeſſet, velut infuit in Simone Mago & in hæreticis quampluribus,* &c. Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 220. *Ut ſcrutinium more Romano tempore ſuo agatur.* Hincmarus Remenſis in Capitulis ad Preſbyteros Parochiæ ſuæ c. 2. *Ut ſcrutinium, & omnem ordinem baptizandi nulli penitus liceat ignorare.* Adde Riculfum Sueſſionenſem Epiſcopum c. 8. Sed de Scrutinio in Baptiſmo vide Ordinem Romanum in Ordine vel denuntiatione Scrutinii, Rupertum Tuitienſem lib. 4. de Divin. offic. cap. 18. 19. 20. Honorium Auguſt. lib. 3. c. 53. Hugonem à S. Victore lib. 1. de Sacram. c. 17. Joannem Epiſcop. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 38. Durandum lib. 6. Ration. c. 56. &c.

Scrutinii dies, quarta Feria majoris hebdomadæ, ſic nuncupata; *quia*, ut ait Hugo de S. Victore lib. de Sacrament. cap. 17. *prædicta quarta feria de fide inquiruntur, & inſtruuntur* (Catechumeni,) *ideo Dies illa dies ſcrutinii, & officium illud Scrutinium appellatur.* In Ordine Romano commonentur Chriſtiani, ut ad diem ſcrutiniorum frequentes conveniant, hiſce verbis: *Scrutinii diem, dilectiſſimi fratres, quo electi noſtri* (hoc eſt Competentes) *divinitus inſtruuntur, imminere cognoſcitis; ideòque ſolita devotione ſuccedente ſequenti quarta feria circa horam tertiam convenire dignemini,* &c.

Scrutinium, Electionis forma etiam dicitur, cùm videlicet omnibus præſentibus qui debent, volunt, & poſſunt intereſſe, commodè aſſumuntur de collegio tres fide digni, qui *Scrutatores* appellantur, qui ſecretè ſingulorum vota & ſuffragia diligenter inquirunt, eaque in ſcripta redigunt. Ab hujuſmodi ſcrutatione & inveſtigatione diligenti *Scrutinii* nomen huic formæ eligendi impoſitum eſt, quod paſſim reperitur in Decret. tit. de Elect. Formulam electionis factæ per ſcrutinium exhibet Rolandinus in Summa Notariæ cap. 6. Adde Leges Alfonſinas, ſeu *Partidas*, part. 1. tit. 5. lege 19. & Innocentium Cironum in Paratit. pag. 23. 45.

SCRUTITUM; *Pellicas* in Gloſſ. Iſid. *Pellicium*, in Pithœanis.

SCRUTLANDA. Monaſticum Anglicanum to. 2. p. 14. *Terram Helvot e n, dem villa: duas ſcrutlandas de Næſſinges cum ipſa Eccleſia,* &c. Pag. 16. *Lubetum cum Eccleſia, & ſcrutlanda, & ſuis pertinentiis.* Ibidem mox legitur *ſcolanda*, quod videtur idem cum *ſcrutlanda*: *duas ſcolandas de Watfore cum ſuis pertinentiis.*

SCROTULUS, *Ventriculus fartus*: Gloſſ. Iſid.

SCRUTUM. Charta Adalberonis III. Epiſcopi Metenſis an. 1059. apud Meuriſſium pag. 364. & Miræum in Cod. Donat. p. 181. & in Notitia Eccl. Belg. p. 171. *Donavit eidem Eccleſiæ & fratribus ibibi Deo ſervientibus ſcrutum ejuſdem oppidi, hoc eſt poteſtatem ponere & deponere illum qui materiam faceret unde levarentur cerviſiæ, & de ſingulis cerviſiis, quæ braſſicarentur in oppido noſtro, ſex picarios ad opus fratrum ſuſcipere, quod ad ſervitium ſuum & anteceſſorum ſuorum pertinebat.*

Scrutum; in Catholico parvo, *Robe deſpecée*: Vox Lat.

SCUDATI; Aurei, Moneta Regum Galliæ, noſtris *Eſcus d'or*: apud Joan. à Leydis lib. 32. Chr. cap. 14. Vide *Moneta.*

SCUDITIA. Iſidorus lib. 20. Orig. cap. 14. & ex eo Papias: *Foſſarium, dictum quod foveam faciat, ipſa eſt ſcuditia.* Idem Papias: *Scuditia, dicta quod circa cutem terram aperiat. Hanc alii Foſſarium dicunt, qui foſſam faciat.* Gloſſ. Anglo-Sax. Ælfrici: *Scuditia vel foſſorium*, ſpað.

SCUFFONES. Vide *Scafones.*

SCUFIA, Tributi ſpecies apud Longobardos. Charta Adelchiſi Regis Longob. in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 18. *Concedimus per ipſa Monaſteria omnes ſcufias publicas, & angarias, atque operas, & dationes vel collectas,* &c.

SCULCA. Vide *Collocare.*

SCULTAIS, Papiæ, *Rector, lingua barbara*: aliàs *Longobardana*: Ita ſcribitur hæc vox in Lege Longob. lib. 1. tit. 2. §. 2. tit. 12. §. 2. 7. tit. 17. §. 10. tit. 25. §. 50. 73. lib. 2. tit. 9. §. 2. tit. 21. §. 7. tit. 31. §. 1. tit. 38. §. 2. 3. tit. 41. §. 1. 2. 4. tit. 52. §. 14. lib. 3. tit. 12. §. 5. in Chronico Caſinenſi lib. 1. c. 6. & in Chronico S. Vincentii de Vulturno p. 674. Perperam verò *Sculdalis* p. 691. pro *Sculdahis*. Adrianus Junius, & Kilianus: *Schuld-heys*; i. *Schoud-heet*, *Prætor noxæ debitive exactor: qui pœnas irrogat & mulctas expoſcit ab iis qui deliquerunt.* Nam judicum officio functos ejuſmodi rectores ex ſcriptoribus paſſim colligitur.

Sculdahis: Paulus Warnefrid. l. 6. de Geſt. Langob. c. 24. *Rector loci illius, quem Sculdahis lingua propria dicunt.* Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 20. §. 1. *Si quis cauſam habuerit, & ſculdahis ſuo cauſam ſuam dixerit.* Ubi indeclinab. Ita in Charta Longobardica apud Ughellum to. 8. p. 20.

Sculdarchus, in Charta Bonifacii Marchionis, apud Fran-

ciſcum Mariam in Mathildi lib. 3. p. 120.
Scoldaſchius, apud Ratherium Veronenſem in Qualitat.
conject. p. 211.
Sculdaxes, in Chronico Novalicenſi cap. 18.
Sculdaſius in Synodo Ticin. an. 850. in Charta Caroli
Imp. an. 889. pro Monaſt. S. Chriſtinæ Papienſi, in
Lege Longob. lib. 1. tit 2. §. 2. tit. 9. §. 16. tit. 21. §.
7. tit. 25. §. 50. lib. 2. tit. 41. §. 1. lib. 3. tit. 12. §. 5.
vett. Gloſſæ: *Sculdaſius, pedaneus judex.*
Sculdaſiones, in Reſcripto Ludovici Imp. F. Lotharii pro
Cataurienſi Monaſt. an. 24. in Charta Ludovici apud
Puricellum in Baſilica Ambroſiana p. 216.
Sculdaliſii, malè, opinor, in Synodo Romana an. 904. c. 6.
Suldaſſia, Diſtrictus *Sculdais*, in Charta Berengarii Imp.
an. 923. apud Georg. Pilonum & Ughellum in Epiſco-
pis Bellunenſib. Vide *Sculteius*.

SCULNA, *Scolna*, Συνὸμαφύλαξ. Ita in Gloſſis Lat. Gr. &
in Gloſſ. MS. Gr. Lat. ubi edit. habet *Sculva*. Gloſſæ
antiquæ MSS. *Scolna*, *ſponſus*. Gloſſæ Pithœanæ:
Sconna, *ſponſus*, *vel ſculna*, *ſponſor*. Papias MS. *Sco-*
ma (ſic) *ſponſus*, *ſconna*, *ſponſa*. *Sculna*, pro ſeque-
ſtre dixit Varro: ſed inter ſordida repoſuit P. Lavinius,
apud Agellium lib. 16. c. 7.

SCULPATOR, Γλυπτὴς, Sculptor; γλύφον, *Sculpa*, in
Gloſſ. Gr. Lat.

SCULSCARA, Expeditio militaris. Edictum Rotharis Re-
gis Longobard. tit. 9. §. 2. *Si quis in exercitum aut ſcul-*
ſcuram ambulare contempſerit, det Regi ſuo ſolidos 20.
Vide *Scara*.

SCULTA, *Scultator*. Vide *Collocare*.

SCULTEDUM, Idem quod *Schuld* Theutonibus, Culpa,
peccatum, noxa, reatus. Charta Caroli Comitis Flan-
driæ an. 1125. in Tabulario Monaſterii S. Bertini: *Di-*
cente eodem Theinardo quia de placitis quæ ad ſcultedum
pertinent, non deberet placitari ad virſcarnam Abbatis,
neque per ſcabinos inde judicari. Infra: *Utrorumque cau-*
ſas in judicio Baronum meorum poſui, qui eidem Theinar-
do ſucceſſoribuſque ipſius forisjudicaverunt quidquid oc-
caſione ſcultedum in illo Comitatu uſurpare contendebat:
hoc etiam judicantes prædicti Barones, ut de hoſpitibus
ac ſubmanentibus & de ipſo Comitatu nullus unquam pla-
citaret niſi virſcarnam Abbatis & per ſcabinos ejus, & no-
mine tenus de ſcultedum, id eſt de furibus, de furtis &
latrociniis, ac prorſus de omni lege & foriſfactura tam
maxima quàm infima. Alia Charta Theodorici Comi-
tis Flandriæ an. 1147. ibidem: *Judicio Baronum deter-*
minaverat, ut ſcilicet Sanctus proprios ſcabinos haberet,
per quos de ſcultedum, id eſt de furibus, de latrociniis,
ac prorſus de omni lege & foriſfactura tam maxima quàm
infima placitaret.

SCULTERIA. Charta Caroli IV. Imp. an. 1348. apud
Miræum in Diplomat. Belgic. lib. 1. c. 94. *Oppidum*
SintZegle pro 15. millibus florenorum, & ſculteriam civi-
tatis Aquenſis pro 12. millibus florenorum — titulo pi-
gnoris obligarunt. Infra: *Ac alia quæcunque beneficia*
ſupraſcriptis oppidis, caſtro, ſculteria pertinentia. Sed
legendum puto *Schultetia*, ballivia, diſtrictus *Schul-*
teti. Vide in hac voce.

SCULTETUS, vox ejuſdem originis ac *Sculdais*, Prætor,
Præfectus, Ballivus, Judex oppidi. Browerus lib. 12.
Annal. Trevir. p. 670. 1. edit. *Scultetus, Prætor, judex,*
ex Theudiſco Scholtaiſſ. Goldaſtus: *Scultetus, ſcultes,*
quaſi Schultherſc, qui Latinis Prætor. Præfecti nomine
non ſemel donatur in Speculo Saxonico lib. 3. art. 52.
§. 5. *Judex abſque Præfecto, id eſt Sculteto legitimum ju-*
dicium habere non poteſt, &c. Art. 64. §. 12. *Sculteto ſeu*
Præfecto, &c. §. 12. *Sculteta, qui & Præfectus Ruſti-*
corum dicitur. Adde Chronicon Senonienſe lib. 4. cap.
6. *Ballivus* nuncupatur apud Ægidium de Roya: *Fer-*
nandus dedit Brugenſibus privilegium, quod Ballivus vel
Scultetus poſſit eſſe de non natis in ea villa. Villicus vo-
catur in Charta an. 1307. apud Miræum in Donat. Bel-
gic. cap. 113. *Inſuper Villicus noster, qui Scultetus vo-*
catur, habet inſtituere Scabinos, &c. Judicus præſide-
re ſolitum docet Speculum Saxonicum lib. 1. art. 59. §.
6. *Non poterit ullus Comes qui ſub regali banno cogno-*
ſcit, legitimum habere ſine ſuo Sculteto judicium, cui an-
te omnia ſeſſum debet præbere judicandum. Ita Wich-
bild Magdeburgenſe art. 10. & Jus Feudale Saxonum
cap. 36. §. 2. Occurrit præterea hæc vox in Charta Ca-
roli M. in Monumentis Paderbornenſib. pag. 325. apud
Conradum de Fabaria de Caſib. S. Galli c. 17. in Chro-
nico Epiſcopor. Mindenſ. p. 747. apud Goldaſtum to.
1. Conſtit. Imper. p. 323. &c.
Scultetia, Præfectura, dignitas vel officium Sculteti. Jus
feudale Saxonum cap. 41. *Feudum in villa ad ſcultetiam*
collatum heredat Scultetus in ſuum filium, quamvis ca-
reat ſcuto bellico. Speculum Saxonic. lib. 3. art. 52. §.
3. *Imperator confert — Comitibus præfecturas, id eſt*
ſcultetias, quas ipſi etiam ulterius conferre poſſunt.

SCUPHA. Petrus Bleſenſis Epiſt. 74. *Dolent aures, &*
ſcupha humeris apponuntur. Legendum *cupha*, id eſt
Cucurbita. Petrus Aurelianus Siccenſis lib. 4. Tarda-
rum paſſion. cap. 7. *Vaporationes cucurbita apponenda*
leves, quas Græci Cuphas vocant.

SCURA, *Scaria*, Equile, *Eſcurie*. Capitulare de Villis
cap. 19. *Ad ſcuras noſtras in villis Capitaneis pullos &*
aucas habeant non minus centum, — ad manſionales
verò pullos habeant non minùs 50. Ita c. 58. Charta
Radulfi Regis Franc. in Tabulario Bri-
exarata anno 5. Radulfi Regis Franc. in Tabulario Bri-
vatenſi ch. 60. *Caſam meam indominicatam cum curtis,*
ortis, coquinariis, ſcura, exitu, & regreſſu, &c. In ch.
161. habetur *ſcurra*: *Cum curte, & orto, & ſcurra,*
& appendariis, &c.
Scura. Gloſſ. Latino-Theotiſc. *Scuria, ubi manipuli vel*
fœnum reponitur: Scura.
Scurarii, quibus *ſcurarum* cura commiſſa eſt. Capitulare
de Villis cap. 62. *Quid de piſcatoribus, de fabris, de*
ſcurariis vel ſutoribus, quid de buticis & coſinis,
&c.
Scuria, idem quod *ſcura*, Stabulum equorum, unde vo-
cem *Eſcurie* hauſimus. Lex Salica tit. 18. §. 3. *Si quis*
ſudem cum porcis, ſcuriam cum animalibus, vel fenile
incenderit, &c. Ubi Wendelinus *ſcuriam* ait hoc loco
ſumi generatim pro horreo amplo condendis frugum
manipulis, intra quod per hiemem grana flagellis ex-
tunduntur, intra quod boum ſtabula erant, quod etiam
in Texandria uſurpari paſſim conſtat: unde Theutones
Schuere eadem notione dicunt, ut *Schuer*, & *Schueren-*
are, pro area in qua excutiuntur manipuli. Lex Ala-
mannor. tit 81. §. 2. *Si enim domum infra curtem in-*
cenderit, aut ſcuriam, aut graneam, vel cellaria, &c.
§. 5. *Scuriam vel graneam ſervi ſi incenderit*, &c. Ad-
de tit. 97. §. 4. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 4. § 5. *Quando*
aliqui defendere volunt caſas vel ſcurias, ubi fœnum vel
granum inveniunt. Adde tit. 9. cap. 2. §. 2. Edictum
Piſtenſe Caroli Calvi cap. 29. *Et de manopera in ſcuria*
battere nolunt. Hincmarus Remenſis in Opuſculo 50.
Capitulorum c. 1. *Inſuper & ſcuriam ipſius Presbyteri*
interclusit, & annonam de terris dominicatis collectam,
ſine licentia ipſius Presbyteri in ea miſit, omnemque pote-
ſtatem inde Presbytero abſtulit. Tabularium S. Remigii
Remenſis: *De ſcuria facit plenam perticam, & omni*
tempore ipſam menſuram reſtaurat. In Adenaio eſt man-
ſus dominicatus cum ædificiis & torculari, curte, & ſcu-
riis, & horto. Sunt ibi aſpicientes inter majores & mino-
res campi 46. continentes map. 110. ubi poſſunt ſeminari
de frumento modii 34. de ſigillo modii 30. &c. Infra:
In Muriniaco habet ſeſſum 1. cum ædificiis, curte & ſcu-
riis. Solent ibi eſſe boves domini, quia ibi propè ſunt ter-
ras ſupra ſcriptas. Occurrit ibi aliquoties.

SCURIOLUS, Sciurus, vulgò *Eſcurien*. Concilium Sal-
murienſe an. 1276. *Ne Monachi aut Canonici regula-*
res de cætero forraturis de griſo, aut de vario, aut de
ſcuriolis, vel cendatis, — utantur.

SCUROLA. Vide *Sturola*.

SCARPIONES, *ubi duo fines cuneati ſe jungunt*, apud ve-
terem Agrimenſorem p. 157.

SCURRA, *Scurro*. Liberatus Diac. c. 23. *Rhodo Auguſtali — juſſit eum ab ſcurrone duci, & foras regiam civitatem occidi.* Acta MSS. Paſſionis S. Eulaliæ Mart. *Sed ne gloriari putet, educite eam, & ſcurronem adducite, & ducatur antequam patiatur decalvata & deſcinčta per publicum, & ejus virginitas reveletur*, &c. Acta Paſſionis S. Marini Mart. MSS. *Et flectens genua ſpiritum Domino tradidit. Scurro verò aſtans, percuſſit eum jam mortuum, & amputavit caput ejus.* Ex quibus patet *Scurronem* appellari qui in Actis Martyrum vulgo *Spiculator* dicitur, voce quæ ſtipatorem, apparitorem, ſatellitem, & carnificem ſonat Unde conjicere licet eoſdem eſſe ſcurrones, quos *Scurras* vocant Lampridius & Spartianus, apud quos pro apparitoribus & ſatellitibus accipiuntur, tametſi de nomine quicquam certi occurrat Salmaſio. *Hiſtriones ſive ſcurrones*, in Concilio Cabilon. II. c. 9. Papias: *Scurra, irriſor. Scurronem ergo irriſorem dicimus.* MS. *Irriſio*, præfert: ita etiam Gloſſæ antiquæ MSS. idem Papias: *Scurra, à ſequendo dictus, qui ſectari ſolet quemdam cibi gratiâ.* Auctor Mamotrecti: *Scurra, qui aliquem ſequitur, qui etiam dicitur aſſecla, irriſor, vaniloquus, paraſitus ſive leccator. Scurra, Scurrus.*

SCUSSUS, Excuſſus, Gall. *Eſcous.* Charta Alemann. Goldaſti lib. 2. *Duas carradas de grano bene non ſcuſſo*, hoc eſt adhuc in ipſis ſpicis exiſtente.

SCUTAGIUM, Militaris ſervitii ſpecies, quæ communibus perſonis perinde ac Regi debetur, à *ſcuto* dicta. Qui autem huic ſubditus eſt, tenetur dominum ſuum in bellum contra Scotos ad certum numerum dierum propriis impenſis ſequi: & qui integrum feudum Militare tenent, hi ſcutagio 40. dierum obnoxii ſunt. Qui autem dimidium feudi Militaris poſſident, ſervitio 20. dierum, & ſic deinceps. Ita Cowellus lib. 2. Inſtit. tit. 3. §. 5. & Raſtallus verbo *Eſcuage.* Littleton ſect. 95. *Eſcuage eſt appel en Latine Scutagium, c'eſt à ſçavoir, Servitium ſcuti: & tiel tenant que tient ſa terre par eſcuage, tient per ſervice de Chevaler*, &c. Mox eadem quæ Cowellus & Raſtallus habent, refert, & §§. ſeqq Bracton lib. 2. cap. 16. §. 7. *Servitium forinſecum*, interdum *ſcutagium*, interdum *ſervitium quod ad Regem pertinet*, appellari ait: dici autem *Scutagium*, *quod talis præſtatio pertineat ad Scutum quod aſſumitur ad ſervitium Militare.* Et Fleta lib. 3. cap. 14. §. 7. *Sunt etiam quædam ſervitia forinſeca, quæ dici poterunt Regalia, quæ ad ſcutum præſtantur, & inde ſcutagium habemus, & ratione ſcuti pro feodo Militari reputatur. Omnis enim terra ad ejuſmodi ſervitium obligata, feodum dici debet Militare.* Matth. Paris anno 1258. *Submonetur igitur generaliter tota Angliæ Militia, ut omnes qui tenentur ad ſervitia Militaria domino Regi, ſint prompti & parati ſequi Regem profecturum in Walliam cum equis & armis, — unde murmur & multiplex querimonia in populo reſonabat, eo quod Rex tam crebro ſine profectu vel honore ſuos nobiles depauperat & fatigat, & inſtante tempore meſſium toties ſcutagium exigens inquietat*, &c.

Scutagium non tamen ſemper ſumitur pro ipſa obligatione eundi in exercitum, ſed & interdum, ac utplurimum, pro ea præſtatione quæ fit à Militibus ratione feodi Militaris, ſi ipſimet vel eorum loco alii in exercitum non pergant, atque adeo ut à ſervitio immunes ſint. Quæ quidem præſtatio *Diſtrictum pro ſcutagio* dicitur in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 99. *Scutagium aſſiſum per regnum*, pag. 878. Littleton ſect. 97. *Et après tiel voiage royal en Eſcoſſe, il eſt communement dit que par autoritié de Parliament l'eſcuage ſera aſſiſe & mis en certaine ſomme d'argent, quant cheſcun que tient par entier fée de ſervice de Chevaler, qu'il ne fuit ni per lui-meſme, ne per un autre par lui ové le Roy, paiera à ſon ſeignior de que il tient la terre per eſcuage*, &c. Vide §§. ſeqq. Atque ita *Scutagium* crebro uſurpant ſcriptores. Joannes Sariſber. Epiſt. 128. *Scutagium remittere non poteſt, & à quibuſdam exactionibus abſtinere.* Radulphus Coggeshalenſis MS. an. 1200. *Exiit Edictum à Juſtitiariis Regis per univerſam Angliam, ut quælibet carruca arans tres perſolveret ſolidos: quæ nimirum gravis exactio valde populum terræ extenuavit, cum antea gravis exactio ſcutagii præceſſiſſet: nam ad ſcutum duæ marcæ perſolvebantur, cum nunquam amplius quam 20. ſolidi ad ſcutum exigerentur.* Matthæus Weſtmonaſt. an. 1204. *Conceſſa ſunt Regi auxilia Militaria, de quolibet ſcuto duæ marcæ & dimidia.* Anno 1242. *Ipſo quoque tempore exigitur ſcutagium.* Anno 1253. *Conceſſa eſt Regi decima pars proventuum Eccleſiaſticorum per triennium, à Militibus verò ſcutagium illo anno, ſcilicet ad ſcutum tres marcæ.* Matthæus Paris an. 1201. *Generale propoſuit Edictum, ut Comites & Barones qui Militare ſervitium ei debebant, parati eſſent ad Porteſmuthe cum equis & armis ad transfretandum cum eo ad partes tranſmarinas in die Pentecoſtes jam inſtante: veniente autem die ſtatuto, multi impetrata licentia remanſerunt, dantes de quolibet ſcuto duas marcas argenti.* Idem an. 1211. *Rex cepit à Militibus qui exercitui in Wallia non interfuerunt, de quolibet ſcuto duas marcas argenti.* An. 1224. *Magnatibus item conceſſit Rex ſcutagium, videlicet de ſcuto quolibet duas marcas Sterlingorum*, &c Anno 1244. *Poſt reditum ſuum cepit ſcutagium, ſcilicet de ſcuto tres marcas.* Anno 1253. *Et à Militibus ſcutagium illo anno, ſcilicet ad ſcutum tres marcæ*, &c. Vide p. 258. 399. 403. Monaſticum Anglic, to. 1. p. 179. Prynneum in libert. Angl. to. 2. p. 475. &c.

Scutagium etiam appellatum *auxilium* conſuetum & *rationabile*, quod dominus à vaſſallis ſuis Militaria feuda tenentibus exigebat. Matthæus Paris an. 1242. *Multoties ad inſtantiam ſuam ei auxilium dederunt, videlicet carucagium, hidagium, & plura ſcutagia, & poſtea unum magnum ſcutagium ad ſororem Imperatricem ſuam maritandam.* Idem an. 1244. *Conceſſerunt domino Regi ad maritandam filiam ſuam de omnibus qui tenent de domino Rege in capite, de ſingulis ſcutis 20. ſolidos ſolvendos*, &c. *Scuagium*, to. 2. Monaſtici Anglic. p. 1032. Regeſtum feodor. & ſervitiorum fol. 23. *Et en l'an que il fait garde, il ne doit point d'eſcuage, & doit oſt & chevauchée à ſon couſt*, &c. Vide Seldenum de Titulis honorariis 2. part. cap. 5. p. 694. 709. 2. edit.

Scutagium ejuſmodi, ſeu ſervitium Militare, *incertum* & indefinitum vocabant, quod revera incertum eſſet ad quam pecuniæ quantitatem à Parlamento redigeretur, ut habet Littleton ſect. 98. 99. 154. *Scutagium* verò certum, *Socagium* appellabant. Idem ſect. 120. Hinc est, ut vocant, *Maxima* apud Anglos, *Scutagium incertum facit ſervitium Militare*: contra, *Scutagium certum facit Socagium*, apud Chriſtophorum de ſancto Germano in Dialogo de fundamentis Legum Angliæ cap. 8. p. 28.

SCUTANEI termini. Vetus Agrimenſor: *Scutanei ſunt, hoc eſt dolatiles, alii qui ſunt lapilli facti tornatiles ſive alia factura breviores, hoc eſt minores & in fine poſiti.*

SCUTARIUM, Scutum minus Gloſſæ Gr. Lat. ἀσπιδίσκιον, *parma.* ἀσπίδιον, *clipeolum.* Gloſſæ MSS. Regiæ: Ἄρμενος ὁ τοῦ ἱστοῦ, ἐξ οὗ ἄρμενα τὸ βαστάζειν, ἢ τὸ σκουτάριον, ἢ θυρεός. Alibi: ἀσπὶς, τὸ σκουτάριον. Conſtitutio Caroli Craſſi de Expedit. Romana §. 3. *Qui autem per hominium ſive liberi, ſive famuli dominis ſuis adhæſerint, quot decem manſos in beneficio poſſideant, tot brunias cum duobus ſcutariis ſingulas markas accipiant*, &c. Vide *Surtaria.*

SCUTARIUS. Gloſſæ Gr. Lat. Ἀξίωμα σκουταρικὸν, φέρων, (deeſt δῶρον vel ὅπλον.) *Stipendarius Scutarius.* Ibidem ἀξίωμα σκουταρικὸν, *Scutarium*, leg. *Scutarius.* Gloſſæ aliæ: *Scutarius*, ὁπλίτης. *Scutariorum*, inter Palatinas Scholas mentio eſt non ſemel apud Scriptores, *Scutariorum gentilium, clibanariorum, ſagittariorum*, &c. Vide Henricum Valeſium ad Ammiani lib. 14. p. 33.

Scutarius, Armiger, ſpatharius. Julius Firmicus lib. 4. cap. 14. *Faciet ſcutarios, vel Imperatorum protectores.* Julianus Toletanus æra 748. de Juliano Comite: *Quem*

WiniZa Rex intra ſuos ſcutarios familiarem habuerat cariſſimum. Vide *Armiger.*

Scutarii, Armigeri, *Eſcuyers.* Vetus Charta apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. p. 883. *Et armigeri illorum, qui vulgo Scutarii appellantur.* Simeon Dunelmenſis an. 1067. *Multos è ſuis Militibus & Scutariis perdiderunt.* An. 1094. *Ipſo die obſeſſionis 700. Milites Regis Willelmi, cum bis totidem Scutariis & Caſtellanis omnibus qui intus erant, — cepit.* Rogerus Hovedenus p. 450. *Multos è ſuis Militibus & Scutariis perdiderunt.* Pag. 464. *Et ipſo die obſidionis 700. Milites cum bis totidem Scutariis — cepit.*

Scutarius, [illegible], in Gloſſ. Gr. Lat. Scutorum artifex. Ita accipitur in Conſtitut. Sicul. lib. 3. tit. 36. §. 1.

Scuterius, idem qui *Scutarius*, ex Gallico *Eſcuyer*, Italis *Scudiere*, quam vocem ab *excubare* perperam deducit Acarilius. Occurrit apud Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 37. 49. & Anonymum in Vita Friderici II. Imp. p. 789. In aula CP. Σκουτέριος dictus, qui tenebat ſcutum & labarum Imperatoris, apud Codinum de Off. cap. 2. n. 42. &c. Anonymus à Goaro editus:

[illegible] Σκουτέριοι [illegible]

[illegible]

Hac dignitate functus quidam Xyleas legitur, apud Acropolitam n. 66. 70. 72.

SCUTATORES, Scutorum confectores. Capitulare de Villis c. 45. *Fabros ferrarios, — ſutores, tornatores, carpentarios, ſcutatores, precatores*, &c. Vide *Scutarii.*

SCUTATUS, Armiger, ſcuto inſtructus. Apud Donatum ad 1. Æneid. *Scutati, armati*, ſunt. Ammianus lib. 31. *Punito ſcutario proditore, qui feſtinare Principem ad Illyricum barbaris indicarat.* Charta Eberardi Archiep. Trevir. an. 1052. apud Brouver. lib. 11. Annal. Trevir. p. 655. 1. edit. *Epiſcopo Trevirica ſedis ſervitium faciat, ſilicet 40. ſcutatos ex iſta parte Alpium — mittat.* Σκουτᾶτοι, apud Leonem in Tact. cap. 14. §. 64. Obiter moneo, qui [illegible] dicuntur Conſtantino in Tacticis, [illegible] appellari ab eodem Leone cap. 12. §. 117. & alibi.

SCUTELLA, vox Latinis ſcriptoribus nota, Patena in modum cavitatis ſcuti, unde nomen, *Eſcuelle.* Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *Scutella.* Vita S. Villehadi cap. 8. *Quandam habebat patenam ligneam, quæ vulgo Scutella vocatur.* Hugo Flavin. p. 165. *Scutellas abluens, & vaſa alia mundans.* Gregorius M. lib. 12. Epiſt. 30. *Scutellam quoque argenteam Monaſterio cuidam reliquerit.* Chronicon Caſinenſe lib. 3. cap. 57. *Scutellam argenteam cum nigello librarum 14.* &c.

Scutella. Vetus Charta plenariæ ſecuritatis apud Briſſon. lib. 6. form. *Hoc eſt coclearees numero ſeptem, ſcotella una*, &c. In Bulla MS. Nicolai IV. PP. an. 3. de Cenſibus Eccleſiæ Romanæ in Regno Siciliæ, Campania, & maritima, crebro occurrunt ſcutellæ: v. g. *In Epiſcopatu Verulan. Epiſcopus ipſe debet 60. brachia panni, & 200. ſcutellas, & 20. ſol. per annum.*

Scutella, inter miniſteria ſacra reponitur ab Udalrico lib. 1. Conſuet. Cluniac. cap. 12. ubi de Cœna Domini: *Interea verò reconditur dominicum corpus à Sacerdote retro altare: ponitur in patena aurea, & patena inter ſcutellas aureas, & adhuc ſcutella inter tabulas argenteas, quæ facta ſunt ad textum Evangelii.* Adde Bernardum Mon. in iiſdem Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 37. Ordericus Vital. lib. 6. *Scutellam argenteam Deo ſuper altare obtulit.*

Scutellarius, Officium in coquina regia, cui *Scutellarum* cura incumbit, in Ordinat. Hoſpitii S. Ludov. Reg. an. 1261. & in Fleta lib. 2. cap. 14. §. 3.

Scutellarius, qui facit vel vendit ſcutellas. Joann. de Janua.

Scutellarium, Locus vel vas ubi reponuntur ſcutellæ, Jo. de Janua: *Eſcuellier*, in Catholico parvo.

Scutella. Ugutio: *Laganum, quoddam genus cibi quod prius in aqua coquitur, poſtea in oleo frigitur, & ſunt lagana de paſta, quaſi membranula, quæ ſtatim in* [illegible] *deo friguntur. Illa vulgo dicuntur Scutella iſta laſania, & dicuntur ita, poſtea melle condiuntur*, &c.

SCUTERIUS. Vide *Scutarius.*

SCUTIFERI, quos vulgò *Eſcuyers* dicimus. Fulcherius Carnot. lib. 2. Hiſt. Hieroſol. cap. 2. *Monente Rege, quicumque potuit de Armigero ſuo Militem fecit.* Lib. 3. cap. 31. *Acceptis armis, ab Armigero in Militem provectus eſt.* Vide eundem lib. 1. cap. 18. lib. 2. cap. 19.

Scutigeri, apud eundem Fulcherium lib. 1. c. 18.

Scutiferia, Officium in Aula regia, complectens quodcumque pertinet ad Scutiferos, eorum famulos, ſtabula, equos, equorum ferraturas, &c. vulgo *Eſcurie*, occurrit paſſim in Ordinationibus Hoſpitior. Reg.

SCUTOBAJULUS. Vide *Schutones.*

SCUTRA, *Vas aneum aquale in fundo latum, apertum deſuper*, Papiæ. Gloſſæ S. Benedicti cap. de æneis: *Scutra*, χαλκεῖον. Guibertus lib. 1. de Vita ſua cap. 10. *Neſcio quæ argentea, ſcyphos videlicet & ſcutras pretii plurimi eis miſit.* Lib. 3. cap. 4. *Magnus ille cenſus moneta Anglica, banaporum, & ſcutrarum, qui male coaluerat, brevì dilapidatus eſt.* Utitur Plautus in Perſa.

SCUTULA, *Monile ex auro compoſitum*, Papiæ. 1. Machab. cap. 4. v. 57. *Et ornaverunt faciem templi coronis aureis & ſcutulis.* Gr. ἀσπιδίσκαις.

Scutulata, eidem Papiæ, *genera veſtimentorum, dicta quod orbiculos quaſdam habent in ſimilitudinem ſcutulorum.* Ezechiel 27. *Et purpuram, & ſcutulata, & byſſum, & ſericum*, &c.

SCUTUM, pro ſcutato milite, armigero. Domnizo lib. 1. de Vita Mathil. c. 6.

Exit ex Lucis cum quingentis fere ſcutis.

Scutum & lancea, Arma præcipua Longobardorum & Francorum, in Lege Longob. lib. 1. tit. 37. §. 2. lib. 2. tit. 46. §. 2. in Charta Alaman. Goldaſti 15. &c. Vide Gregorium Turon. lib. 3. Hiſt. c. 15. & ſupra in v. *Lancea.*

Scutum. Leges Friſion. tit. 22. §. 71. *Si de vulnere os exierit tantæ magnitudinis, ut jactum in ſcutum trans publicam viam ſonitus ejus audiri poſſit, 4. ſol. componat.* Addit. ad eaſdem Leges tit. 3. §. 24. *Si oſſa de vulnere exierint, tantæ magnitudinis ut in ſcutum jactum, 12. pedum ſpatio, dictante nemine poſſit audiri*, &c. Lex Ripuar. tit 70. §. 1. & 2. *Et os exinde exierit, quod ſuper viam 12. pedum in ſcuto jactum ſonaverit*, &c. Leges Rotharis Regis Longobard. tit. 18. §. 8. *Sic ita ut uno oſſe talis inveniatur, quod ad pedes 12. ſuper viam ſonum in ſcuto facere poſſit.* Jus Friſicum vernaculum ex verſione Sicamæ: *Tria oſſa à cranio vulnerato exeuntia componi debent. Primi oſſis exitus ſunt 32. groſſi. Secundi exitus 16. groſſi. Tertii exitus 8. groſſi. Tunc jurabit uno juramento quod in ſcuto tinnire audiri potuit, cum genu impoſitum in ſcutum areum ſcilicet, caderet, alioquin componere non tenemur.* Vide *Eſculeum*, & Stephanium ad Saxonis Grammatici Hiſtor. p. 186.

Scutum, Tabella in formam ſcuti confecta, orbicularem nempe, quomodo ejuſmodi ſcuta imagines habentia deſcribit Paulus Silentiarius in [illegible] ædis Sophianæ part. 2. v. 298.

—————[illegible]

[illegible]

[illegible]

Anaſtaſius in Leone III. PP. pag. 140. *Hic verò pro amore & cautela orthodoxa fidei fecit ubi ſupra ſcuta argentea duo, ſcripta utraque Symbolo, unum quidem litteris Græcis, & alium Latinis, ſedentia dextra lævaque ſuper ingreſſum corporis penſ. inibi libras 94.* Infra: *Fecit & ſupra in ingreſſu corporis ſcutum ex auro puriſſimo, in quo orthodoxa fidei Symbolum ſcribi fecit, quod penſ. libr. 32.* Vide Salmaſium ad Tertullianum de Pallio pag. 249. & Nicolaum Alemannum de Lateranenſib. parietenis p. 68. & infra in voce *Surtaria.*

Scutum, inter miniſteria ſacra reponitur ab Adamo Bre-

menſi cap. 161. *Tres calices aureos, in quibus erant libra auri 10. unum vas chriſmale argenteum, ſcutum argenteum deauratum, pſalterium aureis ſcriptum literis,* &c.

Scutum, Vas quod lychnis in Eccleſiis pendentibus ſubſternitur, apud Durandum lib. 1. Ration. cap. 3. num. 30.

Scutum, Moneta Regum Francorum ita appellata, quòd in ea deſcripta eſſent Franciæ inſignia in ſcuto. Knyghton an. 1351. *Et fecit redemptionem pro ſe & ſuis de 3. mille ſcutis auri.* Vide *Moneta*, & *Florenus ad ſcutum*.

Scutum bellicum, Feudum, dignitas feudalis. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 59. §. 1. *Cum electus fuerit Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, qui ſcuto fruuntur bellico, tales primo tenentur à Rege feudum recipere, & poſtea ab Eccleſia curam ſpiritualem.* Art. 65. §. 3. *Si quis à ſibi in generatione æquali infeudatur, non ſuam originem, aut civilia jura, ſed tantummodo feudi dignitatem, id eſt ſcutum bellicum, minoravit.* Dicuntur autem *uti ſcuto bellico*, vel *frui*, qui feudum poſſident, vel qui *nati ſunt ad ſcutum feudale, ita quod jus feudi facere valeant*, ut eſt in Jure feudali Saxon. cap. 26. §. 2. ut è contra, mulier, & clericus, qui ſervitii feudalis incapaces habentur, *ſcuto bellico carere*, cap. 40. §. 6. Adde cap. 2. 3. 16. 17. 41. 44. *Feudum ſcuti cum ſcuto ceſſare* dicitur in eodem Jure feudali Saxon. cap. 42. §. 1. Vide *Scutagium*.

Scutum de cera plenum. Charta an. 1149. apud Sanjulianum in Matiſcone pag. 251. *Negabat quoque hominium Epiſcopi, & caſamenta pro quibus hominium debebat Epiſcopo: & plenum ſcutum de cera ſingulis annis in feſto S. Vincentii,* &c. Vide *Ceragium*.

Scuta bellorum, inter obventiones curionum; ea fortè quæ finito bello à militibus in Eccleſiis appendebantur, vel potiùs à campionibus qui duello decertaverant. Charta an. 1078. in Tabul. Vindocinenſi fol. 224. *Ego Raynaldus Caſtri Credonenſis dominus, & mecum pariter uxor mea nomine Ennoguena, cognomine Domicella, ſcuta bellorum, & denarios qui mittentur in caſtello meo à jurantibus ad reliquias Sacramentorum cedimus & conceſſimus S. Trinitati & Vindocinenſi Monaſterio in manu Ordrici Abbatis, ut ſub jure & poteſtate Eccleſiæ Parochialis S. Clementis ſemper maneat, & Monachi Vindocinenſes in ipſa Eccleſia Domino Deo ſervientes ea habeant in omne tempus futurum. Ipſum verò Abbatem rogamus ut medietatem ſcutorum de bellis, & denariorum de Sacramentis pro amore noſtro concedat Goffrido Cappellano noſtro, & teneret ab ipſo Abbate, & à Monachis ſuis ſolum dum ipſe viveret.*

Cum ſcuto & fuſte contendere, Campionum fuit, uti in voce *Campio* monuimus.

Scutum anceps. Capitula Caroli M. lib. 3. c. 89. *Armati veniant, id eſt qui poteſt habere, cum lorica & ſcuto ancipite, atque fuſte.* Ubi ſcutum anceps trigonum interpretor, uti Gallorum veterum, & Francorum fuit, quemadmodum diximus in Notis ad Alexiadem.

Scutum, pro duello, ſeu duelli judicio, maximè Campionum. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 23. *Et dum per pugnam ipſam cauſam, ſicut antiqua fuerat conſuetudo, quærere diſponebant, gravis cauſa nobis eſſe comparuit, ut ſub uno ſcuto, per unam pugnam, omnem ſuam ſubſtantiam homo amittat.* Adde lib. 2. tit. 55. §. 1. 2. 3. & Edictum Rocharis tit. 59.

Scuta genibus illidere, vel *haſtis ferire.* Ammianus lib. 15. *Militares omnes horrendo fragore ſcuta genibus illidentes, quod eſt proſperitatis indicium plenum: nam contra cum haſtis clypei feriuntur, iræ documentum eſt & doloris.*

Scutum libertatis. Leges Foreſtarum Canuti Regis c. 25. *Si verò occiderit* (feram regalem) *amittat liber ſcutum libertatis; ſi ſit illiberalis, careat libertate; ſi ſervus, vita.*

Scutum poteſtatis. Lex Longob. lib. 3. tit. 15. *Omnes Waregangi, qui de exteris finibus — ſe ſub ſcuto noſtræ poteſtatis ſubjecerint,* &c.

Scutum in mallo habere. Lex Salica tit. 46. §. 1. *Tunginus aut Centenarius mallum indicent, et in ipſo mallo ſcutum habere debent, & tres homines cauſas demandare,* &c. Quod quidam referunt ad eum morem de quo Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſtis Frider. Imp. cap. 12. *Eſt autem conſuetudinis Regum Francorum, quæ & Theutonum, ut quotieſcumque ad ſumendam Imperii coronam militem ad tranſalpinandum coëgerint, in prædicto campo manſionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto ſcutum ſuſpenditur.* Guntherus in Ligurino:

——— ligno ſuſpenditur alto
Erecto clypeus, tum præco regius omnes
Convocat, à dominis regalia jura tenentes.

Scutum perdere. Vide *Arma perdere*.

Scutum ſuum projicere. Lex Salica tit. 32. §. 6. *Si quis alteri imputaverit, quod ſcutum ſuum projeciſſet in hoſte, vel fugiendo præ timore,* &c. Apud Germanos, *ſcutum reliquiſſe præcipuum flagitium* fuiſſe autor eſt Tacitus. Nec apud Germanos tantùm, ſed & apud Romanos, ut habet Plautus in Trinummo, & alii. ῥιψάσπιδας Græci vocant. Ejuſmodi ſcuti poſitionem *ſchotlage*, ſeu *ſchiotlegge* appellare Danos obſervat Pontanus in Daniæ deſcriptione, voce conſecta ex *ſchiolt*, ſcutum, clypeus, *ſchilt*, Theuton. & *legen*, ſive *leggen*, deponere. Vide Cluverium lib. 1. Germ. Antiqu. cap. 51. extremo pag. 327.

Scutum puniceum ad malum ſuſpenſum, pacis indicium fuit apud Danos. Saxo Grammaticus lib. 3. Hiſt. Dan. pag. 37. *Mali cacumen puniceo ſcuto complexus, indicium id pacis erat, ſaluti deditione conſuluit.*

Scuta & lanceas pro reconciliatione perſolvere. Lex Familiæ Burchardi Wormacienſis Epiſcopi, de raptore: *Et quia legitur eam* (filiam) *ſecundum Canonica præcepta habere nequiverit, amicis illius duodecim ſcuta, & totidem lanceas, & unam libram denariorum pro reconciliatione perſolvat.*

Scutum, Tabulatio, quæ foribus & officinis rerum venalium prætenditur, cùm ad excutiendos imbres, tum ad impendiendum lumen, Angl. *Apenthouſe.* Aſſiſa menſuratum apud Rogerum Hovedenum: *Prohibitum eſt omnibus mercatoribus per totum regnum Angliæ, ne quis mercator prætendat ſeldæ ſuæ rubros pannos vel nigros, vel ſcuta, vel aliqua alia, per quæ viſus emptorum ſæpe decipiantur ad bonum pannum eligendum.* Sed vide an per *ſcuta* intelligat *ſigna* quæ officinis apponuntur, noſtris *Enſeignes*.

Scutorum redditus, idem fortè quod *Scutagium*. Charta Henrici II. Regis Angliæ in Regeſto Normannico Cameræ Comput. Pariſ. ſignato P. *Et Mareſcallus meus quamdiu moror Rothomagi habet una quaque die proordinationis meæ Roth. de liberatione 6. panes, & 6. fercula coquinæ, & unum ſextarium vini, & habet anno quoque ſcutum in reditu ſcutorum meorum Roth. per manus Theſaurarii mei.* Id eſt quantum ſcutagii quis Militare feudum tenens ſolvit pro uno ſcuto.

Scutum. Bracton lib. 2. c. 35. *Tenementorum autem aliud tenetur per ſervitium Militare, aliud per ſerjantiam, de quibus homagium faciendum erit domino capitali, propter ſervitium forinſecum, quod dicitur Regale, & quod pertinet ad ſcutum & Militiam, ad patriæ defenſionem. Eſt etiam aliud genus tenementi, ejus ſcilicet quod tenetur in ſocagio libero, & ubi ſit ſervitium in denariis capitalibus Dominis, & nihil inde omnino datur ad ſcutum & ſervitium Regis.*

SCYLDWITA, *Scheldwite.* Leges Henrici I. c. 38. *de Scheldwite: Si Scyldwite extra burgum & curiam fiat, 30. denar. emendetur Regi & Thaynis.* Fortè forisfactura ſcuti: nam Saxon. ſcẏlꝺ eſt ſcutum, ƿiꞇa, mulcta. Vel univerſim mulcta cujuſvis delicti: ſcẏlꝺe enim eſt delictum, culpa, peccatum, reatus.

SCYPHICATIO. Hermannus de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſis cap. 92. *Feragia verò cambarum, vel, quod*

ſcyphicationes apothecarum alii vocant, redditus vaſorum
vini inter utroſque æquis partibus diviſit.
SCYPHATI, Nummi aurei, ita opinor dicti, quòd ex ſpe-
cie illorum eſſent, quos καυκία vocat Juſtinianus, à *cauco*,
quæ vox idem ſonat quod *ſcyphus*, quod ſcilicet cavi
eſſent, & *cauci* vel *ſcyphi* formam præferrent. Chro-
nicon Caſin. lib. 3. cap. 56. (al. 58.) *Donavit ei Dux*
— gemmas atque margaritas complures pro ſcyphatis
ſeptingentis. Occurrit ibi pluries, ubi in edit. Angeli à
Nuce *Sheifatus* perpetuò ſcribitur. Bulla Anacleti An-
tipapæ apud Baron. an. 1130. *Tu autem cenſum & hære-*
des tui, videlicet 600. ſchifatos, quos annis ſingulis Ro-
manæ Eccleſiæ ſolvere debes. Ita in Bulla Innocentii II.
apud eundem an. 1139. *Schifati de Apulia & Calabria.*
in Charta Willelmi Regis Siciliæ apud eundem an.
1156.
Syphati, in Charta exarata Conſtantino & Baſilio fratri-
bus imperantibus, apud Ughellum to. 7. Italiæ ſacræ
p. 1362.
Squiſati, apud Baronium to. 11. alicubi occurrit, & in
Bulla Nicolai IV. PP. an. 3. de Cenſibus Eccleſiæ Ro-
manæ in Regno, Campania, & Maritima; ubi promi-
ſcuè *Sciſati* & *Squiſati* dicuntur: unde emendanda
Charta Innocentii IV. PP. an. 1245. qua Fridericum
III. Imp. excommunicat, apud Matth. Pariſ. *Poſſet*
etiam meritò reprehendi quod mille ſquinaterum annuam
penſionem, in qua pro eodem regno ipſi Romanæ Eccleſiæ
tenetur, per novem annos & amplius ſolvere prætermiſit.
Legendum enim *Squiſatos*.
SCYPHO. Anaſtaſius Biblioth. in Leone III. pag. 126.
Item calicem majorem fundatum cum ſcyphone penſ. libr.
37. Sed legendum videtur *ſyphone*, id eſt fiſtula qua
ſanguis dominicus hauriebatur: niſi fuerit major ſcy-
phus, in quem vinum ad Miſſæ ſacrificium oblatum ex
majori calice refundebatur. Vide *Scyphus*.
SCYPHI in candelabris *Acetabula* ſunt, Exod. cap. 25. v.
31. *Facies candelabrum ductile de auro mundiſſimo,*
haſtile ejus, calamos, ſcyphos, ac ſphærulas. Adde v.
33. 34. cap. 37. v. 17. 19. 20. ubi in Græca editione
dicuntur κρατῆρες.
Scyphus inter vaſa ſacra vulgò recenſetur, in quem vinum
quod ad Miſſæ ſacrificium offerebatur, ex majori calice
refundebatur. Ordo Romanus: *Pontifice oblationes po-*
pulorum ſuſcipiente, Archidiaconus ſuſcipit poſt eum amu-
las, & refundit in calicem majorem, quem ſequitur cum
ſcypho ſuper planetam Acolytus, in quem calix impletus
refunditur. Alibi: *Poſt quem Diaconus ſequens amulas*
ſuſcipit, & in ſcyphum manu ſua poſt Archidiaconum
refundit. Rabanus lib. 1. de Inſtit. Cleric. cap. 8. de
Subdiaconis: *Hi cùm ordinantur, non ſuſcipiunt manus*
impoſitionem, ſicut Sacerdotes & Levitæ, ſed patenam
tantùm & calicem de manu Epiſcopi, & ab Archidia-
cono ſcyphum aquæ cum aquamanili, & manuter-
gium. Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Erat huic or-*
namento adjunctus cyphus corneus, quo deferebatur vi-
num ad celebrandum ſacrificium. Baldricus Noviom.
lib. 1. Chr. Cameрac. cap. 64. *Scyphumque argenteum,*
quem dictus feſtis Subdiaconi in manibus ferunt, calices
quoque cum aliis ornamentis Eccleſiæ fecit. Anaſtaſius in
S. Silveſtro: *Donavit autem ſcyphos argenteos 2. qui pen-*
ſaverunt ſinguli libras denas. Infra: *Patenas argenteas*
13. *penſantes ſingulas libras 30. ſcyphos aureos 7. qui*
penſ. ſinguli lib. 10. &c. Synodus Exonienſis an. 1287.
cap. 12. *Sit in aliqua Eccleſia ſaltem unus calix argen-*
teus purus vel deauratus: ſcyphus argenteus vel ſtanneus
pro infirmis, ut poſtquam Euchariſtiam aſſumpſerint, lotu-
ram digitorum ſuorum Sacerdos ſibi præbeat in eodem.
Scyphum utraque manu tenendi morem cùm bibebatur,
qui Monachis proprius fuiſſe dicitur, obſervat Liber Fa-
ceti:

Si ſcyphum capias, utraque manu capiatur,
Et per utrumque latus, non per ripam teneatur.

SCYRA, *Schira*, *Shira*, Provincia, Comitatus: à voce
Saxon. ꞅcyꞃe, *partitio*, *diviſio*, & ꞅcyꞃan, *partiri*.
Alvredus quippe Rex, cum Guthruno Daco fœdere
inito, Angliam primus in Satrapias ſive Comitatus,
Centurias, & Decanias partitus eſt. Satrapias *Scyras*,
Centurias *Hundreda*, & Decanias *Tienmantale* vocavit.
Leges Edwardi Confeſſoris cap. 13. *Diviſiones ſcyra-*
rum Regis propriè cum judicio 4. Cheminorum regalium
ſunt. Cap. 14. *Quod autem in Tritinge definiri non po-*
terat, ferebatur in ſcyram. Robertus de Monte an. 1083.
Juſtitiarios ſuos per unamquamque ſcyram, id eſt provin-
ciam Angliæ, inquirere fecit, &c. Bromptonus p. 956.
Qua lege olim octo ſchiræ, id eſt provinciæ judicabantur.
Idem p. 979. *Juſtitiarios ſuos per unam quamque ſchi-*
ram, i. eſt Comitatum Angliæ mittens, &c. Thomas
Walſinghamus p. 329. *Ut ipſi nullum militum de pago*
vel ſchira permitterent eligi, niſi quem Rex & ejus
conſilium elegiſſet. Adde Radulfum de Diceto an. 1087.
Matth. Weſtmonaſt. an. 794. & Fletam lib. 2. cap. 61.
§. 23. Atque hanc vocem *Schire*, ferè ſemper addunt
Angli ipſorum Comitatuum propriis appellationibus, ut
Glouceſtreſchire, *Staffordeſchire*, *Oxnefordſchire*, *Lan-*
caſtreſchire, *Yorkſchire*, quem *Eboraci ſciriam* vocat
Simeon Dunelmenſis an. 1138. & ſic de cæteris. Vide
Edw. Cokum ad Littletonem ſect. 248.
Scyra præterea præſtationem ſonat, ſeu mulctam quæ indi-
cebatur iis qui ad *Scyram* ſeu Comitatum vel placitum
non veniebant: quò tenentes omnes convenire tenebań-
tur. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 993. *Prohibeo ne ſum-*
moneatis Monachos de ſancto Remigio de Remis, ut eant
ad hundreda nec ad ſcyras, ſed Præpoſitos ſuos vel unum
ex hominibus ſuis mittant. Charta Willelmi Nothi to.
1. Monaſtici Anglic. pag 52. *Perpetuam libertatem —*
hæc eſt ut ſit libera & quieta de ſchiris & hundredis, &
placitis, & querelis, & omnibus geldis, & conſuetudi-
nibus. Ibidem p. 310. *Et ſit quieta de omnibus geldis &*
danegeldis, ſcutagiis, hidagiis, carrucariis, ſchiris, exer-
citibus, &c. Adde to. 2. p. 558.
Scyremotus, Placitum ſeu Conventus publicus *Scyræ*, qui
aliàs *Comitatus* dicitur. Leges Kanuti Regis cap. 38.
Et habeatur in anno ter burgimotus & ſcyremotus, niſi
ſæpius ſit neceſſe. Cap. 39. *Eat quarta vice ad Conven-*
tum totius Comitatus, quod Anglicè dicitur Scyremot. Leges
Edwardi Confeſſ. c. 35. *Debet autem ſcyremote bis, hun-*
dreda & Wapentachia duodecies in anno congregari, &
7. diebus antea ſummoniri, &c. Eadem habent Leges
Henrici I. c. 7. niſi quod *Scyreſmote* ſcribitur. *Judicium*
ſcyræ, in iiſdem Legibus Edw. cap. 27. *Et ſi juſtitia*
habet eum ſuſpectum, purgabit ſe judicio Hundredi vel
ſcyræ. Liber Rameſienſis ch. 178. *Will. Rex Angliæ W.*
de Cahannis, Sal. Præcipio tibi ut facias convenire
ſchiram de Hantonia, & judicio ejus cognoſce ſi terra
de Isham reddit firmam Monachis S. Benedicti, &c.
Ch. 182. *Will. Rex Angl. R. patri Ilgeri Sal. Mando*
tibi & præcipio, quod facias convenire ſchiras, & per
eas recognoſce ſi terra de Eſthon &c.
SDAMATON nominamus, inquit Papias, *Tumorem*
mollem carnis inflatæ ſine dolore, ſicut frequen-
ter mortuos videmus. Ita MS. editus habet *Sdama-*
tum.
SEANT, pro *Sint*, in 3. Capitulis ad Leg. Salic. §. 10.
12.
SEATIUM, Sigala, *Seigle*. Statuta Ordinis S. Gilberti
de Sempringham p. 786. *Ne in Cœnobiis noſtris fiat*
panis candidus, — ubi frumentum defuerit, cum ſea-
tio licet fieri.
SEAPSCIP, *Navis inſtitor*, in Pacto Ethelredi Regis
cum Anlafo cap. 1.
SEBASTUS, Dignitas in Aula Conſtantinopolitana notiſ-
ſima, σεβαστός. Autor expeditionis Aſiaticæ Friderici I.
Imp. *Et alios quatuor Græcorum principes ratione digni-*
tatis, Græco vocabulo Sebaſton, cum eis denuntiat ad-
venire. Inde formatæ aliæ dignitates, Πρωτοσεβαστοὶ, ſed
& Πανυπερσεβαστοὶ, quod monſtrum vocis re-
perire eſt apud Lambecium lib. 5. de Bibl. Cæſar. pag.
233. Vide Gloſſ. Meurſii.

Sebra, *Vetuſta*, in Gloſſ. Iſid.

Secale. Vide *Sigale*.

Secare, Caſtrare: Gr. τέμνειν. Leges Wiſigoth. lib. 8. tit. 4. §. 4. *Qui — vel bovem, vel quæ non ſecantur, caſtraverit*, &c.

Secare, propriè de meſſe aut prato dicitur. Eædem Leges Wiſigoth. lib. 8. tit. 3. §. 12. *Qui in pratum eo tempore quo defenditur pecora miſerit, ut poſtmodum ad ſecandum non poſſit herba ſuccreſcere*, &c. Lex Salica tit. 29. §. 20. *Si quis pratum alienum ſecaverit*, &c. Vide *Aſecare*.

Secatores, Meſſium ſectores, Gall. *Scieurs*. Tabularium Fiſcanenſe f. 60. *Collectores meſſium noſtrarum, qui vulgò Secatores dicuntur*.

Sectura prati, idem quod *Falcata prati*, de qua voce ſupra. Chronicon Beſuenſe p. 559. *Unum manſum, ad quem appendunt novem jugera de terra aratoria, & una ſectura prati*. Occurrit ibi præterea ſemel ac iterum.

Secessus, Latrina, *Ceſſo* Italis: Gr. ἀπόπατος. Papias: *Seceſſus, latrina, ſterquilinium*. Gloſſæ antiquæ MSS. *Latrinæ, ſeceſſus publicus*. Gregorius Turon. lib. 2. Hiſt. c. 23. *Ingreſſus autem in ſeceſſum ſuum, dum ventrem purgare nititur, ſpiritum exhalavit*. Infra: *Reperit Dominum ſuper ſellulam* (ſellulam) *ſeceſſus defunctum*. Joannes Monachus lib. 1. Vitæ S. Odonis Clun. *Affuit nox, & ecce quidam de pueris ſigno ſeceſſum naturæ petiit*. Uſus antiqui Ciſtercienſes c. 69. *Ad ſeceſſum ire*.

Secreta, Oratio quæ poſt *Præfationem* in ſacra Liturgia ſecretè & ſubmiſſa voce à Sacerdote dicitur. Amalarius lib. 1. de Eccl. Offic. c. 20. *Secreta ideo nominatur, quia ſecretò dicitur*. Idem in Eclogis de offic. Miſſæ editis à v. cl. Steph. Baluzio: *Secreta dicitur eo quod ſecretam orationem dat Epiſcopus ſuper oblationem, ut Deus velit reſpicere ſuper oblationem propoſitam, & deputare eam futuræ conſecrationi*. Hildebertus Cenoman. de Myſterio Miſſæ:

His ita præmiſſis, ſecretò Preſbyter orat,
Secretas memorans, aſſimilarſque preces.

Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 170. hocce lemmate, *ut ſecreta non incipiatur, niſi poſt Angelicum hymnum finitum. Te Deum igitur, non inchoent Sacerdotes, niſi poſt Angelicum hymnum finitum*. Vide Concilium Wormat. c. 10. Durandum lib. 4. Ration. c. 35. Durantum lib. 2. de Ritib. Eccl. c. 29. n. 4. 5. 6. &c.

Secretela, eadem notione apud Durandum lib. 4. Ration. c. 27. n. 1. c. 35 n. 5.

Secreta Regia, Ærarium. Annales Piſanorum Ughelliani p. 861. *Fecit inquiri à Theſaurariis D. Papæ in Theſaurariò ſive ſecreta ipſius domini*, &c. Conſtitutio Heliæ Archieſpiſcopi Nicoſienſis an. 1251. *Nec annuncias deferre de Vario ſeu profeſtis duplicibus aliquid de Secretà noſtra, vel aliunde, vel exenia aliqua recipere*, &c. Adde Concilium Nicoſienſe an. 1340. c. 6. Ita porrò dictum præſertim in Regno Cypri ſub Lezinianâ familiâ, ſacrum Principis ærarium. Extant in Chartophylacio Regis Chriſtian. literæ Hugonis Regis Cypri anni 1330. quibus Mariæ Borboniæ nurui ſuæ, Guidonis filii uxori, in dotalitium aſſignat 5000. *florins de Florence de bon or & de bon pois à recevoir de la Secrete Royale chaſcun an par les payes uſées de la Secrete*. Qui verò ærario præerant, *Baillivi Secretæ*, vulgò in Chartis appellantur, quâ dignitate functos legimus Jacobum *de Flory* Militem anno 1315. Thomam *de Piquigny* an. 1330. Philippum *Prevoſt* an. 1376. & Renerium *de Scolar* an. 1384.

Secreta dicebatur præterea, Curia ſeu conſeſſus judicum de re æraria & fiſcali. Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. 2. part. c. 27. *Et des detes qui ſont convenues par devant la ſegrete, & ſeront requiſes, ſi ſe conduiront par la garentie de celui qui eſtoit Bailli de la ſegrete, & par les Eſcrivains, & les eſcris de leurs livres*.

Secretagium, Secretæ, in Regno Cypri, locus. Sanutus lib. 3. part. 13. cap. 11. *Fecit igitur dictus gubernator per inſulam banna proclamari, & ſecretagium invito Rege ſurripuit*.

Secretania, *Secretarium* Eccleſiæ, ſeu quidquid ad illud ſpectat. Charta Falconis de Jaligniaco an. 1056. *Quartam partem Eccleſiæ abſque calumnia inſuper dedi, & cum ſecretania, & omnibus appendiciis*.

Secretaria, Secretarium Eccleſiæ, *Sacriſtia*. Statuta Lanfranci pro Ordine S. Benedicti: *Qui accipientes à Secretario veſtimenta extra Secretariam ſe induant*.

Secretarium, *Locus in quem Senatus collectus eſt*, ut habent Anaſtaſii Biblioth. Collectanea, locus ſcilicet in quo judices conſidebant: *Judiciale ſecretum*, Ammiano lib. 15. *Secretarium Judicis*, in Actis S. Eupli 12. Auguſti, & in Concilio Milevitano II. c. 16. Vide Notas noſtras ad Alexiadem p. 262. 269.

Secretarium, Ædicula ſeu camera vice exedræ templo ſeu ædi ſacræ adjuncta, in qua ſacra Eccleſiæ miniſteria reconduntur, & in qua etiam Sacerdotes & Clerici priuſquam ad ſacra procedant, veſtes Eccleſiaſticas induunt. Vetus Inſcriptio in Eccleſia Viennenſi: *Ex voto Flavius Lucanius vir Conſularis cum ſuis fecit de proprio baſilicam, ſecretaria, atque porticum*. Ordo Romanus: *Cùm verò Eccleſiam introierit Pontifex, non aſcendit continuò ad altare, ſed prius intrat in Secretarium ſuſtentatus à Diaconibus*, &c. Bedæ lib. 2. Hiſt. Eccl. cap. 1. *Sepultus verò eſt corpore in Eccleſia B. Petri Apoſtoli ante Secretarium*. Innocentius III. PP. lib. 2. de Myſter Miſſæ cap. 5. *Cùm autem ſtationalis ſolennitas celebratur, Romanus Pontifex cum ſex præfatis ordinibus proceſſionaliter ad altare progreditur*. Willelmus Malmeſbur. l. ii. de Geſtis Pontificum: *Miſſa cantata, ſicuti erat veſtibus ſacris indutus, Secretarium ingreſſus eſt*.

In *Secretariis* porrò recondi ſolita miniſteria ſacra, ſeu vaſa, vel veſtes ſacras, teſtatur Paulinus Epiſt. 12. ad Severum, *in Secretarium Eccleſiæ*:

Hic locus eſt, veneranda penus quâ conditur, & quâ
Promitur alma ſacri pompa miniſterii.

Leo Oſt. lib. 3. Chron. Caſin. cap. 26. (al. 28.) *Juxta cujus abſidam, bicameratam domum ad theſaurum Eccleſiaſtici miniſterii recondendum extruxit: quæ videlicet domus Secretarium appellatur, eique ejuſdem nihilominus operis alteram, in quâ Miniſtri altaris præparari debeant, copulavit*. Vide Deſcriptionem noſtram Ædis Sophianæ, ubi de Scevophylacio.

In Eccleſiarum *Secretariis* interdum conſidebant Epiſcopi & Sacerdotes de rebus Eccleſiaſticis deliberaturi, & ſic Concilia & Synodos agebant. Synodus Carthag. an. 525. *Carthagine in Secretario baſilicæ S. Martyris Agilei, cùm Bonifacius Epiſcopus Eccleſiæ Carthaginenſis cum Coepiſcopis ſuis diverſarum provinciarum Africanarum conſediſſet*, &c. Synodus Arelatenſis: *Cum Arelate in Secretario Eccleſiæ conveniſſemus*, &c. Concilium Aquiſgranenſe II. factum dicitur *Aquiſgrani palatii in Secretario baſilicæ ſanctæ Genitricis Dei Mariæ, quod dicitur Lateranis, anno Incarnationis D. J. C.* 836. Concilium Arelatenſe II. c. 15. *In Secretario Diacono inter Preſbyteros ſedere non liceat*. Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 19. *Recedente verò Rege ad metatum ſuum, nos collecti in unum ſedebamus in Secretario baſilicæ B. Petri*. Capitula Caroli C. tit. 26. *Hæc ſunt nomina Epiſcoporum qui anno Incarn. D. 860. Non. Juniis in Secretario baſilicæ S. Caſtoris conſideraverunt cum nobilibus Laicis firmitatem, quam glorioſi Reges noſtri Hludovicus & Karolus atque Hlotarius inter ſe fecerunt*, &c. Guillelmus Biblioth. in Hadriano II. PP. p. 227. de Legatis Baſilii Imp. *Huic ſanctiſſimo Papæ Hadriano cum Epiſcopis & proceribus in Secretario ſanctæ Mariæ Majoris, juxta morem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ reſidenti, ſe ſatis humiliter præſentarunt*.

Concilia præterea & Synodos in Secretariis ædium ſacrarum egiſſe Pontifices teſtantur paſſim Concilia ipſa & Synodi. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in Chron

Hiſpalenſem Iſidorum Metropolitanum Pontificem clarum doctorem Hiſpaniæ celebrat, qui anno ſeptimo ſuprafati Principis Siſebuti, contra Acephalorum hæreſim magna auctoritate Hiſpalim in Secretario Sanctæ Hieruſalem Concilium agitat, &c. Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi c. 28. ubi de Concilio Romano: *Wilfridus Deo amabilis Epiſcopus ſanctæ Evoricæ Eccleſiæ præ foribus noſtri Secretarii moratus ad noſtrum Secretarium juxta ſuam poſtulationem cum petitione, quam ſecum adferre dictus eſt, ammittatur.* Hinc ipſæ Conciliorum ſeſſiones *Secretaria* fere ſemper appellantur. Synodus Romana ſub Zacharia PP. *Quia hodie jam tardior hora eſt, venturo Secretario — pertractandum eſt.* Infra: *Præterito Secretario*, &c. Liberatus Diacon. cap. 13. de Synodo Calchedonenſi: *Et ita ſoluto primo Conventu, ſecundo Secretario interloquentibus judicibus*, &c. Infra: *Tertio Secretario*, &c. Vide eandem Deſcript. ædis Sophianæ n. 85.

Secretaria proinde Eccleſiarum petampla fuiſſe non modò inde colligitur, ſed & quod in ea interdum Sacerdotes diverterent, in iiſque manſionem facerent. Sulpitius Severus lib. 3. de Vita S. Martini: *Præteriens ergo Martinus in Secretario Eccleſiæ habuit manſionem. Poſt diſceſſum verò illius, cuncta in Secretarium illius virgines irruerunt, adlambunt ſingula loca ubi ſederat vir beatus, aut ſteterat, ſtramentum etiam in quo quieverat partiuntur.* Quod ita reddidit Fortunatus lib. 3. de Vita ejuſdem S. Martini:

Manſio forte fuit Martino prætereunti
Eccleſiæ Domini quæ Secretaria pollent.

Id porrò etiam attigimus in eadem Ædis Sophianæ Deſcriptione n. 86. ut & unde *Secretarium* dicta fuerit hæc exedra, n. 85. quibus adjungenda ſunt quæ habet Henricus Valeſius ad Ammianum pag. 87.

Jam verò Secretaria vocat loco ſupra laudato Paulinus binas conchas, quæ majori in qua altare erat, adjungebantur, in quarum altera veſtes & cimelia Eccleſiæ recondebantur; in altera Sacerdotes ſacrorum librorum lectioni operam dabant. De utroque Secretario copioſè pariter egimus in eadem Deſcriptione n. 67. 68. ad quas etiam referendus forte locus mox allatus Leonis Oſtienſis, & Sulpitii Severi alter lib. 3. de Vita S. Martini, ubi duplex Secretarium ſtatuit. *Secretariorum* Eccleſiæ paſſim mentio habetur in Concilio Calchedon. act. 1. pag. 48. edit. 1618. Arauſicano I. can. 27. Arelat. III. in Synodo Confluent. an. 860. apud Poſſidium in Vita S. Auguſtini cap. 24. Leonem IV. PP. de Cura paſtorali, Anaſtaſium in Sergio PP. p. 62. Simeonem Dunelm. lib. 1. Hiſt. Eccl. Dunelm. c. 5. Ricardum Haguſtaldenſ. de Epiſcopis Haguſtald. lib. 1. cap. 15. lib. 2. cap. 4. in Vita Alcuini num. 22. &c.

Secretarium Epiſcopi, ſeu τὸ ἐπισκοπεῖον, Domus Epiſcopi, in Concilio Calchedon. act. 1. p. 63. edit. 1618.

Secretarium Monaſterii, in Fragmento Hiſtoriæ Comitum Capuæ apud Camillum Peregrinum in Hiſt. Longob. lib. 1. p. 125.

SECRETARIUS, qui Eccleſiæ ſecretum curat, Sacriſta. Lanfrancus in Statutis pro Ordine S. Benedicti cap. 6. *Ad Secretarii officium pertinet omnia ornamenta Monaſterii & omnia inſtrumenta & ſupellectilem, & quæ ad ipſum Monaſterium pertinent, cuſtodire*, &c. Occurrit paſſim apud eundem Lanfrancum, præterea in Vitis Abbatum S. Albani p. 36. 42. 65. Gervaſium Dorobernenſem an. 1149. in Uſibus antiquis Ciſtercienſibus c. 4. 15. 17. 21. 47. &c.

Secretarius ſcacarii, qui poſtmodum *Cancellarius*, de qua poſtrema nomenclatura conſulendus autor Fletæ lib. 2. cap. 29. Matth. Paris an. 1234. *Adminiſtraverat enim Hugo officium Scacarii ante laudabiliter ſecundum, quod appellatur Secretum ſcacarii, ſigillum cuſtodiendo, & diffinitam pecuniam à Vicecomitibus recipiendo*, quæ omnia Cancellario ſcacarii conveniunt in eodem libro Fletæ cap. 27.

SECRETARIUS, Officium in *foreſtis*, ſeu ſilvis, *Segrayer* in Statutis Henrici II. an. 1558. & Henrici III. an. 1575. 1578. 1583. pro foreſtis. Quidam *Secretarios* ejuſmodi, eſſe partiarios, ſive ex parte, ſilvæ dominos volunt. Tabularium Vindocinenſe charta 388. *Goffredus Comes Andegavenſis congregavit univerſos naturales majoreſque natu de Vindocino, præcipuéque Secretarios & foreſtarios, præcepitque — ut foreſtam Waſtinæ juſte & ſine aliqua falſitate dividerent, & quid poſt mortem ejus quacumque invaſione fuiſſet exemplatum* (Eſſarté) *certa & veridica demonſtratione ſecernerent.*

Segrearius. Geſta Guillelmi Majoris Epiſcopi Andegavenſis cap. 29. *Intuentes Stephanum Segrearium dicti Comitis Andegav. qui nobis nuper denuntiaverat quod ſi vos in boſco noſtro de Boucheto juxta villam Epiſcopi venaremur, ibidem venantes caperet.*

Seggreagium. Areſta Candeloſæ an. 1257. in 1. Regeſto Parlamenti p. 90. *Cum ballivus Turonenſis peteret ab Abbate & Conventu Belliloci juxta Lochias ſibi reddi pro D. Rege ſegreagium de boſco de Chevais vendito ab ipſis pretio 200. ll.* &c. Compotus Baillivorum Franciæ an. 1337. *De Seggreagio de nemore de Balav. de Seggreagio magnæ Gaſtinæ. Seggregia, ſeu tertia de explectis foreſtarum. Segreage, & Segorage*, in Conſuetudine inſulæ Savaricæ art. 10. & Turonenſi.

Segrealis, *Segreagii* juri obnoxius. Areſtum ſupralaudatum: *Cùm nemus, quod dicitur Boſcus Ogerii, non ſit ſegreale, — idem boſcus de Chevais non ſit ſegrealis.*

Segrecheria, ex Gallico *Segrairie*, in Statutis Henrici II. & Henrici III. Regum Franc. pro foreſtis. Geſta dominor. Ambazienſium cap. 2. n. 12. *Comes verò jugiferam Campania, & Segrecheriam, quæ ultra Carum fluvium eſt, ex ſua parte Liſoio pro ſervitio tribuit.*

SECRETELA. Vide *Secreta*.

SECRETUM, Ugutioni, *Locus ubi dantur, vel ſervantur ſecreta*: præſertim ita appellatum Secretarium ſeu locus in quo judices jus dicturi, vel alii de rebus ſeriis deliberaturi, conſident. *Judiciale ſecretum*, apud Ammianum lib. 15. Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ c. 97. Εἰς τὰ σέκρετα τῶν δικαστηρίων εἰσιέναι. *Ingredi judicum Secretaria.* Conſtitutio 2. in Appendice Codic. Theodoſ. *Sit hujuſmodi perſonis tenore hujus legis interdictum ſacra noſtra adire ſecreta, & impetrare reſcripta.* Adde Conſtit. 15. Synodus Lateran. ſub Martino PP. *Præ foribus aſtat Venerabilis ſecreti veſtri Stephanus Epiſcopus Dorenſis.* Sexta Synodus acta dicitur ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου, ὃ οὕτω λεγόμενον Τρούλλῳ. Acta Conſtantinopoli ſub Flaviano Patr. act. 1. ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ ἐπισκοπείου.

Secreta cæleſtia, Eccleſiæ. Conſtit. 11. in Append. Cod. Theod. *Quippe illius uſurpationis contumelia depellenda eſt, ne prædia uſibus cæleſtium ſecretorum dicata ſordidorum munerum faſce vexentur.* Eadem penè verba habent Capitulare 2. Caroli M. incerti anni cap. 4. Additio 3. Capitul. c. 339. Urbanus I. PP. in Epiſt. in Decret. 17. q. 2. & in Concilio Moguntiacenſi an. 888. c. 11.

Secretum Miſſæ, Diptychon, ſeu tabella continens Canonem Eccleſiæ, in Decretis Concilii Eboracenſis an. 1195. c. 2.

Secretum. Vide *Sigillum ſecreti*.

SECRETI *Duanæ*, inter miniſtros & officiales regios recenſentur in Conſtitut. Siculis lib. 1. tit. 36. 58. *Juſtitiarii, Secreti, & Officiales alii Aprutii*, in Charta Caroli II. Regis Siciliæ, apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 429.

SECTA, Opinio ab aliorum ſententia diverſa, hæreſis. Papias: *Sectas dicimus, habitus animorum, ac inſtituta circa diſciplinam, vel propoſitum, longe alia in religionis cultu quàm cæteri opinantes.* Fauſtus Manichæus apud Auguſtinum lib. 20. contra eund. c. 3. *Secta eſt longe alia opinantem quam cæteri, alio etiam ſibi ac longe diſſimili ritu divinitatis inſtituiſſe culturam.* Tertullianus de Pallio c. ult. *Divinam ſectam ac diſciplinam*

dixit. Sed &

Secta, dicitur prava ipſa opinio chartæ indita. Concilium Toletanum I. *Symphoſius Epiſcopus dixit, — Ego ſectam quæ recitata eſt, damno cum autore.*

Secta, Vitæ inſtitutum, agendi ratio. §. ult. Inſtit. de Legat. *Hujuſmodi autem teſtatorum voluntates valere ſecta meorum temporum non patitur.* Ubi Theophilus: ἀνοίκειόν ἐστι τῷ καιρῷ ἐμῷ χρόνῳ τῆς βασιλείας. Simili formula utitur Gordianus Imp. in l. 2. C. de Delatoribus: *Quod eſt ſecta temporum meorum alienum.* Alexander Imp. in l. 2. c. de Delator. *Alienam ſecta mea ſolicitudinem concepiſti*, &c. Epiſtola Ædinii Juliani Præfecti Prætorio ad Jun. Communum: IN. PROVINCIA. LUGDUNESS. QUINQ.E. FASCALIA... (leg. GALLIAE.) CUM. AGEREM. PLEROSQ. BONOS. VIROS. PERSPEXI. INTER. QUOS. SOLEMNEM. ISTUM. ORIUNDUM. EX. CIVITATE. VIDUC... SACERDO...... IA.... QUEM. PROPTER SECTAM GRAVITA.. I.. ET. MORES. HONESTOS. AMARE COEPI. &c. Integrum hocce rarumque antiquitatis monumentum dabit propediem vir clariſſimus Bajocenſis Canonicus in Hiſt. Bajocenſi.

SECTA, *Sectator*, *Sequela*, voces Fori Anglici.

Secta Curiæ, ſeu ſecta ad curiam, eſt ſervitium, quo feudatarius ad frequentandam curiam domini ſui tenetur. Ita Cowellus l. 2. Inſtitut. tit. 3. §. 29. *Servitium placiti* vocant noſtri, ut in v. *Placitum* docuimus, quo ſcilicet vaſſallus ad Placita domini ſui venire tenetur. Gravamina Epiſcoporum Angliæ: *Ratione hujuſmodi poſſeſſionum, Rex & alii Magnates nituntur compellere Epiſcopos, Prælatos, & Religioſos, & Rectores Eccleſiarum facere ſectam ad Curiam laicalem. Item ad ſectam & alia onera facienda, & ad comparendum in foro vetito, compelluntur per captionem animalium ſuorum*, &c.

Ejuſmodi ſectarum numerus erat fere ſemper definitus in Chartis infeodationis. Fleta lib. 2. cap. 71. §. 14. *Item qui prædictorum faciunt ſectas ad Curiam domini, & quot ſectas per annum*, &c. Interdum enim unica, interdum binæ, vel ternæ ſectæ debebantur: *Si hæreditas aliqua, de qua unica ſecta tantum deberetur, ad plures hæredes participes illius hæreditatis devolveretur, ille qui eneyam, id eſt capitalem partem illius hæreditatis habebat, unicam ſectam faciebat pro ſe & participibus ſuis.* ex primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 3. Eadem habet Fleta lib. 2. cap. 66. §. 5. 6. 7. Unicæ iſtius ſectæ mentio eſt in Charta Henrici III. Regis Angl. to. 1. Monaſt. Angl. pag. 529. *Sciatis nos — pardonaſſe — Monialibus, ibidem Deo ſervientibus — ſectam quam ſingulis annis facere conſueverunt ad curiam noſtri honoris Bononiæ, apud S. Martinum magnum London. pro dominicis terris ſuis in manerio*, &c. Adde Statutum Marlebridg. Henrici III. c. 9. Binarum verò *Sectarum* meminit Will. Thorn an. 1259. *Tandem idem Simon conceſſit, — quod facient ſectam ad ſentagium, quando ceſſum eſt ad 20. ſol. 12. den. & ad plus plus, & ad minus minus, & facient ſectam ad curiam Cantuariæ bis per annum, ſcilicet in feſto Michaelis, & in Paſcha.*

Sed cùm tria potiſſimum *Placita Capitalia* tenerent domini in feudis ſuis, totidem ſectæ fere ſemper debebantur à vaſſallis qui ad ea convenire tenebantur, etiam *ſine ſubmonitione: alias nullus ſectator tenebatur venire ad curiam domini ſui, ſine ſubmonitione legali*, ut eſt in Quoniam Attachiam. cap. 33. §. 3. 5. 7.

Non omnes tamen vaſſalli *ſectis curiæ* erant obnoxii, ſed ii tantùm qui per chartas ſub hac conditione feoffati erant, ut eſt in Fleta lib. 2. cap. 66. §. 1. 2. 3. &c. Tametſi id oneris omnibus æque tenentibus in Anglia inferre tentaverit Willelmus de Eboraco Epiſcopus Sariſberienſis. Matth. Paris an. 1256. *Pro lege conſuetudinem peſſimam in regno ſuſcitavit: ut ſcilicet pro quantulocunque tenemento faciat tenens ac ſubjectus ſuo ſuperiori, à quo videlicet tenet, in magnum ſubditorum damnum & detrimentum, & ſuperiorum parvum vel nullum emolumentum, ſequelam curiæ etiam invitus: unde qui nunquam hoc fecerant, mirabantur ſe ad hoc fuiſſe coactos.*

Vaſſallus ad curiam domini ſubmonitus, priuſquam ad judicandum, vel ad alia munia juridica peragenda admitteretur, examinabatur à Ballivo; quo facto, *amerciari* non poterat, ſi erraſſet. Quoniam attachiam. cap. 36. §. 3. & 4. *Quilibet ſectator, antequam admittatur ſeu recipiatur per Ballivum, poteſt & debet examinari in tribus curiis, ſi ſciat facere recordationes curiæ, & dare ſufficienter unam wardam, ſeu judicium curiæ de wardis, & rationibus petitis, in curia, vel non; & tunc cum fuerit per judicem & ſuos ſocios approbatus, non poteſt poſtea pro ſua imperitia amerciari.*

Quòd ſi vaſſallus per ſe aut per *attornatum* ad curiam domini non venerat, nullâ legitimâ propoſitâ excuſatione, ſeu *Eſſonio*, diſtringebatur per catalla ſua, ut habent Quoniam attachiam. cap. 33. prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 4. Fleta lib. 2. cap. 66. §. 6. 7. 8. 9. 12. &c. Atque ii *ſectas ſuas à curiis dominorum ſubtrahere* dicebantur, ſi *ſectas* ſuas non facerent, vel ad eas faciendas ſe teneri denegarent, in Statutis ſecundis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 5. & in Fleta lib. 2. cap. 66. §. 11. Ita porrò accipiendæ ſunt *Sectæ Comitatus, Hundredorum, Wapentachiorum*, &c. in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 279. 297. 372. 487. 502. to. 3. pag. 14. in Fleta lib. 2. cap. 66. §. 12. 14. &c.

Secta Regis. Denuntiatio rei, una è duabus viis reum ſiſtendi de aliquo crimine, quarum prima eſt accuſatio, quæ *Appellum* dicitur: altera denuntiatio, quam *Sectam Regis* appellant. Cowellus lib. 4. Inſtitut. tit. 18. §. 34.

Secta Regalis, qua omnes *turnum* Vicecomitis vel *Letas* bis quotannis adire tenentur, ut non ignorent, quæ ad pacem Reipublicæ hîc geruntur. Regalem autem appellatam volunt, quia fit *Ligeantiæ* erga Principem præſtandæ cauſa. Nam illic omnes qui annum 12. prætervecti ſunt, *Ligeantiæ* ſacramentum ſubeunt. Cowellus & Raſtallus.

Secta conſueta, cum ex conſuetudine cujus memoria non extat, curiam alterius ſectari aliquis tenetur, Anglis JC. *Suit conſtume.*

Secta conventa, ſeu ex conventione, Anglis JC. *Suit convenant*, cum ex aliqua conventione cum anteceſſoribus inita quis tenetur curiam alterius ſequi. Raſtallus.

Secta ſervitii, ea dicitur, qua vaſſallus curiæ Vicecomitis, vel *Letæ*, vel Domini, ratione tenementi intereſſe tenetur. Anglis JC. *Suit ſervice.* Idem Raſtallus.

Secta Hutesſi. Vide *Hueſium*.

Secta Cuſtumariorum. Vide Fletam lib. 2. cap. 71. §. 15.

Secta mercati. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 117. *Anno 1220. Rex Henricus filius Joannis Regis conceſſit Monachis S. Petri Glouceſtr. mercatum de Northlech cum ſecta, ſcilicet duo Apoſtolorum Petri & Pauli*, &c.

Secta ad molendinum, Servitium quo feudatarii grana ſua ad domini molendinum ibi molenda perferre ex conſuetudine aſtringuntur. Ita Cowellus lib. 2. tit. 3. §. 30. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 113. *Dedit molendinum cum ſecta & molitura totius villæ ſuæ*, &c. To. 2. pag. 103. *Et de molendino — cum ſectis totius parochiæ prædictæ*, &c. Adde pag. 101. To. 3. p. 59. *Molendinum cum toftis & curtilagio & cum tota molitura & ſuita.* Ex Gallico *Suite*.

Sectam producere, hoc eſt teſtimonium legalium hominum ſuper re de qua lis eſt. In Fleta lib. 2. tit. 63. §. 10. tit. 61. §. 2.

Sectator, qui ſectam facit, vel qui *ſectæ curiæ* obnoxius eſt ratione tenementi vel feoffamenti: in Quoniam attachiam. cap. 13. & 33. in Fleta lib. 2. cap. 66. § 22. &c. *Sectatores litium*, litigantes vocat Sidonius lib. 4

Epiſt. 6. *Negotiorum forenſium Sectatores*, Iſidorus de Summo bono lib. 3. cap. 60.

Secutio, idem quod *Secta*. Vetus Placitum ſub Guillelmo I. Rege Angl. apud Seldenum ad Eadmerum pag. 199. *De iſtis duabus conſuetudinibus qui culpabiles inventi fuerint atque detenti, dum talia faciunt, ſive vadimonium ab eis acceptum fuerit, ſive non, tamen in ſecutione Miniſtri Regis, & per vadimonium emendabunt quæ injuſte emendanda ſunt.*

Secta, Jus perſequendi aliquem in judicio de re aliqua, maximè de criminali: *Pourſuite en jugement*, ut ſequi, noſtris; *Pourſuivre en jugement*. Bracton lib. 3. tract. 2. cap. 11. §. 1. de homicida fugitivo: *Non erit ſtatim vocandus ſine ſecta alicujus*, &c. §. 82. *Cum autem malefactor fugam ceperit, oportet quod ſit qui ſequatur fugientem, qui loquatur de viſu & auditu, &c. — Ad hujuſmodi verò ſectam faciendam non admittitur quilibet de populo, niſi ad ipſum pertineat ſequi propter parentelam forte*, &c. Paſſim ibi Vetus Conſuetudo Normanniæ c. 70. *De meurtre & d'omicide peut le plus prochain du lignage faire la ſuite.*

Sequela, eadem notione. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 14. §. 4. *Statutum eſt quod de omnibus illis malefactoribus Rex habebit ſequelam*, Matth. Paris: *Ut pro quocumque tenemento faciat tenens ſuo ſuperiori à quo tenet — ſequelam curiæ.* Areſta an. 1259. in. 1. Regeſto Parlam. f. 16. *Cum feciſſent adjornari Capitulum — ſuper proprietate ſequelæ manus mortuæ apud Caſtrum Radulphi*, &c. Will. Thorn an. 1198. *Quod Abbas de S. Auguſtino Cantuar. exigebat ab eis ſervitia & conſuetudines, quæ facere non deberent: & maximè quod faciebat eos ſequi curiam ſuam de S. Auguſtino, & ibi plantare, & recto ſtare, quod ipſi dicebant ſe non debere facere ibi, ſet in Theneſtre, apud Menſtre.*

Sequela, alia notione. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 306. *Donationem — terræ ſuæ — cum communi paſtura averiis cum ſequela unius anni, & 30. ovibus cum ſequela ſua unius anni, 10. equabus cum ſequela ſua unius anni, 12. capris cum ſequela ſua unius anni*, &c.

Sequela, Jus quod domino competit perſequendi ſuos homines, cum eo inconſulto ad alium dominum tranſierunt: practicis noſtris *Droit de ſuite*. Charta libertatum oppidi S. Karterii in Biturigibus an. 1251. *Si verò aliqui alienigenæ advenerint manſuri infra metas libertatis prædictæ, dum tamen non ſint homines aliquorum ſequelam habentium in villa, ibi dominum facere poterunt quemcunque voluerint*, &c.

Secutio, eadem notione in Charta Ludovici Comitis Sacricæſaris an. 1219. *Quod ſi homo Eccleſiæ S. Satyri — uxorem duxit feminam Domini de Sancero, cujuſcunque legis vel conditionis, ancillam ſive liberam, Dominus de Sancero ulteriùs in ea & in liberos ejus nullam habebit ſecutionem.*

Secta. Henricus de Knygton an. 1346. *Sicque ductus eſt de ſtrata in ſtratam cum magno tripudio honoris, poſtremoque ad turrim procedens; ſubſequente populo, & quolibet artificio per ſe in propria ſecta veſtitus honorificè adducitur.* An 1348. *Dominarum cohors affuit — in tunicis partitis, ſcilicet una parte de una ſecta, & altera de alia ſecta, cum capuciis brevibus*, &c. Idem an. 1357. *Civeſque obviaverunt ei ultra mille equeſtres meliori modo, quodlibet artificium ſimul veſtiti in una ſecta.* Hinc fortè *ſectarum* nomine appellatum olim apud Metenſes quoddam hominum genus, cujuſmodi fuit Lutetiæ Pariſiorum *Capetorum* in Collegio Montacutiano, quos *les ſectes* dictos ſcribit Meuriſſius in Epiſcopis Metenſibus p. 399. Forteſcutus de Laudib. legum Angliæ cap. 50. *Et ultra hos ipſi dant annulos aliis amicis ſuis, ſimiliter & liberatam magnam panni unius ſectæ, quam ipſi tunc diſtribuunt in magna abundantia*, &c. Id præterea nonnunis rebus aliis attribuitur quàm veſtibus. Indentura de vaſis argenteis, apud W. Thorn an. 1321. *Item 2. potella, unum de una ſecta. Item 2. potella, unum de una ſecta. Item unum potellum argenteum de alia & majori ſecta cum 1. emall. in ſummitate: — Salſarium de alia ſecta*, &c. Vide Monaſticum Anglic. to. 3. p. 170. 171. &c. Addo verſus de Velo Chintilanis Regis to. 1. Analector. Mabillonii p. 378.

> *Aurea concordi quæ fulgent fila metallo,*
> *Sectarum cumulis conſociare volo.*

Ubi editio Pithœi in vet. Poëm. habet *ſetarum*.

Secticus. Vide *Setius*.

Sector, Interfector. Conſultatio Zachæi lib. 1. c. 19. *Nec prius ab ira impetu deſtitit, quàm miſſis per caſtra ſectoribus, multorum cæde piaretur.*

Sectores, apud Papiam, ex Gloſſis antiquis MSS. *propriè dicuntur qui bona proſcriptorum & ſecant & dividunt.* Idem: *Sector, diviſor, abſciſſor, cultor, uſurpator.*

Sectora *prati*. Vide *Secare*.

Seculat, *Temperat*: Papias MS. editus habet *temptat*.

Secundarius, qui ſecundum obtinet locum: ut *ſecundum imperii*, dixit Lampridius in Diadumeno. Aſſerus in Vita Ælfredi Regis an. 871. *Eodem anno Ælfred ſupra memoratus, qui uſque ad id temporis, viventibus fratribus ſuis, ſecundarius fuerat, totius regni gubernacula, — fratre defuncto ſuſcepit.* Simeon Dunelmenſis an. 868. *Venerabilis Rex Elfredus ſecundarii tamen tunc ordine fretus, uxorem duxit de Mercia*, &c. Adde Florentium Wigorn. an. 871. Alfredus quippe licèt puer in Regem unctus à Leone PP. fratribus tamen ejus natu majoribus adhuc ſuperſtitibus imperare noluerat, ſecundo poſt fratrem pro tempore regnantem loco contentus. Charta Roberti Comitis & Abbatis S. Martini Turon. apud Sammarthanos, ita clauditur: *Ego Archenaldus Levita, Schola S. Martini Secundarius, rogatus ſcripſi.* Apud Gregorium Dialog. de Vitis SS. lib. 1. Δευτεράριος ἐν τῇ μονῇ. In Concilio CP. ſub Menna Conſtans Preſbyter & Archimandrita Monaſterii S. Dii ita ſubſcripſit, ὁρίσας τῇ ἰδίᾳ μου χειρὶ ἐν ὑπομνήματι, καὶ τὸ ὄνομά μου ὑπογράψας· τῆς δὲ λέξεως διὰ χειρὸς Στεφάνου καὶ δευτεραρίου μου. Ibidem: Θαλασσιος πρεσβύτερος καὶ δευτεράριος Μοδέστου θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τῆς μονῆς ἐπέχων τὸν Αὐξεντίου ἀξιώσας ὑπέγραψα. Occurrunt hic non ſemel ejuſmodi Abbatum δευτεράριοι. Regula S. Pachomii c. 102. *Præpoſitus autem domus, & qui ſecundus ab eo eſt, hoc tantum juris habebunt.* Regula S. Orſieſii: *Vos qui ſecundi eſtis ſingularum domorum, humilitatem ſectamini*, &c. Qua voce intelliguntur domorum *Præpoſiti*, qui Abbati ſuberant: nam Monaſteria à S. Pachomio ædificata in plures claſſes ſeu domos diſtincta erant, domus verò in cellas. Vide Cambdenum in Britannia p. 108. 3. edit.

Secundicerius, qui poſt primicerium eſt in Schola qualibet. *Secundicerius Notariorum*, in l. 21. Cod. Th. de Petition. *Secundicerius Diaconorum*, in Ordine Romano. Vide Gregorium M. lib. 6. Epiſt. 29. *Secundicerius Notarius Eccleſiæ*, apud eundem lib. 9. Epiſt. 33. Anaſtaſius in Stephano IV. PP. *Chriſtophorus Primicerius, & ejus filius Sergius dudum quidem ſacellarius, poſtmodum Secundicerius.* Idem in Hadriano p. 116. *Portio verò Gregorii Secundicerii, quam in ſupraſcriptis caſalibus ſupraſcripti S. Leucii habere dinoſcebatur pro Secundicerii honore, eidem almo Præſuli ab eodem Gregorio conceſſa eſt.* Adde p. 65. 99. 100. *Secundicerius Sedis Apoſtolicæ*, apud Ughellum to. 1. p. 1101. Synaxaria 7. Octob. Οὗτος Σέργιος πριμικήριος ἦν τῆς σχολῆς τῶν Γεντιλίων, ὁ δὲ Βάκχος Σεκουνδικήριος τῆς αὐτῆς σχολῆς. In Concilio Conſtantinopolitano ſub Menna act. 1. Σεκουνδικήριος.

Secundinæ, quæ *Secunda* dicuntur Plinio, Columellæ, Apuleio, Sexto Platoni, & aliis, δευτέριον, Paulo Ægin. l. 6. c. 75. Membranæ quæ fœtum ſequuntur. Autor Mamotrecti ad 28. Deuteron. *Secundina eſt folliculus quo puer involvitur in utero, & ſequitur naſcentem.* Editio recentior Bibliorum habet *illuvie ſecundarum*. Amoldus Abbas Bonæ-vallis de Operib. ſex dierum: *Cum ruptis intrinſecus naturalibus vinculis profluunt ſecundæ*

ne, vagiente fœtu, verè miſeria tractatur negotium. Habetur paſſim apud Medicos. Vide Conſtantinum Afric. lib. 6. de Morbor. curat. cap. 16. 17. lib. 2. Pantechn. c. 15. lib. 3. c. 13.

SECUNDUS *heres*, *Nepos*, in Gloſſis antiq. MSS.

SECURES *Danicæ*, quibus Dani utebantur, & quas in humero ſiniſtro deferebant, ut habet Willelmus Malmeſburienſis lib. 2. de Geſtis Anglor. cap. 12. & ex eo Rogerus Hovedenus p. 439. *Securim Danicam in humero ſiniſtro, haſtile ferreum dextra manu geſtantes. Le Roman de Garin:*

Et portent glaives, & eſpiés Poitevins;
Haſches Danoiſes pour lancier & ferir.

Le Roman de Rou MS.

De gran haſches Danoiſes i ont mainte colée.

Chronicon Flandriæ cap. 9. *Là ſaiſit le Roy avant une haſche Danoiſe en ſon poing; & cria Guyenne au Roy d'Angleterre.*

A Danis ejuſmodi ſecures accepere Angli & Scoti: unde *Anglicas* vocat idem Malmeſburienſis lib. 3. p. 98. *Secures Scoticæ*, quæ & *Secures biſacutæ* apud Thomam Walſingham. p. 105. Quæ quidem ſecures longioribus manubriis inſtructæ erant. Guill. *Guiart* an. 1304.

De haſches tranchans à lons manches;
Forgiées come beſaguës,
D'eſpées, de lances aguës.

Chronicon Bertrandi Gueiclini MS.

D'une haſche à deus mains donna telle collée.

Catholicon Armoricum: *Hachedenes*, Gall. *Hache Danoiſe*, *Lat. bipennis.* Has auro gemmiſque adornatas geſtabant, præſertim proceres. Sueno in Legib. Caſtrenſib. cap. 2. de Canuto Magno Rege Daniæ: *Proclamari juſſit ſolos illos Regis clementiam experturos, arctioriſque familiaritatis privilegio præ aliis fruituros, qui in Regis honorem cateruæque militaris decorem bipennibus mucronumque capulis deauratis coruſcarent. Cedit enim honori Principis, ſi eum cœtus militaris corona, fulgentibus inſignis armis undique ſecus comitetur.* Dudo lib. 2. de Morib. Normannor. p. 65. *Gemmis auroque politos ſecures enſeſque exponunt.* Has vulgò *Hallebardas* vocant; voce à Germanis ducta, quibus *hall*, vel *heall*, eſt Palatium, aula, & *bard* bipennis, quaſi aulicas lanceas; vel bipennes. Ita Loccenius lib. 3. Antiq. Suecic. c. 2. Vide quæ de ejuſmodi ſecuribus diximus ad Alexiadem p. 257. 258.

Securim ſaiga valentem jactare; in Lege Bajwar. tit. 11. cap. 6. §. 1. & tit. 16. cap. 1. §. 2. quod faciebat is qui alium in ſuo agro ædificare prohibere volebat, *donec contentio* legali judicio *determinata* fuiſſet: quo ritu agrum ſibi ipſe vindicabat.

SECURITAS, idem quod Emunitas; Firmitas, in veterib. Chartis: Græcis ἔνεχυρον βέβαιον, certum atque indubitatæ fidei ſcriptum: Gall. *Sauvegarde.* Rathbertus de Caſib. S. Galli cap. 5. *Statim verò cupiens omnem ſpem ſecuritatis noſtris auferre, — perquiſivit ſi alicubi aliquod exemplar ipſius cartæ inveniri potuiſſet.* Cap. 10. *Hartmoto Monaſterium cum omni ſecuritatis libertate contradidit.*

Sed & nomine & ratione *Securitatis* indultæ, à Monaſteriis penſitabatur Principi quotannis cenſus. Idem Rathbertus cap. 8. *Et in eadem carta conſcribi juſſit regia dona ſibimetipſi ſecundum conſuetudinem aliorum Monaſteriorum ſecuritate præditorum quotannis ventura, id eſt duos caballos; & duo ſcuta cum lanceis.* Apud Senatorem lib. 11. Epiſt. 7. *Teſtimonium ſolutionis, ſecuritas dicitur.* Vide Salmaſium de Uſuris p. 131.

SECUSARE. Gloſſ. Lat. MS. in Bibl. Regia cod. 1013. *Abnuat, ſecuſat; nolit. Abnuere; ſecuſare; refutare.*

SECUTIO. Vide *Secta.*

SECUTORES, Hæredes, poſteri. Traditiones Fuldenſes lib. 1. trad. 26. *Ea ratione, ut à die præſente vos vel ſecutores veſtri firmam & incontradictam habeatis poteſtatem.* Adde tradit. 61. 70. lib. 2. trad. 19.

SECUUS. Lex Longob. lib. 1. tit. 6. §. 6. *Si verò coxam ruperit ſupra genuculum, — ſi autem ſubtus genuculum, quod eſt tibia, componat ſol. 6. ſi autem ſecuus aut claudus fuerit, componat ſicut in hoc edicto legitur, id eſt quartam partem pretii ipſius.* Editio Boërii habet *Secuus.* Sed legendum videtur *Scerus*, ut eſt in Edicto Rotharis Regis tit. 121. §. 19. Vide in hac voce.

SEDA. Charta fundationis Abbatiæ S. Amandi Rotom. *Concedimus eidem Monaſterio ſilvam illam quæ habetur — & ſedam cum terra culta quæ pertinet ad eam.* Alia pro eodem Monaſterio: *Tribuit in Monacharum S. Amandi præſidio omnes poſſeſſiones quas in Lamberticvilla & ſeda habuit.* Vide *Sedes.*

SEDATIO, *Sedatium.* Canones Hibernienſes lib. 2. cap. 14. *Synodus Hibernienſis decrevit, ut uno quoque mortuo de ſubſtantia ejus pars detur Sacerdotibus. — ſedatium commune de ſubſtantiâ omnis mortui dandum.* Et cap. 15. quod inſcribitur *de ſedatione*: *Synodus Kartaginenſis ait: Sedatium commune, ſi modicum fuerit, reſpui non debet; ſi magnum, accipiendum uſque pretium vaccæ. Hoc ſedatium aufugit Regem & Epiſcopum qui Monachus eſt, & fratres. Synodus Hibernienſis in hoc ſedatium ovem, aut pretium ejus ſtatuta dimenſione ſtatuit.* Adde lib. 19. cap. 7. Vide *Pretium ſepulchri.*

SEDENTARII, *Qui ſedes faciunt*: Ugutio.

SEDENTIA, Res immobiles. Curia Montiſſoni per Alfonſum II. Regem Aragon. an. 1289. MS. *Statuimus, quod ſi aliquis ruſticus vel borderius, vel juvenis homo dimiſerit manſum ſuum; vel bordam ſuam; vel exierit de dominio illius de quo erit; quod amittat ſedentia quæ habebit quæ pertineant ad ipſum manſum, vel bordam*, &c. In alio articulo: *Et omnibus aliis rebus — quæ ſint immobiles, ſive ſeens.* Curia Generalis Cataloniæ Ilerdæ celebrata an. 1301. à Jacobo II. Rege Arag. ex MS. cod. *Non poſſit emere nec habere titulo emptionis aliquam rem immobilem, ô ſeent, vel mobilem.* Vox frequens in Foris Aragon. Vide Michaëlem *del Molino.* Et infra in *Stabilia.*

SEDES, Dignitas, quæ vox maximè tribuitur Præfecto Prætorio & Præfecto urbis, quorum *ſedes eminentiſſima, excelſa, inluſtres, magnifica; magnificentiſſima*, &c. paſſim dicuntur in utroque Codice, ubi *ſedes veſtra, ſedes veſtra magnifica, inluſtris*, &c.

Sedes, Eccleſiæ dictæ majores, ſeu quòd in iis Epiſcopi *ſederent* in thronis; unde & θρόνοι dictæ, ſeu quòd eſſent *Apoſtolorum vel Martyrum ſedes*, id eſt memoriæ, ut eſt in l. 6. Cod. Th. de Sepulchris violat. quomodo etiam Ammianus lib. 22. *Sedem* dixit *extrui* Martyrum reliquiis. Adde l. 8. eod. Cod. de Hæretic.

Sedes dictæ κατ' ἐξοχὴν, quinque Patriarchales, Eccleſiæ, Romana, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, & Conſtantinopolitana. Ac Romana quidem, *Prima ſedes*, propriè dicta. Gelaſius I. PP. in Concilio Romano: *Eſt ergo prima Petri Apoſtoli ſedes, — ſecunda autem ſedes apud Alexandriam — tertia verò ſedes apud Antiochiam*, &c. Qua quidem *primæ ſedis* appellatione non ſemel Romana donatur, apud eundem Gelaſium Epiſt. 4. ad Fauſtum, & Epiſt. 13. Hadrianum I. in Canonib. Nicolaum I. Epiſt. 6. in Vita S. Sabini Epiſcopi Canuſini cap. 2. &c. Concilium Sinueſſan. ſub Marcellino PP. *Nemo unquam judicavit Pontificem, nec Præſul Sacerdotem ſuum, quoniam prima ſedes non judicabitur à quoquam.* Concilium Romanum an. 324. ſub finem: *Nemo etiam dijudicet primam ſedem: quoniam omnes ſedes à prima ſede juſtitiam deſiderant temperari. Neque quoque ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo judex judicabitur.* Secundæ ſedis & tertiæ Antiſtites apud eundem Gelaſium Epiſt. 4. ad Fauſtum. Idem de Alexandrino Patriarcha, Epiſt. 13. *Joannes ſecundæ ſedis Antiſtes. Joannes Antiochenus tertiæ ſedis Epiſcopus*; in Epiſt. 8. Nicolai I. PP.

Prima ſedes, præterea dictæ Primatum ſedes, eorum ſci-

licet Epiſcoporum qui promotionis ætate cæteros ſuæ diœceſis Epiſcopos anteibant, eoque nomine *Primates* vocabantur, quod in Africa maximè obtinuit, apud S. Auguſtinum Epiſt. 162. 165. in Concilio Carthag. III. c. 2. in Concil. Afric. c. 55. in Toletan. XIII. c. 8. apud Deſiderium Cadurcenſem Epiſt. 12. &c. *Prima Cathedra*, in Concilio Elibert. c. 58. Carthag. II. c. 12. Concilium Carthag. III. c. 26. *Ut primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, aut ſummus Sacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum Primæ ſedis Epiſcopus.* Eadem habent Canones Hadriani I. PP. c. 25. Rodulphus Archiepiſcopus Bituricenſis in Charta anni 1. Caroli Regis, (841.) apud Juſtellum in Hiſt. Turenenſi, & Sammarthanos, nudè ſe *Primæ Sedis Epiſcopum* inſcribit. Vide Sirmondum in Propemptico lib. 2. cap. 9.

Sedes, Eccleſia Cathedralis. Concilium apud Saponarias an. 859. c. 13. *Ut pro eo* (Epiſcopo) *qui deceſſerit, in ſedibus ſeptena Miſſa — Domino perſolvantur.* Donationes Eccleſiæ Saltzburgenſis: *Commendavit autem hoc pleniter Monaſterium in manus Epiſcopi ad regendum ſecundum Canones, ſicut & cæteras Eccleſias diœceſis ſuæ, ut ipſum cum ſede ſemper eſſet: poteſtatem verò Epiſcopo dedit regendi ipſam familiam, Abbatemque ibi ordinare, & Monachos de ipſa ſede ibidem ponere, ſive Canonicos.*

Sedere, Sedem Epiſcopalem obtinere. Epitaphium S. Valent. Epiſcopi Veronenſis apud Ughellum: *Vixit annos pl. m. XXXXV. & ſedit Epiſcopatum an. VII. menſes VII. & dies XVI. & receſſit ſub* &c.

Sedes Apoſtolica. S. Auguſtinus lib. de Doctr. Chriſt. c. 8. *In Canonicis autem Scripturis Eccleſiarum Catholicarum quamplurium autoritatem ſequatur, inter quas ſanè illæ ſunt, quæ Apoſtolicas ſedes habere, & epiſtolas accipere meruerunt.*

Sedes, Obſidio, ex Gallico, *Siege.* Epiſtola Stephani Comitis Bleſenſis de Obſidione Antiochiæ, to. 4. Spicilegii Acheriani: *Et jam ibi cum omni electo Chriſti exercitu Sedem Domini Jeſu cum magna ejus virtute per 23. continuas ſeptimanas tenueramus.* Dicitur autem exercitus *Sedem* tenere, vel facere, cum in caſtris ſedet. Vegetius lib. 2. c. 5. *Quæ omnia in ſedibus, in itineribus, in omni exercitatione caſtrenſi, univerſi milites & ſequi & intelligere conſueſcant.*

Sedes, Locus idoneus ad conſtruendum ædificium, vulgò *Maſure. Sella manſi*, in Edicto Piſtenſi cap. 30. Charta Lotharii Imp. an. 977. apud Locrium in Chron. Belgico: *Simili modo manſa duo in jam prædicta villa, & ſedes duas in terra arabili, & bovaria* (f. bonaria) 24. *ad opus Fratrum ipſius loci.*

Sedile, Sediolum, eadem notione. Charta Caroli C. apud Hemereum in Auguſta Viromanduorum in Regeſto p. 28. *Et in Domitionis monte tria ſedilia, cum vineis ad ſe pertinentibus: in Vico quoque ſediolum unum ad officium peragendum lavandorum veſtimentorum, cum gemino lavendario qui in eo habitare videtur.* Charta Berengeri Epiſc. Virdunenſis in Tabulario S. Vitoni: & apud Hugonem Flaviniacenſem pag. 133. *Dedimus præterea — manſa decem cum ſedilibus ad eadem manſa pertinentibus.* Idem Tabularium S. Vitoni: *Sunt ibi undecim ſedilia, excepto indominicato, unum quodque in feſtivitate S. Martini ſolvit 4. denar.* Occurrit ibi non ſemel. Charta an. 1153. in Sanctuario Capuano p. 197. *Fundus & ſedilis pertinens Eccleſiæ S. Mariæ majoris.* Adde Caracciolum de Monum. Eccl. Neap. p. 298. Will. Heda p. 247. 1. edit. *Sedilia autem quæ Holſted dicuntur, Bituſanſticta, in quibus ſupranominati manſerunt*, &c. Eſt autem Theutonibus *hof-ſtad*, & *hof-ſtede*, fundus, area, ſolum, locus ab ædificio purus: ſolum cui ædes imponuntur, & quod ædibus dirutis manet, vulgò *Domusſtadium*, q. d. locus domus: *Hof* enim, domus cum ſolo & horto. Ita Kilianus. Vide *Hoba.*

Seſſus, eadem pariter notione. Charta Caroli C. in Tabulario Derventi: *Concedimus etiam eiſdem Dei ſervis ſeſſum unum indominicatum ad accipiendum ſalem, cum proprio, uti vulgò dicitur, ſtallone & furca ſuperpoſita*, &c. Charta an. 1034. in Antiquitatib. Voſagenſib. lib. 5. c. 7. *Ad Fremonvillam 6. manſus cum Eccleſia, apud Vicum abenenum unum cum duobus ſeſſibus*, &c. Tabularium S. Remigii Remenſis: *In Muriniaco habet ſeſſum 1. cum ædificiis, curte & ſcuriis.* Alibi: *Eſt manſus 1. in ſeſſo eſt mapp. 1. in olchis mapp. 6. de terra foraſtica mapp. 20. ſunt ſimul mapp. 28.* Rurſum: *Dedit idem homo ad eamdem Eccleſiam ſeſſum 1. ubi aſpiciunt de terra arabili jornales 6. vineolas 3.* &c.

Seſſio, idem quod *Seſſus.* Epiſtola Gaufridi de Meduana to. 2. Spicilegii Acheriani pag. 507. *Decem aratra cum bobus, quæ Carucas vocatis, & terram duabus ſeſſionibus aptam ad laborandum dedi.*

Sedes molendini, ſeu locus idoneus ad conſtruendum molendinum, vel ubi ſtat molendinum, in Chronico Andrenſi p. 345. 347. *Locus molendini*, pag. 353. Adde Marlotum in Metropoli Remenſi p. 621. *Area molendinaria*, in Charta Communiæ Compendienſis an. 1188.

Sedinum de molino, in Charta an. 1160. apud Ughellum to. 7. p. 575. *Ac ſubjectum eſt ſedinum ac fovea de molino, quod olim conſtructum fuerat foris hanc civitatem.* Infra: *In medio ſedio vel foveam unum molinum ſi voluerit conſtruere.* Vide eumdem to. 6. p. 300. 846.

Seſſio. Tabularium Prioratus de Paredo: *Item de ſitu molendini, medietatem: & vocatur eadem ſeſſio, Ad pratum Abud.*

Sedes camba, ubi cereviſia conficitur. Charta Garini Epiſcopi Ambianenſis an. 1158. ex Tabulario Abbatiæ S. Fuſciani: *Wermondus quoque Vicedominus eidem Eccleſiæ dedit ſedem unius cambæ in orto Erleboldi*, &c.

Sedes ſalinariæ, loci in quibus ſal conficitur, ſeu in quibus Patellæ & Caldariæ ſalinariæ conſiſtunt. Vita Joannis Gorziæ Abbatis p. 764. *Salinas, quæ una tantum parte regionis ipſius, quæ Vicus dicitur, habentur exſtruere, ut in loco eodem plures, quas dicunt Patellas, partim ex integro cum ipſis ſedibus emptas, partim quæ juris Monaſterii erant, reparatas, multo uſui inpoſterum profuturas paraverit*, &c. Chronicon Senonienſe lib. 4. cap. 36. *Sedes etiam ſalinarias ipſius Prioratus apud Medianumvicum in domibus lapideis incluſit.* Chartæ Henrici III. Imp. & Leonis IX. PP. an. 1049. apud Chiffletium in Tornutio: *Caldarias quoque ad ſal conficiendum cum propriis ſedibus, quæ vulgo Mitchæ vocantur.* Alia Henrici IV. Imp. an. 1053. apud Perardum in Burgundicis: *Corroboramus etiam donum Caldariarum in Salinis vico, cum ſedibus ſuis, quas tradidit ſupradictæ Eccleſiæ Comes Otto cognomento Willelmus.*

Seſſa, & *Seſſus*, eadem notione. Teſtamentum Fulradi Abbatis S. Dionyſii: *Patellas ad ſalo faciendum in vico Bodatio ſeu Marſallo, una cum ſeſſis eorum.* Charta Theodorici Epiſcopi Metenſis an. 1176. in Antiquitatib. Voſegi 3. parte lib. 4. cap. 3. *Et inſuper tres ſeſſas quas apud Vicum prædicta domus poſſidet liberas ab omni redditu & exactione conceſſimus.* Charta Chrodegangi Epiſcopi Metenſis an. 763. apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſib. p. 187. *Donamus & ibidem in ſubterrio re Vico atria cum ſeſſu ſuo, ubi dominium ipſi fratres poſſint habere.* Alia Stephani Epiſcopi Metenſis apud eumdem Meuriſſium p. 405. *Omnes redditus ſive quæſtus quos habemus apud Marſal de ſeſſis ſeu patellis quæ pertinent ad alodium quod nuncupatur* &c. Mox: *Præterea concedimus eis ut quot ſeſſes vel ſeſſiones in prædicto alodio conſtruere valuerint, tot nullo contradicente apud Marſal conſtruant.* Alia anni 1034. in Antiq. Voſegi lib. 5. c. 7. *Apud Vicum, abenenum unum cum duobus ſeſſibus.* Et infra: *Præterea concedimus eis ut quot ſeſſes, vel ſeſſiones, in prædicto alodo conſtruere voluerint, tot nullo contradicente apud Marſal conſtruant.* Vide p. 167. 426.

Sedes navium, Reditus de ſtatione navium in portu, quomodo vocatur in Chartis Ottonis Imp. an. 981. & Henrici II. an 1006. apud Chapeavillum to. 1. Hiſt. Leod.

Aut reditus de ſtatione navium exigere, &c. *Segiagium*, vel *Groundagium*. Spelmanno. Areſta an. 1257. in 1. Regeſto Parlamenti fol. 5. *Cum Abbas & Conventus S. Judoci ſuper mare dicerent ſe fuiſſe ſpoliatos à D. Rege de ſedibus navium inter S. Judocum & medium aqua de Cabanche, de quibus erant in poſſeſſione & mainagio ratione emptionis facta ab eis à Wermundo Dom. de S. Judoco*, &c. Vetus Regeſtum Domus publicæ Ambianenſis, de tributis quæ exſolvuntur in portu Oppidi S. Valerici : *Li Abbes de S. Valeri a moitié en l'aquit de toutes les coſes qui viennent d'Engletere & de le coſte pour tant qu'eles ſoient là venduës, ou comparées; mais s'eles ſont vendues ou comparées à Diepe ou Eu, en Flandres, ou en autre coſte; li Abbez n'y a riens. Li Abbés a le ſiege des nès d'Engleterre quiconques mais n'ait eſté u haule & qui ne ſoit merquie. Li Serjant, l'Abbé & le Prevoſt le vont merquier, & paye chele nef à chele fois 26. den. dont li Prevos a les 2. ſols & li Abbez 2. deniers. Mais li Prevos ne prent puis riens u ſiege de cele nef. Se 2. nès ſont floté en ſeant ou en venant, ou l'une ſiet & l'autre vient, & l'une empire l'autre, chaſcune rent le moitié du damage l'une à l'autre. Se navire ſiet u haule à ſec ou à flote, & on boute nef ou navel ſeur lui, ſe chele qui ſiet toute coie eſt empirie par chele que on on boute rend le damage, & ſe chele que on boute eſt empirie, chele qui ſiet toute coie ne rent riens.* Computum Domanii Comitatus Bononienſis an. 1402. *Recepte de ſieges de neſs des peſqueurs venans ou havene de Boulongne au temps de herenguiſon depuis le jour S. Miquiel juſques au jour S. Andrieu, leſquels doivent chacune nef au vaiſel peſqueur 5. ſ. 4. den. pour leur ſieges*, &c. *Ainſi des ſieges de neſs ou hable d'eſtaples*, &c. Computum Domanii Comitatus Pontivi an. 1478. *Recepte des ſieges de neſs allans en peſcherie de harancs à parer au jour S. Nicolas d'yver, c'eſt aſſavoir que chacune nef portant 4. lez de harenc & au deſſous, doit pour le ſiege 4. ſols eſtrelins, celles de 4. à 6. lez ſept eſterlins*, &c. Uſatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi : *Quant nef faite en Engleterre vient à Rouen, elle doit eſtre deſpoſee, & pour le deſpouſer; elle doit au Roy 5. ſ. & pour le ſiege 3. ſ. Elle ne doit riens pour deſpouſer, mès que l'en puiſſe menſtrer par merel, ou par ſigne, que elle ait eſté deſpousée autrefois, & nequedent elle doit toujours 3. ſ. pour ſon ſiege.*

SEDET, Decet, ex Gallico *Sied*. Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis : *Melius in menſa regia ſedet aurum, quàm in pauperis domo, vel ruſticano tugurio*, &c.

SEDICULUM, Sedes minor. Sanctus Gerardus in Adelardi Vita c. 9. n. 55. *Locato ante lectum ſediculo, ſemper aſſidebat coram eo.*

SEDIMEN, *urina, & dicitur à ſedeo, eo quod in fundo ſedet*, Matth. Silvatico: Latinis *ſedimentum*, Gr. ὑπόςαμα, vox medicis familiaris.

Sedimen, Sedimentum, pondus, gravitas, aſſiduitas, diligentia : ſed propriè gravitas in dicendo; eruditio, ſtudium, diligentia, ingenium. Ita non ſemel uſurpat Ordericus Vital. in prologo ad Hiſtor. *Horum* (ſcriptorum) *allegationes delectabiliter intueor*, — *noſtrique temporis ſapientes eorum notabile ſedimen ſequi cohortor.* Idem lib. 2. de Aratore pag. 375. *Carmen metrica ſonoritate pulchrum edidit; in quo nobile ſui ſediminis monimentum poſteritati futura reliquit.* Lib. 3. pag. 461. *In domo Domini nutritus fuerat, diutinoque ſedimine religioſam vitam jugiter ducere didicerat.* Lib. 4. p. 530. *Artium & ſacræ lectionis ſedimen per Lanfrancum cœpit.* Lib. 6. initio: *Humani acumen ingenii ſemper indiget utili ſedimine competenter exerceri.* Adde p. 547. 597. 603. 628.

Sedimen, idem quod *Sedes*, ſeu locus quivis vacuus, idoneus ad ædificandum vel plantandum, &c. Charta Conradi Imp. an. 1028. apud Auguſtinum *de la Chieza* in Hiſt. Eccl. Pedem. cap. 21. *Et offert cum Abellonio viro ſuo per chartam iſtam ejus portionem de iſtis caſis, capellis, ſediminibus*, &c. Alia ejuſdem Imp. apud eundem ſcriptorem cap. 40. *Et de omnibus caſis, ſediminibus, cæteriſque rebus eidem Eccleſiæ pertinentibus.* Paulò poſt : *Concedimus in eiuſdem locis & territoriis quæ ſupra leguntur inter ſedimina caſtri, arearum, eccleſiarum, ſeu cætera ſedimina & vineas cum areis ſuis*, &c. Occurrit rurſum p. 240. & in Chartis aliis in Probat. Hiſt. Sabaudicæ p. 14. 19. apud Ughellum to. 3. p. 415. to. 4. p. 212. 214. 215. to. 5. p. 650. apud Corium in Hiſt. Mediolanenſi p. 357. edit. 1646. Franciſcum Mariam in Mathilde lib. 3. pag. 157. Puricellum in Ambroſiana Baſilica p. 367. 956. 1014. &c.

SEDITA, Præſidium militare, *Garniſon*. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in Chronico æra 757. *Gentemque Francorum frequentibus bellis ſtimulat, & ſeditas Sarrazenorum in prædictum Narbonenſem oppidum ad præſidia tuenda decenter collocat.*

SEDITIO, Conſpiratio in mortem, aut damnum alicujus, Bractono lib. 3. tract. de Corona c. 2. ubi Fleta lib. 1. cap. 21. §. 2. 3. habet *ſeductio*. At §. 8. habet *ſeditio*, ut & Radulphus de Hengham in Magna cap. 2. *Conſtat quod placita de crimine læſæ majeſtatis, ut de nece vel ſeditione perſonæ Domini Regis*, &c. Libertates villæ Martelli in Lemovicib. an. 1219. apud Juſtellum: *De illis verò qui alteri plagam aut cicatricem facerent, aut ſanguinem excuterent; aut etiam aliquem ad lites vel ad ſeditiones arma traherent*, &c. Quo loco *ſeditio* idem valet quod Gallis *Meſlée*.

Seditionari, ςασιάζειν, in Gloſſ. Gr. Lat. ſeditionem excitare.

Seditionarius, δημοχόπος, in eodem Gloſſ. qui ſeditionem excitat. Vide Concilium Carthaginenſe an. 398. can. 67.

SEDIUM. Vide *Sedes*.

SEDUS, *ſine dolo, id eſt virtus*. Papias.

SEGA, *Segoba*, *Segnoa*, *ſeguis*, *ſequimentum*, &c. Obligatio qua vaſſallus vel tenens, dominum in *hoſtem* ſeu exercitum ſequi tenebatur. Charta Guigonis Comitis Forenſis an. 1253. pro Libertatibus Villarezii : *Homines prædictæ libertatis tenentur venire in cavalcatam noſtram* — *& ſequi mandatum noſtrum per totum Comitatum Forenſem*, &c. *Sega & ſequuta cum armis*, in Charta an. 1350. apud Juſtell. in Hiſt. Turenenſi p. 104. Alia an. 1275. in Tabulario S. Flori Arvet. *Ab omni atallia, collecta, leuda, ſegoba, manobra & ſervicio.* Alia : *Excipimus etiam libertatem à ſegnoa, manobro, & ſervicio.* Homagium factum Henrico Comiti Rutenenſi à Petro de Panaco Domicello an. 1280. *Præterea ego & ſucceſſores mei debemus vobis & ſucceſſoribus pro quolibet prædictorum caſtrorum facere albergam cum 5. militibus, & ſegoam facere cum aliam terram veſtram monueritis ad hæc nos vel noſtri*, &c.

Seguis. Charta Pontii Comitis Toloſani an. 936. apud Catellum p. 89. *Quæſtus, & albergas, & firmantias, & tallias, & omnes actiones, & ſeguis, & juſtitias*, &c. Ita legendum pro *ſegnis*.

Sequimentum, *ſegimentum*, *ſeguimentum*. Charta Friderici II. Imp. an. 1220. apud Ughell. to. 2. pag. 23. *Ut nec per aliquem noſtrum miſſum, aliamve majorem vel minorem laicalem perſonam; ſeu per commune Bononiæ compellantur curare ad breve communis Bononiæ, vel ſequimentum poteſtatis, aut in cavalcatam, vel in exercitum ire*, &c. Charta Nunii Sancii Comitis Roſſilionis an. 1235. *Et faciant oſtes, & cavalcadas, cortes, & placita, & ſegimenta cum meo corpore & meis Militibus de Vicecomitatu Ceritaniæ*, &c. Charta an. 1240. apud Joannem Lucium in Hiſt. Dalmatica p. 472. *Inprimis juraverunt corporaliter* — *fidelitatem, & ſeguimentum dictæ Poteſtatis, ſicut Spalatenſes juraverunt*, &c.

Sequutio. Libertates villæ Martelli in Lemovicibus an. 1219. apud Juſtellum : *Si quis habitator villæ Martelli non ſequitur Vicecomitem, quando mandat ſequutiones ſuas, pro propria guerra*, &c.

SEGALLUM, *Segalatius panis.* Vide *Sigalum.*

SEGARDI, Hæretici, de quibus ita M. Chronicon Bel-
gicum an. 1323. *Segardi multi combuſti ſunt Pariſiis*
propter hæreſim pauperum de Lugduno, quia ſub ſpecie
boni mala ſuſcitare conabantur. Sed legendum *Begaz-*
di, de quibus ſupra.

SEGARE pro *Secare*, in Legis Bajwar. cod. Regio tit.
1. c. 14. §. 2. tit. 5. cap. 2. §. 2. uti monet v. cl. St. Ba-
luzius.

SEGLA. Vide *Sicula.*

SEGMENTATUS. Vita MS. S. Amatoris initio: *Paren-*
tibus nobiliſſimis ortus, & in cunis ſegmentatis educatus
eſt. Gerardus Epiſcopus Cameracenſis in Concilio A-
trebatenſi an. 1025. to. 13. Spicilegii Acheriani pag.
3. *Tertia verò die, quæ Dominica habebatur, ſegmenta-*
tus Epiſcopus cum ſuis Archidiaconis paratis, crucibus
& textis Evangelicis — Synodum celebraturus — pro-
greditur. i. veſtibus Pontificiis indutus. Alluſit ad il-
lud Juvenalis lib. 1. Sat. 2. de veſte Gracchi:

Segmenta, & longos habitus, & flammea ſumis.

Vide Salmaſium ad Vopiſcum pag. 404.

SEGNIATA. Charta Pacis communiæ oppidi Faræ, ab In-
geranno de Couciaco indulta an. 1207. *Capitagia ho-*
minum noſtrorum, & tria placita generalia, & panem
quem mihi debebant. — & ſtallagia ſotulariorum, & ſe-
gniatam piſcatorum, circadam etiam nemorum, & aquæ
cuſtodiam: hæc omnia eis quitta clamavimus, &c. Apud
Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. parte 3. cap.
22. Fortè legendum *Seguiatam*, ex Gall. *Seing.*

SEGNORIA, Dominatio, dominium; ex Gallico *Seignen-*
rie. Charta Raymundi Berengarii Marchionis Pro-
vinciæ an. 1234. *Scilicet omnem ſegnoriam, & domina-*
tionem, juriſdictionem, &c. Vide *Senior.*

SEGREARIUS, *Segreagium, Segrecheria.* Vide *Secreta-*
rius.

SEGREGALLUS. Charta MS. Humberti D. Bellijoci an.
1233. pro libertatibus Bellevillæ: *Si Burgenſes commu-*
ne faciant ad opus villæ ſuæ, nec Præpoſitus, aut Villi-
cus debet intereſſe. Si verò Præpoſitus vel Segregallus re-
quiſiti fuerint a Burgenſibus quod accipiant vadimonia ab
illis qui commune noluerunt ſolvere, facere debent ſine
contradictione.

SEGULA. Vide *Sigalum.*

SEGUS, Modius agri. Charta Ludovici Pii Imp. apud v.
cl. Joan. Mabillonium, ad Vitam S. Benedicti Ania-
nenſis pag. 224. *Item in eodem pago illos ſegos cum ip-*
ſa piſcatoria, & plagis maris, & fiſcum noſtrum Albe-
renſem illis, &c.

SEGUSIUS. Vide *Canis ſeguſius.*

SEHOMSOKNE. Fleta lib 1. c. 34 §. 8. *Cadit appellum,*
ſi ipſum interfecerit tanquam furem nocturnum, vel ut le-
gatum fugientem, vel cum aliter parcere ei non potuit,
ſine ſuo periculo, vel cum defendens domum ſuam inva-
ſorem volentem invito ipſo domino ingredi, tanquam in
Sehomſokne, dum tamen aliàs proprium periculum evita-
re non potuit.

SEIGA, *Seigia.* Vide *Saiga.*

SEILLUM. Vide *Selio.*

SEJORNUM *Regis*, ita appellatus locus ubi erant ſtabu-
la regia, in quibus equi regii alebantur, & moraban-
tur, donec Rex iis indigeret. Locum autem *Sejorni Re-*
gii fuiſſe aiunt paulò ultra Palatium, quod de *Beauté*
appellabant, ad Matronam fluvium. Huic præerat *Cu-*
ſtos Sejorni Regis, cui ſuberant *Mareſcallus*, cujus
munus erat equos ferreis ſoleis inſtruere, *Pagii*
ſeu famuli, & alii. Memorialia Cameræ Computor.
Pariſienſ. regeſto 8. *Droncius Ogeri Valetus Cameræ*
domini Ducis Aurelianenſis, ordinatus & retentus in of-
ficio cuſtodis Sejorni Regis loco Hueti de Corbeia exo-
nerati, per litt. 13. Mart. 1413. Guillelmus *de Bon-*
court premier Eſcuyer du Corps an. 1345. idem munus
paulò antè obierat, ut docet Diurnale Theſauri. Com-
putus Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis 1. Ju-
lii an. 1352. in iis *qui ont eu robes en ce terme*, recen-
ſentur *les gens du Sejour, dont le premier eſt Maiſtre*
Guillaume le Mareſchal garde du Sejour, le Cha-
pellain qui chante au Sejour, le Clerc, les Va-
lets, & les Pages du Sejour, qui ibi complures de-
ſcribuntur. Computus Theſauri regii an. 1328. *Ste-*
phanus de Compendio Mareſcallus Sejorni Regis. Hinc
ſejornare dicuntur equi, quamdiu in equili morantur:
qui inde adducebantur, *Chevaux ſejournez*, quaſi recen-
tes & non fatigati. *Le Roman de Gaydon* MS.

Porroiſt eu oſt deus mil homes mener,
A cleres armes, & à deſtriers ſejornez.

Infra:

Ambedui montent ès deſtriers ſejornez,

Le Roman de Garin MS.

Envoiez li vint deſtriers ſejornez,
Et vint eſpées au point d'or noielez.

Huc ſpectant quæ habent Statuta Delphinalia p. 42. *Item*
voluit, conceſſit, declaravit & ordinavit dictus dominus Del-
phinus, quod ipſe Delphinus vel ſucceſſores ſui, deinceps non
poſſint nec debeant mittere vel ponere pro Sejorno equos
ronſſinos, canes venaticos, venatores, familiares, ſeu alios
garſiones eorum in domo religioſorum, vel aliarum perſo-
narum Eccleſiaſticarum, &c. Vide *Subjurnare.*

SEISO. Vide *Satio.*

SEITIVA, pro *Sativa*, quod ſeritur, granum. Liberta-
tes oppidi Jallerouenſis in Sebuſianis an. 1283. *Pro qua-*
libet ſeiteriata terra noſtra arabilis, in territorio de Jaſ-
ſeron exiſtentis, unum quartallum frumenti, — & 12.
den. Viennenſes in pratis in dicto territorio exiſtentibus
pro qualibet charreta fœni 12. denarios; pro charreta ve-
ro ſeitiva, ſex denarios nobis — ſingulis annis perſol-
vendos.

SELARIUM, pro *Salarium*, occurrit non ſemel in Com-
poto Theſaurariæ urbis Bononiæ in Italia an. 1364. in
Bibl. Regia.

SELATUS, *Enſis more terrarum fulgidus.* Ita Papias MS.
& edit. Fortè *Stellatus*, & *Stellarum.*

SELAVE. Pactus Legis Salicæ tit. 58. *Si quis Chriſta-*
dunæ ſuper hominem mortuum capulaverit, vel mandoa-
de, aut ſilave, quod eſt porticulus, ſuper hominem mor-
tuum dejecerit, &c. Editio recentior tit. 57. §. 3. *Si*
quis ariſtatonem, hoc eſt ſtaplum ſuper mortuum miſſum
capulaverit, aut mandualem, quod eſt ſtructura, ſive Se-
lave, qui eſt ponticulus, ſicut more antiquorum facien-
dum fuit, &c. Quidam codd. denique præferunt *Sa-*
live, vel *Sillabe*: quarum vocum incertæ ſunt origi-
nes, licèt ex Lege conſtet ita dictum ædificium quod tu-
mulo ſuperponebatur. Wendelinus à *Sala* deducit,
quaſi fuerit *parva ſala*, ſive atriolum. Sed vix eſt ut aſ-
ſentiar. Vide *Porticulus.*

SELEGERET. Traditiones Fuldenſes lib. 3. c. 36. *In urbe*
ergo fratribus majoris Eccleſiæ in jus caritatis anima-
rum, quod vulgo Selegeret dicitur, duo talenta ordi-
namus. — in jus præfata caritatis animarum ad anni-
verſarium meum & uxoris meæ annuatim celebrandum
determinamus.

SELDA, Taberna mercatoria, ex Saxonico ſelde, ſedi-
le, ſedicula, ſcamnum, *ſtallum.* Vocabularium vetus
Anglo-Lat. *Schoppe: Opella, propola, micropolum,*
ſelda. Aſſiſa Ricardi I. Regis Angliæ de Menſuris,
apud Matth. Paris p. 134. & Rogerum Hovedenum p.
774. *Probibitum eſt — ne quis mercator prætendat ſel-*
dæ ſuæ rubros pannos, vel nigros, vel ſcuta, vel aliqua
alia, per quæ viſus emptorum ſæpe decipiuntur ad bonum
pannum emendum. In majoribus Chronicis ubi locus hic
vertitur, Seldæ *Window* exponitur, i. *Feneſtra.* Mo-
naſticum Anglicanum to. 2. p. 86. *Domum lapideam*
— quæ ſita eſt contra Seldas de Dovegata. Pag. 230.
Et unam ſeldam mercatoriam, & unam bovatam terræ,
&c. Adde to. 3. p. 124. Charta an. 1182. apud Som-
nerum: *Herebertus ciſor tenet ſeldas in foro pro 12. de-*
narios. Alia Ottonis Comitis Palatini Rheni an. 1294.
apud Hondium in Metropoli Salisburg. to 2. p. 358.
Villam dictam Sall, item villam Pamatzaw, item Su-

kgmied

kenried quatuor ſeldas, item villam Pſoling cum piſcaria & vineto ibidem, &c. Vide Edw. Cokum ad Littletonem ſect. 1. pag. 4. verſo.

SELENE, Luna, ex Gr. Σελήνη. Joannes Scotus Erigena in Præfat. ad lib. S. Dionyſii:

Primo commotus Phœbum ſubeunte Selena.

SELGA. Vetus Charta an. 7. Rodulfi Regis Burgundiæ apud Jo. Mariam *de la Mure* in Hiſt. Eccleſiaſtica Lugdunenſi p. 382. *A mane jam dicta villa, quæ Conziacus vocatur, finibus terminatur: à medio die finibus terminatur de Verſemaico & Apinnaco: à ſero die Amantiniaco, à tercio de terra ipſius S. Savinacenſis Martini: & à ſelga rivulo volvente.*

SELICHUS. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 1055. *Volo itaque ut omnes oblationes, quæ ad majus altare ejuſdem Eccleſiæ offerentur, ſine calumnia liberaliter habeant, & de Selichis qui ad Aldkingorde capientur, poſtquam decimati fuerint, concedo ut omnes ſeptimos ſelichos habeant; ſalis quoque & frumenti; qui ad opus meum ad Dumfermlin allata fuerint; omnem decimam concedo.*

SELIO, *Sellio*, *Seillum*, Modus agri, fortè ex Gallico *Seillon*, Lira, porca, arula. Edw. Cokus ad Littletonem: *By the grant of à Selion of land*, Selio terræ, *à rigde of land which containeth no certainty, for ſome de greater and ſome be leſſer, hand by the grant de* una porca, *à ridge doth paſſe. Selio is derived of the French word* Sellon *for a ridge. Selio*, inquit Spelmannus, *agri portio ſulcos aliquot non certos continens: Anglis aliis, à ſtiche of lande, aliis à ſelion; aliis à ridge.* Covellus verò ait aliàs acram integram, ſeu jugerum, aliàs plus minus, dimidiam continere. Tabularium Eccleſiæ Gratianop. ſub Hugone Epiſc. fol. 58. *Willelmus & Walleuns habebant unum ſellionem terræ ad Cantiſſam infra terram Epiſcopi.* Monaſticum Anglicanum to. 1. pag. 833. *Ex dono Ogeri — unam bovatam terræ, & unam acram; & unum ſelionem, & unum molendinum cum pertinentiis ſuis.* Infra: *Et unam acram loco Toſti, & 10. ſeliones ad locum bercariæ faciendæ.* Pag. 111. *Dederunt 8. ſelliones terræ retro curiam de Ablode.* Adde pag. 484. 530. to. 2. pag. 55. 142. 211. 212. 213. 279. 281. 310. 372. to. 3. p. 57.

Selinuca, diminut. à *Selio*. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 775. *Et 3. ſelinucas infra curtem grangiæ.* Occurrit ibi pluriès, ut & *Selinuncula*.

Seillum. Idem Monaſticum to. 1. p. 676. *Et 4. acras Hoſpitali, duas earum ex una parte campi, & duas ex parte alia; & 1. ſeillum juxta vivarium, & 4. acras*, &c.

Sellrous. Monaſticum Anglic. to. 3. pag. 161. *Una verò acra & una roda abuttant ex parte aquilonari ſuper idem cimiterium, — & poſt primos quatuor ſellrous qui ſunt juxta viam, perfeci ſex acras in Dalocre.*

Sellonus. Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 56. *Tenura Aichardi quæ eſt juxta rivum, & unus ſellonus qui eſt ultra rivum, quem habet Achinus in feudum de Ademaro.*

SELLA, *Sella familiarica*, pro latrinis & privatis, apud Varron. lib. 1. de Re ruſt. cap. 14. & Vitruvium l. 6. cap. 10. ubi *ſella* legendum, non *cella*, monuit Cujacius lib. 10. Obſerv. c. 18. Martialis l. 12. Epig. 78.

Sellas ante petit Patroclianas,
Et pedis deciesque, viciesque.

Purgare per vomitum, aut per ſellas, apud Marcellum Empiricum. Hinc

Adſellare, & *Aſſellare*, Gallis, *Aller à la ſelle*, ἀποπατεῖν. Vetus Interpres Epiſtolæ S. Barnabæ cap. 8. *Lepus ſingulis annis facit ad adſellandum ſingula foramina.* Ubi Græca ſic habent: Οὐ ὁ λαγωὸς κατ' ἐνιαυτὸν πλεονεκτεῖ τὴν ἀφόδευσιν, ὅσα γὰρ ἔτη ζῇ, τοσαύτας ἔχει τρύπας. Octavius Horatianus lib. 4. Rer. medicar. p. 97. *Si infanti, vel majori ad aſſellandum inteſtinum deſcenderit, ſive ſanguine puro, ſive cum ſtercore aſſellatus, ſublevet ſe de aqua* &c. Occurrit apud eundem ſemel ac iterum. Alexander Iatroſoph. lib. 2. Paſſion. cap. 79. *Multo igitur manet ventris ſolutio cum frequenti aſſellatione.* Utitur etiam pluries Vegetius de Arte veterin. lib. 1. c. 50. lib. 3. c. 57. 59.

SELLA, Ἐφίππιον, Equinum inſtratum. Vegetius lib. 4. Art. veterin. c. 6. de Equis: *Aphrica Hiſpani ſanguinis velociſſimos præſtare conſuevit ad uſum ſellæ.* Sidonius lib. 3. Epiſt. 3. *Alii ſanguine ac ſpumis pinguia frena ſuſcipiunt, alii ſellarum equeſtrium madefacta ſudoribus fulcra reſupinant.* Leo Imp. in l. un. Cod. Nulli licere &c. lib. 11. *Nulli prorſus liceat in frenis & equeſtribus ſellis vel in baltheis ſuis margaritas — inſerere.* Guillelmus Bibl. in Hadriano II. PP. *Singulos equos cum ſellis aureis devotione Imperatoria capientes*, &c. Obſervatum jampridem à viris eruditis *ſellarum* equeſtrium haud fieri mentionem apud veteres Scriptores, atque adeo eſſe nuperum inventum: ita ut earum nulla fere occurrat ante tempora Valentiniani Imperatoris memoria, (l. 47. Cod. Th. de Curſu publ.) ut & *Staffarum*, ſeu *Stapedum*. Antea quippe ſtragulis quadrangulis equorum dorſa inſternebantur, cujuſmodi in ſtatua Antonini, quæ Romæ in Capitolio extat, conſpiciuntur, quibuſque hodie famuli equos aquatum ducturi inſidere ſolent. Xenophon lib. περὶ ἱππικῆς, ſeu de re equeſtri, monet ut qui equo, ſive nudus ille ſit, ſive ephippio ſtratus, inſederit, rectus ſemper ſtet, non verò ſedeat veluti in ſella, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἕδρα. Ex quibus patet non ſemper ephippio equites uſos, atque ipſum denique ἐφίππιον leve quid fuiſſe, nec in ſellæ noſtratis modum compoſitum. Quod verò Goropius Bekanus lib. 2. Francicor. pag. 48. ſellæ equeſtris inventionem Saliis Francicis adſcribit, & ab eorum appellatione *Sella* nomen acceſſit, vix fidem meretur, cùm proclivius multò ſit *ſellam* dictam credere, quòd eques in ea veluti in quavis ſella ſedeat: unde ad diſcrimen cæterarum ſellarum, *Equeſtris* Sidonio, *Equitatoria* Jornandi dicitur. Vide Joann. Tzetzem Chil. 9. cap. 290.

Sellam geſtare. Vetus fuit conſuetudo, & pro lege apud Francos & Suevos olim inolevit, ut ſi quis nobilis, aut miniſterialis, vel colonus incendiarius, aut prædo, vel gravioris criminis reus, coram ſuo judice inventus eſſet, antequam mortis ſententiâ puniretur, confuſionis ſuæ ignominiam, Nobilis canem, Miniſterialis ſellam, de Comitatu in proximum Comitatum, geſtare cogeretur. Verba ſunt Ottonis Friſing. Epiſc. lib. 2. de Geſtis Frider. cap. 28. quæ ſuo more exſcripſit, ſtrictaque oratione ſic reddidit Guntherus, Ligurini lib. 5. pag. mihi 112.

Quippe vetus mos eſt, ubi ſi quis Rege remoto,
Sanguine vel flammâ, vel ſeditionis apertæ
Turbine, ſeu crebris regnum vexare rapinis
Audeat, ante gravem quàm fuſo ſanguine pœnam
Excipiat, ſi liber erit, de more vetuſto
Impoſitum ſcapulis ad contigui Comitatus
Cogatur per rura canem confinia ferre.
Sin alius, ſellam, &c.

Hujus moris, ſeu mavis legis, veſtigia & exempla haud pauca ſuperſunt apud Scriptores; non tamen in ignobilibus aut infimæ ſortis hominibus, ſed in ipſis magnatibus, adeò ut non tam plebeiorum & vilium capitum, quàm ipſorum nobilium pœnam fuiſſe ſuſpicari liceat. Scriptor vernaculus, qui Ludovico VII. regnante vixit, in poëmate cui titulum fecit, *Le Roman de Garin le Loherain*, ſeu in Hiſt. Garini Lotharingi fabuloſâ, ſic nobilem Gallum inducit Pipinum Regem de Fromondo Comite Burdegalenſi alloquentem:

Vos jurera mille fois, ſe vos volès,
Que la parole ne li vint en pensé,
Par traiſon li miſtrent ſus ſi Per,
Qui de t'amor le veulent deſeurer,
Por ſeul itant que il en fu blamés,
En portera, ſe vos le commandès,
Nuë ſa ſele à Paris la cité,
Treſtos nus piès, ſans chauce, & ſans ſoler,
La verge el poing, comme home eſcongé.

Et infra :

Por ſeul i tant que l'an ſuere li miſt.
En portera del bore de ſaint Denis,
Nue ſa ſele deci que à Paris.
Nus piès en langes, come un autre chetis,
La verge el poing, ſi come dome eſchis.
Si m'ait, mult bele amende à ci.

Bertrandus Clericus, Poëta ejuſdem ævi, in poëmate MS. cui titulus *Le Roman de Girard de Vienne :*

Sire Girard, ce diſt li Dux Nayon,
Or en ſoffrez à faire amendiſon,
Que voſtre ſelle, dont bel ſont li arçon,
Port ſor ſon chef une lieue à bandon,
Nus piès en langes, ce ſe ſemble raiſon.

Alibi :

Qui devant moi vendra agenoiller,
Nus piez en langes por la merci proier,
La ſelle au col que tendra per l'eſtrier, &c.

Le Roman de Rou MS.

Tant le deſtraint & aſſailli,
Que Guillaume vint à merchi,
Nus piès, une ſelle à ſon col,
Lores ſe pout tenir pour fol.

Joannes Hocſemius in Hugone Cabilonenſi Epiſcopo Leod. cap. 33. de bello inter Dominos de *Anvans* & Nobiles de *Warons* verba faciens ſub an. 1296. pœnam viris ingenuis & nobilibus irrogari ſolitam pariter innuit : *Sed Epiſcopus ſuffragio Leodienſium obvians, hunc compulit ad emendam. Unde cum cæteris ſuis ad uxoribus ab Eccleſia S. Martini uſque ad Majorem cum proceſſione proceſſit Eccleſiam, & ipſorum quilibet nudipes, ſola ſupercinctus tunica, nudo ſuperpoſitam capiti ſellam portavit equinam.* Jacobus Hemricurtius lib. de iiſdem bellis *d'Awans & de Waroux*, cap. 8. *Li amis de Saingnor d'Awans, & li Saignor de ſaint Lambert trattiont & fiſent une pais alle Eveſque dedit excez, par teile maniere, que ilh & 12. Chevaliers de ſon lynage venroient à Liege en l'Egliſe ſaint Martin en Mont, & la ſe deveſtiroient ilh en purs leurs cottes, ſe prendroient caſcun deaz en ladite Egliſe une ſelle de cheval ſor ſa tieſte nue ſains chapiron, & les porteroient en Palais à Liege pardevant l'Eveſque, & li offeroient en geras por laz l'amende, & enſi fut il fait.*

Viris denique nobilibus ejuſmodi ſellæ geſtationem in pœnam indictam evincere videtur Decretum Ludovici III. Imp. quod extat in Hiſt. Langob. ignoti Caſin. edita à Camillo Peregrino pag. 101. *Quicumque caballum, bovem, friſingam, veſtes, arma, vel alia mobilia tollere auſus fuerit, triplici lege componat, & liberum armiſcara, id eſt, ſella ad ſuum dorſum ante nos à ſuis ſemotus bus dirigatur, & uſque ad noſtram indulgentiam ſuſtineatur, ſervi vero flagellentur & tundantur.* Quo loco *liberum armiſcara* dicitur pœna quæ liberis & ingenuis ſeu nobilibus irrogari ſolet. Eſt enim *armiſcara* pœna quævis à judice decreta & impoſita. Apud Willelmum Malmeſburienſem l. 3. Hiſt. Angl. pag. 97. Gaufridus Andegavenſium Comes à Fulcone parente, in quem juveniliter inſurrexerat, victus & proſtratus, *per aliquot milliaria ſellam dorſo evehens pronum ſe cum ſarcina ante pedes patris expoſuit.* Apud Willelmum Gemeticenſem lib. 6. c. 4. & Thomam Walſinghamum p. 430. Willelmum Beliſmenſem Comitem rebellem Robertus Normanniæ Dux cum militaribus copiis intra munitionem concluſit, *donec eius clementiam expeteret, & nudis veſtigiis equeſtrem ſellam ad ſatisfaciendum humeris ferret.* Apud eundem Walſinghamum p. 430. Hugo Cabilonenſis Comes à Richardo Normanniæ Ducis filio intra Cabilonenſem urbem obſeſſus & incluſus, *conſiderans ſe nullatenus poſſe reſiſtere contra tantum exercitum, ferens equeſtrem ſellam in humeris, genibus provolutus adoleſcentis Richardi, prece ſupplici veniam precatus eſt commiſſi.* Totidem habes in Chronico Normanniæ veteri vernaculo apud Ægidium *Bry* in Hiſt. Comitum Perticenſium lib. 2. c. 9. Ex quibus tandem percipimus cur Willelmus Scotorum Rex in ſignum ſubjectionis, quam Henrico II. Anglorum Regi apud Eboracum pollicitus per pactum fuerat, *ibi capellum, lanceam & ſellam ſuam ſuper altare S. Petri ad perpetuam hujus ſubjectionis memoriam obtulerit*, ut eſt apud Jo. Bromptonum ſub ann. MCLXXVI.

Sella igitur ejuſmodi *geſtatio* viros potiſſimum nobiles ſpectavit, non verò plebeios & obnoxiæ conditionis homines. Verùm cùm id ab Ottone Friſingenſi expreſſis verbis aſſeratur, dicendum fortè *miniſterialibus* primitus, & ad majorem infamiæ notam viris etiam nobilibus poſtea pœnam hanc irrogatam. At cur ſella viris plebeis data fuerit in pœnam ferenda, qui non equis vehi, ſed pedes incedere ſolent : deinde cur velut ſignum confuſionis & ad dedecus ſellæ geſtationem adinvenerint majores noſtri, nemo quod ſciam, hactenus expoſuit, nec eſt promptum moris iſtius rationem aſſequi : niſi fortè dicamus per ſellam dorſo & humeris impoſitam omnimodam rei ſubjectionem indicare voluiſſe, qui tanquam equus aut jumentum factus jugum ſubit, & ad perpetuam ſervitutis conditionem deductum ſe ſe ultrò conſiteretur. Certè ii quibus hæc pœna imponebatur, dominorum quos criminibus ſuis offenderant, non pedibus modò advolvebantur, pronique in terram procidebant, quò calcarentur ab iis, & veluti protererentur, ſed &, ut ita loquar, obequitarentur in equi modum, ut Chronicon vernaculum Normanniæ ſupra laudatum ſatis oſtendit, dum de Hugone Cabilonenſi Comite agit, his verbis : *Hue prend une ſelle, & la met ſur ſon col, & tout à pied s'en vint à la porte, où les deus enfans du Duc Richard eſtoient, & ſe laiſſa cheoir aus pieds de Richard fils du Duc, afin que Richard le chevauchaſt, s'il lui plaiſoit.* *Le Roman de Rou & des Ducs de Normandie* MS.

Quant à Richard vint li Quens Hue,
Une ſelle à ſon col pendue,
Son dos offri à chevauchier,
Ne ſe pot plus humilier,
C'en eſtoit couſtume à cel iour,
De querre merci à ſon Seignour.

Ita Fulco Andegavenſium Comes Gaufridum filium, qui ſellam dorſo evehens pronus ſe cum ſarcina ante ejus pedes expoſuerat, *aſſurgens, & pede jacentem pulſans, Victus es, tandem victus, ter quaterque ingeminat.* Vide *Harmiſcara.*

Sellatores, Sellarum artifices, *Selliers.* Teſtamentum Aſini editum à v. cl. Petro Lambecio l. 2. Comment. de Bibl. Cæſarea cap. 8. *Cutem do ſutoribus, crines ſellatoribus, oſſa lego canibus.* Vide *Sellarius.*

Sellare, Inſellare, Sella, ſeu ephippio equum inſtruere. Auctor Mamotrecti 22 Geneſ. *Stravit, i. ſellavit.* cap. 31. *Stramentum, inſellatura equi.* Will. Brito in Vocabul. MS. *Sterno, is, dicitur pacificare, preparare, inſellare, obruere.* Alibi : *Stramentum dicitur inſellatura, i. quo equus ſternitur & inſellatur. Inſellatus equus* in Legibus Kanuti Regis c. 98. & in Legibus Henrici I. cap. 14. *Le Roman de Girard de Vienne* MS.

Sur un mulet qu'il ot fait enſeller,
Monta Girard qui mout fiſt à loer.

Le Roman de Philippe de Macedoine MS.

Quant virent del jor la clarté,
Il font les chevaux enſeller.

Le Roman de Rou, MS.

Moult penſiès veer uns & autres trembler,
Chambellens & Serjans, & Eſcuiers haſter,
Et vallez metre en ſelle, & Chevaliers armer.

Inſellare, Equi *ſella* Inſidere. Baldricus in geſtis Alberonis Archiepiſcopi Trevirenſis : *Jubenſque ſubito coram Comite inſellari, ad Regem properando pervenit*, &c.

Inſellamentum, Inſtratum ſellæ. Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 92. *Habuique ego Guigo pro prædicta terra unum equum pro 60. ſolidis, & unum inſellamentum pro 20. ſolidis.*

Sella manſi. Vide *Sedes.*

SELLARIS, Equus ſella inſtratus, *Cheval de ſelle.*

Sellare jumentum, apud Vegetium lib. 1. de Arte veterin. c. 56. cui opponit *Currule*. Ita lib. 4. c. 8. *curulium* & *ſellarium* equorum meminit. Anaſtaſius Bibl. in Conſtantino PP. p. 65. *Pontifex & ejus primates cum ſellaribus imperialibus, ſellis, & frænis inauratis, ſimul & mappulis, ingreſſi ſunt civitatem.* Idem in Stephano III. *Cui & vice Stratoris — juxta ejus ſellarem properavit.* Ordo Romanus: *Intrat in Secretarium, ſuſtentatus à Diaconibus, qui eum ſuſceperunt de ſellari deſcendentem.* Alibi: *Non autem procedunt cum eis; ſed ipſi tantummodo ſequuntur ſellarem Pontificis cum acolyto.* Fortunatus in Vita S. Germani cap. 22. *Cùm equum neceſſarium ad ſellam beati viri donaſſet vehiculum*, &c. Et mox: *Unde ſequenti die ſellarem de ſtabulo junctis bobus extinctum retraxit emptor mortuum vehiculum.* Ubi *equus neceſſarius ad ſellam*, idem ſonat ac *aptus ad ſellam*: *vehiculum* verò ſeu *vehiculus*; quid notet hoc loco, vide in hac voce. *Sellare* hac notione, neutro genere uſurpatur in libro Miraculorum S. Vulfranni Epiſcopi n. 32. Ἄλογα ἀποπλλάκια, apud Nicetam in Cod. Barbaro-Græco, ubi editus πλαρμένων ἵππων habet.

SELLARIUS, Διφροφόρος, in Gloſſ. Gr. Lat.

Sellarius, Equus ſellâ inſtructus, *Sellaris*, ut ſupra: *Cheval de ſelle*, qui *Sellifer*, in veteri Epigrammate apud Salmaſium:

Currere ſelliferum per juga cogit equum.

Auctor Etymolog. Κέλης δὲ ὁ ἵππος ὁ μονάμπυξ, καὶ δρομικὸς, ὁ νῦν σελλάριος λεγόμενος. Suidas: Κέλης, ὁ σελλάριος. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062. Κέλης, ὁ μόνος ἵππος, ὁ γοργὸς, ὃ καὶ ὁ σελλάριος, ὁ μονοκάβαλος. Ἵπποι δεξτράτοι σελλάριοι, id eſt *equi dextrarii ſellares*, in Chronico Alexandrino pag. 912. Σελλάριοι, *equus* ſellâ inſtructus, apud Achmetem cap. 155. 222.

Sellarius, Eques. Vita S. Anaſtaſii Perſæ Martyris cap. 5. *Sellarius verò, qui erat ſuper carcerem, dum eſſet Chriſtianus.* In alia verſione habetur *Caballarius*.

Sellarii, Sellarum confectores, *Selliers*, in Capitulari de Villis c. 62. in Conſtitut. Neapolit. lib. 3. tit. 36. & in Itinere Camerarii Scotici cap. 27. Σελλάριοι, apud Heronem in παρεκβολ. Vita S. Gualfredi Solitarii n. 1. *In ſellarum exercitio, nam optimus ſellarius erat, parvo tempore moratus eſt.*

SELLIO: Ugutio & Jo. de Janua: *Sellio, onis, i. caballus, à ſella dicitur.* Catholicon parvum: *Sellio, cheval.* Vide *Selio*.

SELLISTERNUM, Inſtratum aut ſtragulum ſellæ. Gloſſ. Gr. Lat. MS. σελλάστρωμα, *Selliſternum, jugum.* Editum *Sell ſternium* præfert.

SELLONUS. Vide *Selo*.

SELLUS, Menſura liquidorum: noſtri *Seilles* majores cados vocant, quibus aqua ex puteis hauritur. Tabularium Prioratus de Dominis in Delphinatu ch. 210. *Quinque partes de carne, & 5. panes, & 3. ſellos de vino.* Ch. 214. 1. *cartallum de melle — 1. ſellum de melle; & 1. denarium*, &c. Adde ch. 217.

SELPMUNDIO, in Edicto Rotharis Regis Longob. tit. 83. §. 3. *Nulli mulieri liberæ — liceat in ſui poteſtatis arbitrium, id eſt Selpmundio vivere*, &c. Rectiùs Lex Longob. lib. 2. tit. 10. *Sine mundio*.

SELURES, Piſcis fluviatilis ſpecies, cujus mentio eſt apud Wandelbertum in lib. de Mirac. S. Goaris cap. 8. ubi fortè *Seloces* legendum eſt.

SEMALUM, vel *Semalus*. Guill. de Podio-Laurentii in Chronico cap. 40. *De quo quidem Epiſcopo — loqui eſt gloria, quod ſe largum in diebus illis Toloſani Concilii exhibuerit, qui vix pauca in æſtate iſta collegerat, & prelatis non in manutergiis, aut fialis, ſed coſinis & ſemalis, panis & vini munera cum aliis rebus tranſmittebat peregrinis.*

SEMBA. Ordericus Vitalis lib. 12. p. 870. *Et nequam Giſulfus ſemba Regis, aliique plures.* Fortè *Scriba*.

SEMBELLINUM, pro Sabellina pelle, uſurpant Conſtitutiones Catalaniæ MSS. Locum vide in *Lapinea veſtes*.

SEMBULUM. Inquiſitio de vita & moribus B. Joannis de Cazentronte Abbat. an. 1223. *Pannum lini non induebat, niſi ſembulum.*

SEMEN, maris dicitur; poſteritas verò, mulieris, in Jure Hungarico. Albert. Molnarus.

SEMIAXIARII, appellati Chriſtiani à Gentilibus. Rationem nominis ſic prodit Tertullianus Apol. cap. 50. *Vicimus cùm occidimur, licèt nunc Sarmentitios & Semiaxiarios appelletis, quia ad ſtipitem dimidii axis revincti ſarmentorum ambitu exurimur.*

SEMICINCTIUM, *Semicinctia*, *Semicentia*, *Semicincta*, prætenta ventri caſtula; quam nos *Tablier* dicimus, quòd tabulæ formam referat: Picardi verò etiamnum *Demicein*. Iſidorus lib. 19. Orig. cap. 33. & ex eo Papias: *Cinctus, (al. Cinctura) lata Zona, minùs lata, ſemicinctium: minima, cingulum.* Idem Papias: *Semicinctium, minùs lata zona, dictum quòd dimidium cingat.* Gloſſæ MSS. *Semicincta, quòd medium cingit.* Joannes de Janua: *Semicincium, dicitur eo quod dimidium cingat. In Gloſſa autem Actor. 19. dicitur ſemicintia veſtes ex uno latere dependentes; vel zona, ſive veſtes nocturna, vel genus ſudarii quo Hebræi utuntur in capite.* Gloſſæ Lat. Gr. *Semicinctium*, ἡμιζώνιον. *Veſtis præcinctoria*, S. Auguſtino. S. Bernardus de Moribus Epiſcopor. cap. 2. *Fratrum lateribus nec ſemicinctia miſerantes apponitis.* Petrus Damianus lib. 6. Epiſt. 30. *Tandem per ſemicinctias correpti, violenter excludimur.* Petrus Bleſenſis Epiſt. 102. *Aut nudus omnino, aut in ſemicinctiis tabeſcens, fame & frigore tremens*, &c. Herbertus lib. 1. de Miracul. cap. 6. *Habebat quoque vir ille locupletiſſimus circumligatam renibus ſemicinctiam vilem atque breviſſimam; qua verecundas ſolummodo corporis partes operire vix poterat.* Exceptio corporis S. Florentini apud Latiniacum MS. *Pallium modo integrum tibi eſſe videtur; ſed ex quo illud attigeris, in plura ſemicintia dividetur.* *Semicincium*, abſque t, ſcripſit etiam Arator lib. 2. Hiſt. Evangel.

—— Semicintia denique Pauli
Atque oblata palam ſudaria fuſa per artus
Languorum preſſere focos, &c.

Semicinctium, veſtibus Sacerdotalibus vulgò accenſetur. Idem porrò quod *orarium*, ſeu ſudarium, quod auro & gemmis diſtinctum, ad dextrum femur à cingulo dependens conſpicitur in tabellis Græcanicis, quas ad noſtram Conſtantinopolim Chriſtianam ære incid. curavimus. Gloſſæ MSS. *Semicincia, ſudarium.* Nicephorus Conſtantinopolitanus ad Leon. III. PP. *Miſimus fraternæ veſtræ Beatitudini encolpium aureum; tunicam candidam, & penulam caſtaneam, inconſutilem ſtolam, & ſemicinctiis auro variegata.* Leo Oſt. lib. 3. cap. 19. (aliis 20.) *Stolas auro textas cum manipulis & ſemicinthiis ſuis numero 9.* Cap. ult. *Stola alia 18. ſemicinthia 7. al. ſemicincia.* Hepidannus de Vita S. Wiboradæ cap 29. *Sic & abſentis Pauli ſemicinctia ægrotantibus ſuperpoſita ſanabant.* Reſpexit locum Lucæ Act. 19. Καὶ ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπιφέρεσθαι ἀπὸ τοῦ χρωτὸς αὐτοῦ σουδάρια ἢ σιμικίνθια. Quæ quidem vocabula non ſemel jungunt ſcriptores alii. Joannes Damaſcenus lib 3. de Imagin. Οὕτως ἡ σκιὰ καὶ τὰ σουδάρια, καὶ τὰ σιμικίνθια τοῦ Ἀποστόλου ἐπήγαζον τὰ ἰάματα. Alios vide apud Meurſium. Addo quæ habent Gloſſæ MSS. Regiæ codd. 930. & 2061. Σιμικίνθιον, τὸ σαγὶ τοῦ πόδας σινδόνιον, ... τὸ φακιόλιον λέγουσι, ... ῥινόμακτρον, ὅ ἐστι μιζομανδήλιον. *Semicintium* Epiſcopis proprium fuiſſe docet Charta Anacleti II. PP. in Chronico Beneventano S. Sophiæ p. 689. *Mitram ac chirothecas, tam tibi, dilectiſſime fili Franco Abbas, quam ſucceſſoribus tuis, — in perpetuum habere ac poſſidere concedimus: dalmaticæ quoque uſum ac ſemicincti, his diebus tantum qui inferius prænominantur, tibi tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum Apoſtolicæ Sedis liberalitate concedimus atque tribuimus, id eſt Natali Domini*, &c.

Semicupium, Cupa brevior. Eſt, inquit Papias, *vas in quo poteſt homo reſupinus jacere, in modo lintris.*

Semicors, *Minus habens cor*, in Gloſſis antiquis MSS.

Semidecima, *Semiſolidus*. Vide *Dimidius*.

Semiermis, *Semiarmatus, minùs armatus*, in Gloſſis antiquis MSS.

Seminalia, Sationes, *Semailles*. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham: *In cæteris grangiis interim excuſſione ceſſante, niſi quantum ad ſeminalia pertinet.* Vide *Sativus*.

Seminia, ex Gall. *Semaine*: Hebdomada. Gilbertus Criſpinus Abb. Veſtmon. in Vita S. Hellumi Abb. Beccenſis: *Et mane primus in Curia coram aderat ad menſam Domini, quia inter ſodales par ſeminiam exercere volebat.* Hoc eſt, *Il vouloit faire ſa ſemaine.*

Seminiverbius, Concionator, σπερμολόγος, *Seminans verba*, Papiæ. Mamotrectus ad Actus Apoſt. cap. 17. *Seminiverbius, i. ſeminator verborum, quaſi ſermologus.* Alcuinus Poëm. 5. de S. Paulo:

Plurima frugiferis diſpergens ſemina verbis.

Petrus Bleſenſis ſerm. 43. *Erudiat ſeminiverbius; deſiniat, quia Prælatus; intercedat, quia Advocatus; ſeminiverbius in Cathedra, Prælatus in Curia, Advocatus in Miſſa.* Ordericus Vitalis lib. 8. *Solers itaque ſeminiverbius multis profuit*, &c. Utitur præterea lib. 10. p. 774. ut & Baldricus Dolenſis de Vita B. Roberti de Arbreſello ſemel ac iterum, Acta Apoſtolorum cap. 16. v. 18. pro σπερμόλογος, de qua voce conſulendus Henricus Stephanus lib. de Dialect. Attic. p. 214.

Semipræbendæ. Vide *Præbenda*.

Semire, pro Serere, ſeminare, ex Gallico *Semer*. Charta Caroli Regis Burgundiæ filii Lotharii Imp. to. 12. Spicileg. Acheriani pag. 127. *Silva parva, ſi ſemiri poſſit, ad modios 50.*

Semisonarii. *Dimidium obſonium capientes.* Ita Ugutio MS. fortè leg. *Semiobſonarii.*

Semisspathium, Iſidoro lib. 18. cap. 5. Papiæ & Jo. de Janua, *Gladius eſt à media longitudine ſpathæ appellatus.* Gloſſ. Theotiſc. *Semiſpathium, ſahs.* Vegetius lib. 12. cap. 15. *Gladios majores, quos Spathas vocant; & alios minores, quas Semiſpathas.* Lex Burgund. tit. 37. *Quicunque ſpatham aut ſemiſpathium eduxerit ad percutiendum alterum*, &c. Chronicon Fontanellenſe cap. 10. *Erat autem de ſecularibus Clericis, gladioque, quem Semiſpathium vocant, ſemper accinctus, ſagoque pro cappa utebatur.* Ex his emendandum Capitulare Pipini Regis Italiæ apud v. cl. Steph. Baluzium c. 36. *Et caballos, arma, & ſcutum, & lanceam, ſpatam & ſemeſpaſium habere poſſunt.* Ubi legendum *Semiſpathium*.

Semissarius, Dimidius. Chronicon Iſidori Pacenſis Epiſc. an. 731. *Abderaman vir belliger in æra 769. anno Imperii ejus 12. ſemiſſario, Arabum 113* &c.

Semissis. Gloſſ. Lat. Gr. *Semiſſem*, ἡμιολίας, καὶ τὸ ἥμισυ τοῦ νομίσματος. Ebrardus in Græciſmo c. 12.

Semis, dimidius, indeclinabile ſemper;

Semis. Semiſſis, dicetur dimidius Poys.

Semitarium, *Semita*, Hiſpanis *Sendero*, Gall. *Sentier*, in Charta Hiſpanica æræ 1016. apud Anton. de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti to. 5. pag. 444. Charta Bernardi Vicecomitis Carcaſſonæ an. 1108. *De aquilone de ipſo ſemitario qui vadit ad ipſos molendinos.* Tabularium S. Andreæ Viennenſis: *De duos latus terra de ipſa hereditate, in uno fronte, ſemitario vicinabile, in alio fronte*, &c. Alibi: *In alio fronte ſemitario via vicinabile.*

Semnistes, pro *Symmiſtes*, ex Gr. συμμύστης. Paſſio S. Bercharii apud Camuſatum p. 69. de S. Nivardo Archiepiſcopo Remenſi: *Eo gravi ſopore deprimitur, ut omni protinus cum ſi facultate proſcriptus, ſemniſtem ſuum B. Bercharium inclamaret*, &c.

Semnium, ex Gr. Σεμνεῖον. Monaſterium, in quo venerandi degunt Monachi. Gloſſæ antiquæ MSS. & Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Semnium, Monaſterium, ſive honeſtorum conventiculum.* Perperam *Scimnion*, apud Papiam. Lexicon aliud Gr. MS. Reg. cod. 2062. Σεμνεῖον, μοναστήριον. Joannes Hieroſ. de Inſtit. Monach. c. 36. *Diruentes eorum Semnium antiquum, ædificaverunt hunc primæ virgini Deo dicatæ capellam*, &c. Occurrit præterea in vita B. Agnetis de Bohemia n. 6. Suidas: Φροντιστήριον, ἀσκητήριον, ἢ μοναστήριον, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ σεμνεῖον καλοῦσι. Nicephorus CP. in Breviar. pag. 16. 2. edit. Μετὰ δὲ ταῦτα Κεῖσθαι εἰς τὸ λεγόμενον τῆς Χώρας σεμνεῖον. Philo lib. περὶ βίου θεωρητικοῦ· Ἑκάστῳ ἐστὶν οἴκημα ἱερὸν, ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται. Nicetas in Iſaacio lib. 1. n. 10. Ἔστι τὸ ἄνω νῦν ἀμοιβὴ. εἶτα σεμνεῖον ἱερόν. Vide Conſtantinum Manaſſem p. 167. 180. edit. Meurſii.

Simnio. Vita S. Boniti Epiſcopi Arvern. cap. 10. *Quo cum pergens Solemniacenſe tenus perveniſſet Simnionem, hoc eſt Monaſterium.*

Semo, *nis*, quaſi *ſemihomo*, Ugutioni. Martianus Capella: *Quoſque Semideos, quoſque Latinè Semones dicunt.*

Semonitus. Marculfus lib. 1. form. 35. *Juxta quod proſemonitum propriatas ſtabilitatem decrevimus roborare.* *priorem etiam præceptionem noſtram erga ſe perhibentes,*

Semorari, ſeorſum *morari*, Degere. Vita S. Landelini Abb. Criſpinienſis c. 7. *Non longe ab eodem loco ſecedens, ſequeſtrata manſione ſemoratur.*

Semotare, Semovere. Vita S. Aicadri Abb. Gemetic. c. 29. *Quos enim ſancta Caritas copulavit in ſancto Dei ſervitio, tellurium ſinus non poterat ſemotari pro illo periculo.*

Sempectæ, in Regula S. Benedicti cap. 27. dicuntur *ſeniores ſapientes fratres*: maximè qui quinquaginta annos in ordine exegerant, (quos annum jubilæum exegiſſe vulgò dicimus,) quibus eo nomine major indulgentia tribuebatur, ab omnibus oneribus cætera immunes. Dividebant enim totum conventum in tres gradus, quorum primus erat *juniorum*, qui uſque ad annum 24. profeſſionis omnia onera chori, clauſtri, & refectorii ſubibant: quippe in Monaſteriis, *non ætas quæritur, ſed profeſſio*, ut eſt in Regula S. Pachomii c. 3. Alter eorum erat qui 24. annos à ſua converſione exegerant; qui per 16. annos ſequentes medium gradum tenebant: atque hi abſoluti erant ab officiis parvis *Cantariæ, Epiſtolæ, Evangelii, & aliis minoribus laboribus.* Hos, ut ætatis perfectæ, & conſummati judicii Monachos, potiſſimum ſpectabat *magnitudo negotiorum, & providentia conſiliorum, ac totius loci ſolicitudo.* In tertio gradu erant, qui 40. annum attigerant uſque ad quinquageſimum, peculiari nomenclatura *Seniores* appellati. Excuſabantur porrò ii ab omni officio forinſeco, ſcilicet Proviſoris, Procuratoris, Cellarii, Eleemoſynarii, Coquinarii, &c. tanquam *milites emeriti, qui portaverant pondus diei & æſtus in ſervitio Dei, & pro ſtatu Monaſterii ſui carnem & ſanguinem ſuum expenderant.* Hos denique excipiebant *Quinquagenarii*, qui ſcilicet 50. annos in ordine exegerant, quibus, ut diximus, omnimoda immunitas conceſſa erat, *Sempectæ* nuncupati. Hos Monaſtici ordinis gradus pluribus explicat ac deſcribit Ingulfus p. 886. ubi de *Sempectis* hæc habet: *Quinquagenarius autem in ordine Sempecta vocandus, honeſtam cameram in infirmitorio de Prioris aſſignatione accipiat, habeatque Clericum ſeu gartionem ſuo ſervitio ſpecialiter attendentem, qui exhibitionem victualium recipiet de parte Abbatis, modo & menſura, quibus miniſtratur gartioni unius armigeri in Abbatis aula. Huic Sempectæ unum fratrem juniorem commenſalem, tam pro junioris diſciplina, quam pro ſenioris ſolatio, Prior quotidie aſſignabit*, &c. Pag. ſeq. *Sempectas autem Monaſterii, qui verbo vita ipſum ad Dei ſervitium genuerant, ſemper in ſumma veneratione habebat*, &c. Mox: *Cumque primus prædictorum ſempectarum & ætate decrepita, & ordinis converſione diuturna cæteris multo ſenior*, &c.

Occurrit præterea hæc vox non abſque mendo, &

alia notione, apud Ordericum Vitalem lib. 8. pag. 624. *Hoc advertentes Cenomani valde læti ſunt, & majorem ei metum * ſempectas incuſſerunt.* Loquitur de juniore Comite Cenomanenſi, qui deſpectum ſe à ſubditis & exoſum ſciens, fugam meditabatur. Ubi indubiè *Sempectæ* legendum, ut omninò intelligantur Comitis συμπαίκται, *Colluſores*, ſodales, ſocii, quibuſcum familiariter verſabatur. Nam Quinquagenarios Monachos *Sympectas*, appellatos admodum verò ſimile eſt, non quod ipſi *Sympecta* eſſent; ſed quod ad ætatis provectioris ſolatium darentur eis συμπαίκται, ſeu juniores Monachi, qui eis miniſtrarent, & cum iis menſæ aſſiderent, ut exertè ſcribit Ingulfus: quomodo ejuſmodi ſeniorum Monachorum συμπαίκτας habet Palladius in Hiſt. Lauſiaca cap. 24. 83. quos *Colluſores* vertit vetus Interpres cap. 24. Unde liquet ab Ægyptiis & Orientis Monachis id vocabuli acceptum.

SEMPER-BARO. Vide *Baro*

SEMPITERNALITER, in Vita S. Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis n. 11.

SEMPITERNITAS. Utitur Claudianus Mamertus lib. 1. de Statu animæ cap. 3. lib. 2. c. 1.

SEMUS, Imperfectus, non plenarius, non plenus. *Illud enim, ait Ugutio, ſemum eſt, quod ultra medietatem, & citra perfectionem eſt. Unde Semitas, & Semo as, i. imperfectum facere, aliquantulum diminuere, & evacuare. Quidam:*

Semam; Semi-Deus, ſtemus, ſtemus quoque ſemo.

Gloſſ. Lat. Gr. *Semum*, ἡμίκενον. Vetus Interpres Juvenalis ad Sat. 6. *Semeſtris autem Luna dicitur, cum menſis medium permenſa eſt ſpatium: alii Xemum* (leg. *Semum*) *dicit, cui ut plena ſit, parum admodum deeſt.* Formulæ veteres Pithœi MSS. c. 36. *Conceſſimus tibi olca, in villa noſtra illa, quam illa femina quondam tenuit, & dum requiſimus quod abſa eſſet & ſema; conceſſimus tibi qui ſubjungit ab uno fronte, &c.* Joannes Laudenſis in Vita S. Petri Damiani Cardin. c. 5. *Dimidio tantùm palmo vas ſemum invenerunt.* Ita Præferunt tres MSS. ut obſervat Henſchenius.

Semus, Mutilatus, qui non integro eſt corpore. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062. Ῥινότμητος, τὴν ῥῖνα ἀποκεκομμένος, ἢ τὴν ῥῖνα κολοβὸς. Naſo mutilatus, ſimus: ἀκρωτηριασμένος, pro ἀκρωτηριασμένος, in Nomocanone, ſeu Pœnitentiali nuper edito to. 1. Monumentorum Eccleſiæ Græcæ, cap. 94. Concilium Aurelian. III. c. 6. *Ne aut duarum uxorum vir, aut remupta maritus, aut pœnitentiam profeſſus; aut ſemus corpore, vel qui publicè aliquando arreptus eſt, ad ſupradictos ordines provehatur.*

Simare, pro *Semare*, Mutilare. Capitula ad Legem Alamannor. edit. Baluzianæ: *Si quis auriculam ſimaverit, ſolvat ſol. 20. ſi totum excuſſerit, aut ſi plagaverit, ut audire non poſſit, ſolvat ſol. 40.* Vide *Scemus, Sentus, Scematio.*

SENATORES, Nobiles, ex Senatorio & Nobilium ordine. *Ex ordine Senatorio*, in l. 10. Cod. Th. de Malefic. *Senatorii ſtemmatis homo*, apud Sidonium lib. 1. Epiſt. 6. Vita S. Nicetii Archiep. Lugdun. *Natus erat ex Senatorio genere.* Eucherius lib. de Contemptu mundi: *Clemens vetuſta proſapia Senatorum.* Aigulfus Epiſcopus Metenſis, apud Paulum Diacon. *ex nobili Senatorum familia ortus. Gens Senatoria*, apud Gregorium Turon. de Gloria Confeſſ. cap. 65. Idem lib. 2. Hiſt. c. 2. *Seculi dignitatem nobilitate Senatoria florens.* Lib. 10. c. 31. *Eufronius Preſbyter ordinatur Epiſcopus, ex genere illo, quod ſuperius Senatorium nuncupavimus.* Et de Vitis Patrum cap. 20. *Genere non quidem Senatorio, ingenuo tamen.* Fortunatus lib. 4. Poëm. 17.

Hic puer Arcadius veniens de prole Senatus.

Acta Martyrii S. Vaſii Santonenſis n. 1. *Vaſius, ortus genere Senatorio.* Vita S. Aniani Epiſcopi Aurelianenſis: *Vir nobiliſſimus ex genere Senatorum Tetradius.* Vita S. Firmini Confeſſor. Epiſcopi Ambianenſis: *Ex genere Senatorio, Fauſtini à B. Firmino Martyre baptizati filius. E*, vel *ex Senatoribus*, non ſemel ortum duxiſſe dicuntur viri nobiliores; apud eundem Gregorium Turon. lib. de Gloria Confeſſ. cap. 41. 106. lib. 1. Hiſt. cap. 39. lib. 2. cap. 13. in Vita S. Maurilii cap. 12. in Vita S. Præjecti, &c.

Ita Nobiles ipſi *Senatores* paſſim appellantur apud eundem Gregorium Turon. lib. 1. Hiſt. cap. 29. *Senatores vel reliqui meliores loci, urbis* ſcilicet Bituricenſis. Lib. 2. cap. 13. *Multi tunc filii Senatorum in hac obſidione dati ſunt.* Et cap. 20. *Eucherius Senator.* Idem lib. de Gloria Confeſſ. cap. 42. *Apud Caſtrum Divionenſe quidam ex Senatoribus, &c.* Lib. de Vitis Patrum cap. 4. *Poſt peractam igitur ſtragem cladis Arvernæ, unus ex Senatoribus Comitatum urbis illius agens, &c.* Idem de S. Luſore: *In Dolenſi autem Biturigi territorii vico Beatus Luſor Leocadii quondam Senatoris filius. S. Hilarius Senator*, in Chronico S. Benigni: Epitaphium Perpetui Epiſcopi Turon.

Clarus avis, atavisque potens ſuis, atque Senator.

Vide Braulionem in Vita S. Æmiliani cap. 15. 17. 22. Sed & ſub ſecunda Regum ſtirpe *Senatorum* nomenclaturâ, Proceres intellecti. Hincmarus de Ordine Palatii c. 34. *Proceres verò prædicti, ſive in hoc ſive in illo placito, quin & primi Senatores regni, ne quaſi ſine cauſa convocati viderentur, &c.*

Jam verò qui fuerint *Senatores* iſti, non omnino conſtans eſt doctiorum ſententia, quanquam probabilis admodum videtur Ambroſii Moralis ad Vitam S. Eulogii conjecturâ, ubi cenſet ita appellari ab illorum temporum ſcriptoribus, qui ex antiqua Romanorum ſtirpe eſſent prognati, Senatorum fortè Romanorum, qui è provinciis in Senatum allecti fuerant. Conſtat enim temporibus Auguſti infinitos propemodum ex provinciis, præſertim Narbonenſi, in Curiam allectos: unde natum ſcomma, *Galli braccas in Curia depoſuerunt, latum clavum ſumpſerunt.* Atque hi quidem tantâ apud Principem gratiâ valuiſſe dicuntur, ut Galliæ Narbonenſi ob egregiam in Patres reverentiam datum fuerit, ut Senatoribus ejus provinciæ, non exquiſitâ Principis ſententiâ, res ſuas inviſere liceret: cum cæteris, Conſtitutione Auguſti, ſine commeatu jus abeundi non eſſet, ut liquet ex Tacito lib. 12. & Dione lib. 52. Claudius Imperator in Oratione ſuper civitate Gallis danda, de Vienna: *Ornatiſſima ecce colonia valentiſſimaque Viennenſium, quàm longo jam tempore Senatores huic Curiæ confert.* Atque inde dictam *Viennam Senatoriam* plerique opinantur. *Senatores* porrò ejuſmodi è provinciis delectos, *Peregrinos* vocat Capitolinus in Philoſopho, de quibus etiam Plinius lib. 6. Epiſt. 19. qui, ut eſt apud eundem Capitolinum in Pertinace, initio, ferè nunquam Romam viderant. Ex quo licet conjicere quamplurimos in provinciis populi & Imperii Romani, hac donatos dignitate, à quibus in poſteros tranſmiſſa poſtmodum, ita ut *Senatores* univerſim perinde appellarentur, qui ab iis originem ducerent, qui primitus Senatores dicti fuerant, adjectâ interdum Romani Senatus notâ, ut ab civitatum aliarum Senatoribus diſtinguerentur, quorum longè inferior erat nobilitas. Ita Spartianus de Adriano Imperatore, qui natales ab Hiſpanienſibus arceſſebat: *Avus ejus Marcellinus, qui primus in ſua familia Senator populi Romani fuit.* Et Trebellius Pollio in Vopiſco: *Victorina Tetricum Senatorem populi Romani ad Imperium hortata eſt.* Sic Aurelius Victor in Pio, & alii: è noſtris verò ſeu recentioris paulo ævi ſcriptoribus, Avitus Viennenſis Epiſcopus Epiſt. 31. de ſe: *Quaſi Senator ipſe Romanus, quaſi Chriſtianus Epiſcopus obteſtor.* De quo, Ado Viennenſis: *Avitus Viennenſis Epiſcopus, & ejus frater Apollinaris Valentiæ Epiſcopus, — Iſicii Senatoris primum viri, poſtea Viennenſis Epiſcopi, duo lumina, clariſſimi filii.* Gregorius Turonenſis lib. de Gloria Confeſſ. cap. 5. *Audientes autem Senatores urbis* (Arvernæ,) *qui tunc in loco illo nobilitatis Romanæ ſtemmate refulgebant, &c.* Infra: *Quia Senatores Arverni veniunt in occurſum tui.* Fortu-

natus lib. 4. Poëm. 10. de Leontio Archiepiſcopo Burdegal.

Nobilitas altum ducens ab origine nomen,
Quale genus Roma forte Senatus habet.

Adde eundem lib 4 Poëm. 5. Vita S. Thuribii Epiſcopi Cenomanenſis n. 2. *Vir Venerabilis, & Romana nobilitatis inſignis.* Autor Vitæ S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis cap. 16. *Præcipuè Bobila Senatrix Romana, A... quondam relicta, multa rerum ſuarum eccleſiæ ejus, necnon Monaſteriis contulit.* Vita S. Boniti: *Inclita Bonitus progenie Arvernicæ urbis oriundus fuit, cujus pater Theodatus, mater verò Siagria vocitatur, è Senatu Romano duntaxat nobili proſapia.* Vita S. Calminii Ducis Aquitaniæ: *Proceſſit & Romana Lux clarxtatis, & claris parentibus oriundus, & natalium ſinceritate reſplenduit, ut ex Senatorio ordine trahens nobilitatis originem ſanctis moribus ſequeretur, & exprimeres in ſeipſo Senatoriam dignitatem.* Eam porrò Senatorum Romanorum in toto orbe Romano multitudinem innuit Athalaricus apud Senatorem lib. 8. Epiſt. 19. Senatum alloquens: *Antiquitas vos fecit nobiles haberi, nos Senatum volumus etiam de numeroſitate prædicari.*

Ex his proinde colligitur, quos *Senatores* in Provinciis, vel in civitatibus memorant ſcriptores, non alios fuiſſe à Senatoribus ejuſmodi Romanis, quos *Peregrinos* appellatos innuimus, non verò ex civitatum ipſarum Senatoribus, ſeu Curialibus. Gregorius Turon. lib. 3. c. 17. de Francilione Epiſcopo Turon. *E Senatoribus ordinatur Epiſcopus, civis Pictavus.* Ita idem ſcriptor *Galliæ Senatores* non ſemel memorat. Lib. 1. cap. 29. de Leocadio: *Primus Galliarum Senator.* Lib. 2. cap. 21. de Sidonio Apollinari: *Vir ſecundum ſeculi dignitatem nobiliſſimus, & de primis Galliarum Senatoribus.* Et cap. 22. de eodem Sidonio: *Cùm autem eſſet magnificæ ſanctitatis, atque, ut diximus, ex Senatoribus primus.* Idem de Vitis Patrum cap. 6. *Pater ei nomine Georgius, mater verò Leocadia ab ſtirpe Vectii Epagathi deſcendens, — qui ita de primoribus Senatoribus fuerunt, ut in Galliis nihil inveniatur eſſe generoſius atque nobilius.* S. Ildefonſus in Epitaphio Nicolai avi:

Quiſquis Romulidum faſces, clarumque Senatum
Concelebrare cupis, quod venereris habes.

Paulus Emeritenſis Diac. in Geſtis Epiſcoporum Emeritenſ. in Paulo c. 1. *Tanta namque illis inerat copia rerum, ut nullus Senatorum in provincia Luſitaniæ illis reperiretur locupletior.* Acta S. Fulgentii Epiſcopi Ruſpenſis: *Nobili ſecundùm carnem genere procreatus, parentes habuit ex numero Carthaginenſium Senatorum.* Alvarus in Vita S. Eulogii n. 2. *Nobili ſtirpe progenitus, Corduba civitatis patritia Senatorum traduce natus.* Vita S. Honorati Arelatenſis Epiſcopi: *Senatoria & Conſulari familia natus, patria Arelatenſis.* Lupus in Vita S. Maximini: *Maximinus urbis Aquitaniæ Pictavorum indigena, clariſſimis eſt ortus parentibus: ſiquidem antiquam proſapiam à majoribus Senatorii ordinis deductam eius parentes ſortiti Maxentium atque hunc Maximinum procrearunt.* Ex quibus ſatis ſuperque colligitur, non alios hiſce prælatis locis indicari *Senatores*, quàm Romanos, qui in provinciis ad id faſtigii ab Imperatoribus evecti fuerant, non verò civitatum Senatores.

Fatendum tamen ita etiam interdum dictos civitatum Senatores. Id quippe privilegii conceſſum fuit cæteris provinciis, quibus adſcriptum erat Jus Italicum, ut à propriis Magiſtratibus regerentur, qui iiſdem dignitatibus ſeu Magiſtratuum appellationibus gauderent, quibus Romæ cæteri Magiſtratus. Unde Auſonius Conſulem ſe Burdegalæ jactitat. Refert Strabo Gabalos, Auſcios, Convenas jure Latii donatos, ſeu ut ipſe alibi explicat, ſuis legibus & Magiſtratibus redditos fuiſſe: cui privilegio hoc amplius adjectum, ut poſt adeptum inter ſuos Magiſtratum, hi municipes inter cives Romanos adſcriberentur, quod videtur indicare Strabo lib. 4. ubi de Nemauſenſibus agit. Unde elicitur *Senatores* dictos, & qui in Curiam Romanam ex provincialibus allecti erant, & qui in ſuis urbibus, quæ jure Latii gaudebant, Senatoriam dignitatem erant adepti. *Viennenſis Senatus* meminit Avitus in Homilia de Rogationibus: *Cujus tunc numeroſis Illuſtribus Curia florebat.* Extat præterea in Spicilegio Acheriano to. 12. Teſtamentum Ephibii Abbatis an. 3. Childeberti Regis (Chr. 697.) confectum, in quo pariter *Senatus & Senatorum urbis Viennenſis* mentio fit: *Teſtamentum ſororis noſtræ, judicante Senatu in Vienna civitate reſidente, huic teſtamento noſtro inſeruimus.* Infra: *Quicunque contra hoc teſtamentum venerit ut votum meum diſturbetur, ut ſervis Dei alimenta, ſervitia & neceſſaria non præſtentur, Senatorio judicio ad libras 400. auri in publico reddere compellatur. — Hoc teſtamentum — ego Ephibius Abba manu propria roboravi, & Senatoribus univerſis ut hoc ipſum roborarent jure petivi & rogavi. Senator Eulogius parens, Rufina ſoror, Deuphibus Senator, Contumacus Senator, Pelagius Senator, Leubinus Senator,* &c. Apud Vopiſcum in Floriano habetur *Senatus ampliſſimus Trevirorum.* Apud Braulionem in Vita S. Æmiliani c. 26. *Cantabriæ Senatus* mentio fit. In Vita S. Felicis Archiepiſcopi Trevirenſis, *Conſules, Patricii & Senatores Urbis Trevirenſis*, pariter occurrunt: ut in veteribus Inſcriptionibus complures alii civitatum, Italiæ præſertim, Senatus, quorum indicem collegit Joſephus Scaliger cap. 9. ad Gruterum.

Senatores verò *Nobiles* unicè appellatos, ut *Nobilitatem*, pro *Senatu* uſurpari apud Victorem Schotti, docuit Salmaſius ad Capitolinum.

Senatrix, Nobilis femina, ex genere Senatorio orta. Vita S. Deſiderii Epiſc. Cadurc. c. 16. *Bobila Senatrix Romana.* Vita S. Apolinaris Ep. Valentiæ: *Arcutamia Senatrice propinqua ſua invitante, Maſſilienſium nos vota ſuſcipiunt.* Ita hanc vocem uſurpant autor Vitæ S. Lupicini Abbatis Jurenſis n. 10. Hariulfus lib. 1. Chronici Centulenſis cap. 11. Hiſtoria Trevirenſis p. 208. Vita S. Innocentii Epiſcopi Dertonenſis n. 9. Vita MS. S. Tarpetis, &c. S. Auguſtinus de Morib. Eccl. Cathol. cap. ult. *Senatores utriuſque ſexus* dixit.

Senatores, apud Britannos, ſeu Anglos, dicti qui poſtea *Aldermanni*, voce compoſita ex alꝺeꝛ, Senior, & man, homo, Magnates, viri præcipui, uti in hac voce docuimus. Leges Edwardi Confeſſ. cap. 35. *Olim apud Britones temporibus Romanorum in regno iſto Britanniæ vocabantur Senatores, qui poſtea temporibus Saxonum vocabantur Aldermanni, non propter ætatem, ſed propter ſapientiam & dignitatem, cum quidem adoleſcentes eſſent, juris periti tamen, & ſuper his experti.* Charta Kenulfi Regis Merciorum apud Will. Stanfordium lib. 2. Placitor. Coronæ cap. 38. *Conſilio & conſenſu Epiſcoporum & Senatorum gentis ſuæ largitus fuit dicto Monaſterio,* &c. Vita S. Livini Epiſcopi cap. 2. *Erat quidam Senator Scottigena.* Vide Canones Hibernienſes lib. 7. cap. 3.

Senator, Dignitas ſuprema Romæ, Magiſtratus qui toti populo Romano præerat, ſequioribus ſcilicet ſæculis. Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062 Σινάτωρ, ὁ τῶν Ρωμαίων ἡγεμών. Obſervat porrò Albericus in Chr. MS. an. 1144. & ex eo M. Chronicon Belgicum p. 159. Senatoriam dignitatem, quæ quodammodo extincta jacuerat à temporibus Conſtantini M. à Romanis, ſub Innocentii II. PP. Pontificatu rurſum invectam, bellis inter eundem Pontificem & ipſos Romanos ferventibus, Senatore creato Jordano filio Petri Leonis, cui fidelitatem & obſequium in omnibus præſtitere. Lucius PP. apud Ottonem Friſingenſem lib. 7. cap. 31. Senatoribus priùs creatis, *Patricium* adjeciſſe Romanos ſcribit, hacque dignitate donatum Jordanum, cui tanquam Principi ſe ſubjecere, & omnia Regalia ſummi Pontificis tam intra quàm extra urbem ad jus Patricii repopoſciſſe, *eumque more antiquorum Sacerdotum, de decimis tantùm*

& oblationibus ſuſtentari oportere dicentes. Petrus Alberici, an. 5. Pontif Alexandri II. PP. *Conſulem, Ducem, atque omnium Romanorum Senatorem* ſe inſcribit, in Regeſto Caſinenſi apud Angelum à Nuce, & apud Ughellum to. 1. pag. 1099. Abrogata mox Patricii dignitate ex pacto cum Eugenio PP. inito, ut eſt in M. Chronico Belg. p. 170. periſtitit ſola Senatoria, ſummi Pontificis autoritati obnoxia, uſque ad annum 1194. Tum enim, ut ſcribit Rogerus Hovedenus, *cives Romani elegerunt 56. Senatores, & conſtituerunt eos ſupra ſe. Prius enim* (addit ille) *habebant unum ſolum Senatorem, qui cognominatus eſt Benedictus, carus homo, qui regnavit ſuper eos 2. annis: & deinde habuerunt alium Senatorem, qui vocatus eſt Joannes* Capuche, *qui ſimiliter regnavit ſuper eos aliis 2. annis: in quorum temporibus melius regebatur Roma, quàm nunc temporibus 56. Senatorum.* Ad hunc *Benedictum* referenda videtur inſcriptio in baſi Pontis Ceſtii Romæ literis rudibus atque inæqualibus exarata, apud Gruterum 160. 5. *Benedictus almæ urbis ſummus Senator reſtauravit hunc pontem ferè dirutum.* Sed & hac ipſamet tempeſtate *Pandulphus de Subuxa* hanc dignitatem obtinuit, cui ſuffectus eſt *Gregorius Petri Leonis Rainerii*, cum iſti 56. Senatores electi ſibi invicem non concordarent: ſub quo Joanne Capocio omnia turbante, res Romanæ peſſum iere, quod narrant Acta Innoc. III. PP. ſub finem.

Exhinc creati ſubinde *Senatores*, quorum Magiſtratus biennii erat. Sed anno 1237. procurante Friderico II. Imp. *creatus eſt alter Senator Romæ*, inquit Matthæus Paris, *ut duorum Senatorum prudentia & fortitudine duplicata, Romanorum inſolentia comprimeretur, & conſilio tutius pacificata urbs liberiuſque regeretur.* Incertum tamen an id diu obtinuerit, cùm unicos Senatores nominent ſcriptores, atque in iis *Joannem de Poli* hoc ipſo an. 1237. *Matthæum Rufum*, an. 1244. & *Joannem de Cencio*, Matthæi ſucceſſorem: Richardus de ſancto Germano in Chronico: *Brancaleonem de Bolonia* an. 1253. Matth. Weſtmon. hoc anno & 1259. Nangius an. 1257. & Matth. Paris an. 1252. *Lucam de Sabello*, patrem Honorii IV. PP. qui obiit dum eſſet Senator urbis, an. 1266. ut eſt in ejus Epitaphio apud Waddingum an. 1250. n. 58. Poſt hæc, eandem dignitatem obtinuit Manfredus Siciliæ Rex: quo in ordinem acto, Carolus Comes Andegavorum *Senator urbis Romæ* ad vitam à Romanis electus eſt, anno 1263. Thiericus Valliſcolor in Urbano IV. de Carolo Andegavenſi:

> *Ipſi mandavit quod penitus omne Senatus*
> *Jus acceptaret nempe ſalubre ſibi.*
> *Qui ſumens ex parte ſui præmiſit ad urbem,*
> *Senſibus electos ac probitate viros.*
> *Quos urbs magnifico Romana recepit honore,*
> *Sub dicti Comitis judice jura tenens.*

Anxit tamen Urbanum Pontificem, quod Senatoria dignitas ad vitam Carolo conceſſa eſſet, ut teſtatur ejus Epiſtola ad S. Ludovicum Regem Franciæ, Caroli fratrem, ſcripta anno Pontificatus 3. quæ in Chartophylacio Regio ſervatur; qua Regem hortatur, ut fratrem ad eam relinquendam compellat, cum id conſilii nunquam fuerit, ut ad vitam, ſed ad tempus ei concederetur, ſin contra ageret, id Eccleſiæ damno, *ad quam urbis dominium, & inſtitutio Senatoris plene pertinebat*, prorſus ceſſurum. Vide Odoricum Rainaldum an. 1264. n. 4. 5.

Carolus Rex Siciliæ factus, eandem dignitatem Henrico filio Regis Caſtiliæ loco ſui regendam commiſit anno 1266. uti narrant Nangius, Anonymus to. 5. Hiſt. Franc. p. 849. & alii. Guillelmus *Guiart*, de Henrico:

> *Li Rois challes bel l'apela,*
> *Et pour ce que couſin le nomme,*
> *Le fiſt il Senateur de Rome.*

Sed hanc dignitatem antea obtinuiſſe Henricum ſcribit Anonymus de Rebus geſtis Friderici II. Imp. p. 882. *Quidam Romanus civis, Angelus Capucia nuncupatus, ſeditionem in Romano populo ſuſcitavit, per quem contra urbis magnates cœperunt populi quibuſdam viris de qualibet regione 7. electis ſecum adjunctis ſub pacis ſpecie viribus Magiſtratus eſt erectus. Hic ex contradicta ſibi per dictum populum poteſtate, quæ quem vellet poſſet eligere Senatum, Dominum Henricum — ad urbis regimen evocavit.* Deſcripſit Nicolaus Alemannus in Diſſertat. de Lateranenſib. parietinis cap. 11. nummum argenteum Caroli Regis, in quo ille regio habitu ſedet, cum hac inſcriptione, ROMA. CAPVD. MVNDI. S. P. Q. R. in adverſa effictus Leo gradiens, cui ſuperſtat Lilium Francicum, cum hiſce characteribus, CAROLVS. REX. SENATOR. VRBIS.

Tandem Nicolaus PP. anno 1278. *Carolum Regem à Vicaria Tuſciæ removens, Conſtitutiones fecit tam de electionibus Prælatorum, quàm de electione Senatoris urbis Romæ: & ſe Senatorem ad vitam fieri procurans, Senatoriam juſſit per ſuos parentes ferè per duos annos regi.* Ita autor Deſcriptionis Victoriæ Caroli Regis, & ex eo Nangius. Extat alia Conſtitutio ejuſdem Nicolai, in cap. *Fundamenta*, tit. de Elect. in Sexto, qua Senatoria dignitas poſſideri à quoquam vetatur ultra annale ſpatium, & abſque licentia Sedis Apoſtolicæ. Adde Annales Colmarienſes an. 1278. Mortuo Nicolao, *Martinus Papa eligitur in Senatorem ad vitam, qui loco ſui eundem Carolum Regem Siciliæ conſtituens, de domo ejus ſive familia aſſumpſit Milites ad regendum patrimonium S. Petri*, uti narrant idem Nangius, Trivettus, Thomas Walſinghamus, & alii ſub an. 1281.

Tranſiit deinde Senatoris Romani dignitas ad poſteros Caroli, atque adeo ad Robertum Regem, qui Guillelmum Ebolenſem Baronem vicarium ſuum cum 300. equitibus ad urbis cuſtodiam conſtituit: quo Magiſtratum gerente, cum rerum victualium penuria Romanos attereret, orta ſeditione, Capitolium ii invaſerunt, atque Guillelmo exacto, *Stephanum Columnenſem, & Poncellum Urſinum* Senatores crearunt. Rem narrat Joannes Villaneus lib. 10. c. 121. Kalendis porrò Septembris Magiſtratum iniiſſe Senatores teſtatur Joannes Sariſberienſis Epiſt. 105. ex Cod. Vaticano apud Baronium an. 1168. ex qua etiam docemur fidelitatem Romano Pontifici exhibuiſſe, ex pacto inito inter Clementem III. PP. & Romanos an. 1188. apud eundem Baronium.

Hodie *Senatorem* vocant Romani Prætorem urbanum. Is in divo reſidet Capitolino, & Romanis civibus ordinaria facultate jus dicit. Tres habet vicarios ſubſtitutos ſuos, quorum duos, qui privatis præſunt judiciis, *Collaterales* vocant; hi gradu differunt; unus enim vocatur primus, alter verò ſecundus, tertius eſt Latrunculator. Vide Octavianum Veſtrium lib. 2. de Judiciis Aulæ Romanæ, & Albertum Argentin. p. 167.

Senatrix Romanorum, uxor Senatoris apud Ughellum to. 1. p. 1087. 1099.

Senatus, Officium, dignitas Senatoris Romæ. Codex Vatican. in Lucio II. apud Barun. an. 1144. *Senatores — Senatum abjurare coegit.* Acta Innocentii III. PP. *Quoniam ſtatus Romanæ Eccleſiæ peſſimus erat, pro eo quod à tempore Benedicti cariſſimi Senatum perdiderat, & idem Benedictus ſeipſum faciens Senatorem, ſubtraxerat illi Maritimam, ſuos juſtitiarios in illa conſtituens.* Charta anni 1264. apud Odoricum Rainaldum n. 4. 5. *Præfigitur ei tempus triennii, vel quadriennii, ultra quod nequeat tenere Senatum.* Infra: *Promittet Comes (Andegavenſis) quod bona fide dabit operam, ut Romanus non juret regere urbem ad vitam, ſed quamdiu ſibi placuerit tenere Senatum.*

Senator Imperialis, Dignitas in Aula Conſtantinopolitana, qua donatus legitur Goffridus Comes Cannarum an. 1105. apud Ughellum to. 7. Ital. ſacr. p. 1071. & 1082.

Senator, Decanus Chriſtianitatis. Chronicon Senonienſe lib. 3. cap. 3. *Tandem Preſbyter factus eſt, deinde Senator, id eſt Decanus Chriſtianitatis Vallis S. Deodati effe-*

tius, ditiſſimus & pleniſſimus omnium bonorum terrenorum fuit.

SENDAL. Vide *Cendalum.*

SENECIA, inquit Jo. de Janua, à *Senecio, quod eſt aliquantulum ſenex. Dicitur hæc Senecia, æ, quaſi pilatura labiorum, vel labium: vel verbum ſenis: vel illud rubrum quod eſt ſub aure piſcis, per quod diſcernitur an ſit recens vel non. Alii dicunt quod Seneciæ dicuntur ſalivæ defluentes per genas ſenis, quas præ ſenectute retinere non poteſt, & eas emittit per majores dentes, qui Canini, i. detractores dicuntur, quod congruit invidis: de quorum molaribus frequens immunditia detractionis emittitur. Unde Hieron. in Prolog. Ezech. Sed vereor ne illis veniat quod Græcè ſignatius dicitur, ut vocentur Fagoloidoros, hoc eſt manducantes ſenecias. Secundùm verò Papiam ſeneciæ herba ſunt citò areſcentes, quæ per macerias naſcuntur.*

SENELLIO. Fleta lib. 2. cap. 12. §. 8. *Lunda pellium continet 32. timbria, & ſenellio cuniculorum & de griſis continet 40. pelles.*

SENECTITUDO, Senectus, in Epiſtola Caroli M. ad Faſtradam Reginam de victoria Avarica, ut *juventitudo* pro *juventus: Et à vino & carne abſtinere ordinaverunt Sacerdotes noſtri, qui propter infirmitatem aut ſenectitudinem, aut juventitudinem abſtinere poterant, ut abſtinuiſſent.*

SENECTUS *Serpentis, id eſt exuviæ*, inquit Marcellus Empir. cap. 9.

SENESCALCUS, *Seneſcallus*, Officialis in aulis Regum vel procerum, atque adeo etiam privatorum, cui domus cura incumbebat: noſtris *Seneſchal*, Italis *Scalco.* Variè autem hæc vox apud veteres Autores, & in Tabulis antiquis ſcribitur. *Seniſcalcus*, in Placito Chlodovei III. Regis Francor. to. 4 Vitar. SS. Ord. S. Bened. p. 617. 619. in Leg. Alamann. tit. 79. §. 3. apud Marculfum lib. 1. form. 25. in Charta Pipini Regis Aquitaniæ apud Beſlium, in Charta Henrici I. Regis an. 1060. apud Ducheſnium in Hiſt. Monmorenciac. pag. 21. *Siniſcallus*, in Annalib. Francor. Tilianis an. 787. *Seneſcalcus*, in Loiſellianis & Bertinianis an. 786. & *Seneſcalcus*, in Vita Caroli M. eodem anno, apud Hincmarum de Ord. Palatii cap. 16. &c.

Seneſcallorum, ut dixi, munus primitus fuit circa domus curam, & familiam dominicam. Lex Alamann. tit. 79. §. 3. *Si alicujus Seniſcalcus, qui ſervus eſt, & dominus ejus 12. vaſſos infra domum habet, occiſus fuerit, 40. ſol. componat.* Mox agit *de Mariſcalco qui ſuper 12. caballos eſt.* Atque hi quidem, *Seneſcalli communes* dicuntur in Fleta lib. 2. cap. 72. (ubi eorum munus circa prædia dominica præſertim deſcribitur) ad diſcrimen Magnorum Seneſcallorum, qui Principum familiis, menſis, & militiæ præerant. Lindenbrogius, cui Voſſius ſubſcribit, vocem *Seniſcalchus*, ex *ſon*, vel *ſeneſte*, & *ſente*, grex, armentum, & *ſcalchus*, ſervus, conflatam putat. Ut de poſtrema voce conſtat, de priore licet dubitare, cum *Seniſcalchi*, non armentis, ſed toti domui ruſticæ præfuiſſe legantur. Vide Radulfum in Vita S. Richardi Epiſc. Ciceſtrenſis n. 35.

Erant prætera adminiſtratores redituum totius fiſci dominici, atque adeo rationibus reddendis obnoxii, cujuſmodi Seneſcalcos ſeu Dapiferos *Truchſeſſen* in quibuſdam locis Palatinatus vocari autor eſt Henricus Meibomius ad Chronicon Markanum n. 30. Idem Chronicon pag. 14. *Ipſe cum eſſet Dapifer & potens amicis, & dominus ſuus in poteſtate ſua commiſerat & reliquerat omnia, toto tempore ſui officii, cum 25. annis Comitatum gubernaret, nihil tamen præter curiam in Aldenmeller acquirere voluit, ſed totum domino ſuo voluit applicari.* Et an. 1307. *Rutgerus de Altena Dapifer — coram Everhardo Comite de 12. annis officii ſui computationem fecit*, &c. Idem de Hieroſolymitani Regni Seneſcallo habent Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap. 8. *Les rentes don Roy, quels quels ſoient dehors ou dedans, quant il ou celui qui tendra ſon leu vodra que eles ſoient apanirées, il les doit comander, & le Seneſchal les doit faire crier & multiplier au mieux que il pora, & quant ce viendra au livrer*, &c.

Eo etiam nomine *Seneſcalci* rectores erant dominii totius dominorum ſuorum. Apud Silveſtrum Giraldum in Topogr. Hiberniæ diſt. 3. cap. 38. *Regni rector & Seneſcallus. Le Roman d'Aubert*, MS.

Li Cuens li donne de ſa terre les clez,
Doreſnavant en iert il avoez,
Et Seneſchaus de la terre clamez.

Sub prima Regum ſtirpe inter regni optimates, qui placitis ac judiciis regiis intererant, accenſentur *Seneſcalci*, à Marculfo lib. 1. form. 25. ut & in duobus placitis Chlodovei III. apud v. cl. Mabillonium to. 4. Vitar. SS Ord. S. Benedicti p. 617. & 619. in quorum altero poſt Epiſcopos & Graviones nominantur *Benedictus & Chadoinus Seniſcalci*: in altero verò *Chugobertus & Landricus*, eadem donati dignitate: unde colligi poſſe videtur duos ſimul in Regum palatiis id muneris obiiſſe. At in Charta Dagoberti apud Doubletum p. 677. unicus ſubſcribit *Waldebertus Seneſcallus.*

Sub ſecunda verò ſtirpe occurrunt etiam *Seneſcalci* inter *Miniſtros*, per quos *Sacrum Palatium diſponebatur*, apud Hincmarum de Ordine Palatii cap. 16. ubi poſt *Comites Palatii* nominantur, & ante *Buticularium*, *Comitem ſtabuli*, *Manſionarium*, *Venatores*, & *Falconarios.* Idem Hincmarus cap. 23. Regiæ domus curam, *præter potus vel victus caballorum*, ad eundem *Seneſcalcum reſpexiſſe* obſervat. Atque hi *Majori domus* tecum regiæ ſuberant, ad quos ſupremo jure totius aulæ ac palatii ſpectabat cura: cui quidem dignitati, vetere extincta appellatione, ea ſucceſſit, quæ *Magni Franciæ Seneſcalli* dicta eſt, cui ſuberat *Franciæ Seneſcallus* nudè dictus. Quippe Robertus Rex Gaufridum cognomento Griſagonellam Comitem Andegavenſem ob impenſum ſibi contra Ottonem Imp. ſubſidium Franciæ Seneſcallum dixit, &, ut habent ſcriptores, *Majoratum domus Regiæ*, ſeu *Seneſcalciam*, ei & ſucceſſoribus contulit hæreditario jure tenendam. Unde Will. Tyrius lib. 2. cap. 5. lib. 15. cap. 23. *Megadomeſtici* dignitatem apud Byzantinos, *Majoris* apud nos *Seneſcalli* dignitati confert. Rectè igitur Robertus de Monte anno 1177. *Seneſcalliam Franciæ ad feudum Andegavenſe pertinere* dixit.

Cum verò Comites Andegavenſes rariùs in Regum noſtrorum aula morarentur, habebant Reges iidem Vicarium Comitis, qui Seneſcalci in ea ageret vices & munus, quique *Franciæ Seneſcalcus* perinde vocabatur, ita tamen ut Andegavenſi Comiti ſubeſſet, & ex dignitatis ſuæ ratione hominium præſtaret. Hugo de Cleeriis de Majoratu & Seneſcallia Franciæ: *Dominus Rex Ludovicus & Fulco Comes ad locum condictum venerunt cum ſuis conſultoribus, ibique recognita ſunt jura Comitis, videlicet Majoratus & Seneſcalcia Franciæ. Guillelmus de Garlanda tunc Franciæ Seneſcalcus recognovit in illo colloquio hominium ſe debere Comiti Fulconi de Seneſcalcia Franciæ, & inde fuit in voluntate Comitis. Poſt Guillelmum fuit Seneſcalcus Stephanus de Garlanda, qui fecit hominium Comiti. Poſt Stephanum Radulphus Peronæ Comes, qui ſimiliter fecit hominia & ſervitium. Ille enim qui Seneſcalcus erit Franciæ, Comiti faciet hominium & talia ſervitia.*

Exhinc *Seneſcalci* in curiis Regum Francicorum primas ferè ſemper tenuerunt, licèt Majori Seneſcalco ratione hominii obnoxii, qui non tam Seneſcalci quàm *Majoris domus* vel *Palatii* obibat munus; adeo ut in diplomatum regiorum ſubſcriptionibus primum locum tenuiſſe obſervare ſit, maximè ab Henrici I. temporibus. Horum ſeriem breviter hic damus ex veteribus tabulis & ſcriptoribus.

Guillelmus Seniſchalcus, Dom. Feritatis & Gometi, in Charta Henrici I. an. 1060. in Hiſt. Monmorenc. p. 688. in probat. p. 21 Martiniana p. 15.

Radulfus Dapifer, ſubſcribit Chartam Philippi Regis

gis an. 1065. in probat. Hiſt. Guinenſis pag. 21. Vide Hiſt. Bellovac. Louveti lib. 4. cap. 19. 1. edit. ubi multa de hoc Radulfo.

Balduinus Dapifer ſubſcribit Chartam Philippi Regis an. 1069. in Probat. Hiſt. Monmorenc. p. 24. & apud Loiſellum in Bellovaco p. 38.

Fredericus Seneſcalcus ſubſcribit ſtatim poſt Philippum Regem Chartam Burchardi Comitis Corbolienſis an. 1071. & aliam an. 1075. Vide probat. Hiſt. Monmor. p. 25. 28. Galland. de Vexillis Franc. p. 15.

Robertus Dapifer Regis, ſubſcribit Chartas Philippi I. an. 1078. & 1079. apud Loiſellum & Louvetum in Hiſt. Bellovac.

Adam Dapifer ſubſcribit Chartam pro Monaſterio Cluniacenſi an. 1080. in Tabulario ejuſdem Monaſt. Thuano.

Hugo Dapifer, in Chartis an. 1083. 1085. & 1086. Vide Chopin. l. 3. de ſacra Polit. p. 325. & Probat. Hiſt. Monmorenc. p. 26.

Guido de Monteleberici Comes de Rupeforti an. 1092. Vide Hiſt. Caſtilion. pag. 32. Ægid. Brium in Hiſt. Perticenſi p. 101. Hiſt. Monmorenc. pag. 694. &c.

Paganus de Garlanda Dapifer Regis Francorum interfuit Francorum Hieroſolymitanæ expeditioni an. 1096. Vide Albertum Aquenſ. lib. 2. cap. 27. lib. 3. cap. 35. & Ducheſnium in Hiſt. Caſtilionea pag. 43.

Hugo de Ruperforti Comes Creciacenſis, *Dapifer*, Hugonis Dapiferi filius, an. 1107. apud Miramontium. Vide Hiſt. Caſtilion. p. 32. 33. Brolium in Hiſt. Pariſienſi p. 76. 2. edit. &c.

Anſelmus de Garlanda, Dapifer, in Chartis an. 1110. 1116. 1120. Vide Martiniana p. 22. Prob. Hiſt. Monmor. p. 34. Hiſt. Caſtilion. p. 43. Tillium, &c.

Guillelmus de Garlanda, Dapifer, Anſelmi Dapiferi frater, an. 1118. in Charta Ludovici Regis apud Gallandum de Franco alodio p. 264. Vide Hiſt. Caſtilion. pag: 43.

Stephanus de Garlanda, Guillelmi frater, Archidiaconus Pariſienſis, Decanus Aurelianenſis, deinde Belvacenſis Epiſcopus electus, in Tabulis ann. 1120. 1122. 1124. 1125. 1126. Vide S. Bernard. Epiſt. 78. Chronicon Mauriniac. Galland. de Vexill. p. 14. Hiſt. Caſtilion. pag. 43. &c. In Charta an. 1127. exaratum legitur, *Dapifero nullo*.

Radulfus Comes Viromandenſis & Vadenſis, *Dapifer*, uſque in annum 1152. quo obiit. Vide Sammarthanos, Hiſt. Monmorenc. p. 104. Beſlium p. 584. &c.

Theobaldus Comes Bleſenſis, *Dapifer Regis*, apud Petrum Cellenſem lib. 1. Epiſt. 5. ab anno 1153. uſque in annum 1191. quo in Acconenſi obſidione interiit. Exhinc nulli Dapiferi occurrunt: imò Chartæ Regiæ omnes præferunt *Dapifero nullo*, uſque ad annum 1262. ex quo rectè colligunt viri eruditi, dignitatem hanc haud omnino extinctam, tametſi ad eam nemo poſtea provectus fuerit, huicque ſucceſſiſſe *Magni Magiſtri Hoſpitii Regis* dignitatem, penes quam eſt aulæ & palatii, atque adeo familiæ regiæ cura.

Seneſcalci munus circa dapes & menſam Principis fuiſſe, arguit ipſum nomen *Dapiferi*, quod ut priori ſynonymum ſemper efferunt ſcriptores. Ebrardus Betunienſis in Græciſmo c. 9.

Præſentat Dapifer epulas, Cocus excoquit illas,
Eſtque Seneſcallus cujus ſit ſub Duce juſſus.

Hinc *Magiſtri* & *Præpoſiti Regiæ menſæ* promiſcuè appellantur. Quippe *Audulfus*, qui ſub Carolo M. Seneſcalci munus obiiſſe dicitur in Annalibus Francor. *Regiæ menſæ Præpoſitus* indigitatur ab Eginharto an. 786. & à Reginone *Princeps coquorum*. Apud eundem Eginhartum in vita Caroli M. occurrit *Eghartus Regiæ menſæ Præpoſitus*. Neque alius fuit à Seneſcalco *Magiſter Regiæ menſæ*, apud Monachum Sangall. lib. 2. cap. 9. & ab eo qui apud Byzantinos, ὁ ἐπὶ τραπέζης dictus eſt, de quo Codinus, & alii. Meminit denique Charta Pipini Regis Aquitaniæ apud Beſlium pag. 22. Erlaldi Seneſcalci Ludovici Pii Imp. Id muneris Seneſcalcis præterea adſcribunt Poëtæ noſtrates. *Le Roman de Garin MS.*

Apres mengier font les napes oteillir.
Cil Seneſchal portent par tout le vin
En copes d'or, en hanap mazelin.

Rurſum:

Dont veiſſiez ces Seneſchax aler
Parmi la ſale les riches mez porter.

Ibidem:

Li Amirans fu aſis au mengier,
Trois Seneſchal li ſervent tot premier,
Li uns portoit plene boz de viz viez,
L'autre un paon roſti & afaitié,
Et li tiers porte douze pains toz entiers.

Alia ſuggerunt Falcetus & Gallandus ex aliis Poëtis, quæ non exſcribo. Sed ſupra allata Seneſcallos, quos vocant *Communes*, potiſſimum ſpectant, quorum munus ejuſmodi ordinarium erat. At Majores Seneſcalci, Principum videlicet, id tantùm officii exequebantur in ſolennioribus ceremoniis, in Regum nempe coronationibus, aut curiis generalibus, in quibus Princeps cum apparatu ad menſam ſedebat. Hugo de Cleeriis de Majoratu & Seneſcalcia Franciæ, de Comite Andegavenſi Franciæ Seneſcallo: *Cùm autem die ſua corona ad menſas Rex diſcubuerit, ſcamnum pulcherrimum fulcro pallii, aut tapeto coopertum Seneſcallus præparabit, ibique Comes quouſque fercula veniant ſedebit. Cum verò primum venerit ferculum, Comes ſe deſibulans, è ſcamno ſurget, & de manu Seneſcalci ferculum accipiens, ante Regem & Reginam apponet, & Seneſcalco præcipiet, ut exinde per menſas ſerviat, & Comes retro ſedebit, donec alia veniant fercula, & quemadmodum ſuper primo fecit, de aliis ſimiliter faciet. Finita demum celebratione menſarum, Comes equum aſcendet, & ad ſuum redibit hoſpitium, Seneſcalco comitante.* Robertus de Monte ann. 1169. *In Purificatione B. Mariæ fuit Henricus filius Regis Anglorum Pariſiis, & ſervivit Regi Francorum ad menſam, ut Seneſcallus Franciæ.* Aſſiſæ Hieroſol. MSS. cap. 8. *Le jour dou Couronement le Seneſchau peut & doit ordener le mangier dou jour en la maniere que meaus li ſemblera. — Quand le Roi vondra mangier, le Seneſchau doit commander au Chamberlain que il porte l'aigue as mains, & comander as autres par le palais que il donnent l'aigue quant le Roy vodra lever. — Le Seneſchal doit ſervir le cors dou Roy le jour dou Couronnement, & drecier devant lui de tous ſes mès, & doit comander de lever les tables tant come il ſera tams, &c. — & il* (le Roy) *y doit mangier as quatre feſtes annuels de l'an, ou autres grandes ſolemnitez, ou quant le Roy vondra porter Couronne, le Seneſchau eſt tenu de drecier devant lui au mangier, & d'ordener & faire ſervir en ſon hoſtel, en la maniere comme eſt deſſus deviſée.* In his interdum ceremoniis equites ad menſam miniſtrabant. Charta Alfonſi Imperat. ann. 1258. pro Frederico Duce Lotaringiæ apud Hieron. Vignerium in familia Alſatica: *Et de infraſcriptis dignitatibus & feudis primum vexillum damus tibi pro Ducatu in feudum: in quo & per quod debes eſſe ſummus Seneſcallus in aula noſtra citra Rhenum, & debes nobis ſervire in annalibus feſtis de primo ferculo eques. Et ſi contigerit ire ad Parlamentum cum armis contra Regem Franciæ, debes facere nobis antecuſtodiam in eundo, & retrocuſtodiam in redeundo.* Octavianus de S. Gelaſio de Expeditione Neapolitana Caroli VIII. Regis Franciæ: *Et ſouppa en la grant ſale dudit Chaſteau, où l'on monte à pluſieurs degrez de pierre, & fut ſervi par le grant Seneſchal de Naples tout à cheval, habillé tout de blanc en tous ſes mets, & force trompetes & clerons.* Id porrò ſiluit Ammiratus to. 1. de Famil. Neapol. ubi multa habet de officio Seneſcalli Neapolitani. Sed & ex Bulla Caroli IV. Imp. de Electione Regis Roman.

cap. 27. docemur in ſolennibus Imperatorum Curiis Electores ſeculares ad menſam Equites miniſtrare ſolitos. Vide v. cl. Dion. Salvagnium de uſu Feud. p. 25.

Seneſcalli munus in rebus etiam bellicis præcipuum fuit. Hugo de Cleeriis de Majoratu Franciæ: *Comes* (Andegavenſis M. Seneſcallus Franciæ) *cum in exercitu Regis fuerit, vel ierit, protutelam faciet, & in reditu retutelam: & quidquid ei acciderit ſive bonum, ſive malum, ore domini Regis inde non vituperabitur.* Ubi *protutela* & *retutela* ſunt, uti vocamus, *antegarda* & *retrogarda*. Chronicon Mauriniacenſe, de Stephano Garlando Franciæ Cancellario: *Defuncto Willelmo Anſelli Dapiferi germano, Stephanus Cancellarius — frater amborum Major Regiæ domus effectus eſt. Hoc retroactis generationibus fuerat inauditum, ut homo qui Diaconatus fungebatur officio, militiæ ſimul poſt Regem duceret principatum.* S. Bernardus Epiſt. 78. de eodem Stephano: *Ut Clericalis conſtat non eſſe dignitatis Regum ſtipendiis militare, ſic nec regiæ majeſtatis rem fortium adminiſtrare per Clericos. Denique quiſnam Regum ſuæ unquam militiæ Clericum præfecit imbellem, & non magis quempiam fortiſſimum ex Militibus?* Ibidem: *Quis ſane non miretur, imo deteſtetur unius eſſe perſonæ, & armatum armatam ducere militiam, & alba ſtolaque indutum in medio Eccleſiæ pronuntiare Evangelium, tuba indicere bellum militibus, & juſſa Epiſcopi populis intimare.* Apud Rigordum an. 1184. *Theobaldus Comes Bleſenſium Franciæ Seneſcallus, Princeps militiæ Regis* dicitur. Surita lib. 1. Indic. Rerum Aragon. an. 1055. *Raimundus Berengarius Barcinonenſis Comes & Almodis ejus uxor Seneſcaliam Cataloniæ Raimundo Myroni tradunt: quod genus imperii præcipua rerum bellicarum adminiſtratione adjuncta, ad ſtrenuos in primis viros & virtute potentiaque præſtantes, & Comitum Barcinonenſium propinquitate conjunctos deferri conſuevit, ſummaque rerum præficiebantur: penes quos opes & arcana regni in Gallia ſpectarent.* Aſſiſiæ Hieroſolym. c. 8. *Les Chaſteaux & les Forteresſes dou Roy le Seneſchal les peut & les doit revi.ſiter, & faire leur avoir ce que meſtier leur eſt, eſchang.er & remuer ſergens, — & les devant dits Chaſteaux & Chaſtelains doivent eſtre obeïſſans à lui & à ſon commandement, ſauf le commandement du Roy, ou de celui qui tendra ſon lieü,* &c. Charta Philippi Auguſti ex Tabulario S. Martini de Campis, qua Eccleſiam S. Martini Pontis-Iſaræ ab omni exactione immunem ſtatuit: *Ita tamen ut quod expeditiones noſtras & equitatus noſtros in hominibus in prædicta terra morantibus retinemus, qui neque à Præpoſito, neque ab aliquo miniſtrorum noſtrorum ſubmoneantur, niſi ex præcepto noſtro, vel Dapiferi noſtri.*

Seneſcalli præterea vexillum Principis ac Domini in prælia efferebant. Radulfus de Diceto an. 978. & Geſta Conſulum Andegavenſium, de Gaufrido Griſagonella: c. 6. *Qui ob inſignia ſummi & ſingularis meriti à Rege in præliis Signifer, & in coronatione Regum Dapifer tam ipſe quàm ejus heredes conſtituuntur.* Tudebodus lib. 2. Hiſt. Hieroſ. *Epiſcopus namque Podienſis ſanctæ Mariæ in illa amara die perdidit ſuum Seneſcalcum conducentem & regentem ſuum vexillum.* Eadem habet Robertus Monach. l. 4. p. 47. *Le Roman d'Auberi* MS.

Seneſchaus iert, m'enſeigne portera.

Infra:

Pepins li Rois volentiers li otrie
Et l'oriſlambe & la Seneſchancie.

Rurſum:

C'eſt Gaſcelins qui Bourgoingne a ſaiſie,
Pepins de France li donne & otrie,
Et l'oriſlambe & la Seneſchancie.

In Ordine ad benedicendum Ducem Aquitaniæ, *quamdiu Miſſam Dux audit, Seneſcallus, vel vir illuſtris alius quem voluerit, debet enſem acceptum in manu ſurſum elevatum tenere.*

Seneſcallorum denique erat jus reddere Principis ſubditis, eoque nomine cæteris judicibus præerat. Lambertus Ardenſis pag. 147. *Unde propter eminentem ejus in militia fortitudinem, temperantiam, atque ſapientiam, eum in loco ſuo univerſæ terræ ſuæ Seneſcalcum & juſtitiarium ſibi ſubſtituit atque Ballivum.* S. Bernardus Ep. 78. de Stephano Dapifero: *Qui Clero militiam, forum anteponit Eccleſiæ, divinis profecto humana, cæleſtibus præferre terrena convincitur.* Paſtorale Minus Eccleſiæ Pariſ. ch. 159. *Cum factum ſuum ibre defenſurus ſtatuta die in aula Dom. Galonis Pariſ. Epiſcopi, juſtitiam tenente Anſello Dapifero Regis, ad duellum contra unum de hominibus noſtris adveniſſet,* &c. Liber de Jure & Conſuetudinibus Normanniæ, ſeu vetus Conſuetudo Normanniæ Latinè reddita, cap. 10. de Seneſcallo: *Solebat antiquitus quidam juſtitiarius prædictis* (juſtitiariis) *ſuperior per Normanniam diſcurrere, qui Seneſcallus Principis vocabatur. Iſte verò corrigebat quod alii inferiores deliquerant: terram Principis cuſtodiebat: leges & jura Normanniæ cuſtodiri faciebat: & eos a ſervitio Principis amovebat, ſi eos videret amovendos.* Vide ibi plura in hanc ſententiam. *Le Roman de Rou* MS.

A Alain, qui eſtoit ſi hom,
Par l'Archeveſque de Roem,
Livra ſa terre en comandiſe,
Come à Seneſchal & Juſtice.

Apud Anglos, Seneſcallus tenet locum Capitalis Juſtitiarii, cujus vices gerit, & proprias cauſas Regis terminare conſuevit, & falſum judicium ad veritatem revocare, & conquerentibus abſque Brevi juſtitiam exhibere, & alia facere, quæ habet Fleta lib. 2. c. 2. §. 2. cujus Juriſdictio *Virgata Regia* dicitur, continetque 12. leucas in circuitu Regis, ubicumque fuerit. Adde c. 3. §. 4. &c. Hinc in Legibus Henrici I Regis Angl. *Dapiferum*, Regis aut Baronum judiciis præſidentem legimus, cap. 7. 33 42.

Cujuſmodi verò Seneſcalli munus fuerit in juſtitia adminiſtranda, docet Statutum Edwardi I. Regis Angliæ, quod deſcriptum legitur in Regeſto Conſtabulariæ Burdegalenſis fol. 78. *Seneſcallus Vaſconiæ qui pro tempore fuerit, teneat quatuor aſſiſas in quatuor quarteriis anni in Burdegala, ubicumque melius ſibi viderit expedire, & alias quatuor in Vaſatenſi, & alias quatuor in partibus S. Geneſii, & quatuor in partibus Aquitaniæ & Bajonæ, ſi caſus exegerit, & omnes iſtas teneat perſonaliter, & non per alium, niſi cauſa majoris negotii terræ, vel ægritudinis, fuerit impeditus. Et in prædictis aſſiſis agentur cauſæ tangentes proprietates noſtras, & dominium noſtrum: ac etiam cauſæ tangentes proprietates & dominia Baronum & magnatum noſtrorum partium illarum: & non illæ cauſæ ſeu negotia quæ per Auditores cauſarum Burdegalenſes, vel per loca ſua tenentes in Burdegalenſi, Vaſatenſi, & ultra Landas, aut alibi audiri poterunt & determinari. Et quod idem Seneſcallus ad minus ſemel in anno ſupervideat, & viſitet alias Seneſcalcias dicti noſtri Ducatus: & ſic in qualibet Seneſcallia ad minus ad unam aſſiſam Sen. loci, ſi commodè fieri poteſt per annum. Et viſitet perſonaliter quolibet anno ad minus ſemel ſingulas Baillivas Vaſconiæ, & viſitando corrigat, corrigendo & habeat continuè ſecum unum virum juriſperitum, qui ſciat conſuetudines terræ, & ipſi conſulere in ſuis agendis: Et habeat continuè unum virum diſcretum ultra Landas locum ſuum tenentem, & percipiat annuatim pro omnibus per manus Conſtabularii Burdegalenſis duo millia librarum Burdegalenſium ad quatuor anni terminos: & idem Seneſcallus non percipiat ab aliquo Bajulo Regis aliquam pecuniam Regis, niſi de voluntate & mandato Conſtabularii Burdegalenſis.* Infra: *Item ordinatum eſt quod Seneſcallus Vaſconiæ principalis faciat, ordinet & conſtituat per totum Ducatum Subſeneſcallos, judices, defenſores, auditores cauſarum, cuſtodes ſigillorum, contractuum, Procuratores & Advocatos in negotiis Regis ubique per ſigillum dicti Ducatus, tales pro quibus velit reſpondere, & cuilibet eorum conferat feoda & vadia in iſta ordinatione ſuperius advocata.* Quæ ſequuntur in ea ordinatione

dinatione. Conſtabularium Burdegalenſem ſpectant. Seneſcallo Aquitaniæ ſuberant cæteri *Seneſcalli* ejuſdem provinciæ, Santonenſis, Lemovicenſis, & Cadurcenſis, qui *Subſeneſcalli*, Majoris Seneſcalli reſpectu, ſemper nuncupantur, in Statuto ejuſdem Edwardi de Seneſcallis Aquitaniæ, in laudato codice fol. 80.

Addendum præterea videtur hoc loco, quod de Seneſcallorum officio habet vetus Conſuetudo Normanniæ 1. part. ſect. 1. cap. 5. *Icelui Seneſchal ſi corrigoit, & adrechoit tous les erreurs & tous les maux que les Souſergens feſoient au commun pueple, & de quoy les Baillis n'uſoient pas droituriérement, & toutes les complaintes qui à luy venoient, & les querelos benignes. il oit & les determinoit, & faiſoit mener à icelle fin qui leur eſtoit deue de droit. Et ſi corrigoit les Souſergens de leur delis & de leurs mesfais, que il feſoient par leur outrage, &c. Les forez & les haies del Prince il regardoit & viſitoit de 3. ans en 3. ans, & faiſoit renouveller & amender, & de tous les forfets que l'en y feſoit il en enqueroit, &c. Et ſi entendoit principalement à garder & fere garder bien & fermement le pes del païs & de la terre : & en icelle maniere le Seneſchal deſſuſdit aloit par tous les lieux & les contrées de Normandie de 3. ans en 3. ans, & viſitoit diligement trestoutes les Baillies & les Sergenteries de la terre*, &c. Addit deinde ejus munus fuiſſe, *de s'enquerir des crimes enormes, comme de rapt, d'incendie, & de meurtre, & d'en faire faire la punition par les Baillis : Des treſors trouvez par avanture, & de tous les Werechs que la mer jette, & autres droits qui appartiennent au Prince : des eaux & de leurs cours*, &c. Adde Aſſiſias Hieroſol. cap. 8. Conſuetud. Benearnenſem tit. de Seneſcallo, Bononienſem art. 9. &c.

Seneſcalli igitur id muneris obibant ut Ballivi & *Seneſcalli* Regii. Verùm *Seneſcalli* potiſſimum appellantur in iis provinciis, quæ, antequam Coronæ Franciæ unirentur, Principibus ſuis paruerant : cùm *Ballivos* habere ſolius Regis ſit. Quod diſcimus ex interceſſione Officialium Ducatus Bituricenſis contra erectionem Ballivatus Duni Regii : *Item & du temps que ledit Duché fut depuis baillie à mondit ſieur de Berry, qui fut l'an 1356. & qu'il y eut lors Seneſchal de par luy, & non pas Bailly, pour cauſe qu'il n'eſtoit pas en Royauté : Ledit Seneſchal avoit pareillement ſon Siege & Auditoire audit lieu de Dun le Roy, comme és autres lieux deſſus-dits : mais bien eſt vray que lors fut ordonné par le Roy avoir Bailly Royal à S. Pierre le Monſtier, pour les païs de Bourbonnois & autres contrées, & exemptions d'ilecques, qui paravant ſoloient reſſortir audit Siege de Dun le Roy : Et pour ce qu'il n'y avoit point de Bailly Royal en Berry fors Seneſchal, & par ainſi le temps paſſé que iceluy Duché de Berry a eſté en Royauté, & depuis és mains de mondit Seigneur de Berry, n'a eu audit lieu de Dun le Roy Bailly ni Officier Royal.*

Seneſcallorum munus poſterioribus ſæculis fere ſemper hereditarium fuit, & certis non modò familiis, ſed & prædiis addictum. Quemadmodum enim Reges noſtri Comites Andegavenſes perpetuos ſuos Seneſcallos: ita Principes ac Barones alii ſuos perinde crearunt. Quippe Vicecomites Thuarcenſes Comitum Pictaviæ, Domini Joinvillæ Comitum Campaniæ, Domini *de Brezé* Ducum Normanniæ, Domini *de la Puiſaie* Comitum Perticenſium, Domini Spineti Comitum Atrebatenſium, Domini *d'Eſtrée* Comitum Bononienſium, &c. Seneſcalli extitere. Scribit Willelmus Brito lib. 8. Philipp. Philippum Auguſtum Domino *des Roches* Comitatum Andegavenſem donaſſe : at hunc ejuſdem Comitatus *Seneſcallum* ſe ſe duntaxat inſcripſiſſe, quem titulum ad poſteros tranſmiſit.

Non tamen uſurpat Comitis ſibi nomen habendum,
Imò Seneſcallum quaſi ſe minuendo vocavit.

Ita apud Germanos Imperatores Comes Palatinus perpetuus eſt Imperatoris Seneſcallus ac Dapifer. Rudolphus Imp. Seneſcalliam hæreditariam Regni Burgundiæ Humberto Domino de Turre & de Colognaco conceſſit literis datis Viennæ 4. Non. Jan. Indict. 6. regni 5. quæ habentur in Regeſto Delphinorum Herouvalliano.

Seneſcallos etiam ſuos habuere Eccleſiæ, ut eſt apud Hemereum in Auguſta Viromand. p. 187. & in Charta Guarini Epiſcopi Ambian. ex Tabulario Abbatiæ S. Fuſciani. Epiſtola Joannis de Vitriaco de Captione Damiatæ : *Salutant vos ſocii noſtri & amici — Joannes de Cameraco Cantor noſter, Henricus Seneſcallus Eccleſiæ noſtræ*, &c. Vide Vill. Thorn an. 1197.

Seneſcalli, neſcio an iidem, de quibus ſupra, apud Ingulfum pag. 865. *Duoque milites Seneſcalli Wiburtus & Leofricus*, &c. Infra : *Ipſeque cum ſuis Seneſcallis in acie media verſabatur.*

Seneſcalcia. Dignitas *Seneſcalci*, apud Hugonem de Cleeriis, &c. Chronicon Mauriniacenſe : *Reverſus ad ſemetipſum, Seneſcalciam, quam jure poſſidere ſe dicebat hereditario, dimiſit.* Item

Seneſcalatus. Knyghton lib. 2. c. 2. *Rex Henricus dedit Comitatum Leiceſtriæ cum — Seneſcalatu Angliæ Edmundo filio ſuo.* Perperam *Seneſcatus* infra.

Seneſcaria, lib. 1. c. 5. *Tertius filius vocatus eſt Godardus, quem feoffavit in Seneſcaria Daciæ.*

Seneſcallia, & *Seneſcalca*, apud Will. Thorn an. 1197.

Seneſcallia, munus *Seneſcallorum* quos *Communes* vocabant. Silveſter Giraldus in Itinerario Cambriæ pag. 853. *Hic primo claves à Clavigero præripiens, ſe ad Seneſchal am domus regendam impudenter ingeſſit. Eam tamen tam provide, ut videbatur, tamque prudenter adminiſtrabat, ut omnia ſub ejus manibus abundare, nulluſque defectus in domo fieri poſſe videretur.*

SENESPASIUM. Vide *Semiſpathium*.

SENEX. *Senes*, vel *Senes Epiſcopi*, in Africa dicti Epiſcopi promotionis ætate cæteris antiquiores, qui eo nomine Primates erant : quorum Sedes *Prima* vocabantur. Leo IX. Epiſt. 4. *Sed de Africa Primatibus aliter intelligendum eſt, quia in ſingulis ejus provinciis antiquitus Primates inſtituebantur, non ſecundùm potentiam alicujus civitatis, ſed ſecundum tempus ſuæ ordinationis, quibus tamen omnibus præterea unus, ſcilicet Carthaginenſis Archiepiſcopus, qui etiam non incongruè dici poteſt Metropolitanus, propter Carthaginem Metropolim totius Africæ.* Adde Epiſt. 3. In Concilio Carthagin. Theodoſio A. & Rumorido Coſſ. celebrato can. 57. *Xantippus* nominatur *Sanctus Senex* : & can. 94. *Sanctus Senex Donatianus*, quorum prior Primas fuit & Epiſcopus primæ ſedis Numidiæ, alter Provinciæ Byzacenæ. Ita paſſim hæc vox accipitur apud S. Auguſtinum Epiſt. 55. 152. 217. 236. & 261. in Epiſt. Concilii Cirtenſis apud eund. Auguſt. poſt Brevicul. Collat. apud Facundum Hermianenſ. lib. contra Mocianum pag. 576. &c. Quòd verò interdum controverſiæ naſcerentur inter Epiſcopos de promotionis tempore, ut apud Auguſtinum Epiſt. 217. cautum eſt peculiari Canone in Concilio Africano can. 56. ut qui deinceps ordinarentur in Africa Epiſcopi, literas ab ordinatoribus ſuis acciperent, quæ Conſulem & diem continerent. In Collat. Carthag. I. c. 16. in Epiſt. Synodi Cirtenſis Concilii, & in Epiſt. Concilii Milevitani, *Silvanus Senex Eccleſiæ Summenſis* dicitur, qui cap. 57. ejuſdem Collationis, *primæ ſedis provinciæ Numidiæ* Epiſcopi titulo donatur. In Concilio Carthag. Cæſario & Attico Coſſ. fit mentio *Victoris Senis Puppatanenſis*. In Concilio Carthag. III. *Muſonius* in Epiſt. ad Epiſcopos, *Senex*; in Actis ejuſdem Concilii, *primæ ſedis Epiſcopus Provinciæ Byzacenæ* appellatur. Ita S. Auguſtinus in Collat. tertia cap. 7. dicitur ordinatus à Megalio, qui tunc fuerat *Primas in Numidia Eccleſiæ Catholicæ*. Quod ſcribitur etiam à Poſſidio ; & cap. 13. Secundus Tigiſianus dicitur *habuiſſe tunc* (tempore perſecutionis) *Primatum Epiſcoporum Numidiæ. Γέροντες* dicebantur ſcriptoribus Græcis. Γέρων Βάσσιανος, in

Cod. Canon. Eccl. Afric. c. 90. 100. Γέρων [illegible], c. 97. Γέρων [illegible], cap. 127. Vide Gregorium M. l. 1. Epiſt. 72. 75. l. 2. Indict. 11. Epiſt 47. 48.

Senex, Abbas. Petrus Abælardus Epiſt. 8. *Qui Sanctorum vitas ſcripſerunt, quos nunc Abbates dicimus, Senes vocabant.* Hinc liber γεροντικὸς dictus.

Senex vel *Vetulus de Montanis*, dictus noſtris *Aſſaſinorum* Princeps, *le Vieil de la Montagne* Joinvillæ & aliis, non ob ætatem ingraveſcentem, ſed quòd lingua Arabica *Scich*, vel *Scheic* indigitaretur, voce quæ *Seniorem* & Dominum ſignificat, de qua quædam attigimus ad Joinvillam pag. 70. *De Montanis* verò cognominabatur, quod revera in montibus habitaret, uti apud eundem Joinvillam docuimus pag. 87. ex ſcriptoribus, licèt contra cenſeat vir doctus apud clariſſimum Menagium in Originibus Italicis pag. 1089. Arnoldus Lubecenſis lib. 3. cap. 37. *Princeps de Montanis, qui quadam excellentia Principatus dicitur Senex.* Will. Tyrius lib. 20. cap. 31. de Aſſaſinis: *Hi non hereditaria ſucceſſione, ſed meritorum prærogativa, Magiſtrum ſibi ſolent præficere, & eligere Præceptorem, quem ſpretis aliis dignitatum nominibus Senem vocant.* Will. Neubrigenſis lib. 4. cap. 24. *Fertur eſſe in Oriente gens ſub ditione cujuſdam potentis Saraceni, quem Senem nominant, quoddam hominum genus adeo ſeductibile, atque in propriam proclive perniciem, ut ab eodem, quem ſcilicet loco Prophetæ colunt, artificioſiſſimis fallaciam pollicitationum præſtigiis ſollicitatum, atque illectum, immortalia ſe poſt mortem commoda percepturos exiſtiment, ſi illi imperanti uſque ad mortem obtemperent.* Adde lib. 5. cap. 16. & alios ſcriptores quos laudamus ad Joinvillam.

Vetulus de Montanis. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 93. *Aſſaſini, & eorum præceptor Vetulus de Montanis.* Eadem habet Jacobus de Vitriaco lib. 3. pag. 1142. Rigordus an. 1190. *Miſit nuntios ad Vetulum Arſacidarum Regem.* Hinc Aſſaſinos, *Veteres Montanos* vulgò appellatos ſcribit idem Joannes de Vitriaco pag. 1126.

Antiquus de la Montagne, vocatur apud Wilebrandum ab *Oldenborg* in Itinerario Terræ Sanctæ p. 129.

Senhera, Vexillum, Hiſpanis *Señera.* Vide *Partita.*

Senevica. Conſtantinus Afric. lib 2. Pantech. cap. 4. *In dorſi ſpondilibus duo tantum ſunt,* (oſſa) *à quibus alia ſicut ſpina contorta exeunt. Hæc contorta à medicis appellantur Senevica.*

Senglarius Vide *Singularis.*

Senicus. Monet Bignonius, in Codice Regio Marculfi formulas, alias complures veteres excipere cum hac epigraphe, *Cartas Senicas*, quarum vocum vim ſe neſcire fatetur vir doctiſſimus. Monet Stephanus Baluzius in Notis ad eaſdem Formulas, in veteri codice Notarum, quæ Tyroni adſcribuntur in Bibliotheca Regia, hæc haberi: *Incipit Prologus de Notis ſenicis.* Et Labeus in Specimine antiquarum lectionum p. 44. in Codice Puteano: *Liber notarum Senici.* Apud Nonium, *Senicus*, idem eſt quod *Senex*.

Senidocium, *Cœtus aſtrificus.* Ita Gloſſæ antiquæ MSS. Vide *Sinodocium.*

Senio, Ludi ſeu aleæ ſpecies. Joan. Sariſberienſis lib. 1. Policrat. c. 5. *Hinc teſſera, Calculus, Tabula, Urio vel Dardana pugna, Tricolus, Senio, Monarchus, Orbiculi, Taliorchus, Vulpes, quorum artem utilius eſt dediſcere, quam docere.*

Senior, Dominus, Gallis *Seigneur*. Salomon Conſtantienſis in Lexico: *Veteres principes, antiqui principes, ſenes, ſeniores.* Gregorius Turon. lib. 8. cap. 30. *Nullus Regem metuit, nullus Ducem, nullus Comitem reveretur. Et ſi fortaſſis alicui iſta diſplicent, — ſtatim ſeditio in populo, ſtatim tumultus exoritur, & in tantum unuſquiſque contra ſeniorem ſæva intentione graſſatur, ut vix ſe credat evadere, ſi tandem ſilere nequiverit.* Lib. 10. cap. 1. *Cum ſeniori urbis nunciata fuiſſent quæ puer borum geſſerat*, &c. Conventus apud Marſnam an. 851. in Annalib. Francor. Bertinian. *Sicut per rectum unuſquiſque in ſuo ordine & ſtatu ſuo Principi & Seniori eſſe debet.* Annales Francor. Fuldenſes an. 887. *Invitaverunt Arnolſum filium Karlomanni Regis, ipſumque ad ſeniorem elegerunt, & ſine mora ſtatuerunt ad Regem extolli. Domnus & ſenior noſter Carolus Rex*, &c. in Annuntiatione Herardi Archiep. in Synodo Sueſſionenſi an. 866. c. 6. Sueno Aggonis in Hiſt. Danica p. 11. de Uſſone: *Corrogato itaque cœtu procerum, totiuſque regni Concilio celebrato, Alamannorum Regis ambitionem explicuit, quid in hac optione haud eligenda facturus ſit, indagatione cumulata, ſenior ſciſcitatur*, &c. Et pag. 13. *Uſſo dum orationem compleſſet, à collateralibus ſenior ſciſcitatur*, &c. Saxo Grammaticus lib. 10. p. 195. *Senior Regis adventum opperiens*, &c. Occurrit paſſim in Capitulis Caroli M. & Caroli C. in Annalib. Francicis, & alibi. Vide Goldaſtum ad Theodorum Eremitam de Vita S. Magni lib. 2. cap. 4.

Senior, cum adjectione loci, quemododicimus, *Seigneur d'un tel lieu.* Vetus Charta in Chronico Beſuenſi pag. 575. *Sig. Fulconis ſenioris Bellimontis. Sig. Giſleberti ſenioris Reſeia. Sig. Vallonis ſenioris Beria*, &c. Pag. 591. *Odo Montiſſabionis ſenior*, &c. Adde p. 587. 617.

Senior, Abbas, ſeu Præfectus Monaſterii. Cæſarius Arelat. ſerm. 7. ad Monachos Lerinenſes: *Dura tibi videntur præcepta ſenioris: quanto tibi duriora erunt conſilia deceptoris?* Ita ſerm. 13. 14. & alibi non ſemel, & in Formula 32. ex Baluzianis.

Senior, Maritus, conjux. Paſſio S. Vitalis Mart. n. 7. *Cum S. Martyris conjux B. Valeria Senioris ejus victoriam, quam inſpectante Deo apud Ravennam promeruit, Mediolani comperiſſet*, &c. Helgaudus in Roberto Rege p. 66. ubi Conſtantia Regina ſic *Dominum ſuum*, id eſt conjugem compellat: *Heu ſenior bone, quis inimicorum Dei vos aureo veſtitu decurpavit honeſto?* Infra p. 73. de eadem Conſtantia: *Quod reliquum fuit, in quibus debuit, diſtribuit — juxta velle ſui ſenioris velle.* Chronicon Beſuenſe p. 587. *Alberdis matrona pro remedio animæ quondam ſenioris ſui nomine Emberti, — tradidit*, &c. Charta cujuſdam Adalbergæ, Carolo Rege regnante, apud Sammarthanos in Abbat. S. Sergii Andegav. *Alodum juris mei, quem ſenior meus Frotmundus in dotalitium mihi dimiſit, dono* &c. Codicillus Joannæ Burgundæ Reginæ Franciæ menſ. Maii 1325. *Volons & ordenons que ſe noſtre fille Jeanne avoit pluſieurs autres enfans maſles de noſtre chier ſius le Duc de Bourgoigne ſon Seigneur*, &c. Et Infra: *Et ainſi meſme ordenons & volons des enfans maales de nos chieres filles Iſabel & Marguerite, leſquiex il auront des Seigneurs qu'ils ont maintenant*, &c. Chron. Bertrandi du Gueſclin:

Li uns fu ſon Seigneur, l'autre oncle l'appella.

Occurrit crebro in Stabilimentis S. Ludovici, apud Chriſtinam Piſanam in lib. *du Treſor de la Cité des Dames*, 1. part. cap. 13. 14. 22. &c. Vide *Baro*, *Dominus.*

Seniorare, Dominari, Gall. *Exercer la Seigneurie.* Charta Tabularii S. Sophiæ Benevent. an. 41. Imperii Baſilii (Chr. 1013.) *Et ſumus reſidentes in iſta civitate Luceria ad ſeniorandum, judicandum, & regendum.* Apud Camillum Peregrin. de Ducatu Benevent. pag. 81.

Senioraticum, *Senioratus*, *Seniorale*, *Seniorivus*, &c. Gall. *Seigneurie.* Charta Raimundi Comitis Barcinonenſis apud Marcam lib. 6 Hiſt. Bencharn. c. 4. *Dono tibi fideli meo Guillelmo Raymundi Dapifero, urbem Tortoſam, ut tu teneas ipſam civitatem, & habeas ſenioraticum de ipſa civitate*, &c. Alia Guillelmi de Montecatano apud eundem c. 5. n. 6. *Facio hominium vobis — de toto illo ſenioratico de Biarno, quod ego ibi per me vel filios meos ibi conſequi potero.* Alia Ildefonſi Regis Aragon. apud eundem lib. 9. cap. 9. *Dono quoque vobis illud ſenioraticum quod ego habeo & habere debeo in Berderas.*

Signoraticum, in Charta Henrici Imp. an. 1081. apud Ughellum to. 3. pag. 419. *Segnorage*, in Libertatibus

villæ Peruſienſis an. 1260. apud Thomaſſerium pag. 98.

Senioratus, eadem notione. Capitula Caroli C. tit. 16. c. 13. *Et mandat vobis noſter ſenior, quia ſi aliquis de vobis talis eſt, cui ſuus ſenioratus non placet, & illi ſimulat, ut ad alium ſeniorem melius quam ad illum accaptare poſſit, veniat ad illum, & ipſe tranquillo & pacifico animo donat illi commeatum.* Adde tit. 18. cap. 6. Edictum Piſtenſe cap. 31. *Indeque ad terram ſuæ nativitatis, & ad ſenioratum ſuum quiſque redeat*, &c. Charta Caroli Calvi pro Barcinonenſibus apud *Diago* lib. 2. cap. 4. *Et ſi aliquis ex ipſis hominibus, qui ab eorum aliquo adtractus eſt in ſua portione collocatus, alium id eſt Comitis aut Vicecomitis, aut Vicarii, aut cujuſlibet hominis ſenioratum elegerit, liberam habeat licentiam abeundi.* Concilium Troſleianum an. 909. cap. 6. *Nequaquam ſeniorum ab eis tollemus dominium, quaſi ipſi nomen senioratus in rebus ſibi à Deo conceſſis habere non debeant.* Synodus Ravenn. ſub Joann. VIII. PP. c. 11. *Illos qui pro diverſis ſuis exceſſibus ſe conveniendos legaliter timent, aliumque ſenioratum confugiunt*, &c. Beda in Vita S. Dunſtani: *Juſſit eum ablata dignitate etiam omni honore privari, & ſibi Senioratum ubi vellet, ſine ſe ſuiſque conquirere.* Charta Ludovici Regis Burgundiæ an. 996. *Quoniam quidem & ſagacitas principum noſtrorum omnimodis volumus ut comperiat prælibati Monaſterii rectores, videlicet Abbatem Adalricum, ejuſdemque Monachos ſub noſtri regiminis apice atque tuitionis defenſione conſtitutos, & ex hoc deinceps noſtro ſenioratui, inclyti Archiepiſcopi (Viennenſis) commiſſu grata noſtra pietate adhibitos, ut cujuſquam valetudinis audacia non præſumat illis quicquam inferre mali*, &c. Charta an. 1107. in Tabulario Eccleſiæ Gratianopolitanæ fol. 36. *Et habuit inde Morardus pro prædicta terra & pro dominatione ſive ſenioratu, quem in manu prædicti Epiſcopi dimiſit*, &c.

Seniorale. Concilium Meldenſe an. 845. c. 7. & Synodus ad Theudonis-villam an. 5. Caroli C. c. 1. *Vigorem regimen ac ſeniorale & ſuper veſtros, & ſuper impugnantes poteſtatem veſtram optatis habere*, &c. *Senioralis reverentia*, in Synodo apud Vermeriam c. 1.

Seniorivus, Dominium, Senioraticum, *Seigneurie*. Charta Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1109. *Detis omnes caſtros veſtros de terris veſtris, & omnes forcias, & ſeniorivos, & poteſtativos quamodo habetis.* Occurrit præterea in Charta Mariæ D. Montiſpeſſulani an. 1205. & alia Jacobi Regis Aragon. an. 1313. to. 8. Spicilegii Acheriani.

Seniores, Primates: quomodo *Seniores* dicuntur in Edicto Marcellini Notarii, qui Synodo Carthag. præfuit, & in Novella Majoriani de Curialib. quos Auguſtinus Epiſt. 44. *Decuriones & primates civitatis* vocat. Hiſt. Miſcella *Seniores* appellat, qui Theophani οἱ ἐν τέλει dicuntur. Hieron. Blanca in Comment. Rer. Aragon. p. 718. *Remp. 12. delectis viris ex optimatibus committentes, qui ob nimiam ætatem, quod ſenes eſſent, Seniores ſunt vocati.* Lex Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 1. *Videntibus cunctis Sacerdotibus, ſenioribuſque Palatii, atque Gardingis.* Lib. 3. tit. 1. §. 4. *Ut quicunque ex Palatii noſtri primatibus, vel ſenioribus gentis Gothorum*, &c. Salomon Conſtantienſis Epiſcopus in Lexico: *Veteres Principes, antiqui principes, ſeniores.*

Senior, Preſbyter. Vis Græcæ vocis, πρεσβύτης. S. Cyprianus Epiſt. 75. *Qua ex cauſa neceſſario apud nos fit, ut per ſingulos annos ſeniores & præpoſiti in unum conveniamus ad diſponenda ea quæ cura noſtra commiſſa ſunt.* Prudentius in Paſſ. S. Hippolyti:

Offertur ſenior nexibus implicitus.

Hippolytum Preſbyterum antea vocaverat Paulinus Epiſtola 4. ad Amandum: *Deſervimus altario Dei, & menſis ſalutaribus miniſtramus, jam nomine officioque ſeniores, ſenſu autem adhuc parvuli, & ſermone lactentes.*

Seniores Monaſteriorum dicti, ut eſt apud Vigilium Diaconum in Regula Orientali cap. 2. Monachi duo, ætate provectiores, & ſcientia ac vitæ probitate inſignes, quibus *præſente vel abſente Abbate omnium fratrum diſciplina & omnis cura Monaſterii pertinebat — ex quibus unus tempore ſuo præſens in Monaſterio ſemper erat ad præſtandum Abbati ſolatium, vel obſequium advenientibus fratribus*, &c. — *Alius cum fratribus erat, tempore ſuo exiturus cum ipſis ad omnia opera, & omnem neceſſitatem, providens ne quid contra diſciplinam facerent*, &c. Hi Dorotheo, γέροντες non ſemel dicuntur. Ejuſmodi *Seniores* non bini ſemper, ſed interdum terni erant in Monaſteriis. Quippe in Synodo Carthaginenſi habita an. 527. habetur libellus ſupplex Petri cujuſdam Abbatis, ſubſcriptus ab *ipſo Petro Abbate, Fortunato Preſbytero Monaſterii*, & à *Victore, Vincentio, & Gentio ſenioribus Monaſterii.* Sed & ad duodecim excreviſſe interdum pro Monachorum numero legimus. Scribit enim Trithemius in Vita Mauri Archiep. Moguntini cap. 4. extitiſſe in Fuldenſi Monaſterio 150. Monachos, *ex quibus* inquit, *12. ad minus in omni ſcientia ſcripturarum doctiſſimi, dicebantur Seniores: quorum conſilio Abbas in quotidianis neceſſitatibus utebatur, ut opus non eſſet univerſam fatigare congregationem. Quoties verò ex his 12. quiſpiam, vel ad aliud Cœnobium miſſus, vel morte fuiſſet ſublatus, ex doctioribus & ſanctioribus mox alius in eius locum Rectoris & ſeniorum electione conſtituebatur.* Vide *Sempecta*.

SENIOVORE. Vita S. Præjecti Epiſcopi ex cod. Atrebat. *Cumque de tanta veneratione Hector cognoviſſet, maximeque quia Wlfoardo ſeniovore domus fiducia perniſus erat, — uterque fugam ineunt.* Pro *Seniore*, ſeu *Majore domus*, qua dignitate in Auſtria donatus erat Wlfoardus.

SENIUM, à *Senectute* diſtinguit Joannes de Deo Doctor Decretorum Bononienſis in Pœnitentiario lib. 1. cap. 7. ita ut *Senectus* ſit à 60. annis uſque ad 80. *Senium* verò, poſt 80. annos.

SENIX, pro *Segnis*, occurrit apud Leonem Oſt. lib. 3. c. 20. edit. Angeli à Nuce.

SENNIS. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 40.

——— *Mox Paſtor ſcripſit eous*
Sedibus abreptus reddi debere beatam
Chriſti Mathiten poſt tanta pericula ſennem.

Id eſt, ni fallor, *ſanum*, incolumem, quod ſequentia ſuadent.

SENNUMIA, *Triſtitia*, in Gloſſ. Iſid. leg. *Sennia*, ex Gr. σεμνεία.

SENODOCHIUM. Vide *Sinodochium*.

SENODICUM. Teſtamentum Fulradi Abbatis S. Dionyſii editum à v. cl. Jo. Mabillonio to. 4. p. 341. *Ut in alimonia eorum, & ſuſceptionem hoſpitum, vel in eleemoſina ſenodicorum, pauperum, viduarum, orfanorum, & in lumen Eccleſiarum conferre debeam.* Id eſt *Xenodochiorum*. Ita *Senodokium* in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 15. §. 14. *Senodochium*, in Capitulari 6. an. 819. c. 5. Vide *Sinodochium*.

SENSALES, Proxenetæ, *Courtiers*. Synodicon Nicoſienſe cap. 19. *Similiter à mediatoribus, quos Senſales appellant, ne tractarent aut promoverentur conventiones contractuum prædictorum* (uſurariorum.) Legendum fortè *Curſales*.

SENSATURUS, Senſui ſuo deditus, ſeu opinioni ſuæ inhærens, apud Hincmarum Rhem. Opuſc. LV. Capitulor. adverſus Hincmarum Laudun. cap. 43. pag. 547. Locum dedimus in præfatione.

SENSATUS, Senſu pollens, prudens. Gloſſ. Gr. Lat. νουνεχής, *Cordatus, ſenſatus, intelligens.* Sic nos dicimus, *Senſé*. *Vir Senſati animi*, apud Saxonem Grammat. lib. 2. Paſſim in Libris ſacris.

SENTENTIARE, Sententiam proferre, dare. Albertus Stadenſis an. 1179. *Papa in Conſilio ſuo ſententiatus eſt*, &c. Rigordus an. 1209. *Qui (Papa) audita ejus propoſitione, & univerſitatis ſcholarium contradictione, ſententiavit contra ipſum.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Contra quos judices non audebant ſententiare.* Joan. Jerſon

de Imit. Chriſti lib. 3. c. 1. *Non me ſinas ſecundum auditum aurium hominum imperitorum ſententiare*, id eſt ſententias & opiniones promere, judicare. Utitur etiam Michaël Scotus lib. 2. Menſæ Philoſoph. cap. 23. lib. 4. c. 17.

Sententiarii. Vide *Baccalarius*.

Sententiosus. Gloſſ. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Suſurrio, ſententioſus, bilinguis, vel alicujus natu-ra.*

Senterium, Semita: ſupra, *Semitarium*, ex Gall. *Sen-tier*: in Charta Philippi Fr. Reg. an. 1184. in Probat. Hiſt. Monmorenc. p. 48.

Sentia, Locus ſentibus refertus. Gloſſ. Gr. Lat. MS. ἀκανθών, ὁ τόπος, *Sentia*. Edit. *Hac ſencia*.

Sentinare, Sentinam aquis exhaurire. S. Auguſtinus ſerm. 34. de Diverſ. cap. 13. *Sententia iſta ſic eſt in cor-de hominis, quomodo cadus. Inde ſentinatur navis in pe-lago, non poteſt enim niſi aquam admittere per ruinas compaginis ſuæ.* Cæſarius Arelat. ſerm. 8. ad Mona-chos: *Nam quomodo navis, poſteaquam pelagi fluctus evaſerit, ſi in portu ſentinata, id eſt vacuata in portu non fuerit. de minutiſſimis guttis impletur & mergitur*, &c. Infra: *Quomodo navis ſentinatur à ſitula*, &c. Utitur & Fortunatus in Vita S. Radegund. cap. 31. Vi-de Feſtum.

Sentinoſus. Sentinoſum navigium, dixit S. Ambroſius in Orat. funebri de obitu fratris, pro rimoſo, & in quo exhaurienda ſæpius ſit ſentina.

Sentio, *nis*, *Sententia*, in Gloſſ. Iſid.

Sentitare, *In animo ſenſim iudicare*, Gloſſ. Iſid.

Sentus. Fulbertus Carnot. Epiſt. 71. de Pœnitente: *Sentus enim & ſqualidus, pallentique macie deforma-tus*, &c. Ubi legendum puto *Semus*. Vide in hac vo-ce.

Senu, Senium, in Gloſſis Lat. MSS. Regiis.

Seonitium. Vide *Saio*.

Seonnum, Furfur, ex Gallico *Son*. *Panis de obolo*, & *de reburceto*, & *de ſeonno*, &c. in Charta an. 1243. Hiſt. Monmorenciac. p. 101.

Sepalis. Charta Amalfitana apud Ughellum to. 7. Ital. ſacr. p. 393. *Dedit atque tradidit — de ipſa ſepalem veterem in uſu uſque intus mare*, &c. Infra: *Tradidi-mus atque confirmamus ſupraſcripta plagia inclyta de can-tu in cantum, & unde fuit ipſa ſepalis veteris*, &c. Vi-detur ſcribendum *Separalem*, & *Separalis*. Vide in hac voce.

Separ, Diviſus, ſeparatus. Gloſſæ Antiquæ MSS. *Se-par*, *pro ſeparata, aut diſcreta*. Gloſſæ Pith. *Separ*, *ſeorſim à parte*, Gloſſæ MSS. *Separia, diſparia*. Jo. de Janua: *Separ, i. ſeorſim à pari, i. diſſimilis, unde ſe-paritas*. Ordericus Vitalis lib. 13. p. 907. *Optimates autem qui ſepares cœtus in expeditione legali ductu du-ctitare debebant, in militia Romana rigorem diſciplinæ, niſi fallor, ignorabant.* Utitur etiam Prudentius in Apo-theoſi v. 311.

Separale, eſt quod *Separat*, ſeu dividit tenementum à tenemento, ſeu rem ab alia re, terminus, limes. Ita uſurpat Fleta lib. 1. c. 12. §. 21. Interdum

Separale ſumitur pro ipſo tenemento, aut re quæ ab alia ſeparatur, ſeu ſuis terminis definitur, ut in eodem libro Fletæ lib. 2. c. 49. § 1. *Quod averia capta fuerunt in ſuo ſeparali*. Adde lib. 4. c. 1. §. 21. c. 20. §. 5. c. 27. §. 17. *Piſcaria ſeparalis* apud Ingulfum p. 852. 874. 881. *Sedes ſeparalis Abbatiæ* p. 860. *Several tenancie*, apud Littletonem ſect. 89. *Separata decima*, apud Pryn-neum in Libertat. Angl. to. 2. p. 955. Vide Statutum 2. Weſtmonaſter. cap. 27. Charta Eadredi Regis An-gliæ to. 1. Monaſtici Anglic. p. 168. *Inprimis* (dono) *inſulam Croylandiæ pro gleba Eccleſiæ, & pro ſitu ſepe-rali ejuſdem Monaſterii cum his limitibus diſtinctam, videlicet* &c. Charta an. 1206. to. 1. Monaſt. Anglic. p. 327. *Fundata fuit Eccleſia in ſitu ſeu fundo — conti-nente 40. acras terræ fruſcæ, paſturæ, & pratis ſepara-libus jacentibus in Burnham*, &c. *In ſeparali*, in Fleta lib. 2. c. 54. §. 15. i. disjunctim, diviſim: nos dicimus *Separement*.

Separaliter, eadem notione, apud Ingulfum p. 875. 881. Vide *Severa*.

Sepedium, *Refugium*. Papias.

Sepeliri *ſubtus mortuum*, Pœna olim homicidæ, apud Benefharnenſes, qui vivus ſub cadavere illius quem occiderat, ſepeliebatur. Fori Morlanenſes art. 31. & 32. *Si vero iſtas leges dare nequiverit* (homicida,) *quidquid habet ſit in curſu meo, & ſepeliatur ſubtus mortuum.* Idem obtinuit apud Bigorritanos ex inſtituto Boſonis Comitis Bigorr. ut obſervat Marca lib. 9. Hiſt. Benearn. c. 11. n. 4. quod & teſtatur Charta B. *de Majeſtad* Comitis Bigorenſis an. 1238. in Regeſto cen-ſuum Bigorræ Cameræ Comput. Pariſ. fol. 27. *Item ſtatuimus quod ſi aliquis in prædicta villa interficiat ali-quem, interfector ſub mortuo, omni occaſione remota, vi-vus ſepeliatur.*

Separatus. Vide *Separalis*.

Sephel. Vetus Charta in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. pag. 319. *Solvit — 6. pullos, duos anſeres, unum mod. rap. unum ſephel bis, porcum ſaginatum, unum halb-friſch, vel 10. denar.*

Sepiaticum, Quod ſcriptori vel Notario pro ſcriptura datur: *Sepium* enim pro atramento ſumi obſervant Scho-liaſtes Perſii, & Iſidorus lib. 12. cap. 6. Fulgentius in Mytholog. *Redde quod ſepiaticum debes.*

Sepiola, Parva ſepes. Jo. de Janua.

Seplasiarius, qui *Seplaſia* vendit, ſeu pigmenta. Ugu-tio: *Seplaſiarius, negotiator qui pigmenta vendit.* Jo-nas Aurelian. In præfat. ad lib. 2. de Cultu imag. *Deſi-ne itaque ſeplaſiariorum pigmentulis potionari.* Occurrit præterea apud Lampridium. Vide Salmaſium de Uſuris cap. 19. *Supplaſſarius*, perperam ſcribitur apud Vege-tium lib. 3. Art. veterin. c. 2.

Sepositio, Datio in pignus, in Lege Wiſigoth. lib. 5. tit. 4. §. 12. 15.

Septan-chunna, in Pacto Legis Salicæ tit. 80. ſeptin-genti. Vide *Chunna*.

Septena, Mulctæ Monaſticæ ſpecies, ſeptem dierum jejunium. Statuta Ordinis Hoſpitalar. S. Joan. Hieroſ. tit. 18. §. 51. *Frater qui erit poſitus in ſeptena, ſeptem diebus continuis jejunabit, ac quarta & 6. feriis ipſorum 7. dierum pane & aqua duntaxat veſci debet, & illis die-bus recipiat diſciplinam*, &c.

Septena, alia notione. Concilium Lemovicenſe an. 1031. ſeſſ. 2. *Ubi enim cereus Paſchalis conſecratur, & baptiſ-mus, ibi honeſtius Paſchalis ordo perficitur, & tres Li-taniæ, quæ in Sabbatis Paſcha & Pentecoſtes nulla ratio-ne prætermitti poſſunt, ne, quod abſit, autoritas Spiritus ſancti vileſcat, aptius perſolvuntur. Poſt ſex enim lectio-nes, ſeptena fit in choro à pluribus cantoribus ſolenniter indutis. Deinde cum terna ipſi Cantores & Sacerdotes, ac cæteri miniſtri procedunt ad Fontes: facto vero baptiſmo de tribus tantum infantibus, — cum terna à Fontibus regrediuntur, qui ad chorum ad chorum, qui ad altare ad altare, cum cereis nondum luminatis, ſonantibus interim omnibus ſignis. Finita enim ipſa terna*, &c.

Septena, appellata peculiari nomenclatura diſtrictus ju-riſdictionis urbis Bituricenſis, & aliquot oppidorum in eodem tractu, vulgò *la ſeptaine*: de cujus vocis ori-gine varii varia tradunt: quidam enim *à 7. pagis vel vicis*: alii *à ſeptimo miliario*, alii denique *à ſeptis ur-bis*, ut Chaumellus in Hiſt. Bituricenſi lib. 6. c. 13. & Thomaſſerius in Conſuetud. Localib. Bituric. pag. 72. *Septenæ Bituricenſis* mentio fit in Charta Communiæ ejuſdem urbis an. 1181. & in Areſtis an. 1261. in 1. Re-geſto Parlam. f. 37. 114. 125. *Septimaniam* appellari in hymno S. Guillelmi Bituricenſis Archiepiſcopi obſer-vat idem Chaumellus: *Alme martyr Juliane, alme martyr Private, & plangite omnes prorſus Inſulæ Orien-tis: in Lugdune planctum ad durabile Occidentis, hoc perage civitas Lemovice, ſimiliter Aquilonis: in quo & Biturica ſeptimania nunc plange meridies Narbona*, &c.

Sed videtur hæc vox ad *Septimaniam* Narbonenſem ſeu Occitaniam provinciam pertinere.

SEPTENARIUS, vel *Septenarium*. Officium pro mortuis per ſeptem dies continuos. S. Stephanus in Regula Grandimontenſium cap. 5. *Tricenarium, ſeptenarium, annale, vel quodlibet pretium pro Miſſa nominatim vobis oblatum nullatenus accipiatis.* Vetus Charta in Hiſt. Monaſterii S. Nicolai Andeg. *Canonici vero pro defunctis Monachis ſeptenarium facient Vigiliarum, Miſſarum, & Pſalmorum competentium.* Udalricus lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 33. *Cum brevis eorum ad nos venerit de defuncto, vel ad illos noſter, officium & Miſſa geratur, & poſtea ſeptenarius cum officiis & Miſſis.* Charta Confraternitatum Marcianenſium apud Buzelinum: *Sanctimonialibus S. Mariæ Sueſſionenſis — debemus ſeptenarium; hoc eſt prima die officium cum Miſſa in Conventu, & ſeptem aliis ſimiliter, &c.* Salomon Epiſcop. ad Dadonem:

Tunc ſancire diem fieret quæ ſeptima fratris
*Omnes perficere cum prece * ſi agapen.* * Sic
Sic cum veniret quæ lex Tricena maneret,
Ritu conſimili hanc ſtatuere coli.

Concilium apud Saponarias an. 859. c. 13. *Ut pro eo qui deceſſerit, in ſedibus ſeptenæ Miſſæ totidemque vigiliæ perſolvantur, &c.* Rationem cur per ſeptem dies Miſſæ pro defunctis agerentur, reddunt Amalarius lib. 3. de Eccl. offic. cap. 44. Alcuinus lib. de Offic. divin. cap. *de Exequiis mortuorum*, Durandus lib. 7. cap. 35. n. 6. & Menardus ad Concordiam Regular. p. 217. Utplurimum autem ſeptenarium cum tricenario conjungitur. Vide in *Tricenarium*.

Septennale, in Concilio Pariſienſi an. 1212. c. 11.

SEPTETUS, ita appellatus neſcio quis Princeps, apud Gregorium II. Epiſt. ad Leonem Iſaurum Imp. præfixa VII. Synodo: *Nuper ſiquidem ab interiori occidente precés illius, quem Septetum appellant, accepimus, qui vultum cupiit noſtrum Dei gratia, & ut ad impertiendum ei ſanctum baptiſma illuc proficiſcamur.* Leg. fortè *Mepetus*. Vide *Mepe*.

SEPTIDOMUS. Octavius Horatian. lib. 4. Rer. Medicar. de partu: *Tempore autem inſtante concipi atque collocari manifeſtum eſt, ſeptidomum vero ſeptem ſpatiis contineri, ſeptimo menſe dentes naſci, aliquibus nono: ſeptimo anno infanti dentes cadere: bis ſeptenis pubeſcere, ſeptidomis ægros periclitari.*

SEPTIMALE, idem quod *Septenarius*, de qua voce ſupra. Charta Fulconis Comitis Andegav. pro fundat. Abb. Roncerei an. 1028. apud Sammarthanos: *Beneficia verò quæ de ſepulturis mortuorum evenerint, de animabus, de tricenariis, de ſeptimalibus, de Miſſis defunctorum; &c.* Sed leg. videtur, *ſeptimanalibus*.

SEPTIMANALITER, Hebdomadatim. Thomas Archid. in Hiſt. Salonitana c. 24. *Donavit Rex Eccleſiæ S. Domnini ſextariolos molendinorum Salonitani fluminis, qui ſeptimanaliter pertinebant ad Banum.*

SEPTIMANARIUS, idem qui *Hebdomadarius*, Gall. *Semainier*. Joannes Eremita in Vita S. Bernardi cap. 17. *Facta eſt conqueſtio de quodam Monacho, qui ſcutellas in coquina, ſecundum Ordinis inſtituta, cùm ſeptimanarius eſſet, lavare negligebat.* Occurrunt etiam apud Chrodogangum Metenſem in Regula Canonicor. cap. 9. & Petrum Abælardum Epiſt. 6. *Septimanarii coquinæ*. Adde librum Uſuum Ordinis Ciſtercienſis cap. 68. 91. & Ughellum to. 5. p. 114. & Vide *Hebdomadarius*.

SEPTIMANIA. Vide *Septena*.

SEPTIMAS, ut *Hebdomas*. Vita MS. S. Leonorii: *Manè autem facto reverſi ſunt ad ſuum jugum. Sic aſſueti quinque ſeptimatibus, ac diebus tribus diurno labori, excepto die Dominico, &c.*

SEPTIMUS, Dies nempè ſeptimus ab obitu, quo ſacra quæ pro mortuis peragi ſolent, abſolvebantur. Andegavenſes, & Pictones *Seme* vocant. Charta an. 1280. *Nec dies ſeptimi, ſeu ſeptimorum in commemorationem defunctorum, &c.* Olim apud Paganos in nonam diem juſta defunctis & [illegible] perſolvebantur, idque *Novendial* vocabant, quo elapſo, cœnæ funebres & epulæ fiebant, quæ *Novendiales cœnæ* dicuntur Tacito 6. Annal. idque poſtmodum ab Ethnicis ad Chriſtianos promanavit, ut autor eſt Auguſtinus in Quæſt. ſuper Geneſ. Vide Novell. Juſtiniani 105. c. 5. & ibi Cujacium & Gotofredum.

SEPTINOCTIUM, Spatium 7. noctium, *Sibunnaht*, in Gloſſis Keronis.

SEPTIZODIUS. Ita Computiſtæ, ac inprimis Beda lib. de Embolismorum ratione, laterculum literarum dominicarum vocant: *Laterculus hic qui vocatur ſeptizodius.* Ubi Scaliger in Canonibus iſagogicis p. 176. & 181. *Septizonium* ſcribendum contendit. Hunc vide ſi lubet.

SEPTIZONIUM, Omnis ſeptenarius ordo, moles aliùs ſuperſtructæ. Ammianus lib. 15. de Septizonio Severi: *Septizonium operis ambitioſi nymphæum.* Ubi MSS. codices *Septemzodium* præferre monet Henricus Valeſius: ut apud Capitolinum in Severo, & Hieronymum in Chronico *Septizodium*, Scaliger & Salmaſius. Extat apud Commodianum inſtructio 7. cum ea inſcriptione, *de Septizonio & ſtellis*, qua indicantur ſeptem planetæ.

SEPTRIGUS. Charta Edwyni Regis Angl. in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 120. *Exin aureo tempore finito, nec non & æneo ferrei ſequaces modo vi prævuntes, modo mechanica arte cæteros fallentes, & perſæpe utroque omnem ſubigerunt cenſum reddere vulgus uſque ad calcem: ac ſic fortuna ludente mancipari immobilis, patitur terra ſubditus habenis in ſeptrigo voluntatis arbitrio.* Videtur legendum *Sceptrigero*, vel *Sceptrigeri*.

SEPTUAGESIMA, inquit Alcuinus lib. de Divin. Offic. *Computatur ſecundum titulationem Sacramentarii & Antiphonarii, novem hebdomadibus ante Paſcha in ſeptimam Sabbati.* Ordo Romanus: *Septuageſima videtur dici poſſe propter 70. dies qui ſunt ab ipſo die ad Sabbatum ante Octavas Paſchæ, quo die albæ tolluntur veſtimenta à nuper baptizatis.* Septuageſimæ inſtitutionem Teleſphoro PP. adſcribit Liber Pontific. Roman. *Hic conſtituit ut ſeptem hebdomadas ante Paſcha jejunium celebraretur.* Eadem habet Euſebius in Chronico. Vide Alcuinum Epiſt. 1. 2. 109. Amalarium lib. 1. de Eccleſiaſt. offic. cap. 1. Rupertum lib. 4. de Divin. offic. c. 1. & 6. Rabanum lib. 2. de Inſtit. Cleric. c. 34. Honorium Auguſt. lib. 3. c. 23. Hugon. à S. Victore lib. 3. Obſerv. Eccl. cap. 10. Beletum c. 78. Durandum lib. 6. c. 23. 89. n. 1. De Septuageſima hæc accipe ex cod. MS. S. Victoris Pariſienſis:

A feſto ſtellæ numerando perfice lunæ
Quadraginta dies, ibi Septuageſima fiet:
Et ſi biſſextus fuerit, ſuperadditur unus.

SEPULCHRORUM *violatores*. Gloſſ. Lat. Gr. *Sepulchri violator*, τυμβωρύχος. De iis agunt Lex Wiſigoth. lib. 11. tit. 2. § 1. Edict. Theodorici c. 110. Lex Salica tit. 17. 57. Bajwar. tit. 18. c. 1. Alamann. tit. 50. Longob. lib. 1. tit. 12. Capit. Caroli M. lib. 7. tit. 136. &c. Mortuos verò veſtibus ſuis pretioſioribus indutos humo mandatos teſtantur S. Hieronymus lib. 2. Epiſt. S. Ambroſius lib. de Nabuthe, Lactantius lib. 2. de Divin. inſtit. c. 4. Gregorius Turon. lib. 4. Hiſt. c. 45. 46. 52. lib. 6. cap. 46. Geſta Francorum cap. 35. Monachus Egoliſm. c. 14. Baldricus lib. 4. Chr. Camer. c. 16. lib. 3. c. 20. Baronius an. 821. & 1099. n. 3. 5. 15. Surius ad an. 1544. Fileſacus lib. 1. Select. p. 277. &c.

Sepulchrorum Cuſtodia. Vide *Cuſtos*.

Sepulchri Officium Eccleſiaſticum, quod ita celebrari ſolitum in Eccleſia Rotomagenſi, poſt Matutinas, docet Ordinarius MS. ejuſdem Eccleſiæ: *Finito tertio Reſponſorio, Officium ſepulchri ita celebratur. Tres Diaconi Canonici induti dalmaticis & amictis, habentes ſuper capita ſua ad ſimilitudinem mulierum, vaſculum tenentes in manibus, veniant per medium Chori, & verſus ſepulchrum properantes, vultibus ſubmiſſis, dicant pariter*

hunc verſum, Quis revolvet nobis lapidem? *Hoc finito*,
quidam puer quaſi Angelus indutus albis, & tenens ſpi-
cam in manu ante ſepulchrum, dicat, Quem quæritis in
ſepulchro? *Mariæ reſpondeant*, Jeſum Nazarenum
crucifixum. *Tunc Angelus dicat*, Non eſt hic, ſurrexit
enim: *Et locum digito oſtendens. Hoc facto, Angelus*
citiſſime diſcedat. & duo Preſbyteri de majori ſede, in
tunicis, intus ſepulchrum reſidentes dicant, Mulier,
quid ploras? *Medius trium mulierum reſpondeat ita*,
Mulier, quid ploras? quem quæris? *Medius Mu-*
lierum dicat, Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito.
Sacerdos crucem illi oſtendens, dicat, dicens, Quia
tulerunt Dominum meum. *Duo reſidentes dicant*,
Quem quæritis, Mulieres? *Mariæ oſculentur lo-*
cum, poſtea exeant de ſepulchro. Interim quidam Sa-
cerdos Canonicus in perſona Domini albatus cum ſtola
tenens crucem, obvians eis in ſiniſtro cornu altaris, dicat,
Maria. *Quod cùm audierit, pedibus ejus citiſſimè ſe of-*
ferat, & alta voce dicat, Cabboin. *Sacerdos innuens*
dicat, Noli me tangere. *Hoc finito, Sacerdos in dextro*
cornu altaris iterum appareat, & illis tranſeuntibus an-
te altare, dicat, Avete, nolite timere. *Hoc finito ſe ab-*
ſcondat, & Mulieres hoc audito læta inclinent ad altare,
converſæ ad chorum, hunc verſum cantent, Alleluia,
reſurrexit Dominus, Alleluia. *Hoc finito, Archiepiſco-*
pus vel Sacerdos ante altare cum turibulo incipiat altè,
Te Deum laudamus, *& ſine neupma finiatur*, &c.

SEPULTORIUM, Θαπτεῖον, in Gloſſ. Gr. Lat.

SEPULTURA, idem quod *Atrium*, & *Cœmeterium*, ſci-
licet obventiones quæ Sacerdotibus ob ſepulturam con-
tingunt. Nam olim *Cadavera defunctorum in baſilicis*
ſanctorum ſepeliri vetitum, in Concil. Braccarenſi an.
563. c. 18. ubi Garſias Loayſa. Vetus Notitia in Tabu-
lario Eccleſiæ Viennenſis fol. 58. *Cum ergo ille Eccle-*
ſiam cum tertia parte decimæ & ſepultura poſſiderent, &c.
Alia in Tabulario Monaſterii S. Andreæ Viennenſis:
Similiter dederunt ſepulturam quam accipiebant de Ec-
cleſia S. Petri de Ayſin. Alibi: *Donamus Eccleſiam &*
altare cum decimis, & ſepultura, & offerendis, &c.
Charta Arcembaldi Dom. Burbonenſis an. 1217. pro
libertatib. Villæfranchæ: *Et dederunt eis Eccleſiam &*
cœmeterium, tali pacto, quod non poſſent cogere burgenſes
de ſepultura, neque de nuptiis ultra debitas conſuetudi-
nes. S. Anſelmus lib. 4. Epiſt. 45. *Dicunt ſe frequen-*
ter vidiſſe in Eccleſiis ad curam meam propriè perti-
nentibus, expulſis preſbyteris, laicos altari aſſtantes,
eleemoſynam colligentes, ſepulturas & quædam ad jus
Sacerdotum pertinentia audacter uſurpantes, &c. Sed
& pro aperienda, ut vulgò dicimus, terra, exactio-
nes factæ, quod etiamnum obtinet apud nos, licèt
vetitum ab Eccleſia, ac præſertim Bulla Urbani PP.
IX. apud Gariellum in Epiſcopis Magalonenſibus p.
402. 403. *Abolenda conſuetudinis nimis abominabilis*
corruptela apud Montempeſſulanum vitium inolevit,
ut videlicet decedentibus non prius permittatur effodi ſe-
pultura, quam pro terra in qua ſepeliendi ſunt, certum
pretium Eccleſiæ perſolvatur, &c. Vide *Cœmeterium*.

Sepultura Crucifixi, Sepulchri Jeſu Chriſti imago & re-
præſentatio, quæ fieri ſolet in ædibus ſacris die Para-
ſceves. Vetus Charta in Monumentis Paderbonenſi-
bus pag. 134. *Hæ autem parochiæ omnia jura parochia-*
lia habebunt, niſi quod crucem diebus dominicis & in
ſolemnitatibus non ferent. — *in Paraſceve ſepulturam*
Crucifixi non facient, &c.

Sepultura aſini, Extra cœmeterium, Sepultura excommu-
nicatorum. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 268. *Extra*
cimiterium, abſque officio Chriſtiano debito, ſuo tamen
juſſu & petitione, ſepultura aſini ſepultus. V. *Imblocatus*.

SEPUM, ita dicitur vulgò quòd olim *Sebum*, i. adeps,
pinguedo, axungia. Jo. de Janua.

SEQUACES, Hæredes, poſteri, ſucceſſores. Tradit. Fuld.
lib. 1. trad. 5. *Poſt obitum hanc rem vos & ſequaces ve-*
ſtri uteremini habere firmiſſimam habentes poteſtatem. Oc-
currit ibi crebrius. Vide *Secutores*.

Sequax, Sectator. Paulus Diac. l. 1. Hiſt. Long. c. 26.
Nam pinxit aptè lineas
Vitæ ſacra ſequacibus.
Adde Regulam S. Fructuoſi cap. 4.

Sequax, Obediens, apud Sidon. l. 7. Ep. 17.

Sequacitas. Cyprianus in Vita S. Cæſarii Arelat. *Tanta*
denique bona in ſe, largiente divina gratia, habuit, ut
de audientium profectibus, & de diſcipulorum ſequacitate,
& de virginum conſecratione, ut non uno tantum ſit me-
ritò coronatus.

SEQUELA, *Exemplum*, in Gloſſ. Iſid.

Sequela. Obſequium, miniſtrorum & famulorum cœtus,
apud Petrum Bleſenſem ſerm. 43. Vide *Secta*.

SEQUENTIA, Canticum exultationis, quæ & *Proſa* dici-
tur, ſic appellatum, *quia pneuma jubili ſequitur*, inquit
Durandus lib. 4. c. 22. Ordo Romanus, & Alcuinus
lib. de Divin. offic. *Sequitur jubilatio, quam Sequentiam*
vocant. Obſervat idem Durandus Sequentias à Notke-
ro Abbate S. Galli primùm compoſitas, & Nicolaum
PP. ad Miſſam cantari præcepiſſe. Huc ſpectant quæ
habet Eckehardus de Vita B. Notkeri Epiſcopi S altæ-
burg. cap. 17. *Sequentias, quas idem pater ſanctus fe-*
cerat, deſtinavit per bajulum urbis Romæ Papæ Nicolao.
Cap. 18. *Sequentiam dico quæ eſt de Spiritu ſancto:*
Sancti Spiritus aſſit nobis gratia. Bromptonus de Ro-
berto Rege Franc. *Hic Robertus Rex fecit ſequen-*
tiam illam de feſto Pentecoſtes quæ ſic incipit, Sancti Spiri-
tus aſſit nobis gratia.

Sequentiæ, quas Metenſes vocant, apud Eckehardum
junior. de Caſib. S. Galli cap. 4.

Sequentiarius, Liber ſeu Codex in quo continentur *Sequen-*
tiæ. Eckehardus junior de Caſib. S. Galli c. 11. *Qui-*
dam fratrum Eccleſia egreſſus Sequentiarium manu fere-
bat, quem illi aſſumentes in ſequentia diei Notkerum
Balbulum laudant. Acta Murenſis Monaſterii pag. 30.
Antiphonarium, partem de Graduali, Sequentiarios 4.
Alibi: *Tres Antiphonarii, ex quibus unus muſicè nota-*
tus eſt, & decem Sequentinarii. Sed legendum *Sequen-*
tiarii, aut *ſequentionarii*, ut habetur pag. 33.

SEQUENTRIANUS, qui optimum excipit, mediæ condi-
tionis, vel medii pretii. Lex Alamann. tit. 75. *Si quis*
in vaccaritia legitima ubi ſunt 12. vaccæ vel amplius,
taurum ex ea involaverit, vel occiderit, 13. ſol. cum ſol-
vat, aut qualecumque armentum de ipſa vaccaritia invo-
latus fuerit, ſecundum qualitatem tum ſolvat: illam op-
timam vaccam 4. tremiſſes appreciare: illam aliam ſe-
quentrianam ſol. 1. illa alia minuta animalia ſecundum ar-
bitrium appretientur. Edit. Heroldi habet *Sequentria-*
nam.

SEQUIMENTUM, *Sequutio*. Vide *Sega*.

SEQUIPES, Qui alium ſequitur, Pediſequus. Anaſtaſius
in S. Hadriano pag. 103. *Unde ego ſequipedes veſtros di-*
rigere ſtudebo meos miſſos ad eundem veſtrum Regem,
&c. In S. Zacharia p. 77. *Egreſſus de Ravennatium ur-*
be, in finibus Longobardorum ingreſſus, ſequipes factus
eſt ſuis Miſſis. Et pag. 86. *Conjungens vero Chriſtia-*
niſſimus Pipinus Francorum Rex, ſequipes etiam ejus &
antefatus beatiſſimus Papa factus uſque ad muros civi-
tatis Papiæ utrique pervenerunt. *Canis ſequipeda*, apud
Joan. Sariſber. lib. 1. Policrat. c. 13. Vide eundem
lib. 3. cap. 6.

Sequipedes, Sectatores, ſequaces, diſcipuli, &c. Acta
SS. Juliani & Baſiliſſæ in Præfat. *Ut per anguſtam viam*
eorundem Sanctorum valeamus ſequipedes eſſe. Habetur
rurſum ibidem cap. 1. & 7. Vita S. Sulpicii Pii Epiſc.
Bitur. c. 6. *Addebat etiam Beati ſequipeda*, &c. Oc-
currit præterea hac notione in Concilio Aurelian. V. c.
5. & Turon. II. c. 22. apud S. Eulogium lib. 1. Me-
mor. Sanctor. lib. 2. c. 1. & 10. in Epiſtola 73. inter
Franciçast. 1. Hiſt. Franc. apud Rabanum Maurum
lib. 1. de Inſtit. Cleric. c. 3. Carolum M. lib. 2. de Ima-
ginibus c. 27. Joan. Sariſber. l. 2. Policrat. c. 18. &c.

SER, Dominus, quæ vox præponitur nominibus appellativis
apud Italos efformata, ut videtur, ex Græco κύριος,
ſeu

ſeu ut recentiores Græci efferunt κύρος, unde noſtri *Sire*, Itali *Meſſer*, noſtri etiam *Meſſire*. Vita B. Torelli Papienſis n. 24. *Ipſe Notarius, qui vocabatur Ser Aloiſius*. Occurrit ibi pluries. Vide *Siriaticus*.

SERA *virginitatis*. Vide *Devirginare*.

SERABARA. Vide *Saraballa*.

SERACIUM, Serum lactis. Acta Murenſis Monaſterii p. 54. *Quicumque Caldarium illuc præſtiterit, quamdiu ejus Caldarium habent, ſingulis annis dabunt ei ſeracium, & octo caſeos*. Occurrit etiam alio loco. Vide *Seſter*.

SERANTA, pro *Saranta*, Quadraginta, ex Græco vulgari σαράντα, pro τεσσαράκοντα, de qua voce Meurſius. Abbo lib. 1. de bellis Pariſiac.

P. geminum ſidos raro quamvis vegetabat,
Atque truces poſt hac chile ſeranta chile id extat.

Ubi ad marginem notam hanc appoſuit Abbo ipſe: *P. Græcum, ſi fuerit geminatum, 200 ſignificat. M. ſimiliter geminatum 40. ſignificat. Chile, mille, tot enim erant Normanni, id eſt 40. millia.*

SERAPELLINÆ, *ſunt veteres pelles: vel dicuntur pelles parvi valoris*: Catholicon parvum. Vide *Xerampellinæ*.

SERARE, *Serrare*, Occludere, *Seris* claudere; hinc noſtris *Serrer*, pro aliquid ſub *ſera* recondere, ἀσφαλίζειν. Brito in Vocab. *Vectis à veho dicitur, i. ferrum quo in firmatura oſtii vehitur huc & illuc, cauſa ſerandi vel reſerandi*. Papias: *Serare, claudere, opponere*. Rodericus Toletan. in Hiſt. Arabum cap. 45. *Cumque Cazim Hiſpalim advenisset, civitatis ei januas ſeraverunt*. Concilium Avenionenſe an. 1279. c. 1. *Domos Eccleſiarum aut Clericorum occaſione quacunque ſerrare, ſeu claudere, ferrare, vel placare*, &c. Thwroczius in Petro Rege Hungar. cap. 39. *Occupantes campanilia & turres civitatis, & ſeratis januis, illum excluſerunt*. Vide *Serra*.

Inſeratus, ſub *ſera* recluſus. Idem Rodericus Toletanus lib. 5. de Reb. Hiſpan. cap. 24. de Sancio Rege Navarræ: *Duxit uxorem nomine Beatriciam filiam Imperatoris, ex qua genuit duos filios, Sancium, qui ſucceſſit in regno, qui dicebatur agnomine Inſeratus, eo quod in caſtro Tudelæ reſidens, ſe ab omnibus, præterquam à paucis domeſticis occultabat*. Vide *Serrare*.

SERASTYRAX. Codex Epiſtolarum S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Epiſt. 147. *Grato animo dignemini ſuſcipere coſtum, cinamomum, & ſeraſtyracem*. Ubi Serrarius putat confictum nomen ex *cera* & *ſtyrax*, quaſi ceræ inſtar ſtyrax fuerit. De ſtyrace agit Plinius l. 12. c. 18. & 26. lib. 24. c. 6. & 17.

SERCENTES, *Sergenti*, Italis; *Sercentes ſive habitatores domorum, inquilini*, in Statutis Venetor. l. 6. c. 25. 27.

SEREA. Vide *Seria*.

SERENITAS, Titulus honorarius Imperatorum & Regum apud Facundum Hermianenſem lib. 5. cap. 2. & in veteribus Chartis apud Beſlium in Comitib. Pictav. pag. 211. in Regibus Aquitan. pag. 25. 26. & alios paſſim. Fortunatus lib. 3. Poëm. 2.

Nubila nulla gravant populum ſub Rege ſereno.

Idem lib. 6. Poëm. 4. de Chariberto Rege:

Splendet in ore dies deterſa fronte ſerenus,
Sinceros animos nubila nulla premunt.
Blanda ſerenatum circundant gaudia vultum,
Lætitiam populus Regis ab ore capit.

SEREONES. Vide *Sereones*.

SERIA, *Serea*, Vaſculi ſpecies. Joannes de Janua: *Seria, à Syria dicitur, i. olla, quaſi Syria, quod ibi primò facta eſt*, &c. Papias *Serea, ſing. vaſis genus, orca, unde ſeriola*. In Agrimenſoribus vox *Seria* occurrit, ubi vaſculum effingitur. *Seriolam* inde habet Perſius, & ex eo Iſidorus lib. 20. cap. 6. Vide Donatum ad Terent. & JC.

Seria, pro ſeries. Gloſſ. *Seriam*, ἀκολουθίαν. *Seria*, ὁρμαθὸς, ubi perperam *ſteria*. *Series*, τάξις, — ὁρμαθός. Rythmi in obitum Henrici VII. Imp.

Exponit Florentinus
Totius facti ſeriam,
Proceſſus, & materiam
Intoxicationis.

Atque inde conjicit Salmaſius ad Solin. in Agrimenſoribus ſcribendum *ſeria*, ubi *ſerra* legitur. Apud Vitalem: *A ſextanco ſi vis ſequi limitem, rectam ſerram ſequeris ped.* 150. ubi emendat *ſeriam*. Huic emendationi favet vetus Notitia ſub Rogerio Rege Siciliæ an. 1144. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Meſſan. *Et deſcendit per pedem montis ubi ſunt multi lapides, exinde ſericam foreſta, uſque ad culturam Eccleſiæ*, &c. Infra: *Et à prædicto vallone recipit Roccam magnam uſque ad ſeriam blagi, in quo via regalis deſcendit ad fontem de Maltru, & recipit ſeriam ſaſſi*, &c. Vide *Serra*.

SERJANTÈS, *Serjenteria*, &c. Vide *Serviens*.

SERIGA. Vide *Seria*.

SERICALIS *pannus*, noſtris *Serge*, aut *Sarge*, Alamannis *Sarenvat*. Eckeardus junior de Caſib. S. Galli cap. 3. *Miſſus eſt Magontiam, utique pro pannis laneis emendis, quos Sericales, aut Tunicas vocant.*

SERICOBLATTA, in l. 10. Cod Juſtin. de Murilegul. ubi in l. 13. Cod. Th. eod. tit. *Serica blatta*, ſericum *blatta* ſeu purpura infectum. Vide *Blatta*.

SERICUM, Menſuræ liquidorum ſpecies. Philippus Eyſtetenſis in vita S. Willibaldi cap. 34. *Sacratiſſimus liquor, qui infra ſpatium unius anni nequaquam diſtillaverat, nec ullo modo ſeſe oſtenderat, adeò abundanter erupit, ut ampullam dimidia pinta, capacitatis, vel unius ſerici admpleret*. Alter codex MS. habet *ſeriti*, uti monet Gretzerus. Vide *Seria*.

SERICUS. Vide *Siricus*.

SERIETAS, Seriarum rerum meditatio, apud Sidonium lib. 1. Epiſt. 9 lib. 9. Epiſt. 13. & Joann. Sariſber. Epiſt. 81. in Metalogico lib. 1. c. 6. lib. 3. in Prologo, & in Policratico.

SERILLA, Naviculæ vel lintres, qui rimas ſtupa ſuffocatas habent. Spelm.

SERICINUS, pro *Sericus*, apud Odonem Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi c. 16.

SERIMIALIA, *Sermalia*, machinæ bellicæ ſpecies. Otto Morena in Hiſt. Rerum Laudenſium pag. 51. *Laudenſes quos captos habebant, de carcere ſuper ſermialias & machinas ipſius caſtri deduxerunt*. Pag. 54. *Multoſque petrerios ibi compoſuit, per quos balliſtariis ſuis foras trahentibus, fere nullus ex Cremonenſibus ibi ad ſerimalios, ſeu machinas ipſius caſtri appropiare poterat*. Pag. 55. *Super ſerimalias & machinas*, &c. Infra: *Qui fere omnes manganos & petrerias, ſerimalias, ſeu machinas, cæteraque defenſionis Cremæ inſtrumenta ſuo mirabili ingenio compoſuerat.*

SERIOSUS, Serius, Gravis, ex Gallico *Serieux*. Vincentius Belvac. lib. 3. cap. 33. *Prudens valde, nimis aſtutus, multumque ſerioſus, & gravis in moribus.*

SERISAPIA. Fragmentum Petronii: *Allata eſt ſeriſapia, & contumelia acrophragiæ, (l. acrophagiæ) ſcitedata ſunt, & cenſus malo, porri, Perſica*, &c. Monſtra verborum, cujuſmodi complura habentur in hoc malè compacto centone.

SERITAS. Gloſſ. Galat. βραδύτης, *Mora, remora, ſeritas, tarditas.*

SERMENTATUS, Juratus, ſacramento adſtrictus: ex Gallico *Sermenté*. Baldricus in Chronico Camerac. lib. 3. c. 49. *Ipſe namque, pariterque Abbas Richardus, ambo videlicet ſermentati*, &c.

SERMO, Tuitio, conductus, *Sauvegarde*: ἀσφαλείας λόγῳ apud Juſtinianum in Edicto 2. Λόγῳ ἀσφαλείας, apud Annam Comnenam pag. 158. 249. 292. Lex Salica tit. 59. *Ubi calcaverit ſolem, & iſta omnia compleverit, qui eum admallat, & ille qui admallatur, ad nullum placitum venire — noluerit, tunc Rex ad quem mannitus eſt, extra ſermonem ſuum eum eſſe dijudicet, & ita ille culpabilis, & omnes res ſuæ erunt in fiſco, aut cui fiſcus dare voluerit*. Pactus Legis Salicæ tit. 76. §. 1. *Si*

ille qui admallatur ad nullum placitum venire voluerit,
tunc Rex ad quem mannitum eſt, cum extra ſermonem
ſuum ponat, & quicunque eum aut paverit, aut hoſpi-
tium illi dederit, — culpabilis judicetur. Gregorius Tu-
ron. lib. 9. c. 42. *Ut Monaſterium — ſub ſua tuitione*
& ſermone — jubeant gubernare. Marculfus lib. 1. form.
24. de Mundeburde Regis & Principis: *Igitur cogno-*
ſcat Magnitudo ſeu utilitas veſtra, quod vos Apoſtolicum
& venerabilem illum Epiſcopum aut Abbatem — ſub
ſermonem tuitionis noſtræ viſi fuimus recepiſſe, &c. Vi-
de *Verbum*, & quæ notavimus ad Alemadem p. 308.

Sermo, Homilia, concio ad populum in Eccleſia, noſtris,
Sermon. S. Auguſtinus Epiſt. 77. *De Sermone Preſbyte-*
rorum, qui te præſente populo infunditur, &c. Infra: *Ut*
jubeas ſingulos, quos volueris, ſermones ſcorſum conſcri-
ptos & emendatos mitti nobis. Sermonem facere, in libro
Ordinis S. Victoris Pariſienſis cap. 33. Vide Concil.
Valentin. Hiſp. c. 1. Obſervandum porrò ex Auguſtino
lib. de Catechizandis rudibus c. 13. in Africanis Ec-
cleſiis Antiſtites ſtantes ſtanti plebi verba facere con-
ſueviſſe, contra quam in Eccleſiis tranſmarinis, *ubi*
non ſolum Antiſtites ſedentes loquebantur ad populum,
ſed ipſi etiam populo ſedilia ſubjacebant, ne quiſpiam in-
firmior ſtando laſſatus à ſaluberrima intentione avertere-
tur, aut etiam cogeretur abſcedere. Poſtmodum infir-
mos, cæteroſque qui ſtare non poterant ſederè juſſit
idem Auguſtinus Homil. 26.

Sermo vivus. Capitulare 5. Caroli M. incerti anni cap.
1. *Admonendi ſunt* (Epiſcopi) *de rectitudine fidei ſuæ,*
ut eam & ipſi teneant & intelligant, & ſibi ſubjectis po-
pulis vivo ſermone annuntient.

SERMOCINALES *diſciplinæ*, Logicæ. Fridericus II.
Imp. in libro Reſcriptorum cap. 74. §. 3. *Compilatio-*
nes variæ ab Ariſtotele aliiſque Philoſophis — editæ in
Sermocinalibus & Mathematicis diſciplinis, &c.

SERMOLOGUS, Liber Eccleſiaſticus continens Sermones,
quos Papæ & alii plures Sancti compoſuerunt, qui le-
gitur in Eccleſia in Feſtis Confeſſorum, à Natali uſque
ad octavas Epiphaniæ, in Purificatione B. Mariæ, & in
Feſto omnium Sanctorum, & pluribus aliis. Ita Bele-
thus c. 59. & ex eo Durandus lib. 6. Ration. c. 1. n. 32.
Vide *Semiverbius*.

SERMONARI, Sermonem facere. Gloſſ. Lat. MS. re-
gium: *Sermonatur, Sermonatus, Sermonem facit.*

SERNA. Vide *Serra*.

SERO, Occidens, apud Rollandinum in Summa Notariæ,
& Anonymum in Vita S. Domitiani apud Guiche-
nonum in Hiſt. Breſſenſi non ſemel. Vide *Mane*.

SERON, *Sepulchrum, vel Idolum.* Joan. de Jan. f. ex ἠρῷον.

SERPENTUM. Iſidorus l. 19. c. 31. *Monile, ornamentum ex*
gemmis eſt, quod ſolet ex feminarum pendere collo, dictum à
munere. Hoc etiam & Serpentum dicitur, quia conſtat ex
amphorolis quibuſdam aureis, gemmiſque variis in modum
facturæ ſerpentis. Papias: *Munilia, pectoralia equorum,*
vel ornamenta in cervice mulierum: hoc Serpentum dicitur.

SERPENTINUM, habet Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Monile,*
vel Serpentinum: Myne *vel* ſpeoſbeh. i. Collare.

SERPLATH, & *Serplaith*, Sarcina apud Scotos, petras 80.
continens. Spelm.

SERPODIUM, Priſana. Jo. Buſchius in Chronico lib. 2.
Groſſum tantum panem in cibum, & tiſanam ſeu ſerpo-
dium in potum — aſſumere conſueverunt. Ex Theutoni-
co fortè *Scher-pot*, acer potus, quomodo *Scherp-bier* te-
nuem cereviſiam dicunt.

SERPOL, in veteri Conſuetudine Bituricenſi edita à v. cl.
Thomaſſerio cap. 144. *Auſſi l'en a accouſtumé de don-*
ner ſerpol à l'eſpouſe, & doit l'en mettre le prix dudit ſer-
pol en la convenance: car par la Couſtume de ladite ville,
le mary ou les ſiens eſt tenu aprés ſon decez bailler à la-
dite eſpouſe joyaux à la valeur dudit ſerpol. Infra: *A*
femmes veuves, où il n'y a point de ſerpol, joyaux ſe
doivent eſtimer ſelon le mariage. In aliquot Conſuetudi-
nibus, *Chambre eſtorée*, dicitur.

SERRA, pro *Sera*, qua januæ occluduntur. Gloſſæ Lat.
Gr. *Serra*, πρίων καὶ μόχλος θύρας. Ita legitur in l. Nam
& ſi ramos, §. 1. D. Quod vi aut clam. Charta an.
1275. apud Sammarthanos in Epiſcopis Autiſiodor.
Amoverat ſeu amoveri fecerat contra prohibitionem di-
cti Epiſcopi, vel ejus mandati, barellum & ſerram cujuſ-
dam alterius portæ, quæ vocatur Porta pendens, &c. Hinc

Serrare, pro ἀσφαλίζειν. Acta S. Erconwaldi Epiſcopi apud
Capgravium, n. 16. *Sed introitus eis non patuit, pictor*
enim januam ſerravit, &c. Vide *Serare*.

Serra, interdum pro *Cluſura* ſumitur, in lib. Judith c. 4. ubi
Græca ἀνίβαινον τῷ πρίονος τῷ μεγάλῳ τῆς Ἰουδαίας. Vitalis A-
grimenſor: *A ſextante verò ſi vis ſequi limitem, re-*
ctam ſerram ſequeris ped. 150. Innocentius de Caſis li-
terarum: *Siniſtra parte montem ſuper alveum habet tri-*
bus alveis deſcendens de ſiniſtra parte lapides grandes qua
in alveo ex duas ſerras habent cavas de una cava ſacra
paganorum. Ubi monet Rigaltius in aliquot codd. le-
gi *Serra Paganorum. Serras* autem *cluſuras* dictas vult
Salmaſius ad Solinum, non à *ſerra*, ſeu ἀπὸ τῶ πρίονος,
ſed à *ſerra*, vel *ſera*, id eſt μόχλῳ, qua januæ clau-
duntur, quod ejuſmodi anguſtiæ aditum in loca vici-
na occluderent; unde *Clauſuræ* & *Cluſuræ* dictæ.

Alii *Serras* Cluſuras dictas volunt, quòd montes
ſerra quaſi diſſecti haſce anguſtias conficiant. Vetus
Agrimenſor de limitibus: *Terminus ſi aliquam ſciſſuram,*
hoc eſt ſaltaturam habuerit, montem ſciſſum, id eſt talia-
tum oſtendit. Alii denique *ſerras* eſſe putant *ſeries*, vel
ſerias, ὁρμαθοὺς, montium vel vallium, quomodo *ſer-*
ras cavas dixit Innocentius. Exinde

Serra, pro monte, vel colle uſurpari cœpit: qua notione
Hiſpani etiamnum *Sierras* dicunt: fortaſſe, ait idem
Salmaſius, quod malè reddiderint ex Græco πρίων,
quod *montem* ſignificat, & *ſeram*, ſeu *ſerram*. Vita
S. Romani Abbatis Jurenſis cap. 1. *Nam dextra, certè*
ſiniſtra ſerra ipſius tractum à limite ſcilicet Rheni ſive
flatibus Aquilonis uſque pagum Manſatis extimum nul-
lus omnino ob longitudinem vel difficultatem inacceſſibilis
naturæ poterit penetrare. Charta Ludovici II. Imp. an.
861. in Tabul. Caſaurienſi fol. 32. *Id eſt per ſerram*
quæ deſcendit de monte Maiaſca, &c. Idem Tabula-
rium: *De uno latere fine ipſo monte de furca, & quomo-*
do per ipſam ſerram venit in ipſo monte de Seraſana ad
ipſam furcam de Techlu. V. Sanniani Ciarlanti p. 241.

Serricella, Callis, minor ſerra. Charta Italica apud U-
ghellum in Epiſcopis Anglonenſibus n. 1. *Deinde pergi-*
tur per ſerram, & tendit in rectum ſerra, ſerra uſque ad
ſerricellam de Burro. — & vadit per ſerram uſque ad
pedem ſerricellæ.

Serrata, in Charta an. 1141. apud Guichenonum in
Hiſt. Breſſenſi pag. 222. *Quæ etiam terra Gondalmodis*
— eoſdem terminos territorii attingeret, & ex altera par-
te uſque ad ſarratam de Arandato perveniret. Sed le-
gendum *Serrata*, montium ſeu collium ſeries.

Serna, promiſcuè pro *Serra*, occurrit in Chartis Hiſpa-
nicis apud Anton. *de Tepez* in Chronico Ordinis S.
Benedicti, & alios.

Serra, alia notione, vide in *Foriſtallangiator*.

SERRACULUM. Palæmon in Gloſſis: *Clauſtrum, Serra-*
culum oſtii. Aliàs *Serraculum* Latinis dicitur *Contus*, quo
navis impellitur. Vide Cujacium lib. 9. Obſer. cap.
10. & ſupra, *Serra*, & *Servaculum*.

SERRAGO, Ramentum, ſcobs ſerraria, pulvis qui ex re
qualibet *ſerra* diviſa dilabitur, Gallis *Sieure*, vel *Sciu-*
re. Cælius Aurelianus lib. 4. Chron. cap. 8. *Cum*
cervini cornu ſerragine aſperſa, quam Græci Rhinen vo-
cant. Ubi viri docti *Rhinema* emendant, ex Gr. ῥίνημα.

SERRANIA. Michaël *del Molino* in Repertorio fororum
Aragon. *Sententia dicitur lata ad modum ſerraniæ, quan-*
do ſine expenſis partes comparent coram judice, & di-
cunt, Domine, ſententietis nobis iſtud debitum, &c.

SERRARIUS. Gloſſ. Gr. Lat. Λιθοπρίστης, *Serrarius, lapida-*
rius. Qui ſerra lapides findit.

SERRATUS, Confertus, Gallis, *Serré, preſſé.* Vincen-
tius Belvac. lib. 30. cap. 71. *Venatores quidem mirabi-*

les ſunt, & ordinati ac ſerrati ad venandum pergunt, ita quod animalia venaticia fugando coram ſe ducunt.

SERRICULUM, Falcicula qua herbæ ſecantur, in modum ſerræ dentata. Gloſſ. Lat. Gr. *Serriculum*, δρέπανον χορτοκοπικόν. Sic enim legendum, pro *ſerticulum*.

SERRINUS *pulſus*, ἐμπρίων σφυγμός. aliis *Serratus*: ita deſcribitur ab Ægidio Corbolienſi lib. de Pulſib.

Occurrit digito ſpecies ſerrina priori
Debilis in reliquo ſit languida, nulla ſequenti.
Hic trahit à ſerra cognata vocabula pulſus,
Cujus cum primus inciſio dentibus alta,
Eſt gravis, in reliquis gravior, funeſta ſupremis,
Corporis hoc pulſu fatalis ſerra vigorem
Amputat, & vitam nubes lethalis obumbrat.

SERTARE, Claudere, quaſi *ſerâ* occludere. Tabularium Caſaurienſe: *Cum medietate de uno ſedio de molino, cum inſula, introitu, & exitu ſuo, & cum aqua, levata; & pauſata, & cum forma, in fractando, & inſertando cum omni firmamento, quantum ad ipſum molinum pertinet.* Aliàs *Sertare*, eſt *ſertum* imponere. Gloſſ. Lat. Gr. *Sertat*, ϛεφανοῖ. *Serta ſuſpendere* ſimulachris, in l. 12. Cod. Th. de Paganis.

SERTURA, Clauſura. Tabularium Caſaurienſe: *Donavimus medietatem de uno molino in flumio de Orfente cum leva & pauſa ſua, cum forma & ſertura, cum introitu & exitu ſuo*, &c. Alibi pro *Sertura*, eſt *Clauſura*. Ibidem in Charta an. 1007. *Vendimus & tradimus tibi — in ipſa inſula unam formam cavare, & ſertora facere, & aquam prehendere*, &c. *Le Roman de Garin*:

Sont-il venu au Chaſtel de Monclin,
Font les ſertées & les portes tenir,
Que nus ne puet ne aler ne venir.

Vide *Serraculum*.

SERVACULUM, pro *Serraculum navis*, in l. 29. D. ad Leg. Aquil.

SERVAGIUM, *Terra ſervagii*, pro qua ſervitium domino debetur. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 9. §. 3. de Molendinis: *Ruſticus & firmarius dabunt de terra ſervagii decimum tertium vas, & de celdra magis, unam firlotam.* Synodus Bajocenſis an 1300. c. 47. *Prohibetur diſtrictè ne aliqua Eccleſia ſervagium domino terræ, vel aliquid conferre præſumat*, &c. Ubi alii codd. habent *tervagia*. Computum Domanii Comitatus Pontivi an. 1478. *Recepte des ſervaiges qui ſe payent au jour N. D. de Septembre: & eſt aſſavoir que ceux qui ſont ſerfs quant ils ſe marient, doivent cinq ſols par. & à leur treſpas 5. ſols, & avec ce doivent chaſcun an un denier, & ceux qui ſont defaillans des choſes deſſuſdites, pour chaſcune fois doivent amende de 60. ſ.*

SERVATORIUM, Piſcina, *Reſervoir d'eau*, in Charta Manaſſis Lingon. Epiſc. an. 1190. apud Perardum p. 263. *Poiſſon mis en ſerve*, id eſt in ſervatorio, in Conſuetudine Nivernenſi cap. 26. art. 5.

Servatorium, Penus, arca. Statuta Ordinis de Sempringham p. 747. *Ciſtas, vel arcas, vel alia ſervatoria licite habeat ad utenſilia ſua & recellas ſuas fideliter ſervandas.*

Servorium, eadem notione, Piſcina, in Fleta lib. 2. cap. 73. §. 20. lib. 5. c. 24. §. 12.

SERVENTAGIUM, *Serventela*, Servitium. Charta Iſti Ep. Toloſ. apud Sammarthanos: *Inſuper ſupradictus Præpoſitus dedit eis ex toto ſuo honore Præpoſiturale, quam habebat in terminio civitatis Toloſæ de ſancto Stephano, totam guardam, & totum ſerventage, & pro hoc ſive dederunt* &c. Charta Bernardi Vicecomitis de Minerba an. 1100. to. 1. Spicilegii Acher. p. 165. *Cum ſilvis & foreſtis, & cum omnibus fevalibus & vicariis, & ſerventagiis*, &c. Tabularium Conchenſis Abbatiæ ch. 522. *Hoc eſt donum quod fecit — illum ſerventage de illa decimatione de Clanning*, &c. Tabularium Nobiliacenſis Abbatiæ: *Medietas ſerventela decimaria*, &c.

SERVIDA, Servitium, *Service*. Adalardus in Statutis Corbeienſib. lib. 2. c. 1. *De cætero unuſquiſque frater quidquid de horto ſuo poterit acquirere ſupra ſervidas, quas fratribus facere debent, pleniter abſque ulla deminoratione deferant opportuno tempore Abbati.* i. ultra quod fratrum uſibus addictum eſt: unde legendum putaverim *ſerviſas*.

SERVIENS, Miniſter, famulus. Apud Fortunatum Epiſtola 2. ad Mumolenum lib. 10. Poëm. ſic inſcribitur: *Dominis illuſtribus cunctiſque magnificis omni deſiderio complectendis, ſervientibus Dominorum.*

Serviens, Armiger, *Eſcuier*, ſic dictus, quòd *Militi* quodammodo *ſervitium* exhiberet & obſequium; ejus quippe ſcutum & arma deferebat, unde *Scutifer* dictus. Matth. Paris p. 396. *Armigerorum autem & ſervientium centies occurrit.* Radulfus de Diceto an. 1191. *De caſtrorum excubiis ſummè ſollicitus, Militibus 20. Servientibus 50.* &c. Idem an. 1194. *Obſeſſi ſunt intus Milites 41. Servientes 20.* &c. Bromptonus: *Ubi de familia Regis 5. Milites & 20. Servientes occiſi ſunt.* Vide *Eſcaeta cum hærede*, & *Valetus*.

Servientes, Vaſſalli. Tabularium Cochenſis Abbatiæ in Ruthenis ch. 70. *Ego verò Raymundus & Willelmus frater meus, & ego Unzaindus iſtius honoris ſervientes; damus* &c.

Servientes, Milites pedites, qui vulgò ſcriptoribus noſtris, *Sergeans*. Geſta Francorum expugnant. Hieruſal. cap. 46. *Congregati ergo ſimul fuerunt 120. millia equitum, & peditum 30. millia præter clientes & ſervientes.* Paſſim. Erant etiam

Servientes equites. Rogerus Hoved. in Richardo I. *Willelmus cognomento Cocus, ſerviens Richardi Regis Angliæ, in cuſtodiendo Caſtellum de Lenns, cepit de familia Regis Franciæ 24. ſervientes equites, quos Rex Franciæ miſerat ad muniendum Caſtellum de Novomercato.*

Sarjantes, *Serjanti*, *Sarganti*, &c. eadem notione. Godefridus Monachus S. Pantaleonis an. 1167. *Cum 500. fere ſarjantibus — ad auxilium Reinoldo venerunt.*

Serjanti, in Epiſtola Henrici Balduini Imp. CP. fratris in geſtis Innocent. III. *In munitione ejuſdem civitatis, quæ Roſſa dicitur, H. de Teneramunda — cum multis Militibus & Serjantis reliquimus.*

Sarganti, in Charta Henrici VI. Imp. apud Goldaſtum to. 1. Conſtit. Imper. p. 287. *Milites itaque & Sarganti jurabunt obedire illi quem magiſtrum ac ducem eis conſtituemus.* Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. T. S. *Inter quos & ipſum multi Sargantí pedites.* Godefridus Monach. S. Pantaleonis an. 1195. *Milites itaque & Sarganti jurabunt obedire illi*, &c.

Servientes, vel *Servientes fratres*, in Ordinibus Militaribus Hoſpitalariorum, Templariorum, & Theutonicorum Militum, dicti qui non ex genere militari vel nobili, in eo ordine militabant. Will. Tyrius lib. 12. cap. 7. de Templariis: *Tam equites, quam eorum fratres, qui dicuntur Servientes.*

Servientes, Apparitores Regii: noſtris *Sergeans*. Edictum Philippi Regis Franc. an. 1302. c. 18. *Item inhibemus ne ſervientes faciant adjornamenta ſeu citationes ſine præcepto Seneſcalli, Ballivi, — aut alterius judicis*, &c. Paſſim.

Serjandus, ex Gallico *Serjant*, in Statutis ſecundis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 28.

Servientes armorum, qui *ſervientes de armis*, dicuntur Thomæ Walſinghamo p. 316. noſtris, *Sergeans d'armes*. Guill. *Guiart* an. 1298. de quodam Amalrico *l'Aleman*:

Cis eſtoit lors à ma creance,
Serjant d'armes au Roi de France.

De eorum officio audiendus in primis Butlerius in Summa rurali lib. 2. *Les Sergens d'armes ſont les Maciers que le Roy a en ſon office, qui portent maces devant le Roy. Sont appellés Sergens d'armes, pource que ce ſont les Sergens pour le corps du Roy: Et doivent & peuvent adès porter leurs armeures juſques à la Chambre des Comptes du Roy, & peuvent faire ſergenterie par tout le Royaume,*

& doivent avoir gages du Roy. Item ils doivent eſtre quittes de toutes tailles & ſubſides courans aux pays, ne ne doivent avoir Juge que le Roy & ſon Conneſtable, meſme en defendans &c. Et eſt leur office de voiager: car ſuppoſé que le Roy ſi alaſt de vie à treſpas, juſſoit ce que tous autres Officiers ſoient demis de leur Office par la mort du Roy, toutefois ne le ſont mie Sergens d'armes, mais demeurent touſiours tant qu'ils vivent, ſe ils ne forfont, &c. Iis perſæpe caſtrorum cuſtodiæ commendatæ. Geſta S. Ludovici Reg. Francor. *Caſtellanum Bellicadri Servientem Regis ad armaſtrenuum, proh dolor! occiderunt.* Statutum datum Pontiſaræ 28. Julii an. 1319. *Et quant aucuns des chaſteaux qui ſont en frontiere eſcheront, nous y mettrons des Sergens d'armes, qui garderont leſdits chaſteaux pour leurs gages de la maçe, & n'eſt pas noſtre entention de donner plus nulles gardes de chaſteaux, ançois les garderont les Sergens d'armes pour leurs gaiges, ſi comme deſſus eſt dit.* Scheda Regi Giſortium delata an. 1323. *Item des Sergens d'armes à qui le Roy donne leur gages de maçe de certaine ſcience à prendre ſur les domaines en ſes Baillies & Seneſchauçées, leſquiex gaiges ils doivent prendre à l'oſtel, ou ſi comme l'Ordonnance contient, ſe ils ſont eſtablis Chaſtellains aux gages de leurs maçes ès Baillies ou Seneſchaucées, ou leſdits chaſteaux ſont aſſis, li Rois veut que ceux qui ſont eſtablis Chaſtellains au gaiges de la maçe, ou ayent autre office, preingnent leſdits gaiges où ils feront perſonnel reſidence, tous les autres prandront leurs gaiges en l'oſtel le Roy.* Eorum poſtmodum *vadia* aſſignata fuere ſuper Theſauro regio, Statuto Philippi VI. an. 1342. Statutum aliud pro Hoſpitio Regis & Reginæ an. 1285. titulo de *Fouriere: Item Sergens d'armes, trente, leſquels feront à court ſans plus, deux Huiſſiers d'armes & 8. autres Sergeans avec, & mangeront à court, & porteront touſiours leur carcois pleins de quarreaus, & ne ſe pourront partir de court ſans congiè.* Habentur præterea Statuta alia pro Servientibus armorum complura, Philippi VI. nempe, quo cavetur ne in poſterum numerum centenarium excedant: Caroli V. Franciæ Regentis, 27. Febr. an. 1359. quo ad ſex reducuntur, cum interdicto ne bina officia teneant: & ejuſdem Caroli Regis 10. Decemb. 1376. in Regeſto Parlamenti *Olim* fol. 78. quo vetantur Servientes armorum, judicum decreta univerſim *Servientibus* inſcripta, executioni mandare, cùm aliud ſit Servientium armorum munus, nec forum ſpectet. Extat denique Areſtum Parlamenti 12. Sept. quo reſcinduntur litteræ Gueſclini Comitis Stabuli, vel ejus Vicarii, quibus juriſdictionem in Servientes armorum ad ſe pleno jure ſpectare aſſerebat. Vide in hanc rem veterem Conſuetudin. Franciæ lib. 4. cap. 61 p. 551. edit. 1598.

Cliens armorum domini noſtri Regis, in Charta an. 1401. apud Hemeteum in Auguſta Viromanduorum p. 367. Scribit Nangius in S. Ludovico Ingetrannum de Codiciaco ſubmonitum fuiſſe, *non per Pares, nec Milites, ſed per Clientes aulicos.* Ubi Chronicon Sandionyſianum *Clientes aulicos* vertit, *des Sergens d'armes.* Interdum enim Servientes armorum ad magnatum ſubmonitiones adhibitos colligere eſt ex Chronico Flandriæ cap. 65.

Angli *The Sergeants of armes*, etiamnum vocant, qui robuſtiores ferunt ex argento baculos, interdum deauratos, corona & inſignibus regni in ſummitatibus exornatos, ut qui non niſi juſſu ipſius Regis vel Concilii ejus Curiæ parlamentariæ, & Cancellarii, vel Theſaurarii, atque hoc in rebus gravioribus, emittuntur.

Servientes ad clavam, apud Anglos, qui noſtris *Sergeans à maſſe*, in libro inſcripto *Juſtice of peace* p. 128. v. & alibi.

Serviens Curiæ, is fortean qui prædium poſſidet ſervitio viliori obnoxium, cujuſmodi eſt *Sergentaria*. Notitia judiciaria an. 1149. ſub Rogerio Siciliæ Rege, apud Camillum Peregrinum in Hiſt. Longobard. *Teſtificatus eſt prædictum Landonem & ejus heredes terram poſſediſſe illam per 40. annos, & de hac & de aliis terris eorum de ſervitio unius Servientis Curiæ deſerviſſe.* Ibidem: *Perhibens illam Landoni Girardi avo ſuo conceſſiſſe, qui ab hoc ſervitio unius Servientis Curiæ deſervierat.*

Servientes feodati, certis ac definitis ſervitiis obnoxii ratione feudorum ac prædiorum, quæ dicuntur *Serjantia*, & *Sergantaria*: *Feuda ſervientium*, in Charta an. 1230. *Clientela, quæ vulgariter Sergantaria dicuntur*, apud Matthæum Paris an. 1256. Aſſiſiæ Hieroſolym. MSS. cap. 190. *Toutes manieres de gens peuvent bien fié de Sergent acheter par l'aſſiſe & uſage dou Royaume de Jeruſalem, mais que ils ſoient tels, que ils aient vois & reſpons en court, & que il puiſſe faire ce que le fié doit de homage & de ſervice.* *Sergentiarum* verò aliæ *Magnæ*, aliæ *Parvæ*.

Magna ſergentia, inquit Bracton lib. 2. c. 16. §. 6. ſunt, *quæ exercitum Regis aut patriæ tuitionem ſpectant, & hoſtium deprehenſionem: ut ſi quis ita feoffatus fuerit per ſergentiam inveniendi Domino Regi unum hominem vel plures, ad eundum cum eo in expeditionem ad exercitum, equites, vel pedites,* &c. Littleton lib. 2. c. 9. *Tenure par graund ſerjeantie eſt l'ou un home tient ſes terres ou tenements de noſtre Seigneur le Roy; per tiels ſervices que il doit en ſon propre perſon faire al Roy, comme de porter banner noſtre Seigneur le Roy, ou ſa lance, ou d'amener ſon hoſte, ou d'eſtre ſon Marchal, ou de portir ſon eſpée devant lui à ſon coronement, ou d'eſtre ſon ſewer à ſon coronement; ou ſon caruer; ou ſon bûther, — ou faire auters tiels ſervices.* Mox addit ideo *Magnam ſerjantiam* appellari; quod *longe præcellat ſervitium tenura per ſcutagium*. Deinde ſervitium Scutagii non eſſe ratum ac definitum, ut eſt ſervitium *Magnæ ſerjantiæ*. Servitium præterea *Scutagii* extra regni limites, ſervitium verò *Magnæ ſerjantiæ* fere ſemper fieri intra regnum. Sed & *Magnam ſerjantiam* non niſi à Rege teneri: denique tenentes per *Magnam ſerjantiam* tenere à Rege per ſervitium Militis, eoque nomine Regem habere ab iis *wardam*, *maritagium*, & *relevium*, ſecus verò de Scutagio, niſi à Rege nudè pendeat. Meminit Rogerus Hovedenus p. 779. *Serjanteriarum Regis, quæ non erant de feodis Militum.* Porrò Magnæ ſergentiæ dividi non poſſunt; *ut cogatur Rex hujuſmodi ſervitia ſua recipere per particulas*, inquit autor Fletæ lib. 3. cap. 9. §. 28. Vide lib. 3. cap. 14. §. 7. Regiam Majeſtat. lib. 2. cap. 71. §. 5. & Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 7. §. 2.

Parva ſergentia ſunt eæ, quarum ſervitium ad dimidiam marcam debeat appretiari, vel quæ non reſpiciunt Regem, nec patriæ defenſionem, ut equitare cum domino, vel domina, & portare brevia, paſcere leporarios & canes domini, mutare aves, invenire arcus & ſagittas vel portare, &c. apud Bracton. lib. 2. cap. 16. §. 6. c. 35. §. 6. c. 37. §. 5. Adde Fletam lib. 1. cap. 10. 11. lib. 3. c. 14. §. 7. Littletonem ſect. 159. 160. 161. Cowellum lib. 2. Inſtit. tit. 3. §. 2. 3. & Raſtallum verbo *Grand Serjanty*. Ejuſmodi *Parvarum Sergentariarum* paſſim mentio occurrit. Charta Libertatum Angliæ an. 1215. *Nos non tenebimus cuſtodiam hæredis vel terræ alicujus, quam tenet de alio per ſervitium Militare, occaſione alicujus Parvæ Serjanteriæ, quam tenet de nobis per ſervitium reddendi cultellos, vel ſagittas, vel hujuſmodi.* Charta Philippi Auguſti an. 1218. apud Hemereum: *Item de ſerjanteriis antiquis, quas Eccleſia S. Quintini habuit temporibus Radulfi & Philippi Comitum Viromandenſium, ita ſtatutum eſt, quod ſi ille qui ſerjanteriam tenuerit tranſtulerit ſe ad religionem, vel ita ſenex ſit vel impotens, quod ſuum non poſſit officium exercere, ille qui propinquior erit in genere, ſuccedat, & in ea libertate in qua ille priùs eam tenuerat. Si tamen illam ſerjanteriam diviſerit, poterit etiam illum juſtitiare, ſicut prædeceſſorem ſuum, nec illum qui ſerjanteriam dimiſerit poterit capitulum garandire vel defendere, niſi eum ſpecialiter qui de ea tenens fuerit & ſaiſitus. De illis autem communibus ſervientibus, qui ſerviunt Canonicis in propriis perſonis, — puta de illis qui ſerviunt de pane faciendo, de furno calefaciendo, de buticulariis,* &c. Atque ii dicuntur *Franci ſervientes*, Gallicè *Francs Sergeans*: quòd ab omni tallia & vili alio onere immunes ſint. Char-

ta Philippi Regis Franc. an. 1289. apud eundem Hemereum: *Conceſſimus per noſtras literas ipſis Decano & Capitulo, quod quamdiu ipſi ceſſarent à paſtibus ſuis ſolitis, haberent omne commodum ſuorum francorum Servientium, qui eiſdem in Capitulo in propriis perſonis in dictis paſtibus ſervire tenebantur; convertendum & ponendum in acquitationem debitorum.* — *Et quod præfati Franci ſervientes dictis paſtibus ceſſantibus gaudebunt libertatibus quibus gaudebant, quando dictis Decano & Capitulo in dictis paſtibus ſerviebant*, &c. Supra in Charta an. 1188. dicuntur *Servientes Eccleſiæ*. Erant autem illi *Buticularius, Panctarius, Scutellarius, Furnarius; Cuſtodes oſtii, Deportatores panis, Latores literarum, Magiſter coquus, Subcoqui*, ab omni munere immunes. *Li Sergens commun, francs & quittes de le Commune, des miſes & de le charge de le Commune: Sergens en l'Office de Maiſtre keu, & Soubkeu, d'Huiſſier, Bouteiller, d'Eſchaet, de porter lettres.* Ita membranæ veteres, inquit idem Hemereus. Ejuſmodi perinde eſt ſergenteria, de qua Codex Croylandenſis Monaſterii: *Conceſſimus etiam tunc ſergentium Eccleſiæ noſtræ Semanno de Lek, qui veniens coram Conventu in noſtro publico Parliamento ſimiliter juramentum præſtitit, quod fidus & fidelis nobis exiſteret, & officium ſuum diligenter cuſtodiret. Recitavimuſque illi officium ſuum, ſcilicet quod ſit intendens tam in noctibus quàm diebus, & ille illuminabit omnia luminaria Eccleſiæ, — pulſabit omnes pulſationes.* &c. *Sergenteria de placito ſpatæ apud Feritatem S. Matthæi*, &c. in Areſto an. 1265. in 1. Regeſto Parlam. f. 38. Alibi f. 195. *Quidam de Normannia tenens quandam ſergenteriam à Rege, videlicet jus piſcandi in aqua Regis apud vallem Rodolii, pro qua tenebatur Regi reddere omnes vendeſias quas capiebat ibidem*, &c. Ubi *vendeſia*, eſt piſciculus, noſtris *Vendoiſe*. Ejuſmodi ſervientium feodalium vilia alia ſervitia recenſet præterea Regeſtum feodorum & ſervitiorum ex Camera Comput. Pariſ. fol. 8. *Huë Waſpal tient ſa terre par ſergenterie, & doit garder la porte du chaſteau de Roüen.* Fol. 76. *Robert du Chaſtel tient ſa terre du Roy par ſergenterie, & doit aler comme Sergent du Roy à prendre les larrons.* Fol. 174. *Jeans de Lannet eſt Sergens du Roy de 20. arpens de terre &c. Le ſervice que tels Sergens doivent au Roy, eſt de garder les maiſons des Chevaliers de la Chaſtellenie, toutesfois que il ſerfont contre le Seigneur, & aler en chevaulchie du Seigneur de Champagne.* Andegavenſia Homagia præſtita Mariæ Reginæ Siciliæ an. 1387. in Regeſto Ludovici Regis Siciliæ & Ducis Andegavenſis: *Pelerin de Reboan eſt obligé à cauſe du fief de Botars au devoir de garder les larrons qui ſont pris en la foreſt de Monnois. Perrot Rileau de Perçay à cauſe de ſon fief eſt obligé à devoir de garder les priſonniers, & les rendre à Baugé.* Folio 94. *Guillaume Angier doit foy ſimple à cauſe de ſa ſergenterie fayée en la ville & quinte du Mans à ſervice d'aller en la compagnie du Prevoſt & des Francs du Mans porter le Crucifix à S. Julien en la Proceſſion & Sermon le jour de Paſques Flories pour tous devoir. Sainton Martineau doit foy ſimple à cauſe de la Sergenterie fayée de S. Calays à devoir d'eſtre le jour de Paſques Flories à veoir rompre les lances que les Francs rompent, & eſtre en la compagnie du Comte ou de celuy qui repreſente ſa perſonne à convoier la Croix en l'Egliſe de S. Julien*, &c. Vide Hiſt. Reomaenſem pag. 324. 325. *Servientes feodati*, in Charta an. 1218. pro Templariis Rupellenſibus. *Sergents fiefez*, vel *feodez*, in Conſuet. Silvanect. art. 87. Britan. art. 21. &c.

Servientes Hundredi, dicti olim apud Anglos, qui poſtea *Ballivi*. Spelman. ex Bractono lib. 5. tract. 1. c. 4. n. 2. pag. 330. & alibi.

Servientes ad legem, dicti olim in Anglia Doctores, vel juris Anteceſſores, ut cenſet Joan. Seldenus in Prolegomenis ad Hiſtoricos Anglicos pag. 44. tametſi, inquit, *Judices* noſtros *Doctoribus*, & *Servientes* Bacalariis reſpondere dicat Joannes Roſſus Warwicenſis. Spelmannus Cauſidicorum ſpecies tres ſtatuit, inferiorem eorum qui *ad barros* vocantur: Secundam *Apprentitiorum*: tertiam *Serjantorum*, vel *Servientium ad legem*, *qui olim Servientes Narratores* dicebantur, hoc eſt Advocati. Forteſcutus de Legibus Angliæ cap. 8. *Advocati, qui in regno Angliæ Servientes ad legem appellantur.* Atque hi, inquit idem Spelmannus, ſummum obtinent gradum in Legum Anglicarum profeſſione, ſicut in Jure Civili, qui *Doctores* appellantur. Et licèt *Serviens* quis hujuſmodi opibus nonnunquam magis pollet, quam integrum fere *Doctorum* Collegium, etiam & multa hodie antecedit æſtimatione: Doctorum tamen inſtitutio nobilior fuiſſe videtur, & antiquis honoratior: *Doctoris* enim appellatio eſt Magiſterii: *Serjantiæ*, Miniſterii. *Doctores* ſedentes cathedrati intra curiam & pileati diſputant: *Serjanti* ſtantes promiſcui extra repagula curiæ, quæ *barras* nuncupant, abſque pilei honore, ſed tenui calyptra, quam *Coifam* vocant, induti cauſas agunt & promovent.

Ad gradum autem hunc ſic pervenitur. Cupidus legum adoleſcens, primò ſe ſiſtit in uno Collegiorum Juris, (ſunt enim 4. quæ & *Hoſpitia* vocant) emenſiſque illic ſtudiosiùs annis 7. vel 8. *ad Barram*, ut loquuntur, hoc eſt ad agendas cauſas, evocatur. Denos poſthinc annos, vel 12. Lector publicus in aliquot *Hoſpitiorum* Cancellariæ emittitur, tantumdemque penè poſtea idem hoc munus in ſui ipſius Collegio eo faſtu exercetur, ut 2. vel 3. hebdomadarum ſpatio bis mille pene coronatos Gallicos expendiſſe unuſquiſpiam dignoſcatur. Lautè enim epulari ſolet, convivaſque adhibere præcipuos regni magnates. Hactenus Spelmannus, qui hos verſus deſcribit ex *Gowero* in Voce clamantis lib. 6. c. 4.

Eſt Apprentitius, Sergandus poſt & adultus,
Judicis officium fine notabat eum.

Serjancius ad legem, apud Knyghtonum pag. 2727. *Serviens D. Regis ad legem*, pag. 2694. ubi ejuſmodi Servientes ad legem poſtremi inter *Juſtitiarios* conſident.

Sed de *Servientium ad legem* dignitate & prærogativa audiendus præſertim Joannes Forteſcutus de Laudibus legum Angliæ cap. 50. ubi ait, in Anglicis Academiis non vigere *Bacalariatus* & *Doctoratus* gradus, ſed alium non minus celebrem, qui *Gradus Servientis ad legem appellatur*: & ſub hac conferri, quæ ſubſequitur, forma. Capitalis *Juſtitiarius de communi banco*, de conſilio & aſſenſu omnium Juſtitiariorum, eligere ſolet, quoties ſibi videtur opportunum, 7. vel 8. de maturioribus perſonis, quæ in prædicto generali ſtudio magis in legibus profecerunt; quorum nomina in ſcriptis Cancellario Angliæ deferenda curat. Is verò per Regis Brevia, cuilibet electorum illorum mandat, ut coram Rege ſtato die adſint, ad ſuſcipiendum *ſtatum & gradum Servientis ad legem*: quo quidem die electi illi *inter alias ſolennitates feſtum celebrant & convivium*, ad inſtar Coronationis Regis, per 7. dies, ita ut ſingulorum expenſæ non minores eſſe poſſint quàm 1600. ſcutorum: quippe eorum quilibet tenetur dare annulos aureos *ad valentiam in toto 40. librarum ad minus monetæ Anglicanæ*, cuilibet nempe Principi, Duci, & Archiepiſcopo, qui hiſce ſolennitatibus interſunt, ut & Cancellario ac Theſaurario Angliæ, annulum valoris 26. ſterl. 8. den. & cuilibet Comiti & Epiſcopo conſimiliter præſentibus, nec non Cuſtodi ſigilli, utrique Capitali Juſtitiario, & Capitali Baroni de Scaccario Regis, annulum 20. ſol. & omni domino Parlamenti, Abbati, notabili Prælato, & magno Militi tunc præſenti; & aliis ejuſmodi annulum unius marcæ, & ſic de cæteris, adeo ut nullus fere ſit Officiarius inferioris gradus, qui pro ſua dignitate annulo non donetur. Amicis præterea & domeſticis dant annulos, & *libratam magnam panni unius ſectæ*: adeo ut in nulla orbis totius Academia ad Doctoratus gradum conſequendum tam magnifici ſumptus fiant, ac dona erogentur: nec mirum, cùm in Anglia Servientis ad legem dignitas lucri plu-

timum afferat, ſitque gradus ad ampliſſimas dignitatimum afferat, tes conſequendas. *Nullus eſt enim Advocatus in univerſo mundo, qui ratione officii ſui tantum lucratur*, ac ille. Deinde nemo in Regni licèt legibus ſcientiſſimus, ad *officium & dignitatem Juſticiarii in Curiis placitorum coram ipſo Rege & communis banci, quæ ſunt ſuprema curia ejuſdem regni ordinaria, niſi ipſe primitus ſtatu & gradu Servientis ad legem fuerit inſignitus.* Nullus autem ad hunc gradum aſſumitur, niſi in generali legum ſtudio 16. annos ad minus compleverit.

Jam verò eorum habitus ejuſmodi eſt: *Quilibet eorum ſemper utitur, dum in Curia Regis ſedet, birreto albo ſerico*, quod primum & præcipuum eſt dignitatis ſymbolum, quoque in eorum creatione decorantur. *Nec birretum illud Juſtitiarius, ſicut nec Serviens ad legem, unquam deponit, quo caput ſuum in toto diſcooperiet, etiam in præſentia Regis, licet cum Celſitudine ſua loquatur. Roba* denique *longa ad inſtar Sacerdotis cum capicio penulato, circa humeros, & deſuper collobio, cum duobus labellulis, qualiter uti ſolent Doctores legum in Univerſitatibus quibuſdam, cum ſupradeſcripto birreto, utuntur.* Poteſt etiam *ſtragulata veſte, aut coloris bipertiti uti.*

Servientes de Manerio, Villici, quibus manerii cura incumbit. Matth. Paris an. 1252. *Audito igitur de tunſionibus quibus oſtia confringebantur, & de clamoribus effractariorum & tumultu, acceſſit Serviens de manerio, ut eorum impetus compeſceret.*

Servientes officii vel ſtagii, in Ordine Militari S. Joan. Hieroſol. de quibus Statuta ejuſdem Ordinis tit. 2. §. 2.

Servientes Regis. Bracton lib. 3. tit. 2. c. 32. *Si ſine ſecta cognoverit ſe inde eſſe latronem, coram Vicecomite, vel Coronatore, vel Serviente Domini Regis cum teſtimonio bonorum & proborum hominum, extunc furtum acdicere non poſſit, quia tales habent recordum.* Ibid. cap. 28. *Virgo rapta — & ſic debet ire ad Præpoſitum Hundredi, & ad Servientem domini Regis, & ad Coronatores, & ad Vicecomitem, & ad primum Comitatum faciet appellum ſuum.* Ubi hæc Spelmannus ſubdit: videlicet Regem habuiſſe in ſingulis Comitatibus *Servientem ad legem*, in nomine ſuo Coronæ placita proſequentem. Noſtris,

Servientes Regis, dicuntur Regii Apparitores, qui aliàs *Servientes armorum* vocantur. Continuator Nangii an. 3123. *Quemdam Servientem Regis in baculo ſuo ut moris eſt Regis Servientibus, Regis inſignia deferentem, proprio baculo interfecit.* Vide Seldenum ad Eadmerum p. 170. & Knygtonem p. 2677.

Servientes ſpathæ, vel *ſpadæ*. In Charta Ludovici Hutini an. 1315. pro Normannis. De horum officio, ſic. Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. 1. part. ſect. 1. cap. 11. *Sont les Viſcomtes ſont les Serjans de l'eſpée, leſquiex doivent tenir les veues & doivent faire les ſemonces, & les commandemens des Aſſiſes, & faire tenir çen que jugié y eſt: ſi doivent les nans delivrer qui ſont pris, garde ſus ce l'ordre de droit: & ſi doivent avoir de chaſcune vene ſouſtenir 11. den. & autres ſi de chaſcun nan, que il delivrent; & pour ce ſont-il dis Ser'ans de l'eſpée: quar il doivent juſticier vertueuſement à l'eſpée tous les malfeteurs, & tous ceux qui ſuient malueſes compagnies, gens diffamez d'aucuns crimes, & gens fuitis & forbannis, & les doivent ô le glaive de l'eſpée & avec autres armes ſi vigoureuſement juſticier, que la bonne gent qui ſont paiſibles feuſſent par les Serians de l'eſpee gardez paiſiblement, & que les malfeteurs ſoient eſpoantez & punis ſelon droit. & à ce furent les Serjans de l'eſpee principalement eſtablis.*

Sergentare, Apparitoris officio fungi, Gall. *Sergenter*. Executioni Judicis decretum mandare, in Chronico Flandrenſi. Charta Philippi Regis Franc. an. 1307. pro Lugdunenſib. *Multos teneb'mus baſtonerios, ſervientes, vel officiales quoſque, qui pignorare, ſeu ſergentare valeant quoquo modo, vel aliud officium exercere, niſi in caſu reſſorti noſtri.*

SERVIMEN, pro *ſervitium*. Vita Burchardi Epiſcopi Wormacienſis: *Monaſterium enim in honorem S. Martini conſignavit: ſed muro ex parte peracto regalis crebreſitate ſerviminis — impeditus peragere non potuit. Ad ſervimen revocare*, in Vita S. Ludovici Epiſcopi Metenſis n. 4.

SERVITIALIS, Servitio alicui obnoxius, qui ſervitium debet. Charta fundationis Monaſterii S. Petri Generenſis: *Cum ingenuitate totius Benacenſis honoris, qui mihi erat ſervicialis.* Libertates oppidi Baugiaci in Sebuſiis an. 1250 *Exceptis terris & poſſeſſionib. quæ cenſuales & ſervitiales aliis exiſtere dignoſcuntur.*

Servitialis. Gloſſema ad Ennodium lib. 9. Epiſt. 9. edit. Baſil. *Vernula ſervitialis, hoc eſt ſerva editus. Serviziale*, Italis. Vide Joan. Villaneum lib. 8. cap. 80.

SERVITIES, pro *Servitium*. Utitur Otfridus in Epiſtola Evangeliis Theothiſcis præfixa ſub finem.

SERVITIUM, Chariſio, eſt *multitudo ſervorum*: addunt Gloſſæ Iſid. *& ingenuorum obſequium.*

Servitium, Miniſterium, officium. Gregorius Turon. lib. 3. cap. 3. *Sigo quoque Referendarius, qui annulum Sigeberti tenuerat, & ab Chilperico Rege ita provocatus fuerat, ut ſervitium quod tempore fratris ſui habuerat, obtineret, ad Childebertum Regem Sigeberti filium, relicto Chilperico, tranſivit, reſque ejus, quas in Sueſſionico habuerat, Anſoaldus obtinuit.*

Servitium, Miniſter ipſe. Codex Carolinus Epiſt. 72. ubi de Placito ac judicio quodam Pontificali: *Qui reſidentes una cum Reverendiſſimo & Sanctiſſimo Poſſeſſore Archiepiſcopo. — ſimulque noſtris adſtantibus ſervitiis, Theophilacto Bibliothecario, Stephano Sacellario, Campulo Notario, Theodoro Duce, & cæteris pluribus.*

Servitium, Officium Eccleſiaſticum, Sacra Synaxis, vulgo *Service de l'Egliſe*. Concil. Narbonenſe an. 1235. c. 29. *Aut ſervitio eorundem* (Valdenſium) *ubi Magiſtri ipſorum librum tenente apertum, per ipſum, quaſi ſub generali confeſſione remiſſionem intelligunt fieri peccatorum, — aſſuerant.*

Servitium regulariter accipitur pro quolibet obſequio, quod à vaſſallis & tenentibus debetur ratione feodi vel tenuræ. Ita Conſuetudo Andegav. art. 128. 129. Normanniæ cap. 26. 28. 53. 93. Britanniæ art. 240. &c. De ejuſmodi ſervitio feudali coposè etiam agit Philippus Bellomanerius in Conſuet. Bellovacenſi MS. cap. 29. Charta an. 1248. in Regeſto Comitum Toloſæ fol. 1. *Pro prædictis feudis vobis fidelis exiſtam, & fidele ſervitium faciam, videlicet, guerram & placitum ad commonitionem veſtram, vel cujuſcunque certi nuntii veſtri.* Occurrit ibi crebriùs eadem formula. In Charta Villelmi Regis Siciliæ an. 1177. apud Jo. Bromptonum, *concedere in domanio, & concedere in ſervitio* opponuntur. Priori formula intelligitur nudè proprietas, poſteriori proprietas cum onere ſervitii. Tabularium S. Vitoni Virdunenſis: *De alia terra quæ eſt in ſervitio*, &c. Infra: *De his manſis ſunt 7. ad ſervitium 5. aſſ.* &c.

Servitium annuum, quod quotannis præſtatur domino: *Service annuel*, in Conſuetud. Andeg. art. 129. 395. Cenom. art. 141. Pictavenſi art. 176. &c. Bracton lib. 5. tract. 1. cap. 1. §. 1. *Fit etiam aliquando ſervitium annuum, & ſervitium Militare ſimul, & pro eadem terra, & tunc in brevi proponendum eſt ſervitium annuum, ſic: per liberum ſervitium 10. ſolidorum per annum. & tunc dicatur, & per ſervitium unius feodi Militis: quia ſi hæc determinatio per annum poſtponeretur huic ultimæ clauſulæ, ſic videretur referri ad totum præcedens, & ita ſequeretur inconveniens, quia ſervitium militare non eſt annuum.*

Servitium antiqui dominici, eſt illud quod præſtant feudatarii de antiquo Regis dominico tenentes: antiquum enim Regis dominium eſt omne feudum quod à ſancto Edwardo Rege, vel etiam à Guillelmo Conqueſtore tenebatur, & in libro quem *Domeſday* vocant, deſcriptum habetur. Maneria quippe quæ illic Regi adſcribuntur, *antiquum dominicum* Angli appellant, quia nimirum

ab antiquo Regis fuerunt. Servitium igitur per quod hi Regis feudatarii tenebant, *Socagium* dicitur. Joann. Cowellus lib. 2. Inſtit. tit. §. 25.

Servitium, quodvis munus. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 9. pag. 40. v. de Suprajunctariis: *Si receperint ſervitia, ut prorogarent pignora quæ facere debebant*, &c. Pag. 41. *Si receperint ſervitia faciendo juſtitiam*, &c.

Servitium aquenſe. Vide *Bos aquenſis*.

Servitium de cibo, quod quis pro paſcendo aliquo vel pro quavis *procuratione debet*. Tabul. Dervenſe: *Servitia prandiorum vel hoſpitiorum, quas Receptiones vocant.* Ordinationes factæ in Curia Generali Cataloniæ Montiſſoni ſub Alphonſo Rege Aragon. an. 1289. MSS. cap. 2. *Statuimus quod aliquis Officialis non audeat recipere ſervitium ab aliquo, niſi ſolum de cibo, & de eo parum: quod ſi fecerit, amittat incontinenti officium, & quod imputetur ſibi ſicut furtum.* Tabularium Eleemoſynæ S. Pauli Viennenſis: *Feudum quod Petrus de Rives ab ipſis tenebat en plans*, (ad meitium plantum) *retinentes quod ſi aliquando ſuper ipſos venerint, de cibo ſuo ſervire debeant eis, ut conſuetudo ſenatorum requirit.* Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 28. *Et debent illud pratum ſecare homines de Fontanis, videlicet 16. debent eſſe ſectores, & pratum debet habere illam magnitudinem, ut per 3. dies jugiter 16. ſectores operentur ſine aliquo lucro. ſed cibum debent habere communiter & potum de domo Comitis, & de domo Epiſcopi.* Hinc

Servitium, Ferculum, miſſus, *Mes*, *ſervice*. Ita porrò appellatum poſtmodum ferculum extraordinarium quod Monachorum menſæ apponebatur in ſtatis feſtivitatibus. Conradus de Fabaria de Caſib. S. Galli cap. 4. *Iſte villicatus tres in Tiufenbach, in Roſchach, in Hoebſt Monaſterio voluntate & auxilio Abbatum cum requiſiſſet, tria exinde fratribus inſtituit ſervitia, in Dedicatione ſcilicet, in feſto Thomæ, & in ſuo Anniverſario.* Infra: *Eccleſiam item S. Oſwaldi & B. Thomæ meritis conſtructam dedicari & feſtive celebrari conſtituit, duobus exinde ſervitiis inſtitutis.* Ephemerides Monaſterii S. Galli: *Capellam S. Mariæ, Joannis, Oſwaldi, funditus conſtruxit, & præterea 4. ſervitia inſtituit, in anniverſario videlicet ſuo, in dedicatione S. Galli, in feſto Oſwaldi & Thomæ Martyris.* Burchardus de Caſib S. Galli cap. 7. *Res Monaſterii S. Galli — in tantum ſuæ attraxit utilitati, quod infra multos annos neque de vino, neque frumento, neque de aliquis uſuariis fructibus ipſis fratribus noſtris ad ſervitium, ad pretium unius oboli devenire permiſit.* Infra: *Fratres autem rerum harum circumventi penuria, in ſui ſervitii ſumptum multa & innumera Eccleſiæ conſumpſerunt ornamenta.* Chronicon Montis-Sereni p. 159. *Cum jamdudum fratrum ſervitia, quæ ſic vocare conſuevimus, anniverſariis fidelium, & diebus Sanctorum feſtivioribus deputata ſubtraxiſſet, tunc etiam quotidiana eorum procurationi cœpit detrahere*, &c. Pag. 277. *Fertur etiam quod familiares ſuos hortatus fuerit, ut ſervitia quæ diebus feſtis, & anniverſariis fidelium exhiberi conſueverunt, quæ ipſe tamen ante plures annos eiſdem negaverat, exigerent*, &c. Hiſtoria Epiſcoporum Virdunenſium p. 272. *Hic autem alodium de Vo-ſophia cum omnibus appendiciis ſuis à quadam vidua nobili — acquiſivit, & fratribus S. Mariæ, eo tenore tribuit, ut in die Annunciationis ejuſdem Virginis ſervitium ex eo haberent, & eam ſolenniter celebrarent.* Catalogus Epiſcoporum Friſingenſium in Metropoli Saliſburgenſi to. 1. p. 132. *Necnon in anniverſario præfati Epiſcopi congruum fratribus exhibeat ſervitium.* Adde to. 2. p. 534. to. 3. p. 20. 472.

Servitium menſæ, Supellex menſaria, noſtris *Service de table*. Charta Chriſtinæ infantiſſæ, filiæ Bermundi II. Regis, apud Anton. de *Tepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 5. *Et de lectuaria lectos paleos duos: vaſos de argenteo quatuor, ſervitio de meſſa integrum, adminiſteria Eccleſiæ cruces 2. argenteas, calices duos argenteos*, &c. Alia Ferdinandi I. Regis æræ 1101. apud eundem to. 6. *Servitium de menſa, id eſt ſaiare, interturia, tenaces, trullone cum coclearibus 10. ceroferales duos deauratos, aguima deaurata & axiotoma, omnium ha vaſa argentea deaurata cum prædicta axiotoma binas habent anſas.* Adde Teſtamentum Ranimiri Regis Aragonum an. 1099. Locum vide in *Acitara*.

Servitium corporis, ſeu perſonale, cum vaſſallus ipſemet & non per vicarium in exercitum domini ire tenetur. Regeſtum Andegavenſe ſub an. 1310. *Les Barons ſont hommes liges Monſeigneur, & li doivent ſervices de corps, & de chevaux, & d'armes.* Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 222. de iis qui ſervitium corporis debent, cum ſubmonentur: *Il doivent ſervir d'aler à cheval & à armes a ſa ſemonce, en tous les leus du royaume où il les ſemondra, ou fera ſemondre, ou tel ſervice come il doivent, & i demorer y tant come il les ſemondra juſques à un an*, &c. Cap. 235. *Il eſt aſſiſe & uſage que tous chevaliers qui ont paſſé 60. ans d'aage, ou que ils ſont mehaignès de mehain apparent, ſont quites dou ſervice de leur cors, & ſe il s'en veant excuſer, par ce que ils ont paſſé aage, le Seignor en aura le cheval & les armes en eſchange de leurs corps à ſon beſoing toutes les fois que il l'en vodra ſemondre.* Vide eaſdem Aſſiſias cap. 245. ubi quæſtiones aliquot proponuntur de vaſſallo qui plura feuda poſſideret ejuſmodi perſonali ſervitio obnoxia.

Servitium Dominicum, quod domino debetur, qualecunque ſit, quod aliàs *Regale* dicitur. Capitul. 1. an. 805. c. 8. & lib. 5. Capit. c. 245. *De his qui ſeculum relinquunt propter ſervitium impediendum, & tunc neutrum faciunt, ut unum è duobus eligant. — aut pleniter ſecundum canonicam, aut ſecundum regulæ inſtitutionem vivant, aut ſervitium dominicum faciant.*

Servitium caſtlegardum. Vide *Caſtlegardum*.

Servitium duplicatum, quale ſit, indicat *Vacces au Roman de Rou*, MS.

> *Enſemble o vous mer paſſeront,*
> *Voſtre ſerviſe doubleront,*
> *Qui ſeult mener vint chevaliers*
> *Quarante en merra volentiers,*
> *Et cil qui ſeult ſervir de cent,*
> *Deus cens en merra bonnement.*

Infra:

> *Moult oiſſiès court eſtormir,*
> *Noiſe lever, barons fremir,*
> *Le ſervice qui eſt doublé,*
> *Croient que c'eſt en fieu tourné,*
> *Et en couſtume ſoit tenus,*
> *Et par couſtume ſoit rendus.*

Servitium Epiſcopale. Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 51. *In mandamento de Ferra dedit Artaldus Epiſcopus parentibus Dalmatii Boni-filii 3. manſos. Poſtea prædictos manſos dedit Pontius Claudius Epiſcopus Pontio de Domena. Dalmatius habet ſervitium Epiſcopale. Et in parochia de Monte Aimonis dedit Artaldus Epiſcopus manſos 3. parentibus Galterii de Domena. Poſtea prædictos manſos dedit Pontius Claudius Epiſcopus Pontio de Domena. Servitium Epiſcopale habet Gualterius de Domena.*

Servitium fallitum, de eo qui deficit in ſervitio militari quod domino debet. In Foris Aragon. *Propter ſervitium fallitum, Rex poteſt & quilibet nobilis privare aliquem ſuis cavalleriis, per ſe datis, etiam propria auctoritate, & ſine cauſæ cognitione.* Ibidem: *Cavallerias nobiles & Milites tenentes, ſi deficiunt in ſervitio per unam diem illius anni in quo ſervire debent, perdunt totam ſolidatam illius anni.* Vide Obſervantias Regni Aragon. lib. 7. tit. 1.

Servitium feodale & prædiale, quod non eſt perſonale, ſed tantùm ratione tenementorum & prædiorum. Ita Bracton lib. 2. c. 16. §. 7.

Servitium Forinſecum, quod non ad dominum capitalem,

ſed ad Regem pertinet: ita dictum, *quia fit & capitur
foris, ſive extra ſervitium quod fit domino capitali*:
unde vocatur etiam *Servitium Regale*, quia ſpeciali-
ter pertinet ad dominum Regem, & non ad alium. Ejuſ-
modi eſt quod *Scutagium* vocant. Ea verò ſervitia per-
ſolvuntur ratione tenementorum, & non perſonarum,
quia ex tenementis proveniunt. Monaſticum Anglic.
to. 1. p. 179. *Terras etiam Militum qui dominicum
Abbatis tenent ad defendenda omnia ſcutagia, & alia
omnia ſervitia forinſeca, Deo & Eccleſiæ S. Albani con-
cedimus*, &c. Adde to. 3. p. 48. 62. 92. Bractonum
lib. 2. c. 7. §. 3. 4. cap. 16. §. 7. c. 35. §. 1. Fletam
lib. 3. cap. 14. §. 7. &c. Seldenus autem in Analectis
lib. 2. c. 4. ſervitium iſtud eſſe exiſtimat Expeditio-
nem, pontis arciſve conſtructionem.

Servitium foraneum, eadem notione. Charta Henrici de
Clintona in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 117. *Liberam
& quietam ab omni ſervitio de me & heredibus meis in
perpetuum ab omni exactione, ſalvo foraneo ſervitio.*

Servitium forenſe. Idem Monaſticum Anglican. to. 2. p.
48. *Cum omnibus libertatibus ſuis & pertinentiis, ſalvo
forenſi ſervitio.*

Servitium generale, idem quod *forinſecum*. Ordericus
Vitalis lib. 6. p. 605. *Eoſque penitus ſic abſolvit, ut
ſibi nil ab eis exigat, niſi generale Comitis Normanniæ
ſervitium*. Quod verò illud fuerit, ſic paulò antè de-
clarat p. 604. *Omnino abſolvit, ut nullam ſibi coactr-
tivam exhibeant ſervitutem, nec tam niſi in generalem
principis Normanniæ expeditionem.*

Servitium intrinſecum, quod à vaſſallis, ſolis dominis
præſtatur, apud Bractonum lib. 2. c. 16. §. 2. & in
Fleta lib. 3. cap. 14. §. 7.

Servitium liberum, quod homines liberi debent, diver-
ſum à *ſervitio ſervili*, vel *villano*. Bracton. lib. 5. Tr.
1. c. 2. §. 1. *Et notandum eſt quod in ſervitio Mili-
tari non dicitur per liberum ſervitium, & ideo quia
conſtat quod tale feodum liberum eſt*. Infra: *Fit etiam
aliquando feoffamentum ſic, & breve ſic, Quod clamat
tenere de te per liberum ſervitium inveniendi tibi unum
ſervientem equitem ad eundum tecum in exercitum in
Walliam ad cuſtum ſuum, vel cuſtum tuum, pro omni
ſervitio. Vel ſic: Per liberum ſervitium ſequendi curiam
tuam, vel portandi brevia tua infra regnum Angliæ*,
&c. Similia habet Radulfus de Hengham in Summa
magna cap. 1. p. 6. 7. Leges Willelmi Nothi cap. 55.
*Volumus etiam ut omnes liberi homines totius monarchiæ
regni noſtri prædicti habeant & teneant terras ſuas —
libere ab omni exactione injuſta, & ab omni tallagio:
ita quod nihil ab eis exigatur vel capiatur, niſi ſervi-
tium ſuum liberum, quod de jure nobis facere debent,
& facere tenentur, & prout ſtatutum eſt eis*, &c. Ad-
de cap. 58. & Leges Edw. Regis cap. 25.

Servitium liberum armorum. Vetus Rentale manerii *South-
malling* in agro Suſſexienſi, apud Somnerum in Tra-
ctatu de *Gavelkind* pag. 56. *Godefridus Wallenſis te-
net 3. feodos Milit. in tenementis de Malling, & quar-
tam partem unius feodi apud Terring, per liberum ſer-
vitium armorum ſuorum. Willelmus de Braunſa tenuit
apud Alburton unum feodum Militis per liberum ſer-
vitium armorum ſuorum.*

Servitium malum, quod *Corveias* vulgo vocant. Tabular.
S. Petri Generenſis apud Marcam lib. 4. Hiſt. Be-
nearn. c. 19. §. 2. *Villam B. Petri — ingenuam ac
liberam ab omni ſervitio malo, ea ſcilicet ratione, ut ab
illa die amplius à nemine cogerentur habitatores illius
facere aliquod opus in Cadelionenſi Caſtro, vel in alio
loco*, &c.

Servitium majus & minus. Charta Berchtoldi Epiſcopi
Babenbergenſis an. 1259. in Metropoli Saliſburg. to.
3. p. 31. *Quia viri venerabiles fratres Monaſterii in
Lyterhoven nobiſcum & cum noſtris fecerunt expenſas
ſumptuoſas, nos ad recompenſationem ipſis fratribus fa-
ciendam, conceſſimus eis ut duos manſus, de quibus pen-
ſionem ſeu cenſum annuum nobis ſolvunt, teneant à feſto
Nativitatis Domini nunc inſtanti per 4. annos continuos
ab omni cenſu, penſione, & ſervitio majori & minori
quietos, à minori vero ſervitio perpetuo ſint quieti*. Charta
ſequens ejuſdem Epiſcopi: *Concedimus ipſis, ut de duo-
bus manſis, quos ſub cenſu annuo & ſervitiis nobis te-
nent certis minora ſervitia ſibi retineant, & ab ipſorum
præſtatione perpetuo ſint immunes, majoribus ſervitiis
nobis remanentibus in ſtatu debito & conſueto.*

Servitium meliorare. Tabularium Vindocinenſe Thuanum
ch. 47. *Domnus autem Abbas donavit ſuo homini 10.
ſolid. dimiſſis illis 30. & palefridum 20. ſolidorum pro
meliorando ſcilicet ſuo ſervitio.*

Servitium Militare, illud eſt, quod munus aliquod ad
militarem diſciplinam pertinens, vel alias honorifi-
cum præſtat. Ita Bracton lib. 2. c. 35. §. 1. 6. c. 37.
§. 5. &c. lib. 5. Tract. 1. c. 2. §. 1. *Militare ob-
ſequium*, apud Lupum Ferrarienſem Epiſt. 119. Ve-
tus Conſuetudo Normanniæ 1. part. ſect. 3. cap. 7.
*Or eſt appellé un ſervice qui doit eſtre fet au Prince en
armes, ſelonc la couſtume & l'eſtabliſſement des fiemens
& des villes. & iceſt ſervice eſt accouſtumé à fere par
40. jours pour le ſecours & l'aide de la terre de ceux
qui en tiennent les fiemens, comme ce ſoit fet pour aucune
delivrance & pour le profit del commun poeple*, &c. *Tous
fiens de Haubere ſont eſpecialement eſtablis pour faire le
propre ſervice de la Duchée, & enſement de tous les Con-
tées & les Baronnies doivent accomplir ce ſervice, &
adecertes toutes les villes qui ont communes. Si deve
ſavoir que les fiens de Haubere qui ſont és Contées & és
Baronnies qui ne ſont pas eſtablies pour la Duquée de
Normandie, ne doivent pas de ſervice d'oſt, fors as Sei-
gneurs aſquiex il ſont ſoumis. Excepté nequedent l'ar-
riereban del Prince, auquel treſtous grans & petits pour-
tant que il ſoient convenables por armes porter, ſont te-
nus ſans excuſation nulle à fere lui aide & profit à tout
leur pooir*. Gaufredus Malaterra lib. 2. c. 39. *Rober-
tus Dux Apuliæ Gaufridum de Converſana, nepotem
videlicet ſuum, — ut de Montepiloſo ſibi ſervitium,
ſicut & de cæteris caſtris, quæ plurima ſub ipſo habe-
bat, adorſus eſt*. Ordericus Vitalis lib. 7. p. 658. *Ho-
minium ab eo tali tenore recepi, ut exinde mihi ſemper
fidelis exiſteret, & Militare ſervitium, ubi juſſiſſem,
centum Militibus mihi ſingulis annis exhiberet*. Lib. 8.
pag. 685. *Dux Giſleberto — Militaria, quoniam val-
de probus erat, ſervitia crebro injunxit*. Adde lib. 11.
pag. 808. Matthæus Weſtmonaſt. an. 1253. *Milites
omnes per Angliam ſibi ſervitium Militare debentes fe-
cit ſummoneri*. Matth. Paris an. 1245. *Rex Angliæ
omnibus Comitibus, Baronibus, Militibus, & aliis qui
ei ſervitium Militare debebant, ut ſe convenienter in
Walliam profecturum ſequerentur, per litteras ſuas re-
gias ſtrictiſſime ſubmonuit* &c. Idem an. 1246. *Quod
ſervitium Militare nulli niſi Regi & regni Principibus
debetur*. Vide *Militia*.

Servitium Militis, *Service de chevalerie*, apud Littleto-
nem ſect. 48. 95. 103. &c. *Service de Chevalier*,
to. 2. Monaſt. Anglic. pag. 23. Vide *Feudum Mi-
litare*.

Servitium minuere. Vide *Feudum minuere*.

Servitium nummorum, illud appellatum, quod in pecu-
nia ac nummis pro impenſis bellicis, aliiſve, domi-
no à vaſſallis ac tenentibus exſolvebatur. Con-
ſuetudines Toloſæ: *Si alicui tenuerint in feudum
— aliquem honorem, pro quo debeat feudatarius
ſervire domino feudi aliquas oblias nummorum, vel
ſervitium nummorum*, &c. Joann. Bracton lib. 2.
Tract. de Acquirendo rerum dominio tit. 35. *Eſt etiam
aliud genus tenementi, ejus ſcilicet quod tenetur in ſoca-
gio libero, & ubi fit ſervitium in denariis, capitalibus
dominus, & nihil inde omnino datur ad ſcutum & ſer-
vitium Regis*. Idem Bracton lib. 5. Tract. 1. cap. 1.
§. 1. *Per ſervitium tot denariorum, quando duæ mar-
cæ vel 20. ſolidi capiuntur de ſcuto*, &c. Charta Mau-
ritii D. Credonenſis Hugonis filii, in Tabulario Ab-
batiæ

tiæ de Rota fol. 197. *Mauricius Credonenſium dominus filius Hugonis perrexit in exercitum Regis Angliæ ad Thoars (an. 1158) & quando caſtrum fuit captum, venit Credoni, & mandavit ſuos Milites, & fecit eis talliatam pro diſpendio* (dépence) *quod fecerat in exercitu: & Milites quæſierunt à Michaele Abbate talliatam de terris quas ipſe tenebat in ſuis feodis, &c. Reſpondit Abbas quod Dom. Reginaldus Allobrox, nobilis fundator Eccleſiæ de Rota, dederat ei omnes talliatas, & omnia ſervitia quæ ad ſuum ſervitium pertinebant, tam de nummis, quàm de avena & omnibus aliis ſervitiis*, &c. Ejuſmodi verò nummorum ſervitium interdum & ſæpe nudè *Servitium* dicitur. Idem Tabularium fol. 90. *Petrus Bullum motus in via Hieruſalem dedit Eccleſiæ S. Mariæ de Rota, & Canonicis abſolutè in eleemoſyna 9. denar. quos habebat de ſervitio, in terra quæ fuerat Bernardi Baxan.* Charta anni 1186. in Tabulario Vindocinenſi fol. 277. *Dederunt 5. ſol. de ſervitio, quos habebant ſuper terra Joan. de Parinio.* Tabularium Eleemoſynæ S. Pauli Viennenſis: *De ipſa verò terra in Vercheria dedit Dominus R. G. 4. ſexterias, ex quibus faciet G. quæ facere voluerit, de quibus debet in ſervitium 2. ſol. miniſtro verò noſtro 6. den. & nihil ampliùs Dominus R. accipiat.* Hiſtoria Abbatiæ Condomenſis pag. 473. *Donationem ſcilicet — totius Eccleſiæ, & terras quæ ad eam attinent, nec non duo ſervitia 4. denariorum, & unam vineam juxta Eccleſiam.* Adde p. 467.

Ita præſtatio quæ ab Eccleſiis Epiſcopo fit quotannis in quibuſdam diœceſibus, *Servitium* appellabatur. Charta Alexandri Archiep. Viennenſis apud v. cl. Jacobum Petitum p. 381. *Et ſicut conſueto more per Viennenſem parœciam diverſæ Eccleſiæ debitum Epiſcopo exhibent ſervitium, conferat & in obſequium Epiſcopi tempore conſtituto denarios duodecim.* Alia apud eundem p. 392. *Et deinceps Rector ipſius Eccleſiæ — annis ſingulis in feſtivitate S. Juliani, quæ evenit 5. Kal. menſis ſeptimi, in cenſum Canonicis S. Juliani ſolidos 5. incunctanter ſolvat.*

Servitium placiti. Vide *Placitum*.

Servitium plenum, Convivium plenarium quod Monachis ſtatis diebus ex fundatione præbetur. Charta an. 1207. apud Goldaſtum to. 2. Alamannicor. pag. 190. *Ut ex perceptione redituum ipſius officii 10. ſolidorum adminiculo per prædicta homines curiæ exhibito, per eum fratres in feſto Thomæ Pontificis & Martyris, circulariter annorum facta revolutione, pleni ſervitii recipiant conſolationem.* Alia ibidem pag. 195. *Luitoldus Decanus ad remedium animabus Diethelmi Conſtantienſis Epiſcopi, & omnium parentum ſuorum in feſto S. Blaſii, quoìſque vixerit, plenum ſervitium inſtituit, ea conditione, ut ipſo mortuo ad anniverſarium ſuum redeat idem ſervitium de Vinea in Tuſenbach, cujus ipſe fundator à primis fuit radicibus.*

Servitium plenum, quod & *Corrodium Regale* dicitur, Procuratio, convivium quo Rex excipitur. Anonymus Haſenrietanus de Epiſcopis Eyſtetenſib. de Henrico Imp. *Mandavit huic Epiſcopo noſtro — ut plenum ſibi in via Ratiſponenſi daret ſervitium, Archiepiſcopo cuilibet non nihil formidandum. Cui cum regius Legatus ſingulatim quæ danda eſſent magnificè enumeraret, tandemque ad immenſam vini menſuram ventum eſſet: Peſſime, inquit, dominus tuus inſanit. Unde deberem ſibi tantum ſervitium dare, qui ne memetipſum ſatis queo paſcere?* Speculator lib. 4. part. 3. de Feudis: *Vaſſalli Comitum & Baronum Imperii tenentur dominis ſuis obedire & ſervire propter feuda, quæ ab eis recipiunt primò pro exercitu Imperatoris — ſecundò pro Corredo Imperiali, ut videlicet quando Imperator tranſierit per illum locum, contribuat in ſumptibus ejus, & in his duobus caſibus ſervit vaſſallus procuria, in 4. verò ſequentibus ſervit pro utilitate domini ſui*, &c.

Servitium Regale, idem quod *Forinſecum*: Servitium militare, quod Regi debetur à ſubditis & vaſſallis. *Regale obſequium*, in Capitulari 4. an. 805. c. 13. Ita 11. Capitul. ad Legem Salicam tit. 3. §. 10. & apud Bractonum lib. 2. c. 35. §. 1. 6. Præceptum Ludovici Pii Imp. pro Monaſterio S. Columbæ Senonenſi: *Quaſdam villas, quæ priſcis temporibus ad uſum fratrum ibidem Deo famulantium fuerant deſtinatæ, ſegregavit, ut abſque Regali aut publico ſervitio, vel quolibet Abbatis dono aut exactione uſibus eorum perpetuò deſervirent.* Charta Caroli Calvi pro Barcinonenſibus apud Diago lib. 2. cap. 4. *Servitia tamen regalia infra Comitatum in quo conſiſtunt faciant.* Fori Aragon. l. 7. p. 129. v. *Si aliquis ſit in poſſeſſione infancioniæ, & non fecerit ſervitutem regalem in tota vita ſua*, &c. Idem in Foris apud Exeam an. 1265. *Sint de cætero infantioniæ franchæ & liberæ ab omni regali ſervitio.*

Servitium de Roncino, dicitur de vaſſallo qui equum ſemel in vita domino debet. Charta Philippi Aug. an. 1221. *Tenebunt Maior & hæredes ſui à Decano & Capitulo in liberum feodum per ſervitium unius roncini ad uſus & conſuetudines patriæ.* Vetus Inqueſta in Regeſto ejuſdem Regis fol. 164. *Tenet — duas bovatas terræ apud Ulmetum, unde debet tantum ſervitium unius roncini.* Vide Stabilimenta S. Ludov. lib. 1. c. 73. 129. (ubi qualis eſſe debet Roncinus deſcribitur) Conſuet. Turon. art. 95. 96. &c. *Cheval de ſervice*, in Conſuet. Andeg. art. 132. 133. Cenom. art. 142. 143. Vide *Runcinus*.

Servitium ſcuti. Vide *Scutagium*.

Servitium ſervile, cujuſmodi eſt tallia, corvata, &c. cui obnoxia ſunt tenementa villanorum. Charta Sigefridi Comitis Luxemburgenſis an. 993. *Ita duntaxat ut idem Nevelongus, vel ſucceſſores ejus omni anno 5. ſolidos probæ monetæ perſolvant ex eodem manſo, ab omni deinceps ſervitio libero ſervili.* Odioſum vulgò appellatur, *Service haineux*, quod libertati publicæ contrarium ſit, cui opponitur *Servitium nobile*, uti vocatur in Regeſto Conſtabulariæ Burdeg. Barones Andegavenſes an. 1310. auxilium præſtare pro matrimonio Iſabellæ Caroli Comitis Valenſis & Andegavenſis renuerunt, quod cùm nobiles eſſent, debebant etiam eſſe immunes à ſervitiis odioſis, quibus Comes reponebat: *Que ce qui eſt deu par general couſtume ne peut eſtre appellé Service haineux, car telle ayde & autres quand les cas aviennent ſont deües par general couſtume à ſes ſougiez, eſdites Comtez, &c. Et ſont appellez les Aydes, les Loiaux aides d'Anjou & du Maine, non des ſervices haineux, car elles ſont deües ſur le treſfons.* Et infra: *Dient que ſervice haineux doit eſtre reſtraint de droit, & non mie alongié ſur ceux qui ſes ne l'ont*, &c.

Servitium ſocii, ſeu *Service de compagnon*, cùm vaſſallus ſecum in exercitum ſocium ducere tenetur. Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 250. *Se le Seigner ſemont, ou fait ſemondre aucun de ſes homes qui li doit ſervice de compagnons de un, ou de plus, & celle ſemonce ſoit à jour nomé, & aucun de ſes compagnons eſt eloignez, il le doit dire quant l'home le ſemont, & doit venir devant le Seigner, & dire li, Sire, vous m'avez fait ſemondre, &c. & tel de mes compagnons que je tenois, eſt por voſtre ſervice eſloignez, ſi que il ne peut ores aler, &c. & ſe il ne vous plaiſt à ſoffrir, je enquerrais un autre, & ſe je le puis trover à retenir, je le retenrais à tel ſos come celui qui eſt desbaitiés, qui eſtoit à moi, à ſos comuns de ceſti Royaume, & le merrai ò moi en voſtre ſervice, & ſe je le puis trover, je le vous ferais aſſavoir. Et ſe le Seigner ne ſe veaut ſoffrir dou ſervice de celui qui eſt desbaitiés, celui qui a eſté ſemons, comme eſt devant dit, doit querre un autre Chevalier, & retenir à ſes ſos qui ſont uſés de donner comunément au païs, ſe le debaitié n'avoit plus grans ſos*, &c. Adde cap. 244. & Bractonum lib. 5. tract. 1. cap. 1. §. 1.

Service Treſpaſſé. Vide Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 99.

Servitium villanum. Vide Lambardum in *Paganus*.

Servitium vicinale, quod à vicinis ſeu civibus præſtari ſo-

let. Libertates conceſſæ Barcinonenſibus à Petro Re-
ge Aragon. an. 1283. MSS. *Item concedimus Capitu-*
lum, quod quilibet civis Barcinonenſis ſolvat & contri-
buat partem ſibi contingentem in ſervitiis vicinalibus, &
inde non excuſetur ratione alicuius privilegii. V. *Vicinus.*

Servitium wardæ & relevii, idem quod *Servitium Mi-*
litare: quia, ut ait Littleton ſect. 103. *tenura per Ser-*
vitium Militis, trahit ad ſe wardam, maritagium, &
relevium, &c. Vide præterea ſect. 48. & Skenæum ad
Regiam Majeſtat. lib. 2. cap. 21.

SERVITOR, Famulus, Gall. *Serviteur* Iſo Magiſter in
Gloſſis: *Cliens, ſervus vel ſocius, ſervitor, amicus*
minor. Inſcriptio Romæ in Roma Subterr. lib. 2. c. 22.
Euſtathius humilis peccator ſervitor B. Marcellini Mar-
tyris. Servitor Chriſti, in Epiſtola Gildæ ad Rabanum
Monachum inter Hibernicas 21. *Servitor Eccleſiæ*, in
Synodo Romana II. ſub Silveſtro c. 17. *Servitores S.*
Petri, in Epiſtola Nicolai II. PP. ad Rutenenſem Co-
mitem apud Hugonem Flaviniac. pag. 193. Addit. 1.
Ludov. Pii c. 28. *Ut ſervitores non ad unam menſam, ſed*
in propriis locis poſt refectionem fratrum reficiantur. Ad-
de Epiſtolam Epiſcoporum Galliæ ad Ludovicum Re-
gem c. 9 Eckehardus Junior de Caſib. S. Galli cap. 8.
Cralo clam aſſumpto Waningo fratre & paucis ſervito-
ribus, in Franciam venit.

Servitrix, Famula. Occurrit in Hiſt. Cortuſiorum lib. 6.
cap. 6. *Dum fugiebat in habitu ſervitricis*, &c.

SERVITUDO, *Servitus*, δουλεία, in Gloſſ. Gr. Lat.

SERVITUS, Servitium ſeu officium Eccleſiaſticum. Epi-
taphium Conradi Ducis Franconiæ, apud Brouverum
lib. 9. n. 65.

Hic jacet in tumulo Dux, per quem, ſervitus iſto
Fit celebris templo, laus, virtus, gloria Chriſto.

Servitutes exactoriæ & coactitiæ, Præſtationes vel operæ
ſerviles, *Corvées*. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 604:
Aliam nempe decimæ medietatem de eo Monachi Co-
lumbenſes tali tenebant pacto, ut omnes Epiſcopales con-
ſuetudines, & omnes exactorias ſervitutes perſolverent pro
illo. Infra: *Homines de Parco omnino abſolvit, ut nul-*
lam ſibi coactitiam exhibeant ſervitutem, nec eam niſi in
generalem Principis Normanniæ expeditionem.

SERVORIUM. Vide *Servatorium.*

SERURA, Sera, ex Gall. *Serure*. Synodus Exonienſis an.
1287. c. 4. *Sit Corpus Dominicum repoſitum in burſa*
mundiſſima, & ipſa includatur ſub ſerura in pyxide mun-
da & honeſta, &c. W. Thorn an. 1321. *Hac omnia cum*
ſuis hanaperiis, clavibus, & ſeruris. Fleta lib. 1. c. 20.
§. 69. *De his qui ſeruras, feneſtras, oſtia — fregerint.*
Lib. 2. c. 72. §. 3. *Facilis ingreſſus præbet plerumque*
frag... peccandi voluntatem, & ſalva ſerura famulos
red... apertos. Adde Statuta Provincialia S. Edmun-
di Archiep. Cantuar. an. 1235. c. 9. & Provinciale
Cantuarienſe lib. 3. tit. 27.

SERVI, apud veteres Gallos & Germanos alii fuere à
ſervis Romanis, eorumque conditio longè diverſa. Ta-
citus de Morib. Germanor. *Servis, non in noſtrum morem,*
deſcriptis per familiam miniſteriis utuntur, ſuam quiſque
ſedem, ſuos penates regit: frumenti modum dominus, aut
pecoris, aut veſtis, ut colono injungit, & ſervus haete-
nus paret. Quibus quidem verbis ſatis deſignantur ejuſ-
modi ſervi, quos Adſcriptitios glebæ vocabant, quales
fermè fuere apud noſtros qui ſervorum nomine cenſe-
bantur, de quibus à nobis utcumque collecta, & prout
occurrerunt, hîc proponemus.

In Conſuetudine Burbonenſi art. 189. 204. ſervo-
rum alii ſunt qui ex eo quod *talliis* ſervilibus ſunt ob-
noxii, pro ſervis habentur: alii ſervi 4. denariorum
appellantur, de quibus egimus ubi de *Capitalibus*, id
eſt hominibus qui cenſum debent de capite, quos etiam
homines de corpore, vel *de caſalagio* nuncupabant. De
iis ſuis locis multa congeſſimus. Utriuſque ſervorum
ſpeciei par fermè fuit conditio; cùm & ſervilibus ob-
ſequiis penitus addicti, & dominis ſuis, ratione ori-
ginis omnino eſſent obnoxii. Adſcriptitiorum igitur alii

erant ſervi Fiſcales, alii Eccleſiaſtici, alii Beneficiarii,
&c. De quibus nomenclaturis ſigillatim dicemus.

Servi fiſcales, vel *fiſci*, dicti ii qui ad fiſcum, Regem, vel
Dominum ſpectabant, in l. 3. & 4. Cod. Th. Ad ſena-
tuſconſ. Claud. in Lege Wiſigoth. lib. 5. tit. 7. §. 15.
16. lib. 9. tit. 2. §. 9. lib. 10. tit 2. §. 4. in Concilio
Tolet. III. c. 15. apud Rabanum Maurum lib. 7. con-
tra Judæos c. 44. *Servi fiſcalini*, in Decreto Childe-
berti §. 13. in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 30. 36.
in Capit. Caroli M. lib. 7. c. 335. *Homines fiſcalini*
Regii, in Capitulo 2. ad Legem Salicam §. 7. *Servi qui*
Regalibus ſervitiis mancipantur, quorum ea erat præro-
gativa, ut eorum ſacramentis crederetur, & Pala-
tinis officiis honorari poſſent, in Lege Wiſigoth. lib.
2. tit. 4. §. 4. Id autem erat Regis privilegium in ſer-
vos ſuos, ut nulla præſcriptione eos amitteret, ſed ei
reſtitui deberent, in cujuſcumque terra invenirentur,
quod contra obtinebat de cæteris ſervis, qui ſeptennio
in aliorum dominorum terris exacto, nulla facta de
iis reclamatione, libertatem conſequebantur, ut eſt in
Regiam Majeſtat. lib. 2. cap. 12. §. 14. 15. 16. Vide
Rhenanum lib. 2. Rer. Germ. pag. 87.

Servi Eccleſiaſtici, appellati ii qui ad Eccleſiam perti-
nebant, in Decretione Childeberti Regis cap. 13.
in Lege Longob. lib. 1 tit. 9. §. 30. 36. in Capit. Ca-
roli M. lib. 6. c. 335. in Capit. 3. Lud. Pii an. 819. c.
7. &c. *Servi Eccleſiæ*, in Decreto Childeberti §. 8. 13.
in Lege Alamann. tit. 8. 21. in Lege Bajwar. tit. 1.
cap. 14. §. 1. in Decreto Taſſilon. de popularib. Legi-
bus §. 12. in Capit. Caroli M. lib. 7. c. 212. in Conci-
lio Compendienſi an. 757. c. 4. &c. Paſchalis PP. pro
Eccleſia Pariſienſi in M. Paſtorali lib. 19. ch. 15. *Pro*
eo quod ipſius Eccleſiæ, qui apud vos ſervi vulgò impro-
priè non... iantur. Vide *Eccleſiaſticus*, & *Oblati*, ubi alia
obſervamus.

Servi caſati, Caſis ſeu prædiis addicti. Charta diviſionis
Imperii Caroli M. c. 6. *Servi qui jam caſati ſunt, —*
mancipia non caſata. Vide Traditiones Fuld. l. 2. trad.
40. 70.

Servi maſſarii, Maſſæ, ſeu prædio addicti, ſervi glebæ, in
Lege Longob. lib. 2. tit. 32. §. 3. *Servus ruſticanus qui*
ſub maſſario eſt, lib. 1. tit. 11. §. 5. *Servus de maſaro,*
vel *de maſſaritia*, ſeu *marſo*, in Charta Tirpimiri Du-
cis Croatiæ apud Joannem Lucium lib. 2. de Regno
Dalmat. cap. 2.

Servi Beneficiarii, *Beneficiis* ſeu prædiis datis ad benefi-
cium, addicti, & qui in iis ſervi glebæ erant, & cum
prædio ad beneficiarium tranſierant, in Lege Longob.
lib. 1. tit. 9. §. 30. 36. in Capit. 1. Lud. Pii an. 819.
c. 1. & in Capit. 3. ejuſdem anni c. 7. Agobardus Lug-
dun. de privilegio & jure Sacerdotii c. 11. *Habeo unum*
clericionem, quem mihi nutrivi de ſervis meis propriis,
aut beneficialibus, ſive pagenſibus, &c. Vetus Notitia
ex Tabulario Perſienſi ch. 14. *Ibique adveniens Moyſes*
Advocatus Hildebranno Comiti, — mallavit hominem
aliquo, nomine Dodono, quod ſervus erat Domno Karlo
de ſuum beneficium, de villa quæ dicitur Jovo, in pago
qui dicitur Auguſtidunenſe, &c. Infra: *Ad pedes ipſius*
Moyſe iactavit, atque recredidit, quod ſervus erat Dom-
no Karlo Rege de jamdicta villa Jovo. Alia Notitia ibi-
dem ch. 15. *Ibique veniens Fredelus Advocatus Hil-*
debrandi Comitis, mallabat hominem aliquo, nomine Ade-
lardo. Requirebat ei quod ſervus erat Domno Ludovico
Imperatoris, de villa Patriciaco, de parte genitoris ſui no-
mine Adalberto & de Beneficio Hildebrando, & ipſo ſer-
vitio malo ordine recontendebat, &c.

Servi miniſteriales, qui domi miniſtrabant. *Aldio vel ſer-*
vus miniſterialis, in Lege Longob. lib. 1. tit. 8. §. 1. 2.
3. &c. *Servus miniſterialis probatus, & doctus domi,*
lib. 1. tit. 11. §. 2. Adde Recapit. Legis Salicæ cap.
11. 15. & Papianum lib. Reſp. tit. 3. ubi *ſervus miniſte-*
rialis poſt *ſervum actorem* ponitur. *Servorum* autem
miniſterialium, vel etiam eorum quos *Artifices* vocat
Paulus l. ult. de Oper. ſervor. is erat ſtatus, ut certus

numiſteriis addicerentur: unde cùm venum exponebantur, ſciſcitabantur emptores, *quid operis ſcirent*, ut eſt apud Gregorium Turon. lib. 3. Hiſt. cap. 15. Hinc *Servus arator*, in Lege Burgund. tit. 10. & in l. 1. Cod. Th. de Pignorib. ubi Anianus *ſervos cultores* habet. *Servus argentarius*, ibid. tit. 21. §. 2. *Servus aurifex*, ibid. tit. 21. §. 2. *Aurifex electus*, apud Papian. lib. Reſp. tit. 3. *Servus Berbicarius*, in Lege Alamann. tit. 98. *Vervicarius*, apud Papianum lib. Reſp. tit. 3. *Servus Bubulcus de ſala*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 11. *Servus caprarius*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 1. §. 7. *Servus carpentarius*, in Lege Salica tit. 11. §. 5. & apud Papian. tit. 3. *Servus cuſtos equorum*, apud Gregor. Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 15. *Servus faber ærarius*, in Lege Burg. tit. 21. §. 2. *Servus ferrarius*, ibid. & apud Papian. tit. 3. *Servus molinarius*, in Lege Salica tit. 11. §. 5. *Servus porcarius*, in Lege Burgund. tit. 10. Lege Salica tit. 11. §. 5 Alamann. tit. 98. §. 2. Longob. lib. 1. tit. 8. §. 29. 30. tit. 11 §. 7. & apud Papianum tit. 3. *Servus Ruſticanus, & qui ſub Maſſario eſt*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 6. §. 4. tit. 8. §. 17. 24. tit. 11. §. 3. 5. *Servus ſartor*, in Lege Burgund. tit. 21. §. 2. *Servus ſtotarius*, in Lege Alamann. tit. 98. *Servus ſutor*, in Lege Burgund. tit. 21. §. 2. *Servus vaccarius*, in Lege Alamann. tit. 98. *Servus venator*, in Lege Salica tit. 11. §. 5. Horum omnium *operaria ſervitus* videtur appellari, in l. 6. Cod. Th. de Annonis civicis.

Servi conſuetudinarii, *Serfs couſtumiers*, in Conſuet. Marchenſi art. 126. dicuntur, qui domino tres tallias in pecunia, & avenam & gallinam debent, aut præſtant, quolibet anno propter prædium ſervituti obnoxium. Vide *Conſuetudinarius*.

Servi porrò, ut eſt in Legibus Henrici I. Regis Angliæ c. 76. *alii naturâ, alii facti, alii emptione, alii redemptione, alii ſua vel alterius datione.* De hiſce omnibus fere ſervorum ſpeciebus egimus variis in locis, ac præſertim in vv. *Capitalis*, *Nativus*, *Originarius*, *Obnoxiatio*, &c. Ad eos verò qui *redemptione* facti hîc dicuntur, referri debent quæ habent Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap. 191. *Il y a une autre aſſiſe propre, que quant home eſt arreſté pour dette que il ne puiſſe payer, & celui, ou ceaus, à qui il doit; & ne peut payer, requierent au Seignor que il lor livre par l'aſſiſe celui qui lor doit la dette, & le Seignor leur doit livrer, & que il le peuvent tenir en fers, ou en priſon, s'il ne les paye, toute ſa vie, donant li à manger & à boire ſuffiſamment ſa vie ſoſtenir pain & aigue, & robe à veſtir ſi que il ne meure par faute de robe, & ſe il le font labourer, que ſon labeur ſoit conté au feur corable des laborans qui laborent de celui labour, que li fera laborer, & abatre de ſa dette ce que il deſervira de ſon labour.*

Servi, ut olim apud veteres, etiam apud noſtros venum exponebantur: cujuſmodi venditionis formulæ extant apud Marculfum lib. 2. for. 22. & Labeum to. 2. Miſcellan. p. 493. Vide Gregor. Turon. lib. 3. Hiſt. c. 15.

Servi verò venalitiarii, ſeu venum expoſiti, ramum geſtabant in capite. Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëtam:

Ducitur ad portum geſtans in vertice ramum,
Venalem Morinis noſceret ut populus.

Apud veteres collo appenſum titulum geſtabant. Vide Agellium lib. 4. cap. 2. Budæum in Annotat. Prior. & Scaligerum ad lib. 4. Propert.

Servorum pretium commune apud Romanos fuit 20. aureor. ex l. 31. D. de Minorib. & l. 1. C. de Com. ſerv. mancip. Varium ac diverſum tamen fuit, ſecundùm ſervorum dotes. Gregorius Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 5. de Servo: *Quo invento, obtulerunt homini munera: ſed reſpuit ea, dicens, Hic de tali generatione decem auri libris redimi debet.* Ibidem, ſervus alius venditur 10. aureis. Vide eundem lib. 6. cap. 36. *Servus aut ancilla valens ſol. 15. aut 25.* in Lege Salica tit. 11. §. 5.

Servorum ſtatura in ſervis obſervabatur & æſtimabatur. Lex Alamann. tit. 8. edit. Tilii & Heroldi: *Si quis ſervum alienum occiderit, ſol. 12. in capitale reſtituat: aut cum alio ſervo qui habet 13. palmas cum pede replicato, vel 2. digitos in longitudinem, & 3. ſolidos in alio pretio ſuperponat, quod ſunt ſimul ſolidis 15.* Charta Alamannica Goldaſti 5. *Det alium mancipium undecim manuum longum.* Vide Cujacium lib. 10. Obſerv. cap. 3. & eundem Goldaſtum ad Doſitheum p. 28.

Servi matrimonia ita inibant, ut invito, aut inconſulto domino, ancillis; & viciſſim ancillæ ſervis aliorum dominorum copulari non poſſent, pro qua licentia certam denariorum ſummam exſolvere tenebantur, ut in voce *Foriſmaritagium* docuimus.

Liberorum verò hominum matrimonia cum ancillis apud Wiſigothos gravi pœna interdicuntur, in Lege Wiſig. lib. 3. tit. 2. §. 2. 3. In Lege Salica tit. 27. §. 5. Francus qui alienam ancillam ſibi publicè junxerat, cum ea in ſervitio permanebat. Id juris etiam obtinuit olim in Flandria: Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ n. 12. *Quicumque ſecundùm jus Comitis ancillam liber in uxorem duxiſſet, poſtquam annuatim eam obtinuiſſet, non erat liber, ſed ejuſdem conditionis erat effectus, cujus & uxor ejus.* Vide Gualterum Tervan. c. 15. & Labeum to. 1. Miſcellan. p. 581. to. 2. p. 468. Contrà, Jure Anglico, thorus mariti liberi facit uxorem nativam liberam in vita viri, finito verò matrimonio uxor ancilla redit in ſervitutem, ut eſt apud Bractonum lib. 4. tract. 1. cap. 21. §. 4. & in Fleta lib. 5. c. 26. §. 25. Quod etiam apud nos obtinet in viris nobilibus, qui uxores non nobiles ducunt, quæ maritorum privilegiis gaudent, dum ii ſuperſtites ſunt. Wichbild Magdeburgenſe art. 3: *Conſtitutionibus antiquorum Principum cautum eſſe legimus, ſi homo liber ſervam in matrimonium duxerit; proles ex ea genita patri & non matri æquari debet. Principes autem potentes de conſenſu communitatis ſanxerunt, quod filii jura naſciſcebantur patris, & filiæ matris. Recitatur tamen, quod tempore Friderici eo nomine primi Imperatoris, ſtatutum fuit, ſi liber homo ſervam ſuperduxerat, vel ingenua ſervum, quod proles illa utriuſque ſexus matrem ſequi deberet, & non patrem. A juris autem principio hoc fuit jus, quod liber partus nunquam ſervilem procreavit partum. A temporibus autem Wichmanni Epiſcopi jure frequentatum eſt, & per Henricum eo nomine VI. Imperatorem ſtatutum, quod utraque proles, filius & filia naſcuntur ſecundùm matrem, & non patrem: hoc eſt ventrem ipſum ſequuntur, &c.*

In Anglia nunquam matris, ſed patris conditionem ſemper ſequuntur liberi ex ejuſmodi ſervorum matrimoniis prognati: *quia ſemper de patre non à matre generationis ordo texitur*, ut eſt in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 77. & 68. Quibus conſona habent Forteſcutus cap. 42. Fleta lib. 1. cap. 3. §. 2. & Littleton ſect. 187. Vide Bractonum lib. 4. tract. 1. cap. 21. 22.

In Comitatu Cornubiæ ea obtinet conſuetudo, *quod ſi liber homo ducat nativam aliquam in uxorem ad liberum tenementum, & liberum thorum, ſi ex eis duo procreantur filiæ, una erit libera, & altera villana, quia ibi partiti ſunt pueri inter liberum patrem & dominum uxoris villanæ.* Bracton lib. 4. cap. 13. §. 2.

Liberorum ex ejuſmodi matrimoniis ſtatus diverſus fuit, ſecundùm receptas apud gentes diverſimodè Leges. In Conſuetudine Burbonenſi art. 199. liberi ex legitimo matrimonio ſervi vel ſervæ nati, ſive uterque ſervituti obnoxii ſint, ſive horum alter, pejorem conditionem ſequuntur, hoc eſt ſervi fiunt. Quod videtur obtinuiſſe apud Francos, ex Marculfo lib. 2. form. 29. in Alemannia, & alibi, ex Chartis Alemann. Goldaſti 1. 2. ex Conſtit. Conradi Imp. an. 1028. & Friderici II. an. 1220. apud Ughellum in Epiſcopis Saſſenaten. ſib. Adde Edictum Theoderic. Regis §. 65. 66. Extat in Tabulario S. Maglorii Pariſienſis Charta, ex qua docemur id juris etiam locum habuiſſe apud noſtros, ſub

tertia Regum ſtirpe: *In Nomine S. & individuæ Trini-*
tatis Amen. Ego Ludovicus Dei gratia Francorum Rex.
Notum volo fieri omnibus tam poſteris quam præſenti-
bus quorumdam invida relatione auribus noſtræ Sublimi-
tatis intimatum fuiſſe, quemdam ſcilicet Henricum co-
gnomento Lothoringum ſervum noſtrum debere eſſe, &
matre quidem illius libera exiſtente ex paterna tantùm
origine ſervitutis maculam contraxiſſe. Sed quia honor
Regis judicium diligit, querelam & cauſam iſtam in ju-
dicium poſuimus, & diem inde ſtatuimus. Die igitur ſta-
tuta, convenientibus in unum in Palatio noſtro amicis
& fidelibus noſtris, prædictum Henricum monuimus, ut
tamquam noſter ſervus, & ex noſtro ſervo natus, ſicut
nobis dictum fuerat, ſervitutis obſequium nobis impende-
ret. Henricus vero & ſe & patrem ſuum ſervum noſtrum
vel fuiſſe vel eſſe omnino negavit, & ab omni ſervitu-
te ſe & eum defendere paratus fuit. Quoniam autem ob-
jectæ ſervitutis aberat teſtis, accuſator defecerat, com-
muni conſilio diffinitum eſt, ut ipſe Henricus ſuæ liberta-
tis jurator & comprobator exiſteret, & juramento ſuo
nos ſuper hoc certos & omnino quietos redderet, quod
& factum eſt, &c. Actum Pariſius an. 1112.

Lege Longobardorum, mulier libera quæ ſervo nupſe-
rat, non modò ſtatum mariti ſequebatur, ſed & ad
Palatium pertinebat. Præceptum Pandulphi Principis
Capuæ apud Camillum Peregrinum in Hiſt. Longob.
Concedimus tibi qui Adeimundo, omnes mulieres liberas
fœminas, quæ ſibi copulaverunt vel copulaverint ſuos ſer-
vos maritos. Capitulare Adelchiſi Principis Beneven-
tani cap. 1. *Si cujuſcumque ſervus liberam uxorem tolle-*
ret, qui ad Palatium juxta legem pertinebat, uſque peſ-
ſima extitit conſuetudo, ut eas perſonas quiſquis vellet
expeteret. Amodo autem & deinceps ſtatuimus, ut tan-
ta perverſitas nullum habeat locum, ſed ipſe ſolummodo
eos habeat ſemper, cui primum ille fuerat ſervus, etiamſi
illos ad Palatium nunquam repetant. Habetur illius Con-
ſuetudinis Diploma ejuſdem Adelchiſi in Chron S. So-
phiæ Benevent. p. 645. Id etiam ſtatutum à Frothone
Danorum Rege autor eſt Saxo Grammaticus lib. 5.
Si libera conſenſiſſet in ſervum, ejus conditionem æqua-
ret, libertatiſque beneficio ſpoliata, ſervilis fortunæ ſta-
tum indueret.

In Legibus Scaniæ apud Andream Suenonis l. 6. c. 5:
Matris conditionem ſequitur ſemper partus, ut ſit liber
partus ex libero ventre procreatus, licèt pater ſervilis
conditionis onere premeretur: vel ſi ſervus ex ventre ſer-
vili progenitus, quantumcunque pater inter ingenuos nobi-
litatis genere præfulſerit. Sed hæc attigiſſe ſufficiat, cùm
omnia quæ de ſervorum matrimoniis habent Concilia,
Regum Capitula, Chartæ veteres, & Conſuetudines mu-
nicipales, hic inſerere haud facile ſit. Conſulat igitur qui
plura volet, Excerpta Egberti Archiep. Eborac. c. 124.
Synodum Vermerienſem an. 752. c. 6. 7. 8. 13. 19. 20.
Capitulare Compendienſe an. 757. c. 6. Capitul. 3 an.
819. c. 3. Obſervantias Regni Aragon. lib. 6. tit. de
Privilegiis dominæ Infantionæ § 1. M. Paſtor. Eccleſ.
Pariſienſ. lib. 2. ch. 127. 128. 131. 135. lib. 3. ch. 14.
lib. 5. ch. 9.

Liberorum matrimonia. In Conſuetudine Burbonenſi
art. 208. poſſunt ſervi liberos ſuos in matrimonium col-
locare, iiſque bona ſua mobilia ac immobilia tradere,
ita ut eorum liberi ac bona priorem ſemper conditionem
ſequantur.

De *Servorum nothis liberis*, ita ſancit Conſuetudo
Burbonenſis art. 194. Nothi ex ancilla & homine libe-
ro conditionem matris ſequuntur. E contra nothi ex
muliere libera & homine ſervo, ſequuntur conditionem
patris, remanentque nudè nothi.

Bona ſervorum. In Conſuetudine Burbonenſi art. 201.
202. ſervi prædia ſua liberæ conditionis hominibus ven-
dere non poſſunt; quod ſi vendiderint, in commiſſum ad
dominum perveniunt. E contra vir liberæ conditionis
prædium ſuum ſervo vendere poteſt. Viciſſim ſervi in
ſervos ſive per donationem ſive per venditionem bona
ſua transferre, alioſque contractus inire invicem poſſunt,
inconſulto domino, dummodo ejuſdem domini ſint
ſervi.

Servorum ſucceſſores. In eadem Conſuetudine Bur-
bon. art. 200. liberæ conditionis viri vel fœminæ ſer-
vis nuſquam, ſed ſervi agnatis liberæ conditionis ſucce-
dunt. Art. 207. Servi agnatis ejuſdem conditionis ſuc-
cedunt, dummodo communes in bonis ſint, unaque
cum iis degant. Quod ſi ab iis diviſi ſint, eorum hæ-
reditas jure mortuæ talliæ ad dominum pervenit. Ea-
dem habet Arvernenſis cap. 27. art. 3. 6. Vide M. Pa-
ſtorale Eccleſiæ Pariſienſis lib. 1. ch. 26. & Conſuetu-
dinem Toloſæ, rubr. de Homagiis.

Servi, Clerici fieri vetantur, antequam libertatem à
dominis ſuis conſecuti fuerint, in Canonib. Apoſtol.
in Nov. 123. §. 17. in Concil. Aurel. III. c. 26. Au-
relian. V. cap. 6. in Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 88.
lib. 7. cap. 34. in Fragmentis Capitulor. edit. à v. cl.
Steph. Baluzio c. 2. in Capitulari 1. ejuſdem Imp. incer-
ti anni c. 26. &c. Vide præterea Vitam S. Theophanis
Confeſſ. n. 11. Flodoardum lib. 3. Hiſt. Remenſ. cap.
27. pag. 553. Conſuetudinem Caſtelletenſem in Bi-
turgib. art. 7. Vaſſorum in Annalib. Noviomenſib. p.
959. 960. v. cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capi-
tul. n. 105. 161. &c. Si autem inconſulto domino ad
Clericatum promoverentur, Clericatus privilegio, do-
mino petente, privabantur. Vide Probationes Hiſt. S.
Amani p. 106. & Regiam Majeſt. lib. 2. cap. 13. ubi
plura *de ſervis non ordinandis ad ſacros ordines*, præ-
terea S. Leon. Ep. 1. c. 1. Vitam Ludov. Pii an. 817. &c.

Servorum teſtimonia. Servis non credendum, ſi crimen
alicui objecerint, ſtatuit Lex Wiſigoth. lib. 2. tit. 4. §.
4. ut & dominos accuſantibus, Edictum Theoderici §.
48. & Capitula Caroli M. lib. 6. c. 144. lib. 7. c. 148.
342. Ex Conſuetudine Burbon. art. 205. ſervorum per-
inde ac aliorum liberæ conditionis hominum admittun-
tur teſtimonia. Sed & juri ſtare poſſunt inconſulto do-
mino, art. 206. *Servorum Regiorum* admittebatur te-
ſtimonium, ex Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 4. §. 4. & ex
Lege Burgund. tit. 60. §. 3. Ludovicus VI. Francorum
Rex an. 1108. Eccleſiæ Pariſienſi indulſit, *ut illius*
ſervi in omnibus cauſis, placitis, ac negotiis adverſus om-
nes homines tam liberos quam ſervos liberam & perfectam
haberent teſtificandi & bellandi licentiam, ita ut nemo
eorum teſtimonio pro Eccleſiaſticæ ſervitutis occaſione ca-
lumniam inferat. Id firmavit poſtea Paſchalis PP. 8.
Kl. Febr. an. 1114. qui hæc ſubdit, *non eſſe æquum Ec-*
cleſiaſticam familiam iiſdem conditionibus coerceri, qui-
bus ſervi ſecularium hominum coercentur. Extant hæc
decreta in M. Paſtorali ejuſdem Eccleſiæ lib. 19. ch.
13. 71. & 84. quæ deſcripta ſunt à Ph. Labeo to. 2.
Miſcellan. p. 597. & ſeqq. Simile privilegium indulſit
idem Ludovicus anno 1110. ſervis Monaſterii S. Marti-
ni de Campis, in cujus Hiſtoria habetur pag. 22. ut &
ſervis Monaſt. S. Mauri in Charta an. 1118. deſcripta à
Gallando lib. de Franco Alodio p. 263. Adde v. cl. Ja-
cobum Petitum ad Pœnitentiale Theodori pag. 309.
452. 454. 578. 584.

Servi fugitivi. Vide *Fugaces.*

Servi dominici, id eſt compulſores exercitus, quando Go-
thos compellunt in hoſtem exire, &c. in Legibus Wiſi-
goth. lib. 9. tit. 2. §. 2. *Qui in hoſtem exire compellunt,*
§. 5.

Servi teſtamentales. Leges Athelſtani Regis poſt cap. 34.
Et ſecundum dictionem, & per menſuram ſuam conve-
nit, ut ſervi teſtamentales operentur ſuper omnem ſchyram
cui præeſt. (Dominus.) ubi Somnerus *ſervum teſtamen-*
talem, idem valere ac pacto conductum, Anglis, *à*
convenant ſervant.

Servi Dei, Clerici, Monachi, in Concilio Liptinenſi c.
2. 7. in Concilio ſub Carlemanno an. 742. & alibi paſ-
ſim: qui Dionyſio Areopagitæ θεραπευταὶ dicuntur, ἀ-
πὸ τῆς τοῦ Θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας. *Accedere*
ad ſervitutem Dei in Monaſterio, in Pœnitentiali Theo.

dori c. 11. Cæſarius Arelat. Homil. 4. ad Monach. *Si quis eſt qui ſibi de præteritis illaſæ vitæ meritis blandiatur, & adhuc ſe innocentem tranſiiſſe putet ad domini ſervitutem, & ideo ſe credit ſecurum*, &c. Infra: *Nec hoc nobis ſufficere putemus ad plenam ſalutem, quod inter ſervos Dei vel habitatione cenſemur, vel nomine computamur*. Eccl. 2. *Fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in timore*, &c.

Servus Apoſtolorum, id eſt Eccleſiæ Romanæ. Charta Ottonis III. Imp. an. 1001. apud Ughellum to. 2. pag. 357. *Otto tertius ſervus Apoſtolorum*, &c. Ex quo loco reſtituendus alter pag. 644. ubi idem Otto perperam inſcribitur *Servus populorum*, pro *Apoſtolorum*.

Servus ſervorum Dei. Titulus quem ſummi Pontifices ſibi vulgò aſſerunt, cujus moris auctorem Gregorium M. fuiſſe ſcribit Joannes Diacon. lib. 2. de Vita ejuſdem Gregorii cap. 1. ut Joannis Patriarchæ CP. qui ſe *Oecumenicum* jactitabat thraſonicam oſtentationem & faſtum ſuggillaret. Vide præterea Matthæum Weſtmonaſter. an. 605. Serrarium ad Epiſt. 2. S. Bonifacii Archiep. Moguntini, Guſſanvillam ad Epiſt. 64. Petri Bleſenſis, Altaſerram ad ejuſdem Gregorii lib. 9. Epiſtol. &c.

Eo etiam uſi non ſemel leguntur Epiſcopi alii. Extat in hanc ſententiam Lupi ad Sidonium Apollinarem Epiſtola in Spicilegio Acheriano to. 5. p. 579. ex qua hæc excerpſimus: *Qui olim conabaris natalium decora additis honoribus ſuperare, nec credebas homini ſufficere, ſi cæteris par eſſet, & pares non tranſgrederetur, in eum ſtatum deveniſti, in quo licet ſuperior, nulli te debes ſuperiorem reputare: minimo ſubditorum tuorum ſuppoſitus, eo plus eris honoratior, quo te humilitas Chriſti accinget, & eorum plantas oſculaberis, ſupra quorum capita pedes tuos olim collocare dedignabaris. Iſte profectò jam tibi labor incumbit, ut ſis omnium ſervus, qui videbaris omnium dominus; & aliis incurveris, qui cæteros conculcabas*, &c. Braulius Cæſarauguſtanus Epiſcopus in Epiſt. ad Iſidor. Hiſpalenſem: *Redde quod debes; nam ſervus es ſervorum & Chriſtianorum, ut illic ſis major noſtrorum*. Michaël Patriarcha Alexandrinus in Epiſtola ad Baſilium Imp. in Synodo VIII. act. 7. [illegible] inſcribitur: ut Signaltus Patriarcha Aquileienſis in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 16. *Servus ſervorum Domini*: & Frotherius Epiſcopus Pictavenſis an. 936. *Servorum Dei extimus*. Epitaphium Eriberti Archiepiſcopi Mediolanenſis apud Puccinellum in Zodiaco Mediolan. part. 2. pag. 207.

Nunc tumulor ſervus ſervorum, Chriſte, tuorum.

Denique *Servus ſervorum Dei* ſe ſe pariter inſcribunt Adelardus Veronenſis Epiſcop. in Synodo Ticinenſi an. 876. Maurus Ceſenatenſis Epiſcopus in Epiſt. ad Martinum I. PP. in Concilio Lateranenſi: Joannes Epiſcopus Ravennenſis an. 898. in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 37. Wibertus ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopus an. 1086. apud Hieronymum Rubeum lib. 5. Hagano Epiſcop. Bergomenſis apud Mabillonium, & alii complures. Denique in Formulis 17. 18. 19. ex Baluzianis, Epiſcopus, *Ultimus ſervorum Dei ſervus* inſcribitur.

Eundem titulum uſurpavere etiam Reges ac Principes. Charta Adeltonii Regis Hiſpaniæ an. 830. apud Sandovallium: *Ego Adefonſus ſervus omnium ſervorum Dei*, &c. Henricus Imp. in Charta an. 1041. apud Celeſtinum lib. 22. Hiſtor. Pergamen. *Servum ſervorum Dei* ſe inſcribit, ut & Sancius Rex Aragonum in Charta an. 1070. & Ordonius Rex in alia an. 923. apud Anton. *de Tepez* in Chronico Ord. S. Benedicti to. 4. & quidam *Berlaius*, in alia anni 1105. in Hiſtoria Monaſterii S. Nicolai Andegav. p. 40.

In veteri Charta apud Ambroſium Moralem lib. 13. cap. 18. Monachi *ſervos* ſe *ſervorum Dei* pariter nuncupant. *Ego Montanus Presbyter, ſimul & omnes ſervi ſervorum Dei in unum concordantes & conſentientes in agone Domini*, &c. Mox, idem *Montanus*, *Abbas* dicitur. Sunt autem *ſervi Dei*, iidem qui Monachi.

Servus crucis Chriſti. Ita Robertus ſancti Stephani in Celio monte Presbyter Cardinalis Legatus Apoſtolicæ Sedis ſe ſe inſcribit in Tabulario Campaniæ an 1214. & in Tabul. Præmonſtratenſi.

Serva Chriſti. Jo. Mariana lib. 4. de Reb. Hiſpaniæ cap. 4. *Non ita pridem in Cantabria montibus repertus eſt lapis hac inſcriptione*, HIC JACET CORPUS BILELÆ SERVÆ JESU CHRISTI.

Famulus Chriſti. Inſcriptio in Sacello S. Joannis Evangeliſtæ in baptiſterio Conſtantiniano: *Liberatori ſuo beato Joanni Evangeliſtæ Hilarus Epiſcopus famulus Chriſti*.

Servi B. Mariæ, qui aliàs *Servitæ*: quorum Ordo inſtitutus in diœceſi Ep. Maſſil. ſub regula S. Auguſtini à Benedicto Maſſilienſi an. 1257. poſtmodum abrogatus in Synodo Lugdunenſi ſub Gregorio X. PP. Scribit Chopinus lib. 1. Monaſtic. tit. 1. n. 6. ædem Servorum B. Mariæ Pariſiis à Bonifacio VIII. datam Willelmitis, qui ab albis quibus utebantur palliis, vulgò *Blans manteaux* nuncupabantur. Vide Miræum in Originib. Ordinum Monaſtic. lib. 1. cap. 19. & Ughellum to. 4. Ital. ſacr. p. 547.

SESCUM, Dimidium, in Gloſſis MSS. ad Canon. Concil.

SESIGNARI, *Deſignari*, in Gloſſis antiq. MSS.

SESILLUS, Parvus ſtaturâ, quia non videtur ſtare, ſed ſedere. Joan. de Janua. Sed legendum *Seſſilis*. Vide infra.

SESMARIUS. Lib. 9. Obſervantiar. regni Aragon. tit. de Privilegio generali §. 4. *Rex poteſt inquirere contra juratos & ſeſmarios Turoli, Calataiubi*, &c.

SESO. Vide *Satio*.

SESSICARE, Siccare, ex Gallico *Seſcher*. *Pannos in flumine ablui, & ſeſſicari in ripis*, in Teſtamento Guill. D. Montiſpeſſ. an. 1211.

SESSA, *Seſſio*, *Seſſus*. Vide *Sedes*.

SESSILIS, *Puſillus ſtaturâ, parvus, modicus*, in Gloſſis antiquis MSS. Gloſſarium S. Germani Pariſ. Longobard. ex Iſidoro: *Seſſilis dicitur, quod non videtur ſtare, ſed ſedere*. Quo ſpectant iſta ex Naſone:

Si brevis es, ſedeas, ne ſtans videare ſedere.

SESSIO. Vide *Actio*.

SESSORIUM, Sedes. Will. Brito lib. 3. Philipp. de ulmo ad Giſortium:

Quæ gremio viridi veſtita gramine feſſo
Grata viatori ſeſſoria præſtat, &c.

SESTAIRALE, *Seſteragium*, *Seſteralagium*. Vide *Sextariaticum*.

SESTER. Acta Murenſis Monaſterii pag. 53. *Habemus in Trophenſee quantum ad duo officia pertinet — & ad Sagelſtat, in unaquaque quod ad unum ſeſter pertinet. Si quæris quid ſit Seſter, dictum eſt quaſi dicatur conſtitutio, vel firmiter ſtatutum. Ipſi enim armentarii ſecundum ſuam conſuetudinem habent nomina inventa quibus utuntur, ut pote tantum lactis quod ſeracium poſſit fieri, vocant Immi, & octo Immi dicunt Seſter, idemque Seſter nihil eſt aliud niſi 8. Seracia, unumquodque autem Seracium ſequuntur octo caſei.*

SESUERIUM, in Geſtis DD. Ambaſiæ cap. 5. n. 1. *Sub talamo turris nocte abſtruſi, ſeſuerio perforato, ſummo diluculo cabulis impoſitis ad ſumma aſcenderunt*. Canalis fortè, quo egeruntur domus aquæ ac ſordes, noſtris, *Eſvier*.

SETA. Ugutio, *Sericum, quod vulgò dicitur Seta*. Italis *Seta*, noſtris *Soie*. Charta Dalmatica an. 1118. apud Joan. Lucium lib 2. de Regno Dalmat. cap. 8. *Tributum dare omni anno libras de ſeta ſerica decem*, &c. Alia an. 1197. apud Ughellum to. 7. pag. 1275. *Unam zoram de ſeta rubea*, &c. *Seta cruda*, apud Richardum de S. Germano an. 1221. Non deſunt qui opinantur vocem hanc Græcam eſſe: quippe Heſychio & Suidæ, [illegible], [illegible], eſt σκώληξ, ſeu vermis, qui net ſericum. Malim à ſetis porcorum: unde

Seta, pro quovis pilo uſurpatur. Edictum Rothàris Regis Longobardorum tit. 105. §. 23. *Si quis* [illegible]

caballo alieno caudam capillaverit, id eſt ſetas traxerit, &c.

Setaciare, *Cribrare*, in Gemma, quod cribra ex ſetis porcinis vel potiùs pilis equinis confecta ſint. Jo. de Janua: *Setatium inſtrumentum purgandi farinam. Setatiare, farinam purgare.*

Setancia. Vide *Sitarcia.*

Setena. Vide *Hundredum.*

Seticus, Modus agri. Charta Caroli C. pro Eccleſia Centulenſi, apud Hariulfum l. 3. c. 7. *In pago Belvacenſe in loco qui dicitur Gellis, ſetici ſex & de vinea aripennes 8. & in Rivisfcurte ſeticis duobus, & de vinea aripennes 6. & in Quentnico ſeticis duobus. — in Aſco ſeticis duobus, in Aviſnis manſum unum* &c. Alia ejuſdem Caroli cap. 9. *Reconiſmontem cum ſeticis & terris.* Alia rurſus c. 16. *In villa quæ dicitur Vallis, ſeticum indominicatum habentem quadrellos 130. & de vineis bunnaria 2.* Notitia an. 937. Indict. 11. in Tabulario Eduenſis Eccleſiæ: *Invenerunt — in villa Tilionaco ſeticum indominicatum ſupra fluvium Ararim, cum granea, & horto, & curti.*

Sedlicus. Charta Ludovici Ultramarini Regis Francor. pro Eccleſia Noviomenſi apud Vaſſorium in Annal. Eccl. Noviom. pag. 695. *Sunt itaque eadem Abbatiola in ſuburbio Noviomagenſi, quarum una dicitur S. Mauricii, quam fratribus S. Medardi intra mœnia civitatis cum Eccleſiis & omni integritate largitus eſt, excepto ſedlico uno cum camba, quæ ſanctimonialibus S. Godeberta tribuit.*

Setnicus, vel *Satnicus*, Dignitas in Regno Croatiæ & Dalm. cujus non ſemel mentio in vett. Chartis Regum Dalmatiæ apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. p. 85. & 99. Sic autem dicebatur qui præerat regioni, quæ centum armatos dare poterat. Huic poſtea ſucceſſit illa quæ *Kneſorum*, dicta eſt: ita Comites vocant.

Setzena. Charta an. 1210. apud Columbum in Epiſcopis Vivarienſibus: *Ad hæc prædictus Comes reddidit Epiſcopo unam Setzenam, quam ſibi acquiſierat à Stephano de Tauriaus de feudo de Tauriang, retenta ſibi quarta parte*, &c. Vide *Sexagena.*

Setreketel. Vide *Ketel.*

Setterdays Slopp, apud Scotos piſcationis prohibitio à die Sabbati poſt veſperas, uſque ad diem Lunæ poſt ortum ſolis, ex Alexandri II. Regis Scotiæ Lege cap. 16. §. 1. ubi Skenæus.

Seu pro, *Et*, conjunctiva. Occurrit paſſim.

Seucis, Vide *Canis Seguſius.*

Seudotyrum. Vide *Pſeudotyrum.*

Severinus *quaſi Severitate judiciaria dicitur.* Papias.

Seugius. Vide *Canis Seguſius.*

Seuverp. Charta Manaſſis Comitis Giſnenſis an 1124. in Tabulario S. Bertini: *Communiter autem prædicti homines, ſi naves inter Peterſe & Hilderneſſe mihi adducta fuerint, & ſi fortuna mihi ſive in Seuverp, ſeu in aliquo fortuitu adveniente, ſervitio eorum indiguero, quæ de illo adventu afferenda ſunt, ad Caſtellum meum — afferent.*

Sewaræ, Foſſæ, inquit Spelmannus, in locis paluſtribus ad eliciendas aquas: ſic opinor dictæ, quod liminum loco eſſent, & mariſcos à ſe invicem dividerent, à *Sevrer* voce Gallica, quæ *Separare* ſonat; ſervaturque in pueris, quibus nutricis mamma ſubducitur. Charta Ethelbaldi Regis apud Ingulfum: *Cum aqua vocata Aſendik, verſus Aquilonem, ubi communis Sewera eſt inter Spaldelinge, & dictam inſulam.* Charta Edw. III. Regis Angl. to. 1. Monaſtici Anglic. pag. 815. *Ad ſupervidendum wallias, foſſata, gutteras, ſeweras, pontes, calceta, & gurgites in partibus de Keſteuene*, &c. Vide *Landea.*

Severalis. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 509. *Et prædictas 40. acras terræ prædictas ſeverales.* &c. Vide *Separalis.*

Sexagena. Speculum Saxon. lib. 2. art. 48. §. 8. *Ubi decima ſolvitur in campo, decima Sexagena dabitur atque bona, vel decimus manipulus.* §. 10. *In multis locis deputata & certa annona in Sexagenis, ſub certo numero, nomine decimæ, & agnus de ovili unus curiæ pro decima datur.* §. 10. *Ubi decima ſolvitur, ut diximus, in ſexagenis, funiculus duarum debet eſſe ulnarum à pollice incipientium, per quem manipuli ligabuntur.* Alii codd. habent, *Si ſolvitur decima, ut dictum eſt, in capitibus ſeu Sexagenis*, &c. Chronicon Montis-Sereni pag. 172. *Accidit autem die quadam ut unus fratrum ex junioribus lignum unum ex his quæ per Sexagenas numerari ſolent, ut operis quippiam ex eo faceret, peteret*, &c. Vide *Setzena.*

Sexagesima, inquit Alcuinus lib. de Divin. offic. *initium ſumit ſequenti dominica poſt Septuageſimam, & finitur quarta feria Hebdomadæ Paſchalis.* Ordo Romanus: *Inde dici poteſt, quia 60. ſunt dies uſque ad medium Paſcha, quod eſt feria quarta Paſchalis Hebdomadæ.* Vide Alcuin. in Epiſt. ad Carolum M. Amalarium lib. 1. de Eccl. offic. c. 2. Rabanum lib. 2. de Inſtitut. Cleric. c 34. Rupert. lib. 4. de Divin. offic. cap. 7. Honorium Auguſt. lib. 3. c. 39. 48. Hugon. à S. Victore lib. 3. Obſerv. Eccl. cap. 1. &c.

Sexta, Officium Eccleſiaſticum diurnum, quod horâ ſextâ canitur. Gregorius Turon. lib. 10. ubi de Epiſcopis Turon. n. 15. de Injurioſo Epiſcopo: *Hic inſtituit Tertiam & Sextam in Eccleſia dici, quod modo in Dei nomine perſeverat. Curſus horæ ſextæ.* in Codice Carolino Ep. 71. Vide Durandum lib. 6. c. 7. & ſupra in V. *Hora.*

Sextaneus *limes.* Vide Gloſſ. Rigaltii ad Agrimenſores.

Sextarata, *Sextarada*, *Sextariata*, Modus agri, ager certi ſementis ſextariorum numeri capax; tametſi poſtmodum ad ſilveſtres & pratenſes terras vox poſtmodum tranſlata: *Seſterée de terre*, in Conſuet. Arvern. cap. 31. art. 61. Marchiæ art. 310. 420. Pictav. art. 190. 289. Dunenſi art 25. *de Troy* in Biturigib. art. 1. apud Thomaſſerium, &c. Epiſtola Gaufridi de Meduana to. 2. Spicilegii Acheriani p. 507. *Dedi etiam ducentos modios terræ ad opus ruſticorum veſtrorum, quos Sextariatas dicitis.* Tabularium S. Andreæ Viennenſis: *Donat præterea unum curtile juxta eandem Eccleſiam, & quandam partem telluris, quam agricolæ tres Sextariatas dicunt*, &c. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 10. *Et in augmento dederunt unam ſextaradam terræ juxta prædictum manſum*, &c. Charta an. 1261. in Probat. Hiſt. Caſtenereæ p. 30. *Quinque ſextariatas terræ tam in boſco quam in terra*, &c. Charta Alphonſi Comitis Pictav. & Toloſæ an. 1270. apud Catellum in Comitib. Toloſanis p. 395. *Sub deverio 2. denariorum Toloſanorum pro qualibet ſextariata terræ, prati, vel vineæ*, &c. Tabularium S. Joannis Angeriacenſis an. 1031. fol. 96. *Reddo medium junctum de prato, & 4. ſextaradas terræ arabilis.* Tabularium S. Dionyſii de Capella Diœceſis Bituric. ch. 37. *Sextaradam terræ ſuper Segreia, pratum, ubi ſambucus eſt, & olcham de Lempant, & ſextaradam terræ ad quendam rivum, & olcham ſuper quendam rivulum*, &c. Ibidem c. 104. *Cartalata terræ, Eminata terræ, Sextariata terræ.* Vide Joffredum in Nicienſibus Epiſcopis pag. 182. Guichenonum in Probat. Hiſt. Breſſenſis pag. 106. Gariellum in Epiſcopis Magalonenſib. pag. 133. &c.

Sextariaticum, *Sextarale*, *ſexteragium*, *ſextaralagium*, &c. quod pro ſingulis frumenti aut alterius grani ſextariis domino exſolvitur. Gregorius M. lib 10. Epiſt 42. *Valde autem iniquum & injuſtum eſſe proſpeximus, ut à ruſticis Eccleſiæ de ſextariaticis aliquid accipiatur, & ad majorem modium dare compellantur, quam in horrea Eccleſiæ infertur. Unde & præſenti admonitione præcipimus, ut pluſquam decem & octo ſextariorum modio nunquam à ruſticis Eccleſiæ frumenta debeant accipi.* Nihili eſt quod hic auguratur Ludovicus de la Cerda. Neſcio an huc pertineat vetus inſcriptio,

quam profert Gruterus 223. 2. adſcripta ſextario æreo rotundo infra largiori P. VI. alto IVS craſſo tertia parte grani: SEXTARIALIS. EXACTA. T...... DD. NN. ARCADII. ET. HONORII...

Sextarale, Sextariale. Charta Michaëlis Archiep. Arelatenſis an. 1214. in Regeſto Carcaſſonenſi, quâ Comiti Montis-fortis concedit Belluincadrum, *& pedagia ſive in aqua, ſive in terra, leſdas, quintale, cordam, furnos, ſextariale, juriſdictionem, juſtitias, firmancias, trezenos*, &c. *Sextarale*, apud Plantavitium in Epiſcopis Lodovenſibus pag. 240. *Sextaralicum*, apud eundem pag. 106. *Cum medietate firmantiarum, juſtitiarum, furnaticorum, & omnium aliorum jurium excogitatorum & excogitandorum.* Charta Willelmi Montiſpeſſulani Domini an. 1103. *Seſtadaricum dono vobis de omni blado, de omni legumine, de farino, de linoſo, de cannaboſa, & de caſtaneis Longobardorum, ſi menſurantur cum ſeſtairale vel eminale.* Aliud videtur ſignificare *Seſtairale*, in Charta Alamannica Goldaſti 33. *Confinit — de alinm in via, & 2. medarios, in ipſo loco, in ipſo agro, & 1. ſeſtairale in roncale confinit in Leones ex alia parte ipſo Magno.* Ubi *Seſtairale* idem videtur quod *ſextariata terra.*

Seſteragium. Charta an. 1270. in M. Paſtorali Eccleſiæ Pariſienſ. lib. 23. ch. 37. *Super telonео & ſexteragio, quæ dicebat ſe habere in terra ipſorum.* Tabularium Corbeienſe: *Tout li ſeſterage des grains c'on vent, en acate, on mes en grenier en ladite ville, appartient à lui. (à l'Abbé.)*

Seſteralagium Charta an. 1203. in 30. Regeſto Tabularii Regii ch. 240. *Pedaticis, leuſdis, furnis, ſeſteralagiis, firmanciis, juſtitiis, & reditibus*, &c.

Seſterlagium, in Charta Radulphi Comitis Sueſſion. an. 1209. *Item Canonici renuntiaverunt omni juri quod habebant, vel habere ſe dicebant, in ſeſterlagio centum modiorum bladi, quos monachi vendere liberè poſſunt, abſque omni ſeſterlagii ſolutione.*

Sexteyralitium, in veteri Charta apud Gariellum in Epiſcopis Magalon. p. 90.

Sextalagium. Charta Guillelmi Archiep. Remenſis an. 1182. *Si quis ſextalagium noſtrum aſportaverit, vel detinuerit, foriſfactum nobis per 60. ſolidos emendabit.*

Strelagium, idem quod *Sexteralagium*, apud Hemereum in Auguſtâ Viromand. p. 132. *Barillagia, ſtrelagia, menſura*, &c. Charta Joan. Comitis Sueſſionenſis an. 1260. apud Rainaldum in Hiſt. Sueſſ. *Franchement ſans paier tonlieu, ſtrelage, ou autre debit, ou autre couſtume.*

SEXTARIUM, vel *Sextarius*, Menſura liquidorum & aridorum. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul cap. 5. *Ita & in unius horæ ſpatio pluſquam unum ſextarium* (olei) *redderet vaſculum, quod quartarium non tenebat.* Adalardus in Statutis Corbeienſib. lib. 1. cap. 4. *De potu autem quotidie detur modius dimidius, id eſt ſextaria 8.* &c. *Le Roman de Girard de Vienne* MS.

Dou meillor vin li portez un ſeſter.

Apud Anglos *Sextarius vini continet 4. jalones*, in Fleta lib. 2. c. 12. §. 11. *Sextarius farinæ*, apud Walafridum Strabum in Vita S. Galli cap. 28.

Sextarius vini. Præſtationis ſpecies apud Ambianos, quæ à rei cujuſpiam immobilis, ſeu prædii, vel domus venditore, domino fiebat. Charta anni 1172. in Tabulario Eccl. Ambian. *Si mortuo marito mulier vidua ſibi vel hæredibus ſuis terram relevavit, & poſtea maritum accepit, maritus ille 6. tantùm denarios pro ſextario vini dominis dabit, & abſque calumnia dominorum terram excolere poterit.* Alia ibidem an. 1206. *Pro venditione etiam tertius decimus nummus debet exſolvi ab illo qui vendidit; qui autem vivit, ſex denarios tenebitur ſolvere pro ſextario vini.* Vide *Chirotheca, Wantus.*

SEXTERIUM, Pars civitatis, quaſi ſexta pars, ut *quarterium*, quarta. Vox nota Venetis. Concilium Ravennenſe an. 1311. c. 30. *Et ut pauperibus verecundis valeat provideri, in quolibet quarterio vel ſexterio eu ubilibet civitatis — quolibet anno eligantur quatuor vel ſex — qui quæſtam requirant pro eleemoſyna hujuſmodi pauperibus facienda.* Vide Hiſtoriam Belluneuſem pag. 110.

SEXTORIUM. Juncta Bevagnas in Vita B. Margaretæ de Cortona c. 3. *Sæpe in cella nuda remanſit, nunc involuta ſextorio, nunc alterius coloris operta tunicula, vel mantello.* Ubi viri docti legendum putant *textorio*: ego verò malim *ſercotio*: fuit enim *ſercotium* veſtis mulierum.

SEXUS, Genus, ſpecies, vel potius diverſitas. Conſtitutio Chlotarii Regis an. 560. cap. 3. *Nec quicquam aliud agere aut judicare quàm ut hæc præceptio ſecundum Legum Romanarum ſeriem continet, vel ſexus quarundam gentium juxta antiqui juris Conſtitutionem olim vixiſſe dinoſcitur, ſub aliqua temeritate præſumant.* Neque fortè aliter vox *ſexus* capienda in Concilio Duziacenſi I. pag. 293. edit. Cellocii, ubi *generis diverſi ac ſexus pecunia*, idem videtur quod in Teſtamento Aldrici Epiſcopi Cenomanenſis, *pecunia diverſi generis* appellatur, hoc eſt pecudes diverſi generis, boves, caballi, oves, & ſimiles: *Omnia quæ ibi habuit, aurum, argentum, veſtimenta, pannos plurimos, annonam, vinum, & generis diverſi ac ſexus pecuniam, — per vim abſtulit.* Ubi *pecunia diverſi generis ac ſexus* non poteſt ſumi pro auro & argento, quod antea expreſſum eſt, uti vult Cellotius. Eadem, ni fallor, ſeu potiùs contraria ratione capienda verba formulæ 7. ex Baluzianis: *Et aliam rem quantumcumque viſus ſum habere, aut inantea laborare potuero, tam peculium, præſidium utriuſque generis ſexus, aurum, argentum, drapalia*, &c. Nam cùm *præſidium* qualvis facultates ſignificet, ac præſertim pecuniam numeratam, voce *præſidii utriuſque generis ſexus* videntur intelligi *aurum & argentum*, quæ conſequenter deſcribuntur explicationis gratiâ. Nolim tamen id præfractè aſſeverare, præſertim ex form. 28. ubi *omne genus pecudum* habetur.

Sexu debilitatus, *caſtratus*, in Gloſſis antiquis MSS.

SEXXAUDRUS. Pactus Legis Salicæ tit. 73. *de cultello ſexxandro: Si quis alteri cultellum furaverit*, &c. Vox, inquit Wendelinus, compoſita ex *Seiſſe*, Germanis *Sachs*, falx, falcatus gladius ad feriendum cæſim, quod *hauven* dicunt: unde *hauver*, vel *hauder*, id genus gladii, noſtris *Coutelas*. Vide *Saxa*.

SEZE. Vide *Batuda*.

SFIERSIERN. Vide *Sfurſiern*.

SFURSIERN. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ c. 15. *Ubi ſi reus factum inficiando comparuerit, negationem ſuam probare tantùm ferri candentis judicio permittatur, quod in lingua patria* Sfurſiern *inde meruit appellari.* Ita lib. 13. cap. 2. At paulò aliter lib. 7. cap. 6. *Ad candentis ferri judicium admittetur, quod* Sfierſiern *lingua patria nominatur.* Rurſum cap. 8. *Ut actores præcedente juramento, per igniti ferri judicium ſe defendat, quod* Trygſiern *in lingua patria nominatur.* Eſt autem veteribus Danis *iern*, ferrum. Vide *Ferrum candens*.

SGARRETARE. Mamotrectus ad cap. 11. Joſue, & ad 1. Paralip. cap. 15. *Subnervare, ſgarretare per inciſionem nervorum tibialium.* Itali *Sgarrettare* dicunt.

SGARMIGLIATUM, Tributi ſpecies apud Italos. Computum Theſaurariæ urbis Bononiæ in Italia an. 1364. ex Bibl. Regia: *A Primirano — conductore dacii Sgarmigliati pro uno anno incœpta*, &c.

SGOLONATUS, vox Italica, Elumbis. Occurrit in Miraculis B. Simonis Tudertini n. 16.

SHAWALDRES. Henr. de Knyghton an. 1318. *Cumque in partes Scotiæ veniſſet, inculcavit eos Dominus Gilbertus de Midelton Miles cum aliis elegantibus Shawaldres, & eos de omnibus bonis ſuis ſpoliarunt.* Vox ignota Somnero, qui vocem Gallicam *Chevaliers*, equites,

hic effingi ſubodoratur.

SHREDARE, Putare, reſecare. Vox Anglica, *Shred.*
Modus tenendi hundredum pag. 124. *Dicunt quod om-*
nes cuſtodes foreſtæ à tempore quo non extat memoria, uſi
fuerunt loppare & ſhredare arbores prædictas, & ligna
ſic loppata & ſhredata ad uſum ſuum proprium aſpor-
tare, &c.

SHEWING, Eſt quietum eſſe, cum attachiamentum in ali-
qua curia, & coram quibuſcumque in querelis oſtenſis,
& non advocatis. Sic Raſtallus. *Shewyne*, habetur in
Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 976.

SHIPWRECH. Vide *Naufragium*.

SHIRA. Vide *Scyra*.

SHOPA. Vide *Schopa*.

SIBI, Pro *ſe*, quod habent aliæ loquendi formulæ, ubi de
Sacramentis: Lex Friſion. tit. 1. §. 9. *Sibi duodecimus*
juret, ubi tit. 14. §. 1. 3. 4. 5. *Sua duodecima manu ju-*
ret. Tit. 2. §. 5. *Sibi quarto ſacramentum juret*. Lex
Ripuar. tit. 33. §. 2. *Sibi ſeptimus in arabo conjuret*.
Occurrit eadem formula eod. tit. 58. §. 5. tit. 66. & in
Lege Longob. lib. 1. tit. 19. §. 2. tit. 23. tit. 25. lib. 2.
tit. 21. tit. 28.

SIBIA, *Equorum frena*, in Gloſſis MSS.

SICA. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 130. *Scilicet de mu-*
ro antiquo per longum ſuam (f. ſicam) *& ita per Irthin*
uſque ad locum ubi Cambec cadit in Irthin, & ſurſum per
Cambec uſque ad ſicam quæ deſcendit de nigra quercu.—
& ex alia parte nigræ quercus uſque ad ſicam Paiterke-
ved, quæ cadit in King, &c.

Sicka. Idem Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 883. *Cum*
toto dominico in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in
viis & aquis, in ſickis & moris, &c. Somnerus in Gloſſ.
Saxon. ſich, ſulcum, vel potius ſulcum aquarium, lacu-
nam, liram, elicem, &c. interpretatur, indeque vocem
Sichetum, ortam cenſet, quam habet Monaſticum Anglic.
to. 1. pag. 764. *Et ſic à dicta inferiore parte dicti mon-*
tis directe extranſverſo uſque ad quendam ſichetum ver-
ſus Auſtrum juxta inferius caput de le Nomepolle, &c.
Infra: *Et ſic ſequendo quendam ſichetum qui currit uſ-*
que ad boſcum, &c. Mox: *Et ſequendo ſic quendam ſi-*
chetum uſque ad quandam aquam quæ vocatur &c.

Sikettus. Idem Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 426. *De*
tota terra infra has diviſas, in territorio de Langliſcrit,
ſcilicet in longitudine inter duos ſikettos, quorum unus
cadit inter Norwayſ & Waitura, & alius cadit in-
ter &c. Pag. 454. *Deſcendendo Scipenleyclogh uſ-*
que ad proprium ſikettum, qui venit ab occidente, & cur-
rit verſus Orientem, & deſcendit in Scipenleyclogh, &c.

SICARIA. Charta Philippi Regis Franc. an. 1317. apud
Argentræum in Hiſt. Armoric. lib. 5. cap. 34. *Item*
villam & caſtellaniam de Pontrieu, ac ſalſariam de ſan-
cto Gilda, cum omnibus feodis & retrofeodis, dominiis,
firmis, bladis, molendinis, ſicariis, juribus & aliis emo-
lumentis, &c. Vide an idem ſonet quod *Sica* & *Sichetus*.
Vide *Siccaria*.

SICARIE, Proditoriè, per *Sicarios*. Laurentius Leodienſis
in Hiſt. Epiſcopor. Virdunenſium: *Duce quoque Gode-*
frido Gibboſo in Friſia ſicarie mortuo, &c.

SICCA, Sepia, piſcis, Gall. *Seiche*. Regeſtum Caſtri Li-
di in Andibus pag. 31. *Si mercator in foro vendiderit*
millenarium ſuum de harenc, nummatum de harenc red-
diderit, & non elegerit. Millenarius ſiccarum 4. den.
centum, ob.

SICCA, pro *Sica*, Pugio, enſis. Gregorius Turon. lib. 9.
cap. 19. *Et ſtatim extinctis luminaribus, caput Sicharii*
ſicca divìdit. Cap. 36. *Sica* ſcribitur: *Et elevans ma-*
num cum ſica, caput hominis libravit.

SICCARIA, Agri portio ubi ſiccantur panni eloti. Areſ-
tum Parlam. Pariſ. 10. Jan. 1320. *Super debato ſaiſi-*
næ quarundam ſiccariarum pertinentium ad dictum Mi-
litem, &c.

SICCATORIA. Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 11. *Ca-*
daver in camino domus ſuper cineres prono ore compoſuit,
& inſtrumentum deſuper pendens, quod Siccatorias vo-
cant, ſuper eum dejecit, ut putaretur quia ſic eum ma-
chinæ caſus obtuderit.

SICCATORIUM, in Gloſſis Saxon. Ælfrici, cẏln, vel
aẏꞇ. i. fornax, vel .... Canones Hibern. lib. 51. cap.
9. de Ballivis: *Si verò foras exierint ultra ſiccatorium,*
dominus reddet ſi aliquid mali fecerint.

SICCISCUS. Chronicon Fontanellenſe pag. 246. *Ad ſac-*
cos quindecim comparandum griſeos ſicciſcos, unde cap-
pa fiant, lib. 10.

SICERATORES, *id eſt qui cerviſiam, vel pomarium, ſive*
piratium, vel aliud quodcumque liquamen ad bibendum
aptum fuerit facere ſciunt, in Capitulari de Villis c.
45.

SICHA, *Sichetus*. Vide *Sica*.

SICHIA, Navis ſpecies. Sanutus lib. 3. part. 13. cap. 10.
Sequenti vero anno idem Rex cum Hoſpitalariis & Tem-
plariis armaverunt ſeptem galeas, & quinque ſichias,
&c. Fortè *ſagittas*. Vide *Sagitta*.

SICKERBORG. Vide *Wrang*.

SICINIUM. Vide *Bicinium*.

SICILIS, ἀρβύλος, in Gloſſario Gr. Lat. MS. editum ap-
præfert. Eſt autem ἀρβύλος *Culter ſuto-*
rius apud Nicandrum.

SICLA, *Siclus*, *Sigla*, Menſura liquidorum. Apud Græ-
cos & Latinos *Sicel* eſt quarta pars unciæ, & ſtatera
medietas, drachmas appendens duas: apud Hebræos
verò eſt unciæ pondus. Vide Cujac. lib. 12. Obſerv.
cap. 40. Lex Alamannor. tit. 22. *Servi Eccleſiæ tribu-*
ta ſua legitimè reddant, 15. ſiclas de cerviſa, porcum
valentem tremiſſe uno, &c. Capitula Caroli M. an 797.
edita ab Hoiſtenio cap. 11. *Mel verò pro ſolido boriren-*
ſes ſigla 1. & medio donant: Septemtrionales autem 2.
ſiclos de melle pro 1. ſolido donent. Bonifacius Moguntinus
Arch. Epiſt. 100. *Abſtulit — duas armillas aureas*
& 5. ſiglas aureas valentes pretio 300. ſolidorum. Chartæ
Alamannicæ Goldaſti *Siclas*, *Siglas*, & *Seglas cer-*
viſæ, promiſcuè habent n. 42. 49. 59. 67. & 69.

Σικλα etiam hac notione occurrit apud Græcos Scri-
ptores. Theodoritus l. 4. Hiſt. apud Joan. Damaſcenum
lib. 3. de Imaginib. pag. 191. edit. Rom. ubi de quo-
dam Olympio Ariano: Καὶ φησὶν ὁ Ὀλύμπιος, ἄνδρα τι-
νὰς ... ἐπέδωκε μοι κατὰ τῆς προσφορᾶς, καὶ τρεῖς
... ..., καὶ λέγοντά μοι, &c. Ex quo
emendandi Victor Tunnenſis, & Ado Viennenſis, qui
hoc loco habent, *immiſſis tribus igneis jaculis*: legendum
enim *ſiculis*, vel *ſiclis*, ut habet Iſidorus Hiſpalenſis
in aliquot codd. nam alii præferunt etiam *jaculis*. Quip-
pe

Sicula, eadem notione occurrit in Capitulari de Villis c.
9. *Volumus ut unuſquiſque judex in ſuo miniſterio menſu-*
ram modiorum, ſextariorum, & ſiculas, per ſextaria
octo, & corborum eo tenore habeat, ſicut & in palatio ha-
bemus. Acta Murenſis Monaſterii pag. 59. *Cum autem*
venerit tempus vindemiæ — poſt vindemiationem & uva-
rum calcationem in cellarium noſtrum muſtum importare
(debet,) *ſextam aut ſiculam ſibi habere, quæ ſicula ſi-*
gnata debent eſſe ad conſtitutam menſuram.

Siclus eadem perinde notione. Capitula Caroli M. an.
797. edita ab Hoiſtenio cap. 11. *Duos ſiclos de melle pro*
uno ſolido donent. Charta Henrici IV. Imp. an. 1114.
in iiſdem actis Murenſis Monaſt. pag. 22. *Unum mal-*
trum de frumento, & unum fruſchingum, & unum ſiclum
de vino, &c. Vide *Silina*.

Ciclum, pro *Siclum*. Noticia an. 1113. apud Perardum in
Burgund. pag. 106. *Eccleſiam & atrium violaverunt,*
cicla ſciderunt, vina fuderunt, annonas ſparſerunt,
&c.

Sicla, Moneta, ſeu Ædes in qua cuditur: Italis *La-*
ſeca, ſic dicta Arelatenſibus à ſiclo vulgari Judæorum
ibi habitantium. Conventiones inter Ludovicum II.
Regem Siciliæ & Arelatenſes anno 1385. art. ...
Item quod dictus Rex & Comes teneatur ...
teneantur tenere ſiclam ...
& argenteas & alia ...

SICLADES. Vide *Cyclades.*

SICLÆ, *Aves minores perdicibus; majores verò turdis.* In Gloſſ. Medico MS. Reg. cod. 1486.

Siclinus color, cujuſmodi eſt ſiclarum, avium ita dictarum. Conſtantinus Afric. lib. de Urinis cap. 1. *Siclinus autem coleram nigram abundare ſignat.*

SICLARII *Apuliæ*, apud Petrum de Vineis lib. 3. Ep. 14. Fortè iidem qui Monetarii. Vide *Siclæ.*

SICLINUS. Vide *Sicla.*

SICLO; idem quod *Siclus*, ſeu uncia apud Hebræos. At aliud ſonat apud Anaſtaſium in Gregorio IV. pag. 167. *Canthara cum thymiamaterio penſ. lib. tres, ſiclonem unum penſ. libras tres.* Vide *Sigla.*

SICLUS, apud Hebræos moneta notiſſima, de cujus pondere & pretio multa commentati ſunt qui de re nummaria ſcripſere Budæus, Scaliger, Villeboldus Snellius, & alii. Gloſſæ MSS. *Siclus; uncia apud Hebræos; apud Lat. quarta pars unciæ. Secundum alios ſiclus 4. obolos continet, obolus 12. denarios.* Ita porrò etiam neſcio quam monetam appellarunt recentiores, atque inprimis Germani, quibus *Sichel* dicta Gloſſæ antiquæ MSS. *Sicilicus, qui Latina lingua corruptè Siclus dicitur: idem & Sichel.* Annales Francor. Fuld. an. 850. *Unus modius de frumento Moguntiaci vendebatur 10. ſiclis argenti.* Henricus Imp. de Conventione pacis publicæ an. 1051. apud Goldaſtum: *Si quis ſicli unius aut duorum pretii furtum aut prædam fecerit*, &c. Acta Murenſis Monaſterii pag. 51. *Perſolvunt cenſum de auro quod appendit ſiclum, quo in 5. partes diviſo, nobis dantur tres partes, & participibus noſtris duæ; ſic que aurum noſtrum appendit ſex nummos & dimidium.* Ditmarus lib. 6. pag. 75. *Presbyteris & Diaconis veſtitum ſumret 8. ſiclis, Subdiaconis autem & inferioribus, 4. adauxit.* Conradus Uſperg. in Henrico III. *Cum tanta alimentorum abundantia militiam ſuam Chriſtus deduxit, ut aries nummo, boſque ſiclo veniſſet.*

Siclus etiam apud veteres Anglos monetæ ſpecies fuit. Albinus, ſeu Alcuinus, in Epiſtola ad Colcum, inter Hibernicas: *Et per ſingulos Anachoritas tres ſiclos de puro argento.* Egbertus in Dialogo de Eccleſiaſtica inſtitutione pag. 98. *Quiſquis verò fratrum contra interdicta venerabilium Canonum transfugam Clericum vel Monachum ſine literis pacificis ſuſceperit, & conventus in hac obſtinatione perduraverit, reddat quod ſtatutum eſt, 30. quidem ſiclos, 15. verò Epiſcopo loci, 15. Abbati cujus Monachum ſine nutu Prioris ſui ſuſceperat*, &c. Infra, *Siclum* valuiſſe duobus argenteis, ſeu denariis innuit: *Laici vero qui ſacrilega ſe conjunctione miſcuerint velatis, — duplicatâ 30. ſiclorum pecunia, hoc eſt 60. argenteos volumus dare Eccleſiæ adulterantes*, &c. Adde pag. 103.

SICTOR. Tabularium Brivatenſe ch. 403. *Habet cenſum alode porcos 2. multones 2. civada ſſ. 2. agnum 1. gallinam 1. inter carrei & civadia den. 12. panes 2. de ſictore den. 2. gerbas 4.* Infra: *Et civadam totam, & gallinas 3. & ſictores, & 3. panes*, &c.

SICULA. Vide *Sicla.*

SICULUS. Pactum inter Philippum Regem Franciæ & Almarricum Vicecomitem Narbonenſem, ſuper Judæis & eorum bonis, 5. Junii an. 1309. in Regeſto Chartophylacii Regii: *Videlicet quod ex cauſa & nomine tranſactionis, pro bonis ipſorum Judæorum nos damus, & dare & ſolvere tenemur 5000. ll. Turon. parvorum fortis bonæ monetæ: Item domus liberorum Salomonis de Melgorio, in quibus ſunt tres ſiculi, & tres ſolarii, quæ conjunguntur cum Palatio dicti Vicecomitis*, &c.

SIDELWEIDEN. Vide *Zidelweida.*

SIDERATUS, Paralyſi percuſſus, ἀμόξηρος. in Gloſſ. Gr. Lat. vox [illegible] Scriptoribus nota. Gloſſ. Saxon. Ælfrici [illegible] ſideratus, ꝼæꞅunᵹe aꞅꞇoꞃꝼen. [illegible] Saxonica interpretatur, fortè [illegible] npir. cap. 14. *Facit ad lin*[illegible] *morbi Paralyſin Græci vo*[illegible] [illegible] è veterin. cap. 39. *Inventum ſi fuerit ſideratum, his agnoſcitur ſignis.* Ibid. *Maxilla ſiderata.* Adde Plinium lib. 3. de Medicina c. 16. Lex Longob. lib. 1. tit. 8. §. 25. *Si — manus aut pedes, vel quodlibet membrum plagatum aut percuſſum, ſi fuerit ſideratum, & non perexcuſſerit à corpore*, &c. Vide editionem Heroldi pag. 166. 170. 171.

Aſſideratus, eadem notione. Miracula S. Simonis Tudertini n. 14. *Quædam puella — aſſiderata brachio dextro*, &c. Vide Oct. Ferrarium in *Aſſiderarſi.*

Sideroſus. Gloſſ. Lat. Gr. *Sideroſus*, [illegible].

SIDERCUNDUS. Vide *Sithcundus.*

SIERUM, Serum lactis. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 15. *Quidam homo dedit cuidam tantum de ſiero pro tanto de muſto, quod reciperet in menſe Septembris.* Infra: *Quod qui debebat muſtum, explectaſſet primitus uvas ſuas, & ex eis muſto omnino extracto, vinacias ipſas iterum exprimeret, aqua mixtas ſicut ille qui dedit ſierum expreſſerat lac unde ſierum exierat.*

SIFORI. Vide *Silferi.*

SIGALUM; *Sigalis*, *Sigelis*, *Sigilum*, *Segula*, &c. Voces unius ejuſdemque notionis: Lat. *Secala*, Gallis *Segle.*

Sigalum. Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Sigalum, quædam annona, quæ videtur latere & ſilere inter ſpicas propter ſuam vilitatem: unde Sigalinus, Sigaliceus, Sigalonius. Unde & terra, quæ tali annona abundat, dicitur Sigalonia*: ſcilicet pagus ad Aurelianum, qui hodie *la Sologne* appellatur. Gloſſ. Lat. Gall. *Sigalum*; *Seige, gros blé.* Concilium Francoford. an. 794. c. 4. *De medio ſigali denarii 3. Panes, ſigalatii*, ibidem. *Panis ſigali, qui Turta vulgariter appellatur*, apud Udalricum lib. 2. Conſuet. Cluniac. cap. 4.

Sigalis. Capitulare Caroli M. an. 797. editum ab Holſtenio c. 11. *De annona verò hortrinis pro ſol. 1. ſcapilos 40. donant, & de ſigale 20.* Charta an. 826. apud Doubletum pag. 793. *Quas villas acceperunt memorati fratres pro ſigale modios mille trecentos.* Ermanricus in Vita S. Soli cap. 6. *Terra ibidem adjacens ſterilis eſt, nihilque pinguius ſigale gignit.* Moſchopulus lib. [illegible]

Sigelis. Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 132. *Modium unum de ſigele contra denarios 3. Modium 1. de frumento parato contra denarios ſex.*

Sigilum. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Sunt ibi avergariæ 3. ubi poſſunt ſeminari de ſigilo modii 20.* &c. Letaldus Monachus lib. Miracul. S. Maximini Miciacenſis Abbat. n. 19. *Eos ut ſtipendiarios ſigilo alebat, cæteris bonis penitus abraſis.*

Sigilla. Chronicon Malleacenſe an. 1122. *Circa 2. ſolidos fuit ſextarium ſigillæ, & ſextarius frumenti per 3. ſolidos.*

Segula, in Hiſtoria Monaſterii S. Nicolai Andegav. pag. 161.

Segallum. Ratherius Veron. in Apologetico pag. 237. *Quiſquis Presbyterorum [illegible]atim acciperet inter frumentum & ſegallum modia decem. Panis ſegalatius*, apud Fortunatum in vita S. Radegundis cap. 15. & 21. Denique

Secale, apud S. Hieronymum in Ezech. cap. 4. & in Lege Saxon. tit. 18. *Segale*, Senenſibus. Charta Ludovici Pii Imp. apud Doubletum pag. 740. *De tritico puro ad torum & hoſpitum in refectorio venientium opus modia duo millia centum: ad præbendam famulorum illis ſervientium de ſecale modia duo millia quingenta*, &c.

SIGIRONES. Conſtantinus African. lib. 5. de Morbor. curat. c. 1. *In hac quinta* (parte) *dicere diſpoſuimus, quos morbos ſecunda in epate patiatur, & ſigerones & curas, ſecundum antiquorum autoritates.*

SIGILBOTH, Sigillorum cuſtos, Camerarius Principis, vox Alemannica, à *Sigil*, ſigillo, & *both*, nuntio vel cuſtode. Goldaſt.

SIGILLA. Vide *Sigalum.*

Hhh

Sigillarius, Cuſtos ſigilli. Petrus Bleſenſis Epiſt. 191. *Cùm in Sicilia eſſent Sigillarius & Doctor Regis Guilelmi II. tunc pueri.* Apud Radulfum de Diceto an. 1180. *Walterus de Conſtantiis* dicitur *Regis* Angliæ *Sigillarius.*

SIGILLATICUM. Capitularis Sicardi Principis Benevent. an. 836. caput 27. eſt *de Sigillatico & de nuptiatico.* Sed cum textus in MS. deſit, quid hæc vox ſonet, non facile eſt aſſequi.

SIGILLATUM, ex Gallico *le Seellé.* Cognitio de *Sigillato*, dicitur de actis quæ ſigillo publico muniuntur. Vetus Areſtum apud Paradinum lib. 2. Hiſt. Lugdun. cap. 71. de Archiepiſcopo Lugdun. *Tribunal etiam notabile in dicta domo noſtra Rodana nobis cum Delphinatu Viennenſi acquiſita conſtrui feceras: in quo de omnibus caſibus, etiam de Judæis, & de ſigillato Matiſconenſi in ſolidum cognoſcere ſatagebat.* Aliàs in Gloſſis Gr. Lat. *Sigillatum*, ζῳδιωτὸν exponitur, id eſt ſigillis ſeu ſignis adornatum.

SIGILLATUS. Vide *Sigillum.*

SIGILLUM, Præceptum, epiſtola, diploma, literæ ipſæ ſigillo munitæ, ut *Bulla*, diploma bullâ ſuâ inſtructum. Gloſſ. Gr. Lat. σύνθημα, *Sigillum, Evectio.* Leo Imp. in Regeſto Petri Diaconi Caſin. n. 149. *Sufficiant omnes ſolum monſtrandum & oſtenſum noſtrum fidelem ſigillum factum per menſem Febr. 9. Indict.* In eodem Regeſto: *Sigillum factum à Mariano Antypato — & damus vobis Aligerno venerabili Abbati.* Infra: *Cum plumbea bulla iſtum præſentem ſigillavimus ſigillum noſtrum, & conceſſimus prædicto Abbati.* Habetur in eodem Regeſto non ſemel. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 2. *Prædictus Abbas ſigillum recepit, ut — ei liceret perquirere omnes heredes*, &c. Petrus Diacon. Caſin. lib. 4. c. 107. *Horum Imperator precibus inclinatus ſigillum ſuum conceſſit*, &c. Iſidorus Pacenſis æra 766. *Sigillum vel auctoritatem principalem à ſuprafatis partibus miſſam patenter demonſtrat*, &c. Charta Goffridi Comitis Andegav. pro fundatione Eccleſiæ Collegiatæ de Lochis, de Rege Lothario: *Et ut locus ab habitatoribus firmius poſſideatur, ſupradictis viris quampluribusque aliis cernentibus, ſuum mihi ſigillum dedit, quod pro magno ſuſcipiens, detuli mecum.* Will. Brito lib. 2. Philip.

Hoc mihi donavit genitor tuus, hoc meminiſti
Te mihi regali jam confirmaſſe ſigillo.

Chronicon Alexandrium pag. 902. καὶ ὡς ἐδέξατο λαβεῖν ... &c. Occurrit porrò Sigillum notione iſta paſſim, in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 18. Alaman. tit. 23. §. 4. tit. 28. §. 1. 3. In Decret. Taſſilonis §. 17. in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 20. lib. 3. tit. 3. in Capitul. 2. an. 809. c. 14. l. 3. Capitul. c. 58. in libro Uſuum Ciſtercienſis Ordinis c. 102. apud Anaſtaſium in Conſtantino PP. Adamum Bremenſem c. 22. Goffridum Vindocin. lib. 14. Epiſt. 5. Ughellum to. 1. Ital. Sacræ pag. 1023. to. 7. pag. 872. to. 9. p. 258. 385. 590. 673. 674. Rocchum Pirrum to. 1. Notit. Eccleſiar. Sicil. pag. 31[illegible]12. to. 2. pag. 20. in Epiſtola 97. ex Sugerianis, in Uſaticis MSS. Barcinonenſibus cap. 58. &c.

Sigillum in ſubſtantia alicujus imponere, apud Gregorium M. lib. 9. Epiſt. 31. quod practici noſtri dicunt, *Apposer le Seellé.* Charta Aldefonſi VI. Regis, æræ 1118. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Bened. to. 3. *Ut nullus miniſter — intra terminos Monaſterii audeat intrare, — ſeu hereditatibus quæ juris eorum ſunt per manus Saionis ſigillum ponere, ſive pro homicidio*, &c. Alia Ferdinandi Regis Hiſpaniæ æræ 1081. apud eundem Anton. *de Yepez* to. 6. *Et ſi fortè iratus cum armis vel ſine armis introierit Palatium Regis, vel in Palatium alicujus hominis, aut in villam, tam ſigillatam, ſeu in aliquem locum in quo ſigillum poſitum fuerit, & nihil inde abſtraxerit, nullam calumniam proinde ſuſtineat.* Infra: *Tam ſervus quàm ingenuus, ſeu fiſcalis, non faciat aliquot fiſcale ſervitium Regis, non reddat aliquid pro homicidio quod fecerit, ſive quod non fecerit, non rauſum quamvis fecerit, non foſſataria, non ſigillum poſitum in hæreditate Andreæ.*

Sigillum pendens, quod diplomati filo ſerico, σηρικῷ νήματι, ut loquitur Nicetas Choniates, appendi ſolebat. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

Interea proceres ſcriptis pendente ſigillo
Anglorum rector omnes vocat.

Sigillum penſile appellatur in Wichbild Magdeburgenſi art. 14. Ut *Chartes pendans*, apud Villharduinum n. 11. 98. *Lettres pendans*, in Conſilio Petri de Fontanis cap. 4. §. 28. diplomata quibus id appenſum erat dicuntur.

Penſilium ſigillorum non nuperum, ſed perantiquum uſum fuiſſe licet colligere ex iis quæ de *Bullis* obſervavimus, ubi plumbeas & aureas Bullas primitus filo aut ſerico tabulis appenſas docuimus. Sed quando cerea iſtiuſmodi ſigilla perinde literis appendi cœperint, non plenè conſtat. Video enim quoſdam, atque in iis magnum Peireſcium, exiſtimaſſe ante Ludovici VI. ævum vix conſpici: quod tamen in dubium jure vocari poteſt, cùm tradat Ingulphus pag. 901. Guillelmum Nothum horum uſum in Angliam invexiſſe, cùm antea ſolam crucem effingerent Angli: *Chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea uſque ad Edwardi Regis tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus cum crucibus aureis, aliiſque ſacris ſignaculis firma fuerunt, Normanni condemnantes, Chirographa chartas vocabant: & chartarum firmitates cum cerea impreſſione per uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum, ſub inſtillatione trium aut quatuor teſtium aſtantium conficere conſtituebant.* De cereis enim penſilibus ſigillis loqui Ingulphum omnes conſentiunt, idque firmat ejuſdem Willelmi Nothi ſigillum, quod deſcripſit Seldenus ad Eadmerum pag. 166. cujus etiam meminit Heremannus lib. de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſis cap. 4. qua quidem ætate ejuſmodi penſilia ſigilla obtinuiſſe firmari præterea poteſt, imò antea: nam Edwardi Confeſſoris diplomatibus appenſa teſtatur autor Vitarum S. Albani pag. 52. Charta Roffredi Archiepiſcopi Beneventani an. 1078. apud Ughellum: *Noſmetipſi propria manu ſubſcribendo ſigno ſanctæ Crucis illud corroboravimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri præcepimus, & demandavimus, & ſigilli inſignia appendi voluimus.* Verùm cereumne an plumbeum fuerit, ex his non liquet.

Hiſce porrò ſolis penſilibus ſigillis, nullo appoſito chirographo, muniebantur diplomata, quæ vim omnem iidem conferebant; adeò ut neceſſe eſſet ſumma cura typos ipſos ſigillarios aſſervare, ne in aliorum manus inciderent. Unde Bracton lib. 5. tract. 4. cap. 15. §. 3. *Dum tamen nihil ſit quod imputari poſſit imperitiæ ſuæ vel negligentiæ, ut ſi ſigillum ſuum Seneſcallo ſuo vel uxori traderet, quod cautius cuſtodiri debuit: cum uxor & ſigilla ad paria judicentur.* Scribit Bromptonus Magiſtrum Rogerum, cognomento *Malum Catulum*, Ricardi I. Regis Angliæ Vicecancellarium, juxta Rhodum inſulam orta tempeſtate in mari periiſſe, & *circa ejus collum ſuſpenſum Regis Sigillum poſtea repertum fuiſſe*: quod ille ſcilicet eo ſtudio ſervabat, ne in alienum jus culpa ſua cederet. Eadem fortè ratione Cancellarius Imperatoris, in ſolennibus præſertim ceremoniis, *majus ſigillum* collo appenſum geſtat, ut colligere eſt ex Bulla aurea Caroli IV. Imp. cap. 7. 23. §. 2.

Quod ſi caſu quovis amitteretur ſigillum, tum judex adibatur, coram quo qui amiſerat, ut deinceps nulla fides diplomatibus adhiberetur quibus apponeretur, proteſtabatur. Aliquot ejuſce moris exempla profert Vill. Dugdalus in Antiquitatib. Warwicenſis provinciæ p. 673. quæ hîc deſcribemus: ac primùm ſub Henrico III. *Memorandum quod publicè clamatum eſt in Banco, quod ſigillum Benedicti de Hagham, cum uno capite in medio, ſub nomine ſuo, in quacunque manu fuerit, de cætero nullum robur obtineat.* Sub Edw. I. *Memorandum quod Henricus de Perpoun die Lunæ in craſt. Octab. B. Michaelis, venit in Cancellaria apud Lin-*

colniam, & publicè dixit quòd ſigillum amiſit, & proteſtabatur quod ſi aliquod inſtrumentum cum ſigillo illo poſt tempus illud inveniretur conſignatum, illud nullius eſſe valoris, vel momenti. Denique ſub Edw. II. *Joannes E. recognovit in Cancellaria Regis ſe amiſiſſe ſigillum ſuum, & petit quod dicto ſigillo deinceps non habeatur fides.* Vide quæ de Bullis ſupra annotavimus.

In his porrò efformandis ſigillis penſilibus, cera adhibita varii coloris. Scribit Tillius ſoli Regi flavæ uſum peculiari prærogativa competere: quod etiam repetitum legitur in articulis Conventus Sangermanenſis an. 1583. adeo ut Ludovicus XI. Renatum Andegavenſem, Siciliæ Regem, inſigni privilegio donaſſe putaverit, conceſſo, ut ipſi & filiis ejus recta linea procreatis, intra Francici, atque adeo Siculi Regni fines, cera flava in ſuis ſigillis uti liceret, diplomate 28. Januar. an. 1468. & menſe Maio an. 1469. in acta Parlamentaria relato. Nam obſervatum à Bodino in libris de Republica, & Cardino Bretio lib. 2. de Suprema Regis auctoritate, erratum hac in re à ſcriba Tillii, qui ceram albam poſuerit pro flava, cum, ut ii aſſerunt, nullus unquam apud Reges noſtros albæ ceræ uſus in ſigillis fuerit: licèt contrarium aſſerat Miramontius in lib. de Cancellaria Franc. pag. 32.

Ceræ viridis in ſigillis regiis uſus potiſſimum eſt in diplomatibus, quæ vulgò *Chartres, Privileges, & Remiſſions* dicuntur. Literæ *de Chartres*, eæ dicuntur, quæ ad perpetuam rei memoriam conſcribuntur, hiſque verbis ſub initium concipiuntur: *Præſentibus ac futuris*, in quibus confectionis dies non adſcribitur, ſed tantùm menſis & annus, ut inſinuatur rem ipſam maturo ac diuturno conſilio agitatam. Color autem viridis in cera rem in perpetuo vigore permanſuram denotat. Cæteræ verò Literæ hacce formula exarari ſolent, *Omnibus præſentes litteras inſpecturis*. Sed hodie cera flava in Francicis Cancellariis quævis diplomata ſigillantur.

Cera rubea utuntur Univerſitates ac Communitates.

Cera alba in ſigillis uſos Comites Pictavenſes teſtatur Beſlius p. 538. 543.

Hodie albæ ceræ ſigilla ſpectant ſancti Spiritus Militarem Ordinem, ex Statuto Henrici III. Regis illius inſtitutoris.

In ſigillis effcti fere ſemper Equites, quorum erant, ſi ex Militari eſſent ordine, tunica loricæ inſtrata; quod ſub Joanne Rege in Anglia tum primùm obtinuiſſe ſcribit anonymus Hiſtoricus ineditus apud Dugdalum in Antiquitat. Warwicenſ. *Tempore Regis Johannis erant in ſigillis dominorum tunicæ ſuper loricis, non autem ante; erant autem tunicæ longæ ad talos.* Adjuncta deinde armorum inſignia. Idem Scriptor: *Circa annum 1218. Domini qui in ſigillis more ſolito habebant equites armatos cum gladiis, nunc in dorſo ſigillorum arma ſua poſuerunt de novo in ſcutis.* Et ſub an. 1366. *Poſt captionem Johannis Regis Franciæ, Domini atque generoſi, relictis imaginibus Equitum in ſigillis, poſuerunt arma ſua in parvis ſcutis.*

Sigillum tum primùm ſibi adſciſcebant viri nobiles, cùm ejus ætatis eſſent, hoc eſt annum ætatis 21. attigerant, atque adeo Militare cingulum conſecuti erant, cùm hanc adepti ætatem *Milites* fieri ſolerent, quod præſertim docent Stabilimenta S. Ludovici Regis Franciæ lib. 1. cap. 70. & 75. Monaſticum Anglican. to. 1. p. 810. *Pepigimus etiam eis quod — faciemus eos habere cartam & ſigillum Conani* (Comitis Britanniæ) *ad confirmationem prædictæ eleemoſynæ, cùm ipſe illius ætatis fuerit, quod terram tenere poſſit, & ſigillum habuerit.* Charta Catharinæ & Frederici filii Ducum Lotharing. an. 1255. apud Hieron. Viguerium in Hiſt. Alſatica p. 143. *Je Katerine Ducheſſe ai mis mon ſeel en ces Lettres en teſmoignage de verité: Et je Ferris Dux davant nommez uſe dou ſel de ma mere devant nommée, & tantoſt comme je ſerai fors de mainburnie, je ſuis tenu de mettre mon ſeel en ces Lettres.* Hinc in Chartis formulæ ſequentes leguntur. In Charta an. 1117. apud Auguſtinum *du Pas* in Stemmate Penteuhenſi p. 7. *Sed quia nondum Comes Gaufridus proprium habebat ſigillum, hoc nobis in ſigillo Comitis Stephani confirmavit.* Alia apud eundem in ſtemmate Dolenſi: *Et quia adhuc Miles non eram, & proprium ſigillum non habebam, quando hanc conceſſionem fecimus, autoritate ſigilli domini patris mei cartam iſtam ſigillavimus.* Charta Guillelmi Epiſcopi Ambi. an. 1226. *Girardus dominus Pinconii Vicedominus Ambianenſis donationem ſuperſcriptam factam Capitulo Ambian. recognovit, & promiſit quod quamcito Miles erit, & ſigillum habebit, dictum ſigillum apponet dictæ conceſſioni.* Charta Hugonis IV. Ducis Burgundiæ an. 1228. *Juravi dictis Divionenſibus, quod quando ad Militiam promotus fuero, eis præſentes literas innovabo, & eo ſigillo quo Miles utar, ſigillabo, & tradam ſigillatas.* Adde Morlerium in Stemmatibus Nobilium Picardiæ pag. 143.

Ex prælaudatis conficit Ducheſnius in Hiſt. Caſtilionenſi, ubi de inſignibus ejuſdem familiæ agit, & in Hiſt. Richeliana pag. 19. ſolos Milites jus habuiſſe ſigilli penſilis: quod licèt fortè verum ſit prioribus ſeculis, de poſterioribus addubitari poteſt, cùm & Armigeros diplomatibus ſigilla ſua interdum appoſuiſſe conſtet: & in Areſto 16. Aug. an. 1376. apud Tilium cap. de Militibus, referatur eum in Burgundia morem obtinuiſſe, ut Armiger Miles factus ſigillum ſuum mutaret: unde colligitur Armigeros ſigilla ſua litteris appoſuiſſe, ſed ea mutaſſe cùm Militiam conſecuti erant.

Sigillum verò *authenticum*, illud ipſum vocabant quod *pendens* dicitur, quo ſcilicet *Literæ patentes* muniuntur. Charta Henrici de Vergiaco Seneſcalli Burgundiæ an. 1246. *Quia aliud ſigillum tunc non habebam, contraſigillo meo, quo utebar pro ſigillo, præſentes literas feci ſigillari, promittens per præſtitum juramentum, quod quotieſcumque ſigillum authenticum habuero, præſentes literas vel ſimiles de ipſo faciam ſigillari.* Areſtum 5. Octob. an. 1394. contra Canonicos Lugdun. *Et eſto quod ſub ſuo ſigillo ſecreto illud conficere potuiſſent, non tamen ſub ſigillo ſecreto, ſed ſub authentico vel publico.* Statutum Ottonis Cardinalis Legati in Anglia an. 1237. apud Matth. Paris & Lindwodum: *Habeat unuſquiſque* (Archiepiſcopus, Epiſcopus, &c.) *Sigillum, puta nomen dignitatis, officii, ſeu collegii, & etiam illorum proprium nomen, qui dignitatis vel officii perpetui gaudent honore, inſculptum notis & characteribus manifeſtis, ſicque ſigillum authenticum habeatur.* Vide Butilerium in Summa Rurali lib. 1. tit. 106. 107. Chopinum lib. 1. in Conſuet. Andegav. p. 340. lib. 3. de Dom. tit. 21. n. 6. Roverium in Reomao pag. 634. &c. ubi de Nobilium & Communitatum ſigillis publicis ac autenticis: de quibus conſule præterea Concilium Londinienſe an. 1237. apud Matth. Paris p. 307.

Sigillum ſecretum, vel *ſecreti*, illud appellabant quod litteris, uti vocant, clauſis apponebatur; ad diſcrimen ſigilli majoris, quod *authenticum*, & *commune* appellatum diximus, & *Literis patentibus* ac *apertis* appendebant. Ideo autem id nominis ejuſmodi ſigillo inditum, quod illius uſus eſſet in ſecretioribus negotiis, verbi gratia in Epiſtolis, cum alterius eſſet in publicis, & quæ omnibus paterent: unde diplomata eo munitæ *Literæ patentes* indigitari ſolent. Neque tantum in privatis negotiis ſigilli ſecreti uſus erat, ſed & in publicis, cum id à tergo majoris ſeu authentici ſigilli inderetur, quod ideo *Contraſigillum* nuncupatur, quia majori ſigillo *contra* opponeretur. Interdum etiam ab ipſo majori ſigillo dependiſſe obſervare eſt. Sed & publica negotia ad pleniorem fidem, vel majus dilectionis argumentum, *ſigillo ſecreti* ſigillata legimus. Extat enim apud Miræum in Diplom. Belgic. cap. 89. Charta Henrici IV. Imp. an. 1059. pro Eccleſia Nivellenſi, in qua hæc habentur: *Henricus — Nivialenſis Eccleſia Francorum regno finitima permaximas calamitates ſæpe ſuſti-*

mus: *quod pater meus Henricus III. Imp. animo indoluit, adeo ut in conſecratione, quam ad adventum ſuum reſervari juſſerat, præſentem ſe exhibens, pignora ſacratiſſimæ Virginis Gertrudis propriis humeris ſanctuario importaret, locumque donis Imperialibus exornans, de rebus ejuſdem Eccleſiæ præceptum faceret, quodque ſpecialis dilectionis indicium eſt, non communi illud ſigillo, ſed ſecreto ſuo ſignaret.* Certè Reges noſtros publicas etiam literas *ſigillo ſecreto* muniiſſe docet Charta Joannis Regis an. 1350. apud Gallandum de Franco alodio pag. 30. Sed illud maximè factum, cùm abeſſet magnum: quod in ipſis literis exprimi ſolebat, ut apud Tilium, eundem Gallandum pag. 193. Miramontium de Cancellaria p. 35. Juſtellum in Hiſt. Turenenſi pag. 94. & alios.

Sigilla Secreti longè minoris erant formæ, quàm authentica. Iis interdum impreſſa fuere Militum inſignia, interdum familiarum quas affinitate quadam contingebant, aut à quibus originem trahebant: interdum denique figuræ quædam exoticæ pro libitu ipſorum quorum erant ſigilla: quod quidem licet omnibus advertere in ſigillis quæ à Ducheſnio & aliis Stemmatographis deſcribuntur. In Regum noſtrorum ſigillo ſecreto inſignium Scutum unico angelo ſuſtentatur.

Sigillorum Secreti, ſeu *Contra-ſigillorum*, variæ leguntur inſcriptiones, quas hîc deſcribam. *Secretum*, cum adjectione nominis, cujus eſt ſigillum, apud Juſtellum in Hiſt. Arvern. pag. 55. 57. 170. 172. 188. 189. in Hiſt. Turen. pag. 46. Ducheſnium in Probat. Hiſt. Caſtilion. pag. 35. &c. *Secretum mei*, in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 480. *Secretum meum*, apud Juſtell. in Hiſt. Arvern. pag. 173. in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 504. *Secretum meum mihi*, (ex Iſaia cap. 24.) in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 478. apud Roverium in Reomao illuſtr. 195. *Secretum eſt*, in Probat. Hiſt. Caſtilion. pag. 95. *Secretum ſerva*, in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 496. *Secretum Sigilli*, in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 522. *Secreti cuſtos*, apud Juſtellum in Hiſt. Arvernenſi pag. 47. *Sigillum ſecreti N.* in Probat. Hiſt. Caſtilionenſis pag. 198. *Sigillum ſecreti mei*, in Probat. Hiſt. Caſtilion. pag. 66. 164. *Teſtimonium veri*, in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 473. 478. 489. 491. *Sigillum veritatis*, apud Petrum Franciſcum Chiffletium in Beatrice p. 47. 109. 158. *Secretum* nudè, in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 528. Montmorenciac. pag. 105. &c. Miracula S. Catharinæ Suecicæ cap. 1. *Actum & datum — noſtro ſub ſecreto præſentibus impendente.* Charta Ducum Sueciæ an. 1304. apud Ericum Upſalienſem lib. 3. Hiſt. Suecicæ pag. 94. *In cujus rei teſtimonium, robur, & evidentiam, ſecreta noſtra, quia penes nos alia ſigilla non habemus, præſentibus duximus apponenda.* Dicitur etiam interdum *Contraſigillum N.* in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 398. 535. Caſtilionenſis p. 35. 95. Monmorenc. p. 105. Ita porrò appellatur, quòd ſigilli authentici, ſeu publici adverſæ ac poſticæ parti imprimeretur, ſic ut authentico opponeretur. Hujus uſus erat in minoribus negotiis, ut eſt in Nomaſtico Ciſtercienſi pag. 543.

Sigilli ſecreti Regii cura ac cuſtodia apud nos, *Magnum Cambellanum* ſpectabat: eoque abſente, primum Cambellanum, ut obſervatum à Tillio, quo is literas, quas *de prieres, d'eſtat, de reſponſes, & de mandemens à venir*, vocant, ſigillabat, ut eſt in Edicto Philippi Regis an. 1316. Scribit Monſtrelletus 1. vol. cap. 123. an. 1314. Dominum *de Ligne*, nobilem Hannonenſem, Sigilli ſecreti Regii Cuſtodem fuiſſe, *Garde du ſel du ſecret du Roy*: & cap. 213. Philippum Joſquinum Divionenſem ſigilli ſecreti Joannis Ducis Burgundiæ, qui quidem an Cambellani munus obierint, mihi haud compertum. Addit idem Tillius Vicecomitem *d'Aunay* in Pictonibus, tanquam Comitis Pictavorum primum Cambellanum, ejuſdem Comitis ſigillum ſecreti ſervaſſe. Apud Byzantinos Auguſtos infimi ævi, dignitas fuit, quam Παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης vocabant, penes quem erat cura ſigilli, quo Imperator epiſtolas quas ad matrem, filios, Deſpotas, Patriarcham, & alios ſcribebat, ſigillabat: cùm alius eſſet qui Παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος dicebatur, cui cubiculi Imperatorii cura incumbebat. Vide Notas ad Villhardum.

Sigilla ſecreti, ab eorum cuſtodibus in pretioſo quodam marſupio aſſervata docemur ex Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii regii an. 1350. *Pour faire & brouder les bouſſes aux ſeaulx du ſecret du Roy, de la Royne & de la Ducheſſe d'Orleans*, &c. Ejuſmodi ſigilla ſecreti

Sigilla privata dicuntur, quorum ſcilicet uſus eſſet in privatis negotiis. Fleta lib. 2. cap. 13. §. 1. *Eſt inter cætera quoddam officium, quod dicitur Cancellaria, quod viro provido & diſcreto — debet committi, ſimul cum cura majoris ſigilli regni: cujus ſubſtituti ſunt Cancellarii omnes in Anglia, Hibernia, Wallia, & Scotia, omneſque ſigilla regia cuſtodientes ubique, præter cuſtodem ſigilli privati*, &c. Apud Monſtrelletum, *Molanus* Doctor in Legibus & Decanus Sariſberienſis dicitur *Garde du privé ſeel du Roy d'Angleterre*. Guill. Gruellus in Vita Arthuri III. Ducis Britanniæ pag. 128. de eodem: *L'an 1444. en eſte vint le Comte de Suffolc, & le Privéſel d'Angleterre à Tours devers le Roy.*

Sigillum Piſcatoris, Sigillum, ut aiunt, *Secreti*, quo Summus Pontifex utitur in Epiſtolis privatis: in quo ſcilicet effingatur D. Petrus in navicula, inſtar piſcatoris retia laxantis. Epiſtola Clementis IV. PP. apud Carbonellum in Chron. Hiſpan. fol. 68. & Maſſonum: *Non ſcribimus tibi, nec familiaribus noſtris ſub bulla, ſed ſub piſcatoris ſigillo, quo Romani Pontifices in ſuis ſecretis utuntur.*

Sigillum altaris, Durando lib. 1. Ration. cap. 6. n. 34. parvus lapis, cum quo ſepulchrum, ſive foramen, in quo reliquiæ reconduntur, clauditur, ſeu ſigillatur. Alexander III. PP. apud Gregorium lib. 3. Decret. tit. 40. cap. 1. *Ad hæc ſi altare motum fuerit, aut lapis ſolummodo ſuprapoſitus qui ſigillum continet, confractus aut etiam diminutus, debet denuo conſecrari.* Statuta provincialia Walteri Epiſcopi Dunelmenſis anno 1255. *Inſuper quæ altaria fuerint conſecrata; & ſi conſecrata, ſint crucis charactere ſigillata.*

Super Sigillum clamare. Vetus Notitia Vaſconica, apud Marcam lib. 5. Hiſt. Benearn. c. 17. n. 11 *Ad id ventum eſt, ut diceretur eidem Abbati & ſenioribus S. Vincentii, quod niſi redderet ſupradictum honorem, non poſſet Principatum obtinere ſecurè ſupradictæ regionis, & favente partibus Raymundi Seguini Gaſto Principe, ſuper ſigillum & vim clamando, accipere habuerunt centum ſolidos Pictavenſis monetæ*, &c.

SIGILLUS, Alamannis *Sigel*, Epiſtomium vaſis, vel obturaculum, quod orificio, ut Apuleius loquitur, vel ori ſummo dolii inſeritur, illudque obſtruit, ſic dictum, quia eo olim vaſa ſignabantur, ut ex Hieroclis Philoſophi facetiis colligitur. Eckeardus Junior de Caſib. S. Galli cap. 5. pag. 194. *Erant autem in cellario fratrum communi duo vaſa vinaria uſque ad ſigillos adhuc plena.* *Epiſtomii* vocem uſurpat Jonas in S. Columbano lib. 1. c. 16.

SIGILLUS, ſeu *Sigillum*, Signum ſeu figura vaſculis rebuſve aliis inſculpta, adpicta, aut adtexta, quomodo Latinos vocem *Sigillum* uſurpaſſe docuit olim Lazarus Bayfius lib. de Vaſculis p. 106. Gloſſæ Lat. Gr. *Sigillum*, ἀπεικόνισμα, ζῴδιον, &c. Gloſſæ aliæ: ζῴδιον, *Sigillum*. Julius Africanus lib. 8. Hiſt. Apoſt. *Ubicumque pro ornatu templi ſigilla erant poſita minuavit.* Anaſtaſius in S. Silveſtro PP. *Fecit autem candelabra aurochalca in pedibus 10. numero 4. argento concluſa cum ſigillis argenteis.* Infra: *Ante corpus B. Laurentii martyris cluſam paſſionem ipſius, ſigillis ornatam, cum lucernis byſſinis argenteis*, &c. Ibidem: *Fecit ex metallo porphyretico ex ſculptis ſigillis pharacanthara 20. ex argento puriſſimo*, &c.

Sigillus. Hiſt. Epiſcop. Autiſſiodor. c. 10. *Dedit — Ga-*

bathum unam medianam anaſteam penſantem lib. 3. & habet in fundo ſigillos 4. & in gyro prunellas, &c.

Sigillaria, eadem notione dixit Arnobius : *Quinimmo Deos eſſe ſigillaria ipſa cenſetis.*

Sigillatus, ſigillis ſeu figuris ornatus, quomodo *vaſa ſigillata* dixit Cicero orat. 6. in Verrem. *Sigillata ſerica*, veſtes nempe, quas mimæ ferre vetantur in lege 11. Cod. Th. de Scænicis : Ζωδιωτὸς χιτὼν, apud Heſychium. Pollux : Καβίσαλος χιτὼν, ὁ ἔχων ζῶα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα, καὶ ζωωτὸς δὲ χιτὼν ἀκαλεῖτο, καὶ ζωδιωτός. *Picta veſtes* apud Latinos, quibus intextæ erant figuræ variæ. Auſonius in Gratiar. actione pro Conſulatu ſuo : *Palmatam, inquis, tibi miſi, in qua Conſtantius parens noſter intextus eſt : me beatum cujus inſignibus talis cura præſtitur. Hæc eſt picta, ut dicitur, veſtis, non magis auro ſuo, quam tuis verbis.* Ita porrò vocem *Sigillatus* uſurpat non ſemel Anaſtaſius : in Leone III. PP. *Et vela holoſerica ſigillata, habentia periclyſin, & crucem de blattin, ſeu fundato numero 15.* Infra : *Vela modica ſigillata, quæ pendent in arcubus minoribus* &c. Idem in Paſchale : *In jamdicto altari obtulit veſtem albam ſigillatam cum roſulis, habentem in medio crucem de blattin cum pſillis.* In Leone IV. *Fecit veſtem ſericam albam ſigillatam cum gammadiis*, &c. Infra : *Vela alba holoſerica ſigillata.*

Sigilum. Vide *Sigalum*.

Siginor, Dominus, Bonfinio ad Leges Hungaricas. Vide *Senior*.

Sigitula. Gloſſarium Saxonicum Cottonianum : ſpecmaze, *Sigitula, lardarıolus*. Voces incertæ notionis Somnero.

Sigla, Velum, à Saxon. ſegl, Teuton. *Seghel*, & *Saeghel*, Anglis *a Saile*. Leges Ethelredi Regis editæ apud Venetyngum cap. 24. *Ad Bilynggeſgate ſi advenıſſet una navicula, unus obolus theloneı daretur : ſi major, & habet ſiglas, 1. den.* Le Roman de Vacces MS.

Car li envoie ſes homes & à ſigle & à vage.

Ibidem :

Donne trieves trois mois ſans perte & ſans damage,
N'iras mès par beſoin à ſigle, ne à vage.

Siglare, Plenis velis navigare, Gall. *Singler*. Nangius in S. Ludovico an. 1269. *Die Mercurii ſubſequenti — velum fecerunt iſtæ 4. naves ſupradictæ, & tota die illa cum die Jovis ſubſequente cum vento ſatis proſpero ſiglaverunt.* Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS. in Henrico I.

Bon vent orent, par mer ſiglerent.

Alibi :

Li Rois Ricars apriès ſui,
Ki le karvant con ſiui,
Des Sarazins qui là ſigloient.

Sic alibi non ſemel. *Le Roman de Vacces* :

Puis ſi vint à ſes nez, s'a la mer regardée,
Tant ſiglerent d'avoir, que en terre arriverent.

Idem :

Lors ſen retourna Ron, ſiglant en Normendie.

Ibidem :

Qui bien ſouvent par mer & ſigler & vagier.

Sigla, Monile, ex Saxonico ſigele, *Monile, gemma*, bulla, fibula. S. Bonifacius Epiſt. 100. *De auro vero & argento quod dedit Regenthrith filia Athuolphi ad Eccleſias noſtras, duas armillas aureas, & 5. ſiglas aureas valentes pretio trecentorum ſolidorum, & aliorum fidelium virorum ac mulierum pretia Enred abſtulit ab Eccleſiis ſupraſcriptis.*

Sigla, Singulariæ literæ, ſic dictæ litteræ quòd *ſingula* verbum componant : verbi gratiâ S. P. Q. R. *Senatus Populuſque Romanus. S. C. Senatuſconſulto.* Occurrit apud Juſtinianum in Orat. ad Antecеſſores. Vide Cujac. lib. 12. Obſerv. cap. 40.

Sigla, pro menſura liquidorum, vide in *Sicla*.

Siglix, idem quod *Sigale*, *Segle*. Vetus Notitia ſub Iſlo Epiſcopo Toloſano, apud Catellum : *Et in hoc fevodedit illis totam ſiglicem, & totum milium, & balegum, & decimum de ſextaratu*, &c.

Sigma, Menſa in literæ Sigma ſimilitudinem, ſeu lunulæ : nam Sigma Græcum literam C. expreſſit poſterioribus ſeculis ; apud Lampridium in Heliogabalo, Petrum Chryſol. ſerm. 29. 83. 93. &c. Ditmarus lib. 4. de Ottone III. Imp. *Solus ad menſam, quaſi ſemicirculum factam, loco cæteris eminentiori ſedebat.* Vide Savaronem ad Sidonium, Salmaſium ad Lamprid. &c.

Signaculum. Gloſſæ Gr. Lat. σφραγίσιον, *Signaculum, Signatorium*. Papias : *Signaculum, quod alicujus rei ad hoc imprimitur, ut lateat, quouſque reſtrauır.* Formulæ veteres Bignonii cap. 38. *Suggeſſit eo quòd apud noſtrum ſignaculum, hominem aliquem nomine illum mannitum habuiſſet*, id eſt cum ſignaculo, ſive ſit *ſigillum*, quod vult idem Bignonius, ſive *monogramma*, ut in Charta Caroli M. apud Miræum in Diplomat. Belg. lib. 1. cap. 8. *Noſtra manus ſignaculis eam* (Chartam) *affirmare decrevimus, & annulo noſtro firmari juſſimus.* Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. pag. 681. *Propria manus & trium filiorum ſuorum ſignaculo illud corroborans.* Anonymus in Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. *Prædeceſſorum meorum traditiones — & impreſſionis eorum ſignaculo roboratas.* Infra : *Duo regalia præcepta Caroli Magni videlicet ejuſque glorioſiſſimi filii Ludovici, & certa ſignaculorum eorum impreſſione diligenter notata.* Adde Joann. Sariſberienſem Epiſt. 158. Utuntur Juriſconſulti aliquot, atque in iis Caius in Inſtit. pro ſigillo, l. 4. Cod. Th. de Adminiſtr. & peric. &c.

Signaculum, Signum crucis, *le Seing de la croix*. Statuta Ordinis de Sempringham : *Poſt erectionem autem & ſignaculum — dicat Prior illorum, Deus in adjutorium.* Vita MS. S. Arigii Epiſcopi Vapincenſis ex Cod. Silviniacenſi : *Sed ſanctus Dei ſignaculum Chriſti faciens*, &c. *Le Roman de Roncevaux* MS.

Sa main leva, ſi a fait ſon ſignacle.

Signaculum. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 95. *Symbolum, quod eſt ſignaculum fidei, & Orationem Dominicam diſcere ſemper admoneant Sacerdotes populum Chriſtianum.* Admonitio Imperatoris Caroli M. ad Preſbyteros, in Capitulari dato apud Saltz, c. 3. *Ut* (Sacerdos) *ſignaculum & bapiiſterium memoriter teneat.* Capitula S. Bonifacii Mogunt. c. 16. *Ut unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia diligenter diſcutiat ſuos Preſbyteros, & faciat ut illorum ſignacula & baptiſteria benè faciant*, &c. Concilium Metenſe an. 888. cap. 6. *Nullus alteri ſuſcipiat à fonte infantem, niſi qui apprime ſignaculum, id eſt abrenuntiationem diaboli & profeſſionem Catholicæ fidei tenuerit.*

Signale, Signum, Gall. *Signal*. Fori Oſcæ an. 1247. f. 3. *Dominus villæ licitè ſine injuria poterit ſignale mittere in caſas, aut in corpore de illo homine, niſi habuerit caſas.* Fol. 14. *Et iſta fidantia debet eſſe habitator & hæres ejuſdem loci ubi manet actor, & debet habere pignora, aut eſſe de ſignale, unde poſſit diſtringi.* Fol. 18. *Et ſi fortè eam* (hæreditatem venditam) *reddere non vult emptor, oſtendas ei ſignal, & præpares ei denarios quos conſtitit.* Agitur de retractu. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 3. tit. de Emptione : *Si aliquis emerit aliquid, & aliquid dederit pro ſenyal & paga, non poteſt vendi duplando el ſenyal.*

Signale. Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1205. in Hiſtoria Eccleſ. Abbavillenſi cap. 26. *Cenſus annuales tam in Abbavilla, quàm alibi : ſignalia in Cambis Abbavillæ, quatuor modios frumenti in feſto omnium SS. de molendino qui dicitur Comitis*, &c.

Signare, Signum crucis digitis ac manu effingere. Gregorius M. lib. 4. Dialog. cap. 38. *Tunc fratres cœperunt ei dicere, — Signum tibi ſanctæ crucis imprime. Reſpondit ille, dicens, Volo me ſignare, ſed non poſſum, quia ſquammis hujus draconis premor.* Leo IV. PP. de Cura Paſtorali : *Calicem & oblatam recta cruce ſignate, id eſt non in circulo & variatione digitorum, ut plurimi fa-*

ciunt, ſed diſtrictis duobus duobus digitis, & pollice in-tus recluſo, per quos Trinitas annuitur. Occurrit præterea apud Meſſianum in Vita S. Cæſarii Arelat. p. 252. Angarum in Actis S. Theodori Ducis n. 17. Bondouniam in Vita S. Radegundis, Fortunatum in Vita S. Albini Epiſc. Andeg. n. 16. Notgerum Epiſcopum in Vita S. Hadelini n. 15. &c. *Le Roman de Garin* MS.

Saingna ſon chef, s'a l'image enclinét.

Le Roman de Pariſe la Ducheſſe MS.

Il a levé ſa main, ſi a ſegné ſon front.

Le Roman de la priſe de Hieruſalem MS.

Les fons fait apreſter, s'es à mult bien ſegnez.

Signare, pro *Subſcribere*. Vide infra *Signum*.

Signare, Signum crucis ad peregrinationes vel expeditiones Hieroſolymitanas, veſtibus aſſuere, apud Cæſarium lib. 1. Miracul. cap. 6.

Signare, idem quod *Conſignare*, Confirmationis Sacramentum conferre, apud Martinum Bracarenſem cap. 52. in Concilio Hiſpalenſi II. can. 7. &c. *Signare Chriſmate*, apud Gregorium M. lib. 3. Epiſt. 9. Acta S. Valentini Presbyt. *Tribus autem conſummatis diebus, die ſancto Dominico baptizavit Aſterium cum omni domo ſua: & vocavit ad ſe S. Calliſtum Epiſcopum, qui veniens ſignavit Aſterium cum omni domo ſua, animas fere promiſcui ſexus numero* 44. Vide Menardum ad Sacrament. Gregor. pag. 108. & ſeqq.

Signare, στιγματίζειν Reis ſtigma vel ſignum imprimere. Conſuetudines Valentiæ in Aginnenſi pago, deſcriptæ in Regeſto Conſtabulariæ Burdegal. fol. 142. *Qui furatus fuerit rem valentem ultra* 5. *ſolid. prima vice ſignetur*, &c.

SIGNARIUS, ζωδιόποιος, in Gloſſ. Gr. Lat. id eſt ſignorum ſeu ſtatuarum artifex, qui *Signifex* dicitur Marciano Capellæ lib. 2. Apuleio lib. 2. Arnobio lib. 6. Sidonio lib. 6. Epiſt. 12. & aliis.

SIGNATICUS. Julius Africanus lib. 6. Hiſt. Apoſtolicæ extremo: *Fueruntque omnia ex quadratis marmoribus ſignaticis extructa, & camera ipſa laminis aureis ſuffixa.* Id eſt, ni fallor, ſculptis.

SIGNATI. Capitulare 3. an. 803. cap. 24. lib. 4. Capit. Append. 2. §. 15. *De ſignatis qui mentiendo vadunt.* Qua voce videntur intelligi ii qui Catechumeni per ſignum crucis, quo in frontibus ſignabantur, facti, à propoſito & Chriſtianæ religionis amplectendæ conſilio, recedebant, & ad priorem vomitum revertebantur. Catechumenos autem per ſignum crucis quo ſignabantur in fronte & pectore, ad religionem Chriſtianam admiſſos, teſtatur S. Auguſtinus lib. 1. Confeſſ. cap. 11. lib. 2. de Symbolo ad Catech. lib. de Catechizandis rudibus cap. 20. 26. & lib. 2. de Peccator. merit. & remiſſ. cap. 26.

SIGNATORIUM, Annulus ſignatorius. Gloſſ. Gr. Lat. σφραγιστήριον, *Signaculum*, *Signatorium*. Occurrit apud Avitum Epiſc. Viennenſem Epiſt. 78.

SIGNETUM, Parvum ſigillum, quod *Secreti* vulgò appellant, quo *literæ clauſæ* ſigillantur, ex obſoleto Gallico *Signet*. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 18. *Sub quocunque ſigillo, magno, ſecreto vel parvo, ſeu ſigneto.* Statuta Roberti III. c. 1. §. 5. *Statutum eſt etiam quod quilibet Baro vel alius tenens de Rege habeat ſigillum proprium ad ſerviendum Regi, ut de jure tenetur. — & quod ſigilla ſint, & non ſigneta, ſicut ante iſta tempora fieri conſuevit.* Henricus de Knyghton: *Similiter dicebatur quòd quidam Miles Angliæ mittebatur — Capitaneo Caleſiæ cum litteris ſigneto Regis ſignatis, ut redderet ei villam Caleſiæ.* Vide *Sigillum ſecreti*.

SIGNIFERIA, Dignitas *Signiferi*, Vexillarii. Occurrit in geſtis Conſulum Andegavenſium c. 8. num. 25.

SIGNIFICARE. Vide *Signum*.

SIGNORATICUM. Vide *Senioraticum*.

SIGNUM, Conſignatio, ſignum crucis. Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 57. *Per totum Canonem viginti & tria ſigna fiunt.* Mox: *Tribus autem digitis ſigna facimus, quia Trinitatem exprimimus.* Atque inde *Signum Dei*, *Signum Domini*, *Signum Chriſti*. Ugutio: *Signum Dei, ſignum crucis*, vel *Crux*: quem neſcio an rectè arguerit Lazarus Baifius lib. de Vaſculis pag. 106. tametſi conſtet, ſi Legem *Titiam*, quam laudat, is reſpexerit, in qua *ſignum Dei*, pro cujuſvis Dei ſimulachro ſumitur, falſum fuiſſe. Julius Africanus l. 6. Hiſt. Apoſt. *Signum Dei ſuis in frontibus noſtris digitis ſuis facientes*, &c. Occurrit præterea in Vita S. Valerici cap. 21.

Signum Domini, eadem notione apud Paulinum Epiſt. 12. & eumdem Africanum lib. 7. *Et percuſſiones eorum ſalso ſigno Domini procurabat.*

Signum Chriſti, Julius Africanus lib. 6. Hiſt. *Et cum hæc feceritis, imponemus manus noſtras ſuper capita veſtra, & ſignum Chriſti faciemus in frontibus veſtris*, &c. Vita S. Balini apud Herivæum Archiep. Remenſem de pœnitentia cap. 7. *Et continuo apprehendens manum ejus faciens Chriſti ſignum in ipſo, & orans*, &c. Vita MS. S. Arigii Epiſc. Vapincenſis: *At ubi orationem compleſſet, ſignum Chriſti ſuper plagam faciens*, &c. *Signaculum Chriſti*, paulò antè. Vita S. Tillonis Monachi cap. 20. *Cum ſuper vulnus plenum vermibus Chriſti ſignum deprimeret, repente mortui ſunt vermes.* Formula ſignandi Catechumenos in fronte, apud Menardum ad Libr. Sacramentor. Gregorii pag. 131. *Signum Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti in fronte tua pono. Signum ſalvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti in pectore pono.* Will. Brito lib. 8. Philipp.

Spe ducti veniæ Chriſti ſua pectora ſigno

Conſignant.

Hinc *Signa Chriſti*, & *Signo-Chriſtas Gabathas* vocat Anaſtaſius Bibliothecarius Lychnuchos in modum crucis confectos, de quibus egimus in Deſcript. S. Sophiæ n. 48. In Leone III. PP. pag. 143. *Gabatas ſundatas Signochriſtas, quæ pendent in quadriporticu.* In Gregorio IV. pag. 165. *Signum Chriſti habet navicellas duas, & murenas tres.* Pag. 189. *Gabathas de argento puriſſimo numero 6. tres quidem ſilopates ſigno Chriſti, & duas etiam ſimilitudinem palmarum, & unam interraſilem, quæ eſt Saxiſca, penſ. ſimul libr. 4.* Χειροφόρον σημεῖον, in Menæis in S. Zacharia ſutore 17. Novemb.

Signum fidei dicitur Alvaro in Hymno in S. Eulogium:

Tunc ſigno fidei pectora ferventi

Armas deifico, &c.

Signum. Veteres appellabant ſigillum quo ſignabantur teſtamenta aliave acta: unde *Signatores* Senecæ lib. 1. de Benefic. dicti, qui ad ſyngraphas firmandas vel ipſa teſtamenta advocabantur, eaque ſigillis ſuis appoſitis firmabant. Collatio Carthagin. II. cap. 53. *Cuſtodes edicant utrum ſigna cognoverint. Leo Epiſcopus Eccleſiæ Catholicæ dixit: Agnoſco ſigillum meum. Marcellinus V. C. Tribunus & Notarius dixit: Quoniam ab utraque parte impreſſionem ſignorum agnitam conſtat, eaque præcepi à Notariis relegantur. Petilianus Epiſcopus dixit: Sic ſolent teſtamenta, non geſta reſerari.* Ubi ſignum & ſigillum idem ſunt, ut & in Collat. III. c. 220. Proinde *Signare teſtamentum*, apud Juſtinianum, rectè σφραγίζειν vertit Theophilus. Hinc *ſubſcriptionem* ſemper à *ſignatione* diſtingunt Juriſconſulti, cùm aliud ſit *ſubſcribere*, aliud *ſignare*. *Subſcribebatur* enim teſtamentum, deinde clauſum lino circunducto *ſignabatur*. Vide Briſſon. de Formul. p. 572. 655. Sed & teſtes qui ſignabant, iidem & ſubſcribebant teſtamentum. Unde in l. 3. Cod. Th. de Teſtamentis, *Signatores* & *Subſcriptores* promiſcuè appellantur. Atque ita apud veteres obtinuiſſe ait Salmaſius lib. de modo Uſurar. cap. 11. poſtmodum verò cum invaluiſſe morem, ut privati teſtamenta aliaque acta ſubſcriberent, & affixa in imo cera juxta ſubſcriptionem, *ſignum* ſuum imprimerent: quod cum in multis non fieret, ſed ſola ſubſcriptio apponeretur, ac vice *ſigni*, nota aliqua, quam hodie *Paraſum* dicimus, manu propria deſcriberetur; *Signum* propriâ ſubſcriptione uſurpari cœpiſſe contendit, idque firmat ex Porcelli Corocottæ Teſtamento, in quo teſtes ita ſub-

ſcribunt : *Lucanicus ſignavit. Tergillus ſignavit*, &c. Et ex Teſtamento S. Remigii, quod ſic clauditur: *Remigius Epiſcopus Teſtamentum meum relegi, ſignavi, ſubſcripſi.* Ubi *ſignat* antequam *ſubſcribat*, quod dici non poteſt de ratione veterum in obſignandis teſtamentis, quæ ſubſcribebantur antequam obſignarentur: aliàs eſſet ὕστερον πρότερον. Itaque exiſtimat *ſignare* & *ſubſcribere* idem unumque hoc loco ſonare, & utrumque conjungi ἀσφαλείας gratiâ. Quod ſanè ſequentia videntur firmare, ubi ita teſtes ſubſcribunt : *V. C. Pappolus interfui & ſubſcripſi. V. C. Rusticolus interfui & ſignavi. V. C. Eulodius interfui & ſignavi.* Et ſic cæteri, ubi *Pappulus* voce *ſubſcripſi*, alii *ſignavi* utuntur, adeò ut idem fuerit *ſubſcribere* & *ſignare*. Ita in altero teſtamento Widradi Abbatis Flaviniacenſis apud virum eruditiſſimum Joan. Mabillonium, teſtes nudè ſe illud *ſubſcripſiſſe* teſtantur, non *ſignaſſe*. Sed quòd rem extra controverſiam ponere videtur, illud eſt quod Teſtamento Remigii appoſitum legitur : *Poſt conditum teſtamentum, imò ſignatum, occurrit ſenſibus meis, ut baſilicæ dominorum Martyrum Timothei & Apollinaris miſſorium argenteum ſex librarum ibi deputem, ut ex eo ſedes futura meorum oſſium componatur.* Vix enim probabile, hæc adſcripta, poſt clauſum, & lino circunducto obſignatum teſtamentum, quod etiam hac ætate obtinuiſſe docent primùm Widradi teſtamentum, & Marculfus lib. 2. for. 17. Perpetuus Turonenſis Epiſcopus in teſtamento ſuo à D. Luca Acherio edito, illud ſua *manu ſcriptum & ſubſcriptum*, non etiam ſignatum ſcribit, tametſi *claudendum* innuat, cùm *aperiendam* coram Preſbyteris & Diaconibus ſtatuat. Signum tamen à ſubſcriptione diſtinguit Concilium Toletanum X. c. 4. *Scriptis profeſſionem ſuam faciat à ſe aut ſigno aut ſubſcriptione notatam.* Ubi ſignum eſt quod *paraſum* dicimus, ſupſcriptio verò nominis deſcriptio. Neque aliud ſonat *Signum* in veteri Charta Securitatis plenariæ exarata ſub Juſtiniano Ravennæ, apud Briſſonium lib. 6. Formul. *Et ipſe eadem manu propria ſignum impreſſerit, teſteſque ut ſubſcriberent contogaverit*, &c. Et infra : *Hanc plenariam ſecuritatem — ſcribendam dictavi, in qua pro ignorantia literarum ſubter ſignum feci, autoritateque roborata præſentibus teſtibus attuli ſubſcribendam*, &c. Ubi *Signum* nihil aliud eſt quàm *Paraſus*, diſtinguiturque à *ſubſcriptione*, ſeu nominis proprii deſcriptione.

Sed miſſâ Salmaſii ſententiâ de horum vocabulorum & in infima Latinitate notione, quidam exiſtimant ſignorum nomenclatura donari cœpiſſe ejuſmodi ſuſcriptiones, quod Chriſtiani ad majoris firmitatis argumentum, nominum ſuorum ſubſcriptionibus *Crucis ſignum* præſcriberent, quod nudè *Signum* vocabant, ut *ſignare*, ſignum crucis effingere. Unde Remigius Epiſcopus *Signat* primò teſtamentum, hoc eſt *ſignum* ſanctæ Crucis exarat, deinde *ſubſcribit*. Apud nos verò *Subſcriptio* præcedit, *Signum* ſubſequitur : & in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 5. §. 1. 12. 15. 17. *ſignum & ſubſcriptio* ſemper junguntur, & à ſe invicem diverſa eſſe innuuntur. Sanè Chriſtianos non alio ſigno ſubſcripſiſſe, quàm Crucis, probant vetuſtiſſimæ Tabulæ, uti in V. *Crux* obſervàvimus : quod ſanè, innuere videtur hæc ſuprà allata formula, *in qua pro ignorantia literarum ſubter ſignum feci*, quæ in alia Charta ex Tabulario Caſaurienſi, cujus meminimus in Diſſert. 14. ad Joinvillam pag. 230. ita concipitur : *Et propter ignorantiam literarum ſignum S. Crucis feci.* Quid verò cum *ſigno* aſcriberetur, docet eadem Charta Ravennenſis ſub finem : *Signum iſti Gratiani V. S. Subdiaconi literas neſcientem, & alia manu ſit . . . . ſcripto.* Et infra, ita Notarius: *Huic plenariæ ſecuritati, ſicut ſuperius legitur, de perceptam omnem ter . . . . præſente ſignum fecit, & ei relictum eſt, Teſtis ſubſcripſi.* Quæ certè verba Crucis ſigno deſcripto ſubdi, licet paſſim obſervare.

Signum, Limes, terminus, finis, *Borne*. Lex Wiſigoth. l. 10. tit. 3. §. 3. *Quotieſcumque de terminis fuerit orta contentio, ſigna quæ antiquitus conſtituta ſunt, oportet inquiri, id eſt aggeres terræ, ſive arcas, quas propter fines fundorum apparuerit fuiſſe conſtructas : lapides etiam, quos propter indicia terminorum ſculptos conſtiterit eſſe defixos: ſi hæc ſigna defuerint*, &c. Adde §. 2. & Legem Bajwar. tit. 11. cap. 1. 2. 3. &c. Vide *Wiffam*.

Signum, Milliare, σημεῖον, in Hiſt. Miſcella in Mauricio Imp. an. 5. *At verò duces exercitus obviam venerunt ei cum bandis, duobus ſignis.*

Signum ſervitium. Vaſſalli, ſeu Homines de ſigno ſervitio, vel *de ſigno & ſervitio*, qui noſtris *Conſuetudinariis*, ſeu *Couſtumiers*, qui ſervitium domino debent. Eximinus Petri de Salanova Juſtitia Aragonum : *Si aliqui ſunt terras tenentes in aliquo loco, qui terras tenentes ſunt de ſigno ſervitio, dubitatur in quibus teneantur contribuere cum aliis de ſigno ſervitio illius loci, ubi ſunt terras tenentes*, &c. Vitalis Oſcenſis Epiſcopus : *Sicut quidam infanciones, ſicut quidam homines ſigni ſervitii*, &c. Michaël *del Molino* in v. *Dominus* : *Domini locorum qui non ſunt Eccleſiæ, poſſunt vaſſallos ſuos de ſigno ſervitio bene vel malè tractare pro libito voluntatis, & bona eis auferre, etiam ſiti necare, remota omni appellatione : & in eis dominus Rex non poteſt ſe intromittere.* Mox addit : *Secus eſt in dominiis locorum, quæ ſunt Eccleſiæ, Ordinis, aut Religionis*, quibus id non licet : deinde rationes diſparitatis affert, quas vide ſi lubet. Idem in v. *Vaſſallus* : *Vaſſalli quidam ſunt ſimplices, alii de ſigno ſervitio. Vaſſallus ſimplex proprie dicitur ille qui in alterius villa moratur quicunque ſit, ſive ab eo ſtipendium recipiat, ſive non : & talis vaſſallus pro domino poteſt facere teſtimonium. Vaſſallus autem ſigni ſervitii dicitur ille qui in alterius villa ſedet, & ille exactiones & tributa facit.* Fori Oſcæ Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. f. 12. *Si dominus alicujus villa habet probare aliquid contra aliquem, non poteſt nec debet in ipſa villa ubi ipſe eſt dominus, dare ſuos commenſales in teſtes, nec aliquos de ſuo ſigno, aut honore*, &c. Fol. 25. & 33. *Infantio ſi occiderit hominem ſigni Regis*, &c. Fol. 26. *Plures ſunt ſigni Regis qui habent hæreditates ſuas & domos in diverſis locis*, &c. Fol. 36. *Homines ſervitii ſive ſigni Regis* Et fol. 7. *Homines de ſervitio Regis. Hereditates ſigni Regis*, in Obſervantiis Regni Arag. lib. 6. de Privilegiis Militum §. 4. lib. 9. de Salva infantion. §. 6. *Sive illi homines fuerint de ſigno Regis, vel alterius nobilis*, lib. 1. de Foro competenti, §. 24. Vide Foros Aragon. f. 97. 128. 129. 131. 145. 166. &c.

Signum, Compendium literæ : cujuſmodi fuit ars eorum qui *notis* ſcribebant. Gloſſæ Gr. Lat. Σημεῖον, *Signum*. Σημειογράφος, *Notarius*. S. Hieronymus de Vitando ſuſpecto contubernio : *Extemporalis eſt dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profuſa, ut Notariorum manus lingua præcurreret, & ſigna ad furta verborum volubilitas ſermonum obrueret.* Vide Savaronem ad Sidonium lib. 9. Epiſt. 9. quem non exſcribo.

Signum, Campana, nola, Italis *Segno*, ut notat Pignorius, σήμαντρον, & σημαντήρ, Græcis ſcriptoribus: vide German. Patr. CP. in Hiſt. Eccl. initio Nomocanonem edit. à v. cl. Jo. Bapt. Cotelerio c. 409. &c. Lex Salica tit. 35. §. 2. *Si quis cervum domeſticum ſignum habentem aut occiderit, aut furaverit.* Ubi *ſignum* pro *nola* interpretatur Bignonius. S. Eulogius in Apologet. *Baſilicarum turres everteret, templorum arces dirueret, & excelſa pinnaculorum proſterneret, quæ ſignorum geſtamina erant ad Conventum Canonicum quotidie Chriſticolis innuendum.* Ericus Monachus de Miracul. S. Germani Autiſiod. cap. 51. *Signa quoque Eccleſiæ interdum nullo ſonante pulſantia*, &c. Eckehardus Junior de Caſib. S. Gallic. 14. *Signumque curſim pulſantes, fratres advocant.* Cap. 16. *Abbate accito ſignum pulſatur ad Capitulum.* Joannes Monach. lib. 1. Hiſt. Gaufredi Ducis Norman. *Pulſantur ſigna, parietes Eccleſiarum cortinis & palliis adornantur.* Charta Cindaſvinthi Regis Gothor. in Hiſpania, æræ 684. apud *Tepez* in Chronico Ord. S. Bened. to. 2. *Offerimus vaſa altaris, — ſignum fuſile aureum bonæ modulationis demulcens auditum.* Ucon-

caballo alieno caudam capellaverit, id eſt ſetas traxerit, &c.

SETACIARE, *Cribrare*, in Gemmis, quod cribra ex ſetis porcinis vel potiùs pilis equinis confecta ſint. Jo. de Janua: *Setatium inſtrumentum purgandi farinam. Setatiare, farinam purgare.*

SETARCIA. Vide *Sitarcia.*

SETENA. Vide *Hundredus.*

SETICUS, Modus agri. Charta Caroli C. pro Eccleſia Centulenſi, apud Hariulfum l. 3. c. 7. *In pago Belvacenſe in loco qui dicitur Gellis, ſetici ſex & de vinea aripennes 8. & in Riviſcurte ſeticis duobus, & de vinea aripennes 6. & in Quentinico ſeticis duobus. — in Aſco ſeticis duobus, in Aviſnis manſum unum* &c. Alia ejuſdem Caroli cap. 9. *Roconiſmontem cum ſeticis & terris.* Alia rurſus c. 16. *In villa quæ dicitur Vallis, ſeticum indominicatum habentem quadrellos* 130. *& de vineis bunnaria* 2. Notitia an. 937. Indict. 11. in Tabulario Eduenſis Eccleſiæ: *Invenerunt — in villa Tilionaco ſeticum indominicatum ſupra fluvium Ararim, cum granea, & horto, & curti.*

Setticus. Charta Ludovici Ultramarini Regis Francor. pro Eccleſia Noviomenſi apud Vaſſorium in Annal. Eccl. Noviom. pag. 695. *Sunt itaque eadem Abbatiolæ in ſuburbio Noviomagenſi, quarum una dicitur S. Mauricii, quam fratribus S. Medardi intra mœnia civitatis cum Eccleſiis & omni integritate largitus eſt, excepto ſettico uno cum camba, quæ ſanctimonialibus S. Godeberta tribuit.*

SETNICUS, vel *Satnicus*, Dignitas in Regno Croatiæ & Dalm. cujus non ſemel mentio in vett. Chartis Regum Dalmatiæ apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. p. 85. & 99. Sic autem dicebatur qui præerat regioni, quæ centum armatos dare poterat. Huic poſtea ſucceſſit illa quæ *Kneſorum*, dicta eſt: ita Comites vocant.

SETZENA. Charta an. 1210. apud Columbum in Epiſcopis Vivarienſibus: *Ad hæc prædictus Comes reddidit Epiſcopo unam Setzenam, quam ſibi acquiſierat à Stephano de Taurians de feudo de Taurians, retenta ſibi quarta parte,* &c. Vide *Sexagena.*

SETREKETEL. Vide *Ketel.*

SETTERDAYS SLOPP, apud Scotos piſcationis prohibitio à die Sabbati poſt veſperas, uſque ad diem Lunæ poſt ortum ſolis, ex Alexandri II. Regis Scotiæ Lege cap. 16. §. 2. ubi Skenæus.

SEU pro, *Et*, conjunctiva. Occurrit paſſim.

SEUCIS, Vide *Canis Seguſius.*

SEUDOTYRUM. Vide *Pſeudotyrum.*

SEVERINUS, *à Severitate judiciaria dicitur.* Papias.

SEUGIUS. Vide *Canis Seguſius.*

SEUVERP. Charta Manaſſis Comitis Giſnenſis an. 1124. in Tabulario S. Bertini: *Communiter autem prædicti homines, ſi naves inter Peterſe & Hilderneſſe mihi adductæ fuerint, & ſi fortuna mihi ſive in Seuverp, ſeu in aliquo fortuitu adveniente, ſervitio eorum indiguero, quæ de illo adventu afferenda ſunt, ad Caſtellum meum — afferent.*

SEWERÆ, Foſſæ, inquit Spelmannus, in locis paluſtribus ad eliciendas aquas: ſic opinor dictæ, quod limitum loco eſſent, & mariſcos à ſe invicem dividerent, à *Sevrer* voce Gallica, quæ *Separare* ſonat; ſervaturque in pueris, quibus nutricis mamma ſubducitur. Charta Ethelbaldi Regis apud Ingulfum: *Cum aqua vocata Aſendik, verſus Aquilonem, ubi communis Sewera eſt inter Spaldelinge, & dictam inſulam.* Charta Edw. III. Regis Angl. to. 1. Monaſtici Anglic. pag. 815. *Ad ſupervidendum wallias, foſſata, gutteras, ſeweras, pontes, calceta, & gurgites in partibus de Keſtewene,* &c. Vide *Landea.*

Sewerales. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 509. *Et prædictas 40. acras terræ prædictas ſewerales,* &c. Vide *Separalis.*

SEXAGENA. Speculum Saxon. lib. 2. art. 48. §. 8. *Ubi decima ſolvitur in campo, decima Sexagena dabitur atque bona, vel decimus manipulus.* §. 10. *In multis locis deputata & certa annona in Sexagenis, ſub certo numero, nomine decimæ, & agnus de ovili unus curiæ pro decima datur.* §. 10. *Ubi decima ſolvitur, ut diximus, in ſexagenis, funiculus duarum debet eſſe ulnarum à pollice incipientium, per quem manipuli ligabuntur.* Alii codd. habent, *Si ſolvitur decima, ut dictum eſt, in capitibus ſeu Sexagenis,* &c. Chronicon Montis-Sereni pag. 172. *Accidit autem die quadam ut unus fratrum ex junioribus lignum unum ex his quæ per Sexagenas numerari ſolent, ut operis quippiam ex eo faceret, peteremus,* &c. Vide *Setzena.*

SEXAGESIMA, inquit Alcuinus lib. de Divin. offic. *initium ſumit ſequenti dominica poſt Septuageſimam, & finitur quarta feria Hebdomadæ Paſchalis.* Ordo Romanus: *Inde dici poteſt, quia 60. ſunt dies uſque ad medium Paſchæ, quod eſt feria quarta Paſchalis Hebdomadæ.* Vide Alcuin. in Epiſt. ad Carolum M. Amalarium lib. 1. de Eccl. offic. c. 2. Rabanum lib. 2. de Inſtitut. Cleric. c. 34. Rupert. lib. 4. de Divin. offic. cap. 7. Honorium Auguſt. lib. 3. c. 39. 48. Hugon. à S. Victore lib. 3. Obſerv. Eccl. cap. 1. &c.

SEXTA, Officium Eccleſiaſticum diurnum, quod horâ ſextâ canitur. Gregorius Turon. lib. 10. ubi de Epiſcopis Turon. n. 15. de Injurioſo Epiſcopo: *Hic inſtituit Tertiam & Sextam in Eccleſia dici, quod modo in Dei nomine perſeverat. Curſus horæ ſextæ.* in Codice Carolino Ep. 72. Vide Durandum lib. 6. c. 7. & ſupra in V. *Hora.*

SEXTANEUS *limes.* Vide Gloſſ. Rigaltii ad Agrimenſores.

SEXTARATA, *Sextarada, Sextariata*, Modus agri, ager certi ſementis ſextariorum numeri capax, tametſi poſtmodum ad ſilveſtres & pratenſes terras vox poſtmodum tranſlata: *Seſterée de terre*, in Conſuet. Arvern. cap. 31. art. 61. Marchiæ art. 320. 420. Pictav. art. 190. 289. Dunenſi art. 25. *de Trot* in Biturigib. art. 1. apud Thomaſſerium, &c. Epiſtola Gaufridi de Meduana to. 2. Spicilegii Acheriani p. 507. *Dedi etiam ducentos modios terræ ad opus ruſticorum veſtrorum, quos Sextariatas dicitis.* Tabularium S. Andreæ Viennenſis: *Donat præterea unum cortile juxta eandem Eccleſiam, & quandam partem telluris, quam agricolæ tres Sextariatas dicunt,* &c. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 10. *Et in augmento dederunt unam ſextaradam terræ juxta prædictum manſum,* &c. Charta an. 1261. in Probat. Hiſt. Caſteneræ p. 50. *Quinque ſextariatas terræ tam in boſco quam in terra,* &c. Charta Alphonſi Comitis Pictav. & Toloſæ an. 1270. apud Catellum in Comitib. Toloſanis p. 395. *Sub deverio 2. denariorum Toloſanorum pro qualibet ſextariata terræ, prati, vel vineæ,* &c. Tabularium S. Joannis Angeriacenſis an. 1031. fol. 96. *Reddo medium junctum de prato, & 4. ſextaradas terræ arabilis.* Tabularium S. Dionyſii de Capella Diœceſis Bituric. ch. 37. *Sextaradam terræ ſuper Segreia, pratum, ubi ſambucus eſt, & olcham de Lempant, & ſextaradam terræ ad quendam rivum, & olcham ſuper quendam rivulum,* &c. Ibidem c. 104. *Cartalata terræ, Eminata terræ, Sextarata terræ.* Vide Joffredum in Nicienſibus Epiſcopis pag. 182. Guichenonum in Probat. Hiſt. Breſſenſis pag. 106. Gariellum in Epiſcopis Magalonenſib. pag. 135. &c.

SEXTARIATICUM, *Sextarale, ſexteragium, ſextaratagium,* &c. quod pro ſingulis frumenti aut alterius grani ſextariis domino exſolvitur. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 42. *Valde autem iniquum & injuſtum eſſe proſpeximus, ut à ruſticis Eccleſiæ de ſextariaticis aliquid accipiatur, & ad majorem modium dare compellantur, quam in horrea Eccleſiæ infertur. Unde & præſenti admonitione præcipimus, ut pluſquam decem & octo ſextariorum modio nunquam à ruſticis Eccleſiæ frumenta debeant accipi.* Nihili eſt quod hîc auguratur Ludovicus *de la Cerda.* Neſcio an huc pertineat vetus inſcriptio,

quam profert Gruterus 223. 2. adſcripta ſextario æreo rotundo infra largiori P. VI. alto IVS crasso tertia parte grani: SEXTARIALIS. EXACTA. T...... DD. NN. ARCADII. ET. HONORII...

Sextarale, Sextariale. Charta Michaëlis Archiep. Arelatenſis an. 1214. in Regeſto Carcaſſonenſi, quâ Comiti Montis-fortis concedit Belliumcadrum, *& pedagia ſive in aqua, ſive in terra, leſdas, quintale, cordam, furnos, ſextariale, juriſdictionem, juſtitias, firmancias, trezenos,* &c. *Sextarale,* apud Plantavitium in Epiſcopis Lodovenſibus pag. 240. *Sextaralicum,* apud eundem pag. 106. *Cum medietate firmantiarum, juſtitiarum, furnaticorum, & omnium aliorum jurium excogitatorum & excogitandorum.* Charta Willelmi Montiſpeſſulani Domini an. 1103. *Seſtailaricum dono vobis de omni blado, de omni legumine, de farino, de linoſo, de cannaboſa, & de caſtaneis Longobardorum, ſi menſurantur cum ſeſtairale vel eminale.* Aliud videtur ſignificare *Seſtairale,* in Charta Alamannica Goldaſti 33. *Confinit — de alium in via, & 2. medarios, in ipſo loco, in ipſo agro, & 1. ſeſtairale in roncale confinit in Leones ex alia parte ipſo Magno.* Ubi *Seſtairale* idem videtur quod *ſextariata terra.*

Seſteragium. Charta an. 1270. in M. Paſtorali Eccleſiæ Pariſienſ. lib. 23. ch. 37. *Super telonео & ſexteragio, quæ dicebat ſe habere in terra ipſorum.* Tabularium Corbeienſe: *Tout li ſeſterage des grains c'on vent, on acate, ou met en grenier en ladite ville, appartient à lui.* (*à l'Abbé.*)

Seſteralagium Charta an. 1203. in 30. Regeſto Tabularii Regii ch. 240. *Pedaticis, leudis, furnis, ſeſteralagiis, firmanciis, juſtitiis, & reditibus,* &c.

Seſterlagium, in Charta Radulphi Comitis Sueſſion. an. 1209. *Item Canonici renuntiaverunt omni juri quod habebant, vel habere ſe dicebant, in ſeſterlagio centum modiorum bladi, quos monachi vendere liberè poſſunt, abſque omni ſeſterlagii ſolutione.*

Sexteyralitium, in veteri Charta apud Gariellum in Epiſcopis Magalon. p. 90.

Sextalagium. Charta Guillelmi Archiep. Remenſis an. 1182. *Si quis ſextalagium noſtrum aſportaverit, vel detinuerit, forisfactum nobis per 60. ſolidos emendabit.*

Strelagium, idem quod *Sexteralagium,* apud Hemereum in Auguſtâ Viromand. p. 132. *Barillagia, ſtrelagia, menſura,* &c. Charta Joan. Comitis Sueſſionenſis an. 1260. apud Rainaldum in Hiſt. Sueſſ. *Franchement ſans paier tonlieu, ſtrelage, ou autre debit, ou autre couſtume.*

SEXTARIUM, vel *Sextarius,* Menſura liquidorum & aridorum. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul cap. 5. *Ita & in unius horæ ſpatio pluſquam unum ſextarium* (olei) *redderet vaſculum, quod quartarium non tenebat.* Adalardus in Statutis Corbeienſib. lib. 1. cap. 4. *De potu autem quotidie detur modius dimidius, id eſt ſextaria 8.* &c. *Le Roman de Girard de Vienne* MS.

Dou meillor vin li portez un ſeſter.

Apud Anglos *Sextarius vini continet 4. jalones,* in Fleta lib. 2. c. 12. §. 11. *Sextarius farinæ,* apud Walafridum Strabum in Vita S. Galli cap. 28.

Sextarius vini, Præſtationis ſpecies apud Ambianos, quæ à rei cujuſpiam immobilis, ſeu prædii, vel domus venditore, domino fiebat. Charta anni 1172. in Tabulario Eccl. Ambian. *Si mortuo marito mulier vidua ſibi vel heredibus ſuis terram relevavit, & poſtea maritum accepit, maritus ille 6. tantùm denarios pro ſextario vini dominis dabit, & abſque calumnia dominorum terram excolere poterit.* Alia ibidem an. 1206. *Pro venditione etiam tertius decimus nummus debet exſolvi ab illo qui vendidit; qui autem vivit, ſex denarios tenebitur ſolvere pro ſextario vini.* Vide *Chirotheca, Wantus.*

SEXTERIUM, Pars civitatis, quaſi ſexta pars, ut *quarterium,* quarta. Vox nota Venetiis. Concilium Ravennenſe an. 1311. c. 30. *Et ut pauperibus verecundis valeat provideri, in quolibet quarterio vel ſexterio cujuſlibet civitatis — quolibet anno eligantur quatuor vel ſex — qui quæſtam requirant pro eleemoſyna hujuſmodi pauperibus facienda.* Vide Hiſtoriam Belluacenſem pag. 110.

SEXTORIUM. Juncta Bevagnas in Vita B. Margaretæ de Cortona c. 3. *Sæpe in cellа nuda remanſit, nunc involuta ſextorio, nunc alterius coloris operta tunicula, vel mantello.* Ubi viri docti legendum putant *textorio*: ego verò malim *ſercotio*: fuit enim *ſercotium* veſtis mulierum.

SEXUS, Genus, ſpecies, vel potius diverſitas. Conſtitutio Chlotarii Regis an. 560. cap. 5. *Nec quicquam aliud agere aut judicare quàm ut hæc præceptio ſecundum Legum Romanarum ſeriem continet, vel ſexus quarundam gentium juxta antiqui juris Conſtitutionem olim vixiſſe dinoſcitur, ſub aliqua temeritate præſumant.* Neque fortè aliter vox *ſexus* capienda in Concilio Duziacenſi I. pag. 293. edit. Cellocii, ubi *generis diverſi ac ſexus pecunia,* idem videtur quod in Teſtamento Aldrici Epiſcopi Cenomanenſis, *pecunia diverſi generis* appellatur, hoc eſt pecudes diverſi generis, boves, caballi, oves, & ſimiles: *Omnia quæ ibi habuit, aurum, argentum, veſtimenta, pannos plurimos, annonam, vinum, & generis diverſi ac ſexus pecuniam, — per vim abſtulit.* Ubi *pecunia diverſi generis ac ſexus* non poteſt ſumi pro auro & argento, quod antea expreſſum eſt, uti vult Cellotius. Eadem, ni fallor, ſeu potiùs contraria ratione capienda verba formulæ 7. ex Baluzianis: *Et aliam rem quantumcumque viſus ſum habere, aut inantea laborare potuero, tam peculium, præſidium utriuſque generis ſexus, aurum, argentum, drapalia,* &c. Nam cùm *præſidium* qualvis facultates ſignificet, ac præſertim pecuniam numeratam, voce *præſidii utriuſque generis ſexus* videntur intelligi *aurum & argentum,* quæ conſequenter deſcribuntur explicationis gratiâ. Nolim tamen id præfractè aſſeverare, præſertim ex form. 28. ubi *omne genus pecudum* habetur.

Sexus debilitatus, caſtratus, in Gloſſis antiquis MSS.

SEXXAUDRUS. Pactus Legis Salicæ tit. 73. *de cultello ſexxaudro: Si quis alteri cultellum furaverit,* &c. Vox, inquit Wendelinus, compoſita ex *Seiſſe,* Germanis *Sachs,* falx, falcatus gladius ad feriendum cæſim, quod *hauwen* dicunt: unde *hauwer,* vel *hauder,* id genus gladii, noſtris *Coutelas.* Vide *Saxa.*

SEZA. Vide *Batuda.*

SFIERSIERN. Vide *Sfurſiern.*

SFURSIERN. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ c. 15. *Ubi ſi reus factum inficiando comparuerit, negationem ſuam probare tantùm ferri candentis judicio permittatur, quod in lingua patria* Sfurſiern *inde meruit appellari.* Ita lib. 13. cap. 2. At paulò aliter lib. 7. cap. 6. *Ad candentis ferri judicium admittetur, quod* Sfierſiern *lingua patria nominatur.* Rurſum cap. 8. *Ut actores præcedente juramento, per igniti ferri judicium ſe defendat, quod* Trygſiern *in lingua patria nominatur.* Eſt autem veteribus Danis *iern,* ferrum. Vide *Ferrum candens.*

SGARRETARE. Mamotrectus ad cap. 11. Joſue, & ad 1. Paralip. cap. 15. *Subnervare, ſgarretare per inciſionem nervorum tibialium.* Itali *Sgarretare* dicunt.

SGARMIGLIATUM, Tributi ſpecies apud Italos. Computum Theſaurariæ urbis Bononiæ in Italia an. 1364. ex Bibl. Regia: *A Primirano — conductore dacii Sgarmigliati pro uno anno incœpta,* &c.

SGOLONATUS, vox Italica, Elumbis. Occurrit in Miraculis B. Simonis Tudertini n. 16.

SHAWALDRES. Henr. de Knyghton an. 1318. *Cumque in partes Scotiæ veniſſet, inculcavit eos Dominus Gilbertus de Midelton Miles cum aliis elegantibus Shawaldres, & eos de omnibus bonis ſuis ſpoliarunt.* Vox ignota Somnero, qui vocem Gallicam *Chevaliers,* equites,

hic effingi ſubodoratur.

SHREDARE, Putare, reſecare. Vox Anglica, *Shred.* Modus tenendi hundredum pag. 124. *Dicunt quod omnes cuſtodes foreſtæ à tempore quo non extat memoria, uſi fuerunt loppare & ſhredare arbores prædictas, & ligna ſic loppata & ſhredata ad uſum ſuum proprium aſportare*, &c.

SHEWING, Eſt quietum eſſe, cum attachiamentum in aliqua curia, & coram quibuſcumque in querelis oſtenſis, & non advocatis. Sic Raſtallus. *Shewyne*, habetur in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 976.

SHIPWRECH. Vide *Naufragium.*

SHIRA. Vide *Scyra.*

SHOPA. Vide *Schopa.*

SIBI, Pro *ſe*, quod habent aliæ loquendi formulæ, ubi de Sacramentis: Lex Friſion. tit. 1. §. 9. *Sibi duodecimus jurет*, ubi tit. 14. §. 1. 3. 4. 5. *Sua duodecima manu juret.* Tit. 2. §. 5. *Sibi quarto ſacramentum juret.* Lex Ripuar. tit. 33. §. 2. *Sibi ſeptimus in arabo conjuret.* Occurrit eadem formula eod. tit. 58. §. 5. tit. 66. & in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. §. 2. tit. 23. tit. 25. lib. 2. tit. 21. tit. 28.

SIBIA, *Equorum frena*, in Gloſſis MSS.

SICA. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 130. *Scilicet de muro antiquo per longum ſuam* (f. ſicam) *& ita per Irthin uſque ad locum ubi Cambec cadit in Irthin, & ſurſum per Cambec uſque ad ſicam quæ deſcendit de nigra quercu.— & ex alia parte nigra quercus uſque ad ſicam Paliſkeved, quæ cadit in King*, &c.

Sicha. Idem Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 883. *Cum toto dominico in boſco & plano, in pratis & paſcuis, in viis & aquis, in ſichis & moris*, &c. Somnerus in Gloſſ. Saxon. ſich, ſulcum, vel potius ſulcum aquarium, lacunam, ſicam, elicem, &c. interpretatur, indeque vocem

Sichetum, ortam cenſet, quam habet Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 764. *Et ſic à dicta inferiore parte dicti montis directe extranſverſo uſque ad quendam ſichetum verſus Auſtrum juxta inferius caput de le Nonepolle*, &c. Infra: *Et ſic ſequendo quendam ſichetum qui currit uſque ad boſcum*, &c. Mox: *Et ſequendo ſic quendam ſichetum uſque ad quandam aquam quæ vocatur* &c.

Sikettus. Idem Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 426. *De tota terra infra has diviſas, in territorio de Langliſcrit, ſcilicet in longitudine inter duos ſikettos, quorum unus cadit inter Nortwaje & Wayntra, & alius cadit inter* &c. Pag. 454. *Deſcendendo Scipenleyclogh uſque ad proprium ſiketum, qui venit ab occidente, & currit verſus Orientem, & deſcendit in Scipenleyclogh*, &c.

SICARIA. Charta Philippi Regis Franc. an. 1317. apud Argentræum in Hiſt. Armoric. lib. 5. cap. 34. *Item villam & caſtellaniam de Pontrieu, ac ſalſariam de ſancto Gilda, cum omnibus feodis & retrofeodis, dominiis, firmis, bladis, molendinis, ſicariis, juribus & aliis emolumentis*, &c. Vide an idem ſonet quod *Sica* & *Sichetus.* Vide *Siccaria.*

SICARIE, Proditoriè, per *Sicarios.* Laurentius Leodienſis in Hiſt. Epiſcopor. Virdunenſium: *Duce quoque Godefrido Gibboſo in Friſia ſicarie mortuo*, &c.

SICCA, Sepia, piſcis, Gall. *Seiche.* Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus pag. 31. *Si mercator in foro vendiderit millenarium ſuum de harenc, nummatum de harenc reddiderit, & non elegerit. Millenarius ſiccarum 4. den. centum, ob.*

SICCA, pro *Sica*, Pugio, enſis. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 19. *Et ſtatim extinctis luminaribus, caput Sicharii ſicca divіdit.* Cap. 36. *Sica* ſcribitur: *Et elevans manum cum ſica, caput hominis libravit.*

SICCARIA, Agri portio ubi ſiccantur panni eloti. Areſtum Parlam. Pariſ. 10. Jan. 1320. *Super debato ſaiſinæ quarundam ſiccariarum pertinentium ad dictum Militem*, &c.

SICCATORIA. Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 11. *Cadaver in camino domus ſuper cineres prono ore compoſuit, & inſtrumentum deſuper pendens, quod Siccatorias vocant, ſuper eum dejecit, ut putaretur quia ſic eum machina caſus obtuderit.*

SICCATORIUM, in Gloſſis Saxon. Ælfrici, cyln, vel ayſt. i. fornax, vel .... Canones Hibern. lib. 51. cap. 9. de Ballivis: *Si verò foras exierint ultra ſiccatorium, dominus reddet ſi aliquid mali fecerint.*

SICCISCUS. Chronicon Fontanellenſe pag. 246. *Ad ſaccos quindecim comparandum griſeos ſicciſcos, unde cappæ fiant*, lib. 10.

SICERATORES, *id eſt qui cerviſiam, vel pomarium, ſive piratium, vel aliud quodcumque liquamen ad bibendum aptum fuerit facere ſciunt*, in Capitulari de Villis c. 45.

SICHA, *Sichetus.* Vide *Sica.*

SICHIA, Navis ſpecies. Sanutus lib. 3. part. 13. cap. 10. *Sequenti verò anno idem Rex cum Hoſpitalariis & Templariis armaverunt ſeptem galeas, & quinque ſichias*, &c. Fortè *ſagitias.* Vide *Sagitta.*

SICKERBORG. Vide *Wrang.*

SICINIUM. Vide *Bicinium.*

SICILIS, ἀρβύλιον, in Gloſſario Gr. Lat. MS. editum ἀρβύλιον, *Ficilis*, præfert. Eſt autem ἀρβύλιον *Culter ſutorius* apud Nicandrum.

SICLA, *Siclus*, *Sigla*, Menſura liquidorum. Apud Græcos & Latinos *Sicel* eſt quarta pars unciæ, & ſtateris medietas, drachmas appendens duas: apud Hebræos verò eſt unciæ pondus. Vide Cujac. lib. 12. Obſerv. cap. 40. Lex Alamannor. tit. 22. *Servi Eccleſiæ tributa ſua legitimè reddant, 15. ſiclas de cerviſa, porcum valentem tremiſſe uno*, &c. Capitula Caroli M. an 797. edita ab Holſtenio cap. 11. *Mel verò pro ſolido borientaſi ſigla 1. & medio donant: Septemtrionales autem 2. ſiclos de melle pro 1. ſolido donent.* Bonifacius Moguntinus Arch. Epiſt. 100. *Aiſtulit — duas armillas aureas & 5. ſiglas aureas valentes pretio 300. ſolidorum.* Chartæ Alamannicæ Goldaſti *Siclas*, *Siglas*, & *Seglas cerviſæ*, promiſcuè habent n. 42. 49. 59. 67. & 69.

Σίκλα etiam hac notione occurrit apud Græcos Scriptores. Theodoritus l. 4. Hiſt. apud Joan. Damaſcenum lib. 3. de Imaginib. pag. 191. edit. Rom. ubi de quodam Olympio Arriano: Καὶ φησὶν ὁ Ὀλύμπιος, ἄνδρα παιδας λουχεμούντα ἐπιβάντα μοι κατὰ τῆς κεφαλῆς, καὶ τρεῖς σίκλας ὕδατος θερμοῦ ἐκχέαντα μοι, καὶ λέγοντα μοι, &c. Ex quo emendandi Victor Tunnenſis, & Ado Viennenſis, qui hoc loco habent, *immiſſis tribus ignis jaculis*: legendum enim *ſiculis*, vel *ſiclis*, ut habet Iſidorus Hiſpalenſis in aliquot codd. nam alii præferunt etiam *jaculis.* Quippe

Sicula, eadem notione occurrit in Capitulari de Villis c. 9. *Volumus ut unuſquiſque judex in ſuo miniſterio menſuram modiorum, ſextariorum, & ſiculas, per ſextaria octo, & corborum eo tenore habeat, ſicut & in palatio habemus.* Acta Murenſis Monaſterii pag. 59. *Cum autem venerit tempus vindemiæ — poſt vindemiationem & uvarum calcationem in cellarium noſtrum muſtum importare* (debet,) *ſextam aut ſiculam ſibi habere, quæ ſicula ſignata debent eſſe ad conſtitutam menſuram.*

Siclus eadem perinde notione. Capitula Caroli M. an. 797. edita ab Holſtenio cap. 11. *Duos ſiclos de melle pro uno ſolido donent.* Charta Henrici IV. Imp. an. 1114. in iiſdem actis Murenſis Monaſt. pag. 22. *Unum malterum de frumento, & unum friſchingum, & unum ſiclum de vino*, &c. Vide *Silina.*

Ciclum, pro *Siclum.* Notitia an. 1113. apud Perardum in Burgund. pag. 106. *Eccleſiam & atrium violaverunt, cicla ſciderunt, vina fuderunt, annonas ſparſerunt*, &c.

Sicla, Moneta, ſeu Ædes in qua cuditur: Italis *Zecca*, ſic dicta Arelatenſibus à ſiclo vulgari Judæorum ibi habitantium. Conventiones inter Ludovicum II. Regem Siciliæ & Arelatenſes anno 1385. art. 26. *Item quod dictus Rex & Comes teneatur, eius ſucceſſores teneantur tenere ſiclam, & fabricari monetas ſuas aureas & argenteas & alias in dicta urbe Arelatenſi.* Vide *Siclus.*

SIGLA,

SICLADES. Vide *Cyclades*.

SICLÆ, *Aves minores perdicibus; majores verò turdis*. In Gloſſ. Medico MS. Reg. cod. 1486.

Siclinus color, cujuſmodi eſt ſiclarum, avium ita dictarum. Conſtantinus Afric. lib. de Urinis cap. 1. *Siclinus autem coleram nigram abundare ſignat*.

SICLARII *Apuliæ*, apud Petrum de Vineis lib. 3. Ep. 14. Fortè iidem qui Monetarii. Vide *Siclæ*.

SICLINUS. Vide *Siclæ*.

SICLO, idem quod *Siclus*, ſeu uncia apud Hebræos. At aliud ſonat apud Anaſtaſium in Gregorio IV. pag. 167. *Canthara cum thymiamaterio penſ. lib. tres, ſiclonem unum penſ. libras tres*. Vide *Sigla*.

SICLUS, apud Hebræos moneta notiſſima, de cujus pondere & pretio multa commentati ſunt qui de re nummaria ſcripſere Budæus, Scaliger, Villeboldus Snellius, & alii. Gloſſæ MSS. *Siclus, uncia apud Hebræos; apud Lat. quarta pars unciæ. Secundum alios ſic[...] 4. obolos continet, obolus 12. denarios*. Ita porrò etiam neſcio quam monetam appellarunt recentiores, atque inprimis Germani, quibus *Sichel* dicta Gloſſæ antiquæ MSS. *Sicilicus, qui Latina lingua corruptè Siclus dicitur: idem & Sichel*. Annales Francor. Fuld. an. 850. *Unus modius de frumento Moguntiaci vendebatur 10. ſiclis argenti*. Henricus Imp. de Conventione pacis publicæ an. 1051. apud Goldaſtum: *Si quis ſicli unius aut duorum pretii furtum aut prædam fecerit*, &c. Acta Murenſis Monaſterii pag. 51. *Perſolvunt cenſum de auro quod appendit ſiclum, quo in 5. partes diviſo, nobis dantur tres partes, & participibus noſtris duæ; ſic quæ aurum noſtrum appendit ſex nummos & dimidium*. Ditmarus lib. 8. pag. 75. *Preſbyteris & Diaconis veſtitum ſumet 8. ſiclis, Subdiaconis autem & inferioribus, 4. adauxit*. Conradus Uſperg. in Henrico III. *Cum tanta alimentorum abundantia militiam ſuam Chriſtus deduxit, ut aries nummo, boſque ſiclo veniiſſet*.

Siclus etiam apud veteres Anglos monetæ ſpecies fuit. Albinus, ſeu Alcuinus, in Epiſtola ad Colcum, inter Hibernicas: *Et per ſingulos Anachoritas tres ſiclos de puro argento*. Egbertus in Dialogo de Eccleſiaſtica inſtitutione pag. 98. *Quiſquis verò fratrum contra interdicta venerabilium Canonum transfugam Clericum vel Monachum ſine literis pacificis ſuſceperit, & conventus in hac obſtinatione perduraverit, reddat quod ſtatutum eſt, 30. quidem ſiclos, 15. verò Epiſcopo loci, 15. Abbati cujus Monachum ſine nutu Prioris ſui ſuſceperat*, &c. Infra, *Siclum* valuiſſe duobus argenteis, ſeu denariis innuit: *Laici vero qui ſacrilega ſe conjunctione miſcuerint velatis, — duplicatâ 30. ſiclorum pecunia, hoc eſt 60. argenteos volumus dare Eccleſiæ adulterantes*, &c. Adde pag. 103.

SICTOR. Tabularium Brivatenſe ch. 403. *Habet cenſum alode porcos 2. multones 2. civada ſſ. 2. agnum 1. gallinam 1. inter carrei & civadiæ den. 12. panes 2. de ſictore den. 2. gerbas 4.* Infra: *Et civadam totam, & gallinas 3. & ſictores, & 3. panes*, &c.

SICULA. Vide *Sicla*.

SICULUS. Pactum inter Philippum Regem Franciæ & Almarricum Vicecomitem Narbonenſem, ſuper Judæis & eorum bonis, 5. Junii an. 1309. in Regeſto Chartophylacii Regii: *Videlicet quod ex cauſa & nomine tranſactionis, pro bonis ipſorum Judæorum nos damus, & dare & ſolvere tenemur 5000. ll. Turon. parvorum fortis bonæ monetæ: Item domus liberorum Salomonis de Melgorio, in quibus ſunt tres ſiculi, & tres ſolarii, quæ conjunguntur cum Palatio dicti Vicecomitis*, &c.

SIDELWEIDEN. Vide *Zidelweida*.

SIDERATUS, Paralyſi percuſſus, ἡμίξηρος. in Gloſſ. Gr. Lat. vox Latinis ſcriptoribus nota. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Sideratus, vel ictuatus*, ꝼæꞃunȝe aꞅꞇoꞃꝼen. Somnerus hæc verba Saxonica interpretatur, *fortè cadaveroſus*. Marcellus Empir. cap. 14. *Facit ad linguam ſideratam, quod genus morbi Paralyſin Græci vocant*. Vegetius lib. 2. de Re veterin. cap. 39. *Inventum ſi fuerit ſideratum, his agnoſcitur ſignis*. Ibid. *Maxilla ſiderata*. Adde Plinium lib. 3. de Medicina c. 16. Lex Longob. lib. 1. tit. 8. §. 25. *Si — manus aut pedes, vel quodlibet membrum plagatum aut percuſſum, ſi fuerit ſideratum, & non perexcuſſerit à corpore*, &c. Vide editionem Heroldi pag. 166. 170. 171.

Aſſideratus, eadem notione. Miracula S. Simonis Tudertini n. 14. *Quædam puella — aſſiderata brachio dextro*, &c. Vide Oct. Ferrarium in *Aſſiderarſi*.

Sideroſus. Gloſſ. Lat. Gr. *Sideroſus*, ἀςρόπληξ, σεληνιακός.

SIDERCUNDUS. Vide *Sithcundus*.

SIERUM, Serum lactis. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 15. *Quidam homo dedit cuidam tantum de ſiero pro tanto de muſto, quod reciperet in menſe Septembris*. Infra: *Quod qui debebat muſtum, explectaſſet primitus uvas ſuas, & ex eis muſto omnino extracto, vinaceas ipſas iterum exprimeret, aqua mixtas ſicut ille qui dedit ſierum expreſſerat lac unde ſierum exierat*.

SIFORI. Vide *Silfori*.

SIGALUM; *Sigalis*, *Sigelis*, *Sigilum*, *Segula*, &c. Voces unius ejuſdemque notionis: Lat. *Secala*, Gallis *Segle*.

Sigalum. Ugutio, & ex eo Joannes de Janua: *Sigalum, quædam annona, quia videtur latere & ſilere inter ſpicas propter ſuam vilitatem: unde Sigalinus, Sigaliceus, Sigaloneus. Unde & terra, quæ tali annona abundat, dicitur Sigalonia*: ſcilicet pagus ad Aurelianum, qui hodie *la Sologne* appellatur. Gloſſ. Lat. Gall. *Sigalum, Seige, gros blé*. Concilium Francoford. an. 794. c. 4. *De medio ſigali denarii 3*. *Panes ſigalatii*, ibidem. *Panis ſigali, qui Turta vulgariter appellatur*, apud Udalricum lib. 2. Conſuet. Cluniac. cap. 4.

Sigalis. Capitulare Caroli M. an. 797. editum ab Holſtenio c. 11. *De annona verò bortrinus pro ſol. 1. ſcapilos 40. donant, & de ſigale 20*. Charta an. 826. apud Doubletum pag. 793. *Quas villas acceperunt memorati fratres pro ſigale modios mille trecentos*. Ermanricus in Vita S. Soli cap. 6. *Terra ibidem adjacens ſterilis eſt, nihilque pinguius ſigale gignit*. Moſchopulus lib. περὶ σχεδῶν. Ὄλυρα, ἀθάς τι τῶν σπερμάτων, ὃ καὶ ζειὰ καλοῦμεν, ὃ καλοῦσι σίγαλιν.

Sigelis. Capitul. Caroli M. lib. 1. c. 132. *Modium unum de ſigele contra denarios 3. Modium 1. de frumento parato contra denarios ſex*.

Sigilum. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Sunt ibi aſergariæ 3. ubi poſſunt ſeminari de ſigilo modii 20*. &c. Letaldus Monachus lib. Miracul. S. Maximini Miciacenſis Abbat. n. 19. *Eos ut ſtipendiarios ſigilo alebat, cæteris bonis penitus abraſis*.

Sigilla. Chronicon Malleacenſe an. 1122. *Circa 2. ſolidos fuit ſextarium ſigillæ, & ſextarius frumenti per 3. ſolidos*.

Segula, in Hiſtoria Monaſterii S. Nicolai Andegav. pag. 161.

Segallum. Ratherius Veron. in Apologetico pag. 237. *Quiſquis Preſbiterorum [...] annatim acciperet inter frumentum & ſegallum modia decem*. *Panis ſegalatius*, apud Fortunatum in vita S. Radegundis cap. 15. & 21. Denique

Secale, apud S. Hieronymum in Ezech. cap. 4. & in Lege Saxon. tit. 18. *Segale*, Senenſibus. Charta Ludovici Pii Imp. apud Doubletum pag. 740. *De tritico puro ad torum & hoſpitum in refectorio venientium opus modia duo millia centum: ad præbendam famulorum illis ſervientium de ſecale modia duo millia quingenta*, &c.

SIGIRONES. Conſtantinus African. lib. 5. de Morbor. curat. c. 1. *In hac quinta (parte) dicere diſpoſuimus, quos morbos ſecunda in epate patiatur, & ſigerones & curas, ſecundum antiquorum autoritates*.

SIGILBOTH, Sigillorum cuſtos, Camerarius Principis, vox Alemannica, à *Sigil*, ſigillo, & *both*, nuntio vel cuſtode. Goldaſt.

SIGILLA. Vide *Sigalum*.

Sigillarius, Cuſtos ſigilli. Petrus Bleſenſis Epiſt. 131.
*Cùm in Sicilia eſſent Sigillarius & Doctor Regis Guil-
lelmi II. tunc pueri.* Apud Radulfum de Diceto an.
1180. *Walterus de Conſtantiis* dicitur *Regis* Angliæ *Si-
gillarius.*

SIGILLATICUM. Capitularis Sicardi Principis Bene-
vent. an. 836. caput 27. eſt *de Sigillatico & de nuptia-
tico.* Sed cum textus in MS. deſit, quid hæc vox ſonet,
non facile eſt aſſequi.

SIGILLATUM, ex Gallico *le Seellé.* Cognitio de *Sigilla-
to*, dicitur de actis quæ ſigillo publico muniuntur. Ve-
tus Areſtum apud Paradinum lib. 2. Hiſt. Lugdun. cap.
71 de Archiepiſcopo Lugdun. *Tribunal etiam notabile in
dicta domo noſtra Rodana nobis cum Delphinatu Viennen-
ſi acquiſita conſtrui fecerat : in quo de omnibus caſibus,
etiam de Judæis, & de ſigillato Matiſconenſi in ſolidum
cognoſcere ſatagebat.* Aliàs in Gloſſis Gr. Lat. *Sigilla-
tum*, ζωδιακὸν exponitur, id eſt ſigillis ſeu ſignis ador-
natum.

SIGILLATUS. Vide *Sigillum.*

SIGILLUM, Præceptum, epiſtola, diploma, literæ ipſæ
ſigillo munitæ, ut *Bulla*, diploma bullâ ſuâ inſtructum.
Gloſſ. Gr. Lat. σφράγισμα, *Sigillum, Evectio.* Leo Imp.
in Regeſto Petri Diaconi Caſin. n. 149. *Sufficiant om-
nes ſolum monſtrandum & oſtenſum noſtrum fidelem ſigil-
lum factum per menſem Febr. 9. Indict.* In eodem Re-
geſto: *Sigillum factum à Mariano Antypato — & da-
tum vobis Aligerno venerabili Abbati.* Infra: *Cum plum-
bea bulla iſtum præſentem ſigillavimus ſigillum noſtrum,
& conceſſimus prædicto Abbati.* Habetur in eodem Re-
geſto non ſemel. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 2. *Prædictus
Abbas ſigillum recepit, ut — ei liceret perquirere omnes
hæredes,* &c. Petrus Diacon. Caſin. lib. 4. c. 107. *Ho-
rum Imperator precibus inclinatus ſigillum ſuum conceſſit,*
&c. Iſidorus Pacenſis æra 766. *Sigillum vel auctori-
tatem principalem à ſupradictis partibus miſſam patenter
demonſtrat,* &c. Charta Goffridi Comitis Andegav. pro
fundatione Eccleſiæ Collegiatæ de Lochis, de Rege Lo-
thario: *Et ut locus ab habitatoribus firmius poſſideatur,
ſupradictis viris quampluribuſque aliis cernentibus, ſuum
mihi ſigillum dedit, quod pro magno ſuſcipiens, detuli
mecum.* Will. Brito lib. 2. Philip.

Hoc mihi donavit genitor tuus, hoc meminiſti
Te mihi regali jam confirmaſſe ſigillo.

Chronicon Alexandrium pag. 902. Ἐὰν ὦν δήλη ταλαιδ
ἤκασι ἐν τῇ πόλει ... ... καιρὸν, ... ἔγγραφα
... τὸ Σιγίλλιον, &c. Occurrit porrò Sigillum notione
iſta paſſim, in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 18. Ala-
man. tit. 23. §. 4. tit. 28. §. 1. 3. In Decret. Taſſilonis
§. 17. in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 20. lib. 3. tit.
3. in Capitul. 2. an. 809. c. 14. l. 3. Capitul. c. 58. in
libro Uſuum Ciſtercienſis Ordinis c. 102. apud Ana-
ſtaſium in Conſtantino PP. Adamum Bremenſem c. 22.
Goffridum Vindocin. lib. 14. Epiſt. 5. Ughellum to. 1.
Ital. Sacræ pag. 1023. to. 7. pag. 872. to. 9. p. 258.
385. 590. 673. 674. Rocchum Pirrum to. 1. Notit.
Eccleſiar. Sicil. pag. 31[illegible]12. to. 2. pag. 20. in Epiſto-
la 97. ex Sugerianis, in [illegible]aticis MSS. Barcinonenſibus
cap. 58. &c.

Sigillum in ſubſtantia alicujus imponere, apud Gregorium
M. lib. 9. Epiſt. 31. quod practici noſtri dicunt, *Ap-
poſer le Seellé.* Charta Aldefonſi VI. Regis, æræ 1118.
apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Bened. to. 3. *Ut
nullus miniſter — intra terminos Monaſterii audeat in-
trare, — ſeu hæreditatibus quæ juris eorum ſunt per ma-
nus Saionis ſigillum ponere, ſive pro homicidio,* &c.
Alia Ferdinandi Regis Hiſpaniæ æræ 1081. apud eun-
dem Anton. *de Yepez*, to. 6. *Et ſi fortè iratus cum armis
vel ſine armis introierit Palatium Regis, vel in Pala-
tium alicujus hominis, aut in villam, tam ſigillatam, ſeu
in aliquem locum in quo ſigillum poſitum fuerit, & nihil
inde abſtraxerit, nullam calumniam proinde ſuſtineat.*
Infra: *Tam ſervus quàm ingenuus, ſeu fiſcalis, non fa-
ciat aliquod fiſcale ſervitium Regis, non reddat aliquid pro
homicidio quod fecerit, ſive quod non fecerit, non tantum
quamvis fecerit, non foſſataria, non ſigillum poſitum in
hæreditate Andreæ.*

Sigillum pendens, quod diplomati filo ſerico, σηρικῷ νήματι,
ut loquitur Nicetas Choniates, appendi ſolebat. Ni-
colaus de Braia in Ludovico VIII.

Interea proceres ſcriptis pendente ſigillo
Anglorum rector omnes vocat.

Sigillum penſile appellatur in Wichbild Magdeburgen-
ſi art. 14. Ut *Chartes pendans*, apud Villharduinum n. 11.
98. *Lettres pendans*, in Conſilio Petri de Fontanis cap.
4. §. 28. diplomata quibus id appenſum erat dicuntur.

Penſilium ſigillorum non nuperum, ſed peranti-
quum uſum fuiſſe licet colligere ex iis quæ de *Bullis* ob-
ſervavimus, ubi plumbeas & aureas Bullas primitus filo
aut ſerico tabulis appenſas docuimus. Sed quando
cerea iſtiuſmodi ſigilla perinde literis appendi cœperint,
non planè conſtat. Video enim quoſdam, atque in iis
magnum Peireſcium, exiſtimaſſe ante Ludovici VI.
ævum vix conſpici : quod tamen in dubium jure vocari
poteſt, cùm tradat Ingulphus pag. 901. Guillelmum
Nothum horum uſum in Angliam invexiſſe, cùm antea
ſolam crucem effingerent Angli : *Chirographorum con-
fectionem Anglicanam, quæ antea uſque ad Edwardi
Regis tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus cum
crucibus aureis, aliiſque ſacris ſignaculis firma fuerunt,
Normanni condemnantes, Chirographa chartas voca-
bant : & chartarum firmitates cum cerea impreſſione per
uniuſcujuſque ſpeciale ſigillum, ſub inſtillatione trium aut
quatuor teſtium aſtantium conficere conſtituebant.* De ce-
reis enim penſilibus ſigillis loqui Ingulphum omnes
conſentiunt, idque firmat ejuſdem Willelmi Nothi
ſigillum, quod deſcripſit Seldenus ad Eadmerum pag.
166. cujus etiam meminit Heremannus lib. de Reſtau-
rat. S. Martini Tornacenſis cap. 4. qua quidem ætate
ejuſmodi penſilia ſigilla obtinuiſſe firmari præterea po-
teſt, imò antea : nam Edwardi Confeſſoris diplomatibus
appenſa teſtatur autor Vitarum S. Albani pag. 52. Char-
ta Roffredi Archiepiſcopi Beneventani an. 1078. apud
Ughellum : *Noſmetipſi propria manu ſubſcribendo ſigno
ſanctæ Crucis illud corroboravimus, & ſigilli noſtri im-
preſſione inſigniri præcepimus, & demandavimus, & ſigilli
inſignia appendi voluimus.* Verùm cereumne an plum-
beum fuerit, ex his non liquet.

Hiſce porrò ſolis penſilibus ſigillis, nullo appoſito
chirographo, muniebantur diplomata, quæ vim om-
nem iiſdem conferebant ; adeò ut neceſſe eſſet ſumma
cura typos ipſos ſigillarios aſſervare, ne in aliorum ma-
nus inciderent. Unde Bracton lib. 5. tract. 4. cap. 15. §.
3. *Dum tamen nihil ſit quod imputari poſſit imperitiæ ſuæ
vel negligentiæ, ut ſi ſigillum ſuum Seneſcallo ſuo
vel uxori traderet, quod cautius cuſtodiri debuit : cum
uxor & ſigilla ad paria judicentur.* Scribit Bromptonus
Magiſtrum Rogerum, cognomento *Malum Catulum*,
Ricardi I. Regis Angliæ Vicecancellarium, juxta
Rhodum inſulam orta tempeſtate in mari periiſſe, *&
circa ejus collum ſuſpenſum Regis Sigillum poſtea repertum
fuiſſe* : quod ille ſcilicet eo ſtudio ſervabat, ne in alienum
jus culpa ſua cederet. Eadem fortè ratione Cancellarius
Imperatoris, in ſolennibus præſertim ceremoniis, *ma-
num ſigillum* collo appenſum geſtat, ut colligere eſt ex Bul-
la aurea Caroli IV. Imp. cap. 7. 23. §. 2.

Quod ſi caſu quovis amitteretur ſigillum, tum judex
adibatur, coram quo qui amiſerat, ut deinceps nulla fi-
des diplomatibus adhiberetur quibus apponeretur, pro-
teſtabatur. Aliquot ejuſce moris exempla profert Will.
Dugdalus in Antiquitatib. Warwicenſis provinciæ p.
673. quæ hîc deſcribemus : ac primùm ſub Henrico
III. *Memorandum quod publicè clamatum eſt in Ban-
co, quod ſigillum Benedicti de Hagham, cum uno capi-
te in medio, ſub nomine ſuo, in quacunque manu fuerit,
de cætero nullum robur obtineat.* Sub Edw. I. *Memo-
randum quod Henricus de Perpount die Lunæ in craſt.
Octob. B. Michaelis, venit in Cancellaria apud Lin-*

celatam, & publicè dixit quòd ſigillum amiſit, & proteſtabatur quod ſi aliquod inſtrumentum cum ſigillo illo poſt tempus illud inveniretur conſignatum, illud nullius eſſe valoris, vel momenti. Denique ſub Edw. II. *Joannes E. recognovit in Cancellaria Regis ſe amiſiſſe ſigillum ſuum, & petit quod dicto ſigillo deinceps non habeatur fides.* Vide quæ de Bullis ſupra annotavimus.

In his porrò efformandis ſigillis penſilibus, cera adhibita varii coloris. Scribit Tillius ſoli Regi flavæ uſum peculiari prærogativa competere: quod etiam repetitum legitur in articulis Conventus Sangermanenſis an. 1583. adeo ut Ludovicus XI. Renatum Andegavenſem, Siciliæ Regem, inſigni privilegio donaſſe putaverit, conceſſo, ut ipſi & filiis ejus recta linea procreatis, intra Francici, atque adeo Siculi Regni fines, cera flava in ſuis ſigillis uti liceret, diplomate 28. Januar. an. 1468. & menſe Maio an. 1469. in acta Parlamentaria relato. Nam obſervatum à Bodino in libris de Republica, & Cardino Bretio lib. 2. de Suprema Regis auctoritate, erratum hac in re à ſcriba Tillii, qui ceram albam poſuerit pro flava, cum, ut ii aſſerunt, nullus unquam apud Reges noſtros albæ ceræ uſus in ſigillis fuerit: licèt contrarium aſſerat Miramontius in lib. de Cancellaria Franc. pag. 32.

Ceræ viridis in ſigillis regiis uſus potiſſimum eſt in diplomatibus, quæ vulgò *Chartres, Privileges, & Remiſſions* dicuntur. Literæ *de Chartres*, eæ dicuntur, quæ ad perpetuam rei memoriam conſcribuntur, hiſque verbis ſub initium concipiuntur: *Præſentibus ac futuris*, in quibus confectionis dies non adſcribitur, ſed tantùm menſis & annus, ut innuatur rem ipſam maturo ac diuturno conſilio agitatam. Color autem viridis in cera rem in perpetuo vigore permanſuram denotat. Ceteræ verò Literæ hacce formula exarari ſolent, *Omnibus præſentes litteras inſpecturis.* Sed hodie cera flava in Francicis Cancellariis quævis diplomata ſigillantur.

Cera rubea utuntur Univerſitates ac Communitates.

Cera alba in ſigillis uſos Comites Pictavenſes teſtatur Beſlius p. 538. 543.

Hodie albæ ceræ ſigilla ſpectant ſancti Spiritus Militarem Ordinem, ex Statuto Henrici III. Regis illius inſtitutoris.

In ſigillis effecti fere ſemper Equites, quorum erant, ſi ex Militari eſſent ordine, tunica loricæ inſtrata: quod ſub Joanne Rege in Anglia tum primùm obtinuiſſe ſcribit anonymus Hiſtoricus ineditus apud Dugdalum in Antiquitat. Warwicenſ. *Tempore Regis Johannis erant in ſigillis dominorum tunica ſuper loricis, non autem ante: erant autem tunica longa ad talos.* Adjuncta deinde armorum inſignia. Idem Scriptor: *Circa annum 1218. Domini qui in ſigillis more ſolito habebant equites armatos cum gladiis, nunc in dorſo ſigillorum arma ſua poſuerunt de novo in ſcutis.* Et ſub an. 1366. *Poſt captionem Johannis Regis Franciæ, Domini atque generoſi, relictis imaginibus Equitum in ſigillis, poſuerunt arma ſua in parvis ſcutis.*

Sigillum tum primùm ſibi adſciſcebant viri nobiles, cùm ſuæ ætatis eſſent, hoc eſt annum ætatis 21. attigerant, atque adeo Militare cingulum conſecuti erant, cùm hanc adepti ætatem *Milites* fieri ſolerent, quod præſertim docent Stabilimenta S. Ludovici Regis Franciæ lib. 1. cap. 70. & 71. Monaſticum Anglican. to. 1. p. 816. *Pepigimus etiam eis quod — faciemus eos habere cartam & ſigillum Conani* (Comitis Britanniæ) *ad confirmationem prædictæ eleemoſynæ, cùm ipſe illius ætatis fuerit, quod terram tenere poſſit, & ſigillum habuerit.* Charta Catharinæ & Frederici filii Ducum Lotharing. an. 1253. apud Hieron. Viguerium in Hiſt. Alſatica p. 143. *Je Katerine Ducheſſe ai mis mon ſeel en ces Lettres en teſmoignage de verité: Et je Ferris Dux davant nommez uſe dou ſel de ma mere devant nommée, & tantoſt comme je ſerai fors de mainburnie, je ſuis tenu de mettre mon ſeel en ces Lettres.* Hinc in

Chartis formulæ ſequentes leguntur. In Charta an. 1117. apud Auguſtinum *du Pas* in Stemmate Penteurienſi p. 7. *Sed quia nondum Comes Gaufridus proprium habebat ſigillum, hoc nobis in ſigillo Comitis Stephani confirmavit.* Alia apud eundem in Stemmate Doenſi: *Et quia adhuc Miles non eram, & proprium ſigillum non habebam, quando hanc conceſſionem fecimus, autoritate ſigilli domini patris mei cartam iſtam ſigillavimus.* Charta Guillelmi Epiſcopi Amb. an. 1226. *Girardus dominus Pinconii Vicedominus Ambianenſis donationem ſuperſcriptam factam Capitulo Ambian. recognovit, & promiſit quod quamcito Miles erit, & ſigillum habebit, dictum ſigillum apponet dictæ conceſſioni.* Charta Hugonis IV. Ducis Burgundiæ an. 1228. *Juravi dictis Divionenſibus, quod quando ad Militiam promotus fuero, eis præſentes literas innovabo, & eo ſigillo quo Miles utar, ſigillabo, & tradam ſigillatas.* Adde Morlerium in Stemmatibus Nobilium Picardiæ pag. 143.

Ex præallatis conficit Ducheſnius in Hiſt. Caſtilionenſi, ubi de inſignibus ejuſdem familiæ agit, & in Hiſt. Richeliana pag. 19. ſolos Milites jus habuiſſe ſigilli penſilis: quod licèt fortè verum ſit prioribus ſeculis, de poſterioribus addubitari poteſt, cùm & Armigeros diplomatibus ſigilla ſua interdum appoſuiſſe conſtet: & in Areſto 16. Aug. an. 1376. apud Tilium cap. de Militibus, referatur eum in Burgundia morem obtinuiſſe, ut Armiger Miles factus ſigillum ſuum mutaret: unde colligitur Armigeros ſigilla ſua litteris appoſuiſſe, ſed ea mutaſſe cùm Militiam conſecuti erant.

Sigillum verò *authenticum*, illud ipſum vocabant quod *pendens* dicitur, quo ſcilicet *Literæ patentes* muniuntur. Charta Henrici de Vergiaco Seneſcalli Burgundiæ an. 1246. *Quia aliud ſigillum tunc non habebam, contraſigillo meo, quo utebar pro ſigillo, præſentes literas feci ſigillari, promittens per præſtitum juramentum, quod quotieſcumque ſigillum authenticum habuero, præſentes literas vel ſimiles de ipſo faciam ſigillari.* Areſtum 5. Octob. an. 1394. contra Canonicos Lugdun. *Et eſto quod ſub ſuo ſigillo ſecreto illud conficere potuiſſent, non tamen ſub ſigillo ſecreto, ſed ſub authentico vel publico.* Statutum Ottonis Cardinalis Legati in Anglia an. 1237. apud Matth. Paris & Lindwodum: *Habeat unuſquiſque* (Archiepiſcopus, Epiſcopus, &c.) *Sigillum, puta nomen dignitatis, officii, ſeu collegii, & etiam illorum proprium nomen, qui dignitatis vel officii perpetui gaudent honore, inſculptum notis & characteribus manifeſtis, ſicque ſigillum authenticum habeatur.* Vide Butilerium in Summa Rurali lib. 1. tit. 106. 107. Chopinum lib. 1. in Conſuet. Andegav. p. 340. lib. 3. de Dom. tit. 21. n. 6. Roverium in Reomao pag. 634. &c. ubi de Nobilium & Communitatum ſigillis publicis ac autenticis: de quibus conſule præterea Concilium Londinienſe an. 1237. apud Matth. Paris p. 307.

Sigillum ſecretum, vel *ſecreti*, illud appellabant quod litteris, uti vocant, clauſis apponebatur, ad diſcrimen ſigilli majoris, quod *authenticum*, & *commune* appellatum diximus, & *Literis patentibus ac apertis* appendebant. Ideo autem id nominis ejuſmodi ſigillo inditum, quod illius uſus eſſet in ſecretioribus negotiis, verbi gratia in Epiſtolis, cum alterius eſſet in publicis, & quæ omnibus paterent: unde diplomata eo munitæ, *Literæ patentes* indigitari ſolent. Neque tantum in privatis negotiis ſigilli ſecreti uſus erat, ſed & in publicis, cum id à tergo majoris ſeu authentici ſigilli inderetur, quod ideo *Contraſigillum* nuncupatur, quia majori ſigillo *contra* opponeretur. Interdum etiam ab ipſo majori ſigillo dependiſſe obſervare eſt. Sed & publica negotia ad pleniorem fidem, vel majus dilectionis argumentum, *ſigillo ſecreti* ſigillata legimus. Extat enim apud Miræum in Diplom. Belgic. cap. 89. Charta Henrici IV. Imp. an. 1059. pro Eccleſia Nivellenſi, in qua hæc habentur: *Henricus — Nivialenſis Eccleſia Francorum regno finitima permaximas calamitates ſæpe ſuſti-*

nuit: quod pater meus Henricus III. Imp. animo in- doluit, adeo ut in conſecratione, quam ad adventum ſuum reſervari juſſerat, præſentem ſe exhibens, pignora ſacratiſſimæ Virginis Gertrudis propriis humeris ſanctua- rio importaret, locumque donis Imperialibus exornans, de rebus ejuſdem Eccleſiæ præceptum faceret, quodque ſpecialis dilectionis indicium eſt, non communi illud ſigil- lo, ſed ſecreto ſuo ſignaret. Certè Reges noſtros pu- blicas etiam literas *ſigillo ſecreto* muniiſſe docet Char- ta Joannis Regis an. 1350. apud Gallandum de Franco aloidio pag. 30. Sed illud maximè factum, cùm abeſſet manus: quod in ipſis literis exprimi ſolebat, ut apud Tillium, eundem Gallandum pag. 193. Miramontium de Cancellaria p. 35. Juſtellum in Hiſt. Turenenſi pag. 94. & alios.

Sigilla Secreti longè minoris erant formæ, quàm authentica. Iis interdum impreſſa fuere Militum in- ſignia, interdum familiarum quas affinitate qua- dam contingebant, aut à quibus originem trahebant: interdum denique figuræ quædam exoticæ pro libitu ipſorum quorum erant ſigilla: quod quidem licet omni- bus advertere in ſigillis quæ à Ducheſnio & aliis Stem- matographis deſcribuntur. In Regum noſtrorum ſigillo ſecreto inſignium Scutum unicoangelo ſuſtentatur.

Sigillorum Secreti, ſeu *Contra-ſigillorum*, variæ le- guntur inſcriptiones, quas hîc deſcribam. *Secretum*, cum adjectione nominis, cujus eſt ſigillum, apud Juſtel- lum in Hiſt. Arvern. pag. 55. 57. 170. 172. 188. 189. in Hiſt. Turen. pag. 46. Ducheſnium in Probat. Hiſt. Caſtilion. pag. 35. &c. *Secretum mei*, in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 480. *Secretum meum*, apud Juſtell. in Hiſt. Arvern. pag. 173. in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 504. *Secretum meum mihi*, (ex Iſaiâ cap. 24.) in Pro- bat. Hiſt. Guinenſis pag. 478. apud Roverium in Reo- mao illuſtr. 195. *Secretum eſt*, in Probat. Hiſt. Caſtilion. pag. 95. *Secretum ſerva*, in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 496. *Secretum Sigilli*, in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 522. *Secreti cuſtos*, apud Juſtellum in Hiſt. Arvernenſi pag. 47. *Sigillum ſecreti N.* in Probat. Hiſt. Caſtilio- nenſis pag 198. *Sigillum ſecreti mei*, in Probat. Hiſt. Caſtilion. pag. 66. 164. *Teſtimonium veri*, in Probat. Hiſt. Guinenſis p 473. 478. 489. 491. *Sigillum veri- tatis*, apud Petrum Franciſcum Chiffletium in Bea- trice p. 47. 109. 158. *Secretum* nudè, in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 528. Montmorenciac. pag. 105. &c Miracula S. Catharinæ Suecicæ cap. 1. *Actum & da- tum — noſtro ſub ſecreto præſentibus impendente.* Char- ta Ducum Sueciæ an. 1304. apud Ericum Upſalienſem lib. 3. Hiſt. Suecicæ pag. 94. *In cujus rei teſtimonium, robur, & evidentiam, ſecreta noſtra, quia penes nos alia ſigilla non habemus, præſentibus duximus apponenda.* Di- citur etiam interdum *Contraſigillum N.* in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 398. 535. Caſtilionenſis p. 35. 95. Monmorenc. p. 105. Ita porrò appellatur, quòd ſigilli authentici, ſeu publici adverſæ ac poſticæ parti impri- meretur, ſic ut authentico opponeretur. Hujus uſus erat in minoribus negotiis, ut eſt in Nomaſtico Ciſter- cienſi pag. 543.

Sigilli ſecreti Regii cura ac cuſtodia apud nos, *Ma- gnum Cambellanum* ſpectabat: eoque abſente, pri- mum Cambellanum, ut obſervatum à Tillio, quo is li- teras, quas *de prieres, d'eſtat, de reſponſes, & de man- demens à venir*, vocant, ſigillabat, ut eſt in Edicto Phi- lippi Regis an 1316. Scribit Monſtrelletus 1. vol. cap. 123. an. 1314. Dominum *de Ligny*, nobilem Hanno- nienſem, Sigilli ſecreti Regii Cuſtodem fuiſſe, *Gar- de du ſel du ſecret du Roy*: & cap. 213. Philippum Joſquinum Divionenſem ſigilli ſecreti Joannis Ducis Burgundiæ, qui quidem an Cambellani munus obierint, mihi haud compertum. Addit idem Tillius Vicecomi- tem *d'Aunay* in Pictonibus, tanquam Comitis Pictavo- rum primum Cambellanum, ejuſdem Comitis ſigil- lum ſecreti ſervaſſe. Apud Byzantinos Auguſtos infimi ævi, dignitas fuit, quam Παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης vo- cabant, penes quem erat cura ſigilli, quo Imperator epiſtolas quas ad matrem, filios, Deſpotas, Patriar- cham, & alios ſcribebat, ſigillabat: cùm alius eſſet qui Παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος dicebatur, cui cubiculi Impe- ratorii cura incumbebat. Vide Notas ad Villharduin.

Sigilla ſecreti, àb eorum cuſtodibus in pretioſo quo- dam marſupio aſſervata docemur ex Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii regii an. 1350. *Pour faire & broder les bourſes aux ſeaulx du ſecret du Roy, de la Royne & de la Ducheſſe d'Orleans*, &c. Ejuſmodi ſigilla ſecreti

Sigilla privata dicuntur, quorum ſcilicet uſus eſſet in pri- vatis negotiis. Fleta lib. 2. cap. 13. §. 1. *Eſt inter ca- tera quoddam officium, quod dicitur Cancellaria, quod viro provido & diſcreto — debet committi, ſimul cum cura majoris ſigilli regni: cujus ſubſtituti ſunt Cancel- larii omnes in Anglia, Hibernia, Wallia, & Scotia, omneſque ſigilla regia cuſtodientes ubique, præter cuſtodem ſigilli privati*, &c. Apud Monſtrelletum, *Molanus* Doctor in Legibus & Decanus Sariſberienſis dicitur *Garde du prive ſeel du Roy d'Angleterre.* Guill. Gruel- lus in Vita Arthuri III. Ducis Britanniæ pag. 128. de eodem: *L'an 1444. en eſté vint le Comte de Suffolc, & le Priveſel d'Angleterre à Tours devers le Roy.*

Sigillum Piſcatoris, Sigillum, ut aiunt, *Secreti*, quo Sum- mus Pontifex utitur in Epiſtolis privatis: in quo ſcili- cet effingitur D. Petrus in navicula, inſtar piſcatoris retia laxantis. Epiſtola Clementis IV. PP. apud Car- bonellum in Chron. Hiſpan. fol. 68. & Maſſonum: *Non ſcribimus tibi, nec familiaribus noſtris ſub bulla, ſed ſub piſcatoris ſigillo, quo Romani Pontifices in ſuis ſecretis utuntur.*

Sigillum altaris, Durando lib. 1. Ration. cap. 6. n. 34. parvus lapis, cum quo ſepulchrum, ſive foramen, in quo reliquiæ reconduntur, clauditur, ſeu ſigillatur. Alexander III. PP. apud Gregorium lib. 3. Decret. tit. 40. cap. 1. *Ad hæc ſi altare motum fuerit, aut lapis ille ſolummodo ſuprapoſitus qui ſigillum continet, confra- ctus aut etiam diminutus, debet denuo conſecrari.* Sta- tuta provincialia Walteri Epiſcopi Dunelmenſis anno 1255. *Inſuper quæ altaria fuerint conſecrata; & ſicon- ſecrata, ſint crucis charactere ſigillata.*

Super Sigillum clamare. Vetus Notitia Vaſconica, apud Marcam lib. 5. Hiſt. Beneharn. c. 17. n. 1. *Ad id ven- tum eſt, ut diceretur eidem Abbati & ſenioribus S. Vin- centii, quod niſi redderet ſupradictum honorem, non poſſet Principatum obtinere ſecurè ſupradictæ regionis, & faventè partibus Raymundi Seguini Gaſto Principe, ſu- per ſigillum & vim clamando, accipere habuerunt centum ſolidos Pictavenſis monetæ*, &c.

SIGILLUS, Alamannis *Sigel*, Epiſtomium vaſis, vel ob- turaculum, quod orificio, ut Apuleius loquitur, vel ori ſummo dolii inſeritur, illudque obſtruit, ſic dictum, quia [illegible] vaſa ſignabantur, ut ex Hieroclis Philoſophi facetiis colligitur. Eckeardus Junior de Caſib. S. Galli cap. 5. pag. 194. *Erant autem in cellario fratrum com- muni duo vaſa vinaria uſque ad ſigillos adhuc plena.* *Epiſtomii* vocem uſurpat Jonas in S. Columbano lib. 1. c. 16.

SIGILLUS, ſeu *Sigillum*, Signum ſeu figura vaſculis re- buſve aliis inſculpta, adpicta, aut adtexta, quomodo Latinos vocem *Sigillum* uſurpaſſe docuit olim Lazarus Bayfius lib. de Vaſculis p. 106. Gloſſæ Lat. Gr. *Si- gillum*, ἀνδριαντίσκιον, ζώδιον, &c. Gloſſæ aliæ: ζώδιον, *Sigillum*. Julius Africanus lib. 8. Hiſt. Apoſt. *Ubi- cumque pro ornatu templi ſigilla erant poſita minuavit.* Anaſtaſius in S. Silveſtro PP. *Fecit autem candelabra aurochalca in pedibus 10. numero 4. argento concluſa cum ſigillis argenteis.* Infra: *Ante corpus B. Laurentii mar- tyris cluſam paſſionem ipſius, ſigillis ornatam, cum lu- cernis byſſinis argenteis*, &c. Ibidem: *Fecit ex metallo porphyretico ex ſculptis ſigillis pharacanthara 20. ex ar- gento puriſſimo*, &c.

Sigillus. Hiſt. Epiſcop. Autiſſiodor. c. 20. *Dedit — Ge-*

barbam unam medianam anaſtleam penſantem lib. 3. & habet in fundo ſigillos 4. & in gyro prunellas, &c.

Sigillaria, eadem notione dixit Arnobius: *Quinimmo Deos eſſe ſigillaria ipſa cenſetis.*

Sigillatus, ſigillis ſeu figuris ornatus, quomodo *vaſa ſigillata* dixit Cicero orat. 6. in Verrem. *Sigillatæ ſericæ*, veſtes nempe, quas mimæ ferre vetantur in lege 11. Cod. Th. de Scænicis: Ζωδωτὸς χιτὼν, apud Helychium. Pollux: Καλάσιρις χιτὼν, ὃ ἔχει ζῶα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα, καὶ ζωωτὸς ὁ χιτὼν ἐκαλεῖτο, καὶ ζωδωτός. *Picta veſtes* apud Latinos, quibus intextæ erant figuræ variæ. Auſonius in Gratiar. actione pro Conſulatu ſuo: *Palmatam, inquis, tibi miſi, in qua Conſtantius parens noſter intextus eſt: me beatum cujus inſignibus tales cura præſtetur. Hæc eſt picta, ut dicitur, veſtis, non magis auro ſuo, quam tuis verbis.* Ita porrò vocem *Sigillatus* uſurpat non ſemel Anaſtaſius: in Leone III. PP. *Et vela holoſerica ſigillata, habentia periclyſin, & crucem de blattin, ſeu fundato numero 15.* Infra: *Vela modica ſigillata, quæ pendent in arcubus minoribus* &c. Idem in Paſchale: *In jamdicto altari obtulit veſtem albam ſigillatam cum roſulis, habentem in medio crucem de blattin cum pſillis.* In Leone IV. *Fecit veſtem ſericam albam ſigillatam cum gammadiis*, &c. Infra: *Vela alba holoſerica ſigillata.*

Sigilum. Vide *Sigalum*.

Siginor, Dominus, Bonfinio ad Leges Hungaricas. Vide *Senior*.

Sigitula. Gloſſarium Saxonicum Cottonianum: ſpecmaze, *Sigitula*, *lardaxolus*. Voces incertæ notionis Somnero.

Sigla, Velum, à Saxon. ſegl, Teuton. *Seghel*, & *Saeghel*. Anglis *a Saile*. Leges Ethelredi Regis editæ apud Venetyngum cap. 24. *Ad Bilynggeſgate ſi adveniſſet una navicula, unus obolus theloneí dabitur: ſi major, & habet ſiglas, 1. den. Le Roman de Vaces* MS.

Car li envoie ſes homes & à ſigle & à vage.

Ibidem:

Donne trieves trois mois ſans perte & ſans damage,
N'iras mès par beſoin à ſigle, ne à vage.

Siglare, Plenis velis navigare, Gall. *Singler*. Nangius in S. Ludovico an. 1269. *Die Mercurii ſubſequenti — velum fecerunt iſta 4. naves ſupradicta, & tota die illa cum die Jovis ſubſequente cum vento ſatis proſpero ſiglaverunt.* Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS. in Henrico I.

Bon vent orent, par mer ſiglerent.

Alibi:

Li Rois Ricars apriès ſui,
Ki le karvant corſui,
Des Sarazins qui là ſigloient.

Sic alibi non ſemel. *Le Roman de Vacces:*

Puis ſi vint à ſes nez, s'a la mer regardée,
Tant ſiglerent d'avoir, que en terre arriverent.

Idem:

Lors ſen retourna Rou, ſiglant en Normendie.

Ibidem:

Qui bien ſouvent par mer & ſigler & vagier.

Sigla, Monile, ex Saxonico ſigele, *Monile, gemma*, bulla, fibula. S. Bonifacius Epiſt. 100. *De auro verò & argento quod dedit Regenthrith filia Athuolphi ad Eccleſias noſtras, duas armillas aureas, & 5. ſiglas aureas valentes pretio trecentorum ſolidorum, & aliorum fidelium virorum ac mulierum pretia Enred abſtulit ab Eccleſiis ſupraſcriptis.*

Sigla, Singulariæ literæ, ſic dictæ litteræ quòd *ſingula* verbum componant: verbi gratiâ S. P. Q. R. *Senatus Populuſque Romanus. S. C. Senatuſconſulto.* Occurrit apud Juſtinianum in Orat. ad Anteceſſores. Vide Cujac. lib. 12. Obſerv. cap. 40.

Sigla, pro menſura liquidorum, vide in *Sicla*.

Siglix, idem quod *Sigale*, *Segle*. Vetus Notitia ſub Iſlo Epiſcopo Toloſano, apud Catellum: *Et in hoc fevo dedit illis totam ſiglicem, & totum milium, & balagium, & decimum de ſextaratis*, &c.

Sigma, Menſa in literæ Sigma ſimilitudinem, ſeu lunulæ: nam Sigma Græcum literam C. expreſſit poſterioribus ſeculis, apud Lampridium in Heliogabalo, Petrum Chryſol. ſerm. 29. 83. 93. &c. Ditmarus lib. 4. de Ottone III. Imp. *Solus ad menſam, quaſi ſemicirculum factam, loco cæteris eminentiori ſedebat.* Vide Savaronem ad Sidonium, Salmaſium ad Lamprid. &c.

Signaculum. Gloſſæ Gr. Lat. σφραγίδιον, *Signaculum, Signatorium.* Papias: *Signaculum, quod alicujus rei ad hoc imprimitur, ut lateat, quouſque reſeratur.* Formulæ veteres Bignonii cap. 38. *Suggeſſit eo quod apud noſtrum ſignaculum, hominem aliquem nomine illum mannitum habuiſſet*, id eſt cum ſignaculo, ſive ſit *ſigillum*, quod vult idem Bignonius, ſive *monogramma*, ut in Charta Caroli M. apud Miræum in Diplomat. Belg. lib. 1. cap. 8. *Noſtra manus ſignaculis eam* (Chartam) *affirmare decrevimus, & annulo noſtro firmari juſſimus.* Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. pag. 681. *Propria manus & trium filiorum ſuorum ſignaculo illud corroborans.* Anonymus in Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. *Prædeceſſorum meorum traditiones — & impreſſionis eorum ſignaculo roboratas.* Infra: *Duo regalia præcepta Caroli Magni videlicet ejuſque glorioſiſſimi filii Ludovici, & certa ſignaculorum eorum impreſſione diligenter notata.* Adde Joann. Sariſberienſem Epiſt. 158. Utuntur Juriſconſulti aliquot, atque in iis Caius in Inſtit. pro ſigillo, l. 4. Cod. Th. de Adminiſtr. & peric. &c.

Signaculum, Signum crucis, *le Seing de la croix*. Statuta Ordinis de Sempringham: *Poſt erectionem autem & ſignaculum — dicat Prior illorum, Deus in adjutorium.* Vita MS. S. Arigii Epiſcopi Vapincenſis ex Cod. Silviniacenſi: *Sed ſanctus Dei ſignaculum Chriſti faciens*, &c. *Le Roman de Roncevaux* MS.

Sa main leva, ſi a fait ſon ſignacle.

Signaculum. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 95. *Symbolum, quod eſt ſignaculum fidei, & Orationem Dominicam diſcere ſemper admoneant Sacerdotes populum Chriſtianum.* Admonitio Imperatoris Caroli M. ad Preſbyteros, in Capitulari dato apud Saltz, c. 3. *Ut* (Sacerdos) *ſignaculum & baptiſterium memoriter teneat.* Capitula S. Bonifacii Mogunt. c. 16. *Ut unuſquiſque Epiſcopus in ſua parochia diligenter diſcutiat ſuos Preſbyteros, & faciat ut illorum ſignacula & baptiſteria benè faciant*, &c. Concilium Metenſe an. 888. cap. 6. *Nullus alteri ſuſcipiat à fonte infantem, niſi qui apprimè ſignaculum, id eſt abrenuntiationem diaboli & profeſſionem Catholicæ fidei tenuerit.*

Signale, Signum, Gall. *Signal*. Fori Oſcæ an. 1247. f. 3. *Dominus villæ licitè ſine injuria poterit ſignale mittere in caſas, aut in corpore de illo homine, niſi habuerit caſas.* Fol. 14. *Et iſta fidantia debet eſſe habitator & hæres ejuſdem loci ubi manet actor, & debet habere pignora, aut eſſe de ſignale, unde poſſit diſtringi.* Fol. 18. *Et ſi fortè eam* (hæreditatem venditam) *reddere non vult emptor, oſtendas ei ſignal, & prepares ei denarios quos conſtitit.* Agitur de retractu. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 3. tit. de Emptione: *Si aliquis emerit aliquid, & aliquid dederit pro ſenyal & paga, non poteſt vendi duplando el ſenyal.*

Signale. Charta Willelmi Comitis Pontivi an. 1205. in Hiſtoria Eccleſ. Abbavillenſi cap. 26. *Cenſus annuales tam in Abbavilla, quam alibi: ſignalia in Cambis Abbavillæ, quatuor modios frumenti in feſto omnium SS. de molendino qui dicitur Comitis*, &c.

Signare, Signum crucis digitis ac manu effingere. Gregorius M. lib. 4. Dialog. cap. 38. *Tunc fratres cœperunt ei dicere, — Signum tibi ſanctæ crucis imprime. Reſpondit ille, dicens, Volo me ſignare, ſed non poſſum, quia ſquammis hujus draconis premor.* Leo IV. PP. de Cura Paſtorali: *Calicem & oblatam rectâ cruce ſignate, id eſt non in circulo & variatione digitorum, ut plurimi fa-*

ciunt, ſed diſtricti s duobus duobus digitis, & pollice in-
tus recluſo, per quos Trinitas annuitur. Occurrit præ-
terea apud Melliaſum in Vita S. Cæſarii Arelat. p. 252.
Angarum in Actis S. Theodori Ducis n. 17. Bondouinam
in Vita S. Radegundis, Fortunatum in Vita S. Albini
Epiſc. Andeg. n. 16. Notgerum Epiſcopum in Vita
S. Hadelini n. 15. &c. *Le Roman de Garin* MS.

Saingna ſon chef, s'a l'image enclinee.

Le Roman de Pariſe la Ducheſſe MS.

Il a leve ſa main, ſi a ſegne ſon front.

Le Roman de la priſe de Hieruſalem MS.

Les fons fait apreſter, s'es a mult bien ſegnez.

Signare, pro *Subſcribere*. Vide infra *Signum*.

Signare, Signum crucis ad peregrinationes vel expeditio-
nes Hieroſolymitanas, veſtibus aſſuere, apud Cæſarium
lib. 1. Miracul. cap. 6.

Signare, idem quod *Conſignare*, Confirmationis Sacra-
mentum conferre, apud Martinum Bracarenſem cap.
52. in Concilio Hiſpalenſi II. can. 7. &c. *Signare Chri-
ſmate*, apud Gregorium M. lib. 3. Epiſt. 9. Acta S. Va-
lentini Preſbyt. *Tribus autem conſummatis diebus, die
ſancto Dominico baptizavit Aſterium cum omni domo ſua:
& vocavit ad ſe S. Calliſtum Epiſcopum, qui veniens ſi-
gnavit Aſterium cum omni domo ſua, animas fere promi-
ſcui ſexus numero* 44. Vide Menardum ad Sacrament.
Gregor. pag. 108. & ſeqq.

Signare, στιγματίζω, Reis ſtigma vel ſignum imprimere. Con-
ſuetudines Valentiæ in Agimenſi pago, deſcriptæ in
Regeſto Conſtabulariæ Burdegal. fol. 142. *Qui furatus
fuerit rem valentem ultra 5. ſolid. prima vice ſignetur*,
&c.

SIGNARIUS, ζωδιοποιὸς, in Gloſſ. Gr. Lat. id eſt ſignorum
ſeu ſtatuarum artifex, qui *Signifex* dicitur Marciano
Capellæ lib. 2. Apuleio lib. 2. Arnobio lib. 6. Sido-
nio lib. 6. Epiſt. 12. & aliis.

SIGNATICUS. Julius Africanus lib. 6. Hiſt. Apoſtolicæ
extremo: *Fueruntque omnia ex quadratis marmoribus ſi-
gnaticis extructa, & camera ipſa laminis aureis ſuffixa.*
Id eſt, ni fallor, ſculptis.

SIGNATI. Capitulare 3. an. 803. cap. 24. lib. 4. Capit.
Append. 2. §. 15. *De ſignatis qui mentiendo vadunt.*
Qua voce videntur intelligi ii qui Catechumeni per ſi-
gnum crucis, quo in frontibus ſignabantur, facti, à pro-
poſito & Chriſtianæ religionis amplectendæ conſilio, re-
cedebant, & ad priorem vomitum revertebantur. Ca-
techumenos autem per ſignum crucis quo ſignabantur
in fronte & pectore, ad religionem Chriſtianam admiſ-
ſos, teſtatur S. Auguſtinus lib. 1. Confeſſ. cap. 11. lib.
2. de Symbolo ad Catech. lib. de Catechizandis rudi-
bus cap. 20. 26. & lib. 2. de Peccator. merit. & remiſſ.
cap. 26.

SIGNATORIUM, Annulus ſignatorius. Gloſſ. Gr. Lat.
σφραγιστήριον, *Signaculum, Signatorium*. Occurrit apud
Avitum Epiſc. Viennenſem Epiſt. 78.

SIGNETUM, Parvum ſigillum, quod *Secreti* vulgò ap-
pellant, quo *literæ clauſæ* ſigillantur, ex obſoleto Gal-
lico *Signet*. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 18.
*Sub quocunque ſigillo, magno, ſecreto vel parvo, ſeu ſi-
gneto.* Statuta Roberti III. c. 1. §. 5. *Statutum eſt etiam
quod quilibet Baro vel alius tenens de Rege habeat ſigil-
lum proprium ad ſerviendum Regi, ut de jure tenetur.
— & quod ſigilla ſint; & non ſigneta, ſicut ante iſta tem-
pora fieri conſuevit.* Henricus de Knyghton: *Similiter
dicebatur quod quidam Miles Angliæ mittebatur — Ca-
pitaneo Caleſiæ cum litteris ſigneto Regis ſignatis, ut
redderet ei villam Caleſiæ.* Vide *Sigillum ſecreti*.

SIGNIFERIA, Dignitas *Signiferi*, Vexillarii. Occur-
rit in geſtis Conſulum Andegavenſium c. 8. num. 25.

SIGNIFICARE. Vide *Signum*.

SIGNORATICUM. Vide *Senioraticum*.

SIGNUM, Conſignatio, ſignum crucis. Honorius Augu-
ſtod. lib. 1. cap. 57. *Per totum Canonem viginti & una
ſigna fiunt.* Mox: *Tribus autem digitis ſigna facimus,
quia Trinitatem exprimimus.* Atque inde
Signum Dei, Signum Domini, Signum Chriſti. Ugutio:
Signum Dei, ſignum crucis, vel *Crux*: quem neſcio
an rectè arguerit Lazarus Baifius lib. de Vaſculis pag.
106. tametſi conſtet, ſi Legem *Titiam*, quam laudat,
is reſpexerit, in qua *ſignum Dei*, pro cujuſvis Dei ſimu-
lachro ſumitur, falſum fuiſſe. Julius Africanus l. 6. Hiſt.
Apoſt. *Signum Dei ſui in frontibus noſtris digitis ſuis facien-
tes*, &c. Occurrit præterea in Vita S. Valerici cap. 21.

Signum Domini, eadem notione apud Paulinum Epiſt. 12.
& eundem Africanum lib. 7. *Et percuſſiones cornuum ſalſo
ſigno Domini procurabat.*

Signum Chriſti. Julius Africanus lib. 6. Hiſt. *Et cum
hæc feceritis, imponemus manus noſtras ſuper capita ve-
ſtra, & ſignum Chriſti faciemus in frontibus veſtris*, &c.
Vita S. Baſini apud Herivæum Archiep. Remenſem de
pœnitentia cap. 7. *Et continuo apprehendens manum ejus
faciens Chriſti ſignum in ipſo, & orans*, &c. Vita MS.
S. Arigii Epiſc. Vapincenſis: *At ubi orationem compleſ-
ſet, ſignum Chriſti ſuper plagam faciens*, &c. *Signacu-
lum Chriſti*, paulò antè. Vita S. Tillonis Monachi cap.
20. *Cum ſuper vultum plenum vermibus Chriſti ſignum
deprimeret; repente mortui ſunt vermes.* Formula ſignan-
di Catechumenos in fronte, apud Menardum ad Libr.
Sacramentor. Gregorii pag. 131. *Signum Salvatoris Do-
mini noſtri Jeſu Chriſti in fronte tua pono. Signum Sal-
vatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti in pectore pono.* Will.
Brito lib. 8. Philipp.

*Sponte ſubit venia Chriſti ſua pectora ſigno
Conſignans.*

Hinc *Signa Chriſti*, & *Signo-Chriſtas Gabathas* vocat
Anaſtaſius Bibliothecarius Lychnuchos in modum cru-
cis confectos, de quibus egimus in Deſcript. S. Sophiæ
n. 48. In Leone III. PP. pag. 143. *Gabatas fundatas
Signochriſtas, quæ pendent in quadriporticu.* In Grego-
rio IV. pag. 165. *Signum Chriſti habet navicellas duas,
& murenas tres.* Pag. 189. *Gabathas de argento puriſſi-
mo numero 6. tres quidem ſiliopates ſigno Chriſti, & duas
etiam ſimilitudinem palmarum; & unam interraſilem, quæ
eſt Saxiſca*, penſ. ſimul libr. 4. Χειροφόρον ἐποίει, in
Menæis in S. Zacharia ſutore 17. Novemb.

Signum fidei dicitur Alvaro in Hymno in S. Eulo-
gium:

*Tunc ſigno fidei pectora ſervulus
Armat deificè*, &c.

Signum. Veteres appellabant ſigillum quo ſignabantur
teſtamenta aliave acta: unde *Signatores* Senecæ lib. 1.
de Benefic. dicti, qui ad ſyngraphas firmandas vel ipſa
teſtamenta advocabantur, eaque ſigillis ſuis appoſitis
firmabant. Collatio Carthagin. II. cap. 53. *Cuſtodes
edicant utrum ſigna cognoverint. Leo Epiſcopus Eccle-
ſiæ Catholicæ dixit: Agnoſco ſigillum meum. Marcellinus
V. C. Tribunus & Notarius dixit: Quoniam ab utraque
parte impreſſionem ſignorum agnitam conſtat, eaque præ-
cepi à Notariis relegantur: Petilianus Epiſcopus dixit:
Sic ſolent teſtamenta, non geſta reſerari.* Ubi ſignum &
ſigillum idem ſunt, ut & in Collat. III. c. 110. Proin-
de *Signare teſtamentum*, apud Juſtinianum, rectè σφρα-
γίζειν vertit Theophilus. Hinc *ſubſcriptionem* ſemper à
ſignatione diſtingunt Juriſconſulti, cùm aliud ſit *ſub-
ſcribere*, aliud *ſignare*. *Subſcribebatur* enim teſtamen-
tum, deinde clauſum lino circumducto *ſignabatur*. Vide
Briſſon. de Formul. p. 572. 655. Sed & teſtes qui ſigna-
bant, iidem & ſubſcribebant teſtamentum. Unde in l.
3. Cod. Th. de Teſtamentis, *Signatores & Subſcripto-
res* promiſcuè appellantur. Atque ita apud veteres ob-
tinuiſſe ait Salmaſius lib. de modo Uſurar. cap. 11. poſt-
modum verò eum invaluiſſe morem, ut privati teſta-
menta aliaque acta ſubſcriberent, & affixa in imo cera
juxta ſubſcriptionem, *ſignum* ſuum imprimerent: quod
cùm in multis non fieret, ſed ſola ſubſcriptio apponere-
tur, ac vice *ſigni*, nota aliqua, quam hodie *Paraſum*
dicimus, manu propria deſcriberetur; *Signum* pro ipſa
ſubſcriptione uſurpari cœpiſſe contendit, idque firmat
ex Porcelli Corocottæ Teſtamento, in quo teſtes ita ſub-

ſcribunt: *Lucanicus ſignavit. Tergillus ſignavit*, &c. Et ex Teſtamento S. Remigii, quod ſic clauditur: *Remigius Epiſcopus Teſtamentum meum relegi, ſignavi, ſubſcripſi.* Ubi *ſignat* antequam *ſubſcribat*, quod dici non poteſt de ratione veterum in obſignandis teſtamentis, quæ ſubſcribebantur antequam obſignarentur: aliàs eſſet ὕστερον πρότερον. Itaque exiſtimat *ſignare* & *ſubſcribere* idem unumque hoc loco ſonare, & utrumque conjungi ἐπεξηγήσεως gratiâ. Quod ſanè ſequentia videntur firmare, ubi ita teſtes ſubſcribunt: *V. C. Pappolus interfui & ſubſcripſi. V. C. Ruſticolus interfui & ſignavi. V. C. Eulodius interfui & ſignavi.* Et ſic cæteri, ubi *Pappolus* voce *ſubſcripſi*, alii *ſignavi* utuntur, adeò ut idem fuerit *ſubſcribere* & *ſignare*. Ita in altero teſtamento Widradi Abbatis Flaviniacenſis apud virum eruditiſſimum Joan. Mabillonium, teſtes nudè ſe illud *ſubſcripſiſſe* teſtantur, non *ſignaſſe*. Sed quòd rem extra controverſiam ponere videtur, illud eſt quod Teſtamento Remigii appoſitum legitur: *Poſt conditum teſtamentum, imò ſignatum, occurrit ſenſibus meis, ut baſilicæ domnorum Martyrum Timothei & Apollinaris miſſorium argenteum ſex librarum ibi deputem, ut ex eo ſedes futura meorum oſſium componatur.* Vix enim probabile, hæc adſcripta, poſt clauſum, & lino circunducto obſignatum teſtamentum, quod etiam hac ætate obtinuiſſe docent primùm Widradi teſtamentum, & Marculfus lib. 2. for. 17. Perpetuus Turonenſis Epiſcopus in teſtamento ſuo à D. Luca Acherio edito, illud ſua *manu ſcriptum & ſubſcriptum*, non etiam ſignatum ſcribit, tametſi *claudendum* innuat, cùm *aperiendum* coram Preſbyteris & Diaconibus ſtatuat. Signum tamen à ſubſcriptione diſtinguit Concilium Toletanum X. c. 4. *Scriptis profeſſionem ſuam faciat à ſe aut ſigno aut ſubſcriptione notatam.* Ubi ſignum eſt quod *paraſum* dicimus, ſupſcriptio verò nominis deſcriptio. Neque aliud ſonat *Signum* in veteri Charta Securitatis plenariæ exarata ſub Juſtiniano Ravennæ, apud Briſſonium lib. 6. Formul. *Et ipſe eadem manu propria ſignum impreſſeris, teſteſque ut ſubſcriberent conrogaveris*, &c. Et infra: *Hanc plenariam ſecuritatem — ſcribendam dictavi, in qua pro ignorantia literarum ſubter ſignum feci, autoritateque roborata præſentibus teſtibus attuli ſubſcribendam*, &c. Ubi *Signum* nihil aliud eſt quàm *Paraſus*, diſtinguiturque à *ſubſcriptione*, ſeu nominis proprii deſcriptione.

Sed miſſâ Salmaſii ſententiâ de horum vocabulorum & in infima Latinitate notione, quidam exiſtimant ſignorum nomenclatura donari cœpiſſe ejuſmodi ſuſcriptiones, quod Chriſtiani ad majoris firmitatis argumentum, nominum ſuorum ſubſcriptionibus *Crucis ſignum* præſcriberent, quod nudè *Signum* vocabant, ut *ſignare*, ſignum crucis effingere. Unde Remigius Epiſcopus *Signat* primò teſtamentum, hoc eſt *ſignum* ſanctæ Crucis exarat, deinde *ſubſcribit*. Apud nos verò *Subſcriptio* præcedit, *Signum* ſubſequitur: & in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 5. §. 1. 12. 15. 17. *ſignum & ſubſcriptio* ſemper junguntur, & à ſe invicem diverſa eſſe innuuntur. Sanè Chriſtianos non alio ſigno ſubſcripſiſſe, quàm Crucis, probant vetuſtiſſimæ Tabulæ, uti in V. *Crux* obſervàvimus: quod ſanè, innuere videtur hæc ſuprà allata formula, *in qua pro ignorantia literarum ſubter ſignum feci*, quæ in alia Charta ex Tabulario Caſaurienſi, cujus meminimus in Diſſert. 14. ad Joinvillam pag. 230. ita concipitur: *Et propter ignorantiam literarum ſignum S. Crucis feci.* Quid verò cum *ſigno* aſcriberetur, docet eadem Charta Ravennenſis ſub finem: *Signum iſti Gratiani V. S. Subdiaconi literas neſcientem, & alia manu ſit . . . . ſcripto.* Et infra, ita Notarius: *Huic plenariæ ſecuritati, ſicut ſuperius legitur, de perceptam omnem ter . . . . præſente ſignum fecit, & ei relictum eſt. Teſtis ſubſcripſi.* Quæ certè verba Crucis ſigno deſcripto ſubdi, licet paſſim obſervare.

Signum, Limes, terminus, finis, *Borne*. Lex Wiſigoth. l. 10. tit. 3. §. 3. *Quotieſcumque de terminis fuerit orta contentio, ſigna quæ antiquitus conſtituta ſunt, oportet inquiri, id eſt aggeres terræ, ſive arcas, quas propter fines fundorum apparuerit fuiſſe conſtructas: lapides etiam, quos propter indicia terminorum ſculptos conſtiterit eſſe defixos: ſi hæc ſigna defuerint*, &c. Adde §. 2. & Legem Bajwar. tit. 11. cap. 1. 2. 3. &c. Vide *Wiffam*.

Signum, Milliare, σημεῖον, in Hiſt. Miſcella in Mauricio Imp. an. 5. *At verò duces exercitus obviam venerunt ei cum bandis, duobus ſignis.*

Signum ſervitium. Vaſſalli, ſeu Homines de ſigno ſervitio, vel *de ſigno & ſervitio*, qui noſtris *Conſuetudinarii*, ſeu *Couſtumiers*, qui ſervitium domino debent. Eximinus Petri de Salanova Juſtitia Aragonum: *Si aliqui ſunt terras tenentes in aliquo loco, qui terras tenentes ſunt de ſigno ſervitio, dubitatur in quibus teneantur contribuere cum aliis de ſigno ſervitio illius loci, ubi ſunt terras tenentes*, &c. Vitalis Oſcenſis Epiſcopus: *Sicut quidam infanciones, ſicut quidam homines ſigni ſervitii*, &c. Michaël *del Molino* in v. *Dominus*: *Domini locorum qui non ſunt Eccleſiæ, poſſunt vaſſallos ſuos de ſigno ſervitio benè vel malè tractare pro libito voluntatis, & bona eis auferre, etiam ſiti necare, remota omni appellatione: & in eis dominus Rex non poteſt ſe intromittere.* Mox addit: *Secus eſt in dominiis locorum, quæ ſunt Eccleſiæ, Ordinis, aut Religionis*, quibus id non licet: deinde rationes diſparitatis affert, quas vide ſi lubet. Idem in v. *Vaſſallus*: *Vaſſalli quidam ſunt ſimplices, alii de ſigno ſervitio. Vaſſallus ſimplex propriè dicitur ille qui in alterius villa moratur quicunque ſit, ſive ab eo ſtipendium recipiat, ſive non: & talis vaſſallus pro domino poteſt facere teſtimonium. Vaſſallus autem ſigni ſervitii dicitur ille qui in alterius villa ſedet, & ille exactiones & tributa facit.* Fori Oſcæ Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. f. 12. *Si dominus alicujus villæ habet probare aliquid contra aliquem, non poteſt nec debet in ipſa villa ubi ipſe eſt dominus, dare ſuos commenſales in teſtes, nec aliquos de ſuo ſigno, aut honore*, &c. Fol. 15. & 33. *Infantio ſi occiderit hominem ſigni Regis*, &c. Fol. 26. *Plures ſunt ſigni Regis qui habent hæreditates ſuas & domos in diverſis locis*, &c. Fol. 36. *Homines ſervitii ſive ſigni Regis.* Et fol. 7. *Homines de ſervitio Regis. Hæreditates ſigni Regis*, in Obſervantiis Regni Arag. lib. 6. de Privilegiis Militum §. 4. lib. 9. de Salva infantion. §. 6. *Sive illi homines fuerint de ſigno Regis, vel alterius nobilis*, lib. 1. de Foro competenti, §. 24. Vide Foros Aragon. f. 97. 128. 129. 131. 145. 166. &c.

Signum, Compendium literæ: cujuſmodi fuit ars eorum qui *notis* ſcribebant. Gloſſæ Gr. Lat. Σημεῖον, *Signum*. Σημειογράφος, *Notarius*. S. Hieronymus de Vitando ſuſpecto contubernio: *Extemporalis eſt dictatio, & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profuſa, ut Notariorum manus lingua præcurreret, & ſigna ad furta verborum volubilitas ſermonum obrueret.* Vide Savaronem ad Sidonium lib. 9. Epiſt. 9. quem non exſcribo.

Signum, Campana, nola, Italis *Segno*, ut notat Pignorius, σημαντήριον, & σήμαντρον, Græcis ſcriptoribus: vide German. Patr. CP. in Hiſt. Eccl. initio Nomocanonem edit. à v. cl. Jo. Bapt. Cotelerio c. 409. &c. Lex Salica tit. 35. §. 2. *Si quis cervum domeſticum ſignum habentem aut occiderit, aut furaverit.* Ubi *ſignum* pro *nola* interpretatur Bignonius. S. Eulogius in Apologet. *Baſilicarum turres everteret, templorum arces dirueret, & excelſa pinnaculorum proſterneret, quæ ſignorum geſtamina erant ad Conventum Canonicum quotidie Chriſticolis innuendum.* Ericus Monachus de Miracul. S. Germani Autiſiod. cap. 51. *Signa quoque Eccleſiæ interdum nullo ſonante pulſantia*, &c. Eckehardus Junior de Caſib. S. Gallic. 14. *Signumque curſim pulſantes, fratres advocant.* Cap. 16. *Albate accito ſignum pulſatur ad Capitulum.* Joannes Monach. lib. 1. Hiſt. Gaufredi Ducis Norman. *Pulſantur ſigna, parietes Eccleſiarum cortinis & palliis adornantur.* Charta Cindaſvinthi Regis Gothor. in Hiſpania, æræ 684. apud *Tepez* in Chronico Ord. S. Bened. to. 2. *Offerimus vaſa altaris. — ſignum fuſile æneum bonæ modulationis demulcens auditum.* Utun-

tur paſſim ſcriptores, Gregorius Turon. in vitis Patrum cap. 8. lib. 2. Hiſt. cap 23. lib. 3. c. 15. Fortunatus lib. 2. Poëm. 19. Eginhartus de Tranſlat. SS. Marcellini & Petri lib. 3. cap. 15. Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 68. Concil. Foro-Jul. c. 13. Concil. Aquiſgran. c. 145. Alcuinus Poëm. 130. Rupertus lib. 5. de Divin. offic. cap. 29. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 5. & de Vita S. Galli cap. 26. Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 142. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 487. lib. 10. pag. 782. lib. 12. p. 855. Vita S. Leutfredi n. 19. Helgaudus in Roberto Rege pag. 74. S. Anſelmus lib. 3. Epiſt. 20. Hugo Flaviniac. pag. 122. 158. 167. 265. 268. Petrus Venerab. lib. 1. de Miracul. cap. 17. Gaufridus Groſſus in Vita S. Bernardi Abbat. Tironenſis, W. Thorn in Chron. an. 1086. Chronicon Fontanellenſe cap. 9. 16. Chronicon Montis S. Michaëlis an. 1131. Monaſticon Anglic. to. 1. pag. 32. &c. Ita Franci noſtri vocem *Seint* uſurparunt. *Le Roman de Garin:*

Et la Roine moult grant joie li fiſt,
Li ſeint ſonnerent tout contreval Paris;
Nez Dex tonant ni peut en oeir.

Alibi:

De la cité eſt iſſus Anſeïs;
Sonnent les cloches & ſeint parmi la cit;
Proceſſion ont fait au fil Garin.

Le Roman d'Amile & d'Amy MS.

Sonnent li ſeins par toute la contrée.

Le Roman de Pariſe la Ducheſſe MS.

Les Clers & les Prevoires a fez treſtout mander,
A grant proceſſion ſont au devant alé,
Et ont fait les ſains de la vile ſoner.

Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1350. cap. de Obſequiis Regis: *Pour la peine & ſalaire de pluſieurs valets pour faire ſonner les ſeints de ladite Egliſe.* Adde Chartam Gallicam in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 349. & aliam in Additamentis ad Matth. Paris p. 170.

Signum, apud Monachos, dicebatur forma quædam manu aut digitis res quaſlibet, & quæ haberent in mente, vel petere deberent, deſignandi. Nam cùm perpetuum ferè ſilentium obſervaretur in Monaſteriis, & loqui rariſſimè Monachis liceret in Eccleſia, dormitorio, refectorio, coquina, aliiſque clauſtri officinis, ſed & ne vel unam antiphonam aut reſponſorium, vel aliquid aliud tale abſque libro nominare, inſtruebantur novitii, ſi quidpiam petere aut dicere neceſſe haberent, id ſignis innuere, & *manu loquaci*, ut ait Petronius, ſeu *linguoſis digitis*, ut Senator lib. 4. Epiſt. 51. complicatis nimirum diverſimodè, aut expanſis digitis indicare. Udalricus lib. 1. Conſuetud. Cluniac. cap. 3. *Opus quoque habet, ut ſigna diligenter addiſcat, quibus tacens quodammodo loquatur: quia poſtquam adunatus fuerit ad conventum, licet ei rariſſime loqui. & tales in clauſtro officinæ ſunt, in quibus traditum eſt à patribus noſtris & præfixum, ut perpetuum ſilentium teneatur, in Eccleſia, dormitorio, refectorio, & coquina regulari: In his ſingulis tam in die quàm in nocte, ſi vel unum verbum quoque audiente loquitur; non facile veniam abſque judicio meretur,* &c. Guigo II. Prior Cartuſienſis in Statutis ejuſdem Ordin. c. 45. *In qualibet autem conſtituti obedientia, cum prælato ſibi poſſunt de neceſſariis loqui fratres, petita per ſignum licentia, habent enim ſigna pleraque ruſticana, & ab omni facetia vel laſcivia aliena, per quæ de his quæ ad ſua pertinent officia, rebus vel inſtrumentis poſſunt adinvicem commemorari.* Joan. Monachus lib. 1. Vitæ S. Odonis Cluniacenſis Abbat. *Eſt & alius inter eos taciturnitatis modus. In competentibus namque horis nemo intra clauſtra ejuſdem Monaſterii audebat loqui, nec ſe cum alio fratre jungere.* — *Quoties neceſſitas ad expoſcendum res inſtabat, toties diverſa ſigna invicem faciebant, ad perficienda quæ vellent, quas puto Grammatici Digitorum & oculorum notas vocare conſueverunt. Adeo nempe inter eos excreverat ordo iſte, ut puto ſi ſine officio linguæ eſſent, ad omnia neceſſaria ſignificanda, ſufficere poſſent ſigna ipſa.* Infra: *Affuit nox, & ecce quidam de pueris ſigno ſeceſſum naturæ petiit.* Rathbertus de Caſib. S. Galli cap. 11. *Cochlearium ſibi afferri ſigno fecit.* Mox: *Surgere autem ſigno juſſus, ut mos loci erat,* &c. Cæſarius lib. 1. de Miracul. cap. 6. *Die quadam cum ei unus Monachorum de Confeſſione ſignum faceret,* &c. Concil. apud Caſtrum Guntheri an. 1231. c. 24. *Abbates provideant, quòd Monachi ſibi ſubditi ſui ſciant ſigna facere.* Hinc Joannes Sariſberienſis in Euthetico ad Polycraticon:

Si jubet ut taceas, ſtatua taciturnior eſto,
Nec redimas ſignis verba negata tibi.

Signare, *ſignum facere*, pro Signis aliquid petere aut innuere, apud Cæſarium Heyſterb. lib. 2. c. 22. lib. 3. cap. 14. 24. 51. lib. 4. c. 6. lib. 8. c. 17. lib. 11. cap. 36. ut

Reſignare, pro ſignis reſpondere loquenti per ſigna, lib. 8. c. 96. Ita

Significare, idem quod *Signare*, uſurpant non ſemel Uſus antiqui Ordinis Ciſtercienſis c. 75. 79. 84. 90. Angelrannus in Miraculis S. Richarii Abbatis Centulenſis n. 4.

Sed nondum fuerat quia tempus & hora loquendi,
Aſtans turba certatim ſignificare
Cœpimus, aſcendant, rapiant, ſecumque reducant.

Statuta Ord. de Sempringham p. 734. *Minuti caveant ne mutuo inordinate ſignificent, vel loquantur.* Occurrit ibi non ſemel.

Ejuſmodi ſignorum ſpecies varias à Monachis obſervandas pluribus tradit idem Udalricus lib. 2. cap. 4. Sed cùm eæ potiſſimum ſpectent quæ ad ſolum victum indicandum pertinent, longéque plures deſcribantur in libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. præſtat hoc loco caput integrum exhibere, quod eſt 25:

De his quæ ad divinum maxime pertinent officium.

Pro ſigno generali libri, extende manum, & move ſicut folium moveri ſolet.

Pro ſigno Miſſalis, generali ſigno præmiſſo, hoc adde ut facias ſignum crucis.

Pro ſigno textus Evangelii, hoc adde ut in fronte facias ſignum crucis.

Pro ſigno Epiſtolaris, hoc adde ut in pectore facias ſignum crucis.

Pro ſigno Lectionis, manui vel pectori digitum impinge, & paululum attractum fac reſilire, quaſi qui ceram à candela legentis ſuper folium labefactatum labere unguium expungit.

Pro ſigno Reſponſorii, articulo indicis pollicem ſuppone, & ita fac eum reſilire.

Pro ſigno Antiphonæ, vel verſus Reſponſorii, articulo minimi digiti pollicem ſuppone, & ita fac reſilire.

Pro ſigno Alleluya, leva manum & ſummitates digitorum inflexas quaſi ad volandum move, propter Angelos, quia eorum cantus dicitur.

Pro ſigno Sequentiæ, leva manum inclinatam à pectore, eam amovendo inverte, ita ut quæ prius erat ſurſum, ſit deorſum.

Pro ſigno Tractus, trahe manum per ventrem de deorſum, quia longum ſignificat, & contra os applica manum, quia cantum ſignificat.

Pro ſigno Libri in quo legitur ad Nocturnos, præmiſſo generali ſigno & libri & lectionis, adde ut manum ponas ad maxillam.

Pro ſigno Antiphonarii, præmiſſo ſigno libri, adde ut pollicem inflectas, propter incurvationes notularum, neumas, quæ ita ſunt inflexa.

Pro ſigno Regulæ, adde & capillum ſuper aurem pendentem cum duobus digitis apprehendas.

Pro ſigno Hymnarii, adde ut pollicem & digitum ei proximum proferas, ſummitatibus eorum junctis, quia præſens tempus primum eſt ſignificatur.

Pro ſigno Pſalterii, adde & cavam manum ponas in capite, propter ſimilitudinem coronæ, quam Rex portare ſolet.

Pro

Pro iis quæ ad victum pertinent.

Pro ſigno panis, fac circulum cum pollice, & his duobus digitis qui ſequuntur.

Pro ſigno panis qui aqua coquitur, adde ut interiora unius manus ſuper exteriora alterius ponas, & ita ſuperiorem manum, quaſi ungendo vel imbuendo circumferas.

Pro ſigno panis, qui vulgariter Turta appellatur, adde ut crucem per medium palmæ facias, quia hic panis ſic dividi ſolet.

Pro ſigno dimidii panis, unius manus pollicem cum ſequenti digito inflecte, quaſi dimidium facias circulum.

Pro ſigno fabarum, primo pollicis articulo ſequentis digiti ſummitatem ſuppone, & ita fac pollicem eminere.

Pro ſigno milii, fac gyrum cum digito, quia ſic movetur cum cochleari in olla.

Pro ſigno pulmenti oleribus confecti, trahe digitum ſuper alterum digitum, quaſi qui coquendas incidat herbas.

Pro ſigno generali piſcium, ſimila cum manu motionem caudæ piſcis in aqua. Udalric.

Pro ſigno ſepiarum, divide omnes digitos ad invicem, & ita eos commove. Udalric.

Pro ſigno anguillæ, conclude utramque manum, quaſi qui tenet & premit anguillam labentem. Udalric.

Pro ſigno lampredæ, ſimila cum digito in maxilla punctos quos lampreda ſuper oculos habet.

Pro ſigno ſalmonis, adde ut de pollice & indice circulum faciens oculo dextro circumponas.

Pro ſigno lucii, adde ut cum manu ſuperficiem naſi complanes: quia hic piſcis longum roſtrum habet.

Pro ſigno tructæ, hoc adde ut de ſupercilio ad ſupercilium trahas, quia eſt ſignum feminæ, quia & tructa femineo genere pronuntiatur. Vide Udalric.

Pro ſigno criſpellarum, cum pugno accipe crines, quaſi volens eos facere criſpos. Udalric.

Pro ſigno caſei, utramque manum conjunge per obliquum, quaſi qui caſeum premit. Udalric.

Pro ſigno flatonum, præmiſſo ſigno panis & caſei, unius manus omnes digitos inflecte, & ita manu cava in ſuperficie alterius manus pone. Udalric.

Pro ſigno ruſcellarum (ruſeolarum, Udalric. *) præmiſſo ſigno panis, ſimila cum duobus digitis involutiones, quæ in eis factæ ſunt.*

Pro ſigno lactis, minimum digitum labiis impinge, pro eo quod ſuggit infans. Udalric.

Pro ſigno mellis, paulisper linguam fac apparere & digitos applica, quaſi lambere velis. Udalric.

Pro ſigno vini, digitum inflecte, ita labiis adjunge. Udalric.

Pro ſigno aquæ, omnes digitos conjunge, & per obliquum move. Udalric.

Pro ſigno aceti, frica cum digito guttur, quia in gutture ſentitur.

Pro ſigno pomorum, maximè pyri vel mali, pollicem cum aliis digitis conclude.

Pro ſigno ceraſearum, adde ut digitum ſubtus oculum ponas. Udalric.

Pro ſigno porri crudi, pollicem & digitum ei proximum ſimul conjunctos extende. Udalric.

Pro ſigno allii, ſeu raſæ, extende digitum contra buccam paululum apertam, propter odorem qui ſentitur ex illis. Udalric.

Pro ſigno ſinapis, articulo anteriori minimi digiti pollicem ſuppone. Udalric.

Pro ſigno ciphi, tres digitos aliquantulum inflecte, & ſurſum tene.

Pro ſigno ſcutellæ, manum latiùs extende. Udalric.

Pro ſigno juſtæ, inclina manum cavam deorſum.

Pro ſigno phialæ vitreæ, præmiſſo ſigno ciphi, adde ut duos digitos circa oculos ponas. Udalric.

Pro ſigno cappæ, tene oram ejus cum tribus digitis, id eſt minimo & duobus ſequentibus tene.

Pro ſigno ſuperpellicii, cum eiſdem digitis manicam ejus tene.

Pro ſigno mantelli ſeu pellium, oram earum tene.

Pro ſigno pellicii, omnes unius manus digitos expande, & ita in pectore poſitos contrahe, quaſi qui lanam conſtringit.

Pro ſigno camiſiæ, manicam ejus tene.

Pro ſigno femoralium, adde ut manum in femore de deorſum, quaſi qui ſe femoralibus veſtit. Udalric.

Pro ſigno caligarum, tene, & ſignum femoralium adde.

Pro ſigno coopertorii, fac idem ſignum, quod eſt pellicii, & adde ut manum in brachio de deorſum trahas, quaſi qui ſe coopertorio tegit.

Pro ſigno capitalis ſeu pulvinaris, leva manum, & ſummitates digitorum inflexas, quaſi ad volandum move, poſtea pone ad maxillam, ſicut dormiens ſolet.

Pro ſigno corrigiæ, digitum digito circumfer, & de utroque latere confer digitos utriuſque manus, quaſi qui ſe corrigia cingit.

Pro ſigno cinguli femoralium.

Pro ſigno metalli, cum pugno pugnum percute.

Pro ſigno cutelli, trahe manum per medium palmæ.

Pro ſigno vaginæ cultelli, ſummitatem unius manus in altera manu depone, quaſi cultellum mittas in vaginam.

Pro ſigno acus, ſigno metalli præmiſſo, ſimila quaſi in una manu acum teneas, & filum in altera, & mittere velis filum per foramen acus.

Pro ſigno fili, digitum digito circumfer, & ſimila quaſi mittere velis filum per foramen acus.

Pro ſigno graſii, præmiſſo ſigno metalli, extenſo pollice cum indice ſimila ſcribentem.

Pro ſigno tabularum, manus ambas complica, & ita disjunge, quaſi aperiens tabulas.

Pro ſigno pectinis, tres digitos per capillos trahe, quaſi qui ſe pectit.

Pro ſigno Angeli, fac idem ſignum quod pro Alleluja.

Pro ſigno Apoſtoli, trahe dexteram deorſum de dextro latere in ſiniſtrum, pro pallio quo Archiepiſcopi utuntur.

Idem ſignum eſt Epiſcopi.

Pro ſigno Martyris, impone dexteram cervici, quaſi aliquid incidere velis.

Pro ſigno Confeſſoris, ſi Epiſcopus eſt, fac idem ſignum quod pro Apoſtolo: ſi Abbas eſt, fac ſignum regulæ, capillum comprehendendo.

Pro ſigno ſacræ Virginis, fac ſignum feminæ.

Pro ſigno feſtivitatis, fac primò ſignum lectionis, & profer omnes digitos utriuſque manus.

Pro ſigno Abbatis, capillum ſuper aurem pendentem cum duobus digitis apprehende.

Pro ſigno Monachi, cum manu capellum tene.

Pro ſigno Clerici, digitum circumfer auri.

Pro ſigno Canonici regularis, cum pollice & indice ſimila volantem cum lingua camiſiæ pectus ſuum firmare.

Pro ſigno Laïci, mentum tere cum maxilla.

Pro ſigno Prioris, ſimila cum pollice & indice ſcillam pulſare.

Pro ſigno Majoris, adde ut manum extendas, quod ſemper aliquid magnum ſignificat.

Pro ſigno Minoris, extende minimum digitum, quod ſemper parvum ſignificat.

Pro ſigno Cuſtodis Eccleſiæ, cum manu ſimila campanam ſonare.

Pro ſigno Armarii & Præcentoris, interiorem ſuperficiem manus leva, & move, quaſi innuens ut æqualiter cantetur.

Pro ſigno Magiſtri Novitiorum, trahe manum obliquam per capillos contra frontem, quod eſt ſignum novitii, & digitum pollici proximum pone ſubtus oculum, quod eſt ſignum videndi.

Pro ſigno Magiſtri puerorum, admove minimum digitum labiis, & adde ſignum videndi.

Pro ſigno Camerarii, ſimila denarios numerare, præmiſſo ſigno Canonici.

Pro ſigno Cellerarii, ſimila in manu clavem tenere, & quaſi ſera infixam evertere.

Pro ſigno Ortolani, digitum inflecte, ſicut qui raſtrum dextra trahit.

Pro ſigno Eleemoſynarii, trahe manum de dextro humero in ſiniſtrum latus, ſicut enim pera ſolet à pauperibus portari.

Pro ſigno Infirmarii, pone manum contra pectus, & adde ſignum videndi.

Pro ſigno Refectorarii, fac idem ſignum refectionis.

Pro ſigno Granarii, ſimila cum ambabus manibus quaſi connexis, quaſi alicui vaſi velis annonam infundere.

Pro ſigno ſenis, trahe manum directam per capillos contra aurem.

Pro ſigno pueri, admove minimum digitum labiis.

Pro ſigno compatriotæ, vel conſanguinei, tene manum contra faciem, & medium digitum naſo impone, propter ſanguinem qui inde fluere ſolet.

Pro ſigno loquendi, contra os tene manum, & ita eam move.

Pro ſigno tacendi, ſuper os clauſum digitum pone.

Pro ſigno audiendi tene digitum contra aurem.

Pro ſigno neſciendi, cum digito terge labia.

Pro ſigno oſculandi, indicem labiis appone.

Pro ſigno veſtiendi, cum pollice & digito ſequente veſtem in pectore apprehendens trahe deorſum.

Pro ſigno exuendi, trahe ſurſum.

Pro ſigno comedendi, cum pollice & indice ſimila comedentem.

Pro ſigno bibendi, digitum inflexum labiis admove.

Pro ſigno annuendi, leva manum moderatè, & move, non inverſam, ſed ut exterior ſuperficies ſit ſurſum.

Pro ſigno negandi, ſummitatem medii digiti pollici ſubpone, & ita fac reſilire.

Pro ſigno minuendi, cum pollice & medio digito percute in brachio, quaſi qui minuit.

Pro ſigno videndi, digitum pollici proximum pone ſubtus oculum.

Pro ſigno lavandi pedes, ambarum manuum interiora adinvicem converte, & ita ſuperioris manus ſummitates paululum move.

Pro ſigno boni, pone pollicem in maxilla, & alios digitos in alia, & fac eos in mento blande collabi.

Pro ſigno mali, digitis in facie ſparſim poſitis ſimila unguem avis aliquid lacerando attrahentis.

Pro cujuſcunque rei, quæ iam facta ſit, tene manum æqualiter contra pectus, & interior pars manus ſit ſurſum verſa, & ita eam adhuc plus à pectore ſurſum move. Hactenus liber Ordinis S. Victoris Pariſ. dicto capite. Rurſum cap. 22. de iiſdem ſignis: *Signa etiam quibus cum neceſſe fuerit, in ſilentio quod opus eſt exprimere,* &c. Adde Julianum Warnerium in Comment. ad Regulam S. Benedicti.

De ejuſmodi apud veteres etiam uſitatis digitorum ſignis multa congeſſerunt Hugo à Porta lib. 1. de Furtivis litterarum notis cap. 11. Cælius Rhodiginus lib. 23. cap. 11. Fredericus Morellus ad Nicolaum Artabaſdam: noviſſime verò & copioſè non modò de veterum, ſed & de Monachorum ſignis, Haeftenus lib. 6. Diſq. Monaſt. tract. 3. diſq. 11. Vide præterea Fridericum II. Imp. lib. 2. de Venat. cap. 42.

Signum in fronte & in facie furis *ponere*, στιγματίζειν, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 54. Charta Henrici Imp. an. 1023. in Chronico Lauriſham. *Illi qui hujus audaciæ & invaſionis Dux & Princeps fuerit, tollantur capilli & corium; & inſuper in utraque maxilla ferro ad hoc facto etiam candenti bene caraxetur & comburatur. — Si autem ibi occiditur, omnes qui hujus homicidii vel invaſionis participes ſunt, cute & capillis perditis, ſupradicta combuſtione ſignentur.* Vide Caium Inſtit. lib. 1. tit. 1. Id vetitum Conſtitutione Conſtantini M. l. 17. Cod. de Pœnis.

Signum de corio equi inventi ac mortui *conſervare, ut cùm venerit certus dominus, habeat quod ei reſpondeat*: in Lege Longob. lib. 1. tit. 23. §. 1.

Signum, Clamor militaris inclamari ſolitus ab eo qui ſignum ſeu vexillum militare in acie præferebat. Interdum nudè, ut apud Gilonem Pariſienſem lib. 4. Viæ Hieroſol. interdum cum alicujus alterius vocis adjunctione, ut *ſignum militare, ſignum clamoris, ſignum bellicum, ſignum exclamationis, ſignum caſtrorum*, locis autorum indicatis in Diſſertat. 11. ad Joinvillam. Chronicon Senonienſe lib. 3. cap. 16. *Alemanni verò ſua ſigna fortiter inclamantes, viriliter, ſicut moris eſt eorum, Francis reſiſtentes,* &c. Ordericus Vitalis l. 12. p. 855. *Et inſectantibus callide mixti ſignum triumphantium vociferati ſunt.* Willebrandus ab Oldenborg in Itiner. Terræ ſanctæ: *Venimus Naverſam, quod eſt caſtrum optimum, — a quo Rex ipſe ſignum ſuum Naverſa ſolet proclamare. Le Roman de Girard de Vienne* MS.

> *Vienne eſcrie l'anſeigne S. Moris.*

Alibi:

> *François eſcrient Monjoie S. Denis;*
> *Et Viennois l'anſeigne S. Moris.*
> *Et Hernaut crie Biaulande & Ay.*
> *Geneures eſcrie Olivier le gentis.*

Le Roman de Rou MS.

> *A grant voix crient, Diex aïe,*
> *L'enſeigne au Duc de Normendie.*

Alibi:

> *Normant eſcrient; Diex aïe,*
> *L'enſeingne au Duc de Normendie.*

Vide *Vexillum*, & quæ annotamus in Diſſert. 11. ad Joinvillam p. 304.

Signum. Chronicon Beſuenſe p. 618. *Ut donum iſtud teneretur, uxor Theoderici inde pro ſigno habuit unum anulum de auro. & Richardus filius ejus unum cyphum de refectorio.* Pag. 621. *Et Do. Udilo Monachus noſter qui tunc regebat obedientiam, dedit ei pro ſigno medietatem eminæ frumenti,* &c. Pag. 627. *Et pro ſigno dedit illis duobus fratribus Wido Monachus qui Pauliacum tenebat, undecim ſolidos nummorum.* Adde pag. 636. ubi *ſignum* dicitur quidquid datur iis qui venditionem vel donationem ab altero factam approbant in conſenſus ab iis præſtiti notam. Vetus Charta apud Mabillonium to. 5. Vitarum SS. Ord. SS. Bened. pag. 765. *Qui videlicet Gauſbertus dedit ei duo paria pellium vulpinarum, ut ſi fortè, ut fit, prædictus confirmator paterni beneficii oblivioni tradiderit hanc conceſſionem ſe feciſſe, ſint pro interſignio pelles illæ.*

Signum Salomonis, Frutex in montibus naſcens, Græcis πολυγόνατον, dictus, herbariis, *ſigillum Salomonis*. Vide Ruellium lib. 3. de Natura ſtirpium cap. 79.

Signum Salomonis. Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 19. *Nato infante, ſi viſitetur à perſona ſignum Salomonis habente, ante nonam diem puer moritur penitus in brevi. Si etiam prægnans ſupertranſeat ſignum Salomonis, abortitur citò. Le Roman d'Alixandres* MS.

> *Toute li eſt honors & prox,*
> *De ſa biauté moy que chant,*
> *Sa biauté anoi le ſan haut,*
> *Si faura elle maugré mien,*
> *Je ne lan voi retenir rien,*
> *No tenir non voir ce ne fais mon.*
> *S'il avoit le ſaut Salomon,*
> *Et ſa naſture en lui auſt,*
> *Tant nus que nuls que plus ne penſt,*
> *De biauté mettre en ſon cor umain.*

SIGOLTARIUM. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 24. *Cùm autem ipſa feſtivitate Paſchali —*

Al[illegible]acienſi illo ſigoltario ſe indulſiſſet, & ſimul cum illo fortiori falerno cujuſdam venuſtiſſima femina vultus & meretricios geſtus (heu!) nimis enerviter in ſe pertraxiſſet, &c. Quo verbo videtur innui *vinum Alſaticum*, quod *Ebenanum* vulgò appellamus.

Sigusius. Vide *Canis ſeguſius*.

Sihoraarmen. Sanctus Auguſtinus Epiſt. 178. *Sicut enim Græca lingua, quod eſt Homuſion, una dicitur vel creditur à fidelibus Trinitatis omnino ſubſtantia, ſic una rogatur, ut miſereatur, à cunctis Latinis & Barbaris unius Dei natura, ut à laudibus Dei unius, nec ipſa lingua Barbara ſit ullatenus aliena. Latinè enim dicitur, Domine miſerere; Græcè, Κύριε ἐλέησον. Sola ergo hæc miſericordia ab ipſo uno Patre, Filio, & Spiritu ſancto debet Hebræa vel Græca, & ipſa poſtremum poſtulari Latina, non autem & Barbara? Si enim licet dicere non ſolùm Barbaris lingua ſua, ſed etiam Romanis, Sihoraarmen, quod interpretatur, Domine miſerere; cur non liceret in Conciliis Patrum in ipſa terra Græcorum, unde ubique deſtinata eſt fides, lingua propria Homuſion confiteri, quod eſt Patris, Filii, & Spiritus ſancti una ſubſtantia?* Ubi pro *Sihoraarmen*, legendum exiſtimat Stephanus Stephanius in Notis ad Saxonem Grammaticum pag. 219. *thig for barmen*, addita voce *herre*, quæ ab imperito Librario omiſſa fuit: ut ſic planè legatur, *Her thig forbarme*, pro *Herre forbarme thig*. Hæc enim lingua, ſubdit ille, Gothica eſt, quam Auguſtinus Barbaram indigitat, eumque captâ Româ didiciſſe ad oram libri Eraſmus aſcripſit. At vetus cod. MS. ut eſt annotatum manu Rigaltii ad oram Auguſtini qui illius fuit, *Fhrota — armes* præfert.

Siiparium. Vide *Typarium*.

Sikerborgh, apud Scotos dicitur cautio quam actor coram judice interponit de accuſatione ſua, vel de lite proſequenda. Quoniam Attachiam. cap. 1. *Attachiamenta ſunt principium & origo placitorum de Wrang & & Unlauch, & aliorum quæ proſecuta ſunt per ſikerborg.* Vide *Saccabor*.

Siketus. Vide *Sica*.

Silentiare, Silentio involvere, premere, tacere. Stephanus III. PP. in Epiſt. de Revelat. S. Dionyſii: *Sicut ſe nemo debet jactare de ſuis meritis, ſic non debent opera Dei, quæ in illo per ſuos Sanctos fiunt ſine ſuis meritis ſilentiare.* Ab eo hauſit Hubertus in Vita S. Gudilæ Virg. cap. 3. *Sicut de ſuis meritis debet nemo ſe jactare, ſic non debet quiſquam — opera Dei ſilentiare.* Utitur & Dudo lib. 3. de Act. Norm. initio.

Silentiarius, *Silentiarium*: Vide in *Silentium*.

Silentium, Conventus privatus, in quo diſſertationes de rebus publicis agebantur, unde & διάλεξις dicitur Zonaræ pag. 146. Gallis, *Conference*: ſed præſertim de rebus Eccleſiaſticis, unde κατηχητικὸς λόγος definitur apud Nicetam in Man. l. 7. n. 5. quod Σιλέντιον vocavit Cinnamus p. 316. Landulphus Sagax l. 16. *Fecit Imperator ſilentium, adducens Patriarcham, & jubens eorum recitari confeſſiones.* Idem de Leone: *Silentium contra ſanctas ac venerabiles celebravit Iconas.* Lib. 23. *Facto Imperator ſilentio, apud Magnauram, expoſuit populo quæ de ſe fuerant dicta.* Lib. 23. *Eirene Imperatrix ſilentio in Triclinio Juſtiniani facto, prohibuit omnem qui militaret adhærere Stauratio.* Vide quæ notavimus ad Cinnam. p. 493. ubi obſervavimus ex Juliano Anteceſſ. *Silentium & Conventum* idem ſonare: quod firmant præterea Excerpta ex Joanne Lydo lib. περὶ ἀρχῶν πολιτικῶν. [illegible] ἐν ἀγορᾷ, ἀλλ' ἐν τῷ Παλατίῳ τὴν βουλὴν συνάγεσθαι. [illegible] Ῥωμαίους καλεῖν, [illegible] Σιλέντιον. [illegible] Σιλεντιαρίους [illegible] ὀνομάζουσιν αὐτούς.

Silentium, Secretarium. *Silentium B. Petri Apoſtoli*, ſeu Secretarium Eccleſiæ S. Petri, apud Anaſtaſium in Vita Stephani III. PP.

Silentiarius, ἡσυχάστης, in Gloſſ. Gr. Lat. *qui Palatio vel alibi ſilentium indicit: & eſt nomen dignitatis*, inquit Ugutio: qui *admonere ſilentium jubetur*, ut loquitur Marcianus Capella lib. 7. qui ad cubiculum Principis excubias agit, cavetque ne quodpiam murmur excitetur: [illegible] τὰς ἀμφὶ τὸ βασίλεια αὐλάς, Agathiæ; [illegible] ἡσυχίας [illegible], Procopio lib. 2. de Bello Perſico cap. 21. Claudianus: *Sacroque adhibere ſilentia ſomno.* Horum munus indicat Anſelmus Havelbergenſis Epiſc. lib. 2. Dialogor. c. 1. ubi de collatione ab eo habita cum Græcis, Conſtantinopoli: *Convenientibus itaque pluribus ſapientibus in vico qui dicitur Piſanorum, juxta Eccleſiam A. Ecrinee, quæ lingua Latina ſanctæ Pacis nuncupatur; poſitiſque Silentiariis, ſicut ibi mos eſt, & datis arbitris, & ſedentibus Notariis, qui omnia quæ hinc inde dicerentur, fideliter exciperent,* &c. Silentiarii porrò erant plures, ſed 30. ordinarii in 3. decurias diviſi, quibus ſingulis præerat unus Decurio. Hinc titulus in Cod. Juſtin. *de Silentiariis & Decurionibus eorum*, qui in Theodoſiano, *de Decurionibus & Silentiariis* inſcribitur. Hi *Clariſſimi* l. 5. C. Juſt. d. tit. *Spectabiles* l. 30. Cod. de Inoffic. teſtam. vocantur, [illegible], in Concilio Calchedon. act. 1. pag. 60. 89. edit. 1618. *Silentiarius ſacri Palatii*, in vet. Inſcript. 1053. 10. *Silentiarius Auguſti*, in Epiſtola Damaſi PP. ad Acholium; *Imperialis Silentiarius*, apud Anaſtaſium Bibl. in Stephano III. PP. pag. 82. 83. *Schola devotiſſimorum Silentiariorum*, in l. 4. d. tit. Cod. Juſt. Horum proinde dignitas non omnino contemnenda, licèt ἐν χαμαιζήλοις fuiſſe dicat Zonaras, cùm & horum opera in legationibus, & ad mandata perferenda uterentur Principes, quod ex laudatis ſcriptoribus colligitur, præterea ex Ambroſio orat. de Obitu Valentiniani, Philoſtorgio lib. 7. cap. 7. Malcho in Byzanticis, Liberato Diac. c. 11. & aliis. Sed & à Dorotheo doctr. 23. Silentiarii inter honoratiores Palatii dignitates reponuntur: & Theophylactus Simocatta lib. 8. cap. 9. de quodam Theodoro: Σιλεντιάριος δὲ οὗτος [illegible]. Anaſtaſius, priuſquam Imperatorium culmen fuiſſet conſecutus, Silentiarii munus obierat. Sed & Gubazes, qui ſub Juſtiniano ἐν τοῖς σιλεντιαρίοις [illegible] militaverat, Rex Lazorum factus, priſtinæ dignitatis annorum decem ſtipendia quæ ſibi deberi aiebat, ex quo veniſſet in Colchidem, ab eodem Imperatore expetiit, adeò ut tanto faſtigio minimè indignam non arbitratus fuerit. *Primicerius Silentiariorum* occurrit in Concilio Calched. act. 16. p. 361. edit. 1618.

Silentiarii præterea videntur ex loco Joannis Lydi laudato appellati, qui in *ſilentiis*, ſeu collationibus, vel etiam conſiſtoriis Principum conſidebant, ac deliberabant, quomodo apud Hariulfum in Vita S. Angilberti cap. 1. uſurpatur hæc vox: *Præfatus ergo Rex Carolus in tantam amicitiam eum tenuit, ut quocunque iret vel rediret, Dominum Angilbertum ſemper ſecum haberet, — & hæc tanta dilectio adeo proceſſit, ut eum ſecretorum conſcium & primatem Capellanorum faceret: ſibi quoque eundem Silentiarium ſtatueret, ut in quo compererat prudentiæ altitudinem, ejus conſilio componeret totius regni utilitatem.* Neque aliter intelligendus, ni fallor, Radulfus de Diceto, & ex eo Matth. Paris an. 1171. *Inſtante tandem feria ante Paſcha, in qua de conſuetudine Romana Eccleſia ſolet Papa publicè vel abſolvere vel excommunicare, quibuſdam Domini Papæ Silentiariis ad aures nuntiorum Regis perferentibus, devenit, quod Papa eodem die decreverat in Regem Angliæ nominatim — interdicti ferre ſententiam.*

Silentiarium, locus ubi *Silentiarii* ſtabant, primum & exterius cubiculum, quod Conſiſtorio obſervabatur. Landulphus Sagax lib. 16. & Anaſtaſ. in Hiſt. Eccleſ. *Occidant eos, habentes homines ſuos ſibi cooperantes Indos abſconditos in Silentiario.* Quo loco Theophanes habet εἰς τὸ σιλεντιάριον p. 161. Σιλεντιάριον eadem notione dixit Cyrillus Scythopolitanus, εἰς τὸ λεγόμενον Σιλεντιάριον [illegible], *qui cum ad ſilentiarium perveniſſent, à Silentiariis oſtio præpoſitis introducti ſunt.*

In ſilentium miſſi, pœna Monaſtica. Regula Monialium B. Mariæ *Sopwell* in Anglia, an. 1328. *Et pur ceo que nous avons entendus que une abuſion eſt entre vous, que ſi une de vous ſoit miſe en ſilence pur ſa culpe, elle ne deveroit lire, ne chanter, ne veer le Sacrement de la Meſſe*, &c.

Silera, quæ & *nullis*, Guttæ, ſeu fluxionis ſpecies, in Falconibus, apud Albertum M. lib. 23. de Animalib. cap 18.

Silfori. Variè hæc vox effertur à ſcriptoribus. Anaſtaſius in Nicolao I. PP. p. 221. *Et in ciborio Conſtantinianæ baſilicæ optimos de ſiſori, & de fundato quatuor pannos appendit.* Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 26. *Saricam inſuper ſericam de ſilfori, cum auro & gemmis*, &c. Anonymus Caſinenſis in Hiſt. Longobard. cap 10. de Siconolfo Princ. Beneventano eandem rem enarrans: *Abſtulit de S. Benedicto — ſpara par unum, ſericamque ſericam de ſilfori cum auro & gemmis.* A σίλφη voce Græca vox videtur deducta, quæ Græcis *blattam* ſonat, ut colligitur ex Gloſſis Latino-Græcis, & Græco-Latinis, ita ut terminatio Longobardica ei adjuncta ſit.

Silekrever, Exactores, Danis, in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. pag. 443.

Silicarius, μολυβργὸς, in Gloſſ. Gr. Lat. Gloſſ. Lat. Gr. *Silex*, μυλίτης λίθος. *Silicida*, σιληρουργός.

Siligo, Latinis ſcriptoribus eſt ſelecta farinæ medulla ex ſiligine frumenti genere, de quo Plinius lib. 18. cap. 8. & alii. Iſidorus lib. 17. cap. 2. *Siligo genus tritici à ſelecto dictum.* Adde lib. 20. cap. 2. At poſtremi ævi auctoribus uſurpatur pro *Secali*, vulgò *Segle*, Tidericus Langenius in Saxonia:

Extat & hic triticum, quod non reperitur iniquum,
Creſcit non lentè bona moxque ſiligo repente.

Occurrit non ſemel. Vide Gorræum in σιλιγνις, & Joan. Bruyerinum Campegium lib. 6. de Re cibaria cap. 9.

Silina. Bromptonus an. 1189. *Et quoddam tentorium de ſerico adeò magnum, quod ducenti milites poſſent in eò comedere, & 60. millia ſilinas de frumento & totidem de bordeo*, &c. Ubi Rogerus Hovedenus habet *ſalinas de frumento*; unde proclivis emendatio in *ſalmas*. Vide in voce. *Sagma.*

Siliqua, Iſidoro lib. 16. cap. 24. *vigeſima pars ſolidi; ab arboris* (ſiliquæ, de qua Victor lib. 1. de Perſecut. Vandal. quam *Cornum* vocant,) *ſemine vocabulum tenens.* Gregorius M. lib. 9. Epiſt. 14. *Præcipimus ut ad tres ſiliquas aureas factis libellis ei vincolam ipſam locare debeas*, &c. Senator lib. 2. Epiſt. 25. *Superbia deinde conductorum Canonicos ſolidos non ordine traditos, ſed ſub iniquo pondere imminentibus fuiſſe projectos, nec univerſam ſiliquam, quam reddere conſueverant, ſolenniter intuliſſe.* Idem Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 42. *Sed tua experientia ſive in hoc quod per libram amplius, ſive in aliis minutis oneribus, & quod ultra rationis æquitatem à ruſticis accipitur penſet, & omnia in ſummam penſionis redigat, & prout vires ruſticorum portant penſionem integram & penſantem ad ſeptuaginta bina perſolvant, & neque ſiliquas extra libras, neque libram majorem exigi debeant, ſed per æſtimationem tuam, prout virtus ſufficit, in ſummam penſionis creſcat, & ſic turpis exactio nequaquam fiat.* Adde veterem Chartulam plenariæ ſecuritatis, quam deſcripſit Briſſonius l. 6. Formul. p. 647.

Siliquaticum, κερατισμὸς, id quod in nundinis exigitur ob venditionem proponendam. Tributum inductum à Valentiniano & Theodoſio, augendo ærario, quod fuerat exhauſtum: ut nundinis quibuſque decreto provincialium loco & tempore conſtituto, ex qualibet mercium negotiatione fiſco in ſingulos ſolidos venditor dimidiam ſiliquam, ac ſimiliter emptor alteram dimidiam ſiliquam inferret: ut eſt in eorum Novella 48. & apud Cujacium lib 16. Obſerv. cap. 23. Senator lib. 4. Epiſt. 19. *Siliquatici namque præſtationem, quam rebus omnibus nundinandis provida definivit antiquitas*, &c. Adde lib. 3. Epiſt. 30. lib. 2. Epiſt. 4. Bulla Honorii III. PP. an. 1223. apud Ughellum in Senogallienſib. Epiſcop. *Et tertiam partem de omnibus, redditu ac datione, diſtricto quoque & placito, & de mercato, nec non de ripa & portu, ſeu & de aliis ſupradicta civitatis vectigalibus, ſiliquatico, pedagio, menſuratico*, &c. Adde Bullarium Caſinenſe to 2. p. 18.

Comes ſiliquatariorum, apud Senatorem lib. 2. Epiſt. 12.

Siliquarius, vel *Siliquatarius*, qui *Siliquaticum* exigit vel colligit, apud eundem lib. 2. Epiſt. 26.

Siliva, Palus. Tabularium Eccleſiæ Viennenſis fol. 51. *In alio latus terra S. Joannis; in una fronte terra Aſterio; in alia terra adque ſiliva, qua æſtivum tempus ſiccat, habet in longum perticas agripedales* 51. &c.

Simaci. Liberatus Diacon. c. 23. *Per portitores literarum velociſſimos pedeſtres, quos Ægyptii Simacos vocant, omnia molimina Pauli, Eliæ ſcribebat.*

Simare. Vide *Semus.*

Simenellus. Panis ſimilaceus, ex *Simila*, Græcis σεμιδαλίτης, cui ſecundum inter panes bonitatis locum aſſignat Galenus lib. 1. de Aliment. Anglis, *Simnellbread.* Capitulare de Villis c. 45. *Piſtores qui ſimilas ad opus noſtrum faciunt*, &c. Conſtantinus African. lib. 5. Loc. commun. med. cap. 15. *Panis qui de granorum fit medullis, & ſimila vulgo ſolet vocari, nutribilior eſt & indigeſtibilior.* Inde Regiis menſis miniſtrari olim ſolitus. Liber de Situ Eccleſiæ Belli in Anglia: *Conſtituens in primo Monachis ejuſdem Eccleſiæ ad cotidianos uſus panem regiæ menſæ aptum, qui Simenel vulgò vocatur, habere pondere 60. ſolidorum; & in quadrageſima de quartario majorem, ut eleemoſynæ pars ſibi cederet.* Rogerus Hovedenus pag. 738. *Cùm autem Rex Scotiæ ad Curiam Regis Angliæ venerit, quamdiu ipſe in Curia Regis Angliæ moram fecerit; quotidie de liberatione 30. ſolidos, & 12. waſtellos dominicos, & 12. ſimenellos dominicos, & 4. ſextaria de dominico vino Regis*, &c. Bromptonus an. 1044. *Eo die præcentor loci recipiat de fiſco regiò dimidiam marcam, & conventus centum ſimenellos, & unum modium vini.* Iter Camerarii Scotici cap. 9. §. 4. de Piſtoribus: *Non faciunt quodlibet genus panis, ut Lex burgi inquirit, videlicet quachetum, ſiminellum, vaſtellum; panem azymum, purum panem, panem mixtum*, &c. Ubi perperam edit. *ſymmellum.* Ita malè etiam *ſimerellus*, pro *ſimenellus*, edit. in Hiſt. Monmorenc. p. 101. Fleta lib. 2. c. 9. §. 1. *Panis de ſimenel* (ponderabit) *minus waſtello de 2. ſ. quia bis coctus erit. Le Roman d'Auberi* MS.

Si vois portet ſimeniaus baletez.

Vetus Conſuetudo municipal. Ambian. MS. *Et ne porra en ces fourniaus quire fors flaons & tartes, & paſtés, & ſeminiaus.* Charta Philippi Comitis Fland. pro Ambianenſib. *L'Arcediacre d'Amiens à caſcun Noel de couſtume à Amiens de ſon droit de caſcune cambe à chervoiſe 1. ſeſtier de chervoiſe à denier, ou 1. denier, & caſcun four ou fournel 1. den. ou denrée de pain, ou de ſimeniaus, ou de tel pain qu'il cuiſt.* Magnum Tabularium Corbeienſe: *Tout li four & li moulin de ladite ville ſont ſien, (à l'Abbé) & ne puet nus faire fourniaus à cuire tartes ou paſtès, ou ſimeniaus, ſans ſon congié.*

Simiama. Charta Hecardi Comitis Auguſtodunenſis apud Petardum in Burgundicis pag. 26. *Burſa cum bruſdano, & ſimiama, drape plumaco ſuper luctrino*, &c.

Simichenium. Epiſtola Nicephori Patr. CP. apud Baron. an. 811. n. 58. *Tunicam candidam, & penulam caſtaneam inconſutilem, ſtolam, & ſemichenium auro variata.* Ubi ad marginem obſervatur Græcum exemplar habuiſſe ἐγχείριον. Unde confici videtur legendum *ſemicinctium*, i. ſudarium, quod ἐγχείριον vocari à Græcis docuimus in *Mannale.*

Similæ. Vide *Foliata.*

Similare, Gloſſæ antiquæ MSS. *Similare, effingere, repræſentare, imitari, exprimere.* Ugutio: *A ſimilis dicitur*

ſimulare, id eſt facere ſimilem, vel eſſe, vel repræſentare. Marcellus Empiricus c. 8. p. 69. *Piſciculi, qui equum marinum ſimilat, fel*, &c. Vetus interpres Epiſtolæ S. Barnabæ: *Nequando ſimilemus illis*. Ita ſæpe in hac Epiſtola. Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani: *Potuiſſet fortaſſe tunc illi Apoſtolicum illud evenire, — ſi eum Apoſtolo etiam ordinationis honore ſimilaret*. Vigilius lib. 4. contra Eutychem: *Neque in aliquo nobis poterat ſimilari, ſi non id, quod ipſi ſumus, in ſeipſo dignaretur accipere*. S. Bernardus Epiſt. 2: *Mulierculis vel ſimilari vel placere ſtudemus*. Adalbero Ep. Laud. p. 251.

Fabula non ſimilat verum, nec dicitur eſſe.

Eckehardus Jun. de Caſib. S. Gall. cap. 11. *Monachos hodie S. Gallus habet, quorum ſimiles ipſe inter ſuos nunquam ſimilabit*. Ita Vita S. Deicoli c. 2. n. 6. Vita S. Benedicti Abb. Anianæ c. 4. n. 17. Lucas Ab. Montis S. Cornelii in Cantica Cantic. &c.

Alia videtur ejuſdem vocis notio in Legibus Alvredi Regis Weſt-Saxon. cap. 21. apud Bromptonum: *Si quis præſtet arma ſua ad occidendum aliquem, licet ei, ſi velit, weram mortui conjectare. Si ſimilari nolit, reddat qui arma præſtiterit tertiam partem weræ*, &c. Saxonicum habet ȝeſomman, quod *congregare, convenire*, ſonat. Gallis *Aſſembler*. Vide *Aſſimulare*.

Simulare, eadem notione. Papias: *Imitari, ſimulare, aut ſequi*. Gloſſ. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Adumbrat, effingit, ſimulat, deſignat*. Ugutio: *Figmentare, fingere, ſimulare*. Will. ab Oldenborg in Itin. Terræ Sanctæ pag. 126. *Pavimentum habet ſubtile, marmoreum, ſimulans aquam levi vento agitatam*. Herbertus lib. 2. de Mirac. cap. 21. *Erat autem indutus habitu monachali, propemodum ſimulans Monacho*. Cap. 32. *Et viventi magis quam mortuo ſimulans*. Udalricus in Conſ. Clun. lib. 1. c. 31. *Caveat ne dicat collectam ignotam, ſed quæ bene ſimulet ſtilum Gregorianum*. Vide lib. 2. c. 2. *Illi ſimulat*, in Capit. Caroli Calvi tit. 16. *Il luy ſemble*, ut videtur. Hincmarus Laudun. ad Remenſem p. 594. 608. *Ut illic poſſit res de ſua Eccleſia ordinare, & illi liceat, ſicut ei ſimulaverit, diſponere*. Adde Concilium Calchutenſe an. 787. c. 9.

SIMILARIA, Inſtrumentum medicum, de quo Iſidorus lib. 4. c. 11. Laudatur ab eruditiſſimo viro Petro Lambecio lib. 6. de Bibl. Cæſarea p. 21. Conſtantini Harmenopuli liber περὶ ἀμυδάκεων ἤτοι σίλαγομιδῶν, τῶν λεγομένων τζιμιλαρίων καὶ κατίλων.

SIMILITUDINARIE, Ad ſimilitudinem, ad inſtar. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *Non ſimilitudinarie radiorum repræſentans effigiem, ſed eorum claritate nativa naturam præveniens, in ſtellare corpus caput effigiabat puella*.

SIMMA, *Camera*. *Vita S. Silveſtri*: *Tarquinio in Simma prandente, ultio divina manifeſtata eſt. Ubi quidam corruptè legunt ſima, & dicitur à ſima curvum*. Ita Joan. de Janua: ſed *ſimma* nihil aliud eſt quàm *ſigma*, menſa in ſigmatis ſeu hemicycli ſpeciem confecta, quomodo non ſemel uſurpant Lampridius & alii: ita enim præfert Græca editio Combefiſii pag. 262. τῷ Ταρκυνίῳ ἐν τῷ λεγομένῳ Σίγματι ἀριστῶντος, &c.

SIMONES, Delphines, apud Papiam, à ſimis naribus & repandis. Vide Barthium lib. 24. Adverſar. c. 8. & Ferrarium in *Simoni*.

SIMPLARE, à *ſimpla*, vel *ſimplum*. Sedulius lib. 1. Operis Paſchalis, de Trinitate:

Semper ut una manens deitatis forma perennis,

Quod ſimplex triplicet, quodque eſt triplicabile ſimplet.

Vide mox *Simplicare*.

SIMPLEX *populus*, Vulgus, noſtris *le ſimple peuple*. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 514. *Inermem ac ſimplicem populum tanta famis involvit miſeria*, ut &c. *Minor populus*, in Capitulari Hlotharii Imp. an. 855. cap. 5.

SIMPLICARE. Gloſſ. Gr. Lat. ἁπλῶ, *Simplico, pando*.

SIMPLICITAS, vox contemptus. Gregorius M. lib. 4. Epiſt. 75. ad Mauricium Imp. conqueritur ſe *ſimplicem* ab illo appellatum fuiſſe, tanquam in contemptum, quia (ut ait) *ſimplicitatis vocabulo fatuus quis dicitur*.

Ita vulgo novos ac rudes *Simples* appellamus, ut etiam Ulpianus Lege 14. §. 4. D. de Relig. Vide l. 1. C. de Jur. & facti ignorant. &c.

Simplicitas, alia notione. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 37. *De homicidio unde lex pro ſimplicitate probationem trium teſtium quærit, ſi teſtes habere non poterit, concedimus ut cum 12. juratoribus juret, & ab eadem ſimplicitate ſit abſolutus: proprium tamen non amittat*. Eadem habent Capitula Lud. Pii an. 826. c. 4. & Conventus Ticinenſis an. 854. c. 4.

SIMPULATOR, in Gloſſ. Iſidor. *Amicus ſponſi, aſſiduus cum eo in convivio. Simpulator, conviva*. Notum quid ſit *Simpulum* apud Feſtum & alios.

SIMPULSARE. Vide *Depulſare*.

SIMULA, Panis ſimilaceus, qui & *ſimenellus*, de qua voce ſupra. Charta Henrici Epiſcopi Ratiſbonenſis an. 1278. in Metropoli Saliſburgenſi to. 1. pag. 264. *Artocreas & ſimulas majores, quemadmodum ipſæ ſimulæ in recordatione fratrum hactenus dari conſueverunt: & qualibet ſimula tantùm valere debent quantùm valent tres ſimulæ quotidianæ*.

SIMULACRUM. In Indiculo Superſtitionum & Paganiarum in Capitulari Karlomanni an. 743. paragraphi 26. 27. 28. inſcribuntur, *De ſimulacro de conſparſa farina: De ſimulacris de pannis factis*: & *De ſimulacro quod per campos portant*.

SIMULATIVE, in libro fundationis Monaſterii Gozecenſis p. 30. *Simulando*.

SIMULATUM. Vide *Wancſtodal*.

SIMULARE. Vide *Similare*.

SIMULTARE, Simultatem cum aliquo gerere, vel inter ſe ſimultatem exercere. Gemma.

SIMULTUM, *Vermis in cornibus arietum, qui facit eos cornupetare*. Joan. de Janua.

SINAIDA, Inciſio facta in arboribus ad limites deſignandos, à Saxon. ſniðan, vel ſniðan, *incidere, ſecare*. Unde ſniþ, *ſerra*, ſniþe, *inciſio*. Lex Longob. lib. 1. tit. 26. §. 5. *Si quis propter intentionem ſigna nova, aut theclaturam, aut ſinaidam in ſilva alterius fecerit, & ſuam non probaverit, componat ſol. 40*. Et §. 6. *Si ſervus extra juſſionem domini ſui theclaturam, aut ſinaidam in ſilva alterius fecerit, manus ejus incidatur*, &c. Ubi Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 97. habet

Snaida, ut *Sneida*, Traditiones Fuldenſ. l. 2. c. 8. *Hæc eſt terminatio Eccleſiæ in Creynfeld, à Mureresbrink ſurſum verſus ad Berboldes Sneida, inde ad fontem S. Bonifacii*. Infra: *Hæc eſt terminatio matris Eccleſiæ — ad fontem S. Bonifacii ſuper* Sweberfeld, *inde per Berboldes Sneida, uſque in Brahdaba*, &c.

SINCERIS, pro *Sincerus*. S. Fulgentius Epiſt. 2. ad Gallam: *Apoſtolus, ſicut ipſe teſtatur, vult ut ſimus ſinceres, & ſine offenſa in diem Chriſti*; &c. Vulgata edit. habet *Sinceri*. Et in Reſponſione contra Arianos pag. 32. 1. edit. *Vapor eſt autem virtutis Dei, & manatio quædam claritatis omnipotentis Dei ſinceris*. Utitur ſemel atque iterum.

SINCERITAS, Titulus Rectorum Provinciæ, in l. 8. Cod. Th. de Juriſdict. & l. 33. de Curio.

SINCINNIUM, *quaſi ſingularis cantilena vox: cùm verò multi, chorus*. Papias.

SLUSA, *Sluſagium*. Vide *Excluſa*.

SINDABULUM, al. *Sindabalum, Fundibalum*. Papias. Sed legendum videtur *fundabalum*. Vide in hac voce.

SINDMANNI. Chartæ Ludovici Regis an. 892. & Henrici Imp. an. 1039. in Metropoli Saliſburgenſi to. 1. p. 130. 147. *Cum curtis & caſis, aliiſque ædificiis, familiis, & utriuſque ſexus mancipiis, barſchalcis, ſindmannis, hengiſtuoteris, cenſibus, capiticenſibus, aquis, campis, vineis*, &c. Adde pag. 151. Vox fortè conflata ex Germ. *Sende*, Synodus, & *man* homo: ita *Sindmanni* fuerint homines Synodales. Vide Kilianum.

SINDONES, miniſterio Eccleſiaſtico accenſentur. Sic autem appellabant lineamina, in quibus recipiebant de re-

ponebant panes, qui à fidelibus ad divinum ſacrificium offerebantur. Ordo Romanus: *Oblationes autem à Pontifice ſuſcipit Subdiaconus, & ponit in Sindonem quæ eum ſequitur.* Alibi: *Acolyti autem qui inde fuerint, obſervant ut portent Chriſma ante Pontificem, & Evangelia, ſindones, & ſacculos,* &c. Rurſum: *Oblationes verò Principum Subdiaconus Regionarius à Pontifice ſuſcipit, ac ſequenti Diacono porrigit, & ipſe in ſindonem, quam tenent duo Acolyti, ponit.*

Sindon, pro ſpecie panni. Vetus Charta apud Rocchum Pirrum in Epiſcopis Agrigentinis: *Unam cappam de diaſpero aurifamito, vel Tartariſco aureo de ſindone foderatam,* &c. Monaſticum Anglic. to. 3. part. 2. p. 95. *Capis nigris cum capuciis de ſindone vel taffata utentur.* Parte 1. pag. 315. *Capa Roberti Burnel de ſyndone Hiſp. coloris Indici indentata.* Areſtum 9. Maii 1320. *Item unam capellam de ſindone nigro, videlicet caſulam, tunicam,* &c.

SYNDONARIUS, eſt Artifex ſyndonum, ni fallor, apud Recuperum de Miraculis S. Ambroſii Senenſ. n. 57.

SINGILIONES *Dalmatenſes*, inter veſtes recenſentur in Epiſtola Gallieni apud Trebellium Pollionem in 30. Tyrannis: Σιγγιλίωνες, in Teſtamento S. Gregorii Nazianzeni dici putantur: στιχάριον β. παλλια γ. σιγγιλιῶνα α. Ita quidam codices MSS. præferre, pro σιγγίλιον uti aliquot editi habent, ſcribunt Baronius an. 389. n. 31. & Caſaubonus ad Pollionem, ubi ſententiam ſuam de ejuſmodi ſingilionibus prodit. Hunc conſule, ſi lubet. Vide *Cingulum.*

SINGLARE. Vide *Singularis* & *Sigla.*

SINGULARES & *Singularii*, inter poſtrema officia Præfectorum prætorio Orientis, & Italiæ & urbis, recenſentur in Notitia Imperii, de quorum officio multa habet Pancirolus lib. 2. cap. 20. pag. 14. quæ non exſcribo. Vide etiam Cujacium lib. 12. Obſervat. cap. 40.

SINGULARIS, dictus *Aper*, Græcis μόνιος, quòd delectetur ſolitudine, vel quod ſolus & *ſingularis* primis duobus annis vagetur, noſtris *Sanglier.* Ita Cujacius ad l. 1. de Feud. & Fullerus l. 6. Miſcellaneorum ſacrorum cap. 6. Odilo lib. 2. Vitæ S. Odonis Cluniac. Abbat. lib. 2. *Ecce immaniſſimus ſingularis de ſilva egreſſus,* &c. Vita S. Deicoli Abb. n. 24. *Cùm multi optimatum, venatu nobili, ſingularem maximum inſequerentur. Porcus ſingularis.* Tabularium Monaſterii S. Savini Levitanenſis apud Marcam: *Concedimus etiam in ipſa valle, ut ſi quis porcum ſingularem, ſive cervum venando ceperit, quartam ſive ſpadlarem S. Savino perſolvat. Fera ſingularis.* Petrus Chryſologus ſerm. 127. *Singularis fera, uſque dum capiat prædam, fremit ore, dentibus frendit,* &c. Ita *fera ſingularis*, apud Hariulfum lib. 3. cap. 21. Willelmum Malmeſbur. pag. 3. & in Chronico Fontanell. p. 187. ubi de morte Karlomanni. *Aper ferus ſingularis*; apud Cogitoſum in Vita S. Brigidæ Virg. cap. 4. n. 21. & in alia ejuſdem Brigidæ Vita c. 16. n. 22. 102. *Singularis ferus*, in Vita S. Pachomii cap. 16. apud Petrum Damian. l. 3. Epiſt. 10. Willelmum Abbatem Metenſem Epiſt. 1. Joan. Sariſberienſem Epiſt. 167. S. Bernardum Epiſt. 240. in Vita S. Rigoberti Archiep. Remenſ. c. 2. n. 7. &c. Vide Capitulare de Villis c. 40.

Singlare, eadem notione. Gaufredus Malaterra lib. 1. cap. 40. *Aprum miræ enormitatis, quem Singlare dicunt, movit.*

Senglarius, ex Gallico *Senglier.* Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 841. *Et paſturam ad 20. vaccas, — & ad unum ſenglarium,* &c.

SINGULIZARE. Alcuinus in Præfat. ad lib. de 7. Artibus: *Quapropter opere Dei ſingulizato, magnifica neceſſaria definitione concluſa ſunt,* &c.

SINGULATOR, Ιππαστὴς, κέλης, in Gloſſ. Gr. Lat. ubi Salmaſius *ſingulatorem* exponit *equitem, qui ſolo ac ſingulari equo vehit*, quem κελήτην vocaſſe Heſychium putat: Ἵππος καὶ ἱππαστὴς, καὶ ὁδὸς παῖς, καὶ μονάμπυξ. Gloſſæ Iſidori: *Aureax, equus ſolitarius.* Vide eundem Salmaſium ad Vopiſcum. Occurrit præterea vox *monator*, in Gloſſ. Gr. Lat. ubi exponitur ἱππάστης, ſed videtur legendum *monitor.*

SINISTERIUS. Gloſſ. Lat. Gall. *Siniſterius: Seneſtre, potier.*

SINISTRARE, ad ſiniſtram comitari; ut *dextrare*, ad dextram. Radulfus de Diceto an. 1193. *Dextravit Archiepiſcopum Londonienſis Epiſcopus, ſiniſtravit Wintonienſis, & ſic in ſede ſua ſolenniter collocatus eſt.*

SINODOCHIUM, *Synodochium*, in Synodo Ticin. an. 850. c. 15. 16. in Chron. S. Sophiæ Benev. p. 608. &c. Chronicon Farfenſe: *Cum Monaſteriis, cellulis, ſynodochiis, Eccleſiis,* &c. Charta Romualdi Ducis Beneventanorum in Chronico S. Sophiæ Benevent. *Ut neque à Monaſterio ſubdatur, neque ſynodochio defendatur.* Atque fortè ita legendum in Vita MS. Magnobodi Epiſc. Andeg. cap. 41. *In quo etiam ſyntochia atque brephotoſia conſtruxit.* Niſi legatur *ptochia.*

Senodochium, in Capitul. 6. an. 819. cap. 5. Vide v. cl. Steph. Baluzium ad Capit. pag. 1040.

SINOSITAS, Bromptonus: *Ad Septoniam deducitur, quæ temporibus Britonum Paladur vocabatur, & à Caſſibeliano Rege ædificata, magnæ ſinoſitatis erat civitas.* Leg. fortè *famoſitatis*, vel *ſinnoſitatis.*

SINTHICIA, Pactum, conventio. Heſychius: Συνθήκη, συνθῆκαι. Συνθηκαῖον, ὁμολογεῖν, συνθεῖναι. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 30. *Sicut peccata mea merebantur, non Romanorum, ſed Longobardorum Epiſcopus factus ſum, quorum ſinthiciæ ſpathæ ſunt, & gratia pœna.* Ubi Jameſius monet in MSS. haberi *Synthicia*: ita ut vox à Græcia videatur deducta. Græci etiam nuperi vocem συνθηκάριος, pro eo qui cum altero pactum init ad alium opprimendum, uſurparunt. Acclamationes Populares in Concilio Conſtantinopolitano ſub Menna, act. 5. Ἔξω βάλε τὸν συνθηκάριον, ἔξω βάλε τὸν λοίδορον. Mox, μετὰ τοῦ ..., καὶ συνθηκάζει τοῖς ....

SINUM, *Vas in quo butyrum conficitur.* Gloſſ. Iſid.

SION, Oriens, quod mons *Sion* ad Orientem & in Oriente ſit. Vetus Agrimenſor pag. 273. *Sequeris curſum ejus à Sion, hoc eſt ab Oriente.* Vide *Sinto.*

SIPESSOCNA. Leges Henri I. Regis Angl. cap. 6. *Comitatus* (in Anglia) *in centurias & ſipeſſocna diſtinguntur.* Membranæ veteres de tempore Henrici II. *Sipeſoca* dictum, quòd *Hundredus* hodie, docent apud Somnerum, qui ꞅiþeꞅ-ꞅocna vel ꞅiþeꞅ-ꞅoca, ex Saxonico legendum contendit.

SIPHAC, vox Arabica, Medicis mediæ ætatis familiaris, pro *Peritoneo*, ſeu panniculo tenuiſſimo qui ſtatim ſub muſculis reperitur, cui muſculus tranſverſus jungitur. Aliàs *Membrana.* Conſtantinus Afric. lib. 5. de Morbor. curat. cap. 5. *Unde ſpatia inter inteſtina & pelliculam, quæ ſyphac dicitur, implentur.* Ita lib. 6. cap. 8. At *ſiphac* ſcribitur lib. 5. cap. 13. Utitur etiam Mundinus lib. de Anatomia, ut & Pſeudo-Ovidius lib. 2. de Vetula, ubi de Semiviris:

> *Sive quibus ſolitis thalamos violare pudicos*
> *Deprenſis in adulterio genitalia membra*
> *Iracunda manus ſponſi violenter ademit,*
> *Sive quibus ruptura ſiphac ita magnificari*
> *Cœpiſſet, quod non prohiberet in oſtea caſum*
> *Inteſtinorum,* &c.

SIPILLUS, *Novacula*, ξυρὸν, in Gloſſ. Lat. Gr.

SIRASCULA, *Vas aquarium*, in Gloſſis Iſidori.

SIRIATICUS *turgor.* Baldricus Noviomenſis in Chron. lib. 2. cap. 63. *Siriatico turgore inflatus.* Id eſt, qui, quòd *Dominus* nuncupetur & compelletur, inflatur ac turget, à voce Gallica *Sire*, qua donabantur magnates, & generatim qui militari dignitate gaudebant, cùm cæteri proprio nomine indigitarentur, ut fuere *Scutiferi* & qui nondum militarem ordinem conſecuti fuerant. Epitaphium Abbatiſſæ S. Scholaſticæ Barenſis an. 1308. Apud Anton. Beatillum lib. 3. Hiſt. Barenſ.

> *Filia virgo fuit hæc quondam Sire Joannis.*

Deque tuis Dominis Miles Caſamaſſima, magnus.

De primæva vocis *Sire* origine variæ ſunt ſcriptorum ſententiæ. Quidam enim à Græco κύριος, ſeu ut Byzantini efferebant, κῦρος, & κύρις, deducunt: quam poſtremam vocem virorum illuſtrium nominibus præpoſitam paſſim obſervare eſt, & à quibuſdam inferioris ætatis idiotiſmi inſciis in nomen *Cyrus*, perperam traductam non ſemel legimus. Concil. CP. ſub Flaviano Patr. act. 7. ἔστι γὰρ ὁ κύρις Μελίφθογγος, καὶ ὁ κύρις Ἰωάννης, καὶ ὁ κύρις Ἰουλιανὸς, οἱ δύο ἀδελφοί. Occurrit ibi pluries. Alii, ut Nicolaus Fullerus lib. 1. Miſcell: ſacr. cap. 11. & Stephanus Guichartus p. 944. ab Hæbræo etymon arceſſunt.

Ex voce *Sire*, formata deinde etiam illa qua vulgò nos invicem ſalutamus, *Monſieur*, contracta ex *Monſeigneur*, quo titulo vulgò donabantur Militari dignitate inſignes, cùm cæteri quamtumvis natalibus præclaris editi, non niſi proprio nomine appellarentur, antequam Militarem ordinem eſſent conſecuti. Vox porrò *Monſieur*, ſat nupera, nec niſi ultimis ſæculis uſurpata; tametſi in Charta an. 1275. *Sieur*, pro *Dominus*, apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. pag. 104. ut & in Charta Guillelmi Archiepiſcopi Dom. Parteniaci an. 1292. & aliis in Regeſto Caſtri Lidi in Andibus; *Monſor Robert Cuens de Dreux & de Montfort*, obſervo: quæ quidem vox occurrit pluries fol. 53. Cur verò vox *Monſieur*, nominibus appellativis filiorum principum poſtponeretur, videndus Tillius.

Siricum, *Rubri coloris pigmentum, ex quo librorum capita ſcribuntur.* Ita Gloſſæ Arabico-Lat.

Siricus, pro *Sericus*, σηρικός. S. Valerianus de Bono diſciplinæ: *Quamvis autem ſyrico pretioſo corpus veſtias; & niveo vellere membra componas, non ſine macula diem tranſigis, ſi camiſia ardentis ora contigeris.* Corippus lib. 4. n. 4.

Syrica per cunctas pendebant vela columnas.

Anaſtaſius in S. Zacharia PP. pag. 78. *Pendentia vela inter columnas ex palleis ſiricis fecit.* Idem ſcriptor in Hadriano pag. 109. *Vela ſyrica numero quinquaginta ſeptem.* Adde pag. 110. 111. &c. Matth. Silvaticus: *Siricum Romanum, id eſt ſiricum, vel ſeta Romana.* Ita *ſiricus* pro *ſericus* perpetuò ſcribi in veteribus codd. Paulini annotat Juretus ad lib. 1. de Vita S. Martini. Sed quod interdum *ſyricus* pro *ſiricus* ſcribitur, id vitium ſcriptorum eſt: cùm, ut ait Iſidorus lib. 19. cap. 17. *aliud ſit ſericum, aliud ſyricum. Nam ſericum lana eſt quam Seres mittunt: ſyricum verò pigmentum quod Phœnices in Rubri maris littoribus colligunt.* Incertum porrò an de poſteriori intelligi debeat Lex Longob. tit. 59. §. 17. *Si autem ex ipſa plaga cervella exierint, ſicut ſolet contingere, ut medicus cum medicamento aut ſyrico ſtuppavit, & poſtea ſanavit*, &c. Ibi enim *ſyricum* licet interpretari lineum tomentum; quod vulgò *Charpie* dicimus.

Siricus, Delicatus, vel opulentus; *qui veſtibus ſericis utitur, ſeu gravatur*, ut habet vetus Interpres Juvenalis ſat. 6. Autor Hiſt. Apollonii Tyrii: *O nimis ſirice, qui amore tuæ carnis ductus citò animam amiſiſti.* Serici enim uſus rarus adeò primitus fuit, ut penes ſolos ditiores & delicatiores eſſet: & Galenus lib. 13. Meth. ſcribat ſua tempeſtate, ſub ditione Romana, in magnis civitatibus penes ſolas mulieres opulentas inveniri potuiſſe.

Siriones, Vermiculi qui oriuntur in dentibus, Matheo Silvatico.

Sirnumjugius. Charta Pontii Comitis Toloſani an. 936. apud Catellum: *Cum ſilvis & foreſtis, & cum omnibus finalibus & mercatis, & ſirnumjugiis; & cum hominibus & famulabus inde naturalibus*, &c.

Sisa, pro *Aſſiſa*. Impoſitio, præſtatio tributi. Conventiones inter Carolum I. Comitem Andegav. & Provinciæ & Arelatenſes an. 1251. art. 19. *Idem concedit dominus Comes, quod ſiſa heminarum pro manutenendo ponte à civibus conſtituta ceſſet omnino*, &c. Vide *Aſſiſa*.

Sisaga, Uvæ ſpecies, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 4. cap. 4.

Sisara, pro *Sicera*. W. Thorn: *Canapis, olerum, pomorum, ſiſara, mercimoniorum*, &c.

Sisapra, ὑπόβαθρον μύξης ὑπαυτῆ, in Gloſſ. Lat. Gr.

Siscidenses, Valdenſium aſſeclæ, qui concordabant cum iis ferè in omnibus, niſi quod recipiebant Euchariſtiæ *Sacramentum*, apud Reinerum contra Valdenſes cap. 6.

Sisciplator, undè in Gloſſ. Arabico-Lat. pro *Seſcuplator*.

Sissa, *Siſſarii*. Vide *Aſſiſa*.

Sistaroa, Avis ſpecies, apud Fridericum II. lib. 1. de Arte venandi cap. 1.

Sistarcia. Vide *Sitarcia*.

Sistarium, pro *Sextarium*. Charta an. 1218. in Tabular. Aſflighem. *Duo ſiſtaria ſiliginis*, &c.

Sistorium, pro Conſiſtorium. Witikindus lib. 2. Geſtor. Saxon. *Congregati in Siſtorio baſilica Magni Caroli.* Editio Rinecçii habet *Atrio*.

Sitarchia, *Sitarcia*, *Siſtarcia*, &c. Sacculus vel Ciſtella quâ panis cibuſve defertur. Apud Apuleium lib. 2. *ſitarchia* ſumitur pro alimento, annona, ſeu cibo, quo in navibus vice commeatus utebantur nautæ: eſt enim efficta vox à σῖτος, *frumentum, annona*, & ἀρκέω, *ſufficio*; quaſi dicas quod ad victum ſufficit. S. Hieronymus de captivo Monacho: *Aſcenſis camelis, & nova ſitarchia in annonis refocillati.* S. Auguſtinus de Cantico novo cap. 18. *Præparemus ſitarcias, apprehendamus & aſcendamus navem fidei ſimul & crucem, nec deſit anchora ſpes noſtra ſalutis*, &c.

Poſtea pro ipſis in quibus recondebantur cibaria, aut alimenta, vaſis ac ſportellis, vox uſurpari cœpit apud poſteriores Latinos, qui vocabulum ipſum paſſim deformaverunt. Occurrit enim

Sitarchia, in Gloſſ. Angl. Sax. Ælfrici, mete ꝼætelſ, id eſt *pera cibi*.

Sitarcia. Gloſſæ Biblicæ MSS. *Sitarciis, arcis cibariis.* Gloſſ. Arabico-Lat. *Sitarcia, ſaccus vel pera*: perperam editum *Sitarcia*. Vita S. Genulfi lib. 2. cap. 2. *Levantes ergo ſacrum theſaurum in ſitarciis ſuper colla equorum, cœperunt regredi*, &c. Herbertus lib. 1. de Miracul. cap. 7. *Illa verò quia non fuit in ſitarcia, neque in ferulo foris incautè relicta.* Hinc emendandus videtur Fulcherius Carnot. lib. 3. Viæ Hieroſ. cap. 31. *Quod ipſe, qui in ſtarcia ſua detulit uſque Tyrum — nobis enarravit.* Legendum enim *Sitarcia*.

Siſtarcia. Papias, (ex Iſidoro lib. 20. cap. 9. qui habet *Sitarcia*) *Siſtarchia, propriè ſunt nautarum, dicta quod ſint ſuta, ſubſtantia, vel vaſcula in quibus portantur cibi.* Eadem propè Ugutio. Jo. de Janua: *Siſtarcia, vas & repoſitorium, ſicut ſaccus, vel pera* &c. Catholicon parvum: *Siſtarcia, Sac, repoſitoire, bourſe.* Regum cap. 9. *Panis defecit in ſiſtarciis noſtris.* Arnoldus Lubec. lib. 3. cap. 32. *Et defecerat panis in ſiſtarciis eorum.* Henric. de Knighton: *Cùm panis alimonia in ſiſtarchiis deficere cœpiſſet.* Utuntur promiſcuè vetus interpres Juvenalis ſat. 12. v. 51. Wolfardus lib. 3. de Mirac. S. Walburg. c. 3. Gordianus Monach. in Vita S. Placidi Mart. c. 36. Vita S. Goaris cap. 4. Hiſtoria Tranſlationis S. Germani Pariſienſ. Epiſc. cap. 7. &c.

Ciſtarcha. Will. Brito in Vocab. MS. *Ciſtarcha, ſecundum Alexandrum Nequam, componitur à ciſta, & archa. Unde fecit tales verſus:*

Ciſtarcis tectis, vel peris, jungere ciſtam
Si curis archa, ciſtarchis ſic dabis ortum.

Ciſtartia. Will. Tyrius lib. 22. cap. 15. *Trahebat enim ſecum infinitam multitudinem, quibus & aqua jam defecerat in utribus, & panis in ciſtartiis.*

Setarcia; in Vita S. Lupicini Abbat. Jurenſis num. 7. 9.

Pſitarcium. Guibertus lib. 1. Hiſt. Hieroſol. cap. 1. *Videres Scotorum apud ſe ferocium, alias imbellium, cuneos crure intecto, hiſpida clamide, ex humeris dependentem*

tia pſitarcia, de finibus uliginoſis allabi. Ita [illegible] neutro genere effert Menologium Baſilii Imp. 12. Mart. [illegible]

SITHCUNDUS, *Sithercundus*, *Sidercundus homo*, *Sithcundman*. Leges Inæ Regis Weſtſaxiæ cap. 49. *Borgi fractura debet emendari 120. ſol.* — *Aldermanni 80. ſol. Thayni Regis 60. ſidercundi hominis terram habentis 25. aut per id negare.* Cap. 56. *Si homo ſithercundus agat cum Rege, vel cum Regis Aldermanno pro familia ſua, &c.* Cap. 57. *Si homo Sithercundus terrarius expeditionem ſuperſedeat, emendet 120. ſol. & perdat terram ſuam.* Adde cap. 60. Leges Athelſtani Regis: *Et ſi Waliſcus — Ceorlman promoveatur, ut habeat 5. hidas terræ, & habeat weram Regis, & occidatur, reddantur 2. millia thrimſa: & ſi aſſequatur ut habeat loricam & galeam, & deauratum gladium, ſi terram non habeat, tamen eſt Ceorlus. Et ſi filius ejus, vel filius filii ejus hoc aſſequatur, ut tantum terræ habeat poſtea, eſt qui naſcetur ex eis ſithcunde generationis ad 2. millia Thrimſarum*, &c. Ex quibus patet Sithercundum dici hominem qui tantum terræ habebat, ut ſervitium militare inde exhibere poſſet, ideoque viris nobilibus accenſeretur. Lambardus *Cuſtodem paganum* vertit, alibi *Armiferum* & *Ducem paganum*. Sed vide quæ Somnerus ibi commentatur, & infra in *Sithcundman*.

Sithcundman, vox ejuſdem notionis & originis. Concilium Berghamſtedense an. 697. c. 5. *Si occiderit virum militarem, qui Sithcundman appellatur, ſinito hoc Concilio — in adulterio deprehendi, &c.*

SITHIA, Navis ſpecies. Sanutus lib. 3. part. 13. cap. 13. *Eodem anno Soldanus Babyloniæ per flumen Tampnis inter galeas & ſithias miſit uſque ad 20. &c.* V. *Sagitta*.

SITONICUM, Horreum publicum, ex Gr. [illegible] Σιτώνης, curator frumenti. Themiſtio Orat. 6. pag. 161. Σιτώνης, [illegible] Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 2. *De frumentis autem quæ ſcribitis, longè aliter vir magnificus Ciridanus aſſerit; quia tantummodo ſola tranſmiſſa ſunt, quæ pro tranſactæ indictionis debito ad replendum ſitonicum ſufficerent.*

SITUATUS, pro *Situs*, ex Gallico *Situé*. Will. de Baldeuzeel in Itiner. Terræ ſanctæ: *Prope civitatem, quæ Naulum dicitur, in ripariis Januæ ſituatam proſperè perveni.* Occurrit non ſemel.

SIUM, *Sion*, inter miniſteria ſacra recenſetur in Teſtamento S. Everardi Ciſonienſis: *Duo phylacteria incruce pendentia, Evangelium de auro paratum, ſia aureum, armillas duas auro paratas, Miſſale cum auro & argento paratum.* Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis: *Et alium calicem cotidianum, ſion argenteum optimum unum, incenſarios duos, &c.* Nos *Sion* vulgò ramulum dicimus. Martialis Pariſienſis in Areſtis Amorum, Areſto 1. *Et batu par les carrefours de cions de vert olivier, &c.*

SIXHINDI, Mediæ conditionis homines, apud Anglo-Saxones, quorum ſcilicet æſtimatio erat 60. ſolidorum, ut pluribus diximus in voce *Hindeni homines*. Iidem quos *Radeknibt* vocabant, ut cenſet Seldenus lib. de Titulis honorar. Leges Inæ Regis Weſtſax. cap. 26. *Si occidatur, non ſolvatur parentibus ſuis, ſi non intra 12. menſes eum redemerint. Wealh ſi habeat 5. hidas, eſt ſixhinde.* Leges Henrici 1. Regis Angl. cap. 76. *Servi alii caſu, alii genitura. Liberi alii Thyhindi, alii Syxhindi, alii Thyelfindi, &c.* Cap. 48. *Si deſponſata femina fornicetur, & Cyrliſca, vel Syxhinda, vel Thwelfinda ſit, & corporalis diffractio perſiſtentibus inſtituta, &c.*

SKAZA. Vide *Mannwerch*.

SKELLA, *Skilla*, *Shilla*, *Scilla*, *Squilla*, Tintinnabulum, Campanula, Italis *Squilla*, unde *Squillare*, reſonare. Papias: *Tintinnabulum, à ſono vocis dictum, Schilla vulgo dicitur.* Ubi puto legendum *Schilla*.

Skellà, Equorum clitellariorum tintinnabulum. Occitani *Eſquilo*, *Eſquileto*, *Eſquilon*, tintinnabulum, quod mulorum collis appenditur, etiamnum appellant. Lex Salica tit. 29. §. 3. *Si quis ſkellam de caballis furaverit, &c.* Ubi editio Heroldi *tintinnum* habet. Charta an. 1123. apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica pag. 170. *Skella vero quæ à Monachis fracta eſt, ejuſdem ponderis & quantitatis in eodem loco infra clauſtrum Canonica reſtituatur & ponatur.*

Skilla, apud Hariulfum lib. 2. cap. 10. Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti c. 1. ſect. 1. *Cum appropinquaverit tempus horæ tertiæ, pulſetur a Secretario modice ſignum minimum, quam Skillam vocant.* Vide eundem pag. 265. 268. 273.

Schilla. Hincmarus Remenſis Epiſt. 7. ex Labeanis: *Et inde pallium unum, & caſulam unam, & ſchillam unam, & librum unum abſtulit.* Tabularium S. Remigii Remenſis: *Turibulum æreum 1. ſignum ferreum 1. ſchillam de metallo unam.* Petrarcha part. 1. cant. 11.

Ch'el ſuon non d'altra ſquilla,
Ma di ſoſpir mi fa deſtar ſovente.

Part. 2. cant. 7.

E non ſono poi ſquilla,
Ov' io ſia in qualche villa;
Che non l'u[illegible].

Aries ſquilatus, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio.

Eſquilla. Miſſale Moſarabum f. 173. *Puer defecerat eſquillam pulſando.* Fori Oſcæ an. 1247. *Quicumque furatus fuerit eſquilatum arietem ducentem oves, poſt probationem legitimam debet ponere manum intus eſquillam arietis ſupradicti, &c.*

Scilla. Eadmerus lib. 1. Vitæ S. Anſelmi Cantuar. cap. 8. *Sumpta in manibus chorda pro excitandis fratribus ſcillam pulſantem.* Warmannus in Vita S. Pirminii cap. 23. *Ibi quoddam pendebat vas fuſile, mediocris ſcilicet ponderis, vulgaris hoc uſus Scillam nominat, quod mira ſonoritatis dulcedine audientium ſenſus afficiebat.* Charta Heccardi Comitis Auguſtod. apud Perardum: *Thuribulum minore, ſcillas, candelabro aureo 1. &c.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Tacta nola, cui Muta vel Scilla eſt nomen.* Scillam in refectorio pulſari ſolitam habemus ex Udalrico lib. 1 Conſuet. Cluniac. cap. 12. *Pro cymbalo percutitur tabula, & in refectorio pro ſcilla.* Et lib. 3. c. 21. eam *pendere in extremitate refectorii* ait. Petrus Venerabilis lib. 1. de Miraculis cap. 13. *Quando namque hoc agebatur, fratrum Conventus in refectorio ex conſuetudine hora cœnandi recedebat, qua expleta, a Priore ſecundùm morem, uno ictu ſcilla percuſſa eſt.* Idem in Statutis Cluniac. cap. 25. ait *ſcillam in ſublimi infirmaria loco* poſitam, qua fratres in infirmaria dormientes excitarentur. Adde Durandum lib. 1. Ration. cap. 4. n. 11. Sed & aliis in locis & occaſionibus uſus *ſcillæ* obtinuit, ut obſervare eſt ex eodem Udalrico lib. 1. cap. 11. 12. 14. 15. & alibi, & Bernardo in Conſuetud. Cluniac. MSS. non uno loco.

Squilla. Ardo Mon. in Vita S. Benedicti Anian. cap. 8. *Primus ſiquidem quàm ſignum horis nocturnis pulſetur, in Fratrum dormitorio ſquillam tangere juſſit, ut prius Monachorum congregatio orationibus fulti propria reſideret per loca.*

Squilia, in Synodo Nemauſenſi an. 1284. cap. de Euchariſtia.

Atque inde facilè quivis advertat *Trunculos*, quibus vulgò ludimus, & quos *Quilles* vocamus, à *ſquillis* nomen accepiſſe, quod earum formam referant, ima parte qua humo hærent, latiores, ſuperiori minutiores, & in acumen deſinentes.

SKERDA, idem videtur quod noſtris *Eſcare*, vulneris cruſta. Bracton lib. 3. Tract. 2. cap. 24. §. 2. *Et ſi os frangatur, quod facile perpendi poterit per renoduram, vel teſta capitis frangatur, ita quod extrahantur oſſa, vel ſkerda magna levetur.* Infra: *Si oſſa extrahantur a capite, & ſkerda magna levetur, ut prædictum eſt.*

SKILLA. Vide *Skella*.

SKREP, Gladius, Danis. Saxo Grammaticus lib. 4. *Erat*

Erat autem Regi inuſitati acuminis gladius, Skrep dictus, qui quodlibet obſtaculi genus uno ferientis ictu medium penetrando diffinderet; &c. Infra: *Quo audito Wermundus Skrep gladii ſonum ſecundo ſuis auribus inceſſiſſe perhibuit.*

SLIPESTEN, Cos, ex *Slijpen* Theutonico, acuere. Teloneum S. Audomari in Tabulario S. Bertini: *Lapis molaris 1. den. ſlipeſten 2. den. ſi autem unus molaris, ſive in curru, ſive in carro portetur, dabit 2. den.* &c.

SMALTUM, Encauſtum, liquati coloratique metalli pigmentum, Italis *Smalto*, Germanis *Schmaltz*, Gallis *Eſmail*. Anaſtaſius in Leone IV. PP. pag. 182. *Fecit denique tabulam de ſmalto*, &c. Guillelmus Bibliothec. in Stephano VI. *Cantharam auream unam cum pretioſis margaritis & gemmis, ac ſmalto*, &c. Leo Oſt. lib. 3. cap. 20. *Super altare autem S. Benedicti argenteum ciborium ſtatuit, illudque auro ſimul & ſmaltis exornans*, &c. Cap. 56. *Crucem etiam pulcherrimam cum gemmis & ſmaltis ad procedendum fecit.* Lib. 3. c. 33. *Auream ibi in altaris facie tabulam cum gemmis ac ſmaltis valde ſpecioſis patrari mandavit, quibus videlicet ſmaltis nonnullas quidem ex Evangelio — inſigniri fecit hiſtorias.* Adde libr. 2. cap. 25. Richardus de S. Germano in Chron. an. 1242. *Icona cum ſmaltis quæ ſuper altare fuerat S. Benedicti.* Vide *Limogia*.

Smaldus. Vetus Scheda in Bibl. Cluniacenſi pag. 563: *Quæque cariora ac ſanctiora in theſauris reperit Eccleſiæ ſecum Conſtantinopolim detulit: inter quæ ornamentum quoddam gemmis ac lapidibus; videlicet eis quos ſmaldos vocant, pretioſiſſimumque*, &c.

Smaltitus, Italis *Smaltato*, Gallis *Eſmaillé*. Anaſtaſius in Benedicto III. PP. *Concluſas etiam auripetias in ſe habens ſmaltitas*, &c. Sugerius lib. de Admin. ſua cap. 31. *Columnam, cui ſancta inſidet imago, ſubtiliſſimo opere ſmaltitam*, &c. Idem: *Opere ſmaltito, & optime deaurato*, &c. De quo conſulendus v. cl. Andreas Agathopæus, ſeu Felibienus, in tract. de Pictura & Architectura c. 10.

SMANTACOMPAGNUS. Acta Alexandri III. PP. apud Baronium an. 1159. de Octaviano Pſeudopontifice: *Mulieres quoque blaſphemantes, ipſum hæreticum appellantes, eadem verba repetebant, & alia deriſoria verba decantabant, nominantes eum lingua vulgari Smantacompagnum.* i. cui *mantum* ablatum fuerat. Ex Ital. *Smantellare*. Vide *Mantum*.

SMARAGDINA, Locus unde ſmaragdi eruuntur. Guillelmus de Baldenzel in Hodœporico: *In ſuperioribus Ægypti eſt una Smaragdina, unde ibidem eruuntur ſmaragdi meliores, & in meliori forma, quàm in aliqua mundi parte habentur.*

SMARAGDINES, pro *Smaragdi*; Joanni de Janua. Occurrit non ſemel apud Sugerium de Rebus in adminiſtr. ſua geſtis: *Maculis diſtinctas ſmaragdines.*

SMIGMA, *Smigma*. Jo. de Janua: *Smigma eſt quoddam unguentum; vel confectio unguenti, vel ſaporis, vel aliquarum aliarum rerum boni odoris. Invenitur etiam migma, ſed aliud ſignificat.* Gloſſ. Gr. Lat. Σμῆγμα, *Lomentum*; Σμηγματώδης, *Lomentarius*. Iter Camerarii Scotici c. 21. §. 4. *Vendunt vinum, & ceram, amurcam, & ſmegma.* Vide *Migma*.

SMELIDO. Lex Friſion. addit. 3. de Vulnerib. §. 35. *Si brachium aut crus percuſſum fuerit, & ex ipſa percuſſione decreverit à ſua groſſitudine, quam prius habuerit, quod Smelido dicunt, ter 4. ſolid. componat.* Vox formata ab Anglo-Saxon. ſmæl, parvus, exiguus, exilis, tenuis, gracilis, minutus, unde ſmallunge, minutio, diminutio, attenuatio, apud Somnerum. Germani & Belgæ *ſmal* & *ſmael*, gracile, etiam vocant. Sicama verò legendum cenſet, *geſmelet*, extenuatum, contractum, gracilem redditum.

SMELO, Menſura unius ſpithamæ. Lex Friſion. addit. 3. de Vulneribus §. 56. *Si & ſuperior* (articulus pollicis) *abſcidatur, quod vocant Smelo, hoc eſt unius ſpannæ longitudinem habuerit, ter 8. ſol. componatur.* Agitur ibi de magnitudine & longitudine vulnerum, ſecundùm quam habet compoſitio.

SMERE, Adeps: Belgis, *Smeer*. Theloneum S. Bertini: *De penſa adipis, id eſt ſmere, 2. den.*

SMERILIONES. Fridericus lib. 2. de Arte venandi cap. 2. *Sunt etiam aliæ aves rapaces parvæ, ſicut ſunt ſmeriliones, ubleti, & hujuſmodi: & tam his, quàm majoribus prædictis homines non utuntur, niſi ad delectationem tantum*, &c. Ubi legendum puto *ſmeriliones*; pumili, minimi & velociſſimi accipitrum. Deſcribuntur ab Auguſto Thuano lib. 1. de Re accipit. pag. 25.

Forma ad falconem accedit, ſed mole puſillus
Vertice depreſſo, ſpatioſo pectore, latis
Compactiſque humeris, &c.

Mirle dicitur Alberto M. l. 23. de Animal. cap. 14. & Germanis *Iſmerli*; Petro de Creſcentiis l. 10. cap. 13.

SMIGMA. Vide *Migma*.

SMIRALDUS. Vide *Balaſcus*.

SMOLTUS. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 12. *Omnes illi qui habent croias, vel piſcarias, ſeu ſtagna, aut molendina in aquis ubi mare aſcendit, & feretrahit, ubi ſalmunculi, ſeu ſmolti, vel fria cujuſcunque generis piſcium maris, vel aquæ dulcis aſcendunt vel deſcendunt*, &c. Vide *Fria*.

SNAIDA, *Sneida*. Vide *Sinaida*.

SNESA. Charta an. 1186. in Tabulario S. Bertini: *De intercluſionibus meatuum aquarum ejuſdem Eccleſiæ, quæ vulgò Warren dicuntur, de quibus 24. ſneſas anguillarum annuatim perſolvebatur*, &c. Hollandis *Snees*, vicenarium, ſeu viginti, ſonat.

SNYTIR, Enſis ſpecies. Saxo Grammatic. lib. 2.

Ecce mihi videor cervum penetraſſe ferocem,
Theutonico certè, qui Snyrtir dicitur, enſe.

Apud Kilianum, *Snider*, cultrum ſonat.

SOALIS, pro *Sualis*, Sus, porcus. Tabularium S. Remigii Remenſis: *In Bruno manſ. 31. unuſquiſque facit in anno map. 3. diurnal. 2. donat pro ſoale den. 12. pull. 3. ova 15.*

SOBOLUS. Vide *Sabelum*.

SOBRIISSA. Fragm. Petronii: *Ultimo etiam periſcelides reſolvit, & reticulum aureum, quem ex ſobriſſa eſſe dicebat.* Id eſt *auro obryzo*.

SOBRIUS, Prudens, gravis, ac moderatus. Joſephus ſeu Hegeſippus lib. 1. de Excidio Hieroſol. de Hircano: *Moderator gentium & pulchrè ſobrius.* Lib. 4. c. 2. *Itaque ille præſtantiſſimus, qui inter adverſa ſobrius colluctatur caſibus.* Arnobius lib. ult. *Vir alioqui gravis & ſobriæ religionis.* S. Ambroſius Epiſt. 6. *Sobriam in turbis gravitatem, ſingulare pondus dignitas ſibi vendicat Sacerdotalis.* Ammianus lib. 15. *Vetus illa Romanorum virtus & ſobria.*

SOCA. Charta plenariæ ſecuritatis ſub Juſtiniano ſcripta, apud Briſſon. lib. 6. formul. pag. 647. *Armario uno valente ſiliquas quatuor, ſocas tortiles duas valentes ſiliquas aureas ſex, ſella ferrea pictile*, &c. Italis *Soca* eſt funis. Vide *Soga*.

SOCA, *Sok, Soke*, inquit Fleta lib. 1. c. 47. §. 6. *ſignificat libertatem Curiam tenentium, quam Sokam appellamus.* Leges Edwardi Confeſſ. c. 23. *Soca eſt, quod ſi aliquis quærit aliquid in terra ſua, etiam furtum, ſua eſt juſtitia, ſi inventum, an non.* Eſt autem *ſok*, idem quod *ſecta*, quam dominus habet de hominibus ſuis in Curia. Quod enim *Soc* apud antiquos dictum eſt, hodie *Soyt* apud Scotos, quod *Sute* noſtrâ linguâ ſonat, appellatur. Itaque qui hoc privilegium habet, poteſtatem habet tenendi Curias in ſua Baronia. Atque inde quidam à Saxon. ſocan, *ſequi*, vocis originem repetendam putant: alii à ſocn, libertas, franchiſia. Vide Ingulfum p. 875. 881. 912. Bractonum lib. 3. tract. de Corona c. 35. §. 1. & Raſtallum verbo *Sok*.

Soca Molendini. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 10. *Cum molendino & ſocha molendini*, &c. Pag. 102. *Sciatis me conceſſiſſe — cum molendino, ac totam ſocam molendini, — ita vero quod aliud molendinum infra ſocam ab*

aliquo hominum ſine voluntate & conſenſu Canonicorum non fiat, &c. Vide *Secta molendini.*

Soca placitorum, Jus tenendi curiam in ſuo dominio. Leges Henrici I. c. 9. *Soca verò placitorum, alia propriè pertinet ad fiſcum regium — alia pertinet Vicecomitibus & miniſtris Regis in firma ſua, alia pertinet Baronibus ſocham & ſacam habentibus.* Cap. 10. *Omnes hereſtrete omnino Regis ſunt, & omnia Gualſtowna, i. occidendorum loca, totaliter Regis ſunt in ſoca ſua*, id eſt in Regia juriſdictione. Vide *Secta placitorum.*

Socam & ſacam habere dicuntur Barones in iiſdem Legib. Henr. I. c. 9. 20. 24. *Socnam* c. 24. 25. Eſt enim

Socna, idem quod *Soca*, ex Saxon ſocn, libertas, privilegium, immunitas, &c. Bromptonus: *Soka i. ſecta Curia, inde Sokne dicitur quandoque interpellatio majoris audientia.* Charta Henrici I. Regis Angl. pro Londinenſibus: *Teneant & habeant bene & in pace ſocnas ſuas cum omnibus conſuetudinibus, ita quod hoſpites qui in ſoccis ſuis hoſpitantur, neque dent conſuetudines ſuas, niſi illi cujus ſocca fuerit*, &c. Occurrit paſſim in iiſdem Legibus cap. 19. 20. 24. 25. 59. 80. &c. in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 315. apud Prynneum in Libert. Angl. to. 1. p. 1103. ubi editum perperam bis *Socna*, &c.

Soca. Conſuetudines MSS. Villæ *de Machan* in Comitatu Regiteſtenſi: *Beſte de qe on prent ſoce, dois ce treceus.*

Socagium, idem quod *Servitium ſoca*, Littletoni ſect. 119. Eſt autem *Soca*, Aratrum, noſtris *Soc de charrue.* Olim enim qui *per ſervitium ſoca* terras poſſidebant, dominis in exercenda agricultura inſervire, & cum ſocco & aratro proprio agrum domini arare & colere tenebantur, cujuſmodi ſervitia poſtea in cenſus pecuniarios, ex mutuo vaſſallorum & dominorum conſenſu commutata ſunt. Opponitur autem *Socagium Militiæ*, ita ut fundus omnis qui non poſſidetur per *Servitium Militis*, per *Servitium ſoca* poſſideatur. Littleton: *Cheſcun tenure que n'eſt pas tenure en chivalry, eſt tenure en ſocage.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 509. *Unam* (bovatam terræ) *videlicet de ſocagium, & aliam de Baronia*, &c. *Socagium* autem aliud eſt *villanum*, aliud *liberum*.

Socagium liberum quod *Socage en Franc tenure* Angli vocant, illud eſt, ut ait Bracton lib. 2. c. 35. §. 1. *quod teneatur quidem in ſocagio, ſed non fit ſervitium dominis capitalibus, niſi in denariis, & nihil inde omnino datur ad ſcutum & ſervitium Regis.* De villano ſocagio, idem lib. 2. c. 8. n. 2. *Non mutat ſtatum liberi villanum ſocagium, non magis quàm liberum. Quamvis autem de villano ſocagio fiat certum ſervitium, propter hoc non habebit liberum tenementum, quia hoc facit ratione tenementi, licèt non ratione perſona.* Vide eundem lib. 4. tract. 1. cap. 28. §. 5. Liber Sancti Albani apud Spelmanum: *Progenitores Simonis Bokely omnia ſua in Honſton per liberum ſocagium tunc tenebant, & quieti erant de ſectis curiarum, conſuetudinibus, exactionibus, & demandis.* Vide Regiam Majeſtat. lib. 2. cap. 21. cap. 27. §. 3. cap. 71. §. 3. Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 8. &c.

Soccagium Villanum, de quo idem Bracton ſic ſcribit: *Eſt aliud genus ſockagii, quod dicitur Sockagium villanum, ubi nullum omnino competit homagium, ſed fidelitatis ſacramentum, ſicut de villano.* Illud *Socage en baſſe tenure* Angli vocant.

In ſoccagio, *hæreditas dividitur inter omnes filios, per partes æquales*, ut eſt in Regiam Majeſtat. lib 2. c. 27. apud Glanvillam lib. 7. c. 3. & Bractonum lib. 2. c. 35. §. 1. contra quàm in feudis Militaribus, in quibus primogenitus ſuccedit in totum. Si tamen unicum fuerit meſuagium, illud integrè remanet primogenito, ita quod alii habeant ad valentiam de communi, ut ait Bracton. Idem cap. 36. §. 8. ſcribit de Socagio non competere domino capitali cuſtodiam neque homagium. Ita etiam Chriſtophorus de S. Germano in dialogo de Fundamentis Legum Angliæ cap. 7. pag. 25. v. Adde Cowell. l. 2. Inſtit. tit. 3. §. 21. 22. & Raſtall. V. *Socage.*

Sochogia. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 835. *Duas ſartas — cum magna cultura quæ ibi juxta adjacet, & communem paſturam ad centum oves numero 120. in ſochogia de Maltebi*, &c. pro *ſocagio* fortè.

Socomannus, Socamannus, Socmannus, Sokemannus, Tenens ſeu Vaſſallus qui domino ſuo inſervit, in exercenda agricultura, ſeu qui fundum *per ſoccagium* poſſidet, hoc eſt per aratrum, *par le ſoc de la charue*, ſeu *par ſervice de charue*, ut habet Raſtallus. Eſt enim ſoc, *aratrum*, man, *homo*. Bracton lib. 2. c. 35. §. 1. *Dici poterit ſockagium à ſocko, & inde tenentes qui tenent in ſockagio Sockemanni dici poterunt, eò quod deputati ſunt, ut videtur, tantum ad culturam, & quorum cuſtodia & maritagium ad propinquiores parentes jure ſanguinis pertinebit.* Eadem habet Fleta l. 3. c. 16. §. 3. Ii tenere dicuntur terras ſuas in antiquum dominium. *Sokemannus de antiquo dominico*, apud Radulfum de Hengham in Parva c. 8. Vide Leg. Edw. Conf. c. 12. Regiam Majeſt. l. 2. c. 27. 41. Bractonum lib. 2. c. 8. n. 2. c. 36. 37. l. 4. tract. 1. c. 28. §. 5. Fletam lib. 1. c. 8. l. 3. c. 12. §. 5. l. 5. c. 9. §. 15. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 288. 625. præterea Raſtallum verbo *Sokemans*, ubi de eorum libertatibus & privilegiis.

Ut porrò *Socagium* aliud *liberum*, aliud *villanum* erat, ita utriuſque tenentes *liberi* & *villani* erant. Liber S. Albani apud Spelman. *Omnes tenentes, liberi ſcilicet & cuſtumarii, tenementa ſua per ſokagium defendebant. Homagium, ſcutagium forinſecum non donabant, ſcilicet ſicut Sokemanni per omnia tractabantur.*

Idem Spelmannus ex vett. Chartis Anglicis hæc deſcripſit: *Sokemanni liberi poſſunt dare & vendere, ſed ad voluntatem domini: non poſſunt alienare certa ſervitia. Antenatus ſuccedit in totum. Non poſſunt averium maſculum vendere, neque maritare filiam, niſi dent domino 3. ſol. & 4. den. Poſſunt filium facere Clericum. Skemanni Cotarii debent talliari ad voluntatem domini, & facere ſervitia incerta: nihil poſſunt dare vel vendere, nihil proprium habere, nec acquirere, niſi ad promotionem domini ſui.*

Socaynale. Libertates conceſſæ Barcinonenſibus à Petro Rege Aragon. an. 1283. MSS. *Si aliquis habuerit ſocaynale ſuper tenedonem alterius, ſuper quam aqua diſcurrunt, quod ſi voluerit elevare ſocaynale in altum, non poteſt ſocaynale ibi tornare.*

Soccia, *Socciare*, Sagina, Saginare: unde Gallis *Suin*, Sagina, quaſi *Soing*. Capit. de Villis c. 35. *Volumus ut de verbecibus craſſis ſoccia fiat, ſicut & de porcis: & inſuper habeant boves ſaginatos in una quoque villa non minùs quàm duos, aut ibidem ad ſocciandum, aut ad nos deducendum.*

Soccus. Iſidorus l. 19. c. 34. & ex eo Papias: *Talares calcei ſocci ſunt, qui inde nominati videntur, quod ea figura ſint, ut conſtringant talum.* Infra: *Socci non ligantur, ſed tantum intromittuntur. Cernui ſocci ſunt ſine ſolo.* (Pap. *ſola.*) *Lingulatos quos nos foliatos vocamus. Clavati, quaſi calviati, eo quod minutis clavis, id eſt acutis, ſolea caliga vinciantur.* Ubi Papias: *Eo quod de minutis clavis ſola conligetur.* Adalardus in Statutis Corbeienſib. lib. 1. cap. 3. *Femoralia duo, ſoccos filtrinos duos, calcearios 4. cum ſolis novis*, &c. Additio 1. Ludovici I. & Vinea Benedictina c. 22. *Calciamenta diurna paria 2. ſubtalares per noctem in æſtate 2. in hyeme verò ſoccos.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 18. *Calceamenta quoque, id eſt caligæ, ſocci, & ſubtalares*, &c. Vetus ſcriptor vitæ S. Lupicini Abbat. Jurenſis n. 2. *In Monaſterio verò, etiamſi prolixius egreſſus eſt ad culturam, lignea tantùm ſola, quæ vulgò Soccos Monaſteria vocant Gallicana, continuato potitus eſt uſu.* Petrus Damiani lib. 1. Epiſt. 19. *Quamlibet gravis bruma rigeſceret, ſimplicibus ſoccis muniebat pedes, cum tamen frater ejus ſolis calceis contentus eſſet. Soccus S. Mariæ* apud Hugonem Farſitum de Miracul. S. M. Sueſſionenſis c. 3. 5. 12. qui aliis *Sotular S. Mariæ*, ſeu Deiparæ Calceus, qui in hoc Monaſterio aſſervatur. Vide Hiſt. ejuſdem Monaſterii à viro doctiſſimo Mich. Germano nuper editam, p. 358. Combefiſius ad Theo-

phanem p. 644. *Noſtra Prædicatorum inſtituta d.* 1. *c.* 10. *ſocos permittunt : quid tamen ſoci illi ſint, nos latet modo.* Ea non vidi, ſed puto *ſoccos* intelligi, de quibus ſupra. Adde Statuta Ord. Præmonſtrat. diſt. 1. c. 13.

SOCCUS, Vomer, ferrum aratri; noſtris *Soc de charuë*. Alexander Necham: *Supponatur dentile vel dentale, cui ſoc, vel vomis inſigatur.* Charta Alaman. Goldaſti 50. *In ea ratione, ut dum advixero, ipſas res habere debeam: & cenſui me pro hoc ſingulis annis, de feſtivitate S. Galloni in alia, ſoccum unum, aut 4. denarios.* Τζίωκ, apud Heronem in γεωδαισίᾳ, & apud Joannem Cananum p. 194. Polyptychus Monaſterii Foſſatenſis editus à v. cl. Steph. Baluzio: *Manent ibi homines* 19. *Solvit unuſquiſque uſque Monaſterium carroperam unam, & ſoc & cultrum.*

Soccus: Apud Anglos & Scotos, Barones dicuntur, *tenere curias ſuas cum ſocco, & ſacca, furca, & foſſa*, &c. ut eſt in Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 4. §. 2. Ubi hæc Skenæus: *Qui habet donationem terrarum vulgò infeofamentum ſibi à Rege conceſſum; cum ſocco poteſt habere vaſſallos, vel colonos, quos cogere poteſt, ut cum ſocco ſeu vomere, id eſt aratro agrum ſuum colant, qui propterea Soccomanni vocantur lib.* 2. *cap.* 27. *Alii per ſoccum intelligunt ſectam*, Soyt of court, *ut ſit privilegium regale, tenendi curias, in quibus ſectatores comparere debent, ut in jure dicendo, & juſtitia adminiſtranda, judici adſint ſuo conſilio.* Vide *Soca*.

SOCIA, Uxor. Burchardus Epiſcop. Wormacienſis in Lege familiæ: *Si quis ex familia S. Petri ad ſociam ſuam legitimè venerit, quidquid in dotem dederit*, &c.

SOCIARE *ſibi in patrimonium rem aliquam*, in Lege Bajwar. tit. 17. cap. 2. pro *adjungere, ſibi aſſerere*. Ita *fiſcò ſociare*, pro *confiſcare*, formula vulgatiſſima, de qua in voce *Fiſcus*. Capitul. 2. an. 813. c. 6. *Hæreditas eorum ad opus noſtrum recipiatur, nec Comes nec Vicarius illud ſibi ſociet, ſed ad opus noſtrum revocetur.* V. *Sacire*.

SOCIDA, Italis *Soccita*, quaſi Societas *accomandita di beſtiame, che ſi dà alla cuſtodia altrui à mezzo pro & danno*, ut eſt apud Cruſcanos. Habetur apud Rollandinum in Summa Notariæ c. 5. formula *inſtrumenti ſocida ad ſalvum capitale.*

SOCIETAS. Vide *Compagnia*.

Societates Monaſticæ. Vide *Fraternitas*.

SOCINA. Bulla Honorii III. PP. an. 5. apud Ughellum in Epiſc. Interamn. to. 1. p. 823. *Item quicunque eſt, vel erit ferrarius qui habeat ſocinam, dabit unum par de ferris cum clavis Epiſcopo Interamnæ.* Ita fortè dicta *officina* quævis, quomodo vocem hanc uſurpare videtur Vetus Conſuetudo Ambianenſis localis MS. *Nus ne puet faire four ne fournel là ou quiſe pain autre que deſſeure eſt dit, ne là où il ait ſocines, ſe n'eſt par le congié du Roy, & du Veſque, & du Vidame. Mais cil 3. en puent donner congié & de cuire ès forniaus là où on cuit tartes, paſtès, flaons, & ſeminiaus, lon i puiſt donner congié de cuire toute manière d'autre pain ſans avoir ſocines, & qui autrement le feroit, on abateroit le fornel.*

SOCINUS. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 15. *Nulla mulier præſumat ſocinos ad collum dependere, nec in zela*, (f. tela) *vel in tinctura, ſive quolibet opere Minervam, vel infauſtas cæteras perſonas nominare.* Quidam codd. habent hoc loco *ſuccinos*.

IN SOCIO *dare*, *Donner à moitié*. Edictum Rotharis Regis tit. 95. §. 3. & Lex Longob. lib. 2. tit. 31. *Servus maſſarius licentiam habeat de peculio ſuo, id eſt bovem, vaccam, caballum; ſimiliter & de minutis peculiis in ſocio dare, & in ſocio recipere*, &c.

SOCITA, *Gener, dictus à ſocietate generis.* Papias.

SOCMANNI. Vide *Soca*.

SOCNA. Vide *Soca*.

SODA, Morbus capitis, Gall. *La migraine*, ex Gr. ἡμικρανία. Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 2. *Contingit dolor capitis, qui dicitur Soda, ſive Emigranea.* Albertus M. lib. 23. de Animal. cap. 18. *Prima autem falconum infirmitas eſt dolor capitis, quæ in hominibus Soda vocatur. Hujus ſignum eſt quod falco claudit oculos, & movet caput in partes diverſas*, &c. Vox Arabica, Avicennæ, Albucaſi parte 1. Chirurg. c. 1. & aliis Medicis ſat familiaris.

SODALES. Apponius lib. 2. in Cantica Canticor. ubi de Hæreſiarchis: *Qui hac de cauſa Sodales appellantur, quod unuſquiſque eorum dæmonum vicarius vel collega per ſuperbiam effectus eſt, & quod omnes hi cibos doctrinæ apud ſenſum ſuum, de quo cuncta meditando promunt, deceptis animabus, præparatos, ſinguli ad unam menſam, legis divinæ teſtimoniis male interpretatis, deferunt comedendos. Propria enim pulmentaria ad unam menſam multi propter commune convivium deferentes, ab antiquis Sodales ſunt nuncupati, ad quorum comparationem, malorum dogmatum inventores, Sodales Chriſti Eccleſia appellavit; qui dulcia verba ſanctæ Scripturæ venenoſis ſenſibus ſuis inficientes, diverſo ſapore lethali inter ſe variante, unum mortis æternæ convivium præparant animarum.*

SODELLÆ, Scrofarum morbus, *Eſcroüelles*. Nangius in vita S. Ludovici pag. 369. *In tangendo infirmitates, quæ vulgo Sodellæ vocantur, ſuper quibus curandis Franciæ Regibus Dominus contulit gratiam ſingularem*, &c. Videtur legendum *ſcrollæ*, vel *ſcrofellæ*, niſi vox formata ſit à *ſoda*, de qua ſupra.

SODES, *Sodaria*. *Sodes*, Sodalis, amicus, ſocius. Gloſſæ Gr. Lat. φίλτατε, *Amantiſſimus, ſodes.* Vita S. Wulſtani Epiſc. Wigorn. n. 21. *Deſiſte, ſodes Aiſuine.* Verſus relati à doctiſſimo Mabillonio:

Has carus caro donò tranſmittit amicus,
Suſcipe gratanter, cum ſint felicia votis
Hildebrande ſodes, &c.

Anonymus Haſenrietanus in Epiſcop. Eyſtetenſibus: *Ego quidem de vino nihil habeo, niſi unam parvulam carradam, quam dedit mihi ſodes meus Auguſtenſis Epiſcopus ad ſacrificium.* Eckehardus Junior de Caſib. S. Galli cap. 5. *Mi ſodes care.* Cap. ult. *Bene, ille ait, mi ſodes, narras.* Vide pag. 46. & 47. & ibi Goldaſtum. Ab eodem fonte

Sodaria, Amica, meretrix. Chronic. Senonienſe lib. 3. cap. ult. *Quamdam meretricem, quam Sodariam vocant, poſt Ducem direxit.* Sic enim appellata ut plurimum vilia ſcorta: cujus appellationis autores exiſtimantur Athenienſes, rei odioſæ ſpecioſum nomen ἑταίρας dantes, ut eſt apud Plutarchum in Solone. Athenæus lib. 13. c. 4. καλοῦσι δὲ καὶ μισθαρνούσας, ἑταίρας. Vide Martialem lib. 7. Epigr. 69. Ita ἑταιρεῖον, *lupanar* vocabant.

Conſodes. Verſus MSS. de Cobone & Lantfrido, in Bibl. Eccl. Bellovac. *Quodam tempore fuerunt duo viri nobiles, ſicut fabula teſtantur, & ſcurrarum cumplices, unus Cabbo vocabatur, Lantfridus, & conſodes*, &c.

SODIS. Form. 57. ex Lindenbrogianis: *Caballos tantos, boves tantos, vaccas cum vitulis tantas, ovium capita tanta, ſodis capita tanta, lectarios condignos ac lectos tantos*, &c. Ubi *ſodis* pro *ſuum* videtur uſurpari; vel certè ex *ſude*, id eſt porcorum ſtabulo. Vide *Sudis*.

SOFOSORIUM. Vide *Foſſorium*.

SOGA, Reſtis. Gloſſ. *Soga, funis.* Vox Italis & Hiſpanis etiam in uſu. Lex Longobardor. lib. 1. tit. 25. §. 33. *Si quis ſogas furatus fuerit de bove junctorio, componat ſol.* 6. Innocentius III. PP. lib. 13. Epiſt. 61. *Culcitram unam, mantilia 4. ſogam carralem de corio, ferrum caldararium.* Dantes in Inferno can. 31.

Cercati al collo, & trouerai la ſoga.

Vide Oct. Ferrarium in *Soga*.

Soga. Tabularium S. Mauricii Agaunenſis apud Guichenonum in Probat. Hiſt. Sabaud. pag. 4. *De quarto terra S. Mauricii habet ſogas 5. una quaque ſoga habet pedes* 100. Ubi *ſoga*, eſt funis, funiculus, agri modus, quomodo Perſæ σχοῖνον, menſuram terræ ſtadiorum 60. vocabant, ut autor eſt Herodotus. Hero etiam in γεωμετρικοῖς, ſub finem: Ἔτι δὲ καὶ ἄλλα μέτρα ὑπάρχουσιν... πλέθρον, ἄκαινα, κάλαμος, ἄμμα, σχοῖνος, μίλιον, σχοῖνος Περσικὸς, καὶ σχοῖνος ... Sed &

ſoga vocem videtur hac notione agnoviſſe idem Hero: Τὸ σινκάσιον τῆς σπείρου γῆς ἡ ὀργυιὰς ὀφείλει ἔχειν, ἢ δὲ κλάδου ιβ'.

Sogalis, Cenſus ex quavis *ſoga*, ſeu agri modo, pendi ſolitus. Capitulare de Villis cap. 10. *Ut Majores noſtri — & cæteri miniſteriales ea faciant*, & *ſogales donent de menſis eorum: pro mannopera verò eorum miniſteria bene provideant.* Et cap. 62. *Quid de bobus quos bubulci noſtri ſervant, quid de manſis qui arari debent, quid de ſogalibus, quid de cenſis*, &c.

SOINUS. Vide *Sonnis*.

SOKA, *Sokemannus*. Vide *Soca*.

SOKEREVA. Fleta lib. 2. c. 55. §. 2. — *Quamdiu aliquid inveniatur in hujuſmodi feodis, per quod diſtringi poſſint. Si autem nihil inveniatur, tunc implacitentur ipſi Tenentes de Galenello, per quod breve de conſ. . & ſervitius quod fieri poteſt per Sokereves eorum in buſtenge præſentatos ad cuſtodiam ſokereva ſua ad redditus ſuos colligendos*, &c.

SOKET. Math. Paris an. 1252. *Cum à Militibus circumſtantibus conſideraretur, inventum eſt in mucrone* (lancex) *acutiſſimum inſtar pugionis cultellinam habens latitudinem, quod eſſe debuit, & decuit fuiſſe hebes*, (ut in Torneamentis fieri ſolitum obſervavimus ad Joinvillam) *& brevem formam habens vomeris, unde vulgariter Vomerulus vocatur, Gallicè Sokgt.* Nos etiamnum *ſoc*, vomerem dicimus, unde *ſoquet*, vomerulus. Vide *Soccus*.

SOL, pro die, quomodo à Latinis Scriptoribus, Poëtis præſertim, uſurpari obſervarunt Servius ad Virgil. & Lutatius ad 3. Thebaïd. Vetus Gloſſar. laudatum à Fabroto exercit. 1. pag. 11. *Tres ſoles, tres dies.* Jo. de Janua: *Quia ſol eſt cauſa diei, ideo ponitur aliquando pro die, ſed frequentius in plurali.* Luitprandus lib. 3. c. 5. *Paucis interpoſitis ſolibus.* Folcuinus de Miracul. S. Bertini cap. 13. *Quot numerantur anni ſoles?* Fridegodus in Vita S. Wilfridi c. 9.

Hac immota manent cunctos oracula ſoles.

Eckehardus Junior de Caſibus S. Galli cap. 1. *Sole ſequenti*, &c. Hepidamnus lib. 1. cap. 4. *Cum apud materteram paucos exegiſſet ſoles.* Cyprianus Archipreſbyter Cordubenſis in Epitaphio Samſonis Abbatis:

Diſceſſit longe notus plenuſque dierum,
Sextilis namque menſis die viceſima prima,
Sextilis namque menſis primo & viceſimo ſole.
Era DCCCXXVIII.

Vide Vitam S. Adalberti Pragenſis n. 11. & Dantem in Inf. can. 6. Vocem ἥλιος eadem notione à Græcis uſurpatam alii adnotarunt. Thomas Magiſter: ἥλιος λέγεται καὶ μία ἡμέρα ἥλιος, &c. ubi Libanium laudat. Adde Euſtath. ad Dionyſ. pag. 13. edit. Henr. Stephani.

Sol. Gregorius Turon. lib. 4. Hiſt. cap. 31. *Tres aut quatuor ſplendores magni circa ſolem apparuerunt, quos ruſtici Soles vocabant, dicentes: Ecce tres vel quatuor ſoles in cælo.* Rodericus Toletanus in Hiſt. Arabum cap. 17. *Omnes Cordubæ habitantes tres ſoles lucis mirifica conſpexerunt*, &c. Vide Iſidorum Pacenſem æra 784. Math. Paris an. 1236. *Et videbatur juxta ſolem quidam ſol nothus collateralis.* Ammianus lib. 20. *Sol autem gemimus ita videri exiſtimatur, ſi erecta celſius ſolito nubes, æternorumque ignium propinquitate collucens, orbis alterius claritudinem tanquam à ſpeculo puriore formaverit.* Vide Plinium lib. 11. cap. 31.

Sol, Stilus ferreus, unde ſoles excuti ignis de ſilice, ut eſt in lib. Miraculor. S. Bertini c. 10. apud Mabillonium to. 3. Act. SS. Ord. S. Bened.

SOLA, pro ſolea calcei, vulgò *Semele*. Charta Ludovici Pii Imp. apud Doubletum: *Ad Cordoveſos, & in ſolas eorum componendas, media uncti ducenti.* Chrodogangus Metenſis Epiſcop. in Regula Canonicor. cap. 41. *Calceamenta vero omnis clerus annis ſingulis, pelles buccinas, & ſolas; paria quatuor accipiant.* Regula Ord. de Sempringham, de *Sotularibus*, ſeu calceis: *Quod ſi forte ipſi & vetuſtate conſumpti induruerint, licet ſutori ſolas novas imponendo renovare.* Vide *Soccus*.

SOLAGGE. Vetus Notitia ſub Iſlo Epiſcopo Toloſano, apud Catellum in Hiſtoria Occitanica pag. 855. *Et in hoc ſevo dedit illis totam ſiglicem, & totum milium, & totum balagium, & decimum de ſextaratis, boerium, & retrodecimum, & retrocale, totoque ſolagge, & Senſcalliam*, &c.

SOLANUM, Solum, fundus. Charta Sanchii Regis Aragonum æræ 1118. apud Hieron. Blancam pag. 626. *Et inſuper addo vobis illud ſolanum, quod eſt ſuper monaſterium veſtrum S. Jacobi, uſque ad illo Oſqueta, ut veſtri populatores faciant ibi ſuas domos, & egrediantur à clauſtro Monaſterii, ubi nunc habitant.*

SOLARIUM, *Solerium*, Domus contignatio, vel cubiculum majus ac ſuperius, *Soler*, Germanis. Chronica Auſtralis an. 869. *Ludovicus Imperator de ſolario cecidit.* Concilium Metenſe an. 888. c. 8. *In locis verò non conſecratis, id eſt in ſolariis ſive in cubiculis, propter infirmos, vel longius iter, à quibuſdam Preſbyteris ſacrificium offerebatur, quod omnimodo interdictum eſt.* Matth. Paris an. 1161. *Dormiens in ſolario quod Eccleſiæ & cœmeterio imminebat*, &c. Idem an. 1235. *Nobiles matronæ Colonienſes in ſolario ſedentes*, &c. Cæſarius Heiſterb. lib. 6. c. 5. *De feneſtra ſolarii portam Clericorum reſpiciens, vidit plures pauperes illum ſequentes*, &c.

Solerium. Albertus Aquenſis lib. 1. cap. 28. *Hic autem ſummus Sacerdos civitatis pecuniam inauditam ab eis receptam cautè repoſuit, Judæos in ſpatioſiſſimo domus ſuæ ſolerio, à ſpecie Comitis Emichonis, & ejus ſequacium conſtituit, ut illic in firmiſſimo & tutiſſimo habitaculo ſalvi & ſani remanerent.* Ita etiam habetur in Conſuetud. Toloſæ part. 4. tit. de Ædific. *Le Roman de Garin* MS.

Cil borjois montent, és ſoliers remeſt nus.

Alibi:

Ses verra l'en des murs & des ſoliers,
Et des grans ſales, & des pales pleniers.

Le Roman d'Auberi MS.

As ſoliers pendent les pailes de quartier.

Le Roman d'Amile & d'Amy MS.

Des gens empliſſent & maiſons & ſolliers.

Angli *The. Solar* appellant viliorem & non elegantiorem domus cameram.

Solaris, locus idoneus ſolario ædificando, noſtris *Maſure*. Charta Sanctii Regis Aragon. æræ 1090. in Hiſt. Pinnatenſi lib. 3. cap. 9. *Et adhuc unum do eis ſolarem, ut ipſi ſe adoptaverint, in quo poſſint facere bonas caſas ad habitandum.* Ubi legendum, *adoptaverint*, ſupra monuimus. Alia Adefonſi Regis Hiſpaniæ æræ 1163. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 4. p. 458. *Intra terminum veſtrum nullus omnino hominum audeat intrare ſolares, vel conſtruere domos, abſque voluntate Abbatis*, &c. Tabularium Bellilocenſe in Lemovic n. 172. *Et domum Geraldi de Boiſſa, & ſolarem Bernardi de Godor.* Innocentius III. PP. lib. 13. Epiſt. 61. *Medietatis inſuper de ſolaribus, terris, hortis, vineis*, &c.

Solariatus, & *Soleratus*, ſolariis inſtructus, ædificatus. Charta Joannis Epiſcopi Ticinenſis an. 922. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus: *Cumque xenodochio meo offero coquinam meam ſolariatam, & ſtabulum meum, nec non & terrulam juxta ſe poſitam*, &c. Infra: *Caſam verò ſolariatam habitationis meæ cum cortecella & coquina ſimul ſibi cohærentia*, &c. Alia anni 954. apud eundem Ughellum to. 5. pag. 1539. *Oratorium S. Pantaleonis ſuper puſterula, cum ſcala marmorea, duobus cubucellis, uno terrineo, & alio ſolariato ſubtus hunc caſtellum Ponte*, &c. Alia an. 1193. to. 7. pag. 585. *Tradidit — pro parte fraternia ejuſdem Salernitanæ Eccleſiæ integram terram cum caſa fabricata ſolerata, & apothecis*, &c. Vide Oct. Ferrarium in *Solaro*.

SOLATIARI, Conſolari. Radulfus de Diceto p. 607. Si-

bi namque Galenſes ſolatiari poſſunt adinvicem, quod mors unius ex ſuis multorum in mortibus Marchionum Angliæ lugubres, & Normannis exoſas excepit exequias.

Solatiare, & *Solatiari*, Auxilium vel ſolatium impertiri, præbere. Lex Longob. lib. 1. tit. 14. §. 3. *Si dux exercitalem ſuum moleſtaverit injuſte, Gaſtaldius eum ſolatiet*, &c. Adde §. 5. Codex Carolinus Epiſt. 6. *Non nos patiaris perire, & ut mereris aut differas nobis ſolatiandum.* Vide Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 61. lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 1. 48. lib. 3. Epiſt. 27. & alibi non ſemel.

Solatiari, Animum relaxare, *Se divertir*. Arnulfus Lexovienſis Epiſcopus ad Radulfum de Diceto Londonienſem Archidiac. cujus extat hiſtoria: *Dominus quoque Willelmus de Ver ex promiſſione tenetur ut veniat, vobiſque invicem ſolatiari poteritis, & nobis ſanctæ ſolemnitatis gaudia duplicare.* Le Roman de Gaydon MS.

Et ci ſe ſont aiſier & ſolatier.

Solatiator, Auxiliator. Capitula Caroli C. tit. 1. *Reſtiterunt, fatemur in nobis, & in viris Eccleſiaſticis, nec non & in republica noſtra ſolatiatoribus, hujuſmodi materia & fomites diſſenſionum, ut manifeſtè pateſceret nos divina gratia indigere*, &c.

SOLATIUM, Salarium, quod ὁ σολψυχὸς λόγῳ datur, ut habet Procopius in Anecdotis. Utitur non ſemel Julianus Anteceſſor Conſt. 115. 123. 124. Capitula Caroli C. apud Tuſiacum c. 13. *Et ſi illi duo miſſatici ad hoc non ſuffecerint, nobis ad tempus hoc mandent, qualiter aut per nos, aut per filium noſtrum, aut ſicut viderimus, eis neceſſarium ſolatium tranſmittamus.*

Solatium, quodvis Auxilium, Βοήθεια, *Ayde*: Jornandes de Rebus Geticis cap. 32. *Ita convenit paciſci, ut Placidiam ſororem Principis redderet, ſuaque ſolatia Romana Reipublicæ, ubi uſus exigeret, non denegaret.* Adde cap. 45. 53. 54. 58. Ita uſurpant Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 13. lib. 10. Epiſt. 25. Regula Tarnatenſis. Regula S. Benedicti &c. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 39. lib. 6. cap. 12. 42. lib. 9. cap. 20. 43. lib. 10. cap. 3. 9. Geſta Dagoberti cap. 27. Decretum Childeberti c. 4. Lex Longob. l. 1. tit. 6. §. 1. tit. 9. §. 2. tit. 14. §. 2. Capitula Caroli M. lib. 7. c. 165. Capitul. an. 807. c. 5. Freculfus to. 2. Hiſt. lib. 4. cap. 22. Marculfus, &c.

Solatium, *Solacius*, *Solatia*, Gallis *Aide*, Qui vel quæ Monachis aut Monialibus officium & munus aliquod peragentibus in adjumentum datur. Grodegangus Metenſis Epiſc. in Regula Canonic. cap. 9. *Imbecillibus autem procurentur ſolatia, ut non cum triſtitia hoc faciant, ſed habeant omnes ſolatia ſecundum modum congregationis, aut poſitionem loci.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 17. *Hoſpitarius major ſolatium habere debet aliquem de converſis fratribus*, &c. Occurrit ibi non ſemel, & in libro Uſuum Ordinis Ciſtercienſis c. 47. 90. 94. 115. apud Rainardum Abbat. Ciſterc. in Inſtit. c. 59. 75. in Statut. Ord. Præmonſtr. diſt. 1. c. 10. & alibi paſſim, in Statutis Ordinis S. Gilberti p. 745. 758. &c. ubi & *ſolatius* interdum dicitur.

Solatia, de Moniali p. 776. *Licet infirmaria monialium ſolaciam habere.* Habetur rurſum pag. 764.

SOLDA, *Soldarius*. Vide *Solidata*.

SOLDANUS. Vide *Sultanus*.

SOLDATARIA, *Soldadera*, Meretrix: ab Hiſpanico *Soldada*, merces, ſtipendium: à merendo enim dictas meretrices obſervat Nonius, quæ mercede copiam corporis ſui faciunt. Jacobus I. Rex Aragon. in Conſtitutionibus Cataloniæ MSS. *Statuimus quod nos nec aliquis alius homo nec domina demus aliquid alicui joculatori, vel joculatoriæ, ſive ſoldatariæ, ſive militi ſalvatge*, &c. Et infra: *Statuimus quod nullus joculator, vel joculatrix, nec ſoldataria, præſentes vel futuri, nec illa quæ olim fuit ſoldataria, ſedeat ad menſam Militis, nec Dominæ alicujus, nec ad gauſape eorumdem, nec comedant, nec jaceant cum aliqua Dominarum in uno loco, vel in una domo, nec oſculentur aliquem eorumdem.* Concilium Toletanum an. 1324. c. 2. *Cæterum quia in partibus iſtis morbus deteſtandæ inhoneſtatis irrepſit, quod mulieres quæ Soldaderas vulgariter nuncupantur, intrant publicè domos Prælatorum & magnatum ad comedendum & alia, loquentes prava & inhoneſta colloquia, plerumque corrumpentia bonos mores, facientes ſpectaculum de ſeipſis*, &c.

SOLDICUS. Vide *Syndicus*.

SOLDURII, Gallis veteribus dicti devoti homines & utriuſque fortunæ ſocii ſatellites principum. Horum meminere Cæſar l. 3. de Bello Gall. & Athenæus l. 16. c. 13. cui σιλοδοῦροι dicuntur.

SOLEMNIA, Solennes & antiquæ præſtationes in l. 1. D. de Munerib. & apud Ammianum lib. 17. Menæa ad 31. Auguſti: Χολόμιον ἐδίδου ἐτήσιον τῷ πάσῃ λιτανείᾳ ... σολεμνίῳ λόγῳ ...

SOLEMNIZARE, Publicare, vulgare. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *In præfata autem virginis adventu, quaſi ſuas renovando naturas, omnia ſolemnizare crederes elementa.* Will. Armoricus in Philippo Aug. an. 1216. de PP. *Et in ipſo ſermone ſolemnizavit excommunicationes in Ludovicum & in ſuos.*

Vulgò autem *ſolemnizare* eſt *ſolemne feſtum agere*, quomodo uſurpant Petrus Bleſenſis ſerm. 24. Cæſarius Heiſterbach. lib. 9. c. 15. lib. 11. cap. 2. & alii. Pſeudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

E contra durum eſt ſolemnizare quod ille
Conculcat.

SOLGUS. Charta Alfonſi I. Regis æræ 1157. pro Cæſaraugustanis, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio pag. 265. col. 3. *Et perſolto vobis totas illas aquas, quod piſqueris, ubi potueritis. Sed totos illos ſolgos qui fuerunt ibi preſos ſedeant meos, & prendas eos meo Merino per ad me.*

SOLERARE, *Pavimentum componere, vel ſoleas calceamenti reſarcire*, in Gloſſ. MSS. Gloſſ. Iſid. *Solerare, id eſt ſolidare, à ſolus ſoleris, id eſt ſolidum.*

SOLIAR, δίφραξ, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. in edito, *Solar.* Sella, currus, lectica.

SOLIDA *ſtata*. Chartæ Angilranni Epiſcopi Metenſis an. 770. apud Meurſſium pag. 176. 177. *Cum integris terminis ſolidiſque ſtatis eorum ad eas res pertinentibus vel aſpicientibus*, &c.

SOLIDATA, *Soldum*, *Solda*, *Solidare*, &c.

Solidata, Valor unius ſolidi. Charta an. 1069. apud Sammarthanos in Archiep. Aquenſibus n. 22. *Conſtitutum eſt ab utriſque, ut Abbas Rotlannus & Monachi Archiepiſcopo Roſtagno tunc temporis 240. ſolidatas darent, & omni anno perſolverent in cenſum ſanctæ Aquenſi Eccleſiæ in die Sabbati ſancti duas libras legales incenſi optimi*, &c. Raimundus de Agiles p. 153. *Coria verò boum & equorum, & alia neglecta ex longo tempore illa ſimiliter diu cocta, kariſſime vendebantur: adeò ut duas ſolidatas quilibet comedere poſſet.* Tabularium Lucenſe, apud Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 4. cap. 6. *Inde accepit Vicecomes ipſe unum mulum de mille ſolidis, & duos equos de mille ſolidatis.* Statutum pro Hoſpitio Philippi M. Regis Franc. an. 1317. *Le Chancelier s'il eſt Prelat, ne prandra riens à court; & s'il eſt ſimple Clerc, cinq ſouldées de pain, trois ſeſtiers de vin*, &c.

Solidata terræ, Modus agri ad valorem annuum unius ſolidi. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 112. *Anſelmus de Gorney dedit — quinque ſolidatas terræ in Beverſtona, cum advocatione ejuſdem villæ*, &c. To. 2. pag. 98. *Quadraginta ſolidatas in villa de Hebi*, &c. Infra: *Terram de Riſeberga quæ ſolebat reddere 30. ſolidos*, &c. Charta Seguini Epiſcopi Matiſcon. an. 1260. *Cùm Guillelmus de Oblato Miles ab Eccleſia Cluniacenſi 60. ſolidatas terræ teneret in feudum*, &c. Regeſtum feodorum Campaniæ fol. 69. *Debet facere continuum eſtagium apud S. Menoldum. & domina Comitiſſa debet ei aſſignare centum ſolidatas terræ.* Infra: *Amaurricus li Rocles ligius de domo patris ſui de Cepelie, & furno ejuſdem villæ, & centum ſolidatis terræ, quas domina Comitiſſa illi debuit aſſignare*, &c. Fol. 108. *Petrus de Ruella fecit*

homagium de domo ſua de Ruella, & de centum ſolidatis terræ in Caſtellania Meldenſi. Charta Philippæ D. de Rameriſco an. 1227. in Tabulario Campaniæ Thuano: *Aſſignat terram illam quam Eccleſia B. Margaretæ apud Richeborc habebat pro trecentis & viginti tribus libratis terræ, duabus ſolidatis minus.* Alia Roberti Ducis Burgundiæ an. 1274. *En tele maniere que de chaſcune cent ſolées de terre & de rante, que lidiz Guillaumes Chevaliers ha en ladite ville d'Ajone & es appartenances, lidiz Abbez & lidiz Covanz li doivent donner cent livres.* Adde Will. Thorn pag. 1805. 1806. Vide *Librata* & *Denarata terra*.

Solidata, Stipendium unius ſolidi, quod datur militi. Eadmerus lib. de Similitudinib. S. Anſelmi cap. 39. *Illa verò ſerviunt ei velut militantes pro ſolidatis*, &c. Adde cap. 80. Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonenſis adverſus Guifredum Archiep. Narbonenſem an. 1056. *Et munera illa ſuis militibus per ſolidatas diſtribuit*, id eſt vice *ſolidatarum*. Infra: *Et eos qui illos ceperunt, patrocinat, & dat eis ſolidatas.* Charta Joannis Regis Angliæ apud Matth. Paris an. 1213. *Et qui terram non habent, ut arma habere poſſint, illuc veniant ad capiendas ſolidatas noſtras.*

Soldata. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 8. *Tunc debet ei dare integrum ſalarium ſecundum forum, ſcilicet quantam ſoldatam convenit pro quanto debebat ei ſervire.*

Noſtri *Sodée*, *Soudée* & *Soldée* dicunt. Catholicon parvum: *Stipendium*, *Soudée*. *Le Roman de Garin* MS.

Qui veut ſodées, ne demorer à mi,
Or & argent aura à ſon pleſſir.

Alibi:

Qui en ſodées fut au Roy Anſeïs.

Aſſiſiæ Hieroſolym. MSS. c. 130. *Se Chevalier, ou Sergent d'armes, ou autre qui ait eſté ſodoier, ſe veaut clamer de ſon Seignor, ou de ſa Dame de ce que l'on li doit de ſa deſerte de ſes ſodées, il ſe doit clamer au Conneſtable*, &c. *Le Roman d'Auberi* MS.

Dedens Corric s'eſt en ſoudées mis.

Infra:

Cil qui vint ſa les ſoudées querant.

Philippus *Mouskes* MS.

Et les ſoudées departoit
As Sergens & as Chevaliers.

Chron. Flandriæ cap. 107. *Et alerent à lui pluſieurs Alemans à ſoudées à Tenremonde.* Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

En celui temps ſe leva une noiſe
Entre Juifs, & nos gens de ſouldée,
Tant de la garde Françoiſe qu'Eſcoſſoiſe.

Soldée, apud Willharduinum n. 120. *Sos*, in iiſdem Aſſiſiis Hieroſolym. cap. 230. *Dois querre un autre Chevalier, & retenir à ſes ſos, qui ſont uſès de doner communement à pays, ſe le deshaitié n'avoit plus grant ſos. Mais ſe il avoit plus grant, & il ne le peut trover à tenir ſos communs de la terre*, &c. Et infra: *Et vèez enci la monoie des ſos dou Chevalier ſelon le cours des ſodées communes de cetui Roiaume.*

Solidum, idem quod *Solidata*. Albertus Aquenſis lib. 7. cap. 58. *Nec longo poſt hac intervallo Rex à militibus ſuis in urbe Japhet pro pecunia anguſtiatus eſt, quam illis debebat pro conventione ſolidorum*, &c. Occurrit rurſum eod. cap. Idem lib. 10. cap. 41. *Advenæ Galli, qui conventione ſolidorum Imperatori militabant*, &c. Lanfrancus Epiſt. 35. *Qui verò Rodulpho traditori & ſociis ejus ſine terra pro ſolidis ſervierunt*, &c. Habetur etiam in Epiſtola Comitis S. Pauli de prima CP. expugnatione.

Soldum. Conradus Uſperg. in Henrico VI. *Imperator verò c. millia marcarum ſibi ab eodem data fecit militibus dari in ſoldum.* Hiſt. Cortuſiorum lib. 2. *Stipendiarii omnino caſſentur à ſoldo Paduæ.*

Solda, eodem etiam ſignificatu. Idem Uſpergenſis in Philippo Imp. *Hic cùm non haberet pecuniam, quibus ſalaria ſive ſolda præberet militibus, primus cœpit diſtrahere prædia, quæ pater ſuus Fridericus Imperator latè acquiſierat in Alemannia.*

Solidare, Stipendium præbere, Gall. *Soudoier*, Italis *Soldare*. Senator lib. 3. Var. 51. *Menſtrua cum duximus largitate ſolidandum.* Petrus de Vineis lib. 1. Ep. 41. *Per ſatellites ſuos de pauperum patrimonio ſolidatos.* Adde lib. 2. Epiſt. 49. Thwroczius in Geſta Rege Hungar. cap. 54. *Et licèt pecuniam dediſſet affluenter pro militibus ſolidandis*, &c.

Solidarii, Milites qui ſtipendio merent; qui *Solidatam* accipiunt pro ſtipendio, *Soudoiers*, Froiſſarti 1. vol. cap. 147. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 8. *Conductitii, vel ſolidarii, vel ſtipendarii.* Ordericus Vital. lib. 4. *Solidarios milites convocavit, omneſque regali munificentia pro militari ſervitute muneratos domum abire benigniter permiſit.* Utuntur Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandr. n. 81. 121. Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſis cap. 42. Fulcherius Carnotenſis lib. 2. cap. 42. Florentius Wigorn. ann. 1051. 1085. 1094. Otto Friſing. lib. 1. de Geſtis Frider. c. 42. Will. Tyrius lib. 22. cap. 23. Simeon Dunelmenſis an. 1085. 1094. Radulfus de Diceto an. 1051. Sugerius Epiſt. 153. &c. Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap. 131. *Par l'Aſſiſe & uſage du Royaume de Hieruſalem nul ne doit doner congié à ſon ſodoier, que il ne le paie, ou face paier; & le Coneſtable le peut de ce deſtraindre. Mais ſe le ſodoier prent congié, & le Seignor li dont, il n'eſt pas tenus de paier le, que de tant de tems come il a ſervi.* Cap. 132. *Qui donne congié à ſon ſodoier dedans le mois 4. jours, il le doit paier de tout le mois: par l'aſſiſe & uſage dou Roiaume de Hieruſalem; & le ſodoier qui prent congié de ſon Seignor, & il demeure dou mois à parfaire trois jours, ou plus, il pert ſa deſerte de celui mois, ne ne doit eſtre paiés.*

Solidarii Regia privata Maſnedâ, aliquot ſubſcribunt Diplomata Willelmi Regis Siciliæ an. 1183. apud Rocchum Pirrum in Archiepiſcopis Montisregal.

Soldarius, ex Gallico obſoleto *Soldar*. Hugo Flaviniacenſis de Carolo Martello: *Tanta dedit militibus, quos Soldarios vocari mos obtinuit; qui ex omnibus mundi partibus cauſa quæſtus ad eum concurrebant*, &c. Geſta Abbatum Lobienſium p. 599. *Excrevit intantùm adverſus nos adverſitas ſoldariorum, ut villas menſæ noſtræ congruentes ſibi vendicare velint.* Mox: *Factores hujus rei ſunt ſoldarii Osbaldus, &c. quibus inſuper & ſolidos auxit.* Brompton an. 1051. *Rex Edwardus Anglos à gravi tributo ſolvit, quod eis pater ſuus propter Danorum ſoldarios impoſuerat.* Radulfus de Diceto habet hoc loco *Solidarios*. Will. Brito lib. Philipp. 10. de quadam meretrice bellatrice:

Quæ generoſa nimis ſoldaria facta, veliſſe
Conjuge, caſtra ſuo privabat ſignificato.

Soldatus, ex Gallico *Soldat*. Thwroczius in Calomano Rege Hungar. cap. 62. *Quæ quidem civitates per ſoldatos Pariſianorum miſſos per Cæſarem expulſis Venetis ſunt rehabitæ.* In Ludovico Rege c. 19. *Centum & 20. ſoldatos armatos gentis permixta*, &c. Gloſſæ Baſil. σωλδᾶνε, σουλδᾶνε. Ubi legendum σολδᾶτε.

Soldenarius, eadem notione, ex Gallico *Saudenier*, quæ vox occurrit in Chronico Flandr. cap. 85. Geſta Philippi III. Regis Franc. pag. 538. *In Romania deſtinavit D. Joannem de Apia Comitem cum ſoldenariis francigenis fere octingentis.*

SOLIDATUM, Quidquid in ſolidum poſſidetur. Geſta Dagoberti Regis cap. 13. *Reddenſque ei ſolidatum, quod aſpiciebat ad regnum Auſtraſiorum, hoc totum exinde quod citra Ligerim, vel Provinciæ partibus ſitum erat, ſuæ ditioni retinuit.* Idem cap. 32. *Inſuper ſacramentis firmaverunt, ut Neptricum & Burgundia ſolidato ordine ad regnum Hludovici poſt Dagoberti Regis diſceſſum aſpiceret.* Eadem habet Chronicon Fredegarii cap. 53. 76. Aurelianus Epiſcopus in Epiſt. ad Theudebertum

Regem: *Præterea generis tui ſtemma ſydereum: taceo & iſtud quod unicus ſcepteris, multiplex populis, gente varius, dominatione unitus, ſolidus regno, diffuſus imperio.* *Ex ſolido poſſidere*, opponitur *ex beneficio*, apud Will. Malmeſbur. lib. 1. de Geſtis Pontificum: *Urbem* (Cantuariam) *quam Archiepiſcopus Lanfrancus habuerat ex beneficio, iſti* (Anſelmo) *conceſſit ex ſolido*, i. eſt jure proprietatis & allodii poſſidendam.

Solidatum. Papias: *Fuſum, ſolidatum, ſtratum.*

Solidatus. Vide *Cingulatus*.

SOLIDUS, Ligius, vaſſallus in ſolidum. Charta Oldegarii Epiſcopi Barcinon. in illius vita n. 37. *Nulla erit licentia alicui extranea perſona donare — niſi illi qui ita ſit fidelis & ſolidus homo Eccleſiæ noſtræ, ſicut tu.* Ibidem: *Juro ego — quod ab hac die & deinceps fidelis homo & ſolidus ero tibi & Eccleſiæ tuæ.* Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 20. *Cum ſuo ſeniore cujus ſolidus ſit.* Cap. 31. *Qui ſolidus eſt de ſeniore, optimè debet illi ſervire, vel ſecundùm poſſe, vel ſecundùm illorum conventionem, & ſenior debet eum habere contra cunctos, & nullus contra eum. Propterea nullus debet facere ſolidantiam, niſi ad unum ſolidum ſeniorem, niſi conceſſerit ei ſenior, cujus primùm ſolidus fuerat.* Vide *Homagium ſolidum*.

SOLIDUS, pro aureo ante Conſtantinum M. uſurpatus vix legitur, uti obſervatum à Scaligero lib. de Re nummaria: quo tum imperante vulgò obtinuit, quod etiam attigimus in Diſſertatione de Imperatorum Conſtantinopolitanorum numiſmatibus, ex Codice Theodoſiano. Gregorius M. lib. 1. Dial. c. 9. *Repente in ſinu ſuo 12. aureos invenit ita fulgentes, tanquam ex igne producti eadem hora fuiſſent. Qui mox de Eccleſia egreſſus, eos in ſinum furentis Presbyteri projecit, dicens: Ecce habes ſolidos quos quæſiſti*, &c. Adde lib. 1. Epiſt. 23. 54. Gregorius Turonenſis lib. 10. cap. 31. num. 16. *Aurum etiam quod deceſſor ejus reliquerat, ampliùs quàm 20. millia ſolidorum pauperibus erogavit.* Vide eundem lib. 4. de Miraculis ſancti Martini cap. 39. *Solidum* pariter pro *aureo* uſurpat Fortunatus in Vita S. Germani Pariſienſis c. 22. *Solidus auro adpretiatus*, in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 4. §. 1. cap. 6. §. 2. cap. 10. §. 2. tit. 3. cap. 14. §. 3. *Solidus aureus integri ponderis*, in Lege Wiſigoth. lib. 7. tit. 6. §. 5. *Solidus auri*, in Edicto Theoderici Reg. §. 150. Charta Karlomanni Regis apud Beſlium in Regibus Aquitan. pag. 42. *Trecentorum ſolidorum auri ad purum excocti ſe noverit pœna multandum.* Odorannus in Chron. an. 1031. *Miſerunt etiam à Pariſiis per manum Odoranni Monachi auri ſolidos 17. & denarios 8. & gemmas pretioſiſſimas*, &c. *Solidi auri optimi*, apud Helgaudum in Roberto Rege pag. 68. Vide Covarruviam de Veterum numiſmatum collatione cap. 3.

Solidi aurei pretium apud Gallos & Francos diverſum fuit, pro temporum ratione. In Lege Salica, paſſim, *Solidus* conſtitiſſe dicitur 40. *denariis*, argenteis. Hincmarus in Vita S. Remigii: *In teſtamento à B. Remigio condito lector attendat, quia ſolidorum quantitas numero 40. denariorum computatur, ſicut tunc ſolidi habebantur*, (al. *agebantur*) *& in Francorum Lege Salica continetur: & generaliter in ſolutione uſque ad tempora Karoli perduravit, velut in ejus capitulis continetur.* (al. *invenitur*.) Ita in Capitulo Ludovici Pii an. 819. de interpretat. Legis Salicæ c. 1. & 4. ſolidus etiam accipitur. Pretium igitur ſolidi immutatum, à Pipino Rege ſcilicet. Synodus Remenſis cap. 41. *Ut dominus Imperator ſecundum ſtatutum bonæ memoriæ Pipini miſericordiam faciat, ne ſolidi qui in Lege habentur, per 40. denarios diſcurrant, quoniam propter eos multa perjuria multaque falſa teſtimonia reperiuntur.* Taxata enim fuit tunc temporis ſolidi quantitas 12. denariis, idque firmatum à Carolo M. lib. 4. Capit. c. 45. *Ut omnis ſolutio atque compoſitio, quæ in Lege Salica continetur, inter Francos per 12. denariorum ſolidum componatur: excepto ubi contentio inter Saxones & Friſiones exorta fuerit. Ibi volumus, ut 40. denariorum quantitatem ſolidus habeat: quem vel Saxo vel Friſio ad partem Salici Franci cum eo litigantis ſolvere debet.* Ita fere in Lege Longob. lib. 2. tit. 32. §. 1. 2. & 3. niſi quod pro 40. *den.* 60. præferunt editiones Boerii & Lindenbrogii, ſed perperam, ut opinor. Capitula ejuſdem Caroli an. 797. edita ab Holſtenio, §. 11. *In argento 12. denarios ſolidum faciant: & in aliis ſpeciebus ad iſtud pretium omnes æſtimationes compoſitionis ſunt.* Id etiam firmatum deinceps à Ludovico Pio cap. 3. tit. 75. Hinc *ſolidus 12. denariorum* fuiſſe dicitur, in Capitul. 2. Karlomanni c. 2. in iiſdem Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 30. lib. 5. cap. 3. in Addit. 1. Ludov. Pii cap. 57. & in Synodo Liptinenſi cap. 2.

Solidi aurei diviſio alia fuit apud Romanos, nempe, in 6000. denarios æreos, quos λεπτὰ Græci vocant, in quot νόμισμα, ſive ſolidum dividi ſcribit Suidas. Senator lib. 1. Epiſt. 10. *Sex millia denariorum ſolidum eſſe voluerunt.*

Solidi Romani, Imperatorum Romanorum. Præfatio ad Legem Burgundionum: *Si quis ſanè judicum, tam Barbarus quàm Romanus — forſitan non ea quæ Leges continent judicaverit, 30. ſolidos Romanos ſe noverit illaturum.*

Solidi Gevanenſes, Gothici, Ardaricani. Vide Diſſertationem noſtram de Imperatorum Conſtantinopolitanorum Monetis.

Solidi Franci, in Formula 82. apud Lindenbrogium. *Franciſci*, ſeu *Francici*, in Tabulario Caſaurienſi, in Charta exarata ſub Carolo & Pipino Regibus, & Ildebrando Duce Spoletano: *Idcirco conſtat me Peſſide vendidiſſe tibi Aderiſi Sculdaſio cartularios & vinearios in loco qui dicitur in Vico, hoc eſt pro ſolidis 7. Franciſcis & bove uno, & grano modiorum 12.* Alibi: *Et pretium recepi à te valente ſolidos 20. Franciſcos.* Occurrit ibi pluries. Iidem videntur qui *ſolidi Galliarum* appellantur apud Gregorium M. lib. 5. Epiſt. 10. quos in Italia *expendi* non potuiſſe ſcribit: quia *minore æſtimatione taxabatur aurum Gallicum*, ut eſt in Novella Majoriani, utpote longè Romano deterius: *Nullus ſolidum integri ponderis calumnioſæ adprobationis obtentu recuſet exactor, excepto eo Gallico, cujus aurum minore æſtimatione taxatur.*

Solidus, apud Saxones, duplex fuit: unus enim habuit 2. tremiſſes, alter tres tremiſſes. Majori ſolido aliæ compoſitiones, minori homicidia componebantur. Ita Lex Saxonum tit. 18.

Solidi Anglicani, ſols Engleis, in Legibus Vernaculis Willelmi Nothi cap. 13. ubi 40. denariis conſtitiſſe innuitur: *Del des aprés le pelcier 15. ſols de ſolt Engleis, ço eſt quers deniers.* Quæ quidem verba ultima de 40. denariis capienda exiſtimo, ut *quer*, ſit pro *querante*, ut tunc efferebant. Mentio eſt præterea ſolidorum Anglicanorum cap. 19. 21. 41. Ut tamen non temere affirmem, facit Caius de Antiq. Cantabrig. Academiæ p. 209. *Illud interim ſcire licet aliam fuiſſe rationem ſolidorum ætate Ælfrici, quàm noſtra: nam per ea tempora 30. denarii faciebant ſex ſolidos, noſtra verò duos tantum & ſemiſſem.*

Solidi argentei, in Bulla Benedicti VII. PP. in Bullario Cluniacenſi pag. 6. Ævo ſequiori, ſolidi ex argento, & quidem ſubærato cudi cœpere: quibus aſſignati denarii perinde 12. ac aureo, ſed ii ærei minutuli. Atque ita *ſolidum* uſurpatum docet Covarruvias lib. de Collat. veterum numiſmat. cap. 3. §. 2. n. 7. & ſeqq. Charta fundationis Monaſterii S. Severi in Vaſconia apud Marcam lib. 3 Hiſt. Benearn. cap. 8. *Dando illis trecentos ſolidos duodenarios argenti, quadraginta quinque vaccas cum multis aliis rebus.* Tabularium ejuſdem Monaſterii apud eundem Marcam lib. 3. cap. 11. *Trecentos ſolidos argenti duodenorum denariorum.* Charta Joannis Regis Angliæ to. 1. Monaſtici Anglic. pag. 352. *Terram de Bradeham, de qua nobis reddi ſolebant per annum 50. ſolidi blanci.*

De ſolido, & denario ſponſare. Lex Salica tit. 4. §. 1.
Qui viduam accipere vult, cum tribus teſtibus qui adpro-
bare debent, tres ſolidos æque penſantes & denarium ha-
bere debet, & hoc facto, ſi eis convenit, viduam acci-
piat. Formulæ vett. Pithœi c. 55. in MS. *Placuit atque*
convenit ut ego tibi de ſolido & denario ſecundùm Legem
Salicam ſponſare deberem, quod ita — feci. Ego ille
ſponſus tuus dum taliter placuit atque convenit apud pa-
rentes noſtros communes ab utraſque partes aptiſantes, ut
tibi de ſolido & denario ſecundùm Legem Salicam ſpon-
ſare deberem, &c. Cap. 60. *Eo quod ante hos dies filio-*
lam nomine illa per ſolido & denario & enarras habui
deſponſata. Infra: *Convenit ut ipſe ille ipſo ſolido & de-*
nario de ipſas arras ante plures bonis hominibus, & pro
ipſo exenio ſcilicet tant. &c. Vide Form. Lindenbrogii
75. Fredegarius in Epit. cap. 18. *Legatos ad Gunde-*
baldum dirigit, petens ut Chrotechildem neptem ſuam ei
in conjugium ſociandam traderet. Quod ille denegare me-
tuens, & ſperans amicitiam cum Chlodoveo inire,
eam daturum ſpopondit. Legati efferentes ſolidum
& denarium, ut mos erat Francorum, eam partibus
Chlodovei ſponſam, placitum ad præſens petentes, ut ip-
ſam ad conjugium traderet Chlodoveo. In Lege Saxonum
tit. 6. tit. 7. §. 3. *uxorem ducturus parentibus ejus vel*
tutori 300. ſolidos dare jubetur. Emptionem imagina-
riam in Romanorum nuptiis intervenisse, pueris etiam
notum eſt. Rem præ cæteris perſtrinxit Briſſonius de
Ritu nuptiarum pag. 480.

SOLILOQUIUM, *eſt, cùm ad interrogationem ipſi nobis re-*
ſpondemus. Ita Papias & Gloſſ. Arabico-Lat. Ejuſmodi
eſt *Soliloquium* S. Auguſtini.

SOLINUM, Umbraculum, quo *ſol* arcetur, noſtris *Dais.*
Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 22. *Et cum equitat,*
ſemper portat ſolinum vel tentoriolum ſuper caput ejus in
haſta, ſicque faciunt cuncti majores principes Tartarorum,
& etiam uxores eorum. Cap. 35. *Quoddam etiam ſoli-*
num, ſive tentoriolum, quod ſuper caput Imperatoris por-
tatur, fuit eidem præſentatum, quod totum erat cum gem-
mis præparatum.

SOLINUM, vel *ſolinus terræ*, in Domeſday, ubi *7. Solini*
vel *ſolina terræ, ſunt 7. carrucatæ*: ſic enim legendum
puto apud Edw. Cokum ad Littletonem ſect. 1. pro 17.
Somnerus quippe *ſolinum* cum *ſwollinga* confundit,
id eſt *hyda*, ſeu *carrucata*. Will. Thorn an. 1206.
Fuit enim cum hundredo antiquis temporibus pertinens ad
cameram Monachorum S. Auguſtini, & defendebat ſe
pro 5. ſolinis, & fuit appreſſiatum ad 19. lib. ut patet in
Domeſdai Regis Willelmi. Vide *Swollinga.*

Solinum. Charta Tancredi Principis Antiochiæ, apud
Ughellum to. 4. pag. 1166. *Tertiam partem cuncti redi-*
tus ſolini qui inde exierit maris & terræ, & rugam An-
tiochiæ una cum Eccleſia S. Joannis, &c. Infra: *Et ſe-*
cunda pars portus Laodiceæ portus & terræ, ut de ſolino
rugam Antiochiæ cum Eccleſia ſimiliter, &c.

SOLITANEUS. Octavius Horatianus lib. 3. Rerum Medi-
car. in Præfat. *Et quoniam hæc ratio tota medendi indi-*
get diligentia, ſolitaneum libellum confeci de mulierum
curis, ſolitaneum, inquam, & remotum à publico ſpe-
ctaculo.

SOLITUDO, Vaſtum, terra erema. Charta Caroli Comi-
tis Flandriæ in Chron. Andrenſi pag. 423. *Pratum 30.*
ſiterum, Comitatum ſolitudinis de Giſnes, — terram quæ
juxta Pitbem in ſolitudine omnino liberam cum Comi-
tatu.

SOLIUM, Limen: maximè *limen Confeſſionis*, ad quod ſub-
ſiſtebant, qui pietatis ergo Sanctorum ſepulchra viſi-
tabant, quod *σόλια* Græcis nuperis, qui à Latino *So-*
lium, vel ab Italico *Soglia* hauſerunt, uti docuimus in
Deſcriptione ædis Sophianæ: nam ipſa ſacraria ſolis
Presbyteris patebant. Paulinus Nat. 9.

Qui ſua fulgentis ſolii pro limine Felix.

Et Sidonius lib. 4. Epiſt. 18.

Sic & dilecti ſolium Felicis honorans.

Neſcio an idem ſonet, vel potiùs ambonem, & ſugge-
ſtum in Vita S. Theodardi Archiep. Narbonenſis: *Fe-*
cit etiam & valde mirificum ex præclariſſimo marmore
editum, & ſublimi faſtigio altè porrectum ſolium, in quo
& hæc ſcripta ſunt:

Hoc ſolium dompnus Theodardus marmore fecit
Egregius Præſul, ſurgunt hinc inde peraltè
Terni politi ſatis ex ordine gradus.

Vide *Limen.* Incertum etiam quid ſit
Solium, in Epitapho Guillelmi de Cottis Abbatis, apud
Puccinellum, niſi idem ſit quod *ſolare.*

Non uno tantum ſolio Clauſtrum decoravit.

Alibi:

Hoc ſolium Cottis Gulielmus condidit ortus.

Solium, pro *ſolario* ſeu camera, videtur uſurpaſſe Alber-
tus Aquenſis lib. 5. cap. 20. *Duo ſolummodo ex duode-*
cim ſe virili & multa repugnatione à manibus hoſtium
extorquentes, ſubito in ſolium, quod feneſtratum in vallem
reſpiciebat, evaſerunt, gladiis eductis, ſe ab inſequenti-
bus hoſtibus valide adeo defendentes, &c. Vide *Sola-*
ris.

SOLLATA. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 14. *Uſati-*
cum — tenere in perpetuum mandaverunt, ſcilicet ut te-
nerent curiam & magnam familiam, & feciſſent condu-
ctum, & darent ſollatas, & facerent emendas, & tenerent
juſtitiam, & judicarent per directum, &c. f. *ſoldatas.*

SOLLICITARE, *Sollicitator.* Petronius Arbiter:

Hic qui ſollicitat nuptas ad præmia peccat.

Sollicitatores affectius alieni, apud Senatorem lib. 9.
Epiſt. 18. *Sollicitare nuptias*, in l. 1. Cod. Th. de Nu-
ptiis. *Sollicitatores ingenuorum filiorum*, in Lege Wiſi-
goth. lib. 7. tit. 3. §. 3. *Puellarum vel viduarum*, §. 11.
feminarum, in Capit. Caroli M. lib. 6. c. 99. *Sollicita-*
tores alienorum mancipiorum, in Edicto Theoderici §.
80. 85. in Lege Salica tit. 41. *Sollicitatores rerum alie-*
narum, in Lege Burgund. tit. 4. §. 1. &c. Adde l.
58. Cod. Th. de Curſu publ. Papianum lib. Reſp. tit.
3. &c.

SOLSATIRE *reum* dicebatur actor, cùm in jus vocatus
vadimonium ille deſeruerat, nec juri ſteterat, neque
placitum cuſtodiverat: tum enim actor coram judice
reum, ſi is *ſunniam*, ſeu excuſationem legitimam non
miſiſſet, cauſa excidiſſe contendebat. Marculfus lib. 1.
form. 37. *A quo placito veniens memoratus ille, ibi in*
palatio noſter, & per triduum ſeu amplius, ut lex habuit,
placitum ſuum cuſtodiſſet, & memoratus ille abjectus ſit,
vel ſolſatiſſet, ipſe nec veniſſet ad placitum, nec nulla ſun-
nia nuntiaſſet, adfirmat. Formula ſecundùm Legem
Romanam cap. 33. *Sed memoratus quidem ille per tri-*
duum ſuum cuſtodivit placitum, & jam dictum illum ſe-
cundum legem adjectivit, (l. abjectivit) *vel ſolſatevit,*
qui nec eſſonia nuntiavit, nec ſuum placitum adimplevit.
Neque aliud ſonant verba *ſubſadire* & *ſubſadina*, ſi re-
ctè exſcripta ſunt, in Charta Chlodovei III. Regis
apud virum doctiſſimum Joan. Mabillonium: *Sed ve-*
nientes ad eorum placitum ipſi Agentes, jam dicto Abba-
ti Novientoin ipſo Palatio noſtro per triduos, per plures
dies, ut lex habuit, placitum .... cuſtodiſſent, & ipſo
Ermenoaldo Abbati abjectiſſent, vel ſoladiſſent (ſolſa-
tiſſent) *ipſi nec veniſſet ad placitum, nec miſſo in vice*
ſua derixiſſet, &c. Alia ejuſdem Regis, ibidem: *Et ip-*
ſo Amalberto abjecti ſſit, vel ſubſadiſſit. Supra: *Sed ve-*
niens ad eo placito prædictus Chrothicarius Valentianus in
ipſo Palatio noſtro, & dum placitum ipſius in legibus cu-
ſtodibat, vel ipſo Amalberchto ſubſadibat, ſic veniens ex
parte filius ipſius Amalberchto, nomine Amalrico, ſubſa-
dina ſua contradixiſſit, & dum exinde in noſtri, vel ſu-
praſcriptis viris præſentiam rationis adſtabat, interro-
gatum fuit. &c. Mox: *Niſi inventum fuit quod contra*
rationis ordinem ipſa ſubſadina contradixiſſit, vel in hac
cauſa introiſſit, ſicut fuit judecatum, &c. Ubi *ſubſadi-*
nam ſeu *ſolſatinam contradicere*, eſt quod practici noſtri
dicunt, *demander que le defaut ſoit rabatu.* Sed unde
eæ voces ortæ, non omnino planum eſt divinare. Bi-
gnonius *ſolſatire* pro *ſolem calcare* dictum opinatur:
ka

ita ut cùm actor reum *ſolſatiſſit*, ei *ſolem culcatum*, vel occaſum denuntiat, *Il lui ſignifie, ou obiecte le defaut.* Wendelinus verò putat vocem conflatam eſſe ex *ſol*, & *ſatis*, ſic ut actor contendat reum *ſolis ſatis* habuiſſe, ſeu idoneum ac legibus præſcriptum tempus, quo juri ſtare poſſet.

SOLSEQUIUM, Heliotropium, *quia in ſole naſcente ſuos flores aperit, & in ſero claudit, cum ſol occubuerit. Ipſum quidam Latini Intibum ſilvaticam vocant.* Ugutio, ex Iſidoro lib. 17. c. 9.

SOLSTITIUM, inter ſuperſtitiones paganicas recenſet S. Audoënus lib. 2. de Vita S. Eligii Noviom. Epiſcopi cap. 15. *Nullus in feſtivitate S. Joannis vel quibuſlibet Sanctorum ſolemnitatibus, ſolſtitia, aut vallationes, vel ſaltationes, aut caraulas, aut cantica diabolica exerceat.*

SOLTA, Solutio, ex Gallico *Soute.* Concilium Avenionenſe an. 1282. c. 1. *Intelligentes uſurarios etiam eadem ſententia fore ligatos, qui pannos, bladum, vinum, oleum, vel alias quaſcunque mobiles vel ſe moventes, præſertim ad ſoltam ſive ad ſolutionem poſt tempus aliquod faciendam carius vendunt propter temporis dilationem*, &c. Perperam edit. *ſoſtam* in poſtrema Conciliorum editione.

SOLVERE, idem quod *Gurpire.* Vetus Charta apud Gariellum in Epiſcopis Magalon. pag. 96. *Quicquid indecimis in Prioratu & Cœmeterio S. Stephani de Pinjano habebant, ſolverunt in manu Galteri Epiſcopi, ſeu potius reſtituerunt.* &c. Vide eundem pag. 175. Pactum inter Raymundum Guillelmi Epiſcopum Nemauſienſem, & fratrem ejus Bernardum Guillelmi, & Guillelmum Do. Montiſpeſſulani, M. Jan. an. 1103. *Et demandabant omnes viduas feminas quæ ſtabant in omnibus illis domibus quas ipſi habebant in Monteſpeſſulano: & ſolſerunt Guillelmo domino ſuo omnes homines & feminas ſtantes in illis domibus.* Infra: *Et Raymundus & Bernardus gurpirunt & ſolſerunt Guillelmo de Monteſpeſſulano illum molinum, & illas terras gurpimus & ſolvimus.* Denique: *Facta eſt autem hæc gurpitio & ſolutio feria 7.* &c.

SOLUMEN. Gloſſæ Gr. Lat. πέρας, *terminus, finis, effectum, ſolumen.* Fortè pro *ſolutio.*

SOMA, ex Græco σῶμα, Corpus. Papias: *Soma, i. corpus.* Gloſſ. Ælfrici: *Soma*: Lichama. i. corpus. Dudo de Morib. Norm. *Dum vegetavit fomite ſacra, Atque ſalubri ſomatis artus.* Harmerus de Miraculis S. Maurilii Epiſc. Andeg. MS. *Conſpicientes pannulorum veterrima, ex quibus beatiſſima Maurilii obvoluta fuerunt ſomata.* Vita MS. S. Magnobodi Epiſcopi Andeg. cap. 51. *Ubi plurima fidelium ſomata digna veneratione habita requieſcunt.* Giſlebertus lib. 1. de Tranſlatione S. Romani Abbatis cap. 8. *Accedit Epiſcopus ad locum quo ſanctiſſimi ſomatis theſaurus erat reconditus.* &c. Utitur præterea Ordericus Vit. lib. 5 pag. 550. lib. 8. p. 664. lib. 12. p. 870. lib. 13. p. 901.

Zomata, pro *ſomata*, in Charta Athelſtani Regis Angl. to. 3. Monaſt. Anglic. pag. 117.

Soma, Membrana. Gloſſ. Gr. Lat. Σωμάτιον, *membrana.* Amalarius lib. 1. de Ordine Antiphonarii cap. 58. *De reſponſoriis pſalmorum, ſcripſi in prologo hujus ſomatis.* Sexta Synodus act. 10. Τὸ αὐθεντικὸν βιβλίον — ἐν σώματι ἀργυροῖς. Vetus interpres, *liber membranaceus tectus ex argento.* Ibidem act. 14. Ἐν δὲ χαρτῷ ... καὶ βιβλίον ἐν σώματι, ἔχουσαν ... Ὑπομνήσει.

SOMETA, Menſura liquidorum. Charta Thomæ Comitis Maurienna an. 1216. 10. *ſometas vini meri apud Aquam bellam de ſuo clauſo.* Vide *Somma* in *Sagma.*

SOMMA, *ſommarius.* Vide *ſagma.*

SOMNIARIUS, ὀνειροκρίτης, ὀνειροπόλος: *Somniorum Interpres*, Ennio, apud Priſcianum: *qui narrandis ſomniis occultat artem aliquam divinandi*, in l. 6. Cod. Th. de Malefic. Gloſſæ Gr. Lat. ὀνειροκρίτης, *conjector, ſomni ſolutor, ſomniorum interpres.* Capitula Herardi Archiep. Turonenſ. c. 3. *De maleficiis, incantatoribus, ſortilegis, ſomniariis, tempeſtuariis*, &c. Capitulare 1. Caroli M. incerti anni c. 40. *Ut nemo ſit qui ariolos ſciſcitetur, vel ſomnia obſervet, vel ad auguria intendat.* Joan. Saresber. lib. 1. Policrat. cap. 12. *Conjectores ſunt qui artificio quodam ſibi vendicant ſomniorum interpretationem. Ars ſomnolenta*, apud eundem lib. 2. c. 16.

SOMNIATOR, eadem notione. Capitula Caroli M. lib. 6. §. 210. *Magi, arioli, ſortilegi, venefici, divini, incantatores, ſomniatores, conjectores*, &c. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Walæ Abbat. Corbeienſis lib. 2. c. 9. *Divini, conjectores, & muti, nec non ſomniatores*, &c. Lindenbrogius locum hunc ex Plauto adducit, *aut ſomniator eſt, aut ſector Zonarius.* At editi libri habent *Dormitator*, in Trinummo.

SOMNUS *venereus*: ita Medici Latini appellant, quem Græci ὀνειρωγμόν, cùm ſcilicet *per ſomnos inanibus viſis affecti ægrotantes ſeminis lapſu vexantur.* Ita Cælius Aurelian. lib. 5. Chronion c. 5. Adde in hanc rem inſignem alium locum ejuſdem egregii ſcriptoris ex lib. 1. cap. 3. pag. 22. *At verò concubitus ſive venus, quam adhibendam probant, ab aliquibus parva Epilepſia nuncupata eſt: ſiquidem ſimilem faciat membrorum motum diverſo contractu, anhelatione & ſudore atteſtante, & oculorum converſione cum rubore vultus, ac deinde poſt effectum diſplicere faciat ſibimet corpus cum pallore, & quadam debilitate vel mæſtitudine, adeo nervos afficere videatur, ut ſæpe imminente acceſſione per ſomnum jactu ſeminis ægri præpurgentur, quod Græci Oneirogenon vocaverunt.*

SON, Grex, inquit Wendelinus, à Theutonico *ſon, ſunt, geſun*, grex, ac numerus præfinitus animalium. Lex Angliorum & Werinorum tit. 7. §. 2. *Qui ſcrofas ſex cum verre, quod dicunt Son, furatus eſt, in triplum componat.* Vide *Soneſti.*

SONA, Veſtis Eccleſiaſticæ vel Monachicæ ſpecies. Hiſtoria Glaſtonenſis Abbatiæ to. 1. Monaſtici Anglic. pag 6. de reliquiis quæ ibi aſſervabantur, de S. Thoma Archiep. Cantuar. *De cuculla, ſtamine, ſona, pedulibus quibus utebatur hora ſua paſſionis.* Et infra: *De cuculla, carne & ſanguine, & ſona Pontificali B. Ulſtani Epiſcopi.* Legendum fortè *ſtola.*

SONA, Pax, compoſitio, pactum, fœdus: vox Danica. Charta Erici Regis Danorum an. 1317. apud Iſaac. Pontanum lib. 7. Hiſt. Dan. pag. 419. *Nos fratri noſtro — & omnibus Danis, qui — fuerunt in guerra proxima inter nos & D. Marchionem habita, hoc indulſimus, & propter hoc debent habere plenam ſonam, & ob hoc non debemus habere ſuſpicionem aliquam contra ipſos.* Alia an. 1318. apud eundem: *Concordavit totaliter in hunc modum, videlicet quod ſuper omnibus (querelis) vera & plena concordia atque ſona perpetuis temporibus duratura eſſe deberent.* Charta Wolemari Ducis Jutiæ ibidem: *Compoſitionem plenam & ſonam competentem habuerint.* Infra: *Diem trengarium aut ſonam non inibimus*, &c. Vide *Duraſuna* & *Suonbuch.*

SONARE. Lex Longod. lib. 2. tit. 52. §. 2. *Si Comes in ſuo miniſterio juſtitiam non fecerit, tunc Miſſus noſter de hac cauſa ſonare faciat, uſque dum juſtitia ibi fiat.* Ubi Gloſſæ, *ſonare, inquirere.*

Sonare, Dicere, dici. Concilium Ticinenſe ſub Benedicto VIII. PP. in præfat. *Quia uſuale eſt apud eos ſonare, Filii matrem ſequuntur.* Charta an. 1066. in Notis ad Concilia Narbon. *Sicut ſonat in præceptis Regum*, id eſt *ſicut ſcriptum eſt.* In Conſuetud. Andegav. art. 426. *En ſonnant en termes generaux qu'il a poſſedé à titre.* Id eſt, dicendo in terminis generalibus juſto ſe titulo poſſediſſe. Epiſtola Honorii Imp. apud Baron. an. 419. 2. *Cum poſt abſceſſum venerabilis viri Zozimi, circa meritum Eulalii ordine ſubrogandi communi judicio conveniens multitudo ſonuiſſet*, &c. Id eſt una voce meritum Eulalii commendaſſet. Lex Vervini an. 1233. art. 13. *Super burgenſium aliquem neque ego neque villicus meus clamorem facere potero, niſi ſub teſtimonio Scabinorum: ita tamen quod ſi clamoris alicujus duo jurati teſtes ſonue-*

rint, hæreditate excepta, poſt juratorum teſtimonium jus cujuſque judicio Scabinorum relinquatur. So*ner* verò in Conſuetudine Inculiſmenſi art. 13. & Rupellenſi art. 29. idem valet ac æquivalere, *équipoller*.

Reſonare, idem quod *Sonare*. Verſus ſcripti in fronte Bibliorum Meteníis Eccleſiæ :

Et præſens tranſacta canit, præſentia monſtrans,
Singula iura ſolet, ſingula ſed reſonat.

Charta an. 824. apud Saudovaltium : *Inter ipſos terminos, qui in iſta ſcriptura reſonant.* Infra : *Et per ipſos terminos cum ſua rem cauſa, quod in iſta ſcripturâ reſonat.* Charta Rivipullenſis æræ 888. apud Anton. de Yepez to. 4. *Sicut in ipſo judicio reſonat*, &c. Tabularium Conchenſis Abbatiæ in Ruthenis ch. 296. *Ita ſicut reſonat in teſtamento & in præſcriptione patris noſtris* &c. Adde Appendic. ad Capitul. n. 86. 104.

Sonare pecuniam. Leges Ethelredi Regis apud Venetyngum editæ c. 27. *Et præcipimus ne quis pecuniam puram & rectè appendentem ſonet, monetetur, in quocumque portu, monetetur in regno meo, ſuper overhirneſſam meam.* Ubi *ſonare pecuniam*, eſt reſpuere, vel certè examinare per illius *ſonum*, an proba ſit : quod fieri etiamnum ſolet. Libertates villæ Peruſienſis an. 1260. apud Thomaſſerium p. 98. *Tot home qui dait larde, la duet ſoner au laider, ou à ſon comandement, avant que poaſſer la vile*, i. quicunque ledam debet, eam debet exſolvere ledario, &c. Ita, *ſoner*, eſt ſolvere, qua notione rurſum ibi occurrit.

Sonare, in veteri Conſuetudine Normanniæ cap. 68. idem valet ac teſtes improbare, *reprocher les teſmoins* : *Et quant il l'en aura ouy leurs dits, & mis en eſcript, cil qui eſt en priſon doit eſtre amené devant eux, & luy doit on demander, s'il en veut aucuns ſaõner : & ſe il dit ſur aucuns d'eux ſuffiſant ſaon, choſe que diſent ceux qui ſont ainſi ſaonez, ne doit eſtre en rien contée : mais ſi le ſaon n'eſt ſuffiſant, ce qu'il dira ſera receu avec les autres.* Ubi editio Latina habet *ſaonnare*, & *ſaonnium*. Occurrit rurſum cap. 102. 109.

SONERA, *Cochlea quam deferunt peregrini à ſancto Jacobo*. Matth. Silvaticus.

SONESTI, *Soniſta*, idem quod *Son*, de qua voce ſupra, Grex, numerus præfinitus animalium. Pactus Legis Salicæ tit. 41. *Si quis admiſſarium cum grege, hoc eſt cum (7.) aut 12. equabus furaverit, malbergo Hnicte ſoniſta.* Quæ poſtrema verba deſunt in Lege Salica tit. 40. §. 5. Lex Ripuaria tit 18. qui eſt *de Soneſti* : *Quodſi ingenuus Soneſti, id eſt 12. equas cum admiſſario, aut 6. ſcrofas cum verre, vel 12. vaccas cum tauro furatus fuerit*, &c. Vide Capitul. 4. an. 803. c. 3.

SONGNIA. Vide *Soniare*.

SONGIA, Ital. *Songia*, Gall. *Oing*. Adeps, unguen. Joan. Laudenſis in vita S. Petri Damiani n. 4. *Juxta ignem puerilia membra diſtendit, & undique perungendo corpuſculum, non modica ſumma ſongiam profligavit.*

SONIACA. Vide *Sonniata*.

SONIARE, Hoſpitio excipere, *procurare*, *giſtum* præbere vel procurationem. Gloſſæ MSS. ad Legem Longobard. *Soniare, curare.* Rectè, quidquid dicant viri docti. Vett. Formulæ Pithœanæ MSS. c. 108. *In ea ratione ut vos vel ipſi Presbyteri, qui ipſa Eccleſia cuſtodire videntur, annis ſingulis ad Miſſa ſancti, quæ eſt in menſe illo, dilectione nobis & paſto ſoniare debeat, una cum tantos homines, una die & nocte paſcere faciat.* Capitulare an. 779. c. 21. *Si Comes in ſuo miniſterio juſtitias non fecerit, Miſſos noſtros in ſua caſa ſoniare faciat, uſque dum juſtitiæ ibidem factæ fuerint.* Capitulare de Villis cap. 27. *Et Comes de ſuo miniſterio, vel homines illi qui antiquitus conſueti fuerunt Miſſos aut Legationes ſoniare, ita & modo inantea & de paraveredis & omnia eis neceſſaria ſolito more ſoniare faciant, qualiter bene & honorifice ad palatium venire vel redire poſſint.* Ubi *ſoniare*, eſt noſtrum *ſoigner*, curare, procurare, curam habere. Vox deducta à *ſoin*, cura : illa vero à *ſoinus*, *ſunnis*, *ſonnis*, excuſatio : quod qui *ſoinum* ſeu *exoniam* habent, vel circa rerum domeſticarum curam occupati ſunt, vel morbo detenti. Hic vero *ſoniare* dicitur is qui circa hoſpitis exceptionem ac procurationem curam ſuam adhibet, ac proinde qui eum excipit vel paſcit, quomodo dicimus *Soigner quelqu'un*. Certè non diffitear, noſtrum *ſoin*, à voce Latina *ſomnium* deduci poſſe. Lego enim in Gloſſis Lat. Gr. *Somnium*, ὄνειρος, ἐνύπνιον : in aliis Gloſſis, *Somnior*, μεριμνῶ. Hinc *ſomnium* peculiari notione pro *cura, ſolicitudo*, acceptum conſtat : quod fortè qui *ſomniant*, varias, ut fieri ſolet, ſolicitudines ac anxietates animo pervolvant. Unde *Songer à quelque choſe* etiamnum vulgò dicimus, cùm rei alicui incumbimus, vel de ea cogitamus : adeo ut literæ *ia*, in *ſoniare*, pro diphthongo ſint. Denique ſi inde etiam *Sunnis* vocem quis ortam contendat, non magnopere repugnem. Ut ut ſit, ex *ſoniare*, deducta vox alia

Sonniata, pro procuratione, vel giſto, vel potiùs pro ea præſtatione quæ fiebat vice procurationis, ac deinde pro quavis penſitatione uſurpata in veteribus tabulis. Charta Hugonis Epiſcopi Sueſſionenſis an 1096. *Concedimus B. Martini Monaſterio in perſonatum & quietè habenda altaria : unum ſanctæ Gemmæ, ſine illa etiam exactione, quæ vulgariter dicitur Sonniata ; alterum cum ſonniata in villa quæ Non vocatur, ſalvo Epiſcopi debito jure*, &c. Alia Simonis Epiſcopi Noviomenſis an. 1130. in Tabulario Montis S. Martini diœceſis Camerac. *Singulis tantùm annis duos ſolidos pro ſonniata, & 6. denar. pro obſonio in feſtivitate S. Remigii Decano perſolvetis.* Anſelmus Leodienſis in Geſt. Pontif. Leod. cap. 40. *Præcepit — ut neque ipſe, nec ullus aliquis Decanorum qui poſt eum venturus eſſet, ſoniatam Epiſcopis debitam ab eodem loco ubi ipſius Sancti corpus requieſcit, accipere præſumeret.* Ubi perperam editum *ſoniacam*.

Soignia, eadem notione, in Charta Alberici Archiep. Remenſis an. 1207. in Tabul. Foiſniac. *Recognoverunt ſe vendidiſſe duos modios vini, duos galetos avenæ, duos ſolidos & duos denarios bonæ monetæ, duas ſongnias, & duos repaſtus.*

Scribit Vaſſorius in Annalibus Noviomenſib. p. 959. dimiſſam Curionibus diœceſis Noviomenſis, ſub Verimondo Epiſcopo, *ſonniata* præſtationem, eamque commutatam in cenſum 12. denariorum Capitulo exſolvendum poſtridie peractæ Synodi. Sed quod *Soignes* Gallicè appellari ait, quaſi *moiſſonies*, ſeu *ius meſſis*, planè fallitur, cùm vox hæc à *ſonniare* originem ducat.

De *Sonniatarum* verò præſtatione multa habet vetus Conſuetudo Remenſis, quæ hîc exſcribere ad vocis vim planè percipiendam operæpretium videtur : *Eſſogne eſt un droit ou devoir ſeigneurial deu par les heritiers ou ſucceſſeur des treſpaſſez au Seigneurs ſous la cenſive deſquels ils ont & poſſedent heritage au jours de leur treſpas. Et n'eſt pas univerſel, ne uniforme : car il eſt ſeulement deu és terres & ſeigneuries, eſquelles eſt accouſtumé d'ancienneté d'eſſoigner ; & ſi doit on pour eſſongne en aucuns lieux un denier pariſis, & en aucuns deux deniers pariſis, en aucuns douze deniers, en aucuns autant, ou aucunefois le double, aucune fois la moitié, d'autant que les heritages doivent de cens annuel. En aucuns lieux eſt deu une ſeule eſſongne pour une ſucceſſion, poſé qu'ils y ſoient pluſieurs chefs de perſonnes ſuccedans. En autres lieux chaſcun chef ſuccedant doit une eſſongne : En autre lieu auſſi faut eſſongner dedans huit ou neuf jours, ou autre nombre de jours aprés le decez du treſpaſſé. En aucuns lieux dedans un jour naturel. En aucuns lieux faut eſſongner avant que le corps du treſpaſſé ſoit enterré, & avec ce en aucuns lieux l'amende de non eſſongner eſt de dix ſols pariſis ; & en autre lieu eſt de vingt-deux ſols ſix deniers pariſis, & en autre lieu eſt de ſept ſols ſix deniers pariſis. En la cité & ville de Reims ne ſe font aucunes eſſongnes, & n'en a jamais eſté uſé, ne auſſi en pluſieurs autres villages ne villes aſſiſes és environs dudit Reims.*

SONITUS, Murmur. Conventus Aquiſgranenſis an. 817.

& Additio 1. Ludovici Pii c. 41. *Ut qui negligenter ſonitum fecerit, aut aliud quid exceſſerit in refectorio, mox a Priore veniam petat.* Ubi quidam *ſonitum* crepitum ventris interpretantur, ſed perperam. Capitula Monachorum ad Augiam directorum c. 7. *Si quis autem de ipſis aliquid ibi deliquerit, vel exceſſerit, aut ſonitum aliquem fecerit, exceptis his qui ad menſam ſedent, proſtrati ibi coram Priore tamdiu jaceant in terra,* &c. Capitula Adalhardi Abbat. c. 27. *De omni ſtrepitu, vel excuſſione, vel ſonitu.* Vide Nomaſticum Ciſtercienſe p. 171. 172. 175. 176. 180. 182. & infra in *Sonus.*

SONNIATA. Vide *Soniare.*

SONNIS. Vide *Sunnis.*

SONOPAIR, Verres, Dux gregis: ex *Son*, grex, &c. . . . Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 47. *Si quis verrem alienum furatus fuerit, componat ſolid. 12. ipſum qui dicitur Sonopair, qui omnes alios verres in grege battit & vincit, tantùm in uno grege, quamvis multitudo porcorum ſit, unus computetur ſonopair,* &c. Ubi Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 105. §. 33. *Sonorpaib* præfert. Vide *Son.*

SONUS, Rumor, fama. Gallis *Bruit.* Gregorius Tur. lib. 8. Hiſt. c. 18. *Sonus enim erat ſororem ſuam — Conſtantinopolim fuiſſe tranſlatam.* Baudonivia in Vita S. Radegundis c. 4. *Dum in villa ipſa adhuc eſſet, fit ſonus quaſi eam Rex iterum vellet accipere.* Ita uſurpant idem Gregorius Tur. lib. 7. c. 47. lib. 8. c. 41. 43. Vita S. Treverii Monachi cap. 3. Capitula Caroli C. tit. 12. c. 5. Guill. de Podio Laurentii c. 47. Hugo Flaviniac. pag. 164. Petrus de Vineis l. 2. Ep. 54. &c. Vide *Sonare.*

Sonum facere, in Capitulis Aquiſgran. an. 817. c. 31. eſt murmurare, aut murmur excitare: *Faire du bruit.*

Sonus, Clamor inconditus multitudinis quo reum alicujus criminis inſectatur; ut fuit *Hutesium*, apud Anglos, & *Clamor de Haro*, apud Normannos. Prima Curia Generalis Catalaniæ ſub Jacobo Rege Aragon. ann. 1291. MS. *Quod nos vel aliquis alius non procedat contra aliquem Richum hominem —, ſine citatione emittendo ſonum, niſi eſſent malefacta. — in quibus caſibus poſſit proſequi malefactorem emittendo ſonum,* &c. Vide *Huesium.*

Sonus, Pſalmus Davidicus, *Venite exultemus*, &c. qui in Matutinis canitur, fortè ſic dictus, inquit Garſias Loaiſa, quia ſonora voce decantatur, ut contra *nullo ſono intervenienie* orationem dici ait Amalarius in Eclogis de Officio Miſſæ, quæ voce ſubmiſſa dicitur. Concilium Emeritenſe c. 2. *Oportet igitur, ut ſicut in aliis Eccleſiis veſpertino tempore, poſt lumen oblatum, prius dicitur Veſpertinum, quam Sonus in diebus feſtis, ita & à nobis cuſtodiatur in Eccleſiis noſtris.* Breviarium Mozarabum: *Statim dicitur Sonus, ſi ſit feſtum: eo quod dies ferialis caret Sono, niſi in tempore Reſurrectionis propter ſolennitatem dicitur. Hæc regula. Sonus eſt, Venite exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro. Verſus, Præoccupemus faciem Dei in confeſſione, & in Pſalmis jubilemus Deo.*

SOPANUS. Vide *Zupa.*

SOPARIA, Vide *Lito.*

SOPHISMA, æ, Sophia, ſcientia. Vita S. Fructuoſi Ep. c. 7. *Unus ſophiſmæ intelligentiaque peritiam indeptus.*

SOPHISMATICARE, *Decipere ſophiſmate. Sophiſticare, decipere verborum intricatione.* Ugutio.

SOPHISTÆ, inquit ſanctus Auguſtinus lib. 2. Locutionis de Exod. *appellantur Latinarum litterarum eloquentiſſimi autores* Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Soſiſta, Orator, vel ſapiens.* Iſo Magiſter, *Sophiſta, ſapiens.* Lex 3. Cod Th. de Studiis liberal. urbis Romæ: *Habeat igitur auditorium ſpecialiter noſtrum, in his primum quos Romanæ eloquentiæ doctrina commendat: Oratores quidem tres numero, decem verò Grammaticos: In his etiam qui facundia Græcitatis pollere noſcuntur, quinque numero ſint Sophiſtæ, & Grammatici æque decem.* Id eſt Oratores Latini tres, Græci quinque. Neque aliter vocem hanc uſurpat Lex un. de Profeſſorib. &c. eod. Cod. Fortunatus lib. 7. Poëm.

Docta receſſuris quid prodeſt lingua Sophiſtis?

Theodulfus Aurelian. lib. 3. Carm.

Quique Sophiſta potens eſt, quique Poëta melodus.

Vita S. Boniti Epiſcopi Claromont. cap. 1. *Cæteros coætaneos excellens a Sophiſtis probus atque prælatus eſt.* Baldricus Burgulienſis Abbas:

Egregius doctor; magnuſque ſophiſta Geraldus.

Ita non ſemel uſurpat Ordericus Vitalis p. 352. 460. 475. 570. Veteribus verò qui *Sophiſtæ* potiſſimum appellati fuerint, erudita obſervatione docet præ cæteris Petrus Faber Sanjorianus ad Leg. 1. de Juſtitia & Jure p. 715. 716.

SOPHOS, acclamatum in theatris docet non uno loco Martialis, quam vocem haud omnino diſpari notione uſurpat Sidonius Apollinaris lib. 1. Epiſt. 9. lib. 8. Epiſt. 6. lib. 9. Epiſt. 15. Carm. 8 & alibi, ut & Fortunatus Pictavenſis lib. 3. Poëm. 21. lib. 6. Poëm. 12. lib. 8. Poëm. 23. lib. 9. Poëm. 1. quibus interdum pro elegantia ſermonis ac dictionis uſurpatur. Adde Architrenium lib. 1. cap. 5.

SOPHYRUS. Vita S. Willibaldi ſeu Wnebaldi Abbatis Heidenheimenſis c. 4. *Ille vir Lenis ſenſu ſophyrus, agone argutus,* &c. Hodœporicum ejuſdem S. Willibaldi n. 3. *Divinæ legis hagiographorum armariola indagando, ſive legendo procacis ſenſu ſophyrus, mente moderatus indagabat.* Et n. 31. *Sed & in multis monachorum manſionibus, quas ipſe ſolers & ſophyrus vaſta per rura rimando explorabat,* &c. Ubi Caniſius hac voce σοφὸν, ſeu ſapientem indicari obſervat.

SORBELLUM, *Sorbinum.* Kerhardus in Synonymis: *Juſtilium, ſorbinum, ſorbellum: ſorbium, offa, offella,* &c. Berta Sanctimonialis in Vita S. Adelheidis Virg. n. 14. *Tumidos autem & pene deſperatos vitâ recreavit ſorbellis mixtis aquâ, modicâ etiam farinulâ & ſaginâ.*

SORBICIUM, Jus, juſculum, quidquid hauriendo ſorbetur. Philippus Eyſtetenſis in Vita S. Willibaldi cap. 4. *Parentes etiam relatione eorum, qui puerum educabant, intellexerunt, quod puer ſicco pane frequenter veſceretur, faba & piſa, ac aliis leguminibus delectabiliter uteretur, ſorbiciis autem, vel quibuſcunque eſcis ſorbilibus, nequaquam fruebatur.* Gloſſ. Gr. Lat. ῥόφημα, *Sorbitio, ſorbicium.* Fortè *ſorbicium.*

SORCOTIUM, Veſtis ſpecies, Gall. *Sorcot* vel *Surcot*, ita dicta fortè, quòd *Cotte* ſuperadderetur. Chriſtianus Epiſcopus Moguntin. in Chronico Moguntino: *Purpuram optimam de almaria tollens, ſibi fecit veſtes, tunicam, ſorcotium, & mantellum, ut in Imperatoris curia glorioſior appareret.* Knyghton an. 1296. *Dederantque ſignum inter ſe ut ſic ſuos mutuo cognoſcerent in congreſſu cum Anglicis, ut Scotus diceret Anglicè Tabart, alter reſponderet Surcote.* Vide Notas ad Joinvillam pag. 38.

SORDIDARI, Infamari. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 57. *Si cum aliquo inventum ſit unde culpatus ſit, ibi neceſſe eſt cauſam tractari, & ibi purgetur, vel ibi ſordidetur.*

SORDITIES, Sordes. Gloſſ. Gr. Lat. ῥυπαρία, *Sordiditia,* (leg. *ſorditia*) *pedor, ſqualor.* Utitur Petrus Cellenſis lib. 8. Epiſt. 7. & Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. pro libertatibus oppidi Baſtidæ in Petrocoriis, ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 38. *Et quicunque ſordities in carreriis ejecerint, à Bajulo & Conſulibus puniantur.*

SORDUS, Retis venatorii ſpecies. Vetus Inqueſta pro Epiſcopo Vaſionenſi apud Columbum pag. 388. *Capiebat de nocte cum luminaribus, & cum filato, quod vocatur Sordus, in monte in quo modò eſt caſtrum Vaſionis, perdices.*

SORORES, appellatæ Preſbyterorum vel Epiſcoporum uxores, à quibus ii abſtinebant, in Concilio Arvernenſi cap. 19, & Matiſconenſi I. c. 11. Turonenſi II. c. 12. &c. Quippe, ut eſt in Pœnitentiali Halitgarii, *ſi quis Clericus, in cujus ſuperior gradus eſt, qui uxorem ha-*

bet, & poſt converſionem vel honorem iterum eam cognoverit, ſciat ſe adulterium commiſiſſe. Fortunatus lib. 1. carm. 15. de Leontio Santonenſi Epiſcopo, & Placidina uxore:

Quæ tibi tunc conjux, eſt modò chara ſoror.

Vita S. Severi Epiſcopi Ravennatis n. 19. *Uxor quippe in ſororem verſa eſt.* Conſtantius Preſbyter in Vita S. Germani Epiſcopi Autiſiodorenſis, de eodem Germano in Epiſcopum electo: *Suſcepit Sacerdotium invitus, coactus, addictus, ſed repente mutatur ex omnibus: deſeritur mundi militia, cæleſtis aſſumitur: ſeculi pompa calcatur, humilitas converſationis eligitur: uxor in ſororem mutatur ex conjuge, ſubſtantia diſpenſatur in pauperes, paupertas ambitur.* Hugo Archiepiſcop. Rotomag. lib. 3. de Hæretic. cap. 5. *Et tunc quas legitimas habetis uxores, thoro ſeparato, manebunt veſtra ſub caſtitatis honore ſorores.* Vide S. Hieronymum Epiſt. 46. ad Ruſticum, lib. 1. in Helvid. c. 6. 14. Paulinum Nolanum Epiſcopum Epiſt. 26. Sidonium lib. 5. Epiſt. 16. Amphilochium in Vita S. Baſilii Cæſar cap. 8. & Roſweidum in Onomaſtico ad Vitas Patrum.

Sorores, Mulieres *extraneæ*; quas *συνεισάκτους* vocant Græci, quarum conſortium vitare jubentur Clerici in Concilio Ancyrano can. 19. Nicæno c. 3. & aliis ſubſequentibus Conciliis. Lex 19. c. de Epiſc. *Eum qui probabilem ſeculo diſciplinam agit, decolorari conſortio ſororiæ appellationis non decet.* Appendix Codicis Theod. Conſt. 10. *Ne Clerici ſacris miniſteriis ſervientes feminis jungantur externis, quas decolore conſortio ſororiæ appellationis excuſant.* Palladius in Vita Chryſoſtomi pag. 45. [illegible], &c. Vide quæ in hanc rem congeſſerunt Fileſacus lib. 1. Selector. cap. 10. & Jacobus Gotofredus ad l. 44. Cod. Th. de Epiſcop.

Sorores, à Monachis appellatæ virgines ac mulieres, quæ pietatis ac devotionis intuitu, eorum diſciplinæ ac regulæ ſe ſe addicebant, ita ut domicilia ſecluſa omnino haberent à Monachorum ædibus, ne qua prava oriretur ſuſpicio. Autor Actorum Murenſis Monaſterii pag. 17. *Eo etiam tempore miſit huc ſuos exteriores fratres cum ſororibus, de qua conſuetudine etiam adhuc aſſunt.* Et pag. 37. poſtquam egit de *fratribus exterioribus*, ſeu laicis: *De conſuetudine autem congregandi feminas, quæ hic jam multis annis viguit, nobis eſt exemplum vita ſanctorum Patrum, quia & ipſi feminas congregaverunt ob amorem Dei, quarum manſio & vita ita debet eſſe ſeparata à Monachis, ut nulla inter eas poſſit eſſe ſuſpicio, ſed à ſolo Abbate & Prepoſitis qui eis prelati fuerint, earum vita & religio ordinetur.* Ejuſmodi *Sororum*, quæ & *Feminæ converſæ* interdum dicuntur, meminit Chronicon Montis Sereni an. 1210. 1219. & pag. 158. Atque inde petenda *Monaſteriorum duplicium*, de quibus ſupra egimus, origo.

Sorores, quævis Sanctimoniales. Fortunatus lib. 5. Poëm. 1.

Et creſcente choro per carmina ſancta ſororum
Complaceant Domino, te duce mitè, ſuo.

Vide eundem lib. 11. Poëm. 1. & alibi.

Sororum appellatione Regum ſeu Principum uxores donabantur, cùm de iis verba faciebant Principes exteri, aut ſi ad eas ſcriberent, quemadmodum earum conjuges *fratres* appellitabant. Vide Epiſt. 39. inter Francicas to. 1. Hiſt. Fr.

SORORICLATUM, in Notis Tyronis pag. 159. inter pannorum ſpecies.

SORORINUS, Sororis maritus. Vita Caroli IV. Imp. *Rex verò Franciæ indignatus propter expulſionem ſororis ſuæ & ſororini, &c. Serourge*, noſtris. Hiſt. Franc. MS. ex Bibl. Memmiana f. 169. *Le Roy d'Alemagne ſerourge dudit Jean d'Aveſnes, &c.* Jacob. Hemricurtius de Bellis Leodienſib. cap. 22. *Meſſire Botir d'Az, qui eſtoit ſorege al Saingnor de Hermalle: car elle & ly Sires de Hermalle avoient les dois ſerours de Saingnor de Haniffe.*

SORORITATIS *beneficium ſuſcipere*, in *Sororum* ſeu Sanctimonialium album admitti, conſcribi. Thomas Walſinghamus p. 490. *Ante receſſum ſuum, ingreſſa Capitulum, ſuſcepit beneficium ſororitatis cum magna devotione.* Vide *Fraternitas.*

SORS, Sortilegium. *Sortem dare*, in Legibus Adelſtani Regis cap. 6. pro *immittere* ſortilegium in rem quampiam: *Decrevimus de ſortilegis & liblacis, & ſortem dantibus, ſi hominem occiderint, & negare non poſſint, vita ſua culpa judicentur.* In Lege Salica, *ſuperjactare maleficium.*

Mala ſorte prendere, quaſi per *ſortem*, & maleficium aliquid invadere, Gall. *de mauvaiſe ſorte*, prava aliqua ratione. Pactum Childeberti & Chlotarii §. 6. *Si ſervus minùs tremiſſe involaverit, & mala ſorte priſerit, dominus ſervi 3. ſol. ſolvat, &c.* §. 8. *Si litus, de quo inculpatur, ad ſortem ambulaverit, mala ſorte priſerit, medietate ingenui legem componat.* Decretio Chlotarii Regis §. 5. 6. 7. *Si quis cum furto capitur, antedictæ ſubjaceat legi. Si de ſuſpicione inculpatur, ad ſortem veniat. Si mala ſorte priſerit, latro eſt tamen, &c.* Hinc *ſorte* vox Gallica, pro *modus, ratio.*

Sors, Judicium Dei; purgatio vulgaris. Pactum Childeberti & Chlotarii: *Si ſervus in furto fuerit inculpatus, requiratur à domino, ut ad 20. noctes ipſum in mallum præſentet, & ſi dubietas eſt, ad ſortem ponatur. Ad ſortem ambulare*, §. 8. *Ad ſortem venire*, in Decretione Childeberti Regis §. 6. 8. *Ad ignem ſeu ſortem ſe excuſare*, in Lege Ripuar. tit. 31. §. 5. *Sortes ſuper altare Dei mittere*, &c. in Lege Friſion. tit. 14. §. 1. 2.

Sortes Sanctorum. Sic appellata Evangelii aut cujuſlibet libri ſacri inſpectio, ex ῥαψῳδομαντείας ſpecies: cùm ſcilicet aperto libro quicquid oculis ſe ſubjiciebat, pro ſorte, id eſt oraculi loco, habebatur. Quæ quidem divinationis ſpecies à Paganis fluxit, ut ex S. Auguſtino lib. 4. Confeſſ. c. 3. colligitur. Ejuſmodi ſunt *Virgilianæ ſortes*, apud Spartianum. Idem Auguſtinus Ep. 109. ad Januarium cap. 20. *Hi verò qui de paginis Evangelicis ſortes legunt, & ſi optandum eſt, ut hoc potius faciant quàm ut dæmonia conſulenda concurrant: tamen etiam iſta mihi diſplicet conſuetudo, ad negotia ſecularia, & ad vitæ hujus vanitatem propter aliam vitam loquentia oracula divina velle convertere.* Concilium Veneticum c. 16. & ex eo Hincmarus de Divortio Lotharii: *Sunt & ſortilegi qui ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam quas Sanctorum ſortes vocant, divinationis ſcientiam profitentur, aut quarumcumque ſcripturarum inſpectione futura promittunt.* Similia habent Concil. Agatenſe can. 42. Aurel. 1. c. 30. Autiſiod. c. 4. Pœnitentiale Romanum & Gregorii II. PP. c. 26. & Bedæ c. 11. & Alcuinus lib. de Divinis Offic. Capitula Caroli M. de diverſis reb. an. 789. cap. 4. *De codicibus vel tabulis requirendum, & ut nullus in Pſalterio vel in Evangelio vel in aliis rebus ſortiri præſumat, nec divinationes aliquas obſervare.* Pœnitentiale MS. Thuanum: *Requiſiſti ſortes in codicibus vel in tabulis, ut plures ſolent, qui in Pſalteriis & in Evangeliis, vel in aliis hujuſmodi rebus ſortiri præſumunt, &c.* Concilium Ænhamenſe an. 1009. c. 3. *Sagas, incantatores, artem ſanctorum exercentes, meretrices egregias mortem inducentes, &c.* Ubi Codex editus *artem ſcam* præfert: ſed legendum videtur *ſortem* aut *ſortes ſanctorum. Sortes Apoſtolorum* vocat Petrus Bleſenſis lib. de Præſtigiis fortunæ, ſeu Joannes Sariſber. lib. 1. Policrat. cap. 12. vel quòd Pauli Apoſtoli Epiſtolæ, vel quòd Evangelii ab Apoſtolis deſcripti codices inſpicerentur: vel denique quòd ab Apoſtolis *miſſas ſortes* conſtet. S. Auguſtinus in Concione 2. Pſalmi 30. *Sors enim non aliquid mali eſt in dubitatione humana divinam indicans voluntatem: nam & ſortes miſerunt Apoſtoli.* Petrus verò Bleſenſis: *Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis ſuperſtitioſa quadam obſervatione rerum pollicentur eventus. Quod*

genus ſortes Apoſtolorum & Prophetarum, & Dividentium continet; inſpectio tabellæ quæ Pythagorica appellatur: obſervatio quoque cujuſque caſus, id eſt res de qua quæritur ſignificatione ſub eo continetur. Priorem ſententiam videtur firmare Gregorius Turon. lib. 4. Hiſt. cap. 16. *Poſitis Clerici tribus libris ſuper altarium, id eſt Prophetiæ, Apoſtoli, atque Evangeliorum, oraverunt ad Dominum, ut Chramno quid eveniret oſtenderet; aut ſi ei felicitas ſuccederet, aut certè ſi regnare poſſet, divina potentia declararet; ſimulque unam habentes convenientiam, ut unuſquiſque in libro quod primùm aperiebat, hoc ad Miſſas etiam legeret. Apertò ergo primùm omnium Prophetarum libro, reperiunt*, &c. Alia iſtius divinationis exempla idem ſcriptor ſuggerit lib. 5. cap. 14. 49. lib. 8. cap. 4. Vita S. Conſortiæ Virginis cap. 9. *Si vultis pergamus ad Eccleſiam, agatur Miſſa, ponatur Evangelium ſuper altare, & communi oratione præmiſſa, codice patefacto, inſpiciamus Domini voluntatem ex illo Capitulo quod primum occurrerit.* Alia iſtiuſmodi exempla divitationis proferunt Jonas in Vita S. Huberti cap. 15. Hiſtoria Converſionis S. Eucherii edita à Petro Chiffletio in Paulino illuſtrato; & Cinnamus lib. 5. cap. 7. Ad hanc etiam referendum videtur quod ſcribit Severus Sulpitius lib. 1. de Electione S. Martini in Epiſcopum Turon. *Inter Epiſcopos tamen qui affuerant, præcipuè Defenſor quidam nomine, dicitur reſtitiſſe: Unde animadverſum eſt, graviter illum lectione propheticâ tunc notatum. Nam cùm fortuitu Lector, cui legendi eo die officium erat, interclusus à populo defuiſſet, turbatis miniſtris, dum expectatur, qui non aderat, unus è circumſtantibus aſſumpto pſalterio, quem primum verſum invenit, arripuit. Pſalmus autem hic erat, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicos & defenſorem. Quo lecto, clamor populi tollitur, pars adverſa confundiuur*, &c. Eadem habet Fortunatus lib. 1. de Vita S. Martini. Vide Cantipratanum lib. 1. c. 9. n. 4.

Atque inde fortè fluxit mos ille qui diu ſervatus eſt in Eccleſiis, ut dum eligerentur Epiſcopi, per inſpectionem Evangelii quid de ejus moribus vel converſatione in adminiſtratione futurum eſſet, inquireretur. Quod ſcilicet hac ratione primitus in electionibus Epiſcoporum Dei judicium exquireretur, & an has probaret; quod fortaſſe videtur velle Rainerus cap. 5. de Valdenſibus, dum ait hoſce hæreticos, *Laïcos qui ſorte ſanctos eligunt in altari devidere.* Nam à Laïcis perinde ac Clericis Epiſcopos electos conſtat. Morem iſtum adſtruit omnino Vita S. Aniani Epiſcopi Aurelianenſis: *Cumque varia electio populi fieret, ille eos paterno affectu caſtigans, eiſdem dixit, Si verò paſtorem vultis electum à Domino fratrem & compreſbyterum meum Anianum noveritis in meo conſtitui loco. Atque ut idipſum divina electionis clareſceret, cum triduanum jejunium more Eccleſiaſtico indixiſſet; brevibus & libris ſuper altare poſitis, nec dum loquentem parvulum afferri præcepit, ut ipſe brevia ab altari ſublevaret. Tunc vero Chriſti operante virtute, cùm puer manum injeciſſet altari, mox ut breve tetigit, vox inconſueta novella verba prodidit, teſteque populo proclamavit, Anianus, Anianus, Anianus iſtius civitatis à Deo Pontifex eſt inſtitutus. Mox ut verba complevit, ætatis temporâ lingua recognovit. Sed ut votis omnium fieret ſatisfactum, aperto pſalterio, verſum quem primum invenerunt legentes, dixerunt, Beatus quem elegiſti &c. Prolato quoque Apoſtolico codice, in primo repererunt ſermone, Fundamentum aliud nemo poteſt ponere &c. Sed & in Evangelii pagina hanc primam repererunt ſententiam: Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c. His ergo virtutum inſignibus in Cathedra Aurelianenſis Eccleſiæ ſanctus inſtitutus eſt Anianus.* Ubi binas obſervare eſt divinationes, primam *per brevia*, de qua mox: alteram per inſpectionem ſacrorum librorum, *Pſalterii* ſcilicet, *Apoſtoli*, & *Evangelii*. Sed poſtmodum ſola Evangelii inſpectio obtinuit, non quidem ad explorandum Dei judicium an quis eligendus eſſet ad Epiſcopatum, ſed quid de eo futurum eſſet in Epiſcopatus adminiſtratione, quique ejus mores, quæ converſatio, qualiſque illius finis ac mors. Quam quidem divinationem *Prognoſticon* ferè ſemper appellant ſcriptores, ex quibus ad hunc firmandum morem ſequentia excerpſimus. Libellus ſupplex Capituli Aurelian. ad Alexandrum PP. III. *Aperta ſunt cataracta cæli, ut credimus, & de cæleſtibus ſtillat indignatio, & Apoſtolica manus fortitudinem induantur, ut denudetur iniquitatis fundamentum uſque ad collum, & finem iniquitatis ſortiatur, quem in die ſua promotionis ſermo divinus ei prognoſtica ſignificatione propoſuit: aperto enim, ſicut moris eſt, Evangeliorum libro, ſermo qui primus occurrit, ſic erat: Adoleſcens autem relicta ſyndone nudus profugit ab eis.* Guillelmus Malmeſbur. lib. 1. de Pontif. Anglic. pag. 214. de Lanfranco: *Aiunt ejus prognoſticon, Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Quo ille ab acclamantibus hilari vultu ad Dominum direxit: Certemus ergo mutua viciſſitudine, tu dando, ego diſpertiendo*, &c. Eadem habent Robertus de Monte an. 1089. & Anonymus in vita ejuſdem Lanfranci cap. 15. Idem Malmeſburienſis pag. 219. & Matth. Paris an. 1093. de Anſelmo: *Inter ſacrandum pro ritu Eccleſiæ, codex Evangelii ab Epiſcopis ſuper eum apertus tenebatur. Conſecratione autem peracta, cùm codex inſpiceretur, in paginæ ſummitate hæc ſententia eſt reperta: Vocavit multos, & miſit ſervum ſuum, & cœperunt omnes ſe excuſare.* Adde eundem Malmeſburienſem pag. 220. Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiod. cap. 54. de Hugone Epiſcopo: *Cujus quoddam præſagium fuit prognoſticum ei divinitus deſtinatum, quod tale fuit, Ave Maria gratiâ plena.* Guibertus lib. 2. de Vita ſua cap. 3. de ſe in Abbatem Noviġenti electo: *Cùm obviam mihi procedere pararent, textum Evangelii ex induſtria ſuper altare hac intentione aperuit, ut quod Capitulum oculis primum occurreret, pro meis auſpicio haberet.* — Mox: *Aperuit ergo librum, cui juxta morem extrinſecus labra depreſſeram*, &c. Et lib. 3. cap. 14. de Electione Epiſcopi Laudunenſis: *Quem ad conſecrationem exhibito cum prognoſticum ejus aucuparentur, vacuam repererunt paginam.* De alio Epiſcopo, mox: *Cui tamen in prognoſtico ſuo Evangelicum Capitulum dure ſonuit, — Tuam ſcilicet ipſius animam pertranſibit gladius.* Ægidius Mon. Aureæ vallis cap. 64. de Alberto Epiſcopo Leod. *Cùm autem à duobus Epiſcopis ante Evangelium Miſſæ, ſicut ſancti Patres ſanxerunt, ordinandus in Epiſcopum Archiepiſcopo præſentaretur, Archiepiſcopus librum, qui erat ei oblatus, aperiens, in prima parte libri legit: Miſit Herodes Rex, & tenuit Joannem, & vinxit eum in carcerem. Et poſtea ſequitur, Et decollavit eum in carcere. Statim Archiepiſcopus fremens in ſemetipſo ſpiritu contrito, quaſi lacrymando intuens in eum dixit: Fili, accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem, tu enim Martyr es futurus.* Similia habentur in Vita S. Heriberti Archiepiſcopi Colonienſis n. 9. apud Rupertum Abbatem in ejuſdem Heriberti vita n. 9. in Vita Lietberti Epiſcopi Cameracenſis cap. 18. &c.

Id genus Epiſcopalis prognoſtici obtinuiſſe etiam apud Græcos teſtatur Pachymeres lib. 7. cap. 19. Οἱ δ' ὁ Κα- [illegible] Τῷ διαβόλῳ καὶ ἀγγέλοις αὐτοῦ.

Neque in Epiſcoporum electionibus id duntaxat obſervatum, ſed etiam in Canonicorum inſtallationibus. Extat quippe forma recipiendi Canonicum in Eccleſia Bononienli in Morinis, apud v. cl. Jac. Petitum poſt Pœnitentiale Theodori pag. 492. in qua hæc habentur: *Decanus, vel eo abſente Præſidens, præmiſſa legens, indutus ſtola, aſpergit aquam benedictam ſuper Canonicum receptum, & à ſingulis ſecundùm ordinem admittitur ad pacis oſculum: deinde aperto codice Evangelico capite pri-*

mi folii, quæ ſcripta reperit, & verba adnotantur ad memoriam ſuæ receptionis, &c.

Præallatis addendum videtur Brunonis Signienſis Epiſcopi lib. de Veſtimentis Epiſcopor. judicium de hiſce Sanctorum ſortibus, in Cap. *Cur fiant prænoſtica in conſecratione Epiſcopi: Non ad ſortes inquirendas, ut ſtulti opinantur. Evangeliorum liber eius qui conſecratur, humeris imponitur; ſed ut per hoc intelligat cui labori & oneri ſubjiciatur, & pondus Evangelicæ prædicationis cum circumquaque ferre non pigeat.*

Erat & alia iſtiuſmodi divinationis ſpecies, quæ fiebat per duas pluresve epiſtolas, ſeu ſchedulas ſub altaris palla confuſè poſitas, quarum una negationem, altera affirmationem rei de qua dubitabatur, contineret: quæque poſt ſolennes preces ac jejunia indicta capienti occurreret, ea pro judicio divino habebatur. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 9. *Tunc pro hoſpitio quadam brevibus conſcriptis poſuit ſuper altare, vigilans & orans tribus noctibus, ut quid ei Dominus juberet dignaretur manifeſtiſſimè declarare. Sed pietatis divinæ inclyta miſeratio, quæ eum præſciens eremitam eſſe decreverat, brevem illum accipere jubet, ut eremum properaret.* Baldricus lib. 1. Chronici Cameracenſis cap. 21. ubi de contentione pro corpore S. Leodegarii, quod ſibi vindicabant Epiſcopi Pictavenſis, Auguſtodunenſis, & Atrebatenſis: *Donec ex ſententia cæterorum Pontificum, tribus Epiſtolis, horum trium nominibus ſubſcriptis, & confuſè ſub palla altaris objectis, factaque in commune oratione, Pictavenſi Epiſcopo ex indiciis ſanctum corpus deberi declaratum eſt.* Iſtius ςιχομαντίας exempla alia proferunt Anna Comnena lib. 10. & 15. pag. 273. & 471. Pachymeres lib. 7. cap. 13. & Vita S. Aniani Epiſcopi Aurelian. ſupra laudata: cui ſimilis eſt ea de qua agit Lex Friſionum tit. 14. §. 1. præterea Durandus lib. 5. Ration. cap. 2. n. 5.

Extitit denique alia divinationis per *Pſalmos* ſpecies, quam *Enſalmo*, ſeu *Inpſalmum* vocant Hiſpani, quæ Sebaſtiano de Cobarruvias dicitur *cierto modo de curar con oraciones, unas vezes ſolas, otras aplicando juntamente algunos remedios.* Ut *Enſalmadores*, *los que curan con Enſalmos.* Mox ſubdit: *Dixeronſe Enſalmos, porque de ordinario uſan de verſos de pſalterio, y dellos con las letras iniciativas de letra por verſo, o por parte, hazen unas ſortijas para diverſas enfermedades.*

Sors de pane. Vide *Corſned.*

Sors de ligno. Vide *Tenns.*

Sors, Pittacium vel Schedula, in qua quod quis ſortiri debeat inſcribitur. Hinc *inſcribi in ſortem* prædia dicuntur, quæ ſorte dividenda ſunt: & *ſortes tollere*, ii qui ſortiuntur, apud Hygenum de Limitib. Conſtit. Capitolinus in Albino: *Cum ille ſortem de ſuo fato tolleret*, i. de ſuo fato ſciſcitaretur. Inde poſtmodum

Sors, pro modulo agri, apud veterem Agrimenſorem p. 337. in l. ult. Cod. Th. de Locat. fund. jur. emphyt. in l. 15. de Annona & tribut. eod. Cod. κλῆρος γῆς, apud Julianum in Myſopog. *Sortes* enim propriè appellabant Romani agros, quos in provinciis à ſe devictis occuparant, ſorte Militibus diviſos, ac aſſignatos. Scribit Procopius lib. 1. de Bello Vandalico c. 5. Gizericum poſt captam Romam, in Africa muris urbes exuiſſe, agris Afros ſpoliaſſe, plurimos ac optimos Vandalis diviſiſſe, qui ſua ætate *Vandalorum* κλῆροι, ſeu *ſortes* vocabantur. Sed præſertim *ſortis* nomenclatura donata agrorum pars apud Gothos, & Burgundiones, quæ in debellatis Provinciis tum victoribus, tum antiquis poſſeſſoribus ſortitò evenerat: ii quippe tertia fundorum parte devictis Romanis relicta, reliquas ſibi uſurpavere. *Sorte* autem diviſos ejuſmodi agros negat Dominicus de Prærogativa alodiorum cap. 5. §. 11. idque elicit præſertim, ex eo quod portio Romani *Sors* etiam appelletur: quaſi verò totum agrum victores cum antiquis poſſeſſoribus ſortiri, & ſingulorum portiones *ſortis* vocabulo donari non potuerint. Vide *Tertia*. Lex Wiſigoth. lib. 8. tit. 8. §. 5. *Sortem ſuam claudere.* lib. 10. tit. 1. §. 7. *Si vineam in aliena terra quis plantaverit, in qua ſortem non habet.* In textu, *in quo* (territorio) *ipſe conſors non eſt. Terra ſortis titulo adquiſita*, in Lege Burgund. tit. 1. §. 1. Eadem Lex tit. 84. §. 1. *Ut nulli vendere terram ſuam liceat, niſi illi qui alio loco ſortem aut poſſeſſionem habet. In ſortem alterius ingredi*, in Lege Ripuar. tit. 60. §. 5. Senator lib. 8. Ep. 26. *Nam quæ neceſſitas ad injuſta compellat, cum vos & ſortes alant propriæ, & munera noſtra, Domino adjuvante, ditificent.* Gregorius Turon. lib. 4. Hiſt. cap. 44. *Niſi me permiſeris per tuam ſortem hunc fluvium tranſire, cum omni exercitu meo ſuper te pergam.* Charta Chrodegangi Epiſcopi Metenſis an. 763. apud Meuriſſium pag 167. *Similiter donamus in pago Magniſe in villa Pomaria ſortes cum vinitore, vel illam vineam quam ipſe vinitor facit.* Infra: *Similiter donamus — ſervos duos cum ſortibus eorum, qui ipſorum verres cuſtodiant.* Alia Angilramni Epiſc. Metenſis an. 770. apud eundem pag. 175. *Seu & ſortem illam in ipſa villa quam Vibollagus per beneficium ſancti Stephani vel noſtrum tenere videtur.* Charta Brunonis Abb. Dervenſis in Tabul. ejuſdem Monaſterii: *Scilicet duo manſa cum terris adjacentibus, quas nos Sortes vocamus.* Charta anni 1007. apud Ughellum to. 1. pag. 339. *Imprimis ſunt de ipſis caſis & ſortis ſeptem, una quæ modo recta eſt per Petrum*, &c. Alibi: *Et ſunt in locas & fundas quatuor ex ipſis caſis & ſortis & rebus illis maſſaritiis.* Occurrit ibi pluries. To. 3. pag. 65. *Seu caſis, curtis, capellis, ſortis, donnicatis, ſilvis*, &c. P. 66. *Cum ſortibus & donnicatis ibidem pertinentibus.* Pag. 88. *Sortes & donnicata quæ ego habere & tenere viſus ſum.* Pag. 90. *Prædicta ſortes cum omnibus ædificiis ſuis ſuper ſe.* Pag. 300. *In Melito ſortem unam quam detinet Corbolus.* Adde pag. 291. & to. 8. p. 36.

Sortes ſtare dicuntur, quæ ſuis terminis ac limitibus ſemel finitæ ac circumſcriptæ, deinceps ratæ permanent. Lex Longob. lib. 2. tit. 29. §. 3. *Res ipſas dividant, ſic tamen ut omni tempore ſortes ſtare debeant, & adæquatio percurrat.* Tit. 36. §. 7. *Aliæ verò res quæ diviſæ fuerint inter fratres ſeu nepotes, vel ubi menſura tracta eſt, ſortes ſtantes adæquantur.* Vide *Sortiſſare.*

Ab his fundis ducta metaphora, ipſa etiam regna quæ victoribus ceſſerant, *ſortis* nomen adepta ſunt, ut *Gothica ſors*, apud Sidonium lib. 7. Epiſt. 6. *Sortes Vandalorum*, apud Victorem Vitenſem lib. 2. & 3. pag. 19. 35. Idem Sidonius lib. 9. Epiſt. 5. *Non tamen mediis itineris objectis quantum ad ſolvendum ſpectat officium, noſtra ſedulitas impediretur: niſi quod per regna diviſi, à commercio frequentioris ſermonis, diverſarum ſortium jure revocamur.*

Inſortis, vel *inſortus*, in ſortem non datus, vel poſſeſſus. Charta Ottonis Imp. an. 996. apud Ughellum to. 5. pag. 668. *Quamque in planiciebus, diviſis & indiviſis, ſortis & inſortis, cultis & incultis*, &c.

SORTIARIA, Veneficæ, *Sorcieres*. Capitula Caroli C. tit. 39. §. 7. *Malefici homines & ſortiariæ.* Hincmarus de Divortio Lotharii: *Alii autem cibo à ſortiariis dementati*, &c. Rigordus an. 1194. *Ipſe Rex, ut dicitur, maleficiis per ſortiarias impeditus, uxorem tam longo tempore cupitam, exoſam habere cœpit.* Concilium Valentinum an. 1248. c. 12. *De ſortilegis & ſortiariis, quocumque nomine cenſeantur*, &c.

SORTIRI, Per ſortes rei eventum experiri, inquirere. Capitulare Caroli M. de diverſis rebus an. 789. cap. 4. *Nullus in Pſalterio, vel in Evangelio vel in aliis ſortiri præſumat.*

Sortiſſare. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 48. §. 1. *Alias vero res quæ diviſæ fuerunt inter fratres vel nepotes, vel ubi menſura tracta eſt, ſortiſſantes adæquentur.*

Sorticularius, Divinator, veneficus, *Sorcier*. Concilium Narbon. an. 589. c. 14. *Divinatores, quos dicunt eſſe Caragios atque Sorticularios.*

Inſortiare. Decretum Taſſilonis Ducis Bajwar. de Popularib. Legib. §. 5. *De pugna duorum, quod Weha-*

dine vocatur, ut prius inſortiantur, quam parati ſunt, ne ſortè carminibus vel machinis diabolicis, vel magicis artibus inſidiantur. Ubi *inſortiare* non videtur eſſe *faſcinare*, ſortibus diabolicis innectere, Gall. *Enſorceller*: ſed adverſus *ſortes* munire.

Inſorticare, in *ſortem* mittere, *Enſorceller*. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 71. *Si autem inſorticatus non fuerit mortuus*, &c.

Sortividus, *qui videt per ſortes*, in Gloſſ. Iſid.

Sorus. Vide *Saurus*.

Soscallus, Canis ſpecies. Mathæus Weſtmon. an. 940. *Cum in ſylva corniculantium ſtrepitus reſonabat venatorum, latratuſque ſoſcallorum,* (ita utraque editio) *multi cervi fugam leviter inierunt.*

Sospitare, Salutare, *ſoſpitatem*, incolumitatem & ſanitatem alicui adprecari. Eulogius Cordubenſis lib. 3. Memor. Sanctor. c. 17. *Contribulem ſuum gratiâ ſoſpitandi ſeſe inviſere mentiuntur.* Nam & *ſoſpitatem* hac notione uſurpat Salvianus lib. 4. de Eccl. Catholic. *Quaſi verò* —— *alios ſe exultè exhibere Chriſto debeant in ſoſpitate, alios in morte.* Ildefonſus Toletanus:

Mira canunt puero ſaclis volventibus ævi
Eventura, Deus ſoſpitet iſta mihi.

Fauſtus Regienſis Epiſt. 8. *Conſervus & præcipuè admirator veſter frater meus Preſbyter Memorius mecum reverentiſſimè ſoſpitant.* Epiſt. 9. *Omnem domum veſtram ſeniores cum junioribus paterno ſoſpitamus affectu.*

Sosta. Vide *Solta*.

Sothale. Vide *Filctale*.

Sottus, Stolidus, bardus, Gallis, *Sot*. Theodulfus Aurelianenſis Epiſcopus lib. 3. Carm. 1.

Utque ſit hic aliud, nil niſi Scottus erit.
Cui ſi litterulam, quæ eſt ordine tertia, tollas,
Inque ſecunda ſuo nomine forte ſedet.

Infra:

—— *haud dubium quod ſonat, hoc & erit.*

Eod. lib. Car. 3.

Hic Scottus, ſottus, cottus trinomen habebit.

Non deſunt qui putant hoc genere cavilli Theodulfum carpſiſſe Joannem Scotum, ſeu Erigenam, qui ut ſcribit Simeon Dunelmenſis an. 884. & ex eo Matthæus Weſtmon. & Rogerus Hovedenus, cùm Caroli C. menſæ aſſideret, *quiddam feciſſe, quod Gallicanam comitatem offenderet*, urbanè increpatum à Carolo hocce ſcommate: *Quid diſtat inter ſottum & Scottum: cui ille retulit ſolemne convitium in auctorem, & reſpondit, Menſa tantum. Quid hoc dicto facetius*, inquit Simeon? *interrogaverat Rex de morum differenti ſtudio, reſpondit Joannes de loci diſtante ſpatio.* Cujacius ad l. 3. C. Qui accuſare poſſ. & Heinſius in cap. Marci 2. à Syriaco *Sote*, i. ſtultus, deducunt: alii à *ſtultus*.

Sotulares. Vide *Subtalares*.

Sotus, Silva, parcus, ſepes, *haia*. Hiſpanis *Soto*. Charta Sanctii Regis Navarræ, apud Oyenartum in Notitia Vaſconiæ pag. 99. *Cum pratis, & paſcuis, & ſotis, & aquis aquarumque meatibus, cum eremo & populatu, cum ingreſſibus & egreſſibus.* Alia Sanctii cognomento Sapientis, Regis Navarræ, æræ 1219. apud eundem p. 319. *Concedo etiam vobis aquas, & curſus aquarum, & molendina, & ſilvas, & ſotos obtinere paſcua veſtrarum ovium ac beſtiarum libera in regno meo habere*, &c. Charta Alfonſi I. Regis pro Cæſaraugustanis apud Michaëlem del *Molino* in Repertorio pag. 265. *Imprimis perſolto vobis todos illos ſotos de novellos in juſo uſque ad pinum, quod tallietis ibi ligna ſicca, & tamaricas, & tota alia ligna extra ſalices. & extra alias arbores grandes quæ ſunt vetatæ.* Adde Foros Aragon. lib. 3. tit. de Rivis.

Sovincta, in veteri Charta apud Perardum. Locum vide in *Anilecinga*.

Spada. Vide *Spatha*.

Spadare, Spadonem facere. Lex Salica tit. 40. § 13. *Si quis admiſſarium alienum ſine conſenſu domini ſui ſpadaverit*, &c. Vide *Spaſſare*.

Spadatus. Gloſſ. Anglo Sax. Ælfrici: *Spadatus, vel eunuchizatus*, belþnod. *Caballus ſpadatus*, in Lege Salica eodem tit. 40. §. 3. & in Capitul. 3 an. 813. c. 24. Cujuſmodi ſunt ii quos *Ungres* dicimus, quòd ex Pannonia ſeu Ungaria plurimi in alias provincias adducantur. Ammianus lib. 17. de Quadis ac Sarmatis: *Equorum plurimi ex uſu caſtrati, ne aut feminarum viſu exagitati rapientur, aut in ſubſidiis ferocientes, prodant hinnitu denſiore veſtores.*

Spado, pro equo *ſpadato*. Vita Caroli IV. Imp. *Valentemque ſpadonem Carolo ante portam civitatis tranſmiſit.* Ubi Freherus equum ſpadiceі coloris perperam, interpretatur. Albertinus Muſſatus de Geſtis Italicor. lib. 11.

Sic canis ut primum campis exire maniplum
Providus aſpexit, ſubito ſpadone citato
Proſiluit volitans una comitante cohorte.

Albertus Argentinenſis pag. 120. *Cum paucis ſpadonibus curſu velociſſimo properavit ad Rhenum.* Idem pag. 136. *Poſt quem idem filius ſpadonum more garçonis equitabat*, &c. Utitur & pag. 143.

Spadarii. Charta Lewelini Norwalliæ Principis an. 1198. tom. 1. Monaſtici Anglic. pag. 920. *Conceſſi etiam eiſdem quod licitè poſſint recipere ad habitum ſuum, & ad famulatum ſuum, & ſervitia, liberos meos ſpadarios, & homines de advocatione mea, atque omnes primam tonſuram habentes, cujuſcumque conditionis extiterint.* Vide *Spatharius*.

Spadernæ, inſtrumenta quibus capiuntur piſces, ac tincæ potiſſimum, apud Petrum de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. ult. Itali *Spaderno* dicunt.

Spadicarii, qui *palmatas* veſtes texunt, conficiunt: nam *ſpadix* eſt palma. Julius Firmicus l. 13. c. 7. *Facit* —— *aut ſpadicarios, aut textores, vel pigmentorum inventores.*

Spado. Vide *Spadare*.

Spadonare, *Caſtrare*. Gemma.

Spadula, Humerus, Gallis *Eſpaule*, in Vita S. Emeranni apud Caniſium to. 1. Antiq. lect. pag. 145. Vide Gironium in Obſervat. p. 4.

Spadlaris, pro *Spadularis*, eadem notione. Tabularium S. Savini Levitanenſis an. 945. *Concedimus etiam in ipſa villa, ut ſi quis porcum ſingularem, ſive cervum venando ceperit, quartam ſive ſpadlarem S. Savino perſolvat.* Vide *Spatular*.

Spalagus. Aldhelmus cap. 21. *Simulque truculenta regulorum & aſpidum venena, ad quæ quadrupedis rubeta, & ſpalagi peſtifera confectio, humanæ naturæ nocitura habebatur.* Ubi *ſpalagum*, talpam, ex Gr. ἀσπάλαξ, viri docti interpretantur. Heſychius: ἀσπάλαξ, ζῶον ἐστερημένον ὄψεως. Vide Dioſcorid. lib. 15. c. 19.

Spaldum, *Spaldus*, Murus exterior, vel prominens, propugnaculi ſpecies, ex Italico *Spaldo*. Charta an. 1320. *Refectiones ſpaldorum, foſſatorum, ſpinatorum, baliſtrarum, ambaxiatorum, plauſtrorum*, &c. Infra: *Item pro aptandis ſpaldis & fortificatione civitatis Aſtenſis*, &c. Rolandinus in Chron. lib. 5. cap. 18. *Cum tentoriis & foſſis, & ſpaldis taliter circumdederunt locum, quod nemo poterat ingredi.* Adde lib. 8. cap. 10. & lib. 10. cap. 1. Hiſt. Cortuſiorum lib. 1. cap. 4. 21. 23. & alibi non ſemel. Acarſius: *Spalto, è una parte de la caſa, che dal caſſello al tetto pende in fuora, detto* quod extra pendeat; & quaſi *ſporto in fuora*. Mox apud Dantem in Infer. can. 9. hanc vocem explicans: *O verò diciamo alti ſpaldi, cioè le mura de la terra alte, che ſia la parte per lo tutto poſta, & veggiamo che le mura de le terre hanno in la ſommita gli ſpaldi in fuori*, &c.

Spalla, idem quod *Spadula*, Italis *Spalla*, Gallis *Eſpaule*. Armus. In pleriſque veterum Chartarum ſumitur pro armo, aut membro ferarum, vel aprorum, aut cervorum, quod præſtari domino ſolet, pro jure vel facultate venandi in ſilvis dominicis. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 64. *Manſus de*

Malbure 23, *lib. de porco, de ablis 6. den. & 5. ſpallas, & 11. den.* &c. *Spalla porcina*, in Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 823. Charta alia an. 1195. apud eundem to. 7. pag. 1321. *In Nativitate Domini duas ſpallas porcorum.* Innocentius III. PP. lib. 13. Epiſt. 65. *Qui venabantur in ipſa* (ſilvâ) *reddebant eidem ſingulis annis ſpallam porci.* Idem cap. Cum venerabilis de Cenſibus: *Præfatus Epiſcopus ſpallas quas ab eadem Eccleſia, tam ipſe, quàm prædeceſſores ſui recipere conſueverant, Eccleſiæ præfatæ remiſit, & ſtatuit quod aliud ei ſervitium non imponeret.* Charta Alexandri III. PP. an. 1174. apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 512. *Quod Giſo Primicerius Eccleſiæ veſtræ in obitu ſuo reliquit, videlicet ſpallam cum lonza, & ſarcinam muſti*, &c. *Humerus porci*, in vett. Statutis Canonicorum S. Quintini in Viromanduis. Charta Almarici Comitis Ebroicenſis in Tabulario S. Maglorii Pariſ. *De cervorum inſuper & cervarum omnium venatione, dextros armos.* Horatius ſat. 4.

Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos.

SPALLACIÆ, Morbus equorum in tergo, de quo Jordanus Rufus Calaber lib. 2. de Medicaminibus equorum ad Fridericum Imp. & ex eo Petrus de Creſcentiis lib. 9. cap. 29.

SPALMUS, *Spalmodia*, pro *Pſalmus* & *Pſalmodia*, perpetuò ſcriptum in Hettonis Epiſcopi Baſileenſis viſione Vettini, obſervat Goldaſtus ad S. Valerianum de Bono diſciplinæ.

SPANA. Vide *Spanna*.

SPANDERE, Expandere. Gall. *Eſtendre*, vel *Eſpandre*. Chronicon Caſin. lib. 2. cap. 99. *Obtulit — thuribula argentea 2. — argenteam cum leonibus ſitulam, pallium magnum ad ſpandendum, tapetumque optimum*, &c.

SPANDIDATIO. Conſtantinus Afric. lib. 6. Pantechn. c. 23. *Oſcitatio eſt ex fumoſis humoribus in lacertis, maſticantibus infuſis. Spandidatio ſimiliter de fumoſis eſt humoribus in totis corporis membris vel pluribus incluſis. Atque utraque natura monetur expellere.*

SPANGA, Fibula, ex Theutonico *Spanghe*, quod idem ſonat. Rudolphus Preſb. in Vita Hrabani Abbat. *Quædam matrona nobilis — fibulam ſuam auream, quam linguâ Francorum Spangam vocant, in ipſo tranſitu perdidit* Joan. Buſchius in Chronico lib. 1. cap. 28. *Undecimus fuit frater Egberius — metallorum in ſpangis pro libris fuſor bonus.* Id eſt fibularum æ̈rearum, quibus libri conſtringuntur.

Spanga, Trabs exterior, quæ muros invicem continet, ex eadem voce Theut. *Spangh*, fibula, quod ædificium connectat. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 7. & 8. *Trabes verò ſingula cum 3. ſol. componantur. Exteriores verò quas Spangas vocamus, eo quod ordinem continent parietum, cum 3. ſol. componas.*

SPANISCUS, Pannus Hiſpanicus. Nam *Spaniam*, pro Hiſpania uſurparunt ſcriptores ævi medii. Gloſſ. Lat. Gr. Σπανία, *Hiſpania. Spania*, in Epiſt. Clericor. Italiæ an. 552. apud Sirmondum to. 1. Concil. Gall. in Vita S. Fructuoſi Epiſcopi Bracar. c. 1. in Capit. Caroli M. lib. 7. cap. 103. & alibi paſſim: ut *Speria*, pro *Heſperia*, apud Iſidorum Pacenſem æra 753. Anaſtaſius in Leone IV. PP. *Vela 7. duo quidem de fundato, & alia duo de ſtauraci, & tria de ſpaniſco.* Alibi: *Fecit & in Eccleſia S. Mariæ — veſtem de ſpaniſco unam ornatam in circuitu de fundato.* Adde pag. 193. 196. 197. Chronicon Fontanellenſe cap. 16. *Stauracia duo, ſtragulum Hiſpanicum unum.*

SPANNA, *Spannus, Spana*, Spithama, Italis *Spanna*: Spatium inter pollicem & minimum digitum extenſos, unde nomen: *Spannen* enim Theutonibus eſt extendere: ut ſpannan, Anglo-Saxonibus, *Spithama* menſurare. Sed & noſtri *Pan* ab eodem fonte videntur hauſiſſe, quibus idem ſonat. Lex Friſionum tit. 22. §. 65. *Vulnus quod longitudinem habeat quantum inter pollicem & complicati indicis articulum ſpannum non impleat, 3. ſol. componatur, quod integræ ſpannæ longitudinem habuerit, hoc eſt index & pollex extendi poſſunt 6. ſol. compon.* §. 66. *Quod inter pollicem & medii digiti ſpatium longum fuerit, 23. ſol. componatur.* Rurſum *Spanna* in Addit. ad eandem Legem tit. 3. §. 56.

Spana, in Vita B. Torelli Poppienſis n. 22. *Corpus longum pedibus quinque, pedes longitudinis unius ſpanæ hominis.* Chriſtina Piſana au *Treſor de la Cité des Dames* 3. part. c. 3. *Et eſtoient ouvreZ les grands draps de parement, qui paſſoient plus d'ung eſpan par ſoubs la couverture*, &c. Vide Octav. Ferrarium in *Spanna*.

SPANOCLISTA, Corona deſuper clauſa, ex Græco ἐπανόκλειστος. Anaſtaſius in Leone III. PP. pag. 133. *Fecit autem ibi ſuper crucem majorem ex auro fulvo unum ſpanocliſtam ornatam gemmis pretioſis penſ. lib. 42.* Infra: pag. 134. *Regnum ſpanocliſtum ex auro puriſſimo cum cruce in medio pendens ſuper ipſum altare.* Rurſum p. 146. *Fecit in baſilica B. Dei Genitricis ad præſepe regnum ex auro puriſſimo ſpanocliſtum diverſis in circuitu de chryſoclavo pretioſis ornatum lapidibus penſ. lib. 4.* Idem in Paſchali p. 150. *Super ejuſdem venerabilis altare fecit regnum ſpanocliſtum ex auro fulvo*, &c.

SPANSIGIL. Charta Heccardi Comitis Auguſtodun. ex Tabulario Perſiacenſi in Burgundia apud Perardum p. 26. *Theodorico aut Richardo filio meo donata ſpada, ſpanſigil, & ſicuſios 2.* &c.

SPANTORIACOS. Cummianus Hibernus de Controverſia Paſchali: *Luna 14. primi menſis, qui eſt apud Hebræos Niſan, apud Macedones Spantoriacos, apud Ægyptios Parmothi, qui apud Latinos interdum Martii, interdum Aprilis obtinet partem.* Quid hac voce denotetur, non omnino percipio: quippe Syromacedonibus menſis Martius eſt Δύστρος, Aprilis verò Ξανθικός.

SPARA. Hiſt. Longobard. Ignoti Caſinenſis cap. 10. de Siconolfo Principe Beneventano: *Abſtulit à S. Benedicto — bacZam argenteam unam, vaucas par unum — ſpara par unum.* Vide *Sparro*.

Spara, Repagulum, *barra*, Italis *Sparango*: hinc *Sparapetto*, repagulum quod pectus protegit, noſtris *Parapet*. Vita S. Joannis Epiſcopi Tragurienſis edita Romæ à Jo. Lucio: *Cum civitas nec murorum eſſet freta circuitu, nec bellicis arcis munitione vallata turrium, nec macerias circummis fulta, ſed ſolis ſparis & quibuſdam maceriis conſepta fragilibus*, &c. Fortè à *ſeparare*, vel *ſbarra*.

SPARACLUM. Teſtamentum Andreæ Epiſcopi Dertonenſis ſcriptum Ugone & Lothario regnantibus, apud Ughellum in appendice to. 4. *Id ſunt Bibliotheca integram unam, ſuper Mathæum librum unum, ſparaclum unum, lectionarii tres*: legendum puto, *ſuper Marcum unum*.

SPARAGUS, pro Aſparagus, Summitas plantæ dum eſt in teneritate ſua, juxta Galenum. Math. Silvatic. Heſychius: Ἀσπάραγος, ὁ ἐκ τῆς ἀκάνθης φυόμενος τραχύς. Vide Gorræum in Definit. Medic. & Ruellium lib. 1. cap. 10.

SPARCIA. Vegetius lib. 2. Artis Veterin. cap. 45. *Mittatur in piſcinam, — ut natet, cum ſpartia & pannis vincto pede.* Cap. 57. *Sparciam veterem comedet.*

SPARGA, *Pannus*, in Gloſſis MSS.

SPARGENA, *Infantia, & dicitur à ſpargo*, is. Ita Joan. de Janua perperam, quippe à σπάργανα, faſciæ quibus infantes involvuntur. Ita de *Sparga* dicendum.

SPARGICIA. Charta Odonis D. Burgund. an. 1206. apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 229. *Spargicia Caſtellionis communis eſt duobus dominis, ſimiliter & paſtura*, &c. In alia Hugonis Ducis an. 1181. pag. 301. *In eadem villa* (Caſtellione) *Dux neque pargias* (ſic habetur) *neque jus hoſpitalitatis debet, ſed illud juris pargiæ quod in terra Francorum habuerat cum Hieroſolymam peteret, prædictæ Eccleſiæ in perpetuum acquittavit.* Libertates Oppidi Calvimontis in Barrenſi pago an. 1190. apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bitu-

nic. pag. 429. *Pargia pratorum durabit ex quo cuſtodes conſtituti fuerint, donec prata incipientur falcari. Pro pargia ſegetum editſum ponitur, ex quo cuſtodes eorumdem conſtituti fuerint, donec meſſores incipient metere ſegetes.* Legi in Adverſariis MSS. Auguſti Gallandi *Pargie* appellari in Diplomatibus Ducatus Barrenſis, jus quoddam quod domino competit ratione *emendarum*, quæ pro damno animalium in agris & paſcuis irrogari ſolent, abſque tamen præjudicio æſtimationis damni, et exſolvendæ, cui illud factum eſt.

SPARGINIBUS. Vita S. Guthlaci cap. 19. *Sulphureos glaciali grandine miſtos vortices, globis ſparginibus ſydera pene tangentes.* Ubi fortè leg. *ſpargilibus*. Sed & *ſpargines*, vox Latina eſt. Gloſſæ Gr. Lat. ἐκσεγγνω, *conſpargo*: ἐκσεγγιηρ, *ſpargine*.

SPARRO, onis, pro *Spara*, aut *Sparus*: Telum ruſticum in modum pedis recurvum, Germanis *Spar*, vel *Sparen*, Anglis *Spear*, haſta, ex Sax. ʃpæra. Ugutio: *Sparus, telum ruſticanum, miſſile, quod ſpargitur, i. mittatur.* Gloſſ. Gr. Lat. ἀκοντίου εἶδος, *Gaſa*, *ſpiculum*, *ſparus*. Gloſſæ Iſonis: *Tigillis*, *ſparren*. Feſtus: *Spara, minimi generis ſunt jacula, à ſpargendo dicta, quod paſſim pugnando jacerentur. Sparus* Virgilio dicitur lib. 3. Althelmus de 8. Vitiis:

Sæva profanorum contundunt tela ſparorum.

Le Roman d'Alixandres MS.

Un eſparre longe & peſant,
A trovée lès lui enpreſant,
S'an vait, ſi ferut un gloton,
Que ne li valu un boton.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Son eſpraver a levé contremont,
Girart en fiert parmi le gros del front.

Sic porro ſcriptum in MS. pro *Eſparver*.

Sparrones. Eckehardus de Caſib. S. Galli cap. 3. *Fabricantur ſpicula, filtris lorica fiunt; & vannis ſcuta ſimilantur, ſparrones; & fuſtes acuta focis pradurantur.* Vide Cluverium in Germania antiq. pag. 302.

SPARSORIUM, *Sperſorium*, Joanni de Janua, *id cum quo aliquid ſpargitur*: Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis cap. 43. *Miſſo autem ſale in aqua à Sacerdote, deponat Miniſter ſalinum, & paret ſparſorium.* Statuta Ordinis de Sempringham: *Porrigat Prior Epiſcopo ſperſorium, oſculans ei manum. Sparſorium* etiam hac notione uſurpant Uſus antiqui Ordinis Ciſtercienſis c. 54. 55. 86. 87. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 47. Ordinarius Præmonſtrat. cap. 13. &c.

SPARSUM, Stupa. Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſion. *Mala Cidonia aſſa involuta in ſparſo, & comeſſa.* Ubi Gloſſæ MSS. *in Sparſo, i. in ſtupa*: *Coctana enim involvuntur ſtupa madefacta, & ponuntur ſub cinere calido & coquuntur.* Eædem lib. 2. *Sparſum*, *paſtam* interpretantur.

SPARTEA, Calceus ex ſparto confectus; de quo Plinius lib. 9. cap. 2. Χόρτινον σανδάλιον, apud Socratem lib. 7. cap. 36. S. Iſidorus in Regula cap. 17. de excommunicatis: *Calceamentum vero, ſpartea, aut quodlibet genus ſolearum*, &c.

SPARTEOLI. Vetus Interpres Juvenalis ſat. 14. v. 303.

Diſpoſitis prædives hamis vigilare cohortem
Servorum noctu Licinus jubet, &c.

Per tranſlationem diſciplinæ militaris Sparteolorum Romæ, quorum cohortes in tutelam urbis cum hamis & cum aqua vigilias curare conſueruntin vicinis. Ubi P. Pithœus pro *vicinis* legendum putat *cauſa ignis*, obſervatque apud hunc duntaxat ſcriptorem *Sparteolorum* fieri mentionem, quos ϛυσσιπχας ſeu *viocuros* eſſe exiſtimat. At vox ipſa ſatis indicat à *vaſis ſparteis* pice illitis, quibus aqua deferebatur, appellatos, quorum etiamnum uſus in reſtinguendis incendiis perdurat.

SPARTH, Securis. Bromptonus, ubi de Hibernis: *Qui (Norwegi) tandem numero ſuccreſcentes contra indigenas frequenter rebellarunt; & uſum ſecurium, qua Anglicè Sparth dicitur, ad terram Hiberniæ comportarunt.* Infra: *Securim, i. ſparthe, in manu quaſi pro baculo bajulant, qua ſibi confidentes præoccupant.* Vide *Securis Danica*, & *Sparro*.

SPARVARIUS, *Spervarius*, ſpecies Accipitris, quibuſdam *Fringilarius* dictus, noſtris *Eſprevier*. Lex Salica tit. 7. §. 4. *Si quis ſparvarium furaverit*, &c. Adde Legem Bajwar. tit. 20. §. 4. Capitulare de Villis cap. 36. *Accipitres & ſparvarios ad noſtrum profectum provideant.* Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 19. & Capitulare Aithonis Baſil. Epiſc. c. 11. *Nec canes ad venandum, aut acceptores, falcones, ſeu ſparvarios habere præſumant.* Charta Caroli III. Imp. in Hiſt. Pergamenſi to. 3. pag. 399. *Nec ullas publicas functiones, aut redhibitiones, vel illicitas occaſiones, vel cogaticum, ſeu ſparvarios, vel operas, ſicut circa lacum Comacinum a ſervis ipſius Eccleſiæ exigebatur, ſive angarias ſuperimponere audeat, vel inferre præſumat.* Hujus porrò ſparvariorum annuæ præſtationis mentio eſt præterea in Monaſtico Anglic. to. 1. pag 649. & ſupra in v. *Accipiter*. Charta Heccardi Comit. Auguſtod. apud Perardum in Burgundicis: *Et ſigulos 2. & ſparvario uno*, &c. Fridericus Imp. de Arte venandi lib. 2. c. 29. *Sparvarii ſunt minores aliis avibus de rapina, quibus frequentius utuntur homines, & quia ſecundum formam membrorum & maneriem plumagii ſimiles ſunt auſturibus, licèt ſint alterius ſpeciei*, &c.

Eſpervarius, in Charta Joannis Regis Angl. de Libertate foreſtarum.

Sperverus, in Monaſtico Angl. to. 2. pag. 288. *Eſpervarius ſorus*, to. 3. pag. 87. De vocis etymo vide Voſſium, & Orig. Ital. Menagii & Ferrarii.

SPASSARE, Malè accipere, caſtigare. Concilium Triburienſe an. 821. *Si quis Preſbyterum calumniatus fuerit & ſpaſſaverit, ſeptem quadrageſimas ſine ſubditis annis pœniteat.* Alibi: *Si Preſbyter malè tractatus fuerit, & ſpaſſaverit, ſecundum ejus Epiſcopi ſententiam pœniteat, in cujus territorii poteſtate eſſe dignoſcitur.* Adde Decretum Imperatorum apud Burchardum lib. 6. cap. 6. & Ivonem part. 10. c. 135. Annales Francor. Bertiniani an. 863. *Demum Vernum villam veniens, Epiſcopos ac cæteros Aquitaniæ primores ibidem obvios ſuſcepit. Ad quorum multam petitionem filium ſuum Carolum, nec dum bene ſpaſſatum, in Aquitaniam cum Regio nomine ac poteſtate redire permittit.* Videtur noſtrum *Eſpouſſer*, pro *Caſtigare*. Vide *Pulſare*. Perperam enim Bignonius ad Legem Salicam, *ſpadaverit* emendat in Statutis apud Theodonis-villam; ut *ſpathaverit* Antonius Auguſtinus. Italis *Spazzare*, eſt verrere, purgare: *Spazzo*, *pavimentum*, & *ſpatium*. Ita terga pueri verrenda dicimus; quòd ſcopis quibus verritur pavimentum, nates vapulent. Vide Oct. Ferrarium & Menagium in Orig. Ital.

SPASSUM, *Adeps*; *pingue*: ϛέαρ, in Gloſſ. Gr. Lat.

SPATARIUS. Vita B. Poſthumii, in Vitis Patrum cap. 1. *Fuerat reſtium ſpatarius*, &c. Mox cap. 2. *Plectam de ſparto plectebat.* Ubi Roſweidus conjicit legendum *ſpartarius*, qui è ſparto reſtem plectat, aut diſtrahat, qui σχοινοπώλης dicitur in Gloſſ. Gr. Lat. Euſtathius: πλέγματά τινα ἀπὸ σχοίνων, ἢ σπάρτων, ἃ κανισκίας.

SPATHA, major Gladius, enſis, Italis *Spada*, Hiſpanis *Eſpada*, Gallis *Eſpée*. Gloſſ. Gr. Lat. σπάθη, τὸ ξίφος, Ugutio, ex Iſidoro lib. 18. c. 6. *Spata, gladius, quod ſit ſpatioſa, ampla & lata.* Joannes de Janua ex eodem Iſidoro: *Spata, gladius eſt longus, ex utraque parte acutus, vel ipſa eſt rhomphæa.* Alibi: *Spata, eſt gladius ſpatioſus & latus.* Ita Vegetio *Spatha* longior gladius dicitur lib. 2. c. 15. lib. 3. c. 14. Epiſtula Clericorum Italiæ directa Legatis Gallorum an. 552. *Spatas nudatas, & arcus tenſos portantes.* Victor Vitenſis lib. 1. de Perſecut. Vandalica: *Introeunt evaginatis ſpatis, arma corripiunt*, &c. *Spata India cum theca argento parata.* in Præcepto Caroli M. apud v. cl. Steph. Baluzium.

Hincmarus Remenſis in Concilio Duſiacenſi I. part. 5. *Tunc ipſe preſbyter irruens ſuper filium Livulfi, qui ſpatam ad collum portabat, extraxit eamdem ſpatam, & volens percutere eum per medium caput, ut illum occideret, levavit idem Livulfus manum contra ſpatam, & ſuſcepit ſpatæ ictum.* Vide Gregorium M. lib. 5. Epiſt. 24. Paulum Warnefrid. lib. 2. de Geſtis Longob. c. 28. &c.

Spatham Gallorum veterum propriam fuiſſe ſcribit Diodorus l. 5. Ἀντὶ δὲ τοῦ ξίφους σπάθας ἔχουσι μακρὰς ἐπικειμένας. Livius etiam lib. 32. Gallis *prælongos gladios ſine mucronibus* adſcribit: uſque proinde cæſim, non punctim ferūlſe, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καταφορὰν ἔχον τὸ ξίφος ἔχει, ut autor eſt Polybius lib. 2. Vide Cluverium in Germania antiqua pag. 293. & 348. Longioribus tamen ejuſmodi gladiis mucronem tribuit Turpinus c. 22. *O ſpata feliciſſima acutiſſimarum acutiſſima*: & Willelmus Apulienſis lib. 2. de Geſtis Norman. Alemannicis longioribus gladiis, de quibus quædam attigimus in Notis ad Joinvillam pag. 73.

Sunt etenim longi ſpecialiter & peracuti
Illorum gladii.

Francorum noſtrorum veterum *Spatha* ita deſcribuntur à Monacho Sangallenſi lib. 1. c. 36. *Poſt hæc baltheus ſpathæ colligatus, quæ ſpata primum vagina, (al. gl zina) ſecundo corio qualicumque, tertiò linteamine candidiſſimo cera lucidiſſima corroborato ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus ad peremptionem gentilium duraretur.* Quem locum aliter legit Pontanus lib. 9. Origin. Francicar. pag. 547. Cæſim verò ſpatha feriiſſe idem innuit ſcriptor lib. 2. c. 18. *Uni eorum extracta ſpata, cervicem ejus abſcindere conabatur.* Et cap. 23. *Et extracta ſpata per cervicem leonis, cervicem tauri diviſit ab armis.* Adde c. 19. 21. 28. Petrus Tudebodus lib. 3. pag. 789. de Godefrido Bullionenſi: *Tunc Dux Godefridus Chriſti miles potentiſſimus irruens in eos, evaginato enſe, percuſſit quendam gentilem ferociſſimum tam viriliter, ut in duas partes ipſum divideret, a vertice videlicet uſque in ſella equi, — poſt hunc aggreſſus alium ex obliquo, ſecuit eum per medium.* Eadem narrat Albertus Aquenſis lib. 3. c. 65. qui addit *lorica indutum diviſiſſe in duas partes.* Adde Ordericum Vitalem pag. 735. Similia ex veteri traditione refert Guillelmus Guiartus in Hiſt. Francor. MS. de Carolo M.

Il iert plain de ſi très grant force,
Se l'yſtoire de lui ne ment,
Que de s'eſpée proprement,
Dont li ponz & l'enheudure,
Ierent d'or fin à couleur pure,
Et qui nommée eſtoit Joieuſe,
Et gent courtoiſe & outrageuſe,
Quant par ire la deſcendoit
Un Chevalier armé fendoit
A un ſeul cop tout contreval,
Et trenchoit parmi le cheval,
Cele eſpée ainſe touſe nue
El treſor S. Denis tenuë.

Hinc Guillelmo Aquitaniæ Duci, poſtmodum Gellonenſi Monacho, *verſatilem gladium* attribuit ejuſdem Vitæ auctor numero 20. editionis Mabillonii. Ejuſmodi ſpatharum Francicarum longitudinem ac latitudinem inſpicere licet in veteribus picturis, ac maxime in Comitibus Hollandiæ Philippi Gallæi. Sed & Ogerii Dani, qui ſub Carolo M. vixit, ſpatham cum ferreo etiam capulo, abſque mucrone, ex Monaſterio S. Pharonis Meldenſis, ubi aſſervatur, ipſimet contrectavimus, quæ viſa, & expenſo illius immenſo pondere, haud incredibile omnino videri quod de Godefrido referunt ſcriptores, facile perſuaderi paſſus ſum. Hanc cum ejuſdem Herois monumento deſcripſit vir doctiſſimus Joan. Mabillonius to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti. Quomodo verò Regia ſpatha deferretur à Regis armigero, licet inſpicere in iis tabellis Lotharii & Caroli C. quas delineari curavit v. cl. Steph. Baluzius in Notis ad Capitularia Regum Franciæ.

Ad ſpatas metiri. Geſta Regum Francor. cap. 41. & Geſta Dagoberti Regis cap. 15. *Rex vero totam terram Saxonum devaſtans, & omnem populum interficiens, non ibidem majorem hominem reliquit, quam longitudo gladii ſui, quem Spatam vocant, habere videbatur.* Monachus Sangallenſis lib. 2. de Carolo M. cap. 17. *Per ſeipſum ita omnes humiliavit, ut etiam pueros & infantes ad Spatas metiri præciperet, & quicumque eandem menſuram excederet, capite plecteretur.* Quippe qui ſpathæ longitudinem attigerant, militiæ idonei cenſebantur. Unde apud Bohemos qui gladii longitudinem attigerant, militare cogebantur, ut ſcribit Æneas Sylvius in Hiſt. Bohem. c. 10.

Spathis apprehenſis rem firmare. Charta Alamannica Goldaſti 85. *Et his ita patratis, cum adhuc quidam de illis, qui ſe in illa Eccleſia heredes ac diſpoſitores haberi voluerunt, alii garriendo, alii muſſitando contradicerent, optimates ejuſdem Conſilii apprehenſis ſpatis ſuis devotaverunt ſe hæc ita affirmaturos eſſe coram Regibus & cunctis principibus uſque ad ſanguinis effuſionem.* Viderat hanc Chartam Vadianus de Monaſter. German. *Alamanni, ut pote bellicoſi, gladio, quem Spatam vocabant, prehenſo capulo, teſtificabantur, parati manu etiam tueri ſe veritatem, quam ſemel affirmaſſent.*

Cum tracta ſpatha ſe idoneare contra alium, ſe defendere, in Lege Alaman tit. 44. §. 1. tit. 56. §. 1. tit. 84. 89. *Ad januam cum ſpatha tracta accedere,* in Lege Ripuar. tit. 32. §. 4. Adde Capitula ad Legem Alamann. c. 22. Formula noſtris familiaris, *tirer l'eſpée.* Gloſſæ Gr. Lat. ἀποσπάω ξίφος, *Evaginare.*

Spatha in fuſte, id eſt cui fuſtis pro vagina eſt, cujuſmodi utuntur etiam quidam in Galliis. Ita inſcribitur Epigramma Ennodii 131.

Utrumne incluſo per fraudes enſe bacillo,
Mors ligni tunicis quam bene tecta lates?
Subſidium portas, quod cunctis terror haberis,
Pacificum eſt nobis quod necat obſequium.

Ferrum cavatis baculis condendum, dixit Saxo Grammaticus lib. 6. Hiſtoriæ Danicæ.

Spatha S. Petri. Annales Fr. Bertiniani an. 877. & Continuator Aimoini cap. 36. *Richildis Compendium ad Imperatricem veniens — attulit ei præceptum, per quod pater ſuus illi regnum ante mortem ſuam tradiderat, & ſpatam, quæ vocatur Sancti Petri, per quam eum de regno reveſtiret.*

Σπαθαχαρμος, in Lexico Gr. MS. Reg. cod. 930. ἀκινάκης, μικρὸν δόρυ, ἔγχος, ἀκόντιον, ἢ σπαθαχαρμος Περσικόν.

Spatha, idem qui *Spatharius,* dignitas Spatharii, de qua mox. Vetus Charta apud Ughellum to. 7. Ital. Sacr. pag. 977. *Sinnandus Imperialis ſpatha & judex,* &c. Sic *Protoſpatha,* pro *Protoſpatharius.* Vide in hac voce.

Spada, ex Italico *ſpada.* Atto Vercellenſis lib. de Preſſuris Eccleſiaſt. *Tenſo collo eductam contra ſe ſpadam intuens,* &c. Vide *Spadare.*

Spathium, ex Gr. σπάθιον. S. Auguſtinus in Pſal. 149. *Framea, quam vulgo Spathium vocant.*

Spatha, Spathula, Gladiolus, quo martyrum carnes diſſecabantur & incidebantur. Acta S. Priſcæ Mart. n. 11. *Juſſit Præfectus extendi eam, & cum ſpathis incidi membra ejus.* Acta S. Martinæ Virg. & Mart. n. 36. *Iuſtam Martinam pœnis affligendam, ſpathis incidendam, & ungulis attrectandam,* &c. Hinc σπαθίζειν apud Metaphraſtem in Actis S. Agathæ Virg. Ἐκέλευσεν αὐτὴν κρεμασθῆναι καὶ σπαθίζεσθαι.

Spatha, ſeu *ſpata,* Piſtillus, rudis, vel inſtrumentum coquinarium, quo cibi in ollis ad ignem ferventes deſpumantur, apud Apicium lib. 4. c. 3. Anonymus de Re Architectonica. c. 30. *Tertio olei adjicies ſextarium, ea ratione ſpata commovebis.* Utitur non ſemel.

SPATHARIUS, qui ſpathas conficit, in Lege Aleman. tit.

79. §. 7.

Spatharius, Imperatorii corporis cuſtos, σωματοφύλαξ, Cedreno: dignitas in Imperio Conſtantinopolitano ſat illuſtris. *Glorioſi Spatharii*, dicuntur Alcuino. Vita S. Theophanis Confeſſ. n. 10. [illegible] Vide Chronicon Alexandrinum pag. 692. Vitam S. Lucæ junioris n. 64. & quæ obſervavimus ad Alexiadem pag. 259.

Spadarii, pro *Spatharii*, in Epiſt. 3. Leonis III. PP. *Miſit Imperator Patricium & Spadarios cum ſtolo.*

Spatharius, Armiger, qui enſem domini defert. Papias: *Armiger, vulgo Spatarius.* Gloſſ. Ælfrici: *Spatarius*, [illegible]. Id eſt Enſifer. Apud Anaſtaſium in S. Martino PP. *Spatharius Olympii Exarchi*, mox *Armiger* nuncupatur. Lex Burgundion. tit. 52. *Fredeg. filium Spathariū noſtrum*, &c. Apud Gregorium M. lib. 2. Dial. cap. 14. *Riggo Spatharius Totila* Regis Gothorum dicitur. Apud Lucam Tudenſem lib. 4. Chron. initio, Pelagius filius Ducis Faſilæ, *Spatarius Regis Roderici* nuncupatur. Neque alii ſunt *Spatharii*, qui ſubſcribunt in Conciliis Toletanis, cum *Comitivæ* dignitate: ſic quippe in Concilio XIII. *Guilergus Spatharius & Comes. Altericus Spatharius & Comes, & Seſemirus Spatharius & Dux* ſubſcribunt. Monachus Pegavienſis pag. 6. *Quem* (leonem) *ex improviſo in ſe irruentes videns, gladium à Spatario ſuo confeſtim accipere nitebatur: ſed ille ubi eum manu corripuit, pro inermi domino leoni ſe conſtanter objecit*, &c. Adde Thwroczium in Sigiſmundo Rege Hungar. c. 7. Vide *Armiger*.

Spatharii, dicti *Milites* Ordinis Militaris *S. Jacobi de la Spatha*, inſtituti in Hiſpania, circa annum 1158. Radulfus de Diceto an. 1184. *Ordo Militum in Hiſpania conſiſtentium in propoſito pro viribus ſuis Saracenos atterere, quem ſignum enſis rubei diſtinguit à cæteris Militibus, confirmatur à Domino Papa.* Gaufredus Voſienſis part. 1. cap. 65. *Horum ſecta nuper exorta, ob indicium bellicoſæ probitatis ſpatham ex pallio rubeo in habitu candido præfert.* Extat Epiſtola Innocentii III. PP. inſcripta *Magiſtris & fratribus Spatariis & Religioſis per Hiſpanias conſtitutis*, lib. 2. pag. 473. edit. Venetæ. De hoc ordine vide quæ collegerunt qui de Ordinibus Militaribus ſcripſere, Franciſcus Menenius pag. 94. Andreas Favinus pag. 1168. & Beloyus c. 17.

SPATHAROCANDIDATUS, Spatharii ſimul & Candidati munere fungens. Gregorius II. PP. Epiſt. ad Leonem Iſaurum, præfixa ſeptimæ Synodo: *Literas veſtræ Majeſtatis per Auguſtalem Spatharocandidatum miſſas accepimus.* Luitprandus lib. 3. c. 7. *Cubicularios, Protoſpatarios, Spatarocandidatos — facit.* Σπαθαροκανδιδάτος Græcis ſcriptoribus. Vide Conſtantinum de Adm. Imp. c. 42. 50. 51. 52.

SPATHAROCUBICULARIUS, Σπαθαροκουβικουλάριος, in VIII. Synodo, act. 4. *Spatharii cubicularius*, Anaſtaſio in verſione. Ubi fortè leg. *Spatharocubicularius*.

SPATHATUS, *Spatam habens, vel ſpata armatus*, Ugutioni. Σπαθάτος, Africano in Tacticis: *Spatha cinctus*, Ennodio Epigr. 132.

SPATIARE, Diducere, complanare, dilatare, *ſpatium* dare. Leo Oſt. lib. 3. c. 28. *Nec dum in cor ejus aſcenderat eamdem viam complanare ac ſpatiare.* Infra: *Spatianda Eccleſiæ gratia, partem non modicam cameræ ſuæ ſubduxerat.* Petrus Diac. Caſin. l. 4. c. 11. *Præmiſit 3000. homines cum ſecuribus & aliis ferramentis, qui eamdem viam viriliter inciderent & ſpatiarent.*

SPATULA, in Gloſſ. Gr. Lat. [illegible]. Mox: [illegible], *Coſta, humerus: armus, propriè in pecoribus, quod lata ſit*, inquit Joannes de Janua: noſtris *Eſpaule. Spatula porcina*, apud Apicium lib. 4. cap. 3. & Turpinum in Carolo M. cap. 20. *Armus fera*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 22. §. 4. Charta an. 1214. in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 179. *Habet etiam de quolibet hoſpite unum panem ad Natale Domini, & unum armum de quolibet homine qui ad proprium uſum facit*

baconem. Vide Conſtantinum African. lib. 2. Pantechn. c. 6. ubi *ſpatularum* oſſa deſcribuntur. De *vena ſpatuloſa*, quæ & *cephalica*, agit idem cap. 12.

Spatuloſus, *magnas & diffuſas habens ſpatulas, vel delitioſus ſive delicatus.* Jo. de Janua.

Spatulari, delitiari, vel in ſpatula divinare. Idem.

Spatula, vox Agrimenſorum, metæ, termini in acumen ſurrecti, apud Frontinum.

Spatula, Armi porcorum, *Pernæ*. Tabularium Concbenſis Abbatiæ in Ruthenis ch. 26. *Medietatem de veſtitionibus, & medietatem de ſpatulis & agnis*, &c. Crebro in eo Tabulario.

SPATULARIA, inter veſtes ſacras recenſetur in Monaſtico Anglic. to. 3. pag 331. *Cum alba, amicta, ſtola, fanone, ſpatulariis, & manicularis apparatis quodam panno rubeo diaſperato de Lares, cum radiis inauratis*, &c. Ibid. part. 2. pag. 85 *Duæ paruræ, una ſtola, una fanona ponderata cum auro & perlis — cum ſpaulis duabus, & maniculis de eadem ſecta*, Gallis *Eſpaulière*.

SPATULUM. Felix Gyrwenſis in Vita S. Guthlaci n. 11. *Tunc indutus artus agreſti de ſpatulo ſurgens erexit*, &c. Legendum fortè *ſpartulo*: ex *ſparto*, junco.

SPAVIÆ, Animalia vagantia & errantia, quæ *expavefacta*, & metu ſeu *pavore*, (unde vocis etymon) è dominorum ſuorum domibus erumpunt, & in aliena dominia tranſeunt, in incerto cujus juris ſint, & quæ eo nomine domino, in cujus prædio repetiuntur, addicuntur, noſtris *Eſpaves, beſtes eſgarées qui ne ſont advoüées d'aucun Seigneur*, ut eſt in Conſuetudine Laudunenſi art. 3. & Remenſi art. 343. in aliis paſſim *Eſpaves*. Regeſtum 1. Parlam. f. 22. ſub an. 1260. *Juſtitia latronis, campi, duelli, ſpavia, quod Gallicè dicitur Eſtrahere, ſanguinis, de melleia*, &c.

SPAVENUS, Morbus equinus vulgaris, quem vulgò *Eſparvin* dicimus, *cum circa garectum intrinſecus ex latere garecti paulo inferius inflationem adducens*, &c. Ita Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. cap. 36. *De morbo ſpanem*, ubi legendum *ſpavenu*. Vetus interpres Gallicus, qui vixit Carolo V. regnante, *Eſpavain* vertit.

SPAULA. Vide *Spatularia*.

SPECIALITAS, Vox Fori Anglici, de qua Cowellus.

SPECIES, Vox JC. notiſſima: quibus idem ſonat quod veteribus fruges, ut ſunt vinum, oleum, frumentum, legumina: unde *Species annonariæ*, apud Vegetium lib. 3. cap. 3. & in Codice non ſemel. Senator lib. 12. Epiſt. 22. *Et ideo memoratæ ſpecies* (vini, olei, &c.) *in tot ſolidos data pro tributaria functione — reputentur.* Gregorius Turon. lib. 5. cap. 5. *O ſi te habuiſſet Maſſilia Sacerdotem, nunquam naves oleum, aut reliquas ſpecies detuliſſent*, &c.

Species, Res, vel quævis ſupellex pretioſior. Lex Wiſigoth. lib. 5. tit. 5. §. 3. *Si alicui aurum, argentum, aut ornamenta, vel ſpecies fuerint commendata, ſive cuſtodiendæ traditæ*, &c. Idem Gregorius Turon. lib. 6. cap. 5. *Judæus quidam — qui ei ad ſpecies commendas familiaris erat, advenit.* Lib. 6. cap. 38. *Magni ibidem theſauri ex auro argentoque, & multarum ſpecierum reperti ſunt.* Lib. 7. cap. 25. *Equos quoque ejus, aurum argentumque, ſive ſpecies quas meliores habebat, pariter auferentes*, &c. Lib. 10. cap. 2. *Direptam ſpeciem de manu cujuſdam mercatoris ad metatum detulit.* Marculfus lib. 1. form. 31. *Præcipientes ut quicquid ex ſucceſſione parentum, — vel per qualibet inſtrumenta Chartarum ad eumdem juſtè pervenit, tam in villabus, mancipiis, ædificiis, accolabus, auro, argento, ſpeciebus, ornamentis, mobili aut immobili*, &c. Walafr. Strabus de Miraculis S. Galli lib. 2. cap. 1. *Eum ad ſubterraneum duxit armarium: quod cum idem Vicarius aperiri feciſſet, ſpecies quas inibi reperit, his qui ſecum erant facta diviſione diſtribuit.* Vox Ammiano, Capitolino, & aliis uſurpata, & in veteri Chartula plenariæ ſecuritatis deſcripta à Briſſonio lib. 6. formul. p. 647.

Species, Aromata, vel res quævis aromaticæ, Gallis *Eſ-*

pices. Marcianus JC. lib. 16. §. 7. D. de Publ. & Ve-
ctig. *Species pertinentes ad vectigal, cinnamomum, pi-
per longum, piper album.* Marcellus Empiricus, ſeu
Vindicianus Archiater:

Adde & aromaticas ſpecies, quas mittit Eous.

Senator lib. 12. Epiſt. 18. *Species præterea, quæ menſis
regiis apparentur, exactas tota ſedulitate perquirite.* Ilde-
fonſus Toletanus in Chron. in Heraclio: *Cùm hac il-
lacque cum diverſis ſpeciebus aromatum & divitiarum
cauſa lucri pergeret*, &c. Joan. Sariſberienſis lib. 8. Po-
licrat. c. 6. *Conficiuntur ſalſamenta garo: nihil vilius
eſt niſi complurium polliceatur effectus, & indicia ſpe-
cierum.* Adde lib. 8. c. 11. Will. Tyrius lib. 12. cap.
23. *Erant autem naves eadem orientalibus onerata mer-
cibus, ſpeciebus videlicet, & pannis ſericis.* Chroni-
con Reicherſperg. *Mille & 50. dextrarios Turcos, &
ſpecies infinitas & quas noverat pretioſiores miſit.* Et
infra: *30. quintarios de pipere, & alias ſpecies ſine
numero.* Eckehardus de Caſib. S. Galli cap. 13. *Specie-
bus quoque & antidotis, & prognoſticis Hippocratis ſin-
gulariter erat inſtructus.* Proverbium medicorum vul-
gare apud Joannem Sariſber. lib. 5. Policrat. cap.
10.

Pro ſolis verbis montanis utimur herbis,
Pro caris rebus, pigmentis & ſpeciebus.

Le Reclus de Moliens MS.

Qui miſt en reube odour ambrine
Ni autre eſpece Alexandrine.

Statuta Cluniacenſia Petri Venerab. cap. 9. *Statutum
eſt, ut ab omni mellis ac ſpecierum cum vino confectione,
quod vulgari nomine Pigmentum vocatur, — fratres
abſtineant.* Archithrenius lib. 2. cap. 6.

Itur ad Eoas ſpecies, meſſemque peruſti
Axis odoriferam, ventris divellere toto
Nititur orbe dapes, & condimenta libido.

Continuator Nangii an. 1359. *Et tunc ad invicem in
ſignum pacis vinum & ſpecies cum gaudio receperunt.*
Formula noſtris familiaris, *Donner vin & eſpices.* Froiſ-
ſartes 2 vol. cap. 81. *Et les recueillit moult honorable-
ment les uns aprés les autres, & les envoya en ſon cha-
ſtel, & fit apporter le vin & les eſpices.* Idem 3. vol. c.
84. *Boire & prendre eſpice.* Hiſt. Caroli VII. Franc.
Reg. *Servir vin & eſpices.* Vetus Poëta in Poëm.
MS. *du Dit du Chevalier:*

Aprés laver iſnellement.
La Dame fit donner le vin,
Et les eſpices en le fin.

Chronicon Bertrandi Gueſclini:

Le vin a fait mander, & eſpices grament.

Chriſtina Piſana in lib. *du Treſor de la Cité des Da-
mes*, 1. part. cap. 12. *Apres les eſpices prinſes, & qu'il
ſera temps de ſe retraire, la Dame s'en ira à ſa cham-
bre*, &c.

Porrò hæc *Specierum*, ſeu *Eſpices*, appellatio ſumi-
tur apud nos hodie pro Salariis Judicum, quibus cum
iis nulla ex legibus præberentur à clientibus, quorum
lites dijudicabant, aut inſpiciebant, licitum tamen erat
levioris momenti & pretii donativa recipere, cujuſmo-
di ſunt *condimenta, eſculenta, aut poculenta, quorum
valor in una hebdomada 10. ſolid. Pariſ. non excederet*,
ut eſt in Edicto S. Ludovici an. 1254. apud Nangium
in ejus vita: ſeu ut habet aliud Philippi Pulchri an.
1302. pro reformatione Regni, in ſtylo Curiæ Pariſ.
part. 3. tit. 6. §. 36. *excepto eſculento & poculento, &
aliis ad comedendum & bibendum ordinatis, & de ta-
libus cum moderamine, ſecundum conditionem cujuſlibet,
& cum tali quantitate ea recipiant quod infra unam diem
poſſint abſque illicita devaſtatione conſumi.* Extat etiam
apud Pithœum in Conſuetud. Trecenſ. pag. 479. 480.
Ita pariter in Fleta lib. 1. cap. 17. §. 18. judices vetan-
tur *aliquod donum recipere per ſe vel per alium, — ex-
ceptis eſculentis & poculentis pro uno die, & non ultra.*
Adde Conſtitut. Siculas lib. 1. tit. 51. & tit. 70. § 1.
Joan. Sariſber. l. 5. Polic. c. 15. l. 8. c. 17. Matth. Pa-
ris an. 1256. pag. 294. Odoricum de Portu Naonis in
Peregrinat. n. 11. Vitam S. Julianæ Virg. n. 15. &c.
Vide Rainardi Abbatis Ciſtercienſis Conſtitutiones
cap. 61.

Hodie *Speciem* ſtrictiùs ſumimus de acribus tan-
tùm & mordicantibus, ut ſunt piper, canella, & ſimi-
lia. Macrobius lib. ult. Saturn. *Species & acres & ca-
lida ſuper faciem cum apponuntur, exulcerant.*

Speciaria. Res aromataria, aromatum mercatura,
Gall. *Eſpicerie*. Sanutus: *Inhibeatur ſub eadem cenſu-
ra ne quiſquam de partibus Africa, aut etiam Hiſpa-
nia, ubi habitant Saraceni, ſpeciariam accipiat, vel mer-
cimonia quacumque à partibus India portata*, &c. Idem
lib. 1. part. 1. cap. 1. *Magna pars honoris, reditus,
proventus & exaltationis Soldani, & gentium illi ſubje-
ctarum, eſt propter ſpeciariam, & multa alia mercimo-
nia.* Adde part. 5. c. 3. & Raimundum Montanerium
in Chronico Aragon. c. 159.

Speciarius, qui omne genus ſpecies vendit, Latinis *Se-
plaſiarius*, [illegible], noſtris *Eſpicier*.

Species. Recapitulatio Legis Salicæ: *Sciendum eſt quod
in quibuſdam Libellis Salicis — continentur Capitula
in quibuſdam codicibus, 99. in quibuſdam verò plus minus
95. habent etiam ſpecies, in quibuſdam libellis 20. & 7.
in quibuſdam vero minus, vel paulo plus.* Ubi *Speciei* voce
innuuntur *varietates*, uti mox vocantur, *compoſitionum,*
ſeu mulctarum, quæ in ea Recapitulatione ad 31. ex-
currunt.

SPECIFICATIO, dicitur, *cùm quis de aliena materia ſpe-
ciem aliquam ſibi fecerit*, qui modus eſt acquirendi,
factor enim *dominus erit ſpeciei*. Fleta lib. 3. c. 2. §.
14. Bracton lib. 2. c. 3. §. 1.

SPECLA. Charta an. 1181. apud Ughellum to. 9. pag. 98.
*Inde revertitur uſque ad occidentem per viam tenementi
de Surbo, & vadit per ſpeclam & per ripam ſerre de Ru-
niaco*, &c. Infra: *Et vadit uſque ad paludicellam, &
venit juxta ſpeclam uſque ad viam Turcaruli.*

SPECTABILIS, Titulus dignitatis, quo ornantur varii
Magiſtratus in utroque Codice, inter *Illuſtris* & *Cla-
riſſimi* titulos medius. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *Spec-
cibilis, (leg. Spectabilis) Inſtrabilis. Damaſcius vir ſpe-
ctabilis Tribunus & Notarius*, apud Liberatum Dia-
con. cap. 10. Victor Vitenſis lib. 3. de Perſecut. Van-
dal. *Ut Illuſtres ſingillatim auri pondo quinquagena da-
rent, Spectabiles auri pondo quadragena, Senatores auri
pondo tricena*, &c.

Spectabilitas, [illegible] in Gloſſ. Gr. Lat. *Spectabilita-
tis honor*, apud Senatorem lib. 2. Epiſt. 28. lib. 7.
Epiſt. 4. 37. Vide Collat. 1. Carthag. c. 16. Appen-
dic. Cod. Theod. Conſtit. 8. Pancirolum ad Notit.
Imperii Orient. cap. 2. & Jacobum Gotofredum ad
Cod. Theodoſ.

SPECTARE, pro *Expectare*. Utitur Thwroczius.

SPECULAR & *Speculare*, Gypſea vel vitrea feneſtra.
Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *Specularia*. Rurſum: [illegible]
Limpidus, lucidus, ſpecularis. Papias: *Specu-
laris, feneſtra, foramen per vitrum tranſlucens.* Gloſſæ
MSS. ad Alexandrum Iatroſoph. *Specular, i. gypſus.*
Gloſſ. Ælfrici: *Specularis*: [illegible]. Cælius
Aurelianus Siccenſis lib. 2. Acutor. c. 37. *Si non fuerit
naturaliter frigidus locus, hoc affectabimus, ſpecularia
detrahentes, niſi ſol obſtiterit aut, aeris inæqualitas ad-
jungitur.* S. Auguſtinus: *Solis radius penetrat ſpecu-
lar, nec cum ingreditur, violat, nec cum egreditur diſſi-
pat*, &c. Idem de Verbis Domini, ſerm. 5. cap. 11.
*Nonne ſi ſpecularia in ventre haberemus, de omnibus
cibis pretioſis erubeſceremus, quibus ſaturatus es.* Fortu-
natus lib. 4. de Vita S. Martini:

An ſpeculare dedit, quo ſanctus lumine tranſit?

Leo Oſt. lib. 2. cap. 51. *Eccleſiam picturis ac ſpeculari-
bus decoravit.* De Specularibus, & eorum materia co-
pioſè egit Salmaſius ad Solinum pag. 259. & 1095.

Specular, dictus etiam, Ugutioni, *locus apertus vel altus,
unde quis poteſt ſpeculari: unde & feneſtra & vehicula*

de quibus ſpeculamur, ſpecularia dicuntur. Papias: *Specularia, grava vehiculorum, de quibus ſpeculamur.* Will. Tyrius lib. 17. cap. 3. *Erant nihilominus & ſecus muros* (Damaſci) *interius latentes viri cum lanceis, qui per ſpecularia modica in muris ſtudioſius ad hoc ordinata, unde videre tranſeuntes poterant, minimè verò ipſi videri, prætereuntes confodiebant ex latere.*

Specula, apud Ælfricum in Gloſſ. Saxon. dici videntur Caſſidum feneſtellæ: ſceap pe.

SPECULARII, Magi qui rerum quæſitarum figuras in ſpeculis politis exhibent. Κατοπτρομάντεις. Petrus Bleſenſis lib. de Præſtigiis fortunæ, ſeu potiùs Joann. Sariſberienſis lib. 1. Policrat. cap. 12. *Specularios vocant, qui in corporibus levigatis & terſis, ut ſunt lucidi enſes, pelves, cyathi, ſpeculorumque diverſa genera divinantes curioſis conſultationibus ſatisfaciunt: quin & Joſeph exercuiſſe, vel potiùs ſimulaſſe deſcribitur* (Gen. 4.) *cùm fratres argueret ſubripuiſſe ſcyphum, in quo conſueverat augurari.* Synodus S. Patricii & Auxentii can. 16. *Chriſtianus qui crediderit eſſe lamiam in ſpeculo, quæ interpretatur ſtriga*, &c. Spartianus in Juliano: *Quaſdam non convenientes Romanis ſacris hoſtias immolaverunt, & carmina prophana incantaverunt, & ea quæ ad ſpeculum dicunt fieri, in quo pueri præligatis oculis incantando vertice reſpicere dicuntur, Julianus fecit. Tuncque puer vidiſſe dicitur & adventum Severi, & Juliani deceſſionem.* Vide Joannem Sariſber. lib. 2. Policrat. cap. 28. & Caſaubon. ad Spartianum.

Specularius, Speculorum confector, κατοπτροποιός, in Gloſſ. Gr. Lat. Ejuſmodi ſpeculariorum meminit Paternus JC. in l. ult. de Jure immunit. & Lex 2. Cod. Th. de Excuſat. artif.

SPECULATOR, Carnifex, tortor. Gloſſæ Antiquæ MSS. *Speculator, carnifex.* Gloſſæ Lat. Gr. *Speculator*, ὀπτήρ, σπεκουλάτωρ, δήμιος. Mox: *Speculatus*, σπεκουλάτωρ, καὶ ὁ ἀποκεφαλίζων. Ubi fortè etiam legendum *Speculator*. Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062. Σπεκουλάτωρ, ὁ δήμιος. Firmicus lib. 8. cap. 26. *Speculatores faciet qui nudato gladio, hominum amputant cervices.* Vita Bacchi junioris Martyris edita à Combefiſio pag. 114. Αὐτομάτως ὁ σπεκουλάτωρ ἀποκεφαλίσας, &c. Cur autem ita *Speculatores* dicti ſint carnifices, multis diſquirit Salmaſius ad Spartianum. Vide præterea Cujacium lib. 6. Obſerv. cap. 39. Meurſium in σπεκουλάτωρ, & Jacobum Gotofredum ad legem 16. Codicis Theodoſiani de Cohortalib.

SPECULUM. Anaſtaſius in Sergio PP. pag. 62. *Similiter & ſpecula ejuſdem Eccleſiæ,* (S. Petri) *quæ ſuper ſedem ſunt, vel regios arcus majores ſunt, renovavit.* Ubi legendum videtur *Specularia*, id eſt vitreas vel gipſeas feneſtras. Vide in hac voce.

SPELÆUM, Antrum, ex Gr. σπήλαιον. Leo Oſt. lib. 1. cap. 2. de S. Benedicto: *Ubi in ſpelæo quodam — incognitus manſit.*

Spelæum, pro *Crypta* Eccleſiæ. Candidus Monachus Fuldenſis:

> *Nec minus hoc ſpelæum capitis in vertice geſtat*
> *Altare*, &c.

Mox *antrum* vocat:

> *In parte occidua conſtructum cernitur antrum,*
> *Multum dives ope interius, ſpoliiſque piorum,*
> *Totus proſpiciens fixis poſt terga feneſtris.*

Spelæum pro Cellula Monachica, quomodo σπήλαιον uſurpat Nilus Narrat. 5. pag. 70. Ita Petrus Cluniac. lib. 1. Epiſt. 20. *Clauſus tenebroſo ſpelæo tuo, & in codicibus tuis terras ac maria peragrabis.* Will. Malmeſburienſis lib. 3. p. 112. *Combuſta illic Eccleſia B. Mariæ, recluſa una uſtulata, quæ ſpelæum ſuum nec in tali neceſſitate deſerendum putavit.* Vide Tractatum noſtrum de Capite S. Joan. Bapt. cap. 3. n. 8.

Σπήλαιον, pro ſepulchro, dixit Joannes c. 11. ubi de Lazari ſepulchro: χθόνιον ἄντρον dicitur Nonno, i. ſubterraneum ſpecus.

SPELTA, Latinis *Far*, Græcis Ζεία, Germanis *Spelt*, Italis & Hiſpanis *Spelta*: *Eſpeautre*, in Statutis Leodienſ. art. 1. 7. 17. Gloſſ. S. Bened. cap. de Agricult. *Spelta*, ὄλυρα. Gloſſæ Medicæ MSS. *Alica, granum quod dicitur ſpelta.* S. Hieron. in 4. Cap. Ezechielis: *Ζέαν, ſive Ζέαν nos vel far, vel gentili Italiæ Pannoniæque ſermone. ſpicam Speltamque dicimus.* Adalardus in Statutis Corb. c. 6. *Volumus ut annis ſingulis veniant de ſpelta bene ventilata atque mundata Corbi 750.* Tabularium S. Remigii Remenſis: *Campi 2. recipientes ſemine ſpelta modios 130.* Cæſarius lib. 9. cap. 65. *Requiſitus Papa Honorius III. per litteras cuiuſdam Abbatis noſtri (an hoſtia ex ſpelta confici poſſent,) reſpondit ſpeltam magis pertinere ad hordeum, quàm ad triticum.* *Annona ſpelda*, in Charta Alamannica Goldaſti 60. Ita *ſpelda*, rurſum ch. 62. Utuntur præterea Acta Murenſia p. 56. Conſtantinus Afric. de Ratione vict. pag. 278. Petrus Creſcentius lib. 3. de Agricult. pag. 133. Ægidius Aureæ-vallis Monach. cap. 95. Joann. Hocſemius in Adolfo à Marka cap. 18. Chartæ vett. apud Doubletum p. 740. 793. &c.

SPENDIBILIS *moneta*, Uſualis, quæ curſum habet, quæ in communi uſu expenditur. *Denarii boni argentei ſpendibiles*, non ſemel in Charta anni 922. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſib.

SPENDO, Libo, ex Gr. σπένδω. Joannes Scotus Erigena ad Carolum Calvum in Præfat. ad Areopagitica:

> *Hanc libam ſacro Græcorum nectare fartam*
> *Advena Joannes ſpendo meo Carolo.*

SPENSA. Vide *Diſpenſa*.

SPENTA, Eleemoſyna, fortè quaſi *Expenſa*, Erogatio. Henricus Rebdorfienſis an. 1356. *Et in ſolenni eleemoſyna, dicta Spenta, fuerunt diſtributa 20. libræ Hallenſes, & 5. modii ſiliginis.*

Spenta etiam pro Tributo & penſitatione ſumitur. Vetus Notitia in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. pag. 468. *Scire rogamus omnes fideles populos pactionem noſtram quam fecimus cum proviſoribus ſilvæ Friſingenſis Eccleſiæ. Illi namque ſingulis annis juſtitiam ſuam, id eſt ſpentam, importunè à nobis exigebant, nec tamen nobis noſtram ſpentam ullatenus reddere volebant. Tandem — conſtitutio inter nos & illos hujuſmodi facta eſt, ut nos illis annuatim dimidium talentum pro ſpenta in Nativitate Domini daremus, & unuſquiſque nobis ſimiliter ſex arbores de majoribus perſolverent.*

SPERA, vox Italica, pro *Sphæra*, ſeu globo. Gloſſ. Ælfrici: *Emiſperia*, healf-ꞅpyndel. Ubi fruſtra viri docti *Hemiſphærium* reponunt. *Hemiſperium* enim habet etiam Ugutio. Joan. de Garlandia in Synonymis:

> *Effigiem pomi retinet ſibi ſpera, vel ovi.*
> *Sperica de ſpera credas ſic eſſe vocata.*

Idem Ugutio: *Spera, circuli circumductio, id eſt rotunditas, & dicitur ſpera, quaſi ſpatium rotundum, & rotunditas mundi dicitur Spera mundi.* Matth. Silvaticus: *Sphæra Græcè, ſpera.* Gloſſ. Lat. Gall. *Spera, Eſpere, rotondece. Spericus, en rond. Sperula, petite eſpere.* Auctor Mamotrecti in Iſaiam c. 29. *Speram, formam rotundam.* Idem in Exod. cap. 25. *Sperula, parva rotunditas volubilis, ſicut ſolet fieri in cathedris & archis.* Eckehardus junior de Caſib. S. Galli cap. 3. *Cambocam ſuam & Magiſtri ejus multarum virtutum operatricem, cum ſpera illa S. Crucis ocyſſimè rapuit*, i. globo cui crux infixa erat. Imaginationes Gervaſii Dorobernenſis: *Infantis enim factus nunc ad formam pueri contrahebantur in ſperam, nunc autem ultra humanam effigiem diſtendebantur.* Paſſim apud Papiam pro *ſphæra* ſit. S.

Aliud ſignificat in Charta quæ refertur in Chronico Beſuenſi pag. 679. *Porrò media pars baptiſterii, mediaque pars ſperarum eidem Presbytero conceſſa eſt, quatinus monacho fideles exiſteret.* Quæ fortuitò & caſu parochis obveniunt, *le Caſuel*, hic intelligi cenſet editor: ſed legendum *perarum*; nempe peregrinorum, qui reverſi à peregrinatione Hieroſolymitana, *peras* ſuas &

burdones Eccleſiæ Parochianæ conferebant. Vide *Pera*. Noſtri etiam *Spere* dicebant. Joannes Molinetus Valentianenſis, qui vixit an. 1477. in Templo Martis:

Guerre s'envolle en l'air comme une aronde,
Le ſpere ronde environne grand erre.

Utitur etiam alibi.

Sperium, idem quod *Spera*. S. Audoënus in Vita S. Leodegarii lib. 1. *Ambitur autem* (Cœnobium) *in ſperio muro non quidem lapideo, ſed foſſato ſepe munito.* Id eſt in *ſphera* modum.

Spera, in Foris Oſcenſibus Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. fol. 11. *Sed dicat, Ecce fidantiam de torna, & juſtitia accipiat ipſam, & qui negat ſimiliter det fidantiam de ſpera, & juſtitia accipiat ipſam*, &c. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 8. tit. 1. §. 4. *Et debet dare fidantiam de la ſpera, & petere per repiatorem dari fidantiam de la torna*, &c.

Sperula, pro *Sphærula*, apud Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 219. & 220. & Joannem Sariſber. lib. 8. Policrat. c. 12. Ita enim præfert prima editio an. 1513. non *ſphærula*, ut poſterior.

SPERARE, Credere. Concilium Compendienſe an. 757. c. 5. *Si Francus homo accepit mulierem, & ſperat quod ingenua ſit*, &c. Hincmarus Remenſis in Epiſt. de Synodo apud Tuſiacum: *Qui oſtendit mihi librum, quem, ut ſpero, Canones appellant.* Reclamatio Hincmari Laudun. *Aditum tamen ad Sedem Apoſtolicam minimè ſperamus mihi poſſe denegari.* Vita MS. Magnobodi Epiſc. Andeg. c. 11. *Valentem puerum invenerunt, quem defunctum ſperabant.* Fulcherius Carnot. lib. 1. Hiſt. Hieroſ. c. 4. *Ibi inſuper, ut ſpero, viginti millia ſpadones aſſidua habitatione converſantur.* Ordericus Vitalis lib. 13. *A Roberto — captus eſt, cum quo firmam pacem habere ſpebarat.* Hiſtoria Inventionis S. Maſtidiæ: *Inter quos commigrantes quidam Trecaſſinorum puellas duas, ut ſpero, quinquennes adducunt ſecum.* Supra: *Juvenis, ut puto, 15. annorum.* Paſſio S. Bercharii p. 75. *Sperans aptum ſe Monaſterium ædificandi locum repeiriſſe.* Vide Legem Bajwar. tit. 16. cap. 1. §. 2. librum Miraculor. S. Richarii c. 16. apud v. cl. Jo. Mabillonium, Matthæum Weſtmon. an. 1303. Appendicem ad Capitular. n. 88. Hiſtor. Condomenſem pag. 437.

Sperare, Timere, metuere. Cariſius: *Sperare, timere eſt.* Autor Breviloqui: *Achyrologia, eſt dictio impropriè poſita; ut timeo requiem, ſpero laborem.* Virgil. lib. 4. Æneid.

——— *Si tantum potui ſperare dolorem.*

Vita S. Goaris c. 7. *Speraverunt ſe ſub tanta morte interire.* Aribertus in Epiſt. ad Sametium Epiſcop. Bracarenſem, in Hiſt. Epiſcop. Portuenſium in Luſitania: *Ego quotidie ſpero ſuper me ſimilem plagam*, &c. Statutum Philippi Reg. Franc. an. 1321. *Cum multa damna inde pervenerint, & in periculum Reipublicæ ſperentur majora.* Charta Goſlini Epiſcopi Carnotenſis ex Tabulario ejuſdem Eccleſiæ n. 43. *Quod nobilis mulier Vicedomina Carnoti ægrotans, cum exitum hujus vitæ ſe in proximo habituram ſperaret*, &c. Obſervantiæ Regni Aragon. l. 2. tit. de Citatione, §. 10. *Verùm ſi periculum eſſet in mora, quia partes ſperantur venire ad arma*, &c. Utuntur præterea Ammianus l. 14. 16. 30. Firmicus. l. 8. c. 17. Sidonius l. 6. Ep. 6. l. 8. Ep. 7. &c. Ita Græci ἐλπίζειν, & noſtri *Eſperer* interdum uſurparunt. Vide Notas ad Cinnamum p. 434. & ad Joinvillam p. 81.

Sperare, Exſpectare. Domnizo lib. 2. de Vita Mathildis cap. 15.

Mortem non ſperans, demum tamen ipſa catena
Mortis eum ſtrinxit, rapuit de corpore triſti.

Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 74. *Stabiliverunt etiam — quod adverſarius quilibet ſuum adverſarium in placito ſperaret uſque ad horam diei tertiam.* Infra: *Satis enim videtur eſſe congruum ſperare homines ſeniores ſuos uſque ad nonam.* Juvenalis ſat. 4.

——— *Jam quartanam ſperantibus ægris.*

i. exſpectantibus.

Sperare, Petere. Regula Pauli & Stephani cap. 4. *Nulli liceat abſque Prioris permiſſu de opere Dei diſcedere: ſed quem cauſa manifeſta compulerit, oratione à Priore ſperata & conceſſa obtineat.* Cap. 5. *Nec bini, nec terni, ſed ſingillatim exeuntes orationem ſperent.* Leo Epiſcopus Senonenſis Epiſt. ad Childebertum Regem: *Literas Celſitudinis veſtræ honore quo dignum eſt, me indico ſuſcepiſſe: ubi ſperare dignamini, ut ad ordinandum Mecledonenſem Epiſcopum aut præſentia noſtra adeſſe debeat, aut conſenſus.*

Sperare, pro *ſpectare*. Charta Caroli C. Regis Franc. an. 10. in Tabul. Flaviniacenſi: *In qua erat inſertum, qualiter idem piiſſimus Auguſtus conceſſiſſet eidem Monaſterio omne teloneum de negotiatoribus eorum, vel de hominibus eorum, qui per ipſam caſam Dei ſperare videntur, vel de hoc quod homines ad eorum dorſa deferunt.* Occurrunt eadem verba infra, & in alia Charta quæ deſcripta legitur in eodem Tabulario.

Sperare. Alypius Antioch. ſeu auctor Deſcript. Orbis c. 14. *Horum autem propè Saracenorum gens vivit, rapinâ ſperantium ſuam vitam transfigere.*

SPERNATUS, pro *Spretus*. Gloſſ. Lat. Gr. *Spernatus*, ὑπεροφθείς, &c.

SPERUM, *Genus vaſorum rotundum, à ſpera dictum.* Ugutio. Vide *Spera*.

SPERDUS. Charta Heccardi Comitis Auguſtodun. ex Tabulario Perriacenſi apud Perardum pag. 26. *Ademaro fratre ſuo, ſpendo uno, & cano, & jugios duos, ſparvario uno*, &c.

SPHÆRA *Italica*. Cælius Aurelian. lib. 3. Chronion c. 6. *Raptorio machinamento geſtetur, ac deinde recuſſabili ſera utatur, quam Italicam vocant.* Lib. 5. cap. ult. *Atque longo vel raptorio machinamento, quod Macron ſparton vocaverunt, item Italica Sphæra, & luctatione celeri*, &c. Mercurialis lib. 3. Artis Gymnaſt. cap. 13. fatetur ſe ignorare quid his locis ſit *raptorium machinamentum*, & *Sphæra Italica recuſſabilis*.

SPIA, Explorator, delator; interdum generaliter quivis nuntius; ex Italico *Spia*, unde Gallis *Eſpion*, & *Eſpie*. Epiſtola Senenſium an. 1313. apud Conum in Hiſtoria Mediolanenſi: — *Intimamus, quod Dominus Henricus per varias ſpias & nuntios & literas amicorum, quod Romanorum Rex — in borgo de Bonconvento deceſſit*, &c. Juramentum Poteſtatum civitatum Italiæ apud Hieronymum *dalla Corte* lib. 4. Hiſt. Veronenſis: *Nec ſpia aut guida ero ad damna Veronæ, & bona fide ſine fraude & dolo polliceor regere & gubernare civitatem & populum Veronenſem*, &c. Vide v. cl. Ægid. Menagium & Oct. Ferrarium in Origin. Ital. in *Spia*.

SPICARIUM, Flandris *Spicker*, nobis *Grange*: Locus recondendis ſegetibus, à *ſpicis* dictus. Lex Salica tit. 18. §. 2. *Si quis ſpicarium aut machalum cum annona incenderit*, &c. Quo loco Pithœus, *ſpicarium*, horreum cum tecto, *machalum* verò horreum ſine tecto interpretatur. Lex Alamann. tit. 81. §. 6. *Si ſpicarium ſervi incenderit*, &c. Formulæ vett. Bignonii c. 26. *Contigit quod cellario vel ſpicario veſtro infregi, & exinde annona & alia raupa in ſolid. tant. exinde furavi.* Ita MS. Eckehardus Jun. de Caſib. S. Galli c. 16. *Spicarium ille novum — condi fecit, quod & ipſum fieri fecit magnificum.* Charta Godefridi Comitis Lovaniæ an. 1174. apud Miræum lib. 1. Dipl. Belg. c. 65. *In ſegete veſtra, ſive in ſpicario, ſive in granario condatur, nihil Advocatum juris habere confiteor.* Occurrit præterea in Chronico Trudonenſi lib. 5. & 7. pag. 394. 429. in Vita S. Lupicini Abbatis Jurenſis n. 3. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. cap. 30. &c.

SPICELLA, Specillum, inſtrumentum parvum ac teres, quo medici utuntur ad vulnerum aut fiſtularum viam vel profunditatem perquirendam. Sextus Platonic. lib. 1. de Medicina animalium cap. 9. n. 23. *Et ſi dexter oculus glaucomate laborat, in dexteriorem partem ſpicella demittitur*, &c.

Spiculus, Fornix acuminatus, ab acumine ſpicæ dictus: vel quod *ſpicum* quidquid in acumen deſinerent, veteres dicerent. Chronicon Caſin. lib. 3. cap. 26. (al. 28.) *Ante ingreſſum vero Baſilicæ, & ante introitum atrii, quinque deſuper fornices, quos Spiculos dicimus, fecit.*

Spicum, Veru. Herbertus lib. 1. de Mirac. cap. 5. *Is verò qui præcedebat, gallinam aſſatam in ſpico portabat. Porrò in ipſo veru ingens coluber per caput & caudam infixus erat, qui gallinam eandem hinc inde cingebat.* Legendum fortè *ſpitum*. Vide in hac verbo. De voce verò *ſpicum*, vel *ſpicus* apud Latinos ſcriptores, vide Stephanum Stephanium in Notis ad Saxonem Grammaticum pag. 60.

Spido. Lex Friſion. addit. 3. §. 34. *Si quis alium vulneraverit, & ipſum vulnus ſanatum, cicatricem depreſſam & non reliqua carni æquam duxerit, quod Spido dicunt, 4. ſol. componat.*

Spidromum, *Locus poſt dromum ſecretus, ſicut ad requiſita natura, idem dicitur ypodromus.* Ita Joan. de Janua. Aliter Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Ypodromum*: ȝolð hɼꞅð huꞅ, vel *ſponderomum*, ðiȝe ȝanȝ ꞅpn. i. ad verbum, occultus latrinæ locus. Non proclive eſt divinare unde voces hæ ortæ, tametſi à Græco δρόμος. Putabam legendum ὑποδρόμος, & apud Joan. de Janua, *locus poſt domum ſecretus*. Aliud tamen ſonat vox ὑπόδρομος apud Heſychium.

Spigurnellus. Liber Joannis de Weſterham Prioris Eccleſiæ Roffenſis, qui poſtmodum Epiſcopus Roffenſis fuit, editus an. 1314. *Primo die adventus D. Regis ad Roff. debent Spigurnelli habere 4. panes de pane Armigerorum, & 4. panes de pane garcionum. Item debent habere 4. galones cerviſiæ Conventuales, & 4. galones cerviſiæ communis, &c. — Item ſi dominus Rex fecerit moram in Roff. per 2. dies aut amplius, non habebunt Spigurnelli de prædictis: ſed ſi exierit & redierit, habebunt ſicut in primo adventu, ut prædictum eſt. — & inventum eſt quod dicti Spigurnelli habere debent in ſingulis Monaſteriis de Weſtmonaſterio, & Roff. ubi nullam pecuniam habere debent nec caſeum*, &c.

Spilorium. Vide *Pilorium*.

Spina, Dolii epiſtomium, quòd ſpinæ majoris ſpeciem referat: vox Italica, de qua Oct. Ferrarius. Aribo Epiſcop. Friſingenſis in Vita S. Corbiniani n. 2. *Contigit — ut muſto vehementer intumeſcente magni ferveris vim vas ſufferre nequiret, ſpinamque tam fortiter rejiceret, ut ejus ſonitus in cellula ad aures viri Dei perveniret.* Mox: *Arrepta clave feſtinè cellarium intravit, & in introitu ſpinam pede invenit.* Anonymus de Deſolatione Monaſterii Morimundenſis in agro Mediolanenſi: *Quidam ex prædonibus domum in qua vinum ſervatur, intrantes, extraxerunt ſpinas, ſicque indicibili nequitia, vinum, quia portare non poterant, effuderunt.* Mox: *Et apprehendens unam de ſpinis, quæ jacebat in terra, voluit meatum vini obtrudere*, &c.

Spinachium, Navigii ſpecies, Gallis *Pinaſſe*, Anglis *Pinnace*. Henr. de Knyghton an. 1338. *Redierunt Normanni cum 12. galeis, & 8. ſpinachiis cum manu bene armata*, &c.

Spinale, Pars dorſi ubi *ſpina* procurrit. Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 84. *Dorſum ſive ſpinale piloſum & macrum ab æqualitate partium, ſignificat hominem inverecundum, malitioſum, beſtialem*, &c.

Spinaticus, Piſciculi ſpecies, is fortè qui Picardis noſtris, *Eſpinocle* dicitur. Joan. Sariſber. lib. 8. Policrat. c. 7. *Quis Cæſare Auguſto frugalior, qui in ſummo faſtigii culmine ſecundario pane, & piſciculis quos vulgo Spinaticos vel Ripiliones vocant, contentus erat.* Quæ de piſciculorum ſpecie Suetonio in Aug. c. 76. ſubdidit. *Ripilliones* vero ſeu *Ripillons*, reliquias piſcium vulgo vocant iidem noſtri.

Spinatum. Vide *Spaldum*.

Spindula. Vide *Spinula*.

Spinella, Morbus equinus, *qui fit ſubtus garettum in junctura oſſis, ejuſdem garetti in utroque latere*, &c. Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. cap. 38.

Spinetrum. Inventarium ornamentorum Eccleſiæ Eboracenſis an. 1530. in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 170. *Unum Chriſmatorium argenti ornatum & deauratum. Item 8. ſpinetra de auro, tria de auro, tria cerum cum lapidibus pretioſis. Item duo ſpinetra argentea, & duo monilia argentea*, &c.

Spinga, pro Sphinx. Iſidorus lib. 20. cap. 11. de Lecticis & ſellis: *Spingæ, ſunt in quibus ſunt ſpingatæ effigies, quos nos Griſes dicimus.* Ejuſmodi Sphingas in ſellis conſpicere eſt in Achate S. Capellæ Pariſienſis, qui habetur apud Santamantium, qui Iſidori locum non viderat.

Spingarda, *Spingardus*, Machinæ bellicæ, ſeu baliſtæ ſpecies. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. *Indiget dictum navigium tam ædificiis baliſtrarum, ſilveſtrarum, vel ſpingardarum, quàm etiam machinarum, & potiſſime ex eis, quæ ut longius projiciant, facta ſunt penitus fortiora, id eſt reforzata*, &c. Hiſtoria Obſidionis Jadrenſis lib. 1. c. 38. *Confeceruntque pluſquam 15. trabuchos in vallatione civitatis, architectant multos ſpingardos in gyro civitatis, ubi flebilioris apparebat virtutis.* Et lib. 2. cap. 12. *Aliquos trabuchos mirabiliter exercent, — & quamplures baliſtarum & ſpingardorum properant opponere.* *Eſpringale*, ſcriptoribus noſtratibus. Gloſſ. Lat. Gall. *Baliſta*: *Bricole, ou eſpringale.* Guillelmus *Guiart* an. 1304.

En l'eſtage ot une eſpringalle,
Là ou la breteche eſt hautie.

Infra:

Sus le pont & en la breteche
Quarriaus traient au cliqueter,
Et font l'eſpringale gieter,
Li garros qui lors de là iſt,
Les plus vigueræus eſbaiſt.

Eodem anno.

En chaſcune nef bonne & male
Ra-il au moins une eſpringale.

Chronicon Flandr. c. 110. *Et avoient avec eux pluſieurs chariots qui menoient trebus & eſpringales.* Guillelmus *de Guileville* Monachus Caroloceniis:

Ne nuls tels dars ni puet meffaire,
Combien que on y ſache traire,
Malevoiſine ſes ſajetes,
Ne eſpringale ſes mouſchetes.

Froiſſartes 1. vol. cap. 144. *Et fit le Chaſtel aſſeoir droit ſur la ville, du coſté de la mer, & le fit bien pourvoir de pringalles, de bombardes, d'arcs & d'autres inſtrumens.* Ubi legendum *eſpringalles*, ut cap. ſeq. & 191.

Spinora. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Silva minuta map. 11. paſtura cum ſpinoris map. 30.*

Spinula, Acicula, unde Gallis *Eſpingle*, à ſpinis ſcilicet, quæ priſcis & rudibus illis ſeculis, nondum reperto aciculæ fibulæve conficiendæ artificio, utriuſque vicem ſuppleverant. Tacitus de Morib. Germ. *Tegmen omnibus ſagum, fibula, aut, ſi deſit, ſpina conſertum.*

Maximè verò hæc vox uſurpatur pro iis aciculis quibus Pallium Archiepiſcopale conſtringitur. Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 222. *Spinulæ, quibus Pallium affigitur.* Cencius Cardinal. in Deſcript. coronationis Cæleſtini I. PP. *Aptat Pallium ſuper Pontificem intromiſſis ſpinulis aureis tribus ante & retro, — in capite quarum ſunt innixi tres hyacinthini lapides.* *Infigere ſpinulas*, in Ceremon. Rom. lib. 1. ſect. 11. Adde Hugonem à S. Victore lib. 1. Specul. Eccl. cap. 57. Librum Miraculorum S. Vulfranni Epiſc. n. 14. Ceremoniale Epiſcopor. lib. 1. c. 16. &c.

Spindula, eadem notione. Gervaſius Dorobern. in Pontificib. Cantuar. *Præterea mitras & chirothecas ſine auro, candelabra & ampullas & acerram de argento, — pannos 2. de ſerico auro paratos, ſpindulas 3. de auro, mappulam de ſerico*, &c. tres ſcilicet ſpinulæ, quæ ad-

hiberi ſolent ad *pallium* conſtringendum.

Spindulatus, id eſt pallio Archiepiſcopali ornatus. Idem Gervaſius de Reparatione Eccleſiæ Cantuar. *Lanfrancus autem Archiepiſcopus in tabula plumbea ponderoſa valde inventus eſt, in qua à die prima ſepulturæ ſuæ intactis membris, mitratus, ſpindulatus, uſque in hunc diem jacnebrat.*

SPIPHIO. Octavius Horatianus lib. 4. Rerum medicar. p. 101 *Ozimum, Luna prima tritum, & miſſum in ollam novam florebit, permanens uſque ad plenilunium. Quod ſi duplato tempore ſupradicto condantur in nigra terra, generat Spiphiones.*

SPIRA. Eucherius Lugdun. de Variis vocabulis ſacræ Scripturæ: *Spiras, capitella columnarum, vel ſicut puto, facturam earum.*

SPIRAUCA, Mali ſeu pomi ſpecies, in Capitulari de villiſc. 70.

SPIRINGUS, Piſciculus, Theut. *Spiringen.* Chronicon Montis S. Agnetis an. 1450. *Piſcatores noſtri ceperunt in magna copia multos Spiringos.* Vide Kilianum in *Spierinck.*

SPIRIOLUS. Galbertus in Vita S. Caroli Comitis Fland. n. 107. *Aviculas capere, ſpiriolos & vulpes ſagittare, & hujuſmodi puerilia recreando ſatagere.*

SPITUM, Veru. Gloſſarium Cambronenſe: *Aſinum, verum, id eſt ſpitum.* Charta Italica an. 1287. in Miraculis S. Ambroſii Senenſ. *Percuſſit crus ſuum dextrum in quoddam ſpitum de ferro, ex qua percuſſione fuit dictum crus perforatum*, &c. Gloſſ. Theotiſcum Lipſii: *Spietis, haſta.* Nos, inquit idem Lipſius, *Spieſſe*, nomen primigenium à mucrone, *Spiets.* Vide *Spicum.*

SPLANARE, pro *planum reddere*, vox Italica. *Splanare foveam*, in Hiſt. Cortuſior. lib. 2. cap. 16. *Splanata*, pro eo quod Galli dicimus *Eſplanade*, locus planus, apertus, lib. 6. cap. 8.

SPLENDICITAS. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *Hæc veſtium ornamenta quamvis plenis ſua ſplendicitatis flammarent ardoribus, earundem tamen ſplendor ſub puellaris ſplendoris ſidere patiebatur eclipſim.*

SPLENDOCLASTUS. Rainerus de Inventione Reliquiarum SS. Eutychetis & Acutii: *Crucem Domini ex auro puriſſimo fecit admirabili artificio compactam, quod Splendoclaſtum & Antipenton vocabatur.* De *antipento* diximus ſuo loco: *Splendoclaſtum* verò aurum videtur eſſe quod in tenuiſſima folia dilatatur, ita ut vox hybrida fuerit, ex *ſplendor*, & Gr. κλαστὸς, *fractus.* Obryzum autem *ſplendor auri* appellatur in Gloſſis Iſidori, in *Abrigenum*, quod idem valet ac obryzum. Joan. de Janua, *Obryzum*, *aurum dictum ſit, quod obradiet ſplendore.* Conſtantinus Manaſſes: ἔστιλβεν ἅλιος λαμπρὸν ὡς ὄβρυζον χρυσίον.

SPLENDONA, Ugutioni, *Gladius, ſic dictus, quod ſplendeat.* Unde Joſephus in 10. *ait undique jaculatoriis armis, & lorica area, & ſplendonis.* Gloſſæ Iſidori: *Sica, cluniculus, machæra, ſplendona.*

SPOLIARIA, *Exteriores balneorum cellulæ, in quibus balneantium ſpolia reponuntur*, Papias. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Spoliarium, ubi ſpolia ponuntur.* Britannicus ad Juvenal. Sat. 1. *Juxta balnea locus erat, qui Apodyterium, latinè verò Spoliarium vocabatur. Ubi qui balnea ingreſſuri erant, veſtes deponebant apud Capſarium, qui ut ſcribit Ulpianus, mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipiebat.*

Erat præterea *Spoliarium*, locus ubi conficiebantur quos arena ſemivivos dimiſerat, ut docet Seneca Epiſt. 94. Lampridius, mortuo Commodo, acclamatum ſcribit: *Hoſtis patriæ, parricida, gladiator, in ſpoliario lanietur.*

SPOLIATORIUM, *Locus ubi ſe denudant religioſi ad diſciplinam recipiendam.* Ita Gloſſa MS. ad diſticha Mag. Cornuti. Ugutioni, *Spoliatorium, eſt locus ubi ſpolia ponuntur, i. exterior balnearum vel balneorum cellula.* Vide *Spoliarium.*

SPOLIUM, Rerum ablatio, in Speculo Saxon. lib. 3. art. 31. §. 2. *Furtum aut ſpolium.* Ibid. lib. 1. art. 39. lib. 2. art. 60. 64. 72. lib. 3. art. 5. &c. Præceptio Guntranni Regis poſt Concilium Matiſcon. II. *Aut iniqua quibuſcumque ſpolia inferre præſumant.* Ita in Concilio Toletano XII. c. 10. Tolet. XIII. c. 2. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 30. *Neque ullam novam ordinationem ſe inflicturum ſuper eos, quod pertineret ad ſpolium, ſpopondit. Præda ſeu ſpolium*, in Concilio Coloni enſi an. 1266. c. 4. Vide Skenæum ad Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 8.

Spolium, Supellex quævis. Leges Grimoaldi Regis Longob. tit. 2. §. 3. *Et ſi ſpolia hominis ſepulti ſervus de ſepulchro tulerit*, &c. i. veſtimenta. Vetus Notitia Viennenſis an. 863. *Dicens quod ipſe Sigebertus cum aliis conductis hominibus liberis & ſervis emunitatem ſancti Mauricii vel ſancti Ferreoli, in loco qui dicitur Riparia, per vim infregiſſet, ibique incendium feciſſet, & omnia ſpolia domus violenter auferret, cavallos ſcilicet, arma, veſtimenta, & cætera conſiſtentia*, &c. Charta Begonis Epiſcopi Cadurcenſis apud Cruceum n. 299. *Expoſuerunt etiam ſæpe accidiſſe, quod dum contingit aliquem de prædictis viris Eccleſiaſticis infirmari, illi qui ad eorum Eccleſias, vel alibi, ubi ſunt eorum bona mittuntur pro juris noſtri conſervatione, dictorumque bonorum, quæ vulgariter nuncupantur Spolia, receptione*, &c. Adde n. 301. 302.

Spolia colli, quaſi veſtis & ſupellex colli. Lex Anglior. & Werinor. tit. 6. §. 6. *Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat: filiæ verò ſpolia colli, id eſt murenas, nuſcas, monilia, inaures, veſtes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii videbatur habuiſſe.*

Exſpolia, in Concilio Bracarenſi an. 572. c. 7. pro *Spolia.*

SPONDA. Regeſtum cenſuum Bigorræ ex Camera Comput. Pariſ. fol. 17. & Tabularium Palenſe, apud Marcam lib. 4. Hiſt. Benearn. cap. 11. *Quod bellum* (duellum) *fiet, non in ripa Soulenſi, ſed in Sponda Navarrenſi.* Ubi Marca, *la rive de Navarrenx*, vertit.

SPONDALIA. Raimundus de Agiles in Hiſt. Hieroſol. p. 147. *Audivi ego à multis qui ibi fuerunt, quod 30. Turcos & ampliùs, de ponte ſumptis ſpondalibus in flumine obruiſſent.* Ut Iſidoro lib. 20. cap. 11. *Sponda* dicitur exterior pars lecti; ita *ſpondalia*, trabeculas, ſeu partes exteriores pontis, quibus muniuntur in lateribus, licet interpretari.

SPONDALIS, Spondæ lecti inſtratum. Teſtamentum Heccardi Comitis Auguſtodun. apud Perardum in Burgundicis p. 26. *Et quicquid de gemmis habemus, & gandgana ſirica, cum ſpondale, & tapete uno*, &c. Aliud eſt *Epondenale*, infra: *Canones ſparſus quaternio uno, Gerberto, & Epondenale, libello de arte militari, & patto Guibaldo*, &c. fortè pro *Expoſitionale.*

SPONDARIUS, *Sponderius*, Tutor, qui pro pupillo ſpondet. Conſuetudines Toloſæ parte 1. *Tutor teſtamentarius, qui vulgariter appellatur Spondarius.* Occurrit ibi non ſemel. Stabilimentum Toloſanorum Conſulum an. 1207. apud Catellum: *Videlicet quod aliquis ſponderius hominis vel feminæ habitantis in hac villa Toloſa, urbe, vel ſuburbio, non poſſit aliquid emere de illis rebus mobilibus vel immobilibus, quæ fuerint illius ex quo ille erat ſponderius, ſi ille qui ipſum ſtatuerat ſponderium, non ordinaverat.*

Sponderii ad pias cauſas: Executores teſtamentorum. Teſtamentum Raimundi Comitis Toloſæ an. 1249. apud eundem Catellum: *Reſiduum verò de decem millibus marchis ſupradictis quod reſtat, diſtribuendum volumus arbitrio Commiſſariorum noſtrorum infraſcriptorum, qui Gadiatores ſeu Spondarii vulgariter appellantur, ad pias cauſas, ſicut ſaluti animæ noſtræ magis expedire videbunt.* Infra: *Commiſſarii autem, gadiatores, ſeu ſpondarii noſtri ſint iſti*, &c. Charta an. 1243. in Regeſto Toloſano fol. 88. *Qui fuerunt ſponderii & teſtamentarii de computo & teſtamento Bernardi W. de Brugariis.* Occurrit eadem notione in Charta Alfonſi Comitis Pictaviæ & Toloſæ an. 1263.

Spondalarius, in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 13. *Spondalarii*

laru, cabeçalarii, aut teſtes; &c. Vide in *Cabeçalariis*. Obſervantiæ Regni Aragon. l. 5. tit. de Tutorib. §. 8. *De Regni conſuetudine, tutor, curator, & ſpondalarius poſſunt conſtituere procuratorem, etiam ante litem conteſtatam.* Michaël del *Moline* in Repertor. Fororꝰ Aragon. *Teſtes ſeptem annorum poſſunt eſſe ſpondalarii in omni teſtamento nuncupativo quando teſtator decedit in heremo.* Vide Foros Aragon. edit. 1624. fol. 97. 124. 126.

Sponderagium, Tutela teſtamentaria, ſeu ipſa tutelæ adminiſtratio. Conſuetud. Toloſæ part. 1. tit. *de Jurejur. Spondarius creditur cum proprio juramento de adminiſtratione ſponderagii.*

SPONDOROMUM. Vide *Spidromum*.

SPONGIARE, *Spongizare*, Spongiâ detergere, emundare, apud Apicium lib. 1. cap. 26. lib. 7. c. 16.

SPONSA SOLIS. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſoph. *Imiba, i. cicerta. ſponſam ſolis intellige.*

SPONSALIA, Donatio facta ſponſæ, donatio propter nuptias: ἕδνα, in Gloſſ. Lat. Gr: vel *arra* à ſponſo ſponſæ datæ, quomodo *ſponſalia* uſurpantur in titulo Cod. Juſt. *Si rector provinciæ, vel ad eum pertinentes ſponſalia dederint*: quæ *pignora* dicuntur in l. 6. Cod. Th. de Sponſalibus. *Arra ſponſalitorum*, apud Papianum lib. Reſp. tit. 28. Græcis μνῆστρα. Tabularium Brivatenſe ch. 124. *Similiter de ipſa hereditate illa ſponſalia quæ dedi uxori meæ, dimitto ſancto Juliano*: &c. Occurrit præterea in Charta 155. *Sponſalitas*, in ch. 423. *Qui hanc hereditatem mihi tribuit in die ſponſalitatis meæ.* Vita SS. Boviæ & Dodæ n. 11. *Quidquid chartis ante aſſignatum extiterat ſponſalibus ſui patrimonii*; &c. Charta an. 1036. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 2. c. 34. *Ego Ranimirus gratiâ Dei prolis Sanctionis Regis accepi uxorem nomine Gerbergam, filiam Comitis Bernardi Rodegerii*, (Bigorrenſis) — *& dedi ei ſponſalia pro dote, & arram propter honorem & amorem, pulchritudinemque ſuam, aliquid de hereditate mea, quam dedit mihi pater meus in territorio Aragonenſi*, &c. Thidericus Langenius in Saxonia, de Erneſto Duce Brunſwicenſi:

> *Hic ſcrutabiatur terras, populos ſpeculatur,*
> *Ad terras verſus properans venit, inde reverſus*
> *Invenit nuptam tunc ſponſo ſic ſociatam,*
> *Qui mox ſubriſit, & ei ſponſalia miſit.*
> *Hoc ſic invento Dux agnitus eſtque momento,*
> *Brunſwic ferocem portavit & ipſe leonem.*

Incertum tamen quid hoc loco vox *ſponſalia* propriè ſonet, niſi intelligatur *annulus pronubus*.

SPONSALITIUM, idem quod *ſponſalia*, Donatio propter nuptias. Charta Caroli C. apud Jo. à Boſco in Vienna: *Donativum ſponſalitii noſtræ Reginæ Hermintrudis eidem ſancto condonamus; illa donante & conſentiente.* Tabularium Conchenſe in Ruthenis ch. 59. *Uxor mea — quamvis ſuum eſſet ſponſalitium, me ut darem impulit*, &c. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 99. *Et ſi eiſdem mulieribus placuerit, ſeparent ſe à maritis, ita tamen quod non amittant dotem ſuam, nec ſponſalitia.* Pactum nuptiale Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1109. *Et dabimus filiæ tuæ in donationem propter nuptias ſive in ſponſalitio ſuo, omne illud quod habemus — in terminio de Valle Evanga*, &c. Occurrit præter ea in Pacto nuptiali Guillelmi D. Montiſpeſſulani cum Mathilde filia Ducis Burg. an. 1156. Charta Simonis Comitis Leiceſtriæ & Montisfortis an. 1211. in 30. Regeſto Archivi Regii ch. 44. *Pro ſponſalitio tuo, ſeu donatione propter nuptias*; &c. Jacobus I. Rex Aragon. in Conſtitutionibus Cataloniæ MSS. *Non obſtante quod bona prædicta ſufficiant plenariè ad dotem & ſponſalitium uxorum ſuarum. Sponſalitia donatio & largitas*, Aniano ad l. 5. & 8. Cod. Th. de Sponſal. & in alio Pacto nuptiali an. 1191. Adde Gariellum in Epiſcopis Magalonenſibus pag. 92. Formulæ ejuſmodi donationum extant in Specilegio Acheriano to. 8. pag. 194. 216. 217. Vide ibidem p. 166. 207. 215. Huc etiam pertinet Charta Hugonis Epiſcopi Nivernenſis ex Tabulario Eccleſiæ S. Cyrici Nivern. ch. 75. *Notum ſit — quod ego Hugo ſola Dei gratuita bonitate non mei recompenſatione meriti S. Nivernenſis Eccleſiæ Epiſcopus licet indignus teſtamentum de bonis quæ mihi de Epiſcopatu proventura ſunt, ad laudem Dei & honorem inſtitui præcipio; & quemadmodum qualibet perſona laicalis uxorem ſibi legitime junctam juxta mundanæ legis traditionem dotat de bonis ſuis terrenis & honorat, ita & ego ſponſam mihi ſpiritualiter junctam, hanc videlicet Eccleſiam, de bonis meis ſupradictis bona voluntate & bono corde doto ſecundùm traditionem Canonum, & honoro: tali videlicet modo, ut quandocunque mihi, & Dei voluntate de hac vita caduca migrare contigerit, medietas bonorum meorum de Epiſcopatu, tam in pane quàm in vino, auro & argento, & beſtiis, omnique ſupellectili, tamen perſoluto prius ſi quod fuerit tunc temporis meo debito, Canonicis, Deo ſanctoque Cyrico die noctuque ſervientibus ex meo juſſu & dono tribuatur: altera verò bonorum medietas rurſus per medium dividatur, quarum unam partem peregrinis & viduis in domo Dei infirmantibus, partem verò alteram monachis Monaſterii S. Mariæ, ſanctique Proto-Martyris Stephani in ſuburbio noſtræ civitatis ſervientibus erogari præcipio. — Recitatum eſt hoc teſtamentum in civitate Nivernis in Eccleſia S. Cyrici anno Dominicæ Incarnat.* 1074. *Ind.* 12. 3. *Kal. Nov. fer.* 7. *Quandò idem Epiſcopus Hugo in Sede Pontificali inthronizatus eſt, aſtantibus & audientibus Goffrido Autiſiodorenſi Epiſcopo, & Vuillelmo Comite, aliiſque primatibus multis unà cum clero & populo civitatis. Recitatum eſt autem ſecundò in ſequenti ſeptimana in plena ſynodo.* Adde ch. 77.

Sponſalitium, pro dote Eccleſiæ, in Charta anni 1030. apud Sammarthanos in Archiepiſcopis Aquenſibus, & apud Columbum in Epiſcopis Siſtaricenſibus lib. 2. n. 11. ubi ſic clauditur: *Factum ſponſalitium iſtud anno*, &c. Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 93. *Dedit Gumiterius & filii ſui — quandam peciam vineæ Eccleſiæ S. Andreæ pro ſponſalitio*, &c. Tabularium Monaſterii S. Andreæ Viennenſis: *Similiter concedimus ſponſalitium ipſius Eccleſiæ duas diuturnas telluris: ſimiliter paſcua beſtiis monachorum*, &c. Alibi: *Concedimus corroatas dominicas noſtras & in ſponſalitio conſecrationis Eccleſiæ unum curtillum*, &c. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 52. *Fecit donum & relictionem nobis monachis de Domina omne quidquid tenebat à nobis in Eccleſia & in parochia S. Laurentii, & in Capella de Caſtello, ſcilicet ſponſalicii primitiarum, oblationum, & decimarum.* Fol. 87. *Breve de cenſu de Ferrariis, de ſponſalitiis Eccleſiæ, Walterius debet* 12. *den.* &c. Fol. 108. *Andreas Terraci debet* 12. *den. in Nativitate S. Mariæ propter ſponſalitium Eccleſiæ, vel* 4. *caſeos ad Cluniacum.*

SPONSARE, Sponſalia contrahere, in l. 38. D. de Ritu nuptiar.

SPONTONES, Pugiones, apud auctorem Mamotrecti ad 2. Paralip. c. 23. Vox Italica, de qua Ferrarius.

SPORA, Vide *Spontones*.

SPORTA. Vide *Sporta*.

SPORTA. Inter alia veterum Monachorum opificia, ſeu manualia opera frequens eſt mentio *Sportarum*, quas vimine, aut junco, ſparto, aut aliâ quavis materiâ texebant, quo earum pretio victum & alia neceſſaria ſibi compararent, quod teſtantur Regula S. Pachomii cap. 74. S. Hieronymus Epiſt. 4. Caſſianus l. 4. de Inſt. Cœnob. c. 29. & alibi, Sozomenus lib. 6. c. 29. &c.

Sporta peregrinationis, quæ aliàs *Pera*. Papias: *Pera, ſportella, ſacculus paſtoralis, mantica.* Tabularium S. Victoris Maſſilienſis apud Gueſnaium an. 855. n. 3. *Illuceſcente verò mane ipſius Dominicæ Reſurrectionis, poſt acceptam ſportam ſuæ peregrinationis, ob religionem piæ devotionis, venit in medium congregationis*, &c. Vide *Pera*.

SPORTA, *Sporla*, Id quod propter inveſtituram, aut ratione *relevii* conceditur à vaſſallo domino capitali. In Regeſto Conſtabulariæ Burdegalenſis, *Iſti ſunt qui debent ſportam in diœceſi Burdegalenſi. Dominus Bertrandus de Novelliano Miles debet pro Caſtro de Novelliano unam lanceam de ſporta; & pro his quæ habet in parochia de Salas unum auſtorium*, (autour) *vel 60. ſol. de ſporta*. Ita de cæteris feudatis, quorum alii lanceam, alii calcaria aurata, aut chirothecas, vel certam nummorum ſummam debent pro ſporta. Fol. 165. ejuſdem Regeſti eſt Charta Heliæ de Canpanna Militis an. 1285. in qua ſic loquitur: *Dabimus præfato Domino meo Edwardo, heredibus & ſucceſſoribus ſuis unum auſturium ſor de ſporta in qualibet mutatione domini, quotiens mutationem iſtam ex alterutra parte fieri contigerit.* In Regeſto homagiorum nobilium Aquitaniæ fol. 18. ubi agitur de Burgi (urbis ita dictæ) incolis: *Cum ſecundùm noſtram conſuetudinem non ſit feodum niſi ſit ibi ſporle, ſive inveſtitura. Eſporle* etiam interdum Gallicè effertur ibidem f. 58. *Theobaud Seigneur de Budos bailla pour eſporle & devoir deux lanſſes. Mons. Gerand de la Mota bailla pour eſporle 20. ſols de la monnoie*, &c. Occurrit vox *Eſporle* hac notione in Conſuetudine Burdegal. art. 81. 83. 85. 88 93. 94. Charta Edw. Regis Angliæ in 48. Regeſto Philippi Pulchri Regis Fr. ex Tabulario Regio n. 43. *Reddendo inde nobis & heredibus noſtris unam lanceam ad ſporlam in mutatione domini, uti ſporla de Vaſata fiunt.*

Hanc porrò vocem à *ſportula* Latinorum manaſſe nemo inficias ierit, quibus, maximè paulò inferioris ævi ſcriptoribus, ita munuſcula, dona, ſalaria & honoraria, nuncupantur, quod docuere pridem Juretus ad Symmachum lib. 9. Epiſt. 124. Sirmondus ad Sidonium lib. 8. Epiſt. 5. & Alexand. Wilthemius ad Diptychon Leodienſe, ubi obſervant *ſportulas*, à *ſportis* ſeu caniſtellis, uti vocantur à Symmacho lib. 2. Epiſt. 81. appellari, quod in *Sportulis* honoraria vel munera offerrentur, quod præterea ex Corippo colligunt. Atque hac notione poſterioribus etiam ſeculis *Sportulas* appellari conſtat. Concilium Vernenſe an. 755. c. 27. *Ut nec Epiſcopus, nec Abbas, nec ullus Laicus, pro juſtitia facienda ſportulas contradictas accipiat.* Id eſt *vetitas*. Uſatici Regni Majoric. MSS. *Judices ordinarii ſeu curia ordinaria civitatis nullas expenſas, ſeu ſportulas, nec aliquid pro primis ſententiis exigant, habeant, ſeu requirant.* Fori Aragon. lib. 7. de firmis juris: *Non tenéantur ſolvere ſalarium, expenſas, vel ſportulas aliquas Inquiſitori, Notario, nec alicui alteri. Sportules*, in Statutis Leodienſib. art. 70. 71. 90. Hinc *ſportulantes fratres*, apud Cyprianum, Epiſt. 28. 34. 66. dicuntur Clerici, quibus *ſportula* pro ſtipendiis præbebantur, quæ poſtmodum *Prabenda* dictæ. Vide Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 64.

SPOURONES, Calcaria, Saxon. ſpoꞃa, Germanis *Sporen*, Angl. *a Spurle*, Gallis *Eſperons*. Teſtamentum Everardi Ducis Forojulienſis: *Baltheum unum de auro & gemmis, ſpourones duos de auro & gemmis, veſtitum unum de auro paratum*, &c. Sermo Synodalis an. 1009. *Nullus cum calcariis, quos Sporones ruſticè vocant, & cultellis extrinſecus dependentibus Miſſam cantet.* Philippus *Mouskes* in Hiſtoria Francor. MS. in Henrico I.

Si l'a jus à ſes piès gietée,
Et as eſpourons deboutée,
Et de puins & de piès batuë,
Si que pos faut il ne le tue.

Infra:

Maugré ſes gardes chevaucha,
Des eſporons ceval brocha.

Idem in Philippo Aug.

Uns eſporons ot en ſes piès.

Littleton ſect. 159. *Tenure par petite ſerjanty eſt lou home tient ſa terre de noſtre Seigneur le Roy de render al Roi annuelement un arke, ou un eſpée, ou un dagger, ou un cuttel, ou une paire de gants de ferre, ou un paire de ſpoures doré*, &c.

Spora, in Teſtamento Ranimiri Regis Aragonum æra 1099. Locum vide in *Teſtinm*.

SPRENO. Gloſſæ Gr. Lat. ἐξουθενῶ, *Adnichilo, ſpreno, ſperno, reſpuo*. Ἐξουθενῶ, *Sperno, reſpuo, adnichilo, ſpreno, aſperno.*

SPULUM. Iſidorus Pacenſis æra 788. *Tunc capita damnatorum ad Abdellam dirigentes, ſuo ſpulo re fuerunt bellatores, atque cunctos priſtinos dignè pacificantes.* An *ſpolio*?

SPUMATICUM. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Spumaticum*: mete of melpe, of ban geſoden. Somnero mete eſt cibus, eſca: melpe, fortè, inquit, ſimilago: geſoden, elixus.

SPUNLIA. Ordonius Monachus lib. de Miracul. S. Rudeſindi Epiſc. Dumienſis n. 29. *Cum quadam in ejus naribus infirmitas, quæ vulgò Spunlia dicitur, naſceretur.*

SPURCALIA *in Februario*, Superſtitionis ſpecies & paganiæ interdicta in Capitulari Carlomanni an. 744. c. 5. *Spurcicia Gentilitatis*, & *Gentilium*, Paganicæ ſuperſtitiones, in Capitulari 1. an. 769. cap. 6. 7. lib. 7. Capit. cap. 128. 129. in Epiſtola Bonifacii Moguntini ad Cuthbertum Arch. Cantu, & in Concil. Cloveshovienſi an. 747. in Præfat. Hinc percipere licet quid velit Capitulare 5. an. 819. cap. 10. & lib. 4. Capitul. cap. 53. *De locis jamdudum ſacris, & nunc ſpurcitia fœdatis, ut juxta poſſibilitatem in antiquum ſtatum reformentur.* Ubi loca ſacra *ſpurcitia* fœdata intelliguntur ea quæ in Gentilium ſana converſa fuerant.

SPURHUNT. Vide *Canis*.

SPUTACULUM, Sputum. Evagrius in Vita S. Antonii: *At ego ſputaculum maximum in os ejus ingeminans*, &c. In Græco eſt: Ἐγὼ δὲ τὸν μάλιστα ἐμφύσησα κατ' αὐτοῦ.

SPUTARIUM, *Sputum*. Gloſſ. Iſid.

SQUALATA. Vide *Scarlatum*.

SQUAROSUS, *Aſper, vel inæqualis*. Jo. de Janua. Legi *Scaroſus* à *ſcaro* piſce aſpratili.

SQUILLA. Vide *Skella*.

SQUILLARII, ſeu *Latomi*, in Monaſtico Anglic. to. 3. parte 2. pag. 8. Fortè pro *Scalarii*, ſeu *Ardeſiarum* ſectores, paratores. Vide *Scalaria*, & *Scalia*.

SQUIFATUS, *Squinatus*. Vide *Scyphatus*.

STABELLUM, Lanionis pluteus, menſa, noſtris *Eſtablier*, pro *Tablier*: Tabularium. Iter Camerarii Scotici c. 8. de Carnificibus: *Vendunt carnes in coopertura, ſeu in ſecreto, clauſa feneſtra, & non apertè in feneſtra & in ſtabello.*

STABILIA, Bona immobilia, Italis *Stabili*, quibus opponuntur mobilia. Charta Petri Epiſcopi Carcaſſonenſis an. 1297. *Dedit — liberam poteſtatem reſtituendi vobis caſtra & fortalicia, & ſtabilia omnia, quæ idem D. Rex tenet occaſione mota terra.* Occurrit ibi non ſemel, apud Petrum Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 20. Ughellum to. 7. p. 566. 707. 864. Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 32. lib. 6. Ep. 1. 9. &c.

STABILIA, ſeu *Breve de ſtabilia*, Gall. *Bref d'eſtablie*: quod dari ſolet ei, cui vir aliquis potens feudum vel tenementum quod legitimè poſſidere ſe aſſerit, *calumnias* ſeu repetit: tum enim is *recognoſcendum quis majus jus habet, ſtabilium Ducis Normanniæ petit*, hoc eſt ut ponatur in manu Regis, donec controverſia judicio deciſa fuerit. Vide Jus Normannicum cap. 115. Huc fortè pertinet Charta Henrici Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. to. 1. pag. 1204. *Et omnes decimas de omni venatione prædictarum foreſtarum, excepta decima illius venationis quæ capta fuerit cum ſtabilia in foreſta de Windeshora.*

STABILO. Pſeudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

Nunc volucrum turmis mihi mors erat inſidiari,
Ventilabro modo paſſim ſtabilone ligato
Fila ſupertracturus eis, ſi forſitan illic
Oblectarentur. Sed legendum videtur *ſabulone*.

STABILIMENTUM, Præceptum, Edictum, noſtris, *Eſtabliſſement*. Paſſim. Ebrardus contra Valdenſes c. 20. *A Domino etiam tot jejuniorum ſtabilimenta non habetis.*

STABILITTA, æ, in Statutis Delphinalibus pag. 38. videtur idem jus quod *Reſcandiſia*. Vide in hac voce.

STABILITAS, Votum quod inter cætera emittit Monachus in Capitulo, ſe ſc. in Congregatione, ut loquitur Petrus Damianus, & in ipſo Monaſterio, in quo profeſſionem emittit, permanſurum, ſive in vita cœnobitica, quæ ſtatum eremiticum excludit, qui licèt Monaſticus ſit, non eſt tamen Cœnobialis, inquit Hugo Menardus. *Stabilitatem firmare* dicitur Novitius in Regula Magiſtri cap. 88. *Stabilitatem ſuam in Monaſterio firmare, vel profeſſionem*, in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. c. 18. Cæſarius Arelat. ſerm. 4. ad Monachos Lerinenſes; *Unde etiam ſi deo bene vivimus, curſum noſtrum in ſtabilitate & perſeverantia commendare debemus.* S. Anſelmus lib. 3. Epiſt. 130. *Eſt enim contra profeſſionem tuam, quod promiſiſti ſtabilitatem coram Deo in Monaſterio, in quo habitum Monachi accepiſti.* Eadmerus lib. de ejuſdem S. Anſelmi Similitud. cap. 81. *Profeſſionem etenim faciens, ibi ſtabilitatem, morumque ſuorum converſionem promittit.* Hiſtoria MS. Rothonenſis Monaſterii lib. 2. cap. 6. *Jam devoverat ſtabilitatem ſuam & converſionem morum ſuorum in eodem Monaſterio, ſed antiquus hoſtis qui ſemper inſidiatur humano generi, immiſit ei tales cogitationes, ut locum ſanctum deſereret, & promiſſiones ſuas irritaret*, &c. Vita Guillelmi tertii Abbatis Beccenſis: *Quidam Monachus venit ad Abbatem Willelmum, petens ut in Monaſterium ſuſciperetur, volens firmare ſtabilitatem ſuam in loco eodem*, &c. S. Bernardus Epiſt. 7. *Duo præcipua nobis in Monaſteriis converſantibus obſervanda traduntur, ſubjectio Abbati, & ſtabilitas in loco.* Ibidem: *Quid ergo tu de ſtabilitate tua facis, quam apud Ciſtertium firmaſti, & nunc alibi habitas?* Cæſarius lib. 1. c. 5. *In facie Capituli ſtabilitatem ſuam promiſerunt.* Lib. 4. c. 51. *Novitius quidam cùm in Hemmenrode ſatis tranquillè annum peregiſſet probationis, & voluntate ſtabilitatis expreſſa in Capitulo radendus eſſet in Monachum*, &c. Adde eundem S. Anſelmum lib. 1. Epiſt. 6. lib. 2. Epiſt. 23. Stephanum Tornacenſem Ep. 1. & Guigonem in Statutis Ord. Cartuſienſis c. 23. Formulam 32. ex Baluzianis, & Haëftenum lib. 4. Diſquiſit. Monaſtic. tract. 6. diſq. 5.

Stabilitatem etiam in locis, ad quos ordinabantur, promittebant Preſbyteri. Liber Epiſtolar. S. Bonifacii Arch. Mogunt. Ep. 107. *Traxerunt me ad altare S. Remedii, & fecerunt me jurare ſtabilitatem ad illam Eccleſiam.* Vide Capitula Caroli M. lib. 1. c. 25. & Capitulare Aquiſgran. an. 789. c. 23. 24. Capitul. 1. an. 802. cap. 18. Excerpta Egberti Archiep. Eboracenſis cap. 13. &c.

Stabilitates, Stabilida, Præſidia militaria in Caſtris & oppidis, in quibus *ſtant* & *ſtabiles* ſunt milites: *Stativa*, Ammiano, Lampridio, Hegeſippo & aliis: *Sedes*, in l. 1. Cod. Th. de Domeſt. & Protect. Gallis, *Garniſons*. Concilium Toloſanum an. 1229. cap. 29. *Circa locum etiam in quo ſe receperint* (hæretici) *fiant ſtabilitates militum & peditum.* Prima Curia Generalis Catalaniæ Jacobi Regis Arag. an. 1291. MS. *Nec etiam poſſimus ipſos mittere in fronteriis, vel ſtabilidis invitè.* *Eſtablies* olim noſtris. Computum Bartholomæi du *Drach* Theſaurarii guerrarum Regis anno 1338. *Eſtablies pour la guerre de Gaſcogne: premierement celles de pardeça la riviere de Garonne*, &c. Chronicon Flandriæ cap. 42. *Si ordonna avec les Barons de faire eſtablies ſur les frontieres de Flandres.*

Ad ſtabilitatem venire. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 17. de Placitis foreſtarum. *Placitum quoque foreſtarum multiplici ſatis eſt incommoditate vallatum, de eſſartis, de caſtonis, de combuſtione, de venatione, — ſi quis ad ſtabilitatem non venit. Si quis pecuram ſuam recluſam dimiſerit de ædificiis in foreſta*, &c. i. ubi ſtare debet.

Stabilitas domus. Hiſtoria Abbatiæ Condomenſis p. 467. *Quæ vinea & terra ſimul ſunt in uno clauſo, & ſtabilitatem domus quæ eſt in eodem loco, — dederunt.* Occurrit ibid. ſemel.

STABULANUS, *Stabularius*, in Gloſſis Lat. MSS.

STABULARIUS, qui *Stabulorum*, vel equorum & jumentorum curam habet, in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 4. §. 4. Carolus M. lib. 2. de Imagin. cap. 25. *Apoſtolus denique Paulus, Evangelicus ille ſtabularius, — cui Redemptor duplicis ſcientiæ ſive duorum teſtamentorum pecuniam concedit*, &c. Ubi *pecunia* idem valet quod *pecus*. Udalricus lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 25. *Eſt frater cui commiſſa eſt obedientia, ut de ſolis curam habeat caballis & mulis, quem & Stabularium appellant.*

STABULATOR, Stabuli Magiſter, Comes. Guntherus lib. 7. Ligurini:

> *Si contingat equum cuiquam reperire vacantem,*
> *Nec dominum norit, non detondebit, ut illum*
> *Ignotum faciat, nec clauſum fraude tenebit,*
> *Sed Stabulatori noſtro denuntiet, ac ſic*
> *Inventos, ut proprios nullo prohibente, fruatur.*

Infra:

> —— *At ſi quis vim fecerit improbus illi,*
> *Id noſter digna Stabulator corrigat ira.*

In quibus locis Radevicus *Marſcalcum* habet.

STABULATIO, Præſtationis ſpecies. Charta an. 1012. pro fundatione Abbatiæ S. Ambroſii Bituricenſis apud Sammarthanos: *Relinquo quoque omnes conſuetudines, videlicet Villicationem, ſtabulationem, & ita liberum reddo eundem burgum, — ut nullus deinceps auſus ſit accipere pretium unius gallinæ, nec pretium unius ovi.*

STABULATUM. Will. Malmeſbur. lib. 2. de Geſtis Regum Angl. cap. 13. de Edw. Confeſſ. *Dum quadam vice venatum iſſet, & agreſtis quidam ſtabulata illa, quibus in caſſes servi urgentur confudiſſet. Per Deum, inquit, & Matrem ejus, tantundem tibi nocebo, ſi potuero.* Fortè *Tabulata*.

STACA. Leges Athelſtani, ubi de Ordalio & judicio ferri ardentis: *Ne aliquis intret Eccleſiam poſtquam ignis infertur unde judicium calefacere debet, præter Preſbyterum & eum qui ad judicium iturus eſt. Et ſint menſurati 9. pedes à ſtaca uſque ad marcam, ad menſuram pedum ejus qui ad judicium ire debet.* Infra: *Novem pedes menſurati diſtinguantur inter terminos; in primo ſigno juxta ſtacam teneat pedem ſuum dextrum: in ſecundum ſiniſtrum pedem, in tertium ſignum quando ferrum projiciet, & ſanctum altare feſtinet, inſigilletur manus ejus*, &c. Ubi *ſtaca* eſt palus vel fuſtis terræ infixus, quomodo olim *Eſtaches* noſtri vocabant, cum de Duellis agunt, à quo novem pedes, quos qui judicium ferri initurus erat, emetiri debebat. *Marca* autem eſt locus ubi 9. pedes finiebant. Vide *Ferrum ardens*, & infra in *Stalia*.

STACAMENTUM. Uſatici Barcinonenſes MSS. c. 109. *In Bajulia vel guarda, unde quis habuerit hominaticum, vel cenſum, ſi hoc ſecundum bene poſſe ſuum cuſtodierit & diffenderit, habere debet ibi ſtacamentum, & moderatum adempramentum, ſcilicet de herbis, & de paleis, & de ortis, de fructibus arborum, & nullo ingenio debet ei inde malum exire.* Conſtitutiones Catalaniæ inter Dominos & Vaſſallos MSS. *Si certæ ſunt conventiones inter Dominum & Caſtlanum, & Dominus ſibi retinuerit in inſtrumento conventionali aliquas dominicaturas, placita, ſtacamenta, firmamenta, vel aliqua alia, & tempore procedente Caſtlanus aliqua de his occupaverit*, &c.

STACATA. Vide *Linſatus*.

STACUMA. Charta vetus: *Concedo — & ſtacumam, quantum feodo meo pertinet.*

STADARIUS. Charta Arichis Principis Longobardor. apud Ughellum in Archiepiſcop. Beneventanis: *Nec non & in Hilarigo caſas de caballariis, cum caballis &*

ſtadariis, hæ ſunt, caſa quæ regitur per Urſum cum uxore & filiis ſuis, &c. Videtur legendum *ſtodariis*, i. equis admiſſariis. Vide in hac voce.

STADINGI, *Stedingi*. Populi in confinio Friſiæ & Saxoniæ ſiti, paludibus inviis & fluminibus circumcincti, qui pro ſuis exceſſibus & ſubtractionibus decimarum multis annis excommunicati, contemptores clavium Eccleſiæ ſunt inventi. Qui cùm eſſent viri ſtrenui, vicinos populos, imò & Comites & Epiſcopos plures ſunt aggreſſi, ſæpe victores, rarò victi. Ob quam cauſam auctoritate populi verbum Crucis contra eos fuit per multas diœceſes prædicatum. Hæc Godefridus Monachus S. Pantaleonis an. 1234. cui interdum *Stagingi* dicuntur, *Stedingi*, in Hiſt. Archiepiſcopor. Bremenſium an. 1204. 1211. 1230. 1233. 1234. & in Privilegiis Eccleſiæ Hamburgenſis pag. 196. 197. Vide præterea Joannem de Beka pag. 63. & W. Hedam p. 139. 1. edit. & Albertum Stadenſem an. 1234.

STADIODROMOTUS, pro σταδιοδρόμος, qui in ſtadiis decurrit, apud Julium Firmicum lib. 8. c. 8. *Hunc locum ſi Mars reſpexerit, Stadiodromotos facit: ſi verò Luna cum Marte, Pilomacharios.*

STADIROLA, Bilanx, Italis *Stadera*. *Conditor datii Stadirolæ*, in Computo Theſaurariæ urbis Bononiæ in Italia an. 1364. ex Bibl. Regia.

STADIUM, pro *Stagium*, certum & definitum tempus pro reſidentia Canonicorum, in Statutis Eccleſiæ Leichefeldenſis in Monaſtico Anglic. to. 3. ſemel ac iterum. Vide *Aventura*.

Stadia, Sedes in choro, quas vulgò *Formes* dicimus. Locum vide in *Decimani*.

STADIVUM, idem quod *ſedes ſalinaria*, de qua ſupra. Charta Caroli Regis Fr. apud Doubletum pag. 779. *Et Adalungicella cum patella una & ſtadivo uno in vico Bodeſio*, &c. Occurrunt eadem verba in alia Caroli Simplicis an. 11. redintegr. 6. in Tabulario S. Dionyſii. Vide *Sedes*.

STADUM. Formulæ veteres Pithœi c. 77. *Propterea cautionem de ſtado meo tibi emitto*. i. de juri ſtando.

STAFFA, *Stapha*, Stapes, quo quis in equum tollitur, Italis *Staffa*, unde *ſtafiere*, qui ad *ſtaffam* ſtat. *Stafier*, apud Jo. Molinetum in Itinere Neapolitano, ex Germanico & Danico *ſtaf*, baculus, cui quis innititur, quod ſtapedes, quibus equites ſuffulciuntur, baculi iis vicem præſtent. Ita quidam cenſent. De vocis etymo, vide præterea Gorop. Bekan. lib. 2. Gallicor. pag. 49. Epiſtola Alexandri PP. apud Radulphum de Diceto an. 1177. *Et cùm aſcenderemus palefridum noſtrum, ſtaffam tenuit.* Idem an. 1170. *Cùm autem Rex & Archiepiſcopus ſeceſſiſſent in partem, biſque deſcendiſſent, bis ſtapham Rex tenuit Archiepiſcopo.* Vide ibid. pag. 717. Anonymus Salernitanus parte 4. *Sellam ſuper quam equitabat, ſtaffamque ſolitam ponebat.* Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. c. 71. *Deinde ponat pedem ſuum in ſtaffa ſellæ.* In Inſtitutionibus Capit. Gener. Ciſtercienſis diſt. 13. cap. 11. vetantur Monachi uti *ſellis equorum curioſis, aut frænis ornatis laminis, aut lunulis ſtanneatis, neque ſtaphis ferreis.* *Staphas*, novitium inventum eſſe, vel certè veteribus incognitum, jam olim pluribus obſervarunt viri docti, atque in iis Joannes Tortellius Aretinus, Brodæus lib. 4. Miſcellan. c. 26. Goropius Bekanus lib. 2. Francicorum pag. 48. 49. Voſſius lib. 1. de Vitiis Sermon. pag. 32. 33. Santamantius to. 3. Comment. Hiſtor. & alii. Autor eſt Richardus Stanihurſtus lib. 1. de Rebus Hibernicis, Hibernos *ferreis ſcalis, quæ à nonnullis ſtapedes dicuntur, in equos minimè aſcendere, ſed jubarum ſetas quæ frontibus imminent, aut equorum auriculas ſiniſtra apprehendere, atque dum equi obſtipis capitibus quietè inclinant, (nam ad talem facilitatem, ut eſt eorum docilitas, à dominis ſtringuntur) equites, etiam ſagis, aut loricis amicti, mira corporis agilitate ſe efferre, divaricatiſque cruribus, ephippia clitellis non diſſimilia ſubitò occupare.*

Noſtri porro ſtaphas *Sentoirs* appellarunt, ut à nobis obſervatum in Diſſert. 1. ad Joinvillam, quod ex iis equi inſiliantur. *Saltitionem equorum, inſilire, & deſilire*, dixit Vegetius lib. 1. c. 18. Conſule etiam Notas ad Cinnamum pag. 470. ubi pluribus auctorum locis adductis, docuimus jam olim in more fuiſſe Imperatoribus, Regibus, atque adeo principibus viris, ut equitantibus ſummis Pontificibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & ſtaphas, & fræna tenerent: cui quidem obſervationi, ut nihil aut parum ad eam firmandam deſit, alios aliquot, qui poſtea occurrerunt, hîc proferre placuit. Ad pag. igitur 473. lin. 30. poſt *tranſiret*, velim addas: Prædictis addo quæ habet Continuator Chronici Will. Nangii ſub an. 1305. de Philippo Pulchro Rege Franciæ: *Papa Clemente Dominica poſt feſtum S. Martini hiemalis apud Lugdunum in Eccleſia Regalis oppidi, quod dicitur Sancti Juſti, præſentibus Cardinalibus & Prælatis, multiſque Principibus conſecrato, dum ſuam ad domum rediens, geſtans, ut moris eſt, ſua coronationis inſignia, per frænum equi, cui inſidebat, à Rege Franciæ, qui ob hoc præ humilitate ſeipſum pedeſtrem poſuerat, ſeu conſtituerat, per curiam duntaxat oppidi memorati, deductus maximo cum honore fuiſſet, illic à fratribus Carolo & Ludovico, nec non Duce Britanniæ Joanne ſuſcipitur adhuc uſque ad domum modo conſimili.* Sed & idem audiendus ſcriptor ad an. 1316. *Joannes XXII. Papa vocatus ibidem ante Nativitatem B. Mariæ Virginis ſua ſuſcepit inſignia, Carolo Comite Marchiæ fratre Philippi Regentis regna Franciæ & Navarræ, eorumque avunculo Ludovico Ebroicenſi Comite, frænumque equi cui inſidebat regentibus, eiuſque feſtum decorantibus.* Huic adjungendus Gobelinus Perſona in Coſmodromio ætate 6. c. 77. ad an. 1383. de Carolo Hungariæ Rege: *Unde Papa* (Urbano VI.) *civitati Averſanæ appropinquante, Karolus egreſſus obviam ei, oſculis inde lætitiam ſimulans, ipſum cum reverentia dolo plena ſuſcepit. Hinc Karolus equi Papæ manu propria apprehenſis habenis, Papam ad ipſius civitatis caſtrum ducere ſatagebat*, &c. Denique Joannes Abbas Laudunenſis in Speculo Hiſtorico MS. lib. 11. c. 66. ad an. 1342. de Clemente VI. PP. *Si advint que quant le Pape nouvellement creé alloit à ſon Couronnement, les deux Ducs, (de Normandie & de Bourgogne,) l'un d'une part, & l'autre d'autre part, tous à pies tenoient le frain, & gouvernoient le cheval du Pape.*

Staphium eadem notione in Geſtis Conſulum Andeg. cap. 9. n. 5.

Stapha. Leges Adelſtani Regis, ubi de examine per ferrum candens: *Sed jaceat ferrum ſuper carbones, poſtea mittatur ſuper ſtaphas, & non ſit illic alia locutio*, &c. Ubi Saxon. habet ſtapelum; quod eſt fulchrum menſarum ex ſtipitibus. Atque fortean etiam hinc ſtapedes *Staphas* appellarunt, quòd pedibus equitantium fulcri ſpeciem præbuerint. Sed videtur leg. *ſtacas*. V. *Stach.*

Staphile. Italis *Staffile*, *ſtriſcia di cuoio al quale ſta appiccata la ſtaffa*, Academicis Cruſcanis. Ceremoniale Roman. apud Raynald. an. 1272. ex MS. Vaticano, de Elect. PP. *Et habere debet caligas de panno rubro, ſine pedalibus, & cum ſtaphilibus.* Bulla Benedicti PP. an. 1033. pro Epiſcopis Silvæ-candidæ, apud Ughellum to. 1. p. 124. *In ſecunda feria Paſchæ, quoniam ſecundum antiquum morem ad ſtaffilem, ubi de equo deſcendimus, nos noſtroſque ſucceſſores recipitis*, &c. Vide *Stapha*.

STAFOLIUM. Vide *Staplum* & *Conſtapholarius*.

STAFSAKEN. Decretum Taſſilonis Ducis Bajw. §. 7. *De eo quod Bajoarii Staffſaken dicunt, in vobis, quibus ex vetuſta conſuetudine Paganorum idololatriam reperimus*, (conſtituimus) *ut deinceps non aliter niſi ſic dicat qui quærit debitum, Hæc mihi injuſtè abſtuliſti: Reus verò contradicat, Non hoc abſtuli, nec componere debeo. Iterata voce, requiſito debito dicat, Extendamus dexteras noſtras ad juſtum Judicium Dei: & tunc manus dexteras uterque ad cælum extendat.*

STAGATUS. Annales Francor. Loiſelliani an. 802. *Luceria quoque frequenti obſidione ſtagata, & ipſa in dedi-*

tionem venit. Annales alii habent *fatigata*.

STAGGON, Cervus, Anglis *Stagge*. Leges Kanuti Regis Angl. de Foreſtis c. 24. *Si regalem feram, quam Angli* Staggon *appellant, alteruter coegerit anhelare*, &c.

STAGIA. Charta Occitanica an. 1298. in Regeſto Philippi Pulchri Regis Franc. an. 1299. n. 13. ex Tabulario Regio; *Item tres ſtagias feudales in Parochia S. Coſma propè Vaſſatum, de quibus pro una Petrus de Fonte debet 6. libras*, &c. *Unum molendinum in aqua del Bever pro 16. libris rendualibus & 16. ſolid. obliarum de ſtagia quondam Meinaldi Vaquerii*, &c. Infra: *Item ſtagiam dicta domus contiguam*, &c. Vide *Stagium*.

STAGIA, Palus ſeu tigillum, quo retis ad capiendas aves ſuſtentatur, Italis *Staggio*. Vide Petrum de Creſcentiis lib. 10. de Agric. c. 19. & infra in *Stanga*.

STAGILE, idem fortè quod *Stagia*. Charta Raymundi Comitis Toloſæ an. 1149. apud Gallandum de Franco alodio pag. 197. *Et de omnibus rendis, & de omnibus qua pertinent ad dominum Montis-Albani, nunc & in perpetuum, foris meum ſtagile, quod ibi retineo, & adhuc retineo*, &c. Vide *Stare*.

STAGIUM, Cœnaculum, noſtris vulgò *Eſtage*. *Stagium* verò quaſi στέγος dictum quidam autumant: unde διστέγος, binis conſtans cœnaculis, vel tabulatis. Athanaſius in libello ad Leonem PP. in Concilio Calchedonenſi act. 3. ait, ἐν τετάρτῃ στέγῃ manſionem ſuam fuiſſe: nos diceremus, *Au quatriéme eſtage*.

Stagium, præſertim uſurpatur pro ea obligatione, quâ vaſſallus tenetur *ſtare* in caſtro domini ſui, ſive pro eo tuendo contra hoſtes, ſive ex alio debito. Feoda Campaniæ pag. 72. *Hac dedit domina Comitiſſa pro continuo ſtagio faciendo apud ſanctam Menoldim, per totum annum Dudoni de Buixiaco, 7. libratas terræ cum carrucata terræ, quam dominus Comes ei dederat*. Tabularium S. Genovefæ Pariſ. an. 1211. *Quod Dominus caſtri & Milites feodati, qui tenebantur ratione feodorum ſuorum facere ſtagium pro cuſtodia caſtri*, &c.

Eſtagium, eadem notione. Vetus Inqueſta in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 350. *Et dixit quod feodum de Firmitate, & feodum Hugonis Malevicini, quod Dominus de Firmitate tenet, eſt Par & dimidium Ribemontis, & debet eſtagium per annum*, &c. Feoda Campaniæ fol. 25. *Theobaudus de Creſperi debet eſtagium in caſtello domini de Bouleuci*, &c. Charta Petri Epiſcopi Cabilon. apud Sammarthanos: *Quia prætendebat Milites ſuos in Caſtro Uſſello in eſtagio exiſtere*. De *Stagiis*, vel *Eſtagiis*, & qua ex cauſa tenerentur, & quem in finem ad ea peragenda adſtringerentur vaſſalli in caſtris dominorum, pluribus docuimus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici: quibus addenda videtur, prolixior licèt, Charta inſignis, quæ horum uſum omnino nobis aperit: *Noverint univerſi pariter præſentes & futuri, quod cùm nobilis vir Hugo Comes S. Pauli requireret à Paribus caſtelli S. Pauli quale eſtagium vel reſidentiam facere debebant in eodem caſtello: ipſi habito inter ſe ſuper hoc diligenti conſilio & tractatu, concorditer reſponderunt in hunc modum. Videlicet quòd ſi prædictus Comes & uxor ejus eſtagium ſive reſidentiam faciebant in caſtello memorato, ipſi & uxores ibidem ſecum reſidentiam facerent per dies quadraginta. Et ſi uxor ipſius Comitis ibidem præſens non erat, neque eorum uxores præſentes eſſe tenerentur. Die verò primo adventus ipſorum, cum ipſi venient pro ſuo eſtagio faciendo in caſtello ſæpedicto, ipſi & eorum uxores cum familia univerſa, quam ſecum adducent ad eſtagium faciendum, debent comedere primum prandium ad Curiam Comitis ſupradicti. Diebus verò ſequentibus uſque ad ſupradictos 40. dies, ſi ibidem tantum moram fecerint, teneretur unuſquiſque ſibi et familiæ ſuæ neceſſaria providere. Die verò ultimo 40. dierum, ſicut & in primo, teneretur eis in uno prandio providere dictus Comes, & poſtea ipſos licentiare ſine cauſa; & ex tunc à die illa in unum annum tenerentur eſtagium facere in prædicto caſtello dicti Pares. Si verò totum eſtagium non facerent, ſed ſolummodo per tres dies vel quatuor vel amplius, ſive minùs, ubi opus eſſet, & tamen cum licentia Comitis recederent, nihilominus remanerent quieti & liberi de eſtagio ibidem faciendo uſque ad unum annum. Sciendum eſt etiam quod ſi uxor dicti Comitis tempore 40. dierum in caſtello jamdicto præſens erat, & pro viduitate ſua, vel pro caſu aliquo à prædicto eſtagio recederet, & uxores Parium ſimiliter poſſint recedere cum cauſa. Similiter & ſi dictus Comes recederet ſine cauſa, poſſent recedere dicti Pares. Si verò dictus Comes alicui Parium injuriam faceret, manente eſtagio, & conquereretur de ipſo, per judicium Parium incontinenti teneretur emendare ipſi Pari. Notandum etiam quod omnes Pares communiter per totum annum, quo ibidem præſentes erunt pro prædicto eſtagio faciendo, poſſunt & debent in foreſta ſua venari, & in garennis ſuis ſimiliter, tam ad beſtias quàm ad volucres, in prædicta foreſta poſſunt mittere ſummarium ſuum pro lignis percipiendis ad ardendum per totum annum memoratum. Etiam quia prædictus Comes à prædictis Paribus requiſivit quale ſervitium ei deberent pro Comitatu defendendo, ipſi concorditer reſponderunt, quod ſi viderent quod Comitatus defenſione indigeret, quilibet eorum debet defendere ad expenſas proprias per 40. dies, nec à fine 40. dierum in unum annum ſervitium hujuſmodi poſſet requirere dictus Comes. Et ſi unius ſpatium temporis ſufficiebat ad defenſionem dicti Comitatus, nihilominus quieti & liberi remanerent ab hujuſmodi ſervitio uſque ad unum annum. Ad hoc dicendum fuerunt & concordaverunt Dom. Joannes de Baiolo, Dom. Rogerus de Dors, Dom. Balduinus de Dunjon, Domina Nedidis Buticularia, Dom. Hugo Ploubes, & Dom. de Pas, Dom. Joannes Boulons, Balduinus Dom. de Sentſaint Leger, Balduinus de Aria, Balduinus de Heſeke; Rogerus de Heſeke, Joannes de Mirebeau. Et ut hoc ratum & ſtabile perſeveret, prædicti Pares præſens ſcriptum ſigilli ſui munimine confirmarunt, proteſtantes & dicentes, quod ſi poſſent inquirere à probis viris & antiquis, quod plus ſervitii facere deberent Comiti memorato, plus eidem facerent diligenter.*

Eſtagium, Domus in qua quis manet. Aſſiſiæ Hieroſolymit. MSS. cap. 128. *Et ſe il n'a manoir eſtable en la vile où il doit ſon eſtage tenir, il le doit ſemondre en l'oſtel où il ſi darrainement manant*. Vetus Poëta MS. de Vulpe Coronato:

> *Qu'oncques en ordene de Prêcheur,*
> *De Jacopins, frere meneur,*
> *Renards n'entra, ne fiſt eſtage.*

Guill. *Guiart* in Hiſt. Francor. MS.

> *Pour garder le pont de Romage,*
> *Ja ſont tuit garni li eſtage,*
> *De ceus que leu y a huchez.*

Eſtagium habere dominus dicitur, cùm hoſpitium ei debetur. Libertates conceſſæ Villæ franchæ ab Archembaldo Dom. Borbonii an. 1217. *Dominus Borbonenſis non debet habere apud Villamfrancham domum, nec eſtagium; nec credentiam per vim*.

Eſtagia, idem quod *Eſtagium*, Domus, habitatio. Regeſtum Conſtabulariæ Burdegal. fol. 134. *Arnaldus Bernardi de Moros pro eſtagia ſua de Puiols, in parochia de Terſut, debet unum barilum vini de ſporta*. Ita alibi ibidem ſæpe.

Stagium facere, & *complere*, prætereà dicuntur Canonici, qui faciunt *reſidentiam*, quæ ad aliquot dies in anno computatur. Tabularium Eccleſiæ S. Aniani Aurelian. an. 1254. *Ut quicumque hujus Eccleſiæ Canonicus, ſeu qui in hac Eccleſia non ſervierit alia vice, ſeu non ſtagium compleverit; quod quidem ſtagium novies viginti tres dies continet, & in die S. Petri ad vincula inchoatur, à die obitus ſui uſque ad revolutionem anni, ubicumque & quandocumque expleto illius anni ſtagio obierit, groſſos præbendæ ſuæ illius anni fructus ratione peragendi ſervitii integrè habeat*, &c.

Stagium concedere, in eodem Tabulario an. 1269. eſt abſolvere à reſidentia, verbi gratiâ, Canonicum qui pro ſervitio Eccleſiæ peregrè proficiſcitur.

Stagerius, qui debet *ſtagium*, *ſtagio* obnoxius vaſſallus: vel qui domum habet in aliquo loco. Feoda Campaniæ fol. 1. *Vicecomes Feritatis, ligius & ſtagerius de Feritate de hominio Feritatis.* Paſſim ibi.

Eſtagerii, eadem notione. *Eſtagiers* in Conſuetud. Turon. art. 7 49. 50. Andegav. art. 134. 135. 174. &c. Charta Philippi Regis Franc. an. 1222. in Tabulario Epiſcopatus Pariſienſ. Thuano: *De albanatis forinſecis concedimus quod ſolvant Epiſcopo in una ſeptimana conſuetudines debitas, ac ſi nunquam fuiſſent albanati, nec de cætero albanentur niſi ſint eſtagiarii Pariſienſes*, &c. Occurrit in Charta alia an. 1224. apud Perardum in Burgundicis pag. 405. *Le Roman de Garin:*

Ferez fermer le Chaſtel de Belin,
Et feſtes dire voſtre Prevoſt Oudin,
Les Eſtagers face ceans venir,
Treſtos ſemongne & les grans & petits, &c.

Alibi:

De Gironville font les tours enfoncer,
Les barbacanes reparer & blanchir,
Les Eſtagiers en la ville venir,
Et les Serjans por le fiè deſervir.

Eſtagement. Sacramentum exactum à Burgenſibus Inſulenſis oppidi, apud Haræum in Caſtellanis Inſul. *Il vous convient venir manoir en ceste ville eſtagierement vous, vos femme, & vo meſnie, ſe vos en y eſtes requis d'Eſchevins.* Arvernis, *Eſtagiée*, eſt conductor domus. Vide *Stare.*

Stagi, Primarii quidam è Conventu Cathedralis Eccleſiæ, qui moderandis ſtatuendiſque ejuſdem rebus neceſſariò requiruntur, ſcilicet *Decanus, Subdecanus*, & 2. vel 3. majores Canonici; aliàs *Reſidentiarii*. Sic in Paulina Eccleſia Londinenſi. Ita Spelmannus.

STAGNARIUM. Charta Henrici III Regis Angl. an. 1. *Conceſſimus Dominæ Reginæ matri noſtræ cuneum & ſtagnarium Devon ad ſe ſuſtinendum.* Ubi *cuneum* monetam, *ſtagnarium*, ſtannariam ſodinam interpretor. Quomodo etiam Spelmannus *ſtannaria, orum*, & *ſtannarium* uſurpari obſervat. Vide *Stagnum.*

STAGNUM, Mare. Tidericus Langenius in Saxonia:

Sulcatum ſtagnum per multa pericula magnum,
Tertia proceſſit claſſis pars, indique ceſſit.

Stagnales civitates, Maritimæ, apud Ericum Upſalienſem lib. 5. Hiſt. Suecicæ pag. 190. *Et in magna claſſe circa littora civitatum ſtagnalium pervagatus*, &c.

STAGNUM, pro *Stannum*, κασσίτερος, Gall. *Eſtain.* Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Stagnum, lacus qui non effluit, vel genus metalli.* Gloſſ. Lat. Gr. *ſtagnum*, κασσίτερος, λίμνη, ὑπόστασις. *Stagnea*, κασσιτερινά. Gloſſ. Gr. Lat. *Stagnum*, κασσίτερος. *Stagnea*, κασσιτερινά. *Stagno*, [illegible]. Ubi *Stagnare*, eſt *ſtagno*, ſive ſtanno, inducere, noſtris *Eſtamer*. Κασσιτερωτής, *Stagnator.* Gervaſius Dorobern. an. 1182. *In ſignum verò ſectæ, vel ordinis habitum, lineum habebant capucium, in quo B. Virginis imaginem parvulam plumbo impreſſam vel ſtagno in pectore geſtabant.*

Stagnatus, noſtris *Eſtamé*, ſtagno fuſo perlitus. Geſta ſub nomine Acacii: *Ut ſi dicamus aliquid ceratum, aut picatum, aut ſtagnatum, aut quolibet alio genere coloratum.*

Stagneus, pro *Stanneus*, paſſim apud Scribonium Largum cap. 230. 268. &c. Marcellum Empir. cap. 21. Alexandrum Iatroſoph. lib. 1. in Chron Trudonenſi lib. 9. pag 459. Rigordum an. 1183. &c. Vide Ferrarium in *Stagnare.*

Stagnum, Iſidoro dicitur quod metallum ſecernit. *Stagni etymologia, inquit*, ἀποχωρίζει, *id eſt ſeparans dicitur & ſecernens: mixta enim & adulterata inter ſe per ignem metalla diſſociat, & ab auro & argento plumbumque ſecernit.* Hinc

Stagnare, in ejuſdem Gloſſis, *metalla ſecernere.*

Stagnum. Charta Joannis Abbatis S. Bertini: *Dicimus quod foſſatum ſemper remaneat foſſatum*, — *nec ſtagna ibi poſſint figi, niſi partes conſentiant, ut dicta ſtagna remaneant ibidem.*

STAINUM, Stannum, *Eſtain.* Charta an. 1248. apud Ughellum to. 7. pag. 611. *Calice uno de ſtayno ſive patena.*

STALARIA, *Stallaria.* Vett. Gloſſæ, *Stellaria, ſalictum vel cetretum.* Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 26. *Si quis ſtalariam* (al. *ſtallariam*) *capellaverit, componat ei cujus ſtalaria fuerit ſol. ſex.* (Editio Heroldi p 222. habet *ſtalarſa*) ubi Boherius: *Stalaria, eſt arboretum ſive arbuſtum, ex quo pali inciduntur.* Tabularium Calaurienſe an 14. Lud. Imp. F. Lotharii: *Cum — vineis, ſilvis, paſcuis, ſtalariis, cetinis, caloriis*, &c. Charta Adelchiſi Regis Longob. in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 17. *Cum cuncta territoria per ſingula loca, id eſt campis, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, ſtellariis, rivis, paludibus*, &c. Occurrit non ſemel in Chartis Longobardicis, apud Ughellum to. 4. p. 1291. 1368. &c.

Stalaria, pro vivario piſcium uſurpare videtur vetus Noticia in Tabulario Fiſcanenſi fol. 69. *Omnes jurati dixerunt & recognoverunt quod quædam ſtalaria fuit inter Aſtacum & Waſcvillam, ubi Sequana modo reliquit mariſcum, & ubi tunc temporis habebat curſum ſuum & de conſuetudine piſcium illius ſtalariæ habebat Comes de Mellent medietatem*, &c.

STALLARIUS, *Stallangiator.* Vide *Stallum.*

Stallarius. Simeon Dun. Florentius Wig. & Hov. an. 1068: *Eadnothus, qui fuit Haraldi Regis Stallarius, occurrit cum exercitu.* Richard. Mon. l. 2. Hiſt. Elienſis: *Alfgarus quidam ſtallere, eam* (villam de *Eſtre*) *invaſit.* Infra *Conſtabularius* appellatur: unde conjicit Spelmannus *ſtallere* appellare, quaſi *ſtal-here*, Præfectum ſtabuli: cui accedit Janus Dolmerus in Notis ad Jus Aulicum Norvegicum vetus cap 1. qui autor eſt apud Norvegos & Danos *Stal*, ſtabulum equorum aut pecorum ſignificare, ubi plura de *Stallariis* Danicis.

STALLATI, *Stalliati*, fortè pro *talliati*, talliis obnoxii: aut potiùs qui *ſtallum*, id eſt reſidentiam in loco debent, qui glebæ adſcripti ſunt, aut qui in aliquo loco morantur Charta Tancredi Comitis Licii an. 1182. apud Ughell to. 9. pag. 102. *Ita quidem ut libere, & ſine aliqua datione caſalia ipſa cum dictis hominibus, tam tributariis, quàm ſtalliatis*, &c. Mox: *Homines verò tributarii & ſtalliati qui morantur in caſali Baſilii*, &c. Vide *Stellatus.*

STALLO. Charta Caroli C. an. 18. Ind. 2. in Tabul. Dervenſi: *Concedimus etiam eiſdem Dei ſervis in Vico ſeſſum unum indominicatum ad accipiendum ſalem cum proprio, uti vulgò dicitur, ſtallone & furca ſuperpoſita, ut ſine aliquo contradictore muriam licenter habeant.* Camuſatus pag. 85. habet *Stalone* cum unico l. Ubi fortè *Stallo* eſt menſura, quæ noſtris *Eſtallon* dicitur.

STALLUM, Locus ubi quis habitat, ſedet, ſtat. Præſertim ita appellatæ in foris & nundinis mercatorum ſedes vel apothecæ: vox, ut videtur, contracta ex *ſtabulum*. Charta Philippi Aug. Regis Franc. an. 1195. pro Communia S. Quintini: *Tale eſt forum noſtrum, quod quiſquis in forum venerit, ſtallum ſuum ſtatuere poſſit ubi terram vacuam reperit, ſuumque ſolvat ſtallagium, ſalvis & liberis exitibus domorum & camerarum in quibus manebunt.* Rigordus an. 1183. *Inter murum exteriorem & ipſas Halas, mercatorum ſtalla fecit erigi deſuper operta, ne mercatores tempore pluvioſo à mercatura ceſſarent.* Charta anni 1195. in Tabulario Vindocinenſi fol. 274. *Donavi 40. ſolid. annuatim habendos in meis ſtallis carnificum.* Charta Goffridi Epiſcopi Lingonenſis an. 1164. *Excepto quod Comes in ea* (terra mercati) *ſtalla concedere ſolis cambiatoribus poteſt, tantummodo ad cambiandum*, &c.

Stallum interdum pro *Stallagio* ſumitur, hoc eſt tributo quod ex *Stallis* mercatorum eruitur. Ita in aliquot Chartis obſervaſe eſt apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. cap. 31. & 44.

Stallus, alia, ut videtur, notione, apud Petrum de Vineis lib. 6. Epiſt. 9. *Et terras omnes circumquaque jacentes, exceptis C. & P. quas N. & N. fideles noſtri habere noſcuntur ad præſens, vel habituri ſunt in antea, de ſtallis & recompenſationibus vaſſallorum ſuorum, quos ibidem hactenus habuerunt.* Pro habitatione vel domicilio ſumi hîc videtur. Vide Hiſtoriam Eccleſiaſticam Abbatiſvillæ pag. 90. 114.

Stallagium, Præſtatio pro ſtallis, ſeu jure ea habendi in foris mercatis, & nundinis. Bromptonus: *Stallage, eſt exactio pro ſtatione in plateis tempore nundinarum.* Charta Philippi Aug. an. 1185. apud Morinum in Hiſt. Vaſtinenſi lib. 5. pag. 707. *Carnifices reddent ſtallagia quæ debent.* Charta Aalis Duciſſæ Burgundiæ an. 1219. in Tabul. S. Dionyſii de Vergeio: *Centum ſolidos Divionenſes in ſtalagiis fori de Nuis, & annuatim perſolvendos in Octavis S. Dionyſii*, &c. Areſta an. 1276. in Regeſto *Olim* fol. 33. *Viſo privilegio S. Urſini Bituric. pronunciatum fuit, quod in Burgo ſuo Prior & Capitulum retinere non poſſunt ſcambſorem, niſi habeat ſtallum ad cambium, & ſolvat ſtallagium, ſicut alii ſcambſores de villa Bituric.*

Stallagium, Anglis, uſurpatur pro Quietum eſſe de quadam Conſuetudine exacta pro platea capta, vel aſſignata in nundinis, & mercatis. Ita Raſtallus. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 187. *Cui etiam dedit idem Comes ſtallagium per totum hundredum de Halton, & libertatem ſibi & hominibus ſuis de hundredo de Halton libere vendendi & emendi tam in Ceſtria quàm in Comitatu, & Wycis, ubi tunc non fuit lex ulla, omnia ſine tol & ſtud, præter ſal & equos.* Pag. 191. *Omnes quietantias, quas burgenſes mei in ipſo burgo habent, emendi & vendendi in foro & extra forum, ut nec tolnetum, nec ſtallagium reddant.* Adde pag. 71. & 303.

Eſtallagium, idem quod *Stallagium*: ex Gallico *Eſtallage*. Tabularium Eccleſiæ Ambian. *Et in illis villis habet Eccleſia bannum & ſanguinem, & eſtallagium, & herbagium.* Alibi: *Eſtalagium pannum totum eſt Eccleſiæ.* Monaſticum Anglican. to. 2. pag. 26. *Et ſi quis eſt hominum de ſoka ſua qui habeat eſtallagium in burgo, & ſit in communitate burgi, ſi non reddat ibi conſuetudinem eſtallagii ſui, quam juſtè reddere debuerit*, &c. Perperam *aſtallagium* pro *eſtalagium* habetur in Charta an. 1219. in Probat. Hiſt. Vergiac. pag. 156. Uſatica MSS. Vicecomitatus aquarum Rotomagi: *Chaſcun vendeur de poiſſon en la ville doit le jour 6. d. de ſon eſtallage: & ſe il vent en un meſme eſtal poiſſon à pluſieurs gens, de chaſcun homme le vendeur paie 6. d. d'eſtallage*, &c. *Eſtablage des marchandiſes*, in Conſuetud. Comitatus S. Pauli art. 29. 59.

Stallangiarius, *Stallangiator*, qui habet *ſtallum* & locum in publica via tempore nundinarum. Iter Camerarii Scotici cap. 39. §. 63. *Si ſtallangiarii emunt & vendunt libere in burgo*, &c. *Stallangiator*, in Legibus Burgor. Scoticor. cap. 40. 58.

Stallarius, eadem notione in Fleta lib. 4. cap. 28. §. 13.

Stallum, aut *Stallus*, ſumitur etiam apud ſcriptores pro ſede uniuſcujuſque Monachi, aut Canonici in choro Eccleſiæ. Humbertus lib. 2. de Mirac. cap. 1. *Solito more venit in chorum, & ecce invenit Spiritum immundum in ſtallo ſuo, ſimilantem fratri qui juxta ſe manebat in choro.* Et mox, *innuit ei ut in aliud ſtallum ſe ſe transferret.* Statutum Raimundi Comitis Toloſani & Legati PP. apud Catellum pag. 350. *Inhibemus ne aliqui ſeculares Canonici ſtallum in choro, vel vocem habeant in Capitulo, niſi fortè fuerint in ſacris Ordinibus conſtituti*, &c. Matth. Paris an. 1256. *Inquiſiverunt — quodnam eſſet ſtallum Decani.* Radulfus de Diceto: *Richardo ſtallum aſſignavit in Choro, ſedem in Capitulo.* Utuntur Charta Charitatis Ciſterc. c. 2. Cæleſtinus III. PP. Ep. 6. Cæſarius Heiſt. & alii paſſim. Atque ea quidem ſtalla ſpondis dividuntur abinvicem. Matth. Paris an. 1250. *Et retrorſum cogens, ad unam ſpondam, quæ duos de ſtallis dividebat, & pro podio facta fuit: adeo ſenile corpus preſſit, ut oſſa cum medullis conquaſſaret.* Vide Joan. Buſchium in Chron. lib. 2. c. 25. 31 36. 39. 43. &c. & in V. *Forma.*

Inſtallare, In *ſtallum* inducere, locum in choro dare, beneficii Eccleſiaſtici poſſeſſionem conferre, Gallis *Inſtaller*. Jo. Brompton an. 1088. *Prabendarios inſtallant, inducunt, viſitant.* Paſſim. *In ſtallos mittere*, apud Rogerum Hovedenum pag. 660. *Sed Archiepiſcopus Eboracenſis noluit eos (* Decanum & Theſaurium Eboracenſis Eccleſiæ *) recipere, neque in ſtallos mittere, donec electio ſua confirmata eſſet à ſummo Pontifice.*

STALONUS, Equus admiſſarius, ex Gallico *Eſtalon*, in Monaſtico Anglicano to. 1. pag. 841.

STALPA. Gloſſ. Gr. Lat. MS. & editum: σάλαγμος, *Stilla, hoc ſtillicidium, hæc ſtalpa.*

STAMINARIUS, ὑφάντης, ὁ τὸ στήμονα... In Gloſſ. Lat. Gr.

STAMIO, *Partus.* Gloſſ. Iſid. *Stavio*, ſcribitur in Pithœanis.

STAMINEA, *Stamineum*, *Staminia*, *Stamina*, *Staminum*, *Stamen*, Lanea interula, ſeu Camiſia, qua Monachi quidam vice cilicii utebantur: nam Benedictinis *laneas camiſias* interdixit Innocentius III. PP. vulgò *Eſtamine*: ex voce Lat. *Stamen*, στήμων. Variè autem hæc vox effertur:

Staminea, in Regula Solitariorum cap. 49. in Vita S. Guidonis Abbatis Pompoſiani ex MS. Spirenſi n. 12. apud Ordericum Vital. lib. 8. pag. 711. Willelmum Gemetic. lib. 5. c. 8. 12. Sigebertum an. 1107. Leonem Oſt. lib. 2. cap. 26. in Chronico Fontanell. cap. 16. pag. 246. in vita S. Benedicti Anian. n. 40. in Charta an. 1320. apud Waddingum in Regeſto pag. 120. &c.

Stamineum. Udalricus lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 5. *Si propter calorem froccum exuerit, in cuculla ſedere poterit, ſed ita ut nec gunellam, nec pellicium ſubtus habeat, nec aliud quidquam, quam ſtamineum ſuum.* Cap. 8. *de Novitio: Ei non ſtamineum, ſed pro ſtamineo camiſia linea datur.*

Staminia. Utuntur Regula Magiſtri cap. 4. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 468. Lanfrancus in Decret. pro Ordine S. Bened. cap. 16. Hugo Flaviniac. in Chron. p. 236. Statuta Cluniac. Petri Venerab. c. 63. &c.

Staminium, Origines Ciſtercienſes Ordinis cap. 15.

Stamina, in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 16.

Staminum, in eod. Monaſtico Anglic. tom. 1. pag. 6. 999.

Le Roman de Vaccis:

Du chef de ſon braier une clef deſfermerent,
Et cole & eſtamine, & un froc en oſterent.

Id eſt, *cucullam, ſtamineam, & froccum.*

Uſurpatur etiam ſæpè hæc vox pro ſpecie panni, quam interdum *Stamen* vocabant. Concilium Avenionenſe an. 1209. c. 18. *Firmiter inhibemus ne panno de ſtamine forti, aut alio colorato vel ſumptuoſo ſeu aliquo ſerico in futurum utantur Clerici.* Adde Concil. Monſpelienſe an. 1214. c. 17. Vide *Stamen.*

STAMMA. Odo de Diogilo lib. 3. de Profect. Ludov. VII. in Orientem: *Hic primò (in Græcia) cupream monetam & ſtaminas offendimus, & pro una earum 5. denarios, & pro 12. ſolidos marcam triſtes dabamus.* Idem lib. 4. *Ante palatium, vel etiam in tentoriis habebamus congruum, ſi duraret, concambium, minus quàm duobus denariis ſtammam unam, & earum 24. ſolidos propter marcam.* Græcis recentioribus στάμα eſt pecunia, moneta, ut pluribus docet Meurſius. Unde pro *ſtamma* apud Odonem Diogilum *ſtamina* legendum putem, proclivi librarii lapſu.

STAMSKUT, Tributi ſpecies, apud Suecos. Charta Suecica an. 1314. apud Jo. Schefferum in Notis ad Chronicon Archiepiſcop. Upſalienſium pag. 228. *De qualibet navi, quæ vadit Holmis, cum mercimoniis, unum dena-*

rium, quod in noſtra lingua dicitur Stamikgt.

STANCA. Charta Balduini Comitis Flandriæ an. 1193. in Tabulario Monaſterii S. Bertini: *Stancam unde aqua exit poterunt praparare, & aquam in prato ſuper ſtancam eodem termino congregare.*

STANGARE, στεγνοῦν, Sanguinem ſiſtere ne fluat, pro *Stagnare*, Gallis *Eſtancher*. Gloſſ. Lat. Gr. *Stagnat, στεγνοῖ, ἐπέχει*. Apud Serenum Sammonicum in veteribus libris, ſic lemma capitis 20. legi monet Salmaſius: *Ad medendam rejectionem cibi, & ſanguinem ſtancandum*. Ubi edit. *Rejectionibus cibi aut ſanguinis abſtinendis*. Lex Alaman. tit. 65. §. 6. *Si autem ferrum calidum intraverit ad ſtagnandum ſanguinem*, &c. Italis *ſtancare* eſt defatigare. Vide Ferrarium in *Stagnare*.

STANDA, Vas vel dolium vinarium, ex Theutonico *Stande*, Kiliano, labrum, alveus ſtatarius, orca, cadus: à *Standen*, ſtare, ut habet vita MS. S. Romarici: *Vas quod à ſtando Standam nuncupant, plenum reperit*, &c. Infra: *O miraculum magnum quod feciſti, vir Dei, qui ſignaculo tuo ſtandam meam ficera repleſti.*

STANDARUM, *Stantarum*, *Standardum*, *Standale*; Vexillum præcipuum totius exercitus; vulgò noſtris, *Eſtendart*.

Standardum Scriptores rerum Hieroſolymitanarum Saracenis ac Sultanis vulgò adſcribunt. Tudebodus lib. 5. extremo: *Unus autem noſtrorum accepit ſtandarum Ammiravisſi, deſuper quod erat pomum aureum, haſta verò tota cooperta argento: quod ſtantarum apud nos dicitur vexillum.* Albertus Aquenſis lib. 6. cap. 50. *Longiſſima haſta argento operta per totum, quod vocant Standart, & quæ Regis Babyloniæ exercitus ſignum præferebatur, & circa quam præcipua virtus denſabatur.* Robertus Monachus lib. 9 Hiſt. Hieroſol. *Vexillum Admiravisſi, quod Standardum vocant.* Fulcherius Carnot. lib. 3. c. 18. *Tria nempe vexilla pretioſiſſima, quæ Standars nominamus, ab eis excuſſerunt.* Gauterius de Bellis Antiochen. pag. 447. *Ad montem quo ſtandarum, & robur ipſorum conglomeratum fuerat, iter dirigit.* Denique Baldricus Dolenſis lib. 4. pag. 137. & ex eo Ordericus Vitalis lib. 9. *Admiravisſi ſtantarum à longè conſiderans.* Adde eundem Vitalem pag. 759. & Matthæum Paris pag. 33. Turpinus cap. 18. Carrocium iiſdem Saracenis tribuit. Tametſi ex prælaudatis ſcriptoribus id omnino erui haud poſſit; conſtat tamen

Standardum pro *Carrocio* uſurpari, vel certè ejuſdem fuiſſe formæ. Simeon Dunelmenſis an. 1138. *Qui omnes procedentes ſecus Alvertum in campo quodam, — ſtandart, id eſt malum navis erexerunt; vexillum S. Petri — in eo ſuſpendentes.* Ricardus Haguſtaldenſis de Geſtis Stephani Regis Angl. *Mox autem aliqui eorum in medio cujuſdam machinæ, quam illi adduxerant, unius navis malum erexerunt, quod Standard appellaverunt; unde Hugo Sottevagina Eboracenſis Archidiaconus:*

Dicitur à ſtando ſtandardum, quod ſtetit illic
Militiæ probitas vincere ſive mori.

In ſummitate verò ipſius arboris — vexilla ſuſpenderunt. Chronicon Andrenſe an. 1184. de Comite Flandriæ: *Standardum altiſſimum, Dragonem deſuper præferentem: Comes ſecum ſuper currum quatuor rotarum duci fecit, quod Rex cum tota Francia indignè tulit.* Willelmus Brito lib. 11. Philippid. Ottonis Imp. vexillum deſcribens:

Standardum ædificat, miroque inſignit honore.

Mox:

Erigit in carro palum, paloque draconem
Implicat, &c.

Quæ hiſce verſibus vernaculis reddidit Guillelmus Guiart in Hiſt. Francor. MS.

Othes pour la pais deſpecier
Fait lors ſon eſtendart drecier,
Fait eſt qui nus plus riche cerche
Un grant dragon et ſur la perche,
Qui ſa ſus ert beau cher poſte,
Vers France ot la gueule bée
Pour le Reaume chalengier,
Come s'il deuſt tous mangier.
Cis dragons ſouſtint la banniere
Des connoiſſance l'Empeniere,
Qui porte an bel & aloré,
Deſſus et un aigle doré,
C'eſt ſigne de guerre cuiſant.

Matth. Paris an. 1236. *Exeuntes igitur cives in multitudine gravi circiter ad 50. millia armatorum obviam Imperatori, cum ſtandardo ſuo, quod Carrocium, vel Carrochium appellant, indubitanter perrexerunt.* Ægidius Aureæ-vallis Monachus in Alexandro Epiſcopo Leod. cap. 24. *Captoque Ducis vexillo, dicto Gallicè Standart, opere plumario, à Regina Angliæ ei miſſo, quod faſtu ſuperbiæ quadriga boum ferebat.* Eadem ferme habet Bruſtemius. Adde Levoldum Northovium in Chronico Markano an. 1287. Ita *Standardum* pro *Carrocio* uſurpavit le *Roman de Garin*:

Noſtre Emperere fiſt l'eſtendart venir,
Mult l'a bien fet de Chevaliers emplir,
Et de Serjans, por le fez ſoſtenir.

Infra:

Mès les grans gens Fromond le poſteif
Sor l'eſtendart font les uns reſortir.

Alibi:

L'eſtendart verſe, & li huz eſt levez.

Jam verò quod *Standardum* ſignum & vexillum fuerit ſtatorium, à veteri Theutonico *ſtanda*, & *ſtana*, quod eſt *ſiſtere*, deducit Loccenius lib. 3. Antiq. Sueciar. cap. 2. Hugo verò Eboracenſis Archidiaconus à Latino *Stare*.

Apud Anglos præcipuum Regis vexillum *Standardum* etiam dictum fuit. Hinc *Signum regium, quod vocatur Standard*, apud ſcriptores rerum Anglicarum, Radulfum de Diceto pag. 480. Bromptonum pag. 1026. Henricum Huntindonenſem lib. 8. pag. 388. Robertum de Monte an. 1065. 1138. Matth. Paris pag. 52. &c. Diverſum tamen à *Dracone*, de quo ſupra egimus. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1016. *Relicto regio loco, qui ex more erat inter Draconem & Standardum, cucurrit in aciem primam.* Sed an *Standardum* vicem Carrocii præbuerit, non omninò exploratum.

Standale. Rigordus an. 1190. *Deinde deſuper corpora Sanctorum duo Standalia decenter inſignita pro memoria SS. Martyrum & tutela contra inimicos crucis Chriſti pugnaturus propriis manibus accepit.* Eadem voce utuntur Itali: Joannes Villaneus lib. 6. cap. 77. deſcribens Carrocium Florentinorum: *Era uno carro in ſu quattro ruote, tutto dipinto di vermiglio, & haveavi ſu due grande antenne vermiglie; in ſu le quali ventilava il grande ſtendale dell' arme del Commune di Firenze, bianco & vermiglio. Il quale Carrocio tirava uno grande & forte paio de buoi, tutti coverti di panno vermiglio lane, che ſolamente erano deputati al detto Officio*, &c.

Extendarium vexillum, apud Albertinum Muſſatum lib. 3. de Geſtis Italicor. rubrica 1.

Frequens mentio eſt vocis *Eſtendart* apud Scriptores vernaculos, apud quos ferè ſemper pro præcipuo exercitus vexillo uſurpatur, Froiſſartem 4. vol. cap. 18. Monſtrelletum 1. vol. pag. 248. 254. 2. vol. pag. 35. 3. vol. &c. Berrium pag. 108. Meerbekum in Obſequiis Caroli V. Imp. pag. 79. 85. Chronicon Bertrandi Gueſclini:

Thiebaut du Pont quant vit des Anglois l'errement
Qui faiſoient eſtendart du penon bel & gent.

Standardum alia notione uſurpat Fleta lib. 2. c. 8. *Committitur alicui Clerico vel Laico cura & cuſtodia menſurarum regiarum, quæ pro ſtandardis & exemplaribus menſurarum regni habentur, ulnarum videlicet, lagenarum, ponderum*, &c.

STANGA, Tigillus, pertica, Germanis *Stange*, Italis *Stanga*, ut *Stangare*, Vecte munire. Mamotrectus ad 23. Judic. *Sudes eſt pertica ſive Stanga.* Habetur in Vita B. Andreæ de Galeranis n. 22. & apud Petrum de

Creſcentus

Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 33.

Stangaria, eadem notione uſurpari videtur in Lege Longob. edit. Heroldi pag. 193. *Si quis de ſepe ſtangariam factam unam tulerit, componat ſol.* 3. Editio Boherii lib. 1. tit. 25. §. 30. *Si quis de ſepe ſtantaria facta unam tulerit*, &c. Editio Lindenbrogii pro *unam* habet *vimen*. Sed malim *ſtataria*, ut ſit palus defixus ſtans: Mox enim: *ſi autem perticas transverſarias tulerit*, &c. Gloſſæ vett. *Statarius*, ὀρθοστάτης. Vide Oct. Ferrarium in *Staggio*.

STANIUM, Panni ſpecies. Statuta Raymundi Comitis Toloſæ & Legati Apoſtolici an. 1233. apud Catellum: *Canonicis etiam regularibus prohibemus, ne ſit eorum habitus notabilis, — ſed ſecundum Statuta Concilii Avenionenſis & Montiſpeſſulani, capis, tunicis, palliis, caligis, de aliqua bruneta etiam vel nigra, vel etiam ſtanio forte, vel cameloto, vel aliquo alio colorato panno, ſeu ſumptuoſo, vel aliquo ſerico de cætero non utantur*, &c. Videtur legendum *Stamino*. Vide in hac voce.

STANNUM, pro *Stagnum*. Ugutio: *Stannum, eſt aqua ſtans artificio piſces habens. Piſcina eſt aqua ſtans artificio non habens, ſed carens piſcibus.* Charta anni 1263. in Hiſt. Monmorenciaca pag. 113. *Quoddam molendinum — cum jardino, prout ſe comportat ante & retro, & ſtannum contiguum illi molendino*, &c. Alia an. 1234. in Hiſt. Caſtilionenſi pag. 244. *Et eis licebit herbas colligere cum faucillis factis ſeu colatis in ſtannis noſtris pacificè.* Ita præterea uſurpatur in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 4. ch. 35.

STANTAREUM, *Stantarium*, pro *Statarium*, Candelabrum majus quod per ſe ſtat. Gloſſæ Lat. Gr. *Statarius*, ὀρθοστάτης. Vetus Charta Cornutiana edita à Suareſio: *Coronas argenteas cum catenulis ſuis & delphinis 8. cicindelas argenteas 5. cum catenulis ſuis, ſtantarea argentea, & in Confeſſione oſtrea argentea 2. cum clavi ſua.* Infra: *Septem pharos æreos, duos habentes delphinos octonos, & hermoras; cantharos æreos majores ſex, minores 12. & lilia ærea 2. & ſtantaria ærea 13.* Vita S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis c. 9. *A ſtanti & ſtatarii cereorum corporibus aptati.* Vide *Cereoſtata*.

STANTARIA. Vide *Stanga*.

STANTARUM. Vide *Standardum*.

STANTES, apud S. Cyprianum dicuntur, qui in fide perſtiterunt, uti è contrario *Lapſi*, qui à fide defecerunt, Epiſt. 14: *Præſente & ſtantium plebe, quibus & ipſis pro fide & timore ſuo honor habendus eſt.* Epiſt. 31. *Oremus pro lapſis, ut erigantur: oremus pro ſtantibus, ut non ad ruinas uſque tententur.* Ita Ep. 27. 30. 37. lib. de Lapſis, &c.

STANTIA, Camera, ex Ital. *Stanza*. Gualvaneus Flamma in Chron. Mediolan cap. 284. *Iſti Reges dum viverent ſtabant in Palatio magno inter Eccleſiam S. Mariæ & Canonicam Decumanorum, ubi erant multæ ſtantiæ. Inter alias erat una ſala quæ continebat decem millia perſonarum*, &c.

Stantia, perperam ſcribitur in Legibus Rachiſi Regis Longob. tit. 4. §. 2. pro *Sententia*, uti præfert Lex Longob. lib. 2 tit. 21. §. 28.

STANTOR. Ordericus Vital. lib. 9. de Balduino à Principe Edeſſano adoptato: *Turgidus igitur Princeps livore perfidiaque cæcatus, Chriſtianis inſidias prætendit, & Stantori ſuo in expeditione euntis imperavit, ut — Balduinum — interficeret.* Ubi legendum *Stratori*, id eſt *Mareſcallo* ſeu copiarum duci, quomodo *Stratorem* vel *Protoſtratorem* appellatum obſervavimus ad Cinnamum pag. 475.

STAPES, *Stapedium*, *Stapeda*, Stapha aliis, qua quis in equum tollitur.

Stapes. Miracula S. Quirini Mart. lib. 2. n. 30. *Conſcenſo equo, dum ſtapedi pedem inderet.*

Stapedium. Clemens IV. PP. apud Rainaldum an. 1311. n. 13. *Cùm ipſe Pontifex equum aſcenderit, teneat ſtapedium ſellæ ejus, & arrepto fræno aliquantulum ipſum addextret.*

Stapeda. Iter Camerarii Scotici c. 27. *De Sellariis & Ephippiariis. — apponunt ſellis mala & vitioſa ephippia, fræna falſa, & corrumpunt ſtapedas, unde multi læduntur.*

STAPHA, *Staphium*, *Staphile*. Vide *Staffa*.

STAPPSAKEN. Decretum Taſſilonis de popularib. Legibus cap. 7. *De eo quod Baioarii Stapfſaken dicunt, in verbis, quibus ex vetuſta Conſuetudine paganorum idololatriam reperimus, ut deinceps non aliter niſi ſic dicat, qui quærit debitum, Hæc mihi in juſte abſtulisti*, &c. Anglo-Saxonibus ꞅtiꞃ, eſt litera, item baculus, ſcipio, virga: ut ꞅac, ꞅaca, & ꞅake, lis, cauſa, litigium. Sed an ad hanc vocem *Stapſtaken* pertineant, alii viderint.

STAPHILUM. Leo Oſt. lib. 1. c. 47. *Aſcendit inde ad ipſum ſtaphilum de Mancha.* Capitulare Radelchiſi Principis Beneventani c. 10. *Inter Beneventum & Conſiam ſit finis ad ipſum ſtaphilum.* Charta Creſimiri Regis Croatiæ & Dalmat. an. 1067. apud Jo. Lucium l. 2. de Regno Dalm. c. 8. *Territorium — a quercu quæ ſtat ſupra vallem rabioſam, uſque ad ſtaphilum, qui hac de cauſa ſitus eſt in trivio, quod eſt contra Sabiacum*, &c. Charta an. 1141. apud Ughellum in Epiſcopis Comanis. *Et ab alio latere parte ſeptentrionis finiuntur inter terra dominica, incipiens à ſtaphilo, & ut deſcendat directum.* Alia apud eundem in Teatinis Epiſcop. *Sicut antiquis & juſtis limitibus terminatur, ſcilicet à ſtafilo inter montes*, &c. Ita to. 5. p. 848. 876. &c. Vim vocis ignorare ſe fatetur Angelus à Nuce, in Notis ad Chronicon Caſinenſe.

Strafilum, pro *ſtaphilum*, habetur, ni fallor, in Charta Langobardica in Chronico Beneventano S. Sophiæ pag. 575. *A fine Veniatoris per ſerra uſque in Straffilum inter duo vora*, &c. Pag. 583. habetur *Strafilum*.

STAPIA, Stapes, ſtapha, ſcala qua in equos tollimur. Vetus Inſcriptio à Wolphango Lazio, & Hieron. Magio lib. 2. Miſcell. c. 14. allata: *Dum virguncula placere caperem, pes haſit ſtapiæ, & tractus interii.*

STAPIO. Fortunatus in Vita S. Radegundis c. 13. *Accedens ad cellam S. Junieris, die uno quo ſe ornabat felix Regina, compoſito ſermone ut loquar barbaro, ſtapionem, camiſas, manicas, coſeas, fibulas, cuncta auro ornata — ſancto tradit altari.*

STAPLUS, Palatium, domus, ædes, ut quibuſdam placet, ex Germanico *Stapel*, locus ſtabulandarum mercium: ſic autem propriè vocabant ædificia tumultuario opere exſtructa, aliquot ſtipitibus innixa, quos Anglo-Saxones ꞅtaple dicunt, ut mox docemus. Lex Salica tit. 57. §. 3. *Si quis ariſtatonem, hoc eſt ſtaplum ſuper mortuum miſſum capulaverit, aut mandualem, quod eſt ſtructura, ſive ſclave qui eſt ponticulus*, &c. — *ſuper hominem mortuum dejecerit*, &c. Lex Ripuarior. tit. 33. §. 1. de intertiata re: *Si autem extra regnum ſuper 80.* (noctes) *ad Regis ſtaplum, vel ad eum locum ubi mallus eſt, auctorem ſuum in præſente habeat.* Tit. 67. §. 5. *Et cum 12. ad ſtaplum Regis — conjurare ſtudeat.* Tit. 75. *Si quis caballum, hominem, vel quamlibet rem in via propriſerit, aut eum ſecutus fuerit, per tres marchas ipſum oſtendat, & ſic poſtea ad Regis ſtaplum ducat.* Ubi Lindenbrogius & Baluzius monent in aliis codd. legi *ſtapplum, ſtafolium, ſtappolum, ſtaffolum, & ſtapfpolum.*

STAPULÆ, Emporium, forum publicum, in civitatibus præſertim maritimis conſtitutum, ubi merces extraneæ publicè diſtrahuntur: vulgò *Eſtaple*, à voce Latina *Stabulum*, ut quidam putant: ſeu ut Kilianus & alii volunt, à Germanico *Stapelen*, quod *in unum aliquid coacervare* deſignat. Salmaſius in Obſervat. ad Jus Atticum & Romanum, ſcribit *Stapen* exponi in veteri Lexico Saxonico-Latino *forum*: unde *facere ſtapam* vulgò dicimus, inquit, quod Græcis erat ἀγορὰν παρέχειν, Latinè *commeatum præbere*. Iidem Anglo-Saxonibus ꞅtaple & ꞅtapelaꞅ, fulcrum menſarum ſonat, & ꞅtapulaꞅ, ſtipites iidem dicunt: unde fortean foris ac nundinis publicis nomen inditum, ab apothecis, ſeu, ut noſtri vocabant, *Stalla* quæ in locis urbium, ubi

pagorum publicis tumultuario opere ſupra ſtipites erigebantur, quomodo de *Hallis* diximus. Boxhornius in Theatro Holland. p. 100. *Stapula eſt jus in quo poteſtas conceditur aliunde invectis mercibus quaſi manum injiciendi, ab inſtituto curſu retrahendi, ac denique ita ſiſtendi, ut nonprius quam publico foro divendita ibi fuerint, alio transferantur. Ita autem dicitur à Stapelen, quod in unum aliquid coacervare deſignat*, &c. Ægidius de Roia an. 1324. *Item Brugis ſtapulam conceſſit omnium rerum quæ apud Sluſam applicarentur ex quacunque patria*. Henric. de Knyghton an. 1352. *Ordinata ſunt ſtapula eſſe Londoniis*. Idem an. 1363. *Ordinavit ſtapulas lanarum eſſe apud Caliſiam*. Eadem habet Thomas Walſinghamus. Cambdenus in Britannia, in Coritan. ait Lincolnienſem urbem *Ab Edwardo III. in ſtapulam, quam vocant, i. in lanarum, coriorum, plumbi, &c. emporium conſtitutam fuiſſe*.

Manet etiamnum in Picardia noſtra oppido ad Quantii fluvii oſtia ſito, *Stapularum* nomen, cujus meminit Lupus Ferrarienſis Epiſt. 14. hodie *Eſtaples*, ex qua ortus Jacobus Faber Stapulenſis, cujus elogium contexuere Molinæus in Repetit. Legis 7. D. de liberis & poſthumis n. 70. & ad Conſuet. Bononienſem, Thuanus lib. 16. & Scævola Sammarthanus in Elogiis virorum illuſt. Neque aliud eſt oppidum ab eo quod *Vicum*, & *Quentowicum* vocant ſcriptores paulò ſuperioris ævi, cui *emporii* perinde ac *portus* nomen tribuunt præ cæteris Annales Francorum Bertiniani an. 842. & Vita S. Vandregeſili p. 387. to. 3. Hiſt. Francor. Papiæ enim & aliis, *Emporium* exponitur *locus ſupra mare, vel locus ubi negotiatores exercentur*: adeo ut *ſtapula* & *emporium* idem ſonent. Scio quoſdam id nominis Monaſterio S. Judoci ad mare adſcribere: ſed non arridet eorum conjectura, quam alibi diſcutiendam reſervamus.

Scriptum de ſtatu ſtapuli. JC. Anglis & Cowello lib. 3. Inſtit. tit. 22. §. 6. eſt obligatio inſinuata ſive de recordo, quæ coram Majore ſtapuli in præſentia alterius duorum Conſtabulariorum recognita, & per eum ſigillata. Cujus obligationis vi, ſi debitor in ſolutione defecerit, creditor auctoritate Prætoris corpus, terras, & bona ejus ſibi uſque ad ſatisfactionem arripit & detinet, modò intra limites ſtapuli ipſe reperiatur, vel bona ejus prehendi poſſint. Ejuſmodi verò ſcriptum non modò inter mercatores, ſed interdum inter omnes Regis ſubditos locum habet.

STARA, *Staria*, *Starium*, Sextarius, *Seſtier*. Charta an. 1195. apud Ughellum to. 7. p. 1321. *Sex cuppas olei, & 4. ſalmas vini, & ſex ſtaras grani, & ſex ſtaras hordei*, &c.

Starium, eadem notione. Tabularium Caſaurienſe an. 1159. *Inſuper unam petiam de terra, in qua ſeminari poſſunt duo ſtaria frumenti*. Charta Caroli I. Regis Sicil. an. 1277. apud Ughellum to. 7. pag. 807. *De decima quoque olei, — miliaria 10. quæ ſunt ad ſtarium Bari ſtaria* 400. Nomina Poteſtatum Paduæ an. 1258. *Hoc anno — ſtarium frumenti valuit ſolidos 20. & ultra*. Vide Vitam S. Zitæ Virginis Lucenſis n. 5.

STARANI. Otto Murena in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 19. *Sequenti igitur feſto SS. Gervaſii & Protaſii — ceperunt Mediolanenſes ſtaranos de Pavia qui Serexanum depræ lati fuerant*, &c. Ubi loci *Scaranos*, à *Scara* mutari, legendum putat Felix Oſius, ex MS. cod. Mediolanenſi. Vide *Scara*.

STARARIA. Vetus Charta apud Baron. an. 1188. *De Capitaneis ſit ſalvum urbi & populo Romano quidquid ab eis conventum eſt & permiſſum Romæ per ſcriptum & juramenta & plenarias, & ſtararias ac præcones*.

STARCIA. Vide infra *Startia*, & *Starcia*.

STARE dicebantur tenentes, qui *reſcandiſiam* debebant dominis ſuis, ſeu *ſtagium*: ex Charta an. 1162. to. 13. Spicilegii Acheriani pag. 314. *Ego Joannes Martini dono corpus meum per hominem, per me & per omnem meam poſteritatem, tibi Girardo Roſſilionenſi Comiti, & omni tuæ poſteritati in perpetuum, & convenio tibi ut ſemper ſtem omnibus diebus vitæ meæ in villa de Malpas per ſtagem cum infantibus meis, quos ego melius voluero*, &c. Vide *Stagium*, *Reſcandiſia*, & *Remanentia*. Hinc

Stare, *Eſtare*, Domus, ubi quis *ſtat*, ſeu manet. Charta an. 1095. apud Gariellum in Epiſcopis Magalonenſibus pag. 89. *Ac pro illa guerpitione dedit Epiſcopus Dalmatio unum ſtare, quod ibi habebat*. Adde pag. 96. 169. Donatio propter nuptias factæ à Guilielmo D. Montiſpeſſulani Mariæ Burgundæ uxori an. 1156. *Hoc autem factum eſt apud Montempeſſulanum in domo ſeu ſtari ſancti Firmini*. Tabularium Epiſcopatus Uticenſis an. 1224. *Nec etiam cenſum ſtaris ipſorum de Uetia perſolvebant*. Occurrit ibi paſſim. Regeſtum Toloſanum an. 1229. *Datum apud Arauſicam in ſtari domini Epiſcopi*.

Eſtare. Charta Will. D. Montiſpeſſulani an. 1103. *Dono tibi eſtare Conſtantii de Aleſt, — eſtare Augerii* &c. Infra: *Et retineo omnes homines & feminas ſtantes in domibus illis ad faciendum quacumque voluero*. Charta Guillelmi filii Mathildis Ducisſæ D. Montiſpeſſulani an. 1185. *Et eorum unum eſt eſtare, cum curia, & puteo, & arboribus*. Alia ejuſdem Gulielmi an. 1191. *Cum munitionibus, domibus, eſtaribus*. Vide *Starrum*.

STARIA. Charta Bonfilii Fulginatenſis Epiſc. apud Ughellum, *In ſtaria & campo S. Martini modiolatris*. Vide *Staritia*, & *Stara*.

STARIUM, *ſtarius*, Vide *Stara*.

STARRUM, Chirographum, vel inſtrumentum quo Judæi pactiones ſuas rerumque tranſactiones conficiebant, apocha, ſcriptura, charta, cujuſmodi multa haberi Hebraicè conſcripta in arce Londonienſi hoc titulo obſervant Watſius & Spelmannus.

Starrum, idem quod *Stare*, de quo ſupra, Domus, ædes, in Charta an. 1215. apud v. cl. Dionyſ. Salvagnium Boiſſium: *Et quod ſtarra ipſorum, & hominum ſuorum deſtruxerat, & eos inde expulerant*. Infra: *Prædictum Armandum ceperat, & eum de ſtarri ſuo expulerat*.

STARTIA, *Starcia*. Charta Roberti II. Principis Capuani anni 1156. in Sanctuario Capuano pag. 617. *Hoc eſt integram unam peciam terræ, quæ eſt ſtartia noſtra curiæ pertinens, & appellatur ea Campus ſeu ſtartia de Ma ano, habetque hos fines*, &c. Alia Guilielmi Regis Siciliæ an. 1182. apud Ughellum: *Et ſine aliquo ſervitio caſtrum illud, ſicut prædictum eſt, cum ſtartia turris palatii teneat & cognoſcat*. Apud eundem to 8. p. 47. *Starzia*. Adde to. 6. pag. 643. & ſeqq. Charta Philippi Principis Tarentini an. 1313. poſt Hiſt. noſtram Gallo-Byzantinam pag. 77. *Cum civitatibus, villis, caſtris, — juribus, territoriis, ſtarciis, & pertinentiis ſuis omnibus*, &c.

STATARII, qui aliàs *Stagiarii*, qui reſidentiam debent. Charta Aimerici Vicecomitis Caſtri-Airaldi ex Tabulario S. Dionyſii de Valleta: *Circumquaque adjacentes homines, ſtatarios, ſive advenas, ſive viatores*, &c.

Statarii alia notione, vide in *Cereoſtata*, & *Stamarium*.

STATERUM *ludus*. Vetus Scheda apud Caniſium to. 4. Antiq. Lection. *Qui cum coævo jamdicti Regis filio aſſidue luderet ludum ſtaterum, & ſemper obtineret, exitialis iræ fomitem miniſtravit. Cum verò quadam die huic ludo operam dediſſet, & filius Regis multoties victus eſſet, ira præruptus, Rochum filium Ducis ſuper tempora percuſſit, ictum mortiferum ſecuta eſt mors*. Incertum qui fuerit hic *ludus ſtaterum*, niſi *ſcacorum*, fortè, atque ita legendum ſit. Apud Will. Malmeſburienſem in Vita S. Aldhelmi Epiſc. c. 9. *Wintoniæ Prælatus Daniel, qui eſſet ejuſdem regionis oriundus, & ſtaterarum non egenus*. i. nummorum, ex Gr. στατήρ.

STATICUM. Vide *Scaticum*.

STATIO, Jejunium dicitur ſcriptoribus Eccleſiaſticis. Iſidorus lib. 6. Orig. cap. ult. & Rabanus lib. 2. de Inſtit. Cler. c. 18. *Jejunium & ſtatio dicitur*. Gloſſæ Arabico Lat. *Statio, jejunium*. Atque ita pro quovis jejunio uſurpant Caſſianus lib. 5. de Cœnob. Inſtit. cap.

20. 24. Collat. 1. c. 25. Coll. 21. c. 29. Acta S. Fructuoſi & ſocior. n. 3. &c. Hermes in Paſtoral. lib. 3. c. 5. *Reſpondi quoniam, Domine, ſtationem habeo. Quid eſt, inquit, ſtatio: & dixi, jejunium: & dixit, Quid eſt illud jejunium? Sicut ſolebam, inquam, ſic jejuno.*

Alii diſtingunt *ſtationem* à jejunio: *Jejunium* enim, ut iidem Iſidorus & Rabanus aiunt, *eſt indifferenter cujuſlibet diei abſtinentia, non ſecundùm Legem, ſed ſecundùm propriam voluntatem. Statio autem eſt obſervatio ſtatutorum dierum, vel temporum: dierum, ut quarta & ſexta feria jejunium ex vetere lege præceptum: temporum autem, ut jejunium quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis, & obſervatio Quadrageſimæ quæ in univerſo orbe inſtitutione Apoſtolica obſervatur.* Tertullianus lib. 2. Ad uxorem: *Ut ſi ſtatio facienda eſt, maritus de die condicat ad balneas; ſi jejunia obſervanda ſunt, maritus eadem die convivia exerceat.* Idem contra Pſychicos: *Arguunt nos quòd jejunia propria cuſtodiamus, quod ſtationes plerumque in veſperam producamus.* Et c. 14. ejuſdem libri: *Cur ſtationibus quartam & ſextam Sabbati dicamus, & jejuniis Paraſceven?* Ubi exertè Tertullianus *ſtationem* à jejunio diſtinguit, oſtenditque *ſtationem* præſcriptam à lege: *jejunium* ex mero arbitrio & propria devotione obſervatum. Extant in Bibliotheca Caſinenſi Auxilii Preſbyteri Quæſtiones Theologicæ, in quibus quærit, *Quid interſit inter ſtationem & jejunium.*

Cur autem *Statio* dictum ſit jejunium indictum, docet Ambroſius Serm. 25. *Caſtra nobis ſunt noſtra jejunia, quæ nos à diabolica infeſtatione defendunt: denique Stationes vocantur, quod ſtantes & commorantes in eis inimicos inſidiantes repellamus.* Iſidorus loco citato: *Statio autem de militari exemplo nomen accepit, pro eo quod nulla lætitia obveniens caſtris ſtationem militum reſcindat: nam lætitia libentiùs, triſtitia ſollicitiùs adminiſtrat diſciplinam. Unde & milites nunquam immemores ſacramenti magis ſtationibus parent.*

Statio, veteribus dictus Cœtus ſive conventus fidelium in Eccleſia, maximè is qui dominico fiebat die, apud Tertullianum lib. de Corona militis: ita autem vocantur ejuſmodi conventus metaphorâ ſumptâ à militibus, qui dum præſidium certo loco collocant, *ſtationem facere* dicuntur. Gregorius Nanzianzen. orat. habitâ in Concilio CP. Χαίρετε Ναζιραίων χοροστασίαι, ψαλμῳδιῶν ἁρμονίαι, στάσεις πάννυχοι, παρθένων σεμνότης, &c.

Stationes præterea dicuntur Eccleſiæ, oratoria, ſeu quævis loca, ubi proceſſiones Eccleſiaſticæ moram faciunt, in quibus orationes fiunt, aut decantantur Antiphonæ, vel denique ſacrum Miſſæ miniſterium peragitur: ex quo proceſſiones ipſas *Stationes* paſſim dictas obſervare eſt. Has primum omnium inſtituiſſe Cyrillum Patriarcham Alexand. ſcribit, neſcio an ubique, autor Chronici Orientalis ſub an. 435. Solebant porrò Chriſtiani varias ſibi deligere baſilicas vel martyria, & in iis ad ipſa Martyrum ſepulchra diebus dominicis convenire, & ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, quod celebrabatur, intereſſe, & Corpus Domini accipere, ut eſt apud Tertullianum l. de Orat. Denique cùm eò ex variis baſilicis Clerus procedens conveniret, ſi quid difficultatis proponendum videbatur, in eo conventu definiebatur. Unde interdum, eodem Tertulliano teſte lib. de Jejunio, *ſtationes* uſque in veſperum producebantur. Atque hac notione *Stationis* vocem accipiendam cenſent viri docti apud Cyprian. Epiſt. 41. & 42. Joannes Diacon. lib. 3. Vitæ Gregorii M. cap. 18. *Stationes per Baſilicas, vel Beatorum Martyrum cœmeteria, ſecundùm quod hactenus plebs Romana quaſi eo vivente certatim diſcurrit, ſollicitè ordinavit: per quas & ipſe ſimul diſcurrens, dum adhuc eloqui prævaleret, 20. homilias Evangelii coram Eccleſia diverſo tempore declaravit.* Nicolaus I. PP. Epiſt. 8. *Iſtius* (Latinæ) *dictione linguæ Conſtantinopolitana Eccleſia lectionem Apoſtolicam & Evangelicam in ſtationibus fertur primitus recitare.* Anaſtaſius in S. Vitaliano PP. *Item dominico die fuit ſtatio ad ſanctum Petrum, & poſt Miſſas celebratas, valefecerunt ſibi invicem Imperator & Pontifex*, &c. Guibertus lib. 3. de Vita ſua c. 7. *Feriâ ſecunda poſt Paſcha procedere moris eſt Clericos ſtationem facturos apud S. Vincentium.* Anſelmus Leod. cap. 69. in Wolbodo Epiſc. *Stationes inſtituit, ſeu proceſſiones, quæ ab univerſo communiter Clero civitatis ad majorem Eccleſiam fiunt.* Adde Synodum Pontingon. an. 876. cap. 7. Hiſt. Tranſlat. S. Sebaſtiani n. 53. 54. Vitam S. Joan. Reomaenſ. cap. 2. Lanfrancum in Decretis pro Ord. S. Bened. c. 2. Anaſt. Biblioth. in Vita S. Joan. Eleemoſyn. n. 30. 79. Ordinem Romanum, Rupertum lib. 8. de Divin. Offic. c. 2. Cæſarium l. 1. Miracul. c. 7. Durandum lib. 7. c. 1. n. 20. 21. &c.

In ejuſmodi porrò ſtationibus deferebantur publicè miniſteria ſacra, quorum uſus erat in ſacris Liturgiis. Anaſtaſius in S. Hilaro PP. *In urbe Roma conſtituit miniſteriales* (nempe calices) *qui circuirent ſtationes. Scyphum aureum penſant. lib. 8.* Alii codd. habent: *In urbe verò Roma conſtituit miniſteria, quæ circuirent conſtitutas ſtationes, ſcyphum autem ſtationatum* (al. *ſtationarium*) *penſ. libr. 8.* In Leone III. p. 146. *Fecit verò communicales ex argento puriſſimo per ſingulas regiones, qui præcederent per ſtationes per manus Acolytorum numero 20.* In Valentino II. p. 166. *Fecit amas argenteas 6. quæ præcedunt per omnes ſtationes.* Præfatio ad Libellum precum Marcellini & Fauſtini, de Felice PP. *Irrumpit in Urbem, & ſtationem in Juli baſilica trans Tiberim dare præcipit.* Infra: *Per cœmeteria Martyrum ſtationes ſine Clericis celebrabat.*

Stationari, Stationem, ſeu proceſſionem peragere. Eckehardus Junior de Caſibus S. Galli cap. 1. *Craſtinam autem proceſſionem ad manſionariam ſuam S. Crucis diſponens Eccleſiam, in proximo prato ſtationari juſſit. Ibi de gradibus ligneis Eſdras Domini populum legem novam edocuit*, &c.

Statio, idem quod *Stagium*, de qua voce ſupra. Sugerius lib. de Rebus in adminiſtr. ſua geſtis cap. 12. *Feodos verò, quos ex fiſco proprio emimus, ad faciendas ſtationes ſingulis annis per duos menſes in eodem Caſtro Tauriaco, ſubter intitulare curavimus.*

Statio, Convivium, paſtus, præbenda panis & vini. Charta Hugonis Epiſcopi Gratianopolitani ex Tabular. Eccleſiæ Gratianop. *In Eccleſiis B. Mariæ de Arviſio, & S. Johannis, & de Deſerto, retinui ſtationem cum ſociis ſex à feſtivitate Apoſtolorum Petri & Pauli, uſque ad Aſſumptionem B. Mariæ.* Charta Willelmi Epiſc. Pariſienſ. an. 1229. in M. Paſtorali lib. 20. ch. 18. *Ut pro carnibus ſingularum ſtationum, quæ dicuntur Paſtus, 12. libræ & 3. ſolidi à nobis — perſolvantur.* Charta Odonis Epiſc. Pariſienſ. an. 1205. ibidem lib. 20. ch. 5. *Conceſſimus eidem Capitulo in eodem feſto Pentecoſtes ſtationem unam de pane & vino & carnibus porcinis nobis & ſucceſſoribus noſtris perpetuò percipiendis.* Adde ch. 102. & Chartam aliam Petri Epiſcopi an. 1208. Ibid. pag. 423. *Nota quod magna ſtatio panis valet 77. panes, & parva ſtatio valet 72. panes: item magna ſtatio pecuniæ valet 72. ſol. 9. den. ob. & parva ſtatio valet 67. ſol. 9. den. ob.* Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis: 6. *Idus Januarii eodem die obiit Theobaldus Pariſ. Epiſcopus, qui dedit nobis duas ſtationes quatuor ferculorum, quarum una redditur ab Epiſcopo in Nativitate B. Mariæ altera in die obitus ejus.* 5. Id. Julii: *Obiit Odo Pariſienſis Epiſcopus, in præſenti ſepultus Eccleſia, qui dedit nobis ſtationem panis, vini, & carnium in feſto Pentecoſtes reddendam.* Paſſim ibi.

Statio, Tabulatum, noſtris *Eſtage*. Epiſtola Balduini Imp. CP. de expugnata Conſtantinopoli: *Turris lignea erigitur ſuper murum ſtationibus tribus, aut quatuor, multitudinem continentibus armatorum.* Vide *Triſiega.*

Statio, idem quod *Mutatio*, in l. 56. & 65. Cod. Th. de Curſu publ. & l. 1. de Curioſ. ubi Jacob. Gotofredus.

Stationarius, in Gloſſis Græco-Lat. dicitur, Ἐπίσταθμος, ὁ τῶ σταθμῶ ἐγχείρισμος, ὁ ἐγχείρισμος τῆς μονῆς, *manceps*: qui

ſcilicet in *manſionibus* equorum publicorum curam gerit: *Qui curſui publico præeſt*, in lege 1. Cod. Th. de Curſu publ. Adde leg. 2. de Cohortal. l. 31. de Epiſc. cod. Cod. ubi Jacob. Gotofred.

Statio, Apotheca, *Boutique*. *Stationarius*, Apothecarius. S. Fulgentius Homil. 66. *Temporalis medici ſtatio videtur eſſe defixa, ubi herbarum redolent medicamina, & in tectis curationis incluſa renitent ferramenta*, &c. Conſtitutiones Neapolit. lib. 3. tit. 34. §. 3. de Medico: *Non contrahat ſocietatem cum confectionariis, nec recipiat aliquem ad expenſas ſuas pro certa pretii quantitate, nec ipſe etiam habebit propriam ſtationem. — Lucrabitur autem ſtationarius de confectionibus ſuis ſecundum iſtum modum: de confectionibus & ſimplicibus medicinis*, &c. Mox: *Nec ſtationes ejuſmodi erunt ubique, ſed in certis civitatibus per regnum.*

STATIONARII, Milites, apparitores, & officiales Præſidum, qui diſpoſiti per provincias certis locis denunciabant magiſtratibus quid ageretur. Horum mentio eſt in Cod. Th. & Juſtin. non ſemel, & in Append. Cod. Th. Conſtit. 14. Acta Numidarum Martyrum: *Tunc attentantur numeroſis duriſque cruciatibus per ſtationarium juſſiorum pirorumque carnifices, adhibitis in auxilium crudelitatis ejus Centurionum & Cirthenſium magiſtratibus, hoc eſt diaboli ſacerdotibus.*

Superſtationarius, apud Optatum lib. 1. extremo, qui *Stationariis* Præſidum præfectus erat.

Stationarii, iidem qui *Manſionarii*, ſeu *manentes*, de quibus ſuo loco. Tabularium Redonenſe apud Auguſtinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. pag. 823. *Dedi etiam eis pedagium & tonleum de omnibus quæ vendiderint, vel emerint homines illorum ſtationarii in manſura ſua de Chameriaco*, &c. Hiſtoria Abbatiæ Condomenſis pag. 470. *Conſtruxit Eccleſiam, & 20. Stationarios vel eo amplius ſimul hereditavit, qui uſu annotino 10. ſolidos in feſtivitate S. Joannis Bapt. cenſualiter redderent.*

Stationarius, Subdiaconus dictus in Eccleſia Romana, qui hebdomada ſua in ſtationibus ſummo Pontifice Miſſam celebrante Epiſtolam cantabat. Anaſtaſius in Benedicto III. PP. *Apoſtolorum Epiſtolæ — quæ à Subdiaconibus leguntur per cunctas Eccleſiarum ſtationes more ſolito.*

Stationarius Cantor, in Charta Philippi Aug. an. 1204. pro Eccleſia S. Aniani Aurelian. id eſt qui *reſidentiam facit*: *Ut quilibet Eccleſiæ Cantor ſtationarius ſit in clauſtro & aſſiduus, & officium Cantoris in Eccleſia exhibeat.*

Stationarii, Librorum venditores, Librarii, à *ſtationibus*, ſeu officinis librariis: Anglis, à *Stationers*, quomodo appellabant mercium viliſſimarum inſtitores, qui in foro *ſtationes* habebant, ut notatum à Cujacio lib. 2. Obſerv. cap. 40. Statutum Univerſitatis Pariſienſis promulgatum an. 1275. *De Stationariis ſive Librariis: ut Stationarii qui vulgo appellantur, ſive Librarii — corporale præbeant ſacramentum, quod libros recipiendo venales, cuſtodiendo, exponendo eoſdem & vendendo, — fideliter & legitimè ſe habebunt*, &c. Vide Statutum integrum apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Biblioth. Cæſarea pag. 252. 257. Leges Alfonſinæ parte 2. tit. 31. Lege 11. *Eſtacionarios ha meneſter que aya en todo eſtudio general, para ſer complido, que tenga en ſus eſtaciones buenos libros e legibles, & verdaderos de teſto e de gloſa que los loguen à los eſcolares para fazer por ellos libros de nuevo, o para emendar los que tovieren eſcritos. Et tal tienda o eſtacion como eſta, non la deve ninguno tener, ſin otorgamiento del Rector del Eſtudio.* Statuta Synodalia Nicolai Gelant Epiſcopi Andegav. pag. 202. *Ipſi & eorum quilibet infra primi anni Synodum S. Lucæ ſcribi faciant in quaterno ſtatuta eadem, quorum exemplar poni penes Joannem Benchies, vel alium ſtationarium facienus.*

Stationarii, quivis Inſtitores. Jo. Carmeſonus in Vita S. Petri Thomaſii cap. 3. *Stationarii clauſis rerum venalium apothecis, ſua mercimonia relinquentes ipſum audire ſummo ſtudio affectabant.*

STATIOSE', Diu, cum mora. Anaſtaſius Bibl. in Gregorio IV. *Quamdiu ei placuerit ibidem ſtatioſe immorari.*

STATIVUS *Equus*, quem alii Refractarium, noſtri *Retif* vocant. Wichbild Magdeburg. art. 99. *Vendat ſi unus equum alteri — garendare in eo tenetur, quod non ſit ſtativus*, &c.

STATORES, Apparitores, officiales Magiſtratuum, vel quivis famuli, ſic dicti quòd ſtarent ad juſſa parati, vel quod ſinguli in ſtationibus, quibus addicti erant, ſtarent. Vetus Inſcript. L. MARIO. VERNO. STATORI. PR. Alia: FORTUNATO STATORI AUGUSTORUM. Petronius in Satyrico: *Quædam fœmina ſordibus calent, nec libidinem concitant, niſi aut ſervos viderint, aut ſtatores altius cinctos.* Acta S. Cypriani: *Venerunt ad eum Principes duo, unus ſtator officii Galerii Maximi Proconſulis*, &c. Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M. cap. 25. *Cumque prima die vel ſecunda inter reliquos ſtatores eum in pracurioſioribus oculis intueretur, dixit ad filium, Cujus eſt iſte puerulus? Quod cùm factum fuiſſet, deoſculatum Sereniſſimus Auguſtus puſionem remiſit ad ſtationem priſtinam.* Ordericus Vital. lib. 12. pag. 856. *Richardum filium ſuum cum 200. Militibus Radulpho de Guader ſuppetias miſit: quibus Radulphum Rufum & Ruabodum de Abrincis audaces & induſtrios ſtatores conſtituit.* Vide Ciceronem lib. 2. Epiſt. Famil. ult. Baron. an. 261. n. 26. & quæ de iis annotavimus ad Cinnamum.

STATUA. Lex Salica tit. 29. §. 32. *Si quis ſtatuam aut tremaclum, vel vertuolum de flumine furaverit*, &c. Ita in edit. Heroldi tit. 27. §. 14. Ubi Wendelinus ait *ſtatuam* hic appellari, quòd Theutones *Staff.* & *Staue* dicunt, *contum* ſcilicet, ſive longurium, quo naviculatii per paludes ac flumina lintres ſuos propellunt: à *Stooten*, protrudere. *Stavam* præferre veteres codices quidam obſervant. Certè quidquid ſit de etymo, conſtat hanc vocem pro virga longiori uſurpari in Speculo Saxonico lib. 3. art. 45. §. 10. in margine: *Acervus tritici duodecim habens ſtatuas, quarum qualibet per unum paſſum ab alia diſtet: & qualibet ſtatua clavos contineat duodecim à ſe invicem diſtantes; in altitudine unius hominis ſtatura uſque ad humeros.* In textu *virga* habetur pro *ſtatua*, ſic: *Duodecim verò virgarum cumulus tritici, ita ut virga una paſſum diſtet ab alia.*

STATUALIS, Stupidus, inſtar ſtatuæ: hinc adagium; *Statuâ taciturnior.* Liber de Diſciplina Scholarium, falsò Boëtio adſcriptus, c. 6. *Cùm autem magiſtrantis dilectio ætate infrigidatos, ſtatualeſque plancticos Scholaſtici introitus habuerit participes, ſi correctionis lima apud eos nil nequiverit, ſenio confectus arridendum eſt, ſtatualibus ingemiſcendum, plancticiſque favores ſimulacro eſt congaudendum.*

STATUARIUM, *Conflatorium*, Papiæ MS. Perperam in edit. o *Statutarium*. Occurrit hæc vox nudè in Gloſſ. Arabico-Lat.

Statuarium, Sepulchrum, monumentum mortuorum ſtatuis adornatum. Ingulfus pag. 853. *Ac ejus ſacro corpore terra illic inter multa alia Romana ſtatuaria commendato, ſpiritus ejus de præſentis vitæ labore ad æternam requiem aſcendit.*

Statuarium. Zachariæ cap. 11. v. 13. *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos: & dixit Dominus ad me, Projice illud ad ſtatuarium.* Ubi Græcus interpres, καθὼς αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, ubi ſcilicet conflari ſtatuæ ſolent.

Statuarium, *Candela cum qua cingitur ſtatua, & circumdatur vel crux, vel altare.* Ita Ugutio, & ex eo Will. Brito in Vocabulario MS. & Mamotrectus ad 2. Paralip. c. 3. Gloſſæ Lat. Gr. *Staturium*, ὀρθοστάτης. Gloſſ. Gr. Lat. ὀρθοστάτης, *Statuarius*. Sed legendum videtur utrobique *Statarius*. Vide in hac voce.

STATUNCULUS, *Statunculum*, Parvula ſtatua. Gloſſ.

Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Statuncula, idola. Staticulum*, Plauto in Perſa. Vita S. Concordii Mart. n. 8. *Et venientes ſatellites ad eum cum ſtatuncule Jovis, dixerunt, — Vel ſacrifica Jovi, aut capitalem ſententiam excipies.* Acta S. Sebaſtiani cap. 18. n. 65. *Niſi quis ſtatunculis poſitis in eo loco — thuris exhibuiſſet incenſum.* Cap. 20. *Compellitur Martis ſtatunculo, quod illic ſtabat, thuris guttas incendere.* Utuntur præterea Tertullianus, Cyprianus, ſeu autor de Aleatoribus, Vita S. Alexandri Mart. n. 2. Gerohus Reicherſperg. in Syntag. de Henr. IV. c. 9. Fragment. Petronii p. 33. &c. *Statunculam* habent Gregor. Turon. lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 5. & Acta S. Thyrſi cap. 6.

STATURA, Hominis altitudinis menſura, *la hauteur d'un homme.* Gloſſ. Lat. Gr. *Statura*, ἀνάστημα; μέγεθος σώματος, ἡλικία. Gloſſæ aliæ, *Statura*, σώματος στάσις. Anaſtaſius in S. Hadriano ſub finem, de Tiberi fluvio exundante: *Et per plateas ſe extendens uſque ad Pontem Antonini, ipſumque evertens murum, egreſſus in ſuo ſe iterum univit alveo, ita ut in via lata amplius quàm duas ſtaturas ejuſdem fluminis aqua excrevîſſet*, &c. Habetur eadem notione paulò antè.

STATUROSUS, Elegantis ſtaturæ. S. Auguſtinus in Pſalm. 33. *Forte habes ſervum formoſum, ſtaturoſum, bene compoſitum.*

STATUTARII, Magiſtratus, qui ſtatuta edunt, vel horum obſervationi invigilant, vel ſecundùm ea judicia ſua edunt. Charta an. 1322. *Infraſcripta ſtatuta condita ſunt per Dominos — juriſperitos electos per ſtatutarios.* Bulla Innocentii PP. data Lugduni, in M. Paſtorali Eccl. Pariſienſ. lib. 19. ch. 15. *Excommunicatos nuncios, — ſtatutarios, & ſcriptores ſtatutorum ipſorum:* Alia Bonifacii IX. PP. an. 1391. apud Goldaſtum to. 2. Conſtit. Imper. *Poteſtates verò, Conſules, ſtatutarii, & ſcriptores ſtatutorum prædictorum, nec non conſiliarii locorum ipſorum qui ſecundum Statuta & Conſuetudines memoratas judicarent*, &c. Adde Concilium Turonenſe an. 1236. c. 3. Biterrenſe an. 1246. c. 18. Ravennenſe an. 1286. c. 9. &c.

Statutarium, Archivum in quo reponuntur Statuta, ſeu acta publica. Innocentius IV. PP. in Epiſtola ad Poteſtates &c. ſub finem: *Quotum unum* (Statutorum volumen) *ſit in ſtatutario communis cujuſlibet civitatis*, &c.

STATUS, Statura. Gregorius Turon. lib. 4. Hiſt. cap. 24. *Celſum Patriciatus honore donavit, virum procerum ſtatu, in ſcapulis validum, lacerto robuſtum*, &c. Fredegarius in Chron. cap. 58. *Formam ſtatura mea laudaſti.* Alii codd. habent, *ſtatus mei.* Paulinus Natali 6.

Ergo (videte manum Chriſti) male pendulus ille
Per tenebras ſolito funis ſummiſſior infra
Aeris aſſuetum ſpatium pendebat, & inde
E capitis regione parilibramine factus,
Ut ſtatus ejus erat, &c.

Lex Bajw. tit. 1. c. 11. §. 1. *Fiat tunica plumbea ſecundùm ſtatum ejus, quod ipſa penſaverit, auri tantum donet qui eum occidit.* Mon. Sangallenſis l. 1. c. 19. de quodam Ep. *Qui cum familiaritate illius animari cœpiſſet, in tantam progreſſus eſt protervìam, ut virgam auream incomparabilis Caroli, quam ad ſtatum ſuum fieri juſſit, feriatis diebus vice baculi ferendam pro Epiſcopali ferula improvidus ambiret.* Verſus in Althelmum, in libro Epiſtol. S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Epiſt. 69.

Statura ſpectabilis,
Statu & forma agilis, &c.

Status, Hominis ſtantis ſpecies. S. Cyprianus ad Demetrianum: *Rectum te Deus fecit, & cum cætera animalia prona, & ad terram ſitu vergente depreſſa ſint, tibi ſublimis ſtatus, & ad cœlum atque ad Deum ſurſum vultus erectus eſt.* Victor in Theodoſio: *Sic eminens ſtatus, membra eadem, par cæſaries*, &c. Petrus Damianus lib. 3. Epiſt. 8. *Pleroſque vidimus non modo ſacri, ſed & ſecularis ordinis viros, qui ſic inter qualibet Eccleſiaſticæ ſynaxis officia ſtatus ſui viribus ſunt contenti, ut nec podio — dignentur inniti.* Hinc erigere aliquem in *ſtatum ſuum.* Ælredus in Vita Sancti Edwardi Confeſſ. num. 29. *In obicem aliquem uno pede immoderatius impingens, penè lapſum incurrit: quem tamen alius recto greſſu procedens, iterùm in ſtatum ſuum, nihil injuriæ paſſum, erexit.* Gregorius M. lib. 3. Dialog. cap. 25. *Manumque ejus tenuit, & eam in ſtatum ſuum protinus erexit.* Goſcelinus lib. de Miracul. S. Benedicti Cant. c. 2. *Eum ſolutis nervorum nexibus in ſtatum ſuum erigite.* Mox: *Nec mora in ſtatum ſuum erigitur.*

Statutus, Magnæ ſtaturæ, apud Plautum in Rudente:

Recalvum ac ſilenum ſenem, ſtatutum, ventricoſum.

Status, Sedes: *Statum facere*, Sedere, morari. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3. *Attamen oppreſſi laſſatu deſiſtunt pugnæ barbari, & ſterilem obtinent tunc victoriæ ſtatum.* Infra: *Heires Regis eorum cum immenſo exercitu — ad cognominatum locum Grantanbricge, ſtatumque fecere ibi menſes 12.* Mox: *Conjecit ſtatum communem cum occidentali exercitu juxta oppidum quod Werham nuncupatur.* Vide *Sedes.*

Status, pro Stallo Monachorum & Canonicorum in Eccleſia. Galbertus in Vita Caroli Com. Flandr. n. 72. *Status ſimul & ſedes Fratrum dejecta ſunt.* Idem num. 98. *Inter columnas quippe ſolarii ſpecula & ſtatus ſuos ex ſcriniorum aggeribus & tumulis ſcamnorum proſtituerant.* Stephanus Tornacenſis Epiſt. 12. *Aſſignetis ei ſtatum in choro, ſicut habere ſolet, ſedem in Capitulo, locum in refectorio.* Statutum de Inſtallatione Canonicorum Bononienſium in Morinis: *Aſſignaturque ſibi ſtatus in choro ſecundum qualitatem & capacitatem recepti, & locus in Capitulo.*

Status, Curia, Comitatus, Aula Regia. Jacobus de Vitriaco lib. 3. pag. 1126. de Saphadino: *Primo die recipit ipſos* (Legatos Chriſtianorum) *in prima ſcalâ de Cayron, ubi ſemper eſt ſtatus ejus.*

STAVA. Vide *Statua.*

STAULUS, Stallum, apotheca; fortè ex Anglo-Saxonico *Staple*, de quo ſupra in *Stapula*: Gallis, *Eſtal.* Libertates MSS. villæ S. Deſiderii in Campania an. 1228. *Nemini in villa S. Deſiderii ſtaulos habere vel locare licebit, ſalvis ſupradictis ſtaulis.* Vide *Feneſtra, Stallum.*

STAUPUS, & *Stoupus*, Scyphus, crater, poculum, Germanis *Stauff.* Kero Mon. in Gloſſ. *Stoupus, ciphus certa menſura.* Vetus Gloſſ. Saxon. apud Somnerum, ſtapul; *batis.* Eſt autem *batis*, vas vel etiam vas potorium.

Staupus, in Charta Abbatis Laurisham. apud Freherum in Orig. Palatinis: *Undecima verò huba villicationi attinet, quatenus inde 8. parapſides 8. ſtaupi, unum mortarium, in Natali Domini, 40. quoque ſcutellæ in Paſcha fratribus miniſtrentur.* Tractatus de Converſione Boiorum & Carentanorum: *Servis autem ſtaupis deauratis propinare juſſit.* Hincmarus Remenſis Opuſc. 50. *Bibit quaſi dimidium ſtaupum de vino.* Anaſtaſius Bibl. in Nicolao I. *Calices argenteos duos, & ſtaupos argenteos duos* &c.

Stoupus. Ephemerides Monaſterii S. Galli, 3. Non. April. *Ille inſtituit in S. die Paſcha ſtoupum cum ciſo & majori leibunculo.* 8. Id. April. *Incujus anniverſario datur minor ſtoupus de balnea ſtupa retro muros.* Occurrit ibi 14. & 13. Kl. Maii. 5. Kl. Jul. 16. prid. Kl. Dec. & 5. Non. Decemb. & in Anniverſariis Alamannicæ Eccleſiæ to. 2. Alamann. Goldaſti pag. 190. 191. 192. & 193.

Stopus, in Statutis antiquis Canonicorum S. Quintini in Viromanduis: *Debet habere unuſquiſque privatus demi eſten de avorete*, &c. *Stopum vini; & miniſtri 17. ſtopos vini.*

Staupulus, diminutivum à *ſtaupus*, in Miraculis S. Valburgis Virg. lib. 2. cap. 5. apud Caniſium & Stewartium, uſurpatur pro *Cicindile*, aut lucerna ardente ante corpus S. Valburgis, quòd eſſet in modum *ſtaupi*

ſeu crateris effictа : *Suam ſtanpulus haud valens ferre injuriam, imo virginis, ad cujus pendebat ſignorum memoriam, diſplicanſe ſe in quo pendebat funiculo, iterum ſe dimiſit inferius.*

Stipus, apud Papiam, dicitur *calix conſecratus*. Sed an ejuſdem originis qua *ſtanpus*, non auſim definire. Leg. fortè *Scriptus*.

STAURACIUM, *Stauracinus*. Vide *Storax*.

STAURIA, iidem qui *Fratres crucis*. Vide in *Crux*. Leges Opſtalbomicæ c. 20. *Fratres ordinis Prædicatorum, & fratres Minores, & fratres de Stauria — admittere decrevimus.*

STAUROPHORI, qui Crucem in proceſſionibus Eccleſiaſticis portant, ex Gr. ϛαυροφόροι, noſtris *Portecroix*. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Caſin. cap. 39. *Poſtero die Pontifex miſit in occurſum ejus — Bajulos, Cereoſtatarios, Staurophoros, Aquiliferos, Leoniferos*, &c. Gilebertus Monachus in Vita S. Romani Abbat. Autiſiod. c. 7. *Sicque* (corpus S. Romani) *inde levatum, & cum ſtaurophora, cereoſtata, — ad præfatum cœnobium deportatum eſt*. Perperam edit. *Staurophona*. Sic porrò hoc loco intelligitur Crux ipſa delata. Vide Meurſium.

Stauroforta, *Portatio Crucis*, in Gloſſis MSS.

STAURUM, Crux, ex Gr. ϛαυρός. Gloſſ. Ælfrici Anglo-Sax. *Crux, vel Staurus* : ꞃoꝺ.

STAURUM, quidquid ad vitæ neceſſaria conducit, Anglis *Store*. Statuta Hoſpitalis S. Juliani in Anglia : *Item ad Feſtum S. Martini habebit leproſus quilibet porcum unum de ſtauro communi*. Matth. Weſtmonaſter. an. 1259. *Viginti inſuper & 5. libras dedit pro ſtauro ejuſdem loci.* Idem an. 1303. De obſeſſis, qui ut obſidentes fallerent, frumentum & carnes ſuas in hoſtium cuneos projecerant : *En quos ſperabamus fame periiſſe, in ejectione ſtauri ſui, contrarium experimur*. Henricus de Knyghton an. 1355. *Si Papa poſſet diſpenſare cum eis habere granaria & cellaria pro ſtauro reſervando*, &c. Vide *Inſtaurum*, & *Reſtaurum*.

STECCARE. Charta an. 1287. in Miraculis S. Ambroſii Senenſis : *Stando ante altare S. Ambroſii, fuit ita compreſſa & ſteccata, quod nullo modo poterat diſcedere*. Id eſt *fixa*, ex Italico *Stecca*, baculus, ſtipes, ſeptum. Vide Cruſcanos, Menagium, & Ferrarium in Orig. Italic.

Stechetum, ex Italico *Steccato*, palus, repagulum, apud Petrum de Creſcentiis lib. 10. cap. 26.

STECHSWEIN, *Porci majores*, in Metropoli Saliſburg. to. 3. pag. 49.

STEDINGI. Vide *Stadingi*.

STEGMA, pro *Stemma*. Chronicon Novalicenſe lib. 5. cap. 8. *Illuſtriores ſecundum ſanguinem, ſed illuſtriores ſecundùm ſtegmata divina.*

STELE. Charta Winemari Gandenſis Caſtellani in Probat. Hiſt. Guinenſis p. 66. *Et unum manſum terræ inter Broeclant & Geſtlant, præter jus ad dicum, nec non & unum ſach ad turvos & ad ſilvam, unum ſtele in Walham ad piſces, in ſpiringa eandem piſcandi poteſtatem quam illius loci dominus habet*. Hinc fortè

Stelagium, in Charta Henrici II. Regis Angl. pro Abbatia S. Mariæ de Voto.

STELLA, *Societas ſtellæ*, Ordo Militaris inſtitutus à Joanne Rege Franciæ an. 1351. *Stellifera Congregatio Militaris*, in Charta ejuſdem Regis 5. Junii an. 1356. Habetur apud Carolum de Lelis in Familiis Neapolitanis to. 1. pag. 296. Epitaphium Jacobi Bozzuti Militis an. 1358. ubi dicitur fuiſſe *de Societate Stellæ illuſtris domini Joannis Regis Francorum, & Collateralis Conſiliarius Ludovici Ducis Duracii.*

Deſcripſit vir doctiſſimus Lucas Acherius, ex ſchedis Herouvallianis, to. 10. Spicilegii pag. 215. litteras Joannis Regis hujuſce ordinis Militaris primam inſtitutionem continentes, ubi Militum veſtes & annuli deſcribuntur : quibus adjungenda videntur ad uberiorem ejuſdem Ordinis Hiſtoriam, quæ in hanc rem ſcripta leguntur in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis, incipiente à 1. Julii, & deſinente in 4. Febr. ſeq.

Pour 46. aunes d'eſcarlate vermeille de Broiſſelles, & de S. Omer pour faire habits de l'eſtoille pour M. le Dauphin & ceux de ſa Compagnie, & auſſi pour M. Charles d'Artois, &c. Pour 2. marbres bruns des Cours de Broiſſelles, pour faire cotes hardies fourrées d'aigneaux & houces à chevaucher en eſtat d'eſcuierie pour Noſſeigneurs qui furent faits Chevaliers à la Feſte de l'Eſtoille; c'eſt aſſavoir Meſſeigneurs Jean & Philippe de France. Loys de Bourbon. Philippe & Loys de Navarre & Charles d'Artois. &c.

Pour 3. pieces & demie de fin velluyau en grainne pour faire un ſurcot, un mantel à parer, & un chapperon fourré d'ermines pour le Roy à la Feſte de l'Eſtoille, &c.

Eſt aſſavoir que l'Oratoire deſſus fait pour cauſe de la Feſte de la noble Maiſon, &c. 2. draps d'or & demy pour faire les encourtinemens de la noble Maiſon pour cauſe de ladite Feſte de l'Eſtoille.

8. pieces de cendaux azurez pour les ſemer de Fleurs de lys d'or de bateure à parer & mettre ſur le daiz du Roy en ladite noble Maiſon pour cauſe de ladite Feſte de l'Eſtoille.

Pour faire & ouvrer les 3. eſtoilles de brodeure qui furent mis & aſſiſes en la courtepointe, ciel, & cheveciel de ladite chambre.

Pour faire & ouvrer de bateure 3. grans nuës d'argent & dedens chacune une eſtoille pour parer & mettre ſur le daiz du Roy le jour de ladite Feſte de l'eſtoille.

Pour faire & forger une eſtoille d'or ſans pierrerie, & un anel d'or a l'eſtoille que le Roy luy donna. (*au D. d'Orleans.*)

Pour faire & forger une eſtoille d'or ſans pierrerie, & un annel d'or a l'eſtoille, onquel ſon nom eſtoit eſmaillé. (*au C. d'Anjou.*)

Pour faire & forger du commandement du Roy un anelet d'or à l'eſtoille pour le vieil Dauphin, onquel anel eſtoit ſon nom eſmaillé.

Pour faire & forger du commandement dudit Seigneur 6. eſtoilles d'argent dorées pour leſdits Grand Maiſtre d'Hoſtel, & pour les cinq Chambellans 6. anneaux d'or à l'eſtoille par commandement dudit Seigneur.

Pour faire & forger pour Monſ. de S. Venant & pour les 4. Chambellans de M. le Dauphin, & par ſon commandement pour chacun un anel d'or à l'eſtoille.

Pour une eſtoille de brodeure faite & ouvrée du commandement de Monſ. Robert de Lorris, fait à l'Argentier de la volenté du Roy, pour le vieil Dauphin Patriarche de Iheruſalem.

Pour faire habits pour l'eſtat de l'Eſtoille audit Monſ. d'Andreſel & à Meſſ. Jean de Clermont Chambellans du Roy.

Pour une conſtepointe pour un de nos Seigneurs fils du Roy, qui furent Chevaliers à la noble Feſte.

In computo incipiente 1. Janv. an. 1352. & finiente in 1. Maii an. 1353. *Pour deniers payez aux vallets Conſtepointiers qui firent & tendirent au commandement du Roy les encourtinemens mis & tendus à S. Ouin en la noble Maiſon, pour cauſe de la Feſte de l'Eſtoille, faite illec ou mois de Janvier l'an 351.*

Stella junior, Agrimenſoribus, eſt Decuſſis conduplicatus diductuſque : junior verò ſtella dicta, quaſi ab ipſis menſoribus condita, adeoque poſt cæteras ſtellas nata. Caius & Theodoſius : *Stellam juniorem ſuper picatos palos conſecravimus*, &c. Idem Caius : *Et ſignatim ut invenuantur pali ipſi ſtellam conſecravimus, & ipſa ſtella junior nomine vocatur.*

Stella feſtum, Dies Epiphaniæ, in Codice MS. S. Victoris Pariſ. Locum vide in *Septuageſima*. Quo quidem die celebrabatur officium, quod *Officium ſtellæ* appellatur apud Joannem Epiſcopum Abrinc. de Offic. Eccl. p. 30. Sic verò deſcribitur in Ordinario MS. Eccleſiæ

Rotomagenſis : *Officium Regum trium, ſecundùm uſum Rotomag. Die Epiphaniæ. Tertia cantata, tres de majori ſede more Regum induti, & debent eſſe ſcripti in tabula. Ex tribus partibus ante altare conveniant cum ſuis famulis portantibus Regum oblationes, induti tunicis & amictis. Et debent eſſe de ſecunda ſede ſcripti in tabula ad placitum ſcriptoris. Ex tribus Regibus medius ab oriente veniens, ſtellam cum baculo oſtendens, dicat alteri,* Stella fulgore nimio. *Secundus Rex a dextra parte reſpondeat,* Quæ Regem Regum. *Tertius Rex à ſiniſtra parte dicat,* Quem venturum olim. *Tunc Magi ante altare ſe ſe oſculentur, & ſimul cantent,* Eamus ergo, & inquiramus. *Hoc finito, Cantor incipiat Reſponſorium,* Magi veniunt. *Et moveatur proceſſio, Verſ.* Cum natus. *Sequatur aliud Reſponſorium, ſi neceſſe fuerit,* Interrogabat Magos. *Proceſſio in navi Eccleſiæ conſtituta, ſtationem faciat. Dum autem proceſſio navem Eccleſiæ intrare cœpit, corona ante Crucem pendens in modum ſtellæ accendatur, & Magi ſtellam oſtendentes, ad imaginem S. M. ſuper altare crucis prius poſitam cantantes pergant,* Ecce ſtella in Oriente. *Hoc finito, duo de majori ſede cum Dalmaticis ex utraque altaris parte ſtantes, ſuaviter reſpondeant,* Nos ſumus, quos cernitis. *Tunc duo Dalmaticati aperientes cortinam, dicant,* Ecce puer adeſt. *Tunc procidentes Reges ad terram ſimul, ſalutent puerum, ita dicentes,* Salve Princeps ſæculorum. *Tunc unus à ſuo famulo aurum accipiat, & dicat,* Suſcipe, Rex aurum, *& offerat. Secundus ita dicat, & offerat,* Tolle Thus, tu verè. *Tertius ita dicat, & offerat,* Myrrham, ſignum ſepulturæ. *Interim fiant oblationes à clero & populo, & dividatur oblatio prædictis Canonicis. Tunc Magis orantibus, & quaſi ſomno ſopitis, quidam puer alba indutus, quaſi Angelus, illis ante altare dicat,* Impleta ſunt omnia quæ Prophetiæ, &c. *Hoc finito, Cantor incipiat ad introitum Chori Reſponſorium,* Tria ſunt munera, *Verſ.* Salutis noſtræ auctor. *Ad Miſſam tres Reges Chorum regant, qui* Kyrie Fons pietatis, Alleluya, Sanctus, & Agnus *feſtivè cantent. Officium,* Ecce advenit. P. Deus judicium tuum, Kyrie, & Gloria, *feſtivè. Oratio,* Deus qui hodierna die. *Si Archiepiſcopus cantaverit commune pro Dom. Papa, & pro Rege tantum; ſin autem nulla mentio fiat. Epiſtola,* Surge, illuminare. *Prædicti famuli cantent Reſponſorium,* Omnes de Sabba. *Verſ.* Surge, illuminare, Alleluia. *Verſ.* Vidimus ſtellam. *Sequitur Epiphania Domini,* &c. De hac verò ſtella, quæ nato Domino à Magis viſa eſt, vide Theodorum Tharſenſem Epiſcopum lib. 5. Contra fatum cap. 53. & Iſidorum Peluſiot. lib. 1. Epiſt. 377. 378.

Stellæ apparitio, Veſper, ſolis occaſus. Fori Oſcenſes Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. fol. 12. *Debet venire cum ſuis teſtibus valituris ad locum illum aſſignatum, & debet ibi ſtare ſimul cum aliis probis hominibus, donec ſtella appareat,* &c.

STELLARIA, *Stellata*, *Stellator*. Ugutio : *A ſterno, hæc ſtellata, i. mare, vel purpura : unde ſtellaria, navis marina, vel via in mari, vel via in cælo quæ ducit nautas, vel purpura quæ per mare fertur, vel veſtis ex purpura : & ſtellarius, marinus, vel purpureus, & ſtellator, compoſitor navis marinæ, vel purpureæ veſtis, ſive regularum ſtellarum.* Vide Papiam in *Stelataria*.

Stellaria. Vetus Charta apud Puricellum in Monumentis Ambroſianæ Baſilicæ pag. 560. *Cum — ſilvis, caſtaneis, roboretis, at ſtellariis, cum areis earum, paſcuis,* &c.

STELLATURA; Vide *Stillatura*.

STELLATUS, qui *ſtallum* habet, Mercator qui in *ſtallo*, ſeu merces ſuas vænum exponit. Bracton lib. 4. Tract. 1. cap. 46. *Dividatur dieta in tres partes, prima pars matutina detur euntibus verſus mercatum, ſecunda verò detur ad emendum & vendendum; quæ quidem ſufficere debet omnibus, niſi fortè ſint mercatores ſtellati, qui merces depoſuerint & expoſuerint venales,* &c. Vide *Stallatus*.

STELLIFICARE, in Divorum numerum referre, ſtellis & aſtris inſerere. Ericus Upſalienſis lib. 4. Hiſt. Suecicæ pag. 139. *Cujus imitatione Pelliparii Alemanni in Suecia ſtellificati, & inter Divos & Cœlites relati etiam magnificabant fimbrias in donativis.*

STELLINGA. Nithardus lib. 4. Hiſt. de Lothario Imp. *Hinc etiam in Saxoniam miſit Frilingis Lazzibuſque, quorum infinita multitudo eſt, promittens ſi ſecum ſentirent, ut legem quam anteceſſores ſui tempore quo idolorum cultores erant, habuerant, eandem illis deinceps habendam concederet : quâ ſupra modum cupidi nomen novum ſibi, id eſt Stellinga impoſuerunt, & in unum conglobati, dominis è regno penè pulſis, more antiquo, quâ quiſque volebat lege vivebant.* Infra : *Ludovicus etenim ſeditioſos, qui ſe uti præfatum eſt, Stellinga nominaverant, nobiliter, legali tamen cæde compeſcuit.* Rurſum : *Eodem tempore Stellinga in Saxonia contra dominos ſuos rebellarunt.* Vox formata fortè ex *Stel*, Kiliano, vetus, vetuſtus, & *Ling* filius, (uti in *Adalingus* docuimus;) quod *Stellinga* leges & mores antiquos affectarent.

STELLIGERI, *Stelliferi*, nomen factionis Baſileæ in Helvetia, cui oppoſita *Pſittacorum* factio. Albertus Argentinenſis an. 1218. *Erat autem in illis diebus partialitas inter nobiles Baſilienſes, hodieque durans inter Pſitacos & Stelligeros, quæ ex eo ſumpſit originem. Cum olim Milites Baſilienſes ad torneamenta, haſtiludia, vel parlamenta alia cum multitudine egrederentur, & diceretur, Qui ſunt iſti? illis dicebatur, Scolares & Monachi Baſilienſes, qui erant excellentiores. De quo alii commoti, conſilio habito, fecerunt vexillum albæ ſtellæ magnæ in rubeo campo, quod in torneamentis & alibi efferebant : ſub quo ſigno erant progenitores de Eptingen, &c. Alii verò fecerunt viridem pſittacum in albo campo,* &c. Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ cap. 119. anno D. 1372. *Surrexit una ſocietas, nominantes ſe Stelligeros, & portaverunt ſtellas : quorum Capitaneus principalis erat Dux Otto Brunſwicenſis, & adhuc tres alii. Illi enim numero quaſi duo millia de Rheno, de Haſſia, de Weſtphalia, de Saxonia, de Buchovia, de Franconia compromiſerunt, & juraverunt ſe velle mutuò defendere, & potenter reſiſtere tam principibus, quàm aliis nobilibus ubique conſtitutis,* &c. Vide Annales Colmarienſes an. 1271.

STELZIA, Gralla, vel baculus cui quis innititur, German. *Stelze*. Capitula ad Legem Alamannor. c. 27. edit. v. cl. Steph. Baluzii : *Si quis alteri pedem truncaverit, ſolvat ſol. 40. Et ſi mancat, ſolvat ſol. 20. & foris villa ambulare potuerit, & in campo ſuo cum ſtelzia ambulare poterit, ſolvat ſol. 25.* &c.

STEMMA, pro *Schema*, ſeu σχῆμα, non ſemel uſurpat Ordericus Vitalis. *Monachile, ſtemma* lib. 4. pag. 543. Vide *Schema*.

STEMPHIACI, *id eſt vinatia*, apud Papiam MS. Perperam in edito, *Stenipbiaci, id eſt uniacia* : eſt enim vox Græca, σέμφυλα, unde conſtat legendum *Stemphyla*.

STEPHADIUM. Hiſtoria Epiſcoporum Autiſſiodor. c. 20. *Dedit & alium miſſorium ſimiliter analectum penſant. lib. 40. & dimid. qui habet in medio rotam cum ſtephadio, & in gyro homines & feras.* An ex Gr. στεφάνη, ut ſit coronula? vel quod *Scacarium*, quod *Stephadium* etiam vocabant, efformatum fuerit. Vide *Stipadium*.

STEORESMAN, Navis gubernator, à Saxon. ſteoran, regere, & gubernare, & man, homo. Fœdus Ethelredi Regis cum Analano, cap. 4. *Si homo ſit de pecunia ſua robatus, & ſciat in qua navi, reddat ſteoreſman, i. gubernator pecuniam illam,* &c.

STEPHANIENSES, Monetæ Comitum Burgundiæ, à Stephano Comite dictæ, quo nomine duo potiſſimum indigitantur, nempe Stephanus Guillelmi Comitis filius ſub an. 1101. & Stephanus alter ſub an. 1147. à quo poſtremo cuſas ejuſmodi monetas probabile eſt, cum ante eum harum mentio non occurrat. Vetus Regeſtum ſub ann. 1310. *Stephan. qui currunt in provincia Bizuntina, ſunt idem qui Turonenſes, quinque Burdegalenſes vel 4. to-*

dem modo Divionenſes, Arnalderſes, Petragoric. Vienneſes 4. Sanchez qui currunt in Navarra, vel quinque Turon. *Eſtevenars* dicuntur in Charta Ægidii Epiſcopi Tullenſis an. 1255. apud Perardum pag. 482. *Trente-cinq livres d'Eſtevenars.* Sed legendum *eſtevenans*, ut eſt in Hiſtoria Vergiacenſis probat. ſub an. 1322. 1370. pag. 306. 396. & apud Golutum in Hiſt. Comitatus Burgundiæ ſub. ann. 1294. & 1401. lib. 7. cap. 20. lib. 9. cap. 26.

STERA, *Pellicula in qua involvitur puer in ventre matris & moratur. Unde Macer: Stera ſed ſubditur herba.* Ugutio. Alius: *Obſtetrix, femina qua ſteram trahat.*

STERCIDIUM, Κοπρισμός, in Gloſſ. Gr. Lat.

STERCOLINIUM, vel *Stercolinium*, pro *Sterquilinium*: Fimus, quo ſtercorantur agri: κόπρος. Gloſſ. Lat. Gr. *Sterculinum*, κοπρών, κοπρία. Julianus Anteceſſor Conſtit. 58. *Quod laboraverunt tantum æſtimatio fiat, non autem propter componemata, & ſtercolinum aliquatenus moveatur. Sin autem ſine holeribus hortus ſit, ſimiliter ſine holeribus reſtituatur, & nulla iterum æſtimatio fiat de ſtercolino.*

STERCORACES, Stercora. Indiculus Superſtitionum & Paganiarum, in Concilio Liptinenſi an. 743. *De auguriis vel avium, vel equorum, vel boum ſtercoracibus.*

Stercoratium, eadem notione. Gervaſius Tilleberienſis part. 1. de Otiis Imperial. *Quædam ſunt inter apothecas Eccleſiæ membra, quædam ad ſentinam ſtercoratia premenda.*

STERCORARIA *Sedes*, Lapidea, ſeu marmorea, quæ Romæ eſt ante Porticum Baſilicæ Salvatoris Patriarchatus Lateranenſis, ad quam deducitur electus ſummus Pontifex, priuſquam pergat ad S. Petri ædem; ſic dicta, quòd dum ibi ea ſedet, à Cardinalibus inde elevetur dicentibus hunc verſiculum, *Suſcitat de pulvere egenum, & de ſtercore erigit pauperem, ut ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat.* Ita Ceremoniale Cencii Camerarii apud Baron an. 1191. & Ceremon. Rom. lib. 1 ſect. 2. Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII.

— Et ſedes capiens de ſtercore nomen
In platea eſt circa templum deſpecta parumper.

STERILENSIS *Moneta.* Vide *Eſterlingus.*

STERIUM, *Statio, i. ſolitarii habitatio.* Papias. Vide *Starium.*

STERLINGUS. Vide *Eſterlingus.*

STERMENTORIUM. *Stabulum iumentorum. Unde Joſephus in 10. Annalium: Joſephus hæc audiens poſuit idola in ſtermentorio cameli. Et etiam ſtermentoria dicuntur, quæ in lectis ſolent ſterni.* Ugutio.

STERNAX, *Caballus pavidus, qui homines reiicit de dorſo ſuo*, in Gloſſis MSS. Aliæ Iſidori *ſternaces, pavidi.* Ita etiam Gloſſæ Antiquæ MSS. Sueno in Hiſt. Daniæ cap. 5. *Caſu inopinato, equi ſternacis præcipitio, arbori illiſus interiit.*

STERNUM, *Torus, toral, ſtratus*, στρωμνή, in Gloſſ. Gr. Lat.

STERNUTUS, pro *Stratus*, in Rythmo de Verona, to. 1. Analector. Mabillonii:

Foro lato ſpecioſo, ſternuto lapidibus,
Ubi in quatuor cantus magnus inſtat
Fornix, platea mira ſternuta lapidibus.

STERPIA, *Cauda ſerpentis*, in Gloſſis antiquis MSS.

STERZER. Reinerus de Valdenſibus: *Item hypocritarum, qui vulgariter Sterzer vocantur, qui fingunt ſibi infirmitates, & fingunt ſubitam ſanitatem.* Infra: *Item falſa peregrina, quæ vocantur Sterzer.*

STEURA, *Stiura*, Vectigal, tributum, collatio, &c. ex Germanico *Steur. Steura ſeu precaria*, in aliquot Conſtitutionibus Adolphi Imp. an. 1293. & 1299. apud Goldaſtum to. 1. Conſtit. Imper. Sigiſmundus Monachus in Chronico Auguſtano an. 1370. *Carolus Rex exegit ab Auguſtenſibus 96. millia Florenorum, & a fundatis 10. millia pro ſteura, &c.* Helwicus in Rationario Styriæ: *In Pirchwelde habentur annuatim de ſteura 40. talenta novorum Wiennenſium, &c.* Chronica Saliſburgenſia anno 1461. *Eodem anno propter impoſitionem ſteuræ per Archiepiſcopum tota ruſticitas — ad reſiſtendum ſe erigit.* Adde Conſtit. Friderici II. Imp. de privilegiis civitatis Nornbergenſis §. 11. apud eundem Goldaſtum, Chronicon Henrici Rebdorff. an. 1296. 1346. Chronicon Conſtantienſe pag 626. Pontanum lib. 7. Rerum Danicarum pag. 478. Leonhartum Presbyt. in Chron. Bav. Chronicon Aulæ Regiæ cap. 27. Æneam Silvium in Hiſt. Bohem. cap. 61. Metropolim Saliſburgenſem to. 1. pag. 164. 378. to. 2. pag. 68. &c.

Stiura. Vetus Charta in eadem Metropoli Saliſburgenſi to. 2. pag. 30. *Nec in quoquam fideles noſtros tam Clericos quam Laicos, aut in pernoctationibus, vel in ſtiuris, ſeu regalibus, ſive in qualibet re licèt minima moleſtare debent.*

STEYGNATUS. Monaſticum Anglic. to. 3. part. 2. pag. 80 *Una fanona de panno ſerico, præter frontellum, pro Miſſis ibidem, cum frontello ſteygnato. — Una fanona de panno ſerico, cum frontello ſteygnato.*

STHEMA, pro *Schema*, Habitus, veſtitus, ornatus. Joannes Biclarienſis in Chron. *Aramundarus Saracenorum Rex Conſtantinopolim venit, & cum ſthemate ſuo, Tiberio Principi cum donis Barbariæ occurrit.* Vide *Scema*, & *Stemma.*

STICA, *Tunica*, in Gloſſ. Iſid. Papias, & Gloſſæ Lat. MSS. ex Bibl. Regia cod. 1013. habent *Sigia.* Alibi: *Strigium, genus veſtimenti.* Savaro *ſtriga* legendum cenſet. Vide *Striga.* A *Stica* verò videtur formata vox στιχάριον apud Græcos, quibus perinde eſt *tunica.*

STICHARIUM. Gloſſ. Gr. Lat. Στιχάριον, *tunica.* Gloſſ. Lat. Gr. *Strictoria*, στιχάρια. Palladius in Hiſt. Lauſiac. c. 135. de S. Athanaſio, λαβὼν ἑαυτῷ τὸ στιχάριον καὶ τὸ βυρρίον. Vita S. Eudociæ Martyr. n. 27. Στιχάριον λευκὸν ἐνδύσῃ. Chronicon Alexandrin. pag. 766. Φορῶν στιχάριον ἄσπρον, &c. Anonymus Medonii de Offic. Eccleſiæ CP. ait M. Oeconomum ferre τὸ στιχάριον Patriarchæ in ſacra Liturgia.

STICA, *Stika*, Certus numerus Anguillarum, Anglis *Eſticke.* Fleta lib. 2. c. 12. §. 7. *Lunda anguillarum conſtat ex 10. ſtikis, & qualibet ſtika ex 20. anguillis.* Glanvilla lib. 2. cap. 9. *Unum ſextarium mellis, & duas ſticas anguillarum.* Monaſticum Anglican. to. 1. pag. 148. *Duodecim ſtica anguillarum annuatim.* Pag. 363. *Hiis etenim addidi — unam piſcariam, quæ reddit unum millenarium ſticarum anguillarum: unum peſantum anguillarum, 40. valet groſſas anguillas.* To. 2. pag. 880. *Quatuor centum anguillarum de redditu piſcariæ mei de Wiltone annuatim, in principio Quadrageſimæ habenda ſcilicet 9. eſtickes de gurgite qui vocatur Leawe-res, &c.* Adde p. 815.

STICATA, Dalmatis, Propugnaculum, munimentum, *Baſtida* Italis. Hiſtoria Obſidionis Jadrenſis an. 1345. lib. 1. cap. 24. *Quam Italici & Longobardi Baſtidam, Dalmatici & Chroati Sticatam appellare conſueverunt.* Occurrit pluries ibi.

STIFA, pro *Stiva aratri.* Flodoardus lib. 14. Carm. 19.

Virtutem quoque magnifici probat ille Magiſtri,
Ruricola inſiſtens operi, ſtifaque medenda, &c.

STIGA. Jo. de Janua: *Stiga, i. aculeus, ſtimulus, incitatio, moleſtatio.* Inde *inſtigare.* Vide *Stica.*

STIGMATA, Præſtigiæ, characteres magici. Anonymus in Vita S. Brigidæ cap. 10. *Venit ad S. Brigidam Conaldus, ſuis ſatellitibus circumdatus, ſub ſtigmatibus malignis & dixit, &c.* Mox Brigida ea ſtigmata, *ſigna diaboli* vocat. Ibidem: *Tunc Conaidus cum ſuis ſtigmata ſua depoſuit, nec contra Deum & Brigidam venerant.* Et cap. 11. n. 66. *Quadam die venerunt ad Brigidam quidam viri otioſi & vani, habentes ſtigmata diabolica in capitibus*

capitibus ſuis, & querentes aliquem ſingulare, &c.

Stigma. Nicol. Uptonus l. 1. de Militari officio cap. 3. *Milites qui creantur per balneum portant de conſuetudine in humero ſiniſtro ſuum ſigma militare album, quod quidam ſtigma dicens viro portabit, quouſque fecerit aliquod notabile factum, niſi aliqua nobilis domina illud tollat, ut eſt conſuetudo Angliæ.* Quod verò *Stigma* hic ſcriptor vocat, *Las*, ſeu lemniſcus nodatus dicitur in veteri Ceremoniali MS. ubi de Militari inauguratione. Qui enim Miles cum balneorum ceremonia creatus fuerat à Principe, longiori tunica induebatur, eique lemniſcus albus ad ſiniſtrum humerum alligabatur, *Et ce blan las*, (verba ſunt Ceremonialis,) *il portera ſur tous ſes habilemens qu'il veſtira au long de ceſte journée, tant qu'il ait gaignie honneur & renom d'armes, & qu'il ſoit recorde de ſi haut record come de nobles Chevaliers, Eſcuiers, & Heraux d'armes, & qu'il ſoit renommee de ſes fais d'armes, comme devant eſt dit, ou aucun haulx Prince, ou tres noble Dame de povoir couper le las de l'eſpaule du Chevalier, en diſant, Sire, nous avons ouy tant de vray renom de voſtre honneur, que vous avez fait en diverſes parties, au très grant honneur de Chevalerie, à vous meſmes, & à celuy qui vous a fait Chevalier, que droit veut que ceſt las vous ſoit oſtez.*

STIGMATUS, Punctis interſtinctus. Bonifacius Moguntinenſis Epiſc. Epiſt. 17. *Præterea parva munuſcula pro indicio caritatis direximus, id eſt corporale, pallium album ſtigmatum, variatum, & villoſum ad tergendos pedes ſervorum Dei*, &c.

STIGNA, *Pallia operoſiora.* Papias MS. & edit. Gloſſ. Iſid. *Stigina, ornamenta regia.*

STIGULA, Ligula, Gallis *Aiguillette: Stigularii, Faiſeurs d'aiguillettes.* Habetur in 1. Regiſtro *des meſtiers de Paris* fol. 89. Areſtum pro *Stigulariis, ſeu Aquilletariis urbis Pariſienſis an.* 1421. 7. *Febr.*

STILLARIÆ, Aquarum ductus. Charta Conradi Imp. an. 1023. apud Ughellum in Epiſcopis Vicentinis: *Cum pratis, vineis, ſilvis, — ſtillariis, fontibus, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus*, &c.

STILLATURA, Compendium vel lucellum, quod Duces ſeu Tribuni ex annona ſingulorum militum quaſi *ſub gratia donationis*, licitò decerpebant, ut eſt in l. 28. 29. & ult. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ. Quam vocem hac notione uſurpant etiam Spartianus in Peſcennio, cui *Stellatura* dicitur, & Lampridius in Alexandro Severo. De vocis etymo multa commentatur Jacobus Gotofredus ad. d. l. 28. ubi varias ſcriptorum ſententias expendit.

STINCUS. Acta antiqua apud Ughellum to. 7. Ital. ſacræ pag. 1361. *Et à pede Arpi ferit ad caput Faizzoli, ubi eſt copia ſtincorum, & vadit uſque ad locum, qui vocatur antiqua Eccleſia*, &c. Infra: *Ubi ſurgit fons, & tendens ad ſeram de ſtinchis*, &c. Italis *Stinca*, eſt montis apex.

STINGIS DINT. Vide Leges Burgorum Scotic. c. 19.

STIOPUS, *Inflatio oris. Unde,*

> *Nec ſtiopo tumidas intendis rumpere buccas,*
> *Vel braccas.* Ita Jo. de Janua. Sed leg. *ſtlopo.*

STIOSUS, *Quaſi mitiſſimus, non ſuperſtitioſus*, in Gloſſis antiquis MSS.

STIPADIUM, vel *Stiparium, id eſt ſcacarium, quia hominibus ſpectantibus ſupum ſtipetur, vel ſtipet, ſi domus ſtat. Vel ſtipadium, eſt purus abacus, & hoc ſtipatium, genus menſæ.* Ugutio, & ex eo Joannes de Janua. Catholicon parvum: *Stibadium, Eſchequier.* Græci στιβάδιον vocant torum, vel cubile ex herbis confectum. Papias: *Stiphadium, à ſtipitibus, quaſi ſtipiadium, prandium.* In MS. *Stephadium.* Vide *Stephadium.*

STIPARE. Beda in Vita S. Cuthberti Ep. n. 68. *Sumpto fœno vel argilla, vel quidquid hujuſmodi materia reperiſſet, ſtipaverat rimulas, ne quotidianis imbrium ſive ventorum injuriis ab orandi retardaretur inſtantia.* Ubi *ſtipare*, eſt ſtupa, vel *ſtipa* rimas occludere, nos *Eſtoupper* dicimus.

STIPATORES, *Prebendarii, vel compoſitores, dicti a ſtipe, i. eſt pretium.* Ita Gloſſæ MSS.

STIPATUS. Concilium Londinenſe an. 1342. cap. 2. de abuſu Clericorum in veſtibus: *Et ſuis digitis annulos indifferenter portare publice, ac zonis ſtipatis pretioſis ſupercingi.*

STIPPA. Anaſtaſius in S. Silveſtro: *In medio fontis columnas porphyreticas, qua portant phialam auream, ubi candela eſt, penſans eſt ex auro puriſſimo libras 52. ubi ardet in diebus Paſcha balſamum libr. 200. nixum, (l. myxum) ex ſtippa amianti.* Id eſt ex papyro ſeu *ſtuppa* immaculata, pura. Alii codd. præferunt *ſtuppa.*

STIPULA, pro *Stipulatio.* Traditiones Fuldenſes lib. 2. form. 22. *Vos & ſucceſſores veſtri ad poſſidendum & ad fruendum in eleemoſynam meam ulterius perenniter ſecuriſſimam habeatis poteſtatem, ſtipula ſubnixa ad roborandum & ad tuendum.* Wlaius Monachus poſt Vitam S. Amandi à Milone conſcriptam:

> *Præbuit is ſtipulam praclarus Epiſcopus Emmo,*
> *Aſſigens digitis pulchra elementa ſuis.*

Stipulas è manibus ejicere. Vide *Feſtuca.*

STIPULATIO. Gloſſ. Gr. Lat. *Stipulationes*, ἐπερωτήσεις. *Stipulatio*, ἐπερώτησις. Iſidorus lib. 4. Orig. c. 24. *Stipulatio eſt quaſi promiſſio vel ſponſio. unde & promiſſores ſtipulatores vocantur. Dicta autem ſtipulatio a ſtipula: veteres enim quando ſibi aliquid promittebant, ſtipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes, ſponſiones ſuas agnoſcebant.* Hinc formula vulgaris, *Stipulatione ſubnixa*, quæ crebro occurrit in donationibus, & aliis actis vel inſtrumentis, & apud Marculfum. Tabularium Monaſterii Bellilocenſis in Lemovicenſibus: *Et præſens inſtrumentum maneat inconvulſum, cum ſtipulatio ejus ſubnixa. Sed præſens teſtamenti ceſſio à me conſcripta permaneat, cum ſtipulatione ſubnixa.* Hujus clauſulæ ea mens eſt, inquit Bignonius, ut perinde firmum id habeatur, atque ſi in ſtipulationem deducta res fuiſſet. Stipulatio enim erat commune omnium obligationum aſtringendarum vinculum, ut ait Paulus lib. 5. Sent. tit. 7.

Verùm truncata & mutilata iis locis verba, Notariorum more, conſtat, qui præcipua & magis ſolemnia adhibere ſoliti, cætera quæ ſubaudiri debent, ultro prætereunt tanquàm minus neceſſaria, cum brevitati nimium quam par eſt ſtudent. Id, inquam, advertere eſt ex aliquot aliis Chartis, in quibus clauſula illa ſuis verbis legitimè concepta, ex jure Romano, & ex Imperatorum legibus petita arguitur. Charta 30. inter Alamannicas Goldaſti, ſub Ludovico Pio Imp. *Cartula iſta firma permaneat legis ſtipulatione ſubnixa, qui omnium cartarum accommodat firmitatem.* Quo *legis* vocabulo, Legem Aquilianam, ſeu ſtipulationem, & alteram Arcadii Imp. intelligi diſertim docent Chartæ aliæ pluſculæ. Altera inter Goldaſtinas 35. barbaris vocabulis exarata, ſub Dagoberto Rege, quæ etiam refertur à Vadiano lib. 2. de Collegiis & Monaſter. German. pag. 65. *Et cartula donationis ſua optenia firmitatem, Aquilianis, Arcatianis leges eſtibulationis, qui à omnium cartarum accommoda firmitatem.* Formulæ veteres ſecundum Legem Romanam cap. 17. *Et hæ Epiſtola conſultitionis cum ſtipulatione Aquiliana, noſtris vel bonorum hominum manibus roborata firma permaneant.* In Notis Tyronis pag. 110. *Stipulatione Aquiliana. Stipulatione ſubnexa.* Teſtamentum Berthichranni Epiſc. Cenoman. *Ut Lex edocet ſeptem virorum ſubſcriptionibus & ſigillis credidi muniendum, & pro totius rei firmitate atque ſtipulatione adnecti præcipi.* Charta an. 1032. in Chronologia Lerinenſi to. 1. pag. 363. *Ut teneant & poſſideant omnes habitantes in ipſo cœnobio commemorato, cum omni ſtipulatione interpoſita, omni firmitate ſubnixa.* Stipulatio porrò Aquiliana interponi ſolita erat acceptilationis causâ, cujus vi etiam tenebatur qui chirographum aut teſtamentum delevitſet: Lege verò Arcadii Imp. 17. C. de Teſtamentis, inſtrumenta omnia legitimè confecta rata eſſe jubentur. Ita qui chartam ejuſmodi infringebat, mulctam

ab hiſce legibus decretam incurrebat. Stipulatio verò Aquiliana definitur à Cujacio, *Novatio obligationis alio genere quam verbis contractæ.*

Stipulatio ſæpe etiam pro *ſubſcriptione* uſurpatur. Chronicon Gemblacenſe pag. 510. *Omnia quæ B. Wibertus legali teſtamento delegavit commiſſa ſibi Eccleſiæ Dei, Imperialis & Apoſtolicæ manus adſtipulatu fecit perpetualiter corroborari.* Fulcuinus de Geſtis Abbatum Lobienſium cap. 6. *In cujus traditionis Charta ſic ſubſcriptum eſt : Actum Liptinas villa publica &c. & in ſtipulatione, Signum, inquit, Karlomanni Majoris domus, qui hanc donationem fecit, firmavitque.* Alia apud Baldricum in Chronico Cameracenſi lib. 1. cap. 27. *Præſens donatio à me facta omni tempore firma & inviolata permaneat ſtipulatione ſubnixa idoneorum teſtium, Domni videlicet Vindiciani Epiſcopi,* &c. Charta Friderici I. Imp. an. 1154. pro Guillelmo Epiſcopo Tricaſtinenſi, apud Sammarthanos : *Veruntamen quia tanta rei firmitas Imperiali autoritate muniri deſiderat, ſancimus & concedimus eidem ſanctæ Dei Eccleſiæ, ſtipulatione equidem noſtra ſubſcripta, Guillelmo ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopo & ſucceſſoribus ejus, dominium prædicta ſcilicet civitatis,* &c. Ubi *ſtipulatio* nihil aliud eſt quàm *ſubſcriptio.* Id præterea adſtruit vox *ſubnexa*, quæ eadem eſt, qua indicatur ſubſcriptionem ſubdi. In Notis Tyronis pag. 110. habetur *ſtipulatione ſubnexa*, ut in veteribus Tabulis apud Vadianum pag. 52. 53. & aliis quæ extant in Chartis Fuldenſibus & Alamannicis. Charta an 579. apud Perardum pag. 6. *Stipulatione & ſponſione pro omni firmitate ſucnexſa.* Verùm interdum vox *ſubnixa*, pro *ſubnexa* ſcribitur. *Scripturam veritate ſubnixam* dixit Lex 4. Cod. Th. de Fide teſtium : ut Baldricus Noviom. l. 3. c. 39. *Conventionem ſacramento ſubnixam.*

Stipus. Vide *Staupus.*

Stirillum, *Barba capræ, & dicitur à ſtiria, quia pendet ad modum ſtiriæ, i. guttæ.* Jo. de Janua.

Stirpare, pro *Exſtirpare* : Stirpitus evellere, quomodo Salmaſius ad Hiſt. Auguſtam pag. 284 ait ſe repeperiſſe apud Prudentium in vetuſtiſſimo codice. S. Ambroſius lib. 9. in Lucam : *Stirpare agrum ſolitus, ne ſentibus gemma lædatur, ne luxuriet umbra foliorum.* Vita S. Agrippani Epiſcopi : *Accepto nempe tanto dignitatis officio, toto poſſe pravitatem hæreticam ſtirpare ſatagebat.* Capitulare Aquiſgranenſe an. 789. c. 79. & lib. 1. Capitul. c. 75. de operis ruſticorum : *Nec in ſilvis ſtirpare, vel arbores cædere, vel in petris laborare, nec domos conſtruere,* &c. Capitulare de Villis c. 36. *Ut ſilvæ vel foreſtes noſtræ bene ſint cuſtoditæ, & ubi locus fuerit ad ſtirpandum, ſtirpare faciant.* Adde Capitul. 2. an. 813. c. 19. Charta Germanica an. 801. apud Henſchenium in Commentar. ad Vitam S. Ludgeri Epiſc. §. 4. *Tradidi comprehenſionem illam, quam ego in propria hæreditate comprehendi — excepta illa particula quam Folcbertus in proximo angulo inter Ruram & Widubergum olim ſtirpare inchoavit.* Alia ejuſdem anni ibidem : *Tradidit — ſuam comprehenſionem illam, quam — proprio labore & adjutorio amicorum ſuorum legibus comprehendit & ſtirpavit, id eſt in loco qui dicitur* &c.

Stirpator, pro *Exſtirpator*, in Miraculis S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. n. 9. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 11. *Neque prodigus ſit & ſtirpator ſubſtantiæ Monaſterii.*

Stirpaticum, Silva *exſtirpata*, aliàs *Eſſartum.* Charta Friderici I. Imp. an. 1175. apud Guichenonum in Epiſcopis Bellicenſib. *Ad hæc quoque omnia civitatis regalia, videlicet monetam, telonium, — paſcua, piſcationes, venationes, ſilvas, ſtirpaticum, & omne diſtrictum & juriſdictionem civitatis.*

Stirparium, idem quod *Stirpaticum.* Charta Roberti Comitis Palatini Loretelli an. 1179. *Deinde deſcendit per pedem Nobilis, — & vadit per viam Eſculanam, quæ eſt in medio ſtirparii Termuleti, & deinde aſcendit per latum dicti ſtirparii recto calle uſque ad fontem Nucum,* &c.

Stirpetum, eadem notione. Charta Conradi Imp. an. 1108. to. 3. Italiæ ſacr p. 455. *Cum — ſilvis, buſcaris, ſtirpetis, pratis, paludibus,* &c.

Stipha. Theodericus Monachus de Miraculis S. Celſi Epiſcopi Trevir. n. 14. *Cum de lecto ſurgere cuperet, & nemo ſibi miniſtrantium adforet, niſi quo potuit ſtipham lectuli apprehendit.*

Stiva, Stapes, quo in equum quis tollitur. Chronicon Reicherſpergenſe an. 1160. *Imperatore frenum equi & ſtivam ſellæ tenente.* Ubi neſcio an non legendum ſit *ſtrivam*, ex Gallico *Eſtrié.* Aliàs Latinis, *Stiva, dicitur manica aratri : ſtivarius, qui tenet aratrum per ſtivam.* Jo. de Janua, & alii.

Stiva, Inſtrumentum muſicum. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis c. 10.

Tympana cum citharis, ſtivisque, lyrisque ſonant hic.

Stivale Vide *Æſtivale.*

Stivarium. Charta Gaſtonis Vicecom. Beneharn. an. 1282. in Tabulario Palenſi : *Conceſſi etiam Eccleſiam cum ſtivariis & appenditiis, & decimam totam ex integro,* &c. Vide *Æſtiva.*

Stivra. Vide *Steura.*

Stivus, *Semita, tramis, trames,* ςενὴ ὁδὸς, in Gloſſ. Gr. Lat.

Stloppum, *Genus vaſis, rotundum os habens.* Gloſſæ MSS. idem fortè quod *ſtaupus*, & *ſtopus.* Vide in *Staupus.* Dictum porrò videtur quod eſſingat eum qui *ſtloppum* edit, ſeu qui buccas inflat. Vide *Stolpus.*

Stoaces, *Ruina Colliſionum.* Papias.

Stoc, & *Stovel.* Charta Conventionum inter W. *de Bray* & Abbatem & Conventum *de Oſenay* in Anglia, apud Spelmannum : *Præterea ſi homines de Stanbal dicti Abbatis inventi fuerint in boſco prædicti Willelmi cum forisfacto ad Stoc & ad Stovel, & aliquis querens corporaliter in terram per eos ſceſa fuerit, malefactor pro delicto, qui taliter inventus eſt, reddet 3. ſolidos.* — Similiter concellum eſt, *quod ſi aliquis inventus fuerit cum brancbiis quercuum, vel cum aliis minutis boſcis, cum forisfacto illo ad Stoc & Stovel, malefactor ille reddet 6. denarios.* Anglis *Stock*, eſt ſtipes, caudex, *Stover*, pabulum, unde fortè Forisfactum ad *Stoc* & *Stover* dictum fuerit, de eo qui ex ſilva ſtipites & pabula abſtuliſſe deprehenſus fuerit. Liber Anglicus *Juſtice of peace*, fol. 81. *Unum ſufficiens par cipporum vocat. Stockes,* &c. In Computo Domanii de *Deſvre* in Comitatu Bononienſi an. 1396. titulus habetur, *de la recepte d'Eſtoquages eſcheux à ladite Baillie de Jean Chobame pour l'Eſtocage de ſa maiſon ſeans à Deſvre à l'encoſte du flos que il vendit à Jacques &c. 4. den.* In Computo Domanii Stapularum fol. 41. *Recepte d'eſtoquaiges de ſecs bois verſez & eſtouponnez.* In Computo Domanii Comitatus Pontivi, an. 1478. *Recepte de bois ſecs d'eſtoqueſes, & de Waſtis en ladite foreſt.* Alibi. *Recepte d'eſtoquages, qu'on dit Eſchielles, où pluſieurs mariniers ſouloient mettre leurs rets.* Vide Menagium & Ferrarium in *Stocco.*

Stocius, *Stultus.* Gloſſæ Arabico-Lat.

Stoffatus, *Stoffura.* Vide *Stuffatus.*

Stola, una è veſtibus Eccleſiaſticis, quæ & *Orarium* dicta. Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 104. *Deinde circumdat collum ſuum ſtola, quæ & Orarium dicitur,* &c. Stephanus Eduenſis Epiſcop. lib. de Sacram. altar. cap. 10. ubi de veſtibus ſacerdotalibus : *Stola circumdata collo, ad interiora deſcendens, ſignificat obedientiam filii Dei, & jugum ſervitutis, quod pro ſalute hominum portavit.* Vita metrica S. Mauri Abbatis MS.

Ploras & exoras, veniam dum fletibus oras,
Deponendo ſtolam, quam toto tempore caram
Anni portabat, quam ſic vehementer amabat,
Quo ſublimatus, quod erat Levita creatus.

Ubi obſervanda verba, *omni tempore* : nam *ſine ſtola vel orario incedere* vetantur Preſbyteri apud Hincmarum & Reginonem de Vita & Converſat. Preſb. cap. 61. adeo ut mirum ſit haud ita pridem cum ſtola Cunogeſi-

bi adeſſe non debere contenderint Epiſcopi. Vide Rupertum lib. 1. de Divin. offic. c. 21. Innocentium III. Durandum lib. 3. Ration. c. 5. &c.

Stola autem, propria eſt Diaconorum veſtis, ut obſervat Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. c. 20. unde in Vita S. Altmanni Epiſcopi Patavienſis legimus eundem Epiſcopum, cùm Diaconus adventitius & ſiniſtræ famæ lecturus Evangelium benedictionem ab eo peteret, ſtolam de collo ejus abſtuliſſe, & alteri præcepiſſe ut legeret.

Stolas verò Diaconi & Subdiaconi ſuper humerum ſiniſtrum ferunt, uti monet Gillebertus Lunicenſis Epiſcopus lib. de Uſu Eccleſiaſtico. Vide Euchologium Græcor. Goari, & quæ obſervamus in Diſſert. de Nummis Impp. Byzantinorum, & in voce *Orarium*. Veneti etiamnum *Stola* appellant panni ſegmentum oblongum dodrantali latitudine, quod ſiniſtro humero injiciunt. Vide Oct. Ferrarii Orig. Ital. in *Stola*.

Stolis & ſuperpelliceis induti Synodo adeſſe jubentur Sacerdotes, in Synodo Bajocenſi an. 1300. c. 3.

Stola cum tintinnabulis, in Teſtamento Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Stolas quatuor cum auro; una ex illis cum tintinnabulis.* Monaſticum Anglic. to. 3. p. 317. *Stola & manipuli cum imaginibus, & in extremitatibus cum campanulis argenteis.*

Stola & annulo privati Abbates, qui deponebantur à ſua dignitate. Hugo Flaviniacenſis p. 258: *Judicio dato, eis fruſtra Sedem Apoſtolicam appellantibus, rogabatur ſtolam & annulum reddere.* Infra: *Ipſe verò quamquam depoſitus, quamquam à conſortio & communione Eccleſiæ ſequeſtratus, ſtolam retinuit & annulum.*

Sub ſtola excommunicare, i. ſtolâ ſumptâ, ad majorem excommunicationis ceremoniam. Charta an. 1214. in Hiſt. Guinenſi p. 135. *Dominus verò Willelmus Abbas cum Conventu ſuo, ſub ſtola excommunicaverunt omnes qui hanc eleemoſynam ab Eccleſia alienaverint.* Chronicon Montis-Sereni anno 1216. *Stola ſumpta, reos, tacitis nominibus, excommunicationis vinculis innodavit.* Et an. 1219. pag. 128: *Renuentibus eis, ſtatim intentionem ſuam facto declarans; manu ad tergum porrecta, ſtolam ibi occultatam protulit; & priuſquam appellationis clypeo ſe munirent, excommunicationis eos gladio percuſſit.* Adde Laurentium Leodienſem in Hiſt. Epiſcopor. Virdunenſium p. 292. & Chartam Egberti Archiep. Trevirenſis an. 981. apud Browerum in Annalib. Trevir. p. 484. 2. edit.

Stola & banno interdicere. Chronicon Trudonenſe lib. 2. p. 366. *Quæ enim regula, quis canon, quis ordo, quæ leges hoc auctorizant, ut defuncto ſuo Abbate Monachi — ere ante datum Abbatem ab Epiſcopo in exilium compellantur, & niſi aſſentiant, ſtolâ & banno omnes in Epiſcopio Chriſtiani ab eorum hoſpitalitate interdicantur.*

Sub ſtola jurare. Otto Morena in Hiſtoria Rerum Laudenſ. p. 64. *Super his capitulis fuerunt teſtes, & ſub ſtola tactis ſacroſanctis Evangeliis juraverunt D. Petrus Chriſtianus Decanus Baſilicæ B. Petri,* &c. Vide *Juramentum*.

Stola, pro Pallio Archiepiſcopali. Eadmerus lib. de Anſelmi ſimilitudin. cap. 188. de eodem S. Anſelmo Archiepiſcopo Cantuarienſi: *Et ut Romam ad Papam Urbanum pro ſtola ſui Archiepiſcopatus eundi ſibi licentiam daret, humiliter & manſuetè petiit.* Landulfus de S. Paulo in Chronico Mediolanenſi cap. 1. *Ordinationem quoque Epiſcopatus ab extraneis Epiſcopis ſuſcepit: virga quoque paſtorali per manus Comitiſſæ Mathildæ adhæſit, ſtolam verò per Legatum D. Papæ ſibi delatam induit.* Cap. 38. *Undè ipſe Papa huic prudenti viro dixit: Frater, meditatus & Epiſcopus veniſti, ſed ſi vis frui auctoritate Archiepiſcopi in temporibus meis, neceſſe eſt ut ſtolam ſuſcipias de manibus meis, ſicut ego ſuſcepi ad altare S. Petri.* Ita infra cap. 40. Alexander II. PP. Epiſt. ad Hugonem Arch. Rotomag. *Stolam ob inſigne dilectionis de collo noſtro aſſumptam per dilectos filios noſtros R. & G. viros induſtrios, tibique devotos, Charitati tuæ tranſmittimus, ut videlicet ad honorem Dei & B. Petri reverentiam, noſtrique memoriam ea aſſiduè perfruaris.*

STOLIZAZ, Magiſtratus apud Longobardos. Gloſſ. *Stolizaz, id eſt Miſſus Regis.* Gloſſæ aliæ: *Ab ſtolizaz, ab eo qui panem miniſtrat.* Sed videtur legendum *pacem; Paciarius; εἰρηνάρχης.* Lex Longobard. lib. 1. tit. 19. §. 5. *Si quis molinum alterius ſcapellaverit, aut clauſuram ruperit, — componat ſol. 20. in palatio Regis diſtrictus ab Stolizaz.* Ubi Spelmannus monet in aliquot MSS. codd. legi *abſtorizat*, & *abantorizat*. Sed nihil mutandum monet Charta Arichis Ducis Longob. in Chronico Beneventano S. Sophiæ: *Conceſſimus nos Dominus vir glorioſiſſimus Arrichis, ſummus Dux gentis Longobardorum, per rogum Griſeriſci Stolezari (fortè Stolezazi) noſtri, tibi Munitulano Gaſtaldo noſtro pueros duos,* &c.

STOLNA. Charta de Urburis poſt Decreta Hungarica: *Ita tamen ut ſtolnas hereditarias, & aquæductus omnes pro conſervatione regalium montanorum ſuis impenſis debito intertenerent.*

STOLPUS. Marcellus Empir. c. 17. in carmine ad tuſſus: *Stolpus à cælo cecidit,* &c. Ubi Caſaubonus in Comment. ad Perſii Sat. 5. reponit *ſtlopus*, ſcilicet ſonus ille quem buccæ inflatæ & ictu colliſæ edunt. Gloſſ. Gr. Lat. *Stloppus; ποππυσμός.* Vide *Stloppum*.

STOLUS, *Stolium, ſtorium.*

Stolus, claſſis, navis, Ugutioni, ex Græc. στόλος. *Stolus Alexandrinus*, in l. 7. Cod. Th. de Naviculat. Codex Carolinus Epiſt. 24. *Quod ſex Patricii, deferentes ſecum trecenta navigia, ſimulque & Sicilienſem ſtolum, in hanc Romanam Urbem abſoluti à Regia urbe, ad nos properant.* Joannes VIII. PP. Epiſt. 7. *Cum — certa relatione didicerimus ſtolum ampliſſimum in primo ad expugnandam urbem venturum,* &c. Vetus Inſcriptio Piſis, apud Ughellum to. 3. p. 411.

Anno quo Siculas eſt ſtolus factus ad oras.

Eſtol, apud Raimundum Montanerium in Chron. Catalanico Regum Aragon. c. 186. & alibi non ſemel.

Stolium, eadem notione. Romualdus Salernitanus in Chronico MS. *Alio quoque tempore prædictus Rex Rogerius miſit Salernum Ammiratum ſuum cum ſtolio ſuo in Romaniam, qui invenit maximum ſtolium Imperatoris apud caput Maleæ,* &c. Falcandus pag. 648. *Stephanum quoque fratrem ſuum ſtolii conſtituit Admiratum.* Alibi: *Cum enim in partes Hiſpaniæ miſſo ſtolio, Maſmudorum Rex potentiſſimus Africam obſediſſet,* &c. Rigordus an. 1201. *Aſcito ſibi Dux Venetiarum ſub juramento, cum ſuis Venetianis & ſtolio.* Utuntur Geſta Innocentii III. PP. pag. 49. 69. 129. ubi perperam *ſcolium* ſemper editum, Chronicon Auguſtenſe anno 1237. Petrus de Vineis lib. 2. Epiſt. 31. 32. Epiſtolæ Bonifacii VIII. aliquot apud Waddingum to. 3. in Regeſto pag. 5. 8. Albertinus Muſſatus lib. 16. pag. 91. &c. Interdum

Stolium uſurpatur pro Exercitu terreſtri; quomodo Itali *Stuolo* dicunt pro quibuſvis copiis militaribus. Chronicon Foſſæ-novæ an. 1185. *Guillelmus Rex Siciliæ fecit ſtolium maximum per mare & terram. Super ſtolium maris ordinavit Capitaneum Comitem Tancredum: ſuper ſtolium terræ fecit Capitaneos Comitem Aldeinum & Comitem Richardum de Cerra,* &c.

Storium, eodem perinde ſignificatu, Claſſis. Rogerus Hovedenus pag. 670. *Eodem die venit illuc Willelmus — cum 30. magnis navibus de navigio Regis Angliæ, & erant pariter in eodem loco de ſtorio Regis Angliæ centum & ſex magnæ naves onuſtæ viris bellicoſis,* &c. Pag. 692. *Applicuerunt apud Accon cum majori parte ſtorii Regis Angliæ.* Adde Bromptonum pag. 1177. Chronicon Fland. cap. 82. *Le Roy d'Angleterre avoit fait appareiller une grande eſtorée de nef à un ſien port,* &c.

STOPA. Vide *Stuppare*.

STOPHARIUS. Vetus Gloſſ. *Tributarius Romanus &,*

Stopharius nominatur, qui cenſum Regi ſolvit.
Stoplum, *Gravis ſonus.* Papias. Leg. *Siloppum.*
Stopus. Vide *Staupus.*
Storax. Papiæ, *lacryma eſt. Unde eodem nomine dici-*
tur ſimilis mali cydonii, cujus diſtillatio illa quæ virgis &
calamis inhæſerit, Storax Calamites dicitur, i. munda A
ſtorace vero dictus color ipſe, ſtoracis, vel *ſtauracis, ſtau-*
racinus, ſtoracinum, ſtauracinum. Idem.
Stauracium. Papias: *Stauracium, genus palliorum depillo-*
rum ex ſtorace, quæ gutta ſimilis eſt mali cydonii. Chro-
nicon Fontanellenſe cap. 16. *De veſtimentis vero Eccle-*
ſiaſticis largitus eſt pallia quæ dicuntur fundata, tria,
ſtauracia duo, &c. Paulus PP. Epiſt. 25. Codicis Ca-
rolini: *Storacium pallium unum habentem paones.*
Stauracis, Stauracinus. Anaſtaſius in Sergio PP. pag. 61.
Locellum aperuit, in quo interius plumarium ex holoſerico
ſuperpoſitum, quod Stauracis dicitur, invenit. In S. Ha-
driano pag. 109. *Fecit etiam in eadem ipſa baſilica —*
cortinas miræ magnitudinis de palliis ſtauracin, ſeu qua-
drapolis. Infra: *Similiter fecit veſtem de ſtauracin, ſeu*
cortinam majorem ex palliis quadrapolis: ſed & per di-
verſos arcus vela ſyrica numero 57. omnia ex palliis qua-
drapulis, ſeu ſtauracin. Occurrit ibi pluries. Hariulfus
lib. 2. cap. 10. *Caſulas de pallio 30. de purpura 10. de*
ſtorace 6. de piſce 1. de platta 15. de cendato 5. Vide Epiſt.
7. S. Bonifacii Moguntini Arch. Ex his apparet perpe-
ram Bulengero, *veſtes ſtauracinas*, dici auro & ſerico
pampinatas, corimbiatas, filicatas, quia Græcis recen-
tioribus, ut autor eſt Moſchopulus l. περὶ σχεδῶν, στεράκια,
ſ. ſtauracia, corymbi & pampini vocantur.
Storcidium, κομπισμός, in Gloſſ. MSS. Sangerma-
nenſib.
Stordatus, Obtunſus, obſtupefactus, ex Gallico *Eſtour-*
di, Italico *Stordito.* Ita porrò noſtri appellabant qui à
prælio quod *Eſtour* vocabant, uti alibi docemus, recens
venerant, tanquam qui nondum ſui compotes eſſent præ
certaminis horrore & fragore. Scio alias originationes
dediſſe viros doctiſſimos, quas probent alii per me licet.
Epiſtola Petri de Condeto Capellani Regis to. 2. Spi-
cilegii Acheriani pag. 553. *Et qui erant extra navem adeò*
erant fatigati & ſtordati, quod vix poterant ſe ſuſtine-
re.
Storia, *Storium*, idem quod *Storea.*
Storia, *Kelahtu*, in Gloſſis Keronis.
Storium, Ugutioni & Joanni de Janua, *dicitur à ſterno,*
eo quod terra ſternatur: nondum enim laneis ſtramentis re-
pertis, in his accubabant. De *Storeis* Monachorum, qui-
bus vice ſtrati fuerunt, vide Regulam S. Iſidori cap.
14. 17. & Regulam S. Fructuoſi cap. 19.
Storium, pro Claſſe. Vide *Stolus.*
Stormus, ex Ital. *Stormo*, *moltitudine adunata inſie-*
me con arme per combattere. Hiſtoria Obſid. Jadren-
ſis an. 1345. lib. 2. c. 10. *Nota ad ſtormium pulſant.*
Itali dicunt, *Sonare la campana a ſtormo, e ſonare per far*
correr la gente con arme, noſtri, *Sonner l'alarme.* Vide
Joan. Villaneum lib. 10. cap. 20. lib. 11. cap. 117.
Ejuſdem fortè originis eſt vox *Eſtourmie*, apud no-
ſtros, quibus *Estour*, idem fuit quod *Stormo* Italis.
Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.
Et Bertrand commanda con ceſſe l'eſtormie.
Chronicon Flandriæ cap. 36. *La peut on voir teſtes vo-*
ler, poings couper, chevaux eſbouler, & grande eſtourmie
de gens. Et vox *Eſtourmie* pro *pugnare*, vel *velitare.* *Le*
Roman de Garin MS.
Je veul aler orendroit eſtormir.
Alibi:
Cens de Bordele veiſſiez eſtormir.
Guill. *Guiart.*
Nuit & jour de la dedans iſſent,
L'oſt au Roy de France eſtourmiſſent.
Et an. 1284.
Uns & autres qui s'eſtourmiſſent,
Du lonc de l'oſt en fremiſſant,
Revins hors des tentes iſſant.

Idem an. 1294.
Com perſonnes deſeſtourmées
Comence l'eſtrif aux eſpées.
Vide *Bornis.*
Stormenum, eadem notione. Statuta Patavina Rubr.
45. §. 95. *Hoc tamen Statutum non habeat locum in*
ſtormeno, miſcella, aut in prælio. Vide Oct. Ferrarii
Orig. Italic.
Stotarius, qui equorum admiſſariorum curam gerit, ex
Saxon. ſtod, vel ſtoda, *equus admiſſarius.* ſtod-
hors, unde ſtod-fald, equorum admiſſariorum ſe-
ptum, in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 260. ſtod-
ðeof, *equorum admiſſariorum cuſtos*, in Legibus An-
glo-Saxon. Alfredi Regis c. 9. Lex Alamannor. tit. 98.
§. 3. *Et quod de berbicario, ſtotario, & vaccario fit, quod*
reliquis ſervis componi ſolet, componatur eis in duplo. Ali-
qui codd. habent *ſtogario, ſtorario*, vel *ſtothario.* Vi-
de *Stadarius.*
Straba. Vide *Strata.*
Strabus, qui Latinis *Strabo.* Aldhelmus de Laude Virg.
Mutos & mancos, ſurdoſque repertos,
Luſcos, ac ſtrabos, qui torta luce fruuntur.
Strada. Vide *Strata.*
Stradura, pro *Stratura*, quidquid ad inſternendum
equum neceſſarium eſt. Charta Alamannica Goldaſti
58. *Hoc eſt auro & argento ſolidos 70. & cavallos 5.*
cum ſaumas, & ruſias, & filtros, cum ſtradura ſua ad
noſtrum iter ad Romam ambulandum.
Stragiola, Stragulum. Ceremoniale Rom. lib. 2. ſect.
1. *Procedit ſummus Pontifex ſuper equum faleratum, coo-*
pertum à parte poſteriori ſtragiola carmeſina, ſub balda-
chino.
Stragulum, *Stragula, Stragulare.* Papias: *Stragulum,*
veſtis a ſcolor plumario opere facta: hinc ſtragula veſtis,
ſtragulare, variare. Gloſſ. Arabico-Lat. *Stragulo, vario.*
Hinc Decreta Colomani Regis Hungariæ lib. 1. *Nul-*
lus qui Clericus æſtimatur, veſtibus utatur laicalibus, ut-
pote fiſſo pellicio, vel tunica ſparſa, manica rubra, ſtran-
gula, vel viridi manica, aut chlamide, caliga, ſeu joppa,
&c. Ubi legendum *ſtragulata.*
Stragulati, *Radiati*, vel *Birrati*, ſeu potius *Barrati* fra-
tres, dicti olim Carmelitæ, quod veſtibus diverſo colo-
re variatis uterentur: donec Martinus PP. anno 1279.
nomen eorum mutavit & habitum, convertens veſtes
ſtragulatas in capas albas, Carmelitarum indita appel-
latione. Vide Walſinghamum an. 1282. ſupra in *Bir-*
rati.
Strampæ. Gaufredus Groſſus in Vita S. Bernardi Ab-
bat. Tiron. n. 31. *Remiges autem fulminum juxta caden-*
tium fœtoribus affecti, mortuis ſimiles in tranſtris proſter-
nuntur, ſtrampiſque rumpentibus, remis ferientibus un-
das, à columbariis extrahuntur. Ubi amplector virorum
doctorum ſententiam, qui *ſtrangis* legendum putant, ex
Germ. & Anglico *ſtrange*, funis.
Strand, Ripa, ora, littus. Vox Anglo-Saxonica, quæ in
antiquioribus Chartis privilegium quoddam deſignat, ſeu
privilegii conceſſi amplitudinem, tum in *Ripis*, tum in
ſtreame, i. fluvius, tum in wode, i. ſilvis, tum in
felde, i. campis, vel paſcuis. Charta Henrici II. Re-
gis Angliæ in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 4. *Cum*
ſocne & ſaca, and ſtrand, and ſtreame, and wood, and
felde, tolles and theames, and grithbreches, and hamſocne,
and forſtalles, and infangenetheves, and flemeneferme ſuper
ſuos homines infra burgos & extra, in tantum & tam ple-
niter, ſicut proprii miniſtri mei exquirere deberent,
&c.
Straneus, pro *Extraneus*, Anglis *Strange*, in Legis Ri-
puar. Cod. Corbion. tit. 4. haberi, ubi alii *Extraneus*
præferunt, monet Steph. Baluzius.
Stranguillo, Morbus equi, Gall. *Eſtranguillon.* Vide
Jordanum Rufum Calabrum MS. lib. 2. de Medicami-
nib. equorum.
Stranguiria, στραγγουρία, Urinæ difficultas. Ordericus
Vitalis lib. 5.

Stranguiria morbo gemuit cruciante moleſtio.

STRANGULA. Vide *Stragulum*.

STRAPA, Porta tabulati, vulgò noſtris *Trappe*: unde vox *Attrapper*. Geſta Conſulum Andegav. cap. 11. n. 30. *Ad portam ſcalæ, quæ vulgò Strapa vocatur, remanentibus.* Occurunt eadem ferè verba in Geſtis DD. Ambaſiæ c. 5. n. 1.

STRAPHILUM. Vide *Staphilum*.

STRASAURA. Vide *Tranſitura*.

STRATA, Via publica lapidibus, ſeu *ſilice munita*, ut præter Suetonium & alios, loquitur Procopius lib. 2. de Bello Perſico cap. 1. Στράτα γὰρ ἡ ἐστρωμένη ὁδὸς τῇ Λατίνων καλεῖται φωνῇ. Paulinus Nolanus Carm. ad Cytherium, ubi de Via Appia:

Poſt hæc & ad nos pergere incœptat viam,
Qua ſternit aggerem ſilex,
Cui munitor Appius nomen dedit.

Vett. Inſcriptiones 149. 5. 150. 4. 5. *Viam ſilice ſternendam curarunt. — Viam quæ ducit in villam magnam ſilice ſua pecunia ſtraverunt.* Papias: *Strata, dicta quaſi pedibus vulgi trita: ipſa & dilapidata, id eſt lapidibus ſtrata, quam priùs Pœni, pòſt Romani per omnem pene orbem diſpoſuerunt, propter rectitudinem itinerum, & ne plebs otioſa eſſet.* Gloſſ. Gr. Lat. λεωφόρος, *ſtrata, iter*. Apud Nicetam Græco-Barb. in Manuele lib. 3. c. 2. ῥύμαι, στράται, ubi codex alius ἄμφοδα. Ebrardus Betun. in Græciſmo c. 12.

Eſt ſtratum propriè lectus: via regia, ſtrata:
Stratum quandoque via regia dicitur eſſe.

Strata viarum dixere Lucretius & Virgilius. *Pontium ſtratarumque opera*, in l. 4. C. de Privil. dom. Aug. Alcuinus Poëm.

Sed benè ſecurus poteris percurrere ſtratam.

Joannes Sariſber. lib. 1. Metalogici c. 18: *Ars itaque eſt quaſi ſtrata publica, qua ire, ambulare, & aggeres, ſine calumnia & concuſſione omnibus jus eſt.* Victor Vitenſis lib. 1. *Qui in ſtrata publica multo tempore nudo jacuit ſub aere.* Lib. 3. *Strata verò vel ſemita cadaveribus repleta*, &c. Juvencus lib. 2.

En ego mitto meum ſtratas aptare miniſtrum
Ante tuos vultus.

Itinerarium Hieroſol. *Super ſtrata in parte dextra eſt monumentum, ubi Rachel poſita eſt uxor Jacob. Strata publica, quæ appellatur via regia*, apud Harigerum Lobienſem in S. Materno Epiſcopo Leodienſi cap. 13. Will. Brito lib. 8. Phil.

——— Publica nulli
Strata patet.

Petrus Diac. lib. 4. Hiſt. Caſin. c. 11. *Per antiquam ſtratam Romam venit.* Speculum Saxonicum lib. 2. art. 59. §. 3. *Strata ſeu via regia tantæ latitudinis eſſe debet, quod currus alteri cedere poſſit.* Charta Henrici VII. Imp. an. 1313. apud Goldaſtum to. 1. Conſtit. Imper. *Stratas communes vel Regias vulgariter appellatas.* Vide Paulum Warnefridum lib. 5. cap. 17. Legem Longob. lib. 3. tit. 1. §. 21. Petrum de Vineis lib. 3. Epiſt. 59: lib. 5. Epiſt. 1. & Bergerium lib. 3. de Itineribus Romanis cap. 54. §. 3. 4.

Strada, pro *Strata*, quomodo Itali dicunt. Charta Dagoberti Regis Franc. apud Doubletum pag. 655. *Vel ac ultramare venientes in illa ſtrada quæ vadit ad Pariſius in loco qui dicitur Paſellus ſancti Martini*, &c. Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni, apud Perardum: *Peciola de terra, quæ terminat de uno latere & uno fronte ſtrada publica, pergit* &c. Adde Joffridum in Nicienſibus Epiſcopis an. 1004. Germani *eenſtraſe*, Angli verò *ſtraet* dicunt, unde viæ publicæ Anglicæ, de quibus Leges Vernaculæ Gulielmi Nothi cap. 30. & nos alibi, terminationem accepere. Noſtri olim *Eſtrée* dixere. *Le Roman de Garin* MS.

Parmi Ardane acueillirent l'eſtrée.

Strata. Papias: *Galathea, lactea quædam cœli zona, alba hoc nomine dicitur, quæ vulgò Strata nominatur.*

STRATATICUM, Teloneum *ſtratarum*, ſeu *Plateaticum*. Charta Ottonis M. an. 964. apud Ughellum to. 5. pag. 1582. *Terram ipſius Comitatus, & ſunctionem ſolutionem* (ſ. functionem) *à ſtratico, & muris in circuitu, & foſſato, & alveum aquæ à 4. milliariis rationatum ſecus & extrinſecus*, &c. Gregor. VII. PP. apud Ughell. in Archiep. Bonon. n. 52. *Donamus Fraternitati tuæ portam in civitate Bononiæ cum omni reditu, quem antiquis perſolvere ſolent ipſi homines, qui per prænominatas ſtratas ire vel redire ſoliti ſunt.* Charta Conradi Imp. an. 1149. apud Columbum p. 210. *Eccleſia tuæ — noſtra regalia concedimus, monetam, pedagium utraque ſtrata telluris & Rhodani fluminis.*

STRATEGUS, *Straticus*, *Stratigus*, *Strategotus*, Præfectus ſeu Rector civitatis alicujus, vel provinciæ, ex Gr. στρατηγός.

Strategi. *Schola ſtrategorum*, apud Guill. Bibliothecarium in Hadriano II. PP. pag. 228. στρατηγοὶ, pro urbium rectoribus, apud Harmenopulum lib. 5. tit. 11. §. 19.

Straticus. Charta Dalmatica an. 1036. apud Jo. Lucium: *Romani Imperii dignitatem gubernante ſereniſſimo Michaele, Gregorio Protoſpathario & Straticoniti totius Dalmatiæ.* Apud Ughellum in Archiep. Salernitanis an. 1337. *Lottus de Adimariis de Florentia Miles regius, Straticus Salerni, ſuique diſtrictus.*

Stratigus, *ſtratigo.* Leo Oſtienſis l. 1. cap. 50. *Theophylactus quoque* στρατηγὸς, &c. Lib. 2. cap. 2. *Marianus Anthypatus Imperialis Patricius & Stratigos, id eſt Dux Calabriæ ac Longobardiæ. Georgius Stratigus* in Epiſt. Ludovici II. Imp. ad Baſilium Imp. CP. apud Baron. an. 871. n. 76. Erchembertus cap. 60. *Stratigo Auguſtalis.* Crebro ibi. Anonymus Salernitanus part. 4. *Sabbatius Stratigo*, &c. Idem *Straticus* dicitur p. 268. Charta Creſimiri Regis Croatiæ an. 1067. apud Jo. Lucium lib. 2. c. 8. *Imperialis Patricius ac totius Dalmatiæ Stratigo. Stratigon*, in Charta Roberti II. Principis Capuani an. 1156. in Sanctuario Capuano pag. 646.

Strategotus. Hugo Falcandus p. 663. *Rex autem interim Meſſanam mittit nuncios ad Strategotum, populumque civitatis*, &c. Adde p. 669. 671. Charta Joannæ Reginæ Siciliæ an. 1343. apud Waddingum, in Monumentis Neapolit. pag. 3. *Joanna — Stratigoto civitatis Salerni S. Straticoti Salerni*, in Conſtit. Siculis lib. 1. tit. 69. §. 2. *Straticoti* & *Stratigoti*, in Charta Rogerii Regis Siciliæ, apud Conſtantium in Hiſt. Sicil. p. 186.

Straticotia civitatis, Strategi præfectura, in Charta Friderici III. Regis Siciliæ an. 1302. Apud Roccum Pirrhum in Archiep. Meſſan. στρατηγὶς & στρατηγᾶτον Græcis recentioribus, de qua voce egimus ad Alexiadem Annæ p. 399.

Stratigari, Regi vel judicari per *Stratigos*. Charta Rogerii Regis Siciliæ an. 1094. apud Ughellum in Epiſcopis Tropeienſib. *Ut neque villani Eccleſiæ de quacunque cauſa accuſati, vel rei; niſi in Curia Epiſcopi judicentur, neque in eiſdem villanis, neque in quibuſlibet rebus Eccleſiæ Stratigentur per ipſos, ut alii miniſtri manum ſuam audeant mittere.*

STRATILATES, Exercituum dux, *Dux militiæ*, apud Jo. de Janua: *Militum dux* in Gloſſis antiquis MSS. & apud Papiam, ex Gr. στρατηλάτης. Joannes Diacon. in Vita S. Nicolai Epiſc. Myrrheæ: *Tres militiæ Principes, quos Dolopes Stratilates vocant.* Alia, ut videtur notione Joann. Sariſberienſis lib. 6. Policrat. c. 1. *Apparitores itaque licenter exigunt quod eis debetur ex ſportulis, & omnium ſtratilatum ordines ſalarium conſtitutum juſtè accipiunt.* Ubi *Stratilatæ*, militares dicuntur.

STRATILECTILIA, Stragula, inſtrata, inſtrumenta lecti, *lectualia*, vel *lectaria*, ſupellex lectuaria. Matth. Paris an. 1233. *Et illi præcipuè qui equos, & arma, & pecuniam, necnon & ſtratilectilia cum viaticis amiſerant*, &c.

STRATOR, Equorum curator, domitor. Gloſſæ MSS. Regiæ, πωλοδάμαστης, ὁ στράτωρ, ὁ τοὺς πώλους δαμάζων. Catholi-

con parvum: *Stratores, i. compoſitores. Stratores etiam à ſternendo dicuntur, quia cuſtodientes in carcere reos, condemnatos puniebant. Vel ſtratores dicuntur iſti qui ſta-bulis vel equis ſtartibus in eis præſunt.* Paulus Warne-fridus lib. 2. de Geſtis Longob. cap. 27. *Equus ejus in porta medio concidens, quamvis calcaribus ſtimulatus à quamvis hinc inde ab ſtratore verberibus caſus, non pote-rat elevari.* Stratorum munus fuiſſe equos Imperatoris curare, autor eſt etiam Ammianus l. 29. ſic dicti, quòd equum domini ſternerent, vel ei ſellam & ſtragulum injicerent. Papias: *Stratores, compoſitores ſellæ regiæ.* Gloſſ. Lat. Gr. *Sterne equum*, [illegible]. *Sternit*, [illegible]. Eorum etiam munus fuit dominos equum inſcenſuros manu erigere & allevare; unde ἀναβολεῖς dicti. Evagrius lib. 3. cap. 25. [illegible] *Baro-nes verò Eccleſiæ noſtræ feudati, & Caſtellani nobiles, ſtra-tores humillimi pedites eum equitantes freno deducebant.* Sugerius in Ludov. VI. p. 318. Sed conſule ſi lubet quæ de Stratoribus obſervavimus ad Cinnamum pag. 475. Vide *Marpahis.*

Stratores, præterea appellati in exercitibus qui ca-ſtra præibant; ut loca accommodatiora ad exercitum traducendum facerent, & idonea caſtris præpararent. Vide eaſdem Notas ad Cinnamum.

Strator, Mareſcalcus, qui ſtratoribus ſeu exercitus vel caſtrorum metatoribus præeſt. Ordericus Vitalis lib. 11. *Robertum autem de Montefortis honorifice ſuſcepit, & neſciens qua de cauſa natale ſolum dimiſerit, quia Strator Normannici exercitus hereditario jure fuerat, inter præcipuos ſublimavit.* Neque aliter accipiendi vi-dentur Stratores apud eundem ſcriptorem, locis aliis, quàm pro copiarum militarium ductoribus præcipuis. Lib. 10. pag. 778. *Interea Ravendinos Imperatoris Alexii Protoſpatharius, aliique ſtratores navigio vene-runt.* Infra: *Buamundus ut ea quæ geſta retulimus au-divit, ſtratores ſcilicet Auguſti, & omnes Francos cum ſuis copiis pontum carinis ſulcaſſe comperit*, &c. Lib. 11. *Rex autem exercitum Angliæ convocavit, — ibique ca-ſtris conſtructis, ſtratores cum familiis ſuis tribus menſi-bus dimiſit.* Erchembertus in Hiſt. Longob. cap. 15. *Ra-delgiſus invitatus, & à ſuis ſtratoribus fraude ſuaſus Salernum quaſi capturus adventavit.*

Stratores laguncularum, apud Hierem. cap. 48. 12. *Pa-ratores craterum*, apud auctorem Mamotrecti, ubi co-dex editus malè præfert *carcerum*.

STRATORIUM, *Stabulum jumentorum*, Joanni de Ja-nua.

Stratorium, *lectiſternium*, W. Britoni in Gloſſis MSS. Papias: *Stratoria, lectaria, quæ ſterni ſolent in le-ctis.*

Stratorium, Stramentum ſellæ equeſtris, ſeu ſtragulum quo illa inſternitur. Vetus Interpres Joſephi lib. 1. *Ra-chel hoc audiens, poſuit idola in ſtratorio cameli*, in ſub. Vita S. Benedicti Abb. Anian. cap. 6. *Vidimus ſæpe eum ſedentem aſinum ſuum flaſconem vini in ſtra-torio deferre.* Vide 2. Reg. 17. 28.

Stratura, eadem notione apud Fredegarium Scholaſtic. in Chron. cap. 38. *Equuſque ejus cum ſtratura regia — Berthario conceditur.* Cyrillus in Lexico: [illegible]

STRATSCONINGHE, Via regia, Theuton. *Straet*, via, platea, & *Konningh*, Rex. Charta Philippi Comitis Flandriæ in Tabulario S. Bertini: *Judicaverunt etiam prædicti viri ne ſtratſconinghe à prædicto Euſtachio, vel ab aliquo alio ulterius fieret in terra S. Bertini; ibi ſci-licet tantum in terra S. Bertini requiritur.*

STRAVA. Jornandes de Rebus Geticis c. 49. de Attila: *Poſtquam talibus lamentis eſt defletus, ſtravam ſuper tumulum ejus, quam appellant ipſi, ingenti comeſſatione concelebrant, & contraria invicem ſibi copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, noctuque ſe-creto cadaver eſt terra reconditum.* Lactantius ad illud Statii lib. 12. Thebaïdos:

——— *Sed bellicus agger*
Curribus & clypeis, Graiorumque omnibus armis
Sternitur. Hoſtiles ſuper ipſe it victor acervos,
Paciſera lauro crinem, vittiſque decorus
Accubat.

Acervos, exuviarum hoſtilium moles. Exuviis enim ho-ſtium extruebatur Regibus mortuis pyra: quem ritum ſe-pulturæ hodie quoque barbari ſervare dicuntur, quem Stra-bas dicunt lingua ſua. Ita hoc loco *Strava* erit exuvia-rum hoſtilium moles. At Wormius in Monumentis Da-nicis lib. 1. c. 6. pag. 36. per *ſtravam* convivium in honorem defuncti celebratum intelligi contendit: quod indicare videntur verba quæ mox ſequuntur apud Jor-nandem: *Cujus fercula*, &c. ad *ſtravam* referuntur. Nec diſſentit Martinus Schodelius in Diſquiſit. Hiſt. de Regno Hung. c. 181. qui ait *Stravam* eſſe purum Scy-thico-Hunnicum, & ſic conſequenter Ungaricum voca-bulum, quo Hunni Silicernium, quod ingenti com-meſſatione concelebrabant, denotabant. Vide Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 194. ubi de ejuſmodi conviviis ad mortuorum ſepulchra.

STRAVACES, *Cupidi*, in Gloſſis Iſid. Pithœanis: *Stre-nuares, cupidi*, [illegible]. Papias edit. *Strenates*, MS. *Strenaces*, alter MS. *Sterenates*.

STRAURA. Charta Iſabellæ de Fortibus Comitiſſæ Albe-marlæ in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 941. *Cum te-rum ſerviciis — vivariis, alnetis, moris, vaſtis, bru-riis, turbariis, ſtrauris, & Weif*, &c.

STRAUTUM, [illegible], in Gloſſ. Lat. Gr.

STRAY. Monaſticum Anglicanum to. 1. pag. 977. *Con-ceſſimus inſuper quod — habeant Wreccum maris, & ſtray inventa in villa prædicta ac in terris & dominiis*, &c. Vide Ingulfum pag. 875. 881. & *Eſtraiera*.

STREAME, Fluvius, vox Anglo-Saxonica, in Itinere Ca-merarii Scotiæ cap. 16. Vide *Strand*.

STREGUA, idem quod *Stapha*, aut *Staffa*, *Strepa*. Acta Hadriani IV. *Decretum quod — Papæ Hadriano exhi-beret ſtratoris officium, & ejus ſtreguam teneret ad con-ſcendendum in equum.* Infra: *Et ſtreguam fortiter tenuit.* Ita præterea in Actis Alexandri III. PP. apud Baron. an. 1163. & 1177. Italis *Stregua* eſt equus ſagma-rius.

STRELAGIUM. Vide *Sextariaticum*.

STRENA. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *Strena*. Falcandus de Calamit. Siciliæ, de Maione Amiralio: *Falſum enim quidquid ipſe cadiſque facta ſocii adverſus Admira-tum confinxerant, nec illum inventa in theſauris ejus dia-demata ſibi præparaſſe, ſed Regi, ut eadem in Calendis Januarii ſtrenarum nomine ei tranſmitteret.*

Strena diabolica in Concilio Autiſiod. c. 1.

STRENUTA, Strepa, Stapes. Lupus Protoſpata in Chron. an. 1046. *Deinde dictus Imperator venit Beneventum: Beneventani verò ad ejus injuriam abſciderunt ſtrenutas equi ejus.* Fortè *ſtrepas*, aut *ſtreguas*.

STREPA, Stapes, quo quis in equum tollitur, cui inſiſtunt pedes equitantium. Anglis *Stirrop*, eſt *Strepa*: *Strap*, corrigia. Acta Hadriani PP. IV. *Decretum eſt — quod idem Rex pro Apoſtolorum Petri & Pauli reverentia præ-dicto PP. Hadriano exhiberet ſtratoris officium, & ejus ſtrepam teneret ad conſcendendum equum.* Liber Ordi-nis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 15. *Hilari vultu adcurrens ad frenum & ad ſtrepam illius*, &c. Occur-rit præterea apud Helmodum lib. 1. c. 81. Arnold. Lu-bec. lib. 6. c. 5. lib. 7. c. 21. Metellum in Quirinal. p. 145. Matthæum Paris pag. 383. 432. Ottonem de S. Blaſio c. 13. Cæſarium lib. 5. c. 36. lib. 7. c. 33. Ano-nymum in Hiſt. Epiſcop. Bremenſ. an. 1155. in Specu-lo Saxon. lib. 2. art. 52. in Jure Feudali Saxon. cap. 33. art. 2. in Ceremoniali Rom. l. 1. ſect. 5. apud Thwrocz. in Carolo c. 99. &c. Galli *Eſtrief* olim dicebant, hodie *Eſtriez*. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS.

Eſtrief, ne ſiele, ne ſoſçaingle, &c.

Streva, in Regula Templariorum editionis Labei cap. 37. Charta an. 1231. in Regeſto Comitatus Toloſæ Ca-meræ Comput. Pariſ. fol. 25. *Et quod debet inde ſolo*

ſervitium, videlicet quod ſemel tenebis unicuique Abbati de Monte Albano aſcendenti equum, cum ab eo fuerit requiſitus le ſtreub.

STREPARE, Extirpare. W. Thorn an. 1264. *Nec licebit cuiquam — domum vel arborem — ſtrepare, vel eradicare. Eſtreper* noſtris, de qua voce diximus in Notis ad Stabilimenta S. Ludovici. Vetus interpres Gallicus MS. Codicis Juſtiniani: *Se aucuns eſt atains que il ait eſtrepé vignes, ou copez arbres, qui portaſſent fruit*, &c. Vide *Stirpare*.

STREPIA, Cauda ſerpentis. Jo. de Janua.

STRETBRECHE, Ex Saxon. ꞅꞇꞃeꞇ, ſtrata, platea, & bꞃecan, frangere, Gallis *Bris de chemin*. Crimen, cujus cognitio ad ſolum Regem ſpectat, ut eſt in Legibus Henrici I. c. 10. emendatur verò mulctâ centum ſol. cap. 12. & 80.

STRETEWARD, Viarum cuſtodia, ſeu Juriſdictio, viariæ noſtris *Voirie*. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 187. *Præterea idem Comes dedit præfato Nigello Conſtabulario ſuo le Streteward & Marketzeld in omni terra pertinente de Haulton, & omnia animalia fugitiva, Gallicè Weythe* (f. Weiſe) *in toto Hundredo de Halton.* Infra: *Et valent per annum le Streteward, & le Marketzeld 18. ſol. & obol.*

STREVA. Vide *Strepa*.

STRIA, Strix *Striga*, Venefica. Lex Salica tit. 47. §. 2. *Si quis mulierem ingenuam ſtriam clamaverit aut meretricem*, &c. §. 3. *Si ſtria hominem comederit*, &c. Capitula ad Legem Alaman. c. 22. *Si quis alterius ingenuam decriminat, ſeu ſtria aut herbaria ſi ſit, & eam priſerit*, &c. Vide *Striga*. Στρίαι Græci vocant calculos ſortilegos. Vide Callimachum hymno in Apollinem v. 45. & ibi Scholiaſtem, & Thomam Magiſtrum in Στρίαι.

Strioportius, Qui ſtrias ad nocturna ſacra deportare creditur. Lex Salica tit. 57. §. 1. *Si quis alterum hereburgium clamaverit, hoc eſt ſtrioportium, aut qui aeneum portare dicitur, ubi ſtriæ concinunt*, &c.

Stria, Prominentiæ ſeu ſulci columnarum, Vitruvio & aliis. Vide Savaronem ad Sidonium lib. 4. Epiſt. 8.

STRICARE. Regula Magiſtri cap. 79. extremo: *Si contenti ſunt pannos ſuos vel indumenta in alieno opere ſtricare*, id eſt conſumere.

Stricare, Impedire, pro *tricare*. Vide in hac voce. Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 8. *Ut nullum bannum vel præceptum domni Imperatoris nullus omnino in nullo marrire præſumat, neque opus ejus ſtricare, vel impedire*, &c.

STRICCITAS, Sterilitas, quaſi *ſtrictitas*, quomodo *un temps eſtroit* dicimus. Decretale precum, an. 779. in Capit. Caroli M. lib. 5. c. 207. & Addit. 4. c. 143. *Epiſcopi Abbates, atque Abbatiſſæ pauperes famelicos quatuor pro iſta ſtriccitate nutrire debent uſque tempore meſſium.*

STRICK, *Strih*, Modius, vox Germanica. Coſmas Pragenſis cap. 8. *In pluribus locis menſura ſiliginis, quæ Strich dicitur, pro uno groſſo Pragenſi denario vendebatur.* Adde cap. 11. ſub fin.

STRICTOLA. Charta Roberti II. Principis Capuani an. 1128. in Sanctuario Capuano p. 643. *Et finis ſtrictola communalis aquaria: namque eſt finis tranſcunda publica quæ dicitur* &c. Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. p. 1172. *Cum horticello in quo ſunt arbores pomorum juxta eandem curtem à parte meridiei, & cum ſtrictola à parte Occidentis ejuſdem curtis* &c. Infra: *Extra parietem ipſius curtis, & nominatam ſtrictolam*, &c. Fortè ſemita, via ſtricta. V. *Strictum*.

STRICTORIA, Στιχάρια, in Gloſſ. Gr. Lat. Tunicæ quæ ad corpus ſtringerentur, noſtris hodie *Juſtaucors*. Vide *Stica*.

STRICTUM, Via ſtricta, montium fauces, Gall. *Deſtroit*. Guillelmus de Podio-Laurentii cap. 52. *Donec — complanaretur viarum aſperitas, & ſtricta amplificarentur*, &c. *Stricta Marrochii*, fretum Gaditanum, quod vulgò *Le déſtroit de Gilbraltar*, apud eundem Scriptorem cap. 48. & Guillelmum de Baldenzeel in Hodœporico Terræ Sanctæ, quod *Strictum Sibile*, ſeu *Sevilliæ* dicitur Thwroczio in Hiſt. Hungar. part. 1. cap. 15. Vide *Diſtrictum*.

STRICTURA. Gloſſ. Iſid. *Alopecia, paſſio ſtrictura*. Aliàs, *Strictura*, dicitur ἡ δίνη τοῦ σιδήρου [illegible], in Gloſſ. Lat. Gr.

STRIDARE, vox Italica, Per præconem ſubmonere, ciere, noſtris *Crier quelqu'un*. Occurrit in Statutis Venetis an. 1242. lib. 1. c. 25. &c. lib. 3. c. 7. 10. &c.

STRIGA, Venefica. Ugutio: *Striga quædam monſtra dicuntur, quæ magicis cantibus in feras tranſeunt*. Gloſſæ Lat. Gr. *Striga*, λαιστρυγόν, καὶ γυνὴ φαρμακίς. Synodus S. Patricii & Auxentii can. 16. *Chriſtianus qui crediderit eſſe lamiam in ſpeculo, quæ interpretatur Striga, excommunicandus, quicumque ſuper animam famam iſtam impoſuerit.* Capitulatio Caroli M. pro partibus Saxoniæ c. 5. apud Holſtenium: *Si quis à diabolo deceptus crediderit, ſecundum morem paganorum, virum aliquem aut feminam ſtrigam eſſe, & homines comedere*, &c. Lex Longob. lib. 1. tit. 11. §. 9. *Nullus præſumat aldiam aut ancillam, quaſi ſtrigam, quæ dicitur Maſca, occidere.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 116. *Nullus præſumat aldiam aut ancillam alienam quaſi ſtringam quam vulgus dicit, aut maſcam occidere.* Eadem Lex tit. 16. §. 2. *Si quis puellam aut mulierem — fornicariam aut ſtrigam clamaverit*, &c. Lib. 2. tit. 11. §. 3. *Si quis — eam ſtrigam, quod eſt maſca, clamaverit.* Cathwlphus in Epiſtola ad Carolum M. *Maleficos, veneficos, tempeſtarios, ſtrigas, pythoniſſas, fures*, &c. Adde Decreta Ladiſlai Regis Hungar. lib. 2. cap. 31. & Coſmam Pragenſem pag. 8. Dantes in Purgat. 19.

Vedeſti, diſſe quel antica ſtrega?

Vide *Stria*.

Striga. Caper: *Striga in turma, ubi equi diſtringuntur.* Papias: *Striga, Caſtrenſe vocabulum, vel intervallum turmarum, in quo equi ſtringuntur: unde & ſtrigoſi dicuntur corpore macilenti.* Ex Beda lib. de Orthogr. *Striga, Caſtrenſe vocabulum eſt, intervallum turmarum ſignificans, in quo equi ſtringuntur: unde equi ſtrigoſi dicuntur corpore macilento.* Hinc

Strigarium, in quo docentur & exercentur equi, Italis *Maneggio*, quomodo quidam legendum vel accipiendum cenſent *Trigaria ſepta*, apud Victorem in 9. regione urbis Romæ.

Striga, vox Agrimenſorum, Feſto nota. Papias: *Striga, longitudo major latitudine. Strigatus ager eſt, qui per ſtrigas creſcit à Septentrione in Meridiem.* Ex Aggeno pag. 60. Frontinus de Agrorum qualitate: *Ager per ſtrigas & per ſcamna diviſus*, &c.

Striga, Strigula, genus veſtis, in vett. Gloſſis, apud Savaronem ad Sidonium. Gloſſæ Iſid. *Strigium, genus veſtimenti. Striges*, Hiſpanorum veſtes, eidem Iſidoro lib. 19. cap. 23. & Juvenali. Vide *Stica*.

STRIGIO, *Mimarius, ſcenicus*, in Gloſſ. Iſid. qui *Strigam* imitatur.

STRIGNA, *Pallia operioſiora*. Papias. Vide *Striga*.

STRILIARE, quaſi *Strigiliare*, Strigili defricare, quomodo apud Vopiſcum in Aureliano: *Equum ſuum ſagmarium defricet*, ex Gall. *Eſtriller*. Fleta lib. 2. c. 76. §. 9. *Affros lavare, deſiccatos ſtriliare non eſt inutile.* Adde c. 78. §. 2. Jo. de Janua: *Strigiles, inſtrumentum quo mundantur equi; & inſtrumentum quo caro mundatur; & ſudor corpori eraditur, quod & Strigil dicitur per apocopen.*

STRINA, *Strinna*, Tributi ſeu vectigalis ſpecies apud Dalmatas & Croatos, quod Venetis vel Hungariæ Regibus, quibus ſubinde paruere, vice ultroneæ penſitationis, ac *ſtrenarum*, (unde vocabuli etymon) penſitabatur. Nam autor eſt Conſtantinus Porph. lib. de Adm. Imp. c. 29. Baſilium Imperatorem autorem fuiſ-

ſe Dalmatis, ut quæ Prætori ſolvebant, ea Slavis darent pacis cauſa, & Prætori exiguum illud penderent, quo debitam Romano Imperio ſubjectionem teſtarentur. Ugutio: *Strena, quod vulgò dicitur Strenna, ſcilicet quod datur alicui in Kalendis Januarii.* Charta an. 1133. *Tolta, quæ apud Commune erat pro urbe reparanda, & aliis expenſis faciendis, & ſtrina Venetiis danda*, &c. Charta Seb. Ziani Ducis Venetor. pro Civibus Tragur. an. 1174. apud Jo. Lucium lib. 3. de Regno Dalmat. c. 10. *Nolumus ut aliquo modo offendantur, neque tollatur eis aliqua inconſueta ſtrinna, niſi quam ipſi ſponte dare voluerint.* Statuta Raguſii lib. 7. c. 56. *Volumus quod ſi aliqua navis, vel lignum in quo eſſent mercatores, darent aliquid alicui pro ſtrina, vel pro pedochia, vel aliquid aliud*, &c. Vide *Strena*.

STRINCTORIUM, Σφιγκτὴρ, in Gloſſis Lat. Gr. MSS. S. Germani Pariſ. *Fibula*.

STRINGERE *manum mulieris*. In pacto Legis Salicæ tit. 23. ſic inſcribitur, *de manu mulierum non ſtringenda*. §. 1. *Si homo ingenuus feminæ ingenuæ digitum aut manum inſtrinxerit*, &c. (Lex Sal. tit. 22. habet *ſtrinxerit*.) §. 2. *Et ſi brachium deſtrinxerit*, &c. (Lex Sal. *ſtrinxerit*.) §. 3. *Si ſuper cubitum manum ſtrinxerit*, &c. (Lex Sal. *miſerit*.) Denique §. 4. *Si quis mulieri mamillam capulaverit*, &c. (Lex Sal. *ſtrinxerit*.)

STRINGES, Veſtes Hiſpanis propriæ, ut *Sarabara* Parthis, *Linea* Gallis, *Rhenones* Germanis, *Maſtruca* Sardis. Papias in *Veſtimentum*.

STRINGINA, *Reſtrictio urinæ*, in Gloſſis Iſidori: [illegible].

STRIOPORTAS, qui ſtrigas portat, vel deducit ad locum Congregationis. Goldaſt. Vide *Stria*.

STROFA, ſpecies Tributi apud Polonos. Charta Boleſlai Cracoviæ & Sandomeriæ Ducis an. 1255. apud Odor. Rainaldum n. 6. *Qui ut pote liberi homines (capituli à noſtro & noſtrorum poſterorum & Palatinorum & Caſtellanorum & quorumlibet judicum aliorum judiciis in perpetuum ſint immunes & prorſus liberi à Strofa, & Stam & Porez, & aliis ſervitutibus & ſolutionibus ordinariis & extraordinariis cenſeantur, Prevod militari excepto, quos volumus dominorum ſuorum dumtaxat utilitatibus & ſervitiis perpetuo mancipari.*

STRONUS, Sturnus. Gloſſ. Ælfrici: *Stronus*, [illegible].

STROPHIUS, *Stropharius*, *Strophoſus*, voces ex *Stropha*, & Gr. στροφὴ, deductæ. Papias: *ſtrophus, dolus, fraus. Stropha, nequitia, fraus. ſtrophus, tortus, fraudator. ſtropharius, impoſtor, fraudator.* Althelmus de Laude Virginum in præfat.

Ne fur ſtrophoſus foveam detrudat in atram.

Qui quidem verſus occurrit etiam in Epiſt. Rabani Mauri ad Ludov. Imp. Idem Althelmus cap. 21.

Non tulit hanc fauſtam graſſator cernere famam
Qui genus humanum ſtrophoſis elidere certat.

Et cap. 23.

Non cunctante gradu cum ſancta limina valvæ
Vellet adire ferox, ſtropha ſtimulante malignum.

STROPHIUM, *Stropheum*, Pallium virginale, Joanni de Janua. Ebrardus Betunienſis:

Zonam dic ſtrophium, palmam dic eſſe ſtropheum.

Tropheum ſcribendum fuit. Theodulfus Aurelian. lib. 3. Carm.

Huic ferruginea eſt, apta huic quoque lutea veſtis,
Lacteolum ſtrophium hæc vehit, illa rubrum.

Eckehardus Junior de Caſib. S. Galli cap. 5. *Caſtitatis, inquit, fili mi, tibi cingulum per hoc lineum meum à Deo accipe, continentiæque ſtrophæo ab hac deinceps die per Wiboradam tuam te præcinctum memento.* Vide Ferrarium in *Strepare*.

STRUBLUS. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 78. ubi de libero qui in ſervum tranſit: *In ſignum verò tranſitionis hujus billum, vel ſtrublum, vel deinceps ad hunc modum ſervitutis arma ſuſcipiat, in manus Domini mittat, & capiti.*

STRUCTOR, *dicitur*, inquit Papias, *inſtructor ciborum, vel inſertor*. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible] *ſtructor, inſertor*. In cod. MS. S. Germani Pariſ. *Illator*. Gloſſ. Gr. MS. Reg. cod. 1673. [illegible]. Gloſſæ antiquæ MSS. *Penum inſtruere, & proprie inſtrui convivium dicitur, & qui huic rei præſunt, Inſtructores dicuntur.* Epiſtola Valeriani apud Trebell. Pollionem in Claudio: *Structorem quem refundas unum.* Fragmentum Petronii de Cœna Trimalcionis: *Rotundum enim repoſitorium 12. habebat ſigna in orbe diſpoſita, ſuperque proprium convenientemque materiæ ſtructor impoſuerat cibum.* Occurrunt ejuſmodi *ſtructores* non ſemel in vett. Inſcript. 646. 6. 1002. 1. 1117. 10.

Structores, in l. 2. Cod. Th. de Excuſat. artific. ubi Tribonianus *ædificatores* repoſuit: qui ſcilicet ædificia conſtruunt. Vide Vegetium lib. 2. cap. 11.

STRUCTUS, Apparatus. Ordericus Vitalis lib. 4. *Dum plebs Dei Paſchale feſtum congrue celebraret, & Rex ſtructum pretioſarum veſtium Rogerio per idoneos ſatellites in ergaſtulo mitteret, ille pyram ingentem ante ſe juſſit præparari, & ibidem Regalia ornamenta, chlamydem, ſericamque interulam & renonem de pretioſis pellibus peregrinorum murium ſubito comburi.*

STRUDIS Lex Ripuar. tit. 32. §. 3. *Quod ſi ad ſeptimum mallum non venerit, tunc ille qui eum mannit, cum tribus rachimburgiis in arabo conjurare debet, quod eum ad ſtrudem legitimam admallatum habet, & ſic judex fiſcalis ad domum illius accedere debet, & legitimam ſtrudem exinde auferre, & ei tribuere qui eum interpellavit, hoc eſt ſeptem rachimburgiis, unicuique 15. ſol. & ei qui cauſam proſequitur 45.* Ibid §. 4. *Quod ſi ipſe ſtrudem contradicere voluerit, & ad januam ſuam cum ſpatha tracta acceſſerit*, &c. Tit. 51. §. 1. *Si quis judicem fiſcalem ad res alienas injuſtè tollendas, antequam ei fidem fecerit, aut ad ſtrudem admallatum habuerit, invitare præſumpſerit*, &c.

STRUPUS, *id eſt tortio ventris*, apud Plinium lib. 2. de Medicina c. 22. ex Gr. στρόφος, *tormina*.

STRUMA, *Opus variè contectum*. Ita Gloſſæ Arabico-Lat. ubi Vulcanius reſtituit *Stroma* — *contextum*.

STRUMENTUM, Inſtrumentum, Italis *Strumento*. Regula S. Iſidori cap. 19. *Strumentorum cuſtodia & ferramentorum ad unum, quem pater Monachorum elegerit, pertinebit.* Præſertim pro chartis ac tabulis. Gloſſ. Græco-Lat. *Dotale ſtrumentum*, [illegible]. Perperam reponit Goldaſtus *Inſtrumentum*. Teſtamentum Wiaradi Comitis & Abbatis anno 1. Theoderici Regis: *Vel reliquas fabricaturas ſeu miniſteria Eccleſiæ, vel ſtrumenta cartarum, libros vel veſtimenta Eccleſiæ*, &c. Charta Chlodovei III. Regis edita à v. c. Jo. Mabillonio: *Quicquid ipſe Ingobertus vel memorata Angatrudis tam de alode parentum, quam de comparato, vel de qualibet adtractum ibidem tenuerint, vel poſſiderint, per ſuum ſtrumentum ipſius Abbatis in integritatem firmaſſit.* Concilium Duziacenſe I. part. 4. c. 5. *Præcepta & ſtrumenta Chartarum de rebus Eccleſiæ ſecum aſportare eſt accuſatus.* Occurrit in variis Chartis apud Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 25. 27. Doubletum pag. 692. &c.

STRUMO Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 99. *Gibbus, id eſt ſtrumo, ſignificat hominem ſagacem, valde ingenioſum*, &c.

STRUNDIUS, *ſive ſtruntus*, [illegible]. Ita Gloſſ. Lat. Gr. Stercus, unde noſtris vox eadem notione familiaris, *Eſtron*, Italis *Stronzo*.

STRUPIAR, *Struppus*. Gloſſ. Saxon. Ælfrici, cap. de Navibus: *Strupiar*, midla, i. frenum. *Struppus*: *Strop*, vel *Arwiththe*. Ugutio: *Strupi ſunt vincula ex loro vel lino facta, quibus remi ad ſcalmos alligantur, de quibus Livius: Quinque remos juſſit alligare ſtrupis.*

STRUTHIO, Piſcis qui vulgò *Eſturgeon*, apud Udalricum lib. 2. Conſuet. Clun. cap. 4. Vide *Sturio*.

STUBA, Vaporarium, hypocauſtum: vox Germanica *Stube*, unde noſtri *Eſtuve*. Lex Alaman. tit. 81. §. 3. *Si quis ſtubam, ovile, porcaritiam domum alicujus concremaverit.*

cremaverit, &c. Ditmarus lib. 7. *Crebro à ſuis pene deſperatus, in ſtuba vix recreabatur.* Guill: de Baldenzel in Hodœporico T. 8. *Eſt in Cayro domus ampla, & admodum ſtuba demiſſa*, &c. Chronicon Aulæ Regiæ part. 1. c. 18. *Ad vicinam ſtubam, ubi plures aſſumus, confugit.* Vita Caroli IV. Imp. *Nunciavit Regi Joanni, ut ad evitanda multarum perſonarum pericula, ſecum ſola ſolus in ſtuba clauderetur.* Ericus Upſalienſis lib. 3. Hiſt. Suecicæ pag. 159. *Annuum tributum immenſas pecunias ſolvendas imponens, videlicet Rumpeſtat, & de quolibet fumo unam marcam, & pro redemptione Gothlandiæ 12. oves de quolibet æſtuario vel ſtuba regni.* Concilium Viennenſe an. 1267. c. 16. de Judæis: *Prohibemus inſuper ne ſtubas & balnea, ſeu tabernas Chriſtianorum frequentent.* *Stuba balneares*, in Statuto Guidonis Cardinalis Legati in eodem Concilio. Lindenbrogius laudat Palladium de Architectura in capite, cui titulus eſt *de balneis & ſtufis*. At ſi Palladius non alius eſt à Palladio qui de Re ruſtica ſcripſit, vox *ſtufis* non habetur in edito lib. 1. cap. 40. quod inſcribitur nudè *de Balneis*. Occurrit præterea apud Abbatem Stadenſem an. 1112. 1245. in Geſtis Epiſcopor. Saltzburgenſium pag. 395. in Annalib. Colmarienſib. an. 1297. &c.

Stuba, dictæ in Monaſteriis Cameræ Capituli, ſeu, ut vocant, ipſa *Capitula*, quòd in iis eſſent æſtuaria ac hypocauſta. Idem Ericus Upſalienſis lib. 4. Hiſt. Suecicæ pag. 145. *Omnibus oppidanis in ſtuba communi S. Gertrudis convenientibus.* Pag. 147. *Conveniunt igitur ad tractandum de pace in ſtuba Conventus Prædicatorum.* Sic etiam Germani *Caminatas* vocant.

Stuppa, Stupa. Bernardus Monach. in Conſuetud. Cluniacenſib. MSS. c. 25. *Quando aliquis eorum vult in balneum, vel in ſtuppam intrare*, &c. Hiſt. Auſtralis an. 1295. *Per totam hyemem aura adeo lenis fuit, quod ſtupis bene caruiſſent, ſi homines voluiſſent.*

STUBULA, Papiæ *Stipula*, Culmus. Catholicon parvum: *Stipula, Eſteuble, Chaume. Eſteule*, in Conſuetud. Ambian. art. 245. Comitatus S. Pauli art. 22. Arteſienſi art. 48. 49. 50. Fleta lib. 2. c. 73. §. 9. *Stubula verò in terra requieſcat, nec plus inde tollatur, niſi quod pro reparatione domorum curiæ fuerit neceſſarium, & reſiduum per carucam ſubvertatur.* Adde cap. 76. §. 12. Vide *Stupla*.

STUD, Præſtationis ſpecies apud Anglos. Monaſticum Anglic. to. 2. pag 187. *Et libertatem ſibi & hominibus ſuis de Hundredo de Halton liberè vendendi & emendi tam in Ceſtria, quàm in Comitatu, & Wicis, ubi tunc non fuit lex ulla, omnia ſine tol & ſtud, præter ſal & equos.*

STUDERE, *Studiare*: Curare, Gall. *Penſer*. Gregorius Turon. lib. 6. Hiſt. c. 32. *Juſſitque Rex ut ſtuderetur à medicis, quoad uſque ab his ictibus ſanatus, diuturno ſupplicio cruciaretur.* S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 44. *Epiſcopus adhibito mulomedico, juſſit ei (equo) ſtudium impendere, quo ſcilicet ſanari potuiſſet.* Et mox: *Cuidam illum matrona — obtulit, quem illa acceptum diligenti cura ſtudiari fecit.*

STUDIUM, Academia publica, Univerſitas. Capitolinus in Antonino Philoſ. *Apud Ægyptios civem ſe egit & Philoſophum in omnibus ſtudiis, templis, locis.* Ulgerius Scholaſticus deinde Epiſcop. Andegav. in Epitaphio Marbodi Epiſc.

Curans ut fieret virtutem quod redoleret,
Tranſtulit huc ſtudium, tranſtulit ingenium.

Studium generale, in Bulla Urbani V. & VI. pro fundatione Academiæ Wiennenſis in Auſtria, apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Cæſar. cap. 5. *Oxonienſe ſtudium*, apud Radulfum in Miracul. S. Richardi Epiſc. Ciceſtrenſis n. 15. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 5. cap. 5. *Civitatem (Bononiam) cum ſtudio reformavit in totum.* Lib. 7. cap. 9. *Bononia interdicitur, ſtudio privatur.* Adde lib. 9. c. 14. Ita apud ſcriptores non ſemel.

STUFR. Charta Henrici Imp. an. 1170. apud Chapeavillum ad Ægidium Aureæ-vallis Monachum: *Excepta Sabulonaria, in qua forenſis poteſtas nullum jus, niſi in latronibus, in falſis menſuris, in ſeditionibus, quas vulgo Stuer & Burrinne dicimus, judicandis.* Vide *Burina*.

STUFFÆ, Balnea calida, Saxon. ſtofa, Gallis, *Eſtuves*: vox ejuſdem originis ac *Stuba*, de qua ſupra. Michaël Scotus de Phyſion. c. 11. *Valent ſibi ſtuffæ, quia faciunt ceſſare dolores*, &c. Silveſter Girald. l. 1. Itiner. Cambriæ c. 5. *Stuphas undique videas miro artificio conſertas, lateralibus quibuſdam & præanguſtis ſpiraculi viis occultè calorem exhalantibus.* Vide Ferrarium in *Stufa*.

STUFFARE, Inſtruere, Gallis *Eſtoffer*: *Stuffatus, ſtoffatus*, Inſtructus, *Eſtoffé*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 5. §. 5. *Et quod quiſque dominus veniat Stuffatus ad exercitum de cariagiis & victualibus.* Henricus de Knyghton an. 1338. *Naves de viris armatis ad plenum ſtuffatas.* Et an. 1357. *Cum tribus navibus bene ſtoffatis.* Jacob. Hemricurtius lib. de Bellis Leodienſib. cap. 2. *Et eſtoient li plus puiſſans d'amis, & li miex warnis eſtoffeis de proiſmes prochains qui fuiſſent en tot Haſbaing.* Cap. 20. *Il & totes ſes ſes parties acordent une journée por chevachier à Wareme bien ſtoffeys, & corir ſus al Chaſtelain.* Idem in Speculo Haſbanico pag. 280. *Il ſervoit ſtoffeement, & par eſpecial* [illegible] *— ſes proiſmes.* &c. Chronicon Flandriæ cap. 110. *En ce temps fut le Comte eſchappé hors de Bruges, & ſut venu à Lille moult eſtoffement*: id eſt cum magno comitatu, rebus omnibus inſtructus Brugis venit. Hinc *Eſtoffe*, pro inſtructu. Cap. 59. *Et fit prendre toutes les garniſons qui en la ville eſtoient, & les feit mener au Chaſtel, & le fit garnir de pierres (leg. perrieres?) & de toutes autres eſtoffes.* Quæ quidem vox *Eſtoffe*, vulgò uſurpatur à noſtris pro pannis unde veſtes conficiuntur, quibus homo inſtruitur.

Inſtuffare, idem quod *Stuffare*. Thomas *de la Moor* in Edwardo II. Rege Angl. p. 599. *Ad hanc inſulam victualibus univerſaliter abundantem, tamen abundanti vino, oleo, melle, frumento, braſio, piſcibus ſalſis, carnibus & terreſtri carbone inſtuffatam, Regem volentem adnavigare, ventus contrarius prohibuit.* Henric. de Knyghton an. 1340. *Et nobiliter inſtuffavit* (naves) *de viris armatis & albaliſtis*, &c.

Vocis fortè etymon à *Stuffis* de quibus ſupra, quod qui pluribus veſtibus inſtructus ſit, is frigus non modò depellat, ſed & calorem, qualis in *Stuffis* habetur, ſibi conciliet.

Stoffura, Inſtructus, apparatus. Henric. de Knyghton an. 1332. *Venit cum 10. navibus de Flandria omni ſtoffura, quæ ad guerram pertinet, bene refertis.*

STUKA. Vetus Charta apud Joan. Schefferum ad Chronicon Upſalienſe pag. 152. *Duas pallas de panno aureo. Item duas ſtukas de panno aureo inferiùs ornatas argento deaurato.* Infra: *Item obtulit — duas pallas, alteram cum altare bruno, duas ſtukas de ſericò intextas, & duo ſuppellicea.*

STULTATUS, in Gloſſis antiquis MSS. *qui differre neſcit.*

STULTICINIA, Stulta cantica, amatoria. Jo. Sariſber lib. 1. Policrat. cap. 6. *Nunc verò laudi ducitur, ſi videas graviores amatoria, quæ ab ipſis dicuntur, elegantiùs ſtulticinia, perſonare.* Lib. 8. cap. 6. *Cythara crinitus lepas non ſtulticinia vel bucolica perſonat amatorum*, &c.

Stulticines, apud eundem Joan. Sariſberienſem, lib. 6. c. 16. *Vanitate nominum delectantur, contempta rerum veritate, & fructu: aleator, anceps, quodque magis mirere, ſtulticines, & qui virilia nunquam tractaverunt.*

STULTILOGUS, Stultus, vel Stulta loquens. Dudo Decanus S. Quintini in præfat. ad Acta Norman.

Stultilogo, ſtolidoque, hebete.

Fortè pro *ſtultiloquo*. Gloſſ. Gr. Lat. μωρολογία, *ſtultiloquium*. Paulus ad Epheſios: *Turpitudo & ſtultiloquium, aut ſcurrilitas.* Ubi S. Hieronymus: *Stultiloquium eſſe exiſtimo: non ſolum eorum qui aliqua narrant*

turpia ut riſum moveant, & fœnitate ſimulata magis illudant eis quibus placere deſiderant: ſed etiam eorum qui ſapientes ſæculi putantur, & de rebus phyſicis diſputantes, dicunt ſe arenas littorum, guttas oceani, & calorum ſpatium, terraque punctum liquido comprehendiſſe. Utitur etiam Plautus.

STULTIZARE, Inſanire, in furiam verti, apud Auctorem Mamotrecti in Sapient. cap. 14.

STULTO-MALUS, *Stultus malus*, in Gloſſ. Iſid Gloſſæ antiquæ MSS. *Stulto malus, qui ſtultus & malus eſt.* Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Stulto malus*: ẏꝼel ꝺyꞅ ȝ. i. malus ſtultus.

STUMBLUM. Leges Henrici I. c. 80. de via regia: *Tanta vero debet eſſe, ut inibi duo carri ſibi poſſint obviari, & bubulci de longo ſtumbli ſui poſſint aſſimulare.*

STUMONES. Charta Philippi Regis Franciæ an. 1172. pro Communia Bellovacenſi, apud Loiſellum: *In uno quoque molendinorum duo tantum ſtumones erunt. Quòd ſi aliquis plures ſtumones, vel alias malas conſuetudines imponere voluerit in molendinum, & inde clamor ad Majorem & Pares venerit, illi qui inde clamaverit ſecundum deliberationem ipſorum juſtitiam facient.* Eadem Charta Gallica pag 280. *Adecertes en un chacun des moulins deux joennes ſeront tant ſeulement; que ſi aucuns pluſieurs joennes, ou autres mauvaiſes couſtumes vent impoſer és moulins*, &c. Obſcurum per obſcurius.

STUNUM. Charta Heccardi Comitis Auguſtodunenſis, ex Tabulario Prioratus Perſiaci in Burgundia apud Perardum pag. 26. *Uno fanono viridi, cum bruſdo uno de giſſo, uno le ſtuno cum ſirico amniſtrare*, &c.

STUOT, Equus admiſſarius, Germanis, in Conventu Alſatico an. 1051. apud Glareanum lib. 2. Rer. German. & Goldaſtum: *Equi autem admiſſarii, quod vulgariter Stuot vocatur*, &c.

STUPA. Vide *Stuba*.

STUPLA. Edictum Rotharis Regis tit. 108. *Si caballos iter facientes de ſtupla aut de ipſa paſcua — movere præſumpſerit.* Ubi *ſtipula* habetur in Lege Longob. lib. 3. tit. 4. §. 1. noſtris *Eſteules*. *Stipula*, apud Papiam, & in veteri Kalendario ruſtico apud Gruter. 139. *Meſſes frumentar. item triticar. ſtupula incendunt ſacrum ſpei ſaluti Deana*, &c. Vide *Stubula*.

STUPOR, pro Tumor, ſuperbia. S. Cyprianus Epiſt. 40. *Stupore elatus.* Epiſt. 47. *Stupore ſuperbi tumoris inflatus.* Idem de Unitate Eccleſ. *Error fallit, extollit ſtupor, livor incendit.*

STUPPARE, Stupa occludere, Gallis *Eſtoupper*. Lex Alemann. tit. 59. §. 7. *Si quis autem ex ipſa plaga cervella exierint, — ut medicus cum medicamento aut ſyrico ſtuppavit, & poſtea ſanavit*, &c. Jac Hemricurtius de Bellis Leodienſib. cap. 26. *Il fiſt remplir & ſtoupeir de terre les entrées & les ſoſpiraz*, &c. Joann. Villaneus lib. 7. cap. 144. *Le mura erano la notte riparate, e ſtoppate con tavole, o con ſacchi di lana.*

Stupparius. Gloſſ. Gr. Lat. Καννάβις, *ſtuppa*. Καννάβειος, *ſtupparius*.

Stuppacium, Pannus ex ſtupis confectus. Autor de Vita Eremitica to. 1. Operum S. Auguſtini c. 20. *Utroque verò tempore* (hyeme & æſtate) *duas de ſtupacio camiſias vel ſtaminas — habeat.*

Stopa, Obſtructio, ſeu jus obſtruendi rivos defluentes. Charta an 1207. in Tabul. S. Bertini: *Quocumque aqua defluxerit, vel ubicumque decurſus aquarum obſtruſi fuerint, Philippus de Oya omnes ſtopas quas in feodo Eccleſiæ S. Bertini ſupra Rambrechteſgat habet, & anteceſſores ſui habuerunt, libere ſolus tenebit: ſi autem Rambrechteſgat obſtruſum fuerit, & aqua defluxerit per pontem*, &c. Charta Gallica apud Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. to. 3 p. 215. *De chemins eſtopez, euves treſtornez, bundes briſiez*, &c.

STUPPERARE. Gloſſ. Gr. Lat. MS. φλεγμαίνω, *ſtupporo, ſtuppero*. Φλεγμονή, *ſtupperatio*. Edit. habet *Suppuro*, & *ſuppuratio*.

STURGIO, *Sturjo*, Piſcis qui maximo in menſis honore habetur apud eos in quorum fluminibus capitur: ſubit enim è mari flumina. Hunc *ſilurum* Paulus Jovius Auſonii exiſtimavit, ut & Voſſius: Hermolaus *Hiccam* apud Athenæum: alii *Turſionem* Plinii: *Lupum* nonnulli; quidam *Attilum* Padi: denique Rondeletus *Acipenſerem* Romanorum literis nobilitatum. Sturjonem eſſe volunt. Anglo-Saxones ꞅꞇẏꞃꞅȝa, Anglo-Britanni *Sturgeon* vocant. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *Illic ſturgio ſui corporis nobilitatem individuali ſui corporis benedictione, menſis offerebat regalibus.* Gotcelinus Monachus lib. de Miracul. S. Auguſtini Epiſc. Cantuar. c. 17. *Piſcis ſcilicet Rhombus longitudinis pedum 14. capitur, qui vulgò Sturjo appellatur.* Occurrit etiam apud Altfridum in Vita S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. n. 5. in Vita S. Adalahiidis cap. 11. &c.

Apud Anglos *Sturgio* ad ſolum Regem pertinet, ut eſt in Fleta lib. 1. cap. 45. & apud Bractonum lib. 2. c. 5. §. 7. cap. 24. §. 1. l. 3. tr. 2. cap. 2. §. 4. 5. ubi hæc idem Bracton. ait: *De ſturgione verò ita obſervatur, quod Rex illum habebit integrum propter ſuum privilegium: de Ballena verò, ſufficit, ſecundum quoſdam, ſi Rex inde habuerit caput, & Regina caudam.* Statutum de Prærogativa Regis an. 17. Edw. II. cap. 11. *Item Rex habebit Wreccum maris per totum regnum, balenas, & ſturgiones, vel alibi infra regnum, exceptis quibuſdam privilegiatis locis per Regem.* Charta Stephani Regis Angl. an. 1138. in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 8. *Et ubicunque evenerit capi piſcem ſturionem in piſcaturis ſuis, ſit eorum totus & integer.* Andreas Suenonis Archiep. Lundenſis lib. 8 Legum Scanicar. c. 1. *Omnes piſces ſive ſint mortui, ſive vivi, ſi caſu verſus terram appulſi, ut manus hominum non poſſint effugere, occupantibus conceduntur, præter ſturgionem, qui juri Regio a quocunque repertus fuerit, cedit. Pariter quoque cetum*, &c. Radulfus de Diceto an. 1150. *Nunc extrahitur ſturgio Regium reſervandus in cibum.* Udalricus lib. 2. Conſuet. Cluniac. c. 4. *Pro ſigno ſalmonis vel ſtruthionis: ſigno piſcium hoc adde ut pugnum erecto pollice ſupponas mento, quo ſuperbia ſignificatur: quia ſuperbi maxime & divites tales piſces ſolent habere.* De ſturgione plura Bruyerinus Champerius lib. 20. de Re Cibaria c. 22. Adde Joan. *Briton* p. 7. 26. 27.

STUROLÆ, vel *Scurola*, Puſulæ, Gallis *Rougeolle*. Michel Scotus de Phyſionomia cap. 10 *Oportet de neceſſitate quod quilibet homo natus tempeſtive aut tarde habeat quatuor paſſiones inevitabiles, ſcilicet variolas, ſturolas, ferſas, & ſcabiem humidam vel ſiccam.* Infra *ſcurola* ſcribitur.

STYE, Hara, ſuile, porciſtetum, Anglis à *Swines ſtie*. Lex Burgorum Scotic. cap. 89. *Non licet burgenſi, nec alicui in burgo manenti, porcos tenere, niſi habuerit cuſtodem eos ſequentem, vel paſcat eos in hara, id eſt ſtye, unde vicini ſui & damnum inde non incurrant.*

STYLISONUS, Stylo conſcriptus. Paulinus Aquileienſis Epiſc. in Epiſt. Synodali: *Domino Carolo — æternas multipliciter ſupplici concinnamus ſtyliſona voce ſalutes.*

STYRPUS. Vetus Charta in Vita S. Domitiani: *Et habet in longitudine cum colle & ſilva ſupra viam ſecundum virilem manum, perticas agripedales 112. in latitudine & parte meridiana cum ſarpa perticas agripedales 72. et ſemiſſem, infra hunc terminum, & perticationem ſub integritate vobis cedimus, ſimiliter & unum campellum ſubtus viam ſuperiorem, qui ad ſtyrpum præſcripta vinea à ſerò iungit*, &c.

SRADUS. Gloſſ. Ælfrici: *Sradus, vel ſurdaſter*, ꝺeaꝼ. Sed leg. Surdus.

SUA, æ, *Domus in qua Scholaſtici ſtudent*, in Gloſſis MSS.

SUASORIUM, Συμβουλή, in Gloſſis Lat. Gr. MSS. ſancti Germani Pariſ.

SUATIM, Intra ſe, apud ſe, penes ſe. Nicolaus PP. Epiſt. 52. *Quorum privilegiorum tenorem ſi non ſuatim frater Hincmarus partim celaſſet*, &c. Idem Hincmarus

Remenſis in Opuſculo LV. Capitulorum c. 43. *Nos etiam moderni Gloſſarios Græcos, quos ſuatim Lexicos vocari audivimus*, &c. S. Althelmus Epiſcop. lib. 1. de Virg. c. 42. *Venuſta inquam, lineamentis corporalibus, ſed plus venuſta ſuatim, cycladibus compta ſpiritualibus.* Anaſtaſius Biblioth. in Præfat. ad VIII. Concil. *Ne ergo Græcorum ſuatim aſtutia, quin potius doloſitas, etiam circa præſentem Synodum agat, hæc me admonendi cauſa dixiſſe ſufficiat.* Idem: *Ne fortè procedente tempore iis Græcis codicibus reperiatur huic ſanctæ Synodo à Conſtantinopolitana ſuatim additum vel mutatum.* Aliàs *Suatim*, eſt *inſtar ſuis.*

SUBACTI. Vide *Molles.*

SUBACTUM, *Subactio*, Dominium, *Seigneurie.* Charta Romualdi Ducis Longobardorum ex Chronico Beneventani Monaſterii S. Sophiæ 3. part. *Conceſſimus — tibi Urſo Veſtarario noſtro Condomam, nomine Joannis, cum uxore, filiis, & filiabus, vel cum omnibus eorum pertinentibus, qua fuerunt de Graci, de ſubacto tuo, Urſe, quatenus ab hodierno die teneas & poſſideas — jam nominatam Condomam, cum caſa, vineis, territorio*, &c. Alia Godeſcalci Ducis Longob. ibid. *Conceſſimus — puerum nomine Urſum cum uxore, filiis, & filiabus ſuis, qui in terra ad habitandum ſe collocaverunt in loco qui dicitur Fenilia, qui fuerunt de aſtu* (l. actu) *Sipontino, de ſubactione Warnefrid Gaſtaldi noſtri*, &c. Alia Giſolfi Ducis: *Qui habitare videntur in Selice, de ſubactione Scauri noſtri, qui nominatur Lupualdus, & eam ſibi ancillam in conjugem ſociavit, quæ fuit de ſubactione Traſarii Gaſtaldi & Veſtararii noſtri*; &c. Alia denique Romualdi Ducis: *Qui fuerunt coloni noſtri de ſubjectione Aunonis Actionarii noſtri*; &c.

SUBADJUVA, Adjutor Adjutoris, ὁ τοῦ ἀοιδοῦ ἀοιδός. Sic autem appellabatur qui in aliquo officio Magiſtratus præcipuo *Adjutori* ſuberat, ejuſque vices agebat. Notitia Imp. Occident. cap. 29. *Adjutor, Subadjuva Adjutoris, Subadjuva fabricarum diverſarum*, &c. Geſta de nomine Acacii, ſeu Breviculus Hiſtoriæ Eutychianiſtarum: *Superveniente Uranio Subadjuva.* Hiſt. Miſcella lib. 17. p. 528. edit. Caniſii: *Qui Subadjuva dignitate habebatur inſignis.* Ὁ Σουβαδιούβας τοῦ μαγίστρου, *Subadjuva Magiſtri*, apud Marcum Diaconum in Vita S. Porphyrii Epiſcopi Gazenſis n. 21. & in Chronico Alexandrino pag. 870. Concilium Calchedon. act. 5. Σουβαδιούβα τῆς σχολῆς τῶν ἐν τῷ θείῳ παλατίῳ μαγιστριανῶν. Vide Pancirolum ad Notitiam Imp. Orient. cap. 16.

SUBADVOCATUS. Vide *Advocatus.*

SUBALLIGATURA. Vide *Ligatura.*

SUONBOCH. Vetus Charta apud Vadianum de Colleg. & Monaſt. pag. 87. *Placuit inter nos Chartam pacationis ex utraque parte allevari, quod Teutiſcè, Suonboch nominamus.* Ubi ille: Alemannis *Suonen*, erat pacificare, reconciliare, tranſigere: unde *Suonbuoch*, Charta id genus conventiones complexa.

SUBALA. Vide *Subbireus.*

SUBALTERNARE, Alternis ſuperiorem eſſe ac inferiorem. Pſeudo-Ovidius de Vetula lib. 1.

Seque ſubalternant; modò victores, modò victi,

SUB ANNIS, Minor annis, *Souſâgé.* Continuator Nangii an. 1347. *Et ſic juvenis habet juvenem in uxorem impuberem & ſub annis.* Chronicon Franc. MS. deſinens in an. 1322. an. 1295. *En c'eſt an Sanſions Rois de Cecille mourut, qui avoit deux enfans ſouſagiez qu'il avoit eu d'une nonnain.*

SUBARI, Calceamenti ſpecies, noſtris, ut videtur, *Pantoufle*, apud Innocent. III. PP. lib. 1. Ep. Locum vide in *Scafones.*

Subareus, eadem fortè notione. Pſeudo-Ovidius lib. 3. de Vetula:

— de pelliciam; de ſubareos, de
Tres ſpecies telæ pro camiſia facienda.

SUBARMALIS, *Subarmale*, Veſtis ſic dicta, ut quidam putant, quòd ſub armis geſtaretur, ut Turnebus lib. 18. Adverſ. cap. 19. qui exiſtimat fuiſſe craſſum ſagulum quod *ſub armis* indueretur, ut eorum duritiès corpus minùs oſtenderet, ut fuere *Gambeſones*: quæ ſententia arridet Octavio Ferrario, de Re veſtiaria 2. part. lib. 3. c. 17. Et certè Papias *Subarmales* fuiſſe ait *tunicas ſubcinctas, id eſt curtas*, quomodo fuere etiam *gambeſones.* Spartianus: *Cum Romam Severus veniſſet, prætorianos cum ſubarmalibus inermes ſibi juſſit occurrere.* Ex Herodiano & aliis, pacificum fuiſſe habitum, εἰρηνικὸν σχῆμα, quidam volunt: alii ſic nuncupatam ejuſmodi veſtem opinantur, quòd armis aptaretur, quemadmodum *Armilauſam* dictam vult Iſidorus, *quod antè & retro diviſa atque aperta eſſet, in armos tantum clauſa.* Utcunque ſit, fuiſſe ſubarmalem veſtem Ducum ac Tribunorum, ſatis prodit Valerianus Aug. in Epiſt. ad Zoſimionem, qua Claudio etiamnum Tribuno dari jubet inter alia, *albam ſubſericam unam, cum purpura Succumbitana, ſubarmale unum cum purpura Maura. — Hæc autem omnia idcirco ſpecialiter non quaſi Tribuno, ſed quaſi Duci, detuli, quia vir talis eſt, ut ei plura etiam deferenda ſint.* Nec Ducum duntaxat, ſed & Conſulum fuiſſe propriam veſtem innuit idem Valerianus Aug. in Orat. pro Aureliano apud Vopiſcum: *Cape tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam: nam te Conſulem hodie deſigno*, &c. Vide quæ obſervamus in Diſſertat. de Nummis Imperatorum Byzantinorum.

Subarmale, alia notione videtur uſurpare Gervaſius Tilleberienſis in Otiis Imperialibus MSS. *Quinquaginta millia mulorum Caſtrenſium ad ſubarmalia & ſarcinas militum vehendas.* Ubi *ſubarmalia* dicuntur militum arma, ſarcinæ, caſtrorum impedimenta.

SUBARRA, Repagulum, ex Italico *Sbarra*, Gallis *Barre.* Albertinus Muſſatus de Geſtis Henrici VII. lib. 8. rub. 5. *Inſultum fecere ad ſubarras Laurentii Joannis Statii, ſole ad tertiam jam horam aſcendente.*

SUBARRARE, Arrhabone uxorem ſibi deſponſare. Auctor Græciſmi:

Pars arrabo venit pretii dum res bona venit, —
Quam ſponſus ſubarat, priùs arrabone ſubarrat.

S. Hieronymus in Virginitatis laude: *Humanorum ſponſaliorum pignoribus ſubarratur.* *Annulo ſubarrare*, in Lege Longob. lib. 2. tit. 37. §. 1. Ratbodus Epiſcop. Noviomenſis in Vita S. Godebertæ n. 5. *Virginem illam aureo ſuo annulo ſubarravit.* Alexander III. PP. in Appendice ad Concilium Lateran. III. part. 6. cap. 32. *Cum quidam ſecreto mulierem viduam ſubarraſſet, & cognoſcens carnaliter cohabitaſſet cum ea per annum*, &c. Florentius Wigornienſis an. 868. *Alfredus — uxorem de Mercia, nobilem ſcilicet genere, — ſubarravit & duxit.* Alexander Necham lib. de Naturis rerum: *O felicia antiquorum tempora, in quibus ipſi Imperatores mundum ſubarrantes, ſeipſos Philoſophiæ dederunt, ut patet de Alexandro, de Julio Cæſare, de Tholomeo Rege Ægypti, qui fuerunt ſapientiæ ſtudioſi.* Ubi neſcio an rectè viri docti emendent *Subarrantes.* Joanni de Janua, *Subarrare, eſt quaſi latenter arram dare. Unde*, inquit, *beata Agnes dixit: Annulo ſubarravit me Dominus Jeſus Chriſtus*, &c.

SUBASCELLATUS. Gervaſius Abbas Premonſtrat. Epiſt. 57. *Nec ſi ſufficiunt veſtra vobis — ideo deberetis veſtros negligere, eos maximè qui nullum à vobis expetunt commodum temporale: quia (ut aliquid pro me loquar) nec ad vos fortaſſe veniens, in manus veſtras reſpiciunt, ut à vobis ſubaſcellatus recedam: nec ſi veneritis Premonſtratum, curabo ut dextera veſtra exeniis repleatur.* Ubi *ſubaſcellatus*, idem valet ac *res quaſvis ſubaſcellis poſitas* reportans.

SUBAUDIRE, Vide *Overberneſſa.*

SUBAULA, Ædificium quod aulæ adjacet. Vitæ Abbatum S. Albani p. 92. *Item unam nobiliſſimam aulam ad opus hoſpitum conſtruxit, cui adjacent thalami plures, una nobiliſſima picta, cum conclavibus & camino, & atrio, & ſubaula, quæ palatium regium, quia duplex eſt & triptata, dici poteſt.* Vide Proaula.

SUBBASILICANI, *Qui habitant circa baſilicam.* Jo: de Janua.

SUBBATTERE, *Porcellos in ventre matris occidere*, in vett. Gloſſ. quaſi ſubter ventrem ſcrofam *battere*, ferire, ut abortum faciat. Lex Salica tit. 2. §. 6. *Si quis ſcrovam ſubbatit in furto, hoc eſt porcellos à matre ſubtrahit*, &c. Recapitulatio ejuſdem Legis §. 9. *Si quis ſcrofam alterius ſubbatit, ut porcellos non habeat*, &c.

SUBBEDELLUS. Vide *Bedellus*.

SUBBIBERE, *Guſtare*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

SUBBOSCUS, Silva cædua, Gall. *Bois-taillis*: Anglis *Underwood*: *Subbois*. apud Raſtallum in verbo *Haybote*: quia quod cæditur in ſilvis, majoribus arboribus ſubeſt. Fleta lib. 1. c. 24. §. 8. *non ſint haya*, (in viis regalibus) *foſſata, ſubboſcus, aut dumeta*. Adde §. 9. & lib. 2. cap. 41. §. 5. Monaſticum Angl. to. 2. pag. 553. *Quod Prior hoſpitalis & ſucceſſores ſui in perpetuum per ſe & ſervientes ſuos de Buckland, percipiant qualibet ſeptimana tres carrectatas ſubboſci infra parcum ſuum* &c. Occurrit præterea in Legibus foreſtarum Canuti Regis cap. 28. in veteri Charta apud Edoardum Byſſæum in Notis ad Nicol. Uptonum p. 86. & in Chronologia Auguſtinenſi Cantuar. pag. 2294. Vide *Priſa*.

Subnemus, eadem notione. Rogerus Hovedenus pag. 784. *Qui autem forisfecerit in foreſta — ſive per culpationem de ſubnemore, ſive per eſſartum*, &c.

SUBCAMERARIUS. Vide *Camerarius*.

SUBCANCELLARIUS. Vide *Cancellarius*.

SUBCAPELLANUS. Vide *Capellanus*.

SUBCASTELLANUS. Vide *Caſtellanus*.

SUBCAUDARE, Excutere, ſubcutere, vel potius equum ad caudam & nates flagello urgere, ex Gall. *Secouer*, vel *Soucouer*. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 90. *Si alicujus equus ab aliquo ſtimulatus, vel ſubcaudatus, quemlibet percutiat*, &c.

SUBCICIVIUM. Petrus Damianus lib. 7. Epiſt. 18. *Dum præfata Comes in Caſtrenſis vallis ſederet ſecura crepidine, — repentino mox ſubcicivio munitionis ager obruitur*, &c. Concilium Oſborienſe an. 1062. *Dicatur etiam ſi placet, quod ſi cœlum rueret, terra ſubcicinium pateretur.* Utrobique fortè legendum *ſubſidium*, à voce *ſubſidere*, Gall. *Croulement*, Concuſſio.

SUBCINIUM. Chronicon Gemblacenſe: *Fecit — ſtolas, tapetia, & alia quæ quamvis numerentur inter ſubcinia, ejus tamen induſtria & ſtudio ſunt comparata.* Ubi editor emendat *Subciſiva*.

SUBCINGULUM, *Subcinctorium*, quod *Perizoma*, & *ſubcinctorium* dicitur, & *circa pudenda duplex ſuſpenditur*, inquit Honorius Auguſt. lib. 1. cap. 206. Idem cap. 81. de Sacerdote: *Cingulo pro arcu ſe cingit, ſubcingulum pro pharetra ſibi appendit.* Adde Hugonem à S. Victore in Specul. Eccl. lib. 1. cap. 49. Ita *Soucaingle*, in equis uſurpat Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS.

Eſtrief, ne ſiele, ne ſoſçaingle,
Ne li frains, ne poitrans, ne çaingle,
Ni remeſent à depecier.

Vide *Præcinctorium*, & *Succinctorium*.

Subcincta, idem quod *Subcingulum*. Teſtamentum Heccardi Comitis Auguſtodun. apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 26. *Albas duas, ſubcinctas 2. manipulas 2.* &c. Infra: *Adanæ germanæ meæ, ſuccincta aurea, & ſigillo de amatixo*, &c.

SUBCONSUL, Proconſul. Inſcriptio Brigantii reperta, *Severius Severianus Sulcos. Leg. 111. Ital. F. Gordian.* Ita Joſeph. Scalig. Epiſt. 66.

SUBCONFESSIO, Sacellum ſubterraneum, crypta, quæ ſub *Confeſſione*, ſeu ædis ſacræ altari, extructa eſt. Ughellus in Acheruntinis Archiepiſcopis pag. 10. *Locum quoque ſubterraneum, Cryptam ſeu Subconfeſſionem vocant, in qua tria altaria*, &c.

SUBCULTRARE, Cultello concidere. Apicius lib. 4. cap. 2. *Pulpas quas ſubcultraſti in jus mittes.*

SUBCUMBUS. Vide. *Cumba*.

SUBCUSSATOR, *Equus trotator*. & *Subcuſſatura*, *trotatura*, Ugutioni, Qui ſeſſorem gradu ſuo ſubcutit. Addit Jo. de Janua, *Unde illud: Gradarius, eſt equus mollis inceſſus, ſine ſuccuſſatura innitens.* Vide *Trotator*.

SUBDECANUS. Vide *Decanus*.

SUBDEFENSOR. Vide *Defenſor*.

SUBDESCENDERE. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 66. §. 4. *Et quicunque de Lege ſua ſubdeſcendere voluerit, & pactiones aut convenientias inter ſe fecerint*, &c. Ubi Lex Longob. lib. 1. tit. 29. §. 2. habet *Deſcendere*.

SUBDIACONALIA, Veſtes quibus Diaconi in ſacris Liturgiis utuntur. Ordo Romanus: *Subdiaconis verò ſibi congrua veſtes, quæ apud quoſdam Subdiaconales nominantur, & mappula in ſiniſtra manu ferenda.* Micrologus cap. 46. & 52. has veſtes *Subdiaconalia* vocat, ut & Honorius Auguſtod. lib. 3. cap. 38. & Chronicon Abbatum Gemblacenſium. Vide *Diaconale*.

SUBDIACONI, qui Græcis ὑποδιάκονοι, in Concilio Laodic. c. 22. ὑπηρέται, uti vocem hanc interpretatur Dionyſius Exiguus. Horum Ordo in Eccleſia haud recentis eſt inſtituti, cum Subdiaconorum meminerint Canones Apoſt. c. 42. & 43. S. Ignatius Epiſt. ad Antioch. S. Clemens in Conſtit. Apoſt. S. Cyprianus Epiſt. 24. &c. S. Epiphanius in Expoſit. fidei Catholicæ, &c. Eorum officium ſic deſcribit Alcuinus lib. de Divin. offic. *Subdiaconus, ſubminiſter, eo quod ſub Diacono ſit, illius miniſterium eſt, ut miniſtret Diacono, id eſt deferat ei linteum ſuper quod conſecrandum eſt Corpus & Sanguis Domini: deferat ei patenam cum oblatis, & calicem in quo vinum & aqua habeatur, quia de latere Domini proceſſit ſanguis & aqua. Peracto ſacrificio, myſterium corporis & ſanguinis Domini, quæ ſuperfuerint, à Diacono colligenda vel deportanda ſuſcipit.* Adde Amalarium lib. 2. cap. 11. Rhabanum lib. 1. de Inſtit. Cleric. cap. 8. Ivonem Carnot. ſerm. de Excellentia Ordinum Eccl. Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 179. Stephanum Eduenſem Epiſcop. lib. de Sacramentis altaris c. 5. Canones Hibernic. lib. 10. cap. 15. Gillebertum Lunicenſem Epiſcop. de Uſu Eccleſiaſtico, &c.

Quo verò ritu ordinarentur Subdiaconi, tradunt Concilium Carthag. IV. c. 5. Ordo Romanus, Sacramentarium S. Gregorii, Iſidorus lib. 2. de Eccl. offic. cap. 10. &c. Ita autem Ordo Romanus: *Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de manu Epiſcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu Archidiaconi accipiat urceolum cum aquamanili, ac manutergium*, &c. Quærit hoc loco Amalarius unde ſumptus in Eccleſia uſus, ut Subdiaconi legant lectionem ad Miſſam, cum hoc non reperiatur ex miniſterio ſibi dato in conſecratione commiſſum, neque ex literis Canonicis, neque ex nomine ſuo. Reſpondetque Subdiaconum eſſe ſubditum Diacono ratione officii: olim verò Diaconum non legiſſe Evangelium, quod non erat ſcriptum: ſed poſtquam ſtatutum eſt à Patribus noſtris ut Diaconus legeret Evangelium, ſtatutum fuiſſe ut & Subdiaconus legeret Epiſtolam ſive Lectionem.

Quærunt alii an Subdiaconorum Ordo inter ſacros & majores ordines habendus ſit. Nam inter minores reponitur in Concilio Laodiceno can. 21. ubi Subdiaconi ὑπηρέται dicuntur, & ſacra vaſa tangere prohibentur. Deinde cum per manus impoſitionem non ordinarentur, videntur potiùs minoribus ordinibus accenſendi. Denique etſi Gregorius M. Subdiaconos à minoribus ordinibus diſtinguat, non tamen ſequitur eorum ordinem ſacrum fuiſſe, idque firmatur autoritate Petri Cantoris, qui vixit anno 1197. qui de novo inſtitutum eſſe ſcribit ut Subdiaconatus ſacer Ordo eſſet: quod ut quidam aſſerunt, decretum demum in Synodo Beneventana ſub Urbano II. Victore III. id eſt anno 1087. vel 1091. unde iis interdictæ nuptiæ. Vide Joannem Sariſber. Epiſt. 68. Interim obſervare licet in veteri Charta ſcripta Ravennæ ſub Juſtiniano, neſcio quem Gratianum Subdiaconum *literas neſcientem*, & *alia manu* ſubſcribentem, apud Briſſonium in Formulis pag. 646. ut

Comitem Palatii, in Tabulario Caſaurienſi.

Subdiaconi regionarii, dicti Romæ, qui per regiones urbis diebus ſtationum Pontifici miniſtrabant celebranti, *qui per manus eorum mutabat veſtimenta ſolemnia* cum ſacra facturus eſſet, ut colligitur ex Ordine Romano. Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. cap. 11. *Subdiaconus regionarius tempore ſacrificii ſtat in facie Pontificis: ideò neceſſe eſt ut ſubſequentes neceſſaria à foris miniſtrent.* Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epiſt. 17. *Sicut in Schola Notariorum atque Subdiaconorum per indultam longè retro Pontificum largitatem ſunt Regionarii conſtituti*, &c. Adde lib. 8. Epiſt. 5. *Subdiaconus Regionarius primæ Regionis, Subdiaconus Regionarius Regionis ſextæ*, apud Anaſtaſium in S. Silverio. Primitus tantum 7. fuerunt, poſtea 7. alii additi, denique 7. alii, eorumque numerus unius & viginti factus, quorum primus vel Prior Subdiaconorum in Ordine Romano nuncupatur. Idem Anaſtaſius in S. Fabiano PP. *Hic Regiones diviſit Diaconis, & fecit 7. Subdiaconos, qui 7. Notariis imminerent, ut geſta Martyrum in integro colligerent.*

Subdiaconi Palatini. Vetus Codex Vaticanus apud Baronium an. 1057. n. 22. *Subdiaconi omnes numero viginti & unus, ſeptem Regionarii, qui Epiſtolas & lectiones cantant in ſtationibus; ſeptem Palatini, qui idem munus præſtant in Eccleſia Lateranenſi: ſeptem, alii qui dicuntur Schola cantorum, qui cantant tantummodo, quando ſummus Pontifex celebrare conſuevit.*

Subdiaconi Baſilicarii, iidem qui *Regionarii*, ſic nuncupati, quod Pontifici certis officiis aſſiſterent & ſervirent ut in camera, in menſa, & in proceſſione crucem ante ipſum deferrent. Eoſdem cum Palatinis eſſe volunt.

Subdiaconiſſa, Uxor Subdiaconi, à qua tamen abſtinet, in Concilio Turonenſi II. c. 19. Caſtitatem autem obſervare, perinde ac Diaconi, juſſi Subdiaconi, ut eſt apud Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 42. lib. 3. Epiſt. 34. Ivonem, Gratianum, & alios.

SUBDITAS, *Pigneratio*, ἐνεχυρίασις, in Gloſſis Græc. Lat. Mox: ἐνεχυρασμὸς, *Clarigatio*, *ſubditatio*, *pigneratio*. De fidejuſſore qui in alterius locum *ſubditur*.

SUBDITI, Vaſſalli, clientes, qui alterius juri ac poteſtati ſubſunt, quomodo *Sujets* noſtri dicunt. *Subjecti*, in Capitulari an. 807. c. 4. Flodoardus lib. 4. cap. 23. *Herибertus Anſelmum Boſonis ſubditum, qui prædictum cuſtodiebat caſtrum, cum ipſo caſtello recipit.* Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 6. *Si Epiſcopus à fide deviaverit, & ſubditis ſecretè commonitus incorrigibiliter apparuerit*, &c.

Quærit v. cl. Dionyſius Salvagnius in Tract. de Jurib. Domin. & Uſu Feudor. c. 17. an domini feudales jure poſſint vaſſallos, vel certè prædiorum ſuorum incolas, *Subjectos*, aut *Subditos* appellare, contenditque jam ab olim id in uſu fuiſſe. Certè præter jam allatos locos probari etiam id poteſt ex Gregorio Turon. l. 10. cap. 9. ex Capit. Caroli M. lib. 2. c. 37. ex Cap. Dilecti 4. Extr. de Arbitr. Petro de Fontanis in Conſilio cap. 1. §. 2. cap. 2. §. 2. ex Conſuet. Pictavenſ. Art. 132. Buteleriolib. 1. tit. 86. & aliis. Sed & Reges noſtros recentiores hocce vocabulo indigitare paſſim Baronum & nobilium vaſſallos & ſubditos in Edictis ſuis conſtat.

SUBDOCTOR. Vide *Proſcholus*.

SUBDOMNUS, Vicedominus. Ita indigitatur *Lietinus Cameracenſis Vicedominus*, in Charta an. 1069. in Hiſtoria Cameracenſi Joann. Carpentarii 4. part. pag. 15.

*SUBDULUS, pro *Subdolus*, Impoſtor, fallax, Gall. *Trompeur*. Capitula ad. Legem Alamann. c. 21. edit. Baluzianæ: *Si femina baronem extra rixam ſubdulum clamaverit, ſolvat ſolid. 12.* &c.

SUBDUX, in Hiſt. Miſcella, qui Theophani in Tiberio ὑποστρατηγός.

SUBESCAETOR. Vide *Eſcaetor*.

SUBFIBULUM, vel *Subligaculum*, unᵹeꞃh ꝩꞃꞇꞅel, in Gloſſario Saxonico Ælfrici.

SUBGAMBA. Vide *Gamba*.

SUBGLUTIO, Singultus, Matthæo Silvatico: noſtris, *Sanglot*.

SUBHIRCUS, inquit Papias, *Aſcellæ dictæ, quod fœtorem in quibuſdam reddant.* Gloſſæ Gr. Lat. μάλη ἡ ὑπὸ ὤμου, *Subraco*, *Subala*, ubi legendum *Subhirco*. Mamotrectus ad 19. Proverb *Aſcella*, i. *Subala*. Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 22. de Fulmine: *In quorumdam ſinus flamma ſubintroiit, & pilos univerſos adurens, & aſcellarum, quæ Subhircos nominant, ſuccrementa conflagrans, pedules ac ſoleas pertuſando per extrema progreditur.*

SUBHOSPITARIUS. Vide *Hoſpitarius*.

SUBINDIUS. Papias: *Subinde, frequenter, ſæpius, ingeminanter. Subindius, frequentius.*

SUBINTRODUCTÆ, Συνείσακτοι in Concilio Nicæno I. c. 3. quas *Extraneas* vocant Synodus Carthag. I. c. 3. Ilerdenſis c. 15. Hiſpalenſis I. c. 3. Braccarenſis III. c. 5. & lex 19. Cod. de Epiſc. & Cleric. quarum commercium & habitationem vitare jubentur Clerici. Concilium Rom. ſub Zacharia PP. c. 2. *Ut Presbyteri vel Diaconi ſubintroductas mulieres nullo modo ſecum audeant habitare, niſi forſitan matrem ſuam, aut proximitatem generis ſui habentes.* Ita & in Concilio Forojul. c. 4. & Romano an. 1059. c. 3. Rotomagenſi an. 1072. c. 15. Ita perinde Dionyſius Exiguus in Codice Canonum Eccleſiæ Romanæ, & Nicolaus & Alexander PP. c. 5. 6. diſt. 32. Vide quæ de ejuſmodi *Extraneis* & *Subintroductis* mulieribus paſſim annotarunt qui Concilia expenderunt, Juſtellus, Binius, &c.

SUBITARE, Re quapiam inſolita & ſubitanea percelli, expaveſcere. S. Cyprianus Epiſt. 57. *Steterunt fortes, & ipſo dolore pœnitentiæ facti ad prælium fortiores, ut appareat nuper ſubitatos eſſe, & nova atque inſueta rei pavore trepidaſſe.*

Subitare, Subitò venire ac inſperatò. Pontius Diacon. in Vita S. Cypriani: *Cum ecce Proconſulis juſſu ad hortos ejus — cum militibus ſuis Princeps repente ſubitavit: immo, ut verius dicam, ſubitaſſe ſe credidit: undè enim poſſet tanquam improviſo impetu mens ſemper parata ſubitari.* S. Eulogius lib. 2. Memoral. Sanct. c. 10. *Gaudenſque multipliciter in ſubitatione inſperatæ ſalutis*, &c. Vide *Deſubitare*.

SUBJUGA, Ζεύγλη, in Gloſſ. Gr. Lat. lignum propendens à jugo boum, ſeu pars ima jugi, in quam boves vel jumenta colla immittunt.

SUBJUGALE, Equus, jumentum. Auctor Mamotrecti ad 1. Eſdræ cap. 5. *Subjugalia, aſini, vel animalia jugo apta.* Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 731. *Subjugalia, mulos & equos, boves & camelos*, &c. Infra: *Multi ibi homines defecerunt & ſubjugales.* Matthæus Paris an. 1249. *Ad eandam ſubjugalis traxerunt imaginem Crucifixi, & B. Mariæ*, &c. Occurrit non ſemel in ſacris Literis. Gr. ὑποζύγιον.

SUBJUGARE, verbum nec antiquum, nec novum, aiunt viri docti. Claudianus:

— *Nulla eſt victoria major,*

Quam quæ confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.

Rollandinus lib. 6. c. 6. *Voluit Ecelinus arcem ſeu Rocham Eſtenſem, & alia collaterialia caſtra ſuo dominio ſubjugare.* Occurrit deinceps paſſim.

SUBJUGATIO, Servitium, exactio, *Malatolta*. Charta Petri Epiſcopi Salernitani apud Ughellum to. 7. pag. 501. *Qualemcumque ſubjugationem aut angariam imponere voluerimus.*

SUBJUGIUM, *Jumentum*, ὑποζύγιον, in Gloſſ. Gr. Lat.

SUBJUNCTORIUM, Vehiculum, in l. 10. Cod. Th. de Curſu publico: quod ſcilicet ab ὑποζυγίοις trahitur. *Nulli de cætero ſubjunctorio privato animalia publica præbeantur.*

SUBJURNARE, Morari, diem ducere, Gall. *Sejourner*. Gloſſæ MSS. *Perendinare, ſubjornare.* Charta Edw. I. Regis Angliæ to. 2. Monaſtici Anglic. pag. 1045. *Abſque omni ſervitio & exactione — & abſque* ...

canes ſubjurnare, homines vel equos ire vel mittere in exercitum, &c. Ubi *canes ſubjurnare*, eſt eos per diem excipere, vel nutrire. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS.

Et li Cevalier qui manoient
En la cité, & ſojournoient.

Sic alibi non ſemel. Vide *Sejornum*.

SUBLARDATUS. Joannes Monachus Bertinianus in Vita S. Bernardi Pœnitentis n. 35. *Morbum illum Græco nomine Sarcoma, id eſt vitioſam carnis ſuperabundantiam vocant. Quod ſi vulgariter juxta Theutonicæ linguæ idioma interpretari volueris, mulierem illam ſublardatam fuiſſe dicere potero.*

SUBLATERALIS, Subditus. Charta Creſimiri Regis Dalmatiæ an. 1059. apud Jo. Lucium lib. 2. p. 97. *Quin & cella quæ in ea eſt — huic ſublateralis obice ſine ullo efficiatur.*

SUBLEGERBUS, in Fœdere Alfredi & Godrini Regum cap. 5. qui fœdo ſe polluit inceſtu: ex Saxon. ſyble-ger, quippe ſyble, eſt cognatus & conſanguineus, & leger: concubitus, ſeu *accubitor*, ut vult Spelmannus: unde, inquit, Legatos reſidentes *Legers* vocamus.

SUBLESTIA, *Infirmitas, triſtitia*, in Gloſſ. Iſidori. Ibid. *Subleſtis, infirmus, triſtis.* Henricus Roſla in Herlingſberga:

Per loca pax fruges, peſtem ſubleſtia ſparget.

Vide Feſtum, & Latinos Scriptores.

SUBLIGAR, Cingulum quo equus ſubligatur, vel ligula caligæ. Gloſſarium Saxon. Ælfrici: *Subligar*: ƿeaƿmgyrd. Joannes de Garlandia in Synonymis:

Subligar eſt ligula, caligas quia ſubligat alte.

SUBLIMARE, Coctione vel igne perpurgare, *Sublimer*. Petrus Creſcentius lib. 2. de Agricult. cap. 4. *Sublimatio quidem & diſtillatio aquas rectificant malas.*

SUBLIMITAS, Titulus honorarius Regum, apud Nicolaum I. PP. Epiſt. 36. 50. &c. Epiſcoporum, apud Facundum Hermianenſem libro contra Mocianum, initio, Ruricium lib. 2. Epiſt. 11. 40. 52. 62. Joannem VIII. PP. Epiſt. 30. &c.

SUBLINGUIUM, Papiæ, *Operculum gurgulionis, quaſi parva lingua, quæ foramen linguæ recludit, vulgo Linguella dicitur. Sublinguium, ſonitus qui ſub lingua ſonat; quaſi bonus aut rectus ſonitus, aut ſubmurmur.* Addit Ugutio, *vel folium, vel aliud quod ſub lingua ponit & cantat, ut decipiat.* Gloſſ. Gr. Lat. ὑπογλώσσιον, *ſublingua*. Idem Ugutio: *Sublinguium, locus ſubtus linguam. Sublingium* nudè habent Gloſſæ Arabico-Lat.

SUBLONES, Ὀρυγες, Σιναίγριαν, in Gloſſ. Lat. Gr. emendat Caſaubonus, δεία, ἐρυγλαῖά π. Sunt autem eidem *Sublones*, hinnuli, cùm primùm cornua iis prorumpunt.

SUBLUCULUS, *Obſcurus*, ὑπόμαυρος, ὑποσκότεινος, in Gloſſ. Gr. Lat.

SUBMANENTES, *Submanſores*. Vide *Manentes*.

SUBMANICATUS, Ligatus, ligatus manicis, ſive vinculis. Gloſſarium Ælfrici Saxonicum: *Submanicatus*, Beƿlyȝan gebunden. i. ligatus, vinctus manicis. Lex Longob. lib. 1. tit. 16. §. 7. *Si ipſam comprehendere præſumpſerit, & ad caſam ſuam ligatam, aut ſubmanicatam adduxerit, componat ſol. 100.* Ubi Boerii Gloſſæ exponunt *ligatam manicis propriis*. Editio Heroldi pag. 151. habet hoc loco *ſammatinam*, ſed perperam.

SUBMANSOR. Vide *Manentes*.

SUBMEIES, in Gloſſ. Iſid. *Qui in lectulo mingit*. In Gloſſ. Lat. Gr. habetur *Submejulus* hac notione: locus non ſuccurrit.

SUBMANUM *Fulgur*, κεραυνοβόλιον διὰ τοῦ κεραυνοῦ, in Gloſſ. Gr. Lat.

SUBMERGIUM, Pœna ſubmerſionis, olim ſatis in uſu. Florarium SS. apud Bolandum 3. Jan. *Tandem ſubmergio adjudicatus, — in mare præcipitatus, illuſtre martyrium conſummavit.* Ejuſmodi pœnæ *ſubmergii* mentionem agunt non ſemel ſcriptores. Agobardus lib. de Grandine cap. 16. *Propter quam cauſam multos comprehenſos audivimus — pleroſque autem affixos tabulis in flumen projectos atque necatos.* Charta an. 1290. in Tabulario Inculiſmenſi Cameræ Comput. Pariſienſ. *Si ſuſpendi debeat condemnatus, videlicet ad furcas proximiori loco ubi fiet condemnatio per eoſdem, vel ſi comburi vel ſubmergi debeat, in loco viciniori fiat.* Will. Armoricus lib. 1. Philipp. de blaſphematoribus, pag. 102.

Sic ut qui legem fuerit tranſgreſſus eandem
Quinque quater ſolidos teneatur ſolvere Chriſti
Pauperibus, vel fluminea jaciatur in undas.

Annales Colmarienſes an. 1302. *Vitriman frater Scutariorum in ſacco ſubmergitur.* Charta Sigiſmundi Imp. an. 1312. in Probat. Hiſt. Sabaud. pag. 130. *Concedentes tibi nihilominus autoritatem plenam — aſſaſſinos & robatores ſtratarum laqueandi, judicandi, ac piratas maris ſubmergendi, juxta ſacrorum legum Canonum & jurium communium ſacratiſſimas Sanctiones.* Vita Innocentii VI. PP. *De quibus idem Papa juſtitiam ſatis rigidam fieri mandavit, ſic quod multi ex eis, etiam qui ſe nobiles æſtimabant, eranique apparenter ſatis magni ſtatus, ſubmerſi fuerunt, aut alias trucidati*, &c. Adde Albertum Argentin. pag. 155. Albertum Stadenſem an 1163. Abulfaragium in Hiſt. Dynaſtiarum pag. 262. &c. Octavianus *de S. Gelais* in Viridario honoris, de Carolo VIII. Rege Franc.

Et pour en Rome ſon pouvoir limiter,
En champ de Flour en fiſt décapiter;
Pareillement jetter en la riviere
Fiſt cinq ou ſix, parquoi on peut noter
Que ſa puiſſance eſtoit fort ſinguliere.

Vide Radulfum de Hengham in Summa parva cap. 3. Jo. Forteſcutum de Laudibus legum Angliæ cap. 35. Monſtrelletum 1. vol. cap. 265. & alibi, Meuriſſium in præf. ad Hiſt. Epiſc. Metenſ. p. 17. & ſupra in *Foſſa*.

SUBMILITONES, Vaſſalli. Tabularium Abbat. Conchenſis in Ruthenis ch. 15. *Conſenſerunt etiam ad dictum ejus & factum principes amborum Caſtrorum, filii, ve ſubmilitones, pauperes, divites, nobiles, ignobiles*, &c.

SUBMINOR, Minoris pretii. Vide *Plumacius, Gamaye*.

SUBMONERE, *Summonere*, Citare, vocare, Gallis *Semoner*. Leges Edwardi Confeſſ. & Guillelmi Nothi c. 1. *Rex Angliæ Guillelmus — fecit ſummoniri per univerſos Angliæ Conſulatus univerſos Anglos nobiles, ſapientes, & ſua lege eruditos*, &c. Adde cap. 10. 35.

Submonere ad exercitum, in Conſtit. Sicul. lib. 2. tit. 20. Bromptonus an. 1178. *Et poſtea ſummonere fecit Comites & Barones Normanniæ per literas ſuas, quod eſſent ad eum apud Argentonium in Feſto S. Dionyſii equis & armis parati ſecum in ſuo ſervitio remanendi.* Matth. Paris an. 1242. *Fecit etiam militare ſubſidium per provincias ſibi ſubditas, quale ſolet Francia fundere, edicto regali communiter convocari, & civilium communiarum legiones ad ſubmonitionem regiam alacriter animari.* Le Roman de Garin MS.

Mandez vos homes ſans prendre nul reſpit,
Qu'il n'i remagne qui armes puiſt ſoffrir,
Ses ſemonnez qu'il vos viengent ſervir
Cil qui de vos vodra terre tenir.

Alibi:

Vet ſ'en Fromond, ſemoint ſon barnage.

Formula Submonitionum militarium antiqua habetur apud Frotharium Tullenſem Epiſcopum Epiſt. 25. recentior in Regeſto 10. 12. & 36. Philippi Pulchri Regis Franc. Chartophylacii Regii, quam hîc damus.

Philippe, &c. Pour cauſe certaine & neceſſaire qui touche l'Eſtat, de nous & de tout noſtre Royaume, nous vous mandons & commandons que vous venez ſans nul deffaut ſuffiſament appareillez en armes & en chevaus ſelon voſtre eſtat, & ſelon ce que vous devez, & en outre ſi ſuffiſament que nous nous en devons tenir pour bien payez, ſoiez à Arraz à ceſt premier jour de Juing prochien venant, pour faire & accomplir diligemment ce que vous ſera commandé

& enjoint de par nous. Donn, à Paris le Lundi emprés l'Invention Sainte-Croix, l'an de grace 1302.

Philippes par la grace de Dieu Roys de France, au Baillif de Conſtantin, Salut. Come nous par nos lettres pendans t'avons autrefois mandé, que tu les Prelaz, Eveſques, Abbez, Chapitres, & autres perſonnes d'Egliſe de ta Baillie, qui eſt, chevauchie, & quelque autre maniere de ſervice nous doivent, priaſſiez & requiſſiez de par nous, & avec ce les ſemonſiſſez, que il as octaves de la Nativité Saint Jehan Baptiſte nouvellement paſſee fuſſent à Arras en armes & en chevaux ſi ſouffiſamment comme il devroient, & come à chaſcun d'eux appartiendroit, pour nous ſervir, & aler avant avec nous en la beſoigne de noſtre guerre de Flandres, ſi comme le fait le requiert; nous veans que à ladite Octave ne povions avoir la gent que cuidions & entendions à avoir, & qui pour aucunes cauſes appareſſans de novel, avons ferme propos de eſtre audit lieu à la quinzaine de ladite Feſte Saint Jehan, & encore pluſtoſt, ſe nous onques povons; car dés le jour dui nous ſomes à la voie de nous traire cele part pour pourſuivre le fait de noſtredite guerre le pluſtoſt & le plus haſtivement que pourons à l'aide Dieu: & mandons que tu haſtivement, & ſans point de delai les requieres derechief, & priez de par nous, & à ce les ſemons ſi eſtroitement comme tu pourras, que il à ladite quinzaine ſans nulle faute ſoient avec nous ſi come il devront audit lieu en armes & en chevaux, & autrement apareillié comme à eus apartient, en maniere que nous ſoions tenus à eus à touſiours mais, & ceſtui mandement & ſemonce fais à leur ſubgiez eſquiex nous avons haute Juſtice, & à ceux eſquiex il ont haute Juſtice fai faire cette ſemonce, & ceſt mandement par les Prelaz deſſuſdis. Donné à Paris le Mercredi apres la Feſte Saint Pere & Saint Pol l'an de grace 1304.

Au Prevoſt de Paris ſalut. Nous te mandons & commandons que tous les non nobles de ta Prevoſté, qui ont la value de cent livres pariſis en meubles, ou de deus cens livres de tournois en meubles & en heritages tout enſemble, ſemon & contraing, ſi comme tu pourra plus que ſans nulle dilation, ſoient à la quinzaine de la Magdelaine prochaine venant à Arraz, garni & appareillie pour faire voſtre ſervice, ſi que nous nous en doions tenir pour bien paié.

Au Baillif de Senlis, ſalut. Comme nous t'avons mandé par nos autres lettres que tous ceus de ta baillie qui de toi tiennent en fié, qui ont la value de 200 l. de rentes à tournois, de quelque Seigneur que il tiennent; ſemonſiſſes que chier comme il nous ont, & ſus quanque il ſe pevent meffaire, vers nous, ſoient à Arras à la quinzaine de la Magdelaine en armes & en chevaux appareilliez, de nous ſervir en noſtre beſoigne de Flandres, & ſi garni & arrée que nous en doions tenir pour bien paié, & que nous en ſachions gré; encore te mandons-nous & comandons, que tu ledit mandement faces & accompliſſes bien & diligemment, & tous Chapitres, Abbez, Priours, & Convens, Egliſes, & Commun de ta Baillie, qui aucun ſervice nous doivent faire, & à toute autre maniere de gens quelque ils ſoient, & coment que il ſoit encore contenu eſdites lettres, que tu feiſſes generalement crier par toute ta Baillie, qua toute autre maniere de gens, ſoient Gentilshommes ou autres, ſoient garnis & appareilliée en armes & en chevaux ſelon l'eſtat de chaſcuns, en tele maniere que ils ſoient preſt & garni de faire noſtre ſervice toutefois que nous leur ferons ſavoir. Le devant cri & comandement general fait bien & diligemment faire & accomplir, ſelon que il eſt contenu en noſdites lettres. Complures aliæ ejuſdem ferè tenoris habentur nobilium ſubmonitiones in hiſce binis Regeſtis, de quibus præterea agimus in v. v. *Hoſtis, Heribannum*. Tantum obſervo Barones in Francia per proprias Principis literas ſubmoneri ſolitos, quod attigimus in Elogio Joannis D. Joinvillæ pag. 19. Vide Statuta Delphinalia pag. 39.

Submonere. In jus vocare per apparitorem, *implacitare*, citare. Quoniam Attachiamenta c. 2. *Eſt autem ſummonitio, certi diei & loci exhibitio, partibus facta ad diem legalem*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 41. *Qui reſidens eſt, ad domum ſuam ſubmoneri debet de quolibet placito cum teſtibus. Ad rectum ſummoniri*, cap. 42. 45. Sugerius in Ludovico VI. cap. 2. *Nec mora quin præfatum Burchardum ante Patrem Caſtro Pinciaco ſubmonitum coegerit*. Paſſim, de iis *ſubmonitionibus* multa habent Bracton lib. 5. tract. 1. cap. 6. Fleta lib. 6. cap. 6. Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 6. Quoniam attachiamenta cap. 2. 5. Bellomanerius MS. cap. 2. Butelerius in Summa Rurali lib. 1. c. 3. Vetus Conſuetudo Normanniæ cap. 61. &c. Vide *Placitum*.

In controverſiis quæ inter ipſos *Pares* enaſcebantur, reum Dominus evocabat per *pares* ipſos, ſeu vaſſallos, qui judicio intereſſe debebant. Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 223. *Comment, & où le Seigneur peut & doit faire ſemondre ſes hommes du ſervice qu'il lui doivent. Se ſont les manieres, ſelon ce que à moi ſemble. & ſoviens ores, coment les Seigneurs peuvent & doivent faire ſemondre leurs homes dou ſervice que ils li doivent & que il les en peuvent faire ſemondre, mais que il ait court là où il les ſemont. Ce eſt aſſavoir deus de ſes hommes, ou plus, & le peuvent faire ſemondre par trois de ſes hommes un en ſon lieu, & deux come court, ou bien par ſon banier.* Et cap. 225. *Le Seigneur peut encore ſemondre lui-meſme ſon vaſſal, & en ce cas il le doit faire devant deux de ſes hommes, ou plus, pour ce que il a recort de Court, ſe meſtier li eſt. Le Romand du Renard MS.*

Sire, pour ce devant l'eſgart
Deuſſiez ſemondre Renard
Par un de vos Pers, & mander:
Ne deuſſiez pas commander,
Faire ſemondre par garçon
Tel Chevalier, ne tel Baron.

Extant complura hujuſce moris exempla in Tabulis & Hiſtoriis Francicis, ex quibus inſigne eſt illud quod refert autor Chronici Flandrici cap. 33. ubi ait Regem Angliæ Eduardum ſubmonitum fuiſſe à duobus Paribus Franciæ, Epiſcopis Bellovacenſi & Noviomenſi: *Quand le Roy de France oit les nouvelles & complaintes, qui de tous lez venoient des gens le Roy d'Angleterre, moult en fu iré. Si manda tantoſt les Pers de France, & leur montra les injures que le Roy d'Angleterre lui faiſoit, & les conjura que droit luy en diſſent. Et les Pers jugerent qu'on envoia deux des Pers au Roy d'Angleterre. Tantoſt on y envoia l'Eveſque de Beauvais & l'Eveſque de Noyon: & ne finirent, ſi vindrent en Angleterre, & trouverent le Roy en un ſien Chaſtel, qu'on appelle Windeſore. Là lui baillerent leurs lettres, & lui dirent, Sire, les Pers de France ont jugé qu'on vous adjourne ſur les demandes que le Roy de France vous fait, & nous qui ſommes Pers de France, vous y adjournons, & que dedans 40. jours venez reſpondre à cette choſe.* Aliud exemplum antiquius ſubmonitionis per Pares hîc damus ex Tabulario Campaniæ, quod in Bibliotheca Regia aſſervatur fol. 139. & 112. ex quo cujuſmodi etiam fuerit Parium Franciæ judiciorum ratio, cuivis colligere liceat. *Guillermus D. G. Cathalaunenſis Epiſcopus univerſis ad quos præſens ſcriptum pervenerit, in Domino ſalutem. Noverit univerſitas veſtra, quod cum dilecta & fidelis noſtra Blancha Comitiſſa Campaniæ citata eſſet per Ducem Burgundiæ, M. de Montemaurentiaci, & Willelmum de Barris ut iret in Curiam Domini Regis juri paritura ſuper querela quam Erardus & Philippa quæ dicitur uxor ejus contra eamdem Comitiſſam & & Th. ejus filium proponebant: & ſuper eo quod idem Erardus & eadem Philippa petebant à domino Rege ut ipſe Rex reciperet hominagium ejuſdem Erardi de Comitatu Campaniæ, ſicut inde tenens fuerat quondam Comes Henricus, quem ipſa Philippa patrem ſuum eſſe dicebat: tandem apud Meledunum in præſentia D. Regis conſtituti prædicta Comitiſſa Campaniæ & Th. filius ejus ex una parte, & prædicti Erardus de Brena & Philippa ex altera, requirentes ſuper hoc ſibi fieri judicium, judicatum eſt ibidem à Paribus Regni Franciæ, videlicet à venerabili patre noſtro A. Remenſe Archiep. & dilectis fratribus noſtris Willelmo Lingonenſi, Ph. Belvacenſi St. Noviomen-*

ſi Epiſcopis, à nobis etiam & ab Odone Duce Burgundiæ &
à multis Epiſcopis & Baronibus Regni Franciæ, videlicet
Altiſiodorenſi, R. Carnotenſi, G. Silvanectenſi, & J. Lexo-
vienſi Epiſcopis, & Willelmo Comite Pontivi, R. Comite
Drocarum, P. Comite Britanniæ, G. Comite S. Pauli,
Willelmo de Rupibus Seneſcallo Andegavenſi, Willelmo
Comite Joigniaci, J. Comite Bellimontis, R. Comite de
Alencon, audiente Domino Rege & judicium approbante,
quod homenagium Erardi de Brena vel Philippæ ſupradi-
ctæ de Comitatu Campaniæ nullatenùs recipere debeat
quamdiu Bl. Comitiſſa & Th. filius ejus vellent jus facere
in Curia Domini Regis & proſequi, quia uſus & conſue-
tudo Franciæ talis eſt, quod ex quo aliquis ſaiſitus eſt de a-
liquo feodo per Dominum feodi, Dominus feodi non debet
alium recipere in hominem de eodem feodo quamdiu ille qui
ſaiſitus eſt de feodo per dominum feodi velit & paratus ſit
jus facere in Curia Domini feod., & proſequi. Et quia Co-
mitem Th. patrem iſtius Th. per aſſenſum Baronum regni
Franciæ nullo contradicente recepit Dominus Rex in homi-
nem de Comitatu Campaniæ & Briæ, ſicut pater ejuſdem
Comes Henricus inde tenens fuerat, & poſt deceſſum dicti
Comitis Th. recepit Blancham Comitiſſam de eodem Co-
mitatu in feminam ſuam ſicut de baillio, & poſtea Th. filium
ejus ſalvo baillio matris ſuæ de eodem Comitatu in hominem
recepit nullo contradicente; de jure non debebat Dominus
Rex diſſaiſire B. Comitiſſam vel Th. filium ejus de Comi-
tatu Campaniæ & Briæ, quamdiu parati eſſent jus facere in
Curia ipſius Regis, & proſequi. Et ipſa Comitiſſa coram
Domino Rege, coram nobis & coram Baronibus regni id
ſemper obtulit. Hoc autem judicium prædictum conceſſerunt
prædicti Erardus & Ph. & ea die qua iſtud judicium fa-
ctum fuit, nihil amplius quæſierunt à prædicta Comitiſſa
Campaniæ & ejus filio, & ſic ſine die receſſerunt. In cujus
rei teſtimonium præſentes Litteras fieri præcepimus ſigilli
noſtri munimine roboratas. Actum Meleduni anno Dom.
MCCXVI. menſe Julio.

Interdum etiam ad ejuſmodi ſubmonitiones adhibe-
bantur *Milites*, non *Pares*, quod ex Areſto dato Pari-
ſiis anno 1224. docemur, in quo hæc habentur: *Cùm*
eſſet contentio inter Johannam Comitiſſam Flandriæ ex
una parte, & Johannem de Nigella ex altera, idem Joan-
nes appellavit Comitiſſam de defectu ad Curiam Regis.
Dominus Rex fecit Comitiſſam citari coram ſe per duos
Milites. Comitiſſa ad diem comparens, propoſuit ſe non
ſufficienter fuiſſe citatam per duos Milites, quia per Pares
ſuos citari debebat, partibus appodiantibus ſe ſuper hoc, ju-
dicatum eſt in Curia Domini Regis, quod Comitiſſa fuerat
ſufficienter & competenter citata per duos Milites, & quod
tenebat & valebat, ſubmonitio per eos facta de Comitiſſa.
Edwardus I. Rex Angliæ & Dux Aquitaniæ ſubmoni-
tus fuit à Seneſcallo Petricorenſi & duobus aliis Mi-
litibus ad Parlamentum Regium 20. poſt Nata-
lem Domini die, an. 1293. tenendum, reſponſurus de
aliquot exceſſibus ac forisfactis. In tranſactione inita in-
ter Carolum V. Regem Franc. & Philippum Ducem
Aurelianenſem pro ejuſdem Ducis apanagio, menſe Ja-
nuario an. 1366. exaratum legitur, Ducem ſubmonitum
fuiſſe per Comitem Boloniæ & Comeſtabulum Franciæ:
in Regeſto *Olim*, fol. 57.

Id olim juris ſibi arrogarunt Prælati Normannici, ut
quoties per Regem ab apparitore regio citarentur ac ſub-
monerentur, is quatuor Militibus comitatus eſſe debe-
ret: *Quod quoties citantur Epiſcopi, cum ſerviente Regis*
interſunt quatuor Milites, ut poſſint ferre recordationem
de citatione facta: aliter nec ad citationem venire, nec ſi
venerint reſpondere cogentur. Inhoneſtiſſimum enim eſſet,
ut dicebant, quod aſſerente ſerviente Regis ſe citaſſe Epi-
ſcopum, compelleretur Epiſcopus vel emendam præſtare tan-
quam deficiens, vel jurare, ſicut faciunt alii ſe non fuiſſe
citatum. Quapropter Regem rogarunt ut hæc conſue-
tudo deinceps ſervaretur: quod ſtatutum à Rege fuit in
rebus quæ *Baroniam* tangerent ſolummodò: *Interer unt*
quatuor Milites quando citabuntur Epiſcopi ſuper rebus
pertinentibus ad Baroniam. Inter inqueſtas terminatas Pa-
riſiis in Parlamento B. Martini Hyemal. an. D. 1258.
Atque id relatum in veter. Conſuetud. Normann. cap.
61. *Les Barons doivent eſtre ſemons par le Bailli ou par le*
Vicomte, ou par le maiſtre Sergent, pardevant quatre Che-
valiers au moins, qui puiſſent porter teſmoignage de la ſe-
monce.

Quod verò dicebant Epiſcopi inhoneſtiſſimum fore,
ut ſervienti Regio fides adhiberetur ſubmonitionem à ſe
factam aſſerenti, non verò Epiſcopis denegantibus, Aſ-
ſiſiæ Hieroſolymitanæ cap. 225. id ſtatuunt, ſi Bane-
rius (*Le Banier*) ſeu Apparitor, Baronem aliquem
de ſervitio ſuo ſubmonuerit, & is defecerit, Bane-
rio ſubmonitionem factam à ſe aſſerenti fidem haben-
dam: *Le Banier en doit eſtre creu, ſe il dit que il l'a ſemons:*
& ſe lui dit par la foi que il doit au Seignor que le Banier
ne le ſemoniſt de cette ſemonce, ſi com il dit, & attaint en
eſt quite, ou ſe non il pert ſon fie. Hinc fortè natum apud
nos proverbium: *Sergent à Roy eſt Pers a Comte.*

Cæteri etiam Barones Franciæ ſimile ſibi jus aſſerere
conati ſunt, ut non niſi à Militibus ſubmonerentur. *Su-*
per eo quod quidam Barones Do. Regi ſupplicabant, quod
homines & ſubditi ſui non adjornarentur coram D. Rege
per gentes Regis, ſed potius per ipſos: reſponſum fuit quod
dominus Rex hoc non faceret, nec hoc tenebatur facere niſi
vellet. Inter Judicia, Conſilia & Arreſta expedita in Par-
lamento candeloſæ an. 1276.

Eadem ratione Epiſcopi, qui ſibi invicem Pares di-
cuntur, locis in v. *Par* laudatis, non niſi à paribus Epi-
ſcopis judicari atque adeo ſubmoneri poterant. Nota
ſunt quæ de Neſtorio Patriarcha CP. & Dioſcoro Pa-
triarcha Alexandrino habent Acta Conciliorum Ephe-
ſini & Calchedonenſis, quos ab Epiſcopis ad ea Conci-
lia citatos & ſubmonitos narrant. Vide Liberatum
Diac. cap. 13. & Joannem VIII. PP. Epiſt. 275. Li-
bellus proclamationis Rothadi Epiſcopi Sueſſionenſis
an. 863. *Tunc tres Hincmarus Archiepiſcopus Epiſcopos*
ad me miſit, mandans ad Synodum ipſam ut ſine moratio-
nirem.

Id denique juris ſibi olim aſſeruere Francici Prælati,
Regem Eccleſiarum vaſſallos per ſuos officiales ſubmo-
nere non debere, ſed per Eccleſiaſticorum officiales. Inter
articulos Regi Philippo Pulchro oblatos ſub exitum an.
1296. à Franciæ Prælatis pro auxilio pecuniario pro
bello Aquitanico & Flandrenſi, hæc habentur: *Verùm*
cum temporibus veſtris in hominibus Eccleſiarum quædam
novitas ſit inducta, videlicet quod ad exercitus veſtros
Flandriæ ac Waſconiæ ire, vel mittere, vel ſe redimere per
veſtros Curiales dicti homines ſunt compulſi faciendo nomi-
ne veſtro banna & præconizationes in terris Prælatorum
ipſorum ſine voluntate, imò etiam contra voluntatem eo-
rum, quod nunquam aliàs anteactis temporibus factum fuit,
ſupplicant ſupradicti Prælati eis concedi Litteras regias,
quod per præmiſſa veſtro tempore innovata Eccleſiis, vel
earum hominibus præjudicium nullum fiat, & quod à ſimi-
libus ceſſabitur in futurum. Charta Radulphi de Balgen-
tiaco an. 1085. in Tabulario Vindocinenſi fol. 193.
Nullum faciet ire in bannum, vel corveam, ſive Equi-
tatum, (præterquam in aliquot caſibus ibi expreſſis,) *&*
tunc quidem non per Præpoſitum ſuum aut vicarium ſuum
ſubmonebuntur homines monachorum, ſed monachis tan-
tum dicetur ut ipſi unum de ſervientibus ſuis homines fa-
ciant ſubmonere.

Reſummoniare, Iterum ſummonere, in Fleta lib. 1. c. 1.
§. 20.

Summoſa, pro *ſubmonitione*, in Charta Roberti Guiſcardi,
apud Baron. an. 1095. n. 20. *Et in Curia ipſius mona-*
ſterii per ejus ſummoſam veniant ad juſtitiam faciendam.

Submonitor, Gallis *Semonneur*. *Legalis ſummonitor*, in
Regiam Majeſtat. l. 1. cap. 6. §. 2. Tabularium Vin-
docinenſe: *Per ordinarium ſubmonitorem in curiam vo-*
catus. Breve Judiciarium apud Littletonem ſect. 234.
Et quod ſummoneat eos per bonos ſummonitores, quod ſint
coram Juſtitiariis, &c. *Li Somoneour*, in Legibus Nor-
mann. Will. Nothi c. 45. Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap.
72.

78. *Les 3. ſemonneirs doivent querre celui de quoy l'on s'eſt clamé.* Infra: *Si requiert & commande à ſa Cour, que elle li connoiſſe, ſe il eſt attaint du murtre, & ſe les ſemonneirs ont recordé en la cour que ils avoient fait la ſemonce.* Adde cap. 215. & ſeqq. & 223. Apud Bellomanerium in Conſuetud. Belvacenſi caput. 2. inſcribitur, *des ſemonces & des ſemonneurs & de cens qui n'obeiſſent as ſemonces, & comme on doit ſemonre.* De officio *Summonitorum*, agit præterea Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 5.

Submonitoria, Epiſtolæ quibus Epiſcopi ad Concilium ſubmonentur, & evocantur. Radulfus de Diceto: *Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, de convocandis ad Concilium generale ſubmonitorias patentes oſtendit.*

SUBNEMUS. Vide *Subboſcus*.

SUBNERVARE, Willelmo Britoni in Vocab. MS. *eſt nervos poplitum ſuccidere. Tunc equus ſubnervatur, cum nervi poplitum præciduntur. Veredos truncare*, in Anonymo Valeſiano de Conſtantino M. pag. 471. Gloſſ. Gr. Lat. *Subnervare*, νευροκοπῶ. Ignotus Caſinenſis cap. 9. *Poſt dies aliquot ſuos ſubnervantes equos, navigare cœperunt.* Occurrit in Joſue c. 11. 2. Regum c. 8. & 1. Paralipom. c. 18. Vide *Expeditare*, & *Sgarettare*.

SUBOCULARE, Pars quæ ſubeſt oculis, Græcis ὑπώπιον. Joannes Diaconus in Vita Gregorii M. lib. 4. c. 84. ubi deſcribit vultum ejuſdem Gregorii: *Fronte ſpecioſa, alatis & longis ſed exilibus ſuperciliis, oculis pupillæ fulvis, non quidem magnis, ſed patulis, ſubocularibus plenis*, &c. *Suboculares venæ*, apud Vegetium lib. 4. Artis veterin. cap. 4.

SUBPLACITARE. Vide *Placitum*.

SUBPOSITORIUM. Gloſſæ Gr. Lat. ὑποπόδιον, *Scabellum, ſubſellium, ſcamillum, ſubpoſitorium.* Sed legendum videtur *ſuppeditorium*.

SUBPRIOR, qui abſente Priore cœtui Monaſtico præeſt. Ordericus Vital. lib. 5. *Subprioris curam diutius geſſit, viceſque Abbatis in divinæ legis prolatione ſæpius explevit.*

SUBPULMENTARIUS. Quid ejuſmodi voce veteres ſignificare voluerint, haud certò ſcio, inquit Panvinius, niſi is *Subpulmentarius* fuerit, qui pauperibus ea eleemoſynarum genera è Palatio Pontificis diſtribuebat, quæ vel menſæ ſuperfuerant, vel ad cibum pertinebant: quod innuere videtur Bibliothecarius in Hadriano. Mox addit eundem eſſe cum Paracellario. Meminit Benno Cardinalis in Hiſt. Gregor. VII. *Subpulmentarii*, Officialis Eccleſiæ Rom. ut & Luithprandus lib. 6. cap. 6.

SUBREGULUS, Princeps Regali fermè poteſtate. Witikindus lib. 2. de Geſtis Saxonum: *Timenſque ſibi vicinum Subregulum, eo quod paruiſſet imperiis Saxonum, indixit ei bellum.*

Subreguli præterea appellabantur Majores-domus ſub prima Regum Francicorum ſtirpe, quod rerum ſumma penes eos eſſet. Vita S. Arnulfi Epiſcopi Metenſis cap. 4. de Gundulfo Majore Palatii: *Gundulfo Subregulo, ſeu etiam Rectori Palatii, vel Conſiliario Regis exercitandus in bonis artibus traditur.* Urſinus in Vita S. Leodegarii cap. 8. de Ebroino: *Et cum Major-domus effectus eſſet, cogitare cœpit de ultione inimicorum, qui eum noluerant habere Subregulum.* Geſta Francorum cap. 11. *Wiomadum amicum Childerici Subregulum ab Egidio iterum Franci inſtituerunt.* Frigebodus in Vita S. Audoëni Rothomag. Archiep. *Res Palatii adminiſtrante Waratone Subregulo.* Sic Carolum Martellum Majorem domus Regiæ Francorum compellat Gregorius III. PP. in Epiſt. 5. & 6. *Domino excellentiſſimo filio Carolo Subregulo, Gregorius Papa.* In 7. *Principem Francorum* vocat: Gregorius II. *Ducem*, Epiſt. 2. *Patricium*, Epiſt. 8. Ita apud Anglos Æthelſtanus Dux Orientalium Anglorum, propter ſummam quam ſub Æthelſtano Rege potentiam obtinuit, *Half-king*, id eſt *ſemirex*, appellatus fuit. Vetus Scheda ex Lelandi Collectaneis, apud Will. Dugdalum in Antiquitatib. Warwicenſib. pag. 514. *Cum maximè florerem in diebus Æthelredi Regis Merciorum, cœpi eum benignè precari, ut mihi concedere dignaretur antiquum Cœnobium, quod Flaudeburg nuncupatur, quod ſibi evenit ex hæreditate ſuæ uxoris, quæ fuit Oſtrithis vocata: ſatis ille libenti animo quod poſcebam conceſſit. Hoc Cœnobium poſtea dedi Æthelardo Subregulo, qui erat Rex illius provinciæ, quæ Wicce dicitur, pro alio Cœnobio, quod Stratforde nominatur.* Vide Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 231. & ſupra in *Regales*, *Regulus*.

SUBRELICTORUM *Liber*, qui vulgò *Paralipomenon*, apud Luciferum Calaritanum de Non conveniendo cum Hæretic. pag. 197. 1. edit.

SUBRICULA, Σιδεμος, in Gloſſ. Gr. Lat.

SUBSADIRE. Vide *Solſadire*.

SUBSANNIUM, Deriſio, ſubſannatio. Indiculus Luminoſus: *Chriſti Domini gregem non uniformi ſubſannio, ſed millено contumeliarum infamia impetivit.* Idem: *Aliqua ſuper ejus meretricationis ſubſannium — habita conſtillatione verborum.* S. Eulogius lib. 3. Memor. Sanctor. cap. 16. *Accuſatur coram judice de ſubſannio vatis ſui.*

SUBSANNUM. Acta paſſionis S. Felicis Tubzocenſis Epiſcopi: *Tunc Felix Epiſcopus navem conſcendit, catenarum duris nexibus colligatus, & fuit in ſubſanno navis quatuor diebus & quatuor noctibus, jacens ſub pedibus equorum*, &c. Ubi quidam ita hæc interpretantur, tanquam is fuerit in *ſubſannio* eorum qui in navi erant.

SUBSCRIBENDARIUS, unus in Notitia Imperii, omnibus per Orientem Comitibus & Ducibus rei militaris tribuitur. Hujus etiam mentio fit in l. 1. Cod. Th. de Erogat. militar. annonæ, & in l. 8. de Cohortalib. eod. Cod. *Subſcribendarii* verò proprium munus haud omnino certum: vide conjecturas Jacobi Gotofredi ad d. l. 1.

SUBSCRIBERE, Infrà ſcribere, ſubjicere. Epiſtola Abbatis de Ebora: *Quod Prapoſitus de Tries dictum ſcripſit fidem ſuam ſe nobis expoſuiſſe, noveritis non aliter, quam ſubſcripſimus, fuiſſe.*

SUBSRIPTI, dicebantur Baptiſmi candidati, quià qui baptiſmum poſtulabant, ſcripto nomen edere tenebantur, ut liquet ex Concilio IV. Carthag. can. 85. Cyrillo in prologo Catecheſeon, &c. Extat Epigramma Ennodii cum hac inſcriptione: *Epigramma in ſubſcripto:*

Quod tibi natura dederit lex germen, amice,
Hos mihi fons tradat vivificantis aquæ.

Vide *Competentes*.

SUBSELLIÆ, Clitellæ, quæ *ſub ſella* equi aut aſini ponuntur. Fori Bigorritani art. 33. *Pageſius qui in conſuetudine non habet ſomatas deferro, ſi inventus fuerit à Milite, vel à Militis aut Comitis ſerviente, qui invenerit, vinum & ſubſellias accipiat, aſinum verò Comiti mittat.*

Subſellium ornamentum equi ſub ſella poſitum, Ugutioni. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham pag. 748. *Provideant etiam — & cæteri ad quorum curam ſpectat de ſubſelliis, ut talia fiant, quæ ſufficiant tueri læſuram equorum*, &c.

Subſellium. Charta Hugonis Epiſcopi Sueſſionenſis ex Tabul. Prioratus S. Sulpitii de Petrafonte: *Ut eam (terram) quantum voluerit colat, & de ea quantum voluerit, & quibus voluerit, colendam tradat, ita tamen ut terragium & ſubſellia accipiat, & jus omne ſibi vendicet*, &c.

SUBSELLIO. Paſſio S. Leopardini MS. *Tali nuntio perterrita Blitildis, ſubſelliones ſua evocat famulos, non procraſtinata hora*, &c.

SUBSEQUIUM, Servitium, Ugutioni, & in Catholico parvo.

SUBSEQUIVUS, Subſequens. *Subſequiva ſecula*, apud Julianum Toletanum in Hiſtor. Vambæ Regis pag. 821.

SUBSESSÆ, Inſidiæ, Gloſſ. MSS. ex Servio: *Subſeſſores, qui occiſuri aliquem delitеſcunt. Hinc ſubſeſſa, doli inimicorum.* Vegetius lib. 3. cap. 6. *Adverſarii in his locis*

quæ ſibi opportuna intelligunt, ſubſeſſas occultius collocant. Mox: *Deprehenſa verò ſubſeſſa, ſi circumveniatur utiliter, plus periculi ſuſtinet, quàm parabat inferre.* Vide cap. 22. eod. lib. Ita *ſubſidere* apud Ammian. lib. 14. uſurpatur pro ἐφεδρεύειν, inſidias ſtruere. Fragmentum Petronii pag. 17. *In quibus retia erant picta, ſubſeſſoreſque cum venabulis, & totus venationis apparatus.* Vide Turnebum lib. 5. Adv. cap. 8.

SUBSIDES, Subſidium, auxilium. Fridegodus in S. Wilfrido c. 55.

Subſidibus patris ex omni regione coactis.

SUBSIDIALIS, Subſidium, auxilium, vel potiùs præſtatio auxilii nomine. Charta Ludovici Pii Imp. pro Eccleſia Mutinenſi, apud Ughellum: *Confirmationem quam Cunibertus Rex fecit ad Eccleſiam S. Geminiani, de villa Purcili, ſive tributum, vel ſubſidiales, atque angarias, quas ſervi ejuſdem ſancti Geminiani ad ipſum caſalem laborandum & excolendum habuerunt.*

SUBSIDIO, Obſidio. Vita S. Antidii Archiep. Biſonticenſis cap. 6. *Univerſas poſthac Galliarum urbes pervagans, alias ſubſidione delevit, alias incendio crematvit.*

SUBSILLES. Lambertus Ardenſis pag. 152. *Altaria quoque de Hondeſcoto, & ſubſilles circa ejuſdem villæ atrium, & morum ſive mariſcum.*

SUBSTANTIA, Alimentum. Lex Wiſigoth. lib. 8. tit. 5. §. 7. *Quantum in ſubſtantia ipſius caballi expendiſſe juraverit.*

Subſtantia, Bona, Gall. *Subſtance*. Vetus Teſtamentum apud Scævolam l. 17. D. de Dolo malo & metu. *Hoſtes qui mihi ferè omnem ſubſtantiam abſtulerunt.* Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 60. *Diſſipavit ſubſtantiam ſuam.* Gregorius M. lib. 9. Epiſt. 31. *Sigillum in ſubſtantia alicujus imponere.* Utitur etiam non ſemel Senator. Vide Lex Jur.

SUBSTERNIUM, Stramentum equi, *Litiere*. Gervaſius Tilleberienſis MS. in Otiis Imperialibus Deciſ. 3. cap. 94. de quodam equo: *Solo pane triticeo in concha veſcebatur argentea, & culcitra de pluma pro ſubſternio utebatur.*

SUBSTILLUM, Δουνεία, in Gloſſ. Gr. Lat.

SUBSTRATORIUM, Mappa altaris, cui Corporale inſternitur. Ordo Romanus: *Pallæ verò quæ ſunt in ſubſtratorio, in alio vaſe debent lavari, in alio corporales pallæ.* Eadem habet Gregor. M. in libro Sacram. in Ordinat. Subdiac. pag. 235. Stephanus Eduenſis Epiſcop. de Sacram. altaris cap 5. de Diaconis: *Horum eſt miniſterium Epiſtolam legere, Levitis miniſtrare, altaria componere, ſubſtratoria, pallas, corporalia, lavare,* &c. Vita S. Theotonii Canon. Regul. c. 1. *Vaſa corporis & ſanguinis Chriſti Diaconibus ad altare deferebat, & iterum referebat, corporales pallas, & ſubſtratoria lavabat.* Ex his fortè emendandus Anaſtaſius in S. Hormiſda PP. ex cod. Mazarino: *Chlamydem Imperialem, & ſtolam & ſubſutorium ſuper confeſſionem B. Petri Apoſtoli.* Alii codd. habent *ſuffitorium*, vel *ſuccinctorium*. Ubi legendum videtur *ſubſtratorium*. Durando lib. 1. Ration. c. 3. n. 23. *ſubſtratoria*, ſunt *tapeta*, quæ pedibus ſubſternuntur, & precipuè Epiſcoporum, quaſi ſtratio pedum. Vide *Palla*.

SUBSTRATUM, idem quod *Subſternium*, Stramentum equi. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Dat annis ſingulis in hoſtelitia fœtam 1. cum agno — lignum ad mon. car. 1. in villa car. 2. ad ſubſtratum car. 5. ad vineam de materiamine carr. 5.* Infra: *Ad ſubſtratum, & materiamen car. 10.*

SUBSUMMATIM, Statim. Vita S. Wunebaldi cap. 7. *Et ſubſummatim inveſtigare cœpit, quales reperire poſſit ut illis Evangelici ſermonis conſortium commendaſſet.* Habetur etiam in Itinerario S. Willibaldi n. 27.

SUBSUTORIUM. Vide *Subſtratorium*.

SUBTALARES, Calcei, noſtris *Souliers*. Papias: *Subtalares, genus calciamenti, quaſi ſub talo propriè.* Gloſſæ Latino-Barbaricæ Hrabani Mauri: *Tali, id eſt ancli, de quibus caligæ nocturnales Subtalares vocantur, quia ſubtalis ſunt.* Gloſſæ MSS. *Calopodes, lignei ſubtalares.* Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Subtalares*: ƿyfteleaþeꞃ. Odilo in Vita S. Odonis Clun. lib. 2. *Cum vidiſſet prædictum fratrem noſtrum, noſtra conſuetudine ſuos abluere ſubtalares,* &c. Vita S. Gudulæ Virg. cap. 2. *Talibus, & ut ita dicam, dimidiis utebatur ſubtalaribus, ut ſuperior pars pedum videretur tecta.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 18. *Subtalares non nimis ſtricti ſint, ſed competenter ampli, & ante groſſi ſint: deſuper verò alti ſufficienter, ut plene caligas contineant deorſum, & apprehendant.* Vide Addit. 1. Ludov. Imp. c. 22.

Subtelaris, apud Joannem de Janua, *quaſi ſubtalaris, i. calcaneus, vel dicitur ſubtularis, quaſi ſubtalaris, quia ſub talo eſt.* Salmaſius ad Tertull. de Pallio: *Subtelares* dictos contendit, à *ſubtel*, quæ vox Priſciano l. 5. imam partem pedis ſignificat. Papias: *Subtel, ima pars pedis, vel medietas.* Jo. de Janua: *Subtel, ima pars, ſcilicet pedis medietas.* Idem *Subtilis*, alibi, *Subtelis, à ſubtel, quod eſt ima pars pedis.* Saxo Grammat. lib. 7. *Truncos luporum ungues ſubtellibus annectentes,* &c. Et infra:

Quid miri tenerum nobis dureſcere ſubtel.

Subtolares, apud Ordericum Vital. lib. 8. pag. 683. l. 11. pag. 815. Iſidorus lib. 19. c. 34. *Subtolares, quod ſub talo ſunt, quaſi ſubtalares.* Ita MSS codd. ut monet Salmaſius.

Subtulares, apud Galbertum in Vita Caroli Boni Comitis Flandr. cap. 1. & Joannem Monachum Bertinianum in Vita S. Bernardi Pœnitentis n. 26.

Subtelaria, in Regula Solitariorum cap. 49.

Subtellarium, Michel Scotus lib. de Phyſion. c. 12. *Fumus candelæ extincta & lucerna, ſubtellarium, ſulphuris & argenti vivi interficiunt embrionem.* Adde Vitam B. Berardi Epiſcopi Marſorum apud Ughell. to. 1. Italiæ ſacræ.

Subtolaria, apud Baldricum Noviom. lib. 3. c. 20. *De toto corpore nullum veſtigium præter unum ſubtolarium reperitur.*

Subtilares, in Bulla Innocentii IV. PP. an. 1243. apud Wadding. an.: *Scapularia & mantellum cum pellibus, ac ſubtilares cum pedulibus,* &c.

Sutulares, apud Guibertum lib. 1. de Vita ſua c. 13.

Sotulares. Jo. de Janua & Brivoloq. *Sotularis à ſolea.* Item *dicitur per apocopem ſolear, unde in Doctrinali,*

Hic ſotular ſocies, ſpecular breviabis origo.

Et eſt ſotular genus calceamentorum. Ugutio: *Solea, ſolum, planta pedis* * *ſolere tangat, vel quod terra adhæreat, unde ſotular.* Idem alibi: *A ſuo, ſotularis, quaſi ſutularis.* Jo. de Garlandia in Synonymis:

Calceus, & pero, ſimul ſolutar, & aluta.

Joannes Monachus lib. 1 Hiſt. Gaufredi Ducis Norman. *Pedes ejus ſotularibus in ſuperficie leunculos aureos habentibus muniuntur.* Ebrardus Bethun. contra Valdenſes cap. 25. *Sotulares cruciant, cum membra potiùs debeant cruciare. Calceamenta coronant, caput autem non coronant. Sotulares Corduani*, apud Ordericum lib. 5. pag. 591. 596. *Sotulares corrigiati*, quorum uſus erat in equitando, in Statutis Cluniac. Hugonis V. Abbat. p. 1467. *Sotulares conſuti laqueis*, in Synodo Rothomagenſi an. 1299. c. 1. Utuntur paſſim Scriptores, Rodericus Toletan. lib. 5. de Reb Hiſpan. cap. 22. Vita B. Rogerii Abb Ellantii n. 12. Vita S. Egwini Epiſc Wigorn. n. 19. Hiſt. Tranſlat. S. Stephani Fundator. Ord. Grandimont. n. 4. Jo. Buſchius in Chron. lib. 1. c. 41. lib. 2. cap. 6. Chartæ aliquot in Hiſt. S. Martini de Campis pag. 33. 368. &c.

SUBTANEUM, Togæ ſeu tunicæ ſpecies, quam etiamnum, *Soutane* vocamus, quod fortè *Sultanorum* ſeu Turcorum veſtis propria fuerit. Chronicon Nonantulanum MS. de inſtitutis & ritibus ſub Friderico I. Imp. *Virgines in parentum domibus tunica de pignolato, quæ appellatur Subtaneum, & paludamento lineo, quod Xocam dicebant, erant contentæ.*

SUBTEL. Vide *Subtalares.*

SUBTELA, in Catholico parvo, *Culiere de cheval.* Catholicon Armoricum: *Cropier, Gall. Cropiere. Lat. Subtela.* Gloſſæ Iſid. *Sutela, corrigia quæ tenditur ſub cauda equi.* Vide *Antela.*

SUBTERIOR, Inferior. Vetus Charta apud Perardum: *In ſuperiori fronte perticas 8. in Subteriore verò perticas 8.*

SUBTERRARE, Humo mandare, ſepelire, Gall. *Enterrer.* Jo. de Janua: *Subterrare, ſub terra ponere, ſepelire, terra infodere.* Adam Brem. c. 102. *Corpus ejus Bremam revectum ſubterratum eſt in medio chori.* Occurrit in Vita S. Deicoli Abbat. num. 37. apud Theodericum Mon. in Tranſlat. S. Celſi Epiſc. Trevir. n. 17. Humbertum Silvæ candidæ contra Nicetam Pectoratum, Baldricum Nov. l. 2. c. 21. lib. 3. cap. 22. Cantipratanum, in Concilio Biterrenſi an. 1233. c. 14. in Metropoli Saliſburgenſi to. 1. p. 168. &c. Hiſtoria bellorum Hieroſolymit. MS. *Si trouva ke Reniers li freres à la Dame eſtoit mors & ſouſterrés.* Infra: *Lendemain l'entiererent au Mouſtier dou Sepulcre, la droit ù li autre Roi avoient eſté ſouſterré.*

SUBTILE, Veſtis Subdiaconorum, quæ & *ſtricta tunica* dicitur, inquit Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 229. lib. 3. cap. 1. & 85. Durandus lib. 3. Ration. c. 10. *Tunica, quæ alibi Subtile, in lege verò ποδήρης.* Idem c. 11. n. 3. *Dalmatica Diaconi ampliores habet manicas, quàm tunicella Subdiaconi, quæ alibi Subtile vocatur.* Adde lib. 6. c. 2. n. 6. Eckehardus Junior de Caſib. S. Galli cap. 10. *Præter quæ Dalmaticum & ſubtile pene aurea — acutia ſua verſipellis reſumpſerat.* Adam Bremenſis cap. 161. *Caſulas 35. cappas 30. dalmaticas & ſubtiles 14.* Burchardus de Caſib. S. Galli cap. 1. *Stolas ſimiliter deauratas, capſas dalmaticas, ſubtilia, cætera quoque Eccleſiaſtica ornamenta.* Conradus Moguntinus in Chronico Moguntino: *Ejuſdem operis duæ dalmaticæ, & duo ſubtilia latis aurifrigiis ornata.* Infra: *Duæ caſulæ de viridi ſamitto, & tot dalmaticæ, & ſubtilia aurifrigiata valde bona.* Jo. Buſchius in Chron. lib. 1. cap. 23. *Habitus Canonicorum regularium eſt veſtis linea, ſive toga linea, quam Romani Roketum Romanum, Germani Subtile, Sarracium, ſive Scorlicium appellant.* Adde cap. 42. lib. 2. cap. 6. Krantzius in Metropoli c. 8. ex veteribus Actis: *Caſulam & dalmaticam cum ſubtili de ſerico laſurio.* Habetur in Miſſa ab Illyrico edita hæc Oratio *ad Subtile,* cum ſcilicet Epiſcopus ſacra facturus illud induit: *Inclina me, Domine, veſtimento ſalutis, & circunda me lorica fortitudinis.* Vide Canones Saxonicos Edgari c. 33. Will. Hedam in Conrado Epiſcopo Traject. & infra in *Superpellicium.*

SUBTILIARE, *Tenuem facere,* Ugutioni. Auctor Mamotrecti ad 1. Eſdræ c. 5. *Attenuatus, i. ſubtiliatus.* Lex Angliorum & Werinorum tit. 5. §. 19. *Si quis alium in brachio vel in cruce percuſſerit, ut ... ſi membra lacteſcant, & ita fuerit ſubtiliatum, ut duos digitos minuatur, 4. ſol. componat.* Conſtantinus African. lib. 1. de Morb. curat. cap. 4. *Confectio ad capillos ſubtiliandos,* &c. Occurrit paſſim apud Alexandri Iatroſophiſtæ veterem Interpretem in libris Paſſionum, Joannem Sariſberienſem Epiſt. 85. Michaëlem Scotum l. 1. Menſæ Philoſophicæ c. 7. &c.

Subtiliare, & ſubtiliari, Argutari, ſubtiliter agere, Gallis *Subtilizer.* Petrus Cellenſis lib. 9. Epiſt. 1. *Qui verò calcatis groſſioribus carnis faculentiis, cubilia ſpiritus ingreſſi, ſubtiliari in ſpiritualibus conſueverunt, in amicis quærunt gratiam, non pecuniam: fidem, non extrinſecam poſſeſſionem,* &c. Knyghtonus an. 1335. *Rex Franciæ ſubtiliavit viis & modis quibus potuit qualiter deturbaret Regem Angliæ,* &c.

SUBTILLUM. Gloſſ. Gr. Lat. ᾆσμα, *Carmen, Subtillum.* Ita MS. In edito vox *ſubtillum* abeſt.

SUBTOLARIUM, *ſubtalares.* Vide *Subtalaris.*

SUBTUTUS. Commodianus Inſtruct. 30.

— *ſubtutus in proſperis eſto.*

Id eſt ſubtriſtis, Rigaltio: malim *ſubtutum eſſe,* hoc loco *eſſe cavere ſibi.*

SUBVASORES, Armigeri, qui tenent de Militibus. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 8. §. 8. *Et illi qui tenent de Militibus, qui vocantur Subvaſores, leges tenebunt, & obſervabunt in omnibus curiis ſuis,* &c.

SUBIBERES, Infantes qui adhuc ſunt ſub ubere, in Gloſſis Iſidori, Græcis ὑπομάζια, ut apud LXX. Oſeæ cap. 14. v. 1. quæ Joëlis cap. 2. v. 16. θηλάζοντα μαστούς.

SUBUCULARES, Calcei, pro *Subtalares,* in vita S. Heldredi Abbat. Novalicenſis n. 14.

SUBVECTARE, Subminiſtrare. *Auxilium ſubvectare,* apud Galfridum Monemuthenſem lib. 2. cap. 4. *Niſi ingenium artem ſubvectaret.* Adde lib. 6. cap. 6. lib. 7. cap. 1. 6.

SUBVECTUS, Vectura. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 107. §. 1. de jumento: *Qui eam ad ſubvectum acceperat. Subvectoria,* eadem notione apud Stephanum Tornacenſem Epiſt. 27. *Jam maturaſſem reditum, ſed ſubvectoria non habebam.* Galli dicerent, *je n'avois pas de voiture.*

SUBVELLAMEN. Gloſſ. Græc. Lat. ὑποκοίλιον τῆς [illegible], *Subvellamen.* In MS. *Subvellaneum* habetur. Vide *Subventrile.*

SUBVENTIO, Præſtatio extraordinaria pro ſubſidio principis in neceſſitatibus ſuis; vulgo noſtris *Subvention,* ut fuit illa quæ anno 1303. ſub Philippo Pulchro pro bello contra Flamingos ab nobilibus perinde ac ignobilibus exacta eſt, de qua conſulendum 36. Regeſtum Chartophylacii regii Charta 56. 140, & alibi. In Charta 145. mentio fit *Superintendentium negotio ſubventionis noviſſimæ.* In Charta verò 245. *Superintendentium negotii decimalium ſubventionum an. 1305.*

Subventionem appellari aiunt feſtum Relationis corporis S. Martini Turones, quod occultaverant Monachi propter Danorum incurſus. Odo Cluniacenſis in præfatione ad Tractatum de Reverſione B. Martini à Burgundia: *Solennitas autem illa, non Tranſlatio, ſeu Ordinatio, non Tranſitus, non Exceptio dicitur; ſed Subventio ab iis quibus rei geſtæ veritas melius innotuit, nominatur.* Et cap. 2. *Subventionis hujus feſtum 4. Idus Maii ſolenniter celebretur, quæ nullo alio nomine rectius, quam Subventio cenſetur.* Eadem verba extrema habent Geſta Conſulum Andegav. cap. 2. n. 6. Adde cap. 3. n. 11.

SUBVENTRILE, *Subventrilis.* Gloſſ. Gr. Lat. ὑποκοίλιον, *ſubmen, ſubventrile.* Marcellus Empiricus c. 28. *Ad inteſtina rupta, leporinum ſtercus, atque etiam pili, vel lana ejus de ſubventrili cum melle decocta,* &c. Alexander Iatroſoph. lib. 2. Paſſion. *Oportet autem non ſolum ſubventrilem & lumbos ungi,* &c. Heſychius: ἦτρον, ἦτρα, [illegible].

SUBVIARIUS. Vide *Viarius.*

SUBVICARIUS. Vide *Vicarius.*

SUBVICECOMES. Vide *Vicecomes.*

SUBULA, & *Subla,* Veru, vel ferrum longius ac præacutum, cujuſmodi eſt cerdonum ſubula. Gloſſ. Lat. Gr. *Subla,* ὀπήτιον, ἀκέστρα. *Subula,* ὀπήτιον, ἀκέστρα. Leg. ὀπήτιον. Adrevaldus lib. 1. de Miraculis S. Benedicti cap. 16. *Requiſiti autem quomodo tantum ſcelus nudis patrarent manibus, præſertim cum neque ſubulas majores, neque malleos, marculos, nec aliquod officinæ fabrilis ſecum haberent,* &c. Nicephorus Conſtantinopolitanus ſcribit Juſtinianum Rhinotmetum Imp. aliquot ex primoribus Cherſonenſium, ἐν ξυλίνοις ὀβελοῖς immiſſos, ad ignem torruiſſe. Quo loco Theophanes habet εἰς σούβλας ξυλίνας. Moſchopulus: ὀβελίσκος, ἡ σουβλίζεται. Utuntur porrò voce hac Græco-barbara, σοῦβλα, Græcorum Synaxaria, cum ſubulis Martyrum carnes dilaniatas ſcribunt, 12. Octobr. 18. & 23. Januar. 22. Martii, 12. & 27. Junii. Menologium Baſilii 10. April. &c.

Subula, etiam inter arma recenſentur, quibus ſcilicet loricarum defectus ſcrutarentur. Will. Brito lib. 11. Philipp. pag. 234.

Hic ſudibus, telis hic dimicat, ille bipenni,
Hic verubus, cultris alter ſubularibus arctas
Scrutatur thorace vias, galeaque feneſtris.

Qua ferro queat immiſſo terebrare cerebrum.
Infra:
In cerebrum caſu ferrum ſubulare recepit.
Ejuſmodi fortè fuerunt σουβλία illa, de quibus Leo Imp. in Tacticis cap. 5. §. 4. & cap. 6. §. 2.

SUBUNCULA, Papiæ, *Pannus addititius, à ſubjiciendo, vel ſubſuendo dictus.* Joan. Buſchius in Chron. lib. 2. cap. 6. *Veſtimenta & calceamenta ſine petiis & ſubunculis minime reddiderunt.*

Subunculare, Reſarcire, ſegmenta locis veſtium vel calceorum attritis apponere. Idem Buſchius lib. 1. cap. 6. *Calceamenta eorum & ſotularia vidimus infra & ſupra à & lateribus hinc inde in locis plurimis ſubunculata.* Lib. 2. cap. 39. *Calceoſque ſubunculando.* Thomas à Kempis in vita Gerardi Magni cap. 11. *Antiquum & ſubunculatum pellicium.*

SUBUNDRA. Gloſſæ antiquæ MSS. *Subgrunda, intertellum & parietes ſubgrunda dicitur, vulgo verò ſubundra.*

SUBURBANUM, Prædium quod ad urbem eſt: προάστειον, in Gloſſ. Auctor Mamotrecti ad cap. 30. Numeror. *Suburbanus, a, um, quaſi ſub urbe, ſicut ſunt burgi. Suburbanum prædium*, apud Varronem & Columellam lib. 1. cap. 1. Senator lib. 3. Epiſt. 53. *Quamvis Romana civitas aquis abundet irriguis, ſitque fontibus gaudens: reperiuntur tamen plurima ſuburbana, quæ hanc videantur deſiderare peritiam.* Synodus Romana in cauſa Formoſi PP. cap. 8. *Ut patrimonia, ſeu ſuburbana, atque maſſæ & colonitia, &c.* Acta SS. Martyrum Numidarum 30. April. n. 2. *Venerunt in locum qui appellatur Magnus, cui eſt Cirthenſis Coloniæ ſuburbana vicinitas.* Utitur paſſim Willelmus Tyrius. Adde Gregorium Turon. lib. 1. de Miracul. c. 32. de Gloria Confeſſ. cap. 58 Vide *Proaſtium*.

SUBURBANI Charta Henrici V. Reg. Angl pro Abbatia de Exaquio in Normanniæ Ducatu, to 2. Monaſtici Anglic. pag. 969. *Et terram duarum bercariarum, quam paſtores tenent, & ſex ſuburbanos cum alodiis ſuis, &c.* Iidem videntur qui noſtris *manentes*, & *ſubmanentes*. Vide in *Manentes*.

SUBURBICARIÆ, Regiones ac Provinciæ ſic dictæ in Italia, quod *Urbis Vicarii* juriſdictioni ſubditæ eſſent: ut *Urbicariæ*, quæ à Præfecto urbis adminiſtrabantur. Vide quæ in hanc rem congeſſerunt Baronius an. 325 n. 134. 135. Jacobus Gotofredus, Aleander Junior, Salmaſius, Sirmondus, Morinus lib. 1 Exercit. 30. & alii, qui famoſam hanc, & inter eruditos agitatam diu controverſiam ſcriptis ſuis illuſtrarunt.

SUBURGIUM, pro *Subburgum*. Tabularium Monaſterii S. Andreæ Vienneſis: — *Vineam noſtram quam Domnus noſter Rex Chunradus territorium de murum civitatis Viennam mihi dedit propter murum quem ego feci in ſuburgio Viennæ civitatis juris mei, &c.* V. *Suburbium*.

SUBURIA, *Sonus quilibet*, Papias.

SUBUSTIVUS. Alexander Iatroſophiſta lib. 1. Paſſion. *Eis quos ſubuſtivos contingit habere oculos.* Ubi Gloſſæ MSS. *rubeos*.

SUCCA, Veſtis ſpecies. Concilium Palentinum an. 1322. c. 6. *Statuimus ut Epiſcopi & ſuperiores Prælati ſuccas lineas in publico, & cum eos equitare contigerit, nullatenus tabardos, ſed cappas & capellas ſua dignitati deferant congruentes, &c.*

SUCCENTOR, Joanni de Janua, *qui in Eccleſia poſt Præcentorem, ſive principalem Cantorem ſubſequenter canendo reſpondet, vel qui facit officium principaliter in choro ſiniſtro.* Durandus lib. 2. Ration. c. 2. n. 1. *Cantorum duo ſunt in arte muſica genera. Præcentor ſcilicet & Succentor. Præcentor vocem præmittit in cantu; Succentor canendo ſubſequenter reſpondet; Concentor verò, qui conſonat.* Alia de ejus officio habent Statuta Eccleſiæ Leichefeldenſis in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 243. & Eccleſiæ Londinenſis ibid. pag. 339. & vetus Charta apud v. cl. Jacob. Petitum poſt Pœnitentiale Theodori pag. 678.

Succentoria, Succentoris dignitas, in Hiſt. Epiſcopor. Antiſſiodorenſium cap. 59. *Liberaliter contulit Lectoriam & Succentoriam, per quas totum in legendo cantandove ſervitium diſpenſatur.*

SUCCENTRIO. Meſſianus Preſbyter de Vita S. Cæſarii Arelat. Epiſcopi pag. 254. *Devoluto itaque tempore, venit ad agrum Eccleſiæ noſtræ, ubi diœceſes ſunt qui Succentriones vocantur: balnearia ibidem grandibus faſtigiis conſtructa ſunt, &c.* Nomen, ut opinor, regionis.

SUCCIDIUM. Vita S. Rigoberti Archiep. Remenſis, c. 1. *Statuit ligna cadere, aquaſque comportare ad faciendum eis balneum: inſuper & ad ſuccidium occurrere: & ſi quid hujuſmodi neceſſe ſit in eorum culina quod facto opus ſit.* Perperam editum *ſuicidium*. Vide *Subſidium*, niſi ita legendum ſit. Alia notione utitur Petr. Damianus lib. 4. Epiſt. 3. *Vos eſtis dæmonum victima, ad æternæ mortis ſuccidium deſtinata.* A voce fortè

SUCCIDIUS, pro *Succedaneus*, Succiduus. Marculfus l. 1. form. 2. *Nulla judiciaria poteſtas, nec præſens, nec ſuccidia, aut ad cauſas audiendum, aut aliquid exactandum ibidem non præſumat ingredi, &c.*

SUCCINCTORIUM. Papias: *Succinctorium, veſtimentum quo tantum genitalia teguntur.* Alibi: *Subcinctorium, dictum quod ſub brachiis dictum alarum ſinum ambit, atque hinc inde ſubcingit.* Gloſſæ MSS. *Succinctorium, braca*: Catholicon parvum, *Succinctorium, ſurceint*. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 3. Id. Julii: *Dedit præterea imaginem B. Virginis octo marcharum argenti ad reponendum ſacrum ſuccinctorium.* Ab Innocentio III. lib. 1. Myſter. Miſſæ cap. 10. 52. inter novem ſpecialia Pontificum ornamenta recenſetur. Durandus lib. 3. Ration. c. 4. *Pontificis cingulo duplex dependet ſuccinctorium.* Infra: *Succinctorium, quod aliàs περίζωμα, vel ſuccingulum vocatur.* Caſſianus ait *reticulas duplices laneo plexu ſubtegmine, quas Græci ἀναλάβους vocant*, Latinos ſui ævi *ſuccinctoria ſeu redimicula, vel propriè rebrachiatoria appellaſſe*. Vide *Rebraciatorium* & *Subcingulum*.

SUCCLAMATIO, Submonitio, citatio in jus. Diploma Zuenteboldi Regis an. 898. in Monum. Paderbonenſib. pag. 45. *Advocatus eorum ſuper eis juſtitias agat, nec ad publicum mallum quiſquam ſucclamationem faciat, priuſquam Advocatum eorum interpellaverit pro juſtitia facienda.*

SUCCUMBUM. Vide *Cumba*.

SUCCUSSATOR, *Succuſſatura*. Vide *Subcuſſator*, *Trotator*.

SUCERDA, Χοιρίδα αἰγός, in Gloſſ. Lat. Gr.

SUCHORNA, Veſtis ſpecies. Vide in *Surcotium*.

SUDA, Foſſa, ſeu potiùs vallum, vel ſudes quibus vallum ipſum & caſtra muniuntur, ut apud Ammian l. 31. *Vallo ſudibus foſſaque firmato.* Ethelwerdus lib. 1. an. 449. *Tum aſtuta gens Scottorum gnara quid faceret prominente muro, ac ſuda profundo ſaltu, ferreos in menſura arte mechanica ſtruunt aculeos, ſuperſtanteſque muro deorſum trahentes avidè interimunt.* Lib. 4. cap. 2. an. 867. *Centurias congregant non parvas, viſitant hoſtes jam morantes in ſuda, alternatim concitant iras, &c.* Cap. 3. *In eodem anno (894.) Danaa Suda in Beamfleote loco experto nutu ab incolis ruit, annulem in ſe dividunt theſaurum.*

Sic Græci recentiores vocem, σοῦδα, uſurpant interdum pro foſſa, interdum pro vallo & ſudibus foſſam munientibus. Chronicon Alexandrinum pag. 906. Καὶ ὑπ[illegible] ... &c. Ubi σοῦδαν, idem eſt quod recentior Latinitas *Vallatum* vel *Palatum* vocavit, ſeu *Palitium*. Scylitzes pag. 660. Καὶ [illegible] μεγάλας σούδας: alii codd. habent τάφρους. Joannes Cananus pag. 189. [illegible] &c. Occurrit in Tacticis Leonis Imp. non ſemel, apud Conſtant. de Adminiſtr. Imp. cap. 42. pag. 132. & in

Tacticis, Nicetam, &c. Hinc fortè *σοῦδι* appellatum Orontis fluvii oſtium, de quo egimus ad Alexiadem Anneam pag. 368. ubi editio Hoeſcheliana habet *σοῦ-δα*, quaſi profundioris foſſæ ſpeciem prætulerit.

Suda. Chronica Piſana Ughellana an. 1115. *Quarta verò civitatula quæ circa regiam ſudam, quæ Caſſaron dicitur, erat conſtructa.*

SUDARE, *ris*, Sudium compago, vel contextus. Acta S. Thyrſi Mart. n. 38. *In hujus circuitu turris in modum ſudarium configite tabulas, ibique omnes feras relaxate*, &c.

SUDARII, apud Firmicum lib. 3. c. 7. dicuntur qui ex palæſtra venerea ſudant: *Facies infames, libidinoſos, & puerorum amatores, & ex coïtu ſudarios.* Ita enim legi in ſcripto codice monet Salmaſius.

SUDARIA, Stragulum quo equus inſternitur, ne ejus ſudor equitem inficiat. Stephanus Epiſcopus Redonenſis in Vita S. Guillelmi Firmati n. 26. *Jocellinus ſuam qua ſuus ſternebatur equus, amiſit ſudariam.*

SUDARIUM, Veſtis Sacerdotalis, quæ aliàs *Mappula*. Vide Amalarium lib. 2. de Eccl. Offic. c. 24.

Eſt etiam *ſudarium*, veli quo caput tegitur ſpecies, quod *συνάρσαι φαλος* appellatur in Nomocanone edito to. 1. Monument. Eccl. Græcæ, c. 151. Lexic. Gr. MS. reg. ſign. 2062. *Σουδάριον, λεπτόν τι σκέπασμα ἐκ λίνου ...* Aliud cod. 930. *σουδάριον, λεπτόν τι σκέπασμα.*

SUDES, *tis, qui facit ſudes.* Jo. de Janua.

SUDIS, Porcorum ſtabulum, Germ. *Suten*, Gall. *Sou*, vel *ſou à pourceaux*. Locus ſudibus conſeptus, unde fortè nomen: niſi à Theutonico *ſou*, ſus, quaſi *ſuarium*. Lex Salica tit. 2. §. 3. *Si quis porcellum de ſude furaverit*, &c. Editio Heroldi habet *de ſutten*. Tit. 18. §. 3. *Si quis ſudem cum porcis — incenderit*, &c. Edit. Heroldi, *Sudem* præfert. Liber Proportionum Arithmetic. qui Gerberto tribuitur: *Paterfamilias ſtabilivit curtem novam quandrangulam, in qua poſuit ſcrofam, quæ peperit porcellos 7. in media ſuda.* Vide *Sodis*.

SUEGIUS. Vide *Canis ſenſius*.

SUFFACIATUS, pro *Suffaſciatus*, faſce onuſtus: apud Ordericum Vital. lib. 3. pag. 499.

SUFFETUS, Latinis, qui pro alio ſubſtituitur. Novella Valentiniani de Epiſcopali judicio: *Ii autem qui intra decennium tranſactum à die latæ hujus legis Diaconi ordinati ſunt, ſuffectos pro ſe dare debebunt*, &c. Vide Briſſon. de verbor. ſignific. Lex Wiſigoth. l. 5. tit. 7. §. 20. *Unde quia neceſſe eſt ut illi præbeant ex ratione ſuffectum, unde meruiſſe lætantur abſolutionis ſtatum.* Ubi Fori Hiſpanici habent *al ſervitio*.

SUFFERRARE. Vide *Ferrum*.

SUFFERRATURA. Statuta Facultatis Juris Civilis Academiæ Viennenſis in Auſtria tit. 11. §. 5. *Item quod nullus doctorandus doctori ipſum præſentanti varium, vel aliquas ſufferraturas ſolvere teneatur.* Sed legendum *ſufforraturas, vel* nudè *forraturas*, quòd ſatis vox *varium* arguit. Vide *Foderare*.

SUFFERENTIA, Patientia, tolerantia. Evagrius Monach. in Sententiis: *Sufferentia viri generat ſpem.* Acta S. Thyrſi Mart. c. 6. *Thyrſus dixit: per Chriſtum qui ſufferentiam tribuit mihi, ut tanta patiar propter nomen ejus.* Acta SS. Saturnini & Socior. n. 7. *Domine, pro nomine tuo da mihi ſufferentiam.* Occurrit præterea n. 13. 15. 20. in Vita S. Euphroſynæ Virg. n. 15. in Vita S. Frontonis, in Vita S. Luperci Mart. in Epiſtola Lotharii Regis ad Hadrianum II. PP. in Chronico Reicherſperg. pag. 234. in Paſſione SS. Perpetuæ & Felicitatis pag. 7. apud Hucbaldum in Vita S. Rictrudis cap. 15. in Actis S. Theclæ, &c.

SUFFIBULATORIUM, Joanni de Janua, *Subligatorium, Subfibulum, i. ſubligaculum.* Papias: *Subfibulum, ſubligamentum.*

SUFFICERE, Poſſe. Anaſtaſius Bibl. in Hiſtoria de exilio S. Martini PP. *Cras, quod eſt dominica dies, obvii ei erimus, & ſalutabimus eum, quia hodie non ſufficimus.* Id eſt *non poſſumus.*

SUFFIRMATUS, *Suffultus, munitus.* Papias MS.

SUFFITORIUM. Anaſtaſius in Hormiſda PP. *Pallia olobera blattea cum tabulis auro tectis, de chlamyde vel de ſtola Imperiali, ſuffitorium ſuper confeſſionem B. Petri Apoſtoli. Hæc omnia à Juſtino Auguſto orthodoxo votorum gratiâ oblata ſunt.* Quidam codd. habent *ſuccinctorium*. Alii *chlamydem Imperialem, i. ſtolam & ſubſutorium*. Sed legendum fortè *ſuffuſorium*. Vide in hac voce.

SUFFLARE. Ugutio: *Sufflare, i. appodiare, fulcire, appodiamentum ſupponere, vel hoc ſufflamen, appodiamentum, quod cui innititur, ut ſuſtentetur.* Vide *Exſufflare*.

SUFFLATOR, Officium in Coquina Regia, in Ordinat. Hoſpitii S. Ludovici Regis Fr. an. 1261. vulgò *Souffleur*.

Sufflatorium, in Catholico parvo, *Soufflet à ſouffler.*

SUFFLUS, *ſuffletus*, Flatus ventris. Vide in *Bombulus*.

SUFFOSSOR, vel *ſuffuſus equus*, Ugutioni. Alibi: *Affuſus equus, qui vulgò infuſus eſt.*

SUFFRAGANEI, Epiſcopi Metropolitano ſubjecti in Capitul. an. 779. c. 1. in Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 8. lib. 1. Capit. c. 8. &c. Acta Conciliabuli Romani an. 963. ſuper depoſitione Joannis XII. *Tunc Romani Pontifices, Epiſcopi ſcilicet ſuffraganei, & Cardinales Presbyteri — dixerunt*, &c. Sub finem: *Romani Pontifices, ſuffraganei ſcilicet Epiſcopi*, &c. Sic porrò intelliguntur Epiſcopi diœceſis Romanæ, quique *Suburbicariis* Eccleſiis præerant. *Urbes & Eccleſiæ ſuffraganeæ*, apud Will. Tyrium in Notitia Epiſcopatuum Patriarchatuum Antiochiæ & Hieroſol. Sed & ibidem ſcribit Hieroſolymitanum Patriarchatum erectum fuiſſe ſub Juſtiniano in Synodo Conſtantinopolitana, eique attributos Metropolitanos quatuor ex Antiochena & Alexandrina Eccleſiis: *Et quoniam*, ſubdit ille, *iterum eundem Patriarcham oportebat habere præter ſupradictos Metropolitanos, familiares ſuffraganeos, quos Græci Syncellos vocant, ſubtraxerunt prædictis Metropolitanis quoſdam Epiſcopos, & quoſdam de novo creaverunt uſque ad viginti quinque.*

Suffraganeos porrò dictos putant Gretzerus & alii, quod à Metropolitano ad Synodum vocati, ſuffragii jus habeant: vel quia abſque Metropolitani ſuffragio conſecrari non poterant. Malim ego ſic appellatos, quaſi Metropolitanorum *adjutores*, quomodo vocantur apud Lupum Ferrarienſem Epiſt. 81. maximè in conſecrancrandis Epiſcopis, quod ſoli facere non poſſunt Metropolitani. Id firmat præ cæteris Anonymus in Vita S. Remberti Archiepiſcopi Hamburg. n. 13. *Cum hujus ergo ad ordinandum eum temporis inſinuatione venerabilem Rembertum glorioſus Rex direxit ad Luitbertum Archiepiſcopum Moguntienſem, à quo juſſu ejus eſt conſecratus: ut proinde actum ſit, quatenus in adjutorium conſecrationis non unius Metropolis, ſed duarum convenirent Suffraganei*, &c. Arnulfus Lexovienſis in Epiſtola ad Thomam Cantuarienſem Archiep. *Quod ſanè contemplati, quorum ope niti, quorum muniri conſilio, quorum fulciri ſuffragio debuiſtis, à vobis velut agmine facto diſceſſerunt, quando maximè nominis ſui rationem deberent agnoſcere, & ſe vobis ſuffraganeos non refraganeos exhibere.* Dicuntur præterea Suffraganei Metropolitanorum, *quod*, ut inquit Joannes de Janua, *Epiſcopi nihil poſſunt ſtatuere vel diſponere de his quæ ſpectant ad communem ſtatum Provinciæ abſque Metropolitano: ita nec è contrario Metropolitanus abſque conſilio Epiſcoporum.* Græci ὑποψηφίους Suffraganeos vocabant, qui ψηφισθέντες, ut loquitur Pachymeres l. 8. c. 13. ſeu Cleri ſuffragiis electi, nondum conſecrati erant.

Suffraganei, quilibet Vicarii Prælatorum in re aliqua exequenda, apud Udalricum in Conſuet. Clun. lib. 1. cap. 27. lib. 2. cap. 30. lib. 3. c. 5. 6. 18. Bernardum in Conſuetud. ejuſdem Monaſterii MSS. c. 3. & alibi ſæpe, & in Conſuetudinib. Floriacenſib. editis à Joanne à Boſco pag. 397. In Concilio Rotomagenſi an. 1072.

c. 15. vetantur Sacerdotes Eccleſias ſuas regere *per Suffraganeos*. In Concilio Iſlebonenſi an. 1080. c. 6. *Archidiaconi per Archidiaconatus ſuos ſemel in anno Preſbyterorum ſuffraganeorum ſuorum veſtimenta & calices & libros videre* jubentur. Inter Opera Alcuini p. 1160. hæc habentur : *Dixiſtis, Sereniſſime Imperator, velle vos ſcire qualiter nos & ſuffraganei noſtri doceremus populum Dei de Baptiſmi Sacramento. Hæc prout potuimus prælibavimus. Suffraganeus eſt nomen mediæ ſignificationis : ideo neſcimus quale fixum ei apponere debeamus, ut Preſbyterorum, aut Abbatum, aut Diaconorum, aut cæterorum graduum inferiorum. ſi fortè Epiſcoporum nomen, qui aliquando veſtræ civitati ſubjecti erant, addere debemus*, &c.

Suffraganei Papæ, dicti præterea Epiſcopi aliarum Diœceſeon Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjecti, ut eſt in Gallia *Anicienſis*, &c. Charta an. 1233. *Nos Stephanus Dei gratiâ Anicienſis Epiſcopus, D. Papæ Suffraganeus ſpecialis*. In hac fit mentio Matrimonii initi inter Pontium Vicecom. Podempniaci & Aliciæ de Triangulo. Vide *Suffragium*.

Suffraganei, dicti præterea Epiſcoporum *adjutores*, titulares ſcilicet Epiſcopi, & in Epiſcopalibus functionibus cooperatores ſeu Vicarii. Jo. de Janua : *Suffraganeus, auxiliarius, & propriè in verbis. Unde Epiſcopi ſuffraganei aliorum Epiſcoporum, quod debent eos juvare non ſolum opere, vel etiam verbis : vel ſi non poſſunt opere, ſaltem verbis*. Lateranenſe Concilium gravibus utique de cauſis indulſit, ut ubi publica negotia, valetudo, incurſiones hoſtiles, litterarum ac doctrinæ inopia, obſtarent, his Epiſcopis adjutores in partem curarum adjicere fas eſſet, can. 10 c. Inter cætera. De Off. Jud. Ord. Concil. Trident. ſeſſ. 5. cap. 2. Vide Stephanum Tornacenſem Epiſt. 129. & Alcaſerram lib. 1. & 2. *de Adjutoribus Epiſcoporum*.

SUFFRAGANTIA. Vide *Suffragium*.

SUFFRAGATOR, idem qui *Suffraganeus*, in Epiſt. 9 Pelagii II. PP.

SUFFRAGILATIO, *Eſt aliquorum fidem ſuſcipere qui ſunt fidejuſſores*. Papias.

SUFFRAGIUM, Pecuniæ quæ ſuffragii titulo ab Imperatoribus accipiebantur, cum honores deferebant, quæ *etiam ... vocantur* in formula juriſjurandi Novellæ Juſtiniani 8. cujus titulus eſt, *ut judices ſine ſuffragio fiant*, quem Julianus Anteceſſor vertit, *ut Magiſtratus ſine pecunia fiant*. Ubi Græca habent, χωρὶς δόσεως. Gloſſæ Lat. Gr. *Suffragium*, ψηφοφορία, δόγμα, δόσις, ubi f. δαμὰ, pro δόγμα. Ita præterea uſurpatur in Nov. 6. qua cavetur, ut qui emerit Præſulatum *per ſuffragium*, non modò Epiſcopatu, ſed & ordine Eccleſiaſtico quem prius habebat, excidat. Adde leg. 4 §. 2. lib. 2. Cod. tit. 2. Hinc

Suffragium, pro quavis præſtatione. Leo III. PP. Epiſt. 5. *Quia omnia ſecundum quod ſolebat Dux qui à nobis erat conſtitutus per diſtractionem* (leg. *diſtrictionem*) *cauſarum tollere, & nobis more ſolito annuè tribuere, ipſi eorum homines peregerunt, & multam collectionem fecerunt de ipſo populo : unde ipſi duces minime poſſunt ſuffragium nobis pleniſſimè præſentare*. Charta Conradi Imp. an. 1029. apud Ughellum in Epiſcopis Æmonenſibus : *Cum placitis, & diſtrictibus, collectis & angariis, foro, ſuffragio, herbatico, aſchatico, cæteriſque publicis functionibus*, &c. Occurrit infra rurſum.

Suffragium, pro Alimonia, ſuſtentatione. Concilium Toletanum III. can. 3. *Si quid verò quod utilitatem non gravet Eccleſiæ pro ſuffragio Monachorum, vel Eccleſiarum ad ſuam Parochiam pertinentium dederint, firmum permaneat*. Regula cujuſdam Patris cap. 12. *Operandum namque eſt omni tempore præter dies feſtos, ut habeatur vel propriæ neceſſitatis uſus, vel egenis unde datur ſuffragium*.

Suffragium, Auxilium. Synodus apud Vermeriam : *Statuimus illi Oeconomum perſuadere, qui ei ſuffragium, & Eccleſiæ ſibi commiſſæ cuſtodiam debitam & canonicam exhiberet*. Dudo lib. 3. de Actis Norman. pag. 98.

Quin prece rex humili ſupplex pronuſque requirat
Suffragia ſemet virtute tuaque tueri.

Sugerius in Ludovico VI. *Obſeſſis ſuffragia accelerat*. Will. Tyrius lib. 20. cap. 24. *Decretum eſt etiam ut Domino quoque Imperatori Conſtantinopolitano, quia nobis vicinior & cæteris longè opulentior, facilius optata nobis poſſet miniſtrare ſuffragia*. Thwroczius 1. part. c. 11. *Cum eos omninò navium carere ſcirent ſuffragio*, &c. Hinc *Suffraganeus*, adjutor, de qua voce ſuprà.

Suffragantia, & *ſuffragium*, in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. c. 30. pro alimonia, vel auxilio.

Suffragium, Diſtrictus Metropolitani, ſeu Eccleſiæ ſuffraganeæ. Præceptum Karoli Simplicis pro Eccleſia Narbonenſi : *Venerabilis ſanctæ Narbonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Arnuſtus noſtram adiit ſerenitatem, intimeſcens auribus Clementiæ noſtræ, quod in ſua parochia, ſeu in cunctis Epiſcopiis, qui in ſuffragio ipſius poſiti ſunt, graviſſima quædam contra jura Canonum atque inſtituta Legum increverit conſuetudo*, &c.

Suffragia, Orationes, quibus Dei Sanctorum *ſuffragia*, ſeu auxilia imploramus. Ugutio : *Suffragia propriè ſunt orationes Sanctorum, quas pro nobis fundunt ad Dominum, & rogationes pro Chriſtianis quas eis fundimus*. *Suffragia precum*, in Epiſt. 73. inter Francicas to. 1. Hiſt. Francor. *Suffragia Sanctorum*, apud Honorium Auguſtod. lib. 2. c. 41. Fortunatus de Vita S. Martini lib. 1.

Suffragiiſque tuis cœli fremit arduus axis.

Will. Brito lib. 1. Philippid. de S. Thoma Cantuar.

Ecce tuis redeunt meritis ad propria ſani
Omnes infirmi, tua qui ſuffragia poſcunt.

Flodoardus lib. 14. Carm. 18.

Inde Carantenus ſecretis viſibus Abbas
Admonitus Sancto ſuffragia ferre laboris, &c.

Orationis ſuffragium, apud Fulbertum Epiſt. 51. & Cæſarium lib. 6. cap. 5. Henricus Roſla in Herlingſberga :

Ad conſueta precum converſus munia, fundit
Vota preceſque pias, & te ſuffragia poſcit
Utile perfugium, Mater Chriſti, miſerorum.

Infra :

Eripiunt morti multos ſuffragia Miſſæ.

Ita Silentiarius in Deſcript. S. Sophiæ part. 2. verſ. 565. ψηφίδα uſurpavit. Vide Concilium Moguntinum an. 847. c. 25. Vitam S. Rictrudis Abb. cap. 4. Miracula S. Richarii lib. 2. cap. 5. Alcuinum Epiſt. 32. &c.

Suffragia, appellantur etiam Orationes quæ pro defunctis dicuntur, quod pro iis Sanctorum *ſuffragia* invocentur. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 55. *Inclinant ad chorum donec ſuffragia finiantur, ſolus Sacerdos inter ſuffragia erectus ſtabit contra altare*, &c. Vide Statuta antiqua Ord. Cartuſienſis 1. parte c. 43. §. 76.

SUFFRENATUS. Acta MSS. Paſſionis S. Eulaliæ Mart. *Tunc pro camo capillis ſuffrenata ad paſſionem ducitur*. id eſt quaſi fræno tracta.

SUFFUGARE. Concilium Forojulienſe an. 791. *Ac per hoc pullulantia dominici ruris triticea meſſis virentia ſata, adhuc, ut ita dixerim, infra ſtipula thecam ſpiritalium fructuum turgentibus ſpiciis, necdum in flaventes culmos aureas erumpentes ariſtas, necdum ſterilium zizaniorum manipulis in uno faſce igniti funibus colligatis traditis in pabulum flammis, umbroſis nihilominus ſuffugare falſitatum rhamnisculis moliuntur*. Videtur vox uſurpata pro *ſuffundere*, vel certè pro *offuſcare*.

Conſuffugare. Acta S. Thyrſi n. 25. *Cumbricius febre ardens reddidit animam, & omnes qui videbant corpus ejus dicebant, quod ab igne conſuffugatum erat*. Bolandus emendat ex conjectura, *conſuffocatum*.

SUFFUSORIUM, *Vas in quo eſt oleum, quod ponitur in lucernis, idem eſt infuſorium. Item ſuffuſorium dicitur, per quod*

proficitur oblatio calicis. Idem infuſorium & fuſorium. Ita Ugutio, & Jo. de Janua, & Catholicum parvum: *Suffuſorium, vaiſſeau à huile, ou autre liqueur.* Gloſſ. Lat. Gr. *Suffuſorium*, Ὑπόχυσις. Vide *Suffitorium*.

SUFFUSUM. Formula 35. ex Lindenbrogianis: *Itemque victu ad caballos eorum, fæna carra tanta, ſuffuſo modia tanta.*

Suffuſa, eadem, ut videtur, notione, tametſi incerta: neque enim putem huc pertinere vocem *ſuperfuſum*, in l. 4. Cod. Th. de Cenſitoribus, pro eo quod ſupra quam æquum eſt, imponitur. Charta an. 950. apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſibus pag. 137. *Foreſtam nihilominus, quæ dicitur Heis, cum integro banno eidem loco concedimus, in omnes uſus cum reditibus ſuis, id eſt croada & ſuffuſa, quas debent ſolvere, quicumque de adjacentibus exinde voluerit focariam de mortua ſilva habere, & plauſtra ad aratra ſua, ſtabula etiam facere.* Alia Leonis IX. PP. ib. pag. 356. *Cum ſilva quæ vocatur Heis, & cum omni utilitate vel ſuffuſa ejuſdem ſilvæ.*

SUPRACEMATUS. Statuta vetera Chirurgorum Pariſienſium art. 26. apud Steph. Paſchaſium in Diſquiſitionib. Franc. lib. 9. cap. 30. *Chirothecas etiam purpureo colore coloratas, ſericeis pariterque & mixtim aureis, ut moris eſt, munitas, ſubſarcitas, ſufracematas pendulis, ut exinde eorum liberalitas appareat, largiri tenebuntur.* Legendum puto *ſupraſematas*, ex Gallico *ſurſemées*.

SUGGERA. Lex 3. Cod. Th. de Calcis coctor. *Hoc autem excepto à Tarracinenſis præſtationis Canone ſuggera, quæ vetuſto præberi Fari ac Portus uſibus more conſuevit.* Monſtrum vocis, inquit Jacobus Gotofredus, cujus vide incertas admodum conjecturas.

SUGGERERE, Fundere. Ordo Romanus de Ordinatione Acolythi: *Dicente ſibi Epiſcopo, Accipite urceolum ad ſuggerendum vinum & aquam in Euchariſtiam Corporis Chriſti.* Ita etiam legi in aliquot codd. libri Sacramentorum monet Mainardus: ubi alii *ad fundendum* præferunt. Cui convenit illud Iſidori Junioris ad Luitfredum: *Ipſe ſuggeſto, pro Euchariſtia Subdiaconis ſubminiſtrat.* Qua voce *vinum & aquam* ad Sacramentum deſignari ait etiam Spelmannus.

SUGGESSIO, in veteribus Codicibus Conciliorum Gallicanorum legi monet Sirmondus ad Concil. Pariſienſe IV. pro *ſuggeſtio*.

SUGGILLARE, Suffocare, ſtrangulare. Gloſſar. Gr. Lat. ἀγχὴ, *ſuggillatio, ſuffocatio.* Gloſſæ Biblicæ MSS. *Suggillo, tractum eſt a gula, quaſi ſuggulio: unde ſuggillare propriè eſt ſtrangulare.* Papias: *Strangulat, ſuffocat, gulam manu premit, ſuggillat. Suggillare, gulam ſtringere, gulæ manum injicere.* Gregorius Tur. lib. 4. Hiſt. c. 28. *Ad extremum eam ſuggillari juſſit à puero, mortuamque reperit in ſtrato.* Lib. 3. c. 2. *Cui dormienti orarium ſub collo poſitum, ac ſub mento ligatum, trahentibus ad ſe invicem duobus pueris, ſuggillatus eſt.* Quidam codd. habent *ſuffocatus eſt.* Utitur præterea lib. 7. c. 7. lib. 9. c. 34. lib. 10. cap. 8. Adde Geſta Regum Francorum cap. 28.

SUGGILLATIO, Exactio, *Malatolta.* Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1045. apud Sandovallium in Epiſcopis Pampilon. *Villam de Pampilona ab omni prorſus ſervitio liberam, omnibuſque modis ab omni ſuggillatione regali ingenuam*, &c.

SUGGREMIARE, *Surſum gremium faciendo pannos elevare, & ſuccingere.* Ugutio.

SUGIUS. Vide *Canis ſeuſius*.

SUGRUNDIA, *Sugrundaria.* Gloſſæ Iſid. *Sugrundia, fundamenta. Sugrundaria, ſepulchra.*

SUITA. Vide *Secta*.

SULCARE, Sulcos in pergameno ducere, *Regler le parchemin.* Chronicon Trudonenſe lib. 8 pag. 441. *Graduale unum propria manu formavit, purgavit, punxit, ſulcavit, ſcripſit, illuminavit, muſiceque notavit ſyllabatim*, &c. Vide *Punctare*.

SULCI *circa villas*, ſuperſtitionis ſpecies, in Indiculo Superſtitionum & Paganiarum c. 23.

SULCIA. Capitulare de Villis c. 34. *Lardum, ſiccum, ſulcia, niuſaltus, vinum, acetum*, &c. Helmodus lib. 1. cap 77. *Idem conquerentur ii, qui ſunt Luniburg, quod ſulcia noſtra devorata ſit propter ſulciam quam cœpiſtis habere Thodeſlo.* Ad marginem editor: *Salina Luneburgenſis.* Eſt ergo *ſulcia* ſalina, & *ſal* in laudato Capitulari: *Salis* Germanis dicitur. Vide *Sulſus* & *Sulzita*.

SULCITA. Albertinus Muſſatus lib. 5. de Geſtis Ital. cor. rubr. 2. *Cum armorum virorumque ſulcitis, è Principatu galeis 40. è Provincia galeis 7.* &c. Legendum forte *ſcariis.* Vide *Scara*.

SULIVA, Trabs, tignum, noſtris, *Solive*: ex Saxon. ſul, vel ſyll *columna.* Ernulfus Epiſcopus Roffenſis de Eccleſia Roffenſi: *Debet & 3. ſulivas, id eſt tres magnas trabes ſupponere.* Ibid. *Sciendum eſt quod omnes ſulivæ quæ in ponte illo ponuntur, tantæ groſſitudinis debent eſſe, quæ bene poſſint ſuſtinere omnia gravia pondera ſuperjacentium plancarum, & omnium deſuper tranſeuntium rerum.* Monet Spelmannus Saxonicum exemplar habere ſylla, ubi Latinum habet *ſulivas*.

SULLYNGA. Vide *Swolingia*.

SULPHURIUM, Θεῖαφος. *Sulpurium*, Θεῖον, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. In edito eſt *Sulphurium*.

SULSUS. Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 12. *Et hic ſimiliter acetum nocet & ſulſus, id eſt nervi pedum bovum, & lac & cucumer*, &c. Vide *Sulcia*.

SULTANUS, *Soldanus*, apud Turcos eſt ſupremus Princeps: unde Nicephorus Bryennius lib. 1. n. 9. & ex eo Scylitzes, ut & Leunclavius in Pandecte Turcico n. 135. & Vaterius in Præfat. ad El-Macinum, vocem Turcicam eſſe opinati ſunt, ſignificareque aiunt, παντοκράτορα, καὶ βασιλέα βασιλέων, & hunc titulum primum ſibi arrogaſſe Tangrolipecem, poſt fugatos Saracenos, eorumque Principem Maſgudum an. 1055. At longè ante hæc tempora Sultanorum mentio fit, nempe ſub Baſilio Porphyrogenito, apud Conſtantin. lib. 2. de Themat. c. 11. Scylitzem & Zonaram. Quin & vocem eſſe Perſicam probat vetus numiſma Choſrois Cabadæ filii Regis Perſarum, à Santamantio & à nobis in Diſſert. 16. ad Joinvillam deſcriptum, in quo *Aſſoltan* inſcribitur, id eſt *Rex Regum*; quem titulum ſibi arrogat in Epiſt. ad Juſtinianum Imp. apud Menandrum Protectorem Ecl. 1: ut & alter Choſroës apud Theophylactum Simocattam lib. 4. cap. 8. lib. 5. cap. 13. Aythonus cap. 25. *Agareni Imperatorem ſibi elegerunt quemdam de progenie Mahometi; ipſum vocaverunt Caliph, & ordinaverunt quod ſedem haberet in Baldach opulentiſſima civitate: in quolibet verò aliorum regnorum, quæ ſubjugaverunt Agareni, conſtituerunt unum dominum, quem vocaverunt Soldani.* Autor Hiſtoriæ Hieroſol. *Sicut Principes veſtri, vel Imperatores dicuntur, vel Reges; ſic apud illos qui præeminent, Soldani, quaſi ſoli dominantes vocantur.* Ita apud Ordericum lib. 11. pag. 818. *Soldanus dicitur quaſi ſolus dominus, quia cunctis præeſt Orientis Principibus.* Sed de Sultanis plura congeſſimus ad Joinvillam, quò lectorem remittimus.

Soldanus Curiæ Romanæ. Ceremoniale Romanum lib. 1. ſect. 3. *Circa Pontificem aliquando ante, aliquando poſt, equitabit Mareſcallus, ſive Soldanus curiæ; cum duobus ſacculis pecuniarum ante ſellam, & projiciet ſuper populum ad preſſuram dimovendam.* Vide ſect. 5. Promotiones Concilii Piſani: *Si præſentare ſe, aut ad Monaſteria reverti contempſerint: de mandato prædictorum ſuperiorum ſuorum per Soldanum carceri mancipentur.* Ita habent omnes editiones. Vide Octavium Veſtrium lib. 2. de Judic. Aulæ Romanæ cap. cujus titulus eſt, *De judice Mareſcalli urbis, quem hodie Turris novæ Judicem vocamus.*

Soldanus, Moneta Sultanorum. Willelmus de Nangiaco in S. Lud. Vita an. 1247. *Promiſit quod viginti duo millia ſoldanorum Soldano daret.* Occurrit hac notione apud Vincent. Bellovac. lib. 31. cap. 140. 143. 144. 150. lib. 32. cap. 54.

Soldanatus, Soldani dignitas, apud Will. Tyrium lib. 4.

cap. 11. lib. 18. cap. 9.

Soldanaria, eadem notione. Chronicon Nangii an. 1290. *Filium ſuum. — fecit loco ſui principatus Soldanariæ gubernaculo ſublimari.*

SULZITA, apud Papiam, vel ut codex MS. præfert, *Sulzita*, inter vaſa eſcaria recenſetur, in v. *Vaſa*. Alibi: *Sulzica, à ſalibus dicta, quaſi ſalzica, i. ſalinum.*

SUMMA, Sors pecuniæ creditæ. *Summa crediti*, in l. 1. Cod. Th. de Uſuris. *Capitis ſumma*, apud Paulum in Collect. Sentent.

Summa, Summarii, Summularii. Vide *Sagma*.

SUMMARE, Submonere, adhortari, ex Gall. *Sommer*. Grardus Machetus Epiſcopus Caſtrenſis Epiſt. 35. *Monui patrem ipſius ſummando & recommendando ut filium ſuum hortaretur intrare collegium.*

SUMMARII, qui faciendæ rationis ſummarum quarumcumque periti ſunt. Jul. Anteceſſor Conſtit. 58. *Æſtimationem autem definire conſtitutio jubet non ſolùm ab ſis hortulanis, ſed etiam ab his quos Summarios conſuetudo appellat.* Vide Novell. 30. & 44. & ibi Cujacium.

SUMMATES *Claſſis Alexandrinæ*, Præfecti, in l. 32. Cod. Th. de Navicular.

SUMMATITÆ, ex Gr. συμμαθηταὶ, condiſcipuli, apud Ordericum Vitalem in Præfat. Gloſſæ MSS. *Simatides, condiſcipulus.*

SUMMISTA, Συμμυστης, apud Ordericum Vitalem lib. 1. p. 330 333. V. S. Hieronym. in Ruffin. l. 3. c. 9.

SUMMITTERE, pro *Submittere*, apud Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 33.

SUMMOSA. Vide *Submonitio*.

SUMMUS, Αρχιερεὺς, in Gloſſ. Gr. Lat.

SUMNIS. Vide *Sunnis*.

SUMPTOR. Synodus Sodorenſis in Mannia, an. 1229. *Sumptor de jure antiquo, & ſtatutis veteribus, ab omnibus Iconomis garbam de trium ligarum longitudine; ſcilicet frumenti, ordei, & avenæ annuatim percipere debet, & ad omnem caſearum decimationem & collectionem unum agnum electum habere debet*, &c. Neque proclivius eſt dicere qui dicantur.

Sumptores, in Vita S. Fructuoſi n. 2. *Provenit ut quodam die poſſeſſionem Eccleſiæ ingreſſi, ipſius præeuntes puericelluli, cum ei ad manendum hoſpitium præparaſſent, quidam de Sumptoribus Scholæ ipſius adveniens interrogavit, dicens, Quis hoc occupavit habitaculum?* Ubi viri docti, neſcio an verè, Sumptores eſſe arbitrantur, quos *Penſionarios* dicimus.

SUMPTORIUM. Flodoardus lib. 3. Hiſt. Remenſis cap. 5. *Calicem majorem cum patena, ſumptorioque fecit ex auro lapidumque pretioſorum illuſtravit nitore: qui calix poſtea pro redemptione ac ſalute patriæ Normannis datus eſt, patena adhuc reſervatur ibidem.* Ubi Colvenerius *ſumptorium* interpretatur *cochlear, ut Gallicè vertitur, quo nimirum ſumitur in Calice ſacrò.* Atqui Græci quidem cochleari ſanguinem Chriſti hauriebant: Latini verò *fiſtula*. Ita *ſumptorium* pro fiſtula hîc ſumi poteſt, tametſi cochlearia inter miniſteria ſacra vulgò etiam reponuntur.

SUMPTUARIUS, *qui erogat ſumptus*. Gloſſæ Antiquæ MSS. & Papias. Vide Inſcript. vett. 331. 2. 333. 5.

Sumtuoſus, *Propino*, *ambro*, in iiſdem Gloſſis antiquis.

SUNDERNOTA, vox Saxonica ſundor-note, Officium, munus, vel miniſterium diſtinctum vel peculiare. Capitula de Weregildis poſt Concilium Grateleanum an. 928. *Et ſi villanus excreverit ut haberet plenariè quinque hidas terræ ſuæ propriæ, Eccleſiam & coquinam, tympanarium, & januam & ſedem, & ſundernotam in Aula Regis, deinceps erit Taini lege dignus.*

SUNGAILONES. Vide *Sakones*.

SUNGEDA. Charta an. 1147. in Tabulario S. Bertini: *Qui denarii annuatim per manum Preſbyteri de Werkin in Nativitate S. Mariæ ad cenſum Epiſcopalem, quem Sungeda vocant, dirigentur*, fortè pro *ſunt-gelda*, penſitatio ad fretum.

SUNNIS, *Sonnis, Sonia, Exonia*, &c.

Sunnis in vett. Gloſſis, *Impeditio, impedimentum*. Sumitur porrò hæc vox pro Excuſatione quam affert quiſpiam quominus juri ſtare poſſit. Lex Salica tit. 1. §. 1. *Si quis ad mallum legibus dominicis mannitus fuerit, ſi eum ſunnis non detinuerit, 60. denariis, qui faciunt ſolidos 15. culpabilis judicetur.* Adde §. ſeq. tit. 49. tit. 51. §. 2. tit. 52 §. 4. Legem Ripuar. tit. 32 § 1. & Capit Caroli M. lib. 3. c. 45. ubi eadem occurrit formula. Placitum Childeberti & Chlotarii §. 5. *Si placitum ſunnis non detricaverit.* Perperam *Somnus* habetur in Lege Longob. lib. 2. tit. 43. §. 1. & *Sumnus* lib. 3. tit. 13. §. 3. niſi ſpectetur vox Germanica *Saumnuſſ*, cunctatio, mora. Wendelinus verò vocem *Sunnis* à Theutonico *Sun*, vel *Son* deducit, i. ſeparatus, ſegregatus, quia qui *ſunnim* proponunt, ut plurimum abeſſe à judicio propter negotia coguntur. Salmaſius ad Spartianum pag. 20. à *Sontico* morbo, etymon arceſſit, quem non pro caduco duntaxat, ſed pro quavis etiam graviori ægritudine in duodecim Tabulis accipi obſervat, ita ut *ſunnia*, vel *ſonnia* dicta ſit quaſi *ſontia*. Sed aliud nos etymon attigimus in *Soniare*.

Sunnia. Marculfus lib. 1. form. 37. *Ipſe nec veniſſet ad placitum, nec nulla ſunnia nuntiaſſet.* Vetus Placitum apud Mabillonium to. 4. Vitar. SS. Ordinis S. Bened. p. 619. *Nec nulla ſunnia nunciaſſe affirmat.* Editio *ſunnia* præfert.

Sonia. Vetus Placitum ſub Chlodoveo III. Rege, apud eundem Mabillonium: *Nec miſſo in vice ſua derexiſiſſet, nec nulla ſonia nuntiaſſit.* Formulæ vett. incerti autoris c. 22. & 38. *Nec ipſe ille ad id placitum venit, nec miſſum in vicem ſuam direxit, qui ullam ſoniam nuntiaret.* Baldricus l. 3. Chron. Camerac. c. 42. *Et ſi ſonia vos tenuerit, probetur ipſa, & infra aliam quadrageſimam placitum expectabitur.*

Soinus, Sonius, Eſſoinius, &c. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 29. *Niſi competens ſoinus eum detineat.* Alii codd. habent *eſſoinus*. *Soinus*; & *ſonius*, cap. 43. *Niſi competens ſoinus intercedat*, cap. 50. *Niſi ſoinus legalis eum detineat*, cap. 51. *Niſi ſoinus intercedat*, cap. 61. Atque hinc liquidò apparet, unde vox *Soin*, pro *cura, animi anxietas, occupatio*, apud nos originem ducat; cum qui ejuſmodi excuſationibus utuntur quominus juri ſtent, negotiis diſtentos ſe ſe profiteantur. Vide *Soniare*.

Eſſonia, Exonia; Exonium; idem quod *Sunnis*, à quo profecta hæc vocabula, noſtris *Exoine, Eſſoigne*. Aſſiſiæ Hieroſ. MSS. cap. 8. *Venir par eſſoigne, c'eſt alleguer excuſe.* Vetus Conſuetudo Norman. MS. 1. part. ſect. 4. c. 1. ait exoniam eſſe *un delaiement qui monſtre cauſe parquoi cil qui eſt ſemons ne vient pas à court. Exoine ou excuſation*, in Conſuetud. Monfortenſi art. 43. *Enſogne* & *Exſonie* in Conſuet. Hannonienſi art. 14: 68 Hincmarus Remenſ. in Quaternionib. à Cellotio editis, & Opuſc. 29. *Quimittens ad Dominationem veſtram, excuſationem impoſſibilitatis ſuæ illuc veniendi mandavit, requiſita eſt, quam patriotica lingua nominamus Exonia, quia venire nequiverit.* Hincmarus Laudun. in Scedula Epiſcopis & Regi porrecta pag. 434. *Sæculare judicium non adii, & exoniam, ſcilicet perſonam quæ firmaret; quod illic venire nequirem, non tranſmiſi.*

Eſſonium, apud Rogerum Hoveden. p. 549. in Regiam Majeſt. lib. 1. c. 7. §. 1. &c.

Exonium, eadem notione. Gauterius Cancellar. de Bellis Antiochen. pag. 446. *Præcepitque ſuis omnibus abſque omni dilatione & exonio illuc tendere.* Charta an. 1223. in Probat. Hiſt. Vergiac. *Quoniam audivimus excuſationem veſtram quod ad nos pro eſſonio corporis veſtri perſonaliter accedere non poteſtis*, &c.

Fruſtra porrò viri docti aliunde quam à *ſunnis*, vocis iſtius etymon acceriunt, quam Budæus, Perionius, &

H. Stephanus à Græco ἐξόμνυσθαι effictam putant, quod eſt, *excuſare jure jurando abſentiæ cauſam ejus qui vadimonio obſtrictus eſt*. Jacobus *Bourgoing* lib de Orig. & uſu vulgar. Linguar. pag. 14. ab *exonerare* deducit. Cujacius in tractatu 7. ad Africanum ad l. 23. de Oblig. & act. à Latino barbaro *exidoneare*, id eſt *non eſſe ſe idoneum affirmare*, priorem improbans ſententiam: cui favent codices MSS. Legis Alamannor. cap. 44. §. 1. qui *exoniare ſe* habent, ubi editi *idoneare*. Sed Cujacii quoque nec aliis placet, Pithœo, Bignonio, Spelmanno, Voſſio, &c. qui probabiliùs cenſent à voce *ſunnis* & *ſonnia* hauriendum etymon.

Varias autem *Eſſonias*, ſeu excuſationes, (*Eſſonia rationabilia* apud Hovedenum pag. 549. & in Regiam Majeſt. lib. 1. c. 8.) quæ in jure proponi ſolent, recenſent libri forenſes, Lex Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 18. 33. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 7. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 118. Petrus de Fontanis in Conſilio cap. 4. vetus Conſuetudo Normannica MS. 1. part. ſect. 4. cap. 1. & ſeqq. Edita cap. 39. Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. c. 215. & ſeqq. Regiam Majeſt. l. 1. c. 8. Glanvilla lib. 1. cap. 10. & ſeqq. Britton c. 122. Bracton lib. 5. tract. 2. cap. 2. 4. & Fleta lib. 6. cap. 7. 8. 9. 10. 13. ex quibus aliquot ex ejuſmodi Eſſoniis delibabimus. Forteſcutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 52. *Crebro in deliberationibus judicia matureſcunt, ſed in accelerato proceſſu, nunquam. Quare Leges Angliæ Eſſonium admittunt, qualia non faciunt Leges aliæ mundi univerſi.*

Eſſonium de malo lecti, cum quis morbo ita detinetur in lecto, ut ad judicium venire non poſſit. Qui quidem morbus dicitur *Infirmitas de reſſeantiſa*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 6. *Pro Eſſonio, quod Gallicè vocatur Mal de lit, hoc eſt malum de lecto, Anglicè Bede vill. Eſſoine de maladie reſſeante*, in Conſuet. MS. Normann. Vide Statutum 2. Weſtmon. cap. 19. Regiam Majeſt. lib. 1. cap. 8. §. 3. Glanvillam lib. 1. c. 18. 19. Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 6. §. 1. 2. Radulphum de Hengham in Summa magna cap. 3. 4. 9. in Parva cap. 1. Bractonum lib. 5. tr. 2. c. 4. §. 1. 2. 3. cap. 7. §. 1. cap. 8. 9. 10. 11. 12. & ſeq. Fletam l. 6. c. 10. Conſuet. Cenoman. art. 95. &c. Adde præterea Speculum Saxon. lib. 2. art. 7.

Eſſonium de malo veniendi, cum quis infirmitate ita eſt detentus & impeditus, ut venire non poſſit. De eo agunt Regiam Majeſt. lib. 1. c. 8. §. 3. Bracton lib. 5. tr. 2. c. 4. §. 1. 4. 5. cap. 5. 6. 7. 9. Fleta lib. 6. c. 9. Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 3. 4. 9. in Parva c. 1. Britton c. 125. *Enſoine de ſon corps*, apud Petrum *de Fontaines* c. 4. n. 18. 24. *Eſſoine par enfermeté qui vient d'aventure*, in Conſuetud. Norman. MS.

Eſſonium de malo villæ. Cum quis primo die in curia comparuerit, & ſe obtulerit, & ſine reſponſo eodem die receſſerit: ſi propter aliquam infirmitatem ſupervenientem à loco ubi hoſpitatus fuerit, & receptus, ſe transferre non poſſit, nec ad curiam venire, mittit duos Eſſoniatores, aut excuſatores, qui in Curia publicè proteſtantur, quòd tali infirmitate detentus eſt in eadem villa, vel in alia ubi pernoctavit, quod ad curiam venire non poſſit pro lucrari & pro perdere. Ita Regiam Majeſt. l. 1. c. 8. §. 6. Bracton l. 5. tr. 2. c. 7. Fleta l. 6 c. 13 &c.

Eſſonium de ultramare, vel ultra aquam &c. cum quis in paſſagio generali ad terram Hieroſolymitanam tranſiit. Regiam Majeſt. lib. 1. c. 8. §. 12. 24. 25. 26. Glanvilla l. 1. c. 25. Radulfus de Hengham in Summa magna c. 4. 9. in Parva c. 1. Fleta l. 6. c. 8. Britton c. 123. Petrus *de Fontaines* in Conſil. c. 4. §. 4. *Eſſoine de croiſez*, in Conſuet. Normann. MS.

Eſſonium per ſervitium domini Regis. Statutum Gloceſtrenſe an. 6. Edw. I. cap. 8. Regiam Majeſt. lib. 1. c. 8. §. 14 & ſeqq. Statuta 1. Roberti I. Regis Scot c. 6. §. 1. 2. Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 4. 11. in parva cap. 1. Britton c. 124. &c.

Eſſonium de eſſe ad nundinas, in Regiam Majeſt. lib. 1. c. 8. §. 30.

Eſſonium participum, quod à *participibus* ſeu ſociis proponitur, in Fleta lib. 6. c. 12.

Eſſoniare, Eſſonium ſeu excuſationem proponere, in Regiam Majeſt. lib. 1. c. 7. 8. 21. 25. & in Fleta lib. 5. c. 2. §. 2. *Exonier*, vel *Exoiner*, in Conſuetud. Cenoman. art. 95.

Eſſoniator, qui Joanni Sariſberienſi Epiſt. 7. *Excuſator*, qui excuſationem pro alio in jure proponit. *Exoineur*, *Exonateur*, in Conſuetud. Norman. c. 39. 40. 66. Fleta lib. 6. c. 7. §. 11. *Mittat excuſatorem, qui dicitur Eſſoniator, qui prætendat excuſationem ſummoniti eſſe talem, quod venire non poſſit.* Soli verò illius fidei creditur, nec oneratur cautione fidejuſſoria, ſcilicet plegiorum; ſed domino probatio incumbit utrum eſſonium ſit verum. Bracton lib. 5. tract. 2. c. 2. §. 3. Vide prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 6. §. 2.

SUONBOUCH, Charta pacationis, priſcis Germanis, ex *Suon*, pax, pactum, & *buch*, liber, libellus Chartæ Alamann. Goldaſti 28. *Placuit inter nos chartam pacationis ex utraque parte allevari, quod Tiutiſcè Suonbouch nominamus*, &c. Vide *Sona*.

SUO SCIENTE, Deditâ operâ, noſtris *à ſon eſcient*. Charta an. 1062. ex Tabulario Conchenſi in Ruthenis: *Et hoc juraverunt ut in jamdicto Monaſterio, nec in ipſo burgo, — hominem illic non aſſaliant, nec feminam per iram, nec per mortem, nec per captionem, nec ſuam ſubſtantiam illis tollant, nec faciant injuriam ad homines egredientes & regredientes à mercato, nec feminas ſuo ſciente.*

SUPANUS. Vide *Zupa*.

SUPERABSTINERE. Concilium Toletanum I. c. 13. *De his qui intrant Eccleſiam, & deprehenduntur nunquam communicare, admoneantur, & ſi non communicant, ad pœnitentiam accedant: ſi communicant, non ſuperabſtineantur: ſi non fecerint, abſtineantur.* Vide *Abſtinere*.

SUPERABUNDUS, *Superbus*. ὑπέρογκος, ὑπερήφανος, in Gloſſ. Gr. ubi ſic legendum puto, pro *ſupervacundus*. Infra: ὑπερπερισσεύω, *ſuperabundo*.

SUPERACUTÆ, Tonus in muſica ſublimior, acutior, ὑπερβολαία ἁρμονία, Maximo Tyrio ſerm. 3. Hugo à S. Victore in Speculo lib. 1. c. 3. *Voces autem graves, & acutæ, & ſuperacutæ, innuunt tribus modis prædicandum eſſe tribus ordinibus Eccleſiæ*, &c. Chronicon S. Trudonis lib. 8. p. 441. *Multa autem propter negligentiorem ſuam perficiendi operis velocitatem, quæ per graviores literas notari debuerant, per acutas, ſive ſuperacutas notavit, & quæ per acutas, ſive per ſuperacutas, per graviores: quod incorrectum reliquit, alia ſollicitudine intercurrente.*

SUPERAGIUS, vox hybrida, ex *ſuper*, & ἅγιος, *ſanctus*. Itinerarium Gregorii XI. PP. *Electa fuit à Deo & glorioſa Virgine Maria ab initio in monte ſuperagio.* Infra. *Templum S. Mariæ in ſuperagio.*

SUPERALIA, Ἐπενδύτης, in Gloſſ. S. Benedicti cap. de Veſtimentis. Sed leg. *Superaria*. Vide infra.

SUPERALTARE, bifariam ſumi videtur, nempe pro Ciborio quod Altari imminet, & altari portatili.

Superaltare priori notione uſurpat Joannes Beka in Egilbodo Epiſc. Traject. 13. *Obtulit eidem Eccleſiæ de liberali munificentia ſuperaltare totum aureum, cum multimodis gemmis incomparabilis pretii valde fulgidum, de cujus cacumine lapis, ut fertur, Hoſtularius furtive ſublatus fuit, qui nocturnis temporibus totum ſacrarium radiis emicantibus illuſtrabat.* Vitæ Abbatum S. Albani pag. 71. *Ipſius enim fratris Guillelmi manu tabula picta ante altare B. Virginis, cum ſuperaltari calato, & Cruce ſuperpoſita*, &c.

Superaltare, altera notione. Synodus Exonienſis an. 1287. c. 4. *Nec Miſſæ niſi in altaribus & ſuperaltaribus conſecratis aliqualiter celebrentur.* Inquiſitiones Archidiaconorum diœceſis Lincolnienſis an. 1233. c. 40. *An ſuperaltaria ſint honeſta, & non molentur ſuper ea colores, & quæ Eccleſiæ ſint dedicandæ?* Concilium Sariſberienſe an. 1217. c. 40. *Superaltaria nimis ſtricta non habeant, ſuper quæ periculoſe celebratur, ſed competenter ampla.*

Inventarium Eccleſiæ Eboracenſis in Monaſtico Angl. *Item unum ſuperaltare pretioſum de jaſpi-* to. 3. p. 174. *de, ornatum in circumferentiis cum argento & auro, ac la-* *pidibus pretioſis ſubtilis. Item unum ſuperaltare de rubeo* *jaſpide ornata in circumferentiis cum cupro deaurato. Item* *duo ſuperaltaria de rubeo marmore, ornata cum argento,* *quorum unum ſtat ſuper 4. pedes argenti, & alterum ſine* *pedibus, ſuper quem S. Joannes celebravit, quando ſibi* *apparuit Spiritus ſanctus, ut in ſua legenda patet.* Inven- tarium Eccl. S. Pauli Londinenſis ibid. p. 313. *Su-* *peraltare de jaſpide ornatum capſa argentea deaurata,* *& dedicata in honore B. Mariæ & omnium Virginum.* Pag. 331. *Tria ſuperaltaria benedicta, 7. oſculatoria,* &c. Pag. 333. *Unum ſuperaltare de jaſpide, incluſo pla-* *tis argenteis deauratis, in quo continentur reliquiæ Sancto-* *rum,* &c. Ibidem part. 2. p. 84. *Item ſex ſuperaltaria,* *videlicet unum de jaſpide lapide argento ligato, & deau-* *rato, & unum de alabaſtro, & alia 4. de marmore.* Ex quibus omnibus conjici videtur *ſuperaltare* idem eſſe quod *tabula itineraria*, ſeu altare portatile, quod altari non dedicato ſuperponatur.

Superannatus, qui annum ætatis exceſſit, Gall. *Suran-* *né.* Monaſticum Anglic. to. 3. p. 153. *Etſi in tempore* *pannagii 20. porcos ſuperannatos habuerit,* &c.

Superare, pro *Supereſſe*, uſurpat Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanaſio: *Ego ſuperavi ſolus propheta-* *rum.*

Superaria, *Veſtis quæ ſuperinduitur*, in Gloſſis Iſid. & apud Papiam Gloſſæ Gr. Lat. ἐπενδύτης. *inſtata.* (L. *inſtita) ſuperaria.* Gloſſæ Lat. Gr. habent ἐπενδύτης. *Cot-* *ta vel camiſia ſuperanea*, in Charta Octaviani Cardi- nalis apud Ughell. to. 3. p. 634.

Superassisæ, quæ Latinis *Superindicta*. Vide in hac vo- ce. Charta Edwardi III. Regis Angliæ to. 2. Monaſt. Anglic. pag. 71. *Quieta de omnibus placitis, — & de* *aſſiſis, & de ſuperaſſiſis, & de omnibus foriſfactis,* &c.

Superaudire. Leges Kanuti Regis Angl. part. 2. cap. 43. *Et invenient hoc ipſi teſtes in fide Dei & domini ſui,* *quod ei in verò teſtimonio ſint, ſicut oculis ſuperviderunt,* *& auribus ſuperaudierunt, quod rectè hoc acquiſivit.* Phra- ſis Saxonica, inquit Somnerus: Saxonibus enim oꝼ. p- hȳpan, ut Anglis *overheare*, eſt auribus accipere, vel audire. Aliàs

Superaudire, eſt Negligere, inſuper habere. Vide *Over-* *herneſſa.*

Superauguriare, Auguria conſulere. Halitgarius Epiſcop. Cameracenſis in Pœnitentiali cap. 6. *Si quis* *ſacrilegium fecerit, id eſt quos Aruſpices vocant, qui augu-* *ria colunt, ſuperauguriaverit, aut quocunque malo ingenio,* *3. annos in pane & aqua.*

Superavus, nudè in Gloſſ. Arabico-Lat. Atavus: *Suſel-* *te*, ſeu *Suſayeul*, in veteri Ceremoniali à nobis laudato ad Joinvillam pag. 201.

Superazemularius. Vide *Azemularius*.

Superbia, Dolus. Pactus legis Salicæ tit. 35. §. 5. *Si* *quis ligatum per ſuperbiam, aut per virtutem à Gravione* *tulerit*, &c. Eſt enim hoc loco *ſuperbia*, dolus, noſtris *Supercherie*, ita ut opponatur *virtuti*, ſeu *vi*, uti red- ditur in edit. Pith. tit. 34. Eadem lex tit. 41. §. 16. *Si* *quis per ſuperbiam aut per inimicitiam, caballos aut in-* *menta aliena tribaſſerit.* Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 36. *Et ſi fuerit aliquis qui per ingenium fugitando de* *Comitatu ad alium Comitatum ſe propter iſtum ſacramen-* *tum diſtulerit, aut per ſuperbiam jurare noluerint ſemoti,* &c. Lex Longob. lib. 1. tit. 16. §. 9. *Si quis doloſè* (edit. Heroldi *malitioſè*) *aut per ſuperbiam — mu-* *lierem percutere præſumpſerit*, &c. Adde lib. 2 tit. 36. §. 3. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 43. *Qui* *igitur ſ[illegible] advocatum contra dominum ſuum per ſuper-* *biam, perdat quod de eo tenet.*

Superbrachium. Vide *Brachiale*.

Supercapitulum, Index capitis, ſeu capituli. Clau- dius Taurinenſis in Apologetico adverſus Theodemi- rum Abbatem: *Epiſtolam tuam, cum adjunctis ſuper-* *capitulis plenam garrulitate atque ſtoliditate per quem-* *dam accepi ruſticum partitorem.*

Supercaptio. Vide *Superprendere*.

Supercensus, Gallis *Surcens*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1308. ex 2. Regeſto ejuſdem Reg. n. 9. *Item* *8. lib. & 10. ſol. annui ſupercenſus ſuper plures domos in* *villa de Ponte S. Maxentii*, &c.

Superdemanda, vox Forenſis, cùm Actor in proceſſu litis plus petit quàm continet libellus actionis, ut eſt apud Bractonum lib. 4. tract. 1. c. 16. §. 5. vel cum domi- nus feudi majorem cenſum, quàm ei debetur, à vaſſallo exigit: quo ſenſu accipitur vox *Surdemande* in veteri Conſuetud. Normann. cap. 114. in nova art. 3. 52. 53.

Superdicere, Accuſare, criminari, inſimulare: Saxon. ꝼoꞃꞅecȝan: quomodo Galli dicunt, *Dire quelque choſe* *ſur quelqu'un.* Leges Edgari Regis Angl. c. 9. *Et qui* *aliquem injuſtè ſuperdicere præſumat, unde vita vel com-* *modo pejor ſit, lingua ſua idoneus erit, ſi accuſatus de* *hoc non idoneaverit*, &c.

Superdictiones, Superſcriptiones deletis imponi ſo- litæ. Marculfus lib. 2. form. 17. *Et ut hæc pagina hujus* *teſtamenti in diſceptationem venire non poſſit, ſi quæ litura,* *caraxatura, adjectiones, ſuperdictioneſque factæ ſunt, nos* *eas fecimus, vel facere juſſimus, dum teſtamentum noſtrum* *ſæpius recurrimus, vel emendavimus.* De hac formula vide in *Charaxatura*.

Superducere, Jus denegare, Gall. *Surmener*. Nam *mener par court*, pro jus facere alicui dicebant. Aſſiſæ Hieroſolimitanæ MSS. cap. 208. *Nous vous prions* *come noſtre Seignor, que vous, noſtre Per tel, tenès à* *droit, & menès par voſtre court, & li faites faire l'eſgart* *que il vous à requis.* Cap. 213. *Que il li facent avoir l'eſ-* *gart premier requis, & que il le maint raiſonablement par* *ſa court come ſon home & per.* Hinc vox *Surmener*, pro jus denegare, eodem cap. *Porque je vous prie & re-* *quiers come mes Pers, que vous ne me ſouffrès enci à ſur-* *mener, tant come je euffre droit à faire.* Et infra: *Et* *bien ſachès que tant comme il vodra faire droit en vo-* *ſtre court par ſes Pers, nous ne ſouffrirons que vous le* *ſurmenès, ains le maintiendrons à droit ſi come nous devons.* *Le Roman de Garin:*

> *Par cens enforce & la noiſe & li cris,*
> *Mouls ſurmenoient Loherans, ce m'eſt vis.*

Alibi:

> *Or vos ſormeinent li Hongre & li Danois.*

Superexceptus, Spretus, contemptus, in Legibus Adelſtani Regis apud Brompton. fol. 850.

Superficium, Ἐπικαδόρωμα, in Gloſſ. Gr. Lat. Vide vett. Inſcript. 138. & 608. 8.

Superfluosa. Radulfus de Hengham in Parva cap. 7. *cum manucptus alicujus impeditur* ait difficillimam fieri, *per ſuperfluoſam, & hoc in tenemento diu ante appruato*, &c. Ubi ad marginem editor appoſuit; nonnullis, vel *per ſuperfluam*, aliis, *ſuperfluoſam*.

Superfluitas, Exceſſus in exactionibus, malatolta. Tabularium Dervenſis Monaſterii: *Monachi Sancti* *Petri & Beati Berchari proclamationem fecerunt ad* *magnanimum Comitem Teobaldum de ſuperfluitate quam* *Comes Breonenſis faciebat eis*, &c. Vide *Menſura*.

Superfluus, in Gloſſis antiquis MSS. *Incongruus, impor-* *tunus, inquietus.*

Superfodere, pro *Superfidere*, quomodo Saxonicè Oꝼeꞃꞇꞃeoꝼan, i. nimium, & plus juſto fidere. Le- ges editæ ſub Adelſtano Rege Angl. cap. 13. apud Bromptonum: *Præcipimus hiremannis noſtris, ut omnis* *homo ſciat quando pecus ſuum habeat, & quando non* *habeat, in teſtimonio vicinorum ſuorum, & nobis mon-* *ſtret veſtigium, ſi non poſſit invenire infra tres noctes,* *quia credimus plures idiota neſciunt quomodo peculium* *ſuum ages, & ſuperfodiunt in pace noſtra: unde præcipi-* *mus, ut ipſe infra tres noctes vicinis ſuis judicet, ſi per ſo-* *lutionem velit habere*, &c.

Superforaneum, Supervacuum, de qua voce vide Sa- varonem ad Sidonium lib. 2. Epiſt. 7.

SUPERFRONTALIS. Vide *Frontalis*.

SUPERFUNDERE. In Lege Burgund. tit. 53. mater ſuperſtes eſſe filio dicitur, *rebus ſuperfuſis humanis*, id eſt ut infra habetur, *cum contraria fatorum decreta vertuntur*.

SUPERFUSIO, *Profuſio*, *Perfuſio*, cùm aqua poſt communionem Sacerdotis calici à miniſtro infunditur. Synodus Baiocenſis an. 1300. de Preſbytero qui duas Miſſas eodem die celebrat: *Celebraturus quoque ſecundam Miſſam, vinum ſuperfuſionis non ſumat, ſed miniſtro habenti bonam conſcientiam conferat*. Aliis verbis Synodus Colonienſis an. 1280. c. 6. *Et tunc in prima Miſſa poſt perceptionem Sanguinis, non utatur ablutione vini & aquæ, ſed reſervet in tuto ac honeſto loco, & eam accipiat in ſecunda Miſſa, vel det honeſtæ perſonæ jejunæ, quam noverit ad hoc eſſe paratam*. Synodus Nemauſenſis an. 1284. cap. de Euchariſtia: *Præcipimus etiam quod in Calice magis de vino quàm de aqua ponatur, & quod Sacerdos poſtquam totum acceperit Corporis & Sanguinis Chriſti Sacramentum, duas receptiones faciat juxta conſuetudinem Eccleſiæ Nemauſenſis, videlicet primam de vino puro tantùm, ſecundam de vino & aqua, & cum iſta ſecunda ſimul perfundat digitos ſuper calicem, & poſtea recipiat: niſi cum eodem die aliam Miſſam debuerit celebrare, quia tunc non debet niſi ſanguinem: quod ſi faceret, ſecundam celebrationem impedit*. Cap. de celebrat. Miſſarum: *Tamen ſi in prima Miſſa poſt receptionem corporis Chriſti & ſanguinis, profuſionem acceperit, non debet ſecundam Miſſam in prædictis caſibus celebrare*. Ita

Calicem profundere, in veteri Pœnitentiali MS. de Preſbytero: *Qui non profuderit calicem in fine ſolemnitatis, 30. dies pœniteat*. Ubi

Calicem perfundere dixit Petrus Damianus lib. 5. Epiſt. 18. *De celebrandis verò Miſſarum ſolemniis nos hanc regulam in diſciplinatis Eccleſiis & didicimus, & tenemus, ut calicem differamus in Miſſarum fine perfundere, ſi noſmetipſos eodem die ſacrificium denuo ſperamus offerre: alioquin quandocumque ſacras hoſtias immolamus, in fine calicem ſemper perfundimus. Porrò ſive jejunamus, ſive reficimur, hanc perfundendi regulam non mutamus. Quod autem perhibes quoſdam dicere, quia poſtquam perfundit calicem, non eſt dicendus jejunus*, &c. Capitula Theodori Archiep. Cantuar. c. 55. *Qui perfundit calicem, dum ſolemnitas Miſſæ celebratur 50. dies pœniteat*.

SUPERFUSI, dicti quibus ob morbum, vel periculum mortis, baptiſmus conferebatur ſuperfuſâ ſalutari aquâ, non verò immerſione, uti obſervatum in voce *Clinicus*. Vetus Pœnitential. MS. *Parens, cujus filius non baptizatus, obiit, uno anno pœniteat: ſi Sacerdos ad quem pertinebat, vocatus venire neglexerit, ipſe propter damnationem animæ judicio ſui Epiſcopi caſtigetur. Sed & omnibus licet fidelibus, ubi fortè morituros invenerint non baptizatos, immò præceptum eſt animas eripere à diabolo per baptiſma, id eſt benedicta ſimpliciter aqua in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, intinctos aut ſuperfuſos aqua*. Synodus Nemauſenſis an. 1284. cap. de Baptiſmo: *Si tamen tanta copia aquæ haberi non poſſit, ut infans in ea totaliter mergi poſſit: cum ſcutella vel ſcypho vel alio vaſe aliqua quantitas aquæ ſuper infantem effundatur à baptizante, & effundendo dicat baptizans*, &c. Vide Synodum Celichytenſem an. 816. cap. 11.

SUPERHABERE, pro *inſuper habere*, Deſpicere, negligere, in Legibus Anglicis non ſemel.

SUPERHUMERALE, Veſtis Pontificum in veteri Lege. Exod. 28. 6. *Et fecerunt ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura & cocco*, &c. Paſſim ibi. Sic verò deſcribitur ab Eucherio: *Ephod, veſtis ſacerdotalis, quæ Superindumentum, vel Superhumerale appellatur. Eſt autem velut in caracallæ modum, ſed ſine cucullo: cujus veſtimenti duo ſunt genera, unum lineum & ſimplex, quod Sacerdotes habebant; aliud diverſis coloribus, & auro gemmiſque contextum, quo ſoli Pontifices utebantur*. Vide Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 226 Ivonem Carnot. Serm. 2. de Rebus Eccleſiaſt. Innocent. III. lib. 1. de Myſter. Miſſæ cap 18. 53. &c.

Superhumerale, appellarunt etiam noſtri, *Pallium Archiepiſcopale*, de quo ſuo loco egimus. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 24. *In utroque humero Sacerdos velamine ſuperhumeralis aſtringitur, ut contra adverſa & proſpera virtutum ſemper ornamento muniatur*. Maximus Monachus in Collat. cum Principib. apud Anaſtaſium in Collectaneis, de Imperatore: *Neque indicia, quæ dantur, fert, ſuperhumerale ſcilicet & Evangelium*. *Superhumerale pallium* vocat Jo. de Beka in Hiſt. Epiſcopor. Ultraject. in S. Wilebrordo: *Eundem in Eccleſia S. Petri cum ſuperhumerali pallio ſolenniter Archiepiſcopum ordinavit*. Et in S. Bonifacio: *Tradens eidem Archiepiſcopalem benedictionem cum ſuperhumerali pallio*, &c. ὠμοφόριον, Græcis dicitur, quod in Concilio VIII. act. 2. & 9. *ſuperhumerale* vertit Anaſtaſius Bibliothec. ut apud Theophanem Autor Hiſt. Miſcellæ lib. 22. pag. 707. edit. Caniſii. Gloſſæ MSS. Regiæ cod. 2062. ὠμόλινον, τὸ ἐπὶ τῷ ὤμῳ ὠμοφόριον. Vide Magnum Chronicon Belgicum pag. 111. Baronium an. 869. n. 19. &c.

Superhumerale, idem interdum quod *Amictus*. Udalricus lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 13. *Et alligat ſuperhumerale, id eſt amictum*. Guibertus Lunicenſis Epiſcopus de Uſu Eccleſiaſtico, ait Oſtiarios, Exorciſtas, & Acolythos, *in officiis ſuis ſolere indui ſuperhumerali, alba, & cingulo, & tamen poſſe perfrui conjugio*.

SUPERJACTARI *maleficium*. Lex Salica tit. 21. §. 3. *Si quis alteri aliquod maleficium ſuperjactatus fuerit*, &c. Nos dicimus, *Jetter le ſort ſur quelqu'un*.

SUPERJEJUNARE. Vide *Superpoſitio*.

SUPERILLUSTRES. Speculum Saxonicum l. 1. art. 3. *Ad hunc modum clypeus ſeu cingulum militare in ſeptimis terminatur: primum quippe habet Rex Romanorum, ſecundum Epiſcopi, Abbates, & Abbatiſſæ, qui & Superilluſtres dicuntur: tertium Laici principes, ex quo facti ſunt Epiſcoporum ſubditi & vaſſali, qui Illuſtres nuncupantur: quartum Nobiles & Liberi domini*, &c.

SUPERIMPOSITIO. Charta Ludovici Pii Imp. apud Puricellum in Monumentis Baſilicæ Ambroſianæ p. 215. *Nullaſque præſtationes, vel annuas donationes ſeu quaſlibet angarias, & ſuperimpoſitas exactiones — ſuperimponere & exigere audeat*. Infra: *Si quis autem ex his qui ſub imperio noſtro degunt aliquam ſubtractionem, injuſtamque exactionem, vel angariam, aut ſuperimpoſitionem — ſponte ingeſſerit*, &c. Idem quod

SUPERINDICTUM, *Superindictio*, quidquid præter *indictionem* provincialibus imponitur. Nam ut notat Aſconius in 3. Verrinam, tria ſunt genera penſitationum, *canonis, oblationis, & indictionis*. *Canon*, ſeu Canonici tituli, ſunt ordinariæ præſtationes: *Indictio*, quod præter canonem indicitur: *Superindictio*, quod præter indictionem pro aliqua imminente neceſſitate imponitur. Vide Codicem Juſtin. & Theodoſ. tit. de Superindicto.

SUPERINSIGNE, Sagum Militare, quod armorum inſignibus diſtinctum geſtant in bello Milites. Vide *Jupellum*.

SUPERINSPECTOR, Epiſcopus. Senator in Pſalm. 108. *Epiſcopus dictus Superinſpector, eo quod Domini gregem ipſius gratiâ ſuffragante, quaſi paſtor cautiſſimus, alta ſede cuſtodiat*, &c. Hinc *ſuperinſpicere* dicuntur Epiſcopi apud Sidonium lib. 6. Epiſt. 1. lib. 9. Epiſt. 3. Vide *Epiſcopus*.

SUPERISTA. Annales Francorum Lambeciani an. 882. lib. 2. Comment. de Cæſar. Bibl. p. 353. *Quidam Gregorius nomine, quem Romani Superiſtam vocant, dives valde, in paradiſo S. Petri à ſuo collega occiſus eſt*. Anaſtaſius in S. Hadriano pag. 100. *Miſſi Stephanus Sacellarius & Paulus Superiſta ad prænominatum pergerent Regem*. Alii codd. habent *Super iſta*, disjunctis vocibus, ſed perperam. In Leone IV. pag. 199. *Gratianus Magiſter militum, & Romani Palatii egregius Superiſta ac Conſiliarius*. In Benedicto III. idem Gratianus *ſacri Superiſta Patriarchii* dicitur. In Hiſt. Tranſlat,

S. Sebaſtiani cap. 4. *Erant — & dignitati Apoſtolicæ ſedulo aſſiſtentes Quirinus Superiſta, Theophylactus Nomen-* clator, &c. Apud Luithprandum lib. 6. c. 6. ſub fi- nem, inter primates Romanæ civitatis recenſetur *Stepha-* *nus filius Joannis Superiſta*. Ex his emendanda vetus in- ſcriptio Mediolan. apud Puccinellum in Zodiaco Me- diolan. part. 3. p. 378. † *Guillelmus de Pomo ſuper- ſtes hujus Eccleſiæ, hoc opus multaque alia fieri fecit.* Legendum enim *Superiſtes*. Sed quæ ea fuerit in Eccle- ſia & Palatio dignitas, & unde dicta, fateor mihi igno- tum.

Superjurare. Capitula Theodori Archiep. Cantuar. c. 47. *Si quilibet ingenuus gravi infamia publicetur, ut cum populus ſuperjuraverit, criminoſum haberi, ſi ſe excuſa- re voluerit, ferro ſe examinet.*

Superjurare, Juramentum à paucioribus præſtitum, Jura- mento plurium præponderatum ſuperare, vincere, ever- tere, atque adverſarium falſi convincere. Ita Somnerus. Lex Ripuar. tit. 79. *Si quis homo propter furtum com- prehenſus fuerit, & legitime ſuperjuratus, & judicio Principis pendutus, vel in quolibet patibulo vitam fini- rit, omnes res ejus heredes poſſideant, exceptis capitali & dilatura, quæ in locum reſtituant.* Ubi *Superjuratus*, dicitur reus qui plurium teſtimoniis criminis convictus eſt, quam ipſe innocentiam ſuam probavit. Concilium Triburienſe an. 895. cap. 22. *Si quis fidelis libertate notabilis, aliquo crimine aut infamia deputatur, utatur jure, juramento ſe excuſare: ſi verò tanto talique crimine publicatur, ut criminoſus à populo ſuſpicetur, & pro- pterea ſuperjuretur, aut confiteatur & pœniteat, aut Epiſcopo vel ſuo miſſo diſcutiente per ignem candenti fer- ro examinetur.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 74. *Et qui culpam exigit de fure occiſo, eat ſe tertio, ut duo ſint de cognatione patris, tertius de cognatione ma- tris; & juret quod in cognato ſuo nullum factum erat pro quo de vita forisfactus eſſet, & eant alii cum duo- decim, & ſuperjurent ei inmundiciam quæ ante dicetur.* Eadem ferme habentur in Legibus Athelſtani Regis cap. 16. ubi rectiùs; *Et eant alii cum 12. & ſuperju- rent eum in contaminationem, ſicut ante dicebatur.* Ca- pitula de Weregildis poſt Concilium Grateleanum an. 928 *Et qui ſic promotum hominem non habet, ipſe can- ſam ſuam ſuperjuret, vel amittat.* Burchardus Wor- macienſis Epiſcopus in Lege familiæ: *Similiter erit ex parte matris, niſi ſe cum judicio Scabinorum aut proxi- morum teſtimoniis ſuperari poſſit.*

Superjuramentum, in Legibus Adelſtani Regis cap. 5. apud Bromptonum p. 850. pro *prajuramento* accipi ob- ſervat Somnerus.

Superlabium, Labium ſuperius. Leges Kanuti Regis cap. 51. apud Bromptonum: *Eruantur ei oculi, & truncetur ei naſus, & aures, & ſuperlabium*, &c. Phi- lippus *Mouskes* in Ludovico VIII.

> *Mais trançoit ou piès, puis oreilles,*
> *Nès, baulevres, & crevoit jous.*

Superlicentia, Licentia extraordinaria. Statuta pro Monaſterio S. Andreæ Avenionenſis an. 1253. *Et quia nihil Monacho commune cum urbibus, tam Abbati quam Priori firmiter inhibemus, ne Monachis Avinionem in- trare volentibus dent paſſim licentiam, vel frequenter; ſed ſi cui ſuperlicentiam dederint ſemel in hebdomada, non dent iterum in eadem; niſi cauſa ſubſit rationabilis & expreſſa, de qua cauſa licentia non dubitent quin ſit vera.*

Superliminare, in Hiſt. miſcella, [illegible] apud Theo- phanem an. 6. Juſtiniani.

Supermissa, Epiſtola quæ canitur in Miſſa. Gloſſæ MSS. S. Germani Pariſ. ad Priſciani Græca vocabula: Ἐπι- στολὴ, & Ἐπιστόλιον idem eſt, i. *Supermiſſa*. Alcuinus lib. de Divin. offic. *Epiſtola dicitur Supermiſſa, eo quod ſu- per vetus Teſtamentum & Evangelium Miſſa ſit, non cauſa dignitatis, ſed ut quiſque qui Evangelium fuerit ingreſſus, ibi inveniat medicinam ſalutis.* Eadem verba habet Remigius Autiſiod. lib. de Celebratione Miſſæ. Honorius Auguſtod. cap. 96. *Lectio dicitur à legendo. Epiſtola dicitur Supermiſſa Epiſcopi ſuper ſtola dicitur Miſſa, quia ſicut Prophetia ſuper legem, ita Epiſtolæ Miſſæ ſunt ſuper Evangelium.* Summa Magiſtri Pun- cii Provincialis MS. ex Bibl. Thuana cod. 525. *Epiſto- la eſt ſuperm. ſſa c . . . . . ſitu præſentibus, non incerta* com- poſita quæ . . . . . in recipientis affectum, & indicat delegan- tis.*

Supernas, natis; *Superna colens*. Jo. de Janua.

Superpellicium, Veſtis linea, manicata, ſic appella- ta, inquit Durandus in Ration. lib. 3. c. 1. n. 10. 11. *Eo quod antiquitus ſuper tunicas pellicias de pellibus mor- tuorum animalium factas induebatur, quod adhuc in quibuſdam Eccleſiis obſervatur. Superpelliciale indumen- tum*, in Actis Archiepiſcop. Rotomagenſ. pag. 453. Gauterius de Bellis Antiochen. pag. 461. *Archiepiſco- pus ſacerdotali ſuperpellicio indutus*, &c. Cæſarius lib. 8. c. 97. *Quoſdam viros candidos in ſuperpelliciis & ton- ſura Clericorum adeſſe vidit.* Will. Malmeſburienſis lib. 1. de Geſt. Pontif. pag. 215. *Plus 40. Canonicos cappis & ſuperpelliciis ornaverat.* Regula Ordinis Sem- pringhamenſis pag. 725. *Miniſtris altaris ſint ſuperpel- licea cum capuciis, quæ caput & colli nuda protegant, cum Sacerdotalibus veſtimentis induendi fuerint*, &c. Occur- rit prætereà hæc vox in Legibus Edwardi Confeſſ. c. 36. apud Michaelem Scotum lib. 4. Menſæ Philoſophicæ c. 9. Matthæum Paris an. 1237. 1247. pag. 302. 493. Will. Thorn. in Chron. Cruceum in Epiſcopis Cadur- cenſibus n. 114. Catellum lib. 5. Rerum Occitanar. p. 901. Barralem in Chronolog. Lerinenſi to. 2. pag. 167. Sammarthanos in Epiſcopis Magalonenſibus an. 1339. &c.

Superpellicium porrò veſtis fuit propria Canonicorum regularium, quam nunquam deponunt: adeo ut eo ipſo quod Eccleſiæ Cadurcenſis Canonici *ſuperpellicio* ute- rentur, Regulares fuiſſe ab initio quidam contenderint, & de hac re ad Innocentium IV. PP. reſcripſerint, quo illos ad Regulam revocaret, ut eſt apud Cruceum n. 110. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 18. *Superpellicium & tunica lanea, quantum fieri poteſt, unius longitudinis eſſe debent, ad minus pleno palmo à terra di- ſtantia. — Et ut manicæ ſuperpelliciorum non plus duo- bus palmis ultra digitos promineant.* Hanc ſuperpellicio- rum longitudinem attigit etiam Stephanus Tornacenſis Epiſt. 123. ubi de Canonicis regularibus: *Regularem habitum ſic præfertis exterius, ut interius conſervetis. Hujus habitus indicium principale vobis mitto, ſuperpel- licium novum, candidum & talare, quod repræſentet vo- bis vitæ novitatem, munditiæ candorem, perſeverantiæ finem.* Et in Concilio Baſilienſi an. 1431 ſtatutum eſt, ut Cano- nici Eccleſiarum Cathedralium, *Horas Canonicas dittu- ri, cum tunica talari, ac ſuperpelliceis mundis ultra me- dias tibias longis, vel cappis, juxta temporum ac regio- num diverſitatem, Eccleſias ingrederentur: non caputias ſed almucias, vel bireta tenentes in capite.*

Superpelliciorum Canonicorum Regularium forma va- ria fuit. Quippe ex Conſtitutione Benedicti XII. PP. *ſuperpellicium*, quo in Choro utuntur, longiores mani- cas habet. Cui non amplæ, ſed ſtrictæ manicæ ſunt, *Ro- chetum*, ſeu *Romana camiſia* dicitur, quod eo utantur potiſſimum Itali. Quod undique per circuitum claudi- tur, *Cotta* vocatur. *Sarrocia*, ad latus aperta ſunt, & non niſi ad 4. digitos inferiùs clauſa, ſine manicis, colo- bium referentia. Cum foras prodeunt, *parva ſarrocia* acci- piunt, undique aperta, qualia dantur Novitiis. Latitudo non excedit 4. digitos, & ut ſcapulare Monachorum, hinc inde dependet, non tamen ſine plicis. Autores *faſ- ciam* appellant & *baſtam*. Incommoditas in obeundis muneribus hanc variationem intulit. Verba ſunt Nebri- dii à *Mundelheim* in Antiquario Mon. In eandem ferme ſententiam hæc ſcripſit Joan. Buſchius l. 1. c. 23. *Habi- tus Canonicorum Regularium eſt veſtis linea, ſive toga linea, quam Romani Roketum Romanum, Germani Subtile, Sar- rocium, ſive ſcorlicium appellant. Habitus iſte in diver-*

ſis mundi climatibus diverſimode formatur. Quidam enim Roketum Romanum, ſive ſubtile deferunt, in lateribus integrum uſque ad calceos penè porrectum, cum manicis integris uſque ad manus, ſive ad cubitum extenſis. Alii hanc lineam portant in forma longi latique ſcapularis, ſine manicis in lateribus apertam, aut circa tibias ad latitudinem palmæ manus, more Cartuſienſium conſutam, aliquando cum rugis, aliquando ſine rugis & plicis, quam Saracinum vocant. Tertii hanc lineam veſtem deferunt in forma parvi & brevis ſcapularis de collo dependentis, quam Scorlitium nuncupant. V. Car. Molinetum Can. Regul.

Superpellicia mulieribus quibuſvis tribuunt etiam Galbertus Flandr. in Vita Caroli Comitis n. 51. & liber Miraculor. S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. n. 44.

Supellicium, pro *Superpellicium*, in Statutis Juhelli Archiepiſcopi Turon. an. 1233.

Superplus, Reſiduum, quod ſummam aliquam excedit; Gallis, *Le ſurplus*: ὑπέρπλεον, Zonaræ in Alexio Comn. pag. 237. & Glycæ. Leges Adelſtani Regis apud Greateleyam cap. 1. *Excipiatur inprimis capitale repetentis de pecunia ipſius, & dividatur poſtea ſuperplus in duas partes, unam partem habeat uxor ejus*, &c.

Surpluſagium eadem notione, ex Anglico *Surpluſage*. Charta Edwardi III. Regis Angl. *Et de ſurpluſagio exitnum eorum, ſi quod fuerit*, &c. Ordinationes de Mariſco Romencienſi: *Satisfaciant in omnibus quod conjunctum fuerit per prædictum computum inter eos de ſuperpluſagio recepto de averiis venditis*, &c. *Surpluſage*, apud Will. Stanford in Placitis Coronæ lib. 2. c. 13.

Superpondus, quod pondus excedit: Gall. *Surpois*, Occitanis *Subrepes*. Fori Morlanenſes art. 18. *Si aliquis cambiat in hac villa, & ſuperpondus unius ſterlini accipiat in marcam, ſi probari poſſit; 6. ſolid. dabit pro damno.*

Superponere, ultra debitum exigere: *Cenſum ſuperponere*, in Præcepto Caroli M. pro Hiſpanis an. 812. & in Capitulari Wormacienſi an. 829. c. 15.

Superpoſitio, Exactio extraordinaria. Judicium Aganonis Epiſcopi Auguſtodunenſis: *Oppreſſiones injuſta & ſuperpoſitiones illicitæ*, quæ ita infra exprimuntur: *Quando ex unoquoque manſo ab habitatore poſſeſſo porcus & agnus, gallina & pullus, fœnum & annona, denarii, nec non & ea quæ neceſſaria erant, ſolebant extorqueri.* Ita

Superpoſitum, eſt penſitatio extraordinaria, quæ præter conſuetam imponitur. Synodus Romana ſub Eugenio II. cap. 16. ex edit. Holſtenii: *Nulli liceat Epiſcoporum à ſubjecto Sacerdote, vel aliquolibet Clerico, & piis locis dationes ultra Statuta patrum exigere, aut ſuperpoſita in angariis inferre.* Capitul. Caroli Cal. tit. 4. cap. 3. *Quod res ad Eccleſiam mihi commiſſam pertinentes, & tempore principatus veſtri ablatos, ita præſentialiter reſtituatis, — excepto ſuperpoſito, quod in uſus poſſidentium, vel ex ædificiis abſumptum eſt.* Honorius III. PP. in V. Collect. tit. 16. cap. 1. ad Decan. & Capitul. Compoſtell. *Sic dubitatio tollitur de vigeſimandis illis denariis, quos Superpoſitum appellatis.* Ubi vigeſimatio denariorum, eſt id quod vulgò dicimus *le ſol pour livre*: neque enim placet Citoni interpretatio.

Suprapoſitio, eadem notione in Chartæ an. 1039. apud Ughell. to. 5. p. 301.

Superimpoſitum, in Charta Caroli Craſſi an. 882. apud eundem to. 5. p. 1572.

Superponere, Præferre, anteponere. Capitulare Pipini Regis an. 793. c. 10. *Placuit ut ubi lex erit, præcellat conſuetudini, & ut nulla conſuetudo ſuperponatur legi.*

Superposita, Morbus ſeu læſio equina *inter carnem & ungulam faciens rupturam carnis ibidem*, &c. Petrus de Creſcentiis lib. 9. cap 51. cujus vetus Gallicus interterpres vertit *ſuppoſte*.

Superpositio, & *Superpoſitio jejunij*, dicitur jejunium ſtrictius, & quod majori abſtinentiâ obſervatur, quàm cætera jejunia quæ ex regula, aut ab Eccleſiâ indicuntur: ita ut ſi quis ſemel in die edat, in ipſo, ut vocabant, *ſuperpoſito* die à cibo vel etiam à potu penitus abſtineret; quod Pœnitentialis MS. *ſuperjejunare* dixit: *In quarto ſuperjejunet ad Nonam, & à carne & vino abſtineat ſe.* Concilium Eliberitanum can. 26. *Errorem placuit corrigi, ut omni Sabbati die jejuniorum ſuperpoſitionem celebremus.* In eod. Concilio cap. 23. *Jejuniorum ſuperpoſitiones per ſingulos menſes placuit celebrari.* Regula Magiſtri c. 53. *Qui verò voluerint Fratres jejunium ſuperponere, in ipſo ſuperpoſito die in labore cum Fratribus non ſpectentur, ſolummodò laborantibus Fratribus legant, ut otioſi non ſint, & pro pane, verbo Dei reficiantur.* Ubi diſertè indicatur in ſuperpoſitis jejuniis à pane abſtinuiſſe jejunantes; proindeque ſuperpoſitionem fuiſſe ſtrictius jejunium: nos dicimus *Redoublement de jeune*.

Jejunium duplex, appellatur apud Anonymum Sueſſion. in Vita S. Vodali cognomento Benedicti, n. 4. *Jejunio duplici reliquorum chariſmatum diademà coronavit.* Quo loco *jejunium duplex* dicitur, quomodo *gemina ſuperpoſitio* in Actis Martyrum Numidarum n. 8. *Continuatis in carcere gemina ſuperpoſitione jejuniis, & orationibus ſæpe repetitis*, &c. In quibus ſcilicet à pane & potu abſtinebatur. Cujuſmodi fortè fuit [illegible] SS. Patrum, de quibus Nilus Narrat. 3. qui alternis diebus, παρὰ μίαν ἡμέραν, reficiebantur, cum alios [illegible] tranſigerent: Duplicis jejunii meminit etiam Fauſtus Regienſis Epiſt. 8. *Si trepida parum ampliùs rudimenta permittunt, alternis hyemales dies jejunio tranſigantur: quæ ſicut moderari convenit, ita neceſſe eſt duplicari: duplicari, inquam, duo enim ſunt abſtinentiæ genera: unum eſt incontinentis appetitum à cibo & potu, & à diverſis carnalium ſuavitatum illecebris coercere; & vomere crucis terram ſubjecti exterioris edomare, & neceſſitati potiùs quàm voluptati temperata moderatione ſervire panlum ſi permittat infirmitas, vel alternis diebus, donec vis longa conſuetudinis diſſueſcatur, accipere.* Ubi quod Fauſtus *alterna jejunia*, Beletus cap. 13. *jejunia alternitatis* vocat.

Superpoſitio igitur in jejunio erat ſtrictius cæteris jejunium, ut fuit illud quod Monachi Ægyptii Quadrageſimali tempore obſervabant. S. Hieron. Epiſt. 22. *Jejunium totius anni æquale eſt, exceptâ Quadrageſimâ, in qua ſola conceditur diſtrictiùs vivere.* Vita S. Samſonis Epiſc. Dolenſis lib. 1. c. 10. *Jejuniis ac vigiliis prolixioribus plus omnibus Fratribus ibidem habitantibus ſe ſe exercebat, ita ut ſuperpoſitiones, interdum autem & triduanas facere contenderet.* Lib. 2. cap. 12. *Superpoſitiones frequentiſſimas, nec non & biduanas, interdum autem & totas hebdomadas, id eſt 7. dies totos peragens, ſeptimo demum die reficiebatur.* Rabanus Maurus lib. 2. de Inſtit. Cleric. cap. 25. *Qui conſtituta atque demandata jejunia ſervare neglexerit, peccat: qui autem expletis legitimis, privata ſuperexpenderit, propriam mercedem habebit. Nam leguntur aliqui Sanctorum per biduanas, ſive per triduanas, ſive etiam per totam hebdomadam jejunium extendere: plerique quod nec vinum, nec ſiceram biberint, nec aliquid manducaverint, præter panem ſiccum & olera: alii quod ab omni carne ſe abſtinuerint*, &c. Ita Epiphanius in Expoſit. fidei Catholicæ n. 22. Οἱ δὲ σπουδαῖοι διπλᾶς, καὶ τριπλᾶς, καὶ τετραπλᾶς ὑπερτίθενται, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα (τινὲς) ἄχρι ἀλεκτρυόνων κλαγγῆς τῆς κυριακῆς ἐπιφωσκούσης. Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 15. *Exiguoſque cibos & tenues potiones ſumens: diebus autem Quadrageſimæ ſanctæ, addebatur augmentum abſtinentiæ ciborum diminutione: nam uſus illi panis tantum hordeaceus erat & aqua.* Ejuſmodi fuere jejunia, de quibus Nilus in Narrat. 3. pag. 34. Palladius in Hiſt. Lauſiaca cap. 20. & Chronicon Montis-Sereni an. 1157.

Atque ea ſtrictiora jejunia Monachis, quibus crebra ac ſtata erant jejunia, in pœnam & mulctam pro erroribus commiſſis imponi ſolebant, quæ *Superpoſitiones* ſimpliciter appellantur. Regula incerti: *Si qualibet occaſione à juſto deviatum fuerit, ſuperpoſitione damnetur.* S Columbanus: *Qui vituperat aliquem fratrem ob-*

ſequium dantem, tribus ſuperpoſitionibus pœniteat. Pœnitentiale MS. Thuanum, ſeu Capitula Theodori Cantuar. c. 52. *Si in die quando communicaverit, ſacrificium evomuerit, ſi ante mediam noctem, tres ſuperpoſitiones faciat, ſi poſt mediam noctem, duas*, &c. Ita paſſim in aliis *Pœnitentialibus*, ejuſdem ſcilicet Columbani (ubi perperam *ſuppoſitiones*, pro *ſuperpoſitiones* editum proclivi mendo etiam in MSS. codd.) & Halitgarii Epiſcopi Cameracenſis c. 9. 10. in Regula S. Donati cap. 29. &c.

Eadem notione ὑπερτιθέναι, & ὑπέρθεσιν uſurpant Græci Patres. Dionyſius Alexandrin. in Epiſt. ad Baſilidem can. 1. de Chriſtianis dies Hebdomadæ ſanctæ in ſtrictiori jejunio tranſmittentibus: ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν ἀσίτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας, οἱ δὲ οὐδεμίαν· καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπερθέσεσιν, εἶτα ἀποκαμοῦσι, καὶ μόνον οὐκ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γεύσεως. &c. Ubi obſervare eſt *ſuperponentes* ἀσίτους jejunaſſe. Ὑπέρθεσις τῆς νηστείας, apud Cyrillum Hieroſ. Catech. 18. Ὑπερθέσιμοι ἡμέραι, quibus jejunia ſuperponuntur, apud Evagrium lib. 1. c. ult. Οἱ πολλάκις μὲν καὶ τὰς ἑβδομάδας ὑπερθεσίμους (ἡμέρας) ἀσίτοι, διήμεροι καὶ τριήμεροι τὰς νηστείας ἐκπληροῦντες. Ita etiam

Superpoſitionem uſurpant Medici veteres, nempe pro morbi augmento, *Redoublement de fievre, ou de maladie*, cui *lenimentum* opponitur. Cælius Aurelian. lib. 3. Tardarum paſſion. cap. 1. *Non ſolum lenimenti tempore, ſed etiam in augmento, ſive ſuperpoſitione paſſionis.* Idem in Præfat. *Praſcriptis celerum paſſionum libris, tardarum placet curationes ordinare, quæ ſola ſuperpoſitionis tempore ſuperioribus ſimiles, in lenimento verò varia recorporatione formantur.* Et lib. 1. Acutor. c. 5. *In ſuperpoſitione, quam Græci* ἐπίθεσιν *vocant.* Lib. 2. c. 12. *Si in ſuperpoſitionem veniant, quam Græcè Epithesin vocant.* Occurrit paſſim apud hunc ſcriptorem. Alexander Iatroſophiſta lib. 1. Paſſion. capit. *De ſignis futura frenetica: Quod ſi paſſio ſuperpoſuerit, ita ut jam proxima ſit freneſis*, &c. Neque aliter accipi debet

Superpoſitio ſilentii apud Columbanum, quæ imponebatur in pœnam, ita ut cui indicta erat, ſilere prorſus, ac ne vocem quidem emittere juberetur. Petrus Cluniac. lib. 1. Epiſt. 27. p. 673. *Videant diſcreti utrum ſuperflua locutioni utile ſilentium imponi, an ſuperponi debeat.* Perperam editum *ſupponi*. Ita

Superpoſitio pſalmorum & officii, apud Stephanum Pariſ. in Regulas S. Benedicti, eſt officii & curſus Eccleſiaſtici augmentum, additio ad conſuetum officium. *Monaſteria quædam quadam utuntur pſalmorum & officiorum ſuperpoſitione.* Alio porrò ſenſu

Superpoſiti dici videntur *Pſalmi* in Regula Magiſtri c. 50. *Alii literas diſcant & doceant, alii pſalmos, quos habent ſuperpoſitos, meditentur.* Cap. 57. *Aliquantulum legat, ſi fuerit pſalteratus. Si verò non fuerit, tabulas à Majore ſuperpoſitas Pſalmis ſecum portet, ut ad refectionem prandii cum applicaverit, aliquantulum, quantum occurrerit, tamen meditetur, ut quotidie regulæ reddat quod ſuum eſt. Ita & Frater, qui adhuc literas diſcit, tabulas ſuperpoſitas à Majore à Monaſterio ſecum portet, ut ſi cum literato vadit, ipſe, cum ad refectionem vel manſionem applicuerit, cum eo tamen, aut ſolus aliquantulum, quantum occurrerit, meditetur.* Quibus locis Pſalmi *ſuper* tabulas peregrinantum illiteratorum *poſiti* videntur indicari, quorum ſcilicet loco aliquid de iis meditari liceat. Utcunque ſit de horum verborum ſenſu, conſtat genuinam vocis, *ſuperpoſitio*, ſignificationem Salmaſium ad Solini cap. 27. pag. 324. & 1342. ut & pleroſque è doctioribus non eſſe aſſecutos.

Superpoſitio. Gloſſæ MSS. *Epicenia, ſuperpoſitio.* Concilium Erfordienſe an. 932. c. 5. *Ut nemo niſi conſentiente proprio Epiſcopo, aut ejus Miſſo, ſub obtentu religionis jejunium ſibi imponat, unum diem præ aliis excipiendo, omnino interdicimus: — quia plus cauſa ariolandi eſſe cognoſcitur, quam ſupplementum legis Catholicæ.*

SUPERPOSITUM, Superficies, quidquid agro inædificatum eſt, aut in eo ſatum vel plantatum. Teſtamentum Widradi Abbatis Flaviniac. an. 1. Theoderici Regis: *Quidquid ad ipſam Colonicam aſpicere videtur, cum omne ſuperpoſito.* Infra: *Ut dum advivant hoc teneant, & poſt ipſum diſceſſum cum omne ſuperpoſito ad jamdictam caſam S. Prejecti — revertere faciant.* Synodus Belvacenſis an. 845. c. 3. *Excepto ſuperpoſito, quod in uſus poſſidentium vel ex ædificiis aſſumptum eſt*, &c. Adde ch. 144. in Appendice ad Capitularia Reg. Franc.

Superpoſitum nemoris, Arbores, virgulta, cædua. Charta an. 1182. ex Tabulario Foſſatenſi fol. 25. *Hoc ſolum ab eis obtinui quod ſuperpoſitum nemoris illius mihi ab ipſis venditum ſuccidiſſe, & inde tuliſſe licuiſſe à Natali Domini anni illius uſque ad 5. annos.* Ubi ſuperſcribitur *i. le ſorpoſt.* Infra, fol. 237. dicitur *ſuperficies nemoris. Superficiem quod extunc poſſint dicti Religioſi, dictam nemoris vendere, ſive ſcindi facere*, &c.

Superpoſitum, Exactio extraordinaria. Vide *Superponere.*

SUPERPOSITUS Monaſterii, Abbas, Ἡγούμενος, in Diplomate Muncimiri Croatiæ Ducis an. 992. apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. lib. 2. c. 2. Ita in veteri Inſcriptione *Superpoſitus medicorum*, qui aliàs ἀρχίατρος. S. Hieron. *In toto orbe decretum eſt, ut unus de Preſbyteris electus ſuperponeretur cæteris. Superponi Eccleſiæ*, i. præfici, in Concilio Valentino III. c. 7.

SUPERPOSTULATIO, Quod præter debitum exigitur, in l. 28. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ.

SUPERPRENDERE, Capere ultra quàm fas eſt, aut licet. Lex Ripuar. c. 60. §. 2. *Si quis conſortem ſuum, quantulumcumque ſuperpriſerit, cum 15. ſol. reſtituat.* Ubi *ſuperprendere conſortem ſuum*, eſt *prendere ſuper conſortem*. Gallis, *Prendre ſur ſon compagnon.* Hincmarus Epiſcopus Laudun. pag. 609. *Dixit quidem Rex, dum de receptione ejuſdem villæ ageretur, quod alia, ſicut Normannus dicebat, ſuperprendiſſem, quæ in meo non continebantur præcepto.*

Superpriſa. Tributi ſtati ac ordinarii ſpecies, ſic appellata, quod domini ultra conſueta tributa tenentibus ſuis id olim impoſuerint. Notitia an. 1114. in Tabulario Eccleſiæ Heduenſis: *Siquidem Simon quærebat in terra S. Nazarii, quam duo fratres tenebant — ſalvamentum & ſuperpriſam. Unde ſtatutum eſt in eadem terra annuatim pro ſalvamento in vindemiis modium vini, denarium pro pane unum, alterum pro vino, tertium pro caſeo prædictus Simon accipiat.* Infra: *In omnibus iſtis terris nihil omnino ſæpedictus Simon retinuit, præter illa tantummodo de ſalvamento, quæ ſuperius annotata ſunt, neque ſuper priſiam, neque aliquam penitus exactionem.* Charta Odonis Ducis Burgund. an. 1102. *Relaxant Monachis Divionenſibus — arbergarias, cautiones, & ſuperpriſias.* Charta Philippi Pulchri Regis Franc. an. 1311. *Novitas vel ſurpriſa, quod idem eſt.* &c.

Supercaptio, eadem notione. Vetus Notitia an. 1122. in eodem Tabulario Heduenſis Eccleſiæ: *Theodericum verò de Vaura cum tenore ejus ad manſum pertinente — Canonicis dedit, excepto quod quamdiu Hugo vixerit, in Theoderico ſupercaptionem retinuit.*

SUPERSALIENTES. Leges Alfonſinæ part. 2. tit. 24. lege 6. *Sobreſaliente: llaman otroſi à los omes que ſon pueſtos ademas en los navios, aſſi como balleſteros, e otros omes de armas, e eſtos non han de fazer otro officio, ſi non defender à los que fueren en ſus navios, ſi liando contra enemigos.* Conventiones Michaëlis Paleologi Imp. & Genueſium an. 1261. poſt Villharduinum noſtrum editæ: *Videlicet quilibet nocherius Yperpera 3. & Kar. 6. Superſalientes unius cuiuſque galeæ PP. 10.* &c. Eadem Charta Gallica vertit, *Seurſaillans.*

SUPERSCRIBERE, Pignori capere, titulum prædio adſcribere: *Saiſir.* Gregorius M. lib. 10. Epiſt. 27. *Nam ſi quis eorum exinde, quod non credimus, exire præſumpſerit; certum illi ſit quia noſter conſenſus nunquam illi aderit, ut foris de maſſa in qua nati ſunt, aut habitare, aut debeant ſociari, ſed & ſuperſcribi terram eorum.* Editio

an. 1508. habet, *ſed & ſupraſcriptam terram eorum ſciatis*, &c. Vide *Titulus*.

SUPERSEDERE, Differre: Superſiſa, dilatio. Propriè *ſuperſedere*, eſt negligere, contemnere. Leges Adelſtani Regis c. 25. *Si quis gemotum, id eſt publicum Comitatum, adire ſuperſedeat, ter emendet overhirneſſam*, &c. Leges Kanuti Regis 2. part. c. 26. *Si quis audito clamore* (de fure agitur) *ſuperſederit, reddat Overhirneſſam Regis, aut plenè ſe adlegiet*. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 50. cui titulus, *de ſuperſiſionibus placiti: Si quis a domino vel Prælato ſuo de nominatis placitis ſecundum legem placitatus ad diem condictum non venerit, omnium placitorum, de quibus nominatim implacitabatur, incurrit emendationes, niſi competens aliquid reſpectaverit. Summonitiones ſuperſeſſa*, cap. 17. Et cap. 53. *Qui ſecundum legem ſubmonitus à juſtitia Regis ad Comitatum venire ſuperſederit* — *10. marcarum reus ſit*. Lex Familiæ Burchardi Epiſcopi Wormacienſis: *Si quis in civitate hæreditatem aream habuerit, ad manus Epiſcopi dijudicari non poterit, niſi tres annos cenſum & aliam ſuam juſtitiam inde ſuperſederit. Et poſt hos tres annos ad tria legitima placita invitetur: & ſi ſuperſeſſum jus pleniter emendare voluerit, ipſe ſimul antea poſſideat*.

Superſiſa, perinde dicitur de iis qui juri ſtare ac parere recuſant, vel negligunt. Bracton lib. 5. tract. 2. cap. 1. §. 1. *Si autem poſt primam captionem ad alium diem non venerit, amittet ſeiſinam ſuam per ſecundam captionem per parvum Cape, niſi tunc veniat & defendat per legem, ut ſupra de ſummonitionibus & ſuperſiſis*.

Surſiſa, eadem notione, apud eundem Bractonum eod. lib. tract. 1. c. 4. §. 1. & alibi. Leges Willelmi Nothi cap. 48. *è ki le cri orat, è ſurſera la ſurſiſe li rei amend, u ſ'en eſpurges*. Ubi Leges Saxonicæ Kanuti Regis 2. part. cap. 26. habet cyninger oferhyrnyſſe, id eſt *Regia overhirneſſa*. Vide in poſtrema hac voce.

Superſiſio. Legum Henrici I. cap. 50. *De ſuperſiſionibus placitis*, inſcribitur: ſed legendum videtur *placiti*, cum ſcilicet *quis à domino vel prælato ſuo denominatis placitis ſecundum legem ad diem condictum non venit omnium placitorum*, &c. Ita

Superſeſſio Comitatus, de eo qui ad Comitatum non venit, cap. 53.

Superſeſſio, vox medicorum, ἐγκάθισμα, ſeſſio in aqua medicata ab imis pedibus uſque ad umbilicum, ita ut ſupernæ partes non madeſcant. Ita Gorræus. Gloſſ. Medicum MS. Reg. cod. 1486. *Encatiſma, i. ſuperſeſſio*.

SUPERSEDIUM, Sedis *Stragulum*. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 246. *Superſedium unum*.

SUPERSELLIUM, Stragulum quod ſellæ inſternitur. Meſſianus Presbyter in Vita S. Cæſarii Archiep. Arelat. pag. 254. lib. 2. *Sed regreſſa ab eo ad ſellam ipſius appropinquare ſe permitti rogavit, quæ de ſuperſellio qui ſella tegebatur, locum debilitate fideliter tangens, ſtatim priſtinam ſanitatem recepit*. Vett. Schedæ apud Mabillonium: *Antemanicias paria 3. ſuperſellio velloso 1.* &c. Conſtitutiones Synodales Epiſcopi anonymi an. 1237. in Conciliis Anglic. to. 2. *Et cum equitant* (Monachi) *decentibus ſellis utantur, ac frænis, ac ſuperſelliis*. Vide *Bancale*.

SUPERSIGNUM, Vexillum navis. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 34. *Qualibet galearum vel vaſculum ex prædictis ferat aliquod ſuperſignum quale ſibi à dicto Capitaneo impendetur, ut ſi qua galea extranea vel vaſculum lignorum dictum introiret exercitum, ab aliis cognoſcatur*. Vide *Superinſigne*.

SUPERSISA. Vide *Superſedere*.

SUPERSTATIONARIUS. Vide *Stationarius*.

SUPERSTATUTUM, quod præter *Statutum* exigitur, in l. 12. Cod. Th. de Erogat. milit. *A quibus ſuperſtatutorum grave atque inuſitatum quoddam nomen Cenaticorum fuerit introductum*.

SUPERSTITIA, *Superſtitium*, idem quod *Superſtitio*. Gloſſ. Gr. Lat. δεισιδαιμονία, *ſuperſtitia, ſuperſtitium, ſuperſtitio, religio*. Alibi: Θρησκεία, *ſuperſtitio, ſuperſtitium, religioſitas*. MS. habet *Religio, Ritus*. Gloſſæ MSS. ad Prudentium: *Superſtitio, paganitas*. Ita apud S. Valerianum lib. de Bono diſciplinæ, *Antiquo ſuperſtitionis errore*, Ethniciſmo, Gentilitate, interpretatur Goldaſtus.

SUPERSTITIO, Vexatio, quidquid ſuper *ſtatas* & ordinarias præſtationes exigitur. Charta Caroli Craſſi Imp. an. 882. pro Eccleſia Veronenſi, apud Ughellum: *Pervenit ad noſtram notitiam maxima venerabilium Epiſcoporum & populi proclamatio de plurimis ſibi illatis ſuperſtitionibus & injuſtis oppreſſionibus à ſeculari & publica poteſtate*, &c. Occurrit ibi rurſum, & in alio ejuſdem Imp. Diplomate to. 4. pag. 1366. *Omnes has ſuperſtitiones, & importunas funditus violentias ab hoc hodierno die deinceps abolendas* — *decernimus*. Paulò diverſa notione dicitur, *Supervacua & Deo odibilis veſtimentorum ſuperſtitio*, in Epiſt. S. Bonifacii Moguntini ad Cuthbertum Archiep. Cantii præfixa Concilio Cloveshovienſi. In Capitulari Aquiſgranenſi I. an. 805. c. 3. & lib. 7. Capitul. c. 260. agitur de *Chorepiſcoporum ſuperſtitione atque damnatione*. In Gloſſis antiquis MSS. *Superſtitio*, exponitur *Superfluitas religionis, ſuperflua inſtitutio vel obſervatio, Superſtitioſus, falſus religioſus, aut idolorum cultor*. Vide *Superſtitia*.

SUPERSUADERE, *Diſſuadere*. Papias.

SUPERTENERE, *ſupratenere*, Detinere, poſſidere per vim, aut contra jus: debitum quid ultra tempus ſive terminum ſolutioni præfinitum detinere; Saxon. oferhealdan ab ofer, ultra, & *healdan*, tenere. Leges Alvredi c. 9. apud Brompton. *Si quis Rumfeith ſupertenear, reddat Lasblite*, &c. *Theloneum ſupertenere*, in Legibus Ethelredi c. 24. *Decimam ſupertenere*, in Legibus Henrici I. c. 11. Infra: *Romfeoh in Feſto S. Petri ad vincula debet reddi, qui ſupratenebit, reddat Epiſcopo denarium illum, & 30. den. addat Regi*.

SUPERTITULUS. Firminus de mutatione aëris cap. 1. *Hæc particula non eſt niſi ſupertitulus tabulæ præcedentis*.

SUPERTOTUS, Veſtis ſpecies, quam itinerantes ſupra omnia conſueta veſtimenta ſuperinjiciebant. Statuta Ordinis S. Benedicti in Provincia Narbonenſi an. 1226. cap. 16. *Illas quidem veſtes, quæ vulgò Balandrava, & Supertoti vocantur, & ſellas rubeas, & fræna & calcaria deargentata penitus amputamus*. Sed videtur legendum *ſupercoti*, Gall. *Surcots*, de quibus in *Surcotium*.

SUPERTUNICA, *Supertunicale*, Veſtis quæ *tunicæ* injicitur, ἐπενδύτης.

Supertunica. Statuta Hoſpitalis S. Juliani in Anglia: *Sit ſupertunica clauſa & talaris, manicas habens tegentes cubitos circumquaque*. Monaſticum Anglicanum to. 1. p. 420. de leproſis: *Supertunicas autem ſtamineas de ſargio, & femoralia linea accipiunt*, &c. Tomo 2. pag. 464. *Tunicam, ſupertunicam, longum tabardum & capucium, cum furrura ad ſupertunicam & capucium*. Adde Concilium Exonienſe an. 1287. c. 17.

Supertunicale. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conſcientia: *Vidi quendam, qui cum erat coram magnis Beguinis, habebat magnum ſupertunicale rotundum cum magnis & latis manicis de camelino, & coram mundanis habebat de Bruneta ſciſſum ante & retro, ſtrictum ſine manicis, de vario foderatum*. Rogerus Hoveden. pag. 619. *In eum miſerunt ſagittas, ita ut etiam ſupertunicale ſuum crudeliter perforarent*. Chronicon Eccleſiæ S. Pauli Narbonenſis an. 1242. *Dominus Raymundus Comes Toloſæ, & Dominus Amalricus Vicecomes Narbonenſis, pedibus & ſine ſupertunicalibus duxerunt Dom. Archiepiſcopum qui equitabat ſupra ſuum equum, per habenas*, &c. Vetus Rotulus an. 1267. *Pro capa, ſupertunicali, corſeto & honcia, 572. l. 19. ſ.* Alius an. 1234. *Pro ſupertunicali D. Joannis de Bellomonte*, &c. Occurrit præterea in Concilio apud Campinacum an. 1238. c. 25. Turonenſi an. 1239. c. 3. Budenſi an. 1279. c. 4. Toletano an. 1324. c. 2. Andegavenſi an. 1365. c. 12. apud Radul-

phum in Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis n. 49. in Geſtis Guillelmi Majoris Epiſcopi Andegav. cap. 15. & alibi, in Hiſtoria Majorum Abbavillenſium pag. 205. in Præceptis Synodalib. Petri de Collemedio Arch. Rotomag. &c. Vide *Menſale*.

SUPERVANNUM, Pars navis. Contractus initus inter S. Ludovicum Regem Franc. & Venetos an. 1268. *Et habet duos parad ſos, & unum vannum, & ſupervannum coopertum, & duos pontes, & unum ſuprapontem*, &c.

SUPERVENTA. Hincmarus de divortio Lotharii: *Ad hæc omnia pertinent & ligatura execrabilium remediorum, — & quas Superventas fœmina in ſuis lanificiis, vel textilibus operibus nominant.* Huc ſpectat Canon 11. Concilii Bracarenſis: *Non liceat mulieres Chriſtianas vanitatem in ſuis lanificiis obſervare*, &c. Cujuſmodi verò fuerint hæ ſuperſtitiones, vide in *Venta*.

SUPERVENTOR, qui pro alio *intervenit*, & ſpondet. In Concilio Arauſicano I. ſubſcribit poſt Epiſcopos, ano nymus, hoc verborum tenore: *Ego ſuperventor pro patre meo & Epiſcopo Claudio ſubſcripſi & recognovi.*

Superventores, Latrones, adgreſſores, ut interpretatur Papianus JC lib. Reſponſor. Titulus 39. Legis Burgund. inſcribitur *de Superventoribus & Effractoribus.*

Superventores juniores, ſub diſpoſitione Magiſtri peditum Præſentalis: *Milites ſuperventores, ſub Duce Scythiæ*, in Notitia Imperii, qui hoſtem primi adgrediebantur. *Superventorum* meminit Ammianus lib. 19.

SUPERVENTUS, Verbum militare, quo pro *incurſione* utuntur Vegetius lib. 1. c. 21. l. 3. c. 1. 3. 6. 7. 8. 10. 19. 22. 26. Sidonius lib. 3. cap. 3. &c. Eſt præterea

Superventus, Latrocinium. Idem Sidonius lib. 6. Epiſt. 4. *Vargorum*, latrunculorum ſic dictorum, *ſuperventum*, *latrocinium* poſtea appellat. Lex Burgund. tit. 39. §. 1. *Si quis ſuperventu aut latrocinii ſcelere negotiatorem aut aliquem occiderit*, &c. Addit. 2. §. 10. *Qui violentiam fortaſſe, ſuperventum, vel quodlibet crimen admiſerint*, &c. Papianus tit. 20. *Si quis ſuperventu ſive diurno ſive nocturno quemque fuerit aggreſſus*, &c. Ubi *ſuperventus* pro *violentia* ſumitur. Dicitur etiam

Superventum. Gloſſæ Philoxeni: ἐπιβολή, *ſuperventum*. Aliæ Gloſſæ, *ſuperventum*, ἐπανάστασις, ἐπιβολή. Gloſſ. Gr. Lat. ἐπανάστασις, *inſurrectio, ſuperventum*. ἐπιβουλεύω, *ſuperventum facio*. Pragmatica Sanctio Juſtiniani c. 7. *A Theodorici Regis temporibus, uſque ad nefandiſſimi Totila ſuperventum.* Gregorius Turon. lib. 8. Hiſt. c. 40. *Furia, ſuperventa, pervaſiones*. Vide eundem l. 3. c. 16. Lex Salica tit. 15. *Si quis hominem ingenuum in ſuperventu expoliaverit.*

Superventio, eadem notione. Flodoardus lib. 3. Hiſt. Rem. cap. 13. *De ſuperventione paganorum.*

SUPERVENIRE, Superare, antiſtare, apud Sidonium lib. 3. Ep. 4. 12. lib. 7. Ep. 14. & poſt Carmen 23. *Longo itinere fatigatos hoſtes ſupervenire*, apud Vegetium lib. 3. cap. 10. i. in eos *ſuperventum* aut incurſum facere.

SUPERVICTUS, Victus, Saxon. oferſcýmene, ſupervictus. Leges Ethelredi Regis apud Wenetyngum editæ cap. 16. *Et judicium ſtet ubi Thayni conſenſerint, ſi diſſideant, ſtet quod ipſi 8. dicent, & qui ſupervicti erunt ex eis, reddet unuſquiſque 6 dimid. marcarum.*

SUPERVIDERE, Inſpicere: *Superviſor*, inſpector: *Superviſio*, inſpectio, apud W. Thorn an. 1363. 1365. Habetur in Charta feodi, ſeu libro Anglico inſcripto *Juſtice of peace* p. 182. v. formula conſtituendi *receptorem & ſuperviſorem omnium & ſingulorum dominiorum & maneriorum & tenementorum*, &c. Vide *Superaudire*.

SUPERVIVERE dicitur, qui alteri ſuperſtes eſt: Gallis *Survivre*, in Legibus Edmundi Regis Angliæ. Alias *ſupervivere* eſt ſalvum evadere. Vide *Supravita*.

SUPERUNDATIO, Pœnæ ſpecies, cum quis ſcilicet in mare demergitur, ſeu aquis ac *undis* operitur, ut ſummaque ſanus inde extrahatur. Radulfus de Hengham in Summa parva cap. 3. *In omnibus brevibus prædictis poteſt objici ei, quum vir ſuus commiſit feloniam, ob quam fuit ſuſpenſus, utlagatus, vel alio modo morti damnatus, vel demembratus; vel apud Dovere infaliſtatus, vel apud Suthampton ſubmerſus, vel apud Wimon demembratus, vel decapitatus, vel apud Northampton in mari ſuperundatus, ſicut in aliis partibus portuum.*

Ejuſdem fortè originis vox *Seurونde* in veteri Conſuetudine MS. Ambianenſi, pro Stillicidio. *Por longue tenure que nus ait fait de geter jane en autre tere vuide ou herbegie, ſoit de ſeuronde ou de goutiere, ne demeure, ſe cil en quel tere ele kiet veut quele ſoit oſtée, qu'il ne conviegne que cil qui le goutiere eſt ne l'oſte.*

SUPPAR, *Interula*, ſyrc, in Gloſſ. Saxonico Ælfrici. pro *Supparum*.

SUPPEDANEUM. Jo. de Janua: *Scamnum, quod altioribus lectulis apponitur: ſeu ſcabellum quod parvulis lectulis apponitur. Item dicitur ſuppedaneus, & hypodeon à Græcis*: legendum *hypopodion*. S. Auguſtinus in Pſalm. 98. *Suppedaneum dicitur Scabellum: quod dicunt Græci* ὑποπόδιον, *Latini Scabellum, & alii dixerunt Suppedaneum. Scabellum ſuppedaneum*, Gregorio M. lib. 1. Dialog. cap. 2. & Paulo Diacono lib. 2. de Geſt. Longob. cap. 28. Liberatus Diacon. c. 12. *Surgens Dioſcorus, & ſtans in ſuppedaneo ſedis ſuæ, dicebat Concilio*, &c. Vita S. Adalberti Epiſcopi Pragenſis apud Surium: *Suppedaneum reddas, quiſquis es qui tanta audes.* Supra, *Scabellum* dixit. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 37. *Lecti de dormitorio ita ſint demiſſi, ut nullus unquam ante lectum ſuppedaneum habeat.* Statuta Ordinis de Sempringham: *In dormitorio non ſedeant, exceptis intervallis, — & quando ſe calciant & diſcalciant: vel quando mutant tunicas: & tunc in lectis ſuis vel in ſubpedaneis, exuentes & induentes ſe, honeſte & cante faciant ut nudi appareant.* Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Inter colloquium unumquemque aſpiciens, vidit quendam eorum mole carnis gravatum, pedes ſuos dependere ab alto. Pietate ductus, à longè quærens ſuppedaneum reperit unum, — & ſub pedibus ejus ponere non eſt dedignatus.* Hugo Flaviniac. pag. 163. *Surgens namque à latere Principis, & ſuppedaneum ſuum ipſe ferens, Abbatem ſuum petiit, & poſito ad pedes ejus ſuppedaneo, in eo ipſe reſedit*, &c. Vide Meurſium in ποπόδιον.

Suppedaneum, pro *Stapha* accipitur in Geſtis Conſulum Andegav. cap. 3. n. 5.

SUPPEDIRE, apud Papiam, *ſub pedes eſſe*. Emendat Barthius, *ſuppes, dis, ſedile*. malim, *ſuppedire*.

SUPPEDIUM, *Refugium*, in Gloſſis Iſidori, & apud Papiam, ubi idem Barthius reponit *hypopodium*.

SUPPETERE, Petere per ſubreptionem, contra jus. Synodus Ticaſſina an. 878 c. 2. *Eccleſiarum ſanctarum poſſeſſiones, id eſt Monaſteria, manſa, cortes, villas, — nullus ſuppetere à Romano ſeu reliquis Pontificibus præſumat, niſi perſona quas Canonica ſancit auctoritas.*

SUPPLANTANEUS, Supplantator, qui alium ſupplantat. Utitur Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 72. 75. 100. 101.

SUPPLEMENTARIUS. Ordo Romanus: *Denuntiata ſtatione primo mane præcedit omnis Clerus Apoſtolicus ad Eccleſiam, exceptis his qui in obſequio illius comitantur, ut ſupra diximus, & expectantes Pontificem in Eccleſia cum Supplementario & Bajulis & reliquis qui Cruces portant, ſedentes in Preſbyterio.* Fortè legendum *Subpulmentario*. Vide in hac voce.

SUPPLEMENTUM, Viaticum, quod ad iter conficiendum ſuppeditatur. Jonas Bobienſis Monach. in Vita S. Bertulfi Abb. cap. 5 *Poſcunt ut ſupplemento publico qualiter Romæ ad Sedem Apoſtolicam venire queant, fulciantur.*

SUPPLETIO. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 56. *Si inter aliquem & firmarium ſuum, qui non etiam ſit homo ſuus, de iis præſertim quæ ad firmam pertinent, controverſia oriatur, ſi ut taleis agatur, ſi de ſupplectione in ipſo manerio ſit*, &c. Legendum *ſuppletionibus*. Et Mox: *De*

De ſuppletionibus in heminibus, in pecunia, &c.

SUPPLICARE dicuntur Monachi, cùm ante Abbatem in Capitulo aut alibi ſe inclinant, ſeu cùm eum ſalutant. Uſus antiqui Ciſtercienſes cap. 70. *Ille qui juxta Abbatem ſeſſurus eſt* (in Capitulo) *humiliet ſe profunde de loco ſuo verſus Abbatem, nec tamen ſuper genua vel articulos, & ſic reſideat. Et ita faciat in omnibus locis qui juxta eum ſedere voluerit, excepto in Eccleſia. Nam nec fratres in Eccleſia ſibi ſupplicant, neque ad menſas, neque nocturno tempore.* Et cap. 71. *Dum verò ambulant, humiliter incedant, & diſcooperto capite ſupplicantes invicem obviando. Quod ſi Abbati obviaverint divertant ſe in partem ſupplicantes ei.* Adde cap. 83. Vide Regul. S. Benedicti cap. 63. Guigonem in Statutis Ord. Carthuſienſis c. 43. §. 5. Statuta Ord. Præmonſtrat. diſt. 1. c. 9. &c.

SUPPLICIA, Quæſtiones, torturæ, in Lege Salica tit. 42. §. 5. 7. 8. 9. 10. 11.

SUPPLUMBARE, Immergere, *Plonger dans l'eau*, à *plumbo*, quod aquarum altitudinis explorandæ gratiâ in mare immittitur. Guibertus de Vita ſua lib. 3. cap. 8. *Et cum eos rebus omnibus ſpoliaſſet, — ejectos in flumine ſupplumbabat.*

SUPPODIARE. Vide *Podium*.

SUPPORTARE, Curare, ſimiliter & ferre onus aliquod, & alii parcere, in Jure Hungarico. Sambucus. Nos etiam *Supporter* dicimus, pro *tolerare*.

Supportare, Transferre, cedere, reſignare: vox Feudiſtarum. Charta an. 1304. apud Fredericum Sandium in Conſuetud. feudales Gelriæ pag. 46. *Quod nos ex libero arbitrio & ſpontanea voluntate villas noſtras de Vronenbronck — ſupportamus per præſentes ipſi domino noſtro Comiti & ſuis heredibus liberè & ſolutè, recognoſcentes ipſas villas à prædicto domino noſtro Comite jure feudali recepiſſe*, &c. Extant aliæ ejuſdem fermè tenoris apud eundem p. 37. 38. 47. 48. 50.

Supportari, Eximi, immunem eſſe ab aliquo onere. Statuta Ord. Præmonſtrat. diſt. 2. c. 1. *Nec non à communi frequentatione & curſu Miſſarum hebdomadatim celebrandarum ſupportari penitus exiſtant.*

SUPPOSITIO. Gloſſæ antiquæ MSS. *Suppoſitionem*, *Propitiatorium*.

SUPPOSITORIUM, Medica balanus. Petrus Bleſenſis Epiſt. 43. *Contra inobedientiam ventris fiat ſuppoſitoſitorium, aut clyſter.*

Suppoſitura, idem quod *Suppoſitorium*, apud Conſtantinum African. de Morbor. curat. lib. 1. c. 17. lib. 6. cap. 18. lib. 7. c. 3. &c.

Suppoſitorium. Gloſſ. Græco-Lat. ὑπόθεμα, *ſuppoſitorium*. Idem: ὑποπόδιον, *Scabellum, ſubſellium, ſcamillum, ſubpoſitorium*. Aliud Gloſſ. cap. de Vaſis argenteis: *Subpoſiturium*, ὑπόθεμα καὶ ὑπολυχνιον. Ejuſmodi fortè illud eſt *ſuppoſtorium*, quod inter miniſteria ſacra reponit Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 42. *Suppoſitorium aliquod argenteum pro uno ſolidio dicitur eſſe oppoſitum, & calix pro 6. ſolidis dicitur eſſe oppoſitus.* Alii codd. habent *ſuppoſtorium*, uti monet Jameſius. Et Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiodor. cap. 20. *Item ſalariolam parvam cruciculum habentem penſ. uncias 9. item ſuppoſitorium analtheum penſ. lib. unam & ſemis.*

SUPPRESSUM, Morbus equinus, *vel cum mordetur, in calce percutititur, vel ipſe de crure percutit rem aliquam duram*, &c. Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. c. 39. ubi vetus ejus interpres Gallic. *Suros* vertit.

SUPRACELLUM. Hiſtoria Abbatiæ Condomenſis p. 510. *Fecit fieri cortinas de tela, & ſupracellum altaris B. Petri.* Ubi *Supracalum* legendum: intelligitur enim cortina quadrata, quæ Ciborii vice altari imminet, quam vulgò *Ciel* appellamus.

SUPRAJUNCTARII, qui Aragonenſibus *Sobrejuncteros*, ſuntque *executores de las ſententias, e encalçadores de los malfeytores, e de los encarcerados, e aquellos malfeytores, que ſean judgados por los juſticias de las Ciudades & de las villas, e de los otros lugares de Aragon*, ut eſt in Foris Aragon. lib. 1. pag. 7. v. edit. 1624. Atque ii primò *Iuntarii & Paciarii* appellati: ſed poſtmodùm *Suprajunctarios* vocari ſtatuit Jacobus II. in Curia Cæſarauguſtæ inita an. 1300. ut eſt in iiſdem Foris Aragonenſ. pag. 13. De eorum munere ſic idem Jacobus II. *Suprajunctarii exequantur ſententias Juſtitiæ Aragonum, & mandata quæ eis fecerit ex parte Domini Regis, & mandata quæ eis fecerit Gubernator Aragonum, & ſententias aliorum judicum exequantur, cum per eos fuerint requiſiti, & in his non ſint aliquatenus negligentes. Et non citent & non pignorent aliquem ſine mandato Dom. Regis, vel Gubernatoris, vel Juſtitiæ Aragonum, vel aliorum judicum, cum non habeant cognitionem cauſarum. Tamen poſſint & teneantur perſequi, requiſiti vel non requiſiti, latrones, homicidas, & alios malefactores ex ſuo officio, & capiant illos, & faciant eos & furta & deprædata fieri de manifeſto, & faciant eos judicari per juſtitias locorum magis convenientium, & reſtituant furta & deprædata ſine aliquo pretio dominis ſuis. Teneantur etiam & poſſint facere eos aſſecurari qui requiſierint ipſos: & non accipiant de villis quæ habent mercatum niſi 10. ſol. & de aliis villis niſi 5. ſol. de illis villis ſcilicet, quæ erunt de Juncta*, &c. Multa de ejuſmodi Suprajunctariis, quorum idem munus eſt quod *Præpoſitorum Mareſcallorum* apud nos, habent Fori Aragonenſes fol. 15. 33. 34. 35. 142. Obſervantiæ Regni Aragon. fol. 23. 36. 40. & alibi paſſim. Vide *Juncta*.

SUPRALIGATURÆ, *dicuntur panni, camiſia, manica mulierum uſque ad humeros.* Papias.

SUPRANOMEN, Quod nomini κυρίῳ, ſeu *proprio* additur, ad ſimilium nominum diſcrimen, Galliſ *Surnom*. Charta an. 1049. in Tabulario Caſaurienſi: *Ideo conſtat me Octeberto, qui ſupranomen Fratello vocatur.* Alia apud Ughellum to. 8. p. 47. *Joannes qui ſupranomine Waiferii vocatur.* Alia an. 954. to. 5. pag. 1539. *Petro viro magnifico, qui & ſupernomen vocatur Puzzii, ſeu Gregorii, & Roſa.* Sic porrò dictum *Supranomen*, quod in actis præſertim publicis, quæ à teſtibus ſubſcriberentur, ſeu ad diſcrimen ſimilium, ut dixi, nominum, ſeu ad pleniorem perſonarum deſignationem, ſupra ſingulorum nomina, locorum & prædiorum quæ ii incolerent, aut quorum domini erant, nomenclaturas adderent Notarii, cujuſmodi complures chartas vidimus ex Tabulariis Arelatenſi, Maſſilienſi, Paredenſi, & aliis: quod quidem ſupranomen idem videtur quod *epinomen* voce hibrida vocant Notæ Tyronis pag. 35. ubi perperam ſcriptum *Ephinomen*. In hujus autem rei exemplum, proferam veterem Notitiam MS. de querela inter Archembaldum de Borbonio, & Petrum *de Blot*, pro Caſtello-Montis-acuti ſub Henrico Rege Angl. quæ ſic clauditur: *Facta ſunt hæc videntibus & audientibus ex parte Arch. Francon. de*

Agonis. de boſco. Corallo. de Montnac dar boſc.

Rupe. Willelmo. Jordano. Amone, Tecbaudo, &c. Quæ quidem ſuperſcriptiones nomina deſignant prædiorum, quorum ſinguli domini erant.

Jampridem obſervatum à viris doctis, atque in primis à Ducheſnio in Hiſt. Monmorenciaca lib. 2. c. 1. *Supranomina* vix cognita ante tertiam Regum noſtrorum ſtirpem: qua tum tempeſtate agnoſci cœpere viri nobiles à prædiorum ſuorum nominibus, quæ propriis ſuis appellationibus addiderunt: incerta licet ratione, nec apud omnes rata & conſtanti: cum ex iis quidam varia ſibi ſupranomina adſcriberent, ſecundùm varia quæ poſſidebant prædia, & prout in horum ſingulis acta ſua conficiebant, quod potiſſimum in familia Bovenſi accidiſſe colligere eſt cum ex veteribus tabulis, tum ex ſcriptoribus coævis, apud quos Drogo, qui ſub Roberto & Henrico Regibus vixit, interdum *Bovenſis*, interdum *de Papyriaco*: Ingelrannus Drogonis filius, promiſcuè *Bothuenſis, Codiciacenſis, & de Fara*: Thomas denique Ingelranni filius, *de Fara*, vel *de Feria*, *Codiciacenſis*, *de Marna* ſeu *de Marla*, cognominantur, quòd horum prædiorum domini fuerint. Quod & obſervatum à ſecundo genitis, cùm eo ipſo ævo, prædiorum quæ in hæredii ſor-

tem à parentibus acceperant, nomina vice cognominum ſibi uſurparent, ac in poſteros transferrent: unde poſtmodum enatæ in familiarum enucleandis ſtemmatibus conjecturæ admodum incertæ: quod qui in hac Hiſtoriæ parte ſedulo verſantur, ſatis advertunt.

Longè verò diverſus eſt cognominum inductus uſus ex nominibus, quæ *jocularia* vocat Auſonius, quibus diſcernerentur à ſe invicem ejuſdem nominis viri nobiles, & inferioris etiam conditionis, cum ea ſingulis propria fuerint, nec ad poſteros & familiam traducerentur, iis à cutis colore interdum deductis, ut fuere ii qui *Albi*, *Nigri*, & *Rubei* dicti ſunt, interdum ab ipſo comæ colore, aut barbæ prolixitate, unde enatæ appellationes *Barbatus*, *Honeſta barba*, *Filans ſtupam*; interdum à veſtitu, ut ſunt eæ, *Capetus*, *Griſa gonella*, *Pellis lupi*, &c. denique à moribus ac indole propria, ut *Tricator*, *Hutinus*, &c.

Suprapons, Pars navis. Contractus Navigii D. Regis S. Ludovici cum Venetis an. 1268. to. 5. Hiſtor. Francor. *Et habet unum paradiſum, & duo vanna, unum ſupra aliud, & duos pontes, & unum ſuprapontem*, &c.

Suprarregula, dictus Willelmus Divionenſis Abbas *à rigore ferventioris propoſiti*, ut ſcribit Hugo Flaviniacenſis an. 1013.

Supraſedere, pro *Superſedere*. *Supraſedente adverſario*, in l. 5. Cod. Th. de Pactis.

Suprastans, Præfectus, Italis *Sopraſtante*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 21. ubi de apparatu claſſis nauticæ: *Tertiò 4. maſarii qui præſint victui vel ſcribanis: quartò duo ſupraſtantes, vel ſuperſedentes armis.* Rollandinus in Chron. lib. 5. cap. 15. *Fecit fieri unum Zironem in Annale, & tres zirones in Meſtre, ubi ſupraſtantibus & cuſtodibus conſtitutis, & licentiato exercitu*, &c. Adde cap. 17. utitur & alibi.

Supravestis, Sagulum, *Cotte d'armes*. Statuta Ord. Hoſpital. S. Joannis Hieroſ. tit. 2. §. 4. *In armorum autem exercitio ſtatuimus quod ſagula ſive ſupraveſtes rubeas cum cruce alba recta deferant.* Eadem Gallica MSS. *Tous les freres doivent porter en fait d'armes nppel vermeil à la croix blanche, c'eſt à ſçavoir ſoubreveſte.*

Supravita, Dotalitium, quod uxori cedit poſt mortem mariti, ex Gallico, *Survivance*, vel *Survie*. Charta Guidonis Comitis Foreſiæ an. 1247. *Concedit — quidquid ad eam pertinet de — ſucceſſione dicti Simonis nomine dotalitii aut ſupravitæ, ſeu alia qualibet ratione.* Infra: *Dat & concedit dictæ Elizabeth nomine dotalitii aut ſupravitæ medietatem totius terræ ſuæ*, &c. Vide *Supervivere*.

Suprema, *Quando ſol ſupprimitur*, in Gloſſ. Iſid. Solis occaſus.

Supreſtes & *Subpreſtes*, pro *Superſtes*. Gloſſæ Antiquæ MSS. *Supreſtes, ſupervivens, vivus, filius in rebus humanis conſtitutus.* Ita legi in Concilio Toletano V. & apud Marculfum lib. 2. for. 5. ut *Supreſtitioſus*, pro *Superſtitioſus*, in can. 4. ejuſdem Concilii Tolet. V. in vett. codd. monuit v. c. Steph. Baluzius in Notis ad Antonium Auguſtinum p. 522.

Suprinus, pro *Sobrinus*, apud Pelagium Ovetenſem Epiſcop. in Sebaſtiani Salmanticenſis Epiſcopi Hiſtoriæ Addit. in Veremundo Rege, æra 827. *Maurecato defuncto, Veremundus ſuprinus Adefonſi majoris, filius videlicet Froilani fratris ſui, tres annos regnavit.* Utitur ibi rurſum.

Supuratus, *Purulentus*. Papias.

Surcaria. Vide *Surtaria*.

Surclare, apud Apicium lib. 4. & 5. pro *Surculis conſtringere* & *ligare* dici obſervat Gabriel Humelbergius pag. 93. 104.

Surcotium, Veſtis ſpecies, Gallicis ſcriptoribus *Surcot*, fortè quod *Cotis* adderetur, vel ſuperinduceretur. Catholicum Armoricum: *Sourcot*, *Gall. Robe à femme, ſuperhumerale, item ſupellectile.* Statuta Conradi Archiepiſc. Colonienſis an. 1260. c. 5. *Statuimus inhibendo ne aliquis Monachorum ſurcotiis, caligis coloratis, calceis nodatis, cingulis irregularibus, aut maſſubiis ſericis utatur.* Perperam *Surgotum* ſcribitur in Annalibus Colmarienſib. an. 1298. *Fecerat hoc anno ante feſtum S. Michaëlis Milites, quos omnes veſtivit ad minùs triplici veſtimento, ſcilicet tunica pretioſa, ſurgotum . . . . . nobili vario, ſucheniam cum vario pretioſo.* Vide *Supertotus*.

Surculamen, Surculus. Gildas de Excid. Britann. *Amariſſima enim quoddam de vite Sodomorum in cordis ſui infructuoſa bona ſemini gleba ſurculamen incredulitatis & inſipientia plantaverat.*

Surgere, Emergere, Gall. *Sourdre*, ἀρύειν, πηγάζειν, ἀναβλύζειν. Vetus Notitia apud Ughellum tom. 7. Ital. ſacr. pag. 1361. *Maxima petra eſt ficta in loco ubi ſurgit fons*, &c. Infra: *Ubi ſurgit aqua.* Charta Germanica an. 799. apud Henſchenium in Commentario prævio ad Vitam S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. §. 4. n. 24. *Id eſt inter duos rivulos, qui ſurgunt in monte, & in flumen Ruram vadunt.* Chriſtophorus Bondelmontius in Deſcript. CP. *Cum muro & antemurali munitiſſimo, & vallo aquarum ſurgentium.* Gobelinus Perſona in Coſmodromio pag. 189. de fluvio *Pader*, qui urbi Paderbonenſi nomen dedit: *Statim in loco in quo ſurgit, ad ſtadia quaſi 15. duobus fluviis commiſcetur.*

Surſa, Fons, ſcaturigo: ex Gallico *Sourſe*. Charta Rogeri Comitis Herefordiæ, tom. 1. Monaſtici Anglic. p. 321. *Et inde ſicut Glendi deſcendit in moram deſuptus per medium cacumen montis uſque ad ſurſam alterius rivi, qui eſt in latere montis*, &c.

Surſus, eadem notione. Anonymus in Vita S. Cuthberti Epiſc. lib. 3. n. 3. *Et orante eo, ſtatim aquam vivam ſurſum in obviam ejus manantem de ſaxoſa terra erumpere invenerunt.*

Surgotum: Vide *Surcotium*.

Suriani, ita dicti in Terra Sancta quidam ſervi ac tributarii, & ad uſus agriculturæ, & ad alias inferiores neceſſitates dominis ſuis reſervati, de quibus multa habet Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Hieroſol. cap. 74.

Suricum. Ratherius Veronenſis poſt. Apologetic. pag. 237. *Inter frumentum & ſegalium modia 10. inter legumina & milium modia 20. de ſurico modia 10. de vino modia 12.*

Suriscula, Vaſis ſpecies. Pelagius libello 4. n. 67. *Lavabat ſuriſculam, & implebat eam aqua.* Lib. 18. n. 7. *Puerulus ſtetit ante eum habens panem & ſuriſculam aqua.* Utitur alibi non ſemel. Vide Conjecturas Roſweidi.

Surplusagium. Vide *Superplus*.

Surrigere, Adverſa aqua natare, navigare. Lex Wiſigoth. lib. 8. tit. 4. §. 29. *Flumina majora, id eſt per quæ eſoces aut alii piſces marini ſubriguntur.* Propriè autem Latinis *ſurrigere*, quaſi *ſuberigere*, in altum tollere. Gloſſæ Gr. Lat. ὑπορθοῖ, ὑποσυνίζω, *ſubrigit*. ἀναβιβάζω, ἀνορθῶ, *ſubrigo*: Vopiſcus in Aureliano: *Surrectus ad ſtipitem beſtiis objectus eſt.* Ita qui adverſa aqua natat vel navigat, in altum fluminis ſubcrigitur.

Surrectus, Adverſa aqua, cui opponitur *deſcenſus*. Charta Caroli M. pro Monaſterio S. Dionyſii: *Tam de navibus qui per univerſa flumina ad ſurrectum, ſeu ad deſcenſum* &c. Alia Caroli C. pro eodem Monaſterio: *Vel reliquas exactiones de omnibus navibus quæ per univerſa flumina tam per aquam ultra Ligerim, tam ad ſurrectum, quàm & ad deſcenſum navigare videbantur*, &c. Mox: *De navibus ejus quæ per diverſa flumina imperii noſtri tam ad ſurrectum, quàm & ad deſcenſum diſcurrunt.*

Sursa. Vide *Surgere*.

Sursisa. Vide *Superſedere*.

Sursum reddere, vox Practicorum Angliæ, ex Anglico *Surrendre*, quæ potiſſimum uſurpatur, cùm quis dominium ſuum vel prædium in manus Domini ſuperioris reſignat, alteri reddendum. Vetus Inqueſta apud Dugda-

lum in Antiq. Warwici p. 665. *Et ſi aliqui hujuſmodi cuſtumariorum fecerint alienationem bondagii tenura ſua alicui, ſolebant ſurſum reddere in curia coram Seneſcallo illam tenuram, & levare, & finem facere ad voluntatem domini.* Monaſticum Anglican. tom. 3. pag. 3. *Et in manerio — aliquandiu Lanfrancus tenuit in manibus ſuis, utens in eis omnimoda lege Epiſcopali, & poſt ita ſurſum reddidit ita libere, ſicut & ipſe tenuit per cartam ſuam*, &c. Vetus Formula juridica apud Littletonem ſect. 74. *Ad hanc curiam venit A. de B. & ſurſum reddidit in eadem curia unum meſuagium — in manus Domini ad uſum C. de D. & hæredum ſuorum*, &c. Fiebat porrò traditione virgæ. Idem Littleton ſect. 78. *Tenants per la verge ſont en tiel nature, come tenants per le copy de court roll. Mes la cauſe pourquoi ils ſont appellès Tenants per la verge, eſt pur ceo que quant ils voilent ſurrender lour tenemens en la main lour ſeignior al uſe d'un auter, ils averont un petite verge (per le cuſtom) en lour main, lequel il baillera al Seneſchal, ou al Baillife ſelonque le cuſtome & uſe del manoir, & celui que avera la terre, prendra meſme la terre en le court, & ſon priſel ſerra enter en le roll, & le Seneſchal, ou le Baillife, ſelonque le cuſtome delivera à celui qui priſt la terre, meſme la verge, ou un auter verge en noſme del ſeiſin: & pur celle cauſe ils ſont appellès Tenans per le verge.* Chriſtophorus de S. Germano in Dialogo de Legib. Angl. cap. 9. *In aliquibus dominiis liberi tenentes poſſunt terras ſuas in Curia domini ſui ſurſum reddere per virgam, vel aliter ſecundum uſum Curiæ illius, & in tali caſu per illam ſurſum redditionem liberum tenementum inde tranſibit ad illum cui fit illa ſurſum redditio, abſque aliqua liberatione ſaiſinæ inde fienda.* Vide lib. Anglicum *Juſtice of peace* pag. 132. & ſeqq. ubi modi *Surſum reddendi* exponuntur.

Surſum, aliud ſonat in veteri Conſuet. Bituricenſi edita à Thomaſſerio c. 160. 164. ubi ita appellatur quod pecuniæ ſummæ deeſt, quod quis exſolvere tenetur, quaſi *Superſumma*.

SURSUS. Vide *Surgere*.

SURTARIA. Gregorius M. PP. lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 54. *Direximus tibi ſurtarias duas imaginem Dei Salvatoris & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ continentes.* Stephanus III. PP. Epiſt. ad Hilduinum Abb. *Et vidi ante altare Dominum Petrum & Dominum Paulum, & notamente illos recognovi de illorum ſurtariis.* Regino an. 753. habet *ſurcariis*, ut & MS. codex Eccleſiæ Senonenſis: alter verò S. Evodii de Brana *ſurgariis*. Baronius an. 754. 4. *Surtariam*, idem eſſe quod ſcutum, ubi ſunt pictæ imagines, ſcribit ex prædicto S. Gregorii loco. Rectè, nam utrobique legendum *Scutaria*. Id colligere licet ex Walafrido Strabone lib. de Rebus Eccl. cap. 8. ubi quod Stephanus *Surtaria*, is *Thoracidas* appellat: *In geſtis Silveſtri PP. legitur Conſtantinum Imperatorem per Thoracidas Apoſtolorum, quos ipſe in viſione viderat, cognoviſſe.* Nam *Thoracidas* ſeu imagines pectorales in *ſcutis* & clypeis depingi ſolitas docuimus in voce *Scutum*. Gloſſæ Gr. Lat. *σκουτάριον*, *cetra*. Suidas: *θυρεὸς*, *ὅπλον*, *ὃ νῦν ἡμεῖς σκουτάριον*. Vide Vitam S. Silveſtri à Combefiſio editam pag. 278. & Doubletum pag. 665. Sed & *Stetharis* legi poteſt. Vide in *Thoracida*.

SUS, Machina bellica, quæ & *Scropha*: Gallis *Truie*. Willelmus Malmeſbur. lib. 4. Hiſt. *Unum fuit machinamentum, quod noſtri Suem, veteres Vineam vocant, quod machina levibus lignis colligata, tecto, tabulis, cratibuſque contexto, lateribus crudis coriis communitis, protegit in ſe ſubſidentes, qui quaſi more ſuis, ad murorum ſuffodienda penetrant fundamenta.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 96. *Operantes machinas, ſicut ſunt arietes, ſues, jactatoria, ſcalæ*, &c. Rigordus an. 1202. *Erectis petrariis, & mangonellis, & turre ambulatoria, ſueque lignea, acerrimè caſtrum impugnari cœpit.* Chronicon Leodienſe laudatum ab Iſaaco Pontano in Orig. Francic. *Miſit Leodium mangonalia, vel arietes, aut ſues, vineas, biblias*, &c. Utitur etiam Henricus Roſſa in Herlingſberga. Locum habes in *Hirundo*. Vide *Scropha*, *Troia*, *Aſellus*.

Sus urus, Aper, *Sanglier*, in Tabulario Vindocinenſi Charta 309.

SUSANA *terra*, apud Will. Thorn, de terra maneriorum menſurata: *Summa terræ arabilis 567. acræ dimidia; ſumma totius cum terra Suſana 2149. acræ*, &c. Ibidem: *In mariſco cum aqua 318. acræ, — & de terra Suſana 400. acræ*, &c. Mox: *Item de feodo veſtura de terra Suſana & boſco 42 acr.* Rurſum: *Item apud* Stodmerſch, *de terra Suſana, prati & mariſci 480. acræ*, &c. Ubi Somnerus ait *terram ſuſanam* eſſe *terram defrugatam, vel cujus ſtatus nimia & diutina cultura prorſus exeditur*, &c. à Gallico *Suranné*, quod annum excedit. Sed ut verum fatear, vim vocis non aſſequor omnino.

Suſſeina terra, eadem notione in Domeſdey, in Monaſtico Anglic. to 3. p. 506. *Item centum acræ de mariſco, & valet acra communiter per annum 3. den. & paſcuns in mariſco & terris ſuſſeinis.*

SUSCEMATÆ *carnes*, Ex Gallico *Surſemées*. Fleta lib. 2. c. 12. §. 27. *De carnificibus & coquis carnes vendentibus ſuſcematas, vel de morina, vel ſemicocta, vel non virtuoſa cibaria calefacientes, & inſana pro ſanis ad vitarum hominum periculum.* Id eſt quibus putredinis notæ inſperguntur. *Chars ſurſames*, Brittoni pag. 53.

SUSCEPTORES, qui annonis & tributis utriuſque ærarii recipiendis præpoſiti ſub diſpoſitione Rationalium erant: de quibus multa in utroque Cod. tit. de Suſceptor. præpoſ. &c. ubi Cujacius, Jac. Gotofredus, & alii. Adde Edictum Theoderici Regis c. 126. 144.

Suſceptores, qui Principem iter agentem, aut ejus comitatum in ædibus ſuis *ſuſcipiunt*, vel excipiunt, apud Hincmarum de Ordine Palatii cap. 23.

SUSCEPTUS, Cliens, cui adeſt Advocatus in judicio. Palæmon. Gram. in Gloſſis: *Aſſecula, cliens ſive ſuſceptus.* Gloſſ. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Cliens, domeſticus, vel ſuſceptus.* Gloſſ. Gr. Lat. *ἀντιλήπτωρ*, *Suſceptor, adjutor.* Alibi, *Suſceptus*, *ὁ ὑπὸ συνηγόρου ἀντιλαμβανόμενος*. S. Auguſtinus Epiſt. 54. *Quis tandem advocatus, aut ex advocato ita vir optimus facilè reperitur, qui ſuſcepto ſuo dicat, Recipe quod mihi cum tibi malè adeſſem dediſti.* Paulinus Epiſt. ad Alethium: *Igitur prinſquam in aliquam tantarum ægritudinum labem incurras, feſtina medico ſuſceptus & carus fieri.* Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei: *Ecce quæ ſunt auxilia ac patrocinia majorum, nihil ſuſceptis tribuunt, ſed ſibi hoc etiam pacto aliquid à parentibus temporariè attribuitur, ut in futuro totum filiis auferatur.* Cæſarius Arelat. ſerm. 5. *Ibi nullum fructum officioſitas ipſa conſequitur, ſed hoc ſolum profectus eſt, ſi mereatur ſuſceptus vocari.* Carolus Calvus Imp. Epiſt. ad Nicolaum PP. de Ebone Archiepiſcopo Remenſi: *Ipſe igitur Ebo regii fiſci familia oriundo progreſſus, regia pietate pii ac glorioſi avi noſtri Karoli ſuſceptus, Palatinis negotiis non mediocriter adnutritus, libertate donatus*, &c. *Suſceptulus*, eadem notione apud Autorem antiquum vitæ S. Lupicini Abbat. Jurenſis n. 10. Adde l. 4. Cod. Theodoſ. de Principib. agent. Gregorium M. lib. 4. Epiſt. 40. Ruricium lib. 1. Epiſt. 5. & quæ commentatur Petrus Pithœus ad Collationem Legis Moſaïcæ tit. 9. p. 90.

Suſcepti, dicuntur, qui habitu Monachi, vel Canonici Regularis, donantur in morte, & inter Monachos *Suſcipiuntur*. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham pag. 781. *Suſceptus quilibet in morte, in habitu Canonici, vel fratris, per Priorem & Conventum alicujus domus, — in illa domo in qua ſuſceptus eſt, fiat pro eo ſicut pro Canonico vel fratre, excepto cibo 30. dierum, & mittetur obitus ejus cum obitu primi defuncti domus illius poſt mortem illius. Et ſic fiet pro eo in aliis domibus, ſicut pro familiari, & in brevibus mortuorum ſcribetur ad ſuccurrendum; ſi habitum habuerit.* Adde pag. 783. Vide *Frater ad ſuccurrendum*.

SUSCIPERE, dicuntur Patrini, qui baptizandum ad fon-

tem deducunt, & baptizatum de fonte excipiunt, & inde *Suſceptores* appellati, Græcis ἀνάδοχοι. Gregorius M. lib. 4. Dialog. c. 32. *Quidam Curialis hic ſacratiſſimo Paſchali Sabbato ... uiuſdam filiam in baptiſmate ſuſcepit*, &c. Pœnitentiale Theodori c. 4. *Viro licet feminam ſuſcipere in baptiſmo, ſimiliter & femina virum ſuſcipere.* Acta S. Sebaſtiani Mart. n. 62. *Quem cum baptizaſſet S. Polycarpus, ipſe pater ſuſceptionis ejus eſt factus.* Vide Concilium Calchutenſe c. 11. Concilium Pariſienſe VI. c. 7. & Diſſertationem 22. ad Joinvillam pag. 275.

SUSKINS, Monetæ Anglicæ ſpecies. Vide *Galihalpens*.

SUSPECTIO, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 49. §. 1. ubi *Suſpicio* legitur in Lege Longob. lib. 2. tit. 55. §. 15.

SUSPECTÒ, adverbialiter, in l. 21. D. de His quæ ut indign.

SUSPENSIO *corporis per pedes*, pœnæ ſpecies apud Anglos, de qua Fleta lib. 1. cap. 26. §. 4.

SUSPENSORIUM, Uncus cui appenduntur carnes in culina. Cæſarius Heiſterbach. lib. 6. cap. 5. *Quotiens neminem ſenſit eſſe in coquina, ipſam latenter intrans, ... ſcala ſuſpenſorium aſcendit, & ex ea parte pernas quæ muro conjungebantur, omnes pene uſque ad medietatem incidit*, &c.

SUSPENSURA, vox Architectorum. Anonymus de Re architectonica cap. 16. de fabrica balnearum: *Suſpenſura caldarum cellarum ita ſunt facienda, ut primum area ſeſquipedalibus tegulis conſternatur, inclinata ad fornacem, ut pila miſſa intro, reſiſtere non poſſit, ſed redeat ad præfurnium.* Ubi Vitruvius lib. 5. cap. 10. habet, *ſuſpenſura caldariorum*, &c.

Suſpenſura. Gloſſar. ſcriptum literis Longobard. ex Bibl. S. Germani Pariſ. ex Gloſſis: *Suſpenſura, exaltationes ſunt, ſicut in Pſalmo dicit: Mirabiles ſuſpenſuræ maris, quia quando tempeſtas oritur ſe ſuſpenduntur atque exaltantur fluctus.* Vulgata hodierna habet, *elationes*.

SUSPICIOSUS, Suſpectus. Gloſſ. Gr. Lat. ὕποπτος, *ſuſpicioſus*. Alibi: ὕποπτος, *ſuſpectus, ſuſpicioſus*. Fabianus PP. Epiſt. 3. *Hi qui in aliquibus criminibus irretiti ſunt, vel qui ſunt ſuſpicioſi, vocem adverſum majores natu non habeant accuſandi.* Utuntur Capitul. Aquiſgran. an. 803. c. 7. Capitularia Caroli M. lib. 5. c. 34. (al. 36.) Herardus Arch. Turonenſis in Capitulis c. 101. Hadrianus I. PP. in Canonib. c. 15. Hincmarus Rem. in Capitulis de Reb. Magiſtri & Decani &c. c. 15. *Souſpeçonneus*, in Stabiliments S. Ludovici lib. 1. c. 34.

SUSPIRIUM, Spiritus, & anhelitus difficultas, apud Apuleium de Virtutib. herbar. c. 41.

Suſpirioſus, Anhelus, ægrè ſpirans, qui ſpiritus anguſtia & difficultate laborat, apud Anton. Muſam de Herba Vettonica c. 8.

Suſpirito, *Suſpiro*. Vetus Gloſſarium Longobardic. S. Germani Pariſ. ex Gloſſis.

SUSSALTIRE. Ugutio: *Digerere, evacuare, ebrietatem depellere, vel vulgariter dicitur Suſſaltire, quod fit cum cibaria & potus in ſtomacho dividuntur, & quædam pars purior tranſmittitur per membra ad alimenta vitæ, quædam groſſiora ad ſeceſſum.*

SUSSEINA terra. Vide *Suſana*.

SUSTINENTIA, Patientia. Vita S. Firmini Mart. *Mihi Deus noſter ſuſtinentiæ dabit virtutem.* Epiſt. 129. inter Epiſt. Fulberti: *In litteris amici tui C. Comitis multam deprehendere potes erga te benignitatem, familiaritatem, amicitiam, ſuſtinentiam*, &c. Vide *Sufferentia*.

SUSTINERE, Expectare. Paſſio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Perpetua, ſuſtineo te*, i. expecto te, ἀναμένω σε. Acta Paſſionis S. Cypriani: *Cum ſe dalmatica expoliaſſet, in linea ſtetit, & cœpit ſpeculatorem ſuſtinere.* Ita Tertullianus Apolog. c. 35. lib. de Pœnit. c. 6. Adverſus Judæos c. 6. ad Martyres c. 2. Tob. c. 5. v. 9. Matthæus c. 26. v. 5. Ferrandus Diac. in Breviario Canon. cap. 7. &c.

SUSUM, pro *Surſum*. Gloſſæ vett. *Suſu*, ἄνω. Rurſum, ἄνω, *ſuſo, ſupra, ſuper*. ἄνω κάτω, *ſuſum deorſum*. ἀνω ... ἄνω, *ſuſum verſum*. ... *Suſum verſum*. *Suſoverſum*, in vet. inſcript. p. 204. Gloſſ. Lat. Gr. *Suſu*, ἄνω. *Suſum*, ἄνω. Papias: *Suſum, in ſuperiori parte, in loco ſignato. Surſum, ad locum.* Commodianus:

Integrate locum veſtrum, per omnia dolti;
Suſum intendentes, ſemper Deo ſummo devoti.

Et alibi:

Terruit ſanè Dominus domum orationis,
Sacerdos Domini cum Suſum corda præcepit.

Hiſt. Epiſcopor. Autiſiod. cap. 20. *Suſum habet in ſe hiſtoriam ſaltis cum arbore & ſerpentibus.* Ita veteres *ruſum*, pro *rurſum* dicebant, ut obſervat Scaliger ad Catullum pag. 58. Vide *Juſum*. Hinc Itali Poëtæ eadem ratione *ſu* & *ſuſo* dicunt, uti obſervatum ab Acarifio.

SUSURRATOR, *Suſurrioſus*. Gloſſ. Gr. Lat. ψιθυριστὴς, *Suſurrioſus, ſuſurrator*. Occurrit vox poſterior in Hiſt. Tranſlationis S. Landoaldi n. 18. *Suſurro*, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 7. Petrum Chryſologum ſerm. 55. & alios. Gloſſæ Iſidor. *Suſurrio, ſtrilloſus, bilinguis.* Pithœanæ habent *Scrilloſus*. Vide *Caculator*.

SUSURRIUM, Joanni de Janua, *murmur latens, locutio*. *Fuge ſuſurrium*, apud S. Hieronymum in S. Malcho cap. 6. S. Bernardus in Exhort. ad Milites Templi c. 4. *Murmur vel tenue, ſive ſuſurrium nequaquam ibi deprehenditur inemendatum.* Et cap. 78. *Solumque in perſonam tuam, non etiam in Abbatiam fraternum ſuſurrium immurmurabas.* Utuntur etiam Cæſarius Heiſterb. lib. 5. cap. 29. Guigo Carthuſian. de Quadripertito exercitio cellæ cap. 25. & alii.

SUTHDURE, Porta auſtralis, ex Saxon. ſuð. Auſter, & dure, oſtium. Gervaſius Dorobernenſis Libro de Reparatione Cantuarienſis Eccleſiæ: *Deinde ſub medio longitudinis aulæ ipſius duæ turres erant prominentes ultra Eccleſiæ alas: quarum una, quæ in auſtro erat, ſub honore B. Gregorii PP. altare in medio ſui dedicatum habebat; & in latere principale hoſtium Eccleſiæ, quod antiquitus ab Anglis, & nunc uſque Suthdure dicitur. Quod hoſtium in antiquorum Legibus Regum ſuo nomine ſæpe exprimitur. In quibus etiam omnes querelas totius regni, quæ in Hundredis vel Comitatibus, uno vel pluribus, vel certè in Curia Regis non poſſent legaliter diffiniri, finem ibi, ſicut in Curia Regis ſummi, ſortiri debere diſcernitur.* Quæ quidem poſtrema verba ſatis docent hocce loco tacta *Judicia Dei*, uti vocabant, cùm ſcilicet lites judicio ordinario dirimi non poterant.

SUTRIBALLUM, *Sutriballus*. Gloſſ. Lat. Gr. MS. ... *Sutriballum*. Infra: ... *veteramentarius, ſutrivallus*. Edit. habet *veterivallus*. Vetus Interpres Juvenalis ſat. 3. *Conſuto valuere: à ſutriballo ſuturo.*

SUTRUM. Charta anni 1115. apud Ughellum in Epiſcopis Cannenſibus: *Concedimus iterum ut eadem mater Eccleſia Cannarum plenam poſſideat omnium rerum ſuarum, & ſuorum hominum vendentium & emeritium, tam in Cannis quàm deforis, & in caſalibus ubicunque poſſideat etiam omnium ſuorum hominum artagium ſutrum omnium terrarum, calnarum venientium ad laborandum cum ſua adfidatura: ita tamen ſi non laboraverint, de terris noſtris, & de ſuis laboraverint eidem Cannenſi matrici Eccleſiæ, affidatura detur medietas, & medietas reliqua nobis tribus, poſſideat etiam ſutrum petitionum ſalarum ſua maria piſcantium vola.* Quæ quidem mendis non carent.

SUXTA. Chronicon Abbat. S. Trudonis lib. 1. pag. 350. *Candelabra argentea ſeptem, ſuxtas argenteas duas ad ferendum incenſum.* Vaſa ejuſmodi incenſo ferendo *Acerras* & *Naviculas* vulgò vocant: de hac verò voce nihil ſatis occurrit, niſi legendum ſit *buxtas*, i. pixides. Vide in hac voce.

SWAIGA. Teſtamentum Frederici Palatini in Metropoli Salisburgenſi to. 3. p. 446. *Vineam in Kelham, quam*

emit à Liſungo de Weſteten, delegavi in manus Perchtoldi, & duas ſuvaigas delegavi in manus Wernhardi de Sillengen, &c.

Swanimotum, *Suanimotum*, Curia libera tenentium in foreſta, quæ de delictis in foreſta accidentibus ter in anno cognoſcit: vox à Saxon. ſpang, Anglis *Swain*, *operarius*, *miniſter*, & ȝemoꞇe, *Conventus*. Mainvodo & Watſio *Swain* eſt liberè tenens. Charta libertatum foreſtæ Joannis Regis Angl. an. 1215. apud Matth. Paris, & in Pupilla oculi: *Nullum ſuanimotum de cætero teneatur in regno noſtro, niſi ter in anno — & ad iſta duo ſuanimota convenient Foreſtarii, viridarii & Agiſtatores*, &c. *Swanemoode*, in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 976. *Et ſint quieti de — Shewyne, & Miskenning, ſwanemoode, & de theſauro ducendo*, &c. Vide Guil. Prynneum in Libertatib. Angl. to. 3. p. 1142.

Swarmum *apum*, in Modo tenendi hundredum p. 128. Examen apum, ex Anglico *Swarm*.

Swartz-wild, Beſtiæ nigræ, ex Germ. *Schwarz*, niger, *Wild*, fera: Gallis *Beſtes noires*. Lex Bajwar. tit. 19. §. 7. *De his canibus urſos vel bubalos, id eſt majores feras, quod* Swartz wild *dicimus, perſequuntur*.

Sweizcholi. Lex Bajwar. tit. 15. cap. 11. §. 1. *Et ſi unum eorum* (equum) *contra legem minaverit, quod Sweizcholi dicunt*, &c.

Swerp, Jactura maris, vulgò *Wrec*, & *Warec*. Charta Willelmi Comitis Flandriæ pro confirmatione Conſuetudinum urbis S. Audomari an. 1127. *Si cum Boloneſi Comite Stephano concordiam habuero, in illa reconciliatione eos à theloneo & Swerp apud Wiitſant, & per totam terram ejus liberos faciam*. Ibidem: *Liberos omnes à theloneo facio ad portum Dixmuda & Gravenınghes & per totam terram Flandriæ eos liberos à Swerp facio*. Tabularium Rameſienſe ch. 174. *Concedo — mundbrich, blodwith, — ſtiphrich, ſanpwarpe, ſake ſokne*, &c.

Swinhey, Clauſura circa blada, ſeu *baia*, quæ ab his arcet porcos: ex ſpin, porcus, & heỳ ſepes. Vetus Charta Anglica, apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind* pag. 190. *Item pro clauſura circa blada, quæ dicitur Swinhey, 2. ſol. 10. den. & quadr.*

Swiro, *Swiro*. Lex Bajwar. tit. 15. cap. 11. §. 2. *Si firmare promiſerit emptori, id eſt ſwiro*. Ubi Lindenbrog. *Sweren*, juramento confirmare, ſic & Angli *to ſwear*. Al. codd. habent *Swiron*.

Suum, *Porcorum cœtus*, in Gloſſis MSS. Regiis.

Swollynga, *Swulinga*, vox Cantianis familiaris, quibus ita quod Anglis *hyda*, ſeu ut eſt in Domeſdey, *Carucata*, nuncupatur: vulgò inquit Somnerus, à *Plough-land*: à Saxon. ſulh, aratrum. Liber de ſitu Eccleſiæ Belli in Anglia: *Dedit idem inclitus rex Willelmus eidem Eccleſiæ de Bello, in Cantia regale manerium, quod vocatur Wi, cum omnibus appendiciis ſuis ſeptem ſwulingarum, id eſt hidarum, ex ſua dominica corona, cum omnibus libertatibus & regalibus conſuetudinibus*. W. Thorn an. 1364. *Et debet qualibet ſwollynga habere ducentas acras, quæ debent per annum 8. gallinas, unum multonem, & 200. ova de redditu, & ſic ſecundum quantitatem cujuſlibet S.* (i. *ſwollinge*) *& debet qualibet ſwollynga arare 6. acras de Telwork*, &c. Vide *Corn-gavel*.

Sulinga. Codex MS. Archiepiſc. Cantuar. *Sulinga maneriorum Archiepiſcopatus Cantuar. in Cantia: & ſcito quod duæ ſulingæ faciunt unum feodum Militis*.

Sullyngata terra. Will. Thorn p. 1931. *Et nunc defendebatur illud manerium pro una ſullyngata terra verſus regem apud Middelton*.

Swollingland, Terra *Swollingatim*, ſive per *Swollyngam*, i. quantitatem unius aratri culturæ deputata, & fructuariis elocata. Idem Thorn pag. 2140. *Acquiſierunt — 309. acras, 3 rodas dimidiam de terra vocata Swollingland*.

Swollyngman. Idem Thorn: *Quæ ſervitia & Conſuetudines ipſi tenentes annuatim faciunt, & ſolummodo, præter corporale ſervitium, quod vocatur Swollyngman, quod ſatis omnium (?) cenſent ad magnum gravamen & præjudicium Abbatis*.

Swilingmannus, Tenens ad redditus infra limites ſuæ ſwellingæ colligendos electus. Vetus Scheda apud Somnerum: *Singuli tenentes omnium & ſingularum prædictarum ſwylingarum, & 38. acrarum terræ de ſwyllingland ad Curiam dictor. Abbatis & Conventus de Menſtre proximè poſt feſtum S. Michaelis Archangeli annuatim tentam ſeu tenendam, eligent & eligere debent de qualibet ſwyllinga unum de ſeipſis, qui nominetur Swyllingannus. — qui quidem ſwillingmannus coram eodem Seneſcallo corporale præſtabit ſacramentum ad levandum & colligendum totam portionis tam denariorum, quam granorum, porcorum, aucarum, & gallinarum in forma prædicta levandarum, — denarios ibidem per ipſum ſwyllingmannum ſic collectos præfato bedello* (Abbatis) *ſingulis annis perſolvendum*, &c. Idem Thorn: *Et ad quamlibet ſwollyngam dominus eliget in Curia ſua per tenentes ſuos, 2. homines, & inde onerabit unum, qui colliget redditum in dicta ſwollinga*, &c.

Syllabæ, Litteræ, Epiſtola. Gloſſæ Lat. Gr. *Adfatibus*, ἐπιστολαῖς, γράμματα. Synodus Rom. an. 745. *Ante hos dies ſyllabas reverendiſſimi atque ſanctiſſimi fratris noſtri Bonifacii Archiepiſcopi nobis retuliſti*. Zacharias PP. Epiſt. 9. ad Bonifacium: *Dum vero & ſeries ſyllabarum tuarum nobis panderetur per ſingula*, &c. Codex Carolinus Epiſt. 72. *Sagaciſſimas ſyllabas ſuſcipientes*, &c. Occurrit ibi non ſemel, & apud Scriptores ævi ulterioris. Βιβλίοις ἐπιστολαῖς, apud Cyrillum in Epiſt. ad Acacium Melitenæ Epiſcopum, & alios.

Syllabarius. Vide *Abecedarius*.

Syllabizare, Elementa ſigillatim appellare, quomodo faciunt qui primas literas ediſcunt, noſtris *Epeller*. Joannes Sariſber lib. 5. Policr. c. 16. *Leges ipſæ & Conſuetudines quibus vivitur, inſidiæ ſunt & laquei calumniantium. Verborum tendicula proponuntur, aucupationes ſyllabarum, vel ſimplici, qui ſyllabizare non novit*.

Syllogizare. Concludere, decernere, *Arreſter*. Ericus Upſalienſis lib. 6. Hiſt. Suecicæ pag. 105. *Cœperunt de ejus aſſumptione tractare, & de facili concludendo inferre, quod ſyllogizaverunt in occulto*. Vita MS. Caroli M. juſſu Friderici Imp. ſcripta, in prologo: *Quia verò intentione præcordiali in laudem præfati Cæſaris tota noſtra ſuſpirat intentio, ut manifeſtis rationibus ipſius glorioſe ſyllogizetur canonizatio à ſanctis & magnis viris prædeceſſoribus noſtris diu multumque affectata*, &c.

Syllogiſmare, eadem notione. Ermanricus in Vita S. Alberti Abbat. Gambronenſis n. 1. *Quorum pium initium eleganti ſſimè finis ſyllogiſmavit*. Id eſt concluſit, abſolvit, ut ſyllogiſmus argumentum concludit.

Sylva. Sanutus lib. 3. part. 11. c. 13. *Tranſeuntes montes Riphæos, quos Ungari Sylvas vocant*.

Silva communis, fortè quæ *Communis* eſt, ſeu ubi *Communia*, vel loci incolæ jus fruendi habent. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Silvam communem ubi poſſunt ſaginari porci 20*. Tabularium Eduenſis Eccleſiæ: *Silva 3. ad impinguandos porcos 2000. excepto communi ſilva*.

Sylva minuta, Cædua, *Bois taillis*. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Sunt ibi arabiles campi 22. continentes mapp. 104. vinea 19. ſilva minuta mapp. 11. paſtura cum ſpinetis mapp. 30.*

Sylva nutrita. Idem Tabularium S. Remigii Remenſis: *Silvam noviter nutritam, ubi ſupra 5. annos valebunt ſaginari porci 50*. Mox: *Wandefridus tenet manſum ſervilem 1. & pro omni aratura & ſervitio providet ſilvam, & nutrit*.

Silva paſtilis, i. paſtui animalium idonea, in Domeſdei, in Monaſtico Anglic. to. 3. par. 2. p. 10. *Silva paſtilis duarum leucarum longitudine, & unius latitudine*. Occurrit ibidem rurſum.

Sylvarius, qui ſilvam cuſtodit, providet. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Hrodo ſilvarius & meſſarius te-*

net propter hoc de terra dominica contra dimid. manſum. Vide Supra, *Silva nutrita.*

SYLVAGIUM, Jus utendi ſilva, vel præſtatio pro jure utendi ſilva, ut *foreſtagium*, de quo ſupra. Charta Bartholomei Epiſcopi Laudunenſis 1130. *Sed & ſilvagium, & paiſnagium, & alias conſuetudines quas dominus ſuus debent perſolvent.* Tabularium Abbatiæ S. Joannis Ambian. an. 1161. *Licebat etiam fratribus de ſtante nemore ligna cadere, & redas ſuas onerare, & per ſubſcriptum ſilvagium ligna extra territorium ducere, dare, vendere, prout ipſis placuerit. Pro ſilvagio autem unius equi unum denarium perſolvent.*

Sylvaticum, eadem notione. Jo. de Janua: *Lucar, pecunia vel pretium ex luco collecto, quod vulgò dicitur Sylvaticum, & Foreſtage.* Charta Friderici II. Imp. an. 1214. pro Eccleſia Viennenſi: *Non teloneum, ſive pedagium in aquis vel terris, vel redhibitionem de paſturis, non ſilvaticum, non ſummaticum, non pulveraticum exigere audeat.*

SYLVATICUS, Agreſtis, incultus, aſpero ingenio, *Sauvage*, Italis *Salvatico.* Ordericus Vital. lib. 4. pag. 506. *Edricus quoque cognomento Guilda, id eſt ſilvaticus.* Infra pag. 511 *Plures in tabernaculis morabantur, in domibus ne molleſcerent, requieſcere dedignabantur: unde quidam eorum à Normannis Silvatici cognominabantur.* Vide *Comes ſilvaticus.*

Salvaticus, pro *Silvaticus*, quomodo Galli *Sauvage* dicunt. *Aves ſalvaticæ*, in Lege Bajwar. tit. 20 § 6. noſtris *Oiſeaux ſauvages*, quibus opponuntur domeſticæ, *de manſo paſtæ.* In Charta Edw. III. Regis Angl. to. 2. Monaſt. pag. 768. *Sauvagina*, dicuntur feræ ſilveſtres: *De tota ſauvagina, & omnibus beſtiis ſilveſtribus cujuſcunque generis forent — quæ inventa forent in clauſo de Kits, ad verſandum, venandum, capiendum*, &c. Itali *Salvaggine* dicunt. Philippus *Mouskes* in Henrico I.

> *Ciers i mit, & biſſes, & dains,*
> *Puis connins, lievres, & ferains,*
> *Et maniere de ſauvegine.*

Charta an. 1279. *Et contrata eſt ſalvatica, deſerta & inhabitata.* Alia apud Ughellum to. 7. pag. 397. *Cultum vel incultum, domeſticum & ſalvaticum*, &c.

Salvagius, eadem notione. *Beſtia ſalvagia*, apud Gervaſium Dorobernenſem an. 1168.

SYLVICOLA, pro *Silvicula*, Silvula, in Charta Alamannica Goldaſti 28. *Et in Syrnaba curtilem unam ſimul cum adjacente prato, & quicquid habuiſſent in ſilvicola, quæ dicitur Tegeramos inter Syrnaba & Gloten.*

SYMBOLÆ, Convivia publica, ex ſingulorum *Symbolis*, ἀγάπαι. Vox Græcis & Latinis ſcriptoribus uſitatiſſima, quod pluribus notavit Henricus Stephanus de Abuſu linguæ Græcæ cap. 1. Concilium Auſcienſe an. 1068. *Archidiacono autem interdicimus convivia more ſymbolarum in ejus Eccleſiis peragi, aut in honore ejus aliquid uſurpari contra conſuetudinem veterem.*

SYMBOLOGIZARE, Symbolam conferre. Galvanus Flamma in Chronico: *Ipſi Epiſcopi ſuam redimentes vexationem, ſymbologizantes alia beneficia emerunt*, &c.

SYMBOLUM Chriſtiani appellant ſummam fidei Catholicæ, quaſi, ut quidam cenſent, Collationem, quod ut aiunt, Apoſtoli ſimul convenientes quod quiſque ſentiret ac crederet, in illud contulerint. S. Auguſt. Serm. 115 de Tempore. *Quod Græce Symbolum dicitur, Latinè Collatio nominatur. Collatio ideo quia in unum collata Catholicæ legis fides — Petrus dixit, Credo in Deum Patrem, &c. Joannes dixit Creatorem cœli & terræ. Jacobus dixit, &c.* Leo I. PP. in Epiſt. ad Pulcheriam Aug. *Ipſa Catholici Symboli brevis & perfecta Confeſſio quæ duodecim Apoſtolorum totidem eſt ſignata ſententiis.* Ratherius Veron. in Itinerario: *Ipſam fidem, id eſt, credulitatem Dei, trifarie præparare memoriter feſtinetis, hoc eſt ſecundum Symbolum, id eſt Collationem Apoſtolorum, ſicut in Pſalteriis correctis invenitur.* Liber Faceti:

> *Articuli fidei ſunt bis ſex corde tenendi,*
> *Quos Chriſti ſocii docuerunt pneumate pleni.*
> *Credo Deum, Petrus inquit, cuncta creantem;*
> *Andreas dixit, Ego Credo Jeſum fore Chriſtum.*
> *Conceptum natum Jacobus, paſſumque Johannes.*
> *Infernos Philippus fregit, Thomaſque revixit;*
> *Scandit Bartholomæus, veniet cenſere Mathæus.*
> *Pneuma minor Jacobus, Symon peccata remittit,*
> *Reſtituit Judas carnem, vitamque Mathias.*

Vide Ruffinum Aquileienſem in Symbolo, Iſidorum l. 2 de Eccleſiaſt. offic. c. 24 Beletum c. 40. Durandum lib. 4. c. 25. n. 7. & ſeqq. Honorius Auguſt lib 1. c. 88. *Credo in Deum Conſtantinopolitana Synodus compoſuit, ſed Damaſus Papa ad Miſſam cantari inſtituit.* Adde Bernonem lib. de Miſſa cap. 2. Durantum de Ritib. Eccleſiæ lib. 2. cap. 24. præterea Jo. Gerardum Voſſium, & Uſſerium Armachanum in Syntagmatib. de Symbolo.

Symbolum violare, Peccare. S. Laurentius Novarienſis Epiſc. Homil. 1. *Violavi Symbolum meum, corrupi pactum in ipſo veſtibulo Fontis conſcriptum.*

Symbolum accipere & reddere dicebantur baptizandi, qui antequam tingerentur, Symbolum memoriter proferebant, apud S. Auguſtin. Ep. 67. Homil. 42. c 1. Serm. 135. de Temp. cap. 1 Ferrandus Diaconus Carthagin. in Epiſt. ad S. Fulgentium Epiſcopum Ruſpenſem: *Hic ergo dominorum fidelium diligentia Sacramentis Eccleſiaſticis imbuendus ad Eccleſiam traditur: fit de more Catechumenus: poſt aliquantum nihilominus temporis propinquante ſolennitate Paſchali inter Competentes offertur, ſcribitur, eruditur. Univerſa quoque Religionis Catholicæ veneranda myſteria cognoſcens atque percipiens, celebrato ſolenniter ſcrutinio, per exorciſmum contra diabolum vindicatur, cui ſe renuntiare conſtanter, ſicut hic conſuetudo poſcebat, auditurus Symbolum profitetur. Ipſa inſuper ſancti Symboli verba memoriter in conſpectu fidelis populi clara voce pronuntians, piam regulam Dominicæ orationis accepit, ſimulque eam & quid crederet, & quid oraret intelligens, futuro Baptiſmati parabatur*, &c. Σύμβολον ἀπαγγέλλειν in Concilio Laodic. c. 46. & Synodo Trullana c. 78. ubi dicitur baptizandos oportere fidei Symbolum diſcere, & quinta Feria ultimæ ſeptimanæ, vel Epiſcopo, vel Preſbytero reddere. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *reddo, memoro.* Ordo Romanus ait reddi in Sabbato Paſchatis, aut Pentecoſtes, ut & Amalarius lib. 1. de Eccl. offic. c. 8 Habetur Homilia S. Maximi Taurinenſis Epiſcopi in Traditione Symboli, ubi *Myſterium Symboli tradere*: & alia S. Fulgentii, quæ eſt 78. *ad Competentes poſt traditum Symbolum.* Vide Canones S. Patricii c. 7. Illud autem addiſcendum dabatur Competentibus in die Palmarum, ut habent Iſidorus lib. 1. de Eccl. offic. c. 27. lib. 2. c. 21. 22. Alcuinus lib. de Divin. offic. Rabanus lib. 1. de Inſtit. Cleric. c. 26. Atto Epiſc. in Capitulari c. 16. &c.

Symbolum luminis, ſeu potius *Symbola*, Cenſus pro luminaribus Eccleſiæ. Leges Kanuti Regis Angl. cap. 14. *Et fiat in anno Symbolum luminis, primum in vigilia Paſcha obulus ceræ de omni hida, in Feſto omnium SS. tantundem, tertio tantundem in Feſto ſanctæ Mariæ Candelarum.*

Symbolum animæ. Concilium Anhamenſe an. 1009. c. 12. *Luminarium cenſus ter quotannis penditor. Sed æquiſſimum eſt ut animæ Symbolum, (quam pecuniam ſepulchralem vocant) ſemper dependatur, cum ſepulchrum ſit effoſſum.* Ubi Decreta Synodalia ejuſdem Concilii c. 13. habent: *Munera nec non defunctorum animabus congruentia puteo impendantur aperto.*

SYMMACHUS. Liberatus Diaconus cap. 23 *Per portitores literarum velociſſimos, quos Ægyptii Symmachos vocant.*

SYMPHONIA, Inſtrumentum Muſicum, de quo ſic Iſidorus lib. 3. Orig. c. 21. *Symphonia vulgo appellatur lignum cavum ex utraque parte, pelle extenſa, quam vir-*

gulis hinc & inde Muſici feriunt: Fitque ex ea concordia gravis & acuti ſuaviſſimus cantus. Ugutio: *Tympanum quoddam inſtrumentum muſicum, vel pellis, vel corium, vel ligno ex una parte contentum vel contextum, & dicitur ſic quod tinniat; vel dicitur ſic à timon, quod eſt medium quia eſt medium. Eſt enim media pars ſymphoniæ in ſimilitudinem cribri, & virgula percutitur ut ſymphonia.* Gloſſæ antiquæ MSS. *Tibia, ſymphonia.* Gloſſæ Iſonis Magiſtri: *Siſtrum, tuba, genus ſymphoniæ.* Alibi: *Symphonia, tuba,* ad iſtud Prudentii l. 2. in Symm.

Fluctibus Actiacis ſignum ſymphonia belli
Ægypto dederat, clangebat buccina contra.

Mamotrectus ad 1. Paralipom. cap. 12. *Liris; id eſt ſymphoniis.* Daniel cap. 3. *In hora qua audieritis ſonitum tubæ & fiſtulæ, & cytharæ, & ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ,* &c. S. Auguſtinus in Pſalm. 41. *Feſta cum hic homines celebrant ſua luxuria, conſuetudinem habent conſtituere organa ante domos ſuas, aut ponere ſymphoniam, vel quæcumque muſica ad luxuriam ſervientia & illicientia.* Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini:

Donec plena ſuo cecinit ſymphonia flatu.

Galfridus de Vino ſalvo in Poëtria MS. ſeu de Coloribus Rhetoricis:

Cymbala præclara, concors ſymphonia, dulcis
Fiſtula, ſomnifera cithara, vitulæque jocoſæ.

Nicolaus de Braya in Ludovico VIII.

——— *Non ſiſtrum defuit illic,*
Tympana, pſalterium, cithara, ſymphonia dulcis.

Occurrit præterea apud S. Hieronymum in Epiſt. ad Damaſum. Vetus Poëta Gallicus MS. in Poëmate, cui titulus, *le Luſidaire:*

Pſalteres, harpes, & vieles,
Giges, & chifonies beles.

Chron. MS. Bertrandi *du Gueſclin* MS.

Et s'avoit chaſcun d'eux aprés luy un Sergent
Qui une coiffonie va à ſon col portant.
Et li deus Meneſtrers ſe vont appareillant,
Tous deus devant le Roy ſe vont chiphoniant.
Et Mahieu de Gournay les va apperchevant;
Et les Chifonieux aloy priſer tant.
Et en ſon cœur alloit mouls durement gabant
Et li Rois li a dit apres le geu laiſſant;
Et que vous ſamble, dit il, ſont-il bien ſouffiſant?
Diſt Mahieu de Gournay, ne vous iray celant,
Ens en pays de France, & en pays Normant,
Ne vont teli inſtrumens fors avengles portant;
Ainſi vont li avugles & li poures truant,
De ſi fais inſtrumens li bourgois eſbatant,
En l'appella de la un inſtrument truant,
Car il vont d'huis en huis leur inſtrument portant;
Et demandent leur pain, rien ne vont refuſans, &c.

Joannes Molinetus in Throno honoris:

Tubes, tabours, tympanes & trompettes,
Lucs, & orguettes, harpes, pſalterions,
Bedons, clarons, cloquettes, & ſonnettes,
Cors & muſetes, ſymphonies doucettes,
Chanſonettes de manicordions, &c.

Symponus, ex Gr. [illegible], apud Anaſtaſium in Epiſt. ad Conſtantinum Imp.

Sympsalma, *Conſonantia pſalmi vel, vocis copulatio in cantando.* Jo. de Janua. Vide *Diapſalma.*

Synastria, Conſtellatio, in Querolo p. 40.

Synaxis, Σύναξις, Latinis *Collecta:* Conventus ſeu Congregatio Monachorum, ad orationem & pſalmodiam coeuntium, apud Caſſianum lib. 2. de Inſtit. Cœnob. c. 10. Vide *Collecta.*

Synaxis maximè pro *Curſu,* ſeu *officio Eccleſiaſtico.* Gloſſæ MSS. *Synaxis decantatio horarum, vel illa hora qua ſol ab axe deſcendit, & dicitur quaſi ſine axe.* Regula S. Benedicti c. 17. *Veſpertina autem ſynaxis 4. pſalmis cum antiphonis terminetur.* Regula S. Columbani cap. 7. *De Synaxi verò, id eſt, de curſu Pſalmorum & orationum modo canonico, quædam ſunt diſtinguenda.* Regula S. Donati cap. 26. *Similiter pœniteat quæ humiliationem in ſynaxi, id eſt in curſu oblita fuerit.* Et cap. 75. *De ſynaxi, id eſt de curſu Pſalmorum,* &c. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis c. 21.

More ſuo ſanctis ſurgens cantare ſynaxim
Nocturnam, magnus licet algor ſtringeret artus,
Devotè gracilis ſurgit tamen ipſa Mathildis.

Apud Græcos Patres, σύναξις ſumitur pro participatione divinæ Euchariſtiæ, ut paſſim apud Dionyſ. Areop. lib. de Sacram. ubi Pachymeres ad cap. 3. [illegible] Θεὸν συναγωγὴν καὶ κοινωνίαν. Et cap. 4. [illegible]

Syncellita, qui aliàs *Concellaneus:* Monachus ſcilicet qui in eadem cella, i. Monaſterio habitat, moratur. Veteres Gloſſæ MSS. συγκελλῖται, [illegible]. Caſſianus Collat. 20. cap. 2. *Ut nos, tanquam priſtinos Syncellitas, etiam cellulæ ſuæ, quam in extrema horti parte conſtruxerat, honorares hoſpitio.* Idem de Inſtit. Cœnob. lib. 2. cap. 12. *Unuſquiſque ad ſuam recurrens cellulam, quam aut ſolus, aut cum alio tantùm habitare permittitur: quem ſcilicet ſocietas operationis, vel diſcipulatus, & diſciplinæ imbutio copulavit; vel certè quem ſimilitudo virtutum comparem fecit.* Et lib. 4. c. 16. *Cellulæ ſuæ cohabitator.*

Syncellitas, laxiori ſignificatione, Monachos omnes interdum vocabant. Verſus antiqui de laudibus Lirinenſis inſulæ, apud Vincentium Barralem:

Primus Honoratus te ſyncellita beatus
Corpore ſacravit fugiens retinacula mundi.

Epiſtola cujuſdam Monachi ad Ælfricum: N. *Cunctorum peripſema ſyncellitarum,* i. Monachorum.

Syncellus, Dignitas Eccleſiaſtica è præcipuis & honorationibus, quâ qui cohoneſtatus erat, in eâdem quâ Summus Pontifex, vel Patriarcha, cella habitabat, unde nominis etymon. Habuit enim ſuos Syncellos non Græcanica duntaxat Eccleſia, quod notiſſimum eſt Scriptoribus Byzantinis, ſed etiam Romana. Siquidem Leo Papa in Epiſtola ad Kenulphum Merciorum Regem apud Willelmum Malmeſburienſem lib. 1. de Geſtis Reg. Angl. cap. 4. S. Auguſtino primo Anglorum Apoſtolo hanc appellationem adſcribit: *Nos per omnia enucleatiùs trutinantes, in ſacro ſcrinio reperimus ſanctum Gregorium prædeceſſorem noſtrum in integro ipſam parochiam numero XII. B. Auguſtino Syncello ſuo Archiepiſcopo tradidiſſe & confirmaſſe Epiſcopos conſecrandi.* Unde colligitur Auguſtinum ex iis fuiſſe Clericis, vel Monachis, quos idem Gregorius in Synodo Romana an. 595. ſtatuit *miniſterio cubiculi Pontificalis obſequi debere: ut is qui in loco eſt regiminis habeat teſtes tales, qui vitam ejus in ſecreta converſatione videant, & ex viſione ſedula, exemplum profectus ſumant.*

Neque iſtius moris primus auctor fuit Gregorius Magnus, cùm id primum in Eccleſia inductum à Lucio I. PP. tradat Liber Pontifical. Damaſi PP. in Lucio: *Hic præcepit ut duo Preſbyteri & tres Diacones in omni loco Epiſcopum non deſererent; propter teſtimonium Eccleſiaſticum.* Idem Lucius in Epiſtol. ad Galliæ Epiſcopos: *Hortamur vos, ſicut & in hac ſancta Eccleſia conſtitutum habemus, ut ſemper teſtes vobiſcum Sacerdotes & Diacones habeatis.* &c. Cui conſtitutioni ſubſcripſere poſtmodum variæ Synodi præter Romanam, ſcilicet Turonenſis II. cap. 12. Pariſienſis VI. c. 20. Aquiſgran. II. an. 836. c. 1. Ticinenſis an. 850. c. 1. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 174. Canones Hibern. lib. 1. c. 8. &c. Vide præterea Gregorium Turon. lib. 6. cap. 36. Bennonem de Vita Hiltebrandi p. 41. &c. Atque hinc plures ſimul eodemque tempore fuiſſe legimus. Nam Heraclianus & Laurentius Syncelli Epiphanii Patriarchæ Conſtantinopolitani recenſentur in Collatione Catholicorum cum Severianis habita Conſtantinopoli an. 532. Baſilii Monachi Supplicatio in Concilio Epheſino part. 1. cap. 30.

de Neſtorio Patr. CP. [illegible] [illegible] &c.

Habuit igitur olim Summus Pontifex ſuos *Syncellos*, ſi non tametſi poſtmodum, vel appellationem ſaltem, ſi non officium, deſiiſſe par ſit credere, cùm de iis ferè ſileant cæteri ex noſtris Scriptores. In Eccleſia verò Conſtantinopolitana præcipuum locum obtinuiſſe *Syncellos*, ſtatim ab inſtaurata urbe, teſtantur Cedrenus & Zonaras ad ann. 24 Theodoſii Junioris, & Victor Tunnenſis in Anaſtaſio. Cæteros etiam Patriarchas Syncellos habuiſſe colligimus ex Synodo Nicæna II. [illegible] [illegible], præterea ex VII. Syn. act. 1. pag. 474. 481. 530. Edit. 1618 Synodo Calchedon. act. 1. pag. 184. & 188. Synodo VIII. Act. 1. pag. 715. 734. ex Niceta Paphl. in Vita Ignatii Patr. CP. pag. 713.

Syncellorum igitur in Eccleſia Conſtantinopolitana quod fuerit primitus munus, fruſtra quærunt viri docti. Quidam enim ſic appellatum opinantur *Syncellum*, qui moriturо Patriarchæ ſucceſſor deſignabatur, quique, eo adhuc in vivis, in Patriarchio cum illo habitabat, proindeque erat ejuſdem cellæ cohabitator & conſors. Idque eruunt ex Cedreno & Zonara, tradentibus *Seriphum* apud Saracenos eundem obtinuiſſe locum, quem *Syncellus* apud Patriarcham. Nam quemadmodum, inquiunt hi ſcriptores, ὁ Σύγκελλος τοῦ Πατριάρχου [illegible], ſic *Seriphus* Chalyphæ defuncto ſubſtituebatur. Certè non negaverim interdum *Syncellos* Patriarchis extinctis ſucceſſiſſe in eam dignitatem. Ecce apud Victorem Tunnenſem loco citato: *Timotheus Conſtantinopolitanus Epiſcopus — 5. die menſis Aprilis occubuit, & Joanni Cappadoci Syncello proprio atque Presbytero Epiſcopatum tradidit.* Suggeſtio Dioſcori Diaconi ad Hormiſdam PP. to. 1. Epiſt. Rom. Pontif. de Joanne Patr. CP. *In cujus locum Epiphanius quidam Presbyter Syncellus ejus ordinatus eſt.* In Epiſtola Synodali Synodi Conſtantinopolitanæ ſub eodem Epiphanio, Heracianus Presbyter ſanctæ majoris Eccleſiæ dicitur *Cohabitator prædicti ſanctiſſimi Archiepiſcopi*, id eſt Syncellus, uti appellatur in Collatione quæ ſub Juſtiniano facta eſt Conſtantinopoli. Quoſdam autem à Patriarchis Byzantinis, dignitate autea *Syncellorum* cenſet S. Nicepohorus in Chronol. præter Joann. Cappadocem, cui primo hanc dignitatem adſcribit, Theodorum videlicet & Georgium ejus ſucceſſorem, Anaſtaſium & Joannem. Aliquot alios ſequior ætate habent etiam Cedrenus & Zonaras, quos adnotavit Gretzerus ad Codinum. Sed quid hæc inter tantos, quibus nuſquam fuit *Syncellorum* munus ante adeptum Pontificatum?

Goarus ad Euchologf. & Cedrenum, *Syncellum* putat fuiſſe patrem ſpiritualem, [illegible], & *à Confeſſionibus* Patriarchæ: at unde id eliciet, non planè video. Conſiliorum participem & ſocium, benè quidem probat ex Evagrio lib. 6. c. 2. & Socrate lib. 7. c. 32. ut qui unà cum ipſo Patriarcha maneret.

Conſtat igitur viros doctiſſimos longè à verò aberrare, dum in has abeunt ſententias, cum longè probabilius ſit *Syncellos* primùm datos Patriarchis, ut & cæteris Epiſcopis, qui eſſent vitæ eorum teſtes, *cubiculo & ſecretioribus quibuſlibet obſequiis aſſiſterent, vigilantes, orantes, ſacra eloquia ſcrutantes jugiter attenderent*, ut eſt in Synodo Romana laudata, & Ticinenſi an. 850. c. 1. *Cellulanos* vocarunt Latini ejuſmodi aſſeſſores. Ignatius Epiſcopus in Vita S. Taraſii Patriarchæ CP. n. 36. tradit Taraſio adhibitos ab Imperatore cuſtodes, qui ſub *Syncellorum* nomine & dignitate, eum diligenter obſervarent, viderentque ne iis inconſultis quidpiam ageret. Unde rectè *Oculus Patriarchæ* appellatur *Syncellus*, in Epiſtola Theodoſii Patriarchæ Hieroſolymitani ad Synodum VIII. Conſtantinopolitanam, ex verſione Anaſtaſii: quia nempe vitæ Patriarchæ invigilabat.

Invaluit poſtmodum, ut qui *Syncelli* Epiſcoporum aut Patriarcharum erant & dicebantur, Syncelli Eccleſiarum appellarentur. Ita apud Theodorum Abucaram Epiſt. 4. Michaël Presbyter dicitur σύγκελλος [illegible], ſeu Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. *Syncellorum* munus in dignitatem Eccleſiaſticam poſtea tranſiit apud Græcos, quorum numerum ad binos auxit Heraclius, ad plures cæteri deinceps Imperatores, qui iis demque *Proto-Syncellum* præfecerunt.

Syncelli præterea dignitas ab Imperatoribus CP. Epiſcopis & Archiepiſcopis titulo tenus attributa legitur: præſertim Archiepiſcopis Tranenſibus Joanni & Byzantio, qui *Pontificales & Auguſtales Syncelli* appellantur apud Anonymum in Vita S. Lucii Epiſcopi Brunduſini, in Præfat. apud Bolandum tom. 1. Januar. & ab Adelferio in vita S. Nicolai Peregrini, apud Ughellum to. 7. Ital. Sacræ pag. 1210. quæ dignitas *Syncellatus*, ab iiſdem appellatur. Vide *Cuſtodire*, & Altaſerram lib. 5. Diſſertat. Juris Canon. c. 2. lib. 2. c. 13.

SYNCOPA, *Syncopare*. Eſt autem *Syncopare*, ſcindere, ſeu potius interſecare, Gall. *Entrecouper*. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *Inter has circulus elucens ad Zodiacæ obliquitatis ſimilitudinem, pretioſorum lapidum ſtellatus monilibus, ſiderea contiguitatis oſcula ſyncopabat.* Ibidem:

Sicque per aſcenſum male ſyncopat illa mariti
Corpus, furtivo dum metit enſe caput.

Rurſum:

Qui minas Ponti ſepelis & auges
Syncopans curſum pelagi furioſi.

Adde eundem p. 314. præterea Briton. lib. 9. Philip. v. 449. & Archithrenium lib. 1 c. 17. extremo. Hinc *Syncopare*, verba non omnino pronuntiare, ſed ea quaſi ſecare, quomodo *Couper les mots* dicimus. *Verba dimidia, non integra tranſilientes*, ut ait S. Bernardus ſerm. 40. ſuper Cantica Cantic. Synodus Cicestrenſis an. 1289. c. 15. *Quæ autem tractant vel legunt*, (in Eccleſia) *diſtincte proferant & apertè, non tranſiliendo, neque tranſcurrendo, vel ſyncopando*, &c. Ita in Concilio Rotomagenſi an. 1335. c. 1. Admonitio Guillelmi Epiſcopi Magalonenſis ad Clerum de Modo dicendi Horas:

Qui bene non dicit Horas, Deus hunc maledicit:
Syncopa vitetur, verſus non anticipetur,
Donec finitus omnino ſit bene primus.

Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. c. 17. *Et ſomno reſiduum relinquentes, vix ad diurnum concentum avium excitantur, tranſcurrendo undique continuata ſyncopa matutinum.* Concilium Sariſberienſe an. 1217. cap. 36. *Ita quod ex feſtinatione nimia verba non præcidantur, vel ſyncopentur.* Adde Synodum Wigornienſem an. 1240. c. 10. Conſtitutiones Synodales Epiſcopi Anonymi an. 1237. cap. de Sacr. altaris, in tom. 2. Concil. Angl. Synodum Rotomagenſem an. 1335. c. 1. &c.

SYNCOPIZARE, Syncopem ſeu deliquium pati. Vita B. Torelli Puppienſis n. 11. *Gravi caſu ſyncopizavit.* Occurrit etiam in Miraculis B. Ambroſii Senenſis. *Syncopare*, eadem notione dixit Radulfus in Miraculis S. Richardi Epiſc. Cicestrenſis n. 11. *Terra ſyncopando ſimilis morienti proſternitur.*

SYNDICARE, Examinare, in alicujus mores vel acta inquirere, notare, acri cenſura carpere, noſtris *Syndiquer quelqu'un*, quod agunt Syndici ſeu rerum curatores, qui cuncta diligenter examinant. Bulla Innoc. IV. an. 1254. apud Waddingum n. 12. *Teneatur ſanè Poteſtas ſeu Rector, infra 10. dies ſui regiminis ſyndicare præcedentem proximò Poteſtatem vel Rectorem, & ejus etiam Aſſeſſores per tres viros Catholicos & fideles electos ad hoc per Diœceſanum*, &c.

SYNDICUS, Defenſor, patronus, advocatus. Gloſſæ Gr. Latin. σύνδικος, *Defenſor*. Hermogenianus JC. in leg. ult. D. de Muner. & honor. *Defenſio civitatis, id eſt ut Syndicus fiat, munus eſt perſonale.* Arcadius Imp. l. 2. C. de Defenſ. civitat. *Defenſores, quos Græci Syndicos appellant, pro republica agebant & conveniebant.* Fridericus II. Imp. apud Matth. Pariſ. an. 1241. *Reges orbis*

bis & Principes, quorum etiam cauſam, eorum factus Syndicus, foveo. &c. Idem Matth. an. 1245. *Illuc advenit de Terra ſancta Epiſcopus Berytenſis, totius Syriæ Nuntius generalis, & Syndicus omnium Chriſtianorum Terræ ſanctæ.* Rurſum an. 1255. *Qui ſi de communi aſſenſu communem Syndicum & prolocutorem ad Romanam Curiam deſtinaſſent,* &c. Eſt autem *Prolocutor*, idem quod *Advocatus.*

Syndicus, Dignitatis nomen apud Burdegalenſes Aquitanos, apud quos occurrunt Nobiles quidam *Soudics* appellatione donati, cum adjectione Caſtri nominis: quos Arnoldus Ferronus in Conſuet. Burdeg. l. 2. p. 225. author eſt in veteribus Tabulis *Syndicos* appellari. Hos Jus municipale Burdegalenſium Ordini Comitum, Vicecomitum, & Baronum accenſet. Hujuſce verò nomenclaturæ bini tantùm occurrunt proceres, *Soldicus* ſcilicet *de l'Eſtrade*, & *Soldicus de la Trau*, qui hanc fortè iis in Caſtris primitus *Syndicorum*, ſeu *Defenſorum* dignitatem obtinuere: quam ſibi poſteriſque hæreditariam aſſeruerunt, ut Comites in urbibus, & Duces in provinciis, quibus præerant. Defenſorum enim & Syndicorum civitatis amplam fuiſſe autoritatem & juriſdictionem docet plurimis Guido Pancirolus lib. de Magiſtratib. municipalib. cap. 9. Vide Raimundum Montanerium in Chron. Reg. Aragon. cap. 185.

Soldicorum, *de l'Eſtrade* frequens occurrit mentio apud Scriptores, Froiſſartem 1. vol. c. 161 2. vol. c. 81. 90. 4. vol. c. 18. &c. Orronvilleum in Hiſt. Ludovici Ducis Borbon. cap. 71. Monſtrelletum 3. vol. pag. 35. Tillium, &c. His vetus armorum Liber pro inſignibus adſignat *Leonem minutum in area aurea.*

Soldici de la Trau, *de Trabe* dicuntur in Bulla Bonifacii IX. PP. apud Waddingum an. 1391. n. 8. Tabularia Cameræ Computor. Pariſ. ſub an. 1453. recenſent Petrum de Monteferrando *Soudic de la Trau.* In Computo Auxiliorum pro liberatione Joannis Regis Franciæ an. 1366. vocatur *le Soudich de Lastrau.*

Synergium, Monaſterium, in quo ſcilicet *opus Dei* exercetur. Gloſſ. Gr. Lat. συνέργιον, *Officina.* Ita etiam in Excerpt. ex variis Lexic. pag. 147. Fortunatus in Vita S. Radegundis c. 13. *Æquiter S. Gundulphe — non minore laborans nobilitavit ſynergium.*

Synergus, Cooperator, ex Gr. συνεργός. Epiſtola Monachorum S. Remigii Remenſis ad Caſinenſes, de S. Benedicti Epiſtola: *Quam ille ſancti Paracliti familiariſſimus ſynergus compoſuit.*

Synodalis *liber*, Libris Eccleſiaſticis accenſetur à Gilleberto Lunicenſi Epiſcopo lib. de Uſu Eccleſiaſtico: in quo fortè ea quæ ad Synodales Conventus ſpectabant, continebatur, vel in quem Synodi Epiſcopales referebantur.

Synodales teſtes. Vide *Teſtis.*

Synodare, Caſtigare, punire, emendare. Ratherius Veronenſis in Itineratio: *De ſynodo à nobis quid agendum nuperrimè alto. Scitis enim, ſcitis me ſemper hoc agere ideo diſtuliſſe, cum bis in anno idem præceptum ſit facere, quod dicerem me unde ſynodare deberem omnino neſcire. Solet enim in Synodis ſi quid contra Canones actum eſt emendari.* Charta Paſchalis I. PP. in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 12. *Nullus autem Epiſcopus audeat ſynodare vel excommunicare Monachum vel Clericum ipſius Monaſterii, quos prædicto ſuo Abbati ſuiſque ſucceſſoribus concedimus monendos & conſtringendos.* &c. Bulla Benedicti VIII PP. an. 1028. pag. 80. *Ut nullus Epiſcopus præſumat in jamdicto Monaſterio vel in Eccleſiis ſibi ſubjectis, Sacerdotem excommunicare, vel ad Synodum provocare.* &c. Correctionis ſcilicet gratiâ.

Synodaticum. Vide *Synodus.*

Synodica, Epiſtola ab ipſa Epiſcoporum Synodo ſcripta ad ſummum Pontificem, vel ad Patriarchas aut Metropolitanos, qua eorum quæ ſtatuta ac decreta ſunt, in Synodo ratio exponitur. Συνοδικά. & συνοδικὰ γράμματα, in Concilio Calchedon. act. 5. & 10. pag. 244. 300. edit. 1618. *Synodica litteræ*, in Synodo Tullenſi apud Saponarias c. 7. *Synodales Epiſtolæ*, apud Ordericum Vitalem lib. 9. *Odo Epiſcopus Bajocenſis, Giſlebertus Ebroicenſis, & Serlo Sagienſis, Legati quoque aliorum de Normannia Præſulum cum excuſatoriis apicibus Arvernenſi Concilio interfuerunt; & inde cum benedictione Apoſtolica regreſſi, Synodales Epiſtolas Coepiſcopis ſuis detulerunt.* Ejuſmodi Synodicæ habentur complures in Conciliorum Collectione: de quibus etiam copiosè egit Bernardinus Ferrarius lib. 2. de Epiſtol. Eccleſiaſt. cap. 6.

Synodica præterea dicta Epiſtola quam Pontifices recèns electi ad alios Pontifices mittebant, in qua fidei ſuæ rationem exponebant. Quod quidem maximè obtinuit in ſummis Pontificibus & Patriarchis. De ſummis quidem Pontificibus teſtantur Gelaſius I. Epiſt. 2. Liberatus Diacon. c. 17. Gregorius M. lib. 1. Epiſt. 4. Joannes Diac. in ejuſdem Gregorii vita lib. 1. cap. 3. Anaſtaſius Biblioth. in Zacharia PP. &c. Vide *Tractatus.*

Viciſſim Epiſcopi recèns creati, præſertim Patriarchæ ac Metropolitani per Synodicas pariter apud ſummum Pontificem fidei ſuæ doctrinam profitebantur, de quo more Gregorius M. lib. 5. Epiſt. 64. Geſta de nomine Acacii, Liberatus Diacon. cap. 18. Anaſtaſius Bibl. in Eugenio PP. & in Gregorio II. præter alios à Ferrario laudatos Scriptores.

Hiſce Synodicis reſpondebant ſummus Pontifex, aliique Patriarchæ, aliis literis, quibus aut recèns electorum fidem amplecti, ſi ſanam, vel reſpuere, ſi hæreticam ſaperet doctrinam, teſtabantur. Anaſtaſius in Gregorio II. *Joannes Conſtantinopolitanus Antiſtes Synodicam ei miſit, atque ad eum reſcriptis idem uſus eſt Pontifex.* Gregorius M. loco laudato: *Sed quia conſuetudo non eſt ut priùs quàm ad nos ejus* (Patriarchæ) *Synodica deferatur, debeamus ſcribere, idcirco diſtulimus*, &c. Adde Liberatum Diacon. cap. 18. pag. 127. poſtremæ edit. & S. Hieronymum lib. 3. in Ruffinum cap. 5. & Epiſt. 71. Theophilum Alexandrinum Epiſt. 67. inter Ep. Hieron. &c. Quinetiam ea reſcripta Synodicæ pariter nomenclatura donantur ab eodem Liberato cap. 18. *Ubi ergo ad plenum detectus eſt Acacius hæreticus, Papa Felix in litteris ſuis Synodicis Acacium ſic poſuit, Peccaſti, ne adjicias*, &c. Unde conjicere licet Synodicas ejuſmodi literas appellatas, non quòd in Synodo in qua creati erant Pontifices, exaratæ eſſent, quod volunt viri doctiſſimi, ſed quòd ita Epiſtolas de fide appellari uſus obtinuiſſet, cujuſmodi erant eæ quæ ab ipſis Synodis mitti ſolebant. Vide virum eruditiſſimum Joannem Garnerium in Notis ad Liberati caput 18.

Synodica denique dicitur Epiſtola Epiſcopi de fide vel rebus Eccleſiaſticis ad Preſbyteros ſuæ diœceſeos ſcripta. Ratherius Veronenſis in Itinerario: *Unde igitur Synodus ageretur, nil ampliùs quod emendaretur invento? Sciſcitatus itaque de fide illorum, inveni plurimos neque ipſum ſapere Symbolum, qui fuiſſe creditur Apoſtolorum. Hac occaſione Synodicam ſcribere omnibus Preſbyteris ſum compulſus, in qua continetur primitus ita ſuaſum.*

Synoditæ, Cœnobitæ, οἱ ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίαις μοναχοί. apud Socratem lib. 4. Hiſt. Eccleſ. cap. 23. Lex 57. Cod. Th. de Appellationib. *Addictos ſupplicio, & pro criminum immanitate damnatos, nulli Clericorum vel Monachorum, eorum etiam quos Synoditas vocant, per vim atque uſurpationem vindicare liceat ac tenere*, &c. Gennadius de Scriptoribus Eccleſ. ait Evagrium Monachum *compoſuiſſe Cœnobitis ac Synoditis doctrinam aptam vitæ communis.*

Synodus, Conventus publicus, σύνοδος. Annales Francor. an. 773. *Tunc Synodum ſupradictus Rex glorioſus tenuit generaliter cum Francis apud Jannam civitatem, ibique exercitum dividens*, &c. Anno 776. *Conjunxit Synodum ad eandem civitatem, & ibi placitum publicum tenens*, &c. Annales Francor. Bertiniani an. 767. *Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis ſolito more in campo.*

Synodus, vox generica eſt ſcriptoribus Chriſtianis, quibus

ferè ſemper quodvis Concilium Epiſcoporum dicitur. Propria verò ſignificatione Synodus apud nos appellatur, quæ ab Epiſcopo fit, convocatis quotannis parœciæ ſuæ Preſbyteris.

Ejuſmodi autem Synodorum aliæ tempore Quadrageſimæ habebant, in quibus vicarii Preſbyteri qui in urbem commeabant, ab Epiſcopo Theologicis doctrinis imbuebantur. De iis eſt Canon 3. Concilii Liptinenſis ſub Childerico an. 743. Sed has Synodos, ut quæ Preſbyteros à gregis ſui cura tempore pietati & religioni dicato avocabat, ſuſtulit Ludovicus Pius in Capit. Aquiſgranenſi an. Imperii 3. Conſtituit quippe *ut diſcendi gratiâ alio quam Quadrageſimæ tempore Preſbyteri ad civitates vocentur.*

Aliæ Synodi Epiſcopales celebrabantur ad coërcendos Preſbyteros ac Clericos, ſi qua in parte in Canones peccaſſent: tunc enim communi Preſbyterorum conſenſu ad emendationem redigebantur, pœnitentiâ impoſitâ. Atque has bis in anno exactas, medio ſcilicet Maio, & Kalendis Novembris docet Concilium Autiſiod. can. 7. Vide Agobardum lib. de Diſpenſat. c. 20.

Synodus, Cenſus, qui Epiſcopo à Clericis venientibus ad annuas Synodos, quibus intereſſe tenentur, pendi ſolebat, unde vetus Poëta MS. *du Renard*:

Mais à ennis, ou volentiers,
Convient au Seſne alèr le Preſtre.

Richardus Haguſtaldenſis lib. 1. de Epiſc. Haguſtald. cap. 3. *Hac igitur Haguſtaldenſis Eccleſia ex illa antiqui honoris prærogativa hanc libertatem & auctoritatem obtinet, quod nec propter Synodum, nec propter Chriſma, nec propter aliquam Eccleſiaſticam cauſam Epiſcopo Dunelmenſi, vel ejus Archidiacono, vel illorum miniſtris aliquod debitum, ſive aliquam conſuetudinem debet.* Charta Guidonis Epiſcopi Belvacenſis apud Loiſellum: *Et ſicut Sacerdotes qui ſunt in villa ſuos requirunt parochianos, ſic & iſte plebis illius adminiſtrationem habeat: nequaquam tamen ad Synodum vadat, nunquam cenſum illum, qui Circata nuncupatur, perſolvat.* Concilium Toloſanum ſub Victore II. PP. *Statuimus ut Eccleſiæ ſolum tertium, aut paratam, vel Synodum, ſolito more perſolvant Epiſcopo vel Clericis.*

Synodaticum dicitur in Cap. Conquerente, de Offic. Judic. ordin. & in Cap. Olim, de Cenſib. Regeſtum Parlamenti B. fol. 87. *Synodaticum, Cathedraticum, ſive id quod in Synodo ſolvitur.* Vetus Charta apud Jo. Columbum lib. 4. de Epiſcopis Siſtaric. n. 36. *Conceſſit tertiam partem juris ſeu ſervitii ſynodatici, quod ſolvi conſuevit in Synodo quæ tenetur ad Siſtaricum de Eccleſiis conſtitutis infra limites prædeſtinatos*, &c. Vide Monumenta Paderbonenſia pag. 133.

Synodalis cenſus, in Charta Liſiardi Epiſcopi Sueſſionenſis in Chronico Abbatiæ S. Joannis de Vineis pag. 94. & in alia Ingelramni Epiſcopi Ambian. apud Robert. Quatremarium de Concilio Remenſi pag. 56. *Epiſcopalis & Synodalis cenſura.* Charta Hugonis Epiſcopi Noviomenſis an. 1039. apud Buzelinum lib. 2. Gallo-Fl. c. 26. *Duos tantummodo ſolidos ſingulis annis ſolvat ad Synodum Epiſcopalis cenſura.* Charta alia apud Jo. Columbum lib. 2. de Epiſcop. Siſtaricenſ. n. 44. *Ripertus, qui Reveſtem condidit, pro Synodali cenſura, Epiſcopo Siſtaricenſi unum hominem dedit in eodem Reveſto, pro cunctis Eccleſiis, quæ in cuncto ſuo mandamento fundanda erant. Synodalis parata, hoc eſt 2. denarii*, in Charta an. 847. apud v. cl. Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. n. 69. *Synodalis redditio*, in Charta Iſemberti Epiſcopi Pictavenſis apud Beſlium in Epiſcop. Pictav. p. 62. *Synodales redditus*, in Concilio Narbonenſi an. 1054. c. 13. *Synodalis conſuetudo*, in Reſcripto Philippi Epiſcopi Trecenſis apud Camuſatum p. 352. *Denarii de Synodo*, in Tabulario Conchenſi in Ruthenis ch. 85. *Denarii Synodales*, apud Rogerum Hovedenum p. 542. in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 163. & in Monum. Paderbonenſib. pag. 106. 108. *Synodale debitum*, apud Hugonem Flaviniacenſem in Chron. pag. 271. *Jus Synodale*, in Charta Bartholomæi Epiſc. Laudunenſis apud Hemereum in Auguſta Viromand. p. 140. *Synodalia*, in Ep. 4. Jo. Sariſberienſis. Statuta Ægidii Epiſcopi Sariſberienſis an. 1256. *Capellani, Perſonæ, vel Vicarii Eccleſiarum debent Synodalia, ſcilicet 15. denarios.* Tabularium Eccleſiæ Carnotenſis n. 28. *Nos verò Synodalia perſolvemus Archidiacono & Epiſcopo qui pro tempore erunt.* Vide Monaſticum Anglic. to. 3. p. 153. & ſupra in *Denariis Paſchalibus*.

Hæc porrò præſtatio non omnibus æque Epiſcopis probata, imò à pleriſque improbata. Petrus Damianus lib. 1. Epiſt. 9. de Rodulpho Epiſcopo Engubino: *Congregans annualiter Synodum, nullum aſſuetæ oblationis vel exenioram Canonem à Clericis exigi permittebat: ſed ne à lapſis commodum aliquod præter ſolam pœnitentiam requirebat, Abſit, inquiens, ut Synodum vendam, lapſos etiam potiùs erigam, quàm ex eorum cadaveribus corvino more pingueſcam.* Vide *Cathedraticum*.

SYNODOCHIUM. Vide *Sinodochium*.

SYNODOCLICA. Charta Theodorici Epiſcopi Teatini an. 840. apud Ughellum in Epiſcopis Teatinis: *Idcirco prompto animo illis conſentientibus Canonicam reconciliamus*, (i. inſtituimus ut ſuprà) *in Eccleſia B. Juſtini, cum ipſa Eccleſia S. Salvatoris, cum terris & vineis, cum colonibus & omni pertinentia ſua, & in Eccleſia S. Agathæ, quod eſt ſynodoclica ibi conſtituta, cum ſervis & ancillis, cum terris & vineis*, &c. Ubi Ughellus *Xenodochium* interpretatur. Vide *Sinodochium*.

SYNTHEMA, Evectio, ſeu diploma quod datur curſu publico utentibus. Gloſſ. Græco-Lat. σύνθημα, *ſigillum, evectio.* Aliæ Gloſſæ: *Evectio*, σύνθημα. Hieronymus in Epiſt. 34. ad Julianum: *Jam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur.* Ubi alii eſſe volunt

Synthema, idem quod *Syntheſis*, Veſtis ſpecies. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 6.

——— Nectardat grata cupido,
Occuluit quod tecta pio ſynthemate virtus,
Prodere.

SYNVETERANUS, vox hibrida, [illegible], in l. 8. D. de Veteranis.

SYRA BRACHA. Fortunatus lib. 4. de Vita S. Martini, de oleo benedicto ab eodem ſancto:

Sed quem non genuit radix oleagina ſuccum,
Nec ſyrabracha dedit merito virtutis adulto.

Ubi quidam codd. *Syrebara* habent. Sed videtur legendum *Syra bacca*, i. arboris Syriæ fructus.

SYRI, Negotiatores, qui ex Syria in Occidente mercaturam exercebant. Sidonius lib. 1. Epiſt. 8. *Fœnerantur Clerici, Syri pſallunt.* Hieronymus in Ezechiel. lib. 8. c. 26. *Uſque autem permanet in Syris ingenitus negotiationis ardor*, &c. Salvianus lib. 4. de Provident. *Conſideremus ſolas negotiatorum & Syricorum omnium turbas, quæ majorem ferme civitatum univerſarum partem occuparunt.* Vide Savaronem ad Sidon. Gravium ad Epiſt. 8. D. Hieronymi, Nicolaum Fullerum lib. 1. Miſcellan. Sacror. cap. 11. & Altaſerram ad lib. 3. Greg. M. Epiſt. 43.

SYRIARCHÆ, Sacerdotes provinciæ Syriæ, de quibus copioſè Jacobus Gotofredus ad l. 1. Cod. Th. de Prædiis Senator.

SYRICUS. Vide *Siricus*.

SUROCUS, Ventus qui Latinis *Euronothus*, Italis *Sirocco*, vulgò *Sudeſt*, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 25.

SYRUPUS, Juſculum medicum, quod *Serapion* Actuario, aliis [illegible], ut Myrepſo ſect. 1. c. 12. 97. & ſect. 8. ex Gr. [illegible], ut cenſet Fuchſius, noſtris *Syrop*, in Conſtitutionibus Siculis lib. 3. tit. 34. §. 4.

T.

T Litera numeralis, quæ 160. deſignat. Unde verſus:

T. quoque centenos & ſexaginta tenebit.

Seu ut habet Ugutio:

T. centumque colit, cum ſexaginta bicornis.

Eidem literæ ſi recta linea ſuperaddatur; 160. millia ſignificat.

T. *in ſuperſcriptione cantilenæ, trahere vel tenere debere teſtatur.* Notkerus Balbulus Opuſc. *Quid ſingulæ literæ ſignificent in ſuperſcrip. cantil.* Vide A.

T. *Nomini militis appoſitum, ipſum in bello ſuperſtitem eſſe ſignabat.* Paulus Diacon. de Notis literar.

T. cum duobus punctis ſuprapoſitis interdum pro milleſimo numero, interdum pro nongenteſimo ſumi in Inſtrumentis Aragonicis & Navarricis, obſervat Hieronymus Blanca in Comment. rerum Aragon. pag. 617. 647. Vide Hiſtoriam Pinnatenſem p. 269. & Ambrſium Moralem in Corduba pag. 130.

TABARDUM; *Tabardus, Tabaldus*, Tunica, ſeu Sagum militare, Anglis *Tabart*, Boxhornius in Lexico Cambro-Britanico: *Tabar, tunica longa, chlamys, toga.* Hiſpani *Tavardo* dicunt, Itali *Tabarro.* Candidus Monachus in Vita Eigili Abb. Fuld. apud Browerum: *Marquardus Abbas per Decanum cæteroſque Prælatos ſæpe monitus; ut in ipſorum maximè præſentiâ, non niſi in cucullâ, vel cappâ appareret, reſpondebat, — ſuum eſſe tabardâ, ſeu togâ, & quâ liberat veſte uti.* Concilium Budenſe an. 1279. cap. 2. *Permittimus autem (Prælatis) quod poſſint habere mantellos rotundos, ſive tabarda, longitudinis moderatæ.* Charta Fundationis Hoſpitalis London. de *Elſing-ſpittel* an. 1331. *Quilibet de 4. Preſbyteris dicti Hoſpitalis habeat unam robam integram, videlicet tunicam, ſupertunicam, longum tabardum, & capucium.* Statuta Hoſpitalis S. Juliani, in Additam. ad Matth. Paris pag. 164. *Fratres Sacerdotes dicti Hoſpitalis tunica, ſupertunica, tabardo & capucio nigri coloris — utantur.* Occurrit præterea in Statutis Synodalibus Siffredi Archiep. Colonienſis an. 1280. c. 3. & Nicolai Epiſcopi Andegav. an. 1264. & 1269. in Concilio Ravennenſi an. 1314. c. 10. in alio Ravennenſi an. 1317. c. 4. Toletano an. 1324. cap. 2. &c. Boccacius: *Andataſene al ſoppidiano, ne traſſe il tabarro, e diello al cherico.* Henr. de Knyghton an. 1295. *Dederantque ſignum inter ſe ut ſic ſuos mutuo cognoſcerent in congreſſu cum Anglicis, ut Scotus diceret Anglicè Tabart, alter reſponderet Surcote, & è converſo.* Balduinus de Condato MS.

Et bon tabart, ſi que ne mente;
Bons dras, lignes & chancemente.

Vetus Poëma de Vulpe Rege coronato MS.

Ne eſcrins eſtoit mie buche,
Ne tabars, bouche d'autre part.

Ita ταμπάριον hac notione uſurparunt Nicetas in Cod. Barbaro-Græco, in Manuele lib. 4. n. 2. ubi codex alius χλαμύδα præfert, & Codinus de Offic. cap. 3. n. 4.

Tabaldus. Statuta Collegii Navarræi Pariſ. apud v. cl. Jo. Launoium in Hiſtoria ejuſdem Collegii: *Omnes habeant habitus, videlicet tabaldos, ſeu houſſias longas de bruneta nigra.* Occurrit ibi ſemel ac iterum.

TABELLA *Pythagorica.* Vide *Sortes Sanctorum.*

TABELLARIUM; *Sedes, vel acervus tabularum, vel locus ubi tabulæ ſervantur.* Ugutio.

TABELLIONES, qui Contractuum & teſtamentorum inſtrumenta conſcribebant, in l. 1. Cod. Th. de Crimine falſi, & alibi paſſim in utroque Cod. Horum etiam meminit Firmicus Matheſ. lib. 6. cap. 2. lib. 8. cap. 28.

TABENTUM, *Lapis cabernatus*, (ſic) in Gloſſario Longobard. S. Germani Pariſ. ex Gloſſis. An ex caverna erutus?

TABERNA, Jus *ſeu facultas habendi tabernam* in villa. Orig. Murenſis Monaſt. pag. 41. *Duæ tabernæ debent hic eſſe, una vini, altera cereviſiæ.*

Taberna bannalis, ad quam venire tenentur qui intra *bannum*, ſeu feudum domini manent, ſi quidem iis ad eam divertere ſit animus. Charta Adalberonis Epiſcopi Metenſis apud Meuriſſium pag. 309. *Nec non ad victualia quotidiana fratribus comparanda, eis per totum annum bannalem tabernam in ipſa villa, officialium noſtrorum omni prorſus remota moleſtia.* Charta Stephani Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ, ibid. pag. 416. *Relatum eſt quod bannum totius villæ, & taberna, & forum, & furni, ſpecialiter & indominicatè ad Eccleſiam veſtram pertinerent.* Pro ejuſmodi verò tabernis penſitabatur neſcio quid à tenentibus. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu ch. 110. *Manſus de la Capella — per meſſiones medietatem taſchæ ad 1. annum, 1. ſextarium de frumento ad alterum, 2. de taverna, 11. ſextarios de frumento*, &c. Infra: *De Cabanaria de Peſteriis 6. den. de multone, 8. den. de agno, pro taverna 6. ſextarios de frumento*, &c. Vide Chartam Stephani Epiſcopi Metenſis laudatam, & Foros Bigorrenſes art. 13. 21. 29.

TABERNAGIUM, Mulcta, qua tenentur tabernarii & caupones, qui Statuta Principis de Tabernis tranſgrediuntur: maximè in pretio potus quod à Principe imponi quotannis ſolet, ne & ii graventur, & emptores cariùs quàm par eſt vinum emant. Vetus Conſuetudo municipalis Normanniæ MS. 1. parte: *L'amande de cette maniere de action eſt appellée Tavernage, & eſt pour refrener & pour oſter la convoitiſe des Taverniers. L'amende del Tavernage fut eſtablie par l'outrage de leur vente, afin que le commun peuple ne fuſt grevé.* Paulò aliter in edita cap. 16. Editio verò Latina: *Hujuſmodi ſatisfactionis emenda Tabernagium nuncupatur, quæ ad refrænationem cupiditatis tabernariorum, ne exceſſu venditionis eorum populus gravaretur, fuit à principibus inſtituta.* Charta Fulconis Comitis Andegavenſis an. 1010. pro fundatione Abbatiæ Bellilocenſis juxta Lochas: *Conſuetudinarios autem ſuos ubicumque vina ſua poſuerint, ſequentur, & tabernagium habebunt, & non ſolum infra alodium, ſed etiam extra per circuitum, & vendas de omnibus quæ ad mercatum pertinent.* Tabularium Fiſcanenſe an. 1260. f. 51. *Et quod homines mei de feodo lorica mea debent reddere Abbati tabernagium*, &c. Hujus etiam mentio habetur in Charta Gerardi Comitis Ruſcinonenſis an. 1162. & apud Brittonum pag. 36. v.

TABERNACULUM, pro *Taberna*, uſurpat Lex 10. Cod. Theod. de Epiſcop. *Quæſtus quos ex tabernaculis & ergaſteriis colligunt.*

Tabernaculum, Ciborium, ſeu pars altaris, ubi reponitur Pyxis, in qua Sacra Euchariſtia aſſervatur. Statuta Synodalia Odonis Epiſcopi Pariſienſis, de Preſbyteris: *Ita ſunt negligentes, quod nondum habent pyxidem*

eburneam, nec tabernaculum, ubi reſervetur cum honore Corpus Domini. Charta Joannis Archiepiſc. Capuani an. 1301. *Item unum quod dicitur Tabernaculum de argento, cum caſſeta ſua.* Vide Provinciale Eccleſiæ Cantuar. lib. 3. tit. 26. Durandum lib. 1. Ration. cap. 2. & 3. &c.

TABERNACULARII, qui Tabernacula curant in caſtris; Gallis *Fourriers.* Petrus Bleſenſis Epiſt. 14. *Curritur ad meretrices & tabernacularios curiales, ut inquiratur ab eis, quò Princeps profecturus ſit.*

TABERNARIA, Præpoſitura, ſeu *balia* in Monaſteriis, Monacho addicta, cui incumbit *tabernarum* Monaſterii cura, ſeu *tabernagia* exigendi, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epiſt. 55.

TABERNIO, *Qui frequentat tabernas, vel qui ibi vendit neceſſaria.* Ugutio. Occurrit in Gloſſ. Iſid. & apud Papiam.

TABETUM. Vetus Gloſſarium Saxonicum Cottonianum: Æcm, *Tabetum.* Ubi Somnerus, *fortè Tabes.*

TABLIZARE. Vide *Tabula.*

TABORELLUS. Vide *Bandoſa.*

TABULA. *Tabula altaris*, quæ *Menſa ſancta* vulgò dicitur: de qua nos in Deſcript. S. Sophiæ n. 53. Concilium Moguntiacenſe an. 888. c. 9. *In itinere verò poſitis, ſi Eccleſia defuerit, ſub divo, ſeu in tentoriis, ſi tabula altaris conſecrata, cæteraque miniſteria ſacra ad id officium pertinentia adſunt, Miſſarum ſolennia celebrari permittimus.* Formulæ Baluzianæ c. 37. *Cum fuerit opportunum Eccleſiam dedicare, aut ſacros ordines benedicere, vel tabulas conſecrare,* &c. Gillebertus Lunicenſis Epiſcopus de uſu Eccleſiaſtico: *Dedicat etiam Pontifex atrium, templum, altare, tabulam altaris.*

Tabula præterea dicta tabella, non quæ altari ſuperponitur, ſed ea quæ ſolida, & figuris exornata ipſi altari prætenditur, cujuſmodi in Eccleſiis Cathedralibus; atque adeo in Sangermanenſis Monaſterii æde ſacra etiamnum conſpicitur. Laurentius Leodienſis in Epiſcopis Virdunenſibus: *Tabulam argenteam ante majus altare decenter fieri fecit.* Catalogus Epiſcoporum Friſingenſium in Metropoli Saliſburgenſi to. 4. p. 141. *Tabulam ex auro puriſſimo, quæ in diebus feſtis ante altare ponitur, fabrili opere compegit.* Helgaudus in Roberto Rege: *Tabulam ad altare S. Petri — auro bono totam cooperuit.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Tabulam quoque unam ex auro & argento & gemmis electis artificioſè conſtructam ad longitudinem & latitudinem altaris S. Albani,* &c. Alibi pag. 71. *Facta eſt magna tabula, cujus pars eſt de metallo, pars de ligno artificioſiſſime perfecta, quæ eſt ante majus altare in Eccleſia noſtra. — Tabula picta ante altare B. Virginis cum ſuperaltari cælato, & cruce ſuperpoſita, & pictura deſuper, & à latere in maceria artificioſè nimis — eſt perfecta. Omnes quoque tabulæ ante altaria noſtra Eccleſiæ, ſcilicet B. Joannis, B. Stephani,* &c. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis exaratum an. 1316. 3. Id. Sept. *Dedit inſuper nobis 10. marchas auri ad faciendam tabulam auream ante majus altare.* Petrus Diacon. lib. 4. c. 15. *Item pro tabula S. Martini libras 24. — obtulit.*

Tabula itineraria, vulgò Altare portatile, in Ordine Romano, in quo *Præfatio & Conſecratio* ejuſdem *Tabulæ* deſcribuntur. De ea etiam Hincmarus Remenſ. in Capitulis anni 12. Epiſcopatus c. 3.

Tabula, quam *Pacis* dicimus. Statuta an. 1368. pro Ord. Cartuſienſi part. 1. cap. 5. §. 14. *In Miſſis quæ conventualiter celebrantur, cum dominicali Kyrie eleiſon, pacem ſumimus cum tabula, in qua depicta ſit imago Crucifixi,* &c. Vide *Pax, Lapis pacis, Marmor.*

Tabula lignea, cujus percuſſione excitabantur Monachi, malleolo ſcilicet tabulam tundente: σφυρὶον ἐγερτικὸν Palladio dicitur in Hiſt. Lauſiaca cap. 104. vel ad ſacram Synaxim evocabantur. Liber Revelationum editus cum Joanne de S. Victore de Utilitate tribulationis, cap. 2. *Cum ex more illius temporis pro convocandis ad Matutinas fratribus tabula percuteretur,* &c. Matthæus Paris an. 1196. *Cum ad Matutinas tabula convocaretur.*

Tabula præterea in Monaſteriis pulſari ſolet cum Monachus eſt in extremis, quo Monachi in *Infirmitorium* ad fundendas pro eo preces cogantur. Udalricus lib. 3. Conſuet. Clun. c. 29. *Ab uno eorum percutitur tabula contra oſtium clauſtri crebra & quaſi continua percuſſione. Quod cum ſignum ſit — obituri, illico ut auditum eſt, Fratres omnes accurrunt. Tabula morientium* dicitur Herberto lib. 1. Miracul. cap. 2. quo ſenſu tabulam hanc non ſemel memorat eod. lib. cap. 8. 14. lib. 2. c. 6. 37. ut & Gaufridus Groſſus in Vita S. Bernardi Abbat. Tiron. cap. 45. Auctor Vitæ S. Hugonis Abbat. Bonevallis n. 7. Cæſarius Eyſterb. lib. 1. cap. 35. 40. lib. 11. c. 4. 8. &c. Abælardus pag. 156. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 69. Vita S. Hildegundis n. 34. Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tornac. cap. 75. &c.

Tabula eâdem pulſabatur etiam, cum *Breve*, uti vocabant, *Defunctorum* advenerat. Charta R. Othenienſis in Anglia Epiſcopi: *Mox ut breve defuncti venerit, tabula pulſabitur, vigilia cantabitur, ſonabunt claſſicum.* Herbertus lib. 1. de Mirac. cap. 1. propterea *tabulam defunctorum* vocat: *Repente pulſata eſt in auribus ejus tabula defunctorum duobus ictibus tantum. Tabula defunctoria* dicitur lib. 1. cap. 19. Vide Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andeg. pag. 12.

Tabula ad mandatum, ſeu ad pedilavium, pulſata. Vita S. Fravenoldi Abb. lib. 1. num. 32. *Horâ quâ ſonitu tabulæ ad Mandatum fratres more ſolito convocantur.*

Tabulam ad laborem pulſare, in libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis Pariſienſis MS. c. 5.

Tabulam percutere ad licentiam loquendi. Udalricus lib. 3. Conſuet. Cluniac. cap. 8. p. 181. *Tabula quam Prior major, vel Clauſtralis quinquies percutit ad licentiam loquendi, per Priorem illorum* (puerorum) *eſt porrigenda.* Idem lib. 2. cap. 12. pag. 54. *Tabula percuſſa, fratres loquuntur in Clauſtro.*

Tabula lignea utitur etiam Eccleſia in tribus diebus majoris Hebdomadæ, cùm campanarum ceſſat uſus. Udalricus l. 1. Conſuet. Clun. c. 12. de Cœna Domini: *Pro cymbalo percutitur tabula, & in refectorio pro ſcilla.* Vide Joann. Abrinc. de Off. Eccl. p. 43.

Tabulæ officiales, apud Leonem Oſtienſem lib. 3. c. 12. dicuntur tabulæ in Monaſteriis continentes ſeriem miniſtrorum & *Officialium*, qui per hebdomadam publicis functionibus deputantur, quæ in Capitulo ſeu exedra ad communem omnium notitiam exponuntur: quarum cui cura incumbit, *Tabularius* dicitur eidem Leoni. Harum meminit S. Gertrudis lib. 4. Inſinuat. divinæ pietat. cap. 2. *Cum vero legeretur tabula in qua prænuntiabantur nomina earum quæ ad Matutinas erant cantatura vel lectura;* &c. Legi autem ſolet hæc tabula in Capitulo antequam pronuntietur commemoratio defunctorum, ut obſervat Haëftenus lib. 8. tract. 1. diſq. 5. qui ad hanc rem conſulendus omnino. Statuta pro Monaſterio S. Leonardi Eboracenſis: *Et dicta Prima, ingrediantur Capitulum, puero thuribulario cum tabula præcunte, qui ibidem legat lectionem Martilogii, quâ lectâ, legat tabulam, poſtea hebdomadarius dicat, Pretioſa eſt* &c. Vide *Præcentor tabularum.* Ceremoniale MS. Eccleſiæ Rotomagenſis: *Sunt etiam hebdomadarii in tabula ſcripti.* Charta Everardi Epiſcopi Ambian. an. 1218. pro erectione Præcentoriæ in eadem Eccleſia: *Cantoris erit ſcribere tabulam cantorum.* Concilium Colonienſe an. 1260. c. 7. *Item quod in quibuſdam Eccleſiis eſt comperium, raro vel nunquam per anni totius ſpatium lectiones & cantum divini officii in Capitulari tabula annotari.* Vide Udalricum lib. 3. Conſuet. Cluniac. c. 10. extremo, Statuta Ord. Præmonſtrat. diſtinct. 1. c. 5. & Monaſticum Anglic. to. 3. p. 244. 247.

Intabulari, i. in tabulas officiales referri. Statuta Hoſpitalis S. Juliani in Anglia: *Ut labor inter fratres abſque*

murmure facilius ſupportetur, ſtatuimus ac etiam ordinamus ut fratres Sacerdotes ſecundum curſum ſuum, ad matutinas & alias horas Canonicas & Miſſas diverſas, ut præmittitur, celebrandas per aliquem, qui per Magiſtrum ad hoc fuerit deputatus, qui cum intabulati fuerint, officia ad quæ fuerint intabulati, obedienter & humiliter exequantur.

Tabula ad Evangelia. Udalricus lib. 1. Conſuetud. Cluniac. cap. 12. de Cœna Domini: *Interea verò reconditur dominicum Corpus à Sacerdote retro altare. Ponitur patena aurea, & patena inter ſcutellas aureas, & ad hunc ſcutellæ inter tabulas argenteas, quæ factæ ſunt ad Textum Evangelii.* Id eſt quibus Liber Evangeliorum tegitur.

Tabula peregrinantium. Vita S. Judoci cap. 3. apud Mabillonium: *Quos cum interrogaret quo tenderent curſum, reſpondentes, dixerunt ſe Romam pergere velle. Quo audito Judocus adhuc Laicus abſque ulla dilatione baculum tantum & tabulam manu arripiens, ſecutus eſt eos.* Cur autem *Tabulam* peregrinaturi ſecum deferrent, indicat Regula Magiſtri cap. 57. *Si verò in viam longiorem dirigatur; codiculum modicum cum aliquis lectionibus de Monaſterio ſecum portet, ut quavis hora in via repauſaverit, aliquantulum tamen legat: ita tamen ſi fuerit pſalteratus. Si verò non fuerit, tabulas à Majore ſuperpoſitas pſalmis ſecum portet, ut ad refectionem prandii, aut ad manſionem cum applicaverit, aliquantulum quantum occurrerit, tamen meditetur; ut quotidie regulæ reddat quod ſuum eſt. Ita & frater qui adhuc literas diſcit, tabulas ſuperpoſitas à Majore de Monaſterio ſecum portet, ut ſi cum literato vadit, ipſe cum ſe ad refectionem vel manſionem applicaverit, aliquantulum tamen meditetur, ut videatur cotidie conſuetam regulam adimplere.*

Tabula, Lamina. Flodoardus lib. 3. Hiſt. Rem. cap. 5. *Tecta templi plumbeis cooperuit tabulis. Tabula cera*, in Charta an. 1061. apud v. cl. Jacob. Petitum poſt Pœnitentiale Theodori p. 664.

Tabula, ſeu *Tabella* leproſorum, quas illi quatiunt, ne ab aliquo tangantur. Vincentius Belvac. lib. 23. cap. 165. *Ante cujus curiam cum tabellas more talium infirmorum tangeret*, &c.

Tabula, genus inſtrumenti muſici, quod tenebat in manibus Cantor in Eccleſia. Amalarius lib 3. de Divin. offic. cap. 16. *Eorum* (organorum) *vice Cantor ſine aliqua neceſſitate legendi tenet tabulas in manibus, ut figuret illud Pſalmiſta: Laudent nomen ejus in choro, in tympano, & pſalterio pſallant ei.* Infrà: *Tabulæ quas Cantor in manu tenet, ſolent fieri de oſſe.* Vide Joannem Abrincenſ. de Off. Eccl. p. 13. Deſcribuntur ex tabulæ à Gaufredo de Vinoſalvo in Poëtria MS. quæ extat in Bibl. Thuana.

Tabula, ſeu *Menſa rotunda*, Decurſionis, aut haſtiludii ſpecies, à certo & definito Militum numero obiri ſolita, qui priuſquam in arenam deſcenderent, vel etiam præliis & velitationibus decurſis, ad menſam figurâ orbicularem unà cibum capiebant, ne quod diſcrimen inter nobiles ex ſedis prærogativa oriretur, indeque jurgia aut diſſidia emergerent. Vetus ſanè Gallorum inſtitutum: menſis enim circularibus circumſediſſe, armigeroſque eorum ſcuta ferentes à tergo adſtitiſſe ex Athenæo lib. 4. Dipnoſoph. rectè advertit Camdenus; renovatum verò ab Arthuro Britanniæ Rege prædicant paſſim ſcriptores, ita ut *Arturi tabula rotunda* in ore omnium verſetur, eamque eſſe quæ muro veteris Caſtri Vintoniæ, ſeu Vinceſtriæ, in Anglia, appenſa conſpicitur, vulgus hominum exiſtimet, quod jure in dubium vocat idem Camdenus, cum longè recentioris videatur ætatis. Vetus Ceremoniale MS. *Le Roy Arthus d'Angleterre & le Duc de Lencaſtre ordennerent & firent la Table Ronde, & les behours, tournois, & jouſtes, & moult d'autres choſes nobles, & jugemens d'armes, dont ils ordennerent pour juger Dames & Damoiſelles, Roys d'armes & Heraux.* Albericus an. 1235. *Multi Flandriæ Barones apud Heſdinum, ubi ſe exercebant ad tabulam rotundam, cruce ſignantur.* Matthæus Paris an. 1252. *Milites exercitio militari peritiam ſuam & ſtrenuitatem experirentur, conſtituerunt unanimiter, non ut in haſtiludio illo, quod communiter & vulgariter Torneamentum dicitur, ſed potius in illo ludo militari, qui Menſa Rotunda dicitur, vires ſuas attentarent.* Vide reliqua in *Jocari*. Thomas Walſinghamus in Edwardo I. an. 1280. & Nic. Trivettus an. 1279. *Illuſtris Miles Rogerus de Mortuomari apud Kelingworthe, ludum militarem, quem vocant Rotundam Tabulam, 100. Militum, ac tot Dominarum conſtituit, ad quam pro armorum exercitio de diverſis regnis confluxit Militia multa nimis.* Hiſtoria Prioratus de *Wigmore* in Anglia, de eodem Rogero: *iſte Rogerus — primo inſigniis Militaribus ſublimatus, centum Milites & tot Dominas ad haſtiludia de Kenillworth, expenſis ſuis ſumptuoſis, per tres dies ſolemniter ordinata & facta, qualia in Anglia tam ſolemnia priùs viſa non fuerant, ſecum adduxit, & Rotundam Tabulam ibi incœpit, & quarta die Leonem aureum triumphi ſignum ſibi adjudicatum, dictamque comitivam ſuiſque expenſis ad Warvik adduxit.* Idem Walſingham. an. 1344. *Rex Edwardus fecit convocari artifices ad Caſtrum de Windeſore, & cœpit ædificare domum, quæ Rotunda Tabula vocaretur. Habuit autem ejus area à centro ad circumferentiam, per ſemidiametrum centum pedes, & ſic diametrum 200. pedum erat.* Chronica Aulæ Regiæ cap. 7. *Acceſſerunt ad Regem quidam juvenes Baronum filii plus levitate quam ſtrenuitate moti, dicentes: Domine Rex, per torneamenta & haſtiludia — veſtra diffundetur gloria, — erigite itaque Tabulam Rotundam, Regis Artuſii curiam, & gloriam ex hac reportabitis perpetuis temporibus memorandam.* Joann. de Condato MS.

> *S'en faiſoient grans eſbanois*
> *Tables roondes, & tournois.*

Cridar taula redonda, apud Raimundum Montanerium in Chron. Reg. Aragon. cap. 179. *Taules redones*, apud eundem c. 166. & in Chronico Petri Regis Aragon. lib. 2. c. 10. lib. 3. c. 23.

Quemadmodum Torneamenta variis Pontificum & Principum Sanctionibus interdicta conſtat, ita & Menſas Rotundas, ſeu Monomachias ludicras, quas *Juſtas* vocabant, prohibuit Clemens V. PP. quod ex iis nonnunquam cædes, & pericula non mediocria emergerent, quod ſatis ſuperque teſtatur Pariſius loco citato, ubi Hernaldum Montiniacum ſtrenuiſſimum Militem, à Rogero Lemburno, non ſine veteris odii ſuſpicione, in illa Menſa Rotunda, cæſum narrat. Sic autem Clemens in Bulla ſua, cujus in V. *Torneamentum* meminimus: *Quinetiam in faciendis juſtis prædictis, quæ Tabulæ Rotundæ in aliquibus partibus vulgariter nuncupantur, eadem damna & pericula imminent, quæ in Torneamentis prædictis, idcirco certa cauſa idem jus ſtatuendum exiſtit.*

Tabulam tenere cambii, dicuntur *Menſarii*, ſeu Nummularii, vel *Campſores*: qui inde Græcis τραπεζῖται. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 26. *Rex poteſt monetam quantamcunque voluerit & ſibi placuerit fabricare, & tabulam ſtatuere per ſingulas civitates, ad quam cambiare venire teneantur omnes populi terræ ſuæ*, &c. Curia generalis Catalaniæ celebrata Ilerdæ à Jacobo II. Rege Arag. an. 1301. MS. *Item quod aliquis non teneat tabulam cambii in aliquo loco Cataloniæ, niſi priùs eam aſſecuraverit — pro mille marchis argenti. — Et qui dictam ſecuritatem ſub dicta forma non præſtiterint, non audeant tenere in ſua tabula tapetis, vel alios pannos, ſeu ſtoria, immo ſuſtis dictæ tabulæ ſit & eſſe debeat ſine aliqua cooperta, & ille qui contra fecerit, tamquam falſarius puniatur.* Adde Curiam actam Cervariæ ſub Petro III. Rege an. 1359. Charta Philippi Regis Franc. an. 1305. in 12. Regeſto Chartophylacii Regii ch. 231. *Pour le profit de tout noſtre Roiaume & de nos monnoies, nous avons ordené à faire une table qu' ſera tenue en 12. ou 14. lieux ſolempniez en noſtre demaine & de noſtre Royaume, & que il ſoit crié*

que ſe ce n'eſt à nos monnoies ou és Changeurs, qui des ores ayent noſtre auctorité & noſtre conſentement de changer & tenir change, nus ne ſoit ſi hardis que or ne argent qui ne ſoit monnoiez de noſtre coing qui ſoit dedans noſtre Royaume & en noſtre terre, il vende ne achate juſques à tant qu'il ait eſté porté à noſtre dite table & mis en eſcrit pardevers nous, &c. Adde Chartam ſequentem, & vide Salmaſium lib. de Uſuris pag. 510. 511. 512.

Tabulam tenere dicebatur apud Catalanos, Vicarius, ſeu Judex, qui poſt exactum officium, eo in loco ubi illud exercuerat, ſtatis diebus morabatur, quo de ſe conquerentibus coram alio judice à Principe delegato reſponderet. Curia generalis Alphonſi II. Regis Aragon. in Montiſono celebrata an. 1293. MS. *Statuimus quod officiales ſcilicet unuſquiſque teneat tabulam per 30. dies de anno in annum, & ad introitum aſſecuret quod faciat jus conquerentibus, & eo tenente tabulam, ſit ſuſpenſus de officio.* Prima Curia generalis Barcinonenſis Jacobi II. Regis Arag. an. 1291. MS. *Et ad introitum officialis quod aſſecuret ipſe facere jus conquerentibus, & in fine cum exierit de officio, teneat tabulam per 30. dies.* Secunda Curia ejuſdem Jacobi an. 1299. *Quem ad hoc ordinavimus tenere tabulam per 30. dies qui incipiat prima die Januarii quolibet anno, ſecundum quod in Ordinationibus hujus Curiæ continetur.* Cap. ſeq. *Et omnes officiales dicti eorum officialium — exeant quolibet anno prima die Januarii, & teneant tabulam per 30. dies, juxta ordinationes curiarum. Et quod nos eligamus de præſenti & poſtea quolibet anno prima die Januarii quemdam jurisperitum idoneũ & ſine ſuſpicione in capite cujuſlibet Vicariarum vel Bajuliarum, qui faciat inquiſitionem contra officiales ipſius Vicariæ vel Bajuliæ. Et procedente inquiſitione, aliquis officialis non poſſit redire, vel uti officio, quouſque inquiſitio ipſa ſit terminata, ſine placito & ſolennitate placiti, & abſque figura judicii, & facta ſatisfactione ſuper damnis datis, antequam nos, vel aliquis pro nobis inde aliquid habeamus.* Adde Curiam generalem Ilerdæ celebratam ab eodem Rege an. 1301. cap. 1. & 2. Curiam celebratam in villa Montisalbi ab Alfonſo Rege an. 1333. in qua idem præcipitur pro Notariis, ſcribanias tenentibus, &c. & Curiam celebratam Cervariæ ſub Petro Rege an 1359. in qua pro 30. diebus, 50. ſtatuuntur.

Tabula, Menſuræ agrariæ ſpecies. Vetus Agrimenſor: *Habet tabula una quadratas perticas 72.* Chronicon Novalicenſe de Luitprando Rege Longobard. *Qui tantæ longitudinis fertur pedes habuiſſe, ut ad cubitum humanum metirentur. Horum verò pedum menſura pro conſuetudine inter Longobardos tenetur in metiendis arvis uſque in præſentem diem, ita ut pedes ejus in pertica ſunt 12. fiat tabula.* Charta an. 893. apud Puricellum in Baſilica Ambroſiana pag. 258. *Eſt autem menſura ipſius terræ ſecundum hujus temporis Geometras, perticas jugiales 7. & tabulas 16.* Charta Lotharii Regis Italiæ an. 946. *Eſt autem ipſa terra per juſtam menſuram tabulæ tres cum ingreſſu & omni integritate*, &c. Charta an. 908. in Hiſt Pergamenſi to. 3. pag. 183. *Et eſt per menſuram tabulas legitimas 76.* &c. Vetus Charta Mediolanenſis apud Puccinellum in Vita S Simpliciani pag. 110. & Ughellum to. 4. pag. 169. *Cui obtulit intra civitatem domum ſuam menſuram 22. tabularum, & dimidiæ in loco qui Theatrum dicitur, aliam in terra mala tabularum quatuor*, &c. Vetus Notitia apud Ughellum to. 5. pag. 1138. *De vinea tabula una.* Adde eundem to. 4. pag. 212. 608. 612. 1457. & in Appendice pag. 7.

Tabula, ſeu Tabularum ludus, vel alearum, alveolus, in quem teſſeræ jaciuntur: vox veteribus nota. Jo. de Janua, ex Iſidoro lib. 18. c. 60. *Tabula, i. alea in qua luditur pyrgis, calculis & teſſeris. Tabula luſoria*, Martiali lib. 14. Epigr. 17. *Tabula alearis*, apud Tertullianum lib. de Carne Chriſti: *Tabella alearis*, Cælio Aureliano lib. 2. Chronion cap. 1. *Tabula luſus*, Proſpero de gloria Sanctor. *Tabula*, nudè, Sidonio lib. 1. Epiſt. 2. lib. 5. Epiſt. 17. lib. 8. Epiſt. 12. Julius Africanus lib. 5. Hiſt. Apoſtol. *Dum ludere tabulis & & ſpectaculis non perhorreſcunt*, &c. Concilium Eliberitanum can. 79. *Si quis fidelis alea, id eſt tabula luſerit nummos, placuit eum abſtineri.* Metellus in Quirinalibus:

Huic ludo tabulæ Regis erat filius obvius.

Charta an. 1345. *Non poſſit nec debeat ludere — ad aliquod ludum taxillorum, excepto ad ſcachos & ad tabulas.* Jo. Sariſberienſis lib. 1. Policrat. cap 5. *Hinc teſſera, calculus, tabula, urio*; &c. *Le Roman de Pariſe la Ducheſſe:*

Puis apriſt il as tables & eſchas joier.

Vide Turnebum lib. 27. Adverſ. cap. 3.

Tablizare, Tabula ludere. Julianus Anteceſſor Conſtit. 115. c. 439. *Neque Epiſcopus, neque Preſbyter, — neque alius cujuſcunque religioſi conſortii vel habitus conſtitutus tablizare audeat, vel ſocius ludentium fieri, vel ſpectator*, &c. Græca habent ταβλίζειν. Gloſſ. Gr. Lat. Ταβλίζω, tablizare. Τάβλα, tabula. Ταβλιστὴς, τεβλοπαίκτης. Gloſſæ MSS. Reg. παιζ καὶ παιζ, ὡς βάλλω ὁ οἱ ταβλίζων. Aliæ: παίζουσι, ταβλίζουσι. Thomas Magiſter pag. 59. edit. Rom. Κύβοι λέγονται τὰ ἑξάγωνα ὀστᾶ, οἷς χρῶνται οἱ ταβλίζοντες. Sic non erat cur emendaret Meurſius. Vide Cujacium ad Novell. Juſtin. 123. Gloſſar. Fabroti ad Cedrenum, & Favorinum in τάβλιον, & τάβλα. Habentur Pauli Silentiarii duo Epigrammata εἰς τάβλαν, ſeu ludum tabulæ lib. 4. Anthol. cap. 32. Epigr. 4. & 5. Vide aliud Agathiæ lib. 1. cap. 61. Epigr. 1. quod multis explicat Salmaſius ad Hiſtor. Aug. pag. 468.

Tabliſta, qui *Tabulis* ludit. Luxurius Poëta neſcio quis in Epigrammate quodam, cujus lemma eſt, *de Tabliſta furioſo, quaſi teſſeris imperante:*

Conſulibus ſceptrum, menſis decus, arma tabliſtis.

Tabellarius, *qui frequenter ludit cum tabulis.* Jo. de Janua.

Tabula patronatus. Vetus Interpres Juvenalis ſat. 10. v. 57. *Honorum pagina. Ænea pagina, ante imaginem eorum ſtans, eorum omnes gradus honorum inſcriptos continet: quam nunc dicunt Tabulam patronatus.* Fortè quod ejuſmodi imagines ſeu ſtatuæ ferè ſemper à clientibus fierent ac dedicarentur, qui in tabulis æneis ſubditis patronorum honores ac Magiſtratus geſtos deſcribere ſolebant, quod docent Inſcriptiones veteres.

TABULAMENTUM, Sepimentum, cancellus, δρύφακτος. Scholiaſtes Ariſtophanis ad equites: Τοὺς δρυφάκτους, τὰ νῦν ταβλώματα καλούμενα. Idem ad Veſpas: Τὰ ταβλώματα τοῦ δικαστηρίου. Ταβλωτὸν, ſeu *Tabulatum*, eadem notione dici obſervat Suidas, in δρυφάκτους.

TABULARE, *Tabulas præparare, proſternere*, Ugutioni.

TABULARIA. Charta Rogerii Regis Siciliæ an. M.6652. pro Eccleſia Panormitana apud Rocchum Pirrum to. 1. p. 112. & 147. *Donamus prædictæ Eccleſiæ — tabulariam felicis urbis Panormi, eis poteſtatem concedentes ut ipſe venerabilis Archiepiſcopus & ſucceſſores ejus nunc & in perpetuum habeant licentiam & perpetuam dominationem concedendi eam Clericis prædictæ Eccleſiæ*, &c. Ubi Pirrus *Tabulariam*, facultatem tabelliones inſtituendi interpretatur.

Tabularia lex, Conditio quæ adhibetur in Manumiſſione per *Tabulas*, ſeu libertorum *Tabulariorum*. Tradit. Fuldenſes lib. 2. trad. 143. an. 825. *Decernens, ut lege tabularia unaquæque de vobis per ſingulos annos duos denarios argenti ſolvat.*

TABULARIUM, Officina. Concilium Palentinum an. 1388. c. 5. *Permittimus* (Judæis) *habere operatoria, tentoria, tabularia ſeu boticas.* &c.

TABULARII, ſervi per *tabulas*, ſeu per *inſtrumenta chartarum* manumiſſi. Quomodo verò, & quo ritu per tabulas manumitterentur ſervi, refert Lex Ripuar. tit. 58. §. 1. *Hoc etiam jubemus, ut qualiſcumque Francus, Ripuarius, ſeu Tabularius ſervum ſuum pro anima ſua remedio, ſeu pro pretio ſecundum legem Romanam liberta-*

re valuerit, & in Eccleſia eorum Preſbyteris, Diaconibus, ſeu cuncto Clero & plebe in manu Epiſcopi ſervum cum tabulis tradat, & Epiſcopus Archidiaconum jubeat, ut ei tabulas ſecundùm Legem Romanam, qua Eccleſia vivit, ſcribere faciat, & tam ipſe quam omnis procreatio ejus liberi permaneant, & ſub tuitione Eccleſiæ conſiſtant, vel omnem redditum ſtatus, aut ſervitium tabularii eorum Eccleſiæ reddant. In Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 128. & in Lege Longob. lib. 3. tit. 3. § 12. ponuntur inter *tributarios Eccleſiarum*, id eſt qui cenſum Eccleſiis debebat, hac conditione manumiſſi in Eccleſia, & ſub onere alicujus ſervitii. Sed & ſi abſque liberis decederent, *nullum alium niſi Eccleſiam relinquebant hæredem*, ut eſt in eadem Lege §. 41 Vide *Manumiſſio*.

Tabularii, Qui tabulas publicas civitatum, & rei vectigalis rationes tractant, ita appellati ex Lege Valentis Imp. cum antea *Numerarii* dicerentur; leg. 9. Cod. Th. de Numerar. Nec multò pòſt *Tabularii* duo in ſingulis provinciis à Theodoſio ſtatuti, quorum alter fiſcalis arcæ ratiocinia, alter largitionales titulos curaret, l. 12. eod. tit. & l. 30. de Suſceptorib. De ejuſmodi Tabulariis eſt præterea tit. in Cod. Theod. ubi multa Jacobus Gotofredus, & alii. De iis etiam agitur in Edicto Theoderici Regis §. 126. *Nullus poſt hac curialium, ſive tabulariorum, aut ſuſceptorum, in Eccleſia reſidens pittacia delegationis emittat; ſed ſi quem fiſco debitorem novit, exponat eum extra Eccleſiam conſtitutum*, &c.

TABULATUM, quævis Tabula. Valerianus Cemelienſis Homil. 20. *Requiramus cujus ſit vitium, quod tenui tabulato hominis vita committitur, & dubiis caſibus incerta tentantur.*

Tabulatum, pro Abaco, alveolo, ſeu tabula luſoria. Saxó Grammaticus lib. 14. *Calculorum ludum popoſcit, gloriatus ſe ejus apprime peritum. — ſed tabulato non ſuppeterent, ut luſus quidem vacuum eſt.*

Tabulatum murorum, noſtris *Entablement*. Charta Philippi Pulchri Regis Franc. an. 1299. pro Pariagio oppidi Sarlatenſis in Regeſto ejuſdem Regis ex Tabulario Regio n. 6. *Poterunt — juxta muros villa prædicta domos ipſas jam factas vel inceptas vel faciendas extollere, & altas facere uſque ad tabulatum dictorum murorum, & non ultra.* Vide *Materiamen*.

TABULATUS, inſtar tabulæ planus. Vita S. Aidoni Epiſc. Fern. in Hibernia n. 15. *Vir quidam in Britannia tabulatam habens faciem, id eſt, ſine oculis & naribus ex utero natus*, &c.

TABULINUM. Vide Hygenum de Caſtrametatione pag. 3. 11.

TABUR, *Thabur*, *Taburcium*, *Tamburlum*, Tympanum bellicum notiſſimum, vulgò *Tambour*, olim *Tabour*, vel *Tabur*, aut *Tabor*, ex Arabico *Al-tambor*: nam Saracenorum primitus fuit, uti pluribus docuimus ad Joinvillam pag. 61. Radulfus de Diceto an. 1191. *Juxta ſonum illius inſtrumenti quod Ripatoribus vocatur Tabur, ſubito cercella quædam alarum remigio perniciter evolavit.* Ubi Matthæus Paris habet *Thabur*.

Tamburs. Epiſtola Arnoldi Archiep. Narbon. de Victoria relata contra Mauros Hiſpan an. 1212. apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 190. *Perſonantibus igitur validè inſtrumentis Maurorum, quæ Hiſpani appellant Tamburs, figunt greſſus Saraceni*, &c.

Taburcium, Henricus Huntindon lib. 7. Hiſt. *Equi namque inſolitum non ferentes clamorem, & buccinarum clangorem, & ictus taburciorum, calcaribus non obtemperabant.* Ubi Matthæus Paris an. 1097. habet *Taburcinorum*.

Tamburlum. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 22. *Qui ſciant nacharas pulſare, tympana, & tamburla.* Le Roman du Renard MS.

Li avoit pendu un bacin,
Dont un fait aux armes paor
Nul pareſtoit les li tabor.

Le Roman d'Aubery MS.

Sonnent ces cors, & maint tabour noiſa.

Le Roman de Kanor MS.

Oiſt cors & araines ſonner,
Taburs & timbres tentir & ſieſcler.

Qua verò ratione pulſarentur aut percuterentur ejuſmodi à Saracenis *Tamburla*, docet auctor MS. Hiſt. Excidii Acconis an. 1291. ubi de Saracenis: *Voces emittebant terribiles, ut moris eſt eorum, maximaque percutientes tympana cum baculis retortis ad terrendum inimicos.*

TACCUNATOS. Cæſarius Heiſterbachenſis lib. 12. cap. 20. *Calceos ſibi novos, & bene taccunatos fieri petivit.* Alii codd. habent *taccinatos*.

TACEA Patera, crater, noſtris *Taſſe*. Occurrit in Conſultatione poſt Obſervantias Regni Aragon pag. 43. v.

TACOLINUM, Italicum *Taccolino*, genus denſioris panni, diverſicolori filo contexti. Occurrit in Vita B. Margaritæ de Cortona n. 207. *Unâ duntaxat de tacolino induta tuniculâ.*

TACRA, idem quod *Dacra*, de qua voce, ſupra. Regeſtum Caſtrinidi in Andib. fol. 31. ubi de Pedagiis & Conſuetudinibus: *Tacra coriorum 2. den. Millenarius de harenc 1. den. Centum ob.* &c. Occurrit ibidem alio loco.

TACTARE, Confirmare, in Fleta lib. 2. c. 61. §. 22.

TACTUM, *Pavidum, vel nigrum*, in Gloſſar. Longobard. S. Germani Pariſ. ex Gloſſis.

TÆDIARE, Tædio affici. Gloſſæ antiquæ MSS. *Tædet, tædiatur, Tædiatur, tædio afficitur.* Gloſſæ MS. Salmaſii, *tædio*, ἀθυμῶ. Lampridius in Alexand. Severo: *Neque unquam tædiavit, aut moroſus aut iratus reſedit, fronte ſemper pari, & lætus ad omnia.* Vegetius de Re veterin. lib. 3. c. 4. *Inter exordia igitur tædianti bovi adverſus omnes morbos potio iſta ſuccurrerit.*

TÆDITUDO, Tædium, ἀηδία, in Gloſſ. Gr. Lat.

TÆDIUM, Ægritudo. In Concilio Epaonenſi can. 1. ſtatuitur, *ut niſi cauſa tædii evidentis extiterit, nullus excuſetur Epiſcopus, quo minus veniat ad Synodum.* Concilium Aurelianenſe II. can. 1. *Ut nullus Epiſcoporum, niſi certa tædii cauſa detentus, ad Concilium venire penitus ulla excuſatione detrectet.* *Infirmitas* dicitur in Concilio Turon. II. c. 1. *Acerbitas corporea infirmitatis*, apud Avitum Vienn. Ep. 80.

TAFFATA, *Taffatin*, Pannus ſericus, quem vulgò *Taffetas* dicimus. Monaſticum Anglic. to. 3. part. 2. pag. 86. *Unum mantellum — de camoca duplici, cum alba taffatin.* Infra: *Unum mantellum Comitis Cantiæ, de panno blodio lanco, duplicatum cum viridi taffata.* Pag. 95. *Capis nigris cum capuciis de ſindone vel taffata linatis utentur.* Charta ſcripta circa an. 1320. pro Infante Majoricæ, in Camera Comput. Pariſ. *Pannis aureis & ſericeis, & laneis, & pannis de ſamit, & de camalot, & de thafatas, & multis tapetis*, &c.

TAFURIA, *Tafuraria*, ſpecies Tributi, aut penſitationis, apud Catalanos. Petrus II. Rex Aragon. in Charta an. 1283. pro Libertatibus Cataloniæ: *Statuimus quod Tafuraria tollatur perpetuo, & eam revocamus.* In tit. Capituli ſcribitur *Tafuria*. Fori Aragon. lib. 1. tit. Privilegium generale Regii Arag. *Aquello meſmo de las Tafurerias, que ſian deffeytas à todos tiempos.* Extat aliud Statutum Ferdinandi I. Regis, quo eadem *Tafureria* extinguitur & aufertur. Sebaſtianus Cobarruvias: *Tahur, el que continua mucho el juego, que ſi ſe repite tahur, tahur, dize hurtar, porque muchos de tahures dan en ladrones, quando non tienen que jugar. La Ley 6. tit. 14. part. 7. dize aſſi en confirmation deſto: Ca todo home deue aſmar, que los tahures, e los bellacos uſando la trahirſreria, por fuerça, conviene que ſean ladrones, e homes de mala vita. La Ley 8. tit. 16. part. 3. llama a eſtos tafures, y los cuenta entre los infames y ſera bien que ſe vea. La Ley final tit. 5. part. 2. donde ſe afea mucho el juego que paſſa de converſacion y entretenimento, y como particularmente deven huyr deſte vicio los Principes y grandes Señores.* Luſitanis *tafularia*, eſt alea: quomo-

do etiam *taſureria* apud Raymundum Muntanerium
cap. 237. & in Foris Aragonenſibus, apud Michaëlem
Del Molino in Repertorio Fororum Aragon. V. *Lu-*
dus. Rurſum Hiſpanis *Taſuria*, vel *Taſurea*, eſt navis
hippegus.

Tagax, *Furunculus*. Vett. Gloſſæ in Gloſſar. Longo-
bard. S. Germani Pariſ.

Tagma. Gloſſ. Gr. Lat. τάξις πληρωτὴ, *Cuneum*, *tagma*,
cuneus, *exercitus*. Ex Gr. τάγμα.

Tailla, Silva cædua, Gallis, *le Taillis*. Domeſdei apud
Spelmannum: *In Hund. Bubam habet Edward. 7. car.*
terr. — *& fabric. ferri 40. ſol. & 7. acr. prati, & 300.*
acr. ſilva paſtilis per loca T. R. E. (i. tempore Regis
Edw.) *& modo val. 6. lib. tailla 40. ſol.*

Taiola, Pedica qua capiuntur vulpes & lupi, ex Ita-
lico *Tagliola*, apud Petrum de Creſcentus lib. 10. de
Agricult. cap. 32.

Tala. Vide *Maleficium*.

Talamasca. Vetus Gloſſ. MS. Πίτμα, *deluſio imagi-*
naria, *Talemaſca*. Theodulfus Aurelianenſis in Epi-
grammate de *Talamaſca*:

Puſio perſona cum vultum obducit inanem,
Quod tremit hinc terret, quod fugit inde fugat.
Credo & proſtratus jacuit, palmaſque tetendit,
Ante Redemptorem parvula membra movens.

Hincmarus in Capit. ad Preſb. diœceſis ſuæ cap. 14. Re-
gino lib. 1. cap. 213. & Burchard. lib. 2. c. 161. *Nec*
larvas Dæmonum, quas vulgò Talamaſcas dicunt, ibi
ante ſe ferri conſentiat. Apud Kilianum, *Talmaſche*, eſt
larva, ut *Talmaſchen*, larvam induere. Vide *Maſ-*
ca.

Talamaſca litera, pro occultis, & quæ *talamaſcis* ac ſor-
tilegis ſolis notæ ſunt. Fragmentum Odonis Ariberti
de cæde Bernardi Comitis Barcinonenſis: *Cætera quæ*
pandere periculoſum eſt, literis talamaſcis inſcribam.

Talare, Vaſtare, rem invadere, per vim auferre. A Sa-
xonico Talon: *Carpere, detrahere*, uti vult Spelman-
nus. Lex Alamann. tit. 34. *Si quis præſumpſerit infra*
provinciam hoſtiliter res Ducis invadere, & ipſas talare,
& poſt hæc convictus fuerit, quidquid ibi tollum fuerit,
mancipia, pecuniam, omnia tripliciter reſtituat. Lex Ri-
puar. tit. 64. *Et quanticunque poſt auctorem ſanguinis ef-*
fuſores, vel poſt tres priores fuerint, unuſquiſque 15.
ſol. mulctetur, & quidquid ibi talaverint reſtituant. Ea-
dem, ni fallor, notione

Talare dicebantur milites, flagrantibus Albigenſium
bellis, qui vineas & arbores in agris evellebant & ex-
ſcindebant; fortean à Gallica voce *Tailler*, quam no-
ſtri de conſueta vinearum putatione uſurpant, quaſi ii,
cùm vaſtationem hanc aggrederentur, id operis perage-
re ſe per ludibrium dictitarent, vitibus ipſis radicitus
exciſis & putatis. Will. de Podio-Laurentii in Chroni-
co c. 38. *Memini quod dicebat pius Epiſcopus, dum ta-*
lando quaſi fugientes redirent, Miro modo fugiendo ad-
verſarios noſtros ſuperamus. Supra dixit *vineas demoliri*.
Cap. ſeq. *Peracto igitur tala hujus negotio*, &c. Stabi-
limentum Communis Toloſæ an. 1181. apud Catellum
in Comitibus Toloſanis lib. 2. *Qui invenies talatorem in*
vinea ſive ſua, ſive alterius, vel in prato deves (i. veti-
to) *vel in viridario, vel in horto, vel in arbore, vel in*
ſegetibus hominum urbis Toloſæ, vel ſuburbii, capiat eum,
& retineat ſi poteſt: & ille talator factum talem emen-
det illi, cujus eſt honor, &c. Concilium Biterrenſe an.
1246. c. 18. *Et illi* (excommunicantur) *qui vineis, bla-*
dis, arboribus talam faciunt, & aliis bonis quæ ad Eccle-
ſiam pertinent, &c. Synodus Nemauſenſis an. 1284.
cap. de Pœnitentia: *De talis & incendiis*, &c. Charta
an. 1383. apud Gueſnaium in Annalibus Maſſilienſibus
pag. 437. *Quingentos baliſtarios, quingentos paveſiato-*
res, talatores, vaſtatores, & bombardas in magno nume-
ro pro faciendo vaſtum ante civitatem Aquenſem, &c.
Hiſpani etiamnum *Talar* dicunt, pro *agros depopulari*,
& *tala*, pro *depopulatio*. Sed &

Talare, eſt *putare*, *ſcindere*. Charta Garciæ Fernandi

Comitis, æræ 1010. apud Anton. de *Yepez* in Chron.
Ord. S. Benedicti to. 1. *Et per omnes terminos plantare*
& arrumpere licentiam habeant fratres de Eccleſia S. Pe-
tri ubi voluerint ligna talare, aut herbare garda, aut vi-
nis per coſinus, aut carro per qualecunque ambulare, &c.
In alia Charta æræ 1018. ibidem: *Nulluſque ſit auſus*
aliqua terra laborare, neque paſcua aliqua ibi defende-
re, neque vinea plantare, vel aliqua ligna abſcinde-
re, &c. Vide Obſervantias Regni Aragon. pag. 26.
36. edit. 1624. & Repertorium Michaëlis *del Molino*
in *Alcaydus*, *Diffidamentum*, & *Talator*. Aliàs Lati-
nis

Talare, eſt talo percutere, πτερνίζειν.

Talaria, *Talares*. Gloſſæ Gr. Lat. ὑποδήματα, *tala-*
ria. Gloſſæ Lat. Gr. *Talaria*, πέδιλα. *Talare*, ἀκρο-
πόρ. Iſidorus lib. 19. cap. 34. *Talares calcei, ſocci ſunt,*
qui inde nominati videntur, quod ea figura ſint, vel con-
tingant talum: ſicut ſubtolares quod ſub talo ſunt, qua-
ſi ſubtalares. Fortunatus lib. 8. Poëm. 23.

Cui das unde ſibi talaria miſſa ligentur,
Pellibus & niveis ſint ſola tecta pedis.

Vide *Subtalares*.

Talares, Tali ipſi. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 56. *Mar-*
centibus nervis, talares cruribus adhæſerant, ut nullo
conamine ſejungi valerent.

Talastrus, *Colaphus in talos*. Papias.

Talavacius, majoris ac ſpiſſioris Clypei ſpecies, Gal-
lis olim *Taivas*. Lexic. Cambro-Britannicum, *Talbos*.
clypeus; *Talwas*, *clypeus*. Ordericus Vitalis lib. 8. p.
707. de Roberto Beliſmenſi: *Robertus autem, qui pro*
duritia jure Talavacius vocabatur, &c. Vocem Galli-
cam alibi uſurpatam vix reperias.

Talea, *Talia*, *Tallia*, *Tallium*, voces unius ejuſdem-
que originis, quæ noſtris Teſſeram ligneam ſignificant in
duas partes fiſſam, in quarum utraque debitum conti-
netur tranſverſaria quadam cæſura denotatum, altera
penes emptorem vel debitorem, altera penes vendito-
rem vel creditorem remanente: noſtris vulgò *Taille*.
Quæ quidem voces à Latina *talea* & *talia* deducun-
tur. Eſt enim *talea*, *ramus inciſus*, in Gloſſis MSS.
Gloſſæ Lat. Gr. *Talia*, κορμὸς, ξύλα, σκυτάλη. *Talia*,
κορμος, σχιδαξ. *Talia*, σχιδακε. *Talea oleagina*, apud Ca-
tonem & Varronem de Re ruſtica. *Talea ferrea*, apud
Cæſarem lib. 5. de Bello Gall. *Talea fraxinea*, apud Se-
renum Sammonicum c. 12. *Interciſi ex arboribus cylin-*
dri, quos Taleas vocant, apud Vegetium lib. 4. cap. 8.
Nonius: *Taleas, ſciſſiones lignorum, vel præſegmina*.
Vetus Agrimenſor: *Terminus ſi aliquam ſciſſuram, hoc*
eſt taliaturam habuerit, montem ſciſſum, id eſt taliatum
oſtendit, limes ille finem tranſit. Vide Acta SS. Vale-
riani, Tiburtii, &c. n. 11. Hinc igitur

Talea, pro ejuſmodi *teſſera lignea*, Gallis, *Taille*, An-
glis à *Taley*, al. *Talley*. Leges Henrici I. c. 56. *Si* —
de his quæ ad firmam pertinent controverſia oriatur, ſi de
taleis agatur, &c. Gervaſius Dorobernenſis in Hiſt.
Angl. *Videlicet ut Conventus Monachos tres vel qua-*
tuor ad cuſtodiendas villas ordinaret, qui redditibus om-
nibus Theſaurariis à Conventu conſtitutis per taleas re-
ſponderent. Matth. Paris an. 1247. *Fecit etiam per bal-*
livos perſcrutari, quod ſi aliquis inſtitor, vel injuriam
paſſus quicunque alius, in aliqua accommodatione coacta
vel extorſione pecuniæ vel victualium, ut ſolet per regios
exactores, proferret ſcriptum, vel taliam, vel teſtimo-
nium, vel juraret, &c. Atque hac notione paſſim uſur-
pat Fleta lib. 2. cap. 27. §. 5. cap. 30. cap. 61. §. 2.
cap. 63. §. 12. cap. 70. §. 1. cap. 72. §. 20. cap. 82.
§. 5. &c. Adde Cowellum lib. 4. tit. 22. §. 8. &c.

Corulina tallia, Laterculus ex corylo arbore. Henr.
de Knyghton pag. 2570. *In æſtate ſequenti Rex cepit*
lanas de tota terra Angliæ, per tallias corulinas, & par-
vula brevia ſcripta, impoſito pretio 9. marcarum ad ſac-
cum, &c. Gloſſ. Lat. Gr. *Corulus*, καρυα. Vide *Tal-*
lia.

Talea. Charta Roberti Regis Francor. an. 1028. ex
Tabulario

Tabulario Columbenſi: *Cum terris cultis & incultis, cum vineis & pratis, cum tota vicaria, & bannis, & incendiis, taleis, & omnibus legibus cæteris, paſcuis,* &c.

Taleata. Vetus Charta ex Tabulario Abbatiæ S. Stephani de Vallibus: *Gamo Eccleſiæ detrahere conabatur paludis partem non modicam, & taleatas in palude ædificatas, & prata, & ſaltuum neceſſaria.* Mox: *Partem verò paludis ejuſdem, quam P. Benedicti ſub cenſu duorum ſolidorum poſſides, A. prædictus uxori ſuæ in dotem dederat, dum obtineret: hoc etiam Abbas & Eccleſia domina reliquit dum vixerit obtinendum: quâ defunctâ miniſtris Eccleſiæ, vel palus, vel cenſus ſine querela reddatur. Quòd ſi præfatus A. taleatam ibi facere voluerit, victui domus ſuæ neceſſariam, per manum Abbatis ſumat, & ædificet, & dum vixerit obtineat: eo verò defuncto, ad Eccleſiam, ut fuerit ædificata, ſine querela reddatur.* Infra: *De præfatis verò taleatis, dum prædictus A. & uxor ejus vixerint, ſex nummos cenſuales Eccleſiæ reddent; quibus defunctis ad Eccleſiam ſine querela reddantur omnes cenſus taleatarum in palude, ab Abbate ſibi demonſtrata, ædificatarum.* Ubi *taleata* videtur fuiſſe certus ac definitus locus in palude, *taleis* ſeu palis defixis ſeptus, in quo piſces aſſervabantur.

Talemanni, apud Groninganos, dicuntur triumviri, velut Collegii Præſides ac Rectores, eo quod nomine reliquorum verba faciunt in ſenatu, ut habet Ubbo Emmius in Groninga pag. 61. Kiliano, *Taelman*, eſt Orator, Cauſidicus, Advocatus, ex *taele*, oratio, ſermo, & *man*, homo.

Talemarii, *Talemetarii*, ſeu *Talemelarii*, Gallis, *Talemeliers*. Panifices, qui panem conficiunt ac vænum exponunt. Ita in Statutis MSS. Talemellariorum Pariſienſ. in quibus hæc habentur: *Nul Talemelier ne peut faire plus grant pain de 2. deniers, ſe ne ſont gaſteaux à preſenter, ne plus petit de obole, ſe ne ſont eſchaudez,* &c. Regeſtum Feodorum Comitatus Carnotenſis fol. 17. *Item la Couſtume du pain: chaſcun talemelier qui vent pain au Jeudi devant la Tour, doit obole.* Regeſtum peagiorum Pariſienſ. *Ne puet nul vendre pain à Paris, ce ſe ne ſont talemelliers ou regratiers.* Charta an. 1231. in Hiſt. Caſtilionenſi pag. 53. *Burgenſes verò ejuſdem villæ coquent ad eadem furna ad viceſimum panem: Talemarii verò coquent ſextarium pro tribus denariatis panis tales quales furnerius voluerit accipere.* Regeſtum Magnorum Dierum Trecenſ. an. 1228. f. 84. *Probatum — eſſe in poſſeſſione recipiendi in primis 7. diebus nundinarum 7. denarios à quolibet talemetario Vallis S. Aigulfi.* Vide Brolium lib. 2. Hiſt. Pariſienſis pag. 307. 1. edit.

Talentum, pro centum libris. Gloſſæ Lat. MSS. Regiæ: *Talentum, centum pondus auri: idem 82. pondo.* Ita Theophanes an. 9. Nicephori General. ταλαντον, pro centum libris uſurpat. Vide Agrimenſores pag. 333. Budæum lib. 4. de Aſſe, Agricolam de Ponderib. lib. 2. & 5. Covarruviam de Veterib. Numiſmat. Hiſpan. cap. 4. n. 5. & alios.

Talentum, pro 50. libris. Oſbernus in Vita S. Elphegi Archiep. Cantuar. n. 28. *Ut ſi vita ac libertate velit potiri, ſex aginta auri talenta perſolvat, ſingulis talentis quinquaginta librarum pondere appenſis.*

Talentum, interdum pro *Libra* & *Marca* ſumitur, ut apud Annam Comnenam in Alexiade pag. 414. Neque aliter accipi apud Gregorium Turon. lib. 7. cap. 40. videtur: *Ferunt autem ducenta & quinquaginta talenta argenti fuiſſe: auri verò ampliùs quàm triginta.* Speculum Saxonicum lib. 3. art. 51. §. 1. *Equus cum quo quis dominum ſuum ſequendo eidem inſervit, talento, id eſt 10. ſolidis coæquatur.* Quot ſcilicet *marca* dicitur ponderare, eodem lib. art. 45. §. 3. *Talenta ſeu libra*, tit. 64. §. 2. *Marca vel talentum*, in Jure Saxonico cap. 26. §. 1. Witikindus, & ex eo Conradus Uſperg. *Pro qua præſumptione condemnavit eum centum talentis, omneſque Principes, qui ad hoc eum juvabant, dedecore canum, quos portabant uſque ad urbem regiam quæ dicitur Magedeburg.* Vetus Charta apud Hubertum Leod. in Monumentis antiq. pag. 38. *Pro præſumptione autem delicti, imperando dijudicamus, ut ſi liber eſt, 10. talenta, ſi miniſterialis, 5. talenta — perſolvat.* Adde Matthæum Paris p. 547. & 567. Chronicon Montis-Sereni an. 1171. & alibi non ſemel, Leges Opſtalbomicas cap. 34. &c. Præterea quæ obſervamus ad Annam Comnenam pag. 400. At in Chronico Laurishamenſi, *talenta 18. & dimidium marcas 15. confeciſſe* dicuntur. Sumitur etiam interdum pro Aureo.

Talentum, Animi decretum, voluntas, deſiderium, cupiditas, Florentinis & Hiſpanis, *Talento*, noſtris olim *Talent*. Teſtamentum Stephaniæ Reginæ Navarræ, Garſiæ Regis uxoris, æræ 1098. apud Sandovallium in Epiſcopis Pampilonenſibus pag. 61. *Igitur ſi venerit ad aliquam de meas filias in talentum Deo ſervire, & habuerit habitum, Deo devota permaneat,* &c. Hinc formata vox apud noſtros *Entalenté*, qui aliquid agere cupit, vult, decrevit, &c. *Le Roman de Garin:*

Entalenté fu de Buegue vengier.
Par mautalant à brochié le deſtrier.

L'Ordene de chevalerie:

Aprez deux eſperons li mit
En ſes deux piez, & puis li dit,
Sire, tout autres i es mauz,
Que vos volez que vos chevaus,
Soit de bien corre entalentez,
Quant vos des eſperons ferez.

Alanus Charterius *au debat des deux fortunes d'Amour:*

Si recorde ſa leçons en ſon lit
Très ententiz,
Et d'en ſçavoir du tout entalentez.

Huicce voci opponitur alia *Maltalent*, mala voluntas. Guill. *Guiart:*

A grans flos de la ville ſaillent
Mautalentis, & preſque à guerre
Vont les fouriers S. Loys querre.

Alibi:

Courrouciez & mautalentis.

Matth. Villaneus lib. 10. cap. 9. *Pieno di maltalento.* *Detalenté de voler*, de falcone qui volare renuit, in lib. de Falconaria, Jani *de Franchieres* cap. 7. Ab ἐθελοντὶ vocis etymon accerſit Budæus, quod video probari viris doctis. Mihi verò origines linguarum vulgarium à Græca lingua petitæ minus arrident.

Talgiata. Sanutus lib. 1. part. 1. cap. 1. *Tempore verò menſis Octobris & circa, flumen illud abundat in tantum, quod ipſa ſpeciaria & mercimonia à Babylonia per dictum flumen intrant per quandam talgiatam longam, & per ducenta miliaria, quæ ſunt à Babylonia uſque in Alexandriam deferuntur.*

Talhendarius. Vide *Tallia*.

Talia. Vide *Talea*.

Taliare, Scindere, exſcindere, Gall. *Tailler*, *couper*. Leges Alvredi cap. 13. *Si quis nemus alicujus ſine licentia comburat, vel taliet, perſolvat omne groſſum lignum cum 5. ſolidis.* Vide *Tala*, & *Talare*.

Talionis pœna, ſeu *reciproca pœna*, in l. 5. Cod. Th. de Exhibit. reis &c. [illegible], apud Dionyſ. in Eccleſ. Hierarch. *Vicarium pœnæ genus*, apud S. Valerianum de Bono diſciplinæ. Indicitur in Lege Wiſigoth. lib. 6. tit. 4. §. 3. Charta Communiæ villæ Cerniaci in Laudunenſi pago an. 1184. *Quod ſi reus inventus fuerit, caput pro capite, membrum pro membro reddat, vel ad arbitrium Majoris & Juratorum pro capite aut membri qualitate dignam perſolvet redemptionem.* Conſuetudines Arkenſes an. 1231. in Tabulario S. Bertini: *De homicidio voluntario convictus, parentibus vel cognatis occiſi tradetur occidendus, & bona ejus domini erunt.* Adde Brittonem in Legib. Angl. pag. 16. Statuta Academiæ Viennenſis apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Cæſarea p. 108. Chartam Communiæ urbis Fare an. 1207. apud Thomaſſerium in Conſuet.

Bituric. p. 438. Ivonem Carnot. Epiſt. 51. Obſervan-
tias Regni Aragon. lib. 8. tit. de Homicidio, §. 14.
&c. Abrogatur in Conſuetudine Hannonienſi cap. 15.
In quibus caſibus locum habeat apud Aragonenſes, do-
cet Michaël *del Molino* in Repertorio Fororum Ara-
gon. v. *Pœna talionis*. Vide Jacobum Gotofredum ad
l. 7. Cod. Th. de Accuſat.

TALIOLA, ὑποσπάθω. Lex Langobar. lib. 1. tit. 22. §. 4.
Si in pedica aut in taliola fera tenta fuerit, &c. Ubi Edi-
ctum Rotharis Regis tit. 104. §. 5. & 4. habet *ta-
nola*. Fortè à *Tana*, de qua voce ſupra. Adde lib. 3. tit.
22. §. 4. Gratius in Cynegetico:

Quid qui dentatas iligno robore clauſit
Venator pedicas, cum diſſimulantibus armis
Sæpe habet imprudens alieni lucra laboris.

TALIORCHUS, Ludi vel aleæ ſpecies. Joannes Sa-
riſber. lib. 1. Policrat. cap. 5. *Hinc teſſera, calculus, ta-
bula, urio, vel dardana pugna, tricolus, ſenio, monar-
chus, orbiculi, taliorchus, vulpes, quorum artem melius eſt
dediſcere quàm docere.*

TALIPEDARE, Titubare: verbum priſcum, quaſi talis
inſiſtere, quod faciunt ἀπροβατοῦ; quorum meminit
Hippocrates: contra quam *Atta*, qui primis plantis am-
bulant. Liber Miraculor. S. Adelardi Abb. Corb. c.
8. *Et ipſ. cœpit vix ſubſiſtens quaſi ebrius talipedare*. i.
titulare, retro cedere. Vide Savaronem ad Carmina Si-
donii.

TALISMANUS. Ita Sacerdotes ſuos vocant Turcæ. Vi-
de Waddingum in Annal. Minorum an. 1342. num.
10.

De *Taliſmanis* verò, ſeu στοιχείοις, vel characteribus
magicis ita appellatis, conſulendi Salmaſius in Ker-
koetium pag. 75. de Annis climactericis pag. 578. in
Hiſt. Auguſt. pag. 360. Gafarellum de Curioſitatibus
inauditis, & alii.

TALLIA, Præſtatio quæ dominis fit à tenentibus ſeu vaſ-
ſallis, in certis eorum neceſſitatibus, noſtris vulgò *Tail-
le*: ſic dicta à *taleis*, ſeu talus, de quibus ſupra, hoc
eſt latereulis ligneis, in quibus, *ceſuris* ſubinde ali-
quot ſolutiones exarabantur, parte altera penes domi-
num, altera penes tenentem, cui vice apochæ erat, re-
manente. Charta Rainoldi Remenſis Epiſcopi an. 1094.
*Et werpivit exactiones, quas Tallias vulgo vocant, quas
in villa S. Remigii exercebat*. Charta Roberti Comitis
Augi: *Nulla auxilia, nullas tallias ſive collectas, nul-
las omnium exactiones exigant*. Charta Henrici Comi-
tis Trecenſis: *Exactio, quam vulgo Talliam vocant*.
Charta Adelæ Comitiſſæ Carnotenſis an. 1109. in Ta-
bul. Abb. Bonævallis: *Deſcriptionem pecuniæ, quæ con-
ſuetudinarie Tallia nominatur, in burgo Bonævallenſi fie-
ri preceperam*. Rigordus: *Ne Principes — Eccleſias
vel Clericos ibidem Domino ſervientes, aliquibus angariis,
talliis, vel aliis exactionibus gravare præſumerent*. *Tal-
lia ſive precaria*, in Chartis aliquot in Hiſtoria Gui-
nenſi pag. 498. 522. Charta an. 1060. apud Lou-
vetum in Bellovaco: *Quaſdam iniuſtas conſuetudines,
talliam videlicet & omnes alias oppreſſiones — dimiſi*.
Sugerius de Adminiſtrat. ſua cap. 10. *Poſſeſſionem B.
Dionyſii — à multis retro temporibus tribus talliis expo-
ſitam, videlicet Domino Caſtri Cabroſa, & Domino Ca-
ſtri Nielpha, & Simoni de Villa Aten*, &c. Infra:
Ne reducat manum ad talliam, vel terræ oppreſſionem.
Concilium Lateranenſe an. 1176. c. 4. *Ne ſubditos
ſuos talliis & exactionibus Epiſcopi gravare præſumant*.
Adde Appendicem ejuſdem Concilii c. 7.

Talliæ porrò diverſimodè imponebantur: quædam
enim *ex Conſuetudine*, hoc eſt, uſu ita jam olim indu-
cto, certis ac ſtatis anni tempeſtatibus exigebatur.
Charta Communiæ Rotomagenſis an. 1207. *Nec eos
cogeremus ad reddendum nobis talliam per conſuetudi-
nem, niſi ſponte ſua nobis dare voluerint*. Tabularium
Eccleſiæ Ambian. ch. 82. *Per duos hoſpites — confir-
mari fecerunt, quatenus neutrius viri prædeceſſores in ter-
ra S. Firmini talliam jure vel conſuetudine habuerunt.*
Hinc *Talliæ Conſuetudinariæ* dicuntur in Charta Com-
muniæ Belnenſis an. 1196. & in Charta Commu-
niæ Criſpiacenſis an. 1184. *Tam pro cenſibus quam pro
talliis conſuetudinariis, quæ 4. terminis ſic ſolvuntur ad
mandatum noſtrum, in Feſto omnium SS. 20. in Nativi-
tate Domini, 20. in Paſcha, 20. in Feſto B. Joannis 20.*
&c. Adde Chartam Communiæ Laudunenſis an. 1128.
& Communiæ Cerniacenſis an. 1188.

Interdum ter tantum exigebatur. Charta Nicolai Epi-
ſcopi Cameracenſis, apud Doubletum pag. 499. *Et ab
hominibus ter in anno talliam violenter exigebat*. *Tallia
Natalis & Paſchæ*, in Regeſto Philippi Auguſti He-
rouvalliano pag. 143. Conſuetudo Burbonenſis art.
202. *Quiconque doit taille perſonnelle trois fois l'an,
c'eſt à ſçavoir en Aouſt, à Noel & à Paſques*, &c.

Talliarum præterea aliæ ſunt *reales*, aliæ perſona-
les. *Reales* dicuntur, quæ ratione tenementorum de-
bentur: *Perſonales*, quæ ratione capitis, *qui ſont ſur le
chef & la perſonne*, ut loquitur Conſuetudo Burbonenſis
art. 189. 190. 191. 488. & ſeqq. De realibus agit eadem
Conſuetudo art. 488. & ſeqq.

Talliæ perſonales, rurſum aliæ ſunt *ſerviles*, aliæ *libe-
ræ*, ſeu *franciles*: *Serves, & franches*. *Liberæ* dicun-
tur, quæ à liberis exiguntur: *Serviles*, quæ à ſervis, in
eadem conſuetud. art. 189.

Talliæ franciles ſeu liberæ ſunt, verbi gratiâ, quæ à
perſonis liberis præſtantur in 4. caſibus, ſcilicet pro
expeditione Hieroſolymitana Domini, in ejus captivi-
tate, in filiæ matrimonio, & in Militia filii: nam ejuſ-
modi præſtationes *Talliæ* dicuntur in eadem Conſue-
tud. Burbonenſi art. 343. 344. & in Arvernenſi cap.
27. art. 9. cap. 25. art. 1. quæ aliàs *Auxilia*, ſeu *Aides*
vulgo appellantur. Ejuſmodi etiam ſunt *talliæ*, quæ à li-
beræ conditionis hominibus exigũtur à dominis in eorum
neceſſitatibus. Regeſtum Philippi Auguſti Herouvallia-
num pag. 149. *De Conventu S. Aniani Aurelian. dice-
bant quod ipſi poterant talliare homines ſuos de Tilleio
— pro ſervitio D. Regis, pro ſervitio D. Papæ, & pro
terra emenda ad opus Eccleſiæ*. Charta Philippi Aug.
an. 1185. pro Laudunenſibus: *Pro talliis ſuper homines
illos, quas tribus de cauſis facere poterat, videlicet pro
exercitus noſtri ſervitio, pro Domino Papa, & pro guer-
ra manifeſta Laudunenſis Eccleſiæ*. Extat Charta Re-
ginaldi Epiſcopi Pariſienſis an. 1252. in M. Paſtorali
lib. 1. ch. 2. qua agnoſcit Capitulum Pariſienſe, *eſ-
ſe in poſſeſſione vel quaſi homines de Orliaco talliandi
pro negotiis Pariſienſis Eccleſiæ, etiam aliis quam pro
exercitu Regis*. Alia an. 1267. lib. 2. ch. 44. *Salva
etiam tallia quam facere conſueverunt, cum Do. Rex Fran-
ciæ vadit in exercitum.*

Tallia panis & vini. Charta Philippi Aug. an. 1215. pro
Aurelianenſibus: *Sciendum quod duorum annorum col-
lectio ſit facta de blado & vino, quæ quidem collectio,
vulgo Tallia panis & vini nuncupatur*. Extat Charta Lu-
dovici Regis Fr. an. 1225. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ.
lib. 19. ch. 58. qua concedit Canonicis ejuſdem Eccle-
ſiæ, *ut omnibus annis quibus tallia panis & vini de cæte-
ro colligi debebit Pariſiis, colligant eandem talliam panis
& vini per totam terram ſuam in Gallandia, & in Clau-
ſtro S. Benedicti, à principio meſſium, & à principio vin-
demiarum, uſque ad Feſtum S. Martini hyemalis*. Char-
ta Philippi Regis an. 1273. pro Eccleſia S. Mederici
Pariſienſ. *Habebimus etiam in tota terra prædicta Eccle-
ſiæ & ipſius hoſpitibus, bannum, guetum, talliam, exerci-
tum, & cavalcatam, taliam panis & vini, menſuras,
juſtitiam*, &c. Occurrit in alia ejuſdem Regis pro Mo-
naſterio S. Germani Pariſ. an. 1272. apud Brolium l. 2.
Hiſt. Pariſienſis. Conſilium pro Monetis circa an. 1320.
ex Camera Comput. Pariſienſ. *Item il nos ſemble qu'il
ſeroit bons & grans aumoſnes, & tourneroit à grans profit,
que li Rois feiſt toillir par bonnes gens tous les Tournois
pelez & les Pariſis pelez, & qu'il les fit fondre, &c. Car
les monnoyes le Roy en ſont mont refuſées, & en ſont fra-
mont de malices, & li Rois eſt tenus à tenir les en bon point*

car il en a la taille du pain & du vin de ſa terre; & ſa monnoie en ſera mieus amée.

Tallia alta & baſſa, & *Tallia ad voluntatem*, quæ à dominis minuitur vel augetur ſupremo jure, pro libito, ita tamen ut facultatum Tenentium ratio habeatur. Charta Petri de Foccio Valeti de Charreria an. 1233. *Ego dicebam me habere in eos lem pro tenementis quæ in dominio meo habebant, talliam altam & baſſam annuatim.* Tabularium Foſſatenſe f. 61. *Tallia quæ fit haut & bas, ad placitum.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1304. apud Doubletum pag. 942. *Nihil Eccleſiæ ſubventionis noviter nobis conceſſæ levabitur ab hominibus Eccleſiarum de corpore, ſeu manu mortua, alto & baſſo ad voluntatem talliabilibus*, &c.

Tallia ad voluntatem. Sugerius de Adminiſtrat. ſua cap. 2. *Cum eadem villa multis angariis à Comite Domni Martini, videlicet exactione talliæ, frumenti ſcilicet 5. modiorum, quos ei pro pace conceſſeram, cum ipſa talliam pro voluntate ſua facere conſuevisſet*, &c. In M. Paſtorali Eccl. Pariſienſ. lib. 1. ch. 1. & lib. 2. ch. 4. extant Chartæ Manumiſſionum, in quibus Capitulum Pariſ. retinet *talliam ad voluntatem, & beneplacitum ſuum in perſonis & bonis* manumiſſorum. Vetus Conſuetudinarium Franciæ lib. 3. pag. 93. veteris edit. *Je ſuis en ſaiſine à juſte titre de tailler & exploiter haut & bas & à volenté de Seigneur tel homme mon homme de corps de ſerve condition & de main morte, de faire à la perſone de lui, & de ſes biens, toutes maniere d'exploits de ſervage accouſtumez à ceux qui ſont de la condition dont il eſt*, &c. Conſuetudo Burbonenſis art. 190. *Quiconque doit taille perſonnelle & ſur le chef, ſoit de taille franche ou de taille ſerve, ladite taille eſt à volonté raiſonnable, & la peut le Sergent croiſtre ou diminuer ſelon la faculté des biens de celui qui la doit.* Hoc eſt *ſine deſtructione & & exilio faciendo*, ut eſt in Fleta lib. 2. cap. 71. §. 15. Vide Conſuetud. Trecenſem art. 3. 4. Nivernenſem tit. 8. art. 1. & ſeqq. Ducat. Burgund. art. 97. Comitat. Burgund. art. 101. &c. Huic porrò *tallia* opponitur ea quam *abonnatam*, id eſt fixam, ac ratam, vocant Conſuetudines aliæ.

Voluntas, nudè, pro *tallia ad voluntatem*. Charta Hugonis de Caſtronovo in Tabulario Eccleſiæ Cadurcenſis: *Habet & Delmas de Boiſol quatuor agnos in Feſto Paſchæ, — & voluntatem ſuam in ruſticis.* Occurrit ibi pluries. Hinc

Voluntarius, Subditus qui talliatur ad voluntatem. Charta Henrici Comitis Ruthenenſis an. 1282. *Cedimus & concedimus — tibi Guillelmo de Sanbinac domicello — & heredibus & ſucceſſoribus, & voluntariis tuis*, &c.

Tallia etiam imponebatur ab ipſis civitatibus ſeu burgenſibus ad exſolvenda debita communia. Areſta an. 1290. in Regeſto Parlam. B. f. 86. *Quod dicti Major & Jurati S. Quintini poſſunt talliare, tallias levare, vel inſtitutiones facere, quando indigent pecunia pro negotiis dictæ villæ per punctum Chartæ Regiæ quam dicunt ſe habere.* Quod intelligendum ut plurimum licentia ad eam rem à Principe impetrata. Vide Loiſellum in Bellovaco p. 296. 318.

Talliam aſſidendi, ut loquuntur noſtri, ſeu imponendi, forma habetur in Charta Gauffredi Epiſcopi Carnotenſis an. 1266. *Pro bono igitur pacis utrimque conceſſum eſt, & prædictum competens auxilium, quod propter nominatas cauſas Vicecomes* (Caſtriduni) *ſibi exigere poſſe licenter dicebat, omnino dimiſit, & propter hoc ſingulis annis Vicecomes à Burgenſibus 10. libras hoc modo haberet. Prior ſiquidem S. Sepulchri, vel aliquis loco ejus ſex vel quatuor legitimos Burgenſes in eo burgo commorantes circa feſtum S. Remigii in eamdem Eccleſiam convocabit, & præſente aliquo de ſervientibus Vicecomitis, quem ob hoc ipſe deſtinaverit, jurabunt prædicti Burgenſes, quod bona fide communiter in hominibus in eodem burgo manentibus, juxta cujuſque facultatem, aut poſſeſſiones ibidem à Monachis habentibus, 10. libras & nihil amplius, legitima æſtimatione tam facultatis quàm poſſeſſionis talliabunt*, &c. *Serviens verò quem ad audienda juramenta Vicecomes miſerit, talliæ non intererit*, &c.

Habetur præterea in Regeſto ſeu Tabulario Normanniæ fol. 21. verſo, Cameræ Comput. Pariſ. *Forma in qua Dominus Rex vult ut tallia aſſideatur in villis ſuis. Eligantur per Conſilium Sacerdotum Parochialium, & aliorum virorum Religioſorum, nec non & Burgenſium & aliorum proborum virorum de Communi ipſarum uſque ad 40. vel 30. bonos viros & fideles, vel plures, aut pauciores, ſecundum quantitatem ipſarum villarum. Et illi qui ſic electi fuerint, jurabunt ſuper ſancta, quod ipſi de ipſis, vel de aliis probis viris earum villarum eligent uſque ad 12. de illis qui meliores erunt ad illam talliam aſſidendam, & illi 12. nominati jurabunt ſuper Sancta quod bene & fideliter aſſidebunt dictam talliam ad libram æqualiter, & valor immobilium appretiabitur ad medietatem mobilium in aſſiſia prædicta talliæ. Eligentur etiam ſimili modo cum prædictis 12. alii 4. boni viri, & ſcribentur nomina eorum, ſecreto tamen, ita quod eorum electio non publicetur aliquibus, ſed ſub ſecreto habeatur quouſque illi 12. aſſederint, ſicut prædictum eſt, talliam prædictam. Quo facto antequam publicetur tallia, vel aperiatur ſcriptura facta ſuper talliam prædictam, illi 4. ſic electi juramento ab illis poſito de illis ſcilicet 12. talliandis ſub forma prædicta aſſidebunt talliam competentem.* Eadem habentur in Regeſto S. Juſti in Camera Comput. vernaculis verbis concepta, & in Regeſto 10. Chartophylacii Regii fol. 48. ubi S. Ludovico hoc Statutum aſcribitur, editum nuper in Spicilegio Acheriano to. 11. Adde Conſuetudinem Nivernenſem cap. 8. art. 1. & ſeq. Vide *Focagium*.

Tall-agium, Tallagium. JC. Anglis, dicitur Præſtatio quævis, verbi gratiâ decimæ, quindecimæ, ſubſidia, & alia ejuſmodi, quæ à Parlamento regno indicitur, à qua præſtatione immunes ſunt qui tenent in antiquum dominium, niſi expreſsè iis indicatur, quod facere poteſt Rex ex magna cauſa cum lubet. Ita Raſtallus. Apud Bromptonum, *Hidage vel taillage*, exponitur *tallagium de hidis terrarum*, ut *Danegeld, tallagium datum Danis.* Leges Willelmi Nothi Regis Anglor. cap. 5. *Habeant & teneant terras ſuas liberè ab omni exactione injuſtâ, & ab omni tallagio, ita quod nihil ab eis exigatur.* Matth. Paris an. 1241. *Non ſub nomine aut titulo liberi adjutorii ſed tallagii*, &c. Matth. Weſtmonaſt. an. 1297. *Accedentes præfati Comites & Barones ad Scacarium Domini Regis apud Weſtmonaſterium, prohibuerunt Baronibus loci illius ne levare facerent per Vicecomites octonarium denarium à populo Anglicano, dicentes de conſcientia ſuorum non emanaſſe, ſine quorum aſſenſu tallagium non debet exigi vel imponi.* Thomas Walſinghamus an. 1297. *Nimis afflicti ſunt per diverſa tallagia, auxilia, priſas;* &c. Vocem hanc uſurpant paſſim ſcriptores rerum Anglicanarum, Matth. Paris pag. 127. 466. 475. 476. 486. Nicolaus Trivettus an. 1210. Thomas Walſinghamus pag. 73. 100. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 193. &c.

Talliare, Talliam à tenentibus exigere. *Tailler ſes hommes & ſujets*, in Conſuetudine Burbonenſi art. 343. 344. Matth. Paris an. 1256. *Cives Londonienſes iterato ad quingentas marcas talliantur.* Fleta lib. 2. cap. 71. §. 15. de Cuſtumariis: *Ad quantum talliari valeant per annum ſine deſtructione & exilio faciendo.* Charta an. 1233. *Promiſit etiam quod nec eos nec ſucceſſores eorum de cætero talliaret, nec talliare poſſet, niſi ad novam Militiam ſenioris filii ſui*, &c. Concilium Toloſanum an. 1229. c. 20. *Clerici quoque non talliabuntur occaſione etiam hæreditatis, etiamſi per ſucceſſionem eis evenerit, niſi ſint mercatores & uxorati.* Et c. 23. *Homines autem Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum virorum Laici talliare, vel in eos exactiones aliquas facere non præſumant*, &c. Adde Albertum Argentin. pag. 150. 517.

Talliare, in re feudali, *idem eſt quod ad quamdam certitudinem ponere, vel ad quoddam certum hæreditamentum limitare.* Unde *feodum talliatum*, eſt *hæreditas in*

quandam certitudinem limitata, ex Littletone ſect. 18. Vide *Feodum talliatum.*

Talliabilis, Talliæ obnoxius, in Areſto an. 1278. apud Loiſellum in Bellovaco pag. 300. *Taillablier*, in Conſuetud. Burbon. art. 413. 415. 416. 417. in aliis paſſim *Taillable.* Sententia judicis Silvanectenſis an. 1330. apud eundem Loiſellum pag. 313. *Diſoient & maintenoient icelui Henri avoir eſté & eſtre leur bourgeois, leur communier, & leur taillable.*

Talbendarius, eadem notione in Charta an. 1292. apud Juſtellum in Hiſt. Turenenſi p. 65.

Talliata, Talliada, Talliæ impoſitio, atque adeo idem quod Anglis *Talliagium.* Charta Willelmi Ducis Aquitaniæ an. 1076. ex Tabulario Monaſterii Novi Pictavenſis: *Ut nullus meorum non filius, non filia, non uxor, non aliquis propinquus, non Dapifer, non Præpoſitus, non Mariſcalcus, non Serviens, aut in aliquo miniſterio poſitus, aut Monachos jamdicti Monaſterii, aut homines eorum, in quocumque loco habitent, cogat ſibi præbere arbergariam, aut hoſpitium, aut quærat ab eis quod Talliatam vocant.* Tabularium Eccl. S. Laudi Andegav. fol. 84. *Et faciant Conſuetudines noſtras, ſicut liberi homines noſtri: reddant etiam nobis convenientem talliatam, quando alii homines de Loſdunefio reddent nobis talliatam.* Tabularium Vindocinenſe fol. 201. *Fecerant exactionem, id eſt talliatam, in terra de Buſlo.* Chronicon Voſienſe an. 1169. *Hoc anno Burgenſes de ſubterranea ad invicem conjuraverunt, ut nullum omnino Monachis darent expletum, quod vocatur Talliada.* Epiſtola Manegaudi Abbatis S. Michaëlis in Lotharingia ad Eugenium III. PP. apud Richard. Waſſeburgium pag. 302. *Pecuniarum rapinas, quas vulgo Talliatas vocant.* Vide Beſlium in Comitib. Pictav. pag. 572. 601.

Tallea, eadem notione, ex Gall. *Taillée.* Tabul. Eccl. Carnot. ch. 72. *Tallea ſupranominata fiet. Quarto anno ſubmonebo Canonicos ejuſdem villæ, & facient talleam convenientem, de qua habebo medietatem, & ipſi aliam.* Charta Ludovici Regis an. 1133. pro Eccleſia S. Maglorii Pariſ. *Conſuetudinem quamdam, quam Talleam nominant, quæ in eorum villa — ab officialibus Regis extorquebatur*, &c. Innocentius III. PP. lib. 1. Epiſt. pag. 52. edit. Venetæ: *Ab omnibus violentiis, tallees, & exactionibus duxerit abſolvendos*, &c. Charta Vernacula an. 1246. in Hiſt. des Chaſtaigners: *Sour ce que je demandoe ſur la terre de la Gombaudiere, & ſur les prés que il tenoit, à aveir ma taillée haute & baſſe, & mes autres ſervices*, &c. Charta Savarici Vicecomitis Thuarcenſis an. 1269. apud Gallandum lib. de Franco alodio: *Et li homes qui devoient taillées par raiſon de rachat ou de mortemain, n'en rendront deſormais nulle taillée.*

Attallia, pro *Tallia*, in Tabulario S. Flori Arvern. *Ab omni atallia, collecta, leuda, ſegoba, & manobra.*

TALLIO, *Tallia* quæ imponitur pro exercitu Regis, noſtris *Taillon*, quaſi *tallia* minor, vel extraordinaria. Charta Communiæ S. Richarii in Pontivo an. 1126. *Poſtea Burgenſes in ſua multitudine confidentes, & jura noſtra, ſcilicet tallionem de exercitu Regis, & paſtum ejuſdem, & menſuras, & religia nobis auferre conati ſunt.* Infra: *A foſſis, ab excubiis, à tallione liberos.* Unde colligitur vocem hanc non primitus inventam ſub Henrico II. Rege; tametſi tanquam extraordinariam talliam à ſubditis *tallionem* primus exegerit, in militaria ſtipendia.

TALLIVI. Regeſtum Comitatus Toloſæ ex Camera Comput. Pariſ. *Terras cultas & incultas, boſcos & garcas, prata & paſcua, tallivos & expletivos, venationes & foreſtagia, quercos*, &c. Idem valet quod *talliata.* Vide in hac voce ex Chronico Voſienſi.

TALO, *Talonus*, Talus, ex Gallico *Talon*, vel Italico *Tallone.* Ugutio: *Calx, vel calcaneus, & idem quod calx, & quod talus: nam talus eſt ſub cruribus: idem & talonus.* Quoniam Attachiamenta cap. 13. §. 5. *Nec vertat articulos pedum, ubi talones ſteterunt, antequam contradixerit.* Vide Formulam 14. ex Baluzianis.

TALPA, Machina ad ſuffodiendos muros, ſub qua latent qui *cuniculos* conficiunt. Petrus Tudebodus lib. 3. *Hoc noſtri videntes, ſtatim ordinaverunt, ut facerent maximam talpam, cum qua potuiſſent perforare pontem, & fecerunt*, &c. Robertus Monachus lib. 4. Hiſt. Hieroſ. *Baliſta, falces, arietes, talpa, tela, ſudes, & funda*, &c. Gilo Pariſienſis lib. 5. Viæ Hieroſol.

Fiunt baliſtæ, plumbata, phalarica, talpa.

Gotefridus Viterbienſis part. 17. Chron.

Hinc cibus arctatur, fons tollitur, inde paratur
Talpa cavans arces, mangonibus injaculatur.

Ἀσπίδιον, eadem notione, dixit Anna Comnena p. 382. Vide *Ericius.*

Talparii, Cuniculari, qui ſub *talpis* latent. Monachus Altiſiod. an. 1188. & Joannes Monachus Majoris Monaſterii in Chron. MS. Bibl. Regiæ, eodem anno: *Habebat quippe quoſdam artifices, quos Foſſores vel Talparios vocant, qui ad modum talpæ ſubterranea fodientes, quaſlibet murorum & turrium firmitates ferramentis validiſſimis perrumpebant.* De iis etiam Guillelmus de Podio-Laurentii c. 43. *Deinde incipientes minare inſtar talparum, conantur invadere civitatem*, &c. Quo referri poſſunt hæc ex Senatore lib. 9. Epiſt. 3. *Cameris enim ingenioſa præſumptione revolutis, talpinum animal imitantes, itinera fodiunt, quæ nullis ante patuerunt.*

Talpa, Maculæ nigræ inſtar talparum. Carmen de Carolo M. quod Alcuini eſſe putatur:

Pallia permixtis lucent hyacinthina talpis.

TALTERIUM, Silva cædua, Gall. *Taillis*, à *Taleis*, fortè, ſeu ramuſculis, de qua voce ſupra egimus: unde etiam vox *tailler*, pro cædere, ſcindere, quod ejuſmodi *taleæ* exſcindi ſoleant: nec multum abludit Salmaſius ad Tertulliani pallium, qui vocem noſtratem *tailler* ab ipſis *taleis* ortam vult, *quod taleæ*, ut ait, *ſint ſciſſiones lignorum.* Charta Philippi Regis Francor. an. 1220. apud Loiſvetum in Hiſt. Bellovacenſi: *Si autem alta foreſta de Hez vendatur, ubi concedimus Monachis paſturam animalium ſuorum extra deffenſa, ſicut prædictum eſt, ipſi non utentur ibidem illa paſtura, quouſque talterium in tantum excreverit, quod de animalibus ſe defendere poſſit.*

TALURGA. Vide *Overcoupunga.*

TALUS, Talea, ramus arboris. Lib. 2. Machab. cap. 14. v. 4. *Offerens ei coronam auream, & palmam, ſuper hæc & talos qui templi eſſe videbantur.* Ubi Gr. edit. πρὸς δὲ τούτοις τῶν νομιζομένων θαλλῶν τοῦ ἱεροῦ. Θαλλὸς verò Græcis eſt *ramus virens.* Mamotrectus *tallos* etiam legit, & *vaſa offertoria* interpretatur. Lex Friſonum tit. 14. *Sortes taſes eſſe debent, duo tali de virga præciſi*, &c. Vide *Telenus.*

Talus, Poſterior digitus falconis. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte ven. cap. 34. *Falcones feriunt cum poſteriori digito, quod Falconarii dicunt Talum.* Infra: *Poſterior digitus, quod dicunt Talum.*

Talnus. Libertates villæ Martelli in Lemovicib. an. 1219. *Nemo debet vendere ad talnum res extraneas, niſi per conceſſum procuratoris particularis in Curia rogationum, & qui fecerit, pro juſtitia 60. ſolidos dabit.* Idem videtur quod *Extalium.* Vide in hac voce.

TAMATA, *Curia*, Ugutioni. Vide *Tagma.*

TAMBIRLUM. Vide *Tabur.*

TAMISIUM, Cribrum quo farina purgatur, ex Gall. *Tamis.* Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tornac. cap. 70. *Nec cribro, nec tamiſio farina purgabatur.*

TANA, Caverna, Ital. *Tana.* Gall. *Taniere.* Charta an. 1345. *Venari ad capriolos, perdices, &c. vel capere cum laqueis, vel facere laſcos, vel ſtopare, vel ſtopari facere tanas*, &c. Vide Gloſſ. Meurſi in Τάνα, & infra in voce *Zava.* De vocis origine quædam habent Menagius & Ferrarius.

TANACETUM, Portio cibaria, ut vocant, Monachica, quæ quinque ovis conficiebatur, ut eſt in Chronico Abb. S. Trudonis lib. 13. pag. 510.

TANDÆ, Reliqua, *Arreragia.* Obſervantiæ Regni Arragon. lib. 9. tit. Quæ ſit pœna &c. §. 2. *Dominus Rex*

dando cavalleriis cenſetur dare tandas iam lapſas, & per eum aut ſuos officiales non receptas, licet tempore vacationis decurſas, &c.

TANGANARE, Interpellare, *Sommer quelqu'un en juſtice*. Pactus Legis Salicæ tit. 60. §. 1. *Si qui Rachemburgii legem voluerint dicere in Malleberge reſidentes, cum cauſſam inter duos diſcuſſerint, debet eis qui cauſſam qui requirit dicere; Dicite nobis Legem Salicam. Si illi tunc noluerint dicere, tunc iterum qui cauſſam requirit, dicit: Vos tangano; ut mihi & iſto legem dicatis.* Lex Salica hoc loco habet: *Ego vos tangano, uſque dum vos inter me & contra cauſatorem meum legem judicetis.* Nempe hæc interpellatio judices ſpectat. Ita in Lege Ripuar. tit. 55. Rachimburgios cauſator interpellat: *Ego vos tangano, ut mihi legem dicatis.* Ibid. tit. 58. §. 59. *Hoc etiam conſtituimus, ut hominem regium Romanum vel tabularium interpellatum in judicio non tangaret*, &c.

Tanganum, ipſa interpellatio judiciaria. Lex Ripuar. tit. 30. qui *de interpellatione & incendio ſervorum* inſcribitur, §. 1. *Dominus ejus in judicio pro eo* (ſervo) *interrogatus reſpondeat, & ſine tangano loquatur, & dicat*, &c. Tit. 58. §. 20. *Servi autem Eccleſiarum, non per actores, ſed ipſi pro ſemetipſis in judicio reſpondeant, & ſacramenta abſque tangano conjurent.* Et tit. 59. §. 8. *Quia dum interpellatur, reſpondeat ad interrogationes, & ſine tangano loquatur, & dicat, Non malo ordine, ſed per teſtamentum hoc teneo.* Cujus vocis originem à *tagghen*, Theutonico, diſceptare, litigare, vitilitigare, altercari, arceſſit Wendelinus: ita ut *abſque tangano loqui, reſpondere*, ſit, planè, nudè, cum nulla altercatione, vel interpellatione.

TANGOMENA. Fragmentum Petronii pag. 10. *Quare tangomenas faciamus, vita vinum eſt.* Et infra pag. 67. *Ita tangomenas faciamus; & uſque in lucem canemus.*

TANGERE *chartam*, Subſcribere. Charta Hugonis Comitis & Marchionis an. 936. in Hiſt. Vergiacenſi pag. 33. *Et ut hujus noſtræ largitionis carta pleniorem in Dei nomine capiat firmitatem, tangendo firmavimus, & fidelibus noſtris infraſcriptis firmare rogavimus: Actum &c. Signum Hugonis Comitis*, &c.

TANNARE, Coria ſubigere, Gall. *Tanner*. Leges Burgorum Scoticor. cap. 98. *Nullus ſutor poteſt emere coria ad tannandum majoris pretii, quam quod cornua & aures ſunt æqualis longitudinis.*

Tanneria, ſeu *Tannatoria*, Officina, vel ars coria ſubigendi, Gall. *Tannerie*; in Fleta lib. 2. c. 52. §. 35.

TANNUM. Charta Edw. III. Regis Angl. in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 507. *Et ſimiliter de toto tanno de boſco ipſius Roberti uſque ad Creyton, ſciſſo per viſum Foreſtariorum noſtrorum.* Noſtri *Tan*, Itali *Tane* vocant quercenum pulverem unde tinctura fit. Vide *Molendinum à than*, & Scaligerum in Exercit. 325. in Cardanum n. 12.

TANOLA. Vide *Taliola*.

TANQUAM, inquit Galbertus in Prologo ad Vitam S. Caroli Comitis Flandr. *non eſt* ſemper *ſimilativum, ſed ſæpe confirmativum. Tanquam enim dicitur in Scriptura ſancta pro eo quod vere eſt, ſicut eſt ibi, Tanquam ſponſus, hoc eſt vere ſponſus.*

TANGHANUM. Areſta Parlamenti Pentecoſtes an. 1285. in Regeſto B. fol. 71. *Cum in villa Atrebatenſi quidam de plebe dictæ villæ contra Scabinos villæ & Majores Atrebat. conſpirationem ſeu tanghanum feciſſent, capſam reliquiarum plenam in foro Atrebatenſi cauſa devotionis à Capitulo Atrebat. ibi Miſſam juxta locum ubi candela B. Mariæ eſt repoſita, & ubi conſuetum eſt à Deo multa miracula operari, impetuoſe ac violenter & in ſcandalum totius populi cepiſſent & extra locum tuliſſent*, &c. *Pronuntiatum fuit per judicium Curiæ D. Regis dictum tanghanum, & maleficium ad aliam juſtitiam pertinere, ac illud per dictum Comitem vindicare debere*, &c.

Taqueha, eadem notione. Areſta an. 1290. in eodem Reg. fol. 91. verſo: *Inhibendo ne ipſi* (Majores Rotomag.) *vel aliqui eorum taquehan, collectam, ſeu talliam faciant ſeu congregationem ſine noſtra auctoritate priùs interpoſita.*

TANTITAS, Exiguitas. *Tantitas noſtra*, apud Flodoardum in Præfat. ad Hiſtor. Rem.

Tantillitas, eadem notione. Anaſtaſius Bibl. in Præfat. ad verſionem Vitæ S. Joan. Eleemoſyn. *Non perſonam tantillitatis meæ intuens, non aſtutiam inveſtigans.* Utitur, & cap. 1. n. 6.

TANUTA, Telonia, jura viatum, in Jure Hungarico. Albert. Molnarus.

TAPA. Vide *Tappa*.

TAPARDA. Vide *Tabardum*.

TAPELUS. Charta Longobardica an. 1094. apud Ughellum to. 7. p. 581. *Et ille & ejus deſcendentes dent pro redemptione animæ meæ — centum ſolidos, quorum quiſque habeat auri tapelos bonos quatuor monetæ hujus civitatis*, (Salerni) &c. Vereor ne legendum ſit, *tarenos*: nam ſolidi aurei Salernitani quatuor *tarenos* conficiebant. Vide *Tarenus*.

TAPESIUM, Tapes, aulæum, Gallis *Tapiſſerie*. Vitæ Abbatum S. Albani: *Doſſale ſive tapeſium, in quo paſſio S. Albani figuratur.*

TAPHUS, Sepulchrum, ex Gr. τάφος. Inventio S. Celſi n. 15. *Beati pignoris taphum de loco depoſitionis movere nequaquam præſumpſit.*

TAPIALE. Fori Oſcæ Jacobi I. Regis Aragon. an. 1247. fol. 10. *Si aliquis homo in aliquo caſali veteri aperuerit fundamenta, ſuper quibus tantum poſtea conſtruxerit in gyrum, donec opus illud ſit de tribus tapialibus in altum, & miſerit ipſum caſal in arrevo, & fecerit ibi portal ſupra firmaverit poſtal*, &c.

TAPINATIO: *Cum tapinatione* aliquid agere, furtim, clanculum more *talparum*, quas *Taupes* dicimus, quæ ſub terra deliteſcunt, & quæ latenter terram ſuffodiunt. Niſi à voce Græca ταπεινός, *humilis, non multum à terra aſſurgens*, quis deducere velit. Charta an. 1060. apud Louvetum in Hiſtoria Belvacenſi: *Iſte ut rei exitus probavit, nutu & voluntate Dei Jeruſalem & ſacra loca — adiit, illis videlicet temporibus, quibus nullus Chriſtiani nominis Confeſſor, niſi furtim; aut, ut ita dicam*, (*cum*) *tapinatione, propter obſiſtentium paganorum timorem illuc pergere auſus erat: Le Roman de Rou* MS.

Li Dus fiſt ſon pelerinage,
Si com l'en diſt, en tapinage.

Joannes Abb. Laudun. in Speculo Hiſtoriali MS. lib. 11. c. 20. *Le Antipape ne ſe ooſoit pas monſtrer manifeſtement, mais s'en alloit en tapinage*, &c. Alanus Charterius in Conſolatione trium virtutum, pag. 325. *Entapinage* eadem notione dixit: *Voſtre honneur periſt, puiſque vos vaillances s'eſprennent à mordre & à abbayer l'un & l'autre en travers, & entapinage, comme chiens & chats de chetif courage, & laiſſez la protection du commun ſalut.* Boccacius Nov. 27. *Andato tapino per lo mondo.* Et Nov. 16. *Paſſati ſono homai quattordici anni, ch'io ſono andata tapinando per lo mondo.* Ita Nov. 19. & 29. Italis *tapino*, eſt infelix; *tapinare*, vivere in miſeria.

TAPINOSIS, *Tapinoſitas*. Humilitas, ταπείνωσις: ſtylus depreſſior. Vita S. Eugendi Abb. in prologo: *Hæc noſtra tapinoſis, nequaquam jactantia ſuperborum judicum ventoſa ſuperfluitate calcetur.* Quidam codd. *tapinoſitas* præferunt. Theodericus Monachus in Hiſt. Invention. S. Celſi Ep. Trevir. c. 1. *Nos autem per tapinoſim præcelſa geſta feneſtratim propalantes*, &c.

TAPPA, Minutatim, ex Theuton. *Tappen*. *Vendere vinum ad tappam*, eſt, *Vendre du vin en détail*: unde iiſdem Theutonibus, *Tapper*, tabernarius, caupo: à voce *Tap*. Epiſtomium, de qua mox. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham p. 746. *Nec — licet nobis vendere vinum ad tabernam, ſive, ut vulgò dicitur, ad broccam; ſeu ut lingua Teutonica dicitur, ad tappam, in noſtris — domibus.* Eadem habentur in Inſtitut. Capi-

tuli Generalis Ord. Ciſtercienſis an. 1134. cap. 50.

TAPPUS, Epiſtomium, truncus ligneus, quo foramen dolii
per quod liquor infunditur, obturatur: Gall. *Tampon*, ſeu
Tappon: Theuton. & Angl. *Tap*. Ital. *Zaffo*. Lambertus
Ard. *Et in medium proclamabat, quod tantus eſſet bibitor,*
quod ſi dominus ſporſus ronchinum, vel equum quemlibet ei
dare vellet, ma;us dolium quod in cellario ſuo haberet cer-
viſia pleniſſimum, dolii tappo extracto, & foramini ore ſe-
mel appoſito, & uſque evacuationem dolii non retracto,
totum ebiberet, & etiam feces exhauriret, parato ſibi
tantummodo loco exceptato, ubi per virilem virgam effuti-
re, dum biberet, vel emittere poſſet urinam. Infra: *Quo*
exhauſto, proſiliens in medium ſcurra, & in ſignum jocu-
laritatis, imo ingluviei, tappum dolii evacuati geſtans in
ore, quem in pacto & bibendo lucrifecerat equum, —exi-
gere cœpit.

TAPTROUGHE. In Charta Feodi pag. 162. inter utenſilia
Bracinii, ſeu officinæ cerevisiariæ, recenſentur *duo*
plumba, unus cacabus exiſtens in fornace, unum taptrou-
ghe de plumbo, unum mashfatum, decem barelles, &c.
Vide *Tappus*.

TARABER. Hiſtoria Longobardorum Ignoti Caſinenſis
cap. 8. *Obſitis ſiquidem veſtimentis, & calciamentis,*
ſaltem nec taraicere ſuccinctis, ſed ſolis arundinibus ma-
nu geſtantes. Idem videtur quod *tabardum*. Vide in
hoc verbo.

TARABOCCI, Hæretici Anconitani, de quibus Waddin-
gus in Annalib. Minor. an. 1331. 4.

TARATANTARA, *Taratantarizare*. Ugutio & ex eo Jo.
de Janua: *Taratantara, indecl. nomen fictitium eſt, i. ex*
ſono quem facit dictum. Eſt enim inſtrumentum quo farina
colatur, & eſt inſtrumentum cujus percuſſione granum de-
fluit inter molas molendini. Unde quidam:

Ad feſtum Thomæ taratantara filia tange.

Hinc Taratantarizare, farinam colare, ſeraciare. Gloſſ.
Lat. Gall. *Tartazizare* (leg. *Tarantarizare*) *tromper*
ou naguairer, c'eſt jouer de nagaires. Aliud addit, *ou ſaſſer*
farine. Liber 2. Miraculor. S. Bertini c. 4. de quodam
mendico ſurdo & muto: *Cum—pulſatibus taratarantium*
tabellarum ſtipem mendicaret. i. quæ eundem ſonum ede-
bant, quem *Tarantatara Taratantara*. Idem Ugut. *Cer-*
nida, dæ, à Cerno, is, lignum ſupra quod ducitur Taratan-
tara, & Cernida dicitur Taratantara, qua diſcernit furfu-
rem à polline. Gloſſar. Saxon. Ælfrici; *Taratantara*,
hriddern. i. cribrum. Gloſſ. Lat. Gall. *Taratanta-*
rum: clines ou le bateil du milieu, ou ſon de trompes.
Aliud Gloſſ. Gall. MS. ex Bibl. Thuana Cod. 525.
Taratantorium, Sas. Aliud editum: *Tarantara, a,*
Sas à paſſer ou ſaſſer la farine, vocem hanc uſurparunt
veteres pro tubæ clangore: Ennius apud Priſcianum
lib. 8.

At tuba terribili ſonitu taratantara dixit.

TARATA, & *Tareta*, *veſtis regia & purpurea*, Ugu-
tioni.

TARATRUM, *Taretrus*. Terebra. Jo. de Janua: *Terebrum,*
inſtrumentum perforandi, quod aliter dicitur taratrum,
quaſi teritrum, quod lignum fores terendo. Gloſſ. Gr. Lat.
τέρετρον, *foraculum, perforaculum*. Adalardus lib. 2.
Statutor. Corbeienſium cap. 1. *Et unuſquiſque habeat*
ad hortum excolendum —, ſive ad alias neceſſitates ex-
plendas, foſſorios 6. beſſos 2. ſecures 2. dolatoriam, tara-
tra 2. majus & minus, ſcaprum 1. &c. Capitulare 2. an.
813. c. 10. *Dolatorias, ſecures, taretros, fundibulas,*
&c.

TARCHAN, apud Tartaros, dicitur qui ab omnibus quæ
à Rege imponuntur, immunis eſt, cuique quidquid in
bello ſpoliorum reportaverit, totum cedit, nec ulla
inde Regi pars deſumitur. Abul-Faragius in Hiſtoria
Dynaſtiarum pag. 281.

TARCASIUS. Vide *Turcaſia*.

TARDA, Mora, Gall. *Retardement*. Occurrit in Foris
Aragon. lib. 1. pag. 34. v. *Pro ſua negligentia ſive tar-*
da.

TARDILOQUENS, qui difficulter loquitur, in Concilio
Aquiſgranenſi II. an. 836. c. 12. *Si fortè contigerit Epi-*
ſcoporum aliquem tardiloquentem eſſe, aut infirmitate ali-
qua impeditum.

TARENUS, *Taris*, Moneta aurea, apud Apulos & Sicu-
los. Math. Silvaticus: *Tarenus ponderat grana* 20.
Falcandus p. 656. *Dominique reverſus 700. millia ta-*
renorum hoſtiariis, qui cum eo miſſi fuerant, aſſignavit.
Adde pag. 658. 661. Charta an. 1431. 18. Febr. *Illas*
uncias mille 36. & illos tarenos 20. & in cortenis argen-
ti gillatis boni & juſti ponderis 60. eorum pro uncia quali-
bet, & duobus pro tareno ſingulo, juxta modum & cur-
ſum regni Siciliæ. Vide Chronicon Caſinenſe l. 1. c. 58.
l. 2. c. 74. l. 3. c. 44. 57. l. 4. c. 99. Conſtitutiones
Sicul. l. 1. tit. 89. §. 1. tit. 9. §. 2. l. 3. tit. 34. §. 3. Ray-
naldum an. 1283. n. 40. Vitam S. Petri Abbatis Ca-
venſis n. 20. Sanctuarium Capuan. p. 273. &c. Computus
Ballivorum Franciæ de termino Candeloſæ an. 1268.
Pro 38. marchis de tarins, 18. libr.

Tareni Siciliæ, in Charta an. 1212. apud Ughellum to. 7.
p. 577. in Actis Innocentii III. PP. pag. 10. &c.

Tareni Amalphitani, apud Richardum de S. Germano an.
1221. in veteribus Chartis apud Ughellum to. 1. parte 1.
pag. 784. to. 6. pag. 298. 497. to. 7. pag. 274. 401.
& apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hiſt. Longob. p.
253.

Tareni Salernitani, apud Ughellum to. 7. p. 566. 576.
in Bullario Caſinenſi to. 1. p. 9. &c.

Tareni Africani, apud Leon. Oſt. lib. 3. c. 57. (al. 58.)
Ex his emendandus Jo. Bromptonus pag. 1184. *Ego dedi*
Joannæ ſorori veſtræ Reginæ centies centena millia tirrenis
pro quieta clamatione doarii ſui antequam à me receſſit.
Legendum enim *tarenis*, aut *tarenorum*. *Tarins*, apud
Raimundum Montanerium in Chron. Reg. Aragon. c.
196. 199.

Taris. Charta apud Ughellum to. 7. Italiæ Sacræ p. 397.
Id eſt auri ſolidos 310. de tari boni, ana tari quatuor per
ſolidum. Eadem habentur in alia p. 162. Adde præte-
rea pag. 400. 404. & Chronicon Monachi Caſin.
apud Caracciolum an. 1192. *Tari*, apud Ammiratum
in familiis Neapolit. to. 1. pag. 153. tom. 2. pag. 51. *Te-*
ri, apud Joannem Villaneum lib. 7. cap. 10. *trovo il*
teſoro di Manfredo quaſi tutto in oro di Teri ſpezzato.

Nominis etymon videtur indicare Bulla MS. Nicolai
IV. PP. an. 3. de Cenſibus Eccleſiæ Rom. *Monaſte-*
rium S. Nicolai de Caluſis 1. Michaletum auri, quod
valet 5. Tarentinos Regis. Ibidem: *Monaſterium S. Ma-*
ria de Fundiliano, 10. Tarent. de Salerno. Alibi: *Eccle-*
ſia Sancta Hieruſalem unum Tarenum Regale. Ita ut *ta-*
renus, moneta fuerit Tarenti primum cuſa.

TARETA. Vide *Tarida*.

TARETRUS. Vide *Taratrum*.

TARGA, *Targica*, *Targia*, Pelta: ex Arabico *tarka*, &
darca, clypeus, ex Bocharto; vel Germanico *Tartſch*,
Beſoldo: vel denique ex Bohemorum *Tarts*, quibus ita
dicuntur Scuta prælonga pene totam corporis inferioris
partem tegentia, apud Irenicum lib. 4. German. exeg.
cap. 26. Lexicon Cambro-Britannicum: *Tarjan*, *cly-*
peus, ſcutum.

Targa. Nangius in Vita S. Ludovici p. 345. *Trifariè enim*
procedentes ſimilitudinem exercitus prætendebant. Centum
ſiquidem præibant cum baliſtis, in equis decentiſſimè pha-
leratis: & centum cum teſtudinibus ſive targis in armis ſo-
cidis & in equis loricali tunica coopertis ſequebantur. Idem
pag. 375. *Telorum, ſagittarum, & lapidum ictibus ſe*
cum targis & clypeis opponentes, &c. Monaſticum An-
glic. to. 3. pag. 316. *Cum targis de armis Regum Angliæ*
& Hiſpaniæ.

Targea. Oliverius Scholaſticus de Captione Damiatæ:
Hoſtes autem diſſimulato metu, tres ordines armatorum
ſtationi navium noſtrarum contra poſuerunt: unum peditum
ſuper ripam cum clypeis, quos Targeas appellant, linealiter
ordinatam, &c.

Targia. Thomas Walſinghamus pag. 105. *Capti ſunt —*
Scutiferi in numero exceſſivè, de quibus dominus Rogerus

de Northburghe cuſtos targiæ Domini Regis, quæ ab eodem ibidem per Scotos eſt ablata, in captivitate ductus. Matthæus Paris an. 1219. *Hoſtes vero fidei, omni metu diſſimulato, tres ordines armatorum ſtationi navium Chriſtianorum oppoſuerunt: unam peditum ſuper ripam fluminis cum targius eleganter ordinatam*, &c. Adde pag. 212.

Variè autem vox *Targe* à noſtris ſcriptoribus uſurpatur: interdum enim pro quovis clypeo qui ad collum appendebatur. *Le Roman de Garin* MS.

A ſon col pend une targe florie.

Guill. *Guiart*, MS.

Coutiaus, hachetes eſmoluës,
Targes entieres & fenduës.

Alibi:

Tante targe à col penduë,
Peinte d'or, d'azur, & de ſable.

Et an. 1248.

Les arbaleſtes ès poins priſes,
Et les targes au col aßiſes.

Idem tamen majores & longiores clypeos fuiſſe ſatis innuit:

Les grants targes au col aßiſes.

Et an. 1304.

Ont leur haie ourdie & tiſſue
De fors targes longues & lées.

Ita *Le Roman de Garin*, eorum potiſſimum fuiſſe uſum, cum copiæ militares ad muros admoventur, quo iis toto corpore tegantur, non ſemel indicat:

Totes les lices fet as ſerjans coper,
Les targes fet as ſerjans amener.

Rurſum:

Sor les foſſez font les targes tenir.

Matth. Paris an. 1240. *Oppoſitis corporibus ſuis propriis, & amplis clypeis, qui Targiæ appellantur.*

Qui porrò ex militibus prælonga ejuſmodi ſcuta prætendebant, *targer* dicebantur. Idem Guiartus:

Li un targent, li autre traient.

Cùm igitur *targiæ* validiora atque adeo majora eſſent ſcuta quæ militem totum protegerent, rectè *teſtudines*, appellavit locò citato Nangius, de quarum uſu plenè Vegetius & alii. Sed & inde *targer*, vel *atarger*, dicti qui diutiùs morantur, quod qui *targias* deferebant, propter earum gravitatem ac pondus lentè procederent. *Le Roman de Garin*:

Au chaſtel vont, n'i volent plus targier.

Alibi:

Cil de Bordele n'ont point de l'atargier

Idem Poëta:

En ſa voie entre, ne ſe vot atargier.

Vox Picardis etiamnum familiaris. Neque aliter *Targa* accipienda, quàm pro mora, in Foris Bigorrenſibus art. 20. *Pugiles in Bigorra non niſi indigenæ recipiantur. Qui pugnaverit, 20. ſolidos accipiet, pro targa 12. nummos, pro præparatione 6.* Vide Origines Linguar. Francicæ & Italicæ v. cl. Menagii, & Oct. Ferrar.

Targa, ſeu *Targe*, Moneta 2. denariorum Ducum Britanniæ, in quodam Conſilio de Monetis, *Avis des monnoyes*, quod in ea ſcutum inſignium effictum eſſet, uti deſcribitur apud Hautinum in libro de Monetis Franciæ pag. 101. Ita etiam appellata Moneta quædam in Vaſconia, cujus mentio eſt in Conſuetudine Solenſi tit. 36. art. 3. atque in Hiſpania, quam 4. quadrantum ſeu Maravedinorum pretii fuiſſe ait Jo. Mariana l. de Ponder. & menſur. cap. 22. Sebaſt. Cobarruvias in *Tarja*: *Cierta moneta Caſtellana, con mezela de plata, dicha eßi por ventura del eſcudo, ò tarjeta de ſus armos.*

TARGIA, navis ſpecies. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. *Sic noſter exercitus tentoria & manubria fugientium diripuit, targias plures, & omnes galeas cum barbotis & aliis navibus, quæ infra Caſale inveniebantur, cum aliis Hoſpitalis Fratres victores occupaverunt.* Eadem ferme habet Matthæus Paris an. 1219. pag. 211.

TARIDA, *Tarides, Tareta, Terida, Teretes*, &c. Navis onerariæ ſpecies, eadem quæ *Tartana* vocitata, ut quidam volunt. Pactum initum inter Philippum Imp. CP. & Venet. an. 1281. deſcriptum in Hiſt. noſtra Gallo-Byzantina pag. 30. *Quia Imperator & Rex non proponunt habere niſi vaſſella pro deferendis gentibus, equis, & victualibus, videlicet naves & taridas.* Adde Sanutum lib. 3. part. 12. cap. 6. Codex Barbaro-Græcus Nicetæ in Alexio lib. 3. n. 9. ταρίδας habet, alius codex δρομώνας. Atque, ni fallor, ex eo emendanda vita S. Nili junioris p. 121 ἀπήγαγεν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ταρέας, legendum enim ταρίδος. Quippe loquitur de Monachis captivis quos Ameras Siciliæ in Calabriam remiſit.

Tareta. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 21. *Cum decem taretis, quibus Januenſes utuntur in Conſtantinopoli & in Pera, quæ Galata antiquitus vocabatur.* Henricus de Knyghton an. 1385. *Dominus Baldewinus de Radinghton cepit duas taretas bene onuſtas.* Occurrit apud eundem anno 1389.

Tarrita. Thomas Walſinghamus an. 1386. *Ceperunt 5. naves magnas, & 6. tarritas refertas Januenſium multis bonis.* Pachymeres lib. 5. Hiſt. cap. 30. de iiſdem Genuenſibus, ἐν συστολιμαίοις τῷ μήκει ναυσὶν, ἃς ἐκεῖνοι Ταρίας λέγων, πλέοντες, *In contractæ longitudinis navibus navigantes.*

Terida, Territa. Charta an. 1281. deſcripta in Hiſtoria noſtra Gallo-Byzantina pag. 32. *Et volumus quod idem Dux & Commune Venetorum debeant armare 15. galeas, & ipſi Imperator & Rex 15. & 10. teridas, in quibus teridis habeant ipſi Imperator & Rex circa 300. equos & 300. homines ad arma*, &c. Statutum Honorii IV. PP. pro Regno Neapol. an. 1285. *Nullus Comes Baro, vel alius in regno prædicto compellatur ad territas, vel alia quæcunque vaßella propriis ſumptibus facienda. Teride*, non ſemel apud Raimundum Montanerium in Chronico Aragon. c. 109. 113. 119 & alibi.

Teretes. Albertinus Muſſatus lib. 5. de Geſtis Italicor. rubr. 2. *Ac inter eas onerarias naves una Venetorum miræ proceritatis, quam Teretem vocant.* Vide Statuta Venetorum lib. 6. cap. 68.

TARINGÆ, *Tarincæ*, Sudes ferreæ, Gallica lingua veteri. Paſſio S. Quintini: *Juſſit vocari fabrum ferrarium, præcipiens ei ut faceret duas ſudes ferreas, quæ Gallica lingua Taringæ vocantur, quibus B. Quintinus à cervice uſque ad crura transfigeretur.* Inventio ejuſdem S. Quintini: *Venerabilis igitur femina ſudes ferreas, quæ Gallica lingua Taringæ vocantur, quibus ſupra beatus Chriſti Martyr confixus fuiße dicitur, manentes adhuc in ejus corpore inveniens extraxit aliquas, & pro veneratione reliquiarum ſibi aßumpſit.* Paſſio SS. Fuſciani & Victorici: *Tunc Rictiovarus — juſſit naribus & auribus eorum tarincas immitti, & cum clavis candentibus capita eorum transfigi præcepit.*

TARMUS, *Vermes in carne*, in Gloſſ. Iſid. In Gloſſ. Lat. Gall. *Le ver qui naiſt du lart.* Italis *Tarma*, eſt blatta, tinea. Vide Orig. Italicas v. cl. Ægidii Menagii.

TARISUS. Vide Ordericum Vitalem lib. 8. pag. 700.

TARPETUM. Charta Tancredi Comitis Licii an. 1185. apud Ughellum to. 9. pag. 67. *Damus etiam licentiam conſtruendi tarpetum pro molendinis ſuis.* Neſcio an huc referri debeat locus Pachymeris lib. 11. Hiſt. cap. 15. Γενουῖται δὲ ἀνῆθον κατὰ Γενουίας βύτζους, καὶ τάρπας, καὶ ...ον ἀσφαλιζόμενοι κόνιαμ, &c.

TARRA. Vide *Torra.*

TARSICUS, Panni pretioſioris ſpecies. Viſitatio Theſaurariæ S. Pauli Londinenſis an. 1295. *Tunica & dalmatica de panno Indico Tarſico Beſantato de auro, — Tunica & dalmatica de quodam panno Tarſici coloris, tegulata, cum Beſantiis & arboribus de aureo filo contextis.* Alibi: *Caſula de panno Tarſico, Indici coloris*, &c. Ita autem appellatus, quod ex Regno *Tharſia* adveheretur, quod vicinum fuiſſe regnis *Cathaii* & *Turqueſtani* teſtantur Aithonus cap. 2. Sanutus lib. 3. part. 13.

cap. 15. & vetus Geographia, quæ habetur in Geſtis Dei per Francos to. 2. pag. 285. Scriptores alii inferioris ævi *Tarſos* vulgò cum *Tartaris* confundunt, ut vetus Chronicon Flandriæ cap. 98. Oronvillæus cap. 76. & Froiſſart. 1. vol. cap. 28. 4. vol. c. 74. Philippus *Mouskes* in S. Ludovico:

Adont fu la nouviele eſparſe,
Que tout li Tarſien de Tarſe
Furent iſſus de leur contrée,
Et orent Rouſie gaſtée.

TARTA, Placentæ ſpecies, Gallis *Tarte*. Charta Alienoræ Comitiſſæ S. Quintini an. 1103. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 13. ch. 1. *Debent etiam mihi unam tartam ſine farina ſingulis annis.* Joannes Ruellius lib. 2. de Natura ſtirpium cap. 15. *Tartum*, quaſi mutata priore litera *Fartum* dictum exiſtimat. Vide in *Paſtillarius*.

TARTABOISA. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromanduis: *In feſto S. Joannis debet Decanus 18. ſext. frumenti, & obolos 3. — & 6. humeros ſalſos, verrem, tartaboiſas, venationem, volatilia, carpeiam cum freſia.* Infra: *Quotiens habemus coſtam fartam, ſunt in coſta farta 24. fruſtra carnis, 24. gallinæ, &c. — In tartaboiſa 12. gallinæ, 20. ova.* Occurrit ibi ſemel adhuc & iterum.

TARTARINI, Tartari. Chronicon S. Medardi Sueſſion. an. 1240. *Quædam genera hominum qui vocantur à quibuſdam Tartarini, à quibuſdam verò Comani, à quibuſdam verò peritis creduntur eſſe Hiſmaelitæ, i. filii Iſmaelis quem habuit Abraham ex Agar ancilla ſuâ, quos David vocat Agarenos. Prædicti verò comedentes carnes hominum, beſtiarum, avium & ſerpentium, & ſugentes & bibentes ſanguinem, & parum panis & vini utentes, cum nimia multitudine & incredibili equitum & peditum tam virorum quam mulierum, Regna Bohemiæ, & Hungariæ, & Ducatum Poloniæ, & quaſdam alias terras maximas & optimas in illis partibus ſitas ferro & igne devaſtant, maximas & incredibiles cædes utrorumque ſexuum tam virorum quam mulierum facientes, nec alicui ſexui parcentes.* Joannes Molinetus Valentianenſis:

Monſtres hideux vivans ès Iſles
Des Indois & des Tartarins.

TARTARISCUS, ſpecies panni ex Tartaria advecti, vel operis Tartarici. Vetus Charta apud Rocchum Pirrum in Epiſcop. Agrigent. *Unam cappam de diaſpero auri ſamito, vel Tartariſco aureo de ſindone foderatam.* Monaſticum Anglic to. 3. part. 2. pag. 85. *Una penula de Tartarin blodio, pro capis.* Pag. 86. *Unum mantellum de laneo cum Tartarin blodio.* Ibidem: *Duplicatum cum Tartarin planket. Tartaron*, an. 4. Henrici VIII. cap. 6. apud Steph. Skinnerum in Etymologico Anglico. Areſtum Pariſ. 9. Maii 1320. *Item unam capellam de Tartarico rubeo, videlicet tunicam, dalmaticam*, &c.

TARTARON, Moneta ænea Græcanica, Græcis ipſis τεταρτηρὸν dicta, à Nicephoro Phoca Imperatore adinventa, ut authores ſunt Cedrenus pag. 658. 659. & Zonaras p. 162. Albertus Aq. lib. 8. c. 26. *Peregrinis verò & humili populo cujuſdam generis monetam, quam vocant Tartaron, ad ſuſtentationem vitæ ſæpius idem Imperator mittebat.* Fulcherius Carnot. l. 1. c. 4. *Juſſit Imperator de auro ſuo & argento atque palliis proceribus noſtris dari, & peditibus quoque fecit de nummis ſuis æneis, quos vocant Tartarones.* Ordericus Vital. lib. 10. *Imperator autem plurimas naves Tartaronibus onuſtas miſit.* Occurrit iterum apud eundem pag. ſeq. & apud Albertum Aquenſem lib. 1. cap. 16. lib. 2. cap. 16. Dicta videtur quaſi quadrans aſſis, aut alterius monetæ. Vide Diſſertationem noſtram de Imperatorum Conſtantinopolitanorum nummis.

TARTARUM, Joanni de Garlandia in Synonymis Chymicis, *ſcoria de dolio vini*, aridæ fæcis doliariæ cruſtula, vini fæx indurata, & doliis adhærens, Myrepſo ſect. 1. c. 76. Τάρταρον, noſtris *Tartre*, Italis *Raſina de botte*. Vide Bartholomæum Anglic. de Proprietatib. rerum lib. 15. cap. 99. Angelum Paleam in Antidotar. Meſuæ c. 259. & alios medicos.

TARUS, *Clava*, Ugutioni.

TASCA. Jo. de Janua: *Pera, ſacculus, qui Taſca vulgò vocatur*: Italis nempe. Vita S. Catharinæ Senenſis n. 128. *In regione illa taſcha parvus ſaccus vulgariter nominatur.* Dantes in Infer. cant. 17.

Che dal collo à ciaſcun pendeva una taſca.

Abbavillenſes etiamnum vocant Marſupium quod à cingulo *Majoris* pendet, *la taſſe du Majeur*: eſtque magiſtratus ſymbolum.

TASCA, *Taſchia*, Præſtatio agraria, *Agrarium*, *Campipars*. Vox in Chartis Occitanis & Provincialibus præſertim ſat frequens. Scribit Camdenus in Britannia p. 314. 3. edit. ſe vidiſſe nummos antiquos, quos ibi exhibet, cum equo abſque freno currente, & inſcriptione TASCIA: ex altera parte in medio nummo VER. & Davidem Povellum, eruditiſſimum antiquitatis indagatorem, *tributum verulamii*, (urbs eſt Britanniæ) interpretatum: *Taſc* enim tributum, *Taſcia*, denarium tributi, & *Taſcyd* præcipuum tributi Collectorem Britannicè ſonare: alios verò exiſtimare nūmos tributarios fuiſſe, qui in caput & agros impoſiti quotannis à Romanis exigebantur, quibus haud ſe reſtagari profitetur. Ita *Taſca* vox eſt Gallica vetus, quam pro præſtatione agraria poſtmodum uſurparunt noſtri. *Thaſca*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 78. Charta an 1065. *Petrus Raimoardus dedit unam modiatam de terra culta & inculta Deo & S. Mariæ cum taſca & decimâ.* Charta Bernardi Archiep. Arelat. an. 1135. in Tabulario Archiepiſcopatus Arelat. fol. 109. *Iſtius etiam prænominati honoris decimas atque taſchas ſine omni impedimento retinemus.* Alia an. 1107. in Tabulario Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Ep. fol. 10. *Et Morardus Ioutmacellus donavit taſcham Epiſcopo, & laudavit terram in manu jamdicti Epiſcopi — & taſcham de terra Roſſeti ſimiliter donavit.* Fol. 45. *Quædam verò pars* (manſi) *eſt de taſcha, & alia pars de decima.* Charta Gerardi Comitis Matiſcon. an. 1180. in Tabulario Cluniacenſi: *In nemore dicto Jou Comes & Monachi habent taſchias ſuas.* Infra: *Apud Domange habet Comes medietatem taſchiæ, & monachi aliam.* Charta Simonis Comitis Montisfortis an. 1211. pro Pezenacio, ex Regeſto Carcaſſonenſi: *Furnum, homines & feminas, & prædia urbana & ſuburbana, cum omnibus ædificiis ſuis, & ruſtica ſimiliter, & 4. taſchas & uſatica, & albergas*, &c. Infra: *Et inſulas, & nemora, & venationes, & devezia, & 4. taſchas terrarum, & paſcua, & paludes*, &c. Charta an. 1214. in 30 Regeſto Archivi Regii ch. 58. *Similiter liceat nobis libere emere vineas & alias poſſeſſiones, carterones vel taſcas ad uſum menſæ noſtræ, vel Canonicorum*, &c. Alia an. 1230. apud Petardum pag. 428. *Jure dictarum poſſeſſionum & terrarum, tam in taſchiis, ſeu terciis, quam in decimis dictis Abbati & Conventui — in perpetuum remanente.* Libertates conceſſæ Aquarum-Sextiarum Incolis à Beatrice Comitiſſa Provinciæ, menſ. Sept. 1245. *Salvis nobis penſionibus & cenſibus, & taſchis, quæ & quas percipimus in poſſeſſionibus aliquorum.* Compoſitio inter Carolum C. Provinciæ & Dominos Atcarum an. 1257. *Jura recipiendo, banna & juſtitias, & paſqueria, taſcas, in tenementis.* Charta an. 1289. *videlicet jus exſartandi abſque præſtatione taſchiæ, ac etiam laborandi & fuſterandi, & lenhairrandi, paſcendi & piſcandi.* Alia anni 1211. in Regeſto Carcaſſonenſi: *Inſulas & nemora, & venationes, & devezia, & 4. taſchas terrarum, & paſcua, & paludes.* Charta an. 1280. *Damus — medietatem totius partis noſtræ quam habemus in podio qui dicitur &c. in territorio civitatis Majoricarum, & tenetur per dominum Regem ad decimam & taſcham.* Tabularium Priorat. de Paredo fol. 16. *Natali Domini 4. panes, 2. ſpatulas, duas eſcors, paſtionem de porcos in ſilvis, & taſchiam de terra.* Fol. 34. *Et reddit — ſextarium vini, & 2. de avena, & taſchiam de fructibus.* Fol. 75. *Illam condominam — in qua duplam*

plam taſchiam habebant Monachi. Charta an. 1304. in 9. Regeſto Philippi Pulchri Reg. Franc. ch. 86. ex Tabulario Regio: *Illud agrarium ſive taſcam, quod & quam dictus Rex percipere conſuevit in 9. quartonatis terræ,* &c. Occurrit præterea in Synodo Nemauſenſi an. 1284. cap. de Pœnitentia: & in Concilio Avenionenſi an. 1326. c. 21. ubi vir doctus perperam repoſuit ad marginem *taxas*: ut apud v. cl. Dion. Salvaginum Boiſſium de Uſu Feudor. pag. 385. *Taſchas* etiamnum Hiſpani dicunt. Andreas Boſch *dels Titols de honor de Cathalunya* lib. 5. pag. 553. *Quant als delmes, primicies, y taſcas, goſat en eſpecial los de Cathalunya.* Vide Appendicem ad Capitul. Reg. Franc. n. 145. & Sammarthanos in Epiſcopis Maſſilienſib. n. 28.

Terræ taſcales, Taſcabiles, Taſcharum præſtationi obnoxiæ, in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 81. Charta Comitis Provinciæ an. 1252. *Defenſum, quod vocatur de Veſſano, ubi ſunt terræ taſchales & venationes.* Charta laudata an. 1306. *Item 15. ſextariatas terræ taſcabiles pro 5. ſextariis bladi communis ſingulis annis,* &c.

Taſcharia, Ager taſcæ obnoxius. Vetus Charta to. 7. Spicilegii Acher. p. 264. *Dono — illam partem taſchæ quam habeo vel habere debeo in prædiis cultis vel incultis, & jus & dominationem, quod vel quam habeo in ipſis prædiis, vel adverſus poſſeſſores prædiorum ratione taſchæ: quæ prædia ſunt infra taſchariam,* &c.

A *Taſcis* vel *Taſchiis* illis agrariis, Hiſpani vocem *Tacha*, uſurpant pro quolibet defectu in quavis re. Lex partidá 64. tit. 5. part. 5. *Tache, maldad, aviendo el ſierno que un home vendiſſe à otro,* &c. ut & Galli noſtri vocem *taſche* pro quavis macula aut labe, quod agri qui hujuſcemodi præſtationibus gravantur, inquinati & commaculati quodammodo ſint: tametſi promiſcuè ſumitur apud Poëtas & Scriptores vernaculos in utramque, malam ſcilicet, & crebrius in bonam partem, contra quam hodie. Philippus *Mouskes* in Philippo Auguſto:

Quar li Dus i ert de male teke.

Infra:

Godefrois de Condet fu Veſques,
Ki plains eſtoit de boines tequeſ.

Will. *Guiart* in Ludovico VIII.

Cis Marcomires proprement
Ou lors ot mainte bone teche,
Mua le nom de Lenteche.

Idem an 1205.

Cil qui ſont de hardies taches
Embatent le ſeu és eſtaches.

An. 1214.

Montmoranci, Rethel, Gamaches,
Et autres à hardies taches.

An. 1304.

Car gens à plains de bonne teche, &c.

Hiſtoria Franciæ MS. ex Bibl. Memmiana fol. 223. *Ingebor* (uxor Philippi Auguſti) *belle & bonne & ſainte Dame & religieuſe, & garnie de moult bonnes taches.* Hinc vox *Entechié*, in libro Inſcripto MS. *Le lignage de Coucy*, ubi de Odone Burgundo Comite Nivernenſi: *Et fut li plus riches homs qui en ſon temps allaſt aux armées ou Royaulme de France, de plus grand grace, & de plus grand renommée d'eſtre bien entechiez, & de bonne vie mener.* Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 190. *Yvrongne, ou entechié de aucun mauvais & vilain vice.* Robertus Bourronus in Hiſt. fabuloſa Merlini & Arthuri: *Et ſi a le plus preude feme & le plus affaitiè, & entechiè de toutes les millors teches qui ſoient.* Vide *Thaſchia.*

Quòd verò *Taſca* in hiſce locis dicitur, *macula* videtur appellari in Charta an. 1309. in 2. Regeſto Philippi Pulchri Regis Franc. n. 132. de quibuſdam ſervis: *Super capitagio, manumortua, maritagio, ſeu ſuper alia quacunque macula ſeu redibitione ſervili non moleſtabimus in futurum.*

TASCODROGITÆ, Heretici ita appellati à τασκὸς, quod illis *paxillum* ſonabat, & δρουγγος, *naſum*, quod inter orandum indicem digitum naſo apponerent, ut animi triſtitiam, & affectatam quandam ſanctitatem præ ſe ferrent. De his agunt Philaſtrius, Epiphanius, Auguſtinus de Hæreſib. & Lex 10. Cod. Th. de Hæret. ubi Jacobus Gotofredus.

TASSA, Taxa. *Taſſare*, Taxare. Vide Sanctuarium Capuanum pag. 602.

Taſſa. pro *Cumulus*. Vide *Taſſus*.

TASSALE. Matth. Paris an. 1239. *Taſſale verò S. Severini quod non erat in totum Abbatis terra Majoris Acerenſis, ibi jura habebat quæ tenebat in feudum ab ipſo Imperatore, per judicium fuit juſte deſtructum, quia* &c. Sed legendum *caſale*. Vide in hac voce.

TASSARE. Vide *Taſſus*.

TASSELLUS, Fimbria, ex Anglico *Taſſel*. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 21. *Dedit Eccleſiæ — duo dorſalia de pallio, & duas capas de pallio, cum taſſellis auro paratis.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Dedit etiam caſulam unam auro, taſſellis ac gemmis decoratam.* Mox: *Capam unam purpuream morſu & taſſellis cariſſimis redimitam.*

TASSEGIUM, Italis *Taſſeggio*. Statuta Venetor. an. 1242. lib. 5. c. 4. 5. *In Chartis illis quæ in illis taſſegiis tunc facta fuerint,* &c. Italica verſio habet, *Ineſſe carte, che ſaran fatte inquel mezzo,* &c.

TASSUS, *Taſſa*. Cumulus, ſeu ſtrues ariſtarum, vel fœni: Gallis *Tas*. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 3. §. 4. *Blada de cumulis & taſſis fractis.* Matth. Paris an. 1248. *Dum quemdam frumenti conſertum aggerem, quem vulgariter Taſſum appellamus, venalem æſtimans conſideraret, agger ille nutans & inordinatè compoſitus, ſubitò corruit ſuper eum.* Tabularium Lewenſis Prioratus: *Item omnes venient ad fœnum vertendum & colligendum ſine corredio; & ad portandum taſſum in curia cum corredio.* Neque alia notione

Taſſa in Magno Cuſtumario Monaſt. de Bello, apud Spelmannum. *Et debet falcare, ſpargere, vertere, cumulare, cariare in manerium domini, & ad taſſam furcare unam acram prati de prato domini.* Id eſt ad cumulum.

Taſſare, In ſtruem ordinare, meſſem vel ariſtas aut fœnum aggerere, Gallis *Taſſer, entaſſer, mettre en un tas*. Fleta lib. 2. c. 73. §. 9. *Foragium autem taſſari faciat & cooperire.* Adde c. 82. §. 1. Cuſtumarium Monaſt. de Bello: *Et inveniet etiam per totum autumnum unum hominem ad taſſandum blada domini in dicto manerio, dum blada domini ibi taſſanda fuerint.* Charta an. 1206. *Inveniet etiam prædictus Joannes & heredes ſui ſex homines de prædicto manerio de Preſton ad levandum & taſſandum fœnum noſtrum,* &c. Alia Charta Odonis Archiepiſc. Rotomagenſis an. 1266. *Coſtuma denarii & oboli, venda, ſervitia quadrigandi & taſſandi, bannum vini,* &c. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind*, pag. 190. *Item pro opere taſſandi in autumno 13. den.* &c. Charta alia ibidem, pag. 187. *Relaxaverunt tenentibus ſuis de Rokinge, videlicet falcationem, levationem, cariagium, & taſſationem prati.*

Intaſſare, eadem notione. Monaſtic. Anglicanum to. 1. pag. 116. *Ut ipſe & hæredes ſui, propriis operariis, & proprio cuſtu, faciant metere, & intaſſare decimam domini ſui de Kynemerſordo.*

Attaſſare, idem quod *Taſſare*. Charta Nivelonis Epiſcopi Sueſſion. an. 1190. in Tabulario Monaſterii S. Criſpini in Cavea: *Illud etiam ſciendum eſt quod trituratores decimæ partem ſuam foragii ſupra menſuram ſuam ante oſtium Monaſterii portabunt & attaſſabunt: ſi vero trituratores decimæ forragium præfati Petri ad prædictam menſuram portare & attaſſare noluerint, licebit eis flagella ſine foriſfacto capere & tenere quouſque eis ſatisfecerint.*

TATA, Nutritius, Pædagogus. Michaël Ducas in Hiſt. Byzant. cap. 35. Τί οὖν τῷ δουλῷ (ὡς εἴωθε) καὶ τὴν ἡμετέραν γλῶτταν, τατᾶ, ὅτι, παιδάγωγε, &c. Thwroc-

zius part. 1. Hiſt. Hungar. cap. 10. *Cujus quidem Monaſterii nomen pro eo Tata appellatur, quia cum Beatus Rex Stephanus ipſius* (Deodati) *nomen ob reverentiam non exprimeret, ſed eum Tata appellaret, abolitum eſt nomen Deodati, & Tata extitit vocatus: unde etiam ipſum Monaſterium taliter eſt vocatum.* Bonſinius vernacula Italorum, Ritius Hungarorum lingua, *patrem* ſignificare aiunt. Utuntur Martialis lib. 1. Epigram. 101. & alii. Occurrit etiam in veteri Inſcriptione.

Tata Palatii, Τάτας τῆς αὐλῆς, Officium Palatinum apud Byzantinos Imperatores: cujuſmodi verò ejus fuerit munus, incertum, ut teſtatur Codinus de Offic. Hujus mentio eſt apud Pachymerem lib. 4. cap. 29. lib. 6. cap. 31. Τατᾶ τῆς αὐλῆς, dicitur Matthæo Monacho de Offic. Palatii CP. Anonymo verò ex Bibliotheca Mazarina, Τὰν τῆς αὐλῆς, ſed utrique metri cauſa.

TAU, & *Than*, Crux, veteribus Gallis: hinc *Tau Gallicum* apud Virgilium in Priapeis, Quintilianum lib. 8. Inſt. Orat. & Auſonium Idyll. 5. Gregorius Tur. l. 5. Hiſt. c. 5. *Tunc etiam in ſubita contemplatione parietes & domorum & Eccleſiarum ſignari videbantur, unde à ruſticis hac ſcriptio Than vocabatur.* Extat in Tabulario Andegav. Charta Capituli Canonicorum S. Laudi, qua teneri ſe ii aiunt ad excipiendum Comitem Andegavenſem, uxorem, & liberos quoties ad dictam Eccleſiam venerint, *cum textu, turibulo, & aqua benedicta, tradendo dicto Comiti ſimiliter in dicta receptione Than eboreum, quod Fulco Rex Hieruſalem Comes dictæ Eccleſiæ dedit, quod habuit à Soldano Babylonia, quando Chriſtus in Regem Hieruſalem ipſum Fulconem ſublimavit. Ego verò Guido de Athenis cum toto Capitulo Eccleſiæ & Clericis pluries Comitem Andegavenſem ita recepi, & ideo dictus Fulco Rex dictum Than Eccleſiæ noſtræ dedit, ut nos ita Comitem reciperemus.* Huc pertinet, ut opinor, ſubſcriptio in Charta Edgari Regis Angliæ, apud Seldenum ad Eadmerum pag. 159. *Ego Eadgifu prædicti Regis Ava hoc opus egregium crucis taumate conſolidavi.* Et alia in Charta Ethelredi Regis an. 988. in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 121. *Ego Oſwaldus Eboracenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Crucis taumate annotavi.* Vide Roſweidum ad Epiſtolam 2. Paulini Nolani.

TAUDREGIL, *Taudragil*, *Athaudregil*. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 12. *Si quis aliquem plagaverit, ut exinde claudus fiat, ſic ut pes ejus ros tangat, quod Taudregil vocant*, &c. Edit. Heroldi *Athaudregil* habet. Lex verò Alaman. tit. 65. §. 31. *Taudragil.*

TAVEGA, in Uſaticis Barcinonenſibus. Locum vide in *Eſcaſſa.*

TAVERNICA, *Tavernicalia*, *Thauernica*, Hungaris, judicia dicuntur de liberarum civitatum controverſiis, quæ remitti ſolent ad perſonalem Præfectum, qui *Magiſter Tavernicorum Regalium* dicitur in Charta an. 1308. apud Odoricum Raynaldum n. 24. & in Decretis Ludov. Regis Hungariæ an. 1351. & Sigiſmundi Regis an. 1435. apud Thomam Archid. in Hiſt. Salonitana cap. 39. & in Hiſt. Cortuſiorum lib. 11. c. 12. ubi perperam editum *Chavernicorum.* Idem etiam

Tavernicus appellatur à Rogerio de Deſtruct. Hungariæ per Tartaros cap. 10. *Qui autem potentiores erant, ſicut Tavernicus, qui & Camerarius dicitur*, &c.

Domus tavernicalis. Thwroczius ſub finem Hiſtoriæ: *Domus Tavernicalis & menſa Regis hujus, tantis ornatibus & clenodiis, tantis apparatibus, tantiſque aureis & argenteis nitet vaſis & poculis, ut nullus Regum Hungariæ in his rebus tam glorioſus fuiſſe credatur.*

TAVILUS *operis*, qui aliàs *Operarius* dicitur. Vide to. 9. Spicilegii Acheriani p. 141.

TAUMA. Vide *Tau.*

TAUREÆ, Flagella ex boum ſeu taurorum coriis. Salvianus lib. 8 de Gubern. Dei: *Deteſtantibus ridentium ſibilis, quaſi taureis cædebantur.*

Taurea, Ταυρεία, ſpecies tubæ quæ mugitum tauri quodammodo edebat, qua exercituum motus ſignificabantur: eſt enim ταυρεία, Suidæ φωνὴ τοῦ ταύρου. Ita vocem uſurpant Leo in Tacticis cap. 7. §. 31. 68. & Mauricius 1. Strateg. cap. 19. Meurſius perperam, ni fallor, tympanum ex pelle taurina interpretatur. Statius lib. 3. Thebaïd.

> —— *Tunc plurima buxus*
> *Æraque taurinos ſonitu vincentia pulſus.*

TAUROBOLIARE, Magnæ Deum matri *taurobolium*, ſeu boum ſacrificium facere, de quo veteres paſſim Inſcriptiones. Lampridius in Heliogabalo: *Matris etiam Deum ſacra accepit, & tauroboliatus eſt, ut typum eriperet.* De Taurobolio, vide Turnebum lib. 27. Adverſ. cap. 21. Lud. de la Cerda in Adverſ. Sacr. cap. 60. n. 4. Voſſium lib. 2. de Idololatriæ ortu & progreſſu cap. 52. & 53. &c.

TAURUS *qui gregem regit & nunquam victus fuit*, in pacto Legis Salicæ tit. 3. §. 8. ubi Lex Salica habet *junctus.* Idem Pactus §. 9. *Si quis taurum furaverit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit*, &c. Vide *Treſpellio.* Rurſum in eodem pacto Legis Salicæ §. 10. *Si quis taurum Regis furaverit*, &c. Id eſt taurum, qui cum aliis tauris jungitur currui Regio, uti interpretatur Wendelinus. Reges autem noſtros boves vel tauros curribus ſuis junxiſſe, docet in primis Eginhardus in Vita Caroli M. initio: *Quocumque eundum erat, carpento ibat, quod bubus junctis, & bubulco, ruſtico more agente trahebatur.*

Tauri liberi libertas. Charta Walteri *de Gant* Comitis, apud Edw. Biſſeum in Notis ad Uptonum pag. 86. *Cum — libertate faldiæ, liberi tauri, & liberi apri, & cum duobus molendinis*, &c. Ubi *liberum taurum*, bannalem interpretor, vel quomodo accipitur in Foris Bigorrenſibus art. 11. 12. *Melior villæ Miles verrem habeat, & Monaſterium, per pacem ſecurum, non vi incluſum. Sed ſi in damno fuerit inventus, ſolute abjiciatur. — Idem dicimus de Militum & Monaſteriorum tauro, & aſceſſore equarum equo.*

Taurus, Maritus. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 77. *Si pater ſit liber, & mater ancilla, pro libero reddatur occiſus: — videtur autem matris ejus cujuſcunque taurus alluſerit.* Ubi alii codd. habent, *matris eſt cujuſcunque*, &c.

Tauri ingrates. Thwroczius in Andrea Rege Hungariæ cap. 43. *Miſit Cæſari 50. corpora immenſorum buſonum, & duo millia lardorum, mille tauros ingrates.* i. incraſſatos, Gallis, *en graiſſe*, vel *engraiſſez.*

TAUTO. Gloſſæ Iſonis Magiſtri in Prudentium: *Setas vocat cilios, quos nos etiam Tautones propriè vocamus.* Ita etiam in cod. MS. Bibl. S. Germani Pariſ.

TAXAMENTUM. Vide *Tenſamentum.*

TAXARE, *Taxatio*, *taxa.* Papias: *Taxare dicitur æſtimatio re: tractum ab emptoribus qui taxatione pretii tandem ſuas voluntates colligunt. Taxat, ponderat, nominat, æſtimat, tangit. Taxatio, æſtimatio, deliberatio, nominatio.* Ugutio: *Taxare, numerare, firmare, licitari, imponere pretium rei quæ venditur, æſtimare, addere vel diminuere pretium rei quæ venditur.* Gloſſ. Lat. Gr. *Taxatio*, ποίνη. *Taxamus*, ὁρίζομεν. *Pretio taxare*, apud Siculum Flaccum. *Secundum bonitatem* agrum *taxare*, apud eundem. Charta Eadredi Regis Angl. to. 1. Monaſt. Anglicani pag. 169. *Pro damnis & expenſis per eos ſibi factis vel illatis, taxandis per juramenta 4. vel 5. hominum fidedignorum*, &c. Utuntur Plinius lib. 17. cap. 1. Lex 3. D. ad Exhibend. l. 9. Cod. de Excuſat. muner. &c.

Taxatio, Pretium, æſtimatio. Vita S. Machuti Epiſcopi cap. 14. *Eique mox villam quamdam non parvi redditus & taxationis ad metatum & commanendum ex integro delegavit.*

Taxator, *æſtimator*, in Gloſſis MSS. Regiis.

Taxare, Nominare, appellare, dicere. Abbo in Præfat. lib. 1. de Bellis Pariſiac. *Cæterum tam tua, quam reliquorum quidem lectorum almæ caritati non iſtud metricè complecti volumen quod vates taxet, notum fore molior.*

Ubi pro Gloſſa ad marginem habetur, *nominer*. Et initio lib. 1. — *Pariſinſque novo taxaris ab orbe.*

Item pro *ſcribere*. Facundus Hermianenſis lib. 4. cap. 1. *Legens literas à veſtra Reverentia miſſas, cognovi nomen Joannis in ſacris diptychis ſcriptum. Interrogans autem inde venientes, cognovi non in ordine Laïcorum, ſed in Epiſcoporum taxari.* S. Eulogius lib. 3. Memorial. SS. c. 6. *Et alibi taxatum eſt*, i. ſcriptum, dictum eſt. Alcuinus de Divin. offic. *Deinceps verò à cuſtodibus omni lumine decoretur Eccleſia, & ſicut iſto die taxavimus, ita & Feria ſexta atque Sabbato.* Carolus M. de Cultu Imaginum lib. 1. c. 6. *Antequam diſcutiendorum teſtimoniorum, quæ abſurde Orientales in ſua Synodo taxaverunt, ſilvam ingrediamur*, &c. Id eſt, ſcripſerunt. Eadem notione uſurpat cap. 11. initio: *Sed & omnis illa Synodus, quæ & in pluribus ſomnianti ad ſenſum præbuit, quæ non ſolum dicenti reſiſtit, ſed etiam dicta in volumine taxavit.* Ubi tamen Tilius editor *taxare*, pro *texere*, contexere, dictum putat. Flodoardus lib. 1. cap. 21. *Transfertur ad villam ipſius ſupra taxatam, nomine Sparnacum.* Ita lib. 3. cap. 11. *Elegit — ſupratàxatos Epiſcopos*, i. ſupradictos, nominatos. Vide Regulam Magiſtri cap. 7. & Chartas Alamannicas Goldaſti c. 39.

Taxari, Haberi, cenſeri; quomodo *taxari inter vicarios*, dixit lex un. Cod. Th. de Comitib. & archiatr.

Taxa, Exactio, impoſitio, certum *pretium*, ſeu certa pecuniæ quantitas per vim exacta: noſtris *Taxe*, Italis, *Taſſa, impoſitione ò compoſitione di danari da pagarſi*. Charta Ricardi II. Regis Angl. to. 1. Monaſt. Anglic. p. 538. *Impoſitiones, contributiones, taxæ, quotæ, tallagia, vel auxilia*, &c. Thomas Walſinghamus pag. 143. *Eo quod toties non tam aporiaſſent quam diſpoliaſſent patriam diverſis taxis, quas Gabelas appellant*, &c. *Taxas levare*, pag. 248.

Taxare, *Taxam* imponere. Thomas Walſingh. pag. 244. *Quapropter ſcirent procul dubio plebem nullatenus velle vel taxari, vel taxationibus acquieſcere*, &c.

Taxati, Milites ſtipendiarii, qui *taxam*, ſeu ſtipendium excipiunt, quomodo *Recevoir taxe* dicimus. Hiſt. Miſcella lib. 20. pag. 616. *Acie Arabes in Africam motâ, hanc obtinuerunt, & ex proprio exercitu Taxatos in ea quoſdam conſtituerunt.* Pag. 634. *Electis ex proprio ſtolo velocibus ſcaphis miſit Taxatos ex Themate Obſiciano*, &c. Adde pag. 637. 640. 763. &c. Vita S. Symeonis Mirabilis montis: Ὄντος δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐν τοῖς Ταξάταις, ταξάτου τῶν ἀγαρηνῶν καθίσαντος εἰς τὸν ἀνδραποδισμόν. Theophanes pag. 410. Ἦσαν γὰρ καὶ τῶν λοιπῶν θεμάτων ταξᾶται ἔρχοντες ἐν ὀλίγοις. Adde eumdem in Theodoſio, & alibi. & Conſtantinum in Baſilio Macedone c. 49.

Taxatio, Præſidium, ſedes *taxatorum*. Hiſt. Miſcella: *Quod formidantes prælium & taxationem tumultuarent.* Theophanes in Conſtantino: Καὶ ἐκ τῶν οἰκείων σπαθῶν ταξάτων ἐν αὐτῷ κατέστησε. Cedrenus in Leontio an. 3. Καὶ κατάλαβον ταξάτων ἴδιον, τῷ βασιλεῖ ἅμα ἐδίδοσαν. Ταξατίων verò idem ne ſit quod ταξατοί, vide Meurſi, & Fabroti ad Cedren. Gloſſaria.

TAXEA, Gallis, Laridum, ſeu lardum. Ita Iſidorus lib. 20. Orig. c. 2. & Papias.

TAXELLUS, pro *teſſellus*, Teſſellatum opus. Anaſtaſius Bibl. in verſione Concilii Nicæni II. *Sanctas imagines proponendas tam de coloribus, & taxellis, quàm ex alia materia.*

TAXEMA. Petrus Damianus lib. 6. Epiſt. 26. *Quanti ſal veneat, utrum annona modium taxemà carius vendat.* Vide *Taxare*.

TAXEOTÆ, Apparitores Principum, Magiſtratuum, &c. Gloſſ. Gr. Lat. Ταξεώτης, *apparitor, officialis*. Papias: *Taxeota, id eſt officioſus*; ſeu officialis. Ταξεῶται, apud Palladium in Hiſt. Lauſiaca cap. 65. 67. Codinum in Origin. CP. Lambecianis p. 20. 56.

TAXILLI, Luſoriæ teſſeræ, *Dez*. *Taxillorum luſores*, in Conſuet. Siculis lib. 1. tit. 50.

TAXO. Charta Ludovici VII. an. 1058. in Regeſto Philippi Auguſti Herouvalliano pag. 78. *Caſtrum Regii juris eſt, & ſi vacaverit ſedes* (Laudunenſis) *in vindemiis, vinum de taxone, de talliis, & vinagium quod per pagum colligitur.*

TAXTA, vel *taſta*, Inſtrumentum vulnerum profunditati explorandæ inventum, Italis *Taſto*, noſtris *Sonde*. Acta S. Herculani Epiſcopi & Mart. n. 28. *Quantum plus ei* (mamillæ fiſtulatæ) *aliquis medicabatur, tanto plus pejorabat, & in tantum ſuccreverat, quod coſtam pectoris jam taxta tangebat.*

TEAM. Vide *Theam*.

TEBENNUM, Veſtis Senatoria; Τήβεννα, Eunapio in Juliano. Heſychius: Τήβεννος, ἱμάτιον ἐπικόρπιον παρὰ Ῥωμαίοις. Tebenna in Gloſſ. vett. *Toga*, τήβεννα. & Themiſtio orat. 14. p. 318. Gloſſæ Lat. Gr. *Togato*, τηβεννοφόρος. Gloſſæ Gr. Lat. τήβεννος, *toga, trabea*. Julianus Anteceſſor Conſtit. 96. de Officio Proconſulis: *Indicatur autem & tebennum* (*id eſt aliquod genus veſtimenti*) *in feſtis diebus.*

TECHA. Simeon Dunelmenſis an. 1144. *Cerneres alios eculeis diſtendi, alios per verenda ſurſum trahi, alios techis parviſſimis lapidibus ſubſtratis includi, & penè quaſſari.* Thecis legendum putat Somnerus.

TECLATURA. Vide *Theclatura*.

TECTAMENTUM, ἐπίβλημα. In Gloſſ. Gr. Lat.

TECTOR, in Gloſſis, κονιάτης, ut *Tectorium*, κονίαμα. Eſt autem *tector*, qui *tectorium* inducit, *dealbator*. *Albarius tector*, apud Tertullianum de Idololatria. Vide Cujacium lib. 10. Obſervat. cap. 9. & ad l. 1. Cod. de Excuſat. artific. lib. 10. & JC.

TECTORA, pro *tectum*, Ædes, enuntiatione Longobardica. Charta Longobardica in Bullario Caſinenſi to. 2. p. 9. *In primis caſam ipſam domocultilem meam, & omnes tectoras infra ipſam terminationem meam, ſclandoticias vel pallearicias, cum ſtabulo meo ſeu molino ad ipſam curtem pertinentem*, &c. Infra: *Cum caſas & omnes tectoras*, &c.

Tectoratus, *Tecto coopertus*, in Gloſſis antiquis MSS. *Tectoriatus*, apud Papiam: *Tectonatui*, in Gloſſis Reg. cod. 1018.

TECTUM. Super *Tectum pro ſanitate febris filium ponere*, Superſtitio damnata in veteri Pœnitent. MS. Huc fortè ſpectant hæc ex Papia, & ex Gloſſis Iſidori: *Tegellaria, maleficia, eo quod ſupra tegulas ſacrificent.*

Tectum & focum hoſpiti negare; vetitum in Lege Burgund. tit. 38. §. 1. & 9. Ita *tectum præſtare*, leg. 1. §. 19. D. de Ventre in poſſeſſ. mitt. *Agro tectoque ſuſcipere*, l. 5. Cod. Th. de Deſertor. Germanorum & Celtarum hoſpitalitatem commendant paſſim Scriptores apud Cluverium l. 1. German. antiq. c. 19. & Lindenborgium.

TECUARIUM. Vide *Tegurium*.

TEDAS *foribus appendere*. Synodus Colonienſis an. 1300. c. 10. *Quia verò nonnulli, ut intelleximus, tedas & litteras annexas ante portas & jannas aliquorum religioſorum, & grangias eorum ſuſpendere non formidant, in quibus incendia, homicidia, & alia damna & maleficia ſe illaturos eis, ante quorum dictas litteras & tedas ſuſpendunt, inferre publicè comminantur, niſi intra certum terminum eiſdem malefactoribus aliqua pecuniæ ſumma pro ipſorum arbitrio perſolvatur*, &c.

Teda. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 108. *Debet — per vindemias 2. circulos plicatos ad tinam, & 5. trainas, & 1. faſcum de teda*, &c.

TEDINGPENY. Vide *Tethingpeny*.

TEGA. Anaſtaſius in Hormiſda PP. *Gabata electrina penſ. lib. 2. tegas cerei aureas 2. penſ. ſing. libr. 6*, &c. Ita quidam codd. ubi alii habent *thecas cyrei*. Fortè *tedas* legendum, ut fuerunt cerei fictitii aurei.

TEGIA, *Fides, coopertura*. Papias MS. & edit.

TEGNIO, *malarum artium*, in Gloſſis antiquis MSS. ex Gr. τέχνη, ars, fraus. Vide *Thaynus*.

TEGNON, ex Gr. Τέκνον, Filius. Paſſio SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Et dixit mihi, Bene veniſti, tegnon.*

TEGORIUM, *Tegurium*, *Tigurium*, Locus ſecluſus ac ſupernè tectus, à *tegere*, voce deducta: niſi idem ſit quod *tugurium*. Gloſſæ Antiquæ MSS. *tegurium, caſa à tegendo dicta*. Gloſſæ Iſidori & Pithœanæ: *Gumma*, Te-

gorium. Ubi pro *gumma* fortè legendum *calumma*, ex Gr. κάλυμμα. Adamnanus lib. 1. de Locis ſanctis c. 2. *In medio ſpatio hujus interioris rotunda domus, rotundum ineſt in una eademque petra exciſum tegorium, in quo poſſunt ter terni homines ſtantes orare*. Al. *tegurium*. Infra: *Hujus tegorioli introitus ad Orientem reſpicit*, &c. Occurrit ibi pluries *tegorii* vox. Et cap. 3. 4.

Tegurium. Anaſtaſius Biblioth. in S. Symmacho PP. *Hic fecit Baſilicam S. Andreæ Apoſtoli apud B. Petrum Apoſtolum, ubi fecit tigurium ex argento, & Confeſſionem penſ. libr*. 120. Infra: *Ubi & ſuper altare tigurium argenteum fecit*. In Sergio PP. pag. 62. & 245. *Hic fecit ambonem & tegurium in baſilica SS. Coſmæ & Damiani*. Mox: *Hic tegurium baſilicæ S. Suſannæ, quod antè ligneum fuerat, ex marmore fecit*. Ita quidam codd. ubi editus habet *ciburium*, & *ciborium*, quod unum idemque ſonat: nam *tegimen*, & *umbraculum* Ciborium appellat Ordo Romanus, quod altare tegat. Gloſſ. Lat. Gr. *Tegimentum*, σκέπασμα, κάλυμμα, σκέπασμα. Atque hac notione eadem vox capienda in Capitul. 3. an. 789. c. 17. *Ut ſuper altaria teguria fiant, vel laquearia*. Ubi quidam codd. habent *tecuaria*. Vide Deſcriptionem noſtram ædis Sophianæ, ubi de Ciborio.

TEGULARIA, *Malefica, dicta quod ſuper tegulas ſacrificet*. Gloſſæ Antiquæ MSS. & Papias. Vide *Tectum*.

TEGUS, ἡμίπηχυ χοίρου, in Gloſſ. Græc. Lat. Infra: ἡμίχοιρ., *Tegus*.

TE IGITUR, Prima pars Canonis qui in Miſſa legitur, & dicitur poſt hymnum Angelicum. Autor Micrologi cap. 23. *Canon, juxta Romanam auctoritatem eſt iſte, Te igitur clementiſſime Pater*, &c. Capitularia Caroli M. lib. 6. cap. 170. *Poſt Angelicum hymnum, Te igitur inchoent Sacerdotes*, &c. Vide Steph. Durantum de Ritibus Eccleſ. lib. 2. cap. 33. n. 1. 2. & ſupra in *Jurare ſuper Te igitur*.

TEIN. Vide *Thainus*.

TEISIA, *Teiſia*. Pertica ſeu menſura ſex pedum, apud nos; vulgò *Toiſe*: de qua Conſuetudo Burbon. art. 302. & Marchenſis art. 215. Adde Aurelianenſem art. 211. & veteres Conſuetudines editas à Thomaſſerio c. 112. Tabularium Follatenſe: *Abbas convenit cum Granchiario de una domo ibidem facienda, quæ habebit 8. teiſias longitudinis, & 3. pignacula & jotarium per totum*, &c. Libertates villæ Gagiacenſis in Ducatu Burgundiæ an. 1266. apud Perardum: *Pro qualibet teiſa cujuſlibet domus dictæ villæ, nos & ſucceſſores noſtri habere debemus 4. denarios Viennenſes cenſuales, ſolvendos annuatim in feſto B. Michaelis, ex illa parte videlicet in qua eſt ingreſſus principalis, & egreſſus*. Idem ferme habetur in Chartis libertatum villæ Baugiaci an. 1250. & Jalleronis an. 1283. apud Guichenonum in Hiſt. Sebuſiana pag. 63. 106. ex quibus conſtat non ſuperam eſſe præſtationem, quam noſtri vocant *le toise des maiſons*. Vide *Teiſa*.

TEITHI, Menſtrua mulierum, vox Wallica, in Legibus Hoeli Boni cap. 13.

TELARIUM. Ceremoniale Epiſc. lib. 1. c. 2. *Eaque* (Pallia) *ſectu quadrata ſintque ligneis munita, quæ Telaria vocant, ne rugoſa aut ſinuoſa — conſpiciantur*. Fortè *velaria*.

TELARIUS. Vide *Extelarius*.

TELEOPORPHYRUS, Totus ex purpura, ex Gr. τελεοπόρφυρος. Charta donationis Eccleſiæ Cornutianæ factæ, edita à Suareſio: *Item maforiem e teleoporphyro tramoſericum opus marinum*.

TELIA. Modus agri, aut vineæ. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol. 9. *Dedit Deo & huic loco campum unum quem appellant unam teliam in villa Depriſe al Moncel*, &c. Fol. 13. *Quidam homo nomine Gavannus dedit Deo & huic loco in villa Votauro unam teliam mediam, quæ eſt ſubtus Capella S. Sulpitii*. Fol. 25. *Item terræ portionem — quam dicunt Teliam. Item aliam teliam in medias combas, ſemita per medium exeunte*. Fol 53. *In eadem villa duas telias de terra, quæ ſitæ ſunt juxta 2. vias*, &c. Charta Prioratus Beldævallis in Comitatu Vaudanimontis an 1566. *Item une theille de prey au ban dudit Gelanconrt*. Paſſim ibi.

TELLIGRAPHA, dicuntur, quæ aliis *Documenta*, ſeu inſtrumenta chartarum, Anglis *Evidentiæ*, quod rem evidentem reddant. Ex Saxonico, fortè, Tellan, dicere, loqui, narrare. Concilium Cloveshovienſe an. 800. *Tandem Cenulfus Rex ſera ductus pœnitentia, telligraphia, id eſt libellos quos à ſupradictis hominibus Vribeh & Oſberto injuſte perceperat, cum magna pecunia Eccleſiæ Chriſti in Dorobernia remiſit*. Concilium Celichytenſe an 816. cap. 6. *Tamen ſerventur libri primordiales cum aliis telligrafis, ne in poſterum aliquod ſcrupulum contradictionis immittere conentur*.

TELOCIUM. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 57. *Tandem ingenio reperto aptaverunt ex fuſtibus quoddam telocium, ea ſcilicet ratione, ut ſi ad præcedentem ſe mittere tentaret, poſterior eum retrorſum attraheret*, &c. Mox *Tolocium* ſcribitur. Sed videtur legendum *Telonion*. Ugutio: *Telon Græcè dicitur longum, unde telo, onis. Telonem hortolani vocant lignum quo hauriuntur aqua, Hiſpani Ciconiam dicunt*. Ita etiam Papias. Vide *Ciconia*. *Toloneum*.

TELON, *Teloneum, Tolonium, Toll, Tolnetum*, &c. *Tributum de mercibus marinis circa littus acceptum*, Ugutioni. Gloſſæ vett. *Teloneum, quaſi omnium littorum fiſcalis conductio*. Ita emendandum apud Iſid. in Gloſſ. ex Gr. τέλος, & τελώνιον. Heſychius: Τέλος, τὸ καταβαλλόμενον τοῖς τελώναις. Gloſſæ vett. *Portorium*, τελώνιον. *Portitor*, τελώνης.

Teloneum, *Telonium*, vox paſſim obvia.

Theloneus, cum aſpiratione poſt T. Capitula ad Leg. Salicam cap. 1. §. 18. *Theloneus aut ceſpus non exigatur à quolibet*, &c. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 27. §. 1. *Valvarum, pontium, ſive aquarum thelonium*. §. 2. *Theloneum forenſe*; quod ex foro exſolvitur. Paſſim etiam.

Tholoneum, in Capitul Caroli M. lib. 1. c. 19. lib. 3. c. 12. 54. lib. 4. c. 31. Unde noſtrum *Tonlieu*.

Tollonium, pro *Telonium*, in Monaſtico Anglic. to. 2. p. 190. *Ut nec tollonium, nec ſtallagium reddant*.

Telon. Simeon Dunelmenſis an. 884. *Marinus Papa ſcholam Saxonum in Roma morantium — ab omni tributo & telone liberavit*. Vide eundem an. 1031.

Tello, *Telloneus*, apud Chrodegangum in Regula Canonicorum Metenſium cap. 29.

Teloneum, Locus in quo *telonearius* ſuas ex teloneis coactas pecunias aſſervat. Liber de Miraculis & tranſitu S. Nicolai Myrenſ. *Erat autem ipſe telonearius. Quadam autem die poſuit ipſam iconam ante teloneum ſuum, ubi erant omnia quæcumque habebat, aurum & argentum, vel veſtes*, &c. Occurrit ibi non ſemel. Papias: *Teloneum, dicitur ubi merces navium, & nautarum emolumenta redduntur: ibi enim vectigalis exactor ſedet pretium rebus impoſiturus, & voce à mercatoribus flagitans*.

Thelon. Papias: *Thelon, Græcè & Latinè vectigal interpretatur*. Florentius Wigorn. an. 1041. *Ut Scholam Anglorum ab omni tributo & thelone liberaret impetravit*.

Telonarius Telonearius. Portitor, τελώνης. W. Brito: *Telonearius dicitur qui exigit tributum*. Gloſſarium Lat. Gall. *Telonarius, Changeur, ou qui reçoit truage*. Lex 3. Cod. Theod. de Indulg. debit. *Conductores diverſorum portuum & vectigalium, publicani etiam ac telonarii*, &c. Concilium Matiſcon. I. c. 13. *Ne Judæi Chriſtianis populis judices deputentur, aut telonarii eſſe permittantur*. Adrevaldus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 19. *Ad urbem pervenit Aurelianam, ibique à Telonariis civitatis detenta, (nave) rector navis, vectigalis gratia quæſtioni ſubjicitur*. Matth. Paris an. 1247. *Fratres Minores & Prædicatores, quos, ut credimus, invitos jam ſuos fecit dominus Papa, non ſine ordinis eorum læſione & ſcandalo, teloniarios & bedellos* Occurrit præterea in Lege Wiſigoth. lib. 12. tit. 3. §. 2. In Le-

gibus Ladiſlai Regis Hungar. lib. 2. cap. 7. &c. Magnum Tabularium Corbeienſe: *Item tous les tonlius des denrées c'on vent & acate à Corbie eſt ſiens, (à l'Abbé) car il eſt tonloiers de ledite ville.* Ubi *Telonarius* dicitur is ad quem *teloneum* ipſum pertinet.

Thelonitarius, vel *Thelonarius*, in Legibus Colomani Regis Hungariæ lib. 1. extremo: *Egreſſuri de Hungaria Thelonariis tam Regis, quam Comitis, qui exitus tenent, ſigillum quærant pro Thelonitariis, quod Thelonitarius Regis ab una parte cum ſigillo comprimat, ab altera parte Thelonarius figuram Comitis ſui concludat.* In Gloſſis Gr. Lat. lego τελώνιον, *vectigal, telonatum, mancipatum*. Ita cod. MS.

Toloniarius, Dignitas Palatina apud Reges noſtros; qui regni omnibus portitoribus præerat, & ab ipſis *Portoria* recipiebat. Hincmarus Remenſis Opuſc. 35. *Non ſolum eorum querela, quorum cauſæque ad alium tractatum diffinienda remanſit, verum & quæ, ut dixi, in Domini Regis præſentia electorum judicum ſententia diffinita fuerunt, ſine Metropolitani conſcientia, ſineque Canonico & Epiſcopali judicio, per judices ſeculares Helmigarium ſcilicet Mercati Palatii Toloniarium, & Flothatium ac Urſionem villarum Regiarum Majores, refricarentur contra Canones*, &c. Cellotius in Concilio Duſienſi habet *Teloneariumm*. Vide Alcuinum Epiſt. 74.

Toll, vel *Tolu*, *Tolonium*, Anglis *Toloneum*, ab eodem fonte quo *Teloneum*; noſtris *Tonlieu*. Propriè verò Fletæ lib. 1. c. 47. §. 8. *eſt acquietantia telonii ubique in Regno:* Cowello, *regale privilegium, quo qui fruitur, immunis eſt a gabellis:* Willelmo Thorn, *Hoc eſt quod vos & homines veſtri de toto homagio & ſervitio veſtro ſitis quieti in omnibus mercatis de tolneto de rebus emptis & venditis.* Leges Edwardi Confeſſ. cap. 24. *Thol, quod nos dicimus Tolonium, eſt ſcilicet quod habeat libertatem vendendi & emendendi in terra ſua.* Atque hac notione uſurpatur in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 15. 16. 156. to. 2. pag. 190. 191. 300. & apud Bractonum pag. 424.

Tholneum, eadem notione to. 1. Monaſt. Anglic. pag. 767.

Tolnetum, idem quod *Teloneum*. Lexicon Cambro-Britannicum: *Toll*, telonium exigere. Vox verò *Tolnetum* occurrit non ſemel in Chartis Anglicis to. 1. Monaſtici Anglicani pag. 156. 321. 322 324. to. 2. pag. 55. 190. 191. 349. &c. in Fleta lib. 1. cap. 58. §. 7. &c.

TELUM pro eo omni quod hominum ſaluti nocere poteſt. Capitularia Caroli M. lib. 7. c. 262. *Hi qui ædes aliquas villaſque expoliaverint, effregerint, expugnaverint, ſi quidem id turbatum telis coacta fecerint, capite puniantur. Telorum autem appellatione, omnia ex quibus ſaluti hominum noceri poſſit accipiuntur.* Vide Legem Bajw. tit. 3. cap. 8. §. 1. Caius in l. Calvitur, D. de Verbor. ſignific. *Telum vulgò quidem appellatur quod ab arcu mittitur, ſed unum omne ſignificatur quod manu mittitur.*

Telum, Dolor lateris, in Gloſſ. Saxon. Ælfrici, ſtic-perc, ſtic-adl. Papias: *Telum, lateris dolor, à medicis dictum, quod dolore corpus transverberet veluti gladius.* Serenus Sammonicus de Medicina c. 21.

Eſt & vis morbi, quod Telum commemoratur,
Cum ſubito dolor inſanus furit incitus illo,

Vide ibi Gabrielem Humelbergium, & V. *Ficta*.

TELWORC, Opera, inquit Somnerus, ad certum numerum fructuariis impoſita, dominorum terram ſcilicet ſeminandi, & ſimilia, q. *tale-works*. à *tale*, numerus, & *work*, opus. Will. Thorn an. 1364. *Et debet quælibet ſwollinga arare 6. acras de* telworc, *& 2. acras de* ſwodleybon, *& prædictas 6. acras ſeminare*, &c.

TEMERA, pro *Temeraria*, in Libro manuali Dodanæ c. 1. Vide *Agonizatorium*, in Appendice.

TENUS. Lex Friſion tit. 14. §. 1. *Duo tali de virga præciſi, quos Tenos vocant*, &c. Ubi Sicama, tion etiamnum vimen dici, ex quibus corbes fiunt; obſervat.

TEMETURA, *Ebrietas*, μέθη, in Gloſſis Gr. Lat. MSS. ubi editæ *trementura* perperam habent, ex *temetum*.

TEMO, *Temonarii*, voces, quæ non ſemel occurrunt in Cod. Theodotiano. Sunt autem *temonarii*, quibus *aurum tironum*, id eſt adæratio & pretium tironum ſolvebatur: qui pretium, pecuniamque vice tironum exigebant, quippe ad præbitionem tironum provinciales tenebantur. *Temonariorum* porrò munus inter vilia munera vulgò reponitur, quod *Temonaria functio*, *Temonis onus*, *Neceſſitas*, *Injuria*, dicitur, in eodem Codice locis à Jacobo Gotofredo indicatis ad l. 7. de Tironibus, qui de vocis etymo conjecturam ſuam profert.

TEMONATICUM, Tributum ſeu penſitatio pro currus temone. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 656. *Portaticos, rivaticos, rotaticos, vultaticos, themonaticos, ceſpitaticos, pulveraticos*, &c. Alia Ludovici Pii Imp. apud eundem pag. 732. *Quodcunque acquiri poteſt, partibus S. Dionyſii reddi atque haberi debeat, tam de portatico, & pontatico, & ripatico, & rotatico, & timonatico, & volutatico, & ceſpitatico*, &c.

TEMPE, Montium anguſtiæ, *Cluſura*, uti docuimus ad Alexiadem pag. 328. Baſilius de Exercitat. Grammat. & Moſcopulus lib. περὶ σχεδῶν: τέμπη, τὰ τῶν ὀρῶν σύστοιχα. Diploma Premiſlh Marchionis Moraviæ an. 1235. apud Waddingum: *Cum omnibus appenditiis, pratis, paſcuis, ſylvis, agris, aquis, tempe, & omnibus hujuſmodi pertinentiis.* Ubi *Tempe* ſumitur pro paſcuis in montium convallibus. Vide *Alpes*.

TEMPERANTIÆ *libellus*, idem qui *libellus pœnitentiæ*, de quo in voce *Libellus*. Epiſtola Synodica Concilii Tricaſſini an. 867. *Convocavit ad ſe quoſdam Epiſcopos, & eorum uſus conſilio; ut & ipſe opprobrium vel periculum imminens de impetitis vel impetendis declinaret, & Sacerdotalis dignitas inſultationem ſecularium devitaret, libellum temperantiæ, juxta decreta Leonis PP. ſicut tunc cautius invenire potuerunt, dictavit. — ac propria manu ſubſcripſit.*

TEMPERARE, Diluere, Gall. *Tremper*. Lex Longob. lib. 1. tit. 3. §. 4. *Si quis liber homo aut mulier venenum temperaverit, & alii ad bibendum dare voluerit*, &c. *Potionem veneficam temperare*, in Synodica Epiſtola Concilii Duſiacenſis II. Concilium Copriniacenſe c. 33. de Clericis: *Bene ſibi vinum temperent, nec ad bibendum quempiam excitent.* Synodus Nemauſenſis an. 1284. *Vinum ſibi temperent, & bene ac modeſtè ſe habeant.* Regula Trinitariorum cap. 3. *Vinum ſumendum à fratribus taliter temperetur, ut ſobriè ſumi valeat.* Gloſſæ Lat. Gr. *Temperat*, συγκεράννυμι. Vide *Diſtemperare*.

Temperat, γλύφει κίρναμαι, in Gloſſ. Lat. Gr.

Temperare, Maturè ire. In Statutis Leproſariæ S. Juliani in Anglia, in Additam. ad Matth. Paris pag. 168. habetur caput, *de Horis temperandis*. Mox ſequitur: *Mane campana pulſata ad horas Canonicas audiendas omnes ſurgant*, &c. Mox: *Illud autem ſic temperatur, ut nulli ſit onoroſum, ſed ad aiſiamentum omnium infirmorum, ut nullus poſſit ſe excuſare, niſi graviori infirmitate fuerit detentus.* Vide *Horologium*, & *Temperius*.

Temperare horologium. Vide *Horologium*.

TEMPERIUS. Pro *Temporius*, cui opponitur *Serius*. Gloſſ. Gr. Lat. *Temporius*, ὠριμώτερον. *Temporia*, πρώϊμα. Ruricius Epiſt. 25. to. 5. Antiq. Lect. Caniſii: *Moneo ut craſtino, quod erit quarta feria, Briva, temperius tamen — mihi jejunus occurras.* Flodoardus lib. 1. Hiſt. Rem. c. 7. *Ad cujus celebritatis vigilias fratres temperius exurgentes.* Utuntur S. Benedictus in Regula cap. 11. 48. Magiſter in Regula c. 36. & 50. Guillelmus in Vita S. Bernardi lib. 1. cap. 5. Hiſtoria Tranſlat. S. Sebaſtiani n. 70. Rupertus de Divin. offic. lib. 10. cap. 26. Glaber Rodulphus lib. 5. c. 1. Liber Uſuum Ciſterſcienſis Ord. c. 68. &c. Apud quos interdum *temperius* reperitur: qua uſus voce Ovidius 14. Metam.

— *Modo ſurgit eoo*

Temporius cælo, modo ſerius incidit undis.

Columella lib. 9. cap. 4. *Ante crepuſculum gallinæ cibi ſpe temporius ad officinam redeant.* Ordo Romanus: *Colligite vos temporius ad Eccleſiam illam.* Utitur etiam Cæſarius ſerm. 12. Belgæ noſtri *Tempre* dicunt: ita in Conſuet. Hannonienſi c. 68. *Le Caton en Roman:*

Si le compere û tempre, û tard.

Vetus Poëta MS. de Vulpe Coronato:

Que nouvelles doivent venir
Temprement à court, &c.

TEMPESTARII, *Tempeſtuarii*, in Capitulari Aquiſgran. an. 789. c. 93. in Capitul. 1. incerti anni c. 40. lib. 1. Capitul. c. 62. & apud Cathwlphum in Epiſt. ad Carolum: *qui tempeſtates & alia maleficia faciunt*, in Capitul. 2. an. 805. c. 25. qui νεφοδιῶκται in Synodo Trullana can. 61. *Emiſſores tempeſtatum*, in Pœnitentiali Theodori c. 33. apud Spelm. to. 1. Conc. Angl. *Tempeſtatum immiſſores, qui quibuſdam incantationibus grandines in vineas meſſeſque mittere perhibentur*, in Lege Wiſig. lib. 6. tit. 2. §. 3. Capitularia Ludovici II. Addit. 2. c. 18. de Maleficis: *Ferunt ſuis maleficiis aera poſſe conturbare, & grandines immittere.* Anianus ad l. 3. Cod. Th. de Malefic. *Malefici, vel incantatores, vel immiſſores tempeſtatum, vel qui per invocationem dæmonum mentes hominum turbant, omni genere pœnâ puniantur.* Seneca lib. 4. Natur. Quæſt. *Rudis adhuc antiquitas credebat & attrahi imbres cantibus, & repelli.* Ventis magos imperare, tempeſtates ſedare, grandines & imbres ciere, teſtantur paſſim Poëtæ. Tibull. lib. 1.

Quum libet, hac triſti depellit nubila cælo,
Quum libet, æſtivo convocat orbe nives.

Ovidius lib. 1. Amor. El. 8.

Cum voluit, toto glomerantur nubila cælo,
Cum voluit, puro fulget in orbe dies.

Lucanus lib. 6.

——— *Legi non paruit æther:*
Torpuit & præceps audito carmine mundus.

Mox:

Miratur non ire polum: nunc omnia complent
Imbribus, & calido producunt nubila Phœbo,
Et tonat ignaro cælum Jove.

Empedocles apud Laërtium p. 329.

Θήσεις δ' ἐξ ὄμβροιο κελαινοῦ καίριον αὐχμὸν
Ἀνθρώποις, θήσεις δὲ καὶ ἐξ αὐχμοῖο θερείου
Ῥεύματα δενδρεόθρεπτα, τὰ δ' ἐν θέρει ἀΐσσονται.

Agobardus Lugdun. lib. de Grandine & Tonitru, variam hanc de *Tempeſtariis* ſententiam pluribus ſugillat. Vide Herardum Archiep. Turon. in Capitul. c. 3. Burchard. Decret. lib. 10. c. 25. lib. 19. pag. 270. Ivon. Carnot. part. 11. c. 56. 53. Pœnitentiale Roman. tit. 6. cap. 3. & 20. Bedam de Remediis Peccator. c. 7. Delrium lib. 2. Diſquiſit. Magic. quæſt. 11. Petrum de Valle to. 2. Epiſt. 5. p. 520. edit. Pariſ. &c.

TEMPESTATIO, pro *Temptatio*, ſeu *Tentatio* male legerunt Lud. de Lacerda, & Voſſius apud Gregor. Turon. de Viris Patrum cap. 11. Sic enim præferunt aliæ editiones.

TEMPLARII. Templariorum Militum Ordo inſtitutus anno 1118. Hieroſolymis, ab Hugone de Paganis & Gaufredo de S. Aldemaro: horumque fuit primitus profeſſio, *ut vias & itinera, maximè ad ſalutem peregrinorum, contra latronum & incurſantium inſidias, pro viribus conſervarent.* Cùm autem novem annis poſt eorum inſtitutionem in habitu fuiſſent ſeculari, in Concilio Trecenſi data fuit eis Regula, & habitus aſſignatus, albus videlicet, de mandato Honorii PP. & Stephani Hieroſolymitani Patriarchæ. Poſtmodum verò ſub Eugenio PP. cruces de panno rubeo, ut inter cæteros eſſent notabiliores, aſſuere cœperunt, tam equites, quàm eorum fratres inferiores, qui dicuntur *Servientes.* Atque hi quoniam juxta Templum Domini in Palatio Regio manſionem habebant, *Fratres Militiæ Templi*, ſeu *Templarii* appellati. Hæc ferè Willel. Tyrius lib. 12. cap. 7. & ex eo Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Hieroſol. cap. 65. Sanutus lib. 3. part. 6. cap. 14. part. 7. cap. 3. Matthæus Paris an. 1118. Bromptonus pag. 1008. Hovedenus pag. 479. Matth. Paris, Henric. de Knyghton p. 2382. &c. Adde Anſelmum Havelbergenſem lib. Dialogor. c. 10. pag. 113.

Verùm hi qui in inſtitutionis ſuæ primordiis tanta vitæ ſanctitate fulgebant, in ſuperbiam intolerabilem poſtea delapſi, quam damnant non ſemel ſcriptores, in primis Antiſtes Tyrius loco citato, Matth. Paris p. 419. 529. 614. Bromptonus pag. 1279. Gervaſius Dorobern. pag. 1365. & alii. Variis etiam ſubinde criminibus inſimulati, Philippo Franciæ Rege procurante, comprehenſi 13. Octob. an. 1307. ac convicti, plerique vivi igne cremati ſunt: tandemque in Concilio Viennenſi à Clemente PP. V. an. 1312. 3. April. Templariorum ordo penitus abrogatus, eorumque bona Hoſpitalariis conceſſa. Totam hanc Hiſtoriam narrant Scriptores Eccleſiaſtici & Francici, atque in iis præſertim Puteanus Bibliothecæ Regiæ Præfectus peculiari edito in hanc rem Commentario.

In Anglia pariter uno eodemque die, hoc eſt 4. Idus Januarii an. 1307. de mandato Clem. PP. ad inſtantiam Philippi Regis Franciæ comprehenſi, deinde variis pœnis addicti, eorumque bona Hoſpitalariis pariter conceſſa. Rem recitant Thomas Stubbs in Actis Pontificum Eboracenſ. pag. 1730. Knyghton an. 1307. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 512. 559. 560. 943. 944. 945. &c. Willel. Brito lib. 4. Philipp. de Richardo Rege Angliæ:

Imperiali ſolum cultu Templarius intrat,
Privato ut tectus habitu ſecurior iret.

Templariorum Ordinis Magnorum Magiſtrorum nudum utcunque catalogum, quos Τεμπλομαΐστορας vocat Cinnamus lib. 4. ex Cartuſiæ Villanovanæ veteri codice pridem edidit vir cl. Dion. Salvagnius Boiſſius. Nos etiam horum hiſtoricam ſeriem olim contexuimus, quam ex Familiis noſtris Hieroſolymitanis ſeu Ultramarinis, hìc delibabimus, indicatis duntaxat ſcriptorum locis, in quibus eorum mentio ſubinde occurrit, cùm horum hiſtoriam hactenus nemo, opinor, attigerit. Primus igitur Ordinis inſtitutor fuit

Hugo de Paganis, ſeu de *Payens*, patriâ Trecenſis, qui Concilio Trecenſi interfuit anno 1127. & in Syriam è Gallia rediit an. 1130. de quo agunt Præfatio ad Regul. Templarior. S. Bernardus in Exhortat. ad Milites Templi, Guill. Tyr. lib. 12 c. 7. lib. 13. c. 26. Robertus de Monte an. 1128. Jacob. de Vitriaco l. 1. c. 65. Sanut. l. 3. part. 6. c. 14. part. 7. c. 3. Roger. Hoved. pag. 479. Henric Huntindon. lib. 8. pag. 384. Bromptonus pag. 107. Vallorius in Annalib. Noviodun. pag. 877. Mon. Angl. to. 2. p. 517. 885. &c. Huic ſucceſſit

Robertus, cognomento *Burgundio*, Magnus Templi Magiſter, anno 1140. 1147. de quo agunt Tyrius lib. 15. c. 6. lib. 17. c. 1. Geſta Ludovici VII. c. 18. Diagus in Comitib. Barcinon. lib. 2. c. 145. 146. natales verò ac ejus familiam, quæ Credonenſium dominorum apud Andes fuit, attigerunt Ducheſnius in Hiſt. Burgund. lib. 4. c. 37. Auguſtin. *du Pas* in Familiis Armoricis pag. 748. Vide præterea S. Anſelmum lib. 3. Epiſt. 66. Ordericum Vital. lib. 8. pag. 674. & Sammarthanos in Abbat. de Rota p. 796.

Ebrardus, vel *Everardus de Barris*, eadem dignitate donatur apud Sugerium Epiſt. 50. S. Bernardum Epiſt. 362. Petrum Cluniac. lib. 6. Epiſt. 26. Odonem de Diogilo de Ludovici VII. Profect. in orientem lib. 3. & 7. p. 33. 67.

Hugo Magnus Templi Magiſter ſub. an. 1151. nominatur in Privilegiis Ord. Hoſpitaliorum pag. 10.

Bernardus de Tremelay, Magnus Templi Magiſter Aſcalonenſi obſidioni interfuit an. 1153. ut narrat Tyrius lib. 17. c. 21. 27. à Saladino in prælio captus, Manuele Imperatore procurante, libertate donatur an. 1157. ut docet Cinnamus lib. 4. n. 22. Familiæ de *Tramelay*, vel *Tremeley* in Sebuſianis, meminit Guichenonus in

Bibl. Sebuſiana cent. 2. cap. 25.

Bertrandus de Blanchefort, Magnus Templi Magiſter an. 1160. 1161. cujus complures leguntur Epiſtolæ ad Ludovicum VII. Regem Franc. in Geſtis Dei per Francos pag. 1176. & to. 4. Hiſt. Franc. pag. 692. 693. 694. 697. 698. 700. 702. Interfuit Chriſtianorum cladi ad *Harenc* an. 1165. in Geſt. Dei pag. 1179. Vide to. 4. Hiſt. Franc. pag. 701. & Tyrium lib. 20. cap. 5. Eadem tempeſtate vixit Gaufridus Fulcherius Domus Templi Hieroſolymitanæ Præceptor, de quo agunt Joan. Sariſber. Epiſt. 275. to. 4. Hiſt. Francor. pag. 695. 699. 701. 702. Ughellus to. 3. pag. 465. & Vaſſorius pag. 905.

Andreas, Bernardi Domini Montiſbarri & Hunbergæ filius, S. Bernardi Abbatis Clarevall. avunculus, Magnus Templi Magiſter an. 1165. Hujus meminit idem Bernardus Epiſt. 288. & Gaufrid. lib. 1. de Vita ejuſdem S. Bernardi c. 4. §. 11. lib. 3. c. 8. §. 1. Vide Petrum Franc. Chifletium in S. Bernardi genere aſſerto p. 641. 644.

Philippus Neapolis in Syria Dominus, Miles Templi factus, ejuſdem Ordinis Magnus Magiſter extitit: quam dignitatem poſtea dimiſit, ante annum 1170. Vide Tyrium lib. 20. cap. 24. lib. 22. c. 5. & Ughellum to. 3. pag. 475. De ejus familia egimus in Familiis Hieroſolymitanis. Huic ſuffectus

Odo de S. Amando, primùm Mareſcallus, deinde Buticularius Regni Hieroſolymitani, qui abdicata rerum ſecularium cura, Miles Templi factus, ejuſdem Ordinis Magnus Magiſter creatus eſt, quam dignitatem obtinebat an. 1174. & 1176. Interfuit prælio quo Balduinus IV. Saladinum ad Ramam fudit, in quo acriter pugnavit. Sed haud multo poſt ab eodem Saladino in Sidonienſi tractu captus, vitam in captivitate finivit. Will. Tyr. lib. 20. c. 32. lib. 21. c. 22. 29. Radulphus de Diceto pag. 601. Robertus de Monte an. 1180. Vide Patriarchium Bituric. c. 71.

Arnoldus de Toregio, Magnus Templi Magiſter an. 1181. obiit an. 1184. Will. Tyr. lib. 22. c. 7. Rigord. an. 1184. Hoveden. pag. 628. Monach. Altiſiod pag. 88. Sanut. lib. 3. part. 9. c. 4. Poſt hunc occurrit

Theodericus, ſeu *Therricus*, Magnus Templi Magiſter, cujus crebra eſt mentio apud Scriptores Rerum Hieroſol. ubi de Guidonis Regis clade an. 1187. cui interfuit, & à qua evaſit: licet captum à Saladino dicant Radulfus de Diceto & & Nicolaus Trivettus ſub an. 1188. Plura de Therrico habentur apud Monachum S. Pantaleonis an 1187. Hovedenum pag. 636. Gervaſium Dorobern. pag. 1502. Matth. Paris pag. 100. Sanut. lib. 3. part. 9. c. 4. in Chronico Reicherſperg. an. 1187. &c. Adde Ughellum in Archiepiſcopis Piſanis eod. anno. Abdicato ſtatim poſt hanc cladem Magiſtratu ſubrogatur

Girardus, vel *Gerardus*, *de Rideſſor* Bromptono cognominatus: *de Ridesford*, auctori Hiſt. Hieroſol. pag. 1151. 1153. 1156. 1165. *de Bedefort* Radulfo Coggeshalenſi MS. & Hovedeno: denique *de Ridefort* auctori vernaculo Hiſtoriæ Hieroſol. qui Flamingum & Regis Hieroſolymitani Seneſcallum fuiſſe ait. Hanc porrò dignitatem paucis menſibus tenuit, cæſus in prælio quod initum eſt inter Guidonem Regem & Saladinum 4. Octob. an. 1188. Vide præterea Jacob. de Vitriaco lib. 1. c. 98. Girardo

Gualterus ſufficitur, ut eſt in Catalogo Villanovano. Huic

Robertus de Sableil, an. 1195. ex familia fortè de Sableio apud Andes: iſti

Gilbertus Horal, vel *Eral*, an. 1196. quem excepere

Pontius Rigaldus an. 1198.

Philippus du Pleſſiez an. 12.... &

Theodatus de Berſiaco an. 12.... de quibus in ſupralaudato catalogo recenſitis ſilent Scriptores. Meminit Innocentius III. l. 14. Epiſt. 64. controverſiæ inter Leonem Regem Armeniæ, & Magiſtrum Templi & Templarios ſuper Caſtro Gaſtonis, de qua etiam quædam habent Geſta ejuſdem Pontificis pag. 123. 128. 129. hoc eſt ſub an. 1211. Poſt Theodatum Thomas de Monteacuto an. 1210. recenſetur in eodem catalogo; ſed is poſt Guillelmum de Carnoto hanc dignitatem obtinuit: deinde

Guillelmus de Montedon an 1216. quem excipit idem

Guillelmus de Carnoto, ſeu *de Chartres*, an. 1218. qui obſidioni Damiatæ interfuit an. 1219. ut eſt apud Oliverium Scholaſticum, à quo ob virtutem bellicam laudatur, ut & univerſa *Templi Militia, quæ*, inquit, *prima ſolet eſſe in congreſſu, & ultima in receſſu*, à quo hæc verba mutuati ſunt Jacob. de Vitriaco lib. 3. pag. 1134. & Matth. Paris pag. 208. 211. 212. Vide præterea to. 8. Spicilegii Acheriani pag. 374. Honorium III. lib. 2. Epiſt. 1270. & Hieron. Rubeum in Hiſt. Ravenn. lib. 6. p. 380. Guillelmo ſucceſſit

Thomas de Monteacuto, ſeu *de Montaigu*, cujus Epiſtola legitur apud Matth. Paris an. 1221. qua in Regno Hieroſol. geſta poſt expugnatam Damiatam enarrat. Sub hoc, ni fallor, Honorius III. PP. Templarios ab Patriarchæ Hieroſ. & Epiſcoporum juriſdictione exemit, ut eſt in Privilegiis Ord. Hoſpitalariorum

A. Magnus Templi Magiſter occurrit in Tabulario Manoſcenſi in Charta an. 1234. qui non alius eſt quam qui *Armandus* appellatur in quadam Epiſtola ſcripta Theobaldo Regi Navarræ, Comiti Campaniæ, & Comitibus Nivernenſi, Foreſii, & Monfortenſi, aliiſque Franciæ Baronibus ab Epiſc. Nicoſienſi Patr. Hieroſ. Vicario, H. Ep. Nazaretenſi, R. Ep. Acconenſi, R. Ep. Liddenſi, H. Abbate Templi, G. Magno Hoſpitalis Magiſtro, Armando Magiſtro Militiæ Templi, Gauterio Commite Briennenſi, Eudone de Montebeliardo Regni Hieroſol. Comeſtabulo, B. Domino Sidonis, & I. Dom. Cæſareæ, ſuper ſtatu Terræ ſanctæ, nullâ cæteroquin additâ anni notâ.

Hermannus de Perigord, Præceptor Domus Templi in Sicilia & Calabria ſub an. 1229. ut eſt apud Rocchum Pirrum to. 2. pag. 640. Magnus ejuſdem Ordinis Magiſter dictus eſt: quam dignitatem obtinebat an. 1239. ut eſt apud Albericum in Chron. MS. qui fortè is eſt quem patria Pictavinum fuiſſe ait, ſub an. 1237. Illius Epiſtolam ſuper Regni Hieroſol. ſtatu deſcripſere Matth. Paris & Nicolaus de Trivetto ſub an 1244. quo ille à Saracenis cæſus interiit, electo ſtatim in Vicemagiſtrum Guillelmo *de Roquefort*, interim dum alius eligeretur Magiſter. Vide eundem Pariſium pag. 416. 419. 421. 427.

Guillelmus Sonnac, vel de *Senay*, ut nominari videtur in Epiſtola quæ deſcribitur apud Matth. Paris in Addit. pag. 110. una cum S. Ludovico obſidioni Damiatæ interfuit an. 1249. ut eſt apud Joinvillam, à quo ob fortitudinem laudatur, ut & à Pariſio an. 1250. p. 528. 535.

Renaldus de Vichier, in Tabul. Eccleſ. Autiſiodor. *Domorum Militia Templi in Francia Magiſter*, anno 1247. *Mareſcallus Templi*, apud Joinvillam pag. 35. noſtræ edit. *Magiſter Templi*, cap. 52. edit. Pictavenſis, denique *Magnus Templi Magiſter*, in Archivo Regio, ſcrinio *Champagne* VI. De Templariis hac ferè tempeſtate, vide Sanut. l. 3. part. 12. c. 5. 6. 7. 9.

Aimericus Præceptor domorum Franciæ, in Magnum Magiſtrum ejuſdem Ordinis electus eſt an. 1264. ut eſt apud Odoricum Rainaldum hoc an. n. 31. Breve Chronicon Hoſpitalariorum tradit Guillelmum de Caſtellonovo Arvernum, Magnum Ordinis Magiſtrum an. 1260. fratrem fuiſſe Magni Templi Magiſtri: unde conjici daretur ex temporum ratione hunc Aimericum innui.

Thomas Berart, vel *Berard*, eadem gaudebat dignitate, ut docemur ex Epiſt. Vernacula Theobaldo ſcripta, quam dedimus in Notis ad Joinv. p. 64. Ubi *Maiſtre de la poure Chevalerie du Temple* indigitatur. Quæ quidem Epiſtola licèt nullam anni notam præferat, ex ſerie tamen

colligitur ſcriptam ſub. an. 1273. triennio ſcilicet poſt mortem Joannis Comitis Briennenſis, quam in annum 1270. conjiciunt Scriptores. Huic aſcriptum ſcribit Puteanus in Templariorum Hiſt. pag. 20. pravum hunc morem, qui cæteris Templariis objectus fuit in eorum condemnatione, Chriſtum abnegandi in profeſſione, quem alii neſcio cui Roncelino Magiſtro attribuunt. Utcunque ſit, non multo poſt,

Robertus Magnus Templi Magiſter Concilio Lugdunenſi cum M. Hoſpitalariorum Magiſtro interfuit anno 1274. ut eſt in Actis ejuſdem Concilii. Vide Sanut. lib. 3. part. 12. c. 14. 16. 17. Poſt hunc

Guiffredus de Salvaing M. Templi Magiſter nominatur in catalogo Villanovano ſub an. 1285. ex familia nobili Delphinate, ex qua ſupereſt ſupralaudatus Dionyſius Salvagnius Boiſſius, vir natalium & eruditionis ſplendore illuſtris, Primus in Camera Computorum ejuſdem Provinciæ Præſes, & ſcriptis clariſſimus. Huic ſucceſſit

Guillelmus de Bellojoco, uti appellatur in Inquiſitionibus contra Templarios, & alibi: perperam *Petrus de Belgion*, ſeu *Bellivisſus*, dictus in laudato catalogo, qui Magnus Templi Magiſter extitit an. 1286. Periit in obſidione Acconenſi, viriliter contra Saracenos pugnans, anno 1291. cum omnibus ferè Templariis, decem duntaxat Ordinis Militibus clade elapſis. Vide Sanutum lib. 3. part. 12. c. 21. Dictamina MSS. Magiſtri Berardi de Neapoli Epiſt. 141. 142. Odoricum Rainaldum an. 1291. 7. Puteanum in Hiſtor. Templariorum pag. 129. Archivum Regium ſcrinio, *Croiſade de Philippes de Valois*, ch. 27. &c.

Monachus Gaudini, Magnus Templi Magiſter ſtatim poſt Acconenſem cladem à decem Militibus, qui ex ea ſuperfuerant, electus, in inſulam Cyprum cum iis conceſſit, uti narrat autor Hiſtoriæ Excidii Acconis MS. in Bibl. S. Victoris Pariſ. Poſtremus denique hujus Ordinis Magnus Magiſter fuit

Jacobus de Nolay, Burgundio, ex diœceſi Biſuntinenſi, perperam de *Molay* nominatus in pleriſque Hiſtoriæ Templariorum locis, pag. 122. 128. 129. 160. & in catalogo Villanovano. Tortoſam una cum Almerico Tyri domino expugnavit, & exinde aliquot annis bella cum Saracenis fortiter geſſit, donec à Babylonico Sultano ea pulſus in Franciam venit, ubi cum aliis Templariis igne conſumptus Pariſiis interiit. Hunc porro neſcio unde *Fratrem Gracchi* appellet Bruſtemius apud Chapeavillum to. 2. Hiſt. Leodienſis pag. 347. Vide Rainaldum an. 1298. 21. & Sanutum lib. 3. part. 13. cap. 10.

TEMPLA, appellatas potiſſimum paganorum ædes ſacras docet Cod. Th. tit. *de Paganis, ſacrificiis, & templis*, locis ab Jacobo Gotofredo indicatis in Paratitulo ejuſdem tit. §. 3. Interdum tamen ita dictæ Chriſtianorum ædes ſacræ, ut l. 4. de His qui ad Eccleſias confugiunt, d. Cod.

Templum, Ordo ipſe *Templariorum*. Willelm. Brito lib. 5. Philipp.

Suſcipiens habitum Templi Syrias aufugit in oras.

Anonymus de bello ſacro:

Μαϊστωλίτες, Ἀρχιερεῖς, τὸ Τέμπλο, τὸ Σπιτάλι.

Philippus *Mouskes* in S. Ludovico an. 1242.

Dont revint noviele & exemples,
Que li Oſpitaux & li Temples,
Li ſaudoier & li Baron
De toute la tiere environ
Avoient entr'aus fait un Roy, &c.

Templum, Ædes Templariorum, quomodo Pariſiis eorundem ædes etiamnum appellatur, vulgò *le Temple*. Monaſterium Anglic. to. 2. pag. 549. *Dedit Templariis Templum Outtinge pertinens eidem.*

Porrò in *Templo* Pariſienſi, reconditus olim fuit Theſaurus Regius. Charta Philippi Pulchri Regis Fr. an. 1309. in 2. Regeſto ejuſd. Regis ex Tabul. Regio n. 168. *Concedentes eiſdem heredibus, & ſuis heredibus, ut dictum reditum apud Templum in Theſauro noſtro, vel alibi ubi theſaurus reponetur prædictus, ad Feſtum Candelarum habeant & percipiant annuatim*, &c. Extat in alio Regeſto ejuſdem Regis Philippi an. 1312. compoſitio facta à Leonardo de Tybertis Sanctæ domus Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani Priore Venetiarum, & locum Tenente Magiſtri Hoſpitalis prædicti in partibus tranſmarinis, & ipſius Ordinis Procuratore, & fratre Joanne de Villaribus Præceptore domus de *Fieffes* Prioratus Franciæ, cum gentibus ejuſdem Regis, *ſuper variis Regni Franciæ receptis nomine dicti domini Regis factis & habitis apud Templum, in quo Theſaurus ejuſdem domini Regis ſervabatur per fratres Ordinis Templi ante reprobationem illius ordinis, ex quo poſtmodum dictæ gentes prædicti Domini Regis finalem compotum minime recepiſſe dicuntur*, &c. Data Pariſiis 21. die Martii an. 1312. Ubi præterea hæc habentur, quæ docent penes Templarios regii theſauri cuſtodiam fuiſſe, ac de eo compota exegiſſe: *ac proinde dictus Ordo cui bonorum Templi, quæ prædicto domino Regi prædicto pro regimine & cuſtodia dicti theſaurarii regii dictis Templariis traditi, ſub eorum cura & periculo obligata remanſerant adminiſtratio pro Terræ Sanctæ ſubſidio eſt commiſſa, in perpetuum remanebit quitus & penitus abſolutus, ſuper rationibus aut compotis exhibendis occaſione recepta cujuſlibet à Fratribus ordinis Templi nomine dicti domini Regis facta in dicto theſauro vel alibi, nec non ſuper omni eo quod ab Ordine noſtro prædicto occaſione receptarum aut rationum ſeu compotorum hujuſmodi reddendorum ex ipſis receptis deinceps peti poſſet.*

Apud Anglos perinde Theſaurus Regius reponebatur in *Novo Templo* Londinenſi. Matthæus Paris an. 1232. de Huberto de Burgo Angliæ Juſtitiario repetundarum poſtulato: *Exegit rationem — de quintadecima & ſextadecima, & aliis redditibus, tam ad Scacarium ſuum, quam ad Novum Templum Londinenſe*, (ubi Spelmannus in voce *Juſtitia* addit, *ubi etiam reponebantur pecunia regia*,) *& alibi.*

TEMPORALIS. *Temporales poteſtates*, in l. 47. Cod. Th. de Epiſcop. qui ibidem *ſeculares judices* appellantur.

Temporalis dies, in l. 63. de Appellat. l. ult. de Reparat. appellat. Cod. Th. & in Cod. Juſtin. &c. dicitur ultimus ſpatii & temporis illius, quod ad appellationem exequendam, vel reparandam legibus tribuitur: quo exſpirante, cauſa quoque exſpirat.

Temporalis hoſtis. Capitulare 2. an. 813. c. 9. *Habeant loricas vel galeas, & temporalem hoſtem, id eſt æſtivo tempore.*

TEMPORANEE, Temporius, Gall. *de bonne heure*. Ritus ordinandi Epiſcopum in Eccleſia Rotomagenſi: *Tertia pulſetur temporaneè, & interim præparet ſe Dominus Archiepiſcopus*, &c.

TEMPORARE, *Tempus ducere*, (Gall. *Temporizer*) *vel in tempore vivere. Adtemporare, contemporare, ſimul temporare.* Jo. de Janua.

TEMPORARIE, Ad tempus. Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei: *Nihil ſuſceptis, tribuunt, ſed ſibi hoc etiam pacto aliquid à parentibus temporariè attribuitur, ut in futuro totum filiis auferatur.* Utitur etiam libro 8. Diſputatio Zachæi lib. 3. cap. 3. *Temporariè abſtinentiam & continentiam ſimulans.* Utuntur etiam Latini ſcriptores.

TEMPORINUS, Tener, mollis, Gallis, *Tendre*. Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 27. *Dixerat, & de rupe, quæ eidem loco imminet, cervus ſe ſe præcipitavit. Quem miniſtri gaudentes pariter & mirantes tulerunt, & inde, ſicut tunc cervorum caro temporina eſt, delicatum edulium ſeniori paraverunt.*

TEMPORIVE. Gregorius Tur. lib. 5. Hiſt. c. 46. *Nunquam prandio uſus eſt, niſi tantum cœna, ad quam ſic temporivè reſidebat, ut ſole ſtante conſurgeret.* Ubi forte legendum *temporius*. Vide *Temperius*.

TEMPTATUS. Capitula ad Legem Alamannor. c. 22. edit. Baluzianæ: *Si inclida miſa non fuerit, & priſa & temptata*

temptata fuerit, &c. i. *tenta*, ſeu *detenta*.

TEMPUS. *Ad tempus*, ſuo tempore, vel mature, phraſis Gallica, *A temps*, vel *en ſon temps*. Capitula Caroli M. lib. 2. c. 18. *Aut ſi aliqua re præpediente id facere non potuit, aut nobis ipſam impoſſibilitatem ad tempus non annuntiavit*. Et cap. 27. *Eorum relatu nobis ad tempus indicetur*.

Liber temporum, *id eſt Paralipomenon*, apud S. Hieronymum lib. 2. in Ruffinum c. 8.

TENA, vel *tenia*, Joanni de Janua, *A teno dicitur, eſtque vittarum extremitas dependens diverſorum colorum*, vel *extrema pars vittæ quæ dependit corona*. Gloſſ. Lat. Gall. *Tena, vel tenia: Bende ou queüe de mitre*. Provinciale Eccleſiæ Cantuar. lib. 3. tit. 1. *Contra Clericos portantes inſulas, aut tenas coram Prælatis*, &c. Concilium Lambethenſe an. 1281. c. 22. *Et cum corona ſit character Chriſtianæ militiæ, & revelati cordis ac patuli radiis cæleſtibus inſigne: ipſi ut veraciter oſtendant, ſe hujus characteris titulum erubeſcere, tena coronas abſcondunt, quaſi cæleſtes radios repellentes*, &c. Infra: *Portantes inſulas aut tenas coram Prælatis, aut coram populo publicè deferentes*, &c. Ubi Concilium Londinenſe an. 1268. cap. 5. habet, *inſulas, quas vulgò Coifas vocant*. Ita *tena* & *coifa*, idem ſunt.

TENACIA, pro *tenacitas*, uſurpatur ab Iona Aurel. Epiſcopo lib. 3. de Inſtit. laïcali c. 11.

TENACES, *Forcipes*; in Gloſſis antiquis MSS. Hiſpanis *Tenazas*, noſtris *Tenailles*, à tenendo, inquit Philander ad Vitruvium. Charta Fernandi I. Regis Hiſpaniæ æræ 1101. *Servitium de menſa, id eſt ſalare, inferturia, tenaces; trullone cum coclearibus* 10. &c.

TENACULA, Forceps, in Mamotrecto ad 2. Paralip. c. 4. noſtris *Tenaille*.

TENACULUM, *Venabulum*; Joanni de Janua. Gloſſarium Lat. Gall. habet *Tenabulum, Retenail, eſpie*. At aliud ſonat in M. Chronico Belgico pag. 172. ubi de expugnatione Aſcalonitana à Balduino Rege Hieroſ. *Quod inter maxima miranda miracula miraculum eſſe ſummum videtur, ut urbs* 150. *turribus prævalidis munita, & tenaculis domorum in plateis ſuis quaſi crypta laquearis ſupertecta, tandem aliquando vinceretur*. Leg. fortè *tectaculis*.

Tenaculum, Fibula, *retinaculum*. *Retenail*, in Gloſſ. Lat. Gall. laudato. Vetus Charta apud Jo. Schefferum ad Chronic. Upſalienſe pag. 152. *Item duæ ampullæ ponderant* 2. *markas*. *Item tenacula duarum capparum ponderant quinque markas argenti deaurati*. Uſus hac voce Terentianus Maurus in Præfat. ſed alia notione.

TENANDRIUS. Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 4. §. 3. *Statutum eſt & ordinatum, quod licet in poſterum dominus Rex de dicto Comitatu aut dominio, cum tenandriis & libere tenentibus per chartam ſuam infeodaverit aliquem*, &c. Legendum puto *tenanceriis*, ex Gallico *Tenancier*, Tenens.

TENDA, Tabernaculum, tentorium, Gallis *Tente*. Tudebodus lib. 2. Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ: *Et in noſtras laxatis frænis concurrerunt tendas*. Florentinus Monachus de Expugnatione Acconenſi:

Bacchanalis Africus mare perturbabat;
Evulſa tentoria cuncta laniabat,
Si confratres mei tunc ibidem fuiſſent,
Et tenere dentibus me tendam vidiſſent,
Horum quidam, reputo, ſuper me riſiſſent.

Occurrit præterea apud Ordericum Vital. lib. 9. pag. 742. 743. Raymundus Montanerius in Chron. Aragon. c. 122. *Et lo Senior Rey d'Arago fen anar la crida per la ſua hoſt, que tot homes plegas les tendes*, &c. Sic Τένδαι & Τένται, tabernacula vulgo vocant recentiores Græci; Leo in Tactic. c. 5. §. 9. cap. 10. §. 12. cap. 13. §. 3. cap. 18. §. 54. Nicetas Græco-Barb. in Notis Wolphianis pag. 115. edit. Genev. Ducas pag. 37. 188. Joan. Cananus pag. 192. & alii à Rigaltio & Meurſio laudati.

Tenda, Hiſpanis, eſt Statio ſeu officina in foro aut locis publicis exponendis & vendendis mercibus. *Tentorium* exponitur in Foris Aragon. lib. 9. pag. 179. Diploma Weremundi Regis Hiſpan. apud Ambroſium Moralem: *Cum omnibus utenſilibus, cupis, torcularibus, & tendis in mercatello, & vineis quæ ſervierunt ipſi corti*, &c. Charta Adelfonſi VIII. Regis Caſtellæ æræ 1213. *Et veſtras tendas nullus Alvazil, neque Almuſerifus, neque Almoçabel violenter intret*, &c. Rodericus Toletanus lib. 6. c. 24. *Rex dotavit Eccleſiam Toletanam, & dedit ei — in civitate omnes ſtationes, quas vulgariter Tendas vocamus*. Idem in Hiſt. Arabum cap. 40. *Stationes vendentium* vocat. Fori Oſcæ an. 1247. ſub Jacobo I. Rege Aragon. f. 18. *Si duo habent domos, tendas, aut alias hæreditates ſimul*, &c.

Tendarii, qui in tendis merces ſuas venum exponunt. *Apothecarii & tendarii*, in Foris Aragon. lib. 9. tit. Quod Phyſici, &c.

Tendere, Tentorium explicare, vel in tentorio ſubſiſtere; caſtrametari. Gloſſ. MSS. Reg. Cod. 1013. *Tendebat*, *tentorium habebat*. Palmerius ad Saluſtium pag. 520. reſtituit vocem *tendentes*, pro *tentoria figentes*, atque vocabulum eſſe Numidarum. Huc viri docti iſta referunt Maronis:

— hic ſævus tendebat Achilles.

Et Suetonii in Galba c. 12. *Cohors Germanorum juxta hortos tendebat*. Denique Taciti Annal. 13. *Milites tendere omnes extra vallum juſſit*.

Adtendare, eadem notione. Epiſtola Tierrici Magiſtri Templi in Chronico Reicherſpergenſi an. 1187. *Et non potuerunt adtendare ultra tendas tres*. Jo. Willaneus lib. 5. cap. 1. *Ove il detto Imperadore s'era attendato a gran danno di Romani*. Adde lib. 7. cap. 147. lib. 9. cap. 46. Hinc noſtrum *attendre* fluxit, pro *expectare*, quia donec *tendæ*, ſeu tentoria figantur, ſubſiſtunt, & expectant.

Tabernacula autem olim ex coriis confecta conſtat: unde in Epiſtola Valeriani ad Zoſimionem, apud Pollionem in Claudio: *Pellium tentoriarum decurias triginta*. Zonaras in Conſtantino M. [illegible]

Tenda, apud Papiam; *quæ ruſticè Trabis dicitur*. Cod. alius *Trabea* præfert. Gloſſ. Saxon. Ælfrici, *tenda*: Ʒyiþ ꝩyle, i. .... Domus limen.

TENEATURA. Vide *Tenere*.

TENEBRÆ, Officium Eccleſiaſticum; ita appellatum, quod peragitur Feria 4. 5. & 6. majoris hebdomadæ: *His enim diebus Eccleſia Tenebras colit, & Matutinas in Tenebras finit*, inquit Durandus lib. 6. Ration. cap. 72. n. 2. *Primo quia in luctu & mœrore eſt propter domini Paſſionem: & propter ejus triduanam mortem exequias celebrat triduanas. Secundo Officium Tenebrarum ſignificat tenebras quæ fuerunt ſuper faciem terræ, dum pendebat Sol juſtitiæ in cruce*, &c. Adde Beletum c. 100. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 20. *Ad Tenebras in Paraſceve per tres dies* 13. *cerei accenduntur*. Hugo Flaviniac. pag. 170. *Ubi verò ventum eſt ad Tenebras, miſer ille, dum Kyrie eleiſon cum verſibus cantaretur, corde compunctus genibus patris advolutus eſt*.

TENEBRARIUS, Vir obſcurus, obſcuri nominis. Vopiſcus in Firmo: *Et illi quidem adverſum nos contendenti hæc ſola ratio fuit, quod dicebat Aurelianum in edicto ſuo non ſcripſiſſe, quod tyrannum occidiſſet, ſed quod latrunculum quendam à Rep. removiſſet: perinde quaſi digne tanti Princeps nominis debuerit tyrannum appellare hominem tenebrarium, aut non ſemper latrones vocitaverint magni Principes eos quos invadentes purpuras necaverunt*.

TENELLUS, Obturaculum oris dolii. Jo. Laudenſis in Vita S. Petri Damiani Card. n. 22. de dolio, ſeu tina; *Evulſo tenello, nihil prorſus vini ſuſcipiunt*.

TENENS, forenſe vocabulum, pro reo; ut contrà, *Petens* pro actore, in Regiam Majeſtatem lib. 3. c. 2. Oc-

currit paſſim in Legibus Scoticis & Anglicis. Vide *Te-nere.*

TENERI, dicuntur infantes à Patrinis cum baptizantur, quia revera ab iis in brachiis dextris *tenentur,* cum Sa-cerdos orationes baptiſmales dicit, & eum tingitur. Gallis *Tenir ſur les Fonts de Bapteſme.* Ordo Roma-nus: *Induti verò (* veſtibus candidis *) ordinantur per ordinem,* — *& infantes quidem in brachiis dextris te-nentur: majores verò pedem ponunt ſuper pedem patrini ſui.* Concilium Nicænum Arabicum Piſani c. 22. *Ut viri non teneant in baptiſmo puellas, aut mulieres, neque mulieres teneant maſculos.* Conradus Abbas Uſpergen-ſis an. 1123. *Hoc etiam injungit,* — *ne filios ſuos & filias ad baptiſmum teneant, ſed ſibi patrinos quærant,* &c. Hiſtoria Ludovici VII. Regis Franc. an. 1165. *Hugo etiam Abbas S. Germani Pariſienſis patrinus pue-rum ſuper fontem baptiſmatis in ulnis ſuis tenuit.*

Teneri etiam dicuntur Baptizati in Confirmatione. Ho-norius Auguſtod. lib. 3. cap. 115. *Qui autem de Bapti-ſmo ſuſcepit, idem etiam ad Confirmationem tenere pote-rit. Tenere ad Confirmationem,* in Concilio Compen-dienſi an. 757. c. 12. Cabilonenſi II. c. 31. Worma-cienſi an. 868. c. 34 lib. 5. Capitul. c. 7. in Epiſtola Nicolai PP. ad Rodulfum Archiep. Bituricenſem c. 5. & Fulberti Carnot. Epiſt. 13. Florentius Wigor-nienſis an. 943. *Idem Rex Anlafum Regem — de la-vacro ſancta regenerationis ſuſcepit, regioque munere do-navit, & parvo poſt tempore Reignoldum Northanhim-brorum Regem, dum ab Epiſcopo confirmaretur tenuit, ſibique in filium adoptavit.* Vide Diſſertat. 22. ad Join-villam pag. 275. & in v. *Geſtantes.*

TENERE, *Tenens, Tenetura, Tenedo, Tenezo, Tenementum,* &c. Voces fori feudalis.

Tenere dicitur qui prædium à domino feudali dependens, & in ejus feudo vel dominio poſſidet: quæ vox hac no-tione paſſim occurrit.

Tenere in capite dicitur, qui nullo medio ratione feudi domino ſubjectus eſt: apud Anglos ſpecialiter, qui à Rege ſeu *Corona* feudum ſuum tenet. Cowell. Radul-phus de Diceto an. 1163. *Nullus ſcilicet, ut vulgari-ter loquar, de Rege tenens in capite caſtellum, villam, vel prædium,* &c. Epiſtola Monachorum Eccleſiæ Can-tuarienſis ad Regem Henricum II., *Cum nihil ad eum ſpectent, ſed nos teneamus poſt Deum in Capite de vobis, ſicut & ipſe.* Matth. Paris an. 1244. *Ad omnes Præ-latos, qui de Rege Baronias tenebant in Capite.* Et infra: *Ut quilibet Baro tenens ex Rege in Capite, haberet prom-pta & parata regali præcepto omnia ſervitia militaria quæ ei debentur.*

Tenentes in communi, ſicut illi qui ex diverſis titulis ter-ras ac tenementa pro indiviſo tenent. Ita Cowellus lib. 2. tit. 2. §. 14. Ii in Foris Aragonenſibus unica voce *Terraſtenentes* dicuntur, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio pag. 75. & alibi: *terretenents,* in Chronico Petri Regis Aragon. lib. 1. cap. 43.

Tenentes in feodo ſimplici, Littletoni ſect. 1. 2. 3. &c. *Te-nans en fée ſimple.* Vide *Feodum ſimplex.*

Tenentes in feudo talliato. Vide *Feudum talliatum.*

Tenentes in tallia generali. Littletoni ſect. 14. & 15. di-cuntur, cum tenementa dantur alicui & hæredibus ex proprio corpore procreatis. Tum enim *generalis tallia,* (*general taile*) dicitur, quia ex qualibet uxore, ſi is plu-res habuerit, procreati liberi ad ejuſmodi tenemento-rum ſucceſſionem admittuntur.

Tenentes per talliam ſpecialem, cum tenementa alicui & uxori, & hæredibus ex utroque procreatis dantur. Tum enim ſoli ex hoc conjugio nati liberi ad ea tenementa ad-mittuntur. Littleton ſect. 16. 19. Vide *Talliare,* & *Feu-dum talliatum.*

Tenens in dote, dicitur cum uxor marito defuncto, tertiam ejus tenementorum in dote tenet. Idem ſect. 36.

Tenens ad vitam, ſeu uſumfructum. Idem ſect. 56.

Tenens ad certum annorum numerum. Idem ſect. 58. 59. &c.

Tenens ad voluntatem, cum tenementa alicui conceduntur poſſidenda ad voluntatem donatoris: apud eundem ſect. 68. & ſeqq. Quæ quidem *tenura,* alia videtur ab ea de qua Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. part. 1. ſect. 3. cap. 15. *Uns ſiemens ſont apelez frans tenemens ſans homage & ſans parage en fieu lay, & ce eſt fet par aucu-ne compoſition qui eſt fete entre aucunes perſonnes. Si comme un homme a 30. ſ. de rente, & il en donne à un autre les 10. & l'homage & ſon homme: cil qui tient le fieu ne fet pas homage à l'autre, car il tient le fieu par un ſeul homage. & tele tenure eſt apelée tenure de volenté, pour c'en que ele eſt fete de la volenté à celui qui baille le fieu. & qui le rechoit ſans nul homage, & ſans nul beſoing d'eritage,* &c.

Tenens per conſuetudinem Angliæ, dicitur is qui tenet ſeu poſſidet *tenementa,* vel terras, quæ ex conſuetudine An-gliæ maritis, vel in dotem uxoribus permittuntur. Is enim invaluit mos apud Anglos, ut ſi quis fœminam hæredem ducat, & ex ea prolem gignat, quæ viva pro-dit in lucem, terras de quibus uxoris nomine ſeiſitus in ejus vita eſt, & mortua, integras ad vitæ ſuæ terminum retineat. Quam legem Henrico I. quidam adſcribunt. Vide Littletonem ſect. 35. Cowellum lib. 2. Inſtit. An-gl. tit. 2. §. 18. & ſupra in voce *Curialitas Angliæ.*

Liberè tenentes, qui liberum tenementum tenent vel poſ-ſident, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 9.

Liberè tenentium alii ſunt *intrinſeci,* alii *forinſeci,* in Fleta lib. 2. cap. 71. §. 13.

Tenens per copiam Rotuli curiæ. Vide *Copia.*

Tenens per virgam. Vide *Virga.*

Tenens per homagium, in veteri Conſuet. Normanniæ c. 28. 29.

Tenens per paragium. Vide *Paragium.*

Tenens per eleemoſynam. Vide *Eleemoſyna.*

Tenens per burgagium. Vide *Burgagium.*

Tenens per bordagium. Vide *Bordagium.*

Tenementum, Prædium urbanum, quod de domino tene-tur. Skenæus ait Tenementum communiter accipi pro hæreditate vel feudo: liberum verò tenementum idem eſſe cum uſufructu, tametſi ſæpiſſimè confundantur, neque hæc differentia minimè obſervetur. Bractoni lib. 4. tract. 1 cap. 31. §. 1. & lib. 5. tract. 5. cap. 28. §. 1. Tenementum eſt prædium quod in villa eſt, ſeu villæ partem conficit. Hiſtoria Tranſlat. S. Julianæ Virg. an. 1207. *Ut caſalia & tenimenta civitatis ab eorum in-curſibus defenſarent.* Paſſim. *Le Roman d'Amile & d'A-my* MS.

Partiray vous parmi mes tenemens.

Infra:

Se donna li treſton ſon tenement,
Et à ſes ſers donna grant chazement.

Liberum porrò *tenementum,* inquit Bracton lib. 4. tr. 1. c. 28. §. 1. *eſt id quod quis tenet ſibi & hæredibus ſuis in feodo & hæreditate, vel in feodo tantum ſibi & hæredi-bus ſuis.* Ita autem dicitur *ad differentiam ejus quod eſt villenagium: quia tenementorum aliud liberum, aliud villenagium.* Liberorum autem tenementorum aliud *te-netur libere pro homagio & ſervitio Militari, aliud in libe-ro Sockagio cum fidelitate tantum, vel cum fidelitate & homagio.* Vide ibi varias ſpecies tenementorum, & cap. 38. §. 5. Quoniam attachiamenta cap. 45. 46. 47. & Fletam lib. 5. c. 9. §. 16. *Tenement noble,* in nova Con-ſuetud. Atrebatenſi art. 194. Aliàs *liberum tenementum* accipitur pro uſu fructu, ut in Legibus Burgorum Scoti-corum cap. 135. §. 9. uti vult Skenæus. At Bracton loco laudato, ſcribit *liberum tenementum non poſſe dici alicu-jus, quo quis tenet ad certum numerum annorum, men-ſium, vel dierum, licet ad terminum centum annorum, quod excedit vitas hominum.* Vide Chriſtophorum de Sancto Germano in Dialogo de Fundamentis Legum Angliæ cap. 7. pag. 26.

Tenetura, Forma qua *tenimentum* de domino per vaſſa-lum *tenetur,* ſeu poſſidetur, vel ipſum tenementum. Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. 1. part. ſect. 3. c. 15.

Tenure eſt appellée la maniere par quoi les tenemens ſont tenus des Seigneurs ; l'une des tenues eſt tenue des Seigneurs par homaige, l'autre par parage, & l'autre par aumoſne. Charta Matthæi de Marliaco an. 1202. *Præterea dedimus ei 30. libras Pariſ. ad emendum aliquam teneturam quæ ad ipſum & uxorem ſuam quamdiu vixerint, — pertinebit.* Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 362. *Notum — nos dediſſe — quandam teneturam ad ſartandum in tenetura manerii, quod dicitur Chithebruga.*

Tenedura, pag. 526. ibidem.

Tenatura. Charta Communiæ S. Quintini an. 1195. *Si quis aliquam tenaturam anno & die in pace tenuerit*, &c. Infra: *Si quis tenaturam aliquam tenuerit, & vitam finierit*, &c.

Tenatura, Charta Guillelmi Cardinalis Archiepiſcopi Remenſis an. 1182. *Decernimus autem ut quicumque hæreditatem, vel emptionem, vel alias quaſlibet poſſeſſiones per 7. annos & unum diem in pace poſſederit & tenuerit, tenaturam ſuam deinceps libere & quiete poſſideat. Ita quod alius reclamare non poſſit, vel tenaturam calumniare, niſi poſſit probare quod interim abſens à terra fuerit, & abſentia ſua rationabilem prætenderit occaſionem, vel infra ſpatium illud, tales ætatis extiterit, quod jus ſuum diſrationare non voluerit.* Les Miracles du Chevalier MS.

Et ſi foras de m'amour toute
En tenure & en ſaiſine.

Tenedo, vel *tenezo*, idem quod *tenetura*, & *tenementum*. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 68. *Conſtituerunt hujuſmodi prætaxatam tenedonem, videlicet hominaticum, poteſtatem Caſtri*, &c. Charta Raymundi Comitis Toloſæ an. 1224. *Cum hac præſenti charta te inveſtimus, & in tuum jus & proprietatem transferimus, & in tenedonem & poſſeſſionem te inde mittimus*, &c. Alia ejuſdem Comitis an. 1233. *Et in tenezonem & plenam juris ac facti poſſeſſionem nos inde mittimus.* Alia Petri II. Regis Aragon. an. 1283. pro Libertatibus Catalanorum: *Item quod nos — non poſſimus emere infra tenedones alicujus Caſtri Baronis, Militis, — alodium aliquod*, &c.

Tenura, Gall. *Tenure*. Hiſt. Tranſlat. S. Guthlaci n. 151. *Qui meta & finis inter utriuſque Eccleſiæ agros, certo diſcrimine tenuras & extenſiones utrimque diſterminat & certificat.*

Texeura, Poſſeſſio, in Charta Libertatum de Graciaco in Biturigib. an. 1246.

Tenuta, Gallis *Tenue*. Geſta Innocentii III. PP. p. 148. *Ecce nunc omnino ſuccumbit, quia & tenutam terræ contra populi decretum — ille dimiſit.* Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 92. *Tenuta ſeu poſſeſſione ipſorum bonorum.* Thwroczius in Ludovico Rege Hungariæ cap. 25. *Cum enim Rex principatus, tenutas, & dominia regni ſui ſacræ Coronæ ſubdita vellet conſervare*, &c. Adde cap. 27.

TENERIA, Manubria baliſtarum, ſeu arcubaliſtarum, Sanuto lib. 2. part. 4. cap. 22.

TENERIOR Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus fol. 47. *Præco habet conſuetudinem caprarum, — & totum criagium vini, de aſcenſu & de deſcenſu: de nuptiis 2. den. de tenerioribus 4. den. ad Natale, & 4. den. ad Paſcha, & 4. den. ad feſtum S. Joannis. Et de Judæis 4. den. & de bellis 4. den. & habebit armaturam convicti, & de latrone robam, & quando tolletur de annulis ferreis*, &c.

TENMANTALE, Saxon. Tienmantale, ſeu Tienmannatale, ut eſt in Legibus Edwardi Confeſſ. c. 20. decem hominum numerus: ex Saxon. tien, decem, man, vir, & tale, numerus. Sic autem appellabant Anglo-Saxones ſecuritatem, quam decem homines invicem colligati, qui *decaniam* conficiebant, (*Decania* verò decem *Centuriam & Hundredum.*) præſtabant Regi de pace ejus obſervanda: ita ut ſi quis eorum forisfeciſſet, de illius forisfactura cæteri tenerentur, niſi ille judicio ſtetiſſet. Res pluribus ibi deſcribitur, ut & in Fœdere Alvredi & Godrum Regum: *Omnes in legibus pareant devotè, vel exulentur; & pro exlegibus habeantur, niſi ei obedientes ſint, & in Tienmantale, id eſt per decemviralé numero & fidejuſſione libera, quod Anglice dicitur, in Freborg, ſint univerſi: ita quod ſi unus ex decem forisfaciat, novem ad rectitudinem eum habeant, aut ſolvant, & reſtituant damnum quod idem fecit.* Meminit etiam illius vocis Rogerus Hovedenus an. 1194. pag. 737. *Rex conſtituit ſibi dari de unaquaque carrucata terræ totius Angliæ 2. ſolidos, quod ab antiquis nominatur Tenmantale.* Forte quod univerſa Decania pro vectigali exſolvendo in ſolidum teneretur.

TENILIS, *qui teneri poteſt*, apud Papiam, & in Gloſſ. Arabico-Lat. Gloſſæ Iſidori & Pithœanæ habent *tenere*.

TENOR. Conſtantinus Afric. lib. 1. Pantechn. cap. 1. ubi de medici officio: *Dignos quoque poſtmodum & ipſe doceat, & hac ſine pecunia, & ſine tenore aliquo, futurique meriti emolumento, & indignos ab hac ſcientia repellere ſatagat.* Id eſt ſine mora aliqua.

TENSA, Menſuræ ſpecies, eadem fortè quæ *teiſia*, de qua ſuprà. Helgaudus Monachus in Vita Roberti Regis Fr. *Habet namque ipſa domus in longitudine tenſas 42. in latitudine 12. in alto 10. feneſtras 123.* &c.

Tenſa. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 7. cap. 20. *Loderiſius — per tenſa fugit Somam.* Legendum puto per *denſ*. i. ſilvas.

Tenſa, pro *Tenda*. Otto Morena in Hiſt. Rer. Laudenſ. pag. 10. *Quia prædictus Rex ſuam tenſam in ipſo proprio burgo Placentino poſuerat.* Adde pag. 112. Vide *Tenda*.

TENSARE, *Defendere, ſecurum facere, protegere*, Ugutioni, & Joanni de Janua. Formulæ vett. Bignonii c. 1. *Ipſe homo ſacramentum intra ipſam caſam Dei, vel ipſius Abbatis habuiſſet adhramitum, ad ſuam ingenuitatem tenſandum in ipſo mallo, in baſilica ſancti illius ob hoc jurare debuiſſet.* Vetus Notitia Nobiliacenſis apud Beſlium pag. 149. *Et Hermenbertus ad præſens notitias oſtendit ad relegendum, — inſpecto quo ipſo teſtamento, ipſe Gratianus ipſum faciacum tenſare non potuerat, & per ſuos wadios ipſam cellam cum reliquis appenditiis ſuis partibus S. Hilarii reddiderat*, &c. Vetus Charta apud eundem Beſlium pag. 176. *Taliter dixerunt quod ipſa charta adverare non potebant, ſed falſa in omnibus aderat, & ipſa conſcribere rogaverant, nec per nullo modo ad ingenuitatem ſe tenſare non potebant.* Neſcio an eadem notione uſurpet Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 612. *Claudemus 40. acras terræ ad excolendum, vel ad tenſandum ad libitum noſtrum: ita tamen quod Canonici & fratres habebunt liberum iter ad uſum pecuniæ ſuæ*, &c. Sic porrò *tenſer*, noſtri olim dixerunt. *Le Roman de Vacce* MS.

Ja li ert ceſt pais livrez & vendus,
Par quoi n'eſt ſi par li tenſez & defendus.

Le Roman de Garin MS.

Le feu eſcrient, leans le font bouter,
La vile eſprant, nus ne l'en puet tenſer.

Le Roman d'Aubert Duc de Bourgogne:

Diez, con Diex volt Aubert tenſer.

Alibi:

Par vous fuſt bien cette terre tenſée.

Le Roman de Roncevaux MS.

Tains ne blazons ne le pot contreſter,
Ni li hauberts garantir ne tenſer.

Le Roman de Gaydon MS.

Mais ſe l'en oſt garanti & tenſé.

Le Roman d'Amile & d'Amy MS.

Tos l'or del mont ne vos porroit tanſer.

Guill. *Guiart* an. 1304.

Chaſcun d'eus garentit & tenſe
De tout ſon pouvoir ſa defenſe.

Item an. 1205.

Ne leur ſemble pas que le gent
De leans fuſt contre eus tenſee.

Chronicon Bertrandi Gueſclini:

Et que le Chaſtelain, quant ne le pot tenſer,
Le rendit à Bertant, &c.

Tenſamentum, Penſitatio quæ à vaſſallis aut ſubditis domino pro protectione exſolvebatur: quæ aliàs *Commendatio*, *Salvamentum*, & *Tutamentum* dicitur. Chronicon Mauriniacenſe lib. 1. *Tutamentum, quod vulgò dicitur Tenſamentum.* Tabularium Vindocinenſe: *Videlicet ut unuſquiſque qui in ea terra bordam vel domum haberet, menſura Bleſenſi minam avenæ redderet illi ob tutamentum.* M. Paſtorale Eccl. Pariſienſ. lib. 2. ch. 82. *Præterea dedit nobis tenſamentum Civiliaci, quod emit à D. Simone de Piſiaco Milite pro 65. lib. pro quo tenſamento tenentur homines de Civiliaco nobis reddere ſingulis annis 7. lib. in craſtino S. Andreæ.* Vide præterea lib. 1. ch. 10. lib. 2. ch. 88. Charta an. 1168. ex Tabulario Foſſatenſi fol. 19. *Emit cujuſdam tenſamenti partem continentem in ſe decem & octo frumenti ſextarios, & 5. ſolidos pro paſtu, atque cervicias bis in anno, quas Haias vulgus appellat.* Necrologium Eccleſiæ Carnotenſis: *Retentis ſolummodo redditibus tenſamenti, quos pro terra tenſanda ſingulis annis habebit.* Tabularium S. Martini de Campis Pariſ. *Conſuetudinem unam quam Tenſamentum vocant, ſcilicet unum ſextarium avenæ ſingulis annis pro grangia ſua de Wirmis*, &c. Tabular. Vindocinenſe ch. 105. *Ad Moncellum omnem Conſuetudinem habebat, Tenſamentum, Carregium, Vicariam*, &c. Charta Radulfi Abbatis Fiſcannenſis an. 1204. in 31. Regeſto Chartophylacii Regii fol. 50. *Pro tenſamento villæ noſtræ de Buxeio*, &c. Alia Odonis Ducis Burgundiæ an. 1204. in Regeſto feodorum Epiſcop. Lingonenſis: *Non habeo nec habere debeo aliquam cuſtodiam, aut aliquot tenſamentum in villa Beſuenſi. Tenſamentum vini*, in Charta Roberti Regis Franc. apud Doubletum pag. 829. Notitia an. 1159. in Tabulario Mon. S. Bertini: *Dabit — in feſto S. Michael. 2. ſol. pro verſchingis, in feſto omnium SS. 5. pro teſſement.* Liber cenſuum Carnotenſium ex Camera Comp. Pariſ. f. 2. *Le tenſement de Neuville: l'avoine des tenſemens.* Occurrit præterea apud Sugerium lib. de Reb. in Adminiſtr. ſua geſt. cap. 2.

Taxamentum, pro *Tenſamentum*, in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 3. ch. 8. 9. &c. lib. 7. ch. 42. Tabularium Foſſatenſe fol. 62. *Et de taxamentis bladi & avenæ quæ percepit ab hoſpitibus de Torciaco.* Vide in v. *Ignis.*

Tenſabilis. Pratum tenſabile, idem quod *defenſum*, de qua voce ſuo loco egimus. Liber Prioratus Dunſtaplenſis: *Et eſt pratum illud tenſabile per totum annum: unde Prior poſt aſportationem herbæ, pro denariis locat partem ſuam.*

Tenſura, idem videtur quod *Tenſamentum*. Charta Philippi Comitis Flandriæ an. 1181. apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 2. cap. 44. *Comitatum etiam, ſtallum, & totius opidi teloneum, — tenſuram, & creditionem, atque omnem exactionem — conceſſi.*

Tenſeria. Concilium Turonenſe an. 1163. c. 10. *De Cœmeteriis & Eccleſiis, ſive quibuſlibet poſſeſſionibus Eccleſiaſticis, tenſerias dari prohibemus, ne pro Eccleſiæ vel Cœmeterii defenſione, fides ſua Clerici ſponſionem interponant*, &c. Vitæ Abbatum S. Albani: *Hæc eſt ſumma pecuniæ perditæ, & tenſeria data tempore guerræ, de maneriis Abbatis Guillelmi*, &c.

TENSURA, Tenſio arcus, Italis *Teſa*. In Lege Burgund. titulus 46. *eſt de his qui tenſuras ad occidendum lupos poſuerint.* In ipſo verò contextu, jubentur ii *qui arcus occidendorum luporum ſtudio poſuerint*, id eſt certo in loco ſtatuerint, ut id vicinis ſuis ſtatim indicent, *ac tres lineas ad prænoſcenda poſiti arcus indicia diligenter extendant, ex quibus duæ ſuperiores ſint*, ut hoſce locos devitare habeant, ne ſi fortè laxarentur arcus, læderentur, mortiſque periculum incurrerent. Ita ut *ſi ab homine per ignorantiam veniente, aut ab animali domeſtico tacta fuerint, ſine periculo ſagittas arcus emittat. Quod ſi hoc modo proviſa res fuerit, ut tenſura facta circumſtantibus innoteſcant, quicunque ingenuus incautè veniens caſum mortis aut debilitatis incurrerit, nullam ex hoc calumniam, is qui arcus poſuerit, ſuſtinebit*, &c. Ex quibus patet ita arcus ſeu baliſtas poſitas, ut motis hiſce *lineis*, ſtatim ſagittas emitterent. A *tenſura*, noſtri fortè *Teſurer* pro *arcum tendere*, acceperunt. Conſuetudo municipal. Andegav. art. 25. *Nul ne peut de jour, ne de nuit tendre ne theſurer en autruy domaine.* Ita & Cenomanenſis art. 39. 162. Charta an. 1445. *Item du droit que j'ay de chaſſer, tendre, & teſurer, & prendre beſtes à pied rond, rouges, rouſſes, & noires*, &c.

Enteſer, noſtri pro *arcum intendere* dixerunt. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS.

> *Et quant li enfes l'entendi,*
> *L'arc enteſa, plus n'atendi,*
> *Le cerf quida traire à defroi*
> *Mais ſon Signour i traiſt le Roy.*

Chr. MS. Bertrandi Gueſclini:

> *Chaſcun tendi ſon arc, la ſayete enteſa.*

Alibi:

> *Les Archers tout devant chaſcun l'arc enteſé.*

Le Roman de Merlin MS. *Et vint à la meſlee ſon arc enteſé.*

TENTATIO, Examen, *Eſſay*. Charta Edwardi I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. to. 3. p. 465. *Temptatio panis fiat bis in anno*, &c. Mox: *Et quotieſcunque debeat fieri temptatio panis & cerviſiæ*, &c.

TENTIPELLIUM, Φάρμακον πρὸς ῥυτίδας, in Gloſſ. Lat. Gr. Medicamentum quo pellis tenditur.

TENTUS *in furto*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 2. 3. 7. *In furto ipſo deprehenſus.*

TENUS, Virgultum, vel ramus de arbore deciſus, à Saxon. tan, vimen, virgultum; unde Theutonibus apud Kilianum, teen, vitile, lentum vimen, teen-borch, virgetum, ſalicetum, *teenen*, vimineus. Lex Friſion. tit. 14. §. 1. *Tali de virga præciſi, quos Tenos vocant.* Infra: *Tunc unuſquiſque illorum ſeptem faciat ſuam ſortem, id eſt tenum de virga, & ſignet ſigno ſuo*, &c. Hic autem agitur de ῥαβδομαντία, ſeu de divinatione per tenos, vel per virgas, quam præterea Scythis Herodotus lib. 4. & Scholiaſtes Nicandri in Theriacis; Alanis, Ammianus lib. 31. Saxonibus, Adamus Bremenſis cap. 6. adſcribunt. Hanc videtur intellexiſſe Concilium Autiſiodorenſe an. 578. cap. 3. *Non licet ad ſortilegos vel ad auguria reſpicere, nec ad ſortes quas Sanctorum vocant, vel quas de ligno aut de pane faciunt aſpicere.* Vide Cælium Rhodiginum lib. 1. cap. 29. Delrium lib. 4. Diſquiſit. magic. quæſt. 7. ſect. 1. n. 1. Somnerum in Gloſſario Saxonico v. *Tan*. Lindenbrogium ad Ammian. & ad Leges antiq. & alios.

TENUS HOC, pro *Hactenus*, dixit autor Vitæ S. Iſidori Hiſpalenſis in prologo ſub finem.

TENURA, *Tenuta*, Vide *Tenere*.

TERCERIA. Charta Bituricenſis an. 1318. *Videlicet quinque tercerias ſuper quadam pecia terræ ſita ſubter vadum molendini.*

TERCIOLAGIUM, Præſtationis ſpecies ex vineis; verbi gratiâ pro quadrante vinearum, ſeu *Pour un quart de vignes, demi baril*. Ita in Regeſto Cenſuum & feudorum Carnot. p. 8. ubi *Tercenil*, vel *Tercean* appellatur. Charta Hugonis Decani & Capituli Carnotenſis an. 1224. ex Tabulario ejuſdem Eccleſiæ n. 248. *Totius vini medietas noſtra erit, & altera medietas dictis cultoribus manebit. Terciolagium ſingulis annis de vineis, ex quibus debebitur, de communi reddetur.*

TERETES. Vide *Tarida*.

TERGAFUGA, dicitur, inquit Papias, *quoties milites fugientes à tergo caduntur.*

TERGILLA, diminutivum à tergore: ita pellem & cutem ipſam ſuis craſſam vocat Apicius lib. 4. cap. 3.

TERGIVERSUTUS. Anaſtaſius in Conone PP. *Conſtantinum Diaconum Eccleſiæ Syracuſanæ Rectorem in patrimonio Siciliæ conſtituit, hominem perperam & tergiverſutum.* Videtur deducta vox à *tergiverſari*.

TERIDA, *Terrida*. Vide *Tarida*.

TERIPES, Stapes, *Eſtrier*. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 695. *Tunc Sacerdos ſiniſtrum pedem in teripedem miſit, manumque arreptis loris clitellæ impoſuit.*

TERISTRUM. Vide *Theriſtrum*.

TERMEN, pro *terminus*, occurrit apud veteres Agrimenſores, in Collatione Legum Moſaïcarum, in Epiſt. 47. inter Franciſcas to. 2. Hiſt. Franc. in Concilio Helenenſi an. 1065. in Charta Ranimiri Regis Aragon. æræ 1173. apud Blancam in Comment. Rerum Aragon. p. 646. in Charta an. 971. in Append. ad Capitul. n. 144. &c.

TERMENTORIUM, ἀπόμαγμα, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Editum *Cermentorium* habet. Legendum videtur *Tergimentorium*.

TERMINALES. Gloſſ. Gr. Lat. MS. ὅροι ἄγροικοι, *Terminales, ſingulare non habet*. Editum habet *Terminalia*.

TERMINARE. Capitulare 1. Caroli M. an. 802. c. 22. de Monachis: *Non per vicos, neque per villas ad Eccleſiam viciniis vel terminantes ſine magiſterio vel diſciplina, qui Sarabaiti dicuntur*, &c. Fortè leg. *Ad Eccleſiam vicinam itinerantes*, &c.

TERMINARII, apud Ordines Mendicantes dicuntur, qui habendis per agros cuique conventui addictos concionibus deſtinantur. Habent enim ſinguli ordinum iſtorum Conventus deſcriptos circumjecti territorii pagos, intra quos duntaxat eleemoſynas colligere liceat, ne cum jactura caritatis & periculo ſcandali mutuis officiant commodis. Vide Joann. Guillimannum in Vita S. Himelini Preſb. n. 1. & ibi virum doctiſſimum Henſchenium 10. Mart.

Terminarius, qui aliquod tenementum ad *terminum*, ſeu annorum ſpatium definitum, poſſidet, apud Radulfum *de Hengham* in Parva cap. 7.

TERMINATOR, *Terminatio*. Charta Friderici II. Imp. an. 1221. pro Eccleſia Panormit. apud Rocchum Pirrum to. 1. p. 144. *Et quatuor beneficia, videlicet Cantoriam, & Theſaurariam, Subcantoriam, & Terminationem, quorum reditus*, &c. Officialis ipſe in Eccleſia Panormitana, Agrigentina, & aliis, *Terminator* appellatur, ſeu Magiſter Ceremoniarum, qui, ut & ejus collega, utitur veſte violacea. Hujus autem eſt invigilare, ut in celebrandis ſacrificiis, officiis recitandis, unanimiter procedant Sacerdotes & Clerus; quale item quotidiè ſacrum, & officium ſit recitandum edicit. Ita idem Pirrus to. 1. pag. 210. & to. 2. pag. 316.

TERMINIA, *Terminus*, Terminus, limes. In Collatione Legis Moſaïcæ titulus 13. inſcribitur, *de terminia mota*. Et infra: *Explicit de terminia mota*.

TERMINUS, Pagus, regio *terminis* ſuis & limitibus circumſcripta, diſtrictus. Gregorius Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 59. *Eccleſia eſt vici Iciodorenſis ſub termino Turonicæ urbis* &c. Cap. 90. *Apud terminum verò Pictavum vicus eſt in Arbaſilico nomine Becciaco*, &c. Cap. 101. *Cum pertiſſeres ad locum quemdam Lemovicini termini perveniſſent*, &c. Ita cap. 107. lib. 2. cap. 12. lib. de Gloria Confeſſ. cap. 11. 18. de Vitis Patrum cap. 5. & in Hiſt. non ſemel. *Terminus Sancti Petri ac Pauli*, Eccleſiæ Romanæ patrimonium, apud Joannem VIII. PP. Epiſt. 87. 249.

Termini Sanctorum, quomodo, *Limina Sanctorum* dicunt alii. Epiſtola Placidiæ Auguſtæ ad Pulcheriam Auguſtam, apud Hieron. Rubeum lib. 2. Hiſt. Ravennatis: *Ut Romam frequentibus concurſibus adeque deſideremus inſpicere, cauſa nobis eſt amplectenda religionis, ut terminis Sanctorum noſtram exhiberemus præſentiam, quos certum eſt pro ſua virtute in cæleſtibus conſtitutos neque inferiora deſpicere*. Vide *Limen*.

TERMOSITAS. Charta Roberti Epiſcopi Meſſanenſis an. 1094. apud Rocchum Pirrum in Epiſcop. Pactenſib. pag. 386. *Rogerius Calabriæ Comes — multas inopias & labores paſſus, & multo ſanguine ſuo tota Sicilia Saracenorum termoſitate, & in Chriſtianos eorum tyrannide — funditus annihilata*, &c. Vox formata ex Gr. θέρμωμα, impotens calor, animi fervor, audacia, θερμότης.

TERMOTIO, quaſi Terræ motio, terræ motus. *Termoto*, vel *Tremoto*, Joanni Villaneo & aliis ſcriptoribus Italicis. Ditmarus lib. 7. pag. 113. *Iſte annus nova nuncupatione Termotio & magna contritio ex rei veritate appellari poteſt*.

TERNA. Vide *Septena*, *Tertia*.

TERNIO. Julius Africanus lib. 5. Hiſt. Apoſtol. *Sic Proconſul Septem cum ternionibus flagellorum cæſum crucifigi præcepit*.

TERO. Charta Ludovici II. Imp. in Chronico S. Vincentii de Vulturno p. 689. *Cum caſtris, montibus, collibus, vallibus, teronibus, Eccleſiis*, &c. Fortè *toronibus*. Vide in hac voce.

TERRA, Prædium, ager, dominium, noſtris *Terre*. Lex Burgund. tit. 79. §. 1. *Ut ſi quis in populo noſtro barbaræ nationis perſonam, ut in re ſua conſiſteret, invitaſſet, ac ſi ei terram ad habitandum deputaſſet*. Lex Longob. lib. 2. tit. 44. §. 4. *De liberis hominibus qui ſuper alterius terram reſident*, &c. Tit. 51. §. 15. & in Capit. Car. M. lib. 5. c. 150. *De liberis hominibus qui proprium non habent, ſed in terra dominica reſident*.

Terra, apud Hiſpanos, quid ſonet, vide in *Honor*.

Terra cenſita, cenſuaria, cenſualis. Vide *Cenſus*.

Terra Francigena, Dragoganti ſpecies quæ ex Gallia affertur, inquit Conſtantinus Africanus lib. de Gradib. pag. 383.

Terra hereditaria. Vide *Bocland*.

Terra laboris. Vide *Labor*.

Terra leigiales. Charta S. Bernardi Abb. Clarevall. an. 1145. in Tabulario Eccl. Autiſſiodor. *De terris leigialibus manifeſtum eſt quod nuſquam licet Comiti, vel homini ſuo eas quæ de feudo ſunt Epiſcopi, acquirere, niſi per Epiſcopum*.

Terra libera, apud Danos, quæ & *Regia*, & ab omni cenſu immunes erant, in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1140. apud Pontanum lib. 6. Rerum Danicar. Vide *Tenementum liberum*.

Terra mortua, quæ & *ſilvatica*, in veteri Conſuetudine Normanniæ cap. 34. *Terres ſauvages, que l'en appelle en Normandie Terres mortes*.

Terra nova, in Chartis feodalibus & in cenſualibus ſchedulis, ſumitur pro terra vel noviter conceſſa, vel noviter exſarta. Tabular. Prioratus Lewenſis: *Reddit pro nova terra 1. ſol*. Jacob. I. Rex Arag. in Foris Oſcæ 1247. f. 25. *Pœna invaſionis Palatii infantionis eſt ultra ſerram, 25. ſolid. & citra, quæ dicitur Terra nova, id eſt noviter acquiſita, 60. ſol*.

Terra regales, dicebantur apud Dalmatas, quæ ratione cenſus, vel præſtationis, Regi obnoxiæ erant. Vide Jo. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 15. pag. 99.

Terra ſalica, Portio terræ *Salio* militi, atque adeo Principi ſeu Regi aſſignata, ex iis quas in Galliis virtute bellica acquiſierant, partitione inter victores facta. Harum enim aliæ ab omni munere ac ſervitio, præterquam militari, immunes, dictæ *Salicæ*, eæque aſſignatæ *Saliis*, ſeu viris Principibus, vel certè ex Salica gente, quæ primas tenuit inter gentes illas Septentrionales, quæ in Gallias irruperunt, eaſque Romanis abſtulerunt: aliæ *Latica*, & *Lidiales*, quæ *Latorum*, vel *Litorum* erant, hoc eſt virorum obnoxiæ conditionis, cujuſmodi fuerunt *Lati*, vel quos *Romanos* appellabant, veteres nempe Galliæ incolæ, quibus aſſignati agri ad culturam, ſub certis redhibitionum oneribus. B. Rhenanus in Epiſt. ad Petrum Heldingum: *Franci igitur victores conſuetudinem Romanorum imitati, & ipſi nobilibus & veteranis militibus agros in quibuſdam locis, ut iſtis habitare licuiſſet, aſſignarunt, immunes penitus & ab omni ſervitute liberos, iique dicti Terra ſalica: ſic propriè prædia Principum libera & immunia Salica terra nomine ſolita ſunt appellari*. *Salica* verò *terra*, ea erat prærogativa, ut cum ſub militaris obſequii conditione aſſignata eſſet, ad mulierem, quæ illius prorſus incapax eſt, pervenire non poſſet. Quod exertè habet Lex Salica tit. 62. *De terra verò Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat, ſed ad virilem ſexum tota terra hereditas perveniat*. De ejuſmodi igitur

terris Salicis agunt Traditiones Fuld. lib. 3. trad. 28.
Centum quinquaginta terra Salica, & Eccleſiam cum
omni decimatione ad eam pertinentem. Vide Dominicum
de Prærogat. alodior. cap. 7. & in Aſſertore Gallico
cap. 8. & quæ attigimus in Diſſert. 17. ad Joinvillam.

Terra Teſtamentalis, Vide *Bocland.*

TERRACIA, *Terratia*, Solarium, Italis *Terracia*, Gall.
Terrace. Tabularium Monaſterii S. Andreæ Viennen-
ſis: *Dono poſt diſceſſum meum S. Andrea & Symphe-*
riano omnem hereditatem quam habeo in monte Sparato,
domum, & medietatem terracia, &c. Vita Clementis VI.
PP. pag. 97. *Tria ſunt tamen qua reliquis valde ſpecia-*
liter excedant, videlicet Capella major, Audientia, &
terracia ſuperiores. Proceſſus de Vita S. Thomæ Aquin.
In quodam ſolario ſeu terratia diſcooperta.

TERRACIUM, idem quod *Terratio*, de qua voce infra,
terra, ager. Charta anni 1041. apud *la Chieza* in
Hiſtoria Eccleſiaſt. Pedemont. c. 19. *In Suavis an-*
tem Eccleſiam in honore S. Stephani cum omni dote, ter-
racio, & oblationibus ad eamdem pertinentibus.

TERRADA, Terra, ager. Charta Lotharii Regis Franc.
an. 998. to. 8. Spicilegii Acheriani pag. 358. *Cum do-*
mibus, — aquis, — planitiolis ſive terradis, &c.

TERREMERITUM. Vide *Meritum.*

TERRAGIUM, Agrarium, Gallis *Terrage, champart.*
Terrage ou champart, qui eſt la meſme choſe, in Conſue-
tudine Dunenſi art. 50. Burbonenſi art. 352. Pictaven-
ſi art. 62. 64. 84. Angeriacenſi art. 10. 21. Ambianen-
ſi, & aliis: *terrage ou agrier*, in Marchenſi art. 331.
Sic porrò definitur in Conſuet. Bleſenſi art. 130. *Le*
droit de Terrage eſt tel, que les heritages qui ſont tenus
au dit droit, quand ils ſont enfruitez en grains, ou au-
tres fruits, il en eſt deu au Seigneur du terrage certaine
portion, aux aucuns plus, aux autres moins, & ainſi
qu'on les a accouſtumez de payer ſelon la diverſité des
lieux. Charta Ottonis Comitis Viromanduor. an. 1030.
apud Hemereum: *Ut perſolvant annis ſingulis redditum*
terra cum conſuetudinibus ſuis, id eſt quartam garbam
terragii, & 5. ſolidos, & 4. denarios in medio Martio, &
2. ſolidos, & 4. den. de hoſpitibus. Alexander III. PP.
Epiſt. 48. *Quoſdam reditus, qui Terragia dicuntur,* &c.
Vide Mich. *del Molino* in Repertorio v. *Terragium*, &
Hiſtoriam Eccleſiaſt. Abbavillenſem pag. 86. 88.
&c. Occurrit paſſim.

Terrageria, *Terragerie* in Conſuetudine Pictavenſi art 64.
75. 191. prædium terragio obnoxium: *Terre à terrage*,
in Conſuetud. Bituric. tit. 10. art. 26. *Terre terra-*
gée, in aliis.

Terragiator, qui vice domini *terragium* colligit. Charta an.
1226. ex Tabul. S. Bertini: *Ita convenit quod intrante Au-*
guſto quando voluerit ponet apud Helchin terragiatorem
ſuum juratum ad predicta colligenda, &c.

Terragium, Ager, prædium. Charta Rogerii Comitis
Calabriæ an. 1088. apud Ughellum to. 5. pag. 1047.
Dedi Abbati B. Ambroſii pro Monaſterio S. Bartholo-
mai Liparenſis terragia infraſcripta, — qua terragia
ſunt prope faciem Caſtri Milus limitata cum finibus in-
fraſcriptis, &c.

Terragium, alia notione. Conſtitutiones provinciales S.
Edmundi Archiep. Cantuarienſis an. 1235. cap. 7. *Et*
quod à terragio corpus ſepelire non differatur, ſed poſt ſe-
pulturam ſi quid datum fuerit, in eleemoſynam recipia-
tur.

Terragenarium, idem quod *Terragium.* Vetus Charta apud
Auguſtinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. p. 245. *Nec*
non etiam quartam terragenarii partem, & quandam do-
mum in Salnerienſi villa poſitam jure quaſi hereditatis
ſine fine poſſidendam, ubi ſcilicet decima cum terragenario
ſupradicta coadunetur.

TERRALAGIUM, Tabularium S. Martini de Campis: *In*
Caſtro etiam inſula 10. ſolid. de terralagio, & 2. ho-
ſpites.

TERRALLIUM. Charta an. 1294. apud v. cl. Dion. Sal-
vagnium Boiſſium lib. de Uſu Feudor. c. 37. *Retinen-*
tes nobis perpetuo atque noſtris piſcationes terralliorum di-
cta villa, & totius aqua Galabri, ab ecluſa molendini
noviter facti, — uſque ad pontem Galabri ſuper ipſum,
&c.

TERRARII, Qui multas terras ſeu prædia poſſident: *grands*
terriens, noſtris: *Terrarum domini*, in Synodo Co-
lonienſi an. 1300. c. 11. *Barones terrarii*, hoc eſt multa-
rum terrarum poſſeſſores, in Chronico incerti autoris
apud Catellum an. 1240. Vincentius Belvac. lib. 32.
cap. 89. *Rex autem de Conſilio Baronum ſuorum, & Ba-*
ronum ac terrariorum Cypri, &c. Annales Waverleien-
ſes an. 1086. *Rex tenuit curiam ſuam apud Wintoniam,*
ibique venerunt contra eum omnes Barones ſui, & omnes
terrarii hujus regni, qui alicujus pretii erant, cujuſcun-
que feodi fuiſſent, & omnes homines regis effecti ſunt.
Et anno 1084. *Rex Willelmus accepit hominium om-*
nium terrariorum Angliæ, cujuſcumque feodi eſſent. Ter-
rarii bailliviæ Aurelianenſis, in Regeſto Parlamenti B.
f. 92. verſ. *Terrarii* etiam Barones Caſtellorum appel-
lantur, in vetere Notitia apud Roccum Pirrum in Epi-
ſcopis Agrigentin. pag. 272. 276. *Guiot de Provins*
en ſa Bible MS.

Li Quens Philippes qui refu,
Diex quel terrier, Dex quel eſcu.

Terrarius, in Legib. Inæ Regis cap. 57. apud Brompto-
num: *Si homo ſicbcreundus terrarius expeditionem ſuper-*
ſedeat, emendat 120. ſol. Ubi Saxon. habet land-agend,
id eſt fundum vel prædium poſſidens.

TERRASTENENTES. Vide *Tenentes.*

TERRATICUM, idem quod *Terragium*, Quod à Colonis
exigitur nomine terræ & agri, quem colunt. Academi-
cis Cruſcanis. *Terratico* dicitur *quel che ſi paga per ſitto*
di ſeminar nel altrui terreno. Argentræus ad art. 266.
Conſuet. Britan. *Utitur hac regio certo contrahendi gene-*
re, quod Terragium appellant, Latinè verbum pro verbo
Solarium dixeris: uſus eſt, cum pradia fere inculta colen-
da certis colonis tribuuntur perpetuo, aut verò tempora-
rio jure, lege dicta, ut in annos ſingulos decima fructuum
auctori rependatur. Chronicon Caſinenſe lib. 3. c. 63.
Cum quidam Frater ad terraticum a ruricolis accipien-
dum directus fuiſſet, ruſticus quidam, a quo triticum exi-
gebatur, ſaccum frumento implens, — fugam arripuit.
Charta Ludovici II. Imp. an. 869. apud Ughellum
to. 2. p. 559. *Ut nullus habitator terra pertinentis ad*
Monaſterium ſupradictum ex illis qui ſoliti fuerunt Mo-
naſterio reddere terraticum, &c. Charta Ludovici IV.
Reg. in Bibl. Cluniacenſi pag. 266. *De ſilvis ubi par-*
tem habent, & terris, nullus niſi per ipſorum voluntatem
terraticum accipiat. Adde Chartam Rogerii Regis Sici-
liæ an. 1137. apud Falconem Beneventanum, & Chro-
nicon S. Sophiæ Benevent. pag. 740.

TERRATIO. Vetus Charta apud Baldricum in Chron.
Camerac. lib. 1. cap. 27. *Hoc eſt manſos dominicos —*
& terrationes, & ſervos, & ancillas, &c. Idem videtur
quod *terra*, agri. Vide *Terrada.*

TERRATORIA, Matta, ſic dicta, quia humi ſternebatur,
ut quidam volunt. Gloſſ. Græco-Lat. Ψιάθιον, *teges, ter-*
ratoria, matta. Sed legendum monuimus, *ſtratoria*, vel
ſtorea, in v. *Matta.*

TERRATORIUM, pro *territorium*, in Chartis Italicis
paſſim, & in Charta Caroli M. pro Eccleſia Pari-
ſienſi in M. Paſtorali lib. 19. ch. 56. Perperam editum
terreatoriis in Charta ejuſdem Caroli to. 2. Analector.
Mabillonii pag. 401.

TERRENITAS *Dei*, Humanitas, οἰκονομία, Incarnatio.
Occurrit in lib. 1. Miraculorum S. Agili cap. 5.

TERREATA. Charta Odonis Borelli de Curtalano, in
Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 72. *Panem tamen*
Canonici ſi voluerint famulum ſuum, qui cuſtodiet res
ſuas, quando Major numerabit in agris, & in grangia,
& ego meum, & heredes mei ſi voluerimus. Feodum Ma-
joris eſt farrago de grangia, terreata annona poſt paleam,
& cauda annonarum bene exquiſitarum, hoc eſt, in tal-
lor, granum vel frumentum, quod in terram ſeu aream,

antequam tritum & excuſſum ſit à paleis, decidit, & terræ miſcetur.

TERRENUM, Ital. *Terreno*, noſtris *Terrain*. Rollandinus in Summa Notariæ: *Domus ſita in terreno Eccleſiæ S. Joannis in Monte.*

TERRIBULUM, *Quoddam tormentum, quod terreat reos, & dicitur à terreo.* Jo. de Janua. Occurrit etiam in Gloſſ. Lat. Gall.

TERRICELLA, Campulus, Campellus. Occurrit paſſim in Chartis Italicis. Vide Ughellum to. 8. pag. 610. 621. to. 9. p. 97. 99. &c. Italis *Terricuola*, eſt locus muro cinctus, oppidulum.

Terricla, χαρακίδες, in Gloſſ. Lat. Gr. quaſi *terricula*, terræ aggeres.

TERRICREPUS, Terribilis. Vita S. Guillelmi Abb. Divion. c. 14. *Quam laſciva ad omnes penè ſermones ore terricrepo juramenta.*

TERRIDA. Vide *Tarides*.

TERRIFINIS, pro *finis*, Terminus. Vetus Charta an. 1099. apud Ughellum in Epiſcopis Populonienſibus: *Cum habitantiis, & cultis, & ſilvis, & omnibus in iſto Caſtello pertinentiis, per terrifines illorum,* &c.

TERRIGENÆ, Indigenæ. Gloſſæ Gr. Lat. αὐτόχθονες, *indigena, terrigena, indigetum.* Auctor Mamotrecti ad c. 18. Levitici: *Indigena, id eſt terrigena.* Occurrit apud Joannem VIII. PP. Epiſt. 27. Ordericum Vitalem lib. 4. p. 505. lib. 11. p. 814. 818. &c.

TERRIPISCINA. Vide *Lacus*.

TERRITORIÆ *res*. Prædia, agri, Gallis *Biens de terre*. Charta anni 1046. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus: *Id ſunt omnes caſæ, & res territoria illa juris mei*, &c. Occurrit ibi non ſemel.

TERRITORIUM, in Gloſſis Gr. Lat. ὅρια, ἀλώνιον, ἀλήχωρος. Ugutioni, *Locus modicus, vel diſtrictus alicujus, vel territorium dicitur, quaſi taurritorium, i. tritum bobus. Civitatum territoria*, in L. un. Cod. Th. de Hirenarch. Vide Sidonium lib. 1. Epiſt. 8. & ibi Savaron. v. cl. Ægid. Menagium in Amœnitatib. Juris pag. 940. & alios.

Territorium, Ager, poſſeſſio, prædium. *Territoria civium*, in l. 34. Cod. Th. de Operib. publ. Adde l. 2. de Exactionib. l. 30. de Annonis, & l. 186. de Decurion. eod. Cod. Siculus Flaccus: *Bellis geſtis victores populi terras omnes ex quibus victos ejecerunt, publicè atque univerſaliter Territorium dixerunt.* Lex Bajwar. tit. 17. §. 2. *Cur invadere conaris territorium, quem ego juſtè jure hæreditario donavi.* Otto de S. Blaſio c. 18. *Succenſiſque quibuſdam Welfonis territoriis, ad propria revertuntur.*

Territorium, pro modo agri uſurpatur in libro de Fundatione Monaſterii Gozecenſis pag. 211. *Ex communi patrimonio noſtro ſubjectas poſſeſſiones offerimus, — in Gerenſtede territorium unum, in Lochreſtide ſeptem manſos: in Zcorrege 4. manſos: in plaime 15. jugera; in Alſorſtide 12. manſos: in Belteggelorbe territorium unum.*

Territorium. Vita S. Endei Abbatis Aranenſis n. 18. *Septem annis in Monaſterii territorio fideliter ſerviens manſit. In his quoque 7. annis ſic diligenter exercebat trituratoris officium, ut in paleario territorii non poſſet granum quod culmen faceret inveniri.* Sed ibi viri docti legendum cenſent *teritorium*, ut ſit area terendo & excutiendo frumento comparata.

TERSANA. Charta Raymundi V. Vicecom. Turenenſis an. 1296. apud Juſtellum in Hiſtoria Turenenſi pag. 155. *Item concedimus dictæ Univerſitati* (Bellilocenſi,) *quod loco uſatici, quod dicitur Terſana, quod nobis competit ratione venditionum feudorum, ſeu in emphyteoſim datorum, ſeu detentorum, quæ tenentur & in poſterum tenebuntur à nobis in feudum ſeu in emphyteoſim in dicta villa de Belloloco & ejus pertinentiis & diſtrictu, emptores unum denarium tantum pro quolibet ſolido pretii venditionis ſolvere teneantur: ipſa feuda ſeu emphyteoſes à dicto uſatico, dicta Terſana, in perpetuum afrancantes, & dictum denarium tantum pro quolibet ſolido pretii nobis & noſtris ſucceſſoribus retinentes.* Ubi *Terſana*, fortè eſt tertia pars pretii venditionis prædiorum feudalium, quomodo *Tiers denier* vocat Conſuetudo Nivernenſis tit. 4. art. 58. 70. tit. 24. art. 10. tit. 6. art. 2. 23. & Arvernenſis cap. 31. art. 75. tertium denarium pretii prædii venditi, qui domino ſuperiori exſolvitur.

TERSORIUM, inter veſtes Eccleſiaſticas. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1077. to. 6. Spicilegii Acheriani: *Dorſalia duo, tapetia quatuor, terſoria tria, bancales tres*, &c. Gloſſ. Gr. Lat. ὀψεψυγεῖον, *tergorium*. Rectius, *terſorium*, in Gloſſ. S. Benedicti c. de Veſtimentis.

TERRULA, Agellus, exiguum prædium, apud Gregorium M. lib. 2. Epiſt. 2. in Synodo Agathenſi can. 45. & in Charta Caroli C. Imp. apud Puricellum in Baſilica Ambroſiana pag. 224.

TERRULENTUS, Terreus, ex *terrula*. Occurrit apud Prudentium.

TERTIA, Officium Eccleſiaſticum diurnum, quod hora tertia canitur. Gregorius Turon. lib. 10. cap. ult. de Injurioſo Epiſcopo Turon. *Hic inſtituit Tertiam & Sextam in Eccleſia dici, quod modo in Dei nomine perſeverat.* Vide Durandum lib. 5. c. 6. Menardum ad Concordiam Regular. Cardin. Bona de Pſalmodia, &c.

Tertia Eccleſiarum, quas *antiqui Canones de parochiis ſuis habendas Epiſcopis cenſuerunt*, ut eſt in Concilio Toletano XVI. c. 5. quarum ratione Eccleſiarum reparationi tenebantur, ut eſt in eodem can. & in Concilio Tarracon. an. 516. c. 8. Concilium Aurelian. I. an. 511. c. 15. *De his quæ in altario acceſſerint, tertia fideliter Epiſcopis deferatur.* Adde cap. 33. & Toletanum IX. c. 6. & Ughellum to. 1. Italiæ ſacræ parte 1. pag. 121. Pecuniæ namque à fidelibus oblatæ in tres partes olim diviſæ, quarum una Epiſcopis, altera Preſbyteris & Diaconibus, tertia Subdiaconibus & Clericis ceſſit, ex Emeritenſi Concilio an. 666. c. 14. Ex Concilio verò Braccarenſi II. c. 7. oblationum tertia fuit Epiſcopi, altera Clericorum, tertia in recuperatione Eccleſiæ. Poſtea Oblationes Eccleſiæ in quatuor partes diviſæ, quarum una Pontifici, altera Clericis, tertia pauperibus, quarta fabricæ addictæ ſunt, ut eſt apud Gelaſium PP. in Epiſt. ad Epiſcopos Lucaniæ, Gregorium M. lib. 3. Epiſt. 11. & in aliquot Conciliis, locis alibi indicatis: cujus quidem partitionis primam fieri mentionem in Concilio Romano ſub Silveſtro I. hancque Concilium Agrippinenſe c. 6. *ex uſu Eccleſiæ* eſſe innuiſſe alii obſervarunt.

Tertia. Debellata & ſubjugata à Gothis & Wiſigothis Italia ita diviſi ſunt agri, ut victoribus partes duæ, tertia antiquis eorum poſſeſſoribus cederent. Lex Wiſig. lib. 10. tit. 1. §. 8. *Diviſio inter Gothum & Romanum facta de portione terrarum, ſive ſylvarum, nulla ratione turbetur — nec de duabus partibus Gothi aliquid ſibi Romanus præſumat, aut vindicet: aut de tertia Romani Gothus ſibi aliquid audeat uſurpare aut vindicare.* Adde §. 16. Quod & firmatur à Senatore lib. 2. Ep. 16. ubi Theodoricus, *Juvat*, inquit, *nos referre, quemadmodum in Tertiarum deputatione Gothorum Romanorumque poſſeſſiones junxerit & animos. Nam cum ſe homines ſoleant de vicinitate collidere, iſtis prædiorum communio cauſam noſcitur præſtitiſſe concordiæ. Sic enim contigit, ut utraque natio dum communiter vivit, ad unum velle convenit. Et factum novum & omnino laudabile: Gratia dominorum de ceſpitis diviſione conjuncta eſt: amicitiæ populis per damna crevere, & ex parte agri defenſor acquiſitus eſt, ut ſubſtantiæ ſecuritas integra ſervaretur. Neceſſe eſt enim, ut inter eos ſuavis creſcat affectus, qui ſervant jugiter terminos conſtitutos.*

Id etiam obſervaſſe Burgundos in Gallia, poſtquam eam partem quam inſederant, occuparunt, docet Lex Gundebalda cap. 54. 57. 79. Præterea in hac agrorum diviſione Princeps exactionem & contributionem aliquam in antiquorum poſſeſſorum Tertiis reſervavit, quæ quotannis fiſco inferretur. Lex Wiſig. lib. 10. tit. 1. §. 16. *Judices ſingularum civitatum, Villici atque Præpoſiti, Tertias Romanorum ab illis qui occupatas tenent, auferant, & Romanis ſua exactione (manente) ſine aliqua dilatione*

reſtituant, ut nihil fiſco debeat deperire. Quod quidem ve- ctigal, *Tertiarum illationem & exhibitionem* appellat idem Senator lib. 1. Epiſt. 14. lib. 2. Epiſt. 17. & 37. non quod tertia fructuum pars, in pecuniam poſtea com- mutata, penſitaretur, ſed potius quod ex Tertiis inferre- tur. Teſtatur enim idem ſcriptor etiam ex binis agrorum partibus, quæ in ſortem victoribus obvenerant, quoddam pariter tributum aut vectigal in Principis fiſcum, perin- de ac ex Tertiis, illatum, quod utrumque *Exactionem bi- norum & ternorum* vocat, & ad Comitis Sacrarum largitio- num officium pertinuiſſe ait, lib. 3. Epiſt. 8. & lib. 7. Epiſt. 20. 21. 22. Vide Paulum Warnefridum de Geſtis Langob. lib. 2. cap. 32.

Tertia, idem quod *Terragium*. ab ejuſmodi enim Tertiarum illationibus, de quibus mox egimus, & agrorum parte ter- tia, quæ antiquo poſſeſſori relicta eſt, & Principi fructuum partem penſitare quotannis ſolebat, agrario, quod *Cam- pipartem* dicimus, etiamnum in Burgundia & vicinis provinciis manſiſſe *Tertiarum* nomen admodum verò ſi- mile eſt: non quod tertia fructuum pars domino ſupe- riori ſolveretur: neque enim agrarii quantitas eò acce- dit, ſed quia ex *tertiis*, quæ veteribus incolis relictæ ſunt, penſitabatur, cum duæ quæ in victorum ſortem ceſſerant, à graviori illa penſitatione immunes eſſent, licèt cenſui leviori obnoxiæ. *Agri* enim *vectigales*, ut habet Hyge- nus de Limitibus conſtituend. pag. 206. *multas habent conditiones: in quibuſdam provinciis fructus partem con- ſtitutam præſtant, alii quintas, alii ſeptimas*, &c. Inde enim graviorum ex agris penſitationum origo videtur pe- tenda. Charta Sanctii Majoris Regis Navarræ æræ 1068. apud Anton. de *Yepez* in Chronico Ord. S. Be- nedicti to. 1. *Manifestè comperimus præteritis temporibus nullum Epiſcoporum prædeceſſorum noſtrorum in Eccleſiis vel parochiis Monaſterio S. Æmiliani collatis, primiti- va vel tertias requiſiſſe, vel accepiſſe.* Adde Chartam ſequentem ibidem. Alia Didaci Epiſcopi Compoſtella- ni æræ 1153. apud eundem to. 4. *Sanctum Georgium de Valegia cum ſuis tertiis, & cum omni cenſu & devito, & cenſu noſtræ Eccleſiæ, & cum ſuo canto*, &c. Infra: *Cum ſuis bonis & tertiis liberam ab omni cenſu.* Rurſum: *Has tertias & iſta debita alii mei prædeceſſores veſtro Monaſte- rio contulerunt.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 94. *Tam de hoſpitibus qui in villa ipſa manent vel labo- rant, quam de porcis qui ibidem incraſſati fuerint, & pa- ſtionati, nec non & de tertiis & taſchis quæ ex erunt ex eiſdem ſilvis & de raminatio.* Vetus Charta apud Perar- dum in Burgundicis pag. 96. *Accrevit, quod abſque red- ditione tertiarum ſupradicti loci habitatores, quocunque loco vellent, in ſua terra ſeminarent ac meterent.* Alia, pag. 118. *Et eorum famuli de terra quam in dominio haberent, excolerent, abſque tertiis velut propria tenerent.* Alia an- ni 1221. pag. 325. *Et tertias debent adducere ad illam vil- lam, & computare ante hoſtia.* Adde pag. 122. 327. 476. Charta anni 1240. in Tabul. Campaniæ ex Bibl. Reg. fol. 365. *De terragiis autem quæ vulgò Tercia dicuntur, ubicumque homines dictæ villæ terras noſtras excoluerint, nos habebimus medietatem.* Alia an. 1276. apud Chifflet. in. S. Bernardo pag. 525. *Tria ſextaria frumenti in qui- bus mihi tenebatur de annuo reditu ſuper tertias ſuas An- bigneio.* Chron. Beſuenſe pag. 634. *In prædicta ſylva, — ſi laboratum fuerit, cujus erit fundus terræ, illius erit & tertia.* Pag. 676. *Addiderunt & tertiam partem de Blaniaco.* &c. Adde pag. 622. Tabular. Abb. Reignia- cenſis Ord. Ciſtercienſis an. 1263. *Sus ce que li Ab- bés & li Convens demandoient toutes les tierces de la ville de Joux*, &c. Hinc *Terræ tertiales* in Charta an. 1313. apud Roverium in Reomao pag. 306. *Et ſingulas Tertias ſuas quas habet annuales in terris tertialibus exiſtentibus in finagio de Rubeo monte.* Adde pag. 289. *Tertiarum* meminit denique Rhenanus lib. 2. Rerum German. p. 94. ſcribens divites interdum colonis locaſſe agros ſub reditu tertiarum.

Tertia mancipiorum. Burgundi pervaſa Galliarum parte, ita cum veteribus incolis, quos Romanos vocabant, ſe geſſerunt, ut agrorum parte tertia iis relicta, alias duas ſibi aſſererent: contra, *mancipiorum* duabus partibus veteribus incolis conceſſis, ſibi tertiam tantùm reſerva- rent. Vide Legem Burgund. tit. 54. §. 1. & tit. 57.

Tertiae, ſeu *Tercias Regales* Hiſpani vocant, tertiam par- tem redituum Fabricarum Eccleſiarum, quam Grego- rius X. PP. Alfonſo Sapienti Regi indulſit pro ſuſtinen- dis bellis contra Mauros.

Tertia conlaborationis, id eſt eorum quæ vir & uxor ſtante matrimonio ſimul acquiſierunt, quæ uxori attribuitur. Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 9. *Volumus ut uxores defunctorum poſt obitum maritorum tertiam partem conla- borationis, quam ſimul in beneficio conlaboraverunt, ac- cipiant.* Marculfus lib. 2. form. 17. *Sed dum villas ali- quas quas ſuperius memoravimus, ad loca ſanctorum he- redibus noſtris deputavimus, quod pariter ſtante conju- gio adquiſivimus, prædicta conjux noſtra tertiam in- de habère potuerat*, &c. Geſta Dagoberti Regis Franc. cap. 47. & Aimoinus lib. 4. cap. 35. *Tertiam tamen par- tem de omnibus quæ Dagobertus Rex acquiſierat, poſt- quam Nantbildis Regina regnare cœperat, eidem reſer- vant.*

Tertia, id quod liber homo dat ſponſæ ſuæ ad oſtium Ec- cleſiæ tempore deſponſationis: *Dos* ſcilicet *rationabilis*, quæ tertia pars eſt totius tenementi viri ſui, quod habuit tempore deſponſationis: ita quod ſi plus tertia parte te- nementi vir daret in dotem, ea ad tertiam partem redu- catur: in Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 16. §. 4. & ſeqq. Eadem appellatur *rationabilis tertia pars mulierum* lib. 1. cap. 3. §. 2. ubi placita de ejuſmodi *Tertiis* ad Vicecomites pertinere dicuntur. Quoniam attachiamen- ta cap. 45. *Si aliquis liber tenens, cujus tenementum li- berum eſt ab omni ſervitio per ſuum infeofamentum, ca- dat in tertiam alicujus dominæ*, &c. Adde cap. 85. Lit- tletonem ſect. 36. 37. & Radulfum *de Hengham* in Parva cap. 2.

Tertia, Menſuræ liquidorum ſpecies, in Itinere Camera- rii Scotici cap. 10. §. 5. de Braſiatoribus: *Non ha- bent menſuras, videlicet quartam, pintam, tertiam*, &c.

TERTIAGIUM. Bulla Clementis VI. PP. data Avinione anno Pontificatus 4. *Super mortuagiis ſeu præſtationibus Eccleſiis principalibus Ducatus Britanniæ, Prælatis & Re- ctoribus Eccleſiarum, videlicet in tertia parte bonorum mo- bilium, quæ Tertiagium dicitur, de conſuetudine laudabili pia devotione fidelium introducta debitis, ut dicti Epiſcopi & Clerus dicebant, in bonis ſeu ex bonis defunctorum ſeu decedentium parochianorum ſuorum, nec non ſuper paſtu nuptiali à parochianis ipſius nubentibus ſeu nuptiis debito ex conſuetudine ſimili, ut dicebant*, &c. Vide *Mortua- rium*.

TERTIALES, Tertia agrorum proſciſſio. Tabularium Foſſatenſe an. 1276. *Debent de quolibet animali 4. cor- veias per annum, videlicet 3. in marceſchiis, in binali- bus, & in tertialibus, & in vindemiis*, &c. Ita *Terza- re* dicunt Itali, *pro tertiò arare.*

TERTIANA *plena villa.* Charta Thomæ Regis Manniæ & Inſularum an. 1055. in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 718. *Et tertiam partem decimarum de omnibus Eccleſiis de Manne, confirmantes eis tertianam plena villa de Kyrkby, propinquiorem Eccleſiam S. Bradani, cum ter- ra ſancti Bradani; & tertianam plena villa de Kyrkma- rona, terras de &c. — tertianam de Balycom, de Knok- croker*, &c.

TERTIARE, Tertiam partem bonorum conferre, vel au- ferre: Gall. *Tiercer*. Charta Theoduini Epiſcopi Leo- dienſis apud Ægidium Aureæ-vallis Monachum in Ge- ſtis Epiſc. Leod. cap. 1. *Prænominata verò villa pro liber- tate ſua ad ſumptus Eccleſiæ neceſſarios, omnia mobilia ſua primo mihi tertiavit, quæ libertate ut ampliùs frueretur poſtmodum dimidiavit.* Rigordus an. 1199. *Milites qui olim ſua libertate gaudere conſueverant, & homines ipſo- rum tertiavit, id eſt, tertiam partem omnium bonorum ſuorum*

ſuorum eis violenter abſtulit.

Terzare, Italis eſt Tertiò arare.

TERTIARIA, Vectigalis aut tributi ſpecies. Charta Conradi Imp. pro Piſanis Tyrum incolentibus, apud Ughellum to. 3. pag. 488. *Ut à Piſanis — nomine tertiaria aut alicujus directura poſſit exigi*, &c. Alia Guidonis Regis Hieroſol. an. 1190. pro Maſſilienſib. apud Gueſnaium in Annal. Maſſil. pag. 336. *Ut per omnia loca liceat vobis libere intrare & exire, commorari & negotiari cum magnis navibus & lignis parvis de riberia, per mare & per terram cum univerſis rebus veſtris ſine ulla directura & tertiaria, vel ancheragia, & abſque alia exactione*, &c. In Conſtitutionibus Siculis lib. 1. tit. 69. §. 1. *Tertiaria* dicitur, quod à *Bajulis* recipiebatur *in certis tantum quæſtionibus & perſonis, commodato videlicet, mutuo, & depoſito.* Hiſpanis *Tercero*, eſt arbiter, *Tercera*, arbitrium.

TERTIARIUM, Modus agri, à *Tertiis*, de quibus ſuprà, nomen ſortitus. Charta Jonæ Epiſcopi Eduenſis an 858. pro Abbatia S. Andochii, apud Sammarthanos: *In pago quoque Auguſtodunenſi, in villa quæ vocatur Dernacus, quia prope Monaſterium eſt locus, addicimus tertiarium unum, in quo poſſunt bonam partem fœni colligere, atque ad Monaſterium devectum hiemis tempore animalium ſuorum inopiam, quam frequenter patiebantur, temperare.* Occurrit eadem vox rurſum infra.

TERTIARIUS, τρίτος, in Gloſſ. Gr. Lat.

TERTIATOR, Colonus fortè, qui ad *Tertium* tenet, ſeu qui tertiam fructuum agri domino penſitat. Frequens occurrit mentio *Tertiatorum* in Capitulari Sicardi Principis Beneventani an. 836. ac primum cap. 4. *Hoc promiſimus de Tertiatoribus, ut ſi à Longobardo venditi fuerint, comparentur, & nullatenus in nave imponatur, aut transmare venundetur, excepto ſi homicidium fecerit, aut facere voluerit, habeat ſibi licentiam eum vendere.* Cap. 24. *De Tertiatoribus verò hoc ſtetit ut nulla nova eis à parte Reipublicæ imponatur, excepto antiqua conſuetudine, hoc (eſt) reſponſaticum ſolùm, & angarias, & calcarias*, &c. Ejuſdem præterea Capitularis, quod imperfectum editum eſt à Camillo Peregrino in Hiſt. Langob. ſuperſunt capita aliquot de Tertiatoribus. Cap. 20. *Ut non præſumat aliquis Tertiatorem exercitalem aut militem facere.* Cap. 21. *Ut ſi Tertiator abſconſè exercitalis factus fuerit aut miles.* Cap. 22. *Ut ſi quis homo liber uxorem duxerit Tertiatricem.* Cap. 25. *De nefandis criminibus, vel aliis cauſis ſi in Tertiatores devenerint.* Cap. 26. *Ut ſi aliquis cum Tertiatore cauſam habuerit à parte Reip.* Cap. 29. *Ut non tollatur à Tertiatoribus excuſaticum & porcos.* Cap. 30. *Ut invito non detur pretium à Tertiatore pro tritico aut vino.* Denique cap. 32. *Ut coloni Tertiatores non dent in collata nec in pactum.* In Pacto Arichis Principis Beneventi. cum Neapolit. *Firmatum eſt qualiter inter partes eſſe deberent de terris in liburia, de ſervis, & de ancillis, & de Tertiatoribus, & de omnibus cauſis*, &c.

TERTIOLUS, Accipitris ſpecies minor, Italis *Terzolo*, noſtris *Tiercelet*. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 19. *Tertiolis & minoribus inter falcones dari debet pro paſtu ſufficienti minor quantitas carnium, & minoranda eſt quantitas ſecundum proportionem convenientem quantitati ſui corporis*, &c. *Terçonnalis* dicitur Anonymo de Falconibus ſecundum Aquilam, &c.

Tertioli Mediolanenſes, Monetæ Mediolanenſium ſpecies. Charta an. 1171. apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica pag. 930. *Et pro ipſo libello accepit iſte Gilbertus ab iſto domno Abbate argenti denaris boni Tertiolorum Mediolanenſium libras 10.* Alia an. 1183 pag. 1014. *De quibus rebus ſunt poſita in feudo tanta quæ valeant libras centum Tertiolorum*, &c.

TERTIONARIA. Charta S. Ludovici Regis Fr. pro Abbatia Perſinienſi, menſ. Maio 1248. *Decimam etiam quam habent in tota terra de Gochicon, & Tertionariam de Merula Radulphi, prout dicta decimæ per metas & limites dividuntur.* Vide *Tertiarium*.

TERTIUM, Tertia pars pretii venditi prædii, quæ ad dominum feudalem datur pro laudimio. Conſuetudines Cataloniæ inter dominos & vaſſallos MSS. cap. 53. *In iſto caſu dominus non poteſt petere tertium, ſive laudimium, vel alias res, ſicut de venditione.* Pactum inter Comitem Sabaudiæ & Abbatem Pinarol. an. 1246. *Quod Comes poſſit emere ſapputuras vinearum factarum ab earum poſſeſſoribus ſine tertio & oſſa...amento, & ficto proinde Monaſterio dando*, &c. Ejuſmodi, ni fallor, *Tertia* habet Plantavitius in Epiſc. Lodovenſib. p. 70. 87. 93.

Tertium in Concilio Toloſano an. 1056. tertia pars decimarum. *Statuimus etiam ut Eccleſiæ ad ſedem pertinentes, quæ ſolvunt tertium, aut paratam, vel Synodum, ſolito more ſolvant Epiſcopis vel Clericis. De iis verò Eccleſiis quæ non dant tertium, vel paratam, tertia pars decimarum cum primitiis & oblationibus, quæ de cœmeteriis & defunctis conſequuntur, Epiſcopo & Clericis aſſignetur.* Vide *Tertia*.

Tertium & Dangerium, in Charta Ludovici Hutini Regis Franciæ an. 1315. pro Normannis: noſtris *Tiers & danger*: Jus quod Rex habet in foreſtis & ſilvis Normanniæ, in quarum cæſionibus, ac venditionibus pretii tertiam partem percipit, niſi exemptio & immunitas chartis aut longo uſu probetur. Additur *Tertio*, *Dangerium*, non quod hæ voces valeant *tertium & decimum denarium*, quem revera Rex percipit, uti vult Santyonus: ſed quod alter iſte tertius denarius, ſit tertia pars tertiæ partis pretii principalis, qui datur pro facultate cædendi ſilvam, aut alienandi. Areſta Candeloſæ 1259. in 1. Regeſto Parlam. f. 100. *Petebant à Rege quod permitteret eas vendere boſcos ſuos de Aliſiaco & de Albamarla libere abſque ſolutione tertii, cum prædeceſſores earum uſi fuiſſent ſemper ita vendere eoſdem boſcos.* Adde fol. 14. verſo. Charta Philippi Regis Franc. an. 1312. in 48. Regeſto Archivi Regii ch. 26. *Pro eo quod dicti Religioſi illud* (nemus) *ſeu aliquam ejus partem vendiderant abſque ſolutione tertii & dangerii, noſtraque licentia non petita, nec ſuper hoc obtenta*, &c. Vide Bretium lib. 3. *De la Souveraineté du Roy*, cap. 3. & in voce *Dangerium*.

TERTIUS *defunctorum dies*, olim ſacrificio Miſſæ celebratus à Chriſtianis. S. Ambroſius Orat. de Theodoſii Imp. obitu: *Et quia alii tertium diem & trigeſimum, alii ſeptimum & quadrageſimum obſervare conſueverunt, quid doceat lectio, conſideremus*, &c. Τρίτα τῶν κεκοιμημένων, in Canonib. Apoſtol. Adde Hiſt. Lauſiacam, ubi de S. Eulogio, Euſtratium Preſbyt. tract. 3. de Defunctorum animis apud Photium cod. 171. & Novellam Juſtiniani 133. c. 3. Vide *Tricennalia*.

TERTUSSUS, Porcellus domeſticus, qui domi nutritur, hoc eſt, inquit Wendelinus, quaſi *terte-ſun*, ſeu tertii gregis: eſt enim *ſun*, grex, ut alibi obſervatum. Ait porrò ille apud Taxandros porcis pro ætatibus varia eſſe nomina: recèns editos ac nefrendes, *biggen*, mox *baggen*, quamdiu lactent appellari. Poſtquam verò in tantum adoleverunt, ut cum matre poſſint prodire, quod eſt *terden*, ou *troden*, tertuſſi ſunt, & *Tratſen* vocantur: ii denique facti adultiores, fiunt *cuddens*, hoc eſt gregales, &c. Pactus Legis Salicæ tit. 2. *Si quis porcellum tertuſſum uſque ad annicolatum furaverit*, &c.

TERZAROLUS, ex Italico *Terzuolo*, Academicis Cruſcanis, minus velum quod navis habeat: *E nelle galée dicono far il terzuolo, quando ſi raccoglie un terzo della vela, e s'attacca à l'antenna.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 5. *Propter quod expedit quod totum remigabile navigium pro minori ſit diſpoſitum ad terzarolos.* Occurrit ibi pluries.

TEZA *candela*, Gall. *Toize de chandelle.* Dabantur nempè candelæ regiis officialibus ad menſuram *teſiæ*. Charta S. Ludovici Regis Franc. an. 1269. apud Sammarthanos in Archiepiſcopis Senonenſibus: *Capellanus habebit liberationem ſuam integram, ſcilicet 4. panes, & dimidium ſextarium vini, & pro coquina 2. denarios, unam teſam candelæ.* Vide *Teſa*.

TESCUA, Joanni de Janua, dicuntur *loca quibus pecora caſtrantur. Unde Teſcuare, caſtrare. Teſcuatores caſtratores, & Teſcuationes, caſtrationes dicuntur.*

TE[?]QUA. Ægidius Aureæ-vallis Monach. in Epiſcopis Leod. cap. 5. *Jamque illi longo terrarum tractu, diverſarumque cælo regionum tranſito, infra inculta quædam loca, Teſqua vulgus illa nominat, pariter habuere diverſorium.* Atqui vox Latinis ſcriptoribus notiſſima, ac proinde non vulgaris aut nupera.

TESSELLUS. Meſſianus Preſbyter in Vita S. Cæſarii Arelatenſis: *Cœpit ſub obteſtatione domini multis precibus expoſcere à me, ut unum pannum de teſſellis illius* (S. Cæſarii) *quem nudo corpore habuiſſet, ſibi ferrem.* Infra: *Ea conſuetudo erat, ut antequam quieſceret, teſſelli adhiberentur calefacti ad ignem, & aliis detractis apponerentur.* Infra, *velaris pannus* appellatur.

TESSERARII, qui *teſſeras*, ſeu præcepta Ducum per contubernia militum nuntiabant, apud Vegetium l. 2. c. 7.

TESSERINI, *Agripennis bicurti, quia ad modum ſunt teſſerarum quibus ludimus.* Papias & Jo. de Janua.

TESTÆ, ſeu *teſtarum confractorum fragmenta*, ſuper quibus tyranni nudos volutari cogebant Martyres. S. Auguſtinus Serm. 13. de Sanctis: *Contuſa quo jacebat teſta ſubſternitur, ut vis acuminis conciſam molem ſuperjecti corporis plus diſcinderet, atque reddita tormentis membra quæ ſecarent, obvia ſuſciperent fragmenta.* Verſus de S. Eutychio Martyre in Eccleſia S. Sebaſtiani ad Cœmeterium Calliſti Romæ:

Teſtarum fragmenta parant, ut ſomnus adiret.

Acta Sanctæ Martinæ Martyris cap. 2. *Præcepit teſtas eos levare, & faciem ejus cædere.* Acta Sancti Luciani Preſbyt. cap. 4. *Nunc autem in toto dorſo graves teſtarum aculeos denſos & continuos maligno animo ſubſternebant.* Acta S. Vincentii Mart. cap. 3. *Fragmenta teſtarum exaſperata paſſim congerite, ut quicquid jacentis corporis malè inciſa fractura tetigerit, illimatis infigat aculeis, & ipſa converſio laterum innovetur ad pœnam.* Acta S. Thyrſi Mart. c. 8. *Et pro minutis moviis de lateribus, fragmenta teſtarum infigite.* Althelmus de Laude Virg. c. 32.

Tum rogus ardeſcens, & rubra fragmina teſtæ.

Vide Gregorium ſeu Ruffinum in Actis SS. Phileæ, Philoromi, & Socior. n. 4. Acta Proconſularia Martyrum apud Baron. an. 285. n. 5. Acta S. Agathæ n. 12. Acta SS. Tharaci & Socior. apud eundem an. 290. n. 12. & alia paſſim SS. Martyrum, præterea Gallonium de SS. Martyrum Cruciatib. cap. 6.

Teſtula, eadem notione, in Actis SS. Claudii, Aſterii, & ſociorum, apud Baron. an. 285. n. 5.

Teſta, Calvaria, Gall. *le Teſt*, unde *la teſte*, pro ipſo capite. Auſonius Epigr. 71.

Abjecta in triviis inhumati glabra jacebat
Teſta hominis, nudum jam cute calvitium.

Lex Aleman. tit. 59. §. 6. *Si autem teſta tranſcapulata fuerit, ita ut cervella appareant*, &c. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 4. *Vel in capite teſta apparet, quod Gebulskini vocant.* Adde tit. 4. §. 3

TESTAEVANGELIUM, Vide *Textus*.

TESTAGIUM, idem quod *Capitagium*. Cenſus pro capite, *Cens qui ſe leve par teſte.* Bonifacius VIII. PP. lib. 4. Epiſt. 217. ad Regem Cypri: *Quamdam collectam, vel talliam annuam, quæ Teſtagium dicitur, ordinaſti, videlicet duorum Bizantiorum pro capite cujuſlibet incolæ dicti regni.*

TESTAMENTARIUS, Executor teſtamenti. Leges Alphonſi IX. Regis Caſtellæ part. 6. tit. 10. *Teſtamentarios ſon llamados aquellos que han de ſeguir & de cumplir las mandas, e las voluntades de los defunctos, que dexan en ſus teſtamentos.* Occurrit in Charta Joannis Militis Do. *de Wallaincort.* an. 1242. in Tabulario Abbatiæ Montis S. Martini Ord. Præmonſtrat. & in alia Erici Ketelſoni apud Pontanum lib. 9. Rerum Da- 1. c.ar pag. 518. Teſtamentum Vernaculum Balduini Comitis Guinenſis an. 1244. apud Ducheſnium: *Et à cho à parfaire ai-je mis mes Teſtamenteurs Robert mon frere, Andriu de la Mote*, &c. Ἐπιμελητὰς δὲ εἶναι τῶν ἐν τῇ διαθήκῃ γεγραμμένων, in teſtamentis Theophraſti & Stratonis apud Diogenem Laertium lib. 5. pag. 185. 187. Ἐπίτροποι, in Teſtamento Platonis, apud eundem lib. 3. pag. 110 & in Novella Leonis 63. [illegible], in Baſilicis in l. 17. de Legat. 2. Aliàs

Teſtamentarius, eſt Scriptor Teſtamenti, διαθηκογράφος, in Gloſſ. Gr. Lat.

Teſtamentarius, Officium Monaſticum, penes quem, ut autor eſt Brouverus lib. 2. Antiq. Fuld. c. 10. fuit diſpoſitio piorum legatorum, ſeu ab exteris ea, ſeu à domeſticis proficiſcerentur, velut hac in re fidelium teſtamenta exequeretur.

TESTAMENTUM, Donatio, ſeu potius Charta quæ in donationis ac largitionis argumentum conſcribitur. *Teſtamentum venditionis*, in Lege Ripuar. tit. 59. §. 1. 3. tit. 67. §. 1. Abbo Floriacenſis Abbas in Canonibus c. 7. *Quoniam teſtamentorum alia ſiunt dotis nomine, alia hæreditatis donatione, alia de rebus Eccleſiæ, quas abalienari eſt difficile, & dicuntur Precaria.* Arnulfus Lexov. Epiſcop. Epiſt. 26. *Privilegia ſiquidem Romanorum Pontificum, quaſi quædam ipſorum teſtamenta credenda ſunt, nec à morte teſtatoris expirant, ſed potius ab ipſa contrahunt firmitatem.* Vita S. Agili Abb. cap. 7. *Quin etiam largiens ſolemniter per titulum teſtamenti ex propria ditione numeroſam copiam fundi ac familiæ.* Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 19. *Quandam ſui juris Eccleſiam, facto ſolemniter teſtamento, eidem contulit.* Adde lib. 2. cap. 2. Fauſtus in Vita S. Mauri Abb. n. 50. *Vocanſque ad eum Anſebaldum, qui ſcriptoribus teſtamentorum regalium præerat, præcepit ei*, &c. Adde n. 40. Odo Abbas S. Mauri, de Miracul. S. Mauri cap. 1. *Poſt hæc omnia teſtamenta, quorum auctoritate rerum cunctarum eidem loco collatarum conſtabat delegatio, ſollicite perquirens*, &c. Infra: *Cum domorum everſione teſtamenta ſunt ablata prædiorum. Per teſtamentum literarum* concedere, in Bulla Benedicti VIII. PP. in Bullario Cluniac. pag. 8. Utuntur paſſim ſcriptores, Gregor. Turon. lib. 6. c. ult. Aigradus in Vita S. Anſberti Arch. Rotom. n. 15. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abbat. Corbeienſis lib. 1. cap. 26. 27. Adrevaldus de Tranſlat. S. Benedicti cap. 3. Anonymus Floriac. de Miracul. S. Benedicti cap. 27. Conradus de Fabaria de Caſib. S. Galli cap. 14. pag. 142. Ado Viennenſis an. 727. Hariulfus lib. 4. Chronici Centulenſis cap. 6. 7. 19. 22. Chartæ veteres apud Doubletum pag. 654. Miræum in Notitia Eccleſ. Belg. pag. 52 Ducheſnium in Hiſt. Limburg. pag. 5. Petrum Joffredum in Epiſcop. Nicienſibus pag. 158. Roverium in Reomao pag. 197. Puricellum in Ambroſiana Baſilica pag. 263. 311. &c.

Teſtamentum, Teſtimonium. Vide Pithœum ad Collat. Legum Moſaïcar. tit. 8.

TESTARE, Teſtari, teſtimonium dicere. Lex Bajwar. tit. 16. cap. 2. *Niſi ſuper hominem teſtare voluerit aliquam cauſam*, &c. Videtur aliud ſonare in Lege Salica tit. 29. §. 19. *Si quis aratrum in campum alienum intrare prohibuerit, vel arantem foras jactaverit, vel teſtaverit*, &c. Vide Pactum Legis Salicæ tit. 27. §. 20.

TESTATIO, Jus dicitur quod Epiſcopi habebant diſponendi de quarta, interdum nona parte relictorum de teſtamentis, in pios ſcilicet uſus; quod quidem inde manavit, quod antiquitus ſtatutum fuit, ut rerum quæ in teſtamento relinquerentur, autoritate Eccleſiæ diſtributio deinceps fieret, & ut Epiſcopis ac Prælatis, in pios, ſicuti diximus, uſus, certam eorum quantitatem diſtribuere liceret. Cum autem de *decima tantum parte* diſponendi iis facultas eſſet data, ſcribit Matthæus Paris an. 1190. ſtatutum in Normannia, Ricardo Rege annuente, inter cætera, *Ut diſtributio rerum quæ in teſtamento relinquuntur, autoritate Eccleſiæ fieret, nec decima pars, ut olim, ſubtraheretur.* Ut rebus porrò teſtamento relictis quartam ſibi poſtmodum arrogarunt,

non ampliùs in pios uſus erogandam, ſed tanquam ſibi propriam, & de qua diſponere iis omnino eſſet liberum, uti de *inteſtatorum* bonis, quod ſupra diximus. Charta Leonardi Epiſcopi Cæſenatenſis an. 1175 apud Ughellum to. 2. *Inſuper largimur vobis veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum alias decimationes, & primitias, & teſtationes, & Aquam ſanctam totius Vicariatus*, &c. Alia ibidem Americi Epiſcopi ejuſdem Eccleſiæ an. 1274. *Inſuper largior, do, trado, — in perpetuum Canonicam portionem teſtamentorum & aliarum ultimarum voluntatum de jure ſpectantium mihi meiſque ſucceſſoribus ab hac hora in antea in perpetuum per totum Plebatum dictæ Plebis S. Mauri, — ut libere quidquid ad me meoſque ſucceſſores ratione Canonicæ portionis, id eſt quarta teſtamentorum, & aliarum ultimarum voluntatum pertinebit amodo, vel pertinere videbitur in perpetuum per totum plebatum utrumque, percipere ac exigere & habere pacifice valeatis*, &c. Vide *Noragium*.

TESTATOR, Patronus, interceſſor. Liber 2. Miraculor. S. Bertini cap. 7. *Præſertim de Dei auxilio teſtatorumque propriorum interventu ſiſi*. Et cap. ſeq extremo: *Tam clementis Dei proviſione adjuti — imo de experta patrum inteſtatorum ſolita & provida defenſione ſalvati*, &c.

TESTEIA, *Teſteia*. Capit. Caroli C. tit. 12. c. 13. *Iſtud ſacramentum jurabunt franci homines. Ego ill. adſaliitoram, illud malum Schach vocant, vel teſceiam non faciam, nec ut alius faciat conſentiam*. *Teſteia* ſcribitur in tit. 39. c. 3. *De illis hominibus qui infames vel clamodici ſunt de teſteiis, vel latrociniis, & rapacitatibus, & aſſalituris*, &c. Infra: *Juret — quod teſteiam, vel latrocinium, aut rapinam non fecerit*. Occurrit ibi pluries. Vocis origo incerta, tametſi notio ex allatis ſatis conſtet. Sanè *teſteia* ſcribi debere, non *teſceia*, evincit Epiſtola Fulcardi Abbatis Lobienſis ad Imp. Henricum, in Chronico Lobienſi: *In placitis præter bincinam & teſteiam non debet habere Advocatus, niſi tres denarios, & alicubi duos: modò ſi aliquis non placito ſcabinorum banno fuerit devictus*, &c. Ubi legendum monuimus *burinam*; id eſt ſeditionem, *teſteiam*.

TESTES. Statuta Synodalia Nicolai Epiſcopi Andegavenſis an. 1263. *Prohibemus ſingulis Sacerdotibus parochialibus, ne ipſi parochianis ſuis die Paſchatis teſtes ſeu hoſtias loco panis benedicti miniſtrent, ne ex ejus miniſtratione, ſeu receptione erubeſcentiam evitare videantur, ſed panem benedictum faciant; ſicut aliis diebus dominicis fieri conſuevit*. Ubi pro *evitare* legendum puto *irritare*: forte enim intelliguntur paniculi, ſeu oblatæ in *teſticulorum* figuram formatæ, quas in hoc feſto Paſchali loco panis benedicti dabant.

TESTIS. *Teſte meipſo*, vel *Teſte Rege*, formula Chartis Regum Angliæ paſſim adſcripta, cum ſcilicet à proceribus non [illegible] ſcribitur, ſed à ſolo Rege: quam ſugillavit olim Pius II. PP. in mandato Henrici VI. lib. 3. Commentar. ſuor. *Teſtem autem ſe dicit* (Deus) *futurum, quia in judicio ſuo non indiget teſtium*.

Teſtes ex eodem Comitatu, in quo res acta, de qua controverſia eſt, ſumi debent. Capitula Ludovici Pii Imp. ad Legem Salicam.

Teſtes qui oculis ſuis viderunt, & auribus ſuis audierunt: in Lege Alamann, cap. 1. tit. 2. §. 1.

Teſtes per aurem attracti. Vide *Auris*.

Teſtes Synodales, *publici*, qui publicè recepti & probati in Synodo: *de quorum fide non dubitatur*, in Concilio Cabilonenſi an. 813. c. 21. cap. Præterea, de Teſtibus cogend. *Teſtes publici* [illegible] *Synodales*. Cenſent C[illegible] & Altaſerra lib. 2. Diſſertat J[illegible] Canon. c. 12. dic[illegible] *teſtes Synodales*, qui publicè recepti & probati in Synodo, quaſi cuſtodes & ſpeculatores eorum quæ [illegible] Eccleſia, vel contra Synodi decreta decernuntur & geruntur, [illegible] Græci [illegible] vocant: ut notavit C[illegible] cap. 7. de Teſtib. cogend. vel potius hos eſſe qui in quacumque parœcia vel Epiſcopatu eligebantur, adhibito ſuper 4. Evangelia, vel Martyrum reliquias juramento, ut omnia quæ contra fidem & religionem fiebant, obſervarent & nuntiarent, ut patet ex Can. *Epiſcopus*, 35. q. 6. & Concil. Lateran. ſub Innoc. III. c. 6. Concilium Narbon. an. 1227. c. 14. *Diſtricte mandamus, ut ab Epiſcopis teſtes Synodales in ſingulis inſtituantur parochiis, qui de hæreſi & aliis criminibus diligenter inquirant*, &c. Concilium Toloſanum an. 1229. *Statuimus itaque ut Archiepiſcopi & Epiſcop. ſingulis parochiis, tam in civitate, quam extra, Sacerdotem unum, & duos vel tres bonæ opinionis laicos vel plures, ſi opus fuerit, ſacramento conſtringant, qui diligenter, fideliter & frequenter inquirant hæreticos in iiſdem parochiis*, &c. Synodus Coloni[illegible] an. 1300. c. 10. *Et illud inventarium fiat per [illegible] & [illegible], videlicet per Præpoſitum, & duos Scabinos [illegible], vel Synodales, non ſuſpectos*, &c. Infra: [illegible] *in præſentia Sacerdotis loci, vel duorum vel trium Scabinorum, vel Synodalium, vel fidedignorum*. Statutum Friderici II. Imp. apud Alber an. 1234. *Statuimus, ut ſi quis treugas datas violaverit, ſi cum ipſo in cujus manum treuga fuerant compromiſſa, & cum duobus aliis Synodalibus hominibus treugas violatas eſſe convincere potuerit, & teſtari, violator manum perdat*. Adde Statuta Walteri Epiſcopi Dunelmenſis an. 1255. ſub finem.

Ut porrò ii deligerentur, docet inprimis Concilium Rotomagenſe apud Reginonem lib. 2. c. 2. & Burchardum lib. 1. c. 91. *De juratoribus Synodi: Epiſcopus in Synodo reſidens, poſt congruam allocutionem, ſeptem ex plebe ipſius parochiæ, vel eo amplius aut minus, ſicut viderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque veraciores viros in medio debet evocare, & allatis Sanctorum pignoribus unumquemque illorum tali ſacramento conſtringat: Amodo in antea quicquid noſti vel audiſti, aut poſtmodum inquiſiturus es, quod contra Dei voluntatem & rectam Chriſtianitatem in iſta parochia factum eſt aut in futurum erit, ſi in diebus tuis evenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocunque modo perveniat, ſi ſcis aut tibi indicatum fuerit Synodalem cauſam eſſe, & ad miniſterium Epiſcopi pertinere, quod nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam celare debeas Epiſcopo aut ejus miſſo, cui hoc inquirere juſſerit, quandocunque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet & iſta Sanctorum reliquia*. Quo quidem peracto juramento, interrogabantur per ordinem ab Epiſcopo de delictis quæ in parœcia ſua peracta eſſe noverant.

Teſtes levare. Uſatica MSS. civitatis Ambian. *Quiconques che ſoit qui ne ſache mie coment il puiſt & doit le teſmoins lever, il le puet demander au Majeur coment il le puiſt lever, & li Maire le doit certifier, & enſeignier coment il le puet & doit lever. Derechief quiconques ce ſoit qui veulle teſmoins lever, il le puet lever con faus teſmoins, & le doit lever par le poing, & preſenter ſon gage & en puet recevoir à avoir campion & autre s'il veut*, &c.

TESTIMONIALES, Diplomata vel *Epiſtola*, quæ à Principibus conceduntur iis qui *militiam ſub armorum labore* exegerunt, quibus, in emeritæ militiæ præmium, in *Protectorum*, *Præpoſitorum*, vel *Tribunorum* ordinem ii adſcribuntur. *Teſt*[illegible] *dignitatem adipiſci*, in l. 8. Cod. Th. de Honorariis codicill. Vide eundem Cod. tit. de Teſtimoniali ex Tribunis & Protectoribus, & ibi Gotofr. Gall. *Témoignage de ſervice*.

TESTIMONIARE, Teſtimonium dicere, Gall. *Teſmoigner*, in Capitul. ad Legem Salicam c. 18. *Optimus quiſque in pago vel civitate in teſtimonium aſſumatur, & cui is, contra quem teſtimoniare debet, nullum crimen poſſit indicere*. Adde lib. 3. Capitul. c. 32.

TESTIMONIUM, Teſtis, unde Gallis *Teſmoin*. Capitulare an. 779. c. 19. *De mancipiis quæ venduntur, ut in præſentia Epiſcopi vel Comitis ſit, — aut ante bene nota teſtimonia*. Vetus Placitum editum à v. cl. Steph. Baluzio in Append. ad Capitul. *Nuper veniens Arloinus ad ſuum placitum quod arramitum habuit, ibidem ſua teſtimonia protulit bonos homines idoneos, his nominibus*, &c. Aliud Placitum an. 869. apud eundem: *Unde ſic dedit*

iſte Wardinamandatarius — *tale teſtimonia qui juraverunt ad feria conditione*, &c. Chronicon Farfenſis Monaſterii pag. 656. *Et ſic venit domnus Abbas, & ejus Advocatus, una cum teſtimoniis, quorum nomina ſunt. Gradolfus*, &c. Tabularium Perſienſe ch. 19. apud Peſardum: *Ante ipſos Miſſos duodecim teſtimonia ibidem preſentavit, his nominibus*, — *ipſa teſtimonia diligenter diſcuſſi fuerunt*, &c. Charta 99. ex Alamannicis Goldaſti: *Tunc prædictus Comes juſſit ut ipſa teſtimonia ſupra irent, & ipſos terminos oſtenderent quod dicebant*, &c. Burchardus Wormacienſis Epiſcopus in Lege Familiæ: *Ut devitentur perjuria, volumus ut ex utraque parte oſtendantur illorum teſtimonia, & ita collaudant teſtes quaſi gratum habeant: & ex ſupradictis duobus teſtimoniis, duo eligantur ad pugnam, & cum duello litem decernant, & cujus campio ceciderit, perdat.*

Pro *Teſtimonio* aliquid accipere. Vetus Charta apud Ordericum Vital. lib. 5. pag. 590. *Inde habuimus beneficia & ſocietatem fratrum, & pro teſtimonio unum equum centum ſolidorum.*

Teſtimonium Eccleſiaſticum. Chronicon Reicherſpergenſe an. 272. *Lucius PP. præcepit ut duo Preſbyteri, & 3. Diaconi in omni loco Epiſcopum non deſerant, propter teſtimonium Eccleſiaſticum.* S. Hieronymus Epiſt. 85. *Sed dicis, Quomodo Romæ ad teſtimonium Diaconi Preſbyter ordinatur?* Vide *Cellulanus, Syncellus.*

Testinia, Armaturæ ſpecies. Teſtamentum Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. in Hiſt. Pinnatenſi lib. 2. cap. 38. *De meas autem armas quæ ad Varones & Cavalleros pertinent, ſellas de argento, & frenos, & brunias, & eſpatas, & adarcas, & gelmos, & teſtinias, & cinctorios, & ſporas, & cavallos, & mulos & equas, & vacas, & oves, dimitto ad Sanctum filium meum*, &c. Quid ſi legatur *teſtirias?* ut ſit capitis armatura, quam *Teſtiere* noſtri vocant. Quam etiam armaturæ ſpeciem equis militaribus adſcribunt Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 95. ubi de duello certantibus: *Et le cheval doit eſtre converi de converture de fer, & avoir une teſtiere de fer, & emmi la teſtiere, une broche de fer, telle comme celle de l'eſcu.*

Testinum. Lex Familiæ Burchardi Epiſcopi Wormacienſis: *Nihil inrei, ſed in teſtino Scabineorum ſit.* Ubi *teſtimonio* legendum nemo non videt.

Testiphadium. Iſo Magiſter in Gloſſis: *Fulchra: ſuſtentacula vel lectorum, vel aliarum rerum, quæ Teſtiphadia nominamus.* Leg. *Stibadia*, ex Gr. ςιβάδιον.

Testones. Additamentum 1. Legis Burgundion. tit. 11. *Si quis acceptorem alienum involare præſumpſerit, aut ſex uncias carnis acceptor ipſe ſuper teſtones comedat, aut certè ſi noluerit, ſex ſolidos illi, cujus acceptor eſt, cogatur exſolvere.*

Teſton, Teſtones, inquit Spelmannus, nummi genus, quod Gallis 18. denariis valebat. Et ſic olim fortè apud Anglos: æreum autem & argento delibatum ſub Henrico VIII. 12. denariis exponebatur. Sed Edwardi VI. anno 1. ad 9. denarios contractum eſt; poſtea verò, quale hodie permanet, ad ſex denarios, ſed hoc optimi argenti.

De *Teſtonibus* Francicis, vide Syntagma de Monetis argenteis, ſuprà à nobis deſcriptum.

Testula. Vide *Teſta*.

Testus. Vide *Textus*.

Teta. Servius ad Eclog. 1. Virgil. *Palumbes, quas vulgus Tetas vocat.*

Tethinga, vel *Tithinga*, pro *Decania* & *Friborgus*, interdum pro *Trithinga*, quæ vide ſuis locis.

Tethingpeny, Pecunia, quam ſubſidii cauſa Vicecomes olim exigebat ex ſingulis *Tethingis*, ſeu decuriis ſui Comitatus. Inter tributa, à quibus immunitas conceditur, recenſetur in Charta Henrici II. Regis Angliæ in Monaſtico Anglic. to 2. p. 283. *Sint quaſi* — *de Blodwite, & Garwite, de Ferdwite, & de Leirwite, de Tedingpeny, de Flemenewrde, & telonio*, &c. Adde pag. 387. *Thenedingpeny* habetur pag. 827. *Thethingpanye*, pag. 1003.

Tetmallum, pro *Mallum*, Placitum. Pancharta Nigra S. Martini Turon. an. Odonis Regis... *Data eſt hujus ceſſionis auctoritas 11. Kal. Junii Turonis in publico Tetmallo quod tenuit Aldradus Vicecomes.* Vide *Mallum*.

Tetra, Ex Gr. τέτταρα, Quatuor. Aithelmus de Laude virginum:

Helias vates, quem tetra volumina Regum
Inſignem memorant virtutum ternia fretum.

Tetracty, vox Gr. τετρακτύς. Ingobertus Caroli M. ſcriba:

Rex cæli dominus ſolita pietate redundans
Hunc Karolum Regem terra dilexit herilem.
Tantis ergo officiis ut compos valuiſſet haberi,
Tetracty implevit virtutum quatuor alma.

Qua voce intelligit virtutum quaternionem, Juſtitiam, ſcilicet, Prudentiam, Fortitudinem, & Temperantiam. Vide Nicolaum Alemannum in Diſſertat. de Lateranenſib. Parietinis cap. 9. & Notas noſtras ad Alexiadem.

Tetrada, in Pœnitentiali Halithgarii, dicitur quarta feria cujuſque ſeptimanæ, ex Gr. τετράς, τετράδος. *Omnis itaque pœnitens non ſolum debet jejunare quod illi mandatum eſt à ſacerdote, verum etiam poſtquam compleverit ea quæ illi juſſa ſunt, debet, quantum ipſi viſum fuerit, jejunare ſive tetradas, ſive Paraſceve.* Nempe ſolebant Chriſtiani, maximè Orientales, jejunare quarta & ſexta feria. Sic τετράδας καὶ παρασκευάς dixit Socrates lib. 7. c. 21. ubi de Theodoſio juniore, *qui plerumque jejunabat, & maxime quarta feria & ſexta, ſtudio Chriſtianitatis*, ut Socratis verba vertit Senator lib. 11. Hiſt. Tripartitæ cap. 17. Τετράδα verò pro quarta feria uſurparunt S. Ignatius in Epiſt. ad Antioch. Juſtinus Martyr in lib. Reſponſionum ad Orthodoxos, Clemens Alexandrinus lib. 7. Strom. idem Socrates lib. 5. cap. 22. Balſamon, Nicetas Choniates in Manuele lib. 4. n. 6. & alii. Sed & τετράδα, Græcis nuperis, pro τετράς dicta eadem feria, uti obſervatum à Meurſio.

Tetrans, Groma, ferramentum Geometricum. Incertus Agrimenſor: *In quam partem verteris, tetrantem ponas.* Vide Gloſſ. Rigaltii ad Gromaticos ſcriptores.

Tetransiton. Hypomneſticum de Anaſtaſio Apocriſiario, in Anaſtaſii Bibl. Collectaneis p. 257. *Filius Pluſtini Beatiſſimi Imperatoris Piſtoris, id eſt qui ſuper omnes piſtores publicos eſt, eorum videlicet qui annonas Scholarum omnium ſolvunt, quod appellatur Tetranſiton.* Vox videtur formata ex Gr. τετράσιτον, quadruplex annona.

Tetranus, *pravus, tenebroſus, à teter.* Ugutio, & Joannes de Janua.

Tetrardus, *Quartanus*, Papiæ MS. Editus *Tetrerdus* habet. Ex Gr.

Tetrassarius, Semuncia, apud Marcellinum Empiricum: τετρασσάριον, apud Arrianum in Epictetum: τετράσσαρον, unciam vocari Cleopatra ſcribit.

Tetravelum, Velum quadruplex, ſeu vela quatuor, quæ in circuitu Ciborii, quo altare tegitur, expandi ſolent, uti pluribus docuimus in Deſcriptione ædis Sophianæ n. 65. Vox hibrida. Anaſtaſius in Sergio PP. *Hic fecit in circuitu altaris baſilicæ tetravila octo, quatuor ex albis, & quatuor ex coccino.* In Leone III. *Sed & ſuper altare majus fecit tetravela holoſerica quatuor cum aſtilis & roſis chryſoclabis.* Ibid. *Fecit & in circuitu altaris, ubi ſupra, alia vela alba holoſerica roſata, quæ pendent in arcu de Ciborio numero quatuor*, &c. Rurſum: *Fecit tetravila alithyna ornata in circuitu de quadrapulo.* Mox: *Nec non & tetravela rubea alithyna quatuor, ubi ſupra, fecit.* Occurrit præterea in hac Vita ſemel ac iterum p. 143. 144.

Tetricare, Tetricum eſſe. Alexander Necham: *Tetricat quotiens quis ſurgendo pigreſcit.* Alludit ad illud Eccl. *Et hora ſurgendi non te trices.*

Tetrimentum, *murmentum.* Papias.

Teutona, Gloſſ. Ælfrici, *Clava, vel cateia, vel Teutona*, aneſ cynneſ ʒeſceat.

Texaga, in Gloſſis vett. eſt *intra tecta*, quomodo accipi videtur in Lege Salica tit. 11. §. 4. *Si quis homo ingenuus*

alienum ſervum in texaga ſecum duxerit, aut aliquid cum eo negotiaverit, &c. Ubi Wendelinus, *in texaga*, in furto *tecto*, & non manifeſto, ſeu *clam*, ſignificare ait: ut & in Lege Aleman. tit. 99. §. 25. *Si quis ſervum molinarium involaverit, alium cum ipſo reddat, & ſolvat ſol. 6 in texaga cujus fuerit.* Editio Heroldi c. 104. habet *ferrum*, pro *ſervum*, & in Lege Ripuar. tit. 63. *Si quis hominem in hoſte interfecerit, triplici Weregeldo culpab. judicetur: de texaga ſimiliter.* Ubi Editio Heroldi, *de furto ſimiliter*, habet. Monet v. cl. Stephanus Baluzius aliquot Codices Legis Ripuariæ tit. 18. §. 1. tit. 82. c. 1. & alibi *texagam* habere, ubi alii *furtum*. Vetus Formula obnoxiationis: *Quod ego caballum ab homine aliquo — in texaga ſubduxi: unde de ipſo furtu victus apparui.*

TEXTILICINIUM, pro *textilicium*. Hugo Eterianus in præfat. in lib. 3. de Hæreſib. *Fidem habens cum integritate ſenſus, & admirationem cum gloria, quibus acute dijudicat, ſicubi textilicinia ignobiliter eminentiſſimæ ſapientia connectantur*, &c.

TEXTORES, Hæretici Albigenſes, ſeu Cathari, quos Galli *Tixerans*, vocabant. Vide in *Piſti*.

TEXTRINUM, *Locus, ubi naves fabricantur, i. navalia. Eſt etiam locus ubi fœmina texunt telas.* Papias.

TEXTUS, Liber ſeu Codex Evangeliorum, qui inter Cimelia Eccleſiaſtica reponi ſolet, auro gemmiſque ut plurimum exornatus, aureis etiam interdum characteribus exaratus. Annales Franc. Anianenſes: *Dedit idem Rex ſereniſſimus Auguſtus quatuor Evangeliorum librum, qui Textus dicitur, cujus poſtes ſunt mirabili ſchemate compoſiti, ut unum electri aureolum conformet peripiſſima, alterum verò eburis pulchrè calatum diſtinguat. iconiſma.* Fridegodus in vita S. Wilfridi c. 15.

Codex aurato conſeptus grammate ſcriptus,
Auſtus evangelicum ſervans in corpore textum.

Bulla Benedicti VIII. PP. an. 1023 in Bullar. Caſin. & Leo Oſt. l. 2. c. 44. *Textum Evangelii deforis quidem ex uno latere adopertum auro puriſſimo, & gemmis valde pretioſis: abintus verò uncialibus literis, atque figuris aureis mirificè decoratum.* Hiſt. Tranſlat. S. Sebaſtiani n. 88. *Textum deinceps ſacrorum Evangeliorum, aureis characteribus exaratum, laminiſque metalli ejuſdem abſque admixtione cujuſquam materiei incluſum.* Rupertus Tuitienſis lib. 2. de Divin. offic. cap. 23. *Codices Evangelii auro & argento, lapidibuſque pretioſis non immerito decorantur, in quibus rutilat aurum cæleſtis ſapientia, nitet argentum fidelis eloquentia, fulgent miraculorum pretioſi lapides*, &c. Adde Durandum l. 3. Ration. c. 19. n. 14. Orderic. Vital. lib. 6. *Textum Evangeliorum auro & argento gemmiſque decoravit.* Verſus ſcripti in fronte Biblior. Bibl. Regiæ.

Quid de Evangelico textu replicabo colendo?
En ipſos apices gemmis circumdat & auro.

Cedrenus an. 21. Conſtantini M. [illegible] Hildebertus Epiſcop. Cenomanenſis Epiſt. 15. *Ex eo quoque traxit hanc Eccleſia conſuetudinem, ut textus quidem Pontifici apertus, cæteris autem clauſus ad oſculandum deferatur*, &c. Vide præterea Baldricum Noviom. lib. 1. Chron. Camerac. cap. 90. Sugerium l. de Adminiſt. ſua cap 20. in Ludov. VI. pag. 320. Will. Gemeticenſem pag. 317. Fulcherium Carnot lib. 1. cap. 18. Gervaſium Dorobern. p. 1584. Hiſtoriam Epiſcop. & Comitum Engoliſmenſium c. 35. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 15. Bibliothecam Sebuſianam pag. 389. &c. Librorum porrò ſacrorum exteros ornatus ita commendat Senator lib. de Divinis Lectionib. c. 30. *His etiam addimus in Codicibus cooperiendis doctos artifices, ut literarum ſacrarum pulchritudinem facies deſuper decore veſtires, exemplum illud dominicæ figurationis ex aliqua parte forſitan imitantes, qui eos quos ad cœnam æſtimavit invitandos, in gloria cæleſtis convivii ſtolis nuptialibus operuit. Gemmis Codices veſtiti*, apud S. Hieronym. Epiſt. 22. cap. 13.

Teſtus, Teſtum. Jo. Berardi in Chronico Caſaurienſi lib. 4. *Fecit & calicem aureum. — fecit & teſtum argenteum, quod expanderetur, vel aperiretur ſuper altare dominicis diebus, & in feſtis Sanctorum.* Joannes Beletus cap. 115. *Crucibus ordine collocatis, capſis, teſtibus Evangelicis, phylacteriis.* Vide Ughellum to. 7. pag. 275. *Le Roman de Rou Duc de Normandie MS.*

A Roem fiſt mainte malice,
N'i laiſſa teixte, ne galice,
Ne trova ne bon drap en aumaire,
Que Mauger ne fiſt hors traire.

Teſtaevangelium, unico verbo, in Charta an. 1197. apud eundem Ughellum to. 7. pag. 1274.

Textus, interdum pro Regeſto ſumitur, maximè apud Will. Thorn pag. 1765. 1770. & 1864. ubi mentio fit cujuſdam *Textus S. Adriani*. Obſervat præterea Somnerus Regeſtum Roffenſis Eccleſiæ, vulgo *Textum Roffenſem* appellari.

TH, ſeu Θ. Character Græcus, qui θάνατον, ſeu obitum deſignat, in Necrologiis monaſteriorum. Iſidorus lib. 1. Orig. c. 3. inter quinque myſticas Græcorum literas, ait Θ *mortem ſignificare*. Et c. 23. annotat in breviculis quibus nomina militum continebantur, Θ. *ad uniuſcujuſque defuncti nomen apponi.* Ruffinus lib. 2. Invectiv. in S. Hieronymum: *Quod tale eſſet, quale ſi quis accepto breviculo in quo militum nomina continentur, ſtatuat inſpicere quanti in bello ceciderint, & requirens qui inſpicere miſſus eſt propriam notam, verbi cauſa, ut dici ſolet: Θ, ad uniuſcujuſque defuncti nomen aſcribat, & propria rurſus nota ſuperſtitem ſignet*, &c. Paulus Diaconus in Notis: *Θ. nomini militis appoſitum, ipſum obiiſſe demonſtrat.* Vetus interpres Juvenalis Sat. 4. *Judices literam Theta apponunt ad eorum nomina, quos ſupplicio afficiunt. Merito Θῆτα, ἀπὸ τοῦ θανάτου, eo quod quaſi habeat telum ſuum, ideo quæ triſte intelligitur, vel mortis ſignum. Unde quidam ait,*

O multum ante alia, infelix litera Theta.

In Eccleſia S. Paulini Trevir. extant monumenta Bertholdi & Ruotgeri Archiepiſcoporum, cum his inſcriptionibus, Θ *Bertholfus Trevir. Archiepiſcopus IV. Id. Febr. VI. Kl. Feb. Θ. Ruotgerus Trevir. Archiep*, apud Brower. lib. 9. & 10. Annal. Trevir. Vide Camillum Peregrinum in Not. ad Anonymum Caſin. ſub an. 1014. eundem Brower. in Antiq. Fuld. p. 129. 153. 169. 177. 323. 324. ubi eadem nota in variis ſepulchris exarata legitur. Habetur etiam in Inſcript. Gruterianis p. 567. 6.

THABIT, Pannus ſericus undulatus, vulgò noſtris etiamnum *Tabis*. Vincentius Belvacenſis l. 31. cap. 143. *Ante pugnam dedit 16. millia veſtimentorum de ſamito & de thabit, ſarbois exceptis.*

THAINUS, *Thaynus, Thanus*, nomen dignitatis apud Anglo-Saxones, quæ varia tamen fuit: duplicem enim Thaynorum ordinem ſtatuunt Leges Kanuti Regis cap. 97. & Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 14. *Thainorum* ſcilicet *Regis*, & *Thainorum mediocrium*: Ubi *Thaini Regis* poſt Comites recenſentur, eique proximi eſſe dicuntur, eorumque *relevatio*, dimidium *relevationis* Comitis: ita ut cùm *relevatio* Comitis ſint 8. equi, &c. Thaini Regis ſunt quatuor, &c.

Thaynorum Regis mentio eſt in Legibus Inæ Regis Weſt-Sax. cap. 49.

Thaini mediocres, nudè *Thaini*, alibi appellantur c. 64. ubi dicitur *Juſjurandum Thaini contra valere juſjurandum 6. villanorum. Thaini credibiles*, cap. 65, *Dignitas Thaini*, cap. 68. cui Preſbyterorum vel Canonicorum æquiparatur. Leges Adelſtani Regis poſt cap. 15. *Miſſa-Preſbyteri & ſecul. Taris hayni Juſjurandum in Anglorum laga reputatur æquè carum, & pro 7. ordinibus Eccleſiæ quos Sacerdos per Dei donum aſcendit, ut haberet Thayni rectitudinem dignus eſt.* Adde Concilium Ænhamenſe an. 1009. c. 2. In Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ pag. 15. *Thaini Regis* videntur eſſe *Thaini qui de Rege tenent*, & poſt *Epiſcopos, Abbates, Barones, & Milites* recenſentur: tametſi *Thani* cum *Militibus* ibi interdum confundantur. Sane Somnerus exiſtimat *Thainos*, depoſita priſca nomenclatura, poſt Normannorum

in Angliam ingreſſam *Milites* appellari cœpiſſe. Idem porro recte obſervat in editione Saxonica Legum Canuti apud Lambardum cap. 67. quod eſt 97. apud Bromtonum, *Thanos regios* dici, *qui liberam habent juriſdictionem*: adeo ut Thani iſti majores *Baronibus Regis*, ut minores Baronibus minoribus, hoc eſt maneriorum dominis æquiparari debeant.

Thanorum nomen & dignitas etiam ſub Normannis obtinuit. Domeſdei in Berkeshyre: *Thanus vel Miles regis dominicus moriens pro relevamento dimittebat Regi omnia arma ſua, & equum unum cum ſella: quod ſi eſſent canes & accipitres, præſentabantur Regi, ut ſi vellet acciperet.*

Thanus, in Regiam Majeſtatem lib. 4. cap. 21. §. 21. cap. 31. §. 3. cap. 36. §. 3. in Statutis Alexandri II Regis Scotiæ cap. 15. ubi Skenæus obſervat ejuſmodi Thanos apud priſcos Scotos, ſeu Hybernos, dictos *Thoſiche*, & *Makioſche*. filius Thaini, qui hodie eſt Princeps tribus, ſeu familiæ Catanæorum. (*Clancha Horn.*)

Thein, in Legibus Vernaculis Willelmi Nothi cap. 8.

Teir, apud Simeonem Dunelmenſem de Obſeſſione Dunelmi an. 869. *Filiam autem Aldun — quidam Tein in Everwicſhire Kilvert filius Liguiſi accepit uxorem.* Ibidem: *Quidam Tein in Coverwicſhire, nomine Orm, filius Gamelionis, accepit uxorem unam ex 3. filiabus Aldredi Comitis*, &c.

Tegnio, Thaynus, à Saxon ꞇ ȝen, Baro, vir nobilis. Ricardus Hagulſtaldenſis de bello Standardico: *Rex igitur David duobus Tegnonibus, id eſt Baronibus ſuis cum gente eorum, obſidione Carrum commendata*, &c.

Thegenes. Charta Henrici I. Regis Angliæ pro Libertatibus Eccleſiæ Cantuarienſis, apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd* pag. 205. *Notum facio me conceſſiſſe eis omnes terras, quas tempore Regis Eadwardi cognati mei, & tempore Willelmi patris mei habuerunt, & ſaca, & ſocne, — ſuper ſuos homines infra burgos & extra in tantum & tam pleniter ſicut proprii miniſtri mei exquirere debent. Et etiam ſuper tot Thegenes, quot eis conceſſit pater meus*, &c.

Thanagium, in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 5. §. 4. *Si vero in dominiis vel Thanagiis domini Regis malefactor ille fuerit*, &c. Monaſticum Anglicanum to. 3. pag. 9. *Et omnes anteceſſores ſui tenuerunt dictam Baroniam in thenagio: & reddit domino Regi inde per annum 50. ſ.*.. Idem quod

Taind-land, Terra Taini, fundus *Thanis* peculiaris, in Domeſdei: *Hæc terra* T. R. E. (id eſt tempore Regis Edwardi) *fuit Tainland, ſed poſtea converſa in Reveland.* Alibi: *Willelmus Comes dedit Duiſona & Suindone & Chevrel, quæ erant Thainlande pro terra de inſula de Wiht*, &c. Rurſum: *Hic Robertus habuit unam virgatam quam tenebat Dodo T. R. E. hæc ad tunc fuit Dolvertone manerium Regis: modò dijudicata eſt eſſe Tainland.* Charta Willelmi Junioris Regis Angliæ ex Tabulario Rameſienſi, ch. 178. *Si terra de Iſtam reddidit firmam Monachis — ſit in dominio Abbatis: ſi verò teinlanda tunc fuiſſe inveniatur, qui eam tenet de Abbate, teneat, & recognoſcat: quod ſi noluerit, eam Abbas in dominio habeat.* Ubi Spelmannus obſervat oppoſui terram *ad firmam*, ſeu ad tempus elocatam, *Teinlande*, id eſt hereditariæ.

Jam verò ut de vocis *Thanus* origine aliquid dicamus, Saxonicæ linguæ peritiores hanc ab ea arceſſunt, tradiuntque Thaynos, ðeȝn Saxonibus dictos, à *ðenian*, *miniſtrare*: additque Seldenus ad Eadmerum, in Domeſday promiſcuè *Taynos* & *Servientes*, & qui *Thaini Regis* aliis dicuntur, hic *Servientes Regis* appellari: tametſi, ut ait Lambardus, & ex eo Somnerus, *Thanus* ei qui *ſervus autem ſervit e regione contrarius ſit.* At *Thani* ex eo nobilium ordine fuiſſe videntur, quos *Miniſtros* vocant Chartæ Anglicæ, qui ut in hac voce docuimus, præcipui erant inter Nobiles aulicos, & Regi ratione tenementorum immediate ſubjecti, quos *Barones* ætas poſtera nominavit. Neque enim alii videntur *Miniſtri*, ſeu *Thaini*, quàm præcipui è nobilitate Danica, quos Kanutus Magnus Danorum Rex ad ſui comitatum adſcivit, *bipennibus, mucronumque capulis deauratis coruſcantes*, ut ait Sueno in Legibus Caſtrenſibus cap. 2. quorum catervam ad tria millia Militum ſelectorum excurrentem, *ſuo idiomate Tinglith* nuncupavit, ut autor eſt idem ſcriptor, voce nimirum conflata ex *lith*, quæ *ordinem aciei* ſonat, & *Tein Thein* vel *Theing*, ut tum efferebant, qua nobilium ordo deſignabatur. Neque enim placet Stephani Stephanii conjectura, qui emendandum cenſet *thinglith*, hoc eſt cohors conſtans viginti ordinibus. Cur autem *Tinnorum* iſtorum catervam conflarit Kanutus, pluribus narrat Sueno dicto cap. 2. & 3. ut & Saxo Grammaticus lib. 10. De Thaynis plura Spelmannus, Lambardus, Seldenus de Titulis honor. part. 2. cap. 5. § 2. 4. & in Notis ad Eadmerum p. 170. Somnerus in Gloſſ. Saxon. v. *Thegen*, & alii.

THALAMUS, Domus, Palatium, vel Cubiculum. Vox Græcis & Latinis cognita. Extant Chartæ duæ in Tabulario Eccleſiæ S. Laudi Andegavenſis, prior Fulconis Regis Hieroſol. & Comitis Andeg. quæ ſic clauditur: *Actum eſt hoc Andeg. in Thalamo meo.* Poſterior: *Actum eſt Andegavi in Thalamo Epiſcopi.* Alia an. 1170. in Tabul. Campaniæ: *Actum in thalamo Comitis apud Trecas.* Occurrit [illegible]c notione in Geſtis Conſul. Andegav. cap. 11. num. 8. 9. & alibi non ſemel. Βασιλικοὶ θάλαμοι, apud Nicephorum Gregoram lib. 10. Hiſt.

THALAPSICUM *opus.* Bibliothecarius in Paſchali II. apud Baronium an. 1118. ubi de iſtius PP. glebâ, ſeu cadavere: *In mauſoleo puriſſimi marmoris thalapſico opere ſculpto collocatus eſt.* Latini *thalaſſicum* colorem, ferrugineum, dixere. Plautus in Milite glor.

Facito ut venias ornatus huc ornatu nauclerico:
Cauſiam habeas ferrugineam.

Mox:

Palliolũ habeas ferrugineũ, nam is color thalaſſicus eſt.

Infra:

—— neſcio quis eccum incedit
Ornatu quidem thalaſſico. P A. Jam nos volt hic profecto
Nauclerus eſt hic quidem, &c.

Ubi Thalaſſicus color is eſt, qualem deferunt Naucleri. Sed nihil vox hæc videtur habere commune cum *thalapſico opere.*

THALITARIUM. Coſmas Pragenſis in Chronico Bohem. pag. 5. *Nunc, ſi vobis placet, meum accipite thalitarium, & chlamydem, ac mutatoria Duce digna, & pergite*, &c. Ubi *Tolutarium*, equum ſcilicet quidam legendum cenſent.

THANAGIUM Vide *Thainus.*

THANYA, Sinus, piſcatura, fœtus, in jure Hungarico. Sambucus.

THARCASSIUS. Mauritius Catanenſis Epiſcop. de Corporis S. Agathæ tranſlat. apud Rochum Pirrum: *Artus vero reliquos, ne quovis in loco poſſent detegi, quos vulgo Tharcaſſios nominant, attulerunt.* Infra: *Navigio Armeniam uſque perveniunt, quo in loco diebus 4. commanentes, & tarchaſios ibi ſanctos occultaverunt, reliquias aptius componere diſponentes*, &c. Rurſum: *Deinde reliquias de tharcaſſis extraxit.* Ubi indubie legendum *carcaſſius*, id eſt *cadaver*, ex Gallico *Carcaſſe*, de qua voce vide in *Carcaſium.*

Tharcaſius. Vide *Turceſia.*

THASCHIA Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 78. *Si quis eos occidat, eumque ſi parentes repetentes Wera, Wyta, Manbota, ſicut in tum accidentia fecerit, perſolvantur, vel in thaſchis, vel [illegible] ſuggerendis de blodſtodiis eſt inſtitutum, quos parentes ſui divites ac domini multa ſinunt in progenies egeſtate mendicos.* Hæc ſunt admodum intricata, quæ aliis evolvenda & explicanda relinquimus. Scribit Camdenus in Britannia vocem *Taſcia*, apud Britannos *denarium tributi ſignificaſſe.* Vide *Taſca.*

THAU. Vide *Tau.*

Thavernica. Vide *Tavernica.*

Thauma: Freculfus to. 2. Chron. lib. 5. cap. 10. *Quibus etiam diebus Judæi habitantes in Creta ſollicitati ſunt a quodam qui ſe Moſem legiſlatorem è cælo ad eos denuo miſſum teſtabatur: monens ut omnes ſuas relinquerent poſſeſſiones atque pecunias, quoniam illo duƈtore per ſiccum mare ad repromiſſionis gaudia pervenirent. At illi hac ſpe capti omnia contempſerunt ſua. Cumque veniſſet dies quam deſignaverat ſeduƈtor ille, deduxit eos ad quamdam rupem declivius incumbentem, juſſitque ut thaumatum ſchemate ſemetipſos evolverent*, &c. Socrates lib. 7. cap. 27. unde hauſit prædiƈta Freculfus, nihil habet quod vocem hanc clariorem reddat.

Theada. Lex Salica tit. 48. *Iſta omnia alii tres teſtes jurati dicere debent, quoniam in mallo legitimo, vel ante Regem, ille qui accepit in laiſum ſuum fortunam in mallo publico, hoc eſt ante theada, vel tungenum*, &c. Id eſt coram populo: eſt enim Saxonibus ðeod, populus, gens, provincia, in plurali ðeoda: vel potius *coram Rege, Principe*; ex Saxon. ðeoden, quod idem ſonat, de qua poſtrema voce multa Somnerus in Gloſſario Saxonico. Proinde *ante theada, vel tunginum*, erit, *ante Regem, vel ante Judicem*: quod ſupra dixit, *in mallo legitimo*, hoc eſt ante judicem, vel *ante Regem*, hoc eſt ante *theada*. Nam hæc unum idemque ſonant.

Theam, *Them*, *Thema*, *Themum*, voces Saxonicæ.

Theam, vel *Team*, eſt Laudare autorem, advocare, profetre. Joan. Brompton: *Theam, eſt laudare autorem, i. revoucher garant: Et quandoque dicitur ſequela nativorum.* Priori notione uſurpatur in Legibus Edwardi Confeſſ. c. 25. *Theam, quod ſi quiſpiam aliquid interciet ſuper aliquem, & interciatus non poterit Warantum ſuum habere, erit forisfaƈtura ſua, & juſtitia ſua ſimiliter de calumniatore, ſi defecerit.* Rurſum

Theam, Bromptono, dicitur *ſequela nativorum*, id eſt jus *ſequendi* ſervos proprios, ſi à dominio domini evaſerint, aut fugerint, aut in alienam terram tranſierint: à Saxon ðeam, ſoboles, propagatio, quod à tyman, propagare, partum edere, ſonat. Cowellus & Raſtallus: *Theam eſt Regale Privilegium, quo qui fruitur, habet villam, & propaginem, id eſt poteſtatem habendi Nativos, Bondos, & Villanos in feudo aut manerio ſuo.* Fletæ l. 1. c. 47. §. 9. *Theam* eſt *acquietantia amerciamentorum ſequela propriotium ſuorum.* Will. Thorn: *Hoc eſt ut habeatis totam generationem villanorum veſtrorum cum eorum ſeƈtis & catallis ubicumque inventa fuerint: excepto quod ſi aliquis nativus quietus per unum annum & diem in aliqua villa privilegiata manſerit, ita quod in eorum communitam, vel gildam, tanquam unus illorum receptus fuerit, eo ipſo à villenagio eſt exemptus.* Eadem etiam habet Raſtallus. Adde Skenæum de verbor. ſignificatione, & ad Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 4. §. 2. ubi

Theme ſcribitur. Charta Leofrici Comitis pro Fundatione Monaſterii B. Mariæ de Coventria in Anglia: *Has autem villas cum medietate prædiƈta villa trado huic Monaſterio cum ſaca, & ſocna, & tholoneo, & cum themo, cum libertate & omnibus conſuetudinibus*, &c. Alia ejuſdem Comitis: *Has autem terras dedi huic Monaſterio cum ſoca, ſaca, cum telonio, & Theme*, &c. Leges Burgorum Scoticorum cap. 14. §. 2. *Niſi fuerit de proditione* (appellatus) *vel de theme, unde ſe debet defendere bello.* Ubi Skenæus: *i. de quæſtione ſtatus. al. de furto.*

Theame, in Quoniam attachiam, cap. 100. *Theam*, to. 1. Monaſt. Anglic. pag. 307.

Teames. Charta Edwardi Confeſſoris, apud Somnerum in Traƈtatu de *Gavelkind* pag. 207. *Sciatis me dediſſe Deo & S. Auguſtino & fratribus, ut habeant eorum ſoca & ſocna, & pacis fraƈturam, & pugnam in domo faƈtam, & via aſſaltus, & latrones in terra ſua captos, latronumque ſuſceptionem, vel paſtionem, ſuper illorum proprios homines infra civitatem & extra, teloniumque ſuum in terra & in aqua, atque conſuetudinem quæ dicitur Teames, & ſuper omnes allodiarios ſuos quos eis habeo dates.*

Theatrapus. Vox corrupta, in S. Martini PP. Donatione Blandinienſi Monaſterio facta: *Datum 14. Kal. Febr. per manum Amandi Epiſcopi Theatrapi ſanƈtæ Sedis Apoſtolicæ.* Idem Amandus in alia Donatione ejuſdem Pontificis Elnonenſi Monaſterio facta, *Bibliothecarius S. Sedis Apoſtolicæ* vocatur.

Theatroquinegium, ex Gr. θεατροκυνήγιον. Julianus Anteceſſor Conſtit. 98. *Proceſſiones autem ipſius* (Conſulis) *eſſe volumus ſeptem, omnes in circo, & in harena, & in theatro. Et prima quidem proceſſio erit Kalendis Januarius: ſecunda autem ea qua Mappa; tertia autem quæ Theatroquinegium appellatur*, &c. Ubi *Quinegium* pro *Cynegium* ſcribitur, quomodo *Quinegius Cos.* pro *Cynegius* ſcriptum in vett. codd. Capitular. Addit. 4. c. 32. monet Steph. Baluzius.

Theca, Θήκη, Capſa ſanƈtorum reliquiis inſtruƈta. Vita S. Eligii Epiſcopi Noviom. *Multas ſanƈtorum ex auro, argento, atque gemmis fabricavit thecas, ſive tumbas*: Θῆκαι λειψάνων, apud Annam Comn. lib. 3. Alex. & Acropolitam c. 11. Vide Baronium an. 811. n. 49. Θήκας Græci appellarunt etiam loculos ligneos, in quibus recondebantur corpora, atque adeò monumenta ipſa hypogæa, qua notione uſurpant Æſchylus, Plato lib. 12. legum, & Julius Pollux. Heſychius: Θῆκαι, τάφοι. Alibi: γλωσσόκομον, θήκη, σορὸς ξυλίνη ἐν ᾗ λείψανα.

Theca. Charta Henrici Imp. an. 1107. in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. p. 308. *Ut conſtruƈto eodem inibi Monaſterio, à Comite ſcilicet Perichi. partium termini utrarumque infra murorum ambitum clauderentur, & altare quoddam in Orientali theca poſitum, & in honore B. Petri conſecratum parti Ottonis cederet.*

Theculiola. Albertus Stadenſis Abbas pag. 187. *Ante Tyrum lapis marmoreus, ſuper quem ſedit Jeſus, nunc ſuper ſe habens theculiolam.* Fortè *tegulielam*, i. teƈtum.

Theclatura, vel *Teclatura*, Cæſura, inciſio in arbore, quæ vice termini eſt: ejuſmodi verò inciſiones in arboribus, *Eclats*, & *Eclatures*, etiamnum vulgò dicimus: vel certè inciſionum avulſas particulas, quaſi *Teclatures*. Ediƈtum Rotharis Regis tit. 96. §. 3. & Lex Longob lib. 1 tit. 26. §. 3. *Si quis liber homo arborem, ubi theclatura facta eſt, inter fines diſcernendos, inciderit, aut deleverit*, &c. Adde §. 4. 5. Charta Deſiderii Regis in Bullario Caſinenſi to. 1. pag. 14. *Et deinde per ipſa via percurrentes per arbores teclatos habentes literas Omega, uſque in foſſa Scaveriola*, &c. Mox: *Et de capite ipſo per foſſato de homines de Vico Bedullio, per prato in ſtilo fiƈto, & pero* (piro) *teclato, & per runco in furca fiƈta, uſque in pero ſimilis teclato, deinde in ſtilo ſimilis teclata*, &c. *Ceclatura*, perperam, pro *Theclatura*, in Charta Rachiſi Regis Longobard. an. 742. apud Ughellum to. 3. pag. 671. *Inde reƈtè ad alia quercia, qui eſt circa ſemita qui venit de Paliano, & vadit reƈtè vico Lordoniano, & habet ceclaturas, inde verò* &c. Emendanda etiam Charta alia Friderici I. Imp. an. 1153. in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 172. *Ac caſale Domnino per circuitum per deſignata loca & calaturas per circuitum, quos etiam terminos & fines eidem Monaſterio concedimus.* Ubi legendum *teclaturas*, ut eſt editum apud Ughellum to. 4. p. 1291.

Thefbote, Furti compenſatio vel mulƈta, à Saxon. ðeofte, *furtum*, & bote, *emendatio*, vel *mulƈta*. Olim dicebatur pretium, quo quis furti reus à vitæ diſpendio ſeſe redimebat: poſtmodum uſurpatum de iis qui furtiva bona à latrone ſuſceperint, ſceleris ſui fovendi gratiâ. Veteres Schedæ à Spelmanno laudatæ: *Thefbote eſt quant home priſt chattel de larone de luy favourer & maintenir, & nemy autrement.* Stanfordio lib. 1. de Placitis Coronæ cap. 43. *Thefbote* eſt cum quis bona ſua aliqua à latrone furata, ab eo qui eum tutatus eſt, vi aufert: cujus criminis pœna olim capitalis fuit, ſed poſtmodum pecuniaria & carceralis. Aliud eſſet ſi quis bona ſua ab ipſo latrone auferret. Addit denique Spelmannus, in privilegiorum Chartis, ubi *Thefbote* conceditur, intelligi aliàs eſſe *emendam furti ſine conſidera-*

tione Curiæ Domini Regis, ex Statuto Walliæ an. 12. Edwardi I. Ita diverſimode hæc vox accipitur. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ c. 9. §. 1. *Nullus capiat rachetum, hoc eſt thiefſi-bote, de latrocinio*. Id eſt nemo componat cum fure. Vide Brittonum de Legib. Angl. p. 72.

THEGENES. Vide *Thainus*.

THELODIVES, qui dives videri vult. Utitur S. Auguſtinus Epiſt. 59.

THELOHUMILIS, qui humilis videri vult, θέλω, affectat, apud eundem S. Auguſtin. Epiſt. 59.

THELO, *Theloneum*. Vide *Teloneum*.

THELOSAPIENS, qui ſapiens videri vult, θέλω. Utitur pariter S. Auguſtinus Epiſt. 59.

THEMA. Papiæ, *Vittarum extremitas dependens diverſorum colorum. Thema, infula, ligatura, vitta ſacra*. Sed legendum *thenia*, vel *tania*.

THEMATA, Regiones, provinciæ, ita dictæ à legionibus quæ in iis præſidio erant. Gloſſ. S. Benedicti: *Legio*, τάξις, θέμα. Hinc colligitur Salmaſium non bene divinaſſe, cum dixit nunquam legionem θέμα appellatam. Luitprandus in Legatione: *Vis majus ſcandalum, quam quod ſe Imperatorem vocat, Imperii noſtri themata ſibi uſurpat?* Infra: *Duo illa themata quæ ultra mare habes*, &c. Ita paſſim uſurpant Byzantini Scriptores. Vide Bonavent. Vulcanium, & Federicum Morellum ad libros Thematum Conſtantini Porphyrog. Fabroti Gloſſar. ad Cedrenum, &c.

Thema, ſeu *Theme*, vox Practicorum Leodienſium, in Magno Recordo Leodienſi pag. 70.

THEMANATALE. Monaſticum Anglican. to. 2. p. 201. *Et ſint quieti — de geldis & danegeldis, & themanatale, & concelationibus, & ſcottis, & auxiliis*, &c. Pag. 827. habetur *Thenemannetale*.

THEME. Vide *Theam*.

THEMITIÆ. In Tabula decimationum legitur, *Decima de Themitiis*, idemque exponitur *Trees planted in the feld for fencing*, id eſt *arbores in agris ſatæ ſepium fovendarum gratiâ*. Spelm.

THENAGIUM. Vide *Thaynus*.

THENCA. Pactus Legis Salicæ tit. 11. §. 8. *In alio pacto dicit, de ipſis Malb. thenca texaca u mala texaca, ambatexaca, ambaechenia, pracia hac ſol. in ſumma 85. qui faciunt denar. 3200. culpabilis judicetur*, &c. Ubi Wendelinus: *Malbergo thenca texeca*, eſt ipſa contentio quæ diſceptatur ac ventilatur ſuper furto, *texaga*. *Thenca* verò propriè eſt *Dinghe*, lis, diſceptatio, unde *Dinghen*, litigare, &c.

THENEDING-PENY. Vide *Teding-peny*.

THENERIUM. Provinciale Eccleſiæ Cantuarienſis lib. 3. tit. 16. *Decima — ovorum, theneriis agrorum, apum*, &c. Ubi Lindwodus, *id eſt arborum creſcentium circa agros pro clauſura eorum*. Spelmannus legit *thenecium*.

THEOLOGUS, in ſingulis Eccleſiis Cathedralibus, *qui Sacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & in his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur*, inſtitutus Statuto Concilii Lateranenſis ſub Innoc. III c. 11. Vide c. 4. & 5. Extr. de Magiſtris.

THEOLOQUELARIUS, vox hibrida, Theologus, qui de Deo loquitur. Formula Electionis Epiſcopi to. 8. Spicilegii Acheriani pag. 154. *Priſca modernaque Eccleſiarum moderamina Theoloquelariis ſanxere canonibus, quo arripientibus viam univerſa terra quarumlibet ſedium præſulibus*, &c.

THEOMACHA, Deum inpugnans, venefica, ſaga, malefica, in Vita S. Samſonis Epiſc. Dolenſis lib. 1. cap. 26. 27.

THEOPHANIA, Dies Chriſti Natalis, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ φαίνεσθαι. Edictum S. Theophili Patr. Alexandrini: *Quia ergo accidit ut ſanctorum Theophaniorum ſit hic* (Dies Dominicus) *profeſtus dies, & a jejunando tamen diſpenſemus*, &c. Loquitur de vigilia Natalitiorum Chriſti, quæ jejunio caret, quia ob Natalis Chriſti lætitiam 12. illi dies qui à Natali Chriſti uſque ad Epiphaniam intercurrunt, olim à jejunio vacabant.

THEOPROPIA. S. Auguſtinus Epiſt. 158. *Quod autem ſcripſit Eximietas tua dubitare te, utrum in theopropia debeas eadem geſta jubere proponi, fiat, ſi poteſt illuc frequens confluere multitudo*. Ubi ad oram, *Theopropia, ſeu theopropium, Græcis oraculum, videtur ſic appellatus locus, ubi ſolent Cæſarum edicta promulgari*. Neſcio an huc referri poſſit quod habet Collatio III. Carthagin. c. 5. *Quæ vos exceptores ſuperius Proconſularis, tradidiſtis nobis coram patribus & Coepiſcopis noſtris die octava Iduum Juniarum hora diei tertia in Eccleſia Theoprepia*. Lexic. Gr. MS. Reg. ſign. 930. Θεοπρεπία, ἁμαρτία, καὶ θεοπρέπειον, τὸ ἐκ θεοῦ μάντευμα, ὃ θεοπροπία Leg. ἡ μαντεία, pro ἁμαρτία. Heſychius: Θεοπρόπιον, μαντεῖον ἐκ θεοῦ, σημεῖον, θέσφατον, μάντις, ἐκ θεοῦ προλέγων. Ita uſurpant Philo lib. περὶ ὀνείρων, & alii. Vide Clementem Alexandr. lib. 7. Strom.

THEOSOPHUS, ex Gr. Θεόσοφος, Theologus, Theologiæ peritus, vel qui Deum ſapit. Vetus Charta apud Beſlium pag. 268. *Data menſe Septembri an. 999. Ind. 12. regnante Rege Roberto Theoſopho anno 5*. Concilium Lemovicenſe an. 1031. ſeſſ. 2. *doctiſſimum* eundem Robertum vocat. Hugo Flaviniac. p. 111. *Quem Græcia excipiens peregrinum mirata eſt inter ſuos Philoſophum, extra ſuos Theoſophum*. Et pag. 184. *Simulat ille ad tempus ſe Philoſophum, ut crederent eum qui non noverant Theoſophum*. Epiſtola Monachorum Remenſis Cœnobii S. Remigii ad Caſinenſes: *Occaſionem autem ejuſdem Epiſtolæ in primis placuit prælibare, quaſi in aliquo, quod abſit, tantum authoris thema interrumpatur, quod omnium Theoſophorum judicio ipſi Tulliano ſtylo jure meritoque præfertur*. Theologiæ doctores noſtri appellarunt *Maiſtres en divinité*. Vide Origines domus Alſaticæ pag. 151.

THEOTHECA, quaſi Θεοῦ θήκη, Pyxis in qua reponitur ſacra Euchariſtia ægris deferenda. Epitaphium Joannis de Græcolanis, Mediolani:

Et caſulæ, binæque cruces, caliceſque gemelli,
Thuribulum, Theotheca ſed & mortalibus in qua
Eſt ægris portanda ſalus, mundique Redemptor.

THEOTISCI, *Theodiſci*, Theutones, Germani, unde *Theodiſca lingua*, apud Servium in 8. Æneid. Otfridum in libro Evangeliorum, & alios: *Theotiſca*, in Concilio Turonenſi III. c. 17. Moguntino I. c. 2. in Synodo Piſtenſi c. 4. in Edicto Piſtenſi c. 33. *Theudiſca*, in Capit. Caroli C. tit. 12. c. 3. tit. 26. poſt c. 12. *Theodiſca*, eod. tit. 26.

Tuitiſci. Vetus Charta apud Vadianum de Colleg. & Monaſter. pag. 87. *Placuit inter nos chartam pacationis ex utraque parte allevari, quod Tuitiſce Suonbuoch nominamus*. Ubi ille: *Tuitiſce*, dixit, quod vulgo *Theutonicè*: nam & Theodiſcam linguam illi dicebant, hoc eſt Germanicam, *Die Tuitſche ſprach*. Vide Cluverium lib. 1. German. antiq. c. 9. ubi multa. *Thiois* dixerunt noſtri. Vetus Poëta *de Bertain*, apud Falcetum:

Longuement tint Saſſoigne, qu'ins nus n'i mit deffois,
Mès puis fu reconquiſe par Francs & par Thiois.

Le Reclus de Moliens MS.

Thiois, Brabant, & Avalois.

Adde Will. *Guiart* an. 1214.

Lingua Theotiſca, Theodiſca, Theudiſca, eadem quæ *Theutonica*, ſeu Germanica, quæ olim in Gallia etiam aliquandiu obtinuit, à Francis noſtris Orientalibus ſubinde invecta, adeo ut hac etiam loquutos primæ ac ſecundæ ſtirpis Reges haud ægrè probari poſſit, longè tamen diverſa ab hodierna, ut pluribus probavit Freherus ad Formulam fœderis Ludovici Germaniæ & Caroli Galliæ Regum, Ludovici Pii filiorum, & Brouverus in Proparaſceve Annalium Trevirenſium n. 14. ex Capitulo 19. l. 4. Capitularium Caroli M. hac linguâ, imperante Ludovico Pio, exarato: quod antea attigerat Trithemius in Catalogo illuſtrium viror. in Otfrido: *Odfridus ex eo volumine quo Carolus Imperator quondam Magnus barbariam Theutonicā noſtra linguæ ad regulas inchoavit reducere*

reducere grammaticales; edoctus, multa & miranda lingua materna ſecundum eaſdem regulas compoſuit metro ſeu carmine, quæ nemo facilè noſtra ætate legere & intelligere poteſt, quantumcumque ſermonis noſtri peritus: quippe cùm ſermo ille regulatus à noſtro plus differat, quàm Etruſcus à Latino. Unde verò vox *Theodiſcus* fluxerit, pluribus diſſerit Cluverius lib. 1. German. antiquit. cap. 9.

THERISTOTIDES, in Gloſſ. Saxonico MS. apud Somnerum, exponitur þ-Ꝺepan ᵹiepela, ubi *theriſtrum* corrigendum putat.

THERISTRUM, *Teriſtrum*, *genus pallii muliebris*, Eucherio Lugdun. Hieronymus in Iſaïam: *Θέριστρα nos poſſumus appellare palliola, quibus obvoluta eſt Rebecca, & hodie quoque Arabia & Meſopotamia operiuntur feminæ, eò quod ἐν θέρει id eſt in æſtate & caumate, corpora protegant feminarum.* Ex eo Papias: *Teriſtrum, palliolum eſt, quod ad uſque Arabia & Meſopotamia mulierum eſt velamentum, quo tutiſſimo umbraculo muniuntur in æſtivo.* Mox: *Teriſtra, ſubtiliſſima cortina.* Gloſſæ Biblicæ MSS. *Theriſtrum, æſtivum veſtimentum, theros enim æſtus.* Ugutio: *Teriſtrum quoddam genus muliebris veſtis ſubtilis & trica, à terendo dictum, vel à tegendo, quia in æſtu corpora tegat feminarum.* Gloſſ. Lat. Gall. *Teriſtrum: une maniere de veſtement de femme, qu'on dit Chainſe.* Salomon Proverb. 27. *Suſtulerunt à me teriſtrum meum cuſtodes murorum.* Hepidannus de vita S. Wibotadæ lib. 1. cap. 5. *Teriſtrum cum omni vittatoria compoſitione detrahens.* Luitprandus lib. 3 cap. 5. *Dum hunc Græcorum more theriſtro opertum, habituque inſolito viderunt indutum,* &c. Perperam *cheriſtro* editum. Idem in Legatione: *Mihi mandavit fas non eſſe quempiam, ubi Imperator eſſet, pileatum, ſed teriſtratum incedere: cui, Mulieres, inquam, noſtræ tiaratæ & teriſtratæ, viri equitant pileati.*

THERMARIUM, Thermæ. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Balnearium vel Thermarium*, bæð-huſ. i. domus thermarum.

THERMIPHILÆ, pro *Thermopylæ*, quævis montium anguſtiæ, *cluſura*. Chronicon Reicherſperg. an. 753. *Haiſtulphus Rex thermiphilas, id eſt cluſas Longobardorum petiit.* Regino habet *Thermopylas*.

THESAURARIUM, pro *Theſaurus*, apud S. Auguſtin. enarrat. in Pſalm. 48. *Nunquid perdes in theſaurario Chriſti ponens?* Ibidem: *Inveniunt nummos, & ponunt in theſaurario.* Vita Burchardi Epiſcopi Wormacienſis: *Tunc Principes qui aderant intrantes theſaurarium, & cameram, ubi putabant pecuniam reconditam, diligenter angulos omnes perſcrutati ſunt,* &c.

THESAURARIUS, Theſauri Regii cuſtos. *Deſiderius Theſaurarius* Dagoberti Regis, in ejuſdem Regis præcepto de Epiſcopali dignitate Cadurcæ urbis eidem Deſiderio collata. *Rado Theſaurorum regalium ſummus Procurator,* apud Fridegodum in Vita S. Audoëni Epiſcopi Rothomag. cap. 4. apud Surium.

Theſaurarius, Dignitas in Eccleſiis Cathedralibus, & Capitularibus, cui theſauri Eccleſiæ ſervandi cura incumbit, quod ipſa docet nomenclatura. Iſidorus Hiſpalenſis in Epiſt. ad Ludefredum Cordubenſem Epiſcop. *Ad Theſaurarium pertinet oſtiarii baſilicarum ordinatio, incenſi præparatio, cura Chriſmatis conficiendi, cura Baptiſterii ordinandi, præparatio luminariorum in ſacrificio.* Rodericus Zamocenſis Epiſc. in Speculo Vitæ humanæ lib. 2. c. 16. *Theſaurarius ſive cuſtos, præcipuâ quadam prærogativâ, ac honoris præeminentiâ in ſacroſancta Eccleſia fulget. Illorum enim dignitati & officio, baſilicarum primo incumbit cuſtodia & tuitio, oſtiariorum inſtitutio, luminarium incenſio & præparatio, cura denique baptiſterii: vaſorum quoque ſanctorum, ac Sacerdotalium veſtium, nec non ſacrarum reliquiarum, & tandem totius Eccleſiæ theſauri ad eum pertinet principalis cuſtodia. Sed & inter Eccleſiæ miniſtros, pro modo obſequii, & perſonarum differentiis, reditus & oblationes dividit.* Leges Alfonſi IX. Regis Caſtellæ part. 1. tit. 6. leg. 6. *Teſorero tanto quiet dezir como guardador de Teſoro ca à ſu oficio conviene de guardar las cruzes, e los calices, & las veſtimentas, e los libros, & todos los otros ornamentos de la ſanta Egleſia, & el deve componer los altares, & tener la Egleſia limpia & apueſta, e à bonda de encienſo, & de candelas, & de las otras luminarias que ſon meneſter. Otroſi el deve guardar la chriſma, e mandar e ordenar como ſe faga el Baptiſmo. E a ſu oficio perteneſce de fazer tañer las campanas.* Joan. de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 12. *Theſaurarius vel Sacriſta, quod idem eſt in officio, licet nomina ſint diverſa,* &c. *Theſaurarii* officio potiſſimum munus incumbit *luminaria* Eccleſiæ providere. Hincmarus Epiſt. 4. ex Labbeanis: *Theſaurarius de luminaribus & de aliis omnibus, quæ ad Eccleſiæ honeſtatem, utilitatem, atque ſalvationem, & ad ſuum miniſterium pertinent, providentiam gerat.* Concilium Colonienſe an. 1260 c. 8. *Theſaurarii ſeu cuſtodes, quorum intereſt Eccleſiæ luminaria miniſtrare, ea ita fideliter adminiſtrent, & generaliter omnis Eccleſiaſticæ ſupellectilis ſeu theſauri cuſtodiam eorum fidei atque curæ commiſſam ita conſervent fideliter & ſolerter,* &c. Adde Statuta Leicheſeldenſis Eccleſiæ in Monaſtico Anglic to. 3. p. 241. 250. & Statuta Eccleſiæ Londinenſis ibid. p. 337.

Subtheſaurarius. Dignitas pariter Eccleſiaſtica in Eccleſia Remenſi, apud Joan. Sariſberienſem Epiſt. 268.

Theſaurarius Angliæ. Hujus officium & dignitas deſcribuntur in Fleta lib. 2. c. 25. 26. 27. 28.

Theſaurarius Scaccarii, apud Anglos, de quo Matth. Weſtmonaſter. an. 1295.

Theſaurarius garderobæ, in Anglicana Curia, eſt is cui cura expenſarum Regis & familiæ ſuæ commiſſa eſt. Ejus officium eſt pecuniam, jocalia & exenia Regi facta recipere, receptaque Regis ſecreta cuſtodire, & de receptis expenſas facere rationabiles, &c. Vide Fletam lib. 2. c. 17. §. 1.

THESAURENSES, Officiales Comitis Theſaurorum dicuntur in lege 14. Cod. Th. de Diverſ. offic. & lege 2. Cod. de Palatinis, qui ſcilicet *Theſaurorum cuſtodiam ſuſcipiebant*, in eadem lege, hoc eſt titulorum largitionalium exactorum & illatorum in theſauros.

THESAURUS, ſeu Theſauri inventio, inter Jura Regia accenſetur in Legibus Edwardi Confeſſ. c. 14. in Legibus Henrici I. c. 10. apud Brittonem in Legib. Angl. cap. 17. in Speculo Saxon. lib. 1. art. 35. & apud Bractonum lib. 2. c. 24. §. 1. Definitur autem ab eodem Bractono lib. 3. tit. de Corona c. 2. §. 4. *quædam vetus depoſitio pecuniæ vel alterius metalli, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat.* Adde Fletam lib. 1. cap. 43. §. 2. & Regeſtum Parlam. B. fol. 116. Æthelredus lib. 1. an. 418. *In nono etiam anno poſt everſionem Romæ à Gothis, relicti qui erant in Britannia, Romana ex gente, multiplices non ferentes gentium minas, ſcrobibus occultant theſaurum, aliquam ſibi futuram exiſtimantes fortunam, quod illis poſt non accidit.* Charta Theobaldi Comitis Carnotenſis an. 1118. *Juſtitiam quoque murtri, raptus, incendii, furtivi theſauri inventi & celati, quia durum erat Monachis de talibus judicare, mihi & heredibus meis Comitibus Carnotenſibus in Bonavalle & in terra ſua de banlenga conceſſerunt habendam.* Charta Guillelmi Caſtellani S. Audomari an. 1175. in Tabul. Monaſterii S. Bertini: *Ab omni calumnia & conſuetudine quæ de jure Comitatus exigi ſolet, à banno ſcilicet, furto, teloneo, occaſione inventi theſauri, liberi ſint.* Vide Capitulare 3. an. 789. in Appendice c. 2. & ſuprà in voce *Inventio*.

Theſauri ducendi onus. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 976. *Sint quieti de — hornegeldo, carucagio, — & de theſauro ducendo,* &c. Pag 922. *De maeremio cariando, de armis portandis, de theſauro portando,* &c.

Theſaurum neutro genere uſurpat Alcuinus Epiſt. 49. & Poëm. 105.

THESEUS *menſis*, in Hepidanni Annalibus an. 973. pro menſe *Decio* dicitur, ut rectè conjectat Goldaſtus. Sic verò appellatur menſis Junius à Macedonibus, Gr. Δαίσιος.

THEDSINDUS, idem qui *Thainus*, de qua voce ſuprà. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 69. *De Thindi hominis* (occiſi) *wera, debent reddi ſecundum legem 30. ſolidi ad manbotam, idem hodie 5. marcæ. De Theſindo, id eſt Thaino, 120. ſol. qui faciunt 20. marcas.*

THETHINGPANYE. Vide *Tedingpeny*.

THEU, *Theo*, & *Thue*. Vide *Cunna*.

THEUMA, pro *Thema*. Willelm. Brito in Prologo ad Philippid.

Rurſus ut aggrediar prolixius edere theuma.

THEUSEBIA, ex Gr. θεοσέβεια, pietas. Ordericus Vital. lib. 8. pag. 708. *Sed in pace Dei cultores legali theuſebia tripudiare ſineret.*

THEYN, Liber, ut *Thett*, ſervus, in Fleta lib. 1. c. 47. §. 26. idem qui *Thingus*, de qua voce mox. Vide *Thainus*.

THIA. Vide *Thius*.

THIEFBUTE. Vide *Tiefbote*.

THILAC. Vide *Tyhtlan*.

THINGARE, Donare, vox Longobardica, in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. §. 8. tit. 14. §. 4. 5. 12. 13. 25. tit. 15. §. 1. 12. tit. 18. §. 1. tit. 21. §. 9. tit. 34. §. 1. 3. 8. 9. tit. 36. §. 9. lib. 3. tit. 15. &c. Papias: *Tingatio, mutua donatio*. Boërius ad Legem Longob. *Thingatio dicitur donatio per univerſitatem*. In prææallatis locis crebro vox *thingare* ſumitur pro *libertatem conferre*, quod & manumittere *per thinx* dicunt. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 54. §. 1. *Si duo fratres, qui ſi pater & filii thingati fuerint*, &c. Tit. 109. §. 4. *Vadant liberi & abſoluti fulfreals, tanquam ſi thingati fuiſſent, ubi voluerint.* Leges Aſtulphi Regis Longob. tit. 8. *Si quis Longobardus pertinentes ſuos thingare voluerit in quarta manu, & chartulas ei fecerit, & ſibi reſervaverit ſervitium ejus dum advixerit*, &c.

Inthingare, eadem notione. Leges Luitprandi tit. 36. §. 1. *Si quis ſervum ſuum fulfreale inthingaverit, & amund a ſe fecerit*, &c. Lex Long. lib. 2. tit. 35. §. 8. habet hoc loco nudè *thingaverit*.

Thinx, idem quod *Thingatio*, in eadem Lege Longob. lib. 2. tit. 18. §. 8. tit. 14. §. 13. tit. 15. §. 2. 3. tit. 20. §. 1. tit. 31. §. 5. Charta donationis an. 1060. in Tabulario Caſaurienſi: *Hæc traditio de memoratis rebus firma permaneat in ſempiternum, quia in loca ſanctorum nec thinx nec launegild impedire debet, eo quod homo pro anima ſua fecit. Dare per libellum de tinc*, in Charta Gandulfi Epiſcopi Regienſis to. 5. Ughelli pag. 1594. *Manumiſſio per thinx*, in Legib. Luitprandi Regis Longob. tit. 109. §. 4. & in Legib. Longobard. non ſemel.

Thinx idem ſonare quod *Thing* Theutonicum, in Fœdere Ludovici & Caroli C. Regum, quod à Nithardo lib. 3. refertur, ubi per *plaid*, ſeu *placitum*, effertur, putat Marq. Freherus. Cui aſtipulatur locus Adami Bremenſis c. 219. *Adeo ut Concilio populorum communi, quod ab ipſis Warph, à nobis Thine vocatur, Epiſcopos intereſſe non renuant.* Sed & in Capitulari Theotiſco Ludovici Pii apud Browerum in Proparaſceve ad Annales Trevirenſes n. 14. *Thegein*, traditio exponitur. Theutones *Dinghe* & *Denghen*, vocant litem, diſceptationem: unde *Dinghen*, litigare.

THINGUS, idem qui *Thainus*, de qua voce ſuprà, à Saxonico ðenȝ, vel ðeinȝ, *miniſter, baro*, homo, liber. Vetus Charta à Cowello laudata: *Sciatis me conceſſiſſe omnibus Militibus, & omnibus Thingis, & omnibus libere tenentibus, qui manent in foreſta mea de honore de Lancaſtre: quod poſſunt* &c. Vide *Thainus* & *Theyn*.

THIUBDA, Furtum, Germanis *Dieb*, Otfrido lib. 4. cap. 7. & Willeramo, *Thiob*, Saxonibus ðeꝼ. Ita inſcribitur titulus 3. Legis Friſonum.

THIUPHADUS, Dignitas in Aula Regum Gothicorum Hiſpan. ſed ex inferioribus prima: ſcilicet poſt *Duces*, *Comites*, & *Gardingos*. Huic ſuberant *Millenarii*, *Quingentarii*, *Centenarii*, *Decani*, *exercitus* etiam *Compulſores*, *Annonarii*, *Defenſores*, *Pacis aſſertores*, *Numerarii*, *Villici*, *Sajones*. *Tiuphadum*, civilem adminiſtrationem habuiſſe colligitur ex Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 23. 26. & lib. 4. tit. 5. §. 6. Huic in omni criminalium negotiorum genere judicandi licentia conceſſa erat, præterquam in his criminibus quæ legum ſententiam apertè condemnant, quibus qui obnoxii reperiebantur, eos non judicare ampliùs, ſed ut jam à lege præjudicatos condemnatoſque debitis pœnis ſubjicere cogebantur. Ita enim accipienda videtur eadem lex lib. 2. tit. 1. §. 15. *Cum in cæteris negotiis criminalium cauſarum Thiufadis judicandi licentia conceſſa fuit, criminoſos à legum ſententiis judicare non audeant, ſed debitam in eis, ut competit, cenſuram exerceant.* Hi, ſi quando ſive ad ad bellum, ſive aliò avocarentur, vices ſuas in exercendis judiciis committere poterant, ex eodem §. In bellum porrò provinciales ſuos educebant, & *ad hoſtem* exire compellebant, quomodo Ballivi ac Seneſcalli olim apud nos, hoc eſt Regios ſubditos qui ex ſua *Thiuphadia* erant: ita enim provincia Thiuphadi appellatur lib. 9. tit. 2. §. 1. 3. 4. 5. 6. 9. Suberat autem *Thiuphadus* Comiti, ex d. §. 5. Vide Diploma Ervigii Regis poſt Concilium Toletanum XIII. Quidam vocem hanc à Germanico *Tief*, altus, deducunt; quaſi ſuprema fuerit inter inferiores dignitas.

THIUS, ex Græco θεῖος, Patruus, Italis *Zio*. Codex Carolinus Epiſt. 93. *Thius Regis Perſarum, Princeps & Dux exercitus.* Chronicon Comitum Capuæ §. 3. *Projectus eſt de eadem civitate à Paldone thio ſuo.* Pactum Gregorii Ducis Neapolitani an. 911. *Joannes Conſul & Dux, Gregorius thius ejus.* Charta Hiſpan. æræ 819. apud Sandovallium in Sylone Rege: *Et ſic poſtea conjunctus pariter cum idem prædicto meo tio domino Fromiſtano Abbate fundaſti in iſto loco jamdicto Oveta Baſilicam S. Vincentii Levitæ*, &c. Hiſt. Miſcella: *Ubi erat Iſmaeli thius Madi.* Theophanes, καὶ ἦν ἐκεῖ ὁ Ἰσμαὴλ ὁ θεῖος τοῦ Μαδί.

Thia, Amita, Italis *Zia*, in Concilio Bracarenſi II. an. 563. c. 15. & in Concilio Arelatenſi II. c. 3. uti præferunt codd. Corbeienſis & Lugdunenſis. Adde veterem Chartam allatam à Duce Gardiæ in familia Guietana pag. 182. Apud Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 37. *Volo autem ut domna Paterichia mea*, &c. Spelmannus emendat *Pateria thia mea*, quomodo codd. bonæ notæ præferre monet vir doctus nuperus operum S. Gregorii editor, quoſdam etiam *amitæ*, pro *thia*. Charta Rudeſindi Dumienſis Epiſcopi æræ 930. apud *Tepez*: *Et villa ipſa Monaſterio integra in Faro ex dato tia mea domna Gunterodis*, &c. Alia æræ 1111. apud eundem to. 6. pag. 450. *Et de ipſa villa quæ dedit mihi illa tia mea*, &c. Vide Chronicon Petri Regis Arag. edit. à Carbonello lib. 1. c. 2.

THOALAPTI. Vide *Chunna*.

THOKES, Piſcis genus, cujus fit mentio, inquit Cowellus, anno 22. Edw. IV. cap. 2.

THOL, Vide *Telonium*.

THOLUS. Gloſſæ Antiquæ MSS. *Tolum, faſtigium templi rotundum, ſive cerebrum cameræ.* Papias: *Propriè eſt velut ſcutum breve, qui in medio tecto eſt, in quo trabes coeunt.* Idem: *Tholus, eminens, rotunditas, faſtigium templi, culmen tecti.* Sedulius lib. 1. Paſchalis operis:

> —— *Properemus in urbem*
> *Libertatis ope, radians ubi regia fulvis*
> *Emicat aula tholis.*

Vita S. Joannis Eleemoſ. ex verſione Anaſtaſii Biblioth. n. 52. *Pergebat aliquando Beatus ad viſitandos pauperes in locum, qui dicitur Cæſarium: illic enim eis fecerat quaſi tholos quoſdam prolixos, ligneis tabulis pavimento ſtrato ad requieſcendos eos.* Epitaphium Aldeberti Abbatis Lerinenſis, qui deceſſit an. 1101.

> *Namque ſua dextra conſtruxit intus & extra*
> *Turres, atque tholos, Eccleſiæque polos.*

Liber Miraculor. S. Bertini cap. 3. apud Mabillonium, de Turribus, ſeu Campanario: *Cum tholus pomifer in ad-*

tonnà cum triumphali ſigno Crucis erigeretur, &c. Occurrit hac notione apud Palladium c. 8. & 43. Sed non planè aſſequor quid ſit *tholus* in Geſtis Francor. uſque ad Robertum Regem ex Bibl. Loiſelliana, an. 1014. *Fecit quoque 18. tholos ejuſdem metalli*, (cupri Hiſpanici) *ſparſim in choro deſuper infixos.*

THORACIDA, Imago pectore tenus: στηθάριον. Trebellius Pollio in Claudio: *Expreſſa thorace vultus imago.* Gloſſæ MSS. *Toracida, imago ſculpta pectoralis, i. uſque ad pectus, in auro, vel in quolibet, a thorace quod eſt pectus.* Adamnanus lib. 3. de Locis ſanctis, cap. 4. de ſtatua marmorea S. Georgii divinitus emollita: *Hinc itaque manifeſte oſtenditur, quanta & qualis fuerit honorificentia apud Deum Georgius, inter tormenta, cujus thoracidam, in re natura impenetrabili, penetrabilem potentia fecit.* Et cap. 5. *S. Mariæ Matris Domini thoracidam habet.* Verſus in Althelmum, in libro Epiſtolarum S. Bonifacii Arch. Moguntini Epiſt. 69.

Nec non adhuc munuſculum
Quidam addunt pulcherrimum
Thoracidos, tuentibus
Retorquentes luminibus
Imagines auriferis
Chriſti Matris capitibus.

Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 8. *In geſtis Silveſtri Papæ legitur Conſtantinum Imperatorem per thoracidas Apoſtolorum, quos ipſos in viſione viderat, cognoviſſe.* Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 2. ait Græcos imagines pinxiſſe ſolùm ab umbilico ſuprà, & non inferiùs. Vide *Scutum*, *Surtaria.*

Græci recentiores vocem στηθάριον, eadem notione uſurparunt. Chronicon Alexandr. Αὐτῷ τῷ ἔτει ἀφιερώθησαν στηθάρια γ΄. ἐν τῷ σεγκρέτῳ, Ὀνωρίου, καὶ Θεοδοσίου Αὐγούστου, καὶ Πουλχερίας Αὐγούστης ἀπὸ Αὐρηλιανοῦ εἰς ἐπαρχίαν ὑπάρχου πραιτωρίων. Idem in Juſtiniano: Ἔχον ἀπὸ πορφύρου χρυσοῦ βασιλικὸν ταβλίον, ἐν ᾧ ὑπῆρχεν ἐν μέσῳ στηθάριον ἀληθινὸν μικρὸν τοῦ βασιλέως χαράκτηρος ἔχοντα.

THORACOMACHUS. Anonymus de Rebus bellicis, Notitiæ Imperii ſubjectus: *Inter omnia quæ adverſum bellicum provida poſteritatis cogitavit antiquitas, thoracomachum quoque mira utilitate ad levamen corporis armorum ponderi & aſperitati ſubjecit. Hoc enim veſtimenti genus, quod de coactili ad menſuram & tutelam pectoris humani conficitur de mollibus lanis timoris ſollicitudo ſolers magiſtra compoſuit, ut hoc inducto primum lorica vel clivanus, aut his ſimilia fragilitatem corporis, ponderis aſperitate non læderent*, &c. Ubi *Thoraconactus* legendum rectè cenſet Salmaſius ad Plin. & ad Hiſt. Aug. i. ναχτὸς θώραξ, ex lana coactili confectus, cujuſmodi fuere noſtri *Gambeſones*. Ναχτὸς enim, & νακτὸς eadem. Gloſſ. Gr. Lat. νακτὸν, τὸ πεπιλωμένον, *denſum*, *preſſum*. Vetus Scholiaſtes Juvenalis ſat. 6. verſu 80. *Linum tenuiſſimis maculis nanctum.* Vide Cujacium lib. 5. Obſervationum cap. 11.

THORGHOREGNGH. Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. *Si ita contigerit, quod abſit, quod alecia non capiantur, nec in Skanor ſalſentur, quilibet dato ſuo* Thorghoregngh *auctoritatem habeat bona quæ adduxerit abſque teloneo deducendi.* Habetur ibi pluries.

THRENARE, Plangere, ex Gr. θρηνεῖν. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abbat. Corbeienſis lib. 1. c. 8. *Fortaſſe tunc venter præcordiorum contra nefanda futurorum, quaſi cythara threnabat.*

THRENGUS. Vide *Drengus.*

THRETIUM. Fragmentum Petronii pag. 70. *Decem partes dicis, librum ab oculo legit, thretium ſibi de diariis fecit, artiſellium de ſuo paravit, & tres trullas.*

THRENO. Vide *Tremum.*

THREUS, Ex filio nepos, quaſi *tertius* ab avo: nam *threus*, in Vett. Gloſſis eſt *tertius*. Angli *Thrée*, pro *tres* dicunt. Edictum Rotharis Regis tit. 58. §. 11. & Lex Longob. lib. 2. tit. 14. §. 5. *Qui de filio naturali generatus fuerit, quod eſt threus*, &c. At hoc loco *threus*, eſt *libertus*.

THRYMSA, genus nummi Anglo Saxonici. In Legibus Æthelſtani, ubi omnium capita æſtimantur, hæc habentur: *Archiepiſcopus & Atheling* (qui *Clito* dictus eſt) 15000. *thrymſis, Epiſcopus & Aldermannus* 8000. *Belli Imperator & ſummus Præpoſitus* (hodie *Vicecomes*) 4000. *thrymſis*. Vide Concilium Grateleanum an. 928. c. 13. Lambardus *Thrimſam* nummum trium ſolidorum fuiſſe ait, à Þreo, quod *tria* ſonat: vel ut Spelmannus, à Þrim, quod *ternos* ſignificat. In Gloſſario Saxonico exarato ſub Edw. III. *Wrinſa*, vel *Wrimſa*, *& eſt ſolidus denariorum*: ubi legendum videtur *Thrimſa.*

THRONI, Angeli ex primo hierarchiæ Angelicæ gradu, cujus appellationis variæ recenſentur cauſæ à S. Dionyſio c. 7. Gregorio M. Hom. 34. in Evang. Iſidoro lib. 7. cap. 5. Hugone lib. 7. in c. 7. Dionyſii, Guillelmo Pariſienſi part. 11. c. 131. S. Bernardo lib. 5. de Conſid. c. 4. &c.

Thronus, Sedes Epiſcopalis, θρόνος, paſſim, unde

Inthronizare, Græc. ἐνθρονίζειν, Epiſcopum in *thronum* inducere: ἐνθρονισμὸς, pro Eccleſiæ dedicatione, cùm ſcilicet *Thronus Epiſcopi* in ea collocatur, in Synodica ad Theophylum Imp. apud Balſamonem, & alios. Liberatus Diac. c. 14. *Ordinatus ergo Proterius, præſentibus ſupra memoratis Epiſcopis, inthronizatus.* Utitur & c. 15. 18. 20. &c. ut & Leo Oſt. lib. 2. c. 4. Concilium Engelenheimenſe an. 948. c. 2. Adalbero Laudunenſis Epiſcopus in Carm. ad Robertum Regem Franc. pag. 241. Sigebertus Gemblac. in Vita S. Sigeberti Regis Auſtraſiæ n. 5.

Neque tantùm de Epiſcopis vox hæc uſurpatur, ſed etiam de Abbatibus, atque adeo de quibuſvis Preſbyteris, qui *ad titulos*, ſeu Eccleſias quaſvis ordinantur. Liber de Fundatione Gozecenſis Eccleſiæ: *Poſt hunc Thietmonem — ſubſtituerunt Abbatem hujus inthronizationis anno tertio*, &c. Vide Formatam Dadonis Epiſcopi Virdun. to. 2. Concilior. Sirmondi pag. 673. Præterea de quibuſvis inaugurationibus. Ditmarus lib. ult. pag. 110. *Ducem Henricum Ratiſbona inthronizavit.*

Inthroniſmus, ex Græco ἐνθρονισμὸς, apud Liberatum Diacon. cap. 19.

THROTEBOLLA, Guttur, vox Saxon. Leges Henrici I. Regis cap. 93. *Gurgullio vel throtebolla.* Ubi alii codd. præferunt *Wrotebolla.*

THIUBDA, in Lege Friſionum tit. 3. ubi Sicama *Thiaſtha* reſcribendum cenſet. Hodie enim *thieff*, vel *thieff*, furtum, *thiaſtha* appellant Friſii.

THIMELUM. Leges Inæ Regis cap. 55. apud Bromptonum: *Si paſnagium capiatur de porcis, de tridigitali tertius, de duodigitali quartus, de thumelo quintus*: à Saxonico Þumel, Anglis *Thumbe*, pro pollice, de porco hîc dictum, cujus pinguedo ad pollicis latitudinem excreverit. Ita Somnerus.

THUR, Getarum & Gothorum Deus, cui *ſanguinem mactabant hominum*, ut eſt apud Dudonem lib. 1. de Morib. & actis Normann. pag. 62. Hunc *Martem* putabant, ut habet Willelmus Gemetic. lib. 2. cap. 4. Adde Ordericum Vitalem lib. 4. pag. 513. *Thor* appellatur in Hiſtoria S. Cuthberti.

THURARIUM. Vide *Acerra.*

THURARII, Pigmentarii. Vide Interpretem Juvenal. Sat. 1. v. 51.

THURCIBALDUS. Vide *Curcimbaldus.*

THURIBULUM. Vas in quo thus reponitur: inter miniſteria ſacra vulgo accenſetur. Alcuinus Poëm. 3.

Hic quoque thuribulum capitellis undique cinctum,
Pendit de ſummo fumoſa foramina pandens,
De quibus ambroſia ſpirabunt thura Sabæa,
Quando Sacerdotes Miſſas offerre jubentur.

Dudo lib. 3. de Morib. Normann. pag. 153. *Turibulaque inauditæ amplitudinis & pretii auro confecta delegavit.* Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 58. *Thuribulum argenteum inauratum*, &c. Occurrit paſſim. Sed audiendus interim Joan. de Janua: *Thuribulum, à thus, & bolus, componitur, vel quod ibi thus mordetur & crematur: vel quod*

thuris bolos, i. morſellos cremat. Ita nugantur recentio-
ris ætatis Grammatici. De Thuris ſeu incenſi primævo
uſu in Eccleſia, vide Durandum lib. 1. de Ritib. Ec-
cleſ. c. 9. & v. cl. Jacob. Petitum in Notis ad Pœniten-
tiale Theodori pag. 135. 136.

Turabulum. Gloſſæ antiquæ MSS. *Turibulum, turabu-
lum, quod Græci Tymarion dicunt.* Mox: *Turibulum, ubi
thus incenditur.*

THURICREMIUM, *Incenſarium, quia in eo crematur thus.*
Ugutioni. Joannes de Janua habet *Thuricremalum*, ſub-
ditque conſueviſſe dici, *Pone thimiama in thuricrema-
lo.*

THURIDUS, & *Thureus, de thure exiens, vel ad thus per-
tinens, vel fumoſus.* Hieronymus ſuper Iſaiam: *Unuſ-
quiſque alteius quærat auxilium faciem thuridam pallore
circumferens.* Jo. de Janua. Leg. *luridam.*

THURIFERARIUS, Acolytus, qui *incenſarium* in Eccleſia
defert, qui & *portator thuribuli* dicitur ab Hugone à S.
Victore lib. 1. Speculi Eccl. cap. 7. *Per Ceroferarium
& Thuriferarium intelligimus ſanctos qui præceſſerunt Te-
ſtamentum.* Vide Durandum lib. 4. c. 5.

THURIFICARE, Thura adolere, ſacrificare. Acta Mar-
celli PP. *Deferatur tripoda, & thurificent Majeſtati-
tibus.* Lex 12. Cod. Th. de Paganis: *Namque omnia lo-
ca quæ turis conſtiterit vapore fumaſſe, ſi tamen ea in ju-
re fuiſſe thurificantium probabuntur, fiſco noſtro adſocian-
da cenſemus.* Conſuetudines Floriacenſis Monaſterii:
*In die Dedicationis Eccleſiæ poſt officium debent duo Sa-
cerdotes capati omnes cruces thurificare, duobus ſervitori-
bus comitantibus cum acerris & plurimo incenſo.* Occurrit
paſſim in vitis SS.

THURIFICATI. Vide *Sanctificati.*

THURIFEX, *Sacerdos: Thurificium, Sacerdotium: Thurifi-
cina, locus ubi thus efficitur, vel ſpargitur, vel ſacriſi-
tatur.* Ugutio.

THUS *maſculum.* Ugutio: *Thus, quædam maneries apud
nos dicitur maſculum, quia ſit natura rotundum, in mo-
dum teſticulorum, reliquum verò planum & pene ſcabio-
ſum.*

THWERTNIK. Charta Regis Angliæ Ricardi II. apud
Spelmannum: *Conceſſimus etiam communitati prædictæ
(Ceſtrenſis) — quod habeat omnes libertates eidem
communitati per Ranulphum dudum Comitem Ceſtriæ con-
ceſſas, &c. Conceſſimus etiam quod Vicecomes noſter, aut
heredum noſtrorum qui pro tempore fuerit in dicto Comi-
tatu, de cætero faciat executiones pro debitis recuperatis
& recognitis in Comitatu vel Scaccario Ceſtriæ, aut initi-
nere Juſticiariorum, qui pro tempore fuerit, abſque aliquo
capiendo pro executione hujuſmodi facienda, licet etiam
præteritis temporibus uſum ſit, prout per Chartam habet
ipſa Communitas. Quod ſi aliquis in curia noſtra culpatus
fuerit, per Thwertnik ſe defendere poſſit, quia hæc defenſio
eſt contraria legi communi, nutrix malorum, pacis æmula,
& damnoſa populo pacifico. Volumus etiam de conſenſu
& requiſitione dictæ communitatis, ordinamus & præcipi-
mus, quod dicta defenſio per Thwertnik de cætero non allo-
cetur, ſed annulletur totaliter & damnetur, prædictaque
charta in eo puncto vacua ſit & nullius effectus temporibus
futuris.*

THYMIAMA, dicitur Ugutioni, *quædam confectio diver-
ſarum ſpecierum, quam Sacerdos in altari thimiamatis
adolebat.* Exod. 30. *Sume tibi aromata, ſtacten, & oni-
cam, galbanum, & thus lucidiſſimum, æqualis ponderis erunt
omnia, faciesque thymiama.* Nudè, Thus, incenſum.
Codex Epiſtolarum S. Bonifacii Archiep. Moguntini
Ep. 143. *Sanctitati veſtræ direxi ſabanum unum, facitér-
gium unum, & modicum thymiama.*

THYMIAMATERIUM, Thuribulum, vas in quo *thymiama*
ſervatur. Ordo Romanus: *Tenens thymiamaterium au-
reum pro foribus ponit incenſum, ut pergat ante Pontificem
thuribulum.* Helgaudus in Roberto Rege Franc. *Et
thymiamaterio uſquequaque ſatis mirabili, auro & gem-
mis benè elevato in ſublime, hunc ſanctum devotiſſimè
nobilitavit. Erat enim hoc ad plane conveniens, thymia-
materium thuribulo aureo à Gauzlino Abbate mirabilium
factore patrato, cujus opus ſplendeſcit præ omnibus quæ
vidimus.* Thurificationis verò uſum in Eccleſia peran-
tiqua eſſe probat Menardus ad librum Sacramentorum
Gregorii M. pag. 195. 362. 373.

THYTHUITS. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 69. *De
Thythuits hominis wera, debent reddi ſecundum legem
30. ſolidi ad manbotam, id eſt hodie 5. mancæ, de Twel-
fhindo, id eſt Thayno, 120. ſolid. quæ faciunt 20. man-
cæ.*

THYMPHANA, *Modiolos rotarum dicere poſſumus.* Gloſ-
ſarium Longobard. S. Germani Pariſ. ex Gloſſis anti-
quis.

TIBICINES, *Fulcra bifurca, quibus domus ſuſtentatur,
quæ aliter Deſtines dicuntur.* Jo. de Janua.

TIBIN, *Scirpus, vel genus vaſculi in modum ſcrinii, ex
virgultis agreſtibus contextum.* Jo. de Janua.

TIBRACA. Vide *Tybrugus.*

TIBRILLUM. Charta Ludovici Pii Imp. pro Abbatia S.
Dionyſii, apud Doubletum pag. 740. *De lignis dentur
eis menſura, quæ Nudi appellantur, mille centum: de
melle ſecundum conſuetudinem: de tibrillo carra duo: de
modius ſedecim.* Eadem habentur in Charta alia Sandio-
nyſiana firmata in Synodo Sueſſionenſi an. 862. apud
eundem pag. 794.

TICHODIFRUS, ex Gr. τειχοδίφρος, *genus machinæ ex rei
ſuæ commoditate Græca appellatione vocabuli ſumpſit exor-
dium, eo quod per hunc facilior in murum paretur aſcen-
ſus, ante baliſta ſemper ducendus inceſſum, quo protectior
eadem baliſta operitur.* Vide reliqua apud Anonymum
de Machinis bellicis, ſubjectum Notitiæ Imperii.

TICIMIUM *pecoris*, in Legibus Adelſtani Regis. Vide
Blanbernum.

TIENMANNATALA. Vide *Temmantale.*

TIGELLUM, pro *ſigillum.* Occurrit in Vita SS. Severini
& Victorini n. 12.

TIGNUM, *genus beſtiæ, feminini generis*, in Gloſſario Lon-
gobardico S. Germani Pariſ. ex Gloſſis antiquis.

TIGRIS, Enſis, Spatha. Gregorius Turon. de Gloria Con-
feſſ. cap. 42. de Nunnino quodam Tribuno: *Provolu-
tuſque ad beati ſepulchrum, cum diutiſſimè oraſſet, ex-
tracto de vagina tigre, lapidem qui ſuper venerabile ſe-
pulchrum habebatur, nemine vidente, percuſſit.* Iſidorus
ait Perſis, Medis, & Græcis *Tigrim*, ſagittam appel-
lari.

TIGURIUM. Vide *Tegurium.*

TIHINDUS. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 9. *De ti-
hindi hominis* (interfecti) *wera debent reddi ſecundum
legem 30 ſolidi ad manbotam.* ðpẏhinðenman dicitur in
Legibus Alvredi Saxonicis, apud Lambardum, ex Saxo-
nico, ðpẏ, *duo*, & hẏnð, vel hunð, *centum*: ita *Tihindus*,
homo eſt qui in æſtimatione capitis ducentorum ſolido-
rum cenſetur.

TIHLA, ſeu tihtla, Saxonibus Accuſatio, poſtulatio,
compellatio, quaſi *titulus accuſatorius.* Leges Canuti
Regis Angl. c. 62. *Si quis amicis deſtitutus, vel ale-
nigena ad tantum laborem veniat, ut plegium non habeat in
prima tihla, i. accuſatione, ponatur in carcanno.* Leges
Henrici I. Angliæ Regis cap. 10. *Differt etiam an ali-
quis cum ſuo vel alterius homine cauſam agat, & ſi quid
in actu, vel in ſola tihla conſiſtat.* Cap. 45. *De nemore
inoperato per tihlam nemo reſpondeat, niſi ſit ibi captus, vel
ſit homo ejus cujus eſt nemus.* Cap. 57. *Inter homines alio-
rum Comitatuum obſervetur, & de tihla pariter veniant in
curias,* &c. Adde cap. 59. 64.

TILLUM. Vita S. Samſonis Epiſc. Dolenſ. lib. 1. cap. 16.
*Venenum poculo miſcuit, tillum quoddam fricans, deditque
bibere.*

TILPTALIUM, *Linteolum minutiſſimè carminatum, ſive car-
pia.* Ita Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſoph. ex
Gr. τιλτὸν, linteamenta, apud Æginetam, vel τιλτὸς, di-
ſcerptus, unde τιλτὸς μότος, linteum carptum. Vide *Car-
pia.*

TAMBERLODE, Servitutis genus, quo vaſſallus obliga-

tur materiam ſive lignum de ſilva, ubi proſternitur, ad domini ſui domum devehere: à Saxon. Timbre, Anglis, *Timber*, i. lignum, tignum, & lade. Anglis *load*, onus. Occurrit apud W. Thorn an. 1364. *Et debent pro qualibet ſwelinga 14. den. per annum, pro ſchippesbere, timberlode, & bordlode, vel cariare extra Waldam per mare, vel per terram, ad manerium prædictum.*

Timbrellus, *Timbrelus*, *Tinnelus*, Parvus cetus. Sic Skenæus de Verborum ſignificat.

Timbrium, Faſciculus, vel certus numerus pretioſarum pellium, cujuſmodi ſunt Marturum, Murium Ponticorum, &c. quæ ab exteris regionibus deferuntur: Gallis *Timbre*. In Gloſſis antiquis MSS. lego: *timbre*, *locus propellum*. Sed an huc pertineant, vix putem. Charta Swecica an. 1314. apud Schefferum ad Chronicon Archiep. Upſalienſium p. 228. *Unam ulnam tela vel ejus valorem de quolibet aratro. De qualibet timbria pellium Variorum, unam pellem meliorem.* Fleta lib. 2. cap. 12. §. 8. *Lunda pellium continet 32. timbria.* Skenæus de Verbor. ſignificat. *And timmer of skins.* Charta Communiæ Rotomagenſis an. 1207. *Unde nos de unaquaque navi habebimus unum timbr. Martrinarum, vel 10. libras, ſi mercatores navis jurare poterunt, quod martrinas non invenerint emendas ad portum in quo chargiaverunt, neque id fecerint pro conſuetudine nobis auferenda.* Uſatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *La nef qui vient de Yllande doit a la Vicomte 20. l. Item au Chaſtel de Rouen un timbre de martres, ou 10. livres tournois, premierement receu le ſerment des merchans que il ne pourront trouver à vendre ledit timbre es parties d'Yllande où la nef fuſt carchie, & ſe elle apperte ledit timbre, les merchans jureront que il fu achete es parties d'Yllande, & n'eſt pas à rechevoir ledit timbre autrement.* Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis an. 1351. *Pour 60. timbres & 31. pel ſans couroy, & ſans appareil, contenans chacun timbre 60. peaux* &c.

Timbrum. Charta Martini Regis Aragonum apud Brizium Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 1. cap. 47. *In quo quidem calice aureo ſupradicto ſunt ſigna ſequentia, videlicet in pede tres eſmalti, duo timbra, & unus crucifixus Jeſu Chriſti, & in pomo qui eſt in medio ſex eſmalti, duo ad ſignum Aragon.* &c. Ubi *timbrum*, pro ſcuto inſignium ſeu armorum videtur ſumi. Vide *Tymbris.*

Timonagium. Charta Willelmi Cardinalis Archiep. Remenſis an. 1182. *Forifactum quoque de Timonagio nobis per 7. ſolidos & dimidium emendabitur.* Vide *Temo.*

Timorare, Timorem incutere, apud Ottonem Morenam in Hiſt. Rerum Laudenſium pag. 46. 54.

Timoratus. Wippo de Vita Chunradi Salici pag. 428. *In Dei ſervitio timorata, in orationibus & eleemoſynis aſſidua.* Geſta Innocentii III. PP. pag. 77. *Devotus & timoratus.* Ditmarus lib. 2. *Filiam bene timoratam*, &c. *Humiliter & timoratè*, apud eundem lib. 3. Fulbertus Carnot. Epiſt. 40. *Herebam timoratè ſuſpenſus & expectans*, &c. Occurrit non ſemel.

Timorosus, Timidus, Gallis *Peureux*. Conſtantinus Afric. lib. de Gradibus: *Timoroſos & [illegible] acos confortat.* Utitur hac voce non ſemel, ut & Albertus Argentin. in Chronico pag. 155.

Tina. Lib. 3. Reg. cap. 10. *Attulit ex Ophir ligna tina multa nimis*, &c. Ubi editio Gr. ξύλα ἀπελέκητα, *ſecuri non dolata* ligna, inquit Eucherius, & ex eo Papias, de quibus Salomon gradus fecit in domo Domini, incognita etiam peritioribus Judæorum. Gloſſa: *Imputribilia, ſpinoſa, in ſimilitudine alba ſpina tina candida ſunt & rotunda, & inveniuntur in Bibliis correctis duplex litera i. ſcilicet tiina, vel tina per ſimplex i.* Ita etiam Jo. de Janua, & Auctor Mamotrecti.

Tina, ſeu *Tyna*, Vas grande ligneum tam lavationibus, quàm condendis vinis paratum, quod vocabulum uſurpatum à Varrone tradit Nonius. Noſtri etiamnum *Tine* dicunt. Apitius l. 4. de Re culin. c. 2. *Ruta ſuffundes liquamen quod ſatis erit, & olei modicum, & commiſcebis in tina cum pulpa.* Additio ad Willelmum Gemeticenſem pag. 317. *Et aliquando in ipſa ſolemnitate ſolebat unam tinam plenam textis, & thuribulis, & candelabris, — ante altare ſanctæ Trinitatis portare, ipſamque pro ſuis peccatis Deo ibi offerre.* Utuntur etiam Hepidanus de Vita S. Wiboradæ cap. 20. Cæſarius l. 3. c. 47. Acta S. Tyrſi Mart. n. 25. Fortunatus in Vita S. Radegund. c. 17. vetus Charta Securitatis apud Briſſon. de formul. pag. 647. Joannes Laudenſis in Vita S. Petri Damiani n. 22. Jo. de Burnino Archiep. Viennenſis de Stephano Dienſi Epiſcopo, Vita S. Joan. Epiſcopi Tragur. pag. 4. &c.

Tinum, eadem notione. Notæ Tyronis pag. 149. *Canava, cavea, tinum*, &c.

Tina, Pilei ſpecies, in modum fortè ac formam *tinæ* confecta, cujuſmodi ferè ſunt Clericorum illi pilei, quos *Bonnets carrez* dicimus. Synodus Sodorenſis in inſula Manniæ cap. 7. *Statuimus quod omnes Capellani, Diaconi, & cæteri miniſtri altaris honeſte & devote — non capuciis in capitibus, nec tinis, vel pileis, aut chirotecis in manibus — ad divinum officium accedant.*

Tine, *Liga* exponitur, in Gloſſa interlineari in Grammatica MS. Smaragdi.

Tinca, apud Mundinum de Anatomia pag. 172. Italis *tinca*, eſt piſcis, qui Lat. *Merula*, Gallis *Tenche*. Auſonius in Moſella:

> *Quis non & virides, vulgi ſolatia tincas*
> *Norit?*

Tincta, Tinctura. Lucifer Calaritanus lib. Moriendum eſſe pro Dei filio: *Recordare — quanties per abrupta una tincta ſubſcriptionis tuæ dejeceris.* Id eſt una ſubſcriptio, quæ *tinctura* vel atramento fit. Hiſpanis *tinta* etiamnum eſt atramentum.

Tincta. Diploma Friderici II. Imp. an. 1210. apud Rocchum Pirrum in Archiepiſcopis Panormitan. *Donamus totam tinctam noſtram ipſius civitatis noſtræ Panormitanæ, quæ ſit & fieri potuerit in futuro, cum fundico, & omni jure, & libertate ſua.* Infra: *Omnia jura ipſorum Judæorum, & redditus ipſius tinctæ.* Vide *Tintoria.*

Tinea, Scabies, ex Gall. *tigne*. Occurrit apud Folcardum in Vita S. Joannis Epiſcopi Eboracenſis n. 2.

Tingere, Baptizare, baptiſmum impertiri. S. Cyprianus Epiſt. 71. *Ut putent eos, qui apud hæreticos tincti ſunt, quando ad nos venerint, baptizari non oportere.* In Epiſt. 23. 25. & 62. ubi Math. 28. *baptizantes eos*, habet *tingentes eos. Iterata tinctio*, apud S. Leonem Epiſt. 3. Vide Concilium Hiſpalenſe II. c. 7.

Tinctorium, Eucherio Lugdunenſi & Papiæ, *Baptiſterium.*

Tinniolum, Tintinnabulum. Vita S. Hilarii Arelatenſis: *Videt ſe ſacris intereſſe myſteriis, induitur tunica Aaron quondam Pontificis tegmine decoratum, — tinniola etiam commota greſſibus incedentis, & intrinſecus malogranatis illiſa clarum perſonabant extrinſecus ſalutiferumque tinnitum.* Infra: *Fulſit logium pietatis, juſtitiæ byſſinum, continentiæ cingulum, prædicationis tinniolum, malagranata bonæ ſpei opere & ſermone jugiter ſonuerunt.*

Tinnibulum, in Gloſſis S. Benedicti, κώδων.

Tinnulus, Sonitus ex ære aut ferro percuſſo. Gloſſæ Gr. Lat. ἦχος ἀπὸ χαλκοῦ καὶ σιδήρου, *tinnulus, tinnitus.* Gloſſ. Lat. Gr. *tinnulum*, τινκόν. Papiæ, *tinnulus*, eſt *ſonus liquidus, lenis, & purus.* Hieronymus in Prolog. in Job. *Interdum quoque & viciatus dulci & tinnulus fertur numeris lege ſolutis.*

A tinnulo, vel *tinniolo*, dictum volunt Regum Palatium, quod ut in Monaſteriis fieri ſolet, ad *tinnulum*, ſeu *tinnitum* campanæ ſinguli regii Palatii domeſtici ad epulas cierentur: indeque *tenir tinel* noſtris dixiſſe pro *Curiam ſolemnem celebrare.* Cola de Benevento in Tractatu *del Governo della Corte d'un ſignore* cap. 19. *Il tinello non men corroto à tempi noſtri ne fatti che nel nome fu coſi da maggior noſtri chiamato per diminutione (come io mi ſtimo) da Tinno (Tinnio) voce latina, quaſi Tinello, cioè piciol ſuono che coſi ſi dice in quella lingua il ſuono*

de m··alli; percioche al ſono d'una picciola campana (come ogniunſia) ſi corre à tinello, il quale è un luogo (perche non lo ſapeſſe) doue in commune ſi va à mangiare da cortegiani, come al refettorio de' frati. Et era all'hora di tanto honore il mangiare in tinello, quanto è hoggi riputato coſa vil & diſhorrevole. Chronicon MS. Bertrandi Gueſclini:

Bien ſai qu'el eſt entrez dedens à ſon comment,
Avec luy quatre cent de ſon tinel plus grant.

Chronicon Flandriæ cap. 57. *Et alla au palais tenir ſon tinel, & y fiſt office royal.* Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 2. c. 22. *Davant tot lo poble de Barcelona, qui ia per allo era ainſtar en lo noſtre tinell maior de noſtre palau.* Charta an. 1209. pro libertatibus Magduni, apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. pag. 426. *Quiconque au marché de Meun aura acheté aucune choſe, ou aura vendu, & par oubliance ſon plaſſage ou tineil aura retenu*, &c. Ubi Conſuetud. Lorriaci, unde hæc deſumpta ſunt: *Et per oblivionem tinnleium ſuum retinuerit*, &c.

TINPENI, pro tributi ſpecie, apud Anglos: fortè quod pro fodinis ſtanneis pendebatur: ex Anglo-Sax. Pen, denarius, penſitatio, & tin, ſtannum. Charta Henrici II. Regis Angliæ to. 1. Monaſtici Angl. p. 419. *Non tributa, non xenia, non leſtagia, non — tethinpeni, non tinpeni — exigat.* Charta alia ejuſdem Henrici to. 2. Monaſtici Anglic. pag. 1003. *Nulla perſona — exigat — non ſaumagia, non vectigalia, non navigia, non opera, non tributa, non xenia, non leſtagia, non tethingpanie, non timpany.*

TINTA. Charta an. 1083. apud Ughellum to. 4. p. 1457. *Sedimonium unum cum tinta, cum acra qua ibi extat, & campo inſimul tenenti*, &c. Infra: *Idem ſedimen cum tinta*, &c. Vide *Tincta*.

TINTINNABULUM, Campana quæ pulſatur in triclinio & in refectorio Monachorum, apud Beletum de Divin. offic. c. 86. Vide Capitula Monachorum ad Augiam directorum c. 8. in Appendice ad Capitularia Regum Francor. edit. Baluzianæ.

Privilegium *tintinnabuli*. Bulla Paſchalis II. anno 1103. apud Puricellum in Baſilica Ambroſiana p. 109. & Puccinellum in Zodiaco Mediolan. part. 3. p. 377. *Concedimus tibi tuiſque ſucceſſoribus quidquid de uſu dalmaticæ, ſandaliorum, nec non chirotecarum, & licentiam ferendi tintinnabulum capellæ, ex Apoſtolica autoritate anteceſſorum noſtrorum habere meruiſti*, &c.

Tintinnabulis exornatas interdum fuiſſe Sacerdotales veſtes obſervamus in v. v. *Capa*, *Stola*, *Tinniolum*, & *Tunica*. Sed & procerum ita depingit Apuleius lib. 10. *Et piſtilibus baltheis, & tintinnabulis peranguſtis exornatum, ipſe reſidens, amantiſſimè nonnunquam comiſſimus affatur ſermonibus.* Sed maximè equorum inſtrata exornaſſe noſtros tintinnabulis legimus. Nicetas in Manuele lib. 6. n. 4. Francos Antiochenos deſcribens torneamentum inituros cum Imperatore: Καὶ τὰς ἵππους ἠχώδεις ἔχοντες, ἅπαξ τε κώδωσι λαμπρυνομένους, ἀλλὰ δὴ καὶ ... ἀγλαϊσμασιν, ... ἱκανὸν ... ἠχοῦν ... Arnoldus Lubecenſis lib. 2. cap. 16. *Sedens in equo phalerato, cujus operimento ſilia Principis inſeruerat tintinnabula plurima, tum pro oſtentatione, tum equi alterius fugatione.* Philippus *Mouskes* in Philippo Aug.

Es vous atant le Duc Ricart,
Son fil u venoit d'autre part,
Aplanoiiés & aceſmés,
Et mult cointement atornés,
A cloketes & as lorains,
Venoit ſi toſt que ne poſt ains.

Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. c. 124. de Milite Gallo: *E guarda, e vae en loroch que era entre lo ſeu ort, e un altre, un Cavaller Frances ab ſon cavall armat, e ab lo pitrall de campanellas*, &c. Monſtreletus 1. vol. cap. 62. de Rege Ludovico: *Son cheval eſtoit convert & paré de clochettes dorées.* Chronicon quod Scandaloſum vocant pag. 20. *Leſquelles houſſeures (des chevaux) eſto ent — chargées de groſſes campanes d'argent, blanches & dorées.* Et pag. 93. *Il eſtoit monté deſſus un beau courſier a une moult belle houſſure, toute couverte de trancheuers d'argent, deſſus chacun deſquels il y avoit une groſſe campane d'argent dorée*, &c. Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Sur leurs chevaux d'or & d'argent clochettes.

Adde Wlſonem Columberium in Theatro Honoris to. 1. pag. 60. & Ceremoniale Francicum, ubi de ſolemnibus Regum ingreſſibus: præterea Radulphum in Vita S. Richardi Epiſcopi Ceſtrenſis n. 44.

TINTINNUM, Tintinnabulum armentorum collo appenſum. Lex Burgund. tit. 4. §. 5. *Qui tintinum caballi furto abſtulerit*, &c. Lex Salica tit. 29. §. 2. *Si vero de pecoribus tintinnum furaverit*, &c. — *Si quis ſkellam de caballis furaverit*, &c. Fortunatus lib. 2. Poem. 17.

Tintinnum rapit alter inops magis improbus ille,
Qui jumentorum colla tenere ſolet.

Walafridus Strabo:

Mala fidem tintinna ſonant documenta ſaluto.

Tintinnabulum de caballo vel de bove furari, in Lege Wiſigoth. lib. 7. tit. 2. § 11. in Lege Bajw. tit. 8. §. 11. *Greges tintinnabulatos* dixit Sidonius lib. 2. Epiſt. 2. ubi ſat multa in hanc rem Savaro. In armentis porrò tintinnabula collo appenduntur, ne in ſilvis aberrando amittantur. Aimoinus lib. 3. Hiſt. Franc. cap. 82. *Nunquid non audis tintinnabula paſcentium equorum collis dependentia? mos quippe antiquis inoleverat Francis, & maximè Auſtraſiis, ut paſcentibus equis tintinnabula imponerent, quo ſi fortè longiùs in paſcendo aberraſſent, eorum ſonitu dignoſci poſſent.* Ubi Ado Viennenſis in Chron. *Nam tunc temporis tinnitos equos Auſtraſii ad paſtum emittebant.* Equis verò, ſagmariis præſertim ac mulis onerariis, tintinnabula pariter dantur, quod tinnitu mulceantur, & ſono laborem leniant. Vide Vitam S. Frontonis Abbat. n. 12.

TINTORIA, Officina tinctoria, ubi tinguntur panni, in Charta Caroli II. Regis Siciliæ apud Ughellum to. 9. Ital. ſacræ pag. 919. Vide *Tintta*.

TIOCIUM. Charta Longobardica an. 745. apud Ughellum in Epiſcopis Aretinis: *Ad hæc reſpondebat — quod Eccleſia iſta vel tiocia, unde agimus, in territorio Senenſi poſita ſunt.* Infra: *Dum ad tantorum annorum curricula poſſeſſionem S. Donati in prædictis baptiſteriis & tiociis eſſe cognoviſſemus*, &c.

TIRALLA. Chron. Ceccanenſe, ſeu Foſſænovæ an. 1196. *Optimam tirallam friſatam ſuper altare, pulchra ſandalia cum caligis.* Sed legendum *tuallam*. Vide in hac voce.

TIPETTUM. Concilium Londinenſe an. 1342. c. 2. ubi de habitus Clericorum abuſu: *Ac caputii cum tipetis miræ longitudinis*, &c. Quo loco *tipettum*, eſt quod *Touppet* vulgò dicimus, apex qui capitio imminet. Unde neſcio an non legendum fuerit *tuppetis*. Gloſſarium Ælfrici: *Apex, ſummitas galeæ*, helmes-top. Vide *Tupha*.

TIRANNI, Trabes, quibus ædium muri continentur, Gallis *Tirans*. Hiſtoria Vezeliacenſis lib. 4. pag. 617. *In crypta quæ ſupra B. dilectricis Mariæ Magdalenæ ſepulchrum extat, tantus ignis caſu erupit, ut etiam tirannos, quos Francigenæ Trabes vocant, qui erant in ſuperiori parte, combuſſerit.*

TIRATORIUM. Charta an. 1263. ex Regeſto 31. Chartophylacii Regii fol. 102. qua Renaldus *de Chigi* & ejus uxor vendunt Regi *tres partes quas ſe habere dicebant in quodam botatorio ſito apud Villamnovam Regis ante Tiratoria ejuſdem villæ*, &c. Extat etiamnum in urbe Pariſienſi compitum, quod vocant *la Croix du Tiroir*. Sed de nominis ratione vix placent quæ habent Brodæus lib. 1. Antiq. Pariſ. pag. 4. 2. edit. & vetus Schedula Gallica inedita de Fundatione Pariſiorum, ex qua hæc depromptimus: *A la croix du Tirouer ſe trioient les beſtes, & pour ce à proprement parler, elle eſt appellée la Croix du*

trioner, pour les beſtes que l'en i atrioit.

Tiratorium, alia notione. Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi c. 55. *Eſt tiratorium quodcumque membrum avis, aut alterius animalis dandum falconi ad mordicandum in eo, ne inquietet ſe falco propter timorem, aut aliam cauſam. Et eſt duplex tiratorium, unum carnoſum quod debet eſſe recens, & de bonis carnibus, — aliud eſt non carnoſum, quod debet eſſe oſſuoſum, & nervoſum, & munitum plumis aut pennis, quod datur falconi, potiùs ad impediendum falconem circa ipſum, & ad deplumandum in ipſo, potiùs quam ad guſtandum, vel comedendum*, &c.

TIRONATUM, *Rudimen*, πολεμοπράγημα, in Gloſſis MSS. Regiis cod. 1013. Tyrocinium.

TIROGRILLUM, perperam legit apud Willelmum Armoricum lib. 1. Philippidos Spelmannus, pro *Cirogrillum*. Vide in hac voce.

TIRRENUS. Vide *Tarenus*.

TITHINGA. Vide *Tethinga*.

TITIONARI, *Titionibus præparare, eos in ignem mittere*. Ugutioni. Nos *Tiſonner* dicimus.

TITIONARIUM, *Locus ignis, ubi titiones morantur*. Ugutio.

TITULARE, Titulo præſignire, exornare. Tertullianus lib. de Anima c. 13. *Quis non animæ dabit ſummam omnem, cujus nomine totius hominis mentio titulata eſt?* Idem in Poëm. de Judicio Dei:

Quis mihi ruricolas aptabit carmine muſas;
Et verni roſeas titulabit floribus auras?

S. Ambroſius in Epiſt. ad Coloſſ. c. 4. *Ita enim devota fuiſſe videtur, ut omnis domus ejus ſigno titulata eſſet* (rucis. Calendarium Philocali: *Furius Dionyſius feliciter titulavit*. Martianus Capella lib 1. pag. 15. *Et licet per Zodiacum tractum nonnulli ſingulas vel binas domos animalibus titularint, in aliis tamen habitaculis commanebant*. Adde Petrum Chryſologum ſerm. 155. Vide *Titulus*.

Titulare, Significare, in Gloſſ. Arabico-Lat.

Detitulare, Titulum auferre, delere. Joſephus Iſcanus lib. 2. de Bello Trojano:

——— *Propria nam venditor artis*
Detitulat titulos, quos ingerit.

Titulare, pro *Titillare*. S. Althelmus de Laude Virg. c. 17.

Quique titulantis ſpernit primordia luxus.

TITULOS *apponere*, ſeu Tabulas inſcriptas cum velis purpureis, ut eſt apud Agathiam lib. 5. quo ritu res privatorum, aut reorum fiſco addicebantur. Auguſtinus in Pſalm. 21. *Ubi potens aliquis invenerit titulos ſuos, nonne jure rem ſibi vindicat? & dicit, non poneret titulos meos, niſi res mea eſſet*. Gregorius M. lib. 4. Epiſt. 33. *In Sicilia autem inſula Stephanus quidam marinarum partium Chartularius tanta præjudicia, tantaſque oppreſſiones operari dicitur, invadendo loca ſingulorum, atque ſine dictione cauſarum per poſſeſſiones ac domos titulos ponendo*, &c. Ado in Martyrol. 29. Aug. *Omnes facultates ejus publicis titulis præſignari*. Eadem verba habentur in Vita S. Sergii Mart. n. 3. Anaſtaſius in Nicolao I. PP. pag. 213. ubi idem Pontifex ad Ravennatem Archiepiſc. *Præcipimus tibi ut nunquam res cujuſcunque perſonæ qualicunque ingenio vel cartula acquiſitus, & poſſeſſas olim modo occupes; aut titulum ſuperimponas, donec in præſentia Apoſtolica, vel Miſſi ejus; aut Veſtararii Ravennæ legali ordine illas in judicio convincas*. Senator lib. 4. Ep. 14. *Caſas ejus appoſitis titulis fiſci noſtri viribus vindicabis*. Idem lib. 5. Ep. 6. *Fixis titulis juri publico applicare*. Adde lib. 9. Ep. 18. Tibullus lib. 2. p. 112.

Ite ſub imperium, ſub titulumque lares.

Vide tit. utriuſque codic. *de His qui potentiorum*, &c. Hinc

Titulare, Fiſco addicere titulis appoſitis. *Domus titulata*, apud Gregor. M. lib. 1. Epiſt. 63. cui fiſcalis titulus appoſitus eſt. Adde lib. 4. Epiſt. 44.

Titulatio, Confiſcatio, qua voce δήμευσιν apud Theophanem in Nicephoro Generali an. 9. vertit Hiſtoria Miſcella.

Tituli fiſcales, Tributa, vectigalia publica, fiſcalia: paſſim in utroque codice. Salvianus lib. 5. *Illud eſt gravius quod plurimi proſcribuntur a paucis, quibus exactio publica peculiaris eſt præda, qui fiſcalis debiti titulos faciunt eſſe privatos, & hoc non ſummi tantum, ſed pene infimi*. Anonymus de Rebus bellicis ſubjunctus Notitiæ Imperii, de exactoribus: *Quæ enim ab his occaſio fiſcalium titulorum intibata peracta eſt, quæ conventio ſine præda diſceſſit? Susceptores fiſcalium titulorum*, in Edicto Theoderici Regis cap. 144. *Titulus ſiliquatici*, apud Senatorem lib. 4. cap. 25. *Titulus Canonicus vinarius*, in veteri Inſcript. 647. 7.

Titulus, Limes, meta. Aggenus: *Videmus igitur modo per terminos territoriales, & limitum curſus & titulos, id eſt inſcriptis lapidibus, plerumque fluminibus, nec non aris lapideis claudi territorium, atque dividi ab alterius territorio civitatis*. Petrus Chryſol. ſerm. 154. *Dominum prædiorum limitibus affixi tituli proloquuntur*. Fortunatus in Vita S. Medardi cap. 5. *Diebus quoque illis de cujuſdam agri confinio controverſia inter propinquos illius exorta eſt, cumque diſceptarent alternatim, & jam furor iràque mentem præcipitaret, ille lapidi pedem ſuperpoſuit, qui ejuſdem agri diviſor eſſe videbatur: commotam ergo turbam dicto citiùs ab illa compeſcens ſeditione, Titulum hunc, inquit, horum jugerum limitem eſſe noveritis & confinium*. Hinc forte

Titulos vocamus inſtrumenta Chartarum, quæ prædiorum poſſeſſionem firmant, quove jure teneantur indicant. Concilium Ticinenſe ſub Benedicto VIII. PP. in Præfat. *Prædia & poſſeſſiones aut tollunt, aut minuunt, aut quibuſdam titulis & ſcriptis colludio fabricatis, à nomine & jure Eccleſiæ alienant*.

Titulus, Eccleſia ad quam deſerviendam ordinabantur Presbyteri, ita ut in ea *ſtabilitatis promiſſionem* facere tenerentur, & ab ea recedere iis non liceret, ut eſt in Capitulari Epiſcoporum c. 13. in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 26. 108. lib. 7. c. 175 in Addit. 3. Lud. Pii c. 39. in Synodica Ratherii Veron. ad Preſbyter. &c. Vide Joannem VIII. PP. Epiſt. 173. Synodus Remenſis an. 813. c. 20. *Ut Preſbyteris de minore titulo ad majorem non liceat tranſmigrare*. Addit Turon. III. c. 14. *Sed in eo permaneat ad quem ordinatus eſt*. Concilium Calchutenſe an. 787. c. 6. *Et in illo titulo perſeverent ad quem conſecrati ſunt, ita ut nullus de alterius titulo Preſbyterum aut Diaconum ſuſcipere præſumat*, &c. Concilium Londinenſe an. 1125. *Nullus in Preſbyterum, nullus in Diaconum niſi ad certum titulum ordinetur. Qui verò abſolutè fuerit ordinatus, ſumpta careat dignitate*. Id etiam in uſu fuiſſe teſtatur Lupus Ferrarienſis Epiſt. 29. niſi Epiſcopi licentia intercedat. Vetitum enim in Concilio Calchedonenſi c. 6. ne quis Preſbyter aut Diaconus ἀπολελυμένως ordinaretur, *abſolutè*, ut habent Concil. Meldenſe an. 845. c. 52. Synodus Romana an. 853. c. 39. Criſconius in Breviario c. 196. Egbertus Archiep. Ebor. in Dialogo c. 9. Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 24. Capit. Francoford. an. 794. c. 26. Capit. 6. an. 806. c. 7. Capit. 1. incerti anni c. 11. lib. 1. Capitul. cap. 25. Append. 1. c. 12. &c. ſed ἰδίως, *ſpecialiter*, Eccleſiæ civitatis vel pagi adſcriberentur, abrogatis ordinationibus abſolutis: qua tamen ordinatione Preſbyterum ſe factum in Eccleſia Barcinonenſi ſcribit Paulinus Ep. 6. ad Severum: *Ea conditione in Barcinonenſi Eccleſia conſecrari adductus ſum, ut ipſi Eccleſiæ non alligarer; in Sacerdotium tantum Domini, non in locum Eccleſiæ dedicatus*. Sed irritæ poſtmodum factæ ejuſmodi ordinationes: & in ipſis Preſbyterorum & Diaconorum, aut Subdiaconorum ordinationibus, ab Epiſcopis ordinatoribus, nominati tituli quibus ii adſcriberentur, ut colligitur ex Sacramentario Gregoriano Menardi pag. 236. Anaſtaſius in Evariſto PP. *Hic titulos in urbe Roma diviſit Preſbyteris*. In S. Marcello: 25. *titulos in urbe Roma conſtituit, quaſi diœceſes, propter baptiſmum & pœnitentiam multorum qui convertebantur ex paganis, & propter ſepultu-*

vas Martyrum. In S. Silveſtro: *Hic fecit in urbe Roma*
Eccleſiam in prædio cujuſdam Preſbyteri ſui, qui cogno-
minabatur Equitius, quem titulum Romanum conſtituit,
&c. In S. Damaſo: *Hic conſtituit titulum in urbe Roma,*
ſcilicet baſilicam, quam ipſe conſtruxit, &c. In S. Inno-
centio: *In quo loco — titulum Romanum conſtituit,* &c.
Ita pag. 110. 116. 117. 238. Alexander III. PP. in
Epiſt. apud Baron. an. 1148. *Jus Eccleſiarum à SS. Pa-*
tribus canonice conſtitutum neceſſario ad memoriam copio-
sè credimus revocandum, qualiter ſcilicet 28. titulis, eo-
rumque Sacerdotibus tota urbs diſtributa ſit, &c. Conci-
lium Nannetenſe cap. 16. & ex eo Hincmarus Remenſ.
in Capitulis ad Preſbyteros parochiæ ſuæ c. 17. *Eccle-*
ſiam illam — quæ titulus per ſe conſtans extitit. Ubi à
Capellis diſtinguitur. *Titulorum vel Diaconiarum Eccle-*
ſiæ, in Synodo Romana an. 853. c. 39. Titulum pro Ec-
cleſia uſurpant paſſim Scriptores, Pius I. PP. Epiſt. 3.
Conc. Rom. ſub Greg. I. c. 3. Nannet. c. 16. Hinc-
marus Rem. in Capit. de Reb. Mag. & Dec. c. 12.
Capit. Guilleberti Ep. de Interdictis c. 2. Synod. Lon-
din. an. 1125. Hugo Flaviniacenſis pag. 261. &c. Adde
Ughellum to. 1. Ital. ſacr. part. 1. pag. 110. 122. 123.

Cur porrò Eccleſia *Tituli* nomine à veteribus Chri-
ſtianis donata ſit, variæ ſunt autorum ſententiæ. Baro-
nius an. 112. n. 5. 6. à *titulis fiſcalibus* deſumptam hanc
appellationem putat, quorum appoſitione rem aliquam
ſibi fiſcus vindicare ſolebat: *Titulum* autem, *Crucis*
fuiſſe, quo appoſito, res ſacra cenſebatur, quod pluri-
bus obſervat in Notis ad Martyrol. Rom. 26. Julii. Alii
à *Titulis,* ſeu ſepulchris Martyrum vel Confeſſorum,
in ædibus ſacris reconditis. Nam *titulum ſepulchri* dixit
Juvenalis lib. 2. ſat. 7. *Titulis decorare ſepulchrum,*
Silius Italicus lib. 15. *Titulum buſto addere,* Auctor Que-
roli. *Titulum Memoriæ,* vetus Inſcriptio, 519. 5. Vetus
Epitaphium Treverenſe: *Hic quieſcit Dardanius qui vi-*
xit annos 35. Apronius frater titulum poſuit in pace, apud
Brouverum in Proparaſc. ad Annales Trevirenſes, ubi
ejuſmodi alia Chriſtianorum deſcribit pag. 59. 60. 61.
& in ipſis Annalib. pag. 404. 439. 2. edit. Alii dein-
que, quod ædi ſacræ veſtibulis ſancti, cui dicata erat,
nomen inſcriberetur, ſeu quod eo *titularetur,* titulos di-
ctas Eccleſias volunt. Ut ut ſit, ab his titulis, ſeu Eccle-
ſiis quibus attitulati erant Clerici,

Tituli nomenclatura vulgò donantur Sacerdotis facultates
idoneæ ad vitam, abſque quibus ad Sacerdotium non
admittitur. Concilium Lateranenſe III. an. 1179. c. 5.
Epiſcopus ſi aliquem ſine certo titulo, de quo neceſſaria
vitæ percipiat, in Diaconum vel Preſbyterum ordinaverit,
tandiu neceſſaria ei ſubminiſtret, donec in aliqua ei Eccle-
ſia convenientia ſtipendia militiæ Clericalis aſſignet: niſi
fortè tales qui ordinatur extiterit, qui de ſua vel paterna
hæreditate ſubſidium vitæ poſſit habere. Synodus Exonien-
ſis an. 1287. c. 8. *Caveant ad ſacros ordines promovendi,*
ut titulum habeant ſufficientem, ſine quo omnibus ad ſacros
ordines accedere interdicimus facultatem. Mox: *Et quo-*
niam quidam promovendi advertentes ſe non poſſe abſque ti-
tulo ordinari, cum Clericis beneficiatis vel Laicis paciſcun-
tur, ut eis per chartam nomine tituli conferant ſpirituale
aliquod vel temporale, eandem chartam ab eiſdem poſt ſuſ-
ceptos ordines recepturi, &c. *Titulus Patrimonialis* in
Concilio Biterrenſi an. 1233. c. 6. *de iis qui admittuntur*
ad ſacros ordines: Et ſine titulo patrimoniali centum ſoli-
dorum Turonenſium ad minus, (vel) Eccleſiaſtico bene-
ficio competenti, ſicut in jure Canonico cautum eſt, ordinan-
dus de cætero nullus admittatur. Adde c. 8. & Stepha-
num Tornac. Epiſt. 12. Habentur in Charta-feodi, ſeu
libro Anglico inſcripto, *Juſtice of peace,* pag. 175. formu-
læ *literarum ſacerdotalibus titulis, & literarum teſtimo-*
nialium de patrimonio ſufficienti.

Tituli, Bona, facultes, quæ quovis titulo alicui competunt.
Conventus apud Andelaum an. 586. *Cum omnibus re-*
bus eorum, cum civitatibus, agris, reditibus, vel cun-
ctis titulis, & omni corpore facultatis, &c.

Tituli Cardinales in urbibus & ſuburbiis, Eccleſiæ præ-
cipuæ, ac parochiales, in Conc. Meldenſi an. 845. c. 54.
& apud Guillelmum Bibliothecarium in Stephano VI.
ſub finem. Deſcripſit Baronius an. 559. n. 3. Bullam
Joannis III. PP. qua Baſilicam XII. Apoſtolorum à
Pelagio inchoatam, à ſe abſolutam, *titulum Cardina-*
lem conſtituit, eidemque parochiæ fines definit. Vide
Cardinalis.

Tituli populares, Plebes, parochiæ, Eccleſiæ parochiales
ſeu plebales. Decretum Taſſilonis Ducis Bajwar. *Un-*
de ab univerſis Abbatibus facta profeſſio, ut minime ti-
tulis popularibus ſe ingerere deberent, ſed hæc omnia cui
commiſſa ſunt plebes ſub poteſtate Epiſcoporum perma-
nerent.

Tituli baptiſmales, aliis *Eccleſiæ baptiſmales,* in Præcepto
Ludovici & Lotharii apud Flodoardum lib. 2. Hiſt. Re-
menſ. cap. 19. Vide *Eccleſia.*

Titulus, Pars ea Eccleſiæ in qua altare conſiſtit, βῆμα
Græcis, *Preſbyterium* Latinis Eccleſiaſticis ſcriptori-
bus. Leo Oſt. lib. 2. c. 3. *In Eccleſia etiam titulum cum*
confeſſione ſua à parte Occidentali ſatis decorum adauxit.
Idem cap. 32. *Eccleſiam S. Angeli — jam vetuſtam*
reſtaurans, titulo addito amplians, atque depingens,
&c. Cap. 51. (al. 52.) *Titulum quoque* (in Eccleſia)
ab Orientali parte non parvi ambitus cum Confeſſione con-
ſtruxit. Lib. 3. cap. 28. *Feneſtras quoque in ſuperioribus*
(ἐν ὑπερῴοις) ſatis amplas, in Navi quidem 21. in titu-
lo verò 6. longas & rotundas 4. ac duas in Abſida me-
diana inſtituit. Cap. 29. (al. 27.) *Feneſtras omnes tam*
Naviſquam tituli plumbo ac ſimul vitro compactis tabulis,
ferroque connexis incluſit. Ubi perperam Angelus à Nu-
ce, *titulum* partem eſſe tranſverſam Eccleſiæ, quam noſtri
la Croiſade dicunt, exiſtimavit. Sed &

Titulus, interdum pro Eccleſiarum ſacellis, quæ alii
Cubicula vocant, uſurpatur. Sanctus Eulogius lib. 2.
Memorial. cap. 1. *In baſilica B. Aciſcli, in eo titulo quo*
felicia ejus membra quieſcunt, humatur. Rodericus To-
letan. lib. 4. de Reb. Hiſpan. cap. 8. *Fundavit etiam*
Eccleſiam Cathedralem, & majus altare in honorem ſan-
cti Salvatoris, & altaria 12 Apoſtolorum cum ſuis titulis
elevavit. Eckehardus Junior de Caſib. S. Galli cap. 1.
pag. 39. *Obiens autem, — circa Landaloum Epiſcopum*
in titulo Apoſtolorum conditum, cognatum & amicum ſuum,
extra parietem tamen, ſepeliri ſe petiit. Adde quæ ibi ob-
ſervat Goldaſtus pag. 180.

Titulatorium altare, idem quod *titulus,* ſeu altare, vel ca-
pella in majori Eccleſia. Jacobus de Vitriaco in Hiſt.
Orientali pag. 1143. *Quatuor in ea* (Eccleſia Damia-
tæ) *principalia fundata ſunt altaria: titulatorium B.*
Virginis primum, Principis Apoſtolorum Petri ſecun-
dum, &c.

Titulare. Ad *titulum* vel Eccleſiam promovere. Vita S. Con-
ſtantiani Abbatis: *Ad prædictum nempe vicum Hebron*
ſanctæ Cenomanicæ matris Eccleſiæ titulatus ac Preſbyter
ordinatus fuit jamdictus Conſtantinus à memorato Inno-
cente Epiſcopo, illucque ad prædicandum ab eo directus.
Admonitio Synodalis antiqua: *Res & facultates quas*
poſt diem ordinationis veſtræ adquiritis, ad Eccleſiam ad
quam titulati eſtis, pertinere ſciatis. Ratherii Veronenſis
Synodica ad Preſbyteros: *Nullus Eccleſiam ad quam*
titulatus eſt, relinquat, & ad aliam quæſtus cauſa migret.
Ita in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 26. Willelmus
Neubrigenſis lib. 3. cap. 5. *Pro perſonis ſpectabilibus,*
quibus tanquam quibuſdam monilibus Eboracenſis olim
fulſit Eccleſia, titulavit imberbes, &c. Decreta Calo-
mani Regis Hungar. lib. 2. cap. 18. *Nullus Preſbyter*
ſine titulo ordinetur: de eodem nullus habeatur in Clero,
qui non eſt titulatus alicui Eccleſiæ. Adde Concilium Pla-
centinum an. 1095. c. 15. Hincmarum in Capitulis an-
ni 12. Epiſcopat. c. 3. Puricellum in Baſilica Ambroſia-
na p. 1146. 1148. 1149. &c.

Intitulare, eadem notione. Leo IV. PP. de Cura Paſtorali:
Nullus Eccleſiam ad quam intitulatus eſt, dimittat, & ad
aliam quæſtus gratia ſine licentia Epiſcopi migret. Petrus
Bleſenſis Epiſt. 57.

Nepotum

Nepotum turba pullulat,
Quos variis Eccleſiis intitulat.

Adde Concilium Auxitanum an. 1308. c. 2.

Prætitulare. Admonitio Synodalis antiqua: *Volumus autem ſcire de quolibet Presbytero — ſi de noſtra parochia aut de alia natus eſt, aut ordinatus, vel ad quem locum prætitulatus.* Adde Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 26.

Adtitulare, apud S. Anſelmum lib. 3. Epiſt. 2. Tabularium Eccleſiæ Viennenſis, ſub Sobbone Archiepiſcopo, fol. 44. *Eccleſia S. Nazarii — in qua ipſe Ubeldus more Eccleſiaſtico adtitulatus fuit.*

Titulus, Clamor militaris. Ægidius Monachus Aureævallis in Epiſcopis Leodienſ. cap. 111. *Comes vero Loſſenſis impetum belli videns imminere, acceſſit propius cum ſua phalange, & clamans tertiò titulum ſui Comitatus, ſcilicet Loz, audacter hoſtium cuneos penetravit.*

Titulus. Leo Oſtienſis lib. 2. c. 52. *Virgam quoque paſtoralem, cum titulo nihilominus argenti opere pulchro veſtivit.* Ubi Angelus à Nuce, *titulum,* partem recurvam baculi Paſtoralis interpretatur, neſcio quo vade.

Titulus, pro Exemplari. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 15. *Qui morum atque verborum diſciplina inſtructus, cunctis quaſi exemplum & titulus totius domus proponatur.*

TIA, *Tius.* Vide *Thius.*

TOACULA. *Toalia, Tobalea, Toballia; Togilla, Tuella.* Gall. *Touaille:* Kero Monach. *Mappula, Duvahila.* Mappula, Mantile, Manutergium. Chronicon Fontanellenſe pag. 245. *Ad ſaccos autem faciendos drappos albos 2. de quibus fieri poſſunt ſtaminea 10. toaculæ 2.* Occurrit ibi ſemel atque iterum.

Toalia. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Capas duas, una purpurea, & alia biſſon, toalias olicias duas, una cum argento, vel clavellos ſpaniſcos duos,* &c. B. Odericus Forojulienſis in peregrinat. c. 2. n. 6. *Et pulchris toaliis involuta corpora in Indiam — portavi.* Ubi perperam Bolandus *tovaliis,* edidit. Occurrit etiam in Statutis Synodalibus Odonis Pariſienſis Epiſcopi cap. ult. §. 42. *Le Roman de Jordain:*
Quant Ziabel li tendit la touaille.

Tobalea. Charta Joannis Archiep. Capuani an. 1301. *Tobaleam unam de ſeta liſtatam auro,* &c. Concilium Ravennenſe an. 1311. c. 8. *Corporalia, palla, tobalea, & cætera Sacerdotum & altarium ornamenta,* Ceremoniale Rom. ex MS. Vaticano, de Conſecratione PP. *Et tergit eum cum linteamine, ſive ſubtili tobalea.* Occurrit ibi pluries, & in Charta an. 1280. apud Ughellum to. 7. Ital. Sacr. pag. 611. In Ceremoniali Epiſcop. lib. 1. c. 29. &c.

Tobalia, Toballia. Matthæus Silvaticus: *Mandile, tobalia.* Anniverſaria Baſilicæ Vaticanæ apud Joannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. pag. 345. *Item 20. tobalias, tam ſericeas, quàm operis Alemannici.* Occurrit præterea apud Durandum lib. 4. Ration. cap. 30. num. 1.

Togilla. Jo. de Janua. *Togilla, parva toga: item dicitur mantile.* Alibi: *Facitergium, togilla, gauſape.* Balbus in Catholico: *Mapa, togilla.* Gloſſ. Lat. Gall. *Togilla, vel mantile, vel togula, parva toga, petite robe: vel togilla, touaille.* Ugutio: *Mantile, extergimentarium, togilla, gauſape.* Gloſſ. Iſid. *Mappa, gauſape, togilla, expiarium.* Perperam *tegilla* edit. Promotus MS. in Grammatica: *Facitergium, togilia, mappa, mappula, gauſapa, orarium, menſale, manutergium, prandeum, manumundium, manupiarium.*

Tualla. Chron. Foſſæ novæ an. 1196. *Unum par bacilium, dua tualla.*

Tuella. Chronicon Abb. S. Trudonis lib. 6. pag. 403. *Tres tuelias, unam ſternendam ſuper altare, aliam ſublibro, tertiam ad tergendas manus.* Ita etiam in Provinciali Cantuarienſi l. 3. tit. 27. in Synodo Exonienſi an. 1287. c. 12. in Synodo Mertonenſi an. 1300. Lamethenſi an. 1330. c. 1. &c. ubi inter veſtes ſacras reponitur.

TOBANCULA, *vel ornamentum eſt pauca.* Ita Gloſſæ MSS. ſed videtur legendum *tobacula.* Vide ſupra in hac voce.

TOCA, *Tocha.* Gloſſæ Iſidori: *Toca, is, calculus dictus eſt, compoto ſolo pilis quod ſibi componunt. Calx enim eſt lapis, calculus diminutivum.* Locus mendoſus.

TODERICUM. Leo Oſt. lib. 3. c. 11. ait Deſiderium Abbatem Monaſterii Caſinenſis ædes renovaſſe, atque in iis domum Abbatis, *adjuncto ſibi Palatio cum abſida, quod veteres Todericum appellare ſolebant.* An *Thedericum,* à Theoderico Rege Italiæ conditore?

TODA, *Todinus, Todere.* Ugutio: *Toda eſt avis quæ non habet oſſa in tibiis, quare ſemper eſt in motu, unde Todinus (al. todinus) dicitur ille qui velociter todet, & movetur ad modum todæ, & todere, moveri, & tremere ad modum todæ.* Feſtus: *Todi, & todelli, ſunt aves parvæ.* Gloſſæ Lat. Gr. *Tudeculus, ἐρίθακος.* Latinis autem ἐρίθακος, eſt Rubecula.

Todinus, Lubricus, qui non firmiter ſtat. Henricus Roſla in Herlingſberga:
Eſte viri fortes, ne ſitis honoris inermes,
Tu verò abſcede quiſquis vis todinus eſſe.
Armato pavido potior eſt treſſis agaſo.

TODONUS, *Gallus,* Joanni de Janua.

TOFTA, *Toftum,* Cowello, eſt locus ubi ſtetit ædificium, noſtris *Maſure:* Reynerio verò, eſt genus luci parvuli ſeu loci conſiti arboribus minuſculis. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 524. *Duas bovatas terræ — cum toſto illo in quo Walterus frater ejus manſit.* Pag. 72. *Dedit illis monialibus 2. toftas in campis de Dunceley ſuper mare.* Adde pag. 247. 250. 309. 399. 774. Idem Monaſt. to. 2. pag. 26. *In Stivedai unam hidam, & 20. acras inter boſcum & planum, & unam toftam, & virgatam Gunild in eadem villa.* Pag. 37. *De Helia de Roſevilla 3. bovatas terræ, & 6. acras, & unam toftam quæ fuit Huſcharin Barneburgh,* &c. Pag. 94. *Tenent etiam duo tofta, & 30. acras terræ, — tenent 2. tofta, & 2. bovatas terræ, &c. — tenent etiam 3. tofta cum grangia decimali,* &c. Pag. 150. *Ex dono Gregorii de Nenton 22. acras terræ, & capitale toftum, & croftum, quod fuit Walteri patris ſui, &c. — 31 bovatas terræ, & 5. tofta cum prato & crofto.* Monaſtic. Anglic. to 3. p. 139. *Habeat etiam Vicarius duos toftos ſimul junctos pro manſo, & unam bovatam terræ.* Ex quibus potior videtur ſententia Cowelli, qui *toftum* fuiſſe ait, quod noſtri *Maſuram* vocant. Adde Will. Thorn an. 1367. & idem Monaſticum tom. 3. pag. 12. 59. &c.

Toftman, vel *Toftmannus, Toftæ* poſſeſſor; *hoſpes.* Tabularium Prioratus Lewenſis in Anglia pag 18. *Toftmanni ſimiliter operabantur à S. Michaele uſque ad autumnum, & in autumno per ſex hebdomadas, unaquaque hebdomada per 2. dies,* &c. Et pag. 21. *Omnis lanceta; omnis toftman, & omnis Molman,* &c. Vide *Lanceta.*

TOFUS. Vide *Tufus.*

TOGIFORIUM, *Locus ubi Scholaſtici diſputant:* Papias. Jo. de Janua habet *Togiferium,* & ſubdit, videri componi à *toga* & *fero.* Gloſſ. Lat. Gall. *Togiferium, lieu à diſputer.*

TOGILLA. Vide *Toacula.*

TOGINATIO, *Satietas nauſeativa,* Matthæo Silvatico.

TOGIPURIUM, *Toga pura.* Papias & Gloſſ. MS. Reg.

TOLARIUM. Fragmentum Petronii: *Donec advenerunt miniſtri, ac tolaria propoſuerunt toris, in quibus retia erant picta, ſubſeſſoreſque cum venabulis.* An *toralia.* Vide in hac voce.

TOL, *Toln, Tolnetum,* &c. Vide *Telonium.*

TOLERATIO, Uſusfructus. Charta Chriſtinæ filiæ Bermundi II. Regis æræ 1062. apud Anton. de Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti: *Sub ea videlicet ratione ſerventur ut ſi diu vivamus; tolerationem exinde habeat.*

mus, poſt obitum verò noſtrum — ſibi vindicent & poſſideant.

Toles. Vide *Tuſilla*.

Tolfemyning, Menſuræ ſpecies apud Danos, de qua ſic Andreas Suenonis Archiep. Lundenſis lib. 14. Legum Scanicar. c. 1. *Quandocumque indeterminatio agitur de menſura, illa debet intelligi quæ rotunditatem aquarem amplectens, & orthogonaliter, & more catheti, per ſelem pollicis latitudinem à fundo conſurgens, duplo maionam habet inſtar hypotenuſæ altitudinem tranſverſalem per virgam, quæ habens pollicis duodenum latitudinem in longitudine, ubicumque ſuperponitur extremitati fundi; qua parte conjungitur cum corona, per menſuræ medium tranſeundo, ſummitate ſua contingit directè oppoſitam ſummitatem coronæ, ob quam altitudinem hanc menſuram* Tolfinyning *idioma patrium appellavit*, ubi *Cathetus*, Græcis [illegible], eſt perpendiculum, vel altitudo perpendicularis: *hypothenuſa* verò, [illegible], nempe [illegible] Euclidi & Geometris vox familiaris, de qua conſulendi Grammatici Græci, & Mathematici.

Tolingpeny, to. 2. Monaſtici Anglic. pag. 288. ubi fortè legendum *Tedingpeny*. Vide in hac voce.

Tollenum, pro *tolleno*, ſeu Machina qua hauriuntur aquæ, pondere prægravante alterum ejus finem, apud Feſtum. Jo. de Janua: *Tollinum, à tollo, lis, lignum puteorum quo hauritur aqua.* Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 24. *Tollenum putei.* Editio Heroldi pag. 247. *tolennum* præfert. Gloſſæ Lat. Gr. *Tolleno*, κηλώνειον.

Tolsester, Præſtatio pro confectione cereviſiæ. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkind*. pag. 24. *De tolſeſter cerviſia, hoc eſt de quolibet bracino per annum unam lagenam de cerviſ.* Vide *Gavelſeſter*, quod idem ſonat.

Tolta, *Tulta*. Exactio, quæ per vim fit, quod contra jus tollitur, quodvis tributum, &c. Charta Radulfi de Balgentiaco an. 1085. in Tabul. Vindocinenſi: *Nullam toltam faciet eis in mercato ſuo, neque in tota terra Monachorum, nec quæſtionem cujuſcumque rei, nec quiſpiam ſuorum, niſi Monachi conceſſerint.* Alia an. 1092. apud Beſlium pag. 496. *Et nulla vis alia, vel injuria, vel tolta inferatur.* Charta Philippi Aug. an. 1190. apud Rigordum: *Prohibemus etiam univerſis Prælatis Eccleſiarum, & hominibus noſtris, ut talliam vel toltam donent, quamdiu in ſervitio Dei erimus.* Alia D. *de Termes* an. 1208. in Regeſto Carcaſſonenſi Cameræ Computor. Pariſienſ. fol. 19. *Propter oppreſſiones, toltas, forcias, violentias, & rapinas quas faciebamus.* Charta Thomæ Comitis Sabaudiæ an. 1226. apud Guichenonum: *Immunitatem exactionum & toltarum.* Occurrit paſſim. Vide Doubletum p. 887. Galliam Chriſtianam Sammarthan. to. 4. pag. 128. Catellum in Comitib. Toloſan. pag. 226. Plantavitium in Epiſcopis Lodovenſib. pag. 106. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 763. &c.

Touta. Libertates Oppidi Jaſſeronis in Sebuſianis an. 1283. *Nec dare teneantur nobis vel aliis toutam, talliam, charreamen, corvatam*, &c. Synodus Nemauſenſis an. 1284. *Uſura & indebita extorſio, tallia, quæſtia, vel touta*, &c.

Tutta. Charta Amedei III. Sabaudiæ Comitis, apud Guichenonum: *Inſuper remitto omnes injurias, & omnes tuttas & bannos, & cavalcatas*, &c.

Tollere, Tributum exigere. Tabularium Majoris Monaſterii ch. 129. *Nob. ſcum hanc etiam firmavit convenientiam, ut in terris S. Martini nihil amplius tollat, aut tollere faciat.*

Tolta mala, vel *Malatolta*, *Mantota*. Malum vel indebitum tributum; pecunia à ſubditis injuſtè & vi & malè ablata ſub ſpecie telonei aut vectigalis. Galli enim *Mantolu* dicebant, pro re per vim & contra jus ſublata, ut ex Petro de Fontanis liquet c. 12 §. 3.

Tolta mala. Matth. Paris: *Mercatores — eant & vendant ſine toltis malis.*

Malatolta. Charta Philippi Pulchri an. 1309. pro Burdegalenſibus in Regeſto Conſtabulariæ Burdegal. f. 144. *Aſſiſiam ſeu couſtumam quæ in illo loco & locis circumvicinis Malatolta vulgariter nuncupatur.* Charta Comitis Flandriæ an. 1230. in Hiſt. MS. Remenſi Joannis Rogerii: *Super aſſiſia quadam apud Duacum, quæ vocatur Malatolta.* Charta Philippi Aug. an. 1214. in Normannicis Ducheſnii: *De Malatolta quam Joannes Rex Angliæ & ſui impoſuerunt, ſic erit.* Tho. Walſinghamus in Ricardo II. pag. 282. *Poſtquam mercatores Angliæ conceſſiſſent Regi pro ſubſidio conſuetudines lanarum iterum, quas Maltots vulgares appellant.* Charta an. 1056. apud Chiffletium in Trenorchio: *Remoto omni viatore ſive præpoſito, & mala tolta, abſque mala conſuetudine*, &c. Alia Petri Regis Caſtiliæ an. 1366. apud Seldenum de Titulis honorariis pag. 267. *Sint immunes ab omni pedagio, leuda, coſtuma, maletota, ſeu aliis quibuſvis impoſitionibus.* Guillel. *Guiart* ſub an. 1302.

Mut à Bruges un mortel contens
Entre les grans & menus gens,
Et fuſt empris & ſouſtenus,
Ce dit-il ſus qui ge m'acoſte,
Par raiſon de la maletoſte,
Con ot illenc aleuls,
Car la gent s'en mit à grevée.

Vide Hemereum in Auguſta Virom. in Regeſto pag. 58. Hanc vocem agnoverunt etiam Luſitani. Charta Joannis Epiſcopi Portenſis in Luſitania an 1364. apud Rodericum da Cuña in Hiſt. Epiſcop. Portenſ. part 2. *Mandovos que metades o noſſo Cabido do Porto, ou outrem por el em ſeu nome em corporal poſſiçon da terça parte dos dereitos & dos rendas da maltoſta, & dos almudes dopeſos, que à noſſa igreja ha de aver na noſſa cidade do Porto.*

Malatolla & *Malatolia* habet Henricus de Knyghton l. 3. de Event. Angl. c. 5. 11. *Maletorth* lib. 4. an. 1363. ſed ibi legendum *Malatolta* & *Maletot*. nec eſt quod Somnerus ad vocem *toll* nos deducat, quæ Anglis vectigal & telonium ſignificat; eſt enim *Malatolta*, res injuſtè ablata, ſeu ut tunc loquebantur, *tolta*, vel *tulta*. Tabularium Hoſpitalis Montis-Maurilionis in Pictonibus: *Ego Iſtebertus de Caſtillione dono domui pauperum Chriſti de Mommorlione omnem conſuetudinem & omnem mantotam quadrigarum per omne tempus.*

Ejuſmodi porrò exactiones contra jus inductæ, *indebitæ conſuetudines & exactiones*, in Synodo Belvacenſi an. 845. cap. 5. appellantur: *Injuſta calumnia, malæ conſuetudines, immiſſiones peſſimæ, & injuſta calumnia*, in Charta Roberti Regis Franc. an. 1055. ex Tabulario S. Germani Pratenſis: *Malæ conſuetudines* in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 8. apud Gregorium VII. PP. lib. 7. Epiſt. 19. apud Lucam Tudenſem in Chronico pag. 80. Hugonem Flaviniacenſem pag. 246. Ordericum Vitalem lib. 10. in Charta Hugonis VI. D. de Leziniano ex Tabulario S. Maxentii, &c. *Conſuetudines injurioſæ*, in Charta an. 1067. apud Hemereum in Aug. Viromand. *Pernicioſæ & noxiæ conſuetudines*, in Tabul. Prioratus de Paredo: *Conſuetudinaria gravamina*, in Chronico Mauriniacenſi pag. 360. *Falſæ conſuetudines* in Chron. MS. Bertrandi *du Gueſclin*:

Toute fauſſe couſtume vous ſera abaiſſée.

In veteri Regeſto: *C'eſt le temps que la fauſſe couſtume commença à Rouen, c'eſt aſſavoir depuis l'an 1297. juſques à l'an 1312.* *Injuſtæ conſuetudines, pravæ invaſiones*, in Charta Wlgrini II. Comitis Inculiſmenſis in Tabulario S. Eparchii: *Malæ captiones*, in Charta Willelmi III. Comitis Arvernenſis: *Exactiones injuſtæ*, in Legibus Willelmi Nothi cap. 55. *Mali uſus*, in Charta an. 1103. apud Sammarthanos in Archiepiſcopis Aquenſibus: *Tolta & mali uſus*, in Charta Mathildis Comitiſſæ apud Ughellum to. 2. Italiæ Sacræ pag. 217. *Prava uſatica*, in veteri Tabula marmorea, characteribus aureis exarata, quæ extat in publica Montilienſis oppidi Domo, 4. bullis plumbeis munita, quam, ut inſigne Ademariorum familiæ antiquitatis monumentum, hic ex Schedis Peireſcianis inſerere placuit.

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI M. C. XC. OCTAVO, Ego Geraldus Aemarius, & ego Lambertus, nos duo domini Montilii, per nos & per noſtros bona fide, & ſine dolo, & mera liberalitate, & ſpontanea voluntate donamus, & titulo perfectæ donationis concedimus omnibus noſtris de Montilio preſentibus & futuris libertatem talem, ne de cetero toltam, vel quiſtam, vel aliquam novam exactionem, vel prava uſatica ineis faciamus, vel aliquo modo fieri permittamus, nec eis per vim, vel per aliquam forciam, gravamen aliquid, vel jacturam niſi juris vel juſticie debito conabimur inferre. Quod ſi nos vel aliquis ſucceſſorum noſtrorum predictam donationem & libertatem quocumque modo violare tentaverit, jam dictos omnes omines noſtros & res eorum in villa Montilii ſub dominio noſtro in preſenti vel in futuro exiſtentes ab omni jure, fidelitate & omnio abſolvimus. & ut omnia ſicut ſuperius ſcripta ſunt fideliter obſervemus, & nullo tempore contravenimus, tactis ſacroſanctis Evangelius juravimus.

Tolta, Practicis Anglis, eſt Breve quo lis tollitur è curia Baronis, & fertur ad curiam Vicecomitis, noſtris *Evocatio*. *Toltaplaciti*, inquit Spelmannus, ſignificat proceſſus per quem cauſa à juriſdictione juris temporalis tollitur. *In placit. coram rege term. Paſch. 22. Edw. I. rot. 18.* Vide *Tranſlatio*.

TOLTUS, *Tultus*, Ablatus.

Toltus. Lex Alaman. tit. 34. *Quidquid ibi toltum fuerit, omnia tripliciter reſtituat.*

Tultus. Gloſſ. MS. Reg. cod. 1197. *Ademptis, Tultis*. Marculfus lib. 1. form. 28. *Memoratum illum tultis fidejuſſoribus KL. illis ad noſtram eum cum omnimodis dirigere ſtudeatis preſentiam.* Annales Franc. Bertiniani an. 868. *A filiis Ranulfi tultis honoribus*, &c. Confeſſio fidei edita ſub nomine Alcuini: *Tultâ ſeculi amaritudine*, &c. Joannes Abbas in præfat. ad Librum precation. *Hanc autem unius copula glorioſam virtutem, ni fallor, obſervandam pronuntiat illa una coſta, quæ tulta eſt de corpore viri, ex qua formata eſt mulier.* Chronicon Foſſæ novæ an. 1108. *Sora autem tulta eſt per Abbatem Caſſinenſem.* Hiſt. Longob. Ignoti Caſinenſis cap. 6. in Diplomate Ludovici Imp. *Nunc autem certiſſimè ſcitote, cujuſcumque proprietas tulta fuerit, vix à nobis promerebitur recuperationem.* S. Fructuoſus in Regula cap. 7. *Tulta murmurationis occaſione.* Cap. 10. *Tulta laboris & itineris occaſione.* Adde cap. 15. Gregor. M. lib. 3. Moral. lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 58. Hariulfum lib. 3. cap. 20. lib. 4. cap. 22. Guibertum lib. 3. de Vita ſua cap. 14. &c.

Abſtultus, pro *ablatus*. Chronicon Fredegarii cap. 76. *Excepto Ducatu Denteleni, qui ab Auſtraſiis iniquiter abſtultus fuerat.* *Abſtollere*, & *abſtultus*, non ſemel apud Anaſtaſium Biblioth. in Vitis PP. pag. 93. 104. 105.

TOMA, *Tomantula*. Papias: *Toma, Tomantula, Pantia, vulgò tomacellus.* Ita MS. At editus habet *tomacula*. Italis, *Toma*, eſt formaticum pinguius; *tomacella* verò hilla, vel lucanicæ ſpecies, quomodo Latinis *tomaculum*. Joannes de Janua: *Tomacula, inteſtina propter diviſiones & ſectiones, à Græco τόμου.*

TOMBA. Vide *Tumba*.

TOMENTATII *ſagi*, in Regula Magiſtri cap. 81. ſtragula, ſeu *lectalia* ex tomento.

TOMOLA. Vide *Tumba*.

TOMUS, Libellus, codex membrana. Marcellinus Comes in Chron. *Leo Imp. pro tomo Calchedonenſe per univerſum orbem ſingulis orthodoxorum Epiſcopis, ſingulas conſonanteſque miſit epiſtolas, quo ſibi quid de eodem tomo ſentirent cuncti ſuis reſcriptionibus indicarent.* Jo. Biclarienſis in Chronico an. 7. Mauricii: *Gentis Gothicæ confeſſionem tomo ſcriptam manû ſua Epiſcopis porrigens.* Vigilius PP. Epiſt. 5. *Sed & Epiſtolam prædicti beatæ memoriæ Leonis ad Flavianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum datam, quæ & Tomus appellatur, per omnia veneramur.* Anaſtaſius in S. Leone PP. *Beatus verò Leo direxit Catholicæ fidei tomum, & expoſuit, damnans omnes hæreſes.* In S. Hilaro: *Confirmans tres Synodos, — vel tomum ſancti Archiepiſcopi Leonis.* In S. Agathone: *Suos intromiſerunt libros, & tomos diverſos, & Synodos quas falſaverant.* Infra: *Deinde protulit ipiſſimus & sereniſſimus Princeps tomum ad relegendum, in quem vanum hæreticum dogma Macarii erat conſcriptum.* Gregor. Turon. lib. 10. cap. 19. *Negavit Epiſcopus has Epiſtolas vel miſiſſe ſuo nomine, vel ſuſcepiſſe à reſcripto Chilperici. Sed puer ejus familiaris adfuit, qui hæc notarum titulis per tomos chartarum comprehendens tenebat: unde non dubium fuit reſidentibus hæc ab eo directa.* Althelmus de Laude Virg. c. 41.

Tomum præterea comptum ſermone polito
Ad famulam Chriſti ſcripſit didaſcalus idem.

Vetus Charta ex Monaſtico Anglic. to. 2. pag. 844. *Hæc verò vocabulorum* (variorum prædiorum) *ſigna tomi ſtilo indita ſunt, ne forte litium vel contentio, vel jurgium jam crepſerit inter tributarios veſtros, noſtroſque colonos, quod autem crebro ſolet fieri, ubi evidentiora alluſionibus litteralia, elementorumque diſinctione indicia limitum metum non procederint.* Aimoinus lib. 3. Hiſt. Franc. cap. 32. *Et tomi univerſi quos ſecum ferebat, igne cremati ſunt.* Gregorius Turon. lib. 5. cap. 29. habet hoc loco *libri deſcriptionum*. Neque alia notione vocem,

Tomus, videtur uſurpaſſe Iſidorus Epiſcopus Pacenſis in Chronico, æra 749. *Adiens per Gaditanum fretum Columnas Herculis protendentes, & quaſi tomi indicio portis aditum demonſtrantes, vel claves in manus tranſitum Hiſpaniæ præſagantes, vel reſerantes*, &c. Hic enim per *tomum* libellum, itinerarium, *vel mappam mundi* in membrana exaratam intelligit.

TONABULUM, *Sonus, vel tintinnabulum*, Joan. de Janua.

TONDERARE, pro *tondere*. Utitur Felix Monachus Gyrwenſis in Vita S. Guthlaci c. 21.

TONDERE *alium contra Legem*, in Lege Alamann. cap. 65. §. 1. *Si quis alicui contra Legem tonderit caput liberum non volenti, cum 12. ſol. componat.* §. 2. *Si autem barbam alicujus tonderit nolentis, cum 6. ſol. componat.*

Dimidio capite tonderi, Pœna ſervorum latronum, in Capitulari 1. an. 809. cap. 11. & lib. 2. Capitul. cap. 50.

Tondere ad modum crucis. Fori Oſcæ an. 1347. ſub Jacobo I. Rege Aragon. *Teſtes autem convicti ad modum crucis capite tonſurentur, & cum batallo campanæ cendenti ad modum crucis, in frontibus figurentur, & ita turpiſſime de illa villa, ubi hoc evenerit, expellantur.*

TONDERO, *tonſura altiſſimarum ovium*, Papiæ. In MS. *Tondiernum*.

TONGILLATIM, *Singulatim*. Papias.

TONNA, Tributi ſpecies. Charta Berengeri Comit. Provinciæ an. 1235. apud v. cl. Dion. Salvagnium: *Quod nullus Caſtellanus vel Miles ab omnibus euntibus & redeuntibus à montaneis poſſit exigere vel petere aliquid, ſive multationem, ſive aliquam beſtiam, ſeu tonnam, vel aliquid in pecunia numerata.*

Tonna, Tonnella, Tonnellus. Dolium. Vide *Tunna*.

TONITRABILIS. Βροντᾶιος, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Editum *toniptabilis*, habet. Alii reponunt *tonitruabilis*, vel *tonitrualis*. Lucretius lib. 1.

Neve ruant cæli tonitralia templa ſupernè.

Gloſſæ veteres: Βροντῶ, *tonitruo*. Commodianus Inſtr. 6.

Inſipiens ergo Jovem tonitruare tu credis?

Tonitrua rumpere. In Notis litterarum Pauli Diaconi hæc leguntur: *Dies malus ſequitur cras, ſi ruperis tonitrua, deinvenies carbones.*

TONNBURS, Exactionis ſpecies apud Metenſes, in Charta anni 1226. apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſib. p. 455. *Sanè cives Metenſes præter alias injurias quibus Eccleſias diverſis modis afficiunt, quadam verſuta malitia novam fecerunt tonſuetudinem; ut quadam fiat exacti*

in Civitate Mutenſi, quæ Tounturs appellatur, ad foſſatorum ſuorum munitionem faciendam, &c.

TONSORES. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1247. *Moneta Eſterlingorum — cœpit deteriorari & corrumpi per illos falſarios monetarum, quos Tonſores appellamus. Retonſores monetæ*, in Fleta lib. 1. c. 20. §. 122. 128. &c. *Retonſura cruda*, §. 126. quæ necdum in laminam aut platam redacta eſt. *Moneta retonſa*, §. 128. *Tonſura*, §. 123. Meminit Procopius lib. 3. de Bello Gothico c. 1. cujuſdam Alexandri Logothetæ, quem Byzantii Ψαλίδιον, ſeu Forficulam cognominarunt, quod nummum aureum tam dextrè circumcideret, ut eo, quantum vellet, curtato, orbem vel ſic ſervaret, quo erat antea circumſcriptus. Mox addit: ψαλίδιον γὰρ νῦν καλοῦ τὸ ὄργανον, ᾧ ταῦτά τις ἐργάζεται.

TONSURA *Eccleſiaſtica*. Iſidorus lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 4. & ex eo Papias: *Tonſura Eccleſiaſticæ uſus à Nazareis exortus eſt, qui primo crine ſervato, denuo poſt vitam magna continentia devotione completa caput radebant, & capillos in ignem ſacrificii ponere jubebantur. Hujus ergo exempli uſus ab Apoſtolis introductus eſt, ut hi qui in divinis cultibus mancipati Domino conſecrantur, quaſi Nazarei, i. Sancti Dei, crine præciſo innoventur.* Adde Alcuinum lib. de Offic. divin. Amalarium lib. 2. cap. 5. lib. 4. cap. 59. Raban. lib. 1. de Inſtit. Cleric. cap. 3. denique Baronium an. 58. n. 122. & ſeqq. uſque ad n. 143. Menardum ad librum Sacrament. Gregorii, & ad Concordiam Regular. cap. 68. §. 10.

Tonſura Petri, in tertia Vita S. Euthberti lib. 2. c. 2. Gregorius Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 28. *Petrus Apoſtolus ad humilitatem docendam caput deſuper tonderi inſtituit.* Quæ quidem *tonſura Petri*, non alia eſt ab ea quam *Coronam Clericalem* appellamus. Vide Germanum Patriarcham in Theoria Ecclef.

Monachi Scotici aliter tondebantur: quippe ab aure ad aurem per frontem in Coronæ modum inciſus erat capillus, ab aure ad aurem per occipitium capillus intonſus dependebat, ut ex Ceolfridi Abbatis Epiſtola, quæ extat in Actis S. Euſtaſii, colligitur. Atque hujus quidem tonſuræ Scoticæ occaſione, multas in Anglia exortas turbas teſtatur Beda lib. 3. Hiſt. Eccl. cap. 3. 4. lib. 5. c. 16. *Hujus autorem in Hibernia Subulcum Regis Loigeri, filii Nil.* (Nell) *extitiſſe Patricii ſermo teſtatur, ex quo Hibernienſes penè omnes hanc tonſuram ſumpſerunt*, ut eſt in Libro Canonum Cottoniano, quem laudat Waræus ad Synodum S. Patricii. At Patricius tonſuram Romanam conatus eſt revocare, ut patet ex Synodo ejuſdem cum Auxilio & aliis celebrata can. 6. Vide Capitula Theodori Cantuar. c. 80. & quæ de hac tonſura ſcripſit vir doctiſſimus Joan. Mabillonius ad to. 3. SS. Ord. S. Bened. §. 1.

TONSURATORES, Exactores, quaſi *tonſores plebis*. Gregorius M. lib. 10. Epiſt. 47. *Pervenit ad nos quod tonſuratores in Sicilia prava ſibi præſumptione nomen Defenſorum ſumerent.*

TONSURARI, dicuntur Clerici qui tonſuram ſeu Coronam Clericalem accipiunt, in Concilio Meldenſi an. 845. c. 58. apud Nicolaum I. Epiſt. 7. &c.

Tonſurari more Romanorum, i. crines detonſos deferre more Romanorum, cùm Longobardi ſolutos haberent, apud Anaſtaſium in S. Hadriano PP. pag. 106.

Tonſuratus, idem qui Pſalmiſtatus, Extr. de Reg. Jur. cum inter, id eſt Pſalmiſtæ Ordo minor. Vide Durandum lib. 2. Ration. c. 3. n. 1.

TONUS. Joannes Abrincenſis Epiſcopus de Offic. Eccl. pag. 65. *Tres Pſalmi — in tono dicantur.* Id eſt voce altiori, & cantu inflexo, ſeu Gregoriano.

TOPARCHILITER. Gloſſæ MSS. *Toparcha Princeps unius loci. Toparchiliter, Principaliter.*

TOPAZIO, Topazus. Alvarus in Vita S. Eulogii: *Ornavi titulum decoris tui unionibus miro candore niventibus, & topazione fulgenti*, &c.

TOPAZIUM, pro *typarium*, habetur apud Matthæum Paris an. 1246. ubi de Friderico II. Imp. *Et quæ prius promiſerat, — & in ſcriptis redacta, topazio ſuæ Majeſtatis ſignaverat, adimplere contempſit.* Epiſtola Mag. Berardi de Neapoli MS. ad Regem Navarræ: *Me minimum & ignotum dulcedinis benedictione præveniens mihi per litteras topazio ſuæ Serenitatis impreſſas familiaritate ſuæ Celſitudinis obtulit.* Vide *Typarium*.

TOPHUS, *Tophoſus*. Vide *Tuphus*.

TOPOTERITS. Vide *Lociſervator*.

TOROC, *Gurgulio*: ita in Gloſſa interlineari in Grammatica MS. Smaragdi.

TORAGIUM, *ornatus vel minutus, & dicitur à toris.* Ita Ugutio, & Joannes de Janua. Papias editus habet, *Ornatus inimicus*, pro *minutus*, quomodo præferunt Gloſſæ antiquæ MSS.

Toragium. Charta Philippi Aug. an. 1185. pro Ferrarienſi oppido, apud Morinum in Hiſt. Vaſtinenſi lib. 5. pag. 707. *Vinagia ſua omnibus diebus reddent, toragia in craſtino S. Martini reddere incipient, eo ſcilicet tenore, quod pro omni dolio majore vel minore, quod vendetur, 3. denarios Eccleſiæ ſolvent.* Sed legendum *foragia*. Vide in hac voce.

Toragium, pro *Geolagio*, Vide *Turris*.

TORALE, Supellex lectaria: nam *torum* Latini vocant, quidquid lecto inſtruendo ac inſternendo conducit. Gloſſ. Lat. Gr. *Torale*, [illegible]. Sic legendum pro [illegible]. Gloſſæ aliæ habent ἐπίκλιντρον. Gloſſ. Lat. Gall. MS. *Thurnum: Toral, culcitra picta, an puncta? Lintei torales*, apud Ammianum lib. 16. Lampridius in Heliogabalo: *Primus omnium privatorum toros aureis toralibus texit*. Vide Cujacium lib. 10. Obſerv. cap. 18.

Torale, idem fortè quod *Toro*. Collis, monticulus. Tabularium Eleemoſynæ S. Pauli Viennenſis: *Infra ſubſcriptos terminos, id eſt à vado aquæ qui vocatur Seccafia, ſicut vadit charreria S. Eugendi, & per torale in circuitu montis, uſque ad alium vadum præfatæ aquæ*, &c.

TORALLUM, eadem, ut videtur, notione, ac *torale*. Charta Communiæ Bituricenſis an. 1181. *Si quis accuſatus fuerit paſtorale, vel torallum, vel viam, vel plateam, vel metam araſſe vel fodiſſe*, &c. Vetus Conſuetudo Bituricenſis edita à Thomaſſerio c. 12. *En demande de heritaige entre privées perſonnes, & auſſi en demande ſur action hypotheque, & là où aucun juge ſuit ſon ſujet que il a fait aulcune malefacon en toral ou en chemin.* Ubi vir doctus *torallum*, effoſſionem denotare ait in veteribus Chartis, neſcio quo vade. Nam *torallum* viæ ſpecies fuit.

TORALLUS, Collis, idem quod *Toro*. Charta an. 1238. in libro 1. Feudorum Borbonenſis Dominii fol. 37. *Sicut dividit ſtrata publica quæ ducit apud* Roſeres, *uſque ad prata* des Granges, *& uſque ad torallum Borboneiſe.* Charta an. 1253. ibid. f. 73. *Et ibi invenitur quidam torallus qui ſe extendit ſuper vineas de Corp.* &c.

TORÇARE, Detergere, ex Gall. *Torcher*. Fleta lib. 2. c. 78. §. 2. *Boves ſtriliare, torçare.*

TORCHIA, Funale tortitium, Gall. *Torche*. Knyghton lib. 5. *Quarum una* (navis) *onuſta erat pro magna parte cum ferrura equorum, & una alia cum cera facta in torchiis, cereis, & talibus*, &c. Ordinatio Hoſpitii S. Ludovici Reg. Fr. an. 1261. edita in Notis ad Joinvillam: *De candela unam torchiam per 7. etiam per 5. etiam per 4. & 12. pecias candelæ minutæ.* Infra: *Unam torchiam per 4.* id eſt quadrilateram. Occurrit ibi pluries.

TORCIA, *Torſia*. Agger ad Ligeris ripas, quo hiemales fluminis exundationes comprimantur. Robertus de Monte an. 1169. *Rex Henricus fecit foſſata alta & lata, inter Franciam & Normanniam, ad prædones arcendos: ſimiliter fecerat in Andegavenſi pago ſuper Ligerim, ad aquam arcendam, quæ meſſes & prata prædabat, quædam retinacula, quæ Torſias vocant, per 30. fere milliaria, faciens ibi ædificare manſiones hominum, qui Torſias tenerent: quos etiam fecit liberos de exercitu, & multis aliis ad fiſcum pertinentibus.* Nicolaus Trivettus habet hoc loco *torcias*. Hos aggeres, *Turcies* vocat Conſuetudo Aurelian.

art. 256. Ita Padi accolæ illam terræ aggeſtionem, qua agros finitimos à fluminis eruptione defendunt, lingua patria *Argines* appellant, ex Latino fortè *agger*. Capitula Caroli M. lib. 4. c. 10. *De aggeribus juxta Ligerim faciendis, ut bonus Miſſus eidem operi præponatur.* Ita *aggeres Nili* dicuntur in Cod. Theod. tit. *de Nili aggeribus*, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 5. *Publicarum molium objectus.*

TORELAGIUM. Vide *Torrale*.

TOREUMA, Vas, *opus cælatum*. Gloſſ. Gr. Lat. Τόρευμα, *Toreuma*. Papias: *Toreumata, vaſa quæ ſunt à torno facta.* Eadem habet Guill. Brito. Jo. de Janua: *Toreuma, eſt tornatura, vel tornatum vas, vel quidquid tornatur & dolatur, ſive vas, ſive lectus, ſive aliud. — Unde Prudentius, Fulchra mero veterique toreumata rore rigantur.* In Pſychom. v. 370. Gloſſæ: Τορεύω, *cælo, torno*. Heſychius: Τορεύων, γλύφων. Τορευτή, γλυπτή. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Emblema, gemma, lapis, toreumata, thura, falerna.

Idem lib. 4. Poëm. 4.

Spernit opum laqueos, unguenta, toreumata fluxa.

Vide Salmaſium ad Solinum, ubi multa de arte Toreutica. Impropriè verò

Toreuma, pro toro, vel torali uſurparunt Scriptores ævi inferioris. Salvian. lib. 4. ad Eccl. Cathol. *Natant tricliniorum redundantium pavimenta: vino nobili lutum faciunt: menſæ eorum ac toreumata mero jugiter madent.* Sidonius lib. 1. Epiſt. 2. *Toreumatum, peripetaſmatumque modo conchyliata profertur ſupellex.* Lib. 2. Epiſt. 13. *Sericatum toreuma.* Petrus Damianus lib. 8. Epiſt. 14. pro aulæis videtur uſurpaſſe: *Regem ſans quis excepturus hoſpitio, quid prodeſt ſi tota domus atria diverſis toreumatibus inſtruas, ſi per laquearia quæque carbaſina vela ſuſpendas?*

Toreuma, apud Smaragdum in Grammatica MS. in Gloſſa interlineari exponitur *carmen nuptiale*.

TORIA, *Panis inciſus*, Papiæ: ſed videtur legendum *torta*. Vide in hac voce. Eſt enim *inciſus*, inciſionibus notatus & diſtinctus.

TORITUS. Vide in *Eſcotus*.

TORMENTARE, Torquere, Gall. *Tormenter*. Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 16. *Teutonicum quemdam, quem diu carceris incluſione tormentaverat, fecit muros aſcendere.* Goffridus Vindocin. lib. 2. Epiſt. 32. *Captos & ligatos nuper in unam de obedientiis noſtris adduxerunt, & ibi eos, quandiu placuit, tormentaverunt.* Hiſt. Pontificum & Comitum Inculiſmenſium c. 25. *Non ſivit eam tormentari ulterius, & vitam conceſſit.*

TORMENTUM, eſt omnium inteſtinorum vexatio. Vide Cælium Aurelian. lib. 3. Acutor. c. 17. Gloſſæ Lat. Gr. *Tormina*, δυσεντερία.

Tormentum, pro *Tornamentum*. Epitaphium Rogeri de Mortuomari in Monaſt. Anglic. to. 2. p. 229.

Militiam ſcivit, ſemper tormenta ſubivit.

Jo. Britton in Legib. Anglic. cap. 25. pag. 49. *Car de treſpas faits en tourmentes ne à jouſtes, ne en tiels faits ſemblables à guerre, &c.*

TORMOVELÆ, Hybernis, dicuntur trabes tranſverſariæ, ad portas, vel in aditu viæ alicujus, quâ arceri equi aut currus ſolent: vel crates mobiles, aut ſepta, quibus pratorum claudi ingreſſus ſolet. Vita S. Aidani Epiſcopi Fernenſis in Hibernia n. 35. *Qui ante nos aperiet tormovelam vadi.*

TORNA, Duellum, ex formula recepta, quod qui duello rem probaturus eſſet, *tornare* ad duellum diceretur. Charta Alfonſi VI. Imperatoris Hiſpaniæ an. 1086. apud Anton. de *Tepez* to. 6. *Homicida cognitus dabit centum ſolidos, & tertia pars ſit condonata pro Rege. Si negaverit, juret quod non fecit, & ad torna litiget, & ſi ceciderit, petet centum ſolidos, & 60. ſolidos de campo, & quod ultra expendit in armis & operariis & expenſis.* Ubi *litigare*, eſt *pugnare*. Vide in hac voce. Fol. 21. *Quod ſi probare non poteris, accipias juram ab adverſario, quia taberna publica non habet tornam ad batallam.* Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 11. *Sed dicat, Ecce fidantiam de torna, & Juſtitia accipiat ipſam.* Fol. 12. *Torna aut batalla non habet locum inter Chriſtianum & Judæum, aut Saracenum: ſed quiſque defendit ſe de alio proprio ſacramento in omni cauſa.* Fol. 14. *Equa furata non habet tornam ad batallam, &c.* Fol. 20. *Si aliquid quod valeat ultra 10. ſolidos infitiatur, eſt ibi torna, &c.* Fol. 35. *Quoniam non poteſt eos tornare ad batallam.* Adde f. 21. 34. Ita in Obſervantiis Regni Aragon. p. 25. 30. & alibi.

Tornare aliquem, In duellum vocare, lege duelli aliquem aggredi. Libertates villæ Franchæ conceſſæ ab Archembaldo D. Borbonienſi an. 1217. *Qui alium pugno percuſſerit, 3. ſolidos debet, ſi probatum fuerit; de uno quoque aliorum ictuum quos percuſſus probaverit, 12. denarios. Sed ſi probaverit pluſquam duos, poteſt eum tornare ea lege qua debebit.* Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 21. 27. *Si le requerant noie la paie, la Cour doit eſgarder, ou conoiſtre que celui li doit prover par deux loiaus garens de la loy de Rome, que il ait paié, & que celui contre qui il preuve ce par garens en peut lui torner (aliàs tourner) par gage de bataille, ſe la querelle eſt d'un marc d'argent, ou de plus.* Cap. 65. *Aucuns malfaite, & tel que il conviegne à prover par guarens & enqui il ait tornes de bataille.* Infra: *Voſtre averſaire aura celui plait deſregné contre vous, & ſa querelle gagnée, ſi ce n'eſt de querelle de que vous vous voulés tourner com ſans guarens l'un des guarens par gage de bataille, & lever com eſparjur, & ce n'eſt de querelle de quoy a tornes de bataille, &c.* Paſſim in iis Aſſiſiis.

Tornata vina, quæ Confuſa dicimus, in Charta Lud. VII. an. 1141. pro Bituricenſib. apud Thomaſſerium.

TORNADIZ, Qui religionem ſuam ejuravit, & ad aliam ſe convertit, *qui s'eſt retourné*, ut vulgò loquimur. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 30. *Statuimus — ut aliquem de Judaiſmo vel paganiſmo ad fidem noſtram Catholicam converſo, præſumat aliquis cujuſcumque conditionis ſit, improperare converſionem ſuam, dicendo vel vocando eum Renegat, vel Tornadiz, vel conſimile verbum.* Vide *Renegatus*.

TORNALE *opus*. Lib. 1. Miraculorum S. Richarii c. 13. *Servus quem à Deo dira paſſio angebat hydropica, ut inhabilis haberetur ad omne opus, vixque è loco moveri potuiſſet, poſitus in Monaſterio ubi tornale opus exercebatur.* Legendum fortè *torrale*. Vide in hac voce.

TORNALERI. Charta an. 1273. in Regeſto Homagiorum Nobilium Aquitaniæ fol. 12. *Tenent unam ſtagiam ejuſdem feudi cum tornaleris ſuis.* Occurrit ibi pluries.

TORNAMENTUM, Prælium hoſtile. Epiſt. 73. ex Franciſcis to. 4. Ducheſnii: *Forſitan non præteriit cognitionem veſtram, Reinaldum Pomponienſem hominem veſtrum Anſericum Montisfregalis in hoc tornamento cepiſſe.* Vide *Tormamentum*.

TORNARE, Divertere, deflectere: unde in vocibus quibus Duces inter præliandum utebantur, illa erat, *Torna.* i. deflecte, apud Mauricium in Strategicis. Gloſſ. Arabico-Lat. *Torno, reddo, reduco.* Vocem eſſe Pannonicam, vel certè Avarum, ſeu Hungarorum propriam docuimus in *Retornare*. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 104. §. 2. tit. 103. §. 10. & Lex Longob. lib. 1. tit. 22. §. 6. de Venatore: *Quando eam (feram) poſtpoſuerit, & ſi ab ea tornaverit, &c.* Tit. 25. §. 45. *Nam ſi ſequi cœperit, & ſi de via tornaverit, &c.* id eſt ſe averterit, vel deflexerit. Vetus Charta Hiſpanica an. 1063. apud Blancam pag. 635. *Et ſtatim quando fuerit tornatus de cavalgata, & venerit ad Tutela, &c.* Id eſt cum reverſus fuerit, Gallicè, *quand il ſera retourné.*

TORNATIO, Prælium, conflictus, quomodo *Tornamentum* uſurpari diximus. Galbertus in Vita Caroli Comit. Fland. n. 121. *Rex & Comes cum gravi exercitu obſedit Ipram, & facta eſt tornatio, & Militia utrim-*

que aci ter occurſus. Idem n. 181. *In quibus diebus tot militias, tot tornationes excitabant Milites utrinſque exercitus.*

Ternatio, interdum etiam decurſio equeſtris, vel belli-
ca, ſeu *Torneamentum*. Idem Galbertus n. 8. *Pro exer-
citio Militum — cum ducentis equitibus tornationes exer-
cuit.* Idem n. 121. *Facta eſt tornatio & militia utrimque
acriter occurſus.* Adde n. 181.

TORNATRICES, Saltatrices, mimæ. Hincmarus in Ca-
pitul. ad Preſbyteros diœceſis ſuæ c. 14. *Nec turpia jo-
ca cum urſo vel tornatricibus ante ſe facere permit-
tat.*

TORNATURA, Modus agri, apud Bononienſes Italos
præſertim, ut colligitur ex Rollandino in Tractatu ſeu
Summa de Notaria ſcripta an. 1265. Concilium Marza-
liæ ſub Honeſto Archiep. Ravennate an. 973. *Ut con-
cederet in duobus locis tornaturas vinearum 30. videlicet in
primo loco juxta Monaſterium S. Iſaiæ vineam unam, quæ
tribus viis circumdatur*, &c. apud Ughellum in Ar-
chiepiſc. Bonon. n. 47. Charta alia an. 1175. apud eun-
dem in Epiſcop. Cæſenat. n. 38. *Et quinquaginta torna-
turas terræ in Androna, &c. — & 12. tornaturas terræ
in Gabanella*, &c. Charta an. 1081. apud Hieron. Ru-
beum in Hiſt. Ravennate lib. 5. *Nec non & ducentas ter-
ræ tornaturias ad Canonicorum opus laborandas, poſitas in
loco qui dicitur*, &c. Alia an. 1086. apud eundem: *Videli-
cet quinquaginta tornatorias terræ laboratorias, juxta po-
diſmo deſignatas, quæ poſitæ ſunt in loco, qui dicitur Mu-
taſena.* Vide *Turna*.

TORNEAMENTUM. Auctor Breviloquii: *Torneamenta dicun-
quædam nundinæ, vel feriæ, in quibus Milites ex edicto
convenire ſolent, & ad oſtenſionem virium ſuarum & au-
daciæ temere congregari, vel congredi.* Decurſiones mili-
tares, ludicræ equeſtres pugnæ: Mattheo Paris *haſti-
ludia, ludi equeſtres*: Willelmo Neubrig. *Meditatio-
nes militares, armorum exercitia*: Hovedeno, *Militaria
exercitia*: quæ *nullo interveniente odio, ſed pro ſolo exer-
citio, atque oſtentatione virium* fiebant, ait idem Neu-
brig. *Ludi militares*, Thomæ Walſinghamo: *Gladiatu-
ra* Lamberto Ardenſi. Joannes Sariſberienſis lib. 3.
Metalogici c. 10. *Fuit antiquitus hæc jure militari diſci-
plina Romanorum, ut qui armis fuerant exercendi, ab
ineunte ætate aſſueſcerent militia imaginaria, & ludentes
in eo jugiter verſarentur adoleſcentes, unde poſtmodum in
neceſſitatibus Reipublicæ feliciter triumpharent.* Chroni-
con Montis-Sereni an. 1175. *In exercitio militari, quod
vulgò Torneamentum vocant.*

Torneamentorum nomen manare multi opinantur ab
illa equorum decurſione, & ſciomachia, ſeu imaginaria
pugna veterum, quam *Trojam* & *Trojanum ludum* vo-
cabant, ab Ænea in Sicilia ad Anchiſæ patris tumulum
primum inventâ, deinde ad Romanos traductâ, de qua
Virgilius, Suetonius, & Xiphilinus. Alii probabiliùs
cenſent, ut à Gallis eorum uſus originem accepit, ita &
vocabuli etymon ab iis repetendum, nempè à verbo
torner, aut, *tourner*, i. in orbem circumduci, circumfle-
cti. Qui enim in his militaribus decurſionibus decerta-
bant, quos inſidebant, flexis in gyrum frenis equos cir-
cumagebant.

Torneamentorum repertorem Gaufridum II. Domi-
num Pruliaci, (*de Preulli*) in Andibus agnoſcit Chro-
nicon Turonenſe: *Anno* 1066. *Gaufridus de Pruliaco,
qui Torneamenta invenit, apud Andegavum occiditur.*
Chronicon S. Martini Tur. *Anno Henrici Imp. 7. &
Philippi Regis 6. fuit proditio apud Andegavum, ubi Gau-
fridus de Pruliaco & alii Barones occiſi ſunt. Hic Gau-
fridus de Pruliaco torneamenta invenit.* Fuit Gaufridus
pater alterius Gaufridi, à quo Comitum Vindocinen-
ſium ſeries profluxit.

Certè inventas à Francis ludicras iſtas decertationes,
& ab iis primùm receptas, & obiri ſolitas, profitentur
paſſim ſcriptores. Matth. Paris an. 1179. *Conflictus
Gallicos*, Torneamenta appellat. Pariſio conſentit Ra-
dulfus Coggeshalenſis in Chr. MS. *Dum more Franco-
rum cum haſtis vel contis ſe ſe curſim equitantes viciſſim
impeterent.*

A Francis Torneamentorum uſum accepere Angli,
quibus haud innotuerunt, *niſi in diebus Regis Stepha-
ni, cum per ejus indecentem mollitiem nullus eſſet publicæ
vigor diſciplinæ*, ait Willelmus Neubrig. lib. 5. cap. 4.
Tunc enim & ſub Henrico II. *qui Stephano ſucceſſit,
Tyronum exercitiis in Anglia prorſus inhibitis, qui fortè
armorum affectantes gloriam exerceri volebant, transfre-
tantes, in terrarum exercebantur confiniis.* Id præ cæte-
ris teſtatur Rogerus Hovedenus, ut & Bromptonus an.
1177. ſcribens Gaufridum Comitem Britanniæ, cum
à Patre Henrico II. Militiæ inſignia accepiſſet, *trans-
fretaſſe de Anglia in Normanniam, & in confinibus Fran-
ciæ & Normanniæ militaribus exercitiis operam præſtan-
tem, gaviſum eſſe ſe bonis Militibus æquiparari.* Deinde
hæc ſubdit Neubrigenſis: *Conſiderans igitur illuſtris
Rex Ricardus tanto eſſe acriores, quanto exercitatiores at-
que inſtructiores ſui quoque Regni Milites in propriis fi-
nibus exerceri voluit, ut ex bellorum ſolemni præludio,
verorum addiſcerent artem uſumque bellorum, nec inſulta-
rent Galli Anglis Militibus tanquam rudibus & minus
gnaris.* In Anglia ergo Torneamenta primùm celebra-
ri cœperunt, *Rege Ricardo id decernente, & à ſingu-
lis qui exerceri vellent, indictæ pecuniæ modulum exigen-
te*, inquit idem ſcriptor, à quo hauſit quæ habet in eam
rem Jo. Bromptonus. Id ipſum aſtruit Matth. Paris an.
1194 pag. 124.

Certum eſt etiam è Francia in Germaniam invecta
torneamenta. Nam & ſi Fr. Modius in Pandect. Trium-
phal. ejuſmodi decurſionum & concertationum milita-
rium ſeriem longè ante Gaufridi Pruliacenſis tempora
ediderit, conſtat falſa veris ſæpe miſcuiſſe, & multa ab
eo ineptè inventa & quæ apud, non dico eruditos, ſed
eos qui prima Hiſtoriæ elementa deguſtarunt, ullam fi-
dem merentur.

Præ cæteris verò Byzantini ſcriptores ingenuè profi-
tentur, ejuſmodi decurſionum artem & uſum didiciſſe
Græcos à Latinis, id eſt, Gallis, quos earum primos
fuiſſe repertores tradunt: in quibus eſt Niceph. Grego-
ras lib. 10. At Jo. Cantacuzenus lib. 1. c. 42. tempeſta-
tem quâ in Græciam tranſierunt, videtur indicare, cùm
videlicet Anna Sabauda, Amedei IV. Allobrogum Co-
mitis filia, Conſtantinopolim Andronico Juniori Imp.
nuptura venit, hoc eſt an. 1326 tunc enim Nobiles Sa-
baudi & Galli qui Principem feminam comitati erant,
ejuſmodi ludicras decurſiones & concertationes cele-
brarunt, earumque uſum Græcos, quibus hactenus in-
cognitæ erant, primùm docuerunt. Τζυκρισμον, καὶ τα τορ-
νεμεντα αὐτοὶ πρῶτοι ἐδίδαξαν Ῥωμαίους, οὔπω πρότερον οὐδὲ τὰ
ὀνόματα εἰδότας αὐτῶν. Quæ verba ita expenda ſunt, non
quod tunc primùm Græci in his decurſionibus decerta-
rint, ſed quòd illas deinceps exercuerint. Tradit quippe
Nicetas in Manuele lib. 3. c. 3. cùm Imperator iſte
Antiochiæ moram ageret, ſolennem factam decurſio-
nem, in qua Græci contra Francos dimicarunt. Et Cin-
namus lib. 3. autor eſt Manuelem rerum potitum Græ-
cos docuiſſe artem novam bellandi, ſcutis oblongis pro
rotundis uti, haſtas vibrare longiores, &c.

Ejuſmodi autem decurſiones, *pro ſolo exercitio, atque
oſtentatione virium fiebant*, ut ait Neubrig. γυμνασίας ἕνεκα
καὶ ἐπιδείξεως, inquit Gregoras, *ut ex ſolemni bellorum prælu-
dio verorum addiſceretur ars uſuſque bellorum*, ut eſt
apud Willelmum Neubrigenſem.

Cùm igitur nullo interveniente odio, ſed ſolius exer-
citii causâ, ad Torneamenta convenirent, decrevere eo-
rum inventores, ut armis innocuis, gladiis hebetibus,
lanceis abſque ferro, ſeu ἀνόπλοις δόρασι, ut ait Ni-
cetas, dimicarent, ne ſi fortè vulnera ſibi invicem infli-
gerent, mutilarent artus, ad bella minus idonei proce-
derent. Ejuſmodi arma, quæ *luſoria tela* dicuntur Sene-
cæ, noſtri *Armes courtoiſes*, appellabant, hoc eſt urba-
na, innocua.

Vetabantur præterea in ipſo certamine punctim gla-

dus adverſarium ferire, ſed ictus ſuos ſurſum aut deorſum dirigere jubebantur: qui contrà agebat, non ſolùm propoſito victori præmio indignus habebatur, ſed etiam tanquam qui malè pugnaſſet, à judicibus mulctabatur, & infamia quadam aſpergebatur. Apud Matthæum Paris an. 1252. cùm Rogerus de Lemburne, Hernaldum Montiniacum in torneamento lanceæ mucrone, *qui prout debebat, non erat hebetatus*, in gutture lethaliter vulneraſſet, *licèt ſe inſontem prætendiſſet, factus eſt ſuſpectus, & quod proditioſe facinus perpetraſſet, acriter reprehenſus*. Nam ſi fortè quis adverſarium in ipſo certamine vulneraverat, aut occiderat, dummodo contra decurſionis leges non peccaſſet, indemnis erat: quod & obſervatum à Nicephoro Gregora.

Erant autem, ut ſupra annotatum eſt, torneamenta imagines bellorum, ſeu ut loquitur ſcriptor Hiſt. Hieroſol. an. 1177. *imaginaria bellorum proluſiones*, vel ut Neubrigenſis & alii, *belli præludia*: diverſis enim cohortibus & turmis, unà omnes ad prælium accincti properabant, & gladiis in alterutrum ingeminantes ictus, vires ſuas exercebant: quod ſecus erat in *juſtis*, quæ monomachiæ ſpeciem præbebant, in quibus ſingulari certamine alter in alterum ferebatur, lanceiſque congrediebatur. Nicephorus Gregoras lib. 10. torneamentum deſcribens, μεσάζοντος κἀμοῦ ξὺ φύλαξ, καὶ δίμοις, ἢ θεραπείαις, καὶ ὁπλιζομένων πάντες ὁμοῦ, καὶ ἀρχαιρεσιῶν γινόμενοι, κλήρῳ λογχὰ μὲν τῷ ἠρμοσμένῳ δύο πρὸς ἐξ αὐτῶν, ἑκατέρου μέρους ἑκάτεροι. Hunc locum illuſtrant quæ habet Thomas Walſinghamus ſub an. 1274. ubi torneamentum Cabilone inter Regem Eduardum cum Anglis, & Comitem Cabilonenſem cum Burgundis initum bellè exequitur.

Torneamentum aculeatum & hoſtile, Matthæo Pariſio p. 554. & 572. dicitur illud quod utrimque inter hoſtes publicos ex condicto, infeſtis animis, armiſque & gladiis vel haſtis non hebetibus, ſed ferro & aculeis inſtructis iniri ſolebat, cujuſmodi torneamenta & juſtas, *Armes à outrance* vocabant noſtri. De eo pluribus egimus in Diſſertatione ad Joinvillam 7. in qua de Torneamentis diſſeruimus.

Torneamentum verò *quaſi hoſtile*, appellat idem Matthæus Paris an. 1241. ejuſmodi torneamentum, quod infeſtis armis contra quoſvis, etiam non hoſtes, imbatur, provocatione ad id vulgata, & certis conditionibus deſcriptis: de qua etiam torneamenti ſpecie egimus in eadem Diſſertatione.

Interdicta ſubinde Torneamenta à ſummis Pontificibus, ſub excommunicationis pœna, ob cædes & membrorum mutilationes, quæ in iis crebro accidebant, pluribus in laudata Diſſertatione docuimus: quibus addi velim quæ habent in hanc rem Leges Alfonſi IX. Regis Caſtellæ 1. part. tit. 13. lege 10. & Chronicon Montis-Sereni an 1175.

Torneamenta ſeu quævis haſtiludia certis in locis teneri ac celebrari non poſſe, vice privilegii, interdum conceſſum. Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. to. 3. p. 52. 466. 1100. 1152.

Torneare, Torniare, Haſtiludio decertare. Gallis *Tornoier*. Theobaldus Epiſc. in vita Guillemi Eremitæ n. 4. *Circa illius cellam more militari cœperunt torneare, & ludo duellari viciſſim pugillare*. Henric. de Knyghton pag. 1459. de Edw. I. Rege Angl. *Cumque appropinquaret Franciam, & fama gloriæ ejus divulgaretur in populo, invidebant gloriæ ejus multi, & præcipuè Comes ille ſtrenuus de Chalon, miſitque & petiit, ut torniaret cum eo in terra ſua*, &c.

Torneare, Velitari, ante acies decurrere, pugnare. Arnaldus Archiepiſcop. Narbonenſis in Epiſt. de Victoria Chriſtianorum contra Mauros, apud Ughellum in Epiſcopis Sabinenſib. *In craſtino venerunt ſimiliter diluculo Saraceni diſpoſitis eomodo aciebus, quæ præcedenti die fuerant ordinatæ; noſtri quoque ſuperſederunt bello, etiam ipſa die, ſagittariis ſolis & paucis aliis hinc inde diſcurrentibus: Arabibus etiam ex parte ipſorum torneantibus cum noſtris, non more Francorum, ſed ſecundum aliam ſuam conſuetudinem torneandi cum lanceis ſive cannis*, &c.

Torneamentum, Hoſtile bellum, prælium. Charta an. 1265. in Tab. Bonævallis: *Homines commorantes in dicta villa & banlenga Bonævallis cum Comite Carnotenſi vel Bleſenſi, ſeu ſucceſſoribus eorum, ſeu cum mandato eorum, ire ad torneamenta ſeu ad aliquam cavalcatam nullatenus tenebuntur*.

TORNELLA, Turricula, Gallis *Tournelle*. Rigordus an. 1190. *Præcepit etiam civibus Pariſienſibus, quod civitas Pariſis — muro optimo cum tornellis decenter aptatis & portis diligentiſſimè clauderetur*.

TORNERIA, Torneamenta, haſtiludia, *Tournois*. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 4. cap. 6. *Ibi fuerunt dominæ pulcherrimæ, haſtiludia, & torneria, & breviter, ad perfectum gaudium nihil defecit*. Lib. 5. cap. 7. *Fuerunt etiam haſtiludia, gioſtræ, torneria, & omnia ſolatia cogitata*.

TORNETA, Torneamentum. Theodericus Abbas lib. 1. Vitæ S. Bernardi cap. 11. *Illi omnes fere juvenes dediti militiæ ſeculari, circumibant, quærentes execrabiles illas nundinas, quas vulgò Tornetas vocant*.

Tornio, ex Gall. *Tornoi*. Hiſt. Cœnobii Viconienſis c. 13. *Ad determinatum congreſſum, quem vulgo Tornionem vocant, properans lancea perfoſſus eſt*.

TORNETTUM, vox Falconariorum. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 40. *Eſt autem tornettum quiddam duobus annulis compoſitum, gyrantibus in ſe invicem, & hoc modo eſt factum: ſunt duo annuli ferrei, aut auri, aut argentei, aut de alio metallo facti, magni ad quantitatem annulorum qui ſunt in jactis* &c. *Quoties igitur timebitur ne falco intorqueat ſe jactis, alligabitur hoc tornettum annulis jactorum cum quadam corrigiola ſubtili & forti*, &c. *Eſt autem utilitas tornett in hoc quod falco non poſſit vexari per intorſionem jactorum in pedibus ſuis*.

TORNITALIA. Gloſſæ Iſonis Magiſtri ad Prudentii Pſycomach. *Toreumata: celatura, vel tornitalia*. Legendum fortè *Tornatilia*.

TORNUM, Bellicæ machinæ ſpecies. Charta Petri Regni Majoricarum Domini an. 1232. *Tali quidem conditione quod ipſam* (turrim) *benè cuſtodias, & teneas in ea omni tempore unum tornum paratum, & unam baliſtam ac torno ad fidelitatem noſtram & defenſionem civitatis ejuſdem*. Vide *Baliſta*.

TORNUS, Compenſatio, Gallis *Retour*. Charta R. Epiſcopi Carnotenſis an. 1197. in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ n. 84. *Capitulum quoque Carnotenſe ad ejuſdem perſonatus augmentationem, — centum ſolidos confert & aſſignat in computatione, quæ dicitur Turnus ſive Computatio, de Purificatione B. Mariæ annis ſingulis capiendos*.

TORNUTIO, Vertigo, *σκοτοδινία*. Ardo in Vita S. Benedicti Anianenſis c. 38. edit. Mabillonii: *Sed eas* (mulieres) *ſtatim digna ſubſequitur ultio: tornutionibus verò vexari cœperunt, à quo dolore non ſunt ereptæ, quouſque* &c.

TORO, *Toronus, Torus, Turonus*, Collis cacuminatus, & rotundus. Will. Tyrius lib. 11. c. 5. *Caſtrum ædificavit, cui quoniam in monte erat excelſo ad modum & cacuminato, nomen indidit Toronum*. Hiſt. Hieroſolymitana: *Montem proximum, quem vulgò Turonem vocant*. Infra: *Supra Turonem verò qui urbi vicinus incumbit, civitas, Ptolemaïs nomine, olim ſita fuerat*. Et mox: *Collis autem — Turoni propinquus*. Matth. Paris an. 1188. *Fecit omnes ſuos in collem aſcendere civitati vicinum, qui eo quod inſtar turris erectus ſit in ſublime, & rotundus, Turonus à vulgo nuncupatur*. A Gallico nempe *Tourion*. Jacobus de Vitriaco lib. 1. c. 98. *Accontenſem obſedit civitatem, in torono aliquantum eminenti tentoria ſua collocando*. Charta Hugonis Ibelini an. 1160. in Tabulario S. Sepulchri: *Dedi — partem toronii quæ ſuperjacet Surdis fontibus*. Hiſtoria MS. Bellorum ſacrorum vernacula: *Et Salehadin tacha bien demie lieue deſci ſour*

un haut thoron. Infra: *Et ſe herberga ſour un thoron de fors à Acre.*

Turo. Charta Rogerii Comitis Siciliæ pro Eccleſia Pacten-ſi apud Rocchum Pirrum p. 386. *Sicut via ſcandit ſurſum ad Turonem altum qui eſt ſupra mare.* Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſ. pag. 148. ubi hæc Theophanis verba, πάντας τοὺς παραλίους ἄκρους, vertit, *omnes maritimos toros*, id eſt aggeres, vel monticulos ac colles, uti Latini cubitos *Toros* dixerunt. Gloſſæ Lat. Gr. *Torus*, ὄχθος. *Torum*, ἀκίδιον. *Toranus*, ὑλαῖος, τρόφος. Ubi fortè legendum *Toronus*, ὄχθος, ὄρος.

Quidam exiſtimant vocem hanc à Gallis manaſſe, præſertim verò à Provincialibus, qui unà cum Raimundo Sanctægidiano Comite in Terram Sanctam profecti ſunt: ita enim montem ab iis appellari obſervat Columbus in Manuaſca lib. 1. n. 5. quod firmatur ex veteri Charta, quæ habetur in Notitia Eccleſiæ Dinenſis P. Gaſſendi pag. 18. *Quod poſſit emere ſeu acquirere hoſpitium ſive locum ad ædificandum, ubicumque voluerit in civitate Dignenſi, dummodo extra torum, ſeu montem, vel Fortalitium* &c. Sed probabilius eſt *Toronum*, vocem eſſe Chaldæorum, quibus *Tor* mons dicitur, aut clivus, ut autor eſt Petrus *della Valle* to. 2. Epiſt. 1.

TORQUIMENTUM, Βασανος. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Editum habet *Tormentum*.

TORRA, *Tarra*, *ſeu Tharra*, Locus vel fornax, in quo torretur avena, quæ olim Alamannis, ut & hodie, Turgavis maximè, in cibo & pulmento fuit. Ea vero ſic conficitur. Torretur primùm avena cruda, tum molitori pinſenda ſeu molenda traditur, non in farinam minutam, ſed craſſam, ad inſtar hordei, quod ubivis locorum ad eam formam teritur. Hæc Goldaſtus ad hunc locum Eckeardi junioris de Caſib. S. Galli cap. 1. *Simile etiam quiddam de lebete æneo grandi, & de tarra avenis centum malterarum commoda cum pro-tectaſſet*, &c. Ubi malim *torra*: nam & inde *Torrale* & *Torrelagium* dicta, à torrendo ſcilicet: hordeum quippe vel avena ad cereviſiam torretur, priuſquam molatur. Gregorius Turon. de Gloria Confeſſ. c. 81 *Quidam de vicinis annonas diu infectas aqua ac germine producto conflatas, facto igne ſuper viminis contexta torrere parat ad pocula facienda.* Et cap. 1. *Jubet fieri ex annonis aqua infuſis atque decoctis, meſſoribus poculum praparari. Hanc autem co-tionem Oroſius à coquendo Cœlium vocari narravit.* Ovidius de ticeonis potione, quam anus Attica Cereri propinavit:

——— Lymphamque roganti
Dulce dedit toſta quod coxerat ante polenta.

Polentam verò Plinius ait ex hordeo priùs toſto fieri. Veteres denique tam far quàm hordeum prius molebant, deinde torrebant: unde Virgilius lib. 1. Georg.

Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.

Torrale, Ædificium, in quo frumenta & grana torrentur & exſiccantur: à torrendo dictum. Leges Burgorum Scoticorum c. 54. *Si aliquis accommodaverit torrale ſuum alicui, & fuerit combuſtum tempore quo commodatur*, &c. Vide Skeneum de Verborum ſignificat. v. *Torralium*.

Torrellagium, Penſitatio quæ ex *torrali* exſolvitur. Charta Epiſcopi Ambian. an. 1301. *Torrellagium Ambianis valet 10. modios vel circiter.* Alia Philippi Com. Flandr. pro teloneis urbis Ambian. *Caſcune ocquine à cambier de la Chité d'Amiens, là ou on ſeke brais a toraille, ſe elle n'eſt enfranchie, doit caſcun an 22. ſeſtiers d'avaines au Veſque, & 22. ſeſtiers d'avaine au Comte. Mais li Quens en rent de ſa part du torillage 4. muis d'avaine au Vidame el a'cun an, & c'eſt a ſçavoir que chil qui ſeke à toraille, & franchien, il ne doit point de toraillage.*

TORRENTULUS, Parvus torrens, rivulus, fluviolus. Charta Fulconis Comitis Andegav. an. 1035. in Hiſt. S. Nicolai Andegav. pag. 6. *Si vinum cum banno vendidero, banncrius meus torrentulum de barra non tranſibit canaucapiendi vaſa ementium monachorum vinum.* Suprà: *Trans fluvium verò vineas alias*, &c.

TORSATORIUM. Gloſſæ MSS. *Laceroli*, *Torſatoria*.

TORSIA. Vide *Torcia*.

TORTA, Placenta, noſtris *Tourte*. Guill. Brito in Vocab. *Torta, unde tortula diminutivum, genus cibi eſt vel panis, quod vulgò dicitur ita.* Erotianus in Onomaſtico ait ἄρτον ἐγκρυφίαν ab Atticis appellatum eſſe panem ex pinguibus palmulis, farina & aqua confectum, hæcque verba addit, ἐν πυρὶ τῷ καλῶς, quæ addita à recentiori exiſtimat Hieronymus Mercurialis lib. 2. Variar. Lection. cap. 5. tametſi ſacrorum Bibliorum interpretes ἄρτον ἐγκρυφίαν, *tortam panis* tranſtulerint. Exod. 29. Numer. 6. 1. Reg. 2. 10. 1. Paralip. 26. & Jerem. 37. Rituale Hebræorum à Baronio laudatum: *Deinde idem pater familias tortam azymam ſub mappa latentem ſerratam in fruſta frangebat, in tot partiunlas illam dividens, quot eſſent in cœna diſcumbentes*, &c. Altheimus de Laude Virg. c. 28.

Punica mala vident granis ſeutiſque referta,
Botros, & ficos, & plures ordine tortas.

Vita S. Tilonis Monachi n. 25. *Viliſſimam panis tortam ab eis pro benedictione* (eulogia) *ſibimet vendicabat.* Guigo II. in Statutis Ord. Cartuſienſis c. 7. §. 10. *Poſt cœnam, ſingulas tortas, tanquam Chriſti mendici accipientes, cellas repetimus.* Et cap. 34. *Panis quivis de tritico, torta eſt, album enim panem non facimus.* Adde cap. 53. Statuta antiqua ejuſdem Ordin. 1. part. cap. 34. §. 10. part. 2. c. 13. §. 39. c. 14. §. 16. cap. 31. §. 17. Bernardus Mon. in Conſuet. Cluniac. MSS. c. 14. & ex eo Udalricus lib. 3. cap. 24. *Quotidie dantur — & 12 tortæ, quarum una qualibet 3. libras appendit.* Warnerius MS. in Maccum Poëtam Scottum:

His ita perceptis, diviſque ex cæde placatis,
Tres tortas caldas ex humeris religas,
Ut ſibi per populum ſic fas foret ire quietam,
Securamque ſuam cernere Glycerium.

Adde Volphardum Preſb. lib. 3. Miracul. S. Walburgis n. 4. Decreta Hungarica Matthiæ Regis pag. 86. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 106. Labeum to. 2. Biblioth. p. 744. &c. Rob. Gaguinus in Poem. vernaculo:

Le poure mengue ſa torte,
Ses aux, oignons, ſans cremeur.

Turta. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſ. MS. cap. 25. *Panis qui vulgariter Turta appellatur.* Udalricus lib. 2. Conſuet. Cluniac. cap. 4. *Pro ſigno panis ſigali, qui Turta vulgariter appellatur.* De vocis etymo multa viri docti congeſſere, Voſſius, Menagius, Ferrarius, & alii.

Tortula, quoddam genus cibi vel panis, quod vulgò ita dicitur, Ugutioni. Diminutivum à *Torta*. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 7. *De qua tortula parvula formantur.* Vita S. Lupicini Abbatis Jurenſis n. 11. *Non quadrupedi invectus eſt equo, ſed ſufficiebat cuique cum ſuſtentatione baculi craſſior fortiorque Monaſterii tortula.* Udalricus lib. 2. Conſuet. Clun. c. 4. *Pro ſigno tortulæ, qua præter ſolitam libram datur in Tortula certa quatuor principalibus feſtis*, &c. apud Odonem Cluniac. in Vita S. Geraldi lib. 1. cap. 25. Occurrit præterea 1. Numer. 11.

Tortella. Papias: *Artocrea, panis carnem continens, vulgò Tortella.* Adelbertus Abbas Heidenheimenſis p. 328. *De farina domini ſui furabatur, & tortellam inde quam comederet confecit.*

Tortellus, ex Gallico *Tourteau*. Papias: *Paſtilli, tortelli pigmentati, vel unguenta.* Ordericus Vitalis lib. 6. p. 624. *Ad tumulum S. Ebrulfi acceſſit, laminamque reverenter amovit, ſanctaque carnis pulverem inſtar tortellorum congeſſit.* Charta Mauricii Epiſc. Pariſ. an. 1189. in Tabular. S. Maglorii: *Conſuetudinem tortellorum ad Natale, & ovorum ad Paſcha reddent hoſpites S. Juliani.* Charta Roberti Comitis Drocenſis: *Tenentur & quilibet hoſpitium Eccleſiæ reddere — ſingulis annis in craſtino Natalis Domini unum tortellum, vel unum obolum* pro

pro tortello, ſi maluerit hoſpes. De ejuſmodi tortellis in craſtino Natalis Chriſti Domino offerendi more, qui etiamnum in aliquot Galliæ provinciis non omnino abrogatus eſt, agunt Chartæ aliæ in Hiſt. Monaſterii S. Martini de Campis pag. 187. 185. 514. Uſatica MSS. Vicecomitatus Aquæ Rotomagi: *A la ferme des eſtaulx appartient la porte Cauchoiſe, & la porte Eſtouppée, & les tourteaulx que l'en y paie, & la porte de Bouvereul, & le Barrage, & les torteaulx, & la porte Beauvoiſine, & les tourteaulx & le barrage, & les eſcroes des taillies.* Ibidem: *L'Abbé de Feſcam doit à la porte Beauvoiſine une mine de fourment par an pour aller querre les tourteaulx à ſainte Marie des Fontaines, & doit le Fermier dudit Abbé faire paier les tourteaulx au barrier à ſes couſts & deſpens.*

Torta, pro *Retorta*. Vide in hac voce.

TORTILOQUIUM. Gloſſ. Gr. Lat. διάλεκτος συνεστραμμένη, *Tortiloquium*. Alibi: συνεστραμμένη ὁμιλία, *Tortiloquium*.

TORTIONARIUM. Gloſſæ MSS. *Sanna, tortionarium*.

TORTIRELLA. *Tortorella* Machinæ bellicæ ſpecies Rollandinus in Chron. lib. 1. cap. 12. *Comes Paduæ Manfredinus — à lapide tortorella intrinſeca cecidit mortuus.* Idem lib. 10. c. 1. *Fovea quoque facta, conſtructum eſt ibi ſpaldum trabeum, longo tractu fortiſſimum, & condenſum, & turres quoque ligneæ, tortirellæ, ſive predariæ, certis locis, ut temerarius inimicus acceſſerit, redeat cum pudore & damno.* Vide *Prederia*.

TORTISIUS, *Tortitius*, Teda, *Torſes*, vel *Torches*, noſtris. Synodus Exonienſis an. 1287. c. 4. *De parochianorum eleemoſynis Sacerdotes procurent duos fieri tortiſios, in Canone Miſſæ ardentes, prout in Eccleſiis multis hactenus fieri conſuevit.* Fleta lib. 1. c. 5. §. 6. *Militi quotidie liberetur à Celario Regis — unus tortitius, cum ſex minutis candelis ceræ.* Computum Domanii Stapularum in Comitatu Bononienſi an. 1475. fol. 53. *Recepte des torſins de chire deus au terme de Chandeleur.* Vide *Scolaces*.

TORTITUDO, Gibboſitas, apud Conſtantinum Afric. lib. 2. Pantechn. c. 8.

Tortitudo, idem quod *tortum*, Injuſtitia, violentia. Chronicon Beſuenſe pag. 602. *In cauſa violentiæ & tortitudinis*, &c. Alibi: *Pro multis tortitudinibus & ſceleribus.* Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiodor. cap. 49. *Interdixit ſub anathemate, ut nullus mortalium præſumere deinceps auderet vim ſeu calumniam nec aliquam tortitudinem inferre pro quavis occaſione rebus ejuſdem Eccleſiæ.* Tabularium Arremarenſe: *Terram quoque Oſanicurtis — recognita ſua tortitudine abdicavit.* Adde Chartas alias à Beſlio deſcriptas in Comitib. Pictavenſib. pag. 468. 485. 506. Occurrit etiam non ſemel in Tabulario Dervenſis Monaſterii. *Tortas & confragoſas*, dixit Plautus in Menæchmis.

TORTUA, Teſtudo, ex Gallico *Tortue*, apud Silveſtrum Girald. in Topogr. Hibern. Diſt. 1. cap. 7.

TORTUCA, Matthæo Silvatico, *teſtudo cruda*.

TORTULA. Vide *Torta*.

TORTURÆ, Cruciatus, Tormenta, ſeu ſupplicia, quibus ad eruendam à reis confeſſionem judices uti ſolent: Gallis *Tortures*. Quod quidem *torturarum* genus Anglis inauditum, Francis noſtris ut inhumanum paſſim ii objiciunt. Joan. Forteſcutus de laudibus Legum Angliæ cap. 22. *Non igitur contenta eſt lex Franciæ in criminalibus, ubi mors imminet, reum teſtibus convincere, ne falſidicorum teſtimonio ſanguis innocens condemnetur: ſed mavult lex illa reos tales torturis cruciari, quouſque ipſi eorum reatum confiteantur, quam teſtium depoſitione, qui ſæpe paſſionibus iniquis, & quandoque ſubornatione malorum ad perjuria ſtimulantur. Quali cautione & aſtutia criminoſi etiam & de criminibus ſuſpecti, tot torturarum in regno illo generibus affliguntur, quod faſtidit calamus ea literis deſignare. — Leges etiam ipſæ civiles, deficiente teſtium copia, in criminalibus veritatem conſimiliter extorquent tormentis: qualiter & faciunt etiam quamplurima regna. Sed quis tam duri animi eſt, qui ſemel ab atroci tanto tormento laxatus, non potius innocens ille, omnia fateretur ſcelerum genera, quam acerbitatem ſic experti iterum ſubire tormenti, & non ſemel mori mallet, dum mors ſit ultimum terribilium, quam toties occidi, & totidem gehennales furias morte amariores ſuſtinere?* Nec multis poſt, graviùs invehitur in judices ipſos, qui hujſce tormentis adſunt ipſi: *O judex, quibus in ſcholis didiciſti te præſentem exhibere, dum pœnas luit reus? Executiones quippe judiciorum in criminoſos per ignobiles fieri conveniit*, &c. Sed hoc non novum. Autor ad Herennium: *Majores noſtros dicemus, veri inveniendi cauſa cruciatibus ac tormentis voluiſſe quæri, & ſummo dolore homines cogi, ut quicquid ſciant dicant.* Vide Leges Alfonſinas parte 7. tit. 30. & Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. V. *Tortura*.

Tortura, idem quod *Tortum*, *Tortitudo*. Charta Petri Epiſcopi Albanenſis Cardin. an. 1078. in Bibl. Cluniac. *Nullam læſionem vel torturam inferre præſumant.* Alia an. 1103. in Biblioth. Sebuſiana pag. 265. *Donavit & omnino finivit Deo & B. Petro ad locum Cluniacum unum receptum, quem in Lavariaco exigebat, omneſque malas conſuetudines ac deprædationes, ſeu torturas, quas ibi per ſe vel per ſuos exercebat, funditus werpivit & abſolvit.* Tabularium S. Albini Andegav. ubi Fulco Junior Comes *condonat torturas quas fecit in terris S. Albini*, an. 1087. Vide *Tortus*.

Tortura Capillorum. Vide *Capillus*.

TORTUS, *Tortum*. Damnum, injuſtitia, vis, violentia alicui illata. Jo. de Janua: *Tortus, à torqueo dicitur. Hic tortus, tus, i.* cortiſio, vel injuria.* Gloſſ. Lat. Gall. *Tortus, ta, tum, Tort, injurieux. Tortus, tus, torſion, ou injure.* Edictum Piſtenſe Caroli Calvi c. 20. *Sic injuſtitiam iſtam exſolvant, ſicut illi qui in ſuo miniſterio tortum faciunt.* Cap. 23. *Sicut ille qui tortum in ſuo Comitatu, vel miniſterio fecerit.* Adde c. 26. Vetus Notitia in Tabulario Vindocin. n. 6. *In perverſo & aperto torto nobis poſtea abſtulit.* Charta Ludov. II. Imp. pro Monaſterio Caſaurienſi: *Pro nulla denique malbatura quiſpiam à Monachis præfati Monaſterii, vel ab Advocato eorum tortum quærere audeat, quia — eidem Monaſterio conceſſimus.* Tabularium S. Joannis Andegav. *Teobaldus fecit eis multa torta.* Prima Statuta Rob. I. Regis Scotiæ cap. 17. *Quamdiu defendens aut ſuus prolocutor defendet tort, & non reaſon*, &c. ubi Skenæus: *Quamdiu tenens defendit ſe nihil feciſſe contra jus vel legem.*

In tortum mittere. Diploma Pipini Regis Aquitaniæ an. 835. to. 12. Spicilegii Acheriani: *Ipſumque Advocatum nemo præſumat temerario auſu diſtringere, vel in tortum mittere*, &c. Tabularium Brivatenſe ch. 446. *Ipſumque Advocatum nemo præſumat diſtringere, vel in tortum mittere.* Fori Oſcæ an. 1247. f. 3. *Debet mittere ſuum nuntium ad portam de illo qui facit ei tortum*, &c. F. 6. *Et ſi teſtatus fuerit Infantio ad Villanum cum juſtitia, & ſint ambo qui tenent tortum*, &c. Mox: *Et ſi ille qui ſe clamat eſt de una villa, & qui facit tortum de alia*, &c. Rurſum: *Emendet ipſum tortum.*

Tortum elevare. Vetus Placitum in Tabulario Viennenſis Eccleſiæ fol. 70. *Archiepiſcopus Viennenſis B. miſit in placitum Durannum Cheuvrii de torto quod elevaverat in terra ſua, & in cauſis Eccleſiæ S. Mauricii. Et cùm ipſe Durannus voluit ire Jeruſalem, dimiſit in manu Archiepiſcopi tortum quod ipſe elevaverat, & ejus miniſtri in terra illa*, &c.

Latini porrò *tortum*, ſeu *tortuoſum* dicunt, quidquid obliquum eſt, vel non rectum: unde damnum, vel injuſtitia aliqua, ſeu violentia recto opponitur. Gloſſæ Lat. Gr. *Tortus*, καμφθείς. Gloſſæ Gr. Lat. μανιάξ, *Tortile, circulus tortus.* Papias: *Linea dicitur, qua lignarii utuntur, ut tortum aliquid conſtruant.* Prudentius in Apotheoſi hymno 1.

Tam multa ſurgunt perfidorum compita
Tortis polita erroribus.

Conſtantinus African. lib. 2. Pantechn. c. 8. *Os coxa manus eſt totius corporis oſſibus tortum in extranea parte à ſuperiori, in familiari ab inferiori.* Infra: *Ne corpus tortum & non rectum fieret.*

TORTUS, Torques. Euſtochius in Vita S. Pelagiæ meretricis cap. 11. in Vitis Patrum: *Illa verò convocavit omnes pueros & puellas ſuas, & liberavit omnes, donavitque tortos aureos eis de manu ſua,* &c.

TORUM. Charta Longobardica an. 774. apud Ughellum to. 8. p. 34. *A fine Venatoris uſque in ſtraſilum inter duo tora.* Charta Cornutiana vetus edita à Suareſio: *Quæ ſepis deſcendit per regam ante ad viam cavam, ſive ad torum, quæ redit uſque ad arcum ſupradictum,* &c. Vide *Toro, Torale, & Torallum.*

TOSCA. Charta Theobaudi *Chabot*, ex Tabulario Abſienſi, apud Sammarthanos: *Donamus ſiquidem libere Deo & S. Mariæ & habitatoribus Abſiæ — in præmiſſo feodo 2. ſextariatas terræ, & unam toſcam, quæ ab antiquis Gambuerca à nobis vocatur: tali conventione ut in illa domum & capellam in honore glorioſæ Dei genitricis Mariæ & noſtro adjutori conſtruant. — Donamus etiam illis aliam toſcam quæ vocatur Firmitas, & 10. ſextariatas de noſtra propria terra, quocumque ipſi eam prædicto feodo meliorem invenerint, ipſaſque duabus præfatis ſextariatis & duabus toſcis concedimus, illis ab omni calumnia, prece & pretio funditus liberare & expedire.*

TOSCHEODERACH. Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 6. §. 7. *Si fuerit Marus domini Regis, vel Toſcheoderach ipſius, vel aliquod nomen officii pertinentis ad ſummonitionem faciendam.* Ubi Skenæus barbarum nomen eſſe obſervat, priſcis Scotis & Hibernis uſitatum pro *Servando*, vel *Serviente curiæ*, qui literas citatorias mandat executioni: ſubditque Davidem II. Regem Scotiæ dediſſe & conceſſiſſe Joanni *Vallace* Armigero ſuo & fideli officium *Servandiæ* Comitatus de *Carrik*, quod officium *Toſchaderech* dicitur, vulgò *ane mair of fee.*

TOTA, idem quod *Tolta.* Meminit v. cl. Dionyſius S. Ivagnius in Tract. de Jurib. dominic. cap. 40. prædiorum conceſſorum in emphyteuſim *ad totam & talliam, & miſericordiam domini.* Vide *Tolta.*

Tota. Charta an. 1155. apud Gariellum in Epiſcopis Magalon. pag. 127. *Juſtitias, albergas, totas, queſtas, ſive aliquas alias injuſtas exactiones,* &c. Charta an. 1232. in Regeſto Comitum Toloſæ Cameræ Comput. Pariſ. fol. 103. *Terras cultas & incultas, nemora & tartas, prata & paſcua, cenſus, uſus, quarta, quinta, decima, & agrarias, & primicias, oblias, & dominationes, totas, toltas, eſcaducas, & ſucceſſiones,* &c. Alia an. 1234. f. 102. *Oblias & dominationes, totas, queſtas, & albergas, & toltas, ademprivia & ſucceſſiones,* &c. Ubi neſcio an *tota* aliud ſit à *tolta*, quod ibidem apponitur. Nam & *tote*, pro exactione dicitur. Charta libertatum villæ Peruſienſis an. 1260. apud Thomaſſerium: *Li Sires ne la Dame de la Peroſe — ne haut en la vitae herbergage, ne tote, ne taille, ne queſte,* &c.

TOTAGIUM, Solidum. *Totage*, pro *total*, in Conſuetud. Arvernenſi cap. 21. art. 8. Tabularium Epiſcopatus Antiſiod. *Totagium quod eſt totum Comitis quinum draperiorum. Quilibet drapperius qui tenuerit mulierem annum & diem, debet 4. ulnas de burian Comiti, & in hoc totagio habet Miles de villa Ferreoli & ſoror ejus 11. ulnas, minor caſtelli 5. ulnas,* &c.

TOTO, adverb. *Omnino*, ὅλως, in Gloſſ. Gr. Lat.

TOTTONARIUS *Equus*. Vegetius lib. 1. de Arte veterin. cap. 56. *Equos, quos vulgo Trepidarios, militari vocabulo Tottonarios vocant.* Idem lib. 4. cap. 6. *Inter Colatorios enim, & eos (equos) quos Tetonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media eſt.* Legendum puto utrobique *Trottonarios*, vulgò *trotenters*, de qua voce egimus in *trotare*: nam *trepidarios* equos ita appellari obſervat Vegetius. At Salmaſius ad Capitolinum *Guttonarios* emendat. Hunc conſule ſi lubet pag. 247.

TOUTA. Vide *Tolta.*

TOWAGIUM, Navis ſubductio in tutiorem ſtationis partem, ſeu navis ductio per naviculas alligatas: ſive ejuſdem ad alterius navis puppim alligatæ. Gall. *Touage*, Angl. *Towage*. W Thorn an. 1286. *Et etiam temporibus retroactis habere debent in prato adiacenti & in eodem loco ubi prædicta domus & caja ſita fuerunt, towagium, quod impeditum eſt per levationem prædictam.*

TOXA, Stragulum è groſſo panno. Papias: *Stragulum, veſtis quæ Toxa dicitur.* Grimlaicus in Regula Solitarior. c. 50. *Sufficiant autem eis ſtramenta lectorum, matta & cilicium, ſagum, vel toxa & capitale.*

TOXICATOR, Venenarius, qui venenum propinat, apud Lambertum Schafnaburgenſem an. 1054.

TRABALE, Lignum quod tranſit per rotas. Joannes de Garlandia in Synonymis:

Temo, longale, trabale, furcale, forale.

Trabale judicium. Concilium Toletan. XIII. c. 2. *Vidimus multos & flevimus, ex Palatini ordinis officio cecidiſſe, quos & violenta profeſſio ab honore dejecit, & trabale judicium aut morti, aut ignominiæ perpetuæ ſubjugavit.* Quo loco *Trabale judicium* dici videtur firmum, ratum, & ſupremum: ſolemne enim eſt veteribus Scriptoribus *Trabale* appellare quidquid ingens & firmum eſt, eodem ſenſu quo *trabalis juſſio* dicitur in Nov. Theodoſii de Judæis, quæ cum ſumma ſeveritate exercetur: *Trabali juſſione decernimus, ut quicumque,* &c. Ita *clavo trabali figere* dixit Cicero 5. in Verr. Paulinus Nat. 9. Felic.

Corpora transfixis trabalibus inclyta clavis.

Vita SS. Ferreoli & Ferrutii: *Capitibus beatorum Martyrum trabales clavi — malleis ferreis affixi.* Gloſſ. Gr. Lat. δοκώδης, *Trabalis.* Eſt igitur *judicium trabale* adeo firmum & validum, ut quemadmodum valida trabs flecti aut diſrumpi non poteſt, ita & illud nulla ratione convellatur.

TRABARIA, *navicula in fluminibus, quæ è ſingulis trabibus cavantur, unde & dicuntur. Hæ & littoraria vel caudica.* Papias. Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Trabaria*; Anbyme ſcip. Florentius Wigornienſis pag. 618. *Deinde uterque Rex in inſulam — trabariis advehitur.* Vox *trabs*, pro *navi*, uſurpata ab Ennio, Virgilio, Catullo, Horatio, &c.

TRABATICUM, Tributi ſpecies, fortè pro *trabibus* ad publica opera devehendis, vel præſtandis. Charta Hlotarii Imp. an. 840. apud Chiffletium in Tornutio: *Nullus theloneum, aut ripaticum, — aut cenaticum, aut paſtionem, aut trabaticum, aut ullum occurſum, vel ullum cenſum — exactare præſumatis.* Eadem penè habentur in Charta Caroli C apud Beſlium in Epiſcop. Pictavienſibus pag. 28. ex qua Chiffletianam emendare licet. Innocent III. lib. 13 Ep. 115. *Parciates* (ſunt ii Ravennatibus Cuſtodes ſylvarum ſeu parcorum) *per Monaſterium certum numerum trabium in feudum percipiebant de ſylva.* Vide Senatorem lib. 4. Epiſt. 8.

TRABATTERE. Pactus Legis Salicæ tit. 28. §. 4. *Si quis feminam ingenuam gravidam trabatiit, & ipſa femina fuerit mortua,* &c. Ubi Lex Salica tit. 26. §. 4. nude habet, *Si quis feminam gravidam occiderit* &c. Wendelinus *trabattere*, ex *trans*, & *battere* effictum putat, quod eſt perquam ſæviter percutere. Vide *Tribattere.*

TRABEA, *Porticus tecta dicitur.* Ita Gloſſæ antiquæ MSS. Addit Joan. de Janua, *trabibus.* Nos *travée* dicimus ſeriem trabium, vel ſpatium inter duas trabes. Papias: *Tenda, quæ ruſticè Trabea dicitur.*

TRABEATIO, Crucifixio, paſſio Chriſti. Charta continens Electionem Froterii Epiſcopi Cadurcenſis an. 990. ſic clauditur: *Schedula hujus indaginis à corporea trabeatione Verbi divini anno 990. Ind. 3.* Alia in Tabulario Conchenſis Abbat. in Ruthenis n. 83. *Facta Charta wirpitionis, vel exvacuationis, ſive ſecuritatis, anno trabeationis Dominicæ 1013.* Adde Chartam 145. in Appendice ad Capitul. Regum Franc. & aliam apud Diagum in Comitibus Barcinonenſib. lib. 2. c. 31.

TRABES in Eccleſiis. Harum ut crebra fit mentio, ita diverſus fuit uſus. Leo Oſt. lib. 3. c. 31. (al. 33.) *Tra-*

bem quoque nihilominus fuſilem ex ære cum candelabris numero 50. in quibus utique totidem ceres per feſtivitates præcipuas ponerentur. lampadibus ſubter in areis ejus ex eadem trabe 36. dependentibus, quæ videlicet ærea trabes areis æque brachiis ac manibus ſuſtentata, trabi ligneæ, quam pulcherrimè ſculpi, & auro, colorumque fucis interim fecerat Deſiderius exornari, commiſſa eſt. &c. Vide l. 4. c. 73. Brompton: *De cujus Eccleſia una trabe 5000. marcas argenti corroſit, unde Regis manum impleret*, &c. Chronicon Atinenſe an. 1061. *Fecit & duas trabes ferreas, unam in choro, & aliam extra chorum ad apponendas candelas.*

Trabes cum *arcubus*, non ſemel memorat Hariulfus: lib. 2. cap. 9. *Cæterorum Sanctorum reliquias — per alias 12. capſas minores auro argentoque vel gemmis pretioſis honeſtiſſimè paratas, — dividere, atque ſuper trabem, quam in arcu coram altare B. Richarii ſtatuimus, ponere curavimus.* Cap. ſequenti: *Trabes minores cum arcubus ſuis argento paratæ.* Lib. 3. cap. 3. *Ante altare ejuſdem Sancti ſtant columnæ ſex magnæ ex cupro, argento, & auro paratæ, ſuſtentantes trabem unam ſimiliter cupream argento auroque paratam. Sunt & aliæ trabes minores tres ex cupro, argento auroque paratæ in circuitu altaris vel chori, ſuſtentantes arcus 17. ex cupro, argento auroque fabricatos; inter quos ſtant imagines beſtiarum, avium, hominumque.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Tranſpoſitam veterem trabem quæ ſupra majus altare ponebatur, — in qua etiam trabe ſeries 12. Patriarcharum & 12. Apoſtolorum, & in medio Majeſtas cum Eccleſia & & Synagoga figuratur.*

Trabes, Frugum meta continens 24. garbas, Anglis, à *thrave conteining 24. sheaves.* Domeſdey de Burgenſibus Derbiæ: *Hi autem ad feſtum S. Martini reddebant Regi duodecim trabes annonæ.*

Trabucca, *Trabuchetum.* Vide *Trebuchetum.*

Traca. Conſuetudines Eccleſiæ de Regula, apud Labeum to. 2. Bibl. p. 747. *De equo Hiſpaniæ 4. denar. de traca coriorum boum, ovium, vel caprarum, 4. den.*

Tracea, Perquiſitio per quamcumque viam, quam *Trace* dicimus, unde Gallo-Belgæ noſtri *Tracer* dicunt, pro perquirere. Chronicon Flandriæ cap. 9. *Voila que jamais ne finiroit de tracer, qu'il ne l'euſt trouvé.* Vide Skenæum ad Regiam Majeſtatem lib. 4. cap. 32. Bracton lib. 3. tit. de Corona c. 1. §. 1. *Si homo per infortunium oppreſſus — ſtatim levetur hutesium — & poſtea traceam conducant per terram ſuam*, &c. Joann. Molinetus pag. 123.

Perchant, trâchant, cherchant, courant, querant,

Pag. 17. v.

Muſant, traſſant à grant travail de corps.

Vide *Traſſare*, præterea Menagium & Ferrarium in Orig. Italic. in v. *Traccia.*

Trachala. Aurelius Victor in Epit. de Conſtantino M. *Irriſor potiùs quàm blandus: unde proverbio vulgari, Trachala decem annis præſtantiſſimus, duodecim ſequentibus latro, decem noviſſimis pupillus, ob profuſiones immodicas nominatus.*

Tracones, Meatus ſubterranei, cavernæ, ſpeluncæ. Gloſſ. Lat. Gall. *Tracon, onis, allée ſous terre.* Anonymus poëta neſcio quis laudatus à Joanne de Janua:

Terrarum tracones, animalia dico dracones.

Will. Tyrius lib. 16. cap. 9. de regione Traconitide in Syria: *Videtur autem nobis à traconibus dicta: tracones enim dicuntur occulti & ſubterranei meatus, quibus illa regio abundat: nam penè univerſus illius regionis populus in ſpeluncis & cavernis habitat, & in traconibus habet domicilia.* Lib. 19. cap. 26. de Nilo: *Sed tamen quibuſdam meatibus tempore ſolius incrementi, fluvii pars urbem influit: quam aquarum influxionem ciſternis ampliſſimis, ad hoc ſpecialiter deputatis, ad uſus proprios toto anno diligenter ſervant: ſed & pomeria quæ ſunt extra urbem procuranda, occultis traconibus portionem ex ea dirigunt neceſſariam.* Mttah. Paris an. 1247. *Cavernis terreſtribus, & profundis traconibus ac concavitatibus*, &c. Vitæ Abbatum S. Albani: *Tracones verò & vias cum meatibus ſubterraneis, & ſolide per artificium arcuatis — obturavit.*

Tractare, Lac mulgere, Gall. *Traire.* Fleta lib. 2. cap. 79. §. 5. *Omnes oves ultra feſtum Nativitatis B. Mariæ matrices tractari per ubera, ſeu lactari non permittantur.*

Tractare, Diſſerere. Servius: *Xenocrates primus Philoſophiæ ſcholam aperuit, cum antea in porticibus Philoſophi tractarent.* Vide lib. 2. Cod. Th. de His qui ſuper religione contendunt, & infra in *Tractator.*

† Tractarea. Anonymus Barenſis in Chronico an. 1042. *Argiro perrexit in Trane, per mare & terra obſedit eam, fecit ibi turrem excelſam ligneam, & tractareas manganas, & berbices, ut comprehenderet eam.* Fortè legendum *petrarias*, niſi per *tractareas* intellexerit quaſvis machinas jaculatorias: *trahere* enim pro *jaculari* dixerunt inferioris ævi ſcriptores, ita ut leg. *tractareas machinas.*

Tractatores, Chartularii, qui tractant vel retractant largitionales titulos. Scholiaſtes Juliani Anteceſſ. ad cap. 82. *Tractenta, quos dicimus apud Latinos, Tractatores, maximè in Africa ſic dicuntur, id eſt Scriniarii, qui annonas publicas computant & tractant.* Euſtathius in Vita S. Eutychii Patr. CP. n. 68. Ζωτίζω περὶ τὴν ἐπαρχίαν τοῦ Πόντου διοικοῦντα, τραχτάτορα φημὶ καὶ ἀπαιτητὴν τῶν δημοσίων, &c. Ita *Chartularios* & *Tractatores* pro iiſdem dici in l. 3. Cod. de Canone largit. titulor. in l. Nulli de Numerariis, l. ult. de Execut. eod. Cod. & Nov. 28. 30. 128. 129. 147. obſervat Cujacius ad d. l. 3. Vide Nicolaum Alemannum ad Procopii Anecdota pag. 100. 1. edit. & Nov. 1. Theod. ſub fin.

Tractator, qui de rebus ſeriis doctè & eruditè *tractat*, ſcribit, loquitur, diſputat. Gloſſ. Gr. Lat. Ὁμιλία, *loquela, ſermo, locutio.* Ὁμιλητής, *Tractator.* S. Cyprianus in præfat. ad libr. de Cardinal. operib. Chr. *Sublimes materiæ ſubtilium ingeniorum exigunt tractatores.* Infra: *Aditum ad ſe temerariis tractatoribus vel ſcriptoribus interdicit.* S. Hieronymus adverſus Helvidium: *Quæ non ſolùm penè omnes Græciæ tractatores in ſuis voluminibus reliquerunt.* Spartianus in Geta: *Fuit adoleſcens moribus aſperis, à natura decorus, tractator, guloſus*, &c. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 4. *De pauperibus ſupradictis quemdam optimum tractatorem & ſcriptorem in Capellam ſuam aſſumpſit.* Horatius, *Ethicus tractator* dicitur Ivoni Carnotenſi Epiſt. 7.

Tractatores dicti præſertim Librorum ſacrorum Interpretes, qui de rebus ſacris tractant. S. Auguſtinus de Doctrina Chriſt. *Debet divinarum Scripturarum tractator & doctor, defenſor rectæ fidei, ac debellator errorum, & bona docere, & mala dedocere.* Vincentius Lirin. Commonit. 1. *Doctores, qui Tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apoſtolus etiam Prophetas interdum vocat, eo quod per eos Prophetarum myſteria populis aperiuntur.* Ruffinus de Adulteratione Librorum Origenis: *Quæcunque veterum nobilium tractatorum invenerunt de his quæ ad gloriam Dei pertinent, plenè & fideliter diſputaſſe*, &c. Facundus Hermianenſis lib. 4. cap. 2. *Hieronymus quoque noſter, vir admodum doctus, qui etiam tantæ fuerat lectionis, ut omnes, aut penè omnes, ſive in Græco, ſive in Latino eloquio divinarum Scripturarum tractatores legeret*, &c. Idem lib. 9. cap. 5. *Proinde melius facimus, ſi quemadmodum divinam Scripturam, ſic etiam ejuſdem Scripturæ tractatores locutos contra hæreticos fuiſſe credamus.* Arnobius Junior in Pſalm. 67. *Cleros enim hoc loco dictos & Judæi docent, & noſtri plurimi tractatores.* Senator lib. de Divin. inſtit. cap. 17. *Habent etiam poſt tractatores, (SS. Patres) diverſos relatores temporum ſtudia Chriſtiana*, &c. Nicolaus I. PP. Epiſt. 42. *Si enim ipſorum decreto cæterorum opuſcula tractatorum approbantur*, &c. Didymus apud S. Hieronymum in Epiſt. 51. ad Domnionem, *Scientia Scripturarum omnes ſui temporis tractatores vincere* dicitur: adde Epiſt. 52. 61. 62. 64. &c. Idem Hieronymus Claudiano Mamerto lib. 2. de Statu ani-

mæ cap. 9. *Potiſſimus tractatorum* appellatur: Lupo Servato de Trib. quæſt. *Alterum lumen tractatorum* : Beda, Monacho Sangallenſi lib. 1. de Carolo M. cap. 2. *Peritiſſimus poſt ſanctum Gregorium tractator* : S. Eulogius, Alvaro Cordubenſi in ejus Vita n. 10. *Tractator peritiſſimus & dictator* : Origenes, Sidonio lib. 2. Epiſt. 9. *Scævus cavenduſque tractator*. Sulpitio Severo dial. 1. c. 3. *Tractator ſacrarum Literarum peritiſſimus. Eccleſiaſtici tractatores*, apud Vigilium Tapſenſem l. 5. contra Eutychem. Adde Auctorem Prædeſtinati p. 36. 82. &c. Mitto quæ alii de hac voce obſervarunt, Juretus, Savaro, Sirmondus, Jacobus Gotofredus, Joann Fileſacus, v. cl. Steph. Baluzius, & alii.

Tractatores, Concionatores : qui *tractatus*, ſeu homilias habent ad populum. Petrus Chryſologus ſerm. 91. *Vacat humanus ſermo, ſilet prædicatio tractatoris, quando angelico præconio Joannis* (Baptiſtæ) *profertur gloria, virtus reſonat, laus collaudatur.*

Tractatores, Conſiliarii. Senator l. 8. Ep. 8. idem Epiſt. 12. *Decet enim tractatores habere doctiſſimos, quibus ſumma poteſtas committitur*, &c. Ita alibi *Tractatum* pro Conſilio uſurpat.

TRACTATORIA, Epiſtola Synodalis, *Synodica*, quæ à Synodo, quam *Tractatum* appellari mox docemus, ad Epiſcopos ſcribitur, vel de quavis re ad *tractatum*, ſeu Synodum ſpectante. Ea enim eſt vera vocabuli origo, quam non adverterunt Baronius an. 142. & Bernardinus Ferrarius lib. 2. de Epiſt. Eccleſiaſt. cap. 2. niſi locis mox laudandis legendum ſit *tractoria*, uti contendit Philippus Priorius. Meminit S. Auguſtinus *Tractatoriæ* Serm. 2. in Pſalm. 36. qua Epiſcopi declarabant hunc vel illum eſſe excommunicatum : *Atque ideo non immemores paritatis Eccleſiæ conducibile exiſtimavimus, omnes ſanctos Conſacerdotes & omnes Clericos, & omnes populos, qui ſe Chriſtianos meminerunt, hac noſtra tractatoria commonere, ut omnes ejus* (Primiani) *communionem, utpote damnati, diligenti cura horreant.* Eodem ſenſu *Tractatoriam* uſurpat Epiſt. 162. *Quod ſi non fecerint, ibi etiam eorum pravitas & perverſitas innoteſcet, miſſaque tractatoria ſuper eorum nomine per totum orbem terrarum, quacunque jam Chriſti Eccleſia dilatata eſt, ab omnibus Eccleſiis eorum communio præcidetur. Tractatoriæ* denique mentio eſt in Concilio Teleptenſi. In Concilio Carthaginenſi V. can. 10. & Africano ſub Bonifacio & Cæleſtino cap. 43. jubentur Epiſcopi ad Concilium evocati, *ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in Tractatoria conſcribere.* Quo loco Capitula Car. M. lib. 7. cap. 20. habent *Tractoria*.

TRACTATUS, ὁμιλία, Collatio, præſertim de rebus ſacris: præterea concio Epiſc. vel Sacerdotis ad populum. Acta Numidarum Martyr. apud Sur. 1. Maii, & Baron. an. 262. n. 39. *Horum tanta charitas fuit & tanta dilectio, ut licèt taciti poſſent jam devota & obſignata virtutis exemplis fidem fraternitatis extruere : tamen ad ſtabilitatem perſeverantiæ latiùs conſulentes, pectoribus noſtris rorem tractatus ſalutaris infunderent : neque enim tacere poterant, qui Dei ſermonem videbant. Nec mirum ſi paucis illis diebus tam largè noſtrum omnium mentes eorum tractatus ſalubris animavit, in quibus jam Chriſtus, micante gratia de proxima paſſione fulgebat.* S. Cyprianus de Opere & Eleem. *Quales nunc in Eccleſia quoſdam videmus, quorum præcluſæ aures, & corda cæca nullum de ſpiritualibus ac ſalutaribus monitis lumen admittunt, de quibus mirari non oportet, quod contemnant in tractatibus ſervum, quando à talibus Dominum videamus eſſe contemptum.* Adde eundem Epiſt. 78. & Optatum lib. 4. & 5. Ambroſium Epiſt. 14. Gaudentium Brixienſem, &c. *Tractatus populares, quos Græci Homilias vocant*, inquit S. Auguſtinus in Epiſt. 4. ad Quodvultdeum, præfixa lib. de Hæreſib. & Victorem Vit. lib. 1. *Populares ſermones Eccleſiaſtici*, eidem Auguſtino lib. 1. Retract. cap. 22. & ſerm. 20. de Diverſis cap. 7. Chronicon Reicherſperg. an. 436. de eodem S. Auguſtino : *Uſque ad illud tempus 232. confecerat libros, exceptis innumerabilibus Epiſtolis, & homeliis, & aliis tractatibus popularibus.* Vide Petrum Chryſologum ſerm. 36. initio. In Concilio Laodiceno can. 19. ὁμιλίας ἐπισκόπων, *tractatus Epiſcoporum*, vertit Iſidorus Mercator. In Capit. Caroli M. lib. 1. c. 78. *Soli Canonici libri, & Catholici tractatus, & Sanctorum authoritates & dicta legi & tradi jubentur.*

Tractatus, Conſilium. Senator lib. 8. Epiſt. 10. *Defenſorem omnium ſuis tractatibus adjuvabat, & miniſtrando conſilium, regebat ipſe Rectorem.* Vide *Tractator*.

Tractatus, Concilia Epiſcoporum, in quibus de rebus Eccleſiaſticis *tractatur*, diſceptatur. S. Ambroſius Epiſt. 13. *Hoc ſcriptum eſt in Ariminenſi Synodo : meritoque Concilium illud exhorreo, ſequens tractatum Concilii Nicæni, à quo me nec mors nec gladius poterit ſeparare.* Infra : *Si tractandum eſt, tractare in Eccleſia didici, quod fecerunt patres mei.* Ita etiam *tractatum Concilii Nicæni* dixit Vigilius Tapſenſis lib. 1. contra Palladium pag. 498. & *Tractatum plenum*, quem ibidem *Concilium plenum* vocat. Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ c. 47. Περὶ τῆς πίστεως τῆς ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθείσης. Epiſtola Clericorum Italiæ directa Legatis Gallor. an. 551. *Uſque ad univerſalis Concilii tractatum.* Epiſtola Synodalis Concilii Aurelian. I. *Quia tanta ad religionis Catholicæ cultum glorioſa fides cura vos excitat, ut ſacerdotalis mentis affectu Sacerdotes de rebus neceſſariis tractaturos in unum colligi juſſeritis*, &c. *Tractatus ac deliberatio Synodi*, apud Facundum Hermianenſem lib. 1. cap. 5. *Synodalis tractatus*, in Epiſt. Leonis I. PP. ad Flavian. CP. & apud Marbodum Diac. in Vita S. Licinii Epiſc. Andeg. *Tractatus Eccleſiaſticus*, in Epiſt. 9. Gelaſii I. PP. Lex 15. Cod. Th. de Epiſcop. &c. *In Ariminenſe Synodo ſuper Eccleſiarum & Clericorum privilegiis tractatu habito.* &c. Hlotharii Imp. Epiſtola ad Leonem IV. PP. *Obſervantes ut ſi ipſe ratum eſſe decerneret, ex ſuo latere viros idoneos deſtinaret : qui unà cum Epiſcoporum ipſius provinciæ tractatu, cauſam utriuſque inquirere, & canonicè definire valerent.* Præfatio Concilii Wormacienſis an. 868. *Dum — apud Wormaciam — conveniſſemus, ut de quibuſdam Eccleſiaſticis utilitatibus communis à nobis tractatus ageretur*, &c. Concilium Romanum an. 904. c. 2. *Quatinus cum ad Synodum convenerint, libere eis tractare & ſtatuere liceat, quæ ſanctorum Patrum canonica cenſura decrevit.* Concilium Troſleianum an. 909. in Præfat. *De ſtatu ſanctæ Eccleſiæ ac totius regni utilitate tractaturi.* Adde Concilium Confluentinum an. 922. cap. 1.

Tractatorium, Locus in quo *tractatus* ſeu conſilia agitantur, Senatus. Sidonius lib. 1. Epiſt. 7. *It in tractatorium frequens Senatus.* Vide *Secretarium*.

Tractatus, Epiſtola quam Pontifex recens electus ad alios Pontifices mittebat, fidei ſuæ teſtis, quam *Synodicam* appellabant, ut in hac voce docemus. Auctor Prædeſtinati lib. 1. hæreſi 89. *Conſuetudo eſt namque ut unum tractatum ſuum Epiſcopus Alexandrinus mittat ad Conſtantinopolim, qui recitetur in Paſcha, & tractatum ſuum Conſtantinopolites, qui Alexandriæ recitetur. In tractatu ſuo Conſtantinopolites Neſtorius ſcripſit Mariam non eſſe Theotocon, ſed Chriſtotocon*, &c.

Tractatus. Charta Petri Abbatis S. Benigni & Menardi Abbatis S. Sequani pro ſocietate Monaſtica, apud Perardum pag. 265. *Poſt brevis recitationem ſtatim fiet officium, & ea die, ſi talis fuerit hora, vel incraſtino Miſſa matutinalis, cum ſignorum pulſatione & tractatu celebrabitur.* An *tractu* ?

TRACTEUTÆ. Vide *Tractatores*.

TRACTIM, in Gloſſis veteribus, *jugiter*, *continuatim*. *Tractim* verò *canere*, lenta & moroſa modulatione. Honorius Auguſtodun. lib. 1. cap. 36. *Tractus, à trahendo dicitur, quia trahendo, id eſt tractim canitur.* Id eſt *lentè*, *moroſè*, quomodo *tractim* exponitur in Gloſſario Longobardico S. Germani Pariſ. Uſus antiqui Ordin. Ciſtercienſis cap. 68. *Dicto itaque Deus*

in adjutorium meum intende, *moroſè & trahendo à Sacerdote*, &c. Cap. 119. *Et cum paratum fuerit, tabulam in Clauſtro tractim percutere — debet.* Romualdus Salernitanus Archiepiſcopus in Chronico MS. an. 1166. *Clericos in ea multos & præbendas inſtituit, & divinum in illa officium reverenter, & tractim, & cum Dei reverentia & timore celebrari diſpoſuit.* Chronicon Trudonenſe lib. 8. *Aſſiduus erat omnibus horis in Choro, & de Pſalmis tractim cantandis, & cantu dulce atque modulando indefeſſa illi ſollicitudo.* Charta Caroli Regis Siciliæ an. 1304. apud Ughellum to. 7. Ital. ſacræ pag. 897. *Volumus quod ipſa deinceps Eccleſia ſecundum ordinem Pariſienſium Eccleſiæ per libros, quos eidem Eccleſiæ dedimus, divinum officium celebretur, punctatim videlicet atque tractim.* Statuta antiqua Ord. Cartuſienſis 2. part. c. 13. §. 5. *Hiſtoriam legat rotundiùs, ſermones & homilias attractiùs, apertè tamen & diſtinctè legat omnia, ut poſſit intelligi*, &c.

Tractores. Concilium Avenionenſe an. 1281. cap. 8. *Denuntientur auctores, fautores, tractores, defenſores, & fidejuſſores pro his obſervandis excommunicati*, &c. Fortè *Tractatores*, ex Gallico, *Traiteurs*, Contrahentes.

Tractoria, idem quod *Traga*, vel *Traha*, de qua voce infra. Erchempertus in Hiſt. Langobard. cap. 68. *In quamdam tractoriam plauſtro vehentem intromiſſus, Capuanam urbem ingreſſus eſt.*

Tractoria, Diploma, ſeu inſtrumentum evectionis, curſuſque publici, hoc eſt, quo jus & facultas dabatur equos, vehicula, & viaticum petendi de publico. De *Tractoriis* paſſim tituli *de Curſu publico, & de Tractoriis & ſtativis*, lib. 12. Cod. Juſtin. & lib. 8. Cod. Th. ubi multa Cujacius, Jacobus Gotofredus, & alii doctiores interpretes, quos non exſcribo.

Tractoria interdum eſt Epiſtola citatoria & evocatoria, qua jubetur quiſpiam certo loco & tempore præſentem ſe ſiſtere: qua ſcilicet trahitur & evocatur quiſpiam. S. Auguſtinus Epiſt. 217. *Tractoria ad me 5. Id. Nov. venit, jam finito die, & me valde indiſpoſitum invenit, ut occurrere omnino non poſſem*, &c. Vide Formulas antiquas promotionum Epiſcopalium to. 2. Concil. Gall. Sirmondi pag. 651. 653. 656. Joannem VIII. PP. Epiſt. 177. 181. 228. 229. Bernardinum Ferrarium de Epiſtol. Eccleſ. lib. 2. cap. 1. & virum doctiſſimum Joannem Garnerium ad Marium Mercatorem in Commonitorio cap. 3.

Tractoriarum etiam ſub Regibus noſtris uſus innotuit, quem à Romanis mutuati ſunt: quibus ſcilicet Miſſis ſuis commeatum & hoſpitia in itinere præberi jubebant. Extat harum formula apud Marculfum lib. 1. for. 11. cujus titulus, *Tractoria Legatorum*, &c. Initium autem ſic concipitur: *Ille Rex omnibus agentibus. Dum & nos in Dei nomine Apoſtolicum virum illum partibus illis legationis cauſa direximus, ideo jubemus, ut locis convenientibus eiſdem à vobis evectio ſimul & humanitas miniſtretur, hoc eſt veredos ſeu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, vini modios tantos*, &c. Ex quibus patet expreſſum in Tractoriis quid Miſſis ſingulis, ſecundùm eorum qualitatem præbendum eſſet: unde *Tractoriæ ſtipendiales* appellantur Agobardo lib. de Inſolent. Judæor. Ita porrò *Tractorias* uſurpant Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 30. 69. Lex Longob. lib. 3. tit. 1. §. 38. tit. 7. §. 1. Capitul. Ludovici Pii an. 818. cap. 30. & an. 819. c. 26. & Capit. Caroli C. tit. 32. c. 16.

Tractoria, interdum ſumitur pro quovis Diplomate Principis. Carolus M. in Charta ſeu Præcepto, quo Monaſterium S. Dionyſii ab omni teloneo eximit, apud Doubletum pag. 709. *Ideoque per hanc tractoriam expreſſè præcipimus atque commendamus, ut ipſum mercatum cum omnes ſuos teloneos, ſicut anteriores Reges ac Principes partibus S. Dionyſii contulerunt, ita in omnibus ſint conceſſi atque indulti.* Mox: *Et ut hæc tractoria noſtris & futuris temporibus firmior habeatur*, &c. Quibus poſtremis verbis concipitur pariter Præceptum aliud Ludovici Pii pro eadem immunitate teloneorum, pag. 733. Nec ſcio an aliter intelligendum ſit Concilium Meldenſe can. 71. in quo Galliæ Epiſcopi à Carolo C. Rege poſtulant, *ut auctoritatem ſigillo regio roboratam more Tractoriæ Chriſtianiſſimus Princeps ſingulis donet Epiſcopis, quam quiſque Epiſcoporum penes ſe habeat, ut quando ei neceſſe fuerit, per eandem auctoritatem reipublicæ miniſtros conveniat, ut ipſi in quibuſcunque civili indiguerint auxilio, reipublicæ miniſtris concurrentibus, ſuum imo divinum poſſint ritè peragere miniſterium.* Quo loco *auctoritas ſigillo regio more tractoriæ roborata*, nihil aliud, opinor, ſonat, quàm Diploma authenticum Principis, ejuſque firmatum ſigillo, quomodo *tractoriæ* firmari ſolent, hoc eſt *præcepta regia*, (cujuſmodi ſunt Caroli M. quorum meminimus) quibus ſcilicet tractoriis ac diplomatibus facultas daretur Epiſcopis *miniſtros reipublicæ* conveniendi, iiſque nomine regio præcipiendi, ut quotieſcunque res exegiſſet, præſto eſſent ad eorum auxilium. Scio Bignonium & Bernardinum Ferrarium *Jus tractoriæ*, ſeu evocandi Miniſtros regios per *tractoriam*, à Rege expoſitum cenſuiſſe, quorum ſententiam ſi quis amplecti malit, non magnopere repugnabo. Binæ denique habentur formulæ *Tractoriæ* nomine, in Formulis incerti auctoris cap. 10. & in Chartis Parenſ. lib. for. 15. Prior quæ eſt Epiſcopi, inſcribitur *Tractoria pro itinere peragendo*; altera, quæ eſt Majoris domus, inſcribitur *Charta Tractoria*: utraque porrò precibus concipitur, ut peregrino religionis vel pœnitentiæ cauſa ad Sanctorum limina pergenti, manſionem, focum, panem & aquam præſtare velint ii per quos iter facturus eſt: quæ quidem *tractoriæ* non multùm differunt ab iis quas *Commendatitias* appellabant: adeo ut liceat opinari *tractoriæ* vocem latiùs poſtea ſumptam pro quovis Diplomate. Vide *Tractatoria*.

Tractus, Cantus Eccleſiaſtici ſpecies. Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 96. *Tractus à trahendo dicitur; quia trahendo, id eſt tractim canitur.* Hugo à S. Victore in Spec. Eccl. lib. 1. c. 7. *Tractus autem quia gemitum & cantum lachrymabilem exprimit, lachrymas Sanctorum — repræſentat. Unde tractus dicitur, quia ſancti ſuſpirantes ab imo pectoris gemitum trahunt.* Adde lib. 2. cap. 19. Alcuinus lib. de Offic. divin. *Tractus ſemper in cauſa humilitatis ponitur.* Joannes Abrincenſis Epiſc. de Offic. Eccl. *Per tractum qui nullo reſpondente cantatur, & in melodiis ſuis ſimilitudinem fert gemitus*, &c. In eo verò quod nullo reſpondente canitur, differt à Reſponſorio. Amalarius lib. 4. de Divin. offic. c. 12. *Hoc differt inter Reſponſorium, cui Chorus reſpondet, & Tractum, cui nemo.* Inde igitur Tractus cantatur, cùm ceſſat Alleluia. Ordo Romanus: *Si fuerit tempus ut dicatur Alleluia, bene: ſin autem, Tractus.* Alibi: *Quapropter Alleluia illo tempore non cantatur apud nos, ſed Tractus, id eſt luctus.* Necrologium S. Leonorii Bellimontis in Bellovacis: *Kal. Jann. obiit Matthæus Comes — officium plenum fiat, cappa in Choro, Reſponſoria, & Tractus, in cappis, tres pauperes reficiantur, Generale facit Prior de piſcibus abundanter.* Tractus & hymnos compoſuit Gelaſius PP. ut autor eſt Rupertus l. 2. de Div. off. cap. 21. & ex eo Autor Chronici Reicherſpergenſis ſub an. 494. Vide prætereà Librum Uſuum Ordin. Ciſterc. cap. 12. Stephanum Eduenſem Epiſc. lib. de Sacram. altar. cap. 12. & Durandum lib. 4. c. 21.

Tractus, Piſcatio, jus piſcationis, quod aliàs *Jactus* dicitur: piſces qui ex fluvio vel vivariis extrahuntur. Tabularium Bellilocenſe ch. 159. *Cum terris cultis & incultis, domibus, ſylvis, adjacentiis, & in Dordonia tractis ſive jectis.* Ch. 176. *Et juxta fluvium Dordonæ piſcatoriis & ripaticis, jectis ſive tractis.* Charta an. 1266. in Probat. Hiſt. Sabaudicæ: *Ripaticis, piſcationibus, tractis, venationibus, laudimiis.* Charta Ricardi II. Ducis Norm. an. 1027. pro Monaſterio Fiſcanenſi: *Et in eodem fluvio tractus piſcatorios: — item in fluvio qui dicitur Anthura, in loco dicto Haſdans, tractum piſcatorium cum aliquibus hoſpitiis.* Fleta lib. 5. cap. 9.

§. 24. *Sunt etiam alia res hereditariæ, quæ veniunt in par- ſunt etiam alia res hereditariæ, quæ veniunt in par-* *titionem, quæ cum commode dividi non poſſunt, uni concedantur, ita quod alii cohæredes alibi de communi hereditate habeant ad valorem: ſicut ſunt vivaria, piſcariæ, parci, & hujuſmodi; vel ſaltem quod partem habeant, ſicut ſecundum, tertium, vel quartum, vel ſecundum tractum, tertium, vel quartum, ſecundum numerum cohæredum: & ita de parcis, ſecundam, tertiam, vel quartam beſtiam.* Charta Ludovici Regis Franc. an. 946. in Biblioth. Cluniacenſi pag. 275. *Excepto tertio tractu de Hoſa quod pertinet ad S. Vincentium.* Alia Rodulphi Regis an. 997. ibid. pag. 410. *Et tertiam partem piſcinæ, quæ vocatur Oſa, cum mancipiis vel reliquis rebus ad eamdem piſcinam pertinentibus, ut ſemper iidem Monachi medium tractum habeant.* Orig. Murenſis Monaſterii pag. 50. *In lacu autem habemus duos tractus & dimidium,* &c. Pag. 52. *Et in lacu duos tractus — poſſidemus.* Tabularium Vindocinenſe fol. 54. *Donavit eis tractum ſagenæ unum, in univerſis aquis ſuis, ubicunque piſcaturas habere dinoſcitur.* Vide Radulphum in Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis n. 78.

Tractus, vel *tractus decimæ*, in agris ac culturis, alius prorſus à *tractu piſcatorio*. Charta Alexandri III. PP. an. 1180. in Hiſtoria Vaſtinenſi: *Decimam de la Narville, & tractum per ſingulos annos: — apud Chatoeveilh quartam partem decimæ de Fratevilla, & duos tractus: quartam partem decimæ de Varennis, & quartum tractum: Decimam in terra Burchardi Gononis, — & ipſius decimæ tractum.* Charta Hugonis Decani Pariſ. an. 1213 in M. Paſtorali lib. 7. ch. 33. *Ipſi autem Monachi nobis quitaverunt medietatem totius decimæ in proventibus, videlicet in dominio, in juſtitia, in tractu.* Alia an. 1248. lib 8. ch. 22. *Medietatem in quadam decima, — videlicet in grano, palea, tractu, ſtramine, & in omnibus aliis quibuſcumque proventibus ratione decimæ ſupradictæ.* Charta an. 1239. apud Roverium in Reomao pag. 263. *Cum Abbas & Conventus Reomaenſis, Laurentium de Crie piſcatorem coram nobis authoritate Domini Lingonenſis, ſuper terris tertialibus ſitis in finagio de Crie, in quibus dictus Laurentius dicebat ſe tractum habere, & ſuper ſergenteria ad Prioratum de Aſiaco ſpectantibus traxiſſent in cauſam,* &c. Quæ hic commentatur idem Roverius pag. 640. nihili ſunt. Vide in Granchagium.

Tractus extra rotulos. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 3. n. 2. *Item ordinaverunt pro ſuſtentatione Juſtitiarii quolibet die itineris ſui centum ſolidos. Item Clericis ſuis, pro quolibet homine amerciato, vel vendito duos ſolidos: & pro quolibet homine mundato per aſſiſam, pro tractu extra rotulos, quatuor denarios.* Galli dicerent, *Pour eſtre tiré du rôle des accuſations ou des amendes.*

TRADAVIUM. Charta Alamannica 99. Goldaſtina: *Proclamavit, eo quod in contraditum ſuum manſum ei tollutum fuiſſet, quod ei advenit à parte uxoris ſuæ ſimul & Flavino, & propreſum fuiſſet, & legibus ſuum eſſe liberet, quia jam de tradavio uxoris ſuæ fuiſſet, idcirco ſuum eſſe deberet.* Legendum fortè *tritavio*, ita quod prædium à *tritavo* uxoris poſſeſſum fuiſſet, niſi potiùs *tradavium* accipiatur pro proprietate, vel dote.

TRADITIO, Ceſſio, conceſſio, alienatio, vel diſpoſitio per teſtamentum, in Capitul. 2. an. 813. c. 6. in Concilio Turonenſi III. an. 813. c. 51. in Capitul. Caroli C. tit. 32. c. 5. &c. Vide *Inveſtitura*.

Traditiones Evangelii. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Alium verò Miſſale cum Antiphonario in uno volumine, Smaragdum unum, Traditiones Evangelii, & Epiſtolas libros duos,* &c.

TRADITOR, Proditor, Gall. *Traitre.* Tacitus lib. 1. *Quin potius interfecto traditore, fortunam virtutemque ſuam malo omine exolverent.* Hugo Flaviniacenſis in Chron. pag. 163. *Regebat tunc Eccleſiam (Remenſem) Arnulfus Lotharii Regis, qui quintus à Karolo Calvo fuit, filius, qui Traditor cognominatus eſt ob id, quia civitatem patruo ſuo Karolo reddidit, cum doleret regnum alienæ ſtirpi datum, & ſuæ præreptum.* Ita etiam uſurpant Leges Edwardi Confeſſ. cap. 19. Thwroczius non uno loco, & alii paſſim.

Traditio, Proditio, Gall. *Trahiſon*, apud Simeonem Dunelm. an 1088. 1096. Radulfum de Diceto an. 1190. & alios non ſemel. Leges Alfonſinæ part. 6. tit. 2. lege 1. *Læſa Majeſtatis crimen, tanto quiere dezir en Romance como yerro de traycion, que faze ome contra la perſona del Rey.*

TRADITORES, dicti ex Chriſtianis, qui atrocitate pœnarum perterriti, quos apud ſe haberent codices ſacros, tradebant Tyrannis. Horum ingens numerus fuit, ſed propè infinitus illorum, quorum conſtantia nulla eſt conculſa formidine, qui ne ſacros libros traderent, lubentiſſimo animo mortem oppetierunt. Horum memoriam præſertim agit 2. Jan. Martyrologium Romanum. Sanctus Auguſtinus lib. 7. de Baptiſmo contra Donatiſt. c. 2. *Poſt Cypriani mortem 40. & quod excurrit annis peractis, traditio codicum facta eſt, unde cœperunt appellari Traditores.* Sub Diocletiano nempe. Acta SS. Saturnini & ſocior. Mart. Carthag. cap. 1. n. 2. 11. Febr. *Qui pleni Deo, devicto atque proſtrato diabolo, victoriæ palmam in Traditores & eorum conſortes ferentes, quã illos ab Eccleſia communione rejecerant, cuncti Martyres proprio ſanguine conſignabant. Fas enim non fuerat, ut in Eccleſia Dei ſimul eſſent Martyres & Traditores.* Adde de iis etiam idem Auguſtinus Epiſt. 50. cap. 3. n. 16. 162. 164. 171. de Verb. Dom. ſerm. 18. c. 19. lib. 3. contra Creſcon. c. 27. 30. in Collat. 3. cap. 13. lib. 7. de Baptiſmo contra Donatiſt. c. 2. Concilium Arelatenſe I. c. 13. &c.

Traditor, Donator. Orig. Murenſis Monaſterii pag. 49. *In Wirbenlos ſex diurnales habemus, quorum traditores fuerunt Ruſtein, Luiprandi,* &c.

TRADITORIA, Inſtrumentum ſeu Charta traditionis, vel *inveſtituræ*, quâ quis agrum ſeu quamvis rem aliam alteri tradit, & in ejus dominium transfert, per feſtucam, vel ramum, &c. Hujus formulæ habentur in formulis veteribus Bignonii 19. & 57. ubi & *Notitia traditionalis* dicitur.

TRADUX, Stirps, progenies. Gloſſæ Antiquæ MSS. & ex iis Papias: *Tradux, ex altero ducta propago, radix vel origo.* Gloſſæ Lat. MSS. Reg. cod. 1013. *Tradux, Propago.* Alia: *Tradux, Origo.* Prudentius in Apotheoſi:

> *Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis*
> *Transfundi in ſobolem credatur fons animarum*
> *Sanguinis exemplo, cui ſemita propagine vena eſt.*

Eulogius lib. 3. Memorial. Sanctorum c. 17. de S. Aurea: *Grandique faſtu Arabicæ traducis exornabatur.* Alvarus in Vita ejuſdem S. Eulogii: *Patritia Senatorum traduce natus.* Iſidorus Pacenſis æra 728. *Julianus Epiſcopus ex traduce Judæorum, ut flores roſarum de inter vepres ſpinarum, productus,* &c.

Tradux, invenitur etiam, inquit Joannes de Janua, pro *originali peccato quod Adam commiſit, & ab ipſo in poſteros ſuit tranſlatum, ſicut de patribus filii propagantur.* Hinc

Traduciani, appellati vulgò à Pelagianis Catholici omnes, qui, contra quam ii, mortem in omne genus humanum *per tranſitum ſeu traducem, & per peccatum & per ſemina tranſire, currere,* ut loquitur Marius Mercator lib. Subnotat. c. 9. §. 7. 14. hoc eſt per peccatum originale, exiſtimant. Idem Mercator lib. laudato cap. 6. §. 5. *Quomodo non & tu Traducianus es, ut tibi libet, & adhuc licet, nomen imponere Catholicis Chriſtianis?* Anianus in Præfat. ad homilias Chryſoſtomi: *Quantum nobis conſolationis exoritur, cum cernimus tam erudito, tamque illuſtri Orientis Magiſtro, eam quam in nobis Traducianus oppugnat, adſtrui veritatem?* Infra: *Solvendo omnes illas quæſtiones quibus Traducianus os inniteus beatum Paulum vitiorum obfuſcatione commaculat, ut ſolitum fidelibus ſuis Apoſtolico exemplo peccata concilist.* Præ-

dentius in Apotheoſi v. 977.

Hæc prima eſt natura animæ: ſic condita ſimplex
Decidit in vitium per ſordida fœdera carnis.
Exin tincta malo peccamine Principis Adæ
Infecit genus omne hominum, quod pullulat inde,
Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas, nec quiſquam naſcitur inſons.

Vide Auctorem Prædeſtinati lib. 1. hær. 88. &c.

Tradux denique vox uſurpata ab iis hæreticis, qui animas à parentibus in filios traduci exiſtimabant. Aiebant enim *animas rationales eſſe ex traduce*, id eſt ex propagatione ductas, vel origine, ex altero, ita ut anima filii ex anima patris originem haberet. Quam hæreſim carpit loco laudato Prudentius:

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
Transfundi in ſobolem credatur ſors animarum,
Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena eſt.

Euſebius Pamphili in Apologia Origenis ex verſione Ruffini: *De anima vero utrum ex ſemine traducis ducatur, ita ut ratio ipſius vel ſubſtantia inſerta ipſis ſeminibus habeatur, an verò aliud habeat initium*, &c. Ejuſmodi Traducianorum hæreſim exagitant Hieronymus Epiſt. 61. ad Pammachium c. 6. Epiſt. 82. lib. 2. in Ruffinum c. 1. 2. 5. Cæſarius S. Gregorii Nanzianzeni frater quæſt. 78. &c. Vide Auctorem Prædeſtinati, hæreſi 26. 86.

TRAGA, *Tragula*, Plauſtri ſpecies. Gloſſ. Lat. Gall. MS. Thuanum: *Hæc tragua, Harce.* Charta Simonis Comitis Northampton. in Monaſtico Anglic. to 1. pag. 851. *Qui cum quadriga, vel traga, aut onere per licentiam foreſtarii de boſco fuerit egreſſus.* Occurrit iterum pag. 853. Neſcio an aliud *traca* ſonet in Conſuet. Monaſt. de Regula: *De traca coriorum boum, ovium, vel caprarum, 4. den.*

Tragula. Papias: *Traba, quæ Ruſtici Tragulam vocant.* Idem rurſum: *Traha, genus vehiculi, à trahendo dictum, nam non habet rotas.* Addit Brito: *Sic etiam appellatur inſtrumentum dentatum, quod equus trahit ſuper terram de novo ſeminatam pro ſemine recondendo & glebulis conterendis.* Gloſſ. Latino-Gall. *Traha, Herce.* Gloſſ. Gr. Lat. MS. χαμούλκος, *Trabea.* Edit. *Trabe.* Sed. leg. *Traha.* Gloſſ. Lat. Gr. *Trabea*, πλάτη καὶ ἐνδυμα ἀρχαϊκόν. Eædem Gloſſæ: *Traduce*, κάνναβος, ὄχημα δίχα τροχῶν. Ubi puto legendum *Tragula*. Ælfrici Gloſſ. *Traha*, ciþe. Unde noſtrum *Civiere*. Gloſſ. Lat. Gall. *Traha: Civiere, ou breüette.* Virgil. lib. 1. Georg.

Tribulaque, trahæque, & iniquo pondere raſtri.

Paralipom. lib. 1. cap. 20. *Fecit ſuper eos tribulas & trahas.* Matth. Paris an. 1259. *Ligones, tridentes, trahas, vomeres, aratra*, &c. Thwroczius pag. 50. *Rex Andreas poſt hæc citò incidit in paralyſin, & tam hiemali quàm æſtivali tempore ſuper traha ferebatur.* Joſephus Barbarus in Itinerario ad Tanaim: *Trahis ſecum vehunt omnia quæ volunt, & quidem in eo celerrime ſe ſe expediunt. Traha apud eos in eo uſu ſunt, quo apud nos fortaſſe carri: & hi à latere & parte dextra Travali vocantur.*

TRAGAL. Vetus Charta apud Will. Hedam pag. 246. 2. edit. *In Uutecomeri laxatio retium, quod Tragal dicitur, omnis & dimidium piſcationis ad S. Martinum pertinet.* Vide *Tragum*.

TRAGEMATIA, Τραγήματα, Bellaria. Papias: *Collibia ſunt apud Hebræos, quæ nos vocamus Tragemata, vel vilia munuſcula, ut cicer frixum, uva paſſa, poma diverſi generis.* Regula S. Pachomii c. 37. *Qui ante fores convivii erogat fratribus tragemata, in tribuendo meditetur aliquid de Scripturis.* Cap. 52. *Si verò ſint tragemata, vel poma, dabit ei janitor ex his comedere quæ poterit*, &c. Vita B. Veronicæ de Binaſio c. 9. *Vaſa quædam afferri vidit lignea præclarè elaborata, quibus ex ſacchara delicatiora quædam compoſita ſervabitur, quæ Tragimata vocamus.*

TRAGINARE, vel *Tragmare*, Trahere, ex Gallico *Trainer*, vel *Traiguer*, ut vulgò Picardi efferunt. Charta Communiæ Atrebatenſis an. 1211. art. 24. *Qui alium per capillos ad terram traginaverit*, &c. *Traginatus*, ibid.

TRAGIPITINUM, in Notis Tyronis pag. 161. inter calceamenta.

TRAGULA. Vide *Traga*.

TRAGULI. Matthæus Paris an. 1253. *De viris quoque ſanctis & literatis, qui ſeculum ordine irregreſſibili pro Deo imitando reliquerunt, ſuos fecit Papa telonarios ad pecuniam argumentoſe extorquendam, quod & ipſi omnes inviti ſuſcipiunt, ne inobedientes eſſe videantur. Et ſic de ſecularibus fiunt ſeculariores, & mentitur in eis tragulorum vilitas, dum ſub habitu paupertatis ſpiritus habitat elationis.* Fortè legendum *ſtragulorum*.

TRAGUM, Inſtrumentum piſcatorium, rete: *Tragula*, Plinio lib. 16. cap. 8. Gloſſæ Iſidori: *Tragum, genus piſcatoriæ.* Gloſſ. Lat. Gallic. *Tragum, Rais à peſcher, Trouble.* Charta Edgari Regis Angl. pro Monaſterio Rameſienſi: *Cui ſanctus in ſomnis apparuit ſic fando Benedictus: aurora ſpargente polum, tuum ejiciens tragum, multitudini copioſa voti compos obviabis piſcium.* Mox: *Prædictus igitur piſcatorum didaſcalus iis auditis evigilans, — in aquam, ſicut ſibi juſſum fuerat, tragum ſuum laxare cœpit, & ſicut ſanctus Pater prædixerat, copioſam multitudinem piſcium concluſit.* Vide *Tragal*.

TRAHERE, Rapere. Lex Salica tit. 14. *Si puer Regis vel litus ingenuam feminam traxerit, de vita componat.* Marculfus lib. 2. form. 16. *Si aliquis puellam invitam traxerit*, &c. Form. 29. *Si ſervus ingenuam trahit.* Libertates urbis Vaſatenſis: *Quicunque alium percuſſerit, vel traxerit, pugno vel palma, vel pede, irato animo, ſanguine non interveniente*, &c.

Trahere, alia notione, in eadem Lege Salica tit. 29. §. 38. *Si quis caſam alienam ſine permiſſu poſſeſſoris traxerit*, &c. Ubi edit. Heroldi tit. 27. §. 31. *Si quis per caſam* &c. habet. Quo loco Wendelinus *traxerit* poſitum pro *iter fecerit*, cenſet, quomodo dicimus *Tirer vers quelque lieu*.

Trahere, Jaculari, noſtris *Tirer, traire*. Otto Morena pag. 51. *Ac ſuper ipſum caſtellum fortiter diu noctuque trahere non ceſſaverunt.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. c. 7. *Non ceſſabant trahere ſagittis.* Adde cap. 13. n. 96. Robertus Monach. lib 3. Hiſt. Hieroſ. *Turcorum nempe conſuetudo eſt, ut retro confugiant tractis ſagittis*, &c. Adde Hiſtoriam Cortuſiorum lib. 7. cap. 20.

Trahere ſe ad partem. Vide *Pars*.

Trahere ſpatham. Vide *Spatha*.

Trahere, Moras agere, quomodo *Tirer de longue* vulgò dicimus. Vide *Tractim*.

TRAHINA. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi in prologo: *Quædam* (inſtrumenta) *in docendo ipſa ut ſciant capere aves quas vult artifex, quomodo vult, id quod dicitur trahina, ſive fiat de grue, ſive de ayrone, ſive de alia ave, ſive de pelle leporina impleta paleis, & ſunt multa quæ ſpectant ad trahinam.*

TRAJECTORIUM, *Fundibulum*. Gloſſ. MS. Regium cod. 1013.

TRAJECTUM, lingua Gallica, Oppidum ſonat. Sigebertus an. 697. *In loco Wiltaburg, qui nunc Wiltrajectum dicitur, à nomine gentis Wiltarum, & Trajecto compoſitum, quaſi Wiltarum oppidum: nam Trajectum lingua Gallica oppidum dicitur.* Hauſit à Beda l. 5. Hiſt. c. 12.

Trajectus, vox Latinis haud incognita, ea notione qua utitur Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. c. 32. *Fuit conſuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquod opus ex Imperiali præcepto faciendum eſſet, ſiquidem pontes, vel naves, aut trajecti, ſive purgatio, ſeu ſtramentum, vel impletio cœnoſorum itinerum, ea Comites per Vicarios & officiales ſuos exequerentur*, &c. Adde c. 33.

TRAINA. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 107. *Cabannaria in Villa Perdita, ſervitium per Kalendas duo membra de carne, & 2. panes, & 2. trainas, & unum faſſum de teda.* Adde fol. 108. 113. Rurſum fol. 114. *Et 1. cartallum de fabis, & 3. trainas de lignis, & 10. faxos de majeria.*

TRAINELLUM. Catholicon Armoricum: *Trainell, Gall.*

c'eſt trainel à aider à chaucer, chaucepié, Lat. hic parcopollex, item hoc trainellum. Vide *Parcopollex.*

Traita. Charta Guigonis Comitis Forenſis an. 1253. pro Libertatibus Villarezii: *Remittimus hominibus antedictæ libertatis bannum quod habebamus in dicta villa de vinis noſtris vendendis in menſe Auguſti, excepta traita, quam ad manus noſtras expreſſè retinemus.* Hinc fortè noſtris vectigal, *Traite foraine*, ſeu ea præſtatio pro mercibus quæ in Regnum inferuntur, vel ex eo efferuntur.

Tralia. Vide *Trelia.*

Tramallum, *Tramela*, ſpecies Retis ad capiendos piſces, Gallis *Tremail*, Italis *Tramaglio*, ſic dicta, quod tribus *maculis*, vel triplici *macularum* ordine, quas *Mailles* noſtri dicunt, confecta ſit. Catholicon Armoricum: *Tramaill, c'eſt une rets à peſcher. Lat. hoc tragum, verriculum.* Tabularium Vindocinenſe ch. 240. *Quatuor tractus retis, quod vulgariter vocant Tramallum, ad capiendos piſces.* Schedæ MSS. Corbeienſes de Menſa Abbatis: *Et ſciatur quod talis debet eſſe tramela, dont on prent roces, (piſciculos) quod de facili per foramina tramela poſſint tranſire tres medii digiti de manu dextra.* Vide *Tremaclum*, & Menagii ac Ferrarii Orig. Ital.

Tramen *de arboribus*, in Gloſſ. Saxonico veteri, ƿpæc. In Cottoniano, *Framen*: ubi Somnerus: Neutrum intelligo. Fortaſſe *Termes*, quod Belg. *Speck maede.*

Tramisum. Vide *Tremiſum.*

Tramoserica, *Veſtis quæ ſtamina ex lino, tramam vero ex ſerico habet.* Papias & Ugutio. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Tramaſericum*, ƿeolcen ab. Ubi ƿeolcen, eſt ſericus, bombycinus. Charta donationis factæ Eccleſiæ Cornutianæ, edita à Suareſio: *Maforteṁ tramoſericum, rhodomelinum, aquilatum.* Ibidem: *Vela tramoſerica praſinopurpura.* Chartula plenariæ ſecuritatis exarata Juſtiniano imperante, apud Briſſonium lib. 6. Formul. *Camiſia tramoſerica in cocco & praſino valente ſolidos tres ſemis.*

Trana, Lydio, & Goldaſto, *Evectio, tractoria.* At *Evectio trana* dicitur conjunctim, in Charta Caroli M. apud Will. Hedam in Rixfrido Epiſcopo Trajectenſi: *Præterea præſenti præcepto decernimus — ut non per ullos portus, neque per civitates, ubicunque in noſtro regno aut pagis, aut territoriis, teloneus exigatur nec de navali vel carrali, neque de ſaumis, ſeu trana evectione, vel rotaticum, vel pontaticum, — requiratis vel exigatis,* &c. Quid ſit *trana* hoc loco, non facile eſt aſſequi. Papias MS. *Tranas quidam putant eſſe quibus mare colligitur: Donatus vero vehicula eſſe ſine rotis.* Donatus habet *Traha*, non *trana*, ad 1. Georgic. unde conficitur perperam Papiam apud eundem *tranas* legiſſe. Rectè tamen dixit *tranas* eſſe locum ubi mare colligitur: ſunt enim *piſcatoria*, ſeu *piſcaria*, quæ ad ædium veſtibula conficiebantur in mari, quas Leo Imp. Nov. 57. & 104. ἐποχὰς vocat, quaſi *aquarum maris remoras*, nos *Retenues d'eaux* dicimus, poſteriores verò Græci τράτας, ut autor eſt Michael Attaliata in Synopſi tit. 95. Eæ autem ἐποχαὶ, non tam fuere *retia in mare extenſa confixis palis*, quod vult Cujacius lib. 14. Obſervat. cap. 1. quàm maritimæ piſcinæ, ſeu ex aqua maris exundantis in ipſo littore confectæ. Proinde *tranæ evectio*, nihil aliud fuerit quàm quod pro piſcium maris evectione penſitabatur: quod & *Tranaticum* dicitur in Charta Ludovici Pii, & Caroli C. ex Tabulario Flaviniacenſi: — *Nec ſalutaticum, nec landaticum, nec tranaticum, nec de hoc quod homines ad eorum dorſa portant exigere aut exactare præſumas.* Adde Appendicem ad Capitularia v. cl. Steph. Baluzii n. 67.

Tranatorium, ab eodem fonte quo *trana*. Florentius Wigornienſis an. 465. *Hengiſtus & Æſca cum Britonibus prope Wippedes-fleote, id eſt Wippedi tranatorium pugnaverunt.* Anglo-Saxonibus ƿleat, *æſtuarium, gurges, amnis.*

Tranex. Edictum Rotharis Regis tit. 103. §. 61. & Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 7. *Si quis tranicem de vite aliena inciderit, componat medium ſol.* Ita tres editiones. Quidam codices MSS. habent *travices*, & in lemmate, *de radice vitis*. Sed legendum puto *de traduce vitis*, ut in ipſa lege *traducem*, id eſt vitis ſurculum, quem ita appellant Varro lib. 1. de Re ruſtica, Columella lib. 4. cap. 29. lib. 5. cap. 6. & alii. Niſi titulus *de radice vitis*, ſit vice Gloſſematis. Itali *Tralcio* dicunt.

Tranquillitas, Titulus honorarius Imperatorum, apud Vegetium lib. 2. in prologo, & alios. Vide *Serenitas.*

Transactare, Transferre, poſſeſſionem aut rem in alium tranſferre, in Statutis Venetis an. 1242. lib. 3. c. 39. & conſulto 16.

Transactum. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 59. *Si cujuſcunque ſervus aut aldius, ancilla aut aldia in furto comprehenſi fuerint, & dominus eorum neglexerit eos liberare, & uſque ad dies 30. eos dimiſerit, ſint ſefangi, & habeat eos in tranſactum, cui furtum fecerint, & componat poſtea ipſum furtum ſicut Lex & Edictum continet.* Hoc eſt ſibi habeat ipſos ſervos quaſi per modum *tranſactionis*, ſeu pacti.

Transalpinare, Trans *Alpes* proficiſci, Romam vel in Italiam contendere. Jo. de Janua: *Tranſalpinare, ultra Alpes ire.* Robertus Monachus lib. 2. Hiſt. Hieroſol. *Sed natale ſolum tranſeuntes diverſo tempore & itinere tranſalpinaverunt.* Utuntur Gregorius VII. PP. lib. 1. Epiſt. 9. Hildebertus Cenoman. Epiſt. 9. ex iis quæ editæ ſunt to. 13. Spicileg. S. Bernardus Epiſt. 164. 244. 245. Petrus Bleſenſ. Epiſt. 59. Otto de S. Blaſio c. 16. 24. 28. Nangius in Chron. an. 1156. Richardus de S. Germano in Chron. an. 1236. Rogerus Hovedenus pag. 528. Matthæus Weſtmonaſter. an. 1133. 1217. Matthæus Paris an. 1257. Godefridus Monach. S. Pantaleon. an. 1166. &c.

Transcapolare. Vide *Capellare.*

Transcendere, Præceptum tranſgredi. Conventus apud Andelaum apud Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20. *Si qua pars præſentia ſtatuta ſub quacunque calliditate tempore quocunque tranſcenderit.*

Transcornati. Chronicon Novalicenſe, de quodam *joculatore*, qui dux viæ fuerat Carolo M. pergenti in Italiam contra Longobardos: *Tunc accedens jamdictus joculator ad Regem, petiit ut ſibi promiſſum daretur quod ante illi pollicitus fuerat. Tunc ait illi Rex, Poſtula quod vis. Cui ille, Ego aſcendam in unum ex his montium, & tubam fortiter perſonabo corneam, & quantum longè audiri potuerit, dabis mihi in merito & munere cum viris & feminis. Et Rex, Fiat tibi juxta verba tua. Qui protinus adorans Regem abiit. Aſcendenſque in uno monticulo, fecit ſicut dixerat. Deſcendenſque, ibat per viculos & arvam, & interrogans quos inveniebat, Audiſti, inquit, ſonitum tubæ? Cui ſi dixiſſet, Etiam audivi, dabat illi mox colaphum dicens, Tu, inquit, es meus ſervus. Ita ergo dedit illi Karolus, quantum ſonitum tubæ audiri potuit, atque ita dum vixit tenuit, ſuique filii poſt eum, qui uſque in præſentem diem ſervi ipſi Tranſcornati vocantur.*

Transductorium. Vide *Devolutorium.*

Transenna, Cancellus, κιγκλίς, in Onomaſtico Lat. Gr. Anaſtaſius in Sixto III. PP. *Item fecit Sixtus Epiſcopus Confeſſionem B. Laurentii Martyris cum columnis porphyreticis, & ornavit tranſennam & altare, & Confeſſionem S. Martyris Laurentii de argento puriſſimo.*

Tranſenna, Feneſtra. Gloſſæ Græco-Latinæ, κιγκλιδωτὸς φεγγίτης, *Tranſenna.* Quomodo ſcilicet eſt gypſum, vel vitrum pellucidum, per quod lumen intus admittitur. Gloſſæ Lat. Gr. *Tranſenna*, ὑαλὰξ, παγὰ, μαγγανεία θηρίων. Legendum σαγήνη. Paulinus Epiſt. 12. ad Severum: *Latiſſimo verò conſpectu tota ſimul hæc baſilica, in baſilica memorati Confeſſoris aperitur trinis arcubus paribus, perlucente tranſenna, per quam viciſſim ſibi tecta ac ſpatia baſilicæ utrinſque junguntur.*

Transenda, Via, Platea qua tranſitur: ſed propriè via ſtrictior, *Paſſage*, unde Italis *Traſandare*, tranſcurrere, prætergredi. Anaſtaſius in Stephano IV. PP. pag. 94. *Eumque projicientes in terra juxta tranſendam campi*

pi Lateranenſis, ejus effoderunt oculos. Charta Landolphi & Atenolphi Ducum Longobard. *Secus tranſendam, qua pergit ad portam Rufini.* Alia Pandolphi & Landolphi Ducum Longob. in Chronico Beneventano S. Sophiæ: *Concedimus in nominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ ipſam tranſendam, quæ vadit retro ipſam Eccleſiam, & quæ in parietibus ejuſdem Eccleſiæ conjuncta eſt.* Alia eorundem Ducum ibid. *Juxta plateam majorem illam publicam quæ aſcendit de porta Summa, & juxtra tranſendam publicam, quæ olim pergere videbatur erga ipſum prædictum Monaſterium.* &c. Diploma Roberti Regis Neapol. an. 1321. apud Wadding. *Item domus ſeu apotheca — ſita in civitate Neapolis in platea portus, intus anditus ſeu tranſendam communem, & ſunt conjuncta cum prædicto andito ſeu tranſenda communi, ſicuti paries exſiniat.* Adde Sanctuarium Capuanum pag. 643. Vide *Andare.*

TRANSFIGURARE *faciem*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 5. *Walapauz eſt dum quis alienum furtivum veſtimentum induit, aut ſi caput latrocinandi animo, aut faciem transfiguraverit.* Gall. *Se deſigurer le viſage.*

TRANSFLUVIARE, Fluvium pertranſire. Commodianus Inſtr. 50.

Transfluviat hoſtis, tu ſub latebra conde.

TRANSFOSSORIUM. Papias: *Veru, i. transfoſſorium, quo carnes aſſantur.*

TRANSFRANCIARE, ex Anglia in Franciam proficiſci, tranſire, apud Matthæum Paris an. 1257. *Pro negotiis Regis tranſalpinantes & transfranciantes.*

TRANSGRESSIO *ſuper caſu*, JC. Anglis & Cowello lib. 4. Inſtitut. tit. 3 §. 1. eſt cùm quis alterius ſtatum vel conditionem ſuo delicto deteriorem facit.

TRANSGULARE. Ugutio & Joannes de Janua: *Tranſgulare, ultra gulam deorſum immittere, ſcilicet, tranſglutire.* Gloſſ. Lat. Gall. *Tranſgulare, tranſglouter entre, devourer.* Goffridus Vindocinenſis lib. 4. Epiſt. 22. *Habuerunt itaque eſcas, ſed in eſcis illis retia, quibus capti, & hamum, quo ſunt tranſgulati, invenerunt.* Alia fortè notione vocem hanc videtur uſurpare Gilbertus Porretanus Epiſc. Pictavienſis in proœmio ad Commentar. in Boëtii librum de S. Trinitate: *Et ne vel timiditatis anguſtia nos ad ſilentium penitus tranſgulare, vel temeritatis audacia ad garriendum laxare putetur*, &c.

Tranſgulatio. Papias: *Suſpenſio, tranſgulatio, laqueus.*

TRANSIGIA. Libertates villæ de Moneto an. 1269. apud Thomaſſerium in Conſuetud. localibus Bituricenſib. c. 65. *Nullus de franch ſia faciat mihi biennium aut corvatam extra Moneto, niſi tantummodo tranſigias ..... uſque ad domum lepreſorum, quas habent facere,* &c.

TRANSIRE, Defungi, obire. *Tranſitus*, obitus, mors Voces Chriſtianis ſcriptoribus uſitatiores. Beletus c. 4. & ex eo Durandus lib. 7. Ration. c. 2. n. 18. *Tranſitus dicitur feſtum de morte Sanctorum, quoniam animæ illorum à corporibus exeuntes, per ignota ſibi & diverſa loca tranſeunt, ut per cælum aëreum, & æthereum, & cryſtallinum, ut tandem perveniant ad Empyreum.* Vita MS. S. Mauri Abbat.

Non mors dicenda, ſed vero nomine vita

Eſt, obit ut juſtus, cujus ſit tranſitus ortus.

Vetus Inſcriptio Viennæ: TRANSIIT SUB DIE .... OBRIS FAUSTO VIRO. C...... COSS. PROSTERNUNTUR MILITE COELI. Commodianus Inſtr. 42.

Tranſire jubentur ad Dominum partibus dextris.

Gregorius Turon. lib. 5. Hiſt. c. 8. *Eodem anno & B. Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit.* Florentius Wigorn. an. 862. *Sanctus tranſivit Swithunus, & eſt rapetivit. Vitam tranſire*, pro *tranſigere*, quomodo dicimus, *Paſſer la vie*, in Ep. Silonis Regis Hiſp. ad Cixilanem.

Tranſitus, Mors. Vetus Inſcriptio Chriſtiana in S. Crucis Monaſterio Burdegalenſi: *Hic requieſet bone recordationes Famulus XPI. Mummolenus qui vixit annus CC, ſeptuagenta, apud quem nullus fuit dolus malus, qui fuit ſine ira jocundus hoc eſt accepit tranſitum ſub die VI. Idus Auguſtas ubi fecit Auguſtus dies ſeptem anno V. Regnum Domini noſt. Chlodovei Reg.* Teſtamentum Hadoindi Epiſcop. Cenoman. apud Briſſon. lib. 7. Formul. *Ut hanc (villam) miniſtri ejuſdem poſt meum tranſitum teneant, poſſideant,* &c. Idem Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 10. *Die Dominica tranſitum accipio,* &c. *Tranſitus S. Martini*, apud eundem Gregorium non ſemel, Chrodegangum in Regula Canonicor. Metenſium c. 20. &c. Adde Senatorem lib. 8. Epiſt. 8. Leg. Burgund. tit. 42. §. 1. tit. 53. Capitula Walterii Aurelianenſis Epiſcopi c. 18. Formulam 37. ex Baluzianis; &c.

TRANSITUS, *Tranſitorium, Tranſitura*, quod præſtatur à tranſeuntibus per terras alicujus domini: Gall. *Droit de paſſage. Tranſitorium tributum*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 16. *Tranſitoriæ Conſuetudines*, apud Guibertum lib. 3. de Vita ſua cap. 8. Charta Philippi I. Reg. Franc. pro Abbat. Becci in 20. vol. Chart. Regum Angl. in Camera Comput. Pariſ. pag. 17. *Quæ ſive teloneum, ſive tranſitus nominatur, ſive alio nomine dicitur, quod ſolet exigi pro conſuetudine fiſci à vendentibus, vel ementibus, vel tranſeuntibus.*

Tranſitura, in Capit. Caroli M. lib. 4. c. 59. *Ut nullus ad Palatium, vel in hoſtem pergens, vel de Palatio vel de hoſte rediens, tributum quod Tranſituras vocant, ſolvere cogatur.* Lex Longob. habet hoc loco *tranſitorium.* Vide *Traſtura*: quæ vox occurrit, eadem notione in Chartis Italicis apud Ughellum to. 4. pag. 787. 789. 795. Capitulare verò S. Ludov. Pii an. 819. c. 16. *Traſturas*, ubi codd. alii *ſtraturas, tritturas, triſturas*, uti monet Baluzius. Rhenanus lib. 2. Rerum German. pag. 93. videtur legiſſe *ſtraturas. Treſturas* verò habet Charta Caroli C. an. 18. Ind. 2. in Tabul. Dervenſi: *Silvas etiam quas ex omni parte in circuitu Monaſterii conceſſimus, & mercatum in prædicta villa Glonna, & treſturas ad ſalem emendum, quas de pontanatico S. Petro & B. Berchario in uſus Monachorum tradidimus.*

Tranſitus viæ publicæ. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 232. *Correptionem omnium menſurarum, exceptis alodiis quæ homines tenent ad placitum generale reſpicientes, & publicæ viæ tranſitum.* Id eſt juſtitiam criminum quæ in itineribus publicis committuntur: *La Juſtice des grans chemins.*

Tranſitus, dicitur de Præfectis aut Judicibus provinciarum, qui in regiones vel urbes aut vicos ſui diſtrictus *diſcurrunt*, juris dicendi, vel de criminibus inquirendi gratiâ, in l. 4. Cod. Th. de Off. Rector. prov. & l. 6. Ne quis in Palatio, &c.

TRANSLATARE, Transferre, in aliam linguam vertere. Anaſtaſius in Hadriano PP. *Quam Synodum — in Latinam linguam tranſlatari juſſit.*

Tranſlatare, Aliò transferre. Idem Anaſtaſius in S. Hadriano PP. pag. 115. *Tranſlatavit atque introduxit in eam corpora ſanctorum Martyrum,* &c.

TRANSLATICIE pro *Defunctoriè*, utuntur Juriſconſulti.

TRANSLATIO, in lege 15. & 40. Cod. Th. de Epiſcop. Eccleſ. & Cleric. pro angariarum, parangariarum vel navicularìæ etiam tranſlationis onere, ſumitur, cùm ſcilicet res fiſcales tranſvehendæ erant vel annona militaris. Vide Jacob. Gotofredum ad d. leg. 40.

Tranſlatio, idem quod *Tranſitus*, ſeu teloneum quod pro *transferendis* & tranſportandis mercibus exſolvitur. Appendix Codicis Theodoſ. Conſtit. 11. *Nulla pontium reſtauratio, nulla tranſlationum ſollicitudo gignatur.*

Tranſlatio cauſæ, Gallis practicis *Evocation*: cùm ab inferiori Curia ad ſuperiorem evocatur. Vide Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 16. §. 24. lib. 3. cap. 20. & 21. & Quoniam attachiamenta cap. 14. §. 3.

Tranſlationes Epiſcoporum, de Eccleſia ſcilicet in aliam Eccleſiam, interdicuntur in Canonib. Apoſt. c. 14. in Concil. Sardic. c. 1. 2. & alibi non ſemel, niſi id aliarum Eccleſiarum neceſſitas exigat, ut eſt in Anthen PP.

Epiſt. Decret. &, ut aiebat Gregorius VII. PP. apud Conradum Uſpergenſem, translationes Epiſcoporum duobus modis fieri poſſunt, neceſſitate vel utilitate. Sed de tranſlatione & mutatione Epiſcoporum præclarè egit omnino Bernaldus Presbyter Conſtantienſis lib. de Reconciliatione lapſorum pag. 277. & ſeqq. Gregorius IX. in Decretal. lib. 1. tit. 7. Franciſc. Bivarus ad Pſeudochronicon Maximi pag. 616. & ſeqq. vir doctiſſimus Lud. Thomaſſinus de Diſciplina Eccleſiaſt. part. 1. lib. 2. c. 24. 25. part. 2. lib. 2. cap. 44. & alii plerique.

TRANSLUCIDUM, Διαφανὲς, διαυγὲς. In Gloſſis Lat. Gr. nos dicimus *Tranſluiſant*.

TRANSMARINARE, Trans mare proficiſci, propriè iter Hieroſolymitanum aggredi, in Chronico Montis-Sereni ibidem an. 1146. & an. 1131. *Peregrinatio tranſmarina*. 1175.

TRANSMIGRARE, Transferre rem aliquam in alium, in Legibus Rotharis Regis Longobard. tit. 62. §. 3. Vetus Charta Longobardica apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 990. *Non in vendendum vel donandum, neque per nullum ingenium in nullum poteſtatem ad proprietatem dandum, aut tranſmigrandum*, &c.

TRANSMISSUS, Intermedius, Italis *Tramesso*. *Aliquid per rogadiam vel tranſmiſſum alteri dandum recipere*, in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 4. 48. lib. 6. c. 15.

TRANSNAVARE, Navi trajicere. Thwroczius in part. Hiſt. Hung. c. 15. *Brachio maris, quod Strictum Sibila dicitur, tranſnavato*. Et in Uladiſlao Rege c. 42. *Circa caſtrum Orſowe Danubio tranſnavato, hoſtilem in terram ſe ingeſſerunt*.

TRANSNOCTARE, Noctem tranſigere, vel rem ultra noctem unam detinere. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 4. *Qui pignorat alium, & tranſnoctet, ut remaneat ipſa pignora apud eum ſuper fidantiam de directo, eſt calonia pignorantis 60. ſol.* Fol. 9. *Tranſnoctare pignus*.

TRANSPASSARE, Ultra progredi, Gall. *Trépaſſer*. Thwroczius part. 1. cap. 24. *Abunde Rheno tranſpaſſato, Lotharingenſium Ducatum igne & gladio vaſtaverunt*.

TRANSPONERE. *Servum tranſponere*, Avertere, Gall. *Detourner*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 14. 15. 16. 17.

Tranſponere, pro *tranſcribere*. Gellius lib. 6. cap. 9. *Locum iſtum totum hunc ex Piſonis annali tranſpoſuimus*.

TRANSPORTANEORUM *paſſio*, Lepra, *Elephantia*, Celſo lib. 3. c. 25. Ἐλεφαντίασις Græcis, ſic dicta quod cutem reddat elephanti corio ſimilem. Senator de Elephante lib. 10. Epiſt. 30. *Cutis hujus ulceroſis vallibus exaratur, à qua Tranſportaneorum paſſio nomen accepit*. Sic autem appellatur à Senatore, quod *cum hac paſſio*, ut ait Cælius Aurelianus Siccenſis lib. 4. χρονίων, cap. 1. *corruptione quadam, vel laxatione extrema cutis in corporibus generetur*, humor ab interioribus, ſeu ut idem ſcribit, *altioribus*, ad ſuperficiem tranſmittitur, ſeu *tranſportatur*.

TRANSPUNGERE, Perforare, ita ut ſanguis exeat. Lex Aleman. tit. 64. §. 3. *Si autem collus tranſpunctus fuerit*. Tit. 65. §. 3. *Si quis alicui brachium ſuper cubitum tranſpunxerit*, &c. §. 5. *Si manum tranſpunxerit ita ut focus non intret ad coquendum retes, vel ſanguinem ſtagnandum*, &c. §. 24. *Si autem in latus punctus fuerit*. Adde §. 26. 30. 31. Lex Anglior. tit. 5. *Corpus tranſpunctum, coxa vel brachium tranſpunctum, & ſanguinis effuſio*. Ibidem §. 13. *Si ipſe ſtomachus perforatus fuerit*, & infra non ſemel. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 93. *Si tranſpunctus ſit ad utrumque os*, &c. *Lumbi truncati — intus puncti. — tranſpuncti*, &c.

TRANSSSOLVERE, idem quod *Solvere*. Formulæ vett. Pithœi MSS. c. 28. *In feſtivitate ſancti illius in luminaribus ipſius loci ſolides tantos vobis & actoribus veſtris dare & tranſolvere faciam*. Cap. 30. *In feſtivitate ſancti illius loci triante uno dare & tranſſolvere faciat*. Cap. 75. *Minimè habui unde tranſſolvere debeam*, &c.

TRANSTOLLENS. Gloſſ. Arabico-Lat. *Fidicina, tranſtollens, vel cantatrix*.

TRANSVADARE. Will. Brito in Vocab. MS. *Tranſvadare dicitur ultravadare, trans vadum ire, vel trans vadum ducere*.

TRANSVECTURA, Oneris vel præſtationis ſpecies, pro tranſvehendis fortè domini rebus, in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1180. Vide in *Parata*.

TRANSVERSARIÆ, Trabes quæ reorum in *cippo*, ſeu ἐν τῷ ξύλῳ poſitorum, pedes conſtringebant. S. Cyprianus Epiſt. 77. *O pedes compedibus & tranſverſariis cunctabundi, ſed celeriter ad Chriſtum glorioſo itinere curſuri*. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 7. *Trabes illa qua vinctorum pedes coarctantur*. Vide Diſſertationem 19. ad Joinvillam pag. 254.

In Conſuetud. Turon. art. 63. *Traverſier*, eſt ſpecies dolii vinarii.

TRANSVERSARIUM, ſpecies Retis, quo piſces in fluminibus capiuntur; deſcribitur à Petro de Creſcentiis lib. 12. de Agricult. cap. 37.

TRANSVERBUM. Vide *Traverſum*.

TRANSVOLUTIO. Vide *Volutio*.

TRAOLIUM. Miracula S. Bertæ Blangiac. Abbat. n. 8. *Filum in traolium de fuſo extrahere cœpit*.

TRAPA, Furni domeſtici ſpecies. Conſuetudines ſeu Libertates Prioratus S. Dionyſii de Capella in Biturigibus, à Richardo & Aymone Archiepiſcopis confirmatæ: *Quinetiam ſi aliquis infra determinatas 4. Cruces moretur ad alium furnum, niſi ad S. Dionyſii panem coxerit, & certum erit; in primis reddito furnacio, legem ſuam emendabit. Si quis etiam trapam habuerit, & ſub ea panem conſuetudinaliter coxerit, ſi convictus fuerit, trapa frangetur, & ipſe legem ſolvet*. Vide *Trappa*.

TRAPEZETA, Monetarius. Jo. de Janua: *Trapezeta, vel trapezita, nummularius, vel menſarius, qui pecuniam ſuper menſam dinumerat*. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Trapezeta, vel monetarius*: Myneтepe. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Trapezeta, Nummularius, Menſularius*. Gloſſ. Gr. MS. Reg. cod. 1673. νομικάριος, τραπεζίτης. Diploma Caroli Simpl. an. 915. pro Abbat. Trenorchienſi: *Concedimus quoque ut trapezetas locus prædictus habeat, qui noſtri nominis ſignum ſingulis imprimant nummis, ne metallorum mixtura adeſſe valeat*. Eadem habentur in Chartis Rodulfi Reg. an. 924. & Henrici I. Reg. an. 1059. pro eod. Monaſterio. Hiſtoria Tranſlationis S. Sebaſtiani n. 88. *Monetam etiam publicam cum incudibus, & Trapezetam perpetuo famulatu ſacris ipſius deſervitura ſubdit*. Arnoldus Lubecenſis lib. 2. cap. 40. *Comiti Adolfo medietatem tributorum totius civitatis de teloniis, de molendinis, de trapezitis, in beneficio dedit*. Notitia Vienenſis Monetæ, in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ fol. 25. de Monetario qui falſam monetam cuderat: *Tamen & omnibus notum ſiat, Trapezeta à Domno Leone IX. PP. excommunicatus, paralyſi perculſus, membris omnibus diſſolutus, impiam vitam digna morte finivit*. Vide lib. Miraculor. S. Vulfranni Epiſc. n. 13.

TRAPPA, Muſcipula, tranſenna, decipula avibus capiendis, Gallis *Trappe*; Itali *Trappoſa*; unde Teutonib. *Trappen*, capere, irretire; noſtris *Attraper*. Pactus Legis Salicæ tit. 7. §. 9. *Si quis turturem de trappa furaverit*, &c. Ubi Lex Salica tit. 7. §. 7. habet *turturem de retis*. Formula 14. ex Baluzianis: *Non eſt homo hic: miſer talis latrat, ſed non ut canis, pſallat de trapa ut linguaris dilator major*, &c. Miracula S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. n. 49. *Pauper quidam in diverticulis Epiſcopalis domus Monaſterii repertus à ſervis, quaſi reus furti pugnis multabatur, & certatim crinibus ad aquam trahebatur*. Deinde infra: *Erat enim ei valdè contritum (crus) quando crinibus de trappa Epiſcopalis domus trahebatur*. Ubi quidam codd. habent *Trappia*. Vide Origines Linguæ Italicæ Menagii & Ferrarii.

TRAPUS. Pannus, panniculus, Hiſpanis *Trapo*, Gallis

drap. Vetus Charta apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 1. cap. 54. *Et quia negaverat quod ſancto Joanni ſervire non debebat, judicavit Rex, ut tollerent ei quicquid habebat in Lecueta, domos, & terras, & vineas, & panem, & vinum, & trapos, & ſic fecerunt, & abſtulerunt ei totum, & duos horreos plenos de tritico.* Vide *Drappus.*

TRASELLUM. Charta Will. Comitis Matiſconenſis anno 1214. apud Perardum: *Notum facio — me aſſignaſſe D. Odoni Duci Burgundiæ 4. denarios in uno quoque traſello pedagiorum meorum, ubicumque recipiantur,* &c.

TRASSA, Penſitationis ſpecies, *queſta*: eſt enim *tracer*, perquirere. Vide *Tracea.* Conſuetudines Monſpelienſes MSS. art. 102. *Monopolium, vel traſſa, vel raſſa nullatenus fiat in Montepeſſulano.* Eædem vernaculæ: *Monopols con raſſa ni traſſa en nulla guiſa non ſia facha en Monpeſler.* Charta MS. Mali Gaulini Comitis Impuriatum an. 1319. *Et directa & utilia dominia, laudimia, foriſcapia, jovas, traſſas, & alias omnes ſervitutes,* &c.

Traſſare, Perquirere. Vide *Canis traſſans.*

TRASTURA. Vide *Tranſitura.*

TRAVA, videtur ſic dicta neſcio quæ præſtatio in blado, avena, &c. ex agris domino penſitari ſolita, incerta mihi vocis origine: tametſi *Trave* videatur fuiſſe menſuræ ſpecies. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 175. *In Foreſthill 2. duas acras de dominicatu, & de ſingulis virgatis unam travam. In una Horſpeda 3. acras, & de ſingulis virgatis unam travam, &c. — de Dentona 4. travas de omni blado.* Adde p. 985. Hiſtoria Fundationis Monaſterii S. Leonardi Ebor. *Conceſſit — de qualibet caruca arante in Epiſcopatu Eboraci unam travam bladi, anno 936. quæ uſque in præſentem diem dicitur Petercorne, cujuſmodi & travas Reges tunc temporis potuerunt ſacris locis ex ſua regalitate concedere & aſſignare. Et nihilominus ex conſenſu incolarum Epiſcopatus Eboraci Rex habuit travas prædictas ſibi & ſucceſſoribus ſuis, ſic quod exterminaret lupos patriam devaſtantes.* Idem Monaſtic. to. 2. p. 380. *Dictum hoſpitale dotatum fuit — ad percipiendum de qualibet carucata terræ arabilis in Kipſchire unam travam de quolibet genere bladorum, & valet per annum 20. ſol.* Tom. 3. pag. 93. *Unam travam bladi de ſingulis carucis villæ meæ,* &c. Parte 2. p. 3. *Trava garbarum.* Charta Joannis Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertat. Eccl. Anglic. to. 3. p. 8. *Firmiter præcipientes quod ſine contradictione & difficultate reddant de carrucis ſuis ad oſtia grangiarum ſuarum travas S. Joannis Beverlaci per manum propriam, vel ſervientium ſuorum, ſicut facere ſolebant antequam trava illa data eſſent ad firmam,* &c.

TRAVACHA. Otto Morena in Hiſt. Rer. Laudenſium p. 53. *Cremenſes verò cognoſcentes ſe non poſſe defendere murum caſtri, quin deſtrueretur, travacham magnam ex lignis & terra ſimul compoſitam ibi intus in ea parte in qua ipſum murum deſtrui videbant, juxta eum conſtruxere.* Et pag. 54. *Quandam machinam, quam fecerant ſuper travacham; quam ipſi ex lignis & terra intus juxta murum caſtri compoſuerant,* &c. Ubi vox *travacha* videtur poni pro *travaglio*, quomodo Galli dicimus *un travail*, pro quolibet munimento ad propulſandos hoſtes extructo.

TRAVER. Gloſſæ Gr. Lat. ξυρὸς, *Novacula.* ξυρὸν κυρίως, *Traver.* Codex S. Germani *craver* præfert.

TRAVERSUM, *Tranſverſum*, Penſitatio quæ exſolvitur ab iis qui trans locum aliquem, aut villam, vel urbem merces vehunt: *Droit de travers*, jus nempe quod competit domino Caſtellano, ſeu majori Juſtitiario, in Conſuetud. Silvaneċt. art. 93. 105. Turonenſi art. 59. &c: & in viis majoribus tantùm exigi poteſt, ut eſt in Claromontenſi art. 229. διαβατικὸν, in Diplomate Andronici Palæologi Imp. apud Phranzem lib. 3. Chron. cap. 24. Charta Rotroci Comitis Perticenſis an. 1136. apud Souchetum ad Vitam S. Bernardi Tiron. pag. 273. *A pedagiis, traverſibus, depriſibus, & quibuſvis conſuetudinibus — liberi ſint.* Charta Ricardi Ducis Norman. an. 1014. tom. 2. Monaſtici Anglic. pag. 1005. *Liberum quoque tranſitum batorum eorum, ſive navium per Sequanam aſcendentium aut deſcendentium — ab omni conſuetudine pontagii, vel traverſi,* &c.

Tranſverſum. Charta Reginaldi Comitis Bononiæ in Tabulario Fiſcanenſi fol. 11. *Relaxavimus Abbati & Monachis — conſuetudinem illam quæ cognominatur Tranſverſum, vel paſſagium, apud Harebben,* &c. Alia Stephani Epiſcopi Pariſienſis an. 1124. *Dedit etiam — omnibus annis 40. ſolidos de tranſverſo ſuo inter S. Dionyſium & Pontiſaram,* &c. Alia Rainaldi de Claromonte: *Et concedo pedagium quod dicitur Tranſverſum de Luſarchis,* &c. Radulfus de Diceto an. 1027. & Jo. Brompton: *Thelonea & tranſverſa — diminuit.* Vide Hemereum in Aug. Virom. pag. 169. & in Regeſto pag. 47. 48. Chron. Nangii an. 1025. &c.

Tranſverſarius, Exactor *tranſverſi*, vulgo *Traverſier*, in Charta Matthæi Comitis Bellimontis an. 1160.

TRAUGUM, Foramen: Picardis *Trou*, vel *Trau*, noſtris *Trou.* Lex Ripuar. tit. 43. *Si quis — in clauſura aliena traugum ad tranſeundum fecerit, 15. ſol. mulctetur.*

TRAYLEBASTON, à Gal. *Tray le baſton*, hoc eſt *Trahe*, vel *Educ baculum*: vox vulgaris apud Anglos, quâ ita ii vocarunt ſeveriores inquiſitiones primitus factas à Juſtitiariis ſub Edw. I. in omnes cujuſcunque generis malefactores. Nic. Trivettus in Chronico an. 1304. *Hoc anno ordinati ſunt Juſtitiarii qui de malefactoribus inquirerent, — & juxta demerita punirent inventos. Hi Juſtitiarii ab hominibus popularibus vocati ſunt de Tray le baſton, quod ſonat, Trahe baculum.* Matthæus Weſtmonaſt. an. 1305. *Circa eadem verò tempora proceſſit in publicum novum inquiſitionis breve, quod Anglicè dicitur Tray le baſton, contra invaſores alienarum terrarum, qui propter timorem conquerentium, ipſas terras vel prædia in manus potentiorum alienarunt, & contra conductitios hominum vapulatores,* &c. Hiſtoria Roffenſis eod. an. apud Spelmannum: *Circa hæc tempora proceſſit in publicum nova inquiſitionis breve, quod Anglicè dicitur Tray le baſton, contra intruſores, conductitios hominum vapulatores, conductitios ſeiſinæ captores, pacis infractores, raptores, incendiarios, murdratores, pugnatores. Multi hoc perempti, multi redempti, multi noxii, pauci innoxii ſunt inventi, adeo quidem rigidè proceſſit hujus cohercionis juſtitia, quod pater proprio filio non parceret,* &c. Adde Thomam Walſinghamum eodem an. 1305. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 77. *Dominus Robertus filius Walteri cum aliis ſuper Tray li baſton apud Chelmisford, inquirendo de malefactoribus,* &c. Apud Spelmannum Juſtitiariorum inquiſitio ſub Edw. III. Rege ſic inſcribitur: *Tray le baſton coram Rogero de Grex & ſociis ſuis Juſtic. apud S. Albanum, an. regni Regis Edwardi III. poſt conqueſtum, quinto.*

TREBAX. *Trebaciſſimus ſenex*, apud Sidonium lib. 1. Ep. 11. ubi Savaro & Sirmondus dici pro *Tribaciſſimus*, vocemque eſſe Græcæ originis, nempe à τρίβαξ, vel τρίβακος, *uſu tritus, verſatus*, obſervant. *Tribaces viri*, apud Plautum in Moſtell. In Gloſſis Gr. Lat. τρίβακες, exponitur *Pannoſus.* Alibi τρίβωνα, *trita*, cap. de Veſtimentis.

Trebaciter, adverbialiter idem Sidonius uſurpat l. 9. Ep. 11. *Malui factum confiteri ſimpliciter, quàm trebaciter diffiteri*, hoc eſt callidè, aſtutè.

TREBUCHETUM, *Trabuchetum, tribucetum, trabucchus, trabucha, tribuculus, trebuculus*, Catapultæ ſpecies, ſeu machina grandior ad projiciendos lapides, & concutiendos urbium obſeſſarum muros. Monachus Vallis Sarnaii c. 86. *Jaciebant ſiquidem hoſtes ſuper noſtros creberrimos lapides cum duobus trabuchetis, mangonello, & pluribus matafundis.* Matth. Paris an. 1246. *Per ſeptem trebucheta ordinata, quæ tam de die, quam de nocte, in caſtrum Capacis projicere non ceſſabant.* Geſta Lud. VIII. R. Fr. a. 1226. *Machinæ eriguntur, trabucheta, petrariæ, man-*

gonellis parum proficiunt. Richardus de S. Germano in Chronico: *Combuſta machina, quæ vulgo dicitur Trebucetum.* Ita enim leg. pro *trebuvetium.* Philipp. *Mouſkes* in Phil. Aug.

Grans perieres & mangonians,
Arbaleſtres & trebukians,
Atravé ſont droit à la mue.

Infra:

D'un trebukiet fit trebukier
Mult grant partie de lor murs.

Trebus, in Chron. Flandriæ cap. 110. *Et avoient avec eux pluſieurs chariots qui menoient trebus & eſpringals.* Cap. 11. *Et ebahirent pluſieurs François de leurs trebus.* Germani *Tribock* dicunt. Fragmentum Hiſt. poſt Albert. Argentin. an. 1212. *Otto Imp. ab Apulia & Italia reverſus obſedit oppidum Viſenſe, quod ſimiliter expugnavit uſque ad arcam — Ibi tunc primum cœpit haberi uſus inſtrumenti bellici, quod vulgo Tribock appellari ſolet.* Apud Petr. de Vineis lib. 2. Ep. 57. ſcribitur etiam *Tribocchus.*

Trabuchus, apud Autorem Hiſt. Obſid. Jadrenſis l. 1. c. 29. 36. 38. l. 2. c. 10. 11. Rollandinum in Chronico lib. 4. c. 2. 4. 14. lib. 10. c. 4.

Trabucha, apud Monachum Paduan. lib. 2. & Petrum de Vineis lib. 2. Ep. 1. Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. c. 165. *E sù arbora 4. trabuchs qui tots jorns tirien deins la ciutat.* Ita non ſemel in Chronico Petri Regis Aragon. edito à *Mich. Carbonello*, lib. 1. c. 12. 17. 30. lib. 4. c. 4. lib. 6. c. 4. *Trabuquet*, in Hiſtoria bellorum Albigenſium lingua vernacula ſcripta MS. in Bibliotheca Regia pag. 277. Petrus Gerardus Patavinus lib. 7. de Geſtis Ezelini pag. 78. *Gatti, mangoni, trabucchi, ponti, & ogni ſorte de munitioni.* Occurrit præterea pag. 80. & in Hiſtoria Cortuſior. lib. 1. cap. 21. lib. 8. cap. 16. lib. 9. cap. 6. lib. 11. cap. 10. *Ædificia trabucantia*, apud Rollandinum lib. 6. c. 6.

Tribucullus, eadem notione apud Jacobum de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. *Quæ omnes (teſtudines) remanſerant integræ, præter unam, quæ crebris tribuculis Templariorum ictibus concuſſa fuit aliquantum.* Infra: *Inventi ſunt in Damiata tribuculi quatuor, cum petrariis & mangonellis.*

Tribunculus, apud Matth. Pariſ. an. 1099. *Petrarias, tribunculos & arietes.* *Trebuculus* apud eund. an. 1218. *Neque inſultu petrariarum, aut trebuculorum ictibus, parum vel nihil profecerunt.* An. 1219. *Cum diutius uſu petrariarum & trebuculorum aliarumque machinarum muros civitatis ſubvertere laboraſſet.*

Trabuculus, in Hiſt. Obſid. Jadrenſ. lib. 2. cap. 14.

Trepget, pro *trebuchet*, apud Henricum de Knyghton an. 1382. *Poſuerat etiam unam machinam magnam, & unum trepget, cum una magna gunna*, &c. Hinc appellatio manſit apud nos inſtrumentis, aut machinulis ſuſpenſis & lapſilibus, ad captandas aviculas. Has enim etiamnum *Trebuchets* appellamus. Vide *Tribulus*, & Meurſium in *τριβουκέτον*, ex Gallico *Trebuchet.*

TREBUCULUS. Vide *Trebuchetum.*

TRECA. Vide *Trica.*

TRECENSUS, Cenſus ex *terra* ſeu prædio, quaſi *Terracenſus*, Gall. *Trecens.* Vetus Charta in Auctario Flodoardi apud Labeum: *Ad trecenſum eam* (terram) *dederunt pro 3. libris nummorum Virmandenſium, quos ſingulis annis acciperent de cenſu apud Noviacum in feſto S. Dionyſii.* Ægidius Aureæ-vallis Monachus c. 98. *Orta eſt contentio inter Ducem Lovanienſem & Comitem Loſſenſem propter tricenſum ſancti Trudonis ad Epiſcopum Metenſem pertinentem.* Charta Guarini Epiſcopi Ambian. anno 1144. in Tabulario Abbatiæ S. Joannis Ambianenſis fol. 19. *Et clauſuram piſcium quam Gilo de Sens dedit inter Pontem & Somam fluvium ſub trecenſu trium ſolidorum & tercentum anguillarum.* Infra: *Conceſſerunt Eccleſiæ S. Joannis ſub trecenſu 40. ſextariorum frumenti.* Charta an. 1189. in Hiſt. Drocenſi p. 239. *Omnem terram quam juxta Cortiaas tenebam de Monaſterio S. Theobaldi ad trecenſum 10. ſolid. fratribus Eccleſiæ B. Mariæ ſanctique Evodii de Brana vendidi & contuli in eleemoſynam ſub eodem trecenſu perpetuo poſſidendam.*

TREFFUNDUS, quaſi *Terræ fundus*, Ager, ſolum, *Treſfond*, in Conſuetudine Turon. art. 1. & in Bapalmenſi. Charta Radulfi Comitis Sueſſion. anno 1233. in Hiſtoria Monaſterii Sueſſionenſis pag. 449. *In toto territorio, ſive treffondo, nec non in dominio vel juſtitia Eccleſiæ*, &c. Uſatici urbis Ambianenſis MSS. *Et à ſavoir que cil qui ara ſuer l'iretage le premier cens, c'on apele le Treffons, ou s'il i avoit ſuer le lieu 2. treffonciers, ou plus, auſſi bien à un come à pluiſeurs, l'iretage leur ſera delivrés, ne ne ſeront tenu à rendre nul chens u chians qui les i ont, ſe n'eſt du treffons. Et ſe cil qui les i ont autrement que de treffons voelent rendre à treffonciers leurs cens, l'iretage ſera delivrés à celi qui le premier cens i ara apres le treffonſier*, &c. Ita etiam hæc vox *Treſonciers*, qui terræ fundum poſſident, in Charta Philippi Regis Franc. an. 1335. *Et en la relation des ſiis aſſeeurs furent trouvées aucunes choſes doubteuſes & obſcures, ſi comme ſurfais de bois, tiers & dangiers de bois, d'autres treſfonciers & autres choſes, leſquels par couſtume de pays ne par adviſement de comptes, ou d'eſcripts, ne portoient eſtre bonnement juſtement priſez ne eſtimez à vallue de terre, ne a pris ancien*, &c. Vide Origines Alſatienſes Vignerii p. 140. 141.

TREGUA. Vide *Treva.*

TREILA, *Tralia*, *Trilia.* Tabularium Bellilocenſe in Lemovic. ch. 151. *Manſum ubi Raynaldus manet, cum ipſa trelia.* Et ch. 155. in Charta Lothario regnante ſcripta. *Campmanſionilem noſtrum indominicatum cum ipſo orto, & cum ipſis vineis, & cum ipſis triliis indominicatis.* Tabular. Brivatenſe ch. 188. *Et treliam cum curte, & orto, & exeo: & treliam unam quam ipſe excolit*, &c.

Tralia. Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni apud Perardium pag. 96. *Quod — Præpoſitus Divionenſis homines S. Stephani — placitabat propter tralia — quæ ipſi in quibuſdam locis deſtruxerant.* Occurrit ibi pluries.

Trillca. Jacobus I. Rex Aragonum in Conſtitutionibus Catalaniæ MSS. *Domus, campi, vineæ, & omnes arbores cujuſcumque generis ſint, trillca, orti, ortales*, &c. Nos *Treilles* dicimus trichilas, ſeu pergulas in cratis modum confectas, quibus vites ſuſtentantur, quaſi fortè *trilices.* Vide *Trolium.*

TREMA. Gloſſ. Gr. Lat. MS. *τρῆμα, ἡ ὀπὴ, ſemita, trema.* Editum habet *Trames.*

TREMATA, *Romaria*, Papiæ MS. habet *remaria.*

TREMACLUM. Lex Salica tit. 29. §. 32. *Si quis ſtatuam, aut tremaclum, aut vertuolum de flumine furaverit*, &c. Ubi *tremaclum* Goldaſtus Germanicum *tremmel* interpretatur, quod gyretur, inquit, ad aquam aliquò transferendam: Bignonio verò & Wendelino, eſt rete bene contextum maculis, quod Normanni, *Tremail*, Burgundiones *Tremailler* vocant, fortè quod ternis maculis conſtet, quomodo *Trilices* dicunt Latini. At §. 28. de furto *retis ad anguillas capiendas de flumine*, jam egit. Deinde *ſtatuam*, hoc loco, pro *conto* accipi ſupra obſervatum: unde *Tremmel* Goldaſti, ſeu ſparum, commodè accedit. Vide *Tramallum.*

TREMELLUM. Monaſticum Anglicanum tom. 1. p. 470. *Sciendum tamen eſt quod prædicti Monachi facient ſectam molendini mei tam de blado ſuo, quàm hominum ſuorum. Ita quod ipſi habeant primam molituram poſt bladum quod invenerint in tremello: braſium autem proprium in curia ſua molent.* Vide *Tremuia.*

TREMERELLUM. Charta Communiæ Atrebatenſis an. 1211. art. 37. *Banni vini & banni venditum à 60. ſolidis & infra, & banni de tremerellis remanebunt hominibus civitatis.* Charta Communiæ Hamenſis: *Habent inſuper Major & Jurati mandatum ſuper ludos, quos vulgo vocant Tremerel, & ſuper potationes in tabernis.* Eadem Gallicè exarata: *Sur les jeus c'on apelle Tremerel, & ſur buveries en tavernes.*

TREMIA. Breviloq. *Item dicitur pars Eccleſiæ, quæ dicitur Tremia.*

Tremiſium, *Tremeſium*, idem quod *Trimenſe triticum*. Iſidorus lib. 17. c. 3. *Trimenſe triticum ideò nuncupatum, quia ſatum poſt tres menſes colligitur.* Τεμηναῖος πυρὸς, Dioſcoridi lib. 2. c. 107. In Gloſſ. Lat. Gall. *Trimenſe, une maniere de blé ſecourgon*: noſtris *Tremés*, aut *tremois*, quod alii *les Mars*, vel *Marſes*. Illud quod Itali *Martiolinum*, vel *Martiollum* vocant, ex eo quod Martio menſe ſeritur, ut ait Angelus Palea in Antidotar. Meſuæ c. 111. Uſatici urbis Ambianenſis MSS. *Nus ne doit meſurer pour vendre & pour acater blé ne tramois, fors a le meſure le Vidame.* Vide Conſuetud. Comitatus S. Pauli cap. 22. Tabularium S. Benigni apud Perardum an. 1206. *Iſtorum autem 3. jornalium unus erit in frumento, alius in tremeſio, tertius in verſatura.* Sed ibi legendum *verſatura*, Gallis *Jachere*. Tabularium Prioratus Neronis-villæ f. 12. *Medietatem ivernagii, & medietatem tremeſii*, &c.

Tremſatica ſatio, ſeu ſatio *trimenſis tritici*. Polyptychus S. Remigii Remenſis: *Manſi ingenuiles 34. arat unuſquiſque ad hibernaticam ſationem mapp. 1. habentem in longum perticas 60. in tranſverſum perticas 6. ad tremſaticam ſationem ſimiliter, facias corvadas 4.* Infra: *Manſus ingenuilis 1. habet in taſchàreto, facit mapp. 1. ad tremſaticam ſationem, & donat decimam de annona.* Polyptychus Floriacenſis: *Arant ad hivernaticum unuſquiſque (manſus) perticas 4. ad tramiſium 2.* Occurrunt eadem verba ibi non ſemel.

Tremiſſis, pro *Treſſi*, ſeu tertia parte aſſis, vocem eſſe inferioris ætatis pridem obſervatum à viris doctis. Capitolinus in Alexandro Severo: *Tremiſſes aureorum formati ſunt.* Utuntur paſſim Lex Wiſigoth. lib. 7. tit. 2. §. 11. tit. 4. §. 4. tit. 6. §. 5. l. 8. tit. 3. §. 10. 12. 15. tit. 4. §. 11. 26. 31. lib. 9. tit. 1. §. 9. 14. Lex Burgund. in præfat. & tit. 4. §. 3. tit. 5. §. 3. tit. 6. §. 1. tit. 27. §. 1. Add. 1. tit. 2. §. 3. Lex Bajwar. tit. 1. c. 3. §. 1. tit. 8. cap. 2. §. 4. Lex Friſion. tit. 1. §. 9. Lex Alemann. tit. 75. 77. &c. præterea Julianus Anteceſſor, Concil. Bracarenſe an. 572. c. 4. Paulus Warneſridus lib. 5. cap. 39. Leo Oſt. lib. 1. c. 8. &c.

Tremiſſus, eadem notione. Pactum Childeberti & Chlotarii §. 6. *Si ſervus minus tremiſſo involaverit*, &c. Lex Alamannor. tit. 1. cap. 6. §. 3. *Saiga autem eſt quarta pars tremiſſis, hoc eſt denarius unus, — tremiſſus eſt tertia pars ſolidi, & ſunt denarii quatuor.*

Trimiſium. Anaſtaſius Bibl. in Silveſtro: *Domum quæ præſtat ſolidos 58. & trimiſium.* Idem in Exilio S. Martini: *Nec ſemel de regione iſta uſque ad unum trimiſium, frumentum potui comparare.*

Tremulare, Dubitare, in Gloſſario Arabico-Lat.

Tremum. Pars brachii inter cubitum & pugnum. Lex Longob. lib. 1. tit. 5. §. 6. *Si homini libero brachium — ſubtus cubitum, hoc eſt tremum, — ruperit.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 111. §. 6. habet, *quod eſt thereno*.

Trenca. Gratianus Lucius in Cambrenſi everſo pag. 306. *Accuratiorem Hiberniæ diviſionem priſcus quidam ſcriptor Fintanus, Orſear dictus, carmine complexus eſt, è quo quæ huc facientia deſumpſerim, hic ſubjicio. Hiberniam univerſam in Thrinchecheadh, quod voce Latina Trencæ, neſcio unde hauſta Oſullevanus exprimit, diſpeſcuit. Trencam autem 30. pagis conſtare Fintanus ait, addit que ſingulos pagos paſcua 4. boum armentis ſic diſſita, ut ſe mutuo non pertingant, abunde ſuppeditare. Ultoniam verò 35. trencas; Mediam 18. Connaciam 30. &c. complecti affirmat.*

Trencatæ, Ventris tormina. Gervaſius Tilliberienſis in Otiis Imper. MSS. *Tortiones ventris, quas vulgò Trencatas nominant.* Galli etiamnum *Tranchées* dicunt, quod præ dolore contortionum veluti rumpantur inteſtina, & diſcindantur: *trancher* enim ſcindere, ſecare, dicimus: quod ea tormina ſulcos & *trencatas* in ventre efficiant.

Trencatum, *Trenchea*, Vallum, foſſa, ex Gallico *Trenchée*: Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 211. *Locum ſuum in mariſco de Dunſton, ubi bercaria ſua ſita eſt, cum trencato ſuo, & aliis foſſatis ſuis.*

Trenchea, in eodem Monaſt. to. ., pag. 3.

Trentale. Charta an. 1158. Clementis Decani Eccl. Paris. in Magno Paſtorali lib. 3. ch. 32. *Si verò aliquis Capellano vel Parrochiali Sacerdoti nummos, vinum, annonam, vel etiam illud, quod vulgo Trentale appellat, reliquerit, commune habeatur.* Id eſt pecuniam, quæ pro trentenario adimplendo Sacerdoti exſolvitur. Vide *Tricenarium*.

Trentenarium. Vide *Tricenarium*.

Trepalium. Concilium Autiſiod. c. 33. *Non licet Preſbytero, nec Diacono, ad trepalium, ubi rei torquentur, ſtare.* Concilium Matiſcon. II. cap. 19. *Definientes ut ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat, neque interſit atrio ſanciolo, ubi pro reatu ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt.* *Trepeil* videtur appellare vetus Poeta Gallicus MS. *du Chevalier au Bariſel*.

> *Vous m'avez mis en mal trepeil,*
> *Pour chel diable de bareil.*

Le Roman de Rou MS:

> *Toute iert Bretaigne en grant trepeil.*

In Gloſſ. Lat. Gall. *Trepallus*, [illegible], bis legitur. Eſt autem *Priapus* machina bellica, ſed apud ſcriptores longè recentioris ævi. Verùm *trepallus*, pro *triphallus* hic legi obſervat Salmaſius.

Trepedia. Vide *Tripetia*.

Trepellum. Autor Mamotrecti ad 4. Regum cap. 9. *Globum, i. trepellum. Globus eſt rotundus acervus, aut volumen, aut augmentum.*

Trepoit. Vide *Trebuchetum*.

Trepidare, idem quod *Torneare*. Haſtiludio ſe exercere, vel decertare: à *trepidare*, quod de equis dicitur qui citato gradu incedunt, Gallis *Galoper*, unde *trepidarii* equi, de quibus mox. Concilium Albienſe c. 15. *Trepidare quoque, quod vulgariter Biordare dicitur, cum ſcuto & lancea aliquis Clericus publicè non attentet.*

Trepidarii equi, Vegetius lib. 1. de Arte veterin. c. 56. *Quod nihilominus inventum conſtat à Parthis, quibus conſuetudo eſt equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire. Non enim circulis atque ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant, ſed ipſos equos, quos vulgò Trepidarios, militari vocabulo Tottonarios vocant, ita edomant ad lenitatem & quædam blandimenta vecturæ, ut aſturconibus ſimiles videantur.* Ubi legendum fortè *Trottonarios*, vel *Trotarios*. Leo Imp. in Tacticis cap. 7. [illegible]. Ubi à voce Κάλπη, quæ eadem notione occurrit prætereà apud Pelagonium lib. 1. Hippiatr. cap. 24. orta vox noſtra *le Calop*, ſeu *le Galop*, uti pronuntiamus. Vide *Trotare*, & *Tripedare*, & Salmaſium ad Hiſtoriam Auguſtam pag. 244. 245.

Treſellus, Dolii vinarii ſpecies. Tabularium Foſſatenſe: *Alenton, ubi habet dicta Abbatia unum treſellum boni vini in vindemiis ſuper quibuſdam vineis.* Uſatica Vice-Comitatus Aquarum Rotomagi MSS. ubi de præſtationibus pro vino: *De tonneaulx qui ſont ſur le bout 5. ſols, pour chacun doublier 3. ſ. 6. den. pour le treſel 4. ſols, pour le tonnel de Rochelle*, &c. Infra: *S'il en a en batel, ou en la nef 19. tonneaux, & il y a doubliers, treſeaux, ou charetée qui facent moeſon, le tonnel ne doit pas eſtre prins més la moeſon de 19. tonneaulx*, &c.

Treſpellius, vel *treſpellio*, Trium villarum, quaſi *treſvillio*, *trivillanus*; *bell* enim Germanis eſt villa. Alii ſcribunt *belle* dici campanulam, unde *belhuys* campanarium dicitur, *treſbellio*, *dryſchel*. Ita *treſbellio*, erit *de trois clochers*. Lex Salica tit. 3. §. 7. *Si quis taurum gregem regentem furaverit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit, hoc eſt treſpellius, 700. den. — culpab. judicetur.* Quibus verbis, ut quidam putant, non tam taurus, quem *Bannalem* dicimus, intelligi debet, quàm is de quo Conſuetudo Britannica art. 420. *En trois villa-*

ges peut avoir un taureau qui ne peut eſtre empeſché d'aller à ieu : & pour icelui quelque part qu'il ſoit trouvé, ne doit eſtre payé amende, deſdommage, ou aſſiſe. Ex Lege igitur Salica docemur jam olim taurum admiſſarium communem fuiſſe tribus *villis*, ſeu pagis.

Tresidia. Charta Walteri *de Gant* Comitis apud Edw. Bylleum in Notis ad Uptonum pag. 86. *Cum ſuis pertinentiis ſibi congruentibus, boſcis, ſubboſcis, aquis, ſtagnis, gurgitibus, piſcariis, vaſtis, moris, mariſcis, turbariis, treſidiis, petariis, gardinis,* &c.

Tressalitus. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 67. *Si quis Judæo, vel Saraceno baptizatis retraxerit illorum legem, vel appellaverit eos Treſſalits, vel Renegats,* &c.

Tressorium. Vide *Treca.*

Trestellum, Fulcrum menſarium, tripedis ſpecies, Gallis, *Treſteau.* Fleta lib. 2. c. 16. §. 1. *Menſas & treſtella providere & reparare.* Apud Will. Thorn. an. 1309. *In tabulis, treſtellis, dreſſoriis faciendis,* &c.

Trestornatus, Deflexus, *Deſtourné. Treſtornata aqua & obſtructa,* apud Bracton. lib 3. tit. de Act. c. 12. §. 6. & in Fleta lib. 2. c. 52. §. 18. *Eaues treſturnées,* apud Brittonum pag. 32. v. 71. v. *Le Roman de Garin :*

Là veiſſiés treſtourner & guenchir.

Vide *Tranſtornatus.*

Trestura. Vide *Tranſitura.*

Treva, *Orenga, Trevia,* &c. Ugutio : *Treuca, vel trenga, ſcriptio Regalis vel ſecuritas : unde treugare, ſedare, pacificare, trengam facere, & Trengarius, qui trengas inter aliquos facit.* Gloſſ. Lat. Gall. *Trenga, Treves, ſeureté. Trengarius, qui fait treves. Trengare, faire treves, appaiſer.* Agellio lib. 1. cap. 25. induciæ dicuntur *Pactitia armorum ceſſatio.* Baldo in l. 1. D. de Pactis : *Trenga, ſecuritas præſtita rebus & perſonis, diſcordia nondum finita. Pax vero eſt finis diſcordiæ, vel plena diſcordiarum ſedatio.* Philippus de Bellomanerio in Conſuet. Bellovacenſi MS. cap. 60. *Treve, eſt une coſe qui donne ſeureté de le guerre el tans que ele dure.* Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. part. 2. cap. 10. *L'en doit ſavoir que Treve, ſi come l'en la prent en laie court, eſt un aſſegurément qui eſt fait par la foie baillie du cors, que celui qui la donne ne fera meſuy mal, ne ne fera fere, ne, par lui, ne par autre à celui a qui il la donne.* Leges Alfonſinæ part. 7. tit. 12. lege 1. *Tregua es un aſſeguramento que ſe dan los fijos dalgo entra ſi unos à otros, deſpues que ſon deſafiados, que non ſe fagan mal en los cuerpos, ni en los averes, en quanto la tregua durare,* &c. Adde part. 7. tit. 12. Vox porro *Treva,* vel *Trenga,* à Saxon. ꞇꞃeop, vel Germanico *trew,* aut *Truewe,* fides, pax, fidelis, verus, vulgò deducitur. Will. Tyrius lib. 1. cap. 15. *Pax, quæ verbo vulgari Trenga dicitur.* Guil. Neubrigenſis lib. 5. cap. 3. *Induciæ, quas Trengas vocant.* Fulbertus Epiſt 93. *Quin Epiſcopo tuo trengam des.* Occurrit in Lege Longob. apud Willelmum Armoricum, Joan. Sariſberienſem Epiſt. 159. & alios paſſim.

Treva, ex Gallico *Treve,* apud Hugonem Flaviniac. an. 1041. & Gregorium VII. PP. lib. 5. Epiſt. 16.

Trevia. Guillelmus Pictavenſis in Geſtis Guillelmi Nothi Reg. Angl. pag. 193. *Sanctiſſimè in Normannia obſervabatur Sacramentum pacis, quam Treviam vocant.* Fulcherius Carnot. lib. 1. Hiſt. Hieroſol. cap. 1. *Juriſiurandi firmitudine pacem, quam dicunt Treviam, invicem tenendam conſtituerunt.*

Triuva, in Legib. Luitprandi Regis Longob. tit. 27. §. 1. Τρέβα, apud Pachymerem lib. 13. c. 34.

Treuvia, apud Albericum in Chron. MS. an. 1095. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS.

Quar il n'ot triuwe ne reſpit.

Tregua, ex Italico *Triegua,* vel Hiſpanico *Tregua.* Acta Alexandri III. PP. apud Baron. an. 1177. *Et treguam Lombardorum — bona fide ſervabit.* Habetur ibi non ſemel. Rodericus Tolet. lib. 3. de Reb. Hiſp. cap. 24. *Interpoſito fœdere treguarum.* Mox : *De datis treguis defuerunt.* Ita lib. 7. cap. 30. 34. in Hiſtoria Cortuſiorum paſſim, & in Conſuetudinibus Teneræmundanis art. 90. apud Lindanum pag. 94.

Trengæ dabantur, vel in Curia Principis, vel in Curia domini ſuperioris ſeu vaſſalli Principis, altero ex iis qui in bello erat petente, ita tamen ut eas domino auferre non liceret, ut eſt in Conſuetudine Andegav. art. 78. 82. 83. 152. & Cenoman. art. 49. 89. 93. 94. 167. Domini quippe ſuperioris officium erat in bellis vaſſallorum partes ſuas interponere, *trengamque* iis indicere, renuentes mulctare. Conſuetudines Teneræmundæ art. 15. apud Lindanum : *Si verò Scabini ab aliquo treguas petierint, pro quacumque diſcordia fuerit, & ille reſponderit, quod propinquiorem habeat parentem, ille debet ducere Scabinos ad propinquiorem parentem, & ab illo treguas requirere Scabini. Et ſi ille negaverit, & dare treguas noluerit, 20. libras perſolvet. Et ſi de cætero abipſis treguas petierint, & ille iterum dare negaverit, toties 20. librarum reus erit. Si verò propinquior parens inventus non fuerit, ille quem primò Scabini tenuerint, treguas debet dare, donec Scabinus propinquiorem monſtraverit parentem, & eodem Scabinis oſtenſo, debet quitus morari. Si autem treguas dare renuerit, 20. libras dabit, ſicut ſuperius dictum eſt.* Secus erat de *Aſſecuramento,* quod dominus indicere non poterat, niſi altera partium id petente. Vide Diſſert. 29. ad Joinvillam.

In treviis poſitus, dicitur cui induciæ conceſſæ ſunt, vel qui per inducias datas ſecurus eſſe debet. Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 39. *Eum — in treviis poſitum etiam die Dominica interfecit.* Sic enim legendum, non *tribuis.*

Trengæ reddi dicuntur, cùm expletæ ſunt. Rigordus an. 1195. *Sequenti menſe Novembri, termino tranſacto, redditæ ſunt trengæ, & guerra inter duos Reges iterum incœpta.*

Trengarum infractio, Triuva data & rupta, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 27. *Treves enfraintes,* in Conſuetud. Norm. art. 45. 46. 47. Andegavenſi art. 386. & Cenomanenſi art. 396. *Treves trencades,* in libello Catalanico MS. de Batallia facienda, ubi dicitur actionem de Treugarum infractione intra annum finiri. Gualterus Tervan. in Vita Caroli Comitis Flandr cap. 15. *Accidit autem ut quidam Miles nobilis adverſus alium nobilem in Curia Comitis de trengarum infractione placitaret,* &c. Statutum Friderici II. Imp. an. 1234. apud Albericum in Chron MS. *Statuimus, quod ſi quis trengas datas violaverit, ſi cum ipſo in cujus manu trengæ fuerant compromiſſæ, & cum duobus aliis Synodalibus hominibus trengas violatas eſſe convincere potuerit, & teſtari, violator manum perdat.* De ejuſmodi treugarum violatione agit præterea Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 28. lib. 2. tit. 34. ut & Conſuetudo Andegavenſis art. 78. 152. Vetus Conſuetudo Normanniæ cap. 76. &c. Adde quæ notavimus in Diſſertat. 29. ad Joinvillam p. 340.

Treva, Trenga, ſeu Trevia Dei. Id nominis primùm auditum in Gallia, ubi cum *bella* flagrarent domeſtica, ſeu ea quæ vulgo *Conſuetudinaria* appellata docuimus ad Joinvillam Diſſert. 29. & unicuique injurias ſibi illatas armis ulciſcendi facultas eſſet, in Aquitania, in Arelatenſi & Lugdunenſi provinciis, atque adeo in Burgundia, cæteriſque Franciæ partibus, per univerſos Epiſcopatus indictum eſt, qualiter certis in locis à Præſulibus Magnatibuſque totius patriæ de reformanda pace & ſacræ fidei inſtitutione celebrarentur Concilia: quod aviè exceptum eſt ab omnibus majoribus ac infimis, quos terrebant clades præteriti temporis. In his porrò Conciliis illud potiſſimum ſtatutum fuit, ut inviolabilis Pax ſervaretur : ut ſcilicet viri utriuſque conditionis, cujuſcunque antea fuiſſent rei obnoxii, abſque formidine procederent armis vacui. Quod, inquam, adeo lubentes omnes ſunt amplexi, ut palmis ad Deum extenſis, *Pax, pax, pax,* unanimiter clamarent, ut eſſet videlicet ſignum perpetui pacti de hoc quod ſpoponderant inter ſe & Deum. In hac tamen ratione, ut evoluto quinquennio confirmandæ pacis gratiâ idipſum ab univerſis in orbe

fieret mirum in modum. Hæc ferme Glaber l. 4. cap. 5. qui hæc ad annum 1034. refert, quo etiam celebrata ſunt Concilia Bituricis, Bellovaci, & Lemovicis, in quibus pax univerſis indicta, *ita ut nemo ſeditionem ageret, nullus per viam* (al. *vim*) *raperet, nullus, ut ſolebat, quaſi propter juſtas querelas pugnam inire conſtitueret*, &c.

Neque tamen ab omnibus id æquè probatum Epiſcopis: Gerardus quippe Epiſcopus Cameracenſis, ut habet Baldricus lib. 3. cap. 27. & ex eo Sigebertus, *hoc non tam impoſſibile quàm incongruum videri reſpondebat, ſi quod regalis juris eſt, ſibi vendicare præſumerent. Hoc etiam modo ſanctæ Eccleſiæ ſtatum confundi, quæ geminis perſonis, Regali videlicet ac Sacerdotali adminiſtrari præcipitur. Huic enim orare, illi vero pugnare præcipitur. Igitur Regum eſſe ſeditiones virtute compeſcere, bella ſedare, pacis commercia dilatari: Epiſcoporum vero Reges, ut viriliter pro ſalute patriæ pugnent monere, ut vincant orare: hoc ergo decretum periculoſum eſſe omnibus, omnes videlicet aut jurare, aut anathemati ſubjacere, omnes enim peccato communi involvi, ſi commento hujuſmodi uterentur.* Ceſſit nihilominus Gerardus Epiſcoporum & aliorum adhortationibus, invitus: ita tamen ut quod antè reclamabat, poſtea eventus probaverit, cùm paucisſimi perjurii crimen evaſerint. Quas Gerardi querelas pluribus rurium refert idem Baldricus eod. lib. cap. 52.

Atque hæc quidem de Pace ab omnibus ſervanda generatim ſancita: at anno 1041. *contigit, inſpirante divina gratia*, inquit idem Glaber lib. 5. cap. 1. *primitus in partibus Aquitanicis, deinde paulatim per univerſum Galliarum territorium firmari pactum propter timorem Dei pariter & amorem, taliter ut nemo mortalium à feria quarta veſpere, uſque ad ſecundam feriam incipiente luce, auſu temerario præſumeret quippiam alicui hominum per vim auferre, neque ultionis vindictam à quocumque inimico exigere, nec etiam à fidejuſſore vadimonium ſumere. Quod ſi ab aliquo fieri contigiſſet contra hoc decretum publicum, aut de vita componeret, aut à Chriſtianorum conſortio expulſus patria pelleretur. Hoc inſuper placuit univerſis, veluti vulgò dicitur, ut Treuga domini vocaretur.*

Treugam iſtam *Domini* omnes licèt per Galliam amplexati eſſent, hanc tamen recipere abnuit Neuſtria, ut teſtatur ibidem Glaber, flagrantibus tum Regem inter Angliæ Henricum, & Odonis Campanienſis filios diſſidiis ac bellis: quod etiam attigit Hugo Flaviniacenſis: *Anno ipſo* (1041.) *Treva Dei primum ſtatuta eſt, & firmata, & pax ipſa Treva Dei appellata: quæ non ſolum humanis præſidiis, ſed & divinis confirmata eſt terroribus. Quam cum noluiſſet recipere gens Neuſtriæ, viro Dei Richardo prædicante, & ut eam ſuſciperent, quia voluntas Domini erat, & à Deo non ab homine decretum hoc proceſſerat, ammonente, divino judicio cœpit in eos deſævire ignis, qui eos torquebat, & eo anno fere totus orbis penuriam paſſus eſt pro raritate vini & tritici.* Paucis interjectis: *Supereſt adhuc domnus Eduenſis Epiſcopus, vir vita longævitate grandævus, qui & referre ſolitus eſt, quia cum à S. Odilone & cæteris ipſa pax divinis revelationibus inſtituta, Treva Dei appellata, & ab Auſtraſiis ſuſcepta fuiſſet, & voluntas omnium in hoc eſſet una, & ubique ſervaretur, negotium hoc ſtrenuitati hujus Patris noſtri Gratia-Dei ab omnibus impoſitum eſt, ut ejus ſtudio & induſtria pax eadem in Neuſtria ſervaretur, eo quod certi eſſent de eo, quod tanta eſſet ejus erga omnes, & omnium erga eum gratia, ut quicquid ſervandum doceret, ſervaretur à cunctis; quidquid vitandum monſtraret, id cuncti vitarent. Quamobrem ſategit Pater venerabilis, ut tantum bonum gratanter ab omnibus ſuſciperetur: ſed perverſa quorundam voluntas, & mens indomita quaſi inauditum hoc reſpuit, quaſi qui nollent inſtituta paterna violare, & nova atque inaudita ſuſcipere. Unde & ſubſequuta eſt divina ultio, ignis ſcilicet in rebelles & contumaces deſæviens à Domino, quo torquebantur qui viro Dei reſiſtere, & mandata ejus contemnere non verebantur.* Pacem hanc videlicet Normannici proceres recipere abnuebant, quod belli indicendi jus, atque adeo regiam quodammodo, quam à primis Monarchiæ Francicæ incunabulis, & ab ipſis Danicis, à quibus proceſſerant, gentibus, prærogativam hauſerant, ſi non omnino abrogaret, ſaltem enervaret. Treugam hanc pariter ſub eodem Leone Pontifice excepiſſe proceres Alſatienſes teſtatur Diploma deſcriptum à Glareano l. 2. Rer. German. p. 101.

Hanc excepit tamen poſtmodum Neuſtria ipſa, maximè poſtquam Angliæ regnum, in quo obtinebat, adeptus eſt Willelmus Nothus. Quippe S. Edwardus Anglorum Rex, qui regnare cœpit anno 1042 quo ſcilicet eſt inſtituta, in Legibus ſuis, ab ipſo Willelmo confirmatis, cap. 3. in hunc modum, *Pacem Dei* ab omnibus obſervandam ſtatuit: *Ab adventu Domini uſque ad octabis Epiphaniæ pax Dei & ſanctæ Eccleſiæ per omne regnum. Similiter à Septuageſima uſque ad octabis Paſchæ. Item ab Aſcenſione Domini uſque ad octabis Pentecoſtes. Item omnibus diebus quatuor Temporum. Item omnibus Sabbatis ab hora nona, & tota die ſequenti uſque ad diem Lunæ. Item vigiliis ſanctæ Mariæ, S. Michaëlis, ſancti Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum omnium, & Sanctorum, quorum ſolennitates à Sacerdotibus dominicis annuntiantur diebus, & omnium Sanctorum in Kl. Novemb. ſemper ab hora nona vigiliarum, & ſubſequente ſolennitate. Item in parochiis in quibus dedicationis dies obſervatur. Item in parochiis Eccleſiarum, ubi propria feſtivitas Sancti celebratur. Et ſi quis devotè ad celebrationem Sancti advenerit, pacem habeat eundo, & ſubſiſtendo, & redeundo*, &c. Quod quidem Edwardi & Willelmi Regum Angliæ Statutum de *Pace Dei* ſervanda firmatum eſt poſtea in Concilio apud Illebonam an. 1080. ſub Willelmo II. apud Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 552. *Pax Dei, quæ vulgo Trevia dicitur, ſicut ipſe princeps Willelmus eam in initio conſtituerat, firmiter teneatur*, &c. Huic autem Synodo ſubjungitur Synodale decretum de eadem Trevia, in nupera Conciliorum editione. Ex quibus dubium oritur, an Edwardus ipſe hanc ſanxerit, an verò Nothus in Edwardi Leges à ſe emendatas retulerit.

Utcunque ſit, vel ex hinc patet non eoſdem ſtatutos *Treugæ Dei* deinceps fuiſſe dies. Nam primitus obtinuit illa à *feria quarta veſperè*, *uſque ad ſecundam feriam incipiente luce.* ut habet Glaber: Lege verò Edwardi ſeu Willelmi, *omnibus diebus Sabbati uſque ad diem Lunæ*: præterea aliis temporibus & feſtis ibidem deſignatis indicitur, atque in iis, in die dedicationis Eccleſiarum, quod Leo IX. PP. obtineri ſtatuit in Dedicatione Eccleſiæ S. Stephani Biſuntinæ à ſe facta 5. Non. Octob. an. 1050. uti habet vetus Scheda apud Chiffletium in Trenorchio pag. 557. *Statuit item ut vigilia & dies dedicationis in Treuga Dei in perpetuum haberetur, & omnes illi qui ad eamdem dedicationem vel ad nundinas ibidem inſtitutas convenirent, & omnis ſubſtantia eorum ubique quouſque domum reverſi eſſent. Vacces au Roman de Rou MS.*

Quant li Clergié & li cors ſaint,
Et li Barons, dont j'out maint,
A Caem furent aſſemblé
Au jour que lour ont commandé
Paix à tenir & à garder,
Des Mercredy ſoleil conchant,
Treſqu'à Lundi ſoleil levant,
Trieves l'appellent, ce m'eſt vis,
Qui n'eſt celée en nul païs.
Qui autri batroit entretant
On mal euſt apparéſſant,
Et qui riens de l'autrui prendroit,
Eſcumiegé eſtre devroit,
Et de noef livres en merchi
Vers l'Eveſque, ceu eſtabli.
Et jura li Dus hautement,
Et tuit li Barons enſement,
C'en jurerent que paix tendroient,
Et celle trieves garderoient,
Pour la paix tout temps remembrer,
Qui tout temps devoit mes durer.

que acriter occurſus. Idem n. 181. *In quibus diebus tot militias, tot tornationes excitabant Milites utrinſque exercitus.*

Tornatio, interdum etiam decurſio equeſtris, vel bellica, ſeu *Torneamentum*. Idem Galbertus n. 8. *Pro exercitio Militum — cum ducentis equitibus tornationes exercuit.* Idem n. 121. *Facta eſt tornatio & militia utrimque acriter occurſus.* Adde n. 181.

TORNATRICES, Saltatrices, mimæ. Hincmarus in Capitul. ad Preſbyteros diœceſis ſuæ c. 14. *Nec turpia joca cum urſo vel tornatricibus ante ſe facere permittat.*

TORNATURA, Modus agri, apud Bononienſes Italos præſertim, ut colligitur ex Rollandino in Tractatu ſeu Summa de Notaria ſcripta an. 1265. Concilium Marzaliæ ſub Honeſto Archiep. Ravennate an. 973. *Ut concederet in duobus locis tornaturas vinearum 30. videlicet in primo loco juxta Monaſterium S. Iſaiæ vineam unam, quæ tribus viis circumdatur*, &c. apud Ughellum in Archiepiſc. Bonon. n. 47. Charta alia an. 1175. apud eundem in Epiſcop. Cæſenat. n. 38. *Et quinquaginta tornaturas terræ in Androna, &c. — & 12. tornaturas terræ in Gabanella*, &c. Charta an. 1081. apud Hieron. Rubeum in Hiſt. Ravennate lib. 5. *Nec non & ducentas terræ tornaturias ad Canonicorum opus laborandas, poſitas in loco qui dicitur*, &c. Alia an. 1086. apud eundem: *Videlicet quinquaginta tornatorias terræ laboratorias, juxta podiſmo deſignatas, quæ poſitæ ſunt in loco, qui dicitur Mutaſeno.* Vide *Turna*.

TORNEAMENTUM. Autor Breviloqui: *Torneamenta dicuntur quædam nundinæ, vel feriæ, in quibus Milites ex edicto convenire ſolent, & ad oſtenſionem virium ſuarum & audaciæ temere congregari, vel congredi.* Decurſiones militares, ludicræ equeſtres pugnæ: Matthæo Pariſio *haſtiludia, ludi equeſtres*: Willelmo Neubrig. *Meditationes militares, armorum exercitia*: Hovedeno, *Militaria exercitia*: quæ *nullo interveniente odio, ſed pro ſolo exercitio, atque oſtentatione virium* fiebant, ait idem Neubrig. *Ludi militares*, Thomæ Walſinghamo: *Gladiatura* Lamberto Ardenſi. Joannes Sariſberienſis lib. 3. Metalogici c. 10. *Fuit antiquitus hæc jure militari diſciplina Romanorum, ut qui armis fuerant exercendi, ab ineunte ætate aſſueſcerent militiæ imaginariæ, & ludentes in eo jugiter verſarentur adoleſcentes, unde poſtmodum in neceſſitatibus Reipublicæ feliciter triumpharent.* Chronicon Montis-Sereni an. 1175. *In exercitio militari, quod vulgò Torneamentum vocant.*

Torneamentorum nomen manare multi opinantur ab illa equorum decurſione, & ſciomachia, ſeu imaginaria pugna veterum, quam *Troiam* & *Troianum ludum* vocabant, ab Ænea in Sicilia ad Anchiſæ patris tumulum primum inventâ, deinde ad Romanos traductâ, de qua Virgilius, Suetonius, & Xiphilinus. Alii probabiliùs cenſent, ut à Gallis eorum uſus originem accepit, ita & vocabuli etymon ab iis repetendum, nempe a verbo *torner*, aut, *tourner*, i. in orbem circumduci, circumflecti. Qui enim in his militaribus decurſionibus decertabant, quos inſidebant, flexis in gyrum frenis equos circumagebant.

Torneamentorum repertorem Gaufridum II. Dominum Pruliaci, (*de Preulli*) in Andibus agnoſcit Chronicon Turonenſe: *Anno 1066. Gaufridus de Pruliaco, qui Torneamenta invenit, apud Andegavum occiditur.* Chronicon S. Martini Tur. *Anno Henrici Imp. 7. & Philippi Regis 6. fuit proditio apud Andegavum, ubi Gaufridus de Pruliaco & alii Barones occiſi ſunt. Hic Gaufridus de Pruliaco torneamenta invenit.* Fuit Gaufridus pater alterius Gaufridi, à quo Comitum Vindocinenſium ſeries profluxit.

Certè inventas à Francis ludicras iſtas decertationes, & ab iis primùm receptas, & obiri ſolitas, profitentur paſſim ſcriptores. Matth. Paris an. 1179. *Conflictus Gallicos*, Torneamenta appellat. Pariſio conſentit Radulfus Coggeſhalenſis in Chr. MS. *Dum more Francorum cum haſtis vel contis ſe ſe curſim equitantes viciſſim impeterent.*

A Francis Torneamentorum uſum accepere Angli, quibus haud innotuerunt, *niſi in diebus Regis Stephani, cum per ejus indecentem mollitiem nullus eſſet publicæ vigor diſciplinæ*, ait Willelmus Neubrig. lib. 5. cap. 4. Tunc enim & ſub Henrico II. *qui Stephano ſucceſſit, Tyronum exercitiis in Anglia prorſus inhibitis, qui fortè armorum affectantes gloriam exerceri volebant, transfretantes, in terrarum exercebantur confiniis.* Id præ cæteris teſtatur Rogerus Hovedenus, ut & Bromptonus an. 1177. ſcribens Galfridum Comitem Britanniæ, cum à Patre Henrico II. Militiæ inſignia accepiſſet, *transfretaſſe de Anglia in Normanniam, & in confinibus Franciæ & Normanniæ militaribus exercitiis operam præſtantem, gaviſum eſſe ſe bonis Militibus æquiparari.* Deinde hæc ſubdit Neubrigenſis: *Conſiderans igitur illuſtris Rex Ricardus tanto eſſe acriores, quanto exercitatiores atque inſtructiores ſunt quoque Regni Milites in propriis finibus exerceri voluit, ut ex bellorum ſolemni præludio, verorum addiſcerent artem uſumque bellorum, nec inſultarent Galli Anglis Militibus, tanquam rudibus & minus gnaris.* In Anglia ergo Torneamenta primùm celebrari cœperunt, *Rege Ricardo ad decernente, & à ſingulis qui exerceri vellent, indicta pecuniæ modulum exigente*, inquit idem ſcriptor, à quo hauſit quæ habet in eam rem Jo Bromptonus. Id ipſum aſtruit Matth. Paris an. 1194 pag. 124.

Certum eſt etiam è Francia in Germaniam invecta torneamenta. Nam & ſi Fr. Modius in Pandect. Triumphal. ejuſmodi decurſionum & concertationum militarium ſeriem longè ante Gaufridi Pruliacenſis tempora ediderit, conſtat falſa veris ſæpe miſcuiſſe; & multa ab eo ineptè inventa & quæ apud, non dico eruditos, ſed eos qui prima Hiſtoriæ elementa deguſtarunt, ullam fidem merentur.

Præ cæteris verò Byzantini ſcriptores ingenuè profitentur, ejuſmodi decurſionum artem & uſum didiciſſe Græcos à Latinis, id eſt, Gallis, quos earum primos fuiſſe repertores tradunt: in quibus eſt Niceph. Gregoras lib. 10. At Jo. Cantacuzenus lib. 1. c. 42. tempeſtatem quâ in Græciam tranſierunt, videtur indicare, cùm videlicet Anna Sabauda, Amedei IV. Allobrogum Comitis filia, Conſtantinopolim Andronico Juniori Imp. nuptura venit, hoc eſt an. 1326 tunc enim Nobiles Sabaudi & Galli qui Principem ſponſam comitati erant, ejuſmodi ludicras decurſiones & concertationes celebrarunt, earumque uſum Græcos, quibus hactenus incognitæ erant, primùm docuerunt. [illegible]. Quæ verba ita capienda ſunt, non quod tunc primùm Græci in his decurſionibus decertarint, ſed quòd illas deinceps exercuerint. Tradit quippe Nicetas in Manuele lib. 3. c. 3. cùm Imperator iſte Antiochiæ moram ageret, ſolennem factam decurſionem, in qua Græci contra Francos dimicarunt. Et Cinnamus lib. 3. autor eſt Manuelem rerum potitum Græcos docuiſſe artem novam bellandi, ſcutis oblongis pro rotundis uti, haſtas vibrare longiores, &c.

Ejuſmodi autem decurſiones, *pro ſolo exercitio, atque oſtentatione virium fiebant*, ut ait Neubrig. [illegible], inquit Gregoras, *ut ex ſolemni bellorum præludio verorum addiſceretur ars uſuſque bellorum*, ut eſt apud Willelmum Neubrigenſem.

Cùm igitur nullo interveniente odio, ſed ſolius exercitii causâ, ad Torneamenta convenirent, decrevere eorum inventores, ut armis innocuis, gladiis hebetibus, lanceis abſque ferro, ſeu [illegible], ut ait Nicetas, dimicarent, ne ſi fortè vulnera ſibi invicem infligerent, mutilarent artus, ad bella minus idonei procederent. Ejuſmodi arma, quæ *luſoria tela* dicuntur Senecæ, noſtri *Armes courtoiſes*, appellabant, hoc eſt urbana, innocua.

Vetabantur præterea in ipſo certamine punctim gla-

dis adverſarium ferire, ſed ictus ſuos ſurſum aut deorſum dirigere jubebantur: qui contrà agebat, non ſolùm propoſito victori præmio indignus habebatur, ſed etiam tanquam qui malè pugnaſſet, à judicibus mulctabatur, & infamia quadam aſpergebatur. Apud Matthæum Paris an. 1252. cùm Rogerus de Lemburne, Hernaldum Montiniacum in torneamento lanceæ mucrone, *qui prout debebat, non erat hebetatus*, in gutture lethaliter vulneraſſet, *licèt ſe inſontem prætendiſſet, factus eſt ſuſpectus, & quod proditioſe facinus perpetraſſet, acriter reprehenſus*. Nam ſi fortè quis adverſarium in ipſo certamine vulneraverat, aut occiderat, dummodo contra decurſionis leges non peccaſſet, indemnis erat: quod & obſervatum à Nicephoro Gregora.

Erant autem, ut ſupra annotatum eſt, torneamenta imagines bellorum, ſeu ut loquitur ſcriptor Hiſt. Hieroſol. an. 1177. *imaginaria bellorum proluſiones*, vel ut Neubrigenſis & alii, *belli præludia*: diverſis enim cohortibus & turmis, unà omnes ad prælium accincti properabant, & gladiis in alterutrum ingeminantes ictus, vires ſuas exercebant: quod ſecus erat in *juſtis*, quæ monomachiæ ſpeciem præbebant, in quibus ſingulari certamine alter in alterum ferebatur, lanceiſque congrediebatur. Nicephorus Gregoras lib. 10. torneamentum deſcribens, μερίζονται κατὰ φυλάς, καὶ δήμους, καὶ θεραπείας, καὶ ὁπλίζονται πάντες ὁμοῦ, καὶ ἀρχηγετοῦσι χιλίαρχοι. ... λογχὴν ... ἑκάτερον μέρος ἑκάτερος. Hunc locum illuſtrant quæ habet Thomas Walſinghamus ſub an. 1274. ubi torneamentum Cabilone inter Regem Eduardum cum Anglis, & Comitem Cabilonenſem cum Burgundis initum bellè exequitur.

Torneamentum aculeatum & hoſtile, Matthæo Pariſio p. 554. & 572. dicitur illud quod utrimque inter hoſtes publicos ex condicto, infeſtis animis, armiſque & gladiis vel haſtis non hebetibus, ſed ferro & aculeis inſtructis iniri ſolebat, cujuſmodi torneamenta & juſtas, *Armes à outrance* vocabant noſtri. De eo pluribus egimus in Diſſertatione ad Joinvillam 7. in qua de Torneamentis diſſeruimus.

Torneamentum verò *quaſi hoſtile*, appellat idem Matthæus Paris an. 1241. ejuſmodi torneamentum, quod infeſtis armis contra quoſvis, etiam non hoſtes, inibatur, provocatione ad id vulgata, & certis conditionibus deſcriptis: de qua etiam torneamenti ſpecie egimus in eadem Diſſertatione.

Interdicta ſubinde Torneamenta à ſummis Pontificibus, ſub excommunicationis pœna, ob cædes & membrorum mutilationes, quæ in iis crebro accidebant, pluribus in laudata Diſſertatione docuimus: quibus addi velim quæ habent in hanc rem Leges Alfonſi IX. Regis Caſtellæ 1. part. tit. 13. lege 10. & Chronicon Montis-Sereni an 1175.

Torneamenta ſeu quævis haſtiludia certis in locis teneri ac celebrari non poſſe, vice privilegii, interdum conceſſum. Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. to. 3. p. 52. 466. 1100. 1152.

Torneare, Torniare, Haſtiludio decertare. Gallis *Tornoier*. Theobaldus Epiſc. in vita Guillemi Eremitæ n. 4. *Circa illius cellam more militari cœperunt torneare, & ludo duellari viciſſim pugillare*. Henric. de Knyghton pag. 1459. de Edw. I. Rege Angl. *Cumque appropinquaret Franciam, & fama gloria ejus divulgaretur in populo, invidebant gloria ejus multi, & præcipuè Comes ille ſtrenuus de Chalon, miſitque & petiit, ut torniaret cum eo in terra ſua*, &c.

Torneare, Velitari, ante acies decurrere, pugnare. Arnaldus Archiepiſcop. Narbonenſis in Epiſt. de Victoria Chriſtianorum contra Mauros, apud Ughellum in Epiſcopis Sabinenſib. *In craſtino venerunt ſimiliter diluculo Saraceni diſpoſitis eomodo aciebus, quo præcedenti die fuerant ordinatæ: noſtri quoque ſuperſederunt bello, etiam ipſa die, ſagittariis ſolis & paucis aliis hinc inde diſcurrentibus: Arabibus etiam ex parte ipſorum torneantibus cum noſtris, non more Francorum, ſed ſecundum aliam ſuam conſuetudinem torneandi cum lanceis ſive cannis*, &c.

Torneamentum, Hoſtile bellum, prælium. Charta an. 1265. in Tab. Bonævallis: *Homines commorantes in dicta villa & banleuga Bonævallis cum Comite Carnotenſi vel Bleſenſi, ſeu ſucceſſoribus eorum, ſeu cum mandato eorum, ire ad torneamenta ſeu ad aliquam cavalcatam nullatenus tenebuntur*.

TORNELLA, Turricula, Gallis *Tournelle*. Rigordus an. 1190. *Præcepit etiam civibus Pariſienſibus, quod civitas Pariſii — muro optimo cum tornellis decenter aptatis & portis diligentiſſimè clauderetur*.

TORNERIA, Torneamenta, haſtiludia, *Tournois*. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 4. cap. 6. *Ibi fuerunt dominæ pulcherrimæ, haſtiludia, & torneria, & breviter, ad perfectum gaudium nihil defecit*. Lib. 5. cap. 7. *Fuerunt etiam haſtiludia, gioſtræ, torneria, & omnia ſolatia cogitata*.

TORNETA, Torneamentum. Theodericus Abbas lib. 1. Vitæ S. Bernardi cap. 11. *Illi omnes ferè juvenes dediti militiæ ſeculari, circumibant, quærentes execrabiles illas nundinas, quas vulgò Tornetas vocant*.

Tornio, ex Gall. *Tornoi*. Hiſt. Cœnobii Viconienſis c. 13. *Ad determinatum congreſſum, quem vulgò Tornionem vocant, properans lancea perfoſſus eſt*.

TORNETTUM, vox Falconariorum. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 40. *Eſt autem tornettum quiddam duobus annulis compoſitum, gyrantibus in ſe invicem, & hoc modo eſt factum: ſunt duo annuli ferrei, aut auri, aut argentei, aut de alio metallo facti, magni ad quantitatem annulorum qui ſunt in jactis &c. Quoties igitur timebitur ne falco intorqueat ſe jactis, alligabitur hoc tornettum annulis jactorum cum quadam corrigiola ſubtili & forti, &c. Eſt autem utilitas tornetti in hoc quod falco non poſſit vexari per intortionem jactorum in pedibus ſuis*.

TORNITALIA. Gloſſæ Iſonis Magiſtri ad Prudentii Pſycomach. *Toreumata: cælatura, vel tornitalia*. Legendum fortè *Tornatilia*.

TORNUM, Bellicæ machinæ ſpecies. Charta Petri Regni Majoricarum Domini an. 1232. *Tali quidem conditione quod ipſam* (turrim) *benè cuſtodias, & teneas in ea omni tempore unum tornum paratum, & unam baliſtam de torno ad fidelitatem noſtram & defenſionem civitatis ejuſdem*. Vide *Baliſta*.

TORNUS, Compenſatio, Gallis *Retour*. Charta R. Epiſcopi Carnotenſis an. 1197. in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ n. 84. *Capitulum quoque Carnotenſe ad ejuſdem perſonatus augmentationem, — centum ſolidos confert & aſſignat in computatione, quæ dicitur Tornus ſive Computatio, de Purificatione B. Mariæ annis ſingulis capiendos*.

TORNUTIO, Vertigo, *mondrie*. Ardo in Vita S. Benedicti Anianenſis c. 38. edit. Mabillonii: *Sed eas* (mulieres) *ſtatim digna ſubſequitur ultio: tornutionibus verò vexari cœperunt, à quo dolore non ſunt erepta, quouſque* &c.

TORO, *Toronus, Torus, Turonus*, Collis cacuminatus, & rotundus. Will. Tyrius lib. 11. c. 5. *Caſtrum ædificavit, cui quoniam in monte erat excelſo ad modum & cacuminato, nomen indidit Thoronum*. Hiſt. Hieroſolymitana: *Montem proximum, quem vulgò Turonem vocant*. Infra: *Supra Turonem verò qui urbi vicinus incumbit, civitas, Ptolemaïs nomine, olim ſita fuerat*. Et mox: *Collis autem — Turoni propinquus*. Matth. Paris an. 1188. *Fecit omnes ſuos in collem aſcendere civitati vicinum, qui eo quod inſtar turris erectus ſit in ſublime, & rotundus, Turonus à vulgo nuncupatur*. A Gallico nempe *Tourion*. Jacobus de Vitriaco lib. 1. c. 98. *Accaneniſem obſedit civitatem, in torono aliquantum eminenti tentoria ſua collocando*. Charta Hugonis Ibelini an. 1160. in Tabulario S. Sepulchri: *Dedi — partem toronii quæ ſuperjacet Surdis fontibus*. Hiſtoria MS. Bellorum ſacrorum vernacula: *Et Salehadin tacha bien demie lieue deſci fours*

en haut thoron. Infra : *Et ſe hierberga ſour un thoron de fors à Acre.*

Turo. Charta Rogerii Comitis Siciliæ pro Eccleſia Pactenſi apud Rocchum Pirrum p. 386. *Sicut via ſcandit ſurſum ad Toronem altum qui eſt ſupra mare.* Anaſtaſius in Hiſt. Eccleſ. pag. 148. ubi hæc Theophanis verba, πάσας τὰς παράλιας ἄκρας, vertit, *omnes maritimos toros*, id eſt aggeres, vel monticulos ac colles, uti Latini cubitos *Toros* dixerunt. Gloſſæ Lat. Gr. *Torus*, ὁ ἐπὶ. *Torum*, ἀνάβασις. *Toranus*, πλησίας, τρόφος. Ubi fortè legendum *Toronus*, ὄχθη, ὄρος.

Quidam exiſtimant vocem hanc à Gallis manaſſe, præſertim verò à Provincialibus, qui unà cum Raimundo Sanctægidiano Comite in Terram Sanctam profecti ſunt: ita enim montem ab iis appellari obſervat Columbus in Manuaſca lib. 1. n. 5. quod firmatur ex veteri Charta, quæ habetur in Notitia Eccleſiæ Dinienſis P. Gaſſendi pag. 18. *Quod poſſit emere ſeu acquirere hoſpitium ſive locum ad ædificandum, ubicumque voluerit in civitate Dinienſi, dummodo extra torum, ſeu montem, vel Fortalitium* &c. Sed probabilius eſt *Toronum*, vocem eſſe Chaldæorum, quibus *Tor* mons dicitur, aut clivus, ut autor eſt Petrus *della Valle* to. 2. Epiſt. 1.

TORQUIMENTUM, Βάσανος. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Editum habet *Tormentum*.

TORRA, *Tarra*, *ſeu Tharra*, Locus vel fornax, in quo torretur avena, quæ olim Alamannis, ut & hodie, Turgaviis maximè, in cibo & pulmento fuit. Ea verò ſic conficitur. Torretur primùm avena cruda, tum moliturì pinſenda ſeu molenda traditur, non in farinam minutam, ſed craſſam, ad inſtar hordei, quod ubivis locorum ad eam formam teritur. Hæc Goldaſtus ad hunc locum Eckeardi junioris de Caſib. S. Galli cap. 1. *Simile etiam quiddam de lebete æneo grandi, & de tarra avenis centum maltrarum commoda cum protelaſſet*, &c. Ubi malim *torra*: nam & inde *Torrale* & *Torrelagium* dicta, à torrendo ſcilicet: hordeum quippe vel avena ad cereviſiam torretur, priuſquam molatur. Gregorius Turon. de Gloria Confeſſ. c. 81 *Quidam de vicinis annonas diu infectas aqua ac germine producto conflatas, ſubdito igne ſuper vimina contexta torrere parat ad pocula facienda.* Et cap. 1. *Jubet fieri ex annonis aqua infuſis atque decoctis, meſſoribus poculum præparari. Hanc autem coctionem Oroſius à coquendo Coctium vocari narravit.* Ovidius de ciceonis potione, quam anus Attica Cereri propinavit:

> —— *Lymphamque roganti*
> *Dulce dedit toſta quod coxerat ante polenta.*

Polentam verò Plinius ait ex hordeo priùs toſto fieri. Veteres denique tam far quàm hordeum prius molebant, deinde torrebant : unde Virgilius lib. 1. Georg.

> *Et torrere parant flammis, & frangere ſaxo.*

Torrale, Ædificium, in quo frumenta & grana torrentur & exſiccantur : à torrendo dictum. Leges Burgorum Scoticorum c. 54. *Si aliquis accommodaverit torrale ſuum alicui, & fuerit combuſtum tempore quo commodatur*, &c. Vide Skeneum de Verborum ſignificat. v. *Torralium*.

Torrellagium, Penſitatio quæ ex *torrali* exſolvitur. Charta Epiſcopi Ambian. an. 1301. *Torrellagium Ambianvalet 10. modios vel circiter.* Alia Philippi Com. Flandr. pro teloneis urbis Ambian. *Caſcune occhine à cambier de la Chité d'Amiens, là cu on ſèke brais à toraille, ſe elle n'eſt en franc lieu, d'ou caſcun an 22. ſeſtiers d'avaines au Veſque, & 22. ſeſtiers d'avaine au Comte. Mais li Quens en rent de ſa part du torellage 4. muis d'avaine au Vidame chaſcun an, & c'eſt à ſçavoir que chil qui ſèke à toraille, & franc lieu, il ne doit point de toraille.*

TORRENTULUS, Parvus torrens, rivulus, fluviolus. Charta Fulconis Comitis Andegav. an. 1035. in Hiſt. S. Nicolai Andegav. pag. 6. *Si vinum cum banno vendidero, bannerius meus torrentulum de barra non tranſibit cauſa capiendi vaſamentium monachorum vinum.* Suprà: *Trans flumen verò vineas alias*, &c.

TORSATORIUM. Gloſſæ MSS. *Lacerolo, Torſatoria.*

TORSIA. Vide *Torcia*.

TORTA, Placenta, noſtris *Tourte*. Guill. Brito in Vocab. *Torta, unde tortula diminutivum, genus cibi eſt vel panis, quod vulgo dicitur ita.* Erotianus in Onomaſtico ait ἄρτον ἐγκρυφίαν ab Atticis appellatum eſſe panem ex pinguibus palmulis, farina & aqua confectum, hæcque verba addit, ἐν πυρὶ σποδιᾷ, quæ addita à recentiori exiſtimat Hieronymus Mercurialis lib. 2. Variar. Lection. cap. 5. tametſi ſacrorum Bibliorum interpretes ἄρτον ἐγκρυφίαν, *tortam panis* tranſtulerint. Exod. 29. Numer. 6. 1. Reg. 2. 10. 1. Paralip. 26. & Jerem. 37. Rituale Hebræorum à Baronio laudatum : *Deinde idem pater familias tortam azymam ſub mappa hactenus ſervatam in fruſta frangebat, in tot particulas illam dividens, quot eſſent in cœna diſcumbentes*, &c. Althelmus de Laude Virg. c. 28.

> *Punica mala vident granis ſcitiſque referta,*
> *Botros, & ficos, & plures ordine tortas.*

Vita S. Trionis Monachi n. 25. *Viliſſimam panis tortam ab eis pro benedictione* (*eulogia*) *ſibimet vendicabat.* Guigo II. in Statutis Ord. Cartuſienſis c. 7. §. 10. *Poſt cœnam, ſingulas tortas, tanquam Chriſti mendici accipientes, cellas repetimus.* Et cap. 34. *Panis quivis de tritico, torta eſt, album enim panem non facimus.* Adde cap. 53. Statuta antiqua ejuſdem Ordin. 1. part. cap. 34. §. 10. part. 2. c. 13. §. 39. c. 14. §. 16 cap. 31. §. 17. Bernardus Mon. in Conſuet. Cluniac. MSS. c. 14. & ex eo Udalricus lib. 3. cap. 24. *Quotidie dantur — & 12 tortæ, quarum una qualibet 3. libras appendit.* Warnerius MS. in Macrum Poëtam Scottum :

> *His ita perceptis, diviſque ex cæde placatis,*
> *Tres tortas caldas ex humeris religat,*
> *Ut ſibi per populum ſic fas foret ire quietam,*
> *Securamque ſuam cernere Glycerium.*

Adde Volphardum Preſb lib 3. Miracul. S. Walburgis n. 4. Decreta Hungarica Matthiæ Regis pag. 86. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 106. Labeum to 2. Biblioth. p. 744. &c. Rob. Gaguinus in Poëm. vernaculo:

> *Le povre mengue ſa torte,*
> *Ses aux, oignons, ſans cremeur.*

Turta. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſ. MS. cap. 25. *Panis qui vulgariter Turta appellatur.* Udalricus lib. 2. Conſuet. Cluniac. cap. 4. *Pro ſigno panis ſigali, qui Turta vulgariter appellatur.* De vocis etymo multa viri docti congeſſere, Voſſius, Menagius, Ferrarius, & alii.

Tortula, *quoddam genus cibi vel panis, quod vulgò ita dicitur*, Ugutioni. Diminutivum à *Torta*. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 7. *De qua tortula parvula formantur.* Vita S. Lupicini Abbatis Jurenſis n. 11. *Non quadrupedi invectus eſt equo, ſed ſufficiebat cuique cum ſuſtentatione baculi craſſior fortiorque Monaſterii tortula.* Udalricus lib. 2. Conſuet. Clun. c. 4. *Pro ſigno tortulæ, quæ præter ſolitam libram datur in Tortula cera quatuor principalibus feſtis*, &c. apud Odonem Cluniac in Vita S. Geraldi lib. 1. cap. 25. Occurrit præterea 1. Numer. 11.

Tortella. Papias : *Artocrea, panis carnem continens, vulgò Tortella* Adelbertus Abbas Heidenheimenſis p. 328. *De farina domini ſui furabatur, & tortellam inde quam comederet confecit.*

Tortelius, ex Gallico *Tourteau*. Papias : *Paſtilli, tortelli pigmentati, vel unguenta.* Ordericus Vitalis lib. 6. p. 624. *Ad tumulum S. Ebrulfi acceſſit, laminamque reverenter amovit, ſanctaque carnis pulverem inſtar tortellorum congeſſit.* Charta Mauricii Epiſc. Pariſ. an. 1189. in Tabular. S. Maglorii : *Conſuetudinem tortellorum ad Natale, & ovorum ad Paſcha reddent hoſpites S. Juliani.* Charta Roberti Comitis Drocenſis : *Tenentur & quilibet hoſpitum Eccleſiæ reddere — ſingulis annis in craſtino Natalis Domini unum tortellum, vel unum obolum* pro

pro tortello, ſi maluerit hoſpes. De ejuſmodi tortellis in craſtino Natalis Chriſti Domino offerendi more, qui etiamnum in aliquot Galliæ provinciis non omnino abrogatus eſt, agunt Chartæ aliæ in Hiſt. Monaſterii S. Martini de Campis pag. 187. 188. 514. Viatica MSS. Vicecomitatus Aquæ Rotomagi: *A la ferme des eſtaulx appartient la porte Cauchoiſe, & la porte Eſtouppée, & les tourteaulx que l'en y paie, & la porte de Bouvereul, & le Barrage, & les tourteaulx, & la porte Beauvoiſine, & les tourteaulx & le barrage, & les eſcroes des taillies.* Ibidem: *L'Abbé de Feſcamp doit à la porte Beauvoiſine une mine de fourment par an pour aller querre les tourteaulx à ſainte Marie des Fontaines, & doit le Fermier dudit Abbé faire paier les tourteaulx au barrier à ſes couſts & deſpens.*

Torta, pro *Retorta.* Vide in hac voce.

TORTILOQUIUM. Gloſſ. Gr. Lat. *διάλεκτος συνεστραμμένη, Tortiloquium.* Alibi: *συνεστραμμένη ὁμιλία, Tortiloquium.*

TORTIONARIUM. Gloſſæ MSS. *Sanna, tortionarium.*

TORTIRELLA. *Tortorella* Machinæ bellicæ ſpecies Rollandinus in Chron. lib. 1. cap. 12. *Comes Paduæ Manfredinus — à lapide tortorella intrinſeca cecidit mortuus.* Idem lib. 10. c. 1. *Fovea quoque facta, conſtructum eſt ibi ſpaldum trabium, longo tractu fortiſſimum, & condenſum, & turres quoque ligneæ, tortirella, ſive predaria, certis locis, ut temerarius inimicus acceſſerit, videat cum pudore & damno.* Vide *Predaria.*

TORTISIUS, *Tortitius*, Teda, *Torſes*, vel *Torches*, noſtris. Synodus Exonienſis an. 1287. c. 4. *De parochianorum eleemoſynis Sacerdotes procurent duos fieri tortiſios, in Canone Miſſæ ardentes, prout in Eccleſiis multis hactenus fieri conſuevit.* Fleta lib. 1. c. 5. §. 6. *Militi quotidie liberetur à Celario Regis — unus tortitius, cum ſex minutis candelis ceræ.* Computum Domanii Stapularum in Comitatu Bononienſi an. 1475. fol. 53. *Recepte des torſins de chire deus au terme de Chandeleur.* Vide *Scolaces.*

TORTITUDO, Gibboſitas, apud Conſtantinum Afric. lib. 2. Pantechn. c. 8.

Tortitudo, idem quod *tortum*, Injuſtitia, violentia. Chronicon Beſuenſe pag. 602. *In cauſa violentiæ & tortitudinis*, &c. Alibi: *Pro multis tortitudinibus & ſceleribus.* Hiſtoria Epiſcoporum Autiſiodor. cap. 49. *Interdixit ſub anathemate, ut nullus mortalium præſumere deinceps auderet vim ſeu calumniam nec aliquam tortitudinem inferre pro quavis occaſione rebus ejuſdem Eccleſiæ.* Tabularium Arrematenſe: *Terram quoque Oſamcurtis — recognita ſua tortitudine abdicavit.* Adde Chartas alias à Beſlio deſcriptas in Comitib. Pictavenſib. pag. 468. 485. 506. Occurrit etiam non ſemel in Tabulario Dernenſis Monaſterii. *Tortas & confragoſas*, dixit Plautus in Menæchmis.

TORTUA, Teſtudo, ex Gallico *Tortuë*, apud Silveſtrum Girald. in Topogr. Hibern. Diſt. 1. cap. 7.

TORTUCA, Matthæo Silvatico, *teſtudo eruda.*

TORTULA. Vide *Torta.*

TORTURÆ, Cruciatus, Tormenta, ſeu ſupplicia, quibus ad eruendam à reis confeſſionem judices uti ſolent: Gallis *Tortures.* Quod quidem *torturarum* genus Anglis inauditum, Francis noſtris ut inhumanum paſſim ii objiciunt. Joan. Forteſcutus de laudibus Legum Angliæ cap. 22. *Non igitur commenta eſt lex Franciæ in criminalibus, ubi mors imminet, reum teſtibus convincere, ne falſidicorum teſtimonio ſanguis innocens condemnetur: ſed mavult lex illa reos tales torturis cruciari, quouſque ipſi eorum reatum confiteantur, quam teſtium depoſitione, qui ſæpe paſſionibus iniquis, & quandoque ſubornatione malorum ad perjuria ſtimulantur. Quali cautione & aſtutia criminoſi etiam & de criminibus ſuſpecti, tot torturarum in regno illo generibus affliguntur, quod faſtidit calamus ea literis deſignare. — Leges etiam ipſæ civiles, deficiente teſtium copia, in criminalibus veritatem conſimiliter extorquent tormentis: qualiter & faciunt etiam quamplurima regna. Sed quis tam duri animi eſt, qui ſemel ab atroci tanto torculari laxatus, non potius innocens ille, omnia fateretur ſcelerum genera, quam acerbitatem ſic experti iterum ſubire tormenti, & non ſemel mori mallet, dum mors ſit ultimum terribilium, quam toties occidi, & totidem gehennales furias morte amariores ſuſtinere?* Nec multis poſt, graviùs invehitur in judices ipſos, qui hiſce tormentis adſunt ipſi: *O judex, quibus in ſcholis didiciſti te præſentem exhibere, dum pœnas luit reus? Executiones quippe judiciorum in criminoſos per ignobiles fieri convenit*, &c. Sed hoc non novum. Autor ad Herennium: *Majores noſtros dicemus, veri inveniendi cauſa cruciatibus ac tormentis voluiſſe quæri, & ſummo dolore homines cogi, ut quicquid ſciant dicant.* Vide Leges Alfonſinas parte 7. tit. 30. & Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. V. *Tortura.*

Tortura, idem quod *Tortum*, *Tortitudo.* Charta Petri Epiſcopi Albanenſis Cardin. an. 1078. in Bibl. Cluniac. *Nullam læſionem vel torturam inferre præſumant.* Alia an. 1103. in Biblioth. Sebuſiana pag. 265. *Donavit & omnino finivit Deo & B. Petro ad locum Cluniacum unum receptum, quem in Lavariaco exigebat, omneſque malas conſuetudines ac depradationes, ſeu torturas, quas ibi per ſe vel per ſuos exercebat, funditus werpivit & abſolvit.* Tabularium S. Albini Andegav. ubi Fulco Junior Comes *condonat torturas quas fecit in terris S. Albini*, an. 1087. Vide *Tortus.*

Tortura Capillorum. Vide *Capillus.*

TORTUS, *Tortum*, Damnum, injuſtitia, vis, violentia alicui illata. Jo. de Janua: *Tortus, a torqueo dicitur. Hic tortus, tus, i.* * *corriſio, vel injuria.* Gloſſ. Lat. Gall. *Tortus, ta, tum, Tort, injurieux. Tortus, tus, torſion, ou injure.* Edictum Piſtenſe Caroli Calvi c. 20. *Sic injuſtitiam iſtam exſolvant, ſicut illi qui in ſuo miniſterio tortum faciunt.* Cap. 23. *Sicut ille qui tortum in ſuo Comitatu, vel miniſterio fecerit.* Adde c. 26. Vetus Noticia in Tabulario Vindocin. n. 6. *In perverſo & aperto torto nobis poſtea abſtulit.* Charta Ludov. II. Imp. pro Monaſterio Caſaurienſi: *Pro nulla denique malitiura quiſpiam à Monachis præfati Monaſterii, vel ab Advocato eorum tortum quærere audeat, quia — eidem Monaſterio conceſſimus.* Tabularium S. Joannis Andegav. *Tetbaldus fecit eis multa torta.* Prima Statuta Rob. I. Regis Scotiæ cap. 17. *Quamdiu defendens aut ſuus prælocutor defendet tort, & non reaſon*, &c. ubi Skenæus: *Quamdiu tenens defendit ſe nihil feciſſe contra jus vel legem.*

In tortum mittere. Diploma Pipini Regis Aquitaniæ an. 835. to. 12. Spicilegii Acheriani: *Ipſumque Advocatum nemo præſumat temerario auſu diſtringere, vel in tortum mittere*, &c. Tabularium Brivatenſe ch. 446. *Ipſumque Advocatum nemo præſumat diſtringere, vel in tortum mittere.* Fori Oſcæ an. 1247. f. 3. *Debet mittere ſuum nuntium ad portam de illo qui facit ei tortum*, &c. F. 6. *Et ſi teſtatus fuerit Infantio ad Villanum cum juſtitia, & ſint ambo qui tenent tortum*, &c. Mox: *Et ſi ille qui ſe clamat eſt de una villa, & qui facit tortum de alia*, &c. Rurſum: *Emendet ipſum tortum.*

Tortum elevare. Vetus Placitum in Tabulario Viennenſis Eccleſiæ fol. 70. *Archiepiſcopus Viennenſis B. miſit in placitum Duranni Chenvris de torto quod elevaverat in terra ſua, & in cauſis Eccleſiæ S. Mauricii. Et cùm ipſe Durannus voluit ire Jeruſalem, dimiſit in manu Archiepiſcopi tortum quod ipſe elevaverat, & ejus miniſtri in terra illa*, &c.

Latini porrò *tortum*, ſeu *tortuoſum* dicunt, quidquid obliquum eſt, vel non rectum: unde damnum, vel injuſtitia aliqua, ſeu violentia recto opponitur. Gloſſæ Lat. Gr. *Tortus, καμπτός.* Gloſſæ Gr. Lat. *μανιάκ, Tortile, circulus tortus.* Papias: *Lima dicitur, qua lignarii utuntur, ut tortum aliquid conſtruant.* Prudentius in Apotheoſi hymno 1.

Tam multa ſurgunt perfidorum compita
Tortis polita erroribus.

Conſtantinus African. lib. 2. Pantechn. c. 8. *Os coxa ma us eſt totius corporis oſſibus tortum in extranea parte à ſuperiori, in familiari ab inferiori.* Infra: *Ne corpus tortum & non rectum fieret.*

TORTUS, Torques. Euſtochius in Vita S. Pelagiæ meretricis cap. 11. in Vitis Patrum: *Illa verò convocavit omnes pueros & puellas ſuas, & liberavit omnes, donavitque tortos aureos eis de manu ſua*, &c.

TORUM. Charta Longobardica an. 774. apud Ughellum to. 8. p. 34. *A fine Venatoris uſque in ſtraſilum inter duo tora.* Charta Cornutiana vetus edita à Suareſio: *Quæ ſepis deſcendit per regam ante ad viam cavam, ſive ad torum, quæ redit uſque ad arcum ſupradictum*, &c. Vide *Toro*, *Torale*, & *Torallum*.

TOSCA. Charta Theobaudi *Chabot*, ex Tabulario Abſienſi, apud Sammarthanos: *Donamus ſiquidem libere Deo & S. Mariæ & habitatoribus Abſiæ — in præmiſſo feodo 2. ſextariatas terræ, & unam toſcam, quæ ab antiquis Gambuerca à nobis vocatur: tali conventione ut in illa domum & capellam in honore glorioſæ Dei genitricis Mariæ & noſtro adjutori conſtruant. — Donamus etiam illis aliam toſcam quæ vocatur Firmitas, & 10. ſextariatas de noſtra propria terra, quocumque ipſi eam prædicto feodo meliorem invenerint, ipſaſque duabus præfatis ſextariatis & duabus toſcis concedimus, illis ab omni calumnia, prece & pretio funditus liberare & expedire.*

TOSCHEODERACH. Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 6. §. 7. *Si fuerit Marus domini Regis, vel Toſcheoderach ipſius, vel aliquod nomen officii pertinentis ad ſummonitionem faciendam.* Ubi Skenæus barbarum nomen eſſe obſervat, priſcis Scotis & Hibernis uſitatum pro *Serjando*, vel *Serviente curiæ*, qui literas citatorias mandat executioni: ſubditque Davidem II. Regem Scotiæ dediſſe & conceſſiſſe Joanni *Vallace* Armigero ſuo & fideli officium *Serjandiæ* Comitatus de *Carrik*, quod officium *Toſchaderech* dicitur, vulgò *ane mair of fee.*

TOTA, idem quod *Tolta*. Meminit v. cl. Dionyſius S. Ivagnius in Tract. de Jurib. dominic. cap. 40. prædiorum conceſſorum in emphyteuſim *ad totam & talliam, & miſericordiam domini.* Vide *Tolta*.

Tota. Charta an. 1155. apud Gariellum in Epiſcopis Magalon. pag. 127. *Juſtitias, albergas, totas, queſtas, ſive aliquas alias injuſtas exactiones*, &c. Charta an. 1232. in Regeſto Comitum Toloſæ Cameræ Comput. Pariſ. fol. 103. *Terras cultas & incultas, nemora & bartas, prata & paſcua, cenſus, uſus, quarta, quinta, decima, & agrarias, & primicias, oblias, & dominationes, totas, toltas, eſcaducas, & ſucceſſiones*, &c. Alia an. 1234. f. 102. *Oblias & dominationes, totas, queſtas, & albergas, & toltas, a lempriva & ſucceſſiones*, &c. Ubi neſcio an *tota* aliud ſit à *tolta*, quod ibidem apponitur. Nam & *tote*, pro exactione dicitur. Charta libertatum villæ Petrulienſis an. 1260. apud Thomaſſerium: *Li Sires ne la Dame de la Peroſe — ne haut en la vilae herbergage, ne tote, ne taille, ne queſte*, &c.

TOTAGIUM, Solidum. *Totage*, pro *total*. in Conſuetud. Arvernenſi cap. 21. art. 8. Tabularium Epiſcopatus Antiſiod. *Totagium quod eſt totum Comitis quitium draperiorum. Quilibet drapperius qui tenuerit mulierem annum & diem, debet 4. ulnas de burian Comiti, & in hoc totagio habet Miles de villa Ferreoli & ſoror ejus 11. ulnas, janitor caſtelli 5. ulnas*, &c.

TOTO, adverb. *Omnino*, ὅλως, in Gloſſ. Gr. Lat.

TOTTONARIUS *Equus*. Vegetius lib. 1. de Arte veterin. cap. 56. *Equos, quos vulgo Trepidarios, militari vocabulo Tottonarios vocant.* Idem lib. 4. cap. 6. *Inter Colatorios enim, & eos (equos) quos Totonarios vulgus appellat, ambulatura eorum media eſt.* Legendum puto utrobique *Trottonarios*, vulgò *trotenters*, de qua voce egimus in *trotare*: nam *trepidarios* equos ita appellari obſervat Vegetius. At Salmaſius ad Capitolinum *Guttonarios* emendat. Hunc conſule ſi lubet pag. 247.

TOUTA. Vide *Tolta*.

TOWAGIUM, Navis ſubductio in tutiorem ſtationis partem, ſeu navis ductio per naviculas alligatas: ſive ejuſdem ad alterius navis puppim alligatæ. Gall. *Touage*, Angl. *Towage*. W. Thorn an. 1286. *Et etiam temporibus retroactis habere debent in prato adjacenti & in eodem loco ubi prædicta domus & caja ſita fuerunt, towagium, quod impeditum eſt per levationem prædictam.*

TOXA, Stragulum è groſſo panno. Papias: *Stragulum, veſtis quæ Toxa dicitur.* Grimlaicus in Regula Solitarior. c. 50. *Sufficiant autem eis ſtramenta lectorum, matta & cilicium, ſagum, vel toxa & capitale.*

TOXICATOR, Venenarius, qui venenum propinat, apud Lambertum Schafnaburgenſem an. 1054.

TRABALE, Lignum quod tranſit per rotas. Joannes de Garlandia in Synonymis:

Temo, longale, trabale, furcale, ferale.

Trabale judicium. Concilium Toletan. XIII. c. 2. *Vidimus multos & flevimus, ex Palatini ordinis officio ceciſſe, quos & violenta profeſſio ab honore dejecit, & trabale judicium aut morti, aut ignominiæ perpetuæ ſubjugavit.* Quo loco *Trabale judicium* dici videtur firmum, ratum, & ſupremum: ſolemne enim eſt veteribus Scriptoribus *Trabale* appellare quidquid ingens & firmum eſt, eodem ſenſu quo *trabalis juſſio* dicitur in Nov. Theodoſii de Judæis, quæ cum ſumma ſeveritate exercetur: *Trabali juſſione decernimus, ut quicumque*, &c. Ita *clavo trabali figere* dixit Cicero 5. in Verr. Paulinus Nat. 9. Felic.

Corpora transfixis trabalibus inclyta clavis.

Vita SS. Ferreoli & Ferrutii: *Capitibus beatorum Martyrum trabales clavi — malleis ferreis affixi.* Gloſſ. Gr. Lat. δοκαῖος, *Trabalis*. Eſt igitur *judicium trabale* adeo firmum & validum, ut quemadmodum valida trabs flecti aut dirumpi non poteſt, ita & illud nulla ratione convellatur.

TRABARIÆ, *naviculæ in fluminibus, quæ è ſingulis trabibus cavantur, unde & dicuntur. Hæ & littorariæ vel caudicæ.* Papias. Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Trabaria*; Anbyme ſcip. Florentius Wigornenſis pag. 618. *Deinde uterque Rex in inſulam — trabariis advehitur.* Vox *trabs*, pro *navi*, uſurpata ab Ennio, Virgilio, Catullo, Horatio, &c.

TRABATICUM, Tributi ſpecies, fortè pro *trabibus* ad publica opera devehendis, vel præſtandis. Charta Hlotarii Imp. an. 840. apud Chiffletium in Tornutio: *Nullus theloneum, aut ripaticum, — aut cenaticum, aut paſtionem, aut trabaticum, aut ullum occurſum, vel ullum cenſum — exactare præſumatis.* Eadem penè habentur in Charta Caroli C. apud Beſlium in Epiſcop. Pictavienſibus pag. 28. ex qua Chifletianam emendare licet. Innocent III. lib. 13. Ep. 115. *Parciates* (ſunt ii Ravennatibus Cuſtodes ſylvarum ſeu parcorum) *per Monaſterium certum numerum trabium in feudum percipiebant de ſylva.* Vide Senatorem lib. 4. Epiſt. 8.

TRABATTERE. Pactus Legis Salicæ tit. 28. §. 4. *Si quis feminam ingenuam gravidam trabatiit, & ipſa femina fuerit mortua*, &c. Ubi Lex Salica tit. 26. §. 4. nude habet, *Si quis feminam gravidam occiderit* &c. Wendelinus *trabattere*, ex *trans*, & *battere* effictum putat, quod eſt perquam ſæviter percutere. Vide *Tribattere*.

TRABEA, *Porticus tecta dicitur.* Ita Gloſſæ antiquæ MSS. Addit Joan. de Janua, *trabibus*. Nos *travée* dicimus ſeriem trabium, vel ſpatium inter duas trabes. Papias: *Tenda, quæ ruſticè Trabea dicitur.*

TRABEATIO, Crucifixio, paſſio Chriſti. Charta continens Electionem Froterii Epiſcopi Cadurcenſis an. 990. ſic clauditur: *Schedula hujus indaginis à corporea trabeatione Verbi divini anno 990. Ind. 3.* Alia in Tabulario Conchenſis Abbat. in Ruthenis n. 83. *Facta Charta werpitionis, vel exvacuationis, ſive ſecuritatis, anno trabeationis Dominicæ 1013.* Adde Chartam 145. in Appendice ad Capitul. Regum Franc. & aliam apud Diagum in Comitibus Barcinonenſib. lib. 2. c. 31.

TRABES in Eccleſiis. Harum ut crebra fit mentio, ita diverſus fuit uſus. Leo Oſt. lib. 3. c. 31. (al. 33.) *Tra-*

bem quoque nihilominus fuſilem ex ære cum candelabris numero 50. in quibus utique totidem cerei per feſtivitates præcipuas ponerentur, lampadibus ſubter in arcus uneis ex eadem trabe 36. dependentibus, quæ videlicet ærea trabes arcis æque brachiis ac manibus ſuſtentata, trabs lignea, quam pulcherrime ſculpi, & auro, colorumque fucis interim fecerat Deſiderius exornari, commiſſa eſt. &c. Vide l. 4. c. 73. Brompton: *De cujus Eccleſia una trabe 5000. marcas argenti corroſit, unde Regis manum impleret*, &c. Chronicon Atinenſe an. 1061. *Fecit & duas trabes ferreas, unam in choro, & aliam extra chorum ad apponendas candelas.*

Trabes cum *arcubus*, non ſemel memorat Hariulfus: lib 2. cap. 9. *Cæterorum Sanctorum reliquias — per alias 12. capſas minores auro argentoque vel gemmis pretioſis honeſtiſſimè paratas. — dividere, atque ſuper trabem, quam in arcu coram altare B. Richarii ſtatuimus, ponere curavimus.* Cap. ſequenti: *Trabes minores cum arcubus ſuis argento paratæ.* Lib. 3. cap. 3. *Ante altare ejuſdem Sancti ſtant columnæ ſex magnæ ex cupro, argento, & auro paratæ, ſuſtentantes trabem unam ſimiliter cupream argento auroque paratam. Sunt & aliæ trabes minores tres ex cupro, argento auroque paratæ in circuitu altaris vel chori, ſuſtentantes arcus 17. ex cupro, argento auroque fabricatos; inter quos ſtant imagines beſtiarum, avium, hominumque.* Vitæ Abbatum S. Albani: *Tranſpoſitam veterem trabem quæ ſupra majus altare ponebatur, — in qua etiam trabe ſeries 12. Patriarcharum & 12. Apoſtolorum, & in medio Majeſtas cum Eccleſia & & Synagoga figuratur.*

TRABES, Frugum meta continens 24. garbas, Anglis, *à thrave conteining 24. sheaves.* Domeſdey de Burgenſibus Derbiæ: *Hi autem ad feſtum S. Martini reddebant Regi duodecim trabes annonæ.*

TRABUCCA, *Trabuchetum.* Vide *Trebuchetum.*

TRACA. Conſuetudines Eccleſiæ de Regula, apud Labeum to. 2. Bibl. p. 747. *De equo Hiſpaniæ 4. denar. de traca coriorum boum, ovium, vel caprarum, 4. den.*

TRACEA, Perquiſitio per quamcumque viam, quam *Trace* dicimus, unde Gallo-Belgæ noſtri *Tracer* dicunt, pro perquirere. Chronicon Flandriæ cap. 9. *Velia que jamais ne finiroit de tracer, qu'il ne l'euſt trouvé.* Vide Skenæum ad Regiam Majeſtatem lib. 4. cap. 32. Bracton lib. 3. tit. de Corona c. 1. §. 1. *Si homo per infortunium oppreſſus — ſtatim levetur hutesium — & poſtea traceam conducant per terram ſuam*, &c. Joann. Molinetus pag. 123.

Perchant, trachant, cherchant, courant, querant.

Pag. 27. v.

Muſant, traſſant à grant travail de corps.

Vide *Traſſare*, præterea Menagium & Ferrarium in Orig. Italic. in v. *Traccia.*

TRACHALA. Aurelius Victor in Epit. de Conſtantino M. *Irriſor potiùs quàm blandus: unde proverbio vulgari, Trachala decem annis præſtantiſſimus, duodecim ſequentibus latro, decem noviſſimis pupillus, ob profuſiones immodicas nominatus.*

TRACONES, Meatus ſubterranei, cavernæ, ſpeluncæ. Gloſſ. Lat. Gall. *Tracon, onis, allee ſousterre.* Anonymus poëta neſcio quis laudatus à Joanne de Janua:

Terrarum tracones, animalia dico dracones.

Will. Tyrius lib. 16. cap. 9. de regione Traconitide in Syria: *Videtur autem nobis à traconibus dicta: tracones enim dicuntur occulti & ſubterranei meatus, quibus illa regio abundat: nam penè univerſus illius regionis populus in ſpeluncis & cavernis habitat, & in traconibus habet domicilia.* Lib. 19. cap. 26. de Nilo: *Sed tamen quibuſdam meatibus tempore ſoliti incrementi, fluvii pars urbem influit: quam aquarum influxionem ciſternis ampliſſimis, ad hoc ſpecialiter deputatis, ad uſus proprios toto anno diligenter ſervant: ſed & pomeria quæ ſunt extra urbem procuranda, occultis traconibus portionem ex ea dirigunt neceſſariam.* Matth. Paris an. 1247. *Cavernis terreſtribus, & profundis traconibus ac concavitatibus*, &c. Vitæ Abbatum S. Albani: *Tracones verò & vias cum meatibus ſubterraneis, & ſolide per artificium arcuatis — obturavit.*

TRACTARE, Lac mulgere, Gall. *Traire.* Fleta lib. 2. cap. 79. §. 5. *Omnes oves ultra feſtum Nativitatis B. Mariæ matrices tractari per ubera, ſeu lactari non permittantur.*

TRACTARE, Diſſerere. Servius: *Xenocrates primus Philoſophiæ ſcholam aperuit, cùm antea in porticibus Philoſophi tractarent.* Vide lib. 2. Cod. Th. de His qui ſuper religione contendunt, & infra in *Tractator.*

TRACTAREA. Anonymus Barenſis in Chronico an. 1042. *Argiro perrexit in Trane, per mare & terra obſedit eam, fecit ibi turrem excelſam ligneam, & tractareas manculas, & berbices, ut comprehenderet eam.* Fortè legendum *petrarias*, niſi per *tractareas* intellexerit quaſvis machinas jaculatorias: *trahere* enim pro *jaculari* dixerunt inferioris ævi ſcriptores, ita ut leg. *tractareas machinas.*

TRACTATORES, Chartularii, qui tractant vel retractant largitionales titulos. Scholiaſtes Juliani Anteceſſ. ad cap. 82. *Tractenta, quos dicimus apud Latinos, Tractatores, maximè in Africa ſic dicuntur, id eſt Scriniarii, qui annonas publicas computant & tractant.* Euſtathius in Vita S. Eutychii Patr. CP. n. 68. Σωίζει πρὸς τὴν ἐπαρχίαν τῦ Πόντυ διαιτῶντας, τραϰτεύοντας φησὶ ϰαὶ ἀννώνας τῶν δημοσίων, &c. Ita *Chartularios* & *Tractatores* pro iiſdem dici in l. 3. Cod. de Canone largit. titulor. in l. Nulli de Numerariis, l. ult. de Execut. eod. Cod. & Nov. 28. 30. 128. 129. 147. obſervat Cujacius ad d. l. 3. Vide Nicolaum Alemannum ad Procopii Anecdota pag. 100. 1. edit. & Nov. 1. Theod. ſub fin.

Tractator, qui de rebus ſeriis doctè & eruditè *tractat*, ſcribit, loquitur, diſputat. Gloſſ. Gr. Lat. Ὁμιλία, *loquela, ſermo, locutio.* Ὁμιλητής, *Tractator.* S. Cyprianus in præfat. ad libr. de Cardinal. operib. Chr. *Sublimes materiæ ſubtilium ingeniorum exigunt tractatores.* Infra: *Aditum ad ſe temerariis tractatoribus vel ſcriptoribus interdicit.* S. Hieronymus adverſus Helvidium: *Quæ non ſolùm penè omnes Græciæ tractatores in ſuis voluminibus reliquerunt.* Spartianus in Geta: *Fuit adoleſcens moribus aſperis, à natura decorus, tractator, guloſus*, &c. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 4. *De pauperibus ſupradictis quemdam optimum tractatorem & ſcriptorem in Capellam ſuam aſſumpſit.* Horatius, *Ethicus tractator* dicitur Ivoni Carnotenſi Epiſt. 7.

Tractatores dicti præſertim Librorum ſacrorum Interpretes, qui de rebus ſacris tractant. S. Auguſtinus de Doctrina Chriſt. *Debet divinarum Scripturarum tractator & doctor, defenſor rectæ fidei, ac debellator errorum, & bona docere, & mala dedocere.* Vincentius Lirin. Commonit. 1. *Doctores, qui Tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apoſtolus etiam Prophetas interdum vocat, eo quod per eos Prophetarum myſteria populis aperiuntur.* Ruffinus de Adulteratione Librorum Origenis: *Quæcunque veterum nobilium tractatorum invenerunt de his quæ ad gloriam Dei pertinent, plenè & fideliter deſpumaſſe*, &c. Facundus Hermianenſis lib. 4. cap. 2. *Hieronymus quoque noſter, vir admodum doctus, qui etiam tantæ fuerat lectionis, ut omnes, aut penè omnes, ſive in Græco, ſive in Latino eloquio divinarum Scripturarum tractatores legeret*, &c. Idem lib. 9. cap. 3. *Proindè melius facimus, ſi quemadmodum divinam Scripturam, ſic etiam ejuſdem Scripturæ tractatores locutos contra hæreticos fuiſſe credamus.* Arnobius Junior in Pſalm. 67. *Cleros enim hoc loco dictos & Judæi dicunt, & noſtri plurimi tractatores.* Senator lib. de Divin. inſtit. cap. 17. *Habent etiam poſt tractatores, (SS. Patres) diverſos relatores temporum ſtudia Chriſtiana*, &c. Nicolaus I. PP. Epiſt. 42. *Si enim ipſorum decreto cæterorum opuſcula tractatorum approbantur*, &c. Didymus apud S. Hieronymum in Epiſt. 51. ad Domnionem, *Scientia Scripturarum omnes ſui temporis tractatores vincere* dicitur: adde Epiſt. 52. 61. 62. 64. &c. Idem Hieronymus Claudiano Mamerto lib. 2. de Statu ani-

mæ cap. 9. *Potiſſimus tractatorum* appellatur: Lupo Servato de Trib. quæſt. *Alterum lumen tractatorum* : Beda, Monacho Sangallenſi lib. 1. de Carolo M. cap. 2. *Peritiſſimus poſt ſanctum Gregorium tractator* : S. Eulogius, Alvaro Cordubenſi in ejus Vita n. 10. *Tractator peritiſſimus & dictator* : Origenes, Sidonio lib. 4. Epiſt. 9. *Scævus cavenduſque tractator*, Sulpitio Severo dial. 1. c. 3. *Tractator ſacrarum Literarum peritiſſimus: Eccleſiaſtici tractatores*, apud Vigilium Tapſenſem l. 5. contra Eutychem. Adde Auctorem Prædeſtinati p. 36. 82. &c. Mitto quæ alii de hac voce obſervarunt, Juretus, Savaro, Sirmondus, Jacobus Gotofredus, Joann. Fileſacus, v. cl. Steph. Baluzius, & alii.

Tractatores, Concionatores ; qui *tractatus*, ſeu homilias habent ad populum. Petrus Chryſologus ſerm. 91. *Vacat humanus ſermo, ſilet prædicatio tractatoris, quando angelico præconio Joannis* (Baptiſtæ) *profertur gloria, virtus inſonat, laus collaudatur.*

Tractatores, Conſiliarii. Senator l. 8. Ep. 8. idem Epiſt. 12. *Decet enim tractatores habere doctiſſimos, quibus ſumma poteſtas committitur*, &c. Ita alibi *Tractatum* pro Conſilio uſurpat.

TRACTATORIA, Epiſtola Synodalis, *Synodica*, quæ à *Synodo*, quam *Tractatum* appellari mox docemus, ad Epiſcopos ſcribitur, vel de quavis re ad *tractatum*, ſeu Synodum ſpectante. Ea enim eſt vera vocabuli origo, quam non adverterunt Baronius an. 141. & Bernardinus Ferrarius lib. 2. de Epiſt. Eccleſiaſt. cap. 2. niſi locis mox laudandis legendum ſit *tractoria*, uti contendit Philippus Priorius. Meminit S. Auguſtinus *Tractatoriæ* Serm. 2. in Pſalm. 36. qua Epiſcopi declarabant hunc vel illum eſſe excommunicatum : *Atque ideo non immemores pietatis Eccleſiæ conducibile exiſtimavimus, omnes ſanctos Conſacerdotes & omnes Clericos, & omnes populos, qui ſe Chriſtianos meminerunt, hac noſtra tractatoria commonere, ut omnes ejus* (Primiani) *communionem, utpote damnati, diligenti cura horreant.* Eodem ſenſu *Tractatoriam* uſurpat Epiſt. 162. *Quod ſi non fecerint, ibi etiam eorum pravitas & perverſitas innoteſcet, miſſaque tractatoria ſuper eorum nomine per totum orbem terrarum, quaqunque jam Chriſti Eccleſia dilatata eſt, ab omnibus Eccleſiis eorum communio præcidetur.* *Tractatoriæ* denique mentio eſt in Concilio Teleptenſi. In Concilio Carthaginenſi V. can. 10. & Africano ſub Bonifacio & Cæleſtino cap. 43. jubentur Epiſcopi ad Concilium evocati, *ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas in Tractatoria conſcribere.* Quo loco Capitula Car. M. lib. 7. cap. 20. habent *Tractoria.*

TRACTATUS, ὁμιλία, Collatio, præſertim de rebus ſacris: præterea concio Epiſc. vel Sacerdotis ad populum. Acta Numidarum Martyr. apud Sur. 1. Maii, & Baron. an. 262. n. 39. *Horum tanta charitas fuit & tanta dilectio, ut licèt taciti poſſent jam devota & obſignata virtutis exemplis fidem fraternitatis extruere : tamen ad ſtabilitatem perſeverantiæ latiùs conſulentes, pectoribus noſtris rorem tractatus ſalutaris infunderent : neque enim tacere poterant, qui Dei ſermonem videbant. Nec mirum ſi paucis illis diebus tam largè noſtrum omnium mentes eorum tractatus ſalubris animavit, in quibus jam Chriſtus, micante gratia de proxima paſſione fulgebat.* S. Cyprianus de Opere & Eleem. *Quales nunc in Eccleſia quoſdam videmus, quorum præcluſæ aures, & corda cæca nullum de ſpiritualibus ac ſalutaribus monitis lumen admittunt, de quibus mirari non oportet, quod contemnant in tractatibus ſervum, quando à talibus Dominum videamus eſſe contemptum.* Adde eundem Epiſt. 78. & Optatum lib. 4. & 5. Ambroſium Epiſt. 14. Gaudentium Brixienſem, &c. *Tractatus populares, quos Græci Homilias vocant*, inquit S. Auguſtinus in Epiſt. 4. ad Quodvultdeum, præfixa lib. de Hæreſib. & Victorem Vit. lib. 1. *Populares ſermones Eccleſiaſtici*, eidem Auguſtino lib. 1. Retract. cap. 22. & ſerm. 20. de Diverſis cap. 7. Chronicon Reicherſperg. an. 436. de eodem S. Auguſtino: *Uſque ad illud tempus 232 confecerat libros, exceptis innumerabilibus Epiſtolis, & homeliis, & aliis tractatibus popularibus.* Vide Petrum Chryſologum ſerm. 36. initio In Concilio Laodiceno can. 19. ὁμιλίας ἐπισκόπων, *tractatus Epiſcoporum*, vertit Iſidorus Mercator. In Capit. Caroli M. lib. 1. c. 78. *Soli Canonici libri, & Catholici tractatus, & Sanctorum authoritates & dicta legi & tradi jubentur.*

Tractatus, Conſilium. Senator lib. 8. Epiſt. 10. *Defenſorem omnium ſuis tractatibus adjuvabat, & miniſtrando conſilium, regebat ipſe Rectorem.* Vide *Tractator.*

Tractatus, Concilia Epiſcoporum, in quibus de rebus Eccleſiaſticis *tractatur*, diſceptatur. S. Ambroſius Epiſt. 13. *Hoc ſcriptum eſt in Ariminenſi Synodo : meritoque Concilium illud exhorreo, ſequens tractatum Concilii Niceni, à quo me nec mors nec gladius poterit ſeparare.* Infra : *Si tractandum eſt, tractare in Eccleſia didici, quod fecerunt patres mei.* Ita etiam *tractatum Concilii Niceni* dixit Vigilius Tapſenſis lib. 1. contra Palladium pag. 498. & *Tractatum plenum*, quem ibidem *Concilium plenum* vocat. Codex Canonum Eccleſiæ Africanæ c. 47. Περὶ τῆς πίστεως γὰρ τῆς ἐν Νικαίᾳ πραχθείσης ἀναγνώσεως. Epiſtola Clericorum Italiæ directa Legatis Gallor. an. 552. *Uſque ad univerſalis Concilii tractatum.* Epiſtola Synodalis Concilii Aurelian. I. *Quia tanta ad religionis Catholicæ cultum glorioſa fidei cura vos excitat, ut ſacerdotalis mentis affectu Sacerdotes de rebus neceſſariis tractaturos in unum colligi juſſeritis*, &c. *Tractatus ac deliberatio Synodi*, apud Facundum Hermianenſem lib. 1. cap. 5. *Synodalis tractatus*, in Epiſt. Leonis I. PP. ad Flavian. CP. & apud Marbodum Diac. in Vita S. Licinii Epiſc. Andeg. *Tractatus Eccleſiaſticus*, in Epiſt. 9. Gelaſii I. PP. Lex 15. Cod. Th. de Epiſcop. &c. *In Ariminenſe Synodo ſuper Eccleſiarum & Clericorum privilegiis tractatu habito*, &c. Hlotharii Imp. Epiſtola ad Leonem IV. PP. *Obſervantes ut ſi ipſe ratum eſſe decerneres, ex ſuo latere viros idoneos deſtinares, quia unà cum Epiſcoporum ipſius provinciæ tractatu, cauſam utriuſque inquirere, & canonicè definire valerent.* Præfatio Concilii Wormacienſis an. 868. *Dum — apud Wormaciam — conveniſſemus, ut de quibuſdam Eccleſiaſticis utilitatibus communis à nobis tractatus ageretur*, &c. Concilium Romanum an. 904. c. 2. *Quatinus cum ad Synodum convenerint, liberè eis tractare & ſtatuere liceat, quæ ſanctorum Patrum canonica cenſura decrevit.* Concilium Troſleianum an. 909. in Præfat. *De ſtatu ſanctæ Eccleſiæ ac totius regni utilitate tractaturi.* Adde Concilium Confluentinum an. 922. cap. 1.

Tractatorium, Locus in quo *tractatus* ſeu conſilia agitantur, Senatus. Sidonius lib. 1. Epiſt. 7. *It in tractatorium frequens Senatus.* Vide *Secretarium.*

Tractatus, Epiſtola quam Pontifex recèns electus ad alios Pontifices mittebat, fidei ſuæ teſtis, quam *Synodicam* appellabant, ut in hac voce docemus. Auctor Prædeſtinati lib. 1. hæreſi 89. *Conſuetudo eſt namque ut unum tractatum ſuum Epiſcopus Alexandrinus mittat ad Conſtantinopolim, qui recitetur in Paſcha, & tractatum ſuum Conſtantinopolites, qui Alexandriæ recitetur. In tractatu ſuo Conſtantinopolites Neſtorius ſcripſit Mariam non eſſe Theotocon, ſed Chriſtotocon*, &c.

Tractatus. Charta Petri Abbatis S. Benigni & Menardi Abbatis S. Sequani pro ſocietate Monaſtica, apud Perardum pag. 265. *Poſt brevis recitationem ſtatim fiet officium, & ea die, ſi talis fuerit hora, vel in craſtino Miſſa matutinalis, cum ſignorum pulſatione & tractatu celebrabitur.* An *tractu?*

TRACTEUTÆ. Vide *Tractatores.*

TRACTIM, in Gloſſis veteribus, *jugiter, continuatim.* *Tractim* verò *canere*, lenta & moroſa modulatione. Honorius Auguſtodun. lib. 1. cap. 36. *Tractus, à trahendo dicitur, quia trahendo, id eſt tractim canitur.* Id eſt *lentè*, moroſè, quomodo *tractim* exponitur in Gloſſario Longobardico S. Germani Pariſ. Uſus antiqui Ordin. Ciſtercienſis cap. 68. *Dicto itaque Deus*

in adjutorium meum intende, moroſè & trahendo à Sacerdote, &c. Cap. 119. *Et cum paratum fuerit, tabulam in Clauſtro tractim percutere — debet.* Romualdus Salernitanus Archiepiſcopus in Chronico MS. an. 1166. *Clericos in ea multos & præbendas inſtituit, & divinum in illa officium reverenter, & tractim, & cum Dei reverentia & timore celebrari diſpoſuit.* Chronicon Trudonenſe lib. 8. *Aſſiduus erat omnibus horis in Choro, & de Pſalmis tractim cantandis, & cantu dulce æque modulando indefeſſa illi ſollicitudo.* Charta Caroli Regis Siciliæ an. 1304. apud Ughellum to. 7. Ital. ſacræ pag. 897. *Volumus quod ipſa deinceps Eccleſia ſecundum ordinem Pariſiorum Eccleſiæ per libros, quos eidem Eccleſiæ dedimus, divinum officium celebretur, punctatim videlicet atque tractim.* Statuta antiqua Ord. Cartuſienſis 2. part. c. 23. §. 5. *Hiſtoriam legat rotundiùs, ſermones & homilias attractiùs, apertè tamen & diſtinctè legat omnia, ut poſſit intelligi*, &c.

Tractores. Concilium Avenionenſe an. 1281. cap. 8. *Denuntientur autores, fautores, tractores, defenſores, & fidejuſſores pro his obſervandis excommunicati*, &c. Fortè *Tractatores*, ex Gallico, *Traiteurs*, Contrahentes.

Tractoria, idem quod *Traga*, vel *Traha*, de qua voce infra. Erchempertus in Hiſt. Langobard. cap. 68. *In quamdam tractoriam plauſtro vehentem intromiſſus, Capuanam urbem ingreſſus eſt.*

Tractoria, Diploma, ſeu inſtrumentum evectionis, curſuſque publici, hoc eſt, quo jus & facultas dabatur equos, vehicula, & viaticum petendi de publico. De *Tractoriis* paſſim tituli *de Curſu publico, & de Tractoriis & ſtativis*, lib. 12. Cod. Juſtin. & lib. 8. Cod. Th. ubi multa Cujacius, Jacobus Gotofredus, & alii doctiores interpretes, quos non exſcribo.

Tractoria interdum eſt Epiſtola citatoria & evocatoria, qua jubetur quiſpiam certo loco & tempore præſentem ſe ſiſtere: qua ſcilicet trahitur & evocatur quiſpiam. S. Auguſtinus Epiſt. 217. *Tractoria ad me 5. Id. Nov. venit, jam finito die, & me valde indiſpoſitum invenit, ut occurrere omnino non poſſem*, &c. Vide Formulas antiquas promotionum Epiſcopalium to. 2. Concil. Gall. Sirmondi pag. 651. 653. 656. Joannem VIII. PP. Epiſt. 177. 181. 228. 229. Bernardinum Ferrarium de Epiſtol. Eccleſ. lib. 2. cap. 1. & virum doctiſſimum Joannem Garnerium ad Marium Mercatorem in Commonitorio cap. 3.

Tractoriarum etiam ſub Regibus noſtris uſus innotuit, quem à Romanis mutuati ſunt: quibus ſcilicet Miſſis ſuis commeatum & hoſpitia in itinere præberi jubebant. Extat harum formula apud Marculfum lib. 1. for. 11. cujus titulus, *Tractoria Legatorum*, &c. Initium autem ſic concipitur: *Ille Rex omnibus agentibus. Dum & nos in Dei nomine Apoſtolicum virum illum partibus illis legationis cauſa direximus, ideo jubemus, ut locis convenientibus eiſdem à vobis evectio ſimul & humanitas miniſtretur, hoc eſt veredos ſeu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, vini modios tantos*, &c. Ex quibus patet expreſſum in Tractoriis quid Miſſis ſingulis, ſecundùm eorum qualitatem præbendum eſſet: unde *Tractoriæ ſtipendiales* appellantur Agobardo lib. de Inſolent. Judæor. Ita porrò *Tractorias* uſurpant Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 30. 69. Lex Longob. lib. 3. tit. 1. §. 38. tit. 7. §. 1. Capitul. Ludovici Pii an. 818. cap. 30. & an. 819. c. 26. & Capit. Caroli C. tit. 32. c. 16.

Tractoria, interdum ſumitur pro quovis Diplomate Principis. Carolus M. in Charta ſeu Præcepto, quo Monaſterium S. Dionyſii ab omni teloneo eximit, apud Doubletum pag. 709. *Ideoque per hanc tractoriam expreſſe præcipimus atque commendamus, ut ipſum mercatum cum omnes ſuos teloneos, ſicut anteriores Reges ac Principes partibus S. Dionyſii conſuleruut, ita in omnibus ſint conceſſi atque indulti.* Mox: *Et ut hæc tractoria noſtris & futuris temporibus firmior habeatur*, &c. Quibus poſtremis verbis concipitur pariter Præceptum aliud Ludovici Pii pro eadem immunitate teloneorum, pag. 733. Nec ſcio an aliter intelligendum ſit Concilium Meldenſe can. 71. in quo Galliæ Epiſcopi à Carolo C. Rege poſtulant, *ut auctoritatem ſigillo regio roboratam more Tractoriæ Chriſtianiſſimus Princeps ſingulis donet Epiſcopis, quam quiſque Epiſcoporum penes ſe habeat, ut quando ei neceſſe fuerit, per eandem auctoritatem reipublicæ miniſtros conveniat, ut ipſi in quibuſcunque civili indiguerint auxilio, reipublicæ miniſtris concurrentibus, ſuum imo divinum poſſint rite peragere miniſterium.* Quo loco *auctoritas ſigillo regio more tractoriæ roborata*, nihil aliud, opinor, ſonat, quàm Diploma authenticum Principis, ejuſque firmatum ſigillo, quomodo *tractoriæ* firmari ſolent, hoc eſt *præcepta regia*, (cujuſmodi ſunt Caroli M. quorum meminimus) quibus ſcilicet tractoriis ac diplomatibus facultas daretur Epiſcopis *miniſtros reipublicæ* conveniendi, iiſque nomine regio præcipiendi, ut quotieſcunque res exegiſſet, præſto eſſent ad eorum auxilium. Scio Bignonium & Bernardinum Ferrarium *Jus tractoriæ*, ſeu evocandi Miniſtros regios per *tractoriam*, à Rege expoſitum cenſuiſſe, quorum ſententiam ſi quis amplecti malit, non magnopere repugnabo. Binæ denique habentur formulæ *Tractoriæ* nomine, in Formulis incerti auctoris cap. 10. & in Chartis Parenſ. lib. for. 15. Prior quæ eſt Epiſcopi, inſcribitur *Tractoria pro itinere peragendo*; altera, quæ eſt Majoris domus, inſcribitur *Charta Tractoria*: utraque porrò precibus concipitur, ut peregrino religionis vel pœnitentiæ cauſa ad Sanctorum limina pergenti, manſionem, focum, panem & aquam præſtare velint ii per quos iter facturus eſt: quæ quidem *tractoriæ* non multùm differunt ab iis quas *Commendatitias* appellabant: adeo ut liceat opinari *tractoriæ* vocem latiùs poſtea ſumptam pro quovis Diplomate. Vide *Tractatoria*.

Tractus, Cantus Eccleſiaſtici ſpecies. Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 96. *Tractus à trahendo dicitur; quia trahendo, id eſt tractim canitur.* Hugo à S. Victore in Spec. Eccl. lib. 1. c. 7. *Tractus autem quia gemitum & cantum lachrymabilem exprimit, lachrymas Sanctorum — repræſentat. Unde tractus dicitur, quia ſancti ſuſpirantes ab imo pectoris gemitum trahunt.* Adde lib. 2. cap. 19. Alcuinus lib. de Offic. divin. *Tractus ſemper in cauſa humilitatis ponitur.* Joannes Abrincenſis Epiſc. de Offic. Eccl. *Per tractum qui nullo reſpondente cantatur, & in melodiis ſuis ſimilitudinem fert gemitus*, &c. In eo verò quod nullo reſpondente canitur, differt à Reſponſorio. Amalarius lib. 4. de Divin. offic. c. 12. *Hoc differt inter Reſponſorium, cui Chorus reſpondet, & Tractum, cui nemo.* Inde igitur Tractus cantatur, cùm ceſſat Alleluia. Ordo Romanus: *Si fuerit tempus ut dicatur Alleluia, bene: ſin autem, Tractus.* Alibi: *Quapropter Alleluia illo tempore non cantatur apud nos, ſed Tractus, id eſt luctus.* Necrologium S. Leonorii Bellimontis in Bellovacis: *Kal. Jann. obiit Matthæus Comes — officium plenum fiat, cappa in Choro, Reſponſoria, & Tractus, in cappis, tres pauperes reficiantur, Generale facit Prior de piſcibus abundanter.* *Tractus* & hymnos compoſuit Gelaſius PP. ut autor eſt Rupertus l. 2. de Div. off. cap. 21. & ex eo Autor Chronici Reicherſpergenſis ſub an. 494. Vide præterea Librum Uſuum Ordin. Ciſterc. cap. 12. Stephanum Eduenſem Epiſc. lib. de Sacram. altar. cap. 12. & Durandum lib. 4. c. 21.

Tractus, Piſcatio, jus piſcationis, quod aliàs *Jactus* dicitur: piſces qui ex fluvio vel vivariis extrahuntur. Tabularium Bellilocenſe ch. 159. *Cum terris cultis & incultis, domibus, ſylvis, adjacentiis, & in Dordonia tractis ſive jetis.* Ch. 176. *Et juxta fluvium Dordonæ piſcatoriis & ripaticis, jectis ſive tractis.* Charta an. 1266. in Probat. Hiſt. Sabaudicæ: *Ripaticis, piſcationibus, tractis, venationibus, laudimiis.* Charta Ricardi II. Ducis Norm. an. 1027. pro Monaſterio Fiſcanenſi: *Et in eodem fluvio tractus piſcatorios: — item in fluvio qui dicitur Ausbura, in loco dicto Haſdans, tractus piſcatorios cum aliquibus hoſpitiis.* Fleta lib. 5. cap. 9.

§. 24. *Sunt etiam alia res hereditariæ, quæ veniunt in par-titionem, quæ cum commode dividi non poſſunt, uni conce-duntur, ita quod alii cohæredes alibi de communi heredita-te habeant ad valorem: ſicut ſunt vivaria, piſcaria, par-ci, & hujuſmodi; vel ſaltem quod partem habeant, ſicut ſecundum, tertium, vel quartum, vel ſecundum tractum, tertium, vel quartum, ſecundum numerum cohæredum: & ita de parcis, ſecundam, tertiam, vel quartam beſtiam.* Charta Ludovici Regis Franc. an. 946. in Biblioth. Cluniacenſi pag. 275. *Excepto tertio tractu de Hoſa quod pertinet ad S. Vincentium.* Alia Rodulphi Regis an. 997. ibid. pag. 410. *Et tertiam partem piſcinæ, quæ vocatur Oſa, cum mancipiis vel reliquis rebus ad eamdem piſci-nam pertinentibus, ut ſemper iidem Monachi medium tractum habeant.* Orig. Murenſis Monaſterii pag. 50. *In lacu autem habemus duos tractus & dimidium*, &c. Pag. 52. *Et in lacu duos tractus — poſſidemus.* Tabula-rium Vindocinenſe fol. 54. *Donavit eis tractum ſagenæ unius, in univerſis aquis ſuis, ubicunque piſcaturas ha-bere dinoſcitur.* Vide Radulphum in Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis n. 78.

Tractus, vel *tractus decimæ*, in agris ac culturis, alius prorſus à *tractu piſcatorio*. Charta Alexandri III. PP. an. 1180. in Hiſtoria Vaſtinenſi: *Decimam de la Nar-ville, & tractum per ſingulos annos: — apud Chatoe-veib quartam partem decimæ de Frateviſla, & duos tra-ctus: quartam partem decimæ de Varennis, & quartum tractum: Decimam in terra Burchardi Gononis, — & ipſius decimæ tractum.* Charta Hugonis Decani Pariſ. an. 1213 in M. Paſtorali lib. 7. ch. 33. *Ipſi autem Mo-nachi nobis quittaverunt medietatem totius decimæ in pro-ventibus, videlicet in dominio, in juſtitia, in tractu.* Alia an. 1248. lib 8. ch. 22. *Medietatem in quadam decima, — videlicet in grano, palea, tractu, ſtramine, & in omnibus aliis quibuſcumque proventibus ratione decimæ ſupradictæ.* Charta an. 1239. apud Roverium in Reo-mao pag. 263. *Cum Abbas & Conventus Reomaenſis, Laurentium de Crie piſcatorem coram nobis authoritate Domini Lingonenſis, ſuper terris tertialibus ſitis in fina-gio de Crie, in quibus dictus Laurentius dicebat ſe tractum habere, & ſuper ſergenteria ad Prioratum de Aſiaco ſpe-ctantibus traxiſſent in cauſam*, &c. Quæ hîc commenta-tur idem Roverius pag. 640. nihili ſunt. Vide in *Gran-chagium*.

Tractus extra rotulos. Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 3. n. 2. *Item ordinaverunt pro ſuſtentatione Juſtitiarii quolibet die itineris ſui centum ſolidos. Item Clericis ſuis, pro quolibet homine amerciato, vel vendito duos ſoli-dos: & pro quolibet homine mundato per aſſiſam, pro tractu extra rotulos, quatuor denarios.* Galli dice-rent, *Pour eſtre tiré du rôle des accuſations ou des amen-des.*

Tradavium. Charta Alamannica 99. Goldaſtina: *Pro-clamavit, eo quod in contraditum ſuum manſum et tollu-tum fuiſſet, quod ei advenit à parte uxoris ſuæ ſimul & Flavino, & propreſum fuiſſet, & legibus ſuum eſſe deberet, quia jam de tradavio uxoris ſuæ fuiſſet, idcirco ſuum eſſe deberet.* Legendum fortè *tritavio*, ita quod prædium à *tritavo* uxoris poſſeſſum fuiſſet, niſi potiùs *tradavium* accipiatur pro proprietate, vel dote.

Traditio, Ceſſio, conceſſio, alienatio, vel diſpoſitio per teſtamentum, in Capitul. 2. an. 813. c. 6. in Con-cilio Turonenſi III an. 813. c. 51. in Capitul. Caroli C. tit. 32. c. 5. &c. Vide *Inveſtitura*.

Traditiones Evangelii. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Alium verò Miſſale cum Antipho-nario in uno volumine, Smaragdum unum, Traditiones Evangelii, & Epiſtolas libros duos*, &c.

Traditor, Proditor, Gall. *Traître.* Tacitus lib. 1. *Quin potius interfecto traditore, fortunam virtutemque ſuam malo omine exolverent.* Hugo Flaviniacenſis in Chron. pag. 163. *Regebat tunc Eccleſiam (Remenſem) Arnul-fus Lotharii Regis, qui quintus à Karolo Calvo fuit, fi-lius, qui Traditor cognominatus eſt ob id, quia civitatem patruo ſuo Karolo reddidit, cum doleret regnum alienæ ſtirpi datum, & ſuæ præreptum.* Ita etiam uſurpant Le-ges Edwardi Confeſſ. cap. 19. Thwroczius non uno loco, & alii paſſim.

Traditio, Proditio, Gall. *Trahiſon*, apud Simeonem Du-nelm. an. 1088. 1096. Radulfum de Diceto an. 1190. & alios non ſemel. Leges Alfonſinæ part. 6. tit. 2. lege 1. *Læſa Maieſtatis crimen, tanto quiere dezir en Roman-ce como yerro de trayciõ, que faze ome contra la perſona del Rey.*

Traditores, dicti ex Chriſtianis, qui atrocitate pœna-rum perterriti, quos apud ſe haberent codices ſacros, tra-debant Tyrannis. Horum ingens numerus fuit, ſed pro-pe infinitus illorum, quorum conſtantia nulla eſt con-cuſſa formidine, qui ne ſacros libros traderent, luben-tiſſimo animo mortem oppetierunt. Horum memoriam præſertim agit 2. Jan. Martyrologium Romanum. San-ctus Auguſtinus lib. 7. de Baptiſmo contra Donatiſt. c. 2. *Poſt Cypriani mortem 40. & quod excurrit annis per-actis, traditio codicum facta eſt, unde cœperunt appellari Traditores.* Sub Diocletiano nempe. Acta SS. Saturni-ni & ſocior. Mart. Carthag. cap. 1. n. 2. 11. Febr. *Quippe in Deo, devicto atque proſtrato diabolo, victoriæ palmam in Traditores & eorum conſortes ferentes, quæ il-los ab Eccleſiæ communione rejecerant, cuncti Martyres proprio ſanguine conſignabant. Fas enim non fuerat, ut in Eccleſia Dei ſimul eſſent Martyres & Traditores.* Adde de iis etiam idem Auguſtinus Epiſt. 50. cap. 3. n. 16. De iis etiam idem Auguſtinus Epiſt. 50. 162. 164. 171. de Verb. Dom. ſerm. 18. c. 19. lib. 3. contra Creſcon. c. 27. 30. in Collat. 3. cap. 13. lib. 7. de Baptiſmo contra Donatiſt. c. 2. Concilium Arelatenſe I. c. 13. &c.

Traditor, Donator. Orig. Murenſis Monaſterii pag. 49. *In Wirbenlos ſex diurnales habemus, quorum traditores fuerunt Ruſtein, Luiprandt*, &c.

Traditoria, Inſtrumentum ſeu Charta traditionis, vel *inveſtituræ*, qua quis agrum ſeu quamvis rem aliam alteri tradit, & in ejus dominium transfert, per feſtucam, vel ramum, &c. Hujus formulæ habentur in formulis veteribus Bignonii 19. & 57. ubi & *Notitia traditionalis* dicitur.

Tradux, Stirps, progenies. Gloſſæ Antiquæ MSS & ex iis Papias: *Tradux, ex altero ducta propago, radix vel origo.* Gloſſæ Lat. MSS. Reg. cod. 1013. *Tradux, Propago.* Aliæ: *Tradux, Origo.* Prudentius in Apo-theoſi:

> *Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis*
> *Transfundi in ſobolem credatur fons animarum*
> *Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena eſt.*

Eulogius lib. 3. Memorial. Sanctorum c. 17. de S. Au-rea: *Grandique faſtu Arabica traducis exornabatur.* Al-varus in Vita ejuſdem S. Eulogii: *Patritia Senatorum traduce natus.* Iſidorus Pacenſis æra 728. *Julianus Epi-ſcopus ex traduce Judæorum, ut flores roſarum de inter ve-pres ſpinarum, productus*, &c.

Tradux, invenitur etiam, inquit Joannes de Janua, pro *originali peccato quod Adam commiſit, & ab ipſo in poſte-ros ſuis tranſlatum, ſicut de patribus filii propagantur.* Hinc

Traduciani, appellati vulgò à Pelagianis Catholici omnes, qui, contra quam ii, mortem in omne genus humanum *per tranſitum ſeu traducem, & per peccatum & per ſemina tranſire, currere*, ut loquitur Marius Mercator lib. Subnotat. c. 9. §. 7. 14. hoc eſt per peccatum originale, exiſtimant. Idem Mercator lib. laudato cap. 6. §. 5. *Quomodo non & tu Traducianus es, ut tibi libet, & ad-huc licet, nomen imponere Catholicis Chriſtianis?* An-nianus in Præfat. ad homilias Chryſoſtomi: *Quantum nobis conſolationis exoritur, cum cernimus tam erudito, tamque illuſtri Orientis Magiſtro, eam quam in nobis Tra-ducianus oppugnat, adſtrui veritatem?* Infra: *Solvendo omnes illas quæſtiones quibus Traducianus os inniteus bea-tum Paulum vitiorum obfuſcatione commaculat, ut ſcili-cet fidelibus ſuis Apoſtolico exemplo peccata concilict.* Pru-

dentius in Apotheoſi v. 977.

Hæc prima eſt natura animæ: ſic condita ſimplex
Decidit in vitium per ſordida fœdera carnis.
Exin tincta malo peccamine Principis Adæ
Infecit genus omne hominum, quod pullulat inde,
Et tenet ingenitas animarum infantia in ortu
Primi hominis maculas, nec quiſquam naſcitur inſons.

Vide Auctorem Prædeſtinati lib. 1. hær. 88. &c.

Tradux denique vox uſurpata ab iis hæreticis, qui animas à parentibus in filios traduci exiſtimabant. Aiebant enim *animas rationales eſſe ex traduce*, id eſt ex propagatione ductas, vel origine, ex altero, ita ut anima filii ex anima patris originem haberet. Quam hæreſim carpit loco laudato Prudentius:

Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis
Transfundi in ſobolem credatur ſons animarum,
Sanguinis exemplo, cui texta propagine vena eſt.

Euſebius Pamphili in Apologia Origenis ex verſione Ruffini: *De anima vero utrum ex ſemine traducis ducatur, ita ut ratio ipſius vel ſubſtantia inſerta ipſis ſeminibus habeatur, an verò aliud habeat initium*, &c. Ejuſmodi Traducianorum hæreſim exagitant Hieronymus Epiſt. 61. ad Pammachium c. 6. Epiſt. 82. lib. 2. in Ruffinum c. 1. 2. 5. Cæſarius S. Gregorii Nanzianzeni frater quæſt. 78. &c. Vide Auctorem Prædeſtinati, hæreſi 26. 86.

TRAGA, *Tragula*, Plauſtri ſpecies. Gloſſ. Lat. Gall. MS. Thuanum: *Hæc tragua*, *Haves.* Charta Simonis Comitis Northampton. in Monaſtico Anglic. to 1. pag. 851. *Qui cum quadriga, vel traga, aut onere per licentiam foreſtarii de boſco fuerit egreſſus.* Occurrit iterum pag. 853. Neſcio an aliud *traca* ſonet in Conſuet. Monaſt. de Regula: *De traca coriorum boum, ovium, vel caprarum, 4. den.*

Tragula. Papias: *Traha, quæ Ruſtici Tragulam vocant.* Idem rurſum: *Traha, genus vehiculi, a trahendo dictum, nam non habet rotas.* Addit Brito: *Sic etiam appellatur inſtrumentum dentatum, quod equus trahit ſuper terram de novo ſeminatam pro ſemine recondendo & glebulis conterendis.* Gloſſ. Latino-Gall. *Traha, Herce.* Gloſſ. Gr. Lat. MS. χαμοῦλκος, *Trahea.* Edit. *Trahe.* Sed. leg. *Traha.* Gloſſ. Lat. Gr. *Trahea*, ἁμάξα καὶ βόλος ἀμαξίζουσα. Eædem Gloſſæ: *Traduco*, κάσιος, ὄχημα δίχα τροχῶν. Ubi puto legendum *Tragula.* Ælfrici Gloſſ. *Traha*, ciþe. Unde noſtrum *Civiere.* Gloſſ. Lat. Gall. *Traha*: *Civiere, ou brouette.* Virgil. lib. 1. Georg.

Tribulaque, trahæque, & iniquo pondere raſtri.

Paralipom. lib. 1. cap. 20. *Fecit ſuper eos tribulas & trahas.* Matth. Paris an. 1259. *Ligones, tridentes, trahas, vomeres, aratra*, &c. Thwroczius pag. 50. *Rex Andreas poſt hæc citò incidit in paralyſin, & tam hiemali quàm æſtivali tempore ſuper traha ferebatur.* Joſephus Barbarus in Itinerario ad Tanaim: *Trahis ſecum vehunt omnia quæ volunt, & quidem in eo celerrime ſe ſe expediunt. Trahæ apud eos in eo uſu ſunt, quo apud nos fortaſſe carri: & hi à latere & parte dextra Travali vocantur.*

TRAGAL. Vetus Charta apud Will. Hedam pag. 146. 1. edit. *In Untecameri laxatio retium, quod Tragal dicitur, omnis & dimidium piſcationis ad S. Martinum pertinet.* Vide *Tragum.*

TRAGEMATIA, Τραγήματα, Bellaria. Papias: *Collibia ſunt apud Hebræos, quæ nos vocamus Tragemata, vel vilia munuſcula, ut cicer frixum, uva paſſa, poma diverſi generis.* Regula S. Pachomii c. 37. *Qui ante fores conviviis erogat fratribus tragematia, in tribuendo meditetur aliquid de Scripturis.* Cap. 52. *Si verò ſint tragematia, vel poma, dabit ei janitor ex his comedere quæ poterit*, &c. Vita B. Veronicæ de Binaſio c. 9. *Vaſa quædam afferri vidit lignea præclarè elaborata, quibus ex ſaccharo delicatiora quædam compoſita ſervabantur, quæ Tragimata vocamus.*

TRAGINARE, vel *Tragmare*, Trahere, ex Gallico *Trainer*, vel *Traigner*, ut vulgò Picardi efferunt. Charta Communiæ Atrebatenſis an. 1211. art. 14. *Qui alium per capillos ad terram traginaverit*, &c. *Traginatus*, ibid.

TRAGIPITIMUM, in Notis Tyronis pag. 161. inter calceamenta.

TRAGULA. Vide *Traga.*

TRAGULI. Matthæus Paris an. 1253. *De viris quoque ſanctis & literatis, qui ſeculum ordine irregreſſibili pro Deo imitando reliquerunt, ſuos facit Papa telonarios ad pecuniam argumentosè extorquendam, quod & ipſi omnes inviti ſuſcipiunt, ne inobedientes eſſe videantur. Et ſic de ſecularibus fiunt ſeculariores, & mentitur in eis tragulorum vilitas, dum ſub habitu paupertatis ſpiritus habitat elationis.* Fortè legendum *ſtragulorum.*

TRAGUM, Inſtrumentum piſcatorium, rete: *Tragula*, Plinio lib. 16. cap. 8. Gloſſæ Iſidori: *Tragum, genus piſcatoria.* Gloſſ. Lat. Gallic. *Tragum, Rais à peſcher, Trouble.* Charta Edgari Regis Angl. pro Monaſterio Rameſienſi: *Cui ſanctus in ſomnis apparuit ſic fando Benedictus: aurora ſpargente polum, tuum ejiciens tragum, multitudini copioſa voti compos obviabis piſcium.* Mox: *Prædictus igitur piſcatorum didaſcalus iis auditis evigilans, — in aquam, ſicut ſibi juſſum fuerat, tragum ſuum laxare cœpit, & ſicut ſanctus Pater prædixerat, copioſam multitudinem piſcium concluſit.* Vide *Tragal.*

TRAHERE, Rapere. Lex Salica tit. 14. *Si puer Regis vel litus ingenuam feminam traxerit, de vita componat.* Marculfus lib. 2. form. 16. *Si aliquis puellam invitam traxerit*, &c. Form. 29. *Si ſervus ingenuam trahit.* Libertates urbis Vaſatenſis: *Quicunque alium percuſſerit, vel traxerit, pugno vel palma, vel pede, irato animo, ſanguine non interveniente*, &c.

Trahere, alia notione, in eadem Lege Salica tit. 29. §. 38. *Si quis caſam alienam ſine permiſſu poſſeſſoris traxerit*, &c. Ubi edit. Heroldi tit. 17. §. 31. *Si quis per caſam* &c. habet. Quo loco Wendelinus *traxerit* poſitum pro *iter fecerit*, cenſet, quomodo dicimus *Tirer vers quelque lieu.*

Trahere, Jaculari, noſtris *Tirer*, *traire.* Otto Morena pag. 51. *Ac ſuper ipſum caſtellum fortiter diu noctuque trahere non ceſſaverunt.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. c. 7. *Non ceſſabant trahere ſagittis.* Adde cap. 13. n. 96. Robertus Monach. lib 3. Hiſt. Hieroſ. *Turcorum nempe conſuetudo eſt, ut retro confugiant tractis ſagittis*, &c. Adde Hiſtoriam Cortuſiorum lib. 7. cap. 20.

Trahere ſe ad partem. Vide *Pars.*

Trahere ſpatham. Vide *Spatha.*

Trahere, Moras agere, quomodo *Tirer de longue* vulgò dicimus. Vide *Tractim.*

TRAHINA. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi in prologo: *Quædam (inſtrumenta) in docendo ipſa ut ſciant capere aves quas vult artifex, quomodo vult, id quod dicitur trahina, ſive fiat de grue, ſive de ayrone, ſive de alia ave, ſive de pelle leporina impleta paleis, & ſunt multa quæ ſpectant ad trahinam.*

TRAJECTORIUM, *Fundibulum.* Gloſſ. MS. Regium cod. 1013.

TRAJECTUM, lingua Gallica, Oppidum ſonat. Sigebertus an. 697. *In loco Wiltaburg, qui nunc Wiltrajectum dicitur, à nomine gentis Wiltarum, & Trajecto compoſitum, quaſi Wiltarum oppidum: nam Trajectum lingua Gallica oppidum dicitur.* Hauſit à Beda l. 5. Hiſt. c. 12.

Trajectus, vox Latinis haud incognita, ea notione qua utitur Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. c. 32. *Fuit conſuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquod opus ex Imperiali præcepto faciendum eſſet, ſiquidem pontes, vel naves, aut trajecti, ſive purgatio, ſeu ſtramentum, vel impletio cœnoſorum itinerum, ea Comites per Vicarios & officiales ſuos exequerentur*, &c. Adde c. 33.

TRAINA. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 107. *Cabannaria in Villa Perdita, ſervitium per Kalendas duo membra de carne, & 2. panes, & 2. trainas, & unum faſſum de teda.* Adde fol. 108. 113. Rurſum fol. 114. *Et 1. cartallum de fabis, & 3. trainas de lignis, & 10. faxos de materia.*

TRAINELLUM. Catholicon Armoricum: *Trainell*, *Gall.*

c'eſt trainel à aider à chancer, chancepié, Lat. hic par-copollex, item hoc trainellum. Vide *Parcopollex.*

TRAITA. Charta Guigonis Comitis Forenſis an. 1253. pro Libertatibus Villarezii: *Remittimus hominibus an-tedictæ libertatis bannum quod habebamus in dicta villa de vinis noſtris vendendis in menſe Auguſti, excepta traita, quam ad manus noſtras expreſſè retinemus.* Hinc fortè noſtris vectigal, *Traite foraine*, ſeu ea præſtatio pro mercibus quæ in Regnum inferuntur, vel ex eo effe-runtur.

TRALIA. Vide *Trelia.*

TRAMALLUM, *Tramela*, ſpecies Retis ad capiendos pi-ſces, Gallis *Tremail*, Italis *Tramaglio*, ſic dicta, quod tribus *maculis*, vel triplici *macularum* ordine, quas *Mail-les* noſtri dicunt, confecta ſit. Catholicon Armoricum: *Traimaill. c'eſt une rets à peſcher. Lat. hoc tragum, ver-riculum.* Tabularium Vindocinenſe ch. 240. *Quatuor tractus retis, quod vulgariter vocant Tramallum, ad ca-piendos piſces.* Schedæ MSS. Corbeienſes de Menſa Ab-batis: *Et ſciatur quod talis debet eſſe tramela, dont on prent roces, (piſciculos) quod de facili per foramina tramelæ poſ-ſint tranſire tres medii digiti de manu dextra.* Vide *Tre-maclum*, & Menagii ac Ferrarii Orig. Ital.

TRAMEN *de arboribus*, in Gloſſ. Saxonico veteri, ꝩpæc. In Cottoniano, *Framen*: ubi Somnerus: Neutrum in-telligo. Fortaſſe *Termes*, quod Belg. *Speck maede.*

TRAMISUM. Vide *Tremiſum.*

TRAMOSERICA, *Veſtis quæ ſtamina ex lino, tramam ve-rò ex ſerico habet.* Papias & Ugutio. Gloſſ. Saxon. Æl-frici: *Tramaſericum*, ꝩeolcen ab. Ubi ꝩeolcen, eſt ſe-ricus, bombycinus. Charta donationis factæ Eccleſiæ Cornutianæ, edita à Suareſio: *Mafortem tramoſericum, rhodomelinum, aquilatum.* Ibidem: *Vela tramoſerica pra-ſinopurpura.* Chartula plenariæ ſecuritatis exarata Ju-ſtiniano imperante, apud Briſſonium lib. 6. Formul. *Camiſia tramoſerica in cocco & praſino valente ſolidos tres ſemis.*

TRANA, Lydio, & Goldaſto, *Evectio, tractoria.* At *Eve-ctio trana* dicitur conjunctim, in Charta Caroli M. apud Will. Hedam in Rixfrido Epiſcopo Trajectenſi: *Præte-rea præſenti præcepto decernimus — ut non per ullos por-tus, neque per civitates, ubicunque in noſtro regno aut pa-gis, aut territoriis, teloneus exigatur nec de navali vel carrali, neque de ſaumis, ſeu trana evectione, vel rota-ticum, vel pontaticum, — requiratis vel exigatis*, &c. Quid ſit *trana* hoc loco, non facile eſt aſſequi. Papias MS. *Tranas quidam putant eſſe quibus mare colligitur: Donatus vero vehicula eſſe ſine rotis.* Donatus habet *Tra-ha*, non *trana*, ad 1. Georgic. unde conficitur perperam Papiam apud eundem *tranas* legiſſe. Rectè tamen dixit *tranas* eſſe locum ubi mare colligitur: ſunt enim *piſca-toria*, ſeu *piſcaria*, quæ ad ædium veſtibula conficieban-tur in mari, quas Leo Imp. Nov. 57. & 104. ἐποχὰς vocat, quaſi *aquarum maris remoras*, nos *Retenues d'eaux* dicimus, poſteriores verò Græci πράνας, ut autor eſt Michael Attaliata in Synopſi tit. 95. Eæ autem ἐποχαὶ non tam fuere *retia in mare extenſa confixis palis*, quod vult Cujacius lib. 14. Obſervat. cap. 1. quàm maritimæ piſcinæ, ſeu ex aqua maris exundantis in ipſo littore con-fectæ. Proinde *trana evectio*, nihil aliud fuerit quàm quod pro piſcium maris evectione penſitabatur: quod & *Tranaticum* dicitur in Charta Ludovici Pii, & Caroli C. ex Tabulario Flaviniacenſi: — *Nec ſalutaticum, nec lauda-ticum, nec tranaticum, nec de hoc quod homines ad eorum dorſa portant exigere aut exactare præſumat.* Adde Appen-dicem ad Capitularia v. cl. Steph. Baluzii n. 67.

TRANATORIUM, ab eodem fonte quo *trana.* Florentius Wigornienſis an. 465. *Hengiſtus & Æſca cum Britoni-bus prope Wippedes-fleote, id eſt Wippedi tranatorium pu-gnaverunt.* Anglo-Saxonibus ꝼleat, *æſtuarium, gur-ges, amnis.*

TRANEX. Edictum Rotharis Regis tit. 101. §. 61. & Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 7. *Si quis tranicem de vite alie-na inciderit, componat medium ſol.* Ita tres editiones. Quidam codices MSS. habent *travices*, & in lemmate, *de radice vitis.* Sed legendum puto *de traduce vitis*, ut in ipſa lege *traducem*, id eſt vitis ſurculum, quem ita appellant Varro lib. 1. de Re ruſtica, Columella lib. 4. cap. 29. lib. 5. cap. 6. & alii. Niſi titulus *de radice vitis*, ſit vice Gloſſematis. Itali *Tralcio* dicunt.

TRANQUILLITAS, Titulus honorarius Imperatorum, apud Vegetium lib. 2. in prologo, & alios. Vide *Sere-nitas.*

TRANSACTARE, Transferre, poſſeſſionem aut rem in alium transferre, in Statutis Venetis an. 1242. lib. 3. c. 29. & conſulto 16.

TRANSACTUM. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 59. *Si cu-juſcunque ſervus aut aldius, ancilla aut aldia in furto comprehenſi fuerint, & dominus eorum neglexerit eos li-berare, & uſque ad dies 30. eos dimiſerit, ſint ſefangi, & habeat eos in tranſactum, cui furtum fecerint, & com-ponat poſtea ipſum furtum ſicut Lex & Edictum continet.* Hoc eſt ſibi habeat ipſos ſervos quaſi per modum *tranſ-actionis*, ſeu pacti.

TRANSALPINARE, Trans *Alpes* proficiſci, Romam vel in Italiam contendere. Jo. de Janua: *Tranſalpinare, ul-tra Alpes ire.* Robertus Monachus lib. 2. Hiſt. Hiero-ſol. *Sed natale ſolum tranſeuntes diverſo tempore & itinere tranſalpinaverunt.* Utuntur Gregorius VII. PP. lib. 2. Epiſt. 9. Hildebertus Cenoman. Epiſt. 9. ex iis quæ editæ ſunt to. 13. Spicileg. S. Bernardus Epiſt. 164. 244 245. Petrus Bleſenſ. Epiſt. 59. Otto de S. Blaſio c. 16. 24. 28. Nangius in Chron. an. 1156. Richardus de S. Germano in Chron. an. 1236. Rogerus Hovede-nus pag. 528. Matthæus Weſtmonaſter. an. 1133. 1217. Matthæus Paris an. 1257. Godefridus Monach. S. Pan-taleon. an. 1166. &c.

TRANSCAPOLARE. Vide *Capellare.*

TRANSCENDERE, Præceptum tranſgredi. Conventus apud Andelaum apud Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20. *Si qua pars præſentia ſtatuta ſub quacunque calliditate tempore quocunque tranſcenderit.*

TRANSCORNATI. Chronicon Novalicenſe, de quodam joculatore, qui dux viæ fuerat Carolo M. pergenti in Ita-liam contra Longobardos: *Tunc accedens jamdictus jo-culator ad Regem, petiit ut ſibi promiſſum daretur quod ante illi pollicitus fuerat. Tunc ait illi Rex, Poſtula quod vis. Cui ille, Ego aſcendam in unum ex his montium, & tubam fortiter perſonabo corneam, & quantum longè au-diri potuerit, dabis mihi in merito & munere cum viris & feminis. Et Rex, Fiat tibi juxta verba tua. Qui pro-tinus adorans Regem abiit. Aſcendenſque in uno monticulo, fecit ſicut dixerat. Deſcendenſque, ibat per viculos & arvam, & interrogans quos inveniebat, Audiſti, inquit, ſonitum tubæ? Cui ſi dixiſſet, Etiam audivi, dabat illi mox cola-phum dicens, Tu, inquit, es meus ſervus. Ita ergo dedit illi Karolus quantum ſonitum tubæ audiri potuit, atque ita dum vixit tenuit, ſuique filii poſt eum, qui uſque in præſentem diem ſervi ipſi Tranſcornati vocantur.*

TRANSDUCTORIUM. Vide *Devolutorium.*

TRANSENNA, Cancellus, κιγκλίς, in Onomaſtico Lat. Gr. Anaſtaſius in Sixto III. PP. *Item fecit Sixtus Epiſcopus Confeſſionem B. Laurentii Martyris cum columnis por-phyreticis, & ornavit tranſennam & altare, & Confeſſio-nem S. Martyris Laurentii de argento puriſſimo.*

Tranſenna, Feneſtra. Gloſſæ Græco-Latinæ, κι-γκλίς φωταγωγός, *Tranſenna.* Quomodo ſcilicet eſt gypſum, vel vitrum pellucidum, per quod lumen intus admittitur. Gloſſæ Lat. Gr. *Tranſenna*, ὑπαλξ, παγαγή, μαγγανεία σημεῖον. Legendum πάγαναγή. Paulinus Epiſt. 12. ad Severum: *Latiſſimo verò conſpectu tota ſimul hæc baſilica, in baſilica memorati Confeſſoris aperitur trinis arcubus paribus, perlucente tranſenna, per quam viciſ-ſim ſibi tecta ac ſpatia baſilica utrinſque junguntur.*

TRANSENDA, Via, Platea qua tranſitur: ſed propriè via ſtrictior, *Paſſage.* unde Italis *Traſandare*, tranſcurre-re, prætergredi. Anaſtaſius in Stephano IV. PP. pag. 94. *Eumque projicientes in terra juxta tranſendam cam-pi*

pi Lateranenſis, ejus effoderunt oculos. Charta Landolphi & Atenolphi Ducum Longobard. *Secus tranſendam, quæ pergit ad portam Rufini.* Alia Pandolphi & Landolphi Ducum Longob. in Chronico Beneventano S. Sophiæ: *Concedimus in nominato Monaſterio ſanctæ Sophiæ ipſam tranſendam, quæ vadit retro ipſam Eccleſiam, & quæ in parietibus ejuſdem Eccleſiæ conjuncta eſt.* Alia eorundem Ducum ibid. *Juxta plateam majorem illam publicam quæ aſcendit de porta Summa, & juxta tranſendam publicam, quæ olim pergere videbatur erga ipſum prædictum Monaſterium.* &c. Diploma Roberti Regis Neapol. an. 1321. apud Wadding. *Item domus ſeu apotheca — ſita in civitate Neapolis in platea portus, intus andiens ſeu tranſendam communem, & ſunt conjuncta cum prædicto andito ſeu tranſenda communi, ſicuti paries exſiſtit.* Adde Sanctuarium Capuanum pag. 643. Vide *Andare*.

TRANSFIGURARE *faciem*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 15. §. 5. *Walapauz eſt dum quis alienum furtivum veſtimentum induit, aut ſi caput latrocinandi animo, aut faciem transfiguraverit.* Gall. *Se deſigurer le viſage.*

TRANSFLUVIARE, Fluvium pertranſire. Commodianus Inſtr. 50.

Transfluviat hoſtis, tu ſub latebra conde.

TRANSFOSSORIUM. Papias: *Veru, i. transfoſſorium, quo carnes aſſantur.*

TRANSFRANCIARE, ex Anglia in Franciam proficiſci, tranſire, apud Matthæum Paris an. 1257. *Pro negotiis Regis tranſalpinantes & transfranciantes.*

TRANSGRESSIO *ſuper caſu*, JC. Anglis & Cowello lib. 4. Inſtitut. tit. 3 §. 1. eſt cùm quis alterius ſtatum vel conditionem ſuo delicto deteriorem facit.

TRANSGULARE. Ugutio & Joannes de Janua: *Transgulare, ultra gulam deorſum immittere, ſcilicet, transglutire.* Gloſſ. Lat. Gall. *Transgulare, transglouttir outre, devourer.* Goffridus Vindocinenſis lib. 4. Epiſt. 22: *Habuerunt itaque eſcas, ſed ineſcis illis retia, quibus capti, & hamum, quo ſunt transgulati, invenerunt.* Alia fortè notione vocem hanc videtur uſurpare Gilbertus Porretanus Epiſc. Pictavienſis in proœmio ad Commentar. in Boëtii librum de S. Trinitate: *Et ne vel timiditatis anguſtia nos ad ſilentium penitus transgulare, vel temeritatis audacia ad garriendum laxare putetur,* &c.

Transgulatio. Papias: *Suſpenſio, transgulatio, laqueus.*

TRANSIGIA. Libertates villæ de Moneto an. 1269. apud Thomaſſerium in Conſuetud. localibus Bituricenſib. c. 65. *Nullus de franchiſia faciat mihi biennium aut corvatam extra Moneto, niſi tantummodo tranſigiam ..... uſque ad domum leproſorum, quas habent facere.* &c.

TRANSIRE, Defungi, obire. *Tranſitus*, obitus, mors Voces Chriſtianis ſcriptoribus uſitatiores. Beletus c. 4. & ex eo Durandus lib. 7. Ration. c. 1. n. 18. *Tranſitus dicitur feſtum de morte Sanctorum, quoniam animæ illorum à corporibus exeuntes, per ignota ſibi & diverſa loca tranſeunt, ut per cœlum aëreum, & æthereum, & cryſtallinum, ut tandem perveniant ad Empyreum.* Vita MS. S. Mauri Abbat.

Non mors dicenda, ſed vero nomine vita
Eſt, obit ut juſtus, cujus ſit tranſitus ortus.

Vetus Inſcriptio Viennæ: TRANSIIT SUB DIE .... OBRIS FAUSTO VIRO. C...... COSS. PROSTERNUNTUR MILITE COELI. Commodianus Inſtr. 42.

Tranſire jubentur ad Dominum partibus dextris.

Gregorius Turon. lib. 5. Hiſt. c. 8. *Eodem anno & B. Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit.* Florentius Wigorn. an. 862. *Sanctus tranſivit Swithunus, & aſtra petivit. Vitam tranſire*, pro *tranſigere*, quomodo dicimus. *Paſſer la vie*, in Ep. Silonis Regis Hiſp. ad Cixilanem.

Tranſitus, Mors. Vetus Inſcriptio Chriſtiana in S. Crucis Monaſterio Burdegalenſi: *Hic requieſcet bone recordationis Famulus xpi. Mummolenus qui vixit annus cc. ſeptuagenta, apud quem nullus fuit dolus malus, qui fuit ſine ira jocundus hoc eſt accepit tranſitum ſub die* VI. *Idus Auguſtas ubi fecit Auguſtus dies ſeptem anno V. Regnum Domini noſt. Chlodoveis Reg.* Teſtamentum Hadoindi Epiſcop. Cenoman. apud Briſſon. lib. 7. Formul. *Ut hanc (villam) miniſtri ejuſdem poſt meum tranſitum teneant, poſſideant,* &c. Idem Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 10. *Die Dominica tranſitum accipio,* &c. *Tranſitus S. Martini*, apud eundem Gregorium non ſemel, Chrodegangum in Regula Canonicor. Metenſium c. 20. &c. Adde Senatorem lib. 8. Epiſt. 8. Leg. Burgund. tit. 42. §. 1. tit. 53. Capitula Walterii Aurelianenſis Epiſcopi c. 18. Formulam 37. ex Baluzianis; &c.

TRANSITUS, *Tranſitorium, Tranſitura*, quod præſtatur à tranſeuntibus per terras alicujus domini: Gall. *Droit de paſſage. Tranſitorium tributum*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 14. §. 16. *Tranſitoriæ Conſuetudines*, apud Guibertum lib. 3. de Vita ſua cap. 8. Charta Philippi I. Reg. Franc. pro Abbat. Becci in 10. vol. Chart. Regum Angl. in Camera Comput. Pariſ. pag. 17. *Quæ ſive teloneum, ſive tranſitus nominatur, ſive alio nomine dicitur, quod ſolet exigi pro conſuetudine fiſci à vendentibus, vel ementibus, vel tranſeuntibus.*

Tranſitura, in Capit. Caroli M. lib. 4. c. 59. *Ut nullus ad Palatium, vel in hoſtem pergens, vel de Palatio vel de hoſte rediens, tributum quod Tranſituras vocant, ſolvere cogatur.* Lex Longob. habet hoc loco *tranſitorium.* Vide *Traſtura*: quæ vox occurrit, eadem notione in Chartis Italicis apud Ughellum to. 4. pag. 787. 789. 795. Capitulare verò S. Ludov. Pii an. 819. c. 16. *Traſturas*, ubi codd. alii *ſtraturas, triſturas, triſturas*, ut monet Baluzius. Rhenanus lib. 2. Rerum German. pag. 93. videtur legiſſe *ſtraturas. Treſturas* verò habet Charta Caroli C. an. 18. Ind. 2. in Tabul. Dervenſi: *Silvas etiam quas ex omni parte in circuitu Monaſterii conceſſimus. & mercatum in prædicta villa Glonna. & treſturas ad ſalem emendum, quas de pontanatico S. Petro & B. Berchario in uſus Monachorum tradidimus.*

Tranſitus via publica. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 132. *Correptionem omnium menſurarum, exceptis alodiis quæ homines tenent ad placitum generale reſpicientes, & publicæ viæ tranſitum.* Id eſt juſtitiam criminum quæ in itineribus publicis committuntur: *La Juſtice des grans chemins.*

Tranſitus, dicitur de Præfectis aut Judicibus provinciarum, qui in regiones vel urbes aut vicos ſui diſtrictus diſcurrunt, juris dicendi, vel de criminibus inquirendi gratiâ, in l. 4. Cod. Th. de Off. Rector. prov. & l. 6. Ne quis in Palatio, &c.

TRANSLATARE, Transferre, in aliam linguam vertere. Anaſtaſius in Hadriano PP. *Quam Synodum — in Latinam linguam tranſlatari juſſit.*

Tranſlatare, Aliò transferre. Idem Anaſtaſius in S. Hadriano PP. pag. 115. *Tranſlatavit atque introduxit in eam corpora ſanctorum Martyrum,* &c.

TRANSLATICIE pro *Defunctoriè*, utuntur Juriſconſulti.

TRANSLATIO, in lege 15. & 40. Cod. Th. de Epiſcop. Eccleſ. & Cleric. pro angariarum, parangariarum vel naviculariæ etiam tranſlationis onere, ſumitur, cùm ſcilicet res fiſcales tranſvehendæ erant vel annona militaris. Vide Jacob. Gotofredum ad d. leg. 40.

Tranſlatio, idem quod *Tranſitus*, ſeu teloneum quod pro *transferendis* & tranſportandis mercibus exſolvitur. Appendix Codicis Theodoſ. Conſtit. 11. *Nulla pontium reſtauratio, nulla tranſlationum ſollicitudo gignatur.*

Tranſlatio cauſæ, Gallis practicis *Evocation*: cùm ab inferiori Curia ad ſuperiorem evocatur. Vide Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 16. §. 24. lib. 3. cap. 20. & 21. & Quoniam attachiamenta cap. 14. §. 3.

Tranſlationes Epiſcoporum, de Eccleſia ſcilicet in aliam Eccleſiam, interdicuntur in Canonib. Apoſt. c. 14. in Concil. Sardic. c. 1. 2. & alibi non ſemel, niſi id aliarum Eccleſiarum neceſſitas exigat, ut eſt in Antheri PP.

Epiſt. Decret. &, ut aiebat Gregorius VII. PP. apud Conradum Uſpergenſem, tranſlationes Epiſcoporum duobus modis fieri poſſunt, neceſſitate vel utilitate. Sed de tranſlatione & mutatione Epiſcoporum præclarè egit omnino Bernaldus Preſbyter Conſtantienſis lib. de Reconciliatione lapſorum pag. 277. & ſeqq. Gregorius IX. in Decretal. lib. 1. tit. 7. Franciſc. Bivarus ad Pſeudochronicon Maximi pag. 616. & ſeqq. vir doctiſſimus Lud. Thomaſſinus de Diſciplina Eccleſiaſt. part. 1. lib. 2. c. 24. 25. part. 2. lib. 2. cap. 44. & alii plerique.

TRANSLUCIDUM, διαφανὴς, διαυγής. In Gloſſis Lat. Gr. nos dicimus *Tranſluiſant*.

TRANSMARINARE, Trans mare proficiſci, propriè iter Hieroſolymitanum aggredi, in Chronico Montis-Sereni an. 1131. *Peregrinatio tranſmarina*, ibidem an. 1146. & 1175.

TRANSMIGRARE, Transferre rem aliquam in alium, in Legibus Rotharis Regis Longobard. tit. 62. §. 3. Vetus Charta Longobardica apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 390. *Non in vendendum vel donandum, neque per nullum ingenium in nullam poteſtatem ad proprietatem dandum, aut tranſmigrandum*, &c.

TRANSMISSUS, Intermedius, Italis *Tramesso*. *Aliquid per rogadiam vel tranſmiſſum alteri dandum recipere*, in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 4. 48. lib. 6. c. 13.

TRANSNAVARE, Navi trajicere. Thwroczius 1. part. Hiſt. Hung. c. 15. *Brachio maris, quod Stricium Sibila dicitur, tranſnavato*. Et in Uladiſlao Rege c. 42. *Circa caſtrum Orſowe Danubio tranſnavato, hoſtilem in terram ſe ingeſſerunt*.

TRANSNOCTARE, Noctem tranſigere, vel rem ultra noctem unam detinere. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 4. *Qui pignorat alium, & tranſnoctet, ut remaneat ipſa pignora apud eum ſuper fidantiam de directo, eſt calonia pignorantis 60. ſol.* Fol. 9. *Tranſnoctare pignus*.

TRANSPASSARE, Ultra progredi, Gall. *Trépaſſer*. Thwroczius part. 1. cap. 24. *Abunde Rheno tranſpaſſato, Lotharingenſem Ducatum igne & gladio vaſtaverunt*.

TRANSPONERE. *Servum tranſponere*, Avertere, Gall. *Detourner*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 14. 15. 16. 17.

Tranſponere, pro *tranſcribere*. Gellius lib. 6. cap. 9. *Locum iſtum totum huc ex Piſonis annali tranſpoſuimus*.

TRANSPORTANEORUM *paſſio*, Lepra, *Elephantia*. Celſo lib. 3. c. 25. Ἐλεφαντίασις Græcis, ſic dicta quod cutem reddat elephanti corio ſimilem. Senator de Elephante lib. 10. Epiſt. 30. *Cutis hujus ulceroſis vallibus exaratur, à qua Tranſportaneorum paſſio nomen accepit*. Sic autem appellatur à Senatore, quod *cum hac paſſio*, ut ait Cælius Aurelianus Siccenſis lib. 4. χρονίων, cap. 1. *corruptione quadam, vel laxatione extrema cutis in corporibus generetur*, humor ab interioribus, ſeu ut idem ſcribit, *altioribus*, ad ſuperficiem tranſmittitur, ſeu *tranſportatur*.

TRANSPUNGERE, Perforare, ita ut ſanguis exeat. Lex Aleman. tit. 64. §. 3. *Si autem collus tranſpunctus fuerit*. Tit. 65. §. 3. *Si quis alicui brachium ſuper cubitum tranſpunxerit*, &c. §. 5. *Si manum tranſpunxerit ita ut focus non intret ad coquendum venes, vel ſanguinem ſtagnandum*, &c. §. 24. *Si autem in latus punctus fuerit*. Adde §. 26. 30. 31. Lex Anglior. tit. 5. *Corpus tranſpunctum, coxa vel brachium tranſpunctum, & ſanguinis effuſio*. Ibidem §. 13. *Si ipſe ſtomachus perforatus fuerit*, & infra non ſemel. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 93. *Si tranſpunctus ſit ad utrumque os*, &c. *Lumbis unum.ati — intus punctis. — tranſpunctis*, &c.

TRANSSOLVERE, idem quod *Solvere*. Formulæ vett. Pithœi MSS c. 28. *In feſtivitate ſancti illius in luminaribus ipſius loci ſolidos tantos vobis & actoribus veſtris dare & tranſolvere faciam*. Cap. 30. *In feſtivitate ſancti illius loci ſtante uno dare & tranſſolvere faciat*. Cap. 75. *Minime habui unde tranſſolvere debeam*, &c.

TRANSTOLLENS. Gloſſ. Arabico-Lat. *Fidicina, tranſtollens, vel cantatrix*.

TRANSVADARE. Will. Brito in Vocab. MS. *Tranſvadare dicitur ultravadare, trans vadum ire, vel tranſvadum ducere*.

TRANSVECTURA, Oneris vel præſtationis ſpecies, pro tranſvehendis fortè domini rebus, in Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1180. Vide in *Parata*.

TRANSVERSARIÆ, Trabes quæ reorum in *cippo*, ſeu ἐν τῷ ξύλῳ poſitorum, pedes conſtringebant. S. Cyprianus Epiſt. 77. *O pedes compedibus & tranſverſariis cunctabundi, ſed celeriter ad Chriſtum glorioſo itinere curſuri*. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 7. *Trabes illa qua vinctorum pedes coarctantur*. Vide Diſſertationem 19. ad Joinvillam pag. 254.

In Conſuetud. Turon. art. 63. *Traverſier*, eſt ſpecies dolii vinarii.

TRANSVERSARIUM, ſpecies Retis, quo piſces in fluminibus capiuntur; deſcribitur à Petro de Creſcentiis lib. 12. de Agricult. cap. 37.

TRANSVERSUM. Vide *Traverſum*.

TRANSVOLUTIO. Vide *Volutio*.

TRAOLIUM. Miracula S. Bertæ Blangiac. Abbat. n. 8. *Filum in traolium de fuſo extrahere cœpit*.

TRAPA, Furni domeſtici ſpecies. Conſuetudines ſeu Libertates Prioratus S. Dionyſii de Capella in Biturigibus, à Richardo & Aymone Archiepiſcopis confirmatæ: *Quinetiam ſi aliquis infra determinatas 4. Cruces moretur ad alium furnum, niſi ad S. Dionyſii panem coxerit, & certum erit; in primis reddito furnacio, legem ſuam emendabit. Si quis etiam trapam habuerit, & ſub ea panem conſuetudinaliter coxerit, ſi convictus fuerit, trapa frangetur, & ipſe legem ſolvet*. Vide *Trappa*.

TRAPEZETA, Monetarius. Jo. de Janua: *Trapezeta, vel trapezita, nummularius, vel menſarius, qui pecuniam ſuper menſam dinumerat*. Gloſſ. Saxon. Ælfrici: *Trapezeta, vel monetarius*: Myneteȝe. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Trapezeta, Nummularius, Menſularius*. Gloſſ. Gr. MS. Reg. cod. 1673. κολλυβιστής, τραπεζίτης. Diploma Caroli Simpl. an. 915. pro Abbat. Trenorchienſi: *Concedimus quoque ut trapezetas locus prædictus habeat, qui noſtri nominis ſignum ſingulis imprimant nummis, ne metallorum mixtura adeſſe valeat*. Eadem habentur in Chartis Rodulfi Reg. an. 924. & Henrici I. Reg. an. 1059. pro eod. Monaſterio. Hiſtoria Tranſlationis S. Sebaſtiani n. 88. *Monetam etiam publicam cum incudibus, & Trapezetam perpetuo famulatu ſacris ipſius deſervitura ſubdit*. Arnoldus Lubecenſis lib. 2. cap. 40. *Comiti Adolfo medietatem tributorum totius civitatis de teloniis, de molendinis, de trapezetis, in beneficio dedit*. Notitia Vienenſis Monetæ, in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ fol. 25. de Monetario qui falſam monetam cuderat: *Tamen & omnibus notum ſiat, Trapezeta à Domno Leone IX. PP. excommunicatus, paralyſi perculſus, membris omnibus diſſolutis, impiam vitam digna morte finivit*. Vide lib. Miraculor. S. Vulfranni Epiſc. n. 13.

TRAPPA, Muſcipula, tranſenna, decipula avibus capiendis, Gallis *Trappe*; Itali *Trappola*; unde Theutonib *Trappen*, capere, irretire; noſtris *Attraper*. Pactus Legis Salicæ tit. 7. §. 9. *Si quis turturem de trappa furaverit*, &c. Ubi Lex Salica tit. 7. §. 7. habet *turturem de retis*. Formula 14. ex Baluzianis: *Non eſt homo hic: miſer talis latrat, ſed non ut canis, pſallat de trapa ut linguarius delator major*, &c. Miracula S. Ludgeri Epiſc. Mimigard n. 49. *Pauper quidam in diverticulis Epiſcopalis domus Monaſterii repertus à ſervis, quaſi reus furti pugnis multabatur, & certatim crinibus ad aquam trahebatur*. Deinde infra: *Erat enim ei valde contritum (crus) quando crinibus de trappa Epiſcopalis domus trahebatur*. Ubi quidam codd. habent *Trappia*. Vide Origines Linguæ Italicæ Menagii & Ferrani.

TRAPUS. Pannus, panniculus, Hiſpanis *Trapo*, Gallis

drap. Vetus Charta apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 1. cap. 54. *Et quia negaverat quod famulo Joanni ſervire non debebat, judicavit Rex, ut tollerent ei quicquid habebat in Lecuoita, domos, & terras, & vineas, & panem, & vinum, & trapos, & ſic fecerunt, & abſtulerunt ei totum, & duos horreos plenos de tritico.* Vide *Drappus.*

Trasellum. Charta Will. Comitis Matiſconenſis anno 1214. apud Perardum: *Notum facio — me aſſignaſſe D. Odoni Duci Burgundiæ 4. denarios in uno quoque traſello pedagiorum meorum, ubicumque recipiantur,* &c.

Trassa, Penſitationis ſpecies, *queſta*: eſt enim *tracer*, perquirere. Vide *Tracea*. Conſuetudines Monſpelienſes MSS. art. 102. *Monopolium, vel traſſa, vel raſſa nullatenus fiat in Montepeſſulano.* Eædem vernaculæ: *Monopols con raſſa ni traſſa en nulla guiſa non ſia facha en Monpeſler.* Charta MS. Mali Gaulini Comitis Impuriarum an. 1319. *Et directa & utilia dominia, laudimia, foriſcapia, jovas, traſſas, & alias omnes ſervitutes,* &c.

Traſſare, Perquirere. Vide *Canis traſſans.*

Trastora. Vide *Tranſitura.*

Trava, videtur ſic dicta neſcio quæ præſtatio in blado, avena, &c. ex agris domino penſitari ſolita, incerta mihi vocis origine: tametſi *Trava* videatur fuiſſe menſuræ ſpecies. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 175. *In Foreſtbili, duas acras de dominicatu, & de ſingulis virgatis unam travam. In una Horſpeda 3. acras, & de ſingulis virgatis unam travam, &c. — de Dentona 4. travas de omni blado.* Adde p. 985. Hiſtoria Fundationis Monaſterii S. Leonardi Ebor. *Conceſſit — de qualibet caruca arante in Epiſcopatu Eboraci unam travam bladi, anno 936. quæ uſque in præſentem diem dicitur Petercorne, cujuſmodi & travas Reges tunc temporis potuerunt ſacris locis ex ſua regalitate concedere & aſſignare. Et nihilominus ex conſenſu incolarum Epiſcopatus Eboraci Rex habuit travas prædictas ſibi & ſucceſſoribus ſuis, ſic quod exterminarit lupos patriam devaſtantes.* Idem Monaſtic. to. 2. p. 380. *Dictum hoſpitale dotatum fuit — ad percipiendum de qualibet carucata terræ arabilis in Kipſchire unam travam de qualibet genere bladorum, & valet per annum 20. ſol.* Tom. 3. pag. 93. *Unam travam bladi de ſingulis carucis villæ meæ,* &c. Parte 2. p. 3. *Trava garbarum.* Charta Joannis Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertat. Eccl. Anglic. to. 3. p. 8. *Firmiter præcipientes quod ſine contradictione & difficultate reddant de carrucis ſuis ad oſtia grangiarum ſuarum travas S. Joannis Beverlaci per manum propriam, vel ſervientium ſuorum, ſicut facere ſolebant antequam travæ illæ datæ eſſent ad firmam,* &c.

Travacha. Otto Morena in Hiſt. Rer. Laudenſium p. 53. *Cremenſes verò cognoſcentes ſe non poſſe defendere murum caſtri, quin deſtrueretur, travacham magnam ex lignis & terra inſimul compoſitam ibi intus in ea parte in qua ipſum murum deſtrui videbant, juxta eum conſtruxere.* Et pag. 54. *Quandam machinam, quam fecerant ſuper travacham; quam ipſi ex lignis & terra intus juxta murum caſtri compoſuerant,* &c. Ubi vox *travacha* videtur poni pro *travaglio*, quomodo Galli dicimus *un travail*, pro quolibet munimento ad propulſandos hoſtes extructo.

Traver. Gloſſæ Gr. Lat. ξυρὸν, *Novacula.* ξυρὸν κυρίως, *Traver.* Codex S. Germani *craver* præfert.

Traversum, *Tranſverſum*, Penſitatio quæ exſolvitur ab iis qui trans locum aliquem, aut villam, vel urbem merces vehunt: *Droit de travers*, jus nempe quod competit domino Caſtellano, ſeu majori Juſtitiario, in Conſuetud. Silvanect. art. 93. 105. Turonenſi art. 59. &c. & in viis majoribus tantùm exigi poteſt, ut eſt in Claromontenſi art. 229. διαβατικόν, in Diplomate Andronici Palæologi Imp. apud Phranzem lib. 3. Chron. cap. 24. Charta Rotroci Comitis Perticenſis an. 1136. apud Souchetum ad Vitam S. Bernardi Tiron. pag. 273. *A pedagiis, traverſibus, depriſibus, & quibuſvis conſuetudinibus — liberi ſint.* Charta Ricardi Ducis Norman. an. 1024. tom. 2. Monaſtici Anglic. pag. 1005. *Liberum quoque tranſitum battorum eorum, ſive navium per Sequanam aſcendentium aut deſcendentium — ab omni conſuetudine pontagii, vel traverſi,* &c.

Tranſverſum. Charta Reginaldi Comitis Boloniæ in Tabulario Fiſcanenſi fol. 11. *Relaxavimus Abbati & Monachis — conſuetudinem illam quæ cognominatur Tranſverſum, vel paſſagium, apud Harebbon,* &c. Alia Stephani Epiſcopi Pariſienſis an. 1124. *Dedit etiam — omnibus annis 40. ſolidos de tranſverſo ſuo inter S. Dionyſium & Pontiſaram,* &c. Alia Rainaldi de Claromonte: *Et concedo pedagium quod dicitur Tranſverſum de Luſarchis,* &c. Radulfus de Diceto an. 1027. & Jo. Brompton: *Thelonea & tranſverſa — diminuit.* Vide Hemereum in Aug. Virom. pag. 169. & in Regeſto pag. 47. 48. Chron. Nangii an. 1025. &c.

Tranſverſarius, Exactor *tranſverſi*, vulgo *Traverſier*, in Charta Matthæi Comitis Bellimontis an. 1160.

Traugum, Foramen: Picardis *Treu*, vel *Trau*, noſtris *Trou.* Lex Ripuar. tit. 43. *Si quis — in clauſura aliena traugum ad tranſeundum fecerit, 15. ſol. mulctetur.*

Traylebaston, à Gal *Tray le baſton*, hoc eſt *Trahe*, vel *Educ baculum*: vox vulgaris apud Anglos, qua ita ii vocarunt ſeveriores inquiſitiones primitus factas à Juſtitiariis ſub Edw. I. in omnes cujuſcunque generis malefactores. Nic. Trivettus in Chronico an. 1304. *Hoc anno ordinati ſunt Juſtitiarii qui de malefactoribus inquirerent, — & juxta demerita punirent inventos. Hi Juſtitiarii ab hominibus popularibus vocati ſunt de Tray le baſton, quod ſonat, Trahe baculum.* Matthæus Weſtmonaſt. an. 1305. *Circa eadem verò tempora proceſſit in publicum novum inquiſitionis breve, quod Anglicè dicitur Tray le baſton, contra invaſores alienarum terrarum, qui propter timorem conquerentium, ipſas terras vel prædia in manus potentiorum alienarunt, & contra conductitios hominum vapulatores,* &c. Hiſtoria Roffenſis eod. an. apud Spelmannum: *Circa hæc tempora proceſſit in publicum nova inquiſitionis breve, quod Anglicè dicitur Tray le baſton, contra intruſores, conductitios hominum vapulatores, conductitios ſe ſine captores, pacis infractores, raptores, incendiarios, murdratores, pugnatores. Multi hoc perempti, multi redempti, multi noxii, pauci innoxii ſunt inventi, adeo quidem rigido proceſſit hujus cohercionis juſtitia, quod pater proprio filio non parceret,* &c. Adde Thomam Walſinghamum eodem an. 1305. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 77. *Dominus Robertus filius Walteri cum aliis ſuper Tray li baſton apud Chelmisford, inquirendo de malefactoribus,* &c. Apud Spelmannum Juſtitiariorum inquiſitio ſub Edw. III. Rege ſic inſcribitur: *Tray le baſton coram Rogero de Grex & ſociis ſuis Juſtic. apud S. Albanum, an. regni Regis Edwardi III. poſt conqueſtum, quinto.*

Trebax. *Trebaciſſimus ſenex*, apud Sidonium lib. 1. Ep. 11. ubi Savaro & Sirmondus dici pro *Tribaciſſimus*, vocemque eſſe Græcæ originis, nempe à τρίβαξ, vel τρίβακος, uſu tritus, verſatus, obſervant. *Tribaces viri*, apud Plautum in Moſtell. In Gloſſis Gr. Lat. τρίβακος, exponitur *Pannoſus.* Alibi τρίβακα, *trita*, cap. de Veſtimentis.

Trebaciter, adverbialiter idem Sidonius uſurpat l. 9. Ep. 11. *Malui factum confiteri ſimpliciter, quam trebaciter diffiteri*, hoc eſt callidè, aſtutè.

Trebuchetum, *Trabuchetum*, *tribuctium*, *trabucchus*, *trabucha*, *tribuculus*, *trebuculus*, Catapultæ ſpecies, ſeu machina grandior ad projiciendos lapides, & concutiendos urbium obſeſſarum muros. Monachus Vallis Sarnaii c. 86. *Jaciebant ſiquidem hoſtes ſuper noſtros creberrimos lapides cum duobus trabuchetis, mangonello, & pluribus matafundis.* Matth. Paris an. 1246. *Per ſeptem trebuchetta ordinata, quæ tam de die, quam de nocte, in caſtrum Capacis projicere non ceſſabant.* Geſta Lud. VIII. R. Fr. a. 1226. *Machinæ eriguntur, trabucheta, petraria, man-*

genelli parum proficiunt. Richardus de S. Germano in Chronico: *Cum unā machina, quæ vulgo dicitur Trebucetum.* Ita enim leg. pro *trebuzetium.* Philipp. Mouſkes in Phil. Aug.

Grans perieres & mangonians,
Arbaleſtres & trebukians,
Atravé ſont droit à la mue.

Infra:

D'un trebukiet fit trebukier
Mult grant partie de lor murs.

Trebus, in Chron. Flandriæ cap. 110. *Et avoient avec eux pluſieurs chariots qui menoient trebus & eſpringals.* Cap 11. *Et ebahirent pluſieurs François de leurs trebus.* Germani *Trebock* dicunt. Fragmentum Hiſt. poſt Albert. Argentin. an. 1212. *Otto Imp. ab Apulia & Italia reverſus obſedit oppidum Viſenſe, quod ſimiliter expugnavit uſque ad arcam — Ibi tunc primum cœpit haberi uſus inſtrumenti bellici, quod vulgò Tribock appellari ſolet.* Apud Petr. de Vineis lib. 2. Ep. 57. ſcribitur etiam *Tribocchus.*

Trabuchus, apud Autorem Hiſt. Obſid. Jadrenſis l. 1. c. 29. 36. 38. l. 2. c. 10. 11. Rollandinum in Chronico lib. 4. c. 2. 4. 14. lib. 10. c. 4.

Trabucha, apud Monachum Paduan. lib. 2. & Petrum de Vineis lib. 2. Ep. 1. Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. c. 165. *E sù arbora 4. trabuchs qui tots jorns treien deins la ciutat.* Ita non ſemel in Chronico Petri Regis Aragon. edito à *Mich. Carbonello,* lib. 1. c. 12. 17. 30. lib. 4. c. 4. lib. 6. c. 4. *Trabuquet,* in Hiſtoria bellorum Albigenſium lingua vernacula ſcripta MS. in Bibliotheca Regia pag. 277. Petrus Gerardus Patavinus lib. 7. de Geſtis Ezelini pag. 78. *Gatti, mangoni, trabucchi, ponti, & ogni ſorte de munitioni.* Occurrit præterea pag. 80. & in Hiſtoria Cortuſior. lib. 1. cap. 21. lib. 8. cap. 16. lib. 9. cap. 6. lib 11. cap. 10. *Ædificia trabucantia,* apud Rollandinum lib. 6. c 6.

Tribuculus, eadem notione apud Jacobum de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. *Quæ omnes (teſtudines) remanſerant integræ, præter unam, quæ crebris tribuculis Templariorum ictibus concuſſa fuit aliquantum.* Infra: *Inventi ſunt in Damiata tribuculi quatuor, cum petrariis & mangonellis.*

Tribunculus, apud Matth. Pariſ. an. 1099. *Petrarias, tribunculos & arietes. Trebuculus* apud eund. an. 1118. *Neque inſultu petrariarum, aut trebuculorum ictibus, parum vel nihil profecerunt.* An. 1219. *Cum diutius uſu petrariarum & trebuculorum aliarumque machinarum muros civitatis ſubvertere laboraſſet.*

Trabuculus, in Hiſt. Obſid. Jadrenſ. lib. 2. cap. 14.

Trepget, pro *trebuchet,* apud Henricum de Knyghton an. 1382. *Poſuerat etiam unam machinam magnam, & unum trepget, cum una magna gunna,* &c. Hinc appellatio manſit apud nos inſtrumentis, aut machinulis ſuſpenſis & lapſilibus, ad captandas aviculas. Has enim etiamnum *Trebuchets* appellamus. Vide *Tribulus,* & Menagium in *ϲυμμικτοις,* ex Gallico *Trebuchet.*

TREBUCULUS. Vide *Trebuchetum.*

TRECA. Vide *Trica.*

TRECENSUS, Cenſus ex *terra* ſeu prædio, quaſi *Terracenſus,* Gall. *Trecens.* Vetus Charta in Auctario Flodoardi apud Labeum: *Ad trecenſum eam* (terram) *dederunt pro 3. libris nummorum Virmandenſium, quos ſingulis annis acciperent de cenſu apud Noniacum in feſto S. Dionyſii.* Ægidius Aureæ-vallis Monachus c. 98. *Orta eſt contentio inter Ducem Lovanienſem & Comitem Loſſenſem propter tritenſum ſancti Trudonis ad Epiſcopum Metenſem pertinentem.* Charta Guarini Epiſcopi Ambian. anno 1144. in Tabulario Abbatiæ S. Joannis Ambianenſis fol. 19. *Et clauſuram piſcium quam Gilo de Sens dedit inter Pontem & Somam fluvium ſub trecenſu trium ſolidorum & tercentum anguillarum.* Infra: *Conceſſerunt Eccleſia S. Joannis ſub trecenſu 40. ſextariorum frumenti.* Charta an 1189. in Hiſt. Drocenſi p. 239. *Omnem terram quam juxta Corsiant tenebant de Monaſterio S. Theobaldi ad trecenſum 10. ſolid. fratribus Eccleſiæ B. Mariæ ſanctique Evodii de Brana vendidi & contuli in eleemoſynam ſub eodem trecenſu perpetuo poſſidendam.*

TREFFUNDUS, quaſi *Terra fundus,* Ager, ſolum, *Tresfond,* in Conſuetudine Turon. art. 1. & in Bapalmenſi. Charta Radulfi Comitis Sueſſion. anno 1243. in Hiſtoria Monaſterii Sueſſionenſis pag. 449. *In toto territorio, ſive treffundo, nec non in dominio vel juſtitia Eccleſiæ,* &c. Uſatici urbis Ambianenſis MSS. *Et à ſavoir que cil qui ara ſuer l'iretage le premier cens, c'on apele le Treffons, ou s'il i avoit ſuer le lieu 2. treffonciers, ou plus, auſſi bien à un come à pluiſeurs, l'iretage leur ſera delivrés, ne ne ſeront tenu a rendre nul chens à chiaus qui les i ont, ſe n'eſt du treffons: & ſe cil qui les i ont autrement que de treffons veulent rendre à treffonciers leurs cens, l'iretage ſera delivrés à celi qui le premier cens i ara apres le treffonſier,* &c. Ita etiam hæc vox *Trefonciers,* qui terræ fundum poſſident, in Charta Philippi Regis Franc an. 1335. *Et oye la relation deſ dits aſſeſſeurs furent trouvées aucunes choſes doubteuſes & obſcures, ſi comme ſurfais de bois, tiers & dangiers de bois, d'autres tresfonciers & autres choſes, leſquels par couſtume de pays ne par adviſement de comptes, ou d'eſcripts, ne portoient eſtre bonnement juſtement priſez ne eſtimez à vallue de terre, ne a pris aucun,* &c. Vide Origines Alſatienſes Vigneri p. 140. 141.

TREGUA. Vide *Treva.*

TRELIA, *Tralia, Trilia.* Tabularium Bellilocenſe in Lemovic. ch. 151. *Manſum ubi Rainaldus manet, cum ipſa trelia.* Et ch. 155. in Charta Lothario regnante ſcripta. *Campmarſionilem noſtram indominicatum cum ipſo orto, & cum ipſis vineis, & cum ipſis treliis indominicatis.* Tabular. Brivatenſe ch. 188. *Et treliam cum curte, & orto, & exeo: & treliam unam quam ipſe excolit,* &c.

Tralia. Vetus Charta ex Tabulario S. Benigni apud Perardum pag. 96. *Quod — Præpoſitus Divionenſis homines S. Stephani — placitabat propter tralia — quæ ipſi in quibuſdam locis deſtruxerant.* Occurrit ibi pluries.

Trilica. Jacobus I. Rex Aragonum in Conſtitutionibus Catalaniæ MSS. *Domus, campi, vineæ, & omnes arbores cujuſcumque generis ſint, trilica, orti, ortales,* &c. Nos *Treilles* dicimus trichilas, ſeu pergulas in cratis modum confectas, quibus vites ſuſtentantur, quaſi fortè *trilices.* Vide *Trolium.*

TREMA. Gloſſ. Gr. Lat. MS. *ϲτίβος, ἡ ὁδὸς, ſemita, trema.* Editum habet *Trames.*

TREMATA, *Romaria,* Papiæ MS. habet *romaria.*

TREMACLUM. Lex Salica tit. 29 §. 32. *Si quis ſtatuam, aut tremaclum, aut vertuolum de flumine furaverit,* &c. Ubi *tremaclum* Goldaſtus Germanicum *tremmel* interpretatur, quod gyretur, inquit, ad aquam aliquò transferendam: Bignonio verò & Wendelino, eſt rete bene contextum maculis, quod Normanni, *Tremail,* Burgundiones *Tremailler* vocant, fortè quod ternis maculis conſtet, quomodo *Trilices* dicunt Latini. At §. 28. de furto *retis ad anguillas capiendas de flumine,* jam egit. Deinde *ſtatuam,* hoc loco, pro *conto* accipi ſupra obſervatum: unde *Tremmel* Goldaſti, ſeu ſparum, contoaccedit. Vide *Tramallum.*

TREMELLUM. Monaſticum Anglicanum tom. 1. p. 470. *Sciendum tamen eſt quod prædicti Monachi facient ſectam molendini mei tam de blado ſuo, quàm hominum ſuorum. Ita quod ipſi habeant primam molituram poſt bladum quod invenerint in tremello: braſium autem proprium in curia ſua molent.* Vide *Tremuia.*

TREMERELLUM. Charta Communiæ Atrebatenſis an. 1211. art. 37. *Banni vini & banni venalium à 60. ſolidis & infra, & banni de tremerello remanebunt hominibus civitatis.* Charta Communiæ Hamenſis: *Habent inſuper Major & Jurati mandatum ſuper ludos, quos vulgo vocant Tremerel, & ſuper potationes in tabernis.* Eadem Gallicè exarata: *Sur les jeus c'on apelle Tremerel, & ſur buveries en tavernes.*

TREMIA. Breviloq. *Item àntica dicitur pars Eccleſiæ, quæ dicitur Tremia.*

TREMISIUM, *Tremeſium*, idem quod *Trimenſe triticum:* Iſidorus lib. 17. c. 3. *Trimenſe triticum ideò nuncupatum, quia ſatum poſt tres menſes colligitur.* Τριμηναῖος πυρὸς, Dioſcoridi lib. 2. c. 107. In Gloſſ. Lat. Gall. *Trimenſe, une maniere de blé ſecourgon:* noſtris *Tremes*, aut *tremois*, quod alii *les Mars*, vel *Marſes*. Illud quod Itali *Martiolinum*, vel *Martiollum* vocant, ex eo quod Martio menſe ſeritur, ut ait Angelus Palea in Antidotar. Meſuæ c. 121. Uſatici urbis Ambianenſis MSS. *Nus ne doit meſurer pour vendre & pour acater blé ne tramois, fors a le meſure le Vidame.* Vide Conſuetud. Comitatus S. Pauli cap. 22. Tabularium S. Benigni apud Perardum an. 1206. *Iſtorum autem 3. jornalium unus erit in frumento, alius in tremeſio, tertius in verſatura.* Sed ibi legendum *verſatura*, Gallis *Jachere*. Tabularium Prioratus Neronis-villæ f. 12. *Medietatem ivernagii, & medietatem tremeſii,* &c.

Tremiſatica ſatio, ſeu ſatio *trimenſis tritici*. Polyptychus S. Remigii Remenſis: *Manſi ingenuiles 34. arat unuſquiſque ad hibernaticam ſationem mapp. 1. habentem in longum perticas 60. in tranſverſum perticas 6. ad tremſaticam ſationem ſimiliter, facit corvadas 4.* Infra: *Manſus ingenuilis 1. habet in taſchario, facit mapp. 11 ad tremſaticam ſationem, & donat decimam de annona.* Polyptychus Floriacenſis: *Arant ad hivernaticum unuſquiſque* (manſus) *perticas 4. ad tramiſium 2.* Occurrunt eadem verba ibi non ſemel.

TREMISSIS, pro *Treſſi*, ſeu tertia parte aſſis, vocem eſſe inferioris ætatis pridem obſervatum à viris doctis. Capitolinus in Alexandro Severo: *Tremiſſes aureorum formati ſunt.* Utuntur paſſim Lex Wiſigoth. lib. 7. tit. 2. §. 11. tit. 4. §. 4. tit. 6. §. 5. l. 8. tit. 3. §. 10. 12. 15. tit. 4. §. 21. 26. 31. lib. 9. tit. 1. §. 9. 14. Lex Burgund. in præfat. & tit. 4. §. 3. tit. 5. §. 3. tit. 6. §. 1. tit. 27. §. 1. Add. 1. tit. 2. §. 3. Lex Bajwar. tit. 1. c. 3. §. 1. tit. 8. cap. 2. §. 4. Lex Friſion. tit. 1. §. 9. Lex Alemann. tit. 75. 77. &c. præterea Julianus Anteceſſor, Concil. Bracarenſe an. 572. c. 4. Paulus Warnefridus lib. 5. cap. 39. Leo Oſt. lib. 1. c. 8. &c.

Tremiſſus, eadem notione. Pactum Childeberti & Chlotarii §. 6. *Si ſervus minus tremiſſo involaverit,* &c. Lex Alamannor. tit. 1. cap. 6. §. 3. *Saiga autem eſt quarta pars tremiſſis, hoc eſt denarius unus. — tremiſſus eſt tertia pars ſolidi, & ſunt denarii quatuor.*

Trimiſium. Anaſtaſius Bibl. in Silveſtro: *Domum quæ præſtat ſolidos 58. & trimiſium.* Idem in Exilio S. Martini: *Nec ſemel de regione iſta uſque ad unum trimiſium, frumentum potui comparare.*

TREMULARE, Dubitare, in Gloſſario Arabico-Lat.

TREMUM. Pars brachii inter cubitum & pugnum. Lex Longob. lib. 1. tit. 5. §. 6. *Si homini libero brachium — ſubtus cubitum, hoc eſt tremum, — ruperit.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 121. §. 6. habet, *quod eſt threno.*

TRENCA. Gratianus Lucius in Cambrenſi everſo pag. 306. *Accuratiorem Hiberniæ diviſionem priſcus quidam ſcriptor Fintanus, Orſear dictus, carmine complexus eſt, è quo quæ huc facientia deſumpſerim, hic ſubjicio. Hiberniam univerſam in Thrinchechead, quod voce Latina Trencæ, neſcio unde hauſta Oſullevanus exprimit, diſpeſcuit. Trencam autem 30. pagis conſtare Fintanus ait, additque ſingulos pagos paſcua 4. boum armentis ſic diſſitis, ut ſe mutuo non pertingant, abunde ſuppeditare. Ultoniam verò 35. trencas; Mediam 18. Connaciam 30. &c. complecti affirmat.*

TRENCATÆ, Ventris tormina. Gervaſius Tilliberienſis in Otiis Imper. MSS. *Tortiones ventris, quas vulgò Trencatas nominant.* Galli etiamnum *Tranchées* dicunt, quod præ dolore contorſionum veluti rumpantur inteſtina, & diſcindantur: *trancher* enim ſcindere, ſecare, dicimus: quod ea tormina ſulcos & *trencatas* in ventre efficiunt.

TRENCATUM, *Trenchea*, Vallum, foſſa, ex Gallico *Trenches.* Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 211. *Locum ſuum in mariſco de Dunſton, ubi batka ſua ſita eſt, cum trencato ſuo, & aliis foſſatis ſuis.*

Trenchea, in eodem Monaſt. to. 3. pag. 3.

TRENTALE. Charta an 1152. Clementis Decani Eccl. Pariſ. in Magno Paſtorali lib. 3. ch. 32. *Si verò aliquis Capellano vel Parrochiali Sacerdoti nummos, vinum, annonam, vel etiam aliud, quod vulgò Trentale appellat, reliquerit, commune habeatur.* Id eſt pecuniam, quæ pro *trentenario* adimplendo Sacerdoti exſolvitur. Vide *Tricenarium*.

TRENTENARIUM. Vide *Tricenarium*.

TREPALIUM. Concilium Autiſiod. c. 33. *Non licet Preſbytero, nec Diacono, ad trepalium, ubi rei torquentur, ſtare.* Concilium Matiſcon. II. cap. 19. *Definientes ut ad locum examinationis reorum nullus Clericorum accedat; neque interſit atrio ſanciolo, ubi pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt.* *Trepeil* videtur appellare vetus Poëta Gallicus MS. *du Chevalier au Bariſel.*

Vous m'avez mis en mal trepeil,
Pour chel diable de baril.

Le Roman de Rou MS:

Toute terre Bretaigne en grant trepeil.

In Gloſſ. Lat. Gall. *Trepallus, volant*, bis legitur. Eſt autem *Priapus* machina bellica, ſed apud ſcriptores longè recentioris ævi. Verùm *trepallus*, pro *triphallus* hîc legi obſervat Salmaſius.

TREPEDIA. Vide *Tripetia*.

TREPELLUM. Autor Mamotrecti ad 4. Regum cap. 9. *Globum, i. trepellum. Globus eſt rotundus acervus, aut volumen, aut augmentum.*

TREPOIT. Vide *Trebuchetum*.

TREPIDARE, idem quod *Torneare*, Haſtiludio ſe exercere, vel decertare: à *trepidare*, quod de equis dicitur qui citato gradu incedunt, Gallis *Galoper*, unde *trepidarii* equi, de quibus mox. Concilium Albienſe c. 15. *Trepidare quoque, quod vulgariter Biordare dicitur, cum ſcuto & lancea aliquis Clericus publicè non attentet.*

Trepidarii equi, Vegetius lib. 1. de Arte veterin. c. 56. *Quod nihilominus inventum conſtat à Parthis, quibus conſuetudo eſt equorum greſſus ad delicias dominorum hac arte mollire. Non enim circulis atque ponderibus prægravant, ut ſoluti ambulare condiſcant, ſed ipſos equos, quos vulgò Trepidarios, militari vocabulo Tottonarios vocant, ita edomant ad lenitatem & quædam blandimenta vecturæ, ut aſturconibus ſimiles videantur.* Ubi legendum fortè *Trottonarios*, vel *Trotarios*. Leo Imp. in Tacticis cap. 7. Μετὰ τῶν σκουταρίων ὑπελαύνειν διὰ ταχέος τρεπίδῳ μόνῳ, ἤγουν κελεύοντα περιπάτῳ τῷ λεγομένῳ κάλλω, καὶ μὴ διαίως τρέχειν. Ubi à voce κάλλω, quæ eadem notione occurrit præterea apud Pelagonium lib. 1. Hippiatr. cap. 24. orta vox noſtra *le Calop*, ſeu *le Galop*, uti pronuntiamus. Vide *Trotare*, & *Tripedare*, & Salmaſium ad Hiſtoriam Auguſtam pag. 244. 245.

TRESELLUS, Dolii vinarii ſpecies. Tabularium Foſſatenſe: *Alenton, ubi habet dicta Abbatia unum treſellum boni vini in vindemiis ſuper quibuſdam vineis.* Uſatica Vice-Comitatus Aquarum Rotomagi MSS. ubi de præſtationibus pro vino: *De tonneaulx qui ſont ſur le bout 5. ſols, pour chacun doublier 3. ſ. 6. den. pour le treſel 4. ſols, pour le tonnel de Rochelle,* &c. Infra: *S'il en a en batel, ou en la nef 19. tonneaux, & il y a doubliers, treſeaux, ou charetée qui facent moeſon, le tonnel ne doit pas eſtre prins mès la moeſon de 19. tonneaulx,* &c.

TRESPELLIUS, vel *treſpellio*, Trium villarum, quaſi *treſvillio, trevillanus*; *bell* enim Germanis eſt villa. Alii ſcribunt *belle* dici campanulam, unde *belhuys* campanarium dicitur, *treſbellio*, *dryſchel*. Ita *treſbellio*, erit *de trois clochers*. Lex Salica tit. 3. §. 7. *Si quis taurum gregem regentem furaverit, qui de tribus villis communes vaccas tenuerit, hoc eſt treſpellius, 700. den. — culpab. judicetur.* Quibus verbis, ut quidam putant, non tam taurus, quem *Bannalem* dicimus, intelligi debet, quàm is de quo Conſuetudo Britanniæ art. 420. *En trois villa-*

ges peut avoir un taureau qui ne peut eſtre empeſché d'aller à ieu: & pour icelui quelque part qu'il ſoit trouvé, ne doit eſtre payé amende, deſdommage, ou aſſiſe. Ex Lege igitur Salica docemur jam olim taurum admiſſarium communem fuiſſe tribus *villis*, ſeu pagis.

TRESIDIA. Charta Walteri *de Gant* Comitis apud Edw. Byſſeum in Notis ad Uptonum pag. 86. *Cum ſuis pertinentiis ſibi congruentibus, boſcis, ſubboſcis, aquis, ſtagnis, gurgitibus, piſcariis, vaſtis, moris, mariſcis, turbariis, treſidiis, petariis, gardinis*, &c.

TRESSALITUS. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 67. *Si quis Judæo, vel Saraceno baptizatis retraxerit illorum legem, vel appellaverit eos Treſſalits, vel Renegats*, &c.

TRESSORIUM. Vide *Treca*.

TRESTELLUM, Fulcrum menſarium, tripedis ſpecies, Gallis, *Treſteau*. Fleta lib. 2. c. 16. §. 1. *Menſas & treſtella providere & reparare*. Apud Will. Thorn. an. 1309. *In tabulis, treſtellis, dreſſoriis faciendis*, &c.

TRESTORNATUS, Deflexus, *Deſtourné*. *Treſtornata aqua & obſtructa*, apud Bracton. lib 3. tit. de Act. c. 12. §. 6. & in Fleta lib. 2. c. 52. §. 18. *Ewes treſturnées*, apud Brittonum pag. 32. v. 71. v. *Le Roman de Garin*:

Là veiſſiés treſtourner & guenchir.

Vide *Tranſtornatus*.

TRESTURA. Vide *Tranſitura*.

TREVA, *Orenga*, *Trevia*, &c. Ugutio: *Treuca, vel treuga, ſcriptio Regalis vel ſecuritas: unde treugare, ſedare, pacificare, treugam facere, & Treugarius, qui treugas inter aliquos facit*. Gloſſ. Lat. Gall. *Treuga, Treves, ſeureté. Treugarius, qui fait treves. Treugare, faire treves, appaiſer*. Agellio lib. 1. cap. 25. induciæ dicuntur *Pactitia armorum ceſſatio*. Baldo in l. 1. D. de Pactis: *Treuga, ſecuritas præſtita rebus & perſonis, diſcordia nondum finita. Pax verò eſt finis diſcordiæ, vel plena diſcordiarum ſedatio*. Philippus de Bellomanerio in Conſuet. Bellovacenſi MS. cap. 60. *Treve, eſt une coſe qui donne ſeureté de le guerre el tans que ele dure*. Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. part. 2. cap. 10. *L'en doit ſavoir que Treve, ſi come l'en la prent en laie court, eſt un aſſegurément qui eſt fait par la foie baillie du cors, que celui qui la donne ne fera meſuy mal, ne ne fera fere, ne, par lui, ne par autre à celui à qui il la donne*. Leges Alfonſinæ part. 7. tit. 12. lege 1. *Tregua es un aſſegurameuto que ſe dan los fijos dalgo entra ſi unos à otros, deſpues que ſon deſafiados, que non ſe fagan mal en los cuerpos, ni en los averes, en quanto la tregua durare*. &c. Adde part. 7. tit. 12. Vox porro *Treva*, vel *Treuga*, à Saxon. treop, vel Germanico *trew*, aut *Truewe*, fides, pax, fidens, verus, vulgò deducitur. Will. Tyrius lib. 1. cap. 15. *Pax, quæ verbo vulgari Treuga dicitur*. Guil. Neubrigenſis lib. 5. cap. 3. *Induciæ, quas Treugas vocant*. Fulbertus Epiſt. 93. *Quin Epiſcopo tuo treugam des*. Occurrit in Lege Longob. apud Willelmum Armoricum, Joan. Sariſberienſem Epiſt. 159. & alios paſſim.

Treva, ex Gallico *Treve*, apud Hugonem Flaviniac. an. 1041. & Gregorium VII. PP. lib. 5. Epiſt. 16.

Trevia. Guillelmus Pictavenſis in Geſtis Guillelmi Nothi Reg. Angl. pag. 193. *Sanctiſſimè in Normannia obſervabatur Sacramentum pacis, quam Treviam vocant*. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hiſt. Hieroſol. cap. 1. *Juriſjurandi firmitudine pacem, quam dicunt Treviam, invicem tenendam conſtituerunt*.

Triuva, in Legib. Luitprandi Regis Longob. tit. 27. §. 1. Τρέβα, apud Pachymerem lib. 13. c. 34.

Trewvia, apud Albericum in Chron. MS. an. 1095. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS.

Quar il n'ot triuwe ne reſpit.

Tregua, ex Italico *Triegua*, vel Hiſpanico *Tregua*. Acta Alexandri III. PP. apud Baron. an. 1177. *Et treguam Lombardorum — bona fide ſervabit*. Habetur ibi non ſemel. Rodericus Tolet. lib. 3. de Reb. Hiſp. cap. 24. *Interpoſito fœdere treguarum*. Mox: *De datis treguis doluerunt*. Ita lib. 7. cap. 30. 34. in Hiſtoria Cortuſiorum paſſim, & in Conſuetudinibus Teneræmundanis art. 90. apud Lindanum pag. 94.

Treugæ dabantur, vel in Curia Principis, vel in Curia domini ſuperioris ſeu vaſſalli Principis, altero ex iis qui in bello erat petente, ita tamen ut eas domino auferre non liceret, ut eſt in Conſuetudine Andegav. art. 78. 82. 83. 152. & Cenoman. art. 49. 89. 93. 94. 167. Domini quippe ſuperioris officium erat in bellis vaſſallorum partes ſuas interponere, *treugamque* iis indicere, renuentes mulctare. Conſuetudines Teneræmundæ art. 15. apud Lindanum: *Si verò Scabini ab aliquo treguas petierint, pro quacumque diſcordia fuerit, & ille reſponderit, quod propinquiorem habeat parentem, ille debet ducere Scabinos ad propinquiorem parentem, & ab illo treguas requirere Scabini. Et ſi ille negaverit, & dare treguas noluerit, 20. libras perſolvet. Et ſi de cætero ab ipſis treguas petierint, & ille iterum dare negaverit, toties 20. librarum reus erit. Si verò propinquior parens inventus non fuerit, ille quem primo Scabini tenuerint, treguas debet dare, donec Scabinus propinquiorem monſtraverit parentem, & eodem Scabinis oſtenſo, debet quitus morari. Si autem treguas dare renuerit, 20. libras dabit, ſicut ſuperius dictum eſt*. Secus erat de *Aſſecuramento*, quod dominus indicere non poterat, niſi altera partium id petente. Vide Diſſert. 29. ad Joinvillam.

In treviis poſitus, dicitur cui induciæ conceſſæ ſunt, vel qui per inducias datas ſecurus eſſe debet. Baldricus Noviom. lib. 3. cap. 39. *Eum — in treviis poſitum etiam die Dominica interfecit*. Sic enim legendum, non *tribus*.

Treugæ reddi dicuntur, cùm expletæ ſunt. Rigordus an. 1195. *Sequenti menſe Novembri, termino tranſacto, redditæ ſunt treugæ, & guerra inter duos Reges iterum inccepta*.

Treugarum infractio, Triuva data & rupta, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 27. *Treves enfraintes*, in Conſuetud. Norm. art. 45. 46. 47. Andegavenſi art. 386. & Cenomanenſi art. 396. *Treves trencades*, in libello Catalanico MS. de Batallia facienda, ubi dicitur actionem de Treugarum infractione intra annum finiri. Gualterus Tervan. in Vita Caroli Comitis Flandr. cap. 15. *Accidit autem ut quidam Miles nobilis adverſus alium nobilem in Curia Comitis de treugarum infractione placitaret*, &c. Statutum Friderici II. Imp. an. 1234. apud Albericum in Chron. MS. *Statuimus, quodſi quis treugas datas violaverit, ſi cum ipſo in cujus manu treugæ fuerant compromiſſa, & cum duobus aliis Synodalibus hominibus treugas violatas eſſe convincere potuerit, & teſtari, violator manum perdat*. De ejuſmodi treugarum violatione agit præterea Lex Longob. lib. 1. tit. 9. §. 28. lib. 2. tit. 34. ut & Conſuetudo Andegavenſis art. 78. 152. Vetus Conſuetudo Normanniæ cap. 76. &c. Adde quæ notavimus in Diſſertat. 29. ad Joinvillam p. 340.

Treva, Treuga, ſeu Trevia Dei. Id nominis primùm auditum in Gallia, ubi cum *bella* flagrarent domeſtica, ſeu ea quæ vulgo *Conſuetudinaria* appellata docuimus ad Joinvillam Diſſert. 29. & unicuique injurias ſibi illatas armis ulciſcendi facultas eſſet, in Aquitania, in Arelatenſi & Lugdunenſi provinciis, atque adeo in Burgundia, cæteriſque Franciæ partibus, per univerſos Epiſcopatus indictum eſt, qualiter certis in locis à Præſulibus Magnatibuſque totius patriæ de reformanda pace & ſacræ fidei inſtitutione celebrarentur Concilia: quod avidè exceptum eſt ab omnibus majoribus ac infimis, quos terrebant clades præteriti temporis. In his porrò Conciliis illud potiſſimum ſtatutum fuit, ut inviolabilis Pax ſervaretur: ut ſcilicet viri utriuſque conditionis, cujuſcunque antea fuiſſent rei obnoxii, abſque formidine procederent armis vacui. Quod, inquam, adeo lubentes omnes ſunt amplexi, ut palmis ad Deum extenſis, *Pax, pax, pax*, unanimiter clamarent, ut eſſet videlicet ſignum perpetui pacti de hoc quod ſpoponderant inter ſe & Deum. In hac tamen ratione, ut evoluto quinquennio confirmandæ pacis gratiá idipſum ab univerſis in orbe

fieret mirum in modum. Hæc ferme Glaber l. 4. cap. 5. qui hæc ad annum 1034. refert, quo ſcilicet celebrata ſunt Concilia Bituricis, Bellovaci, & Lemovicis, in quibus *pax* univerſis indicta, *ita ut nemo ſeditionem ageret, nullus per viam* (al. *vim*) *raperet, nullus, ut ſolebat, quaſi propter juſtas querelas pugnam inire conſtitueret*, &c.

Neque tamen ab omnibus id æquè probatum Epiſcopis: Gerardus quippe Epiſcopus Cameracenſis, ut habet Baldricus lib. 3. cap. 27. & ex eo Sigebertus, *hoc non tam impoſſibile quàm incongruum videri reſpondebat, ſi quod regalis juris eſt, ſibi vendicare præſumerent. Hoc etiam modo ſanctæ Eccleſiæ ſtatum confundi, quæ geminis perſonis, Regali videlicet ac Sacerdotali adminiſtrari præcipitur. Huic enim orare, illi vero pugnare præcipitur. Igitur Regum eſſe ſeditiones virtute compeſcere, bella ſedare, pacis commercia dilatari: Epiſcoporum verò Reges, ut viriliter pro ſalute patriæ pugnent monere, ut vincant orare: hoc ergo decretum periculoſum eſſe omnibus, omnes videlicet aut jurare, aut anathemati ſubjacere, omnes enim peccato communi involvi, ſi commento hujuſmodi uterentur.* Ceſſit nihilominus Gerardus Epiſcoporum & aliorum adhortationibus, invitus: ita tamen ut quod antè reclamabat, poſtea eventus probaverit, cùm pauciſſimi perjurii crimen evaſerint. Quas Gerardi querelas pluribus rurium refert idem Baldricus eod. lib. cap. 52.

Atque hæc quidem de Pace ab omnibus ſervanda generatim ſancita: at anno 1041. *contigit, inſpirante divina gratia*, inquit idem Glaber lib. 5. cap. 1. *primitus in partibus Aquitanicis, deinde paulatim per univerſum Galliarum territorium firmari pactum propter timorem Dei pariter & amorem, taliter ut nemo mortalium à feria quarta veſpere, uſque ad ſecundam feriam incipiente luce, auſu temerario præſumeret quippiam alicui hominum per vim auferre, neque ultionis vindictam à quocumque inimico exigere, nec etiam à fidejuſſore vadimonium ſumere. Quod ſi ab aliquo fieri contigiſſet contra hoc decretum publicum, aut de vita componeret, aut à Chriſtianorum conſortio expulſus patria pelleretur. Hoc inſuper placuit univerſis, veluti vulgò dicitur, ut Trenga domini vocaretur.*

Trengam iſtam *Domini* omnes licèt per Galliam amplexati eſſent, hanc tamen recipere abnuit Neuſtria, ut teſtatur ibidem Glaber, flagrantibus tum Regem inter Angliæ Henricum, & Odonis Campanienſis filios diſſidiis ac bellis: quod etiam attigit Hugo Flaviniacenſis: *Anno ipſo* (1041.) *Treva Dei primum ſtatuta eſt, & firmata, & pax ipſa Treva Dei appellata: quæ non ſolum humanis præſidiis, ſed & divinis confirmata eſt terroribus. Quam cum noluiſſet recipere gens Neuſtriæ, viro Dei Richardo prædicante, & ut eam ſuſciperent, quia voluntas Domini erat, & à Deo non ab homine decretum hoc proceſſerat, ammonente, divino judicio cœpit in eos deſævire ignis, qui eos torquebat, & eo anno fere totus orbis penuriam paſſus eſt pro raritate vini & tritici.* Paucis interjectis: *Supereſt adhuc domnus Eduenſis Epiſcopus, vir vita longævitate grandævus, qui & referre ſolitus eſt, quia cum à S. Odilone & cæteris ipſa pax divinis revelationibus inſtituta, Treva Dei appellata, & ab Auſtraſiis ſuſcepta fuiſſet, & voluntas omnium in hoc eſſet una, & ubique ſervaretur, negotium hoc ſtrenuitati hujus Patris noſtri Gratia-Dei ab omnibus impoſitum eſt, ut ejus ſtudio & induſtria pax eadem in Neuſtria ſervaretur, eo quod certi eſſent de eo, quod tanta eſſet ejus erga omnes, & omnium erga eum gratia, ut quicquid ſervandum doceret, ſervaretur à cunctis; quidquid vitandum monſtraret, id cuncti vitarent. Quamobrem ſategit Pater venerabilis, ut tantum bonum grananter ab omnibus ſuſciperetur: ſed perverſa quorundam voluntas, & mens indomita quaſi inauditum hoc reſpuit, quaſi qui nollent inſtituta paterna violare, & nova atque inaudita ſuſcipere. Unde & ſubſequuta eſt divina ultio, ignis ſcilicet in rebelles & contumaces deſæviens à Domino, quo torquebantur qui viro Dei reſiſtere, & mandata ejus contemnere non verebantur.* Pacem hanc videlicet Normannici proceres recipere abnuebant, quod belli indicendi jus, atque adeo regiam quodammodo, quam à primis Monarchiæ Francicæ incunabulis, & ab ipſis Danicis, à quibus proceſſerant, gentibus, prærogativam hauſerant, ſi non omnino abrogaret, ſaltem enervaret. Treugam hanc pariter ſub eodem Leone Pontifice excepiſſe proceres Alſatienſes teſtatur Diploma deſcriptum à Glareano l. 2. Rer. German. p. 101.

Hanc excepit tamen poſtmodum Neuſtria ipſa, maximè poſtquam Angliæ regnum, in quo obtinebat, adeptus eſt Willelmus Nothus. Quippe S. Edwardus Anglorum Rex, qui regnare cœpit anno 1042 quo ſcilicet eſt inſtituta, in Legibus ſuis, ab ipſo Willelmo confirmatis, cap. 3. in hunc modum, *Pacem Dei* ab omnibus obſervandam ſtatuit: *Ab adventu Domini uſque ad octabis Epiphaniæ pax Dei & ſanctæ Eccleſiæ per omne regnum. Similiter à Septuageſima uſque ad octabis Paſchæ. Item ab Aſcenſione Domini uſque ad octabis Pentecoſtes. Item omnibus diebus quatuor Temporum. Item omnibus Sabbatis ab hora nona, & tota die ſequenti uſque ad diem Lunæ. Item vigiliis ſanctæ Mariæ, S. Michaëlis, ſancti Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum omnium, & Sanctorum, quorum ſolennitates à Sacerdotibus dominicis annuntiantur diebus, & omnium Sanctorum in Kl. Novemb. ſemper ab hora nona vigiliarum, & ſubſequente ſolennitate. Item in parochiis in quibus dedicationis dies obſervatur. Item in parochiis Eccleſiarum, ubi propria feſtivitas Sancti celebratur. Et ſi quis devotè ad celebrationem Sancti adveniat, pacem habeat eundo, & ſubſiſtendo, & redeundo*, &c. Quod quidem Edwardi & Willelmi Regum Angliæ Statutum de *Pace Dei* ſervanda firmatum eſt poſtea in Concilio apud Illebonam an. 1080. ſub Willelmo II. apud Odericum Vitalem lib. 5. pag. 552. *Pax Dei, quæ vulgo Treuia dicitur, ſicut ipſe princeps Willelmus eam in initio conſtituerat, firmiter teneatur*, &c. Huic autem Synodo ſubjungitur Synodale decretum de eadem Trevia, in nupera Conciliorum editione. Ex quibus dubium oritur, an Edwardus ipſe hanc ſanxerit, an verò Nothus in Edwardi Leges à ſe emendatas retulerit.

Utcunque ſit, vel ex hinc patet non eoſdem ſtatutos *Trengæ Dei* deinceps fuiſſe dies. Nam primitus obtinuit illa à *feria quarta veſpere, uſque ad ſecundam feriam incipiente luce.* ut habet Glaber: Lege verò Edwardi ſeu Willelmi, *omnibus diebus Sabbati uſque ad diem Lunæ*: præterea aliis temporibus & feſtis ibidem deſignatis indicitur, atque in iis, in die dedicationis Eccleſiarum; quod Leo IX. PP. obtineri ſtatuit in Dedicatione Eccleſiæ S. Stephani Biſuntinæ à ſe facta 5. Non. Octob. an. 1050. uti habet vetus Scheda apud Chiffletium in Trenorchio pag. 557. *Statuit item ut vigilia & dies dedicationis in Trenga Dei in perpetuum haberetur, & omnes illi qui ad eamdem dedicationem vel ad nundinas ibidem inſtitutas convenirent, & omnis ſubſtantia eorum ubique quouſque domum reverſi eſſent.* Vacces au Roman de Rou MS.

Quant li Clergié & li cors ſaint,
Et li Barons, dont j'out mains,
A Caem furent aſſemblé
Au jour que lour ont commandé
Paix à tenir & à garder,
Dés Mercredy ſoleil couchant,
Treſqu'à Lundi ſoleil levant,
Trieves l'appellent, ce m'eſt vis,
Qui n'eſt celée en nul païs.
Qui autri batroit entretant
Ou mal euſt appareſſant,
Et qui riens de l'autrui prendroit,
Eſcumnegé eſtre devroit,
Et de noef livres en merchi
Vers l'Eveſque, ceu eſtabli.
Et jura li Dus hautement,
Et tuit li Barons enſement,
C'en jurerent que paix tendroient,
Et celle trieves garderoient,
Pour la paix tout temps remembrer,
Que tout temps devoit mès durer.

Atque ut temporum ordinem ſequamur, Raimundus Berengarii & Almodis uxor Comites Barcinonenſes in Uſaticis Barcinonenſibus MSS. editis anno 1066. Pa- *cem & Trengam Domini* in ſuis dominiis obſervari præce- perunt, cap. 86. & 87. *Denique ſupradicti Principes apud Barcinonem commorantes in Eccleſia ſanctæ Crucis ſanctæque Martyris Eulaliæ unà cum conſilio & auxi- lio Epiſcoporum ſuorum, aſſenſione etiam & acclamatio- ne illorum terræ Magnatum, cæterorumque Chriſtianorum confirmaverunt Pacem & trengam Domini, & ſtatuerunt illam tenere in illorum patria omni tempore: & ſi ullo modo fracta fuerit, ſit redirecta & emendata, ita quemadmodum ſcriptum habebatur illo tempore, in unaquaque ſede, vel in uno quoque Epiſcopatu.*

Edwardi vel Willelmi Regum Legibus conſentaneâ quodammodo ſtatuit Henricus Epiſcopus Leodienſis an. 1071. 6. Kal. April. *Nam cùm nimia fierent ſtrages ho- minum*, verba ſunt magni Chronici Belgici, *& incendia multa, & prædæ & rapinæ, conſequenter idcirco multi ad ino- piam devenirent, Henricus Epiſcopus dolens, conſilio Al- berti Comitis Namurcenſis, de conſenſu omnium Primatum, Baronum, qui Ducatus, Marchias, Comitatus, feuda ju- dicialia tenent in Leodienſi Diœceſi ab Imperio deſcendentia, pacem cum prædicto compoſuit, omnibus pauperibus & divi- tibus, nobilibus & ignobilibus in dicto Epiſcopatu profutu- ram.* Cujuſmodi autem illa fuerit, ſic enucleatiùs proſe- quitur Ægidius Monachus Aureævallis cap. 12. *Horum omnium petitione, conſilio & voluntate decretum eſt, ut à primo die Adventus Domini uſque ad exactum diem Epi- phaniæ, & ab intrante Septuageſima uſque ad octavas Pen- tecoſtes infra Epiſcopatum Leodienſem nemo arma ferat, niſi fortè inde exiens ad alia loca, aut aliunde domum revertens. Incendia, prædas, aſſultus, nemo faciat, nemo fuſte aut gla- dio, aut aliquo armorum genere, uſque ad colliſionem mem- brorum aut internecionem in quempiam deſæviat: quod ſi hoc fecerit homo liber, hæreditatem perdat, beneficio privetur, ab Epiſcopatu pellatur: ſervus autem amittat omne quod habet, & dexteram perdat. Quod ſi culpati ſu[er]int contra pactionem hanc, liber juret cum duodecim: qui verò liber non eſt, judicio ſe purget, ſi tamen ſigna fuerint manifeſta, alioqui cum ſeptem ſe immunem eſſe probet. Incipiet autem obſervatio hujus pacis ſexta feria, ſtatim illuceſcente auro- ra, & durabit uſque ad exordium diei qui vocatur dies Lunæ, & obſervabitur per omnes feſtivitates, quæ propriè in hoc Epiſcopatu celebres habentur, & ſimiliter per omnes illas, quas ubique univerſalis celebrat Eccleſia, & ma- ximè in feſtivitate S. Lamberti, & in dedicatione, & duobus diebus ante, & duobus poſt in utraque feſtivitate, propter adventum & reditum cæteraque impedimenta. Denique e- tiam in jejuniis quatuor Temporum, & in vigiliis prædi- ctarum feſtivitatum eadem lex & pactio tenebitur, ex- cepto quod in illis arma licebit ferre, ea tamen conditio- ne, ne alicui noceatur. Hanc pactionem ſi quis viola- verit, noverit ſe excommunicationi ſubjacere.*

Jam verò quod ſinguli Metropolitani vel Epiſcopi in ſuis diœceſibus ſubinde ſanciverant, tum primum firma- tum ab Urbano II. PP. in Concilio Claromontano anno 1095. can. 10. apud Ordericum Vitalem lib. 9. p. 721. *Sancta Synodus ſtatuit, ut Trevia Dei firmiter cuſtodia- tur à Dominica die ante caput jejunii, uſque ad ſecundam feriam oriente Sole poſt octabas Pentecoſtes, & à quarta feria ante Adventum Domini occidente Sole, uſque ad octabas Epiphaniæ; & per omnes hebdomadas anni à quar- ta feria occidente Sole uſque ad ſecundam feriam oriente Sole, & in omnibus feſtis S. Mariæ, & vigiliis eorum, & in omnibus feſtis Apoſtolorum & vigiliis eorum, ut nullus homo alium adſaliat, aut vulneret, aut occidat, nullus nummum vel prædam capiat. Statuit etiam ut omnes Ec- cleſiæ & atria earum, & Monachi & Clerici, & San- ctimoniales & feminæ, & peregrini & mercatores, & famuli eorum, & boves, & equi arantes, & homi- nes carrucas ducentes, & herceatores, & equi de quibus herceant, & homines ad carrucas fugientes, & omnes terræ Sanctorum, & pecuniæ Clericorum, perpetua ſint in pace: ut in nulla die aliquis audeat aſſalire, vel capere, vel præ- dari, vel aliquo modo impedire. Statuit etiam ut omnes homines à 12. annis & ſupra jurent hanc conſtitutionem Treviæ Dei, ſicut hic determinata eſt, ex integro ſe ſervatu- ros tali juramento: Hoc audiatis vos*, &c. Adde Ful- cherium Carnot. lib. 1. Hiſt. Hieroſ. c. 1. Willelmum Tyrium l. 1. c. 15. Albericum in Chr. MS. an. 1095. &c.

Exinde decretum Concilii Narbonenſis an. 1054. c. 2. 3. 4. 5. &c. & Claromontani Concilii, de *Trevia Dei* in diœceſibus publicatum: quod colligitur poſſiſſimum ex Epiſt. 44 Ivonis Carnotenſis Epiſcopi, qui eidem Conci- lio interfuerat, ex Concilio Narbonenſi & Helenenſi, an. 1027. & 1065. Troiano an. 1093. c. 12. Rotomagenſi an. 1096. c. 1. & Synodo Northuſunenſi an. 1105. de qua Conradus Abbas Uſpergenſis: firmatum deinde in Con- cilio Remenſi an. 1119. in Statuto Calixti PP. II. Re- menſi an. 1136. c. 11. Romano an. 1136. ſub Innocen- tio II. PP. can. 12. Lateran. an. 1139. c. 12. Latera- nenſi III. an. 1179. c. 21. Monſpelienſi an. 1195. &c. Ab Epiſcopis & Principibus in ſuis diœceſibus & domi- niis deinceps publicatum, quod præ cæteris teſtatur Charta Guillelmi Auſcitani Archiepiſcopi & Apoſtoli- cæ Sedis Legati, qui anno 1103. *juxta Statuta genera- lis Concilii nuper ſtatuti, Pacem & trengam Dei in pro- vincia ſua indixit.* Unde conficit Marca in Hiſt. Bene- harnenſi lib. 5. cap. 14. n. 12. idem Statutum perinde confirmatum in Concilio Lateranenſi ſub Paſchali II. firmatum etiam à Nunone Sancii Domino Roſſilionis an. 1217. & Jacobo Rege Aragonum an. 1218. in Char- tis quæ habentur to. 8. Spicilegii Acheriani pag. 368. & 383. In poſteriori ita deſcribuntur dies *Trengarii: Præ- terea conſtituendum eſſe & firmiter obſervandum cenſuimus ſub eadem pace & trenga dies dominicos, & feſtivitates om- nium Apoſtolorum, & etiam Adventum Domini uſque ad octabas Epiphaniæ, & Kadrageſimam uſque ad octabas Paſchæ, diem Aſcenſionis Domini, nec non feſtum Penteco- ſtes cum octabis ſuis, & tres feſtivitates S. Mariæ, & fe- ſtivitatem S. Joannis Baptiſtæ, & S. Michaelis, & om- nium Sanctorum, & feſtivitates S. Eulaliæ, & S. Felicis Gerundenſis, & S. Martini.* Mox additur pacem iſtam *jurari debere à militibus, civibus, & hominibus villa- rum à 14. annis & ſupra*; ubi Concilium Claromon- tanum habet, *à 12. annis*. Unde planum fit, verum eſſe quod ait Ivo Carnotenſis Epiſt. 90. *Treviam Dei non fuiſſe communi lege ſancitam, pro communi tamen utili- tate hominum ex placito & pacto civitatis ac patriæ, Epi- ſcoporum & Eccleſiarum auctoritate firmatam. Unde,* ſubdit ille, *judicia violatæ pacis modificari oportet ſe- cundum pacta & diffinitiones, quas unaquaque Eccleſia conſenſu parochianorum inſtituit, & per ſcripturam vel teſtimonium bonorum hominum memoriæ commendavit.*

Jam verò quod Ivo ait de *Pacis ſeu treviæ Dei viola- toribus*, exigit ut cujuſmodi horum pœna fuerit, paucis attingamus. Quod olim Gerardus Epiſcopus Camera- cenſis tam obſtinato animo *Treviæ* inſtitutioni obſtiterit, cauſa illa præſertim fuit, quod cùm omnes eidem ſacra- mento interpoſito adſtringi juberentur, decretum hoc periculoſum eſſe omnibus judicaret: omnes enim com- muni peccato involvendos, ſi commento hujuſmodi ute- rentur, quod ſanè probavit eventus: *Vix enim*, ut ait Bal- dricus lib. 3. cap. 27. *pauciſſimi crimen perjurii evaſe- runt.* Id præterea attigere cæteri ſcriptores, atque in pri- mis Glaber: *Plerique*, inquit, *veſani audaci temeritate præſcriptum pactum non timuere tranſgredi, in quibus pro- tinus aut divina vindex ira ſeu humanus gladius ultor ex- titit.* Hugo Flaviniacenſis an. 1098. *Hic Flaviniacum veniens, honeſtè à nobis ſuſceptus eſt, & in eadem nocte do- minicæ diei cum ei honeſte ſerviſſent, in trevia Dei bannos & ſcarritiones mercati homines ejus fregerunt & tulerunt*, &c. Et Conradus Uſpergenſis an. 1116. *Neque pax Dei, cæ- teraque ſacramentis firmata pacta cuſtodiuntur: ſed unius- cujuſque conditionis & ætatis, præter ſolos Eccleſiaſticæ poſſeſſionis homines, quibus jam penè nihil præter miſeram reſtat animam, cæteri, inquam, hoc tempore belluino fu-* rore

rore bacchantur. Adde Chartam Jacobi I. Regis Arag. in Curia Oscenſi an. 1247. quæ habetur in Foris Aragon. lib. 9. p. 182.

Pœna vero violatæ Pacis Dei primitus fuit vitæ compoſitio, aut excommunicatio, ut eſt apud Glabrum. Concilium Claromontenſe *fractionis pacis reum, prout judicatum fuerit, puniendum* ſtatuit can. I. Synodus Illebonenſis an. 1080. c. 2. & 16. & Synodus Romana anno 1179. & aliæ ejuſmodi reos excommunicandos ſtatuunt, ut perinde Rainoldus Archiepiſc. Remenſis in Epiſtola ſcripta circa ann. 1095. quæ habetur tom. 5. Spicilegii Acheriani p. 559. Adde Ivonem Carnot. Epiſt. 90. & Concilia Rotomagenſia pag. 145. 185. Ad *treuga Dei* fractionem pertinent præterea hæc ex Charta Richardi Archiepiſcopi Bituricenſis an. 1065. ex Tabul. S. Dionyſii de Capella ch. 20. *Si alicui res ſua furata fuerit, vel ablata in Treuga Dei, & forisfactor in nundinis inventus fuerit, & forisfactor ſit ſalvus, qui in nundinis inventus fuit: ſi autem res vendita fuerit, & emptor legitimè probaverit ſe neſcire illum eſſe latronem de quo emerat, nec illam rem fuiſſe ablatam in Treuga Dei, habebit rem ſuam, & reddet emptori tantum quantum dedit.* Præterea ſequentia ex Concilio MS. apud Illebonam, quando Philippus Rex Franciæ ſubjugavit Normanniam: *Item diximus de Treuga, quod ſi aliquis vulneraverit alium unde debet perdere membrum vel vitam, placitum remanebit in Curia D. Regis, ſi conſequens vult perſequi cauſam, & Eccleſia habebit emandam ſuam uſque ad 9. libras. Si accuſatus fuerit convictus, dominus Rex habebit reſiduum. Treuga verò durat à die Mercurii ſero uſque ad diem Lunæ mane.* Vide Marcam ad Can. I. Concilii Claromontenſis.

Trevia, Immunitas, ſeu pax data quamdiu nundinæ durant. Vetus Charta apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica pag. 519. *Quo etiam die ad frequentationem hujus ſolemnitatis ſtatutum eſt annuale mercatum, & omnibus venientibus ad hanc ſolemnitatem, vel cauſa orationis, vel cauſa mercandi, & redeuntibus ſtabilita eſt ab omni civitate firma & inviolabilis trevia octo ante feſtum, & octo dies poſt feſtum*, &c. Vide *Pax Regis*.

TREUDIS. Lex Aleman. tit. 99. §. 2. *Et ſi cervus ille*, (furto ſubreptus aut occiſus) *treudis non habet, medium ſol. componat.* §. 3. *Si treudis habet, & cum ipſo nihil ſagittatum eſt, ſolvat ſol. unum.* §. 7. 8. *Si cerva indomita fuerit occiſa, tremiſſe ſolvat: ſi treudem habuit, medium ſolidum.* Ita cervus qui *treudem* habet, majoris compoſitionis & pretii cenſetur. Quod verò *treudis* hîc dicitur, *trustis* appellatur in Lege Ripuar. tit. 42. §. 2. *Si quis cervum domitum, vel cum trustis occiderit, aut furatus fuerit*, &c. Ubi *trustas* hinnulos quidam interpretantur.

TREUMIA. Charta Fundationis Collegii Canonicorum in Eccleſia Parochiali Eſcoiarum diœceſis Rotomag. ab Ingerranno de Marigniaco, menſe Jan. 1310. ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 64. *Do etiam & concedo tam ipſis quàm aliis perſonis Collegii liberum molere pro eiſdem & familia ſua tota in molendino meo de Becco, ita quod immediatè poſt bladum exiſtens in treumia, quod vulgariter dicitur Ingranatum, eorum bladum moletur, & id facere abſque dangerio vel exactione qualibet tenebitur in futurum molendinarius molendini*, &c. Vide *Tremellum*.

TREUS. Vide *Thraus*.

TREZENUM, Pretii venditionis pars decima tertia, quæ domino exſolvitur pro *laudimio*, ſeu vendendi facultate vaſſallo vel Tenenti indulta: noſtris, *le Treizieſme denier*: nudè *Treizieme*, in Conſuetud. Norman. art. 114. 171. 174. Charta Provincialis an. 1256. in Regeſto Toloſano Cameræ Comput. Pariſienſ. *Dantes prædictis Dominis Cadaroſſæ & eorum heredibus & ſucceſſoribus licentiam & plenariam poteſtatem quod ipſi inter ſe nobis irrequiſitis & inconſultis ſine trezeno, accepto* (leg. *accapto*) *& laudimio poſſint vendere, permutare*, &c. Donatio facta Templariis Tolonenſibus à Gaufrido & Roſtagno de Aguto: *Reddito tamen Trezeno vel Seignoria, quam habent ibi Domini.* Charta Michaelis Archiepiſcopi Arelatenſis an. 1214. qua Caſtrum de Belliquadro cedit Simoni Comiti Montisfortis, in 30. Regeſto Archivi Regii ch. 59. *Pedagia ſive in aqua, ſive in terra, leſdas, quintale, cordam, furnos, ſextairale, juriſdictionem, juſtitias, firmantias, trezenos, medios trezenos, laudimia, monetam*, &c. Adde Concilium Avenionenſe an. 1279. c. 1. & an. 1326. c. 18.

Treznare, dicitur qui habet jus exigendi *Trezenum*. Charta Taraſconenſis de venditione cujuſdam *feudi Franci, ſub majori dominio, alta & baſſa juriſdictione, baneria, & jure laudandi & treznandi magnifici & egregii viri Ludovici* le Maingre, *dicti* Boſſicault, *Domini loci Burbonis & condomini Inſularum de Maſſagauta.*

Treiecima recenſetur etiam inter *auxilia* impoſita ſub Joanne Rege pro bellicis neceſſitatibus in Charta Caroli V. 16. Nov. 1380. quæ habetur in Regeſto Andegavenſi Cameræ Computor. Pariſienſ. fol. 79. *Par ces preſentes quittons & remettons & annullons, & mettons du tout au neant tous aydes & ſubſides quelconques, qui pour le fait deſdites guerres ont eſté impoſées, cueillis & levez depuis noſtre predeceſſeur le Roy Philippe que Dieu abſoille, juſques aujourd'huy, ſoient fouages, impoſitions, gabelles, treiziémes, quatriémes, & autres quelconques ils ſoient, & comment qu'ils ſoient dits ou nommez*, &c.

TRIACONTASIMUS, ex Gr. Τριακοντάσημος, Pannus qui triginta *clavis* exornatur. Græci enim σῆμα & σημεῖον, Clavum auri & purpuræ qui veſtibus adſui ſolet, vocant, ut obſervatum à Salmaſio, & aliis. Petrus Diac. lib. 4. Hiſt. Caſin. c. 17. *Miſit — pallium triacontaſimum pro altari noſtræ Eccleſiæ.* Et cap. 46. al. 48. *Pallium triacontaſimum B. Benedicto direxit.* Epiſtola Alexii Comneni Imp. in Regeſto ejuſdem Petri n. 148. *Miſſa ſunt vobis cauſa memoriæ ab Imperio meo libræ 8. ſolidorum Michalatorum, & pallium triacontaſimum ſuper altare veſtræ Eccleſiæ.* Alia editio habet *triacontas*.

TRIAEN. Lex Salica tit. 40. §. 13. *Triaen componat, quod eſt tertia pars ſolidi, id eſt 12. denarii, & tertia pars unius denarii.* Editio Tilii habet *triente uno componat, quod eſt tertia pars ſolidi, id eſt denarii, & tertia pars denarii.* Ubi deeſt vox *duodecim*, quæ habetur in Heroldina tit. 41. §. 15. & Pithœana. Supra tit. 37. § 4. 40. *den. qui faciunt ſolid. 1. & triante uno, quod eſt tertia pars ſolidi, culpabilis judicetur.* Edit. aliæ habent *triente*. Vide Wendelinum.

TRIALEMELLUM. Albericus in Chron. MS. an. 1214. *Ante oculos ipſius Regis occiditur Stephanus de Longo campo, in capite percuſſus longo, gracili, trialemello, quem Falſarium nominant.* Id eſt pugione, vel cultro longiori, triplicem *lamellam*, ſeu laminam ferream habente: nam *alemelle*, & *alumelle*, cultri laminam etiamnum dicimus. Philippus *Mouskes* in Hiſt. Franc. MS. in Philippo Aug.

Un coutiel et mouls rice à pointe,
D'acier tert l'alemiele jointe.

TRIALEUM. Vide *Triare*.

TRIANFACTA. S. Cyprianus Epiſt. 18. *Pro ſe dona numeravit, ut ſacrificaret, ſed tantum aſcendiſſe videtur uſque ad Trianfacta, & inde deſcendiſſe.* Ubi Pamelius locum fuiſſe opinatur, ubi ſacrificabatur. Alii volunt locum eſſe qui Romæ *Triafata* dicebatur, de quo Procopius lib. 1. de Bello Goth. c. 25. Anaſtaſius pag. 116. &c. Vide Roſweidum ad Paulini Epiſtolam 38.

TRIARE, vox Fori Anglici, *Cauſam agere, rem probare, actione experiri, examen litis ſubire*, denotans, à Saxon. tryƿian, ut vult Somnerus, *i. probationibus innocentiam ſuam oſtendere, vel fidem ſuam injuſtè in dubium vocatam probare, ſeque dignum cui fides adhibeatur.* Spelmannus: *Triatio, Triatores*, Anglis *Tryours*, *vocabula forenſia, quibus nulla, quod ſciam, Latinè reſpondeant ſatis appoſite. Eſt autem Triatio, exactiſſima litis conteſtata coram Judice per duodecimvirale ſacramen-*

tum exagitatio, quod & Triare dicitur : & ipſi Sacramentales inde Triatores, eorumque ſacramento res comprobata, Triata appellatur. Fleta lib. 4. c. 10. §. 4. *Si parentes producantur qui querentem ſuum ſub poteſtate domini conſtitutum probaverint, triantur per hoc tam cauſa ſtatus, quàm aſſiſa, & talis liberabitur domino ſuo, ut villanus ſuus.* Adde §. 5. Will. Thorn an. 1335. *Qui verò Salomon, hujus ſeculi prudens, fabricavit ſibi ſtateram, Abbati & Conventui poſtea doloſam & abominabilem. — & cum illa triavit 20. ſol. in denariis antiquis ponderis maximi, cum quibus aqua lance recipiebat denarios quorumcumque.* Hæc verba non planè percipio, nec video quomodo vocis notioni à Somnero & ab aliis allatæ conveniant. Littleton ſect. 193. *Ceo ſera trié en le countie lou le plaintif avoit concevé ſon action, & nenny en le county lou le manor eſt*, &c. Infra : *Si aſcun villeine voylloit ſuer aſcun maner de action à ſon uſe demeſne en aſcun countie, où il eſt fort à trier envers ſon Seignior*, &c. Jo. Britto de Legib. Angl. c. 29. *A quel jour le Viſconte face trier 12. des plus ſages & plus leals, & plus ſouffiſans de tout le hundred, & ceux faire jurer*, &c. Hinc fortè vox Gallica *Trier*, pro ſeligere, eligere.

Triallum, ipſa *triandi* actio. Willelm. Stanfordius lib. 2. de Placitis Coronæ cap. 49. *Le triel eſt per verdit de 12. hommes ; le confeſſion eſt per la partie meſme, quand il ceo confeſſe devant le Coroner, ou devant les Juſtices.* Triplex autem Triallum recenſet idem Stanfordius : *Trial par bataille*, lib 3. c. 1. 13. 14. cùm quis ſe à crimine defendit per duellum : *Trial par les Pers du Royaume*, eodem cap. 1. cùm quis reus nobilis à Paribus ſuis judicatur : & *Trial par le pays*, c. 2. & ſeqq. V. *Patria.* In quo verò differat *Triallum* ab *indictamento*, vide eundem Stanford. lib. 2. c. 26. p. 90.

TRIAVERDINI, cum Brebantionibus & Ruptariis junguntur in Concilio Lateranenſi III. an 1079. can. 2. 27. *De Brebantionibus, & Arragonenſibus & Navarris, Baſculis & Coterellis, Triaverdinis, qui tantam in Chriſtianos immanitatem exercent*, &c. Vide an non legendum ſit *Triamellinis*, qui ſcilicet *Triamelliis ficis*, de quibus ſupra, utebantur.

TRIBATTERE. Lex Salica tit. 40. §. 9. *Si quis jumenta aliena tribatterit, & evaſerint, &c.* §. 14. *Caballos aut jumenta aliena tribaterit, aut debilitaverit*, &c. Spelmannus *tribattere* ait eſſe ſine ſanguinis effuſione verberare, vel cedere, Anglis *Dribeat*, à Saxon. ðꞃıᵹe Angl. *Dry*, i. *aridus*, & beate, *percuſſio.* Vide *Trabattere.*

TRIBIANA, Vitis ſpecies, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 4. cap. 4.

TRIBLAGIUM, ſpecies Tributi vel præſtationis. Occurrit in Tabulario Monaſterii S. Vandregiſili.

TRIBLATTON, Trini coloris pallium, vel in blatta aut cocco ter tinctum. Petrus Damian. lib. 4. Epiſt. 7. *Mihi pallium reverenter obtulit, quod Triblathon, juxta ſui generis ſpeciem nuncupatur. Trium quippe colorum eſt, & blathon pallium dicitur, unde Triblathon pallium vocatur, quod trium cernitur eſſe colorum.* Leo Oſt. lib. 3. c. 20. *Viginti pannos ſericos, quos Triblattos vocant, coëmit.* Infra : *De Triblattis verò omnibus pluviales fieri juſſit.*

TRIBOK, *Trebuculus*, *Tribunculus.* Vide *Trebuchetum.*

TRIBULANTES, pro *Tribulatis*, Vexati, Energumeni, Dæmoniaci, qui χειμαζόμενοι in Conciliis dicuntur. Epiſtola 8. inter Francicas to. 1. Hiſt. Franc. *Ubi tribulantes, id eſt dæmonia habentes, in aëra ſuſpenſi torquentur.*

Tribulatio, in Gloſſis antiquis MSS. *Contritio*, *amaritudo.*

TRIBULOSUS, Tribulis plenus, ſenticoſus, aſperrimus, apud Sidonium lib. 1. Epiſt. 7. lib. 4. Ep. 3.

TRIBULUS, *Tribuculus*, Machina bellica, eadem ni fallor quæ *Trebuchetum*, de quo ſuprà. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. pag. 1133. *Nos verò conſiderantes turrim capi non poſſe petrariarum vel tribulorum ictibus*, &c. Infra pag. 1145. *Tribuculos* vocat : *Inventi ſunt in Damiata tribuculi 4. cum petrariis & mangonellis plurimis*, &c. Matth. Paris an. 1099. *Petrarias, tribunculos, & arietes cum ſcrophis ad murum ſuffodiendum conſtruxerunt.* Infra : *Alii verò infra machinas & caſtella conſtituti, cum petrariis & tribunculis molares maximos, & lapides damnoſos ad mœnia dirigentes*, &c. Suprà an. 1097. habet *trubuculos* : *Petrarias, trubuculos, & mangonellos.* Autor incertus poſt Theophanem in Leone Armenio pag. 434. Πρὸς δὲ τούτοις ἐφιλοτεχνάζετο διάφορα ἑλεπόλεων ὄργανά τε καὶ μηχανήματα, καὶ μαγγανικὰ τοξομαγγάνων, τριβόλους τε καὶ πετραβόλους, καὶ χελώνας, &c. Ubi lego πετραβόλους. Aliud enim hoc loco τρίβολοι eſt à murice, ſeu à *Tribulo* Romanorum, eo ſcilicet *propugnaculo*, uti habet Vegetius lib. 3. cap. 24. *quatuor palis confixo, quod quomodo abjeceris tribus radiis ſtat, & erecto quarto infeſtum eſt* : uti vocem τριβόλους uſurpat Leo in Tactic. cap. 11. §. 28. 46. cap. 14. §. 45. cap. 19. §. 56. de quo etiam Salvianus lib. 6. *Sicut enim exercitus pugnaturi ea loca per quæ venturas hoſtium turmas ſciunt, aut foveis intercludere, aut ſudibus præfigere, aut tribulis infeſtare dicuntur, ſcilicet ut ſi non in omnia ea quiſpiam incidat, nullus tamen penitus evadat*, &c. De ejuſmodi tribulis videndus Budæus in Annot. ad Pandect.

TRIBUNA, Ambo, pulpitum Eccleſiæ, quod *Tribunal* quidam è Patribus vocant. Vulgò nos *Tribune.* Alii *Tribunam* interpretantur opus rotundum & teſtudinatum. Ugutio : *Abſida eſt Græcum, & interpretatur lucida, i. latus ædificii, vel trebuna*, &c. Epitaphium Wifredi Comitis Barcinonenſis apud *Fra Diago* lib. 2. Hiſt. Comitum Barcinon. cap. 15. & Anton. *de Yepez* to. 4. Chron. Ord. S. Benedicti pag. 362. *Sub hac tribuna jacet corpus quondam Vuifredi Comitis*, &c. an. 914.

TRIBUNAL, inquit Amalarius lib. de Divin. offic. cap. 18. vocat Cyprianus gradum ſuper quem aſcendit Diaconus ad legendum, ſcribens ad clerum & plebem de Celerino Confeſſore, lib. 4. Epiſt. 5. *Hunc ad nos venientem — quid aliud quam ſuper pulpitum, id eſt ſuper tribunal Eccleſiæ oportebat imponi ? ut loci altioris celſitate ſubnixus, & plebi univerſa pro honoris ſui claritate conſpicuus legat præcepta & Evangelium Domini.*

Tribunal, quod Græcis βῆμα, in Vitis Patrum.

Tribunalia inter miniſteria ſacra videntur reponi in Teſtamento S. Aredii : *Item coopertorium lineum valentem ſolid. 4. pallas corporales 4. minores 5. & tribunalia valentia ſolidos 12. & alia cotidiana valentia ſol. 6. & alia cotidiana quæ ſunt ante altare valentia ſol. 5. & multa alia pretioſa ornamenta.* Infra : *Simul & de Siſciaco oratorio tribunalia duo valentia ſolid. 4. vela ad oſtia 3 valentia ſolidos 6. turres, calices, pallos*, &c.

Tribunal novemdecim accubituum. De eo multa nos in Conſtantinopoli Chriſtiana.

TRIBUNARIUM, Veſtis ſordida, à voce Græca τρίβων, ſeu τριβώνιον, quæ propriè erat veſtis ſeu indumentum Philoſophorum, ut eſt apud Moſchopulum, & alios : unde τριβώνιον μεταμφιάσαι, apud Eunapium in Ædeſio pag. 54. pro, *Philoſophum agere.* Interpres Hiſt. Apollonii Tyrii pag. 10. *Apollonius, exuens ſe tribunarium, ingreditur lavacrum.* Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062. Τριβώνιον, ἔνδυμα φιλοσόφου, ἔχον σημεῖα, ὡς γράμματα. Aliud, cod. 930. Τρίβων, παλαιόν. τριβώνιον, ἱμάτιον παλαιόν. Τριβώνιον etiam Monachis tribuit Pſellus de Operatione dæmonum pag. 133. quod alii *pallium* vocant. Vide *Pallium.*

TRIBUNUS, vox Latinis Scriptoribus nota.

Tribuni fabricarum, qui fabricis armorum præerant, de quibus Ammianus lib. 14. 15.

Tribuni maritimorum, de quibus eſt formula Senatoris 24. lib. 12. His cura potiſſimum incumbebat in oris maritimis navigia præparandi pro re publica, atque adeo etiam in fluviis, quorum oras continebant. Præ-

terea ſalinas curabant.

Tribuni & Notarii ſimul, quibus utebantur Principes ad mandata perferenda. De iis multa habent Jacobus Gotofredus ad Leg. un. Cod. Th. de Mandatis Princip. & Henricus Valeſius ad lib. 17. Ammiani pag. 140. quos non exſcribo. Iidem

Tribuni Notariorum dicti, apud Marcellinum Comitem & Zozimum lib. 5. atque ii fuere propriè Notarii Principis, quorum ſumma erat dignitas. Vide Concilium Calchedon. act. 1. Collat. Carthag. I. c. 3. S. Auguſtinum Epiſt. 159. 160. Ambroſium Epiſt. 31. Senatorem lib. 1. Epiſt. 4. lib. 6. Epiſt. 2. &c.

Tribunus voluptatum, in l. 13. Cod. Th. de Scænicis, apud Senatorem lib. 5. Ep. 25. lib. 6. Ep. 19. lib. 7. Ep. 10. Julium Firmicum lib. 3. Matth. cap. 7. qui *voluptatis* urbicæ, ſeu ludorum curam gerebat.

Erant præterea complures aliæ dignitates hac *Tribuni* appellatione, de quibus in utroque Codice, apud Ammianum, in Notitia Imperii, in Veterib. Inſcript. apud Gruterum in Indice cap. 5. &c.

Tribuni dignitas quæ fuerit in Francia ſub primis Regibus, non omnino conſtat: tametſi militibus præfuiſſe ſatis innuit Walafridus Strabo de Reb. Eccl. c. 31. *Sicut Tribuni militibus præerant, ita Abbates Monachis athletis ſpiritalibus præeſſe noſcuntur.* Comitibus poſtponuntur *Tribuni* in Lege Wiſigoth. lib. 11. tit. 1. §. 2. Gradum verò fuiſſe ad Comitis dignitatem indicat Fortunatus lib. 7. Poëm. 16.

> *Theodoricus ovans ornavit honore Tribuni,*
> *Surgendi auſpicium jam fuit inde tuum.*
> *Theudebertus enim Comitiva præmia ceſſit,*
> *Auxit & obſequiis cingula digna tuis.*

Vir tribunicia poteſtatis, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 21. Penes Tribunos fuiſſe caſtrorum & carcerum cuſtodiam obſervare eſt ex eodem Fortunato in Vita S. Germani Epiſc. Pariſ. c. 62. 68. & in Vita S. Radegundis c. 38. Tribunorum meminit etiam idem Gregorius Turon. lib. 7. cap. 23. Deſiderius Epiſcop. Cadurcenſis Epiſt. 16. & Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M. cap. 41. ſub quo, & ſucceſſoribus, *Tribuni*, Comitum Vicarii fuiſſe videntur. Hinc *Tribuni ſeu Vicarii*, in Concilio Moguntino c. 50. & in Lege Longob. lib. 2. tit. 47. §. 5. Sed & in Charta an. 1077. ex Tabulario Corbeienſi apud Ducheſnium in Hiſt. Guinenſi pag. 318. Gualterus Comes Ambianenſis dicitur invaſiſſe Vicecomitatum & omnem *Tribunitiariam Corbeiæ poteſtatem. Tribunum illuſtrem* quemdam vocat Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 606. Vide eundem pag. 674. Tributa præterea videtur exegiſſe: nam

Tribunus dicitur, qui *tributa* recipit, apud Erardum in Græciſmo c. 9.

> *Qui ſolet accipere ſub Rege tributa, Tribunus.*

Infra:

> *Quique tributa legit, ille Tribunus erit.*

Cap. 19.

> *Præbeo præbendas, tribuoque tributa Tribuno.*

Gloſſ. Lat. Gall. *Tribunus: Tribunes, qui a ſous lui 30. hommes, ou qui reçoit truage.*

Tribuni, apud Wiſigothos, poſt *Comites* erant, ex Lege Wiſigoth. lib. 11. tit. 1. §. 2. ut ſuprà attigimus.

Tribunus. Scribit Joannes Lucius lib. 2. Hiſt. Dalmat. c. 16. Magiſtratum, quo Belgradenſis in Croatia civitas olim regebatur, *Tribuni* appellationem habuiſſe, qui utplurimum *Trun*, vel *Trum*, per abbreviationem ſcriptus reperitur.

TRIBUS. Regula S. Pachomii c. 16. *Vocatur autem una Tribus, habens tres vel quatuor domos, pro numero & frequentia Monaſterii, quas nos Familias vel Populos unius gentis poſſumus appellare.* Adde cap. 15.

Tribus, Pagus, villa. Felix Monachus Girwenſis in Vita S. Guthlaci n. 8. apud Mabillonium: *Cum ad ſalutaris lavacri ſacratas undulas propinquaſſet, ex appellatione illius Tribus, quam dicunt Guthlacingas, proprietatis vocabulum veluti ex cæleſti conſilio Guthlacus percepit*, &c.

TRIBUTALES, Coloni liberi, obnoxiæ licèt conditionis, ut qui ad tributa & ſerviles operas tenerentur. Donationes factæ Eccl. Saliſburgenſi c. 1. *Dedit — idem Theodo Dux, de Romanis tributales homines 80. cum colonis ſuis in diverſis locis.* Cap. 3. *Tradidit — villam cum tributalibus ſuis.* Ibid. *Tradiditque tributales Romanos ad eumdem locum in diverſis locis colonos centum ſexies.* Eod. cap. *Cum omnibus appenditiis ſuis & manſis 60. inter ſervos & tributales. Tributales manentes*, cap. 5.

Tributarii, eadem notione. Gloſſ. Lat. Gr. ὑπόφορος, ὑποτελὴς, *Tributarius*. Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei: *Tributarii omnino pauperes non putantur, niſi cum his tributi cumulus imponitur.* Teſtamentum S. Aredii: *Addimus etiam mancipia quæ Colonaria appellantur, & nobis tributaria eſſe perhibentur.* Gregorius Turon. lib. de Gloria Confeſſor. cap. 103. *Teſtiſque eſt ipſe populus hodieque, qui cum ſanitatem recipiunt, ſtatim ſe tributarios loco illi faciunt, ac recurrente circulo anni, pro reddita ſanitatis gratia, tributa diſſolvunt. Tributarius Romanus*, in Lege Salica tit. 43. §. 8. & in Recapitulat. ejuſdem Legis §. 14. dicitur vetus Galliæ incola, reſpectu Francorum qui ab omni tributo immunes erant, contra quam alii, ut docet Gregorius Turon. lib. 7. Hiſt. c. 15. Charta an. 744. to. 2. Monaſtici Angl. p. 844. *Hæc verò vocabulorum ſigna tomi ſtilo indita ſunt, ne fortè litium vel contentio ſeu jurgium jam crepſerit inter tributarios veſtros noſtroſque colonos*, &c. Vide to. 3. pag. 115. 116. Theodorus Campedonenſis, de S. Magno cap. 25. *Inquiſivit — quomodo in vicina loca potuiſſet tributarios invenire de eodem pago, qui vectigalia annuatim reddidiſſent regiis inferre debebant.* Traimundus Clarevallenſis Epiſt. 2. *In tantum quod aliqui ex veſtris prima inſtitutionis obliti penitus, vel ignari, contra ordinis veſtri gloriam & decorem, villas, molendina, eccleſias, & altaria poſſident, fidelitates & hominia ſuſcipiunt, ruſticos & tributarios tenent.* Adde Steph. Eddium in Vita S. Wilfridi c. 8. Egbertum de Eccleſiaſtica inſtitutione pag. 92. Walafridum Strabum de Miraculis S. Galli c. 11. &c. Obſervat Cujacius ad tit. Cod. de Agricolis, cenſitis, & colonis, lib. 11. aſcriptitios *tributarios* eſſe, id eſt capitis cenſum ſive capitationem præſtare: colonos verò non eſſe tributarios, licèt reditus certos & penſiones domino terræ præſtent in pecunia, vel in ſpeciebus, pro ſolo.

Tributaria terra, unde tributum ad partem regiam, vel ad Eccleſiam, exigi ſolet, in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. §. 2. in Capit. Caroli M. lib. 4. c. 37. & in Capitul. 4. an. 819. c. 2.

Tributarium, Modus agri à *tributariis* ſeu colonis poſſeſſus & cultus, *Colonia*. Charta Offæ Regis Anglor. in Evidentiis Eccleſiæ Cantuarienſis an. 990. *Dedi enim illi 90. tributaria terræ bipartita in duobus locis, 60. in loco qui dicitur*, &c.

TRIBUTATIO, Exactio. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 8. c. 3. *Decapitatur Pregadius de Caradeſio Judex, & ſocius Poteſtatis, propter tributationes quas commiſerat in officio.*

TRICA, *Tricia, Treca, Treſſorium*, Crines intexti, implicati, à Gr. θρίξ, ut quidam volunt, vel ex Latino *Tricæ*, quæ Nonio ſunt *impedimenta & implicationes*, uti rurſum infra docemus. Noſtri *Treces*, Itali *Treccie* dicunt. *Σειραὶ*, Naumachio Poëtæ (uti obſervatum à Villiomaro, ſeu Joſepho Scaligero ad Titium) & 70. Interpretibus. Ubi enim S. Ambroſius Epiſt. 24. ad Vigilium nudè *crinem* habet: *Si diſſoluti eſſent crines ſeptem capitis ſui, & quaſi in cubitum intexti, diſcederet ab eo virtus ſua:* iidem τὰς ἑπτὰ σειρὰς τῆς κεφαλῆς, &c. dixerunt. Ita Feſtus *ſenis tantum crinibus* ornari licuiſſe Veſtalibus ſcribit, id eſt *treciis*.

Trica. Joannes de Janua: *Trico, as, à trica capillorum dicitur, i. decipere, vel impedire, vel demorari. — Item tricare, i. tricas capillorum facere, & eſt verbum pertinens ad mulieres, quæ tricant crines ſuos, quos in tres*

partes diviſos ſubtiliter complicant & involvunt: & hujuſmodi involutio Trica dicitur, quaſi capiens, id eſt tres partes crinium: & inde detrico, as, unde Eccleſ. 32. Et hora ſurgendi non te trices, i. non ſis piger, vel non facias moram in componendo capillos, ſicut mulieres faciunt: vel non ſit mollis & effeminatus, quando debes ſtrenuè operari, &c. Matthæus Weſtmonaſter. an. 1057. *Tunc Godiva Comitiſſa Deo dilecta die quadam ut prædictum eſt, nuda equum aſcendens, crines capitis & tricas diſſolvens, corpus ſuum totum præter crura candidiſſima inde velavit*, &c.

Treca. Vincentius Belvac. lib. 30. Speculi Hiſt. cap. 71. de Tartaris: *Raduntur à parte poſteriori, & longos habent capillos ac trecas retro juxta aures*. Eadem habet Sanutus lib 3. part. 12. cap. 9.

Treſſorium. Fleta lib. 2. c. 5. §. 4. de Meretricibus: *Si tertiò inventæ fuerint hoſpicii ſecutrices, conſiderabitur quod amputentur eis treſſoria, & quod tondentur.*

TRICALIUM, Trivium, *triplex callis*, aut via. Tabularium Caſaurienſe an. 968. *Et ſunt infra fines ſine tricalio de Galiſiano, & fine via quæ pergit* &c. Ubi vocabulo *tricalio*, ſuprascriptum legitur minuſculis litteris, ſed antiquis, *i. trivio*. Idem videtur quod *Trifinium*, de quo Iſidorus Orig. 15. lib. cap. 14. *dictum eo quod trium poſſeſſionum fines adſtringit*, vel fortè *attingit*. Vide *Callis*.

TRICARE, *Trigare*. Lex Salica edit. Heroldi tit. 38. §. 4. *Si quis alienum ſervum battiderit, & ei inſuper 40. noctes trigaverit opera ſua*, &c. Edit. Pith. *Ut in 40. noctibus operare non potuerit*. Ubi *trigare*, pro *tricare* habetur: eſt quippe *Tricare*, morari, differre, ceſſare: quomodo *Triga*, dicunt Occitani. Regula Magiſtri c. 19. *Si ad ſextam horam refectionem tricatam hebdomadarii offenderint*, i. non expeditam, aut paratam. Nam *Tricæ*, inquit Nonius, *ſunt impedimenta & implicationes*: unde *intricare*, impedire, morari. Lex Alaman. tit. 97. *Si carrucam involat, aut rumpit rotas in priori parte, ut die illa opera tricetur*. Epiſtola Eadburgis Virgin. ad S. Bonifac. Mogunt. Epiſcop *Malui mori, ſi ſic Deo auſpici, cui arcana non latent, placuiſſet, vel tarda mors non tricaverit*. Reinerus Mon. de Mir. S. Giſleni cap. 5. *Dixitque ei, Non autricas adire Malbodium dicturus Prælata*, &c.

Tricare, Implicare, innectere. Vita S. Deicoli Abbat. Lutrenſ. n. 34. *Quo facto, ſacramento juſjurandi ſuper tanti Patris ſepulchrum ſe unanimiter tricaverunt, quatenus eorum nullus ſe ſubtraheret, quin in proximo ſeculo abrenuntiarent.*

Detricare, idem, quod *Tricare*, Morari, vel remorari. Pactum Childeberti & Chlotarii Regum §. 5. poſt Legem Salicam: *Quod ſi placitum ſunnis non detricaverit*. Id eſt ſi cauſa aliqua vel excuſatio judicium non remorata fuerit. Magnum Recordum Leodienſe pag. 59. *Et que en ce il n'i ait nul detriance ne excuſance: & s'il advenoit que aucun de ceaux qui venent pardevant les Eſchevins fuſſent detriez ou prolongiez outre le terme convenu*, &c.

Tricha, Tricharia, Trichator. Jo. de Janua, *tricha, deceptio*.

Tricharia, Gallis *Tricherie*, Deceptio. Ita autem appellabant Maſſilienſes ludos aleæ. Statuta MSS. Maſſilienſis urbis lib. 5. *Ordinamus quod nemo deinceps in Maſſilia poſſit vel audeat tenere domum Tricharia, in qua publicè luſores alearum, ſive deciorum, vel taxillorum, ſive trichatores alii indifferenter ad ludendum conveniunt, hoc excepto, quod quilibet poſſit ludere ad ſcacos, & ad tabulas, & ad regmentam.*

Tricator. idem qui *Trichator*. Id porrò cognominis inditum Theobaldo Carnotenſi Comiti. Hugo Flaviniacenſis pag. 185. *Odo filius Odonis, filii Teibaldi Carnotenſis, cujus cognomen fuit Tricator*. Deceptores, & fraudium architectos etiamnum *Tricheurs* dicimus: qui res *impediunt*, vel *implicant*, ut eſt in loco citato Nonii.

Tricatores, apud Florentinos dicti Inquiſitores à judicibus delegati, ut autor eſt Petrus de Vineis l. 5. Ep. 89.

TRICENARIUM, *Tricennale, Trentenarium, Trigintale*, Officium 30. Miſſarum, quod totidem diebus peragitur pro defunctis: vel obventiones quæ obveniunt Sacerdotibus ratione ejuſdem officii. Martyrolog. Corbeienſe MS. de Societate Eccleſiæ S. Medardi Sueſſion. & S. Bertini cum Corbeienſi: *Et ſi brevis de defunctorum ad nos venerit, vel noſter ad eos, ſtatim percuſſa tabula — agetur officium pro eo; deinde tricenarius cum ſeptenario, & ab uno quoque Sacerdote Miſſa pro eis dicetur*. Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti c. 5. de Cantore: *Cura brevium qui foras mitti ſolent pro defunctis fratribus, & cura numerandi tricenaria & ſeptenaria ad eum pertinet*. Hiſtoria de Fratrib. conſcriptis, an. 800. apud Goldaſtum: *Inſtituerunt, ut quandocumque frater aliquis obierit, & loco, vel ſenioribus annuntiatum fuerit, eo die Preſbyteri 3. Miſſas & cæteri fratres pro eo pſalterium ut celebrationem Vigiliæ decantent, communiſque oblatio ab omnibus fiat. Item in die ſeptimo 30. pſalmos: triceſimo autem Preſbyteri omnes pro eo unam Miſſam, & cæteri 50. Pſalmos impleant*, &c. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 150. *Pro fratribus verò defunctis hoc utrimque ſervabitur. Anniverſarium in Martyrologio ſcribetur: cibus 30. diebus pro fratribus dabitur. Pro paſtoribus autem locorum integro anno 30. officia plenaria in Conventu cantabuntur: ſinguli fratrum 30. Miſſas, vel decem pſalteria perſolvent. Tricennarius Miſſarum*, in Metropoli Remenſi lib. 3. pag. 354.

Trentenarium. Gaufridus Voſienſis in Chronico 1. part. cap. 55. *Inſtituit ut ubicumque obiret Monachus S. Martialis, fieret pro eo trentenarium Lemovicæ per duas Miſſas*. Infra: *Fiebat plenariè trentenarium Lemovicæ*, &c.

Trigintale. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 414. *Et domus faciat celebrare trigintale pro anima ejus, & pro animabus omnium benefactorum*, &c. Occurrit præterea in Provinciali Cantuar. lib. 3. tit. 23. apud Will. Thorn in Chr. cap. 25. §. 1. &c.

Trigintarius. Concilium Narbonenſe an. 1054. c. 14. *Monemus ut nullus Laïcorum in opus ſuum retineat primitias, neque oblationes, neque trigintarios, qui rectè debentur à Clericis recipi pro fidelium defunctorum orationibus, ſed Clericis qui eiſdem Eccleſiis præſunt, utendos relinquat.*

Tricennale, eadem notione, in Provinciali Cantuar. lib. 2. tit. 6. lib. 5. tit. 2. in Synodo Londinenſi an. 1391. apud Willelmum Thorn in Chr. cap. 20. §. 5. cap. 21. §. 10 in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 780. Atque ita legendum in Synodo Exonienſi an. 1287. c. 21. pro *trennale*: *Statuimus inſuper quod parochiales Preſbyteri annalia vel triennalia non recipiant, per quæ parochiales Eccleſiæ careant officiis debitis & quotidianis*. Charta Adalaidis Comitiſſæ Bellimontis & dominæ de Gornaio: *Poſtquam ſupradicta Comitiſſa de hoc mundo migraverit, & certi fuerint monachi de morte ejus, in craſtino tricennale incipient, & ſic ſingulis annis redeunte tempore anniverſarii ejus tricennale facient.*

Tritennale ſcribitur in Monaſtico Anglicano to. 1. pag. 149. niſi legendum ſit *Tricennale*, ut *Tricennarium*, pro *Tritennarium*, apud Ælredum Rievallenſem in Vita S. Edw. Confeſſ. lib. 2. c. 2. *Adhuc de more tritennarium pro Rege celebrabatur officium.*

Triceſima dies defuncti. Hincmarus Remenſis in Capitul. ad Preſbyteros c. 14. ex Namnetenſi Concilio: *Ut nullus Preſbyterorum ad anniverſarium diem, vel triceſimam, tertiam, vel ſeptimam alicujus defuncti, aut quacumque convocatione ad collectam Preſbyteri convenerint, ſe inebriare præſumat*, &c. Charta Petri Archiep. Viennenſis an. 1125. in Tabul. ejuſdem Eccleſiæ: *De obitu Canonicorum noſtrorum & Archiepiſcoporum — præcipimus, ut triceſimus Canonicis, & annale obſequium Archiepiſcopis perſolvatur*. Ita apud Gregorium lib. 3. Decretal.

tit. 26. cap. 20. lib. 5. tit. 40. cap. 19. Reinerum contra Valdenſes cap. 5. extremo &c. Vide Capitula Theodori Cantuar. cap. 19. 37. 90. edit. Acherianæ, ejuſdem Pœnitentiale c. 5. Capitula Herardi Turon. cap. 58. Abaëlardum Epiſt. 24. &c.

Tricenarium autem à Beato Gregorio M. PP. inſtitutum ferunt, ex iis quæ tradit lib. 4. Dialog. cap. 55. Vide quæ de eo habent Alcuinus de Divin. offic. cap. de Exequiis mortuor. Amalarius lib. 3. de Eccleſiaſt. offic. cap. 44. Durandus lib. 7. Ration. cap. 35. n. 8. Haeftenus lib. 8. Diſq. Monaſtic. Tract. 1. diſq. 4. &c. Quomodo verò tricenaria à Monachis exſolverentur, vide in Antiquis Statutis Cartuſienſib. 1. part. c. 48. §. 2.

Sed & ejuſmodi tertios, ſeptimos, trigeſimos, & anniverſarios defunctorum dies apud Melchitas, Maronitas, Cophtitas, & Jacobitas obtinere, docent Prœmualia Conciliorum laudata ab Abrahamo Echelienſi ad lib. Ebed-Jeſu cap. 60. *Fiat tertia die commemorationem pro iis qui obdormierunt, in Pſalmis & precibus, quia Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit à mortuis. Fiat quoque* (commemoratio) *pro illis nona die in memoriam vivorum & defunctorum. Fiat etiam pro iis trigeſimum.* (diem) *juxta antiqua legis ritum, quoniam filii Iſrael luxerunt ſuper Moſe 30. diebus. Item fiat pro illis anniverſarium, & erogetur de illorum bonis eleemoſyna pauperibus*, &c.

TRICESIMA. Vide *Tricenarium*.

TRICESIMALIS *Conſuetudo*, ſeu *Triceſima*, Præſtatio triceſimæ redituum, quam Epiſcopi ſuffraganei ſolvere quotannis tenebantur Eccleſiæ Ravennati. Anaſtaſius in Nicolao I. pag. 213. ubi Ravennatem Archiepiſcopum ita alloquitur idem Pontifex: *Præcipimus etiam ne ipſos Epiſcopos illam malam conſuetudinem, quæ à quibuſdam Triceſimalis dicitur, nullo modo Ravennati exhibere, aut exercere compellas Eccleſiæ, nec illum morem qui contra Epiſcop. privilegium ſit, ab iis exigere quoquomodo tentes.*

TRICESIMUS, & *annalis nuptiarum dies*, olim cultus à Chriſtianis in Eccleſia per Miſſæ ſacrificium, in cujus Canone addebatur peculiaris oratio, quam deſcribit Menardus in libro Sacram. ex codice Remenſi pag. 286. *Hanc igitur oblationem, Domine, famulorum tuorum, quam tibi offerunt ob diem triceſimum conjunctionis ſuæ, vel annalem, quo die eos jugali vinculo ſociare dignatus es, placatus ſuſcipias deprecamur*, &c.

TRICHA, *Trichator*. Vide *Trica*.

TRICHORUS, *Tricorum*, *Tricorium*. *Trichorum*, Ædificium appellabant tribus concamerationibus conſtans. Τρίχωρος quippe Græcis propriè dicitur, quod tribus *loculis* diſtinctum ac diviſum eſt. Inde *Trichora apſis*, apud Paulinum, ſeu τρίχωρος ἀψὶς, eſt, quæ τρεῖς ἔνδον κόγχας habet, uti loquitur Paulus Silentiarius in Deſcriptione ædis Sophianæ, vel ut idem Paulinus, *trinos receſſus*. *Triformem* dixit Fortunatus lib. 3. Poëmat. 5.

Vertice ſublimi patet aula forma triformis,
Nomine Apoſtolico ſanctificata Deo.

Atque ita videtur hanc vocem interpretari Papias, dum ait *Tricora* eſſe *tres abſidas, ſive cameras*. Qua notione apud Spartianum in Peſcennio *Trichorum* uſurpari conſtat, & in veteri Inſcriptione Chriſtiana apud Ughellum in Epiſcopis Tolentinis, & Ferrarium: *Septima Severina C. F. marito dulciſſimo ac ſibi ſarcofagum & Panteum cum tricoro diſpoſuit & perfecit.*

At quod idem Lexicographus ſubdit, *Tricorium* eſſe *locum juxta ignem & rupem altam*, fateor me non planè aſſequi. Scio quidem *Tricorium* pro *Refectorio* Monachorum, ſeu Triclinio ubi Monachi reficiuntur, & cibos capiunt, interdum uſurpari. Ita Gloſſar. Ælfrici: *Tricorum, vel Triclinium*, ȝereorð-hus, i. domus refectionis. Qua ſanè notione vocem hanc uſurpat Ordericus Vitalis lib. 3. *Mathildis Regina pretioſam infulam dedit, & cappam, ad Dei ſervitium, & centum libras Rodomenſium ad agendum Tricorium*. Et lib. 6. *Eiſque datis ſumptibus lapideum Tricorium, ubi unà reficerent, conſtrui fecit*. Ex quibus evidens eſt *Trichorum* vel *Tricorum*, aut *Tricorium* eſſe cubiculum aliquod, vel cameram, quæ ἀκροατηρίου vicem, ſeu *pranſorii* aut cœnaculi præbuerit: illudque eſſe quod *Triclinium* Latini appellabant, quia fortè cameræ illæ, quæ tot convivantes admittebant, ſpatioſiores erant, & in tres partes, ſeu totidem concamerationes, bino columnarum ordine diviſæ. Joannes de Janua: *Tricorium, domus trina ſeſſione conviventium ordinata. Solebant enim antiqui in clinis comedere, & tres lectos, vel tres ordines lectorum diſponere: in unoquoque comedebant dominus & domina: in ſecundo familia: in tertio hoſpites, & talis domus dicebatur Triclinium*. Vide Caſaubon. ad Spartianum, & Deſcriptionem noſtram ædis Sophianæ n. 50.

TRICIA. Vide *Trica*.

TRICINA. Evagrius in verſ. Vitæ S. Antonii ab S. Athanaſio ſcriptæ n. 70. *Traxit quidam ſportella, quam texebat, tricinam, ſive funiculum*. Græca ſunt, σειρὰν τοῦ ἔργου. Eſt autem Græcis σειρὰ, quod noſtri *Trece* dicunt, ſeu crinium intextorum ſeries, uti monitum in voce *Trica*. Unde pro *tricinam*, fortè quis legat *triciam*. *Tricina tunica*, pro *trichina*, quæ fuit monachorum, in Vita S. Pelagiæ meretricis cap. 12. de qua vide Notas noſtras ad Cinnamum pag. 456. 457.

TRICINIUM, quaſi triplex cantus. Symmach. lib. 1. Epiſt. 41. *Tricinium ſemivolucrum puellarum*, id eſt Syrenum. Vide ibi Juretum.

TRICINCTUM, Trinus foſſarum vel murorum ambitus, *caſtrum triplici foſſato, totidemque muris veſtitum*, Mattheo Paris p. 134. Willelm. Brito lib. 1. Philipp.

——— *Puer impiger illo*
Tempore tricinctum caſtri, qui continet in ſe
Jugera multa ſoli, ſignis obcinxit & armis.

TRICLINIUM, *Tres ordines ſedium*, in Gloſſis Biblicis MSS. Vide *Trichorus*.

TRICLINUS. Regula Magiſtri cap. 81. *De calceamentis verò oportet fratres caligas habere ferratas, triclinas non ad luxum, ſed ad uſum*. Legendum fortè *trichinas*, ex Gr. τρίχινος, cilicinus, ex pilis.

TRICO. Gloſſ. Lat. Gr. *Trico*, ἀγύρτης, ἐμπαίκτης, λαγνός. Gloſſ. Gr. Lat. λαγνὸς, *Reſes*, *Trico*. Capitolinus in Vero: *Ut vagaretur nocte per tabernas ac lupanaria, obtecto capite cucullione vulgari viatorio, & commiſceretur cum triconibus, & committeret rixas, diſſimulans quis eſſet*, &c.

TRICOCINARE, *Scribrare*, ſeu cribrare, in Gloſſario Iatrico Reg. cod. 1486.

TRICOLUS, Ludi vel aleæ ſpecies, ex Græco fortè τρίκωλος, à tribus membris, apud Joan. Sariſber. lib. 1. Policrat. cap. 5. *Hinc Teſſera, Calculus, Tabula, Urio, vel Dardana pugna, Tricolus, Senio, Monarchus*, &c.

TRICORIUM. Vide *Trichorus*.

TRICULA, Παρατιλτρία, in Gloſſ. Gr. Lat. ibid. παρατίλλω, *depilo*.

TRICURIUM, *Triplex cura*, in Gloſſis MSS.

TRIDENARIUS *numerus*, pro *tricenarius*, in Regula Ordinis de Sempringham p. 72.

TRIDINGA. Vide *Trithinga*.

TRIDUANA, Tridui jejunium. S. Hieronymus Epiſt. 10. ad Furiam: *Parcus cibus & venter eſuriens triduanis jejuniis præfertur*. Et Epiſt. 15. ad Marcellam: *Cumque per omnem annum jugi jejunio paſceretur, biduo triduoque ſic permanens, tunc verò in quadrageſima navigii ſui vela tendebat, omnes penè hebdomadas vultu lætante conjungens*. Epiſt. 22. ad Euſtochium: *Nihil prodeſt biduo triduoque tranſmiſſo vacuum portare ventrem, ſi pariter obruatur, ſi compenſetur ſaturitate jejunium*. Quibus verbis *biduanas* & *triduanas* Chriſtianorum innuit, de quibus egimus in *Biduana*.

Triennale. Vide *Tricennarium*.

TRIENNALIS. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 149. *Qui ad ſuperiorem menſam ut Cuſtos ordinis ſederit, duplum* (panem percipiet:) *Qui Miſſam majorem celebraverit*,

duos: lector verò & ſervitores unum ad mixtum: Eleemo-
ſynarius autem ſex de decima, & tres ad mandatum, &
duos ad triennales currentes.

TRIBRIUM. Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M.
cap. 19. In triterio ruſticano ſedentem eum invenimus, &
tridente areolam olerum novellantem, &c. Fortè atrio.

TRIFILUM. Gloſſ. Gr. Lat. MS. τρίχλινον, κόσμος τῆς γυ-
ναικός, Trifilum gemmarum. Editum habet gemmarium,
noſtris un collier de trois rangs de perles. S. Hieronymus
in Vita Pauli Eremitæ: Qui domos marmoribus veſtiunt,
qui uno filo villarum inſuunt prædia. Anaſtaſius in Greg.
III. pag. 165. Item murenam trifilem auream, quæ ha-
bet gemmas albas numero 73. In Regeſto 1. de Artificib.
Pariſ. occurrunt triffiliers de fer, d'archal, fol. 110.
Trifilium confectores. Regeſtum Caſtri Lidi in Andi-
bus fol. 54. Li Sire de Priullé a ſon uſage au fié au Fo-
reſtier. — & a une foſſe à dous cognees, & a un por-
teor il trefiliers, & de ce le Sire de Pruillé doit un ban-
bert au Seignor de la foreſt, totes les faiz que le Sire
mue.

TRIFINIUM, Ager qui tres fines ſpectat. Lexicon Cam-
bro-Britannicum, Terfyn, terminus, limes. Innocen-
tius Agrimenſor: Ipſum terminum & ipſum locum dire-
ctura trifinium facit. Circa Muſileum in pedes 70. am-
plius ped. minus invenies. Trifinium ſubter rivum ſignifi-
cat. Aggenus: Locos frequenter in trifinio & quadrifinio
invenimus, ſicut in ſuburbanis, & circa publica itinera
conſtitutum eſſe perſpicimus. Vide Salmaſium ad Inſcri-
ptionem Herodis pag. 59.

Triſinitium. Teſtamentum S. Cæſarii Arelatenſis: Et paſ-
cua in campo lapideo, vel ſi qua ſunt alia, vel campum
in Triſinitio ſuper viam munitam, vel reliqua alia quæ-
cumque ſunt. Vide an Triſinitium nomen ſit loci.

TRIFORIUM, Porticus, ſeu potiùs Porticuli in modum
clauſtri, ſpecies, quæ totum ædis ſacræ ædificium am-
bit, eo fine ducta, ut tranſitum præbeat locum circuire
vel luſtrare volentibus, in ipſo ædis muro, ſuprà infe-
riorem columnarum & arcuum ordinem: ex cujus Tri-
forii ſuperiori parte emergunt majores ædis feneſtræ in
ipſum fornicem elatæ. Triforium autem dicitur, quod
ejuſmodi ſtrictioris ambulacri ejus aperturæ intra ipſam
ædem, duabus columnulis diſtinctæ, tres fores, ſeu aper-
turas, quodammodo præferant. Id maximè inſpicere eſt
in majori & Cathedrali æde ſacra Deiparæ Ambianenſi,
atque adeo in proſpectu interiori ædis Cathedralis B.
Mariæ Lincolnienſis in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 257.
ut de cæteris ſileam. Gervaſius Dorobernenſis in De-
ſcriptione Eccleſiæ Cantuarienſis: Hic murus chorum
circuiens in circinatione illa pilariorum in capite Eccleſiæ
in unum conveniebat. Supra quem murum via erat quæ
Triforium appellatur, & feneſtræ ſuperiores, in quibus ap
poſitis clavibus & fornice facta, a turre majore uſque ad
pilarios prædictos, id eſt uſque ad Crucem, triforium in-
ferius multis intexuit columnis marmoreis. Mox: Supra
hos decem (pilarios) arcus & fornices poſuit. Peractis
autem utriſque triforiis, & ſuperioribus feneſtris, cum
machinas ad fornicem magnam volvendam præparaſſet,
&c. Rurſum: Ibi cælum ligneum egregia pictura deco-
ratum, hic fornix ex lapide & tofo levi decenter compoſi-
ta eſt. Ibi triforium unum, hic duo in choro, & in ala
Eccleſiæ tertium. Rurſum: Super pilarios verò infe-
rius triforium & ſuperius, cum feneſtris & fornice ma-
jori.

Triforium, Limbus, vel ornamentum ad oram rei alicu-
jus adtextum, in Triforii, de quo ſuprà, ſpeciem &
formam. Inventarium Eccleſiæ S. Pauli Londinenſis, in
Monaſtico Anglic. pag. 309. Morſus Willelmi de Ely
argenteus, creſta ejus argentea cum triphorio exterius au-
reo & lapillis inſitis, &c. Infra: Et 15. nodulis cum tri-
phorio, &c. Ibid. Creſta ejuſdem argentea exterius deau-
rata, cum exteriori triphorio aurato, &c. Hinc triforiatus,
ibidem. Morſus Alardi Decani triforiatus de auro puro,
cum Kamahutis, & aliis lapidibus multis, &c. Paſſim
ibid. Pag. 326. Item unus pannus, cujus campus purpu-
reus, cum 14. liſtis in longitudine panni, ad modum tri-
foria contextis, cum multis leonibus intertextis, &c.

TRIGA, Currus à tribus equis tractus, ut biga à duobus.
Gloſſ. Gr. Lat. τρίζυγον, triga. Papias: Triga currus eſt
quem pagani aiunt currere in inferis, eo quod per 3. ætates
homines ad ſe rapiat, i. infantiam, juventutem, ſenectu-
tem. Stephanus Tornac. Ep. 228. Bigam autem ſeu bi-
rotum mittere noluimus, &c. Nam quod de triga tibi jo-
cando diximus, ſcias quod ſicut trigam abominamur in ve-
hiculo, ita etiam abhorremus in opere & verbo. Ubi ob-
ſervandæ voces in opere: videtur enim alludere ad Tri-
gas, ſeu tricas, id eſt vacationem ab opere: vel moras
aut impedimenta; nam trigare dixiſſe ſcriptores ævi me-
dii, ſuprà in V. Trica docuimus.

TRIGARE. Vide Tricare.

TRIGESIMA, Pars trigeſima, vel quantitas, rei petitæ
in judicio, quæ à damnatis Bajulo ſeu Judici exſolvebatur.
Quod locum habebat in cauſis omnibus tam mobilium,
quàm immobilium, præterquam in quæſtionibus de
commodato, mutuo, & debito, in quibus Tertiaria da-
batur. Vide Conſtitut. Siculas lib. 1. tit. 69. 70. 71.

TRIGILDUM, Tripla compoſitio, Twigeld, in Legibus
Juticis lib. 2. c. 97. 99. &c. Ex voce geldum, (quam
vide) compoſitio, mulcta. Lex Burgund. tit. 63. §. 1.
Qui meſſem in granariis furatus fuerit, ſi ingenuus eſt, tri-
gildum ſolvat.

TRIHORIUM, Spatium trium horarum, apud Auſon.
Eidyll. 3. de Capitone:

Nec duraturus poſt bina trihoria menſis.

Utitur & Eidyllio 24.

TRILIA. Vide Trelia.

TRIGINTALE. Vide Tricenarium.

TRILICES loricæ, notæ apud Virgilium 5. & 7. Æneid.
& alios. Sed & Dudo de Morib. & act. Norman. lib. 2.
Alii ferro auroque trilices loricas, thoraces ſcilicet fa-
ciunt. Infra: Trilicique lorica indutus. Will. Brito lib.
3. Philippid.

——————— thoraca trilicem
Diſſilit.

Gloſſ. Lat. MS. Reg. Trilice, triplice.
Le Roman d'Auberi MS.

Voit par la ſalle ces hauberts treillis.

Ibidem.

U eſt un haubert qui eſtoit treilleis.

Le Roman de Garin MS.

En ſon dos veſt une broigne treſlice.

Atque hinc patet unde deducta vox noſtras, treillis, pro
feneſtra cancellata. Vide Iſidorum lib. 19. cap. 22. &
Turnebum lib. 29. Adverſ. cap. 35.

TRIMISIUM. Vide Tremiſſis.

TRILLEA. Vide Trelia.

TRIMILCHI, Maius menſis apud Anglo-Saxones, ſic di-
ctus, quod tribus vicibus in eo per diem pecora mul-
gebantur. Talis enim erat quondam ubertas Britanniæ,
vel Germaniæ, è qua in Britanniam natio intravit An-
glorum. Beda de Ratione temp. cap 19.

TRIMME aurum. Anaſtaſius in S. Silveſtro: Cameram
baſilicæ ex auro trimme in longum. Ubi Bullingerus
trimmam eſſe ait aurum in tenuiſſimas bracteas tritum,
ex Gr. τρίμμα: noſtris Or batu.

TRINIATIM. Edgarus Rex in Legibus Monaſterii Hy-
denſis c. 4. de Adamo: Qui prole ad numerum pa-
trata, ſuperbientium Angelorum univerſa comitante pro-
ſapia, ſine loto guſtato ligni vetiti fructu, æthereos æterna
beatitudinis ſuggeſtus triniatim cum Domino regnans con-
ſcendere Macrobius conſidebat. Alia Charta ejuſdem Re-
gis iiſdem Legibus ſubdita: Annuente altithroni Mode-
ratoris imperio totius Albionis triniatim potitus regimi-
ne, &c.

TRINITAS Sancta adoranda publicè tradita Catechu-
menis per 40. dies. S. Hieronymus Epiſt. 61. ad Pam-
machium c. 5. Conſuetudo apud nos iſtiuſmodi eſt, ut iis
qui baptizandi ſunt, per quadraginta dies publicè tra-
damus ſanctam & adorandam Trinitatem. Id eſt ut per

40. dies in myſteriis fidei inſtruerentur. Vide Cyrillum Hieroſol. & alios.

TRINUMGELDUM, Compoſitio delicti majoris ac atrocioris, per ter novem *gelda*, ſeu mulctas: à Saxon. ꞇꝛi-nigon-ȝelꝺ, id eſt *ter nona ſolutio*: proinde diverſa à *trigildo*, ſeu triplici compoſitione, vel mulcta. Lex Bajwar. tit. 13. §. 2. *Si quis infra curtem Ducis aliquid involaverit, quia domus Ducis domus publica eſt, triniungeldum componat, hoc eſt ter novem donet liber homo: ſervus verò niungeldo ſolvat, aut manus perdat. Triplum novigeldum* dicitur in Lege Burgund. tit. 74. §. 2.

TRINOFORENSE *judicium*, in Jure Hungarico, Rigida citatio per nundinas ter facta. Sambucus.

TRINUNDINÆ, *Trium dierum mercatum*. Papias.

TRIPA, Interanea, inteſtina, Gall. *Tripe*. Jo. de Janua: *Omaſus, i. tripa, vel ventriculus qui continet alia viſcera*. Pſeudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

——— tunc mos violenter adire
Ut vel ſe reddat tripa canibus lacerandum, &c.

TRIPARE. Pactus Legis Salicæ tit. 27. §. 5. *Si quis in meſſe aliena in furtum mittere præſumpſerit, aut repaſcere inventus fuerit*, &c. Ubi Heroldus ad marginem ex alio cod. *Si quis meſſem alienam tripaverit aut ſederit*, &c. Lex verò Salica cap. 29. §. 6. *Si quis meſſem alienam per furtum metere aut reſſare præſumpſerit*, &c. Ita *tripare*, & *reſſare*, pro *depaſcere* uſurpantur, cùm ſcilicet animalia in meſſem alienam immittuntur. Vide Wendelinum.

TRIPARIUM, genus Supellectilis. Fortè *Tripos*, Anglis à *Trewet*, quaſi *threeſeet*. Gall. *Trepié*, ſeu *trepier*. Tabularium Prioratus Lewenſis in Angl. pag. 24. *Unam arcam, unum greil, 1. paellam, & 1. triparium, & 3. barillos, & 10. diſcos*, &c.

TRIPEDICA. Gregorius M. lib. 2. Dialog. c. 30. *Dum ad B. Joannis oratorium pergeret, antiquus hoſtis in mulo medici ſpecie obviam factus eſt, cornu & trepidicam ferens*. Ubi Zacharias PP. Τριπόδιλον. Quidam codd. *Trepedicam* præferunt. Vide Conjecturas Haëfteni ad hanc vocem pag. 152.

TRIPEDARE, Τριποδίζειν, in Gloſſis Græco-Lat. de equis qui inceſſu moderato vadunt. Vide Salmaſium ad Hiſt. Auguſt. pag. 244.

TRIPETIA, *Trepodia*, *Trepedia*. Gloſſæ MSS. Salmaſii: *Trepodia, Tripedia, id eſt ſcabellum quod tres pedes habet, vel menſa in ſacris Apollinis, vel numus conſecratus*. Gloſſæ Lat. MSS. Reg. cod. 1013. *Trepedia, menſa*. Severus Sulpitius Dial. 2. de Vita S. Martini: *Sedebat autem S. Martinus in ſellula ruſticana, ut eſt in uſibus ſervulorum, quas nos ruſtici Galli Tripetias, vos Scholaſtici, aut certe tu qui de Græcia venis, tripodas nuncupatis*. Wolphardus Preſbyter lib. 1. Vitæ S. Walburgis Virg. n. 13. *Cum ecce tripedia quibus ſua uſus eſt invita, devinitus è manibus — projecta ſunt*. Supra *ſcabella* appellavit. Vide Iſaacum Pontanum in Gloſſario Priſco-Gallico p. 271.

TRIPHUNT. Vide *Canis Sencius*.

TRIPICTUS, *tripliciter conſcriptus*, in Gloſſis MSS. ad Prudentium.

TRIPODIUM. Leges Henrici I. c. 64. *In quibus verò cauſis triplicem ladam haberet, ferat judicium tripodii, 1. 60. ſolid*. Quæ verba Spelmannus in voce *Lada*, intelligenda cenſet de triplici ordalio, ſcilicet de ferro penſante 60. ſolidos, id eſt tres libras. Vide quæ obſervamus in v. *Lada*. Sed puto *Tripodium* eſſe menſuram trium pedum, ex Gr. τριπόδιον, infra quam brachium in cacabum immittere tenebantur, qui aquæ ferventis judicium ſubibant, ſi triplicis *la la* delictum eſſet. Vide *Ferrum candens*.

TRIPONDIS. S. Zeno Veron. Epiſcop. Serm. 6. ad Neophytos: *Singulos ponderate, invenietis nullum habere minus. Tripondes ſunt homines, numiſmati ſacri una libra ſignati, qui menſæ deſerviunt*. Vide Fileſacum lib. 1. Selector. pag. 241.

TRIPORTICUS, Atrium, vel area conſtans tribus porticibus, cujuſmodi fuere ante ædes ſacras. Papias: *Atrium, magna domus, dictum quod ei addantur tres porticus*. Anaſtaſius in S. Hilaro PP. *Fecit — Nymphæum & Triporticum ante oratorium S. Crucis, ubi ſunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur Hecatonpenta*. Sidonius lib. 2. Epiſt. 10.

Huic eſt porticus applicata triplex, &c.

Paulinus Epiſt. 12.

Alma domus triplici patet ingredientibus arcu.

Infra:

Ter geminis geminæ patuerunt arcubus aulæ.

Vide Deſcriptionem noſtram ædis Sophianæ n. 20.

TRIPTIRE, vel *tripitiri*. In tres partes diſpertiri, *Partir en trois*, in Gloſſ. Lat. Gall.

TRISANTIA. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 28. *Qui autem raſi fuerunt, finita pſalmodia debent in illam triſantiam ire, in qua locutio ſolet eſſe, & libros accipere, ungulaſque, ſi fuerit opus, incidere*. Cap. 70. *Omnes qui remanere de completorio, finita collatione, egreſſi de Capitulo, ad ſiniſtram partem introitus, debent in triſantia remanere, donec toto conventu egreſſo*, &c. Cap. 77. *Qui ex una parte triſantiæ ſedent, unum verſum, qui autem ex altera, alium dicunt*. Cap. 78. *Donec Infantibus ingreſſis Capitulum cæteriſque extra Capitulum in triſantiis ſtando ordinatis. Prior veniat*. Ibid. *Pueri in Capitulo, & alii ſic veniunt in triſantiis ſtantes*. Triſantiæ igitur Capitulo proximæ fuerunt.

TRISCABINA *Charta*, inſcribitur Formula 88. ex Lindenbrogianis: in textu verò, *nunc igitur complacuit nobis, atque convenit, ut talem chartulam triſcabinam ſeu ingenuitatis ipſi ſervo noſtro nomine illo fieri & firmari rogaremus*, &c.

TRISCAMERARIUS, Dignitas Palatina, Camerarii dignitate inferior. Chartam Friderici I. Imp. an. 1162. apud Diagum lib. 2. de Comitib. Barcinon. cap. 174. ſubſcribunt præ cæteris Principibus, *Rodulfus Dapifer, Harmannus Camerarius, Bertolfus Triſcamerarius*, &c. Alia Friderici II. Imp. an. 1244. apud Goldaſtum to. 2. Conſtitut. Imper. p. 6. & Joannem Noppium in Chron. Aquiſgranenſi lib. 3. n. 1. *Willelmus Advocatus Aquenſis, Henricus frater ejus Triſcamerarius noſter, & fideles noſtri*, &c. Scribunt Sammarthani Jacobum Serenum Archiepiſcopum Ebredunenſem adiiſſe anno 1276. Rodulfum Imp. & ab eo impetraſſe confirmationem privilegiorum Eccleſiæ ſuæ, *& dignitate Tricamerarii perpetui Cameræ Imperialis adauctum*.

TRISCARE. Mamotrectus ad lib. Heſter cap. 8. *Tripudiare, quaſi cum tribus pedibus ſaltare, vel choriZare, ſive triſcare*.

TRISCURRIUM, Papiæ, *Multiplex ſcurrilitas*. Guibertus lib. 1. de Vita ſua cap. 11. *Quam miſerabiliter extunc ad noſtra ſecula pudor & honeſtas paulatim in virginea profeſſione ruit, & res & ſpecies cuſtodia matronalis extabuit, ut in omni earum habitudine ſola poſſint notari triſcurria, ubi nil niſi jocularia ſonant, & oculorum nutus & lingua*. Idem in Præfat. ad Hiſt. Hieroſolymit. *In id quod pro affectaveram fortaſſe à cunctis videndus, inceſſi, cachinnos ac triſcuria prætergrediens aliquorum*, &c.

TRISILES. Papias, ex Iſidoro lib. 20. cap. 4. *Triſiles, Græcè tripodes, Triſilis, à tribus liciis*. Iſidorus habet *triſſiles*. Gloſſ. Anglo-Sax. Ælfrici: *Triſilis*: ðꝛi-ꝼoꞇaꝺ ꝼꝛꝺ. Ubi Somnerus emendat *Triſceles*: ex Gr. τρισκελής. Sax. ðꝛi, *tres* ꝼoꞇ, *pedem* ſignificat.

TRISOMUM, Sepulchrum trium corporum capax. In Cœmeterio Cyriacæ, via Tyberina, Romæ:

SE. BIBA. EMET. DOMINA.
LOCUM. A. SUCCESSUM.
TRISOMUM. UBI. POSITI.

Vide *Biſomum*.

TRISSESIVA, Apud Papiam MS. *Craſſitudo*. Editus habet *Triſeſiva*.

TRISTA, *Triſtra*. Cokus part. 4. Inſtit. pag. 306. *De*

triſtis, ancientes written traiſtis, and is derived of traiſt, truſt, and ſignifieth, Ubi alii homines manentes in eadem foreſta tempore quo Dominus chaceaverit, in eadem venire debent, & conſiſi ſunt, Anglicè, are truſted, ad tenendum leporarios certis locis aſſignatos pro feris ibidem expellandis & capiendis. Ethelredus Rievallenſis Abbas in Geneal. Regum Angl. cap. ult. *Rex cum cæteris ſuperior conſtitiſſet, ſecundum legem venandi, quam vulgus Triſtam vocat, ſingulis proceribus cum ſuis canibus ſingula loca delegat,* &c. Inquiſitiones de forefacturis diverſis ſuper foreſta Dom. Regis art. 13. in Additamentis ad Matth. Paris: *Inquiratur — ſi aliqua antiqua triſtra D. Regis, villa, vel domo, levatis, vel clauſo impediatur: per quæ deductus Domini Regis impediatur.*

Præterea Cowello dicitur immunitas ab illa ſervitute foreſtæ incolis impoſita, qua quiſque obligatur canem venaticum alere, & paratum in manu ſua tenere, dominoque ſuo præſentare, quandocunque illi placuerit in foreſta ſua venari. Charta Edw. III. Regis Angl. to. 2. Monaſt. Anglic. p. 827. *Et ſint quieti de — Henedpenny, & buckſtall, & triſtris.* Vide Steph. Skinnerum in Etymologico Anglico.

TRISTARE, Triſtem facere, Contriſtare, Gall. *Attriſter.* Onomaſticon: *Triſto,* λυπῶ. Will. Brito lib. 10. Philipp.

—— Indigno triſtavit funere campos.

Et lib. 11.

—— Et triſti triſtaſſem funere mundum.

TRISTATÆ. Hieronymus in cap. 23. Ezechielis: *Triſtata apud Græcos nomen eſt ſecundi gradus poſt regiam dignitatem, quos nos Magiſtratus utriuſque militiæ & Præfectos annonarii tituli vocamus.* Exod. 14. Καὶ ἔλαβεν ἑξακόσια ἅρματα, καὶ τριστάτας ἐπὶ πάντων, *Et accepit ſexcentos currus electos, & duces ſuper omnes.* Et 4. Regum, 7. Καὶ ἀπεκρίθη ὁ τριστάτης, *& reſpondens unus de ducibus.* Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 15.

Convenere Duces, nec non baſileia pubes,
Triſtatæ, Comites, vulgi promiſcua ſtrages.

Et cap. 47.

Non Reges, non Triſtatæ, Regumve clientes.

TRISTEGA, *Triſtegum,* Ædificium conſtans tribus contignationibus, vel *cœnaculis,* ut habet Hieronymus in Ezechielis cap. 41. Jo. de Janua & Will. Brito in Vocab. & Autor Mamotrecti: *Triſtegum dicitur locus tricameratus.* Papias: *Triſtega, tricamerata, à trino tegmine, vel tribus tectis.* Gloſſ. Lat. Gall. *Triſtegum, Maiſon à trois ordres de ſieges.* Vetus Interpres Juvenalis ſat. 3. *Tabulata, ſuperiora tecta & triſtega.* Τρίστεγα, in Vita S. Eupraxiæ Virg. cap. 24. Hieronymus in cap. 41. Ezechiel. Τρίστεγα, *tertia cœnacula* interpretatur. Ita *triſtega,* propriè eſt cubiculum ſuperius, tametſi ſæpe pro quovis uſurpetur. Abdias Babylon. lib. 3. Hiſt. Apoſtol. pag. 26. *Sanctus quoque Apoſtolus deſcendens de triſtega, prædicabat eis verbum Domini.* Infra: *Et adducentes ſcalas, volebant aſcendere in triſtegam, ut eos interficerent.* Gregorius Turon. lib. 8. cap. 42. *Dum epularetur cum diverſis in triſtega, ſubito effracto pulpito domus, vix ſemivivus evaſit.* Matth. Paris an. 1247. *Habebat namque in ipſa navi, ſicut de arca Noe legitur, diverticula, & triſtegas, cameras, & cenacula,* &c. Idem in Hiſtoria minori MS. *Clam concepit ab Stephano, qui eam duxerat ad Comitem Andegaviæ maritandam in nave, ſcilicet in quodam triſtego navis ipſis pro thalamo præparato.*

Triſtega, Officina mercatorum. Charta Guarini Epiſcopi Ambian. an. 1145. in Chartul. Eccleſiæ Ambian. *Si autem cellarium, vel triſtega ad merces negotiatorum reponendas conſtruere voluerint.*

Triſtega, Latrina. Vide *Privata.*

Triſtega, Machina bellica, turris tribus conſtans tabulatis. Sugerius de Conſecr. Eccl. S. Dionyſ. pag. 353. *Ad triſtegas & propugnacula facienda.* Epiſtola Balduini Imp. CP. apud Arnoldum Lubecenſem lib. 7. cap. 20. *Turribus autem ſupererigüntur ligneæ turres altiſſimæ ſtationum ſex,* &c.

Briſtega, perperam pro *Triſtega,* non uno loco apud Will. Britonem in Philippide. Lib. 4. pag. 138.

———— Nec minus altè
Per loca briſtega, caſtellaque lignea ſurgunt.

Idem lib. 7. pag. 174.

Haud ſecius abſumit briſtegas, valla, domoſque.

Ubi fruſtra Gaſpar Barthius vocem à Germanico arceſſit. Vide *Berfredus.*

Triſtegum, Machina lignea in campanariis, in quibus pendent campanæ, vulgo *Beffroy.* Liber Miraculor. S. Bertini cap. 3. apud Mabillonium: *Sed & turrile ipſius (Eccleſiæ) licet noviter eſſet ſuperpoſitum, quia antiquo more erat factum, depoſuerunt, & aliud miræ magnitudinis mirabiliſque fabricæ ſtuduerunt ædificare, cujus longitudo conſiſtentis in terra æquabat altitudinem culminis Eccleſiæ, cui ſuperponendum erat. Nec mirum, triſtegum enim, ut vulgariter loquamur, trium tripodum ordinibus factum fuerat, excepta ſumma claxendice.* Vide *Berfredus.* Sugerius de Adminiſtr. ſua: *Lapideas turres, & ligneas triſtegas concuſſit.*

Triſtegum occurrit alia, ſed incerta mihi notione, apud Knygthon. lib. 1. de Eventib. Angl. c. 2. *Et poſt prandium cùm intraret cameram, vidit unum triſtegum cum imagine ad ſimilitudinem unius ſagittarii, tenentis arcum cum ſagitta.*

Triſtegon, neſcio qua perinde notione uſurpat Petrus Subdiaconus Neapolit. Eccleſiæ de Miracul. S. Agnelli Abbat.

Triſtegon uberius, decurrat ſancta profando
Agnelli ſancti miracula ſancta canendo.

TRISTIMONIUM, Triſtitia, ut *ægrimonium.* Occurrit in Fragmento Petronii de Cœna Trimalcionis p. 51.

TRISTIS, pro ſevero. Vulcatius de Caſſio: *Hæc Epiſtola ejus indicat, quam ſeverus & quam triſtis futurus fuerit Imperator.* Capitolinus in Maximo: *Fuit cibi avidus, vini parciſſimus, ad rem veneream nimis rarus, domi, foris, ut ſemper ſeverus, ita ut & Triſtis cognomen acciperet.* Idem in Pio, ex editione Mediolanenſi: *Homo triſtis & integer,* i. ſeverus. Italis *Triſto,* eſt improbus, ſceleſtus. Vide Ferrarium.

TRISTITUDO, pro *Triſtitia,* uſus eſt Apuleius in Apologia.

TRISTRA. Vide *Triſta.*

TRITARUM *ſocietas,* ſeu *Tritorum,* vel *Trituratorum,* Germanis *der ſlegelern,* id eſt *Flagellatorum,* ſic dicta quædam militaris turma, ſeu ſocietas, fortè quod armorum vice *flagella ruſtica* deferret, vel quod *blada* ſeu triticeas meſſes paſſim *detereret*: nam alii fuere à *Flagellatoribus,* de quibus ſuprà egimus. Hiſtoria Landgraviorum Thuringiæ cap. 105. *Eodem an. (1412.) incœpit ſocietas Tritarum, id eſt Der flegelern, quorum capitaneus fuit ille,* &c. Cap. 157. *Ex illa liga Tritarum, videlicet der flegelern,* &c.

TRITENNALE, *Tritennarium.* Vide *Tricennarius.*

TRITHINGA, Saxonicè Ꞇꝛiðinᵹaꞅ, apud Anglos, dicitur tertia pars Comitatus, ſeu provinciæ, continens tria vel quatuor Hundreda, ſeu centurias, cui qui præerat, *Trithingerefas* dicebatur, ad quem deferebantur cauſæ quæ definiri non poterant in Wapentachiis, ſeu Hundredis. Quod autem in *Trithingis* definiri non poterat, ferebatur in *Comitatum.* Ita Leges Edwardi Confeſſ. c. 34. & ex iis Fleta lib. 2. cap. 61. §. 23. Hanc autem partitionem Ælfredo Regi adſcribunt Scriptores Angli. Annales Wintonienſis Eccleſiæ de Elvredo Rege: *Iſte inſtituit Hundredos & Tithingas ad latrones inveſtigandos.* Id ipſum tradunt Ingulfus pag. 870. & Matthæus Weſtmonaſterienſis an. 892. qui hoc loco *tithingas* pariter habet: *Centurias quas Hundredos, & decimas, quas Tithingas appellant, inſtituit,* &c.

Tethinga, in Charta Joannis Regis Angliæ an. 1215. pro Libertatibus Angliæ an. 1215. *Fiat autem viſus de franco plegio, ſic ut pax noſtra teneatur, & quod tethinga integra ſit, ſicut eſſe conſuevit,* &c.

Trithingarum

Trithingarum mentio eſt præterea in Statuto Mertonenſi cap. 10. & in Fleta lib. 1. cap. 20. §. 48. 49. 107. Quem verò *Trithingereſas* vocant Leges Edwardi, alii *Tethingum*, vel *Tothingman* nuncupant. Hodie, inquit Wattius, res cum Lege antiqua prorſus evanuit, nomine tantùm (*Tethingman*) remanente, & in Conſtabulario parochiano alicubi reſidente.

Trithinga, ſumitur etiam crebro in veteribus Chartis Anglicis, pro, *quietum eſſe de ſectis curiæ Trithingarum*, apud Ingulfum pag. 875. & in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 572. 287. 390. hoc eſt obligatione eundi ad placita *Trithingarum*. Adde idem Monaſticum to. 1. pag. 810. to. 2. pag. 812. 827. ubi nudè habetur *quietum eſſe de Trithingis*.

TRITISCIUM *molendinum*, pro *triticeum*, in Charta Walcheri *de Gant* Comitis, apud Edw. Biſſeum in Notis ad Uptonum pag 86.

TRITORIUM, apud Ælfricum, þiꝑycel.

TRYTULA, Piſcis, qui aliis *Tructa*, vulgò *Truite*. Alanus de Inſulis in Planctu naturæ: *Trytula ſinus marinos ingrediens, in æquore baptizata, Salmonis nomine cenſebatur.*

TRITURATORES. Necrologium Eccleſiæ Carnotenſis: *Acquiſivit etiam apud Menneſin generaliter quicquid Major habebat in granica Capituli, ſcilicet duos trituratores, vechiat, peſait, lentilat, fatat, præter unam minam avenæ quam habet propter ſubmonitionem ſaccorum.* Alibi, 2. Id. Mart. *Pro cujus anniverſario habemus quatuor trituratores in granchia de Clauſo villari.* Rurſum: *Acquiſivit huic Eccleſiæ quicquid Major de Nongento fiſci habebat in granica de Gaeſtilla, videlicet unum trituratorem, & ſtramina, & foragia, & paleas, & pilonem, & veciacum, & peſat, & favat, & duos trituratores, quos Major de Joy habebat in granica de Joy.*

TRIVIUM, Grammatica, Rhetorica, & Dialectica: ut quatuor aliæ liberales artes, *Quadrivium*, nempe, Aſtrologia, Geometria, Arithmetica, & Muſica. Uguttio: *Nota quod Grammatica, Rhetorica, & Dialectica dicuntur Trivium, quadam ſimilitudine, quaſi triplex via ad eloquentiam.* Balbus in Catholico, & Joannes de Janua: *Grammatica, Dialectica, & Rhetorica dicuntur Trivium, quadam ſimilitudine quaſi triplex via ad idem, id eſt ad eloquentiam. Arithmetica vero, Muſica, Geometria, & Aſtronomia dicuntur Quadrivium, quaſi quatuor viæ ad idem, id eſt ad ſapientiam tendentes. Unde & Triviales dicuntur, qui docent, vel qui ſtudent in Trivio, ſicut Quadriviales, qui in Quadruvio.* Perperam igitur Valla per *trivium*, ſolam Grammaticam intelligi, ſicque nuncupatam, quòd in triviis & compitis doceatur, ſcripſit. Prologus in vitam S. Maximini Martyris MS. *Sed inter omnes illi judicati ſunt ſummam ſapientiæ attigiſſe, qui trivium illud terere conati ſunt, in quo requiritur divinarum humanarumque peritia rerum: quod conſtat in Phyſica, Ethica, & Logica*, &c. Braulio Cæſaraugust. in S. Iſidori Vita: *In trivii eruditione conſpicuus, in quadriviis inveſtigatione perfectus.* Adde ejuſdem Iſidori Vitam aliam à Luca Tudenſi, ut quidam volunt, conſcriptam n. 5. 8. Conradus de Fabaria de Caſib. S. Galli cap. 5. *Qui in Trivio Grammatica, Logica, Rhetorica, & Philoſophia mediocriter eruditus*, &c. Rigordus an 1209. *Cum itaque in eadem nobiliſſima civitate non modo de trivio & quadrivio, verùm etiam de quæſtionibus Juris Civilis & Canonici — plena & perfecta inveniretur doctrina*, &c. Matth. Paris an. 1252. *Vir quidem in trivio & quadrivio excellentiſſimus.* Et mox: *Omnem trivii & quadrivii noverat difficultatem.* Wibertus in Leone IX. PP. *Nempe ut primum competit rudibus, decurſo artium trivio, non ſolum claruerunt proſa & metro.* Laurentius Veronenſis lib. 1. de Bello Balearico:

Ordine Trivitatis trivii ratione peritus.

Vita Lietberti Epiſc. Camerac. c. 3. *Ducitur ſitibundo pectore currens ad fontem Philoſophiæ, & ſaporis tripertiti ſeptem rivos ebibens, modo ſtudet Logicæ, nunc inſudat Phyſicæ, ſic intendens vacat Ethicæ. Trivaria*, ſeu potius *triviaria Philoſophia*, in Epiſtola Chriſtiani ad Honorium Solitarium, ſeu Augiſtodunenſem, de Imagine mundi. Vide Petrum Damian. lib. 6 Ep. 1. Lib. de Diſciplina Scholarium c. 2. 6. Chronicon Auguſtan. 2 part. cap 1. &c. & ſupra in *Quadrivium*.

TRIUMPHARE, Vincere, hoſtem ſuperare, apud Ottonem de S. Blaſio c. 7. Albertus Argentin. p. 138 *Triumphaverant enim Veneti cum domino Mediolanenſi, ita quod potentes fuerunt.* Adde pag. 157. Sic *triumphare*, eſt cauſam vincere, in Jure Hungarico, ut autor eſt Sambucus.

TRIUTA. Vide *Trendis*.

TRIVULGI. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 8. *Nono eget dictum navigium olulis calce plenis, & etiam multis vaſis molli ſapone plenis: inter quas olulas atque vaſa ſint aliqua inſtrumenta ferrea, quæ Trivulgi vulgariter appellantur, & etiam alia paramenta ad accendendum ignem, & etiam ſagittandum loco & tempore opportuno*, &c. Videntur eſſe *tribuli*. Italis *Triuoli*, Gallis *Chauſſetrapes*.

TRIZA. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 23. de biſtardis quæ habentur in deſertis: *Habent pennas elevatas in medio capitis per longum uſque ad dorſum, ad modum criminum, ſeu trizarum.* Quæ poſtrema voce expreſſit noſtram *Treſſe*. Vide *Tricia*.

TROCELLUS, Faſciculus, Gall. *Trouſſeau*. Charta Conventionum inter Carolum I. Comitem Provinciæ & Arelatenſes an. 1251. art. 22. *Rapinas factas tam in trocellis, quàm in rebus aliis in ſtratis publicis terra vel aqua*, &c. Vide *Troſſellus*.

TROCHUS. Acta S. Quirini Mart. lib. 1. n. 5. *Erat huic in aula Pipini filius tenerrimus, qui cum coætaneum ſibi principem natum dicti Regis ludo ſcacchorum ſæpius ſuperaret, exorta in luſu rixa, trocho per tempora à Regis filio fuit trajectus.* F. *Rocho*, ex Gallico *Roc* in ſcaccis.

TROCIUM, Modus agri apud Majoricenſes. Charta Majoricenſis an. 1316. *Vendimus D. Sancio Regi Majoric. unum trocium terræ, in quo ſunt & eſſe debent 10. quarteriatæ terræ.* Alia: *Vendimus quoddam trocium terræ tam laboratum quàm eremum.*

TROCTA, Piſcis fluviaticus notiſſimus, noſtris *Truite*, vel ut alii efferunt, *Troite*, Italis *Trutta*. Ceremoniale Ambroſianum apud Paricellum in Monument. Baſilicæ Ambroſianæ pag. 98. *Et ibi Pontifex tribuit Abbati magnum ramum palmarum, & honorabilem troctam.* De trocta vide etiam Vinetum in Auſonii Idyllia pag. 250.

TROFA. Tabularium Caſaurienſe: *Recepi à te in cambio terram tuam in viario, cum una trofa de fica ſuper ſe habente.*

TROGALIUM, *Cicer frictum*, Ægyptus, apud Caſſianum Collat. 8. cap. 1.

TROGULUS, *Cuculla, veſtis monachalis*, Papias. Vita S. Egwini Epiſc. Wigorn. n. 16. *A primævo juventutis flore ſemper uſus fuit cilicio, — ad carnem nudam indutus erat trogulo, ipſam debilitatem & infirmitatem carnis ſuæ corporali maceratione & jejunio devincens.* Vita S. Mauri Abb. c. 1. *Sub Monachali tunica ſemper aſperrimo à ſcapulis uſque ad renes induebatur trogulo.* Vita S. Genulfi lib. 1. n. 10. *Aſperrimo ex pilis reinduebatur trogulo.* Lib. 2. n. 2. *Sed aſperrimo cilicii trogulo nuditatem corporea frigiditatis velarent.*

TROIA, Machina bellica, Gallis *Truie*, ſeu *Troye*, uti ſuem vocat Conſuetudo Solenſis tit. 15. art. 8. tit. 16. art. 5. ita dicta, quod humum, ut ſus, ſubvertat. Turpinus cap. 9. *Septimo menſe aptatis juxta murum petrariis, & mangonellis, & troiis.* Quo loco Meurſius perperam *ſtous* repoſuit: eſt enim *Troia*, noſtrum, *Truie*, Chronicon Bertr. Gueſclini:

——— *C'eſtoit pour convenir*

Un engin con nommoit Truie en ceſt heritier.

Froiſſart. 2 vol. cap. 2. *Itemt oirent querir à la Riole un grant engin, qu'on appelle Truie, lequel engin eſtoit de telle ordonnance, que il jettoit pierre de faix: & ſe pou-*

voient bien cent hommes d'armes ordonner dedans, & en approchant aſſaillir la ville. Meminit præterea ejuſmodi machinæ c. 102. ejuſd. vol. Sed vix crediderim ex genere *baliſtarum* fuiſſe, uti vult Froiſſartes, cum probabilius ſit inventam ad ſuffodiendos muros, eandemque eſſe quæ ab aliis ſcriptoribus, vocabulo Latino, *Sus* appellatur. Vide in hac voce. *Troiam* autem veteribus Latinis pro ſue accipi docet Pomponius Sabinus ad 1. Æneid. *Armaque fixit Troia: Troia*, inquit, *nomine in Latio ſcrofa appellatur*, &c. Sed & in Regeſto Caſtri lidi in Andibus fol. 47. occurrit: *Venatur etiam in longo aineto per ſingulos annos 5. cervos, totidemque cervas, 5. porcos, totidemque troias.*

TROLIUM, idem fortè quod *Trelia*, de qua voce ſuprà. Tabularium Conchenſe in Ruthenis ch. 106. *Cum vineas, cum vernas, cum pratos, cum manſione, cum horneas, cum trolio, cum terras cultas & incultas*, &c. Ita in Ch. 117. 139. 156. 237. 252. 355. &c. In Ch. verò 198. pro *trolio*, habetur *brolio*: *Cum vineas, cum brolio, cum terras, cum pratos*, &c. Infra: *Et ſunt ipſi brolii vel ipſas terras in pago Ruthenico*, &c. Ita etiam in Ch. 199. *Cum vineas, & campis, & pratis, & broliis*, &c. Adde pag. 261. Vide in hac voce.

TRONA, Statera publica, ſeu *trutina*, apud Scotos & Anglos, unde fortè corrupta vox, uti cenſet Somnerus, qui eandem putat cum ea quam Angli *Troy-weight* vocant. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ c. 39. *Ordinatum eſt quod ſit Trona ad lanas ponderandas in burgis Regis, per ſingulos portus Regni, — & ſit in quolibet loco Tronarius, qui percipiat de Rege unum denarium de ſacco.* Iter Camerarii Scotici c. 1. *Cuſtumari Tronæ*. C. 30. *Et faciat quod examinentur pondere tronarum.* Adde Fletam lib. 2. c. 12. §. 15.

Tronatores, qui ad tronam lanas appendunt. Idem Iter Camer. c. 15. *Tronatores calumniabuntur quod non cuſtodiunt officium ſuum in tentando (al. tronando) lanas, ſed quibuſdam perſonis lanas tentant*, &c.

Tronagium, Vectigal quod pro *trona* penſitatur, in Fleta lib. 4. c. 1. §. 16. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 976. *Sint quieti de omnimodo pavagio, — cariagio, picagio, teragio, tronagio, pontagio*, &c. Vide Seldenum de Titul. Honorar. edit. 1. part. 2. pag. 199. & Steph. Skinnerum in Etymologico Anglico.

TRONARII. Charta Caroli M. an. 795. apud Ughellum in Epiſcopis Aretinis, inſcribitur *omnibus Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Guaſtaldiis, ſeu reliquis Tronariis, & cunctis fidelibus*, &c.

TROPACIUM. Vide *Tropus*.

TROPPUS, Grex, Gall. *Troupeau*. Lex Alamann. tit. 72. §. 1. *Si enim in troppo de jumentis illam ductricem aliquis involaverit*, &c. §. ſeq. gregem vocat: *Alia autem jumenta de grege, quæ lactantia ſunt*, &c. Charta 15. inter Alamannicas Goldaſti: *Trado ad Monaſterium S. Galli quidquid in die exitus mei de hac luce in peculiali cauſa non datum, & non uſitatum, id eſt caballis domalibus, cum cætero troppo, caballis cunctis, auro argentoque*, &c.

TROPUS, eſt quidam Verſiculus, qui in præcipuis feſtivitatibus cantatur immediatè ante Introitum, quaſi quoddam præambulum & continuatio ipſius Introitus. ut verbi gratiâ, in feſto Nativitatis, ante Introitum illum, *Puer natus eſt* &c. præcedit tropus iſte: *Ecce adeſt de quo Prophetæ cecinerunt dicentes. Puer natus eſt* &c. Continet autem tria *Tropus*, videlicet *Antiphonam, Verſum*, & *Gloriam*. Ita Durandus lib. 4. Ration. c. 5. n. 6. qui hæc ſubdit lib. 6. cap. 114. num. 3. *Hi autem verſus Tropi vocantur, quaſi laudes ad antiphonas convertibiles: τρόπος enim Græcè, converſio dicitur Latinè.* Concilium Lemovicenſe an. 1031. ſeſſ. 1. *Inter laudes autem quæ τρόποι Græco nomine dicuntur, à converſione vulgaris modulationis, dum verſus ſanctæ Trinitatis à cantoribus exclamaretur*, &c. Infra: *Angelico interea hymno cum tropis, id eſt feſtivis laudibus, ornatiſſime expleto*, &c. Jam verò an Eccleſiæ Græcanicæ τροπάρια aliquid commune habeant cum Tropis Latinorum, vide quæ de iis commentati ſunt Leo Allatius in Diſſertat. 1. de Libris Eccleſ. Gr. pag. 62. 63. 64. Goarus ad Euchologium pag. 32. 434. 435. & Meurſius in Gloſſ. Regula SS. Pauli & Stephani Abbatum cap. 14. *Ne quæ cantanda ſunt in modum proſæ ea quaſi in lectionem mittemus: aut quæ ita ſcripta ſunt ut in ordine lectionum utamur, in tropis & cantilena arte noſtra præſumptione vertamus.* Eckehardus Minimus de Vita B. Notkeri Balbuli cap. 16. *Et non ſolum ea quæ Beatus vir Notkerus dictaverat, verum etiam ea quæ ſocii & fratres ejus in eodem Monaſterio S. Galli compoſuerant, omnia canonizavit, videlicet hymnos, ſequentias, tropos, letanias*, &c.

Tropi lugubres, apud Rupertum lib. 5. de Divin. offic. cap. 27. *Qui extinctis luminaribus in ipſis Tenebris, præcinentibus cantatoribus, & choro reſpondente, flebili modulatione decantantur, incipientibus à Kyrie eleiſon.*

Troponarium, *Liber continens* τρόπους, *id eſt cantus, qui cum Introitu Miſſæ dicuntur, præſertim à Monachis. — Quidam etiam hunc librum Proſarum, a proſis appellant.* Ita Beletus c. 59. & ex eo Durandus lib. 6. Ration. c. 1. n. 26.

Troparius, eadem notione, in Vitis Abbatum S. Albani: *Miſſalibus, Trop*a*riis, Collectariis*, &c.

Tropharius, pro *Troparium*, Liber continens *tropos*. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 485. *Plures dulciſonos cantus in Tropario & Antiphonario edidit.* Ita uſurpat Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani: *Ordinalibus, Conſuetudinariis, Miſſalibus, Tropariis, Collectariis* &c. Adde Synodum Exonienſem an. 1287. c. 12.

Troperium, in lib. 3. Provincialis Eccleſiæ Cantuarienſ. cap. 27. Lindwodus, *librum ſequentiarum* interpretatur, ut & Watſius. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 10. Kal. Aug. *Dedit nobis Miſſale, Lectionarium, Antiphonarium, Gradale, Pſalterium cum hymnis, duos Troperios, duos Verſarios*, &c. Adde Id. Aug. Ita etiam in Synodo Wigornienſi an. 1240. c. 1. & in Monaſt. Anglic. tom. 3. pag. 323.

TROSSA, Faſciculus, Gallis, *Trouſſe, Trouſſeau*. Charta Willelmi Comitis Nivernenſis in Tabulario Auguſtodunenſis Eccleſiæ: *Si quis amodo in poteſtate hoſpitatus fuerit, pro 12. nummis, & garba, & feni troſſa annuatim ſalvus erit.* M. Paſtorale Eccl. Pariſ. lib. 16. ch. 29. *Excepta troſſa una ſtraminis de unaquaque domo.*

Troſſa, Trouſſa. Tributum neſcio quod. Geſta Abbatum S. Germani Autiſſiod. cap. 15. *Medietatem villæ de S. Gregorio a Joanne de Barris comparavit, giſtum, coſtumas, troſſas, denarios, remanentiam hominum*, &c. Charta an. 1304. in Tabulario Autiſſiodor. fol. 427. *Super hoc quod dicti homines dicebant poſſe ibidem ſub nomine burgeſiæ ſe transferre in poſterum, & tallias dictorum Decani & Capituli, feſtagia, couſtumas, & trouſſas, & alias redeventias prædiales & reales propter hoc evitare.* Conſuetudo loci de Troy in Biturigib. art. 4. apud Thomaſſerium: *Ladite Seigneurie a droit de prendre par chaſcun an le jour & feſte de S. Barnabé ſur chaſcun des habitans de Troy ayant beſtes à laine, un agneau, pourveu qu'ils ayent 3. agneaux, lequel droit s'appelle la Trouſſe.* Ejuſdem ferè nomenclaturæ ac originis videtur eſſe id genus præſtationis, de quo ita Charta an. 1553. pro Prædio & Baronia de Linieres, in eodem pago: *Item ledit Seigneur a en ladite terre & Baronie de Linieres, & lui compete & appartient un autre droit appellé l'Eſtrouſſe & Maleſtrouſſe, qui eſt tel, qu'un chaſcun homme ou femme ſerf & de ſerve condition audit Seigneur, ou autres manans & demeurans au terroir de Boiſcoutau, qui ont recueilli foin en l'année en leurs prez ou autres heritages, doivent audit Seigneur par chaſcun an à chacune feſte de Noel, 15. den. tournois rendus, conduits comme deſſus: & tous les habitans demeurans au terroir de Beaupuis, & chaſcun d'eux qui ont beufs, 12. deniers tournois: & ceux qui n'ont beufs, & chaſcun d'eux doivent pour ledit droit de l'Eſtrouſſe & Maleſtrouſſe 6. deniers tournois à ladite feſte de Noel, rendus, conduits comme deſſus.* Vi-

de *Trouſſa*. Vide veteres Conſuetud. Bituricenſes apud Thomaſſerium p. 332.

Troſſula, diminut. à *Troſſa*. Vide in *Retorſatus*.

Troſſellus, idem quod *Troſſula*, *Trouſſel* & *Trouſſeau*, in Conſuetud. Comitatus Burgund. art. 87. Britanniæ art. 463. Trecenſi art. 143. Meldunenſi art. 277. Senonenſi art. 268. Autiſſiodor. art. 253. & Catalaunenſi art. 104. in quibus tamen locis vox hæc ſumitur pro ea ſupellectile quæ in augmentum dotis novæ nuptæ à parentibus datur. Charta Odonis Ducis Burgundiæ an. 1199. *Notum — me dediſſe — unum denarium in unoquoque troſſello tranſeunte ſive per Vergeium, ſive per Vooget, ad emendum cereum luminarium*, &c. Hominia Nobilium Breſſenſium an. 1272 apud Guichenonum: *Et quidquid tenet in pedagio de Loyſà, videlicet in unoquocunque troſſello unum obolum Pariſienſem.*

Troſſellarius, qui *troſſellum*, ſeu faſciculum defert. Libertates MSS. Villæ-franchæ conceſſæ ab Archembaldo D. Borbonenſi an. 1217. *Quiſque troſſellarius ſemel in anno 4. denarios.*

Truſſare, ſeu *troſſare*. Convaſare, ſupellectilem in ſarcinas, ſeu *troſſellos* cogere, vulgo *Trouſſer bagage*. Knyghtonus an. 1347. *Sed franci nocte ante diem Jovis truſſaverunt quæcunque ſua quæ cariare voluerunt, & retraxerunt ſe loco ſuo*, &c. *Le Roman de Garin MS.*

Troſer ſomiers, les charetes garnir.

Alibi:

D'or & d'argent fiſt charger quatre murs,
Et autretant de bons pailles boſus,
Cent palefrois & cent murs à feutrer,
Quatre ſomiers d'or & d'argent trouſſer.

Itinerarium MS. Comitis Pontivi: *Et fai voſtre maiſnie lever, & tourſer, & aler leur voie, & tu remains, & torſeras noſtre lit.* Speculum hiſtoriale MS. Joannis Abbat. Laudunenſis ſcriptum an. 1488. lib. 11. c. 54. *Lors fiſt Monſieur Robert d'Artois deſloger ſon oſt, & trouſſer ſes tentes.*

TROTARE. Ugutio: *Succuſſo, frequenter ſuccutio, & ſuccuſſare; dicitur trotare, & Succuſſatura dicitur trotatura, & Succuſſator, trotator equus dicitur, unde illud: Gradarius eſt equus mollis inceſſus, ſine ſuccuſſatura incedens. Equi trotatores*, apud eundem Ugutionem. Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 21. *Itaque iter arripuimus, — & equitando quantum equi trotare poterant — omnes ita properabamus.* Cap. 25 ſub finem: *Mutatiſque frequentiùs equis, nullatenus parcebatur eis, ſed equitabamus velociter ac ſine intermiſſione, quantum poterant equi trotare.* Vide *Tottonarius*. Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. cap. 6. *Equitator faciat ipſum* (equum) *per agros aratos ſummo mane trotare*, &c. Salmaſius ad Hiſt. Aug. vocem à *Tolutare* deducit: *Tolutare*, inquit, *tlotare, & inde noſtrum, troter.* Nam tolutim incedere equus etiam dicebatur, qui *trepidabat*. Hinc *tolutarii* & *tolutares equi*, qui & *trepidarii*. Sed longè potiùs videtur vox orta à pedum equorum ita ambulantium ſonitu.

Trotari dicebantur adulteri, qui per urbem nudi traducebantur. Ea enim fuit apud Francos noſtros recepta in adulteros & adulteras pœna: quemadmodum olim apud Piſidas, ut auctor eſt Nicolaus Damaſcenus apud Stobæum ſerm. 42. pag. 292. Charta Aymonis de Sabaudia D. Baugiaci pro villa de Sagiaco, an. 1266. apud Perardum: *Pro adulterio 6. ſol. tam in adultero, quàm in adultera nobis — retinemus, aut trotabuntur nudi per villam, ſi dictam pœnam pecuniariam voluerint evitare.* Conſuetudo Valentiæ in Aginnenſi provincia ab Edwardo I. Rege Angliæ indulta, quæ habetur in Regeſto Conſtabulariæ Burdegal. fol. 142. *Adulter & adultera, ſi in adulterio reperiuntur, & clamor factus fuerit, vel videbitur per homines fidedignos, vel in judicio oſtenſum fuerit, in 100. ſol. quilibet pro juſtitia puniatur, vel nudi currant villam, & ſit optio eorumdem.* Libertates Salvæterræ in Ruthenis an. 1284. & Novæ Baſtidæ in Occitania an. 1298. *Si quis in adulterio deprehenſus fuerit, currat per villam, ut in aliis villis noſtris fieri conſuevit, aut ſolvat nobis 300. ſolidos, & quod voluerit habeat optionem eligendi.* Libertates Aquarum-Mortuarum: *Adulter ſine fuſtigatione currat nudus.* Fori Morlanenſes c. 26. *Si aliquis vel aliqua cum alterius uxore vel marito captus vel capta fuerit, totam villam currant uterque nudus.* Similia habentur in Charta Libertatum Bellævillæ an. 1233. in Conſuetud. Saligniaci & Riomagi in Arvernia an. 1270. Libertates Villæ Martelli in Lemovicibus an. 1219. *Quicunque habitator villæ Martelli cum aliqua uxorata in eadem villa captus eſſet, & probatus adulter, trahetur per genitalia nudus, & adultera nuda.* Charta Ildefonſi Regis Aragonum an. 1187. pro libertatibus villæ Amiliani, (*Milhau*) in Regeſto Lud. Hutini Reg. Franc. fol. 7. *Item conſtituimus ut captus vel capta in adulterio non currant de nocte, ſed de die, & ne redimatur crimen illius pecunia, & ut pro reatu mariti uxor non rea damnum ſequatur, nec pro uxore ſua maritus non reus aliquod damnum incurrat.* His addenda ſunt quæ narrant Otho Friſingenſ. lib. 2. de Geſtis Friderici I. & Joinvilla noſter pag. 95. Vide præterea Lurbeum in Chronico Burdegalenſi an. 1317. & Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 4. c. 17. n. 8.

Trotarius, *Troterius*, Curſor, vel pediſſequus. Petrus II. Rex Aragon. in Charta MS. confirmationis Libertatum Cataloniæ: *Mittantur nuncii per vicarios & alios officiales noſtros pro citationibus faciendis, qui nominentur Correus,* (curritores, curſores) *vel Trotarii, & credatur eis pro ſola oblatione citationis.* Charta civium Biterrenſ. in Regeſto Carcaſſonenſi fol. 17. *Facit ſe vocari G. de Lodeva, quia fuit troterius ſive garciſer D. G. de Lodeva quondam.* Adde 30. Regeſtum Archivi Regii ch. 57. *Le Roman d'Aubery MS.*

Ou ſon garſon, ou ſon ſerjant trotier.

Le Roman de Girard de Vienne:

N'y a ribaut, ne ſol garçon trotier,
Qui ne demaint avaine à un ſomier.

Statuta Gallica MSS. Ordinis S. Joannis Hieroſol. *Et quant il chevauchoit, il avoit 4. chevaucheures avec ſoi, & un frere Sergent, & 2. chevaulx; un Tricoplier, un eſcripvain, un trotier ou deux quand il vouloit*, &c.

Trottonare, pro *Trotare*. Andreas Aulæ regiæ Capellanus in Amatoriis: *Præterea turpes nimis & indecentes decenter equitabant caballos, ſcilicet macilentos valde, & graviter trottonantes, & neque frena habentes*, &c.

TROTINGI, *Joculatores*, Papiæ. Lex Longob. lib. 1. tit. 16. §. 8. *Dum quidam ad ſuſcipiendam ſponſam cujuſdam ſponſi cum paranympho aut trotingis ambularent, perverſi homines aquam ſordidam & ſtercoratam ſuper ipſam jactaſſent*, &c. Editio Heroldi pag. 257. *aut trutingi ambularent.* Vide *Trutanus*.

TROTTONARE. Vide *Trotare*.

TROUSSA. Vide *Troſſa*.

TRUBLA. Compotus Præpoſituræ Pariſienſis an. 1333. *De Præpoſitura Montisſerici, de Hallagio, — de trubla l. 100. de pondere & coſtuma beſtiarum*, &c. Noſtris *Truble* eſt inſtrumentum piſcatorium, cujus mentio eſt in Aquarum & ſilvarum conſtitutionibus apud Mallavillæum c. 90. Charta Philippi Ebroicenſis an. 1320. pro incolis Mellenti in Tabulario Prioratus S. Nicaſii fol. 72. *Leſdiz habitans pourront peſcher en nos rus de Meulent & des Muriaux a la truble & au panier tant ſeulement.* Vide *Trullia*.

TRUBLIUM, *Parapſis*, Papiæ: perperam *trubuum* in MS. ex Gr. Τρύβλιον, quod idem ſonat.

TRUBUCULUS. Vide *Tribulus*.

TRUCA. Ciſta, locellus, German. *Truhe*: Gallis *Luſeau*. Eberhardus Altahenſis an. 1296. de Henrico Ratiſponenſi Epiſcopo: *Sepulchrum ſimiliter ſibi longe ad . . . . fabricavit & pravidit juxta altare B. Virginis in majori veteri Eccleſia Ratiſponenſi: Similiter trucam etiam, in qua ſepeliri debuit, cum veſtibus funeralibus ibidem impoſitis, in memoriam continuam mortis ſuæ per eoſdem annos habuit locatam à latere lecti ſui.* Scribit Petrus

Reſenius in Notis ad Jus aulicum Canuti II Regis Daniæ pag. 629. Danis *Trug*, & *Tru*, alveolum, vas concavum, vel lintrem ſignificare, ut Iſlandis, *Trog* & *Trua*, lintrem.

TRUCINA, Temeritas, inſultatio, pertinacia. Decreta Colomani Reg. Hung. lib. 1. *Si quis ad conventum Epiſcoporum & Comitum venire neglexerit, — trucinam compenſet.*

TRUCINARE. Rigordus in Philippo Aug. an. 1185. de Joculatoribus: *Et cæteras ineptias trucinantibus buccis in medium cruciare non erubeſcunt.* Vide *Trutanus*.

TRUCLUDE, *Alea*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

TRUDANUS, *Trudennis*. Vide *Trutanus*.

TRUDIO. Gregor. Turon. de Vitis Patr. c. 4. *Senuit autem ſacerdos Dei, & in tantùm ætate provectus eſt, ut ſputum oris in terram projicere non valeret, ſed adhibito labiis trudione, in eam ſalivas oris exponeret.* Videtur diminutivum *trudis*, qui Iſidoro lib. 18. c. 6. in Gloſſ. Arabico-Lat. & Joanni de Janua, dicitur *Contus & ſuſtis ferratus, quo naves truduntur.*

TRUELLA, Trulla, Ferrum latum quo parietes liniuntur, Papiæ, ex Gallico *Truelle*. Charta an. 1165. apud Brolium in Hiſt. Pariſienſi lib. 2. *Dominus autem Papa reliquias intra altare poſuit, & accepto inſtrumento, quod vulgò Truella dicitur, eaſdem cemento introſigillavit.* Vox fortè formata à Latinorum *Trua*, de qua voce Varro lib. 4. de L. L. c. 25. & Nonius c. 1. n. 68.

TRUEGA, Sus, ex Gallico *Truie*. Charta an. 1342. *Item 25. inter porcos & truegas.*

TRUFA, *Truffa*, *Trupha*, Fraus, nequitia, jocus. Guill. Brito in Vocab. *Nuga dicitur truſa, unde Nugor aris, nugas facere.* Gloſſ. Lat. Gall. *Nuga, Truffe*. Jo. Brompton. in Ricardo I. *Mina ſunt, & quaſi truffæ quas loqueris.* Cæſarius l. 2. Mirac. c. 25. *Ille cogitans qualiter liberaret puellam, hujuſmodi trupham invenit.* Albericus in Chron. MS. an. 1239. *Heu me, inquit, quamdiu durabit truffa iſta.* Raymundus in Summula:

Sed quis ſortilegas compeſcet ab hac mulieres,
Sectas & truſas harum qui ſcribere vellet.

Vide Will. Thorn p. 2064. Vitam B. Angelæ de Fulginio c. 6. Indicem error. Valdenſium §. 15. Synodum Colonienſem an. 1280. c. 4. Michaëlem Scotum lib. 4. Menſæ Philoſophicæ c 43. &c. W. *Guiart*.

Et ne cuit pas emplir mes pages
De truſes, ne de fanfelues,
Dont les hiſtoires ſont velues.

Vide Chriſtinam Piſanam 1. part. *du Treſor de la Cité des Dames* cap. 4. 24. H. Stephanus *truffer* à Græco τρυφᾶν, ſubſannare, deducit: Ferrarius à *ſtropha*, alii à Germanico, &c.

Truſare, Illudere, fallere, apud eundem Cæſarium lib. 5. c. 29. & in Vita B. Angelæ de Fulginio c. 23. Mamotrectus ad 28. Iſaiæ: *Illudere, i. truſare & deridere.* Le *Roman du Chevalier au Bariſel*:

Mais que gi vois pour aus truſer.

Truſator, apud eundem Cæſarium, & in Cont. Nangii an. 1351. *Truſandie* Occitanis. Will. *Guiart*:

Si vraiment come en ce livre
Ne vueil les truſeeurs enſuivre,
Qui pour eſtre delitables,
Ont leur Romans emplis de fables.

TRULLA, Joanni de Janua, *Bombus vel ſibilus ani, quia trudendo emittitur.* Florentinus, *Trullare*, eſt Pedere, ſonitum ventris emittere.

TRULLIA, Inſtrumentum piſcatorium. Charta Ottonis Comitis Burgundiæ an. 1281. apud Perardum: *Eis concedimus & donamus perpetuò piſcariam liberam in ripariis de Lupa & de Clogia altè & baſſe pro voluntate ſua, ad vernale, ad trulliam, & ad alia omnia genera ingeniorum, abſque nave & ſagena, & magno rete.* Sed videtur Legendum *Trubliam*. Vide *Trubla*.

TRULLIO, Olla, vel trulleum, apud Octavium Horatianum lib. 4. Rer. medicar. p. 84.

TRULLUS, *Trulla*, *Trullum*, Ædificium rotundum, *expendéis*, concameratum in formam ovi, unde ὠὸν etiam quibuſdam appellatum: quo quidem nomine dicta præ cæteris ædes in Palatio Conſtantinopolitano, in quo habita Synodus, quæ inde *Trullana*, vel in *Trullo* dicitur, uti pluribus à nobis obſervatum in Deſcriptione ædis Sophianæ n. 32. ubi etiam id nominis Byzantinos ſcriptores tribuere potiſſimùm docuimus excelſo & ſublimi hæmiſphærio, quod toti ejuſdem ædis ſtructuræ incumbit, τρούλλοι & τρούλλαι promiſcuè appellantes. Anaſtaſius in Sergio PP, *Trullum verò ejuſdem Eccleſiæ fuſis chartis plumbeis cooperuit atque munivit.* A forma concamerationis rotundæ, *Trullum*, *Ciburium*, interpretatur Papias: nam ea fuit Ciboriorum, uti alibi docuimus.

Trullum, vel *Trulus*, quævis ædes, à forma ſcilicet tecti in rotundam concamerationem confecti. Geſta Innocentii III. PP. pag. 146. *Penè omnes capi fecerunt, & in trullo Joannis de Stacio violenter includi.* Infra: *Domus Joannis de Stacio* dicitur.

Trullum, Torcular, *Preſſoir*. Charta Hugonis Ducis Burgundiæ an. 1253. apud Perardum pag. 476. *Bannum trullorum, furnorum, vinorum, nemorum, vindemiarum,* &c. Infra: *Et in furno de 12. panibus groſſis & parvis, & de placentis, & de pitanciis, unam præſtare (tenentur) & in trullis pro preſſura ſuarum uvarum de ſingulis modiis vini ſextarium dimidium — reddere debent.*

TRUMMETÆ, Tubæ, *Trompettes*. Thwroczius in Ludov. Rege Hungar. cap. 22. *Cui Tribunus cum Romanis potioribus per quatuor milliaria Gallicana, veſtibus ſeu pannis purpureis ad hoc ſpecialiter ſub uniformitate aptatis, ſolemniter in trummetis, & diverſi generis muſicorum apparatibus, circa centum perſonas de una veſtitura bene indutis obviam venientes,* &c. Vide Mox *Trumpa*.

TRUMPA, Buccinæ ſpecies, *trompe, trompete*. Italis *Tromba*, & *Trombetta*. Gloſſ. Theodiſc. Lipſii: *Drumbon, tubis*. Alibi: *Triumbon, tuba*. Lexicon Cambro Britannic. *Trwmpls, tuba*. Vitæ Abbatum S. Albani: *Tuba, quam vulgus Trumpam vocat.*

TRUNCARIUS, Papiæ, *Devorator*.

TRUNCATUM, pro *trunco*, apud Adamnanum lib. 2. de Locis SS. c. 11.

TRUNCUS, *aut lapis cavus, ubi aqua, unde ſacra lavantur, effunditur*, in ædibus ſacris, apud Gillebertum Lunicenſem Epiſcopum de Uſu Eccleſiaſtico.

Trunci, Vas apum, in *truncis* arborum. Vetus Charta apud Auguſtinum *du Pas* in Stemmat. Armoric. pag. 823. *De panagio, & de herbagio, atque de omnibus vaſis apum, quæ vaſa Truncos vocant vel Croiſa.*

Truncus, Arcella, cujuſmodi in Eccleſiis noſtris proſtant ad recipiendas fidelium eleemoſynas, ſic dicta, quod trunci arboris ſpeciem referat: vel quod eæ arcellæ ex truncis arborum cavatis fieri ſolerent. Radulfus de Diceto an. 1166. *Collectam Jeroſolymitanorum uſibus deſtinandam truncus in ſingulis Eccleſiis adaita ſera concluſit.* Gervaſius Epiſcopus Sagienſis Epiſt. 3. *Pecunia truncorum, qui fuerunt in ſingulis Eccleſiis inſtituti.* Innocentius III. PP. in Epiſtola quæ habetur in Geſtis ejuſdem Pontificis pag. 74. *Ad hæc in ſingulis Eccleſiis truncum concavum poni præcipimus, — ut & in eo fideles quilibet, juxta quod Dominus eorum mentibus inſpiraverit, ſuas eleemoſynas firmitate ſtatuta deponere in remiſſionem eorum peccaminum moneantur.* Occurrit præterea in Charta Henrici II. Regis Angl. apud Gervaſium Dorobernenſem an. 1166. in Synodo Exonienſi an. 1287. c. 12. Ciceſtrenſi an. 1292. c. 5. &c.

Truncus. Adalardus lib. 2. Statutor. Corbeienſium cap. 1. *Et unuſquiſque habeat ad hortum excolendum, ſive ad alias neceſſitates explendas, fuſſorios 6. (foſſoria) beſſos 2. ſecures 2. dolatoriam, taratra 2. — falcilia 2. falcem 1. truncos 2. cultrum 1. ſerram 1.* &c.

Truncus ſalis. Charta Alexandri PP. III. in Tabulario S. Nicaſii Mellentenſis fol. 10. *In thelonco aquæ 10. libras, & decimum truncorum ſalis*, &c. Alia Philippi Regis Franc. an. 1195. fol. 14. *Totam decimam de reditu ſalis truncorum per aquam tranſeuntium*, &c.

Truncus, Stipes ad quem alligantur rei. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scanicar. c. 1. *Ac ſic capto, nec licet ei*

trunco pedes infigere, nec manus vinculis colligare. Charta Rudolfi Imp. an. 1277. in Metropoli Salisburgenſi to. 3. pag. 390. & 394. *Furcas ſeu patibula, truncos, & tormenta alia, quibus reorum crimina puniuntur, publicè erigenda, conceſſo ipſis etiam quod Bannum vulgariter appellatur.* Vide *Cippus, Lignum.*

Trupha. Vide *Truſa.*

Trusorium, Inſtrumentum ferreum quo aliquid truditur. Ericus Upſalienſis lib. 3. Hiſt. Suecor. an. 1287. *Intraverunt cum parva lucerna 7. viri armati, quorum unus Regis caput cum manu ſuppoſita, groſſo truſorio perforavit.*

Trussare. Vide *Troſſa.*

Trustis, Fides, fiducia, ex Germ. *Troſt*, vel *Truſt*, aut Theutonico *Troeſt*, quod idem ſonat, præterea *ſolamen, ſolatium, levamen*, &c. Marculfus lib. 1. form. 18. *In manu noſtra truſtem & fidelitatem viſus eſt conjuraſſe*, id eſt fidelitatem ſacramento firmaſſe. Capitulare an. 779. c. 14. & Lex Longob. lib. 3. tit. 4. §. 2. *De truſte facienda, ut nemo præſumat ad nos venients manſionem vetare, & quæ neceſſaria ſunt, ſicut vicino ſuo ei vendat.* Ubi Boherius: *Expone de truſte facienda, i. regali ſervitio faciendo.* Gloſſæ aliæ *Caballicatam*, hoc loco *truſtem* interpretantur, ſed perperam: eſt enim *truſtem facere*, fidem, ſeu ut poſteriores locuti ſunt, *hominium* Regi præſtare. Lex Salica tit. 43. §. 4. *Si quis eum occiderit qui in truſte dominica eſt*, &c. Ita tit. 44. §. 2. & in Recapitul. ejuſdem Leg. §. 31. Lex Rip. tit. 11. §. 1. *Si quis eum interfecerit qui in truſte Regis eſt*, &c. *Homo ex truſte regali*, in eadem Lege Salica tit. 66. §. 2. Quibus locis, *In truſte dominica*, *In truſte Regis*, vel *Ex truſte regali* eſſe dicuntur, qui Regi ipſi *fidem* jurarunt, quod procerum præſertim fuit, quos inde *Antruſtiones* vocarunt, *fideles* ii poſtmodum dicti. Vetus Codex MS. Pacti Salici ex Bibl. Regia, pro eo quod habetur in edito, *Si quis eum occiderit qui in truſte Dominica eſt*, &c. hæc præfert, *Si quis antruſtionem Dominicum occiſſerit, Malb. Malcha, 24. denariis qui faciunt ſolidos 600. culpabilis judicetur.* Id præterea omnino declarat Marculfus formula laudata, cujus titulus eſt, *De Regis Antruſtione: Rectum eſt ut qui nobis fidem pollicentur inlæſam, noſtro tueantur auxilio. Et quia ille fidelis, Deo propitio, noſter, veniens ibi, in palatio noſtro, unà cum arimania ſua in manu noſtra truſtem & fidelitatem nobis viſus eſt conjuraſſe, propterea per præſens præceptum decernimus ac jubemus, ut deinceps memoratus ille in numero Antruſtionum computetur. Et ſi quis fortaſſe eum interficere præſumpſerit, noverit ſe Vuirgildo ſuo ſol. 600. eſſe culpabilem * judicetur.* Ubi *Antruſtio*, ſeu *Fidelis* fidem Regi profitetur, & viciſſim Rex tuitionem ac patrocinium ob juratam fidelitatem *Antruſtioni* pollicetur. Fiebat autem ejuſmodi *truſtis*, ſeu fidelitatis ſacramentum, à fidelibus *more Francico, in manus Regis in vaſſaticum manibus commendatis*, ſacramento interdum ad ſanctas Reliquias præſtito, ut eſt apud Continuatorem Aimoini lib. 4. c. 64. Quam quidem fidelitatem *Hominium* poſtmodum appellarunt. Vide *Commendatus*, *Fidelitas*, *Hominium*, *Vaſſaticus*, &c. Fuiſſe autem *Antruſtionum* ſummam dignitatem ex eadem Lege Salica tit. 32. §. 20. edit. Heroldi, colligitur, ubi, *ſi quis ſalecus ſalecum caſtraverit, 600. ſolidis culpabilis, judicatur: ſi quis verò Antruſtionem caſtraverit, 1800. ſolidis culpabilis * judicetur.* Et tit. 74. ejuſdem edit. hominis ingenui *Chreodiba* luitur ſolidis 600. Auſtruſtionis 1800. id eſt triplo. Unde cum viri Salici & ingenui inter nobiles haberentur, conſequens eſt *Antruſtiones*, viros fuiſſe in aula Regis primarios. Adde tit. 76. ejuſdem edit. ubi locis citatis *Antruſfio* editum habetur.

Truſtis, pro eo qui *in truſte Regia* eſt. Ita videntur vocem hanc uſurpare Capitula Caroli C. apud Cariſiacum an. 877. c. 20. *Nullus homines noſtros ſive alios deprædari audeat, — quod ſi aliquis præſumpſerit, in triplo componat, ſicut ille qui in truſte dominico committit.* Ubi obſervanda triplex compoſitio in eo qui *truſtem* occiderit, ſeu qui *in truſte Regis eſt*, quod & habent Leges Salicæ & Ripuariæ, ut & Marculfus locis laudatis.

Truſtis, non omnino eadem notione, occurrit in Decretione Chlotarii Regis poſt Legem Salicam, apud Bignonium pag. 182. *De fiſcalibus, ut contra dominum cenſuimus, pro tenore pacis jubemus, ut in truſte electi Centenarii ponantur, pro quorum fide atque ſollicitudine pax prædicta ſervetur. Et quia propitiante Domino inter nos germanitatis charitas indiſrupto vinculo cuſtoditur, Centenarii inter communes provincias licentiam habeant latrones perſequi, vel veſtigia aſſignata minare, & in truſte qua defecerit, ſicut dictum eſt, cauſa remaneat. Ita ut continuò capitale ei qui perdiderit, reformare feſtinet, & latronem perquirat: quem ſi in truſte pervenerit, medietatem ſibi vindicet, vel delaturam.* Supra §. 3. de latrone: *Qui ſi in truſte invenitur, medietatem compoſitionis truſtis adquirat, & capitale exigat à latrone.* Ubi *truſtis* non eſt qui in *truſte* regia eſt, ſed provincia ipſa ſuo quæque Principi ſubdita, & *fide* obſtricta. Ejuſmodi igitur verborum ſenſus eſt, ni fallor, in hac Childeberti Decretione, quæ pars eſt pacti ejuſdem Regis cum Chlotario Rege, ut verba ipſa ſatis oſtendunt, & rectè obſervatum à Bignonio. Injungitur ergo Centenariis, ut in qualibet *truſte*, i. in utriuſque Regis provinciis *fide* ſibi obſtrictis, eligantur *Centenarii*, qui latrones perſequantur, ita ut ſi *defecerint*, i. ſi eos comprehenderint in *truſte*, ſeu in provincia alterius Regis, in ea latronis cauſa peragatur, ipſaque *truſtis*, ſeu dominium Regis ipſius ubi captus fuit, medietatem compoſitionis habeat, ut perinde *truſtis alia*, è qua profecti ſunt Centenarii, alteram.

Trutanus, *Trudanus*, *Trutanicus*, *Trudennes*, &c. *Trutani*, dicuntur Errones, plani, mendici, Normannis etiamnum & cæteris Gallis, *Truans*. Gloſſ. Lat. Gall. *Trutania, Truandiſe*; *Trutanicus, Truans*; *Trutanus, idem*; *Trutaniſare, Truander*. Hac appellatione donantur vulgò ignavi illi qui per provincias paſſim Vagantur, & mendaciis ac ſtrophis ſuis omnibus illudunt, dum alios ſe fingunt, quàm revera ſint: unde paſſim vox hæc uſurpatur pro mendaciorum confictoribus. Ugutio: *Trutanus, planus, levis.* Gaufridus Voſienſis c. 68. *De urbe pellitur quaſi trudanus, qui ſuper Chriſti diſcipulum pridie Miſſam celebraverat ut Pontifex Magnus.* Ebrardus Bethunienſis contra Valdenſes cap. 25. *Novum genus trutanorum, qui locorum varietates aliter videre non poterant, niſi ſe fingerent eſſe Chriſtos.* Cæſarius l. 1. Mirac. c. 3. *Aſſerebat — quendam Clericum actu trutanum, quales per diverſas vagari ſolent provincias, veniſſe ad Claramvallem.* Lib. 8. c. 59. *Sæpe ab hujuſmodi trutanis illuſus eſtis.* Lambertus Ardenſis pag. 175. 176. *Iſtum autem Balduinum, qui apud ipſos nuper emerſerat, trutanum eſſe, & populi ſeductorem, & pſeudoconverſum non ambigere.* Infra: *Et ipſum verè trutanum fuiſſe audivimus.* Poëta MS. infimi ævi in Bibl. Thuana:

Das trutanus in ir, pateram tenet, & ſedet ad Pyr.
Regem Cappadocum computat eſſe cocum.

Occurrit præterea apud Ægidium de Roya an. 1419. in Vita Caroli Abbat. Villarienſis n. 18. in Chronico Andrenſi pag. 555. & apud Albertum Stadenſem an. 1224. apud quem bis perperam editum *trucanus*, pro *trutanus*. Nos etiamnum id generis erronum & mendicorum *Truans* appellamus. *Le Roman de Garin:*

Entre les poures fu li truans aſſis.

Truhanes Hiſpani vocant. Vide Leges Alfonſinas part. 7. tit. 13. Lege 1. Hinc etiam vox *truander*, pro *mendicare*. *Le Chevalier au Bariſel* MS.

Or li convint par forche aprendre
A truander s'il veut mangier.

Trudennes, eadem notione, uſurpat Guibertus lib. 7. Hiſt. Hieroſ. cap. 20. *Thaſur autem apud gentiles dicuntur, quos nos, ut nimis literaliter loquar, Trudennes vocamus, qui ex eo ſic appellantur, quia trudunt. Id eſt leviter*

tranſigunt quaquaverſum peragrantes agros.

Trutania, in Gloſſ. Gall. *Truandie*. *Le Roman d'Auberi*. MS.

Et diſt Lambers, bien ſavez le meſtier,
De truandiſe, n'avez ſoin de laiſſier.

Guill. *Guiart* an. 1302.

Entour dis mil largement
D'autres gens que de truandailles.

Trutanicus. Jo. de Janua: *Trutania, trutannulus, trutanicus*, Gloſſ. Lat. Gall. *Trutanicus, truant*. Silveſter Giraldus in Deſcript. Cambriæ c. 3. *Tam remotiſſima generis enarratio multis trutanica potius quàm hiſtorica videtur.*

Trutanizare, vitam & mores trutanorum gerere. Joannes de Janua: *Truander*, Gallis. *Le Roman du Chevalier au Barezel* MS.

Or li convint par forche aprendre
A truander s'il veut mangier.

Le Pelerinage de l'ame:

Cheſte main emprunte ſouvent
Pour truhander le gentil gent.

Infra:

Et bien la ſcevent enganter,
Quant il en veulent truander.

Vocis etymon quidam à Theotiſco *Thurthic*, *Egenus*, accerſunt, ut eſt in Gloſſ. Theot. Lipſii: alii à Cambro-Brittanico, *Truan*, miſer, ærumnoſus, ut eſt apud Buxhornium. Guibertus loco citato à *Trudo*; à quo idem etymon accepiſſe videtur Joannes de Janua: *Trutanus, à trudo, trudis, eo quod verbis ſuis trudat ad hoc quod decipiat: facit enim credi quod verum non eſt*. Neque etiam placet Caroli Bovilli etymon, qui *truant*, à *trua*, vaſe ita appellato deducit, quo ſcilicet aqua è coquina in lavatrinam fundi ſolet. Hi autem, inquit, quos *Truans* vulgus vocat, amatores ſunt culinæ, & liguritores catinarum ac vaſorum. Neque porrò aliorum etiam magis arridet, qui à *trufa*, fraus, arceſſunt. Vide *Trotingi*. Sed longè probabilius videtur à Gallico *treu* vocem conſictam, id eſt tributum, ex quo efficta vox *treuans*, qua indigitabantur Tributorum collectores & exactores, qui oſtiatim à tributariis, ſeu tributo obnoxiis, tributa exigere ſolebant, ac præſertim ejuſmodi cenſus, qui inde *Cens truans* dicuntur in Conſuetudine Soeſmenſi art. 3. & *Cens a queſte* in Bleſenſi art. 113. qui à domino requiri & peti debent. Ita *quæſtores*. *à quærendo* dictos ait Varro lib. 4. de Lingua Lat. *quod conquirerent publicas, pecunias*: ut & Pomponius leg. 2. §. 22. D. de Orig. Juris. Charta Henrici Imp. an. 1107. apud Chappeauvillum: *Item in domibus ad clauſtrales ſedes pertinentibus forenſis poteſtas jus nullum ſpoliandi, aut oſtium obſerandi, vel vigiles, vel oſtiatim denarios exigendi habebit*, &c. Qui porrò quærunt, inveniunt. Hinc illud Matthæi 7. *αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν*. Proinde vocis *treuver*, ſeu ut hodie efferimus *trouver*, ut Itali *trovare*, etymon petendum ab ejuſmodi tributorum Collectoribus, qui dicebantur *avoir treuvé*, cum tributum, ſeu *le treu* exegiſſent, quam vocem poſtmodum pro *invenire* uſurpavimus. *Le Roman de Merlin* MS. *Et chevanche tant k'en la foreſt ſe met, & trueve les eſclos, ſi point tant aprés le Chevalier*, &c. Sic alii paſſim. De voce verò *treu*, pro tributo, ita præ cæteris Guill. Guiartus in Hiſt. Francorum MS. ubi de Francis noſtris:

Cil du Royaume par nature,
Reſont hardis outre meſure,
Et de droite ancienneté:
Car ſelonc la certaineté
De l'Hiſtoire, qui point ne ment,
Par leur outrageux hardement,
Dont jadis furent eſmeu,
S'aquiterent-il du treu,
Que li Romain entr'aus levoient,
Et que l'Empeřiere devoient,
Oncques puis n'en furent pelés,
Parquoi ils ſont Frans apelés
De raiſonnable accouſtumance,
C'eſt à dire ſans redevance.

Occurrit vox iſta paſſim. Hinc *trenage*. Idem Guiartus an. 1270.

Et rendroit toutes les années
Comment qu'il i euſt domage
Au Roy Challes ſon trenage,
Duquel il dut eſtre rentiers,
Ainſi comme ſon devanciers.

Le Roman de Garin:

Et de Gironde treſtot le trenage.

Neque mirum ſi Oct. Ferrarius vir doctiſſimus vocis *trovare*, etymon ignorare ſe profitetur, cùm à vetere idiomate vocabulorum plerumque origines ſint petendæ.

TRYGEED. Leges Scaniæ Andreæ Suenonis lib. 5. c. 4. *Statim poſt exhibitam emendationis tertiam, exhiberi debet pariter & tertia juratoria cautionis, quam lingua propria* Trigeed *appellat, in qua tantum quatuor nominari de conſanguineis interfecti jurant de iis qui ſatisfecerunt, vindictam de cætero ceſſaturam*. Ex *tryg*, & *eed*, id eſt tertium juramentum.

TRYCSIERN. Vide *Furſiern*.

TRYNA, Menſura regalis, in Charta an. 1258. in Bohemia ſacra pag. 61.

TUBA, Morbus equinus, *ſubtus caput garetti in magno poſteriori nervo aliquam putrefactionem faciens per ipſam longitudinem nervi*, &c. Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. cap. 37. At ejus Interpres Gallicus vetus habet, *la courue, ou la courbe*.

TUBARE, Tubam inflare, tuba canere. Vita S. Pardulfi n. 19. *Illam tubam quam — ad ſignificandum prælium tubari conſuevit*, &c. Concilium Ravennenſe an. 1317. c. 18. *Tubis præcedentibus & tubantibus*.

TUBICINARE *aliquem*, Per præconem citare: Gall. *Citer quelqu'un à ſon de trompe*. *Tubicinium*, ipſa citatio, non ſemel in Conſuetudinibus Toloſæ.

TUBLIUM, Menſuræ frumentariæ ſpecies, apud Italos. Geſta Innocentii III. PP. pag. 149. *Cum famis invaluiſſet inedia, ita ut tublium frumenti à 20. uſque ad 30. ſolidos venderetur.*

TUBRUCUS, *Tibrugus*, *Tubroces*, Lanea ocrea, ocreis aut calceis coriaceis ſuperimponi ſolita, quam vulgò *Gamache* appellamus. Iſidorus lib. 19. cap. 32. & ex eo Papias: *Tubruci dicti, quod tibias, braccaſque tegant, vel quod à bracis uſque ad tibias veniant*. Gloſſ. Ælfrici Saxonicum: *Tubroces, vel bracæ*, ƿeþ papulas. Paulus Warnefridus lib. 4. de Geſtis Longob. cap. 23. *Calcei verò eis erant uſque ad ſummum pollicem penè aperti, poſtea verò cœperunt oſis uti, ſuper quas equitantes tybrugos birreos mittebant.*

Tibraca, eadem notione. Beda in Vita S. Cuthberti Epiſc. n. 31. *In tantum à cultu ſui corporis animum ſuſtulerat, ut ſemel calceatus tibracis, quas pelliceas habere ſolebat, ſic menſes perduraret integros.*

TUBULI, Tibialia, quæ Græci recentiores *τοῦβια* vocant. Autor Querolii: *Æſtivis veſtitis genibus, brumam indiscruribus, in ſoccis hyeme, cancros in tubulis age*. Idem: *Occurras non venientibus, utatur que in æſtu tubulis anguſtis & novis.*

TUCARIUM, *καλύβη*, in Gloſſario Lat. Gr. MS. S. Germani Pariſ. At in Gloſſ. Gr. Lat. Henrici Stephani *καλύβη casa, tugurium, pergula.*

TUCETOSUS. *Optimus, fertilis*. Papias. Ex *Tucetum*, *ζωμὸς παχὺς*, in Gloſſ. Lat. Gr.

TUCHINATUS, Rebellio. Charta Caroli VI. Reg. Franc. 11. Sept. an. 1383. pro Carcaſſonenſibus: *Correctionem & punitionem omnium criminum commiſſorum & perpetratorum per medium tuchinatus, inobedientiæ, vel rebellionis*. Ita legendum apud Beſſium in Caroli VI. tabulis, pro *Turcinatus* ſatis declarat Placitum an. 1387. 21. Janu. in quo hæc habentur: *La ville de Niſmes eſt bonne ville & la plus noble de la Seneſchaucée de Beaucaire: les habitans ont toûjours eſté bons ſujets, vrais, & obeiſſans au Roy, & ils ne furent onques tuchins, mais ont*

toujours en les fleurs de lys ſur les portes de la ville, &c. Occurrit ibi non ſemel.

TUCIA, *Quem Spani Cuculum vocant, à voce propria nominatur*. Ita Iſidorus lib. 12. cap. 7. & Gloſſarium Arabico-Lat.

TUDITES. Vide *Martus*.

TUELLA. Vide *Toalia*.

TUELLUS, Radix ungulæ equi, Italis *Tuello*, apud Petrum de Creſcentiis lib. 9. cap. 53. 54. 55. &c. ubi vetus ejus interpres Gallicus *tuyau* vertit, ex Lat. *Tubulus*.

TUERNAY. Leges Burgorum cap. 34. *Si uxor alicujus fuerit calumniata de aliquo, in placitis Burgorum utitur Tuernay*. Et cap. 28. *Si quis fuerit implacitatus coram Juſtitiario domini Regis, vel alio Ballivo, ſi Dominus ejus vel Ballivus venerit, & allegaverit pro ipſo in debita hora, poteſt recuperare curiam Domini ſui. Et ſi per negligentiam ſuam reſponderit & dixerit Tuentinay, de omnibus ſibi oppoſitis plane reſpondebit, & ſic amittit curiam Domini ſui*. Ubi Skenæus de Verbor. ſignif. ex quo ſupradicta deſumpſimus, ſcribit in quibuſdam libris legi *Tirentinay*, ſed quid hoc ſit, valde ambigere, & hic aliorum avidè expectare judicium. Conjicit tamen eſſe antiquum verbum forenſe, quo reus ſtatim intelligitur approbaſſe judicem, adeo ut eum poſtea declinare non poſſit.

TUFA, Genus vexilli apud Romanos, ex confertis plumarum globis. Vegetius lib. 3. c. 5. *Muta ſigna ſunt, aquilæ, dracones, vexilla, flammulæ, tufæ, pinnæ*. Beda lib. 2. Hiſt. Angl. c. 16. & ex eo Henricus Huntindon. lib. 2. pag. 316. *Ubique autem ante Regem* (Edwinum) *vexilla geſtabantur, nec non per plateas illud genus vexilli, quod Romani Tufam* (al. *Tuffam*) *vocant, Angli Tuf appellant, ante eum ubilibet ferri ſolebat*. Byzantini etiam ſcriptores τοῦφαν appellarunt apicem qui galeæ imminet, ut Zonaras in Baſilio, & Leo Grammaticus in Theophilo Imp. cum de Juſtiniani ſtatua in Auguſtæo verba faciunt. Ita noſtri vocem hanc uſurparunt. Charta vernacula ſub Ricardo II. Rege Angliæ deſcripta ab Edw. Byſſeo: — *Que Jeo Gervais de Clifton Chevalier ay donnée, grantee, & par ceſte ma preſente charitre confirmée à mon bien aymé Richard de Bevercotes, un heaume, c'eſt aſſavoir une tuffe de plume, la moitié, c'eſt à dire par amont de plume noire, & l'autre moitié, c'eſt à dire par aval de plume blanche, à avoir & tenir la dite heaume*, &c. Vide à nobis obſervata ad Joinvillam Diſſert. 24. pag. 292.

TUFUS, Pro *Tophus*. Gloſſæ Lat. Gr. *tofi*, τόφοι, λίθοι. Eſt autem *Tophus* lapis friabilis, minimum ponderis in ſtructuris habens, de quo Vitruvius lib. 2. cap. 6. 7. & alii: noſtris *Tuf*. Papias: *Tofus, lapis cavernoſus & mollis*. Ejuſdem Vitruvii Abbreviator cap. 4. *Primo ut arena aſpera paretur, & cementum de ſilice, vel lapide tufico*, &c. Joan. de Janua: *Tofus, a todere dicitur: lapis aſper & cavernoſus, quia ambulantes ſuper ſe todere facit*. Anaſtaſius in S. Hadriano PP. p. 115. *Plusquam 12. milia tufos in litore alvei fluminis in fundamentis ponens a ſolo uſque ad ſummum tectum miræ magnitudinis porticum reparavit*. Infra: *Maximum monumentum de Tiburtino tufo — demolitus eſt*. *Sarcofagus de tufello*, in Geſtis Gulielmi Majoris Epiſcopi Andegav. cap. 5.

Tofus. Gloſſ. Gr. Lat. ἀπεσπάδες, *tofus*. Matth. Silvaticus: *Tofus, lapis eſt levis, ſpongioſus, ſatis abſterſivus*. *Lapis tofoſus*, in Chronico Fontanellenſi cap. 13. pag. 258.

Tophus. Gloſſæ Gr. Lat. τόφος, ὁ λίθος, *tofus, tofum*. Jo. Archid. Barenſis in Tranſlat. S. Sabini Epiſc. Canuſini n. 4. *Hujuſmodi etiam ſcriptura inventa eſt in tabula una marmorea, quæ ibidem tunc reperta eſt, ſimul & in uno topho*. Charta an. 1227. in Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andeg. p. 97. *Quidquid vero remanet a ſiniſtra parte tameria a topho eundo verſus portale*, &c. *Tophicei lapides*, apud Capitolinum in Maximinis. *Tofinei termini*, apud Agrimenſores.

TUGELLARIA. Vide *Tectum*.

TUITIO, Immunitas, tutela, defenſio, quam Rex fidelibus ſuis, vel Eccleſiis indulget, quæ & *Mundeburdium* dicitur. Vide in hac voce.

TULDUM vocarunt nuperi, in militia, quod Latini vaſa, impedimenta, Græci ἀποσκευήν. Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062. ἀποσκευή, πράγματα τὰ ἐμοῦ ἐπάνω, τὸ τοῦλδον. Vox ſane nuperis Tacticis Græcis familiaris, qui hanc à noſtris hauſerunt, tametſi apud Scriptores Latinos inferioris ævi haud reperiatur, quod ſciam, ſed in vernaculis noſtratibus ſcriptoribus, *Taudis*, & *Tauldis*, vel *Taudis*, qui has voces vulgo uſurpant pro incompoſita rerum quarumpiam congerie, vel impedimentis quæ nullo ordine in caſtris jacent: ut Monſtrelletus 1. vol. cap. 238. 2. vol. pag. 38. 58. Gruellus in Hiſt. Arthuri Ducis Brit. p. 92. 94. Philippus Raveſtanus in Tacticis, & alii. Octavianus Sangelaſianus in Viridario honoris:

Sur eſchaffaulx, feneſtres & tauldis.

Vide Notas noſtras ad Nicephorum Bryennium lib. 4. n. 6.

TULI, Papiæ, *Aquarum projectus*. Fortè *Tubi*.

TULICATUS, *carptus, i. acceptus*, Gloſſæ MSS.

TULIT *annos*, pro *vixit*. Vetus Inſcriptio apud Gruterum pag. 811. 1. D. M. NICE CONJUGI. BENEMERENTI. FECIT. TULIT. ANNOS. QUOD. POTUIT. Alia 947. 9. CUM. QUA. VIXIT. ANNIS XXXXII. TULIT. ANNOS. LII.

TULTA, *Tultus*. Vide *Toltus*.

TUMBA, *Tumbus*, Sepulchrum, ex Gr. τύμβος, quod cadaveri terra ingeſta *tumulum* faciat. Gloſſ. Lat. Gr. *tumuli*, θῖνες, λόφοι, τύμβοι, σωροὶ γῆς. Ita emendat Salmaſius ad Hiſt. Auguſt. p. 439. Ebrardus Betun. in Græciſmo c. 12.

A tumulo tumulum: à moneo, monumentum; &c.
Hoc nomen Tumba comprehendit omnia dicta.

Prudentius in Paſſione S. Hippolyti:

Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas
Marmora, quæ ſolum ſignificant numerum.

S. Hieronym. in c. 39. Ezechielis: *Et in tumba ſepultura illius retrudantur*. S. Aldhelmus de laude Virg.

Clauſa per campos & tumba ſponte pateſcunt.

Alcuinus Poëm. 9.

Omnia de priſcis exurgent corpora tumbis.

Rathbertus de Caſib. S. Galli cap. 9. *Tumbaque argento & auro ſibi parata honorificè in eam S. viri exuvia ſunt perlata*. Hiſt. Apparitionis S. Michaëlis in Monte Tumba cap. 1. *Hic igitur locus Tumba vocatur ab incolis, ideo quod in morem tumuli, quaſi ab arenis emergens in altum*, &c. *Antrum tumbale* ſepulchrum Chriſti vocat autor Panegyrici Berengarii Imp. Utuntur præterea Beda lib. 3. Hiſt. cap. 12. Poëta Saxonic. in Annalib. Caroli M. an. 800. Adrevaldus lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 26. Aimoinus lib. 2. de Tranſlatione S. Vincentii cap. 3. Anaſtaſius in Vit. PP. p. 131. Harigerus in Vita S. Landoaldi n. 8. Eckehardus de Vita Notkeri Balbuli cap. 35. Ermanricus in prologo ad vitam S. Soli, Alcuinus Poëm. 164. Walafridus Strabus de Vita S. Galli cap. 25. Hepidannus de Miracul. S. Wiboradæ cap. 1. 7. Epitaphium Alcuini apud Browerum in Annalib. Fuldenſib. pag. 41. Petrus Abbas Cellenſis l. 6. Epiſt. 12. Verſus relati à Serrario in Moguntia p. 722. Hiſtoria Inventionis corporis S. Maſtidiæ pag. 52. Thiotfridus in Florib. lib. 1. cap. 6. Synodus Atrebat. an. 1125. tom. 13. Spicileg. pag. 49. &c.

Tumbula, Parvula tumba. S. Aldhelmus de laude Virg. cap. 30.

Saxea quadratis quos condit tumbula ſaxis.

Tomba. Pactus Legis Salicæ tit. 58. §. 5. *Si quis tombam ſuper mortuum hominem expoliaverit*, &c. Codd. alii. *Tomolum*, Lex verò Salica tit. 57. §. 2. *tumulum* habet.

Propriè autem *tumbam* hodie dicimus ſepulchrum lapideum. Chronicon S. Benigni Divion. p. 438. *Sepulchrum verò ſancti & glorioſi Martyris ita eſt conſtructum: eſt tumba ex quadris ædificata lapidibus, quæ 8. cubitos in*

longum, quinque autem tenet in latum, &c.

Tumbus, eadem notione. Inſcriptio Chriſtiana apud Gruterum 1170. 4.

Exornans rutilum pretioſo marmore tumbum,
In quo poſcentes mira ſuperna vident.

Tymba, in alia, apud eundem, 1173. 6. Vide *Tymbus*. Ceterùm à *tomba*, vox nata noſtris *tomber*, pro *jacere*, vel *cadere*: qui enim *tombatus* eſt, ſeu in *tomba* jacet, is proſtratus eſt.

Tumba, Area. Otto Morena in Hiſt. Rerum Laudenſium, p. 73. *Tandem privatim per foſſatum, & per aliquam tumbam egredientes, & poſt terga ipſius Placentini irruentes*, &c. Petrus Creſcentius lib. 1. de Agricult. cap. 6. *Curiæ ſive tumbæ faciendæ in rure occaſione habitationis domini & ruſticorum — quadruplex eſt conſideratio*, &c. Lib. 11. cap. 6. *Domus & tumba, ſeu area, & curia magnitudo fieri debet in rure ſecundum domini facultatem*, &c. Mox: *In tumbarum munitionibus fructifera arbores non plantentur.* Ubi verſio Gallica juſſu Caroli V. Regis Franc. exarata, ſemper *Combe* præfert.

TUMBRELLUM, Gall. *Tumbereau*. Inſtrumentum fuiſſe volunt inventum ad caſtigandas mulieres rixoſas, quo in aquam dejiciuntur, immerguntur, & inde madidæ & potæ extrahuntur. Cowellus ait eſſe plauſtrum in quo fornicationis aut adulterii rei contumeliæ cauſâ per civitatem aut burgum circumferuntur. A Gallico *Tomber*, quod eſt cadere, volvi, volutari, deducta vox. Ejuſmodi verò ſupplicii infligendi jus, quemadmodum *furca & pilorium*, altam ſeu ſuperiorem juſtitiam ſpectabat. *Pœna Tymboralis* dicitur apud Bractonum lib. 3. Tract. 1. c. 6. §. 1. & Tract. 2. c. 3. §. 6. *Pœna tumberelli*, in Fleta lib. 2. c. 1. §. 8. cap. 12. §. 19. Leges Burgor. Scoticorum c. 21. *Si aliquis vel aliqua ſit in forisfacto de pane vel cervisia — piſtor ponatur ſuper colliſtrigium, quod dicitur Pillorie, braſiatrix ſuper tumbrellum, quod dicitur Caſtigatorium.* Charta Edw. 1. Regis Angl. apud Prynneum in Libertat. Angl. to. 3. pag. 465. *In tertio transgreſſu habeant judicium de pillorio vel tumberello.* Fleta lib. 2. c. 12. §. 29. *Si pillorium, tumborale, vel caſtigatorium de novo levari fecerit.* Henric. V. Rex Angl. in Charta Fundat. Sheenenſis Cœnobii in agro Surregienſi: *In hujuſmodi terris, dominiis ac feodis habere poſſint pillorium atque tumbrellum pro punitione malefactorum.* Will. Thorn: *Similiter clamat habere furcas, pilorium, tumbrellum*, &c. Jo. *Britton* in Legib. Angl. p. 24. *Et auſſi ſoit de touts ceux que juiſe de tumberel en perte de membre averont ſuffert par jugement.* Pag. 30. *Ou juiſe de pillori ou de tomberel, ou de aver. ureck de mer*, &c. Adde pag. 32. v. 76. & c. 135. Hinc noſtris, *Faire la tomberel*, in faciem cadere de aliquo ſuperiori loco. Joan. de Condato MS.

Car onnes le plus lait obes,
Et fiſt un ſi lait tumberiel,
Qu'il ſe rompi le haſterel.

Sed & *tombereau* noſtri etiamnum vocant birotum plauſtrum quoddam, quod cùm deoneratur, omnino reſupinum ſternitur. Chronicon Flandriæ cap. 8. *Henri de Malstras fut mené par les quarrefours de Paris en un vesel ou tombereau, & aprés rendu à l'Eveſque, & illec mourut en la chambre que l'on dit Oubliette.*

Tumbrellum præterea appellata neſcio quæ machinæ bellicæ ſpecies. Philippus *Mouskes* in Lud. VIII.

Qu'il orent aſſez mangonians,
Et trebukes & tumerians.

Infra:

Sour quatre rues fis engiens,
Et de cloies & de merriens,
Et pons tornéis, & caſtians
Et tumerians, & trebukes.

Tumberellum. Fleta lib. 1. c. 22. §. 12. *Ut de pondere cujuſlibet denarii ſciatur legitimum pondus, conceſſum eſt quod licebit cuilibet pecuniam recipere, & liberare particulatim per pondus 5. ſolidorum ad hoc proviſum, & quod fuerit inferius per tumberellum per Cuſtodem Cambii Regis ſignatum.* Vide Skenæum de Verbor. ſignificat. v. *Timbrellum*.

TUMBIRGT, *Major Advocatus*, in Privilegiis Ratiſbonenſibus an. 1230.

TUMIX, Τόμιξ, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. & edito.

TUMPLEBANUS, in Metropoli Salisburgenſi to. 3. pag. 30. qui pag. 4. *Major plebanus*.

TUMULUS. Vide *Malloberginum*.

TUNGINUS, *Judex qui poſt Comitem eſt*, in veteri Gloſſario: *Tungi*, ſeu villæ Præfectus, Judex, à Tun, Saxon. villa, vicus, prædium, territorium: quod malim quàm quod vult Wendelinus, à Theutonico *tong*, i. lingua deductum vocabulum, quod *Tunginus* lingua ſit Centenarii. Alii à Tegn, Saxonico, *Miniſter*, de qua voce egimus in *Thaynus*, protectum volunt. Lex Salica tit. 46. §. 1. *Tunginus aut Centenarius mallum indicent*, &c. Tit. 48. *Debent teſtes jurati dicere, quod ibi fuiſſent in mallo, ubi Tunginus & Centenarius indixerunt.* Tit. 69. §. 1. *Si quis de parentilla tollere ſe voluerit, in mallo ante Tunginum aut Centenarium ambulet*, &c.

TUNGRAVIO, *Tungravius*, *Tungrevius*, *Tungi* Præpoſitus, id eſt villæ: nam Tun, ut mox diximus, Saxonibus eſt *villa, vicus, prædium, territorium*: & Gerefa, Præfectus, Præpoſitus: quaſi Tun-Gerefa. Leges Ethelredi Regis Angl. apud Wenetyngum editæ cap. 24. *Si Portireva, vel Tungravio, vel alius Præpoſitus compellat aliquem quod Theloneum ſupertenuerit*, &c. *Tungravius*, in ejuſdem Ethelredi Legibus apud Habam cap. 2. *Tungrevius*, in Legibus Henrici I. c. 7. *Interſint autem* (generalibus placitis) *Præpoſiti, Barones, Vavaſores, Tungrevii, & cæteri terrarum domini diligenter intendentes*, &c.

TUNICA, Veſtis Sacerdotalis, quam duplicem induunt Epiſcopi ſubter caſulam, ut eſt apud Amalarium lib. 2. de Eccl. offic. c. 22. Rupertum lib. 1. de Div. offic. cap. 23. Durandum lib. 3. Ration. c. 10. &c. Eadem *Tunica poderis* dicitur apud Innocentium III. lib. 1. Myſterior. Miſſæ cap. 10. 55.

Tunica cum tintinnabulis. Miſſa vetus ex codice Ratoldi Abbatis Corbeienſis: *Super hæc itaque miniſtretur ei* (Epiſcopo) *tunica gyris in tintinnabulis mirice referta*, &c.

Tunica, eſt etiam Clericorum veſtis propria, apud Honorium Auguſt. lib. 1. c. 233.

Tunica plumbea, Lex Bajwar. tit. 1. cap. 11. §. 1. *Si quis Epiſcopum, quem conſtituit Rex, vel populus ſibi elegit Pontificem, occiderit, ſolvat eum Regi vel plebi, aut parentibus ſecundum hoc edictum. Fiat tunica plumbea ſecundum ſtatum ejus, & quod ipſa penſaverit, auri tantum donet, qui eum occidit*, &c.

Tunica Chriſti, de qua Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 8. Chron. Fredegarii cap. 11. Aimoinus lib. 3. cap. 78. Matth. Paris an. 1256. &c.

Tunica B. Mariæ, quæ in Carnotenſi Eccleſia religioſè aſſervatur & colitur. De hac agit Dudo de Morib. Normann. lib. 2. pag. 80.

Tunica Monachorum, in Regula S. Benedicti, quæ & *Caputium* fuiſſe dicitur apud Lanfrancum in Statut. cap. 18. Vide Haëftenum lib. 5. Diſquiſit. Monaſt. tract. 3. diſq. 7.

Tunica, Sagum militare, quod armaturæ ferreæ, vel thoraci ſuperinducebatur, *Cotte d'armes*. Ita ferè ſemper ſcriptores noſtri hac appellatione donant, variè vocabulo elato. Chronicon Flandriæ cap. 51. De Henrico Luxemburgico Imp. *Et avoit veſtu un tournicle d'or a aigle noir*, &c. Vetus Poëta MS.

Armez fut d'un haubert clavez de double maille,
Un tournicle deſſus auſſi come d'eſchaslie.

Chronicon Bertrandi Gueſclini:

Ja n'i avoit Seigneur de haute renommée,
Qui ſa tunicle n'euſt en ſon dos endoſſée.

Inventarium bonorum mobilium Ludovici Regis Franc. an. 1316. *Deux bonces, & deux tunicles, des armes de France, & la chapeau de meiſmes. Item deux tunicles & un*

un gamboiſon de bordures des armes de France. Item deux tunicles baſtues des armes de France. Computum Stephani de la *Fontaine* Argentarii Regis incipiens à 4. Febr. an. 1351. cap. *de Harnois : Pour 2. aunes de veluyau jaune pour faire une tunicle.* Et infra : *Pour 2. aunes 3. quarts de veluyau ynde à faire la garniſon d'un chamfrain, & l'eſcarteleure de la tunicle. 16. eſcus, &c. 2. onces 15. eſtellins de perles à pourfiller les fleurs de lys de la tunicle.* Rurſum : *Pour 6. pieces de camocas blans à faire 2. harnois de cheval ; c'eſt aſſavier colliere, cruppiere, banniere, panonceaux, & tunicle.* Rurſum : *Pour 2 onces & demye d'or trait pour faire l'armoirie des tunicles.* Statuta MSS. *des Armoiers & conſtepointiers de Paris : Tout homme qui fera tornicles quelles que elles ſoient, que elles ſoient armoiées de ſurtal, & que le ſurtal ſoit auſſi bon comme le champ, & que il ſoit carelie de poins, & pourfillez de chiefs, & couſus de ſoye bien netement, & s'il y a cotton, que il y en ait auirendroit du cendal, ou cas que elle ne ſeroit drappée, & que elle ſeroient de poins enfermez & brochiez, ſi l'en a loiſir de la poindre.*

TUNICELLA, Veſtis Subdiaconorum propria, quæ & *ſubtile*. Vide Durandum lib. 3. Ration. c. 11. n. 3.

Tunicella Monachorum. Vide Haeſtenum lib. 5. Diſquiſit. Monaſtic. tract. 3. cap. 7. extremo.

TUNINUM. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. §. 3. *Ad caſas dominicas, ſtabulare, fenile, granicam, vel tuninum recuperandum, pedituras rationabiles accipiant.* Editio Tiliana habet *ſtabilire*, & *recuperando* : Heroldina, *ſtabulum*. Quidam putant *tuninum* hoc loco eſſe ædificium *tunnis* recondendis idoneum. Voſſius verò vocem formatam putat ex Germanico *tuyn*, quod univerſim locum ſeptum ſonat, ac particulatim hortum.

TUNNA, *Tonna*, Vas aquæ, vini, cereviſiæ, & alterius liquoris capax, Gallis, Germ. Belg. *Tonne*. Gloſſ. Anglo-Sax. Ælfrici : *Cupa* ; tunne. Lexicon Cambro-Britannicum, *Tunnel*, dolium. Alcuinus Poëm. 221.

Et Nemias Græco infundas ſua pocula Baccho,
Qui ſecum tunnam ſemper portare ſueſcit.

Quibus verbis innuit Pincernam regium. S. Audoenus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 38. *Cumque vaſa ſua ſigillatim ſollicitè conſideraret, reperit fortuitu tunnam, ubi pauxillum habuerat antea, uſque ad os tunc vino exundante repletam.* Vita S. Philiberti cap. 18. *Rogans eum cellarium ingredi, & vas vinarium, quod Tunna dicitur benedicere.* Epiſtola 73. inter Francicas, quæ habentur to. 1. Hiſtoriæ Francor. *Superexcrevit quidem & ſuperabundavit benedictio largitatis veſtræ, adeò ut dum nos unam falerni amphoram depoſcimus, vos eminentia vaſa, &, ut uſitatius dicam, tunnas decem elegantiſſimi falerni tanti habuiſtis dirigere.* Vita MS. S. Agerici Epiſcopi : *Quia præter vas medium, quod Tonna vulgariter dicitur, nihil habemus.*

Tonna. Vita S. Tillonis Mon. n. 29. *Erat etiam — in cellario fratrum poſitum vas, quod vulgò Tonna vocatur, habens modicum falerni.* Vita S. Sori Eremitæ an. 4. *Tres illas apothecas, quas ruſtici tonnas vocant.* Adde Vitam S. Herlindis n. 13. Vitam S. Sori Eremitæ, Ordericum Vital. lib. 13. p. 898. Sugerium de Admin. ſua cap. 16. Hiſtoriam S. Martini de Campis pag. 441. &c.

Tunnare, ex Gall. *Entonner*, In *tunnam* ſeu dolium infundere, doliis vina aut ſimile quid indere. Iter Camerarii Scotici cap. 6. de Guſtatoribus cereviſiæ : *Quod non ſunt parati ad guſtandum, quotieſcumque braſſiatrix tunnaverit.* Cap. 10. *Quod non faciunt guſtari cervisiam, ſeu tunnari, antequam illam vendant.*

Tonnelius, Parva tonna, apud Petrum Cellenſem lib. 9. Epiſt. 5.

Tonnella, apud Bondouiniam in Vita S. Radegundis c. 10. & Guibertum lib. 3. de Vita ſua cap. 8.

Tunnella, apud Thwroczium in Hiſt. Hungar. an. 1335.

Tonnagium, in Statuto 2. Weſtmonaſterienſi cap. 29. Vectigal ex vino & mercibus quibuſdam tam evectis quàm advectis, juxta *tonnarum* pondera impoſitum. Spelmannus.

TUNNARIA, *Tonnaria*, Vivarium, ſeu piſcaria tynnorum. Charta Caroli I. Regis Siciliæ an. 1277. apud Ughellum to. 7. pag. 807. *In Tunnaria vero Palermi annis ſingulis 50. barilia de manſee de Zurra, & totidem de alia tunnina deferenda per mare expenſis noſtris,* &c. Tunnariæ Panormitanæ mentio fit etiam in Charta Friderici II. Imp. an. 1211. apud Rocchum Pirrum to. 1. pag. 144. *Confirmamus vobis — decimam omnium piſcium tunnariarum noſtrarum Panormi,* &c. Vide eumdem pag. 314. 402. 418. to. 2. pag. 25. & Bullarium Caſinenſe to. 2. pag. 191. Charta Caroli Regis Sicil. an. 1275. apud eundem Ughellum to. 3. pag. 337. *Et certa quantitate tonnina de tonnaria curiæ Siciliæ,* &c. Charta Willelmi Regis Siciliæ an. 1176. apud Rocchum Pirrum in Arch. Montis-Regal. *Tonnariam quoque quæ eſt in inſula quæ dicitur Fimi — libere habendam concedimus, ut omni tempore liceat eidem Monaſterio ad utilitatem ſuam officium piſcationis tunnorum — exercere.* Alia an. 1289. *Aſſerens dictam Eccleſiam nullam habere tonnariam in dicta maritima, niſi tonnam tantum unum, impedit conſtructionem tunnariæ in præjudicium Eccleſiæ memoratæ,* &c.

Tunnaria piſcatio, in l. venditor, D. Commun. præd. De Thynnorum piſcatione circa Boſporum agit Oppianus lib. 3. & 4. Halieut. Adde Plinium lib. 9. cap. 15.

TURABULUM, pro Thuribulum, in veteri orbis Deſcriptione c. 18. Vide *Batillum*.

TURBA, Niger ceſpes, qui è terra paluſtri & bituminoſa eruitur, & vicem carbonis præbet, noſtris *Tourbe*, Teutonibus *Torf*, vel *Turf*, aut *Turve*. Lambertus Ardenſis pag. 257. *Quemdam ſimiliter mariſcum, ut aiunt, proprium perfodi fecit, & in turbas diſſecari.* Charta Euſtachii *de Campaniis*, ſeu *de Hames* an. 1210. in Tabul. S. Bertini : *Decem millia glebarum, quæ Turbæ vocantur — fodere valeat ad focum ſuum.* Chronicon Andrenſe pag. 453. *Pro eo quod uxor ejus focum glebarum vel turbarum exoſum habebat.* Provinciale Cantuarienſis Eccl. lib. 3. tit. 16. *Decima — turbarum in locis quibus fabricantur & fodiuntur.*

Turva, pro *Turba*, ſcribitur apud Rogerum Hovedenum pag. 784. ex Anglico *Turf*, vel *Torf* : *Qui autem forisfecerit in foreſta Regis de viridi ſive per culpaturam, ſive per eſbranchiaturam, ſive per foditionem turvarum, ſive per eſcoriationem moræ,* &c. Differt autem *turba*, à *bleſtia*, ait Spelmannus, quod *turba* è terræ corpore effoditur, *bleſtia* ab ejus ſuperficie abraditur : utraque in ignis alimentum à ruſticis plurimis & à nobilibus ipſis in paluſtribus regionibus adhibita. *Bleſtiam*, noſtris *Bleche* appellari ſubdit. Vide Plinium lib. 16. cap. 1. Leges Burgorum Scoticorum cap. 38. §. 1. Buzelinum Galloflandr. pag. 313. Notitiam Eccleſiarum Belgii c. 103. & quæ *de Turbis* ex profeſſo ſcripſere Martinus Shoockius Profeſſor Groninganus, Carolus Patinus, & aliquot alii.

Turbaria, Loci ejuſmodi ceſpitibus fodiendis idonei, quomodo deſcribuntur apud Willelmum Armoricum lib. 2. Philipp. ubi de Flandria :

Arida gleba foco ſiccis inciſa mariſcis.

In Charta Hugonis Gandenſis Caſtellani an. 1228. apud Lindanum in Teneremunda : *Conceſſimus etiam eis ut habeant 20. bonaria paluſtris fundi ad opus ignis.* Et in libro de Proprietatib. rerum lib. 15. de Flandria : *In plurimis eſt bituminoſa, ex qua foditur materia apta ad ignium nutrimenta.* Vide Scaligeriana 1. edit. pag. 349. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 284. *Paſcuis, & molendinis, & turbariis, & ſtagnis,* &c. Adde pag. 637. Idem Monaſt. to. 2. pag. 175. *In turbaria tantum turbæ quantum convenit eis,* &c. Pag. 220. *Quamdam turbariam, habentem in latitudine 20. perticas, & in latitudine quantum ipſa mora extenditur. Turbaria*, apud Britionem pag. 135. v. Adde Statutum 2. Weſtmonaſt.

cap. 21. Fletam lib. 1. cap. 12. §. 21. lib. 2. c. 41. §.
2. Concilium Maghfeldenſe an. 1330. Gul. Prynneum
in Libertat. Angl. to. 3. pag. 463. & Edw. Bisſeum ad
Nicol. Uptonum pag. 86. De *Turbariis* Anglicis ita
Cambdenus in Lancaſtrenſi agro: *Ubique ſolo tolerabili,*
niſi uliginoſis quibuſdam & minus ſalubribus locis. Moſſes
vocant, qui tamen hæc ſua incommoda, commodis ſuis
reſarciunt uberioribus: abraſa enim ſuperficie, unctuoſos
ceſpites (Turffes *dicunt*) *ad ignis fomitem — ſuppeditant.*
Præallatis addere placet, quod de ejuſmodi Turbariis
habet Chronicon Montis Sereni an. 1181. *Civitas autem*
in palude ædificata erat triplici vallo, & muro forti mu-
nita. Palus autem circa civitatem porrecta, non patens,
ſed ſub ceſpite latens erat, & ceſpes ipſe non ſolidus, ſed
veſtigiis cedens, quaſi immerſionem deſuper ambulantibus
minabatur. Super hunc machina multa diverſi generis
multo labore & ſumptibus magnis ad capiendam civitatem
conſtituebantur. Interim vero hi qui obſeſſi fuerant, ſtul-
tum judicantes nihil per ſe agere, quoniam hujuſmodi ma-
teries flammæ admodum capax eſt, ceſpitem ex ea parte,
qua extremo civitatis vallo jungebatur, obſeſſoribus igno-
rantibus incenderunt. Ignis autem ſubterraneo meatu ſer-
pens cito dilatatus eſt, qui cùm ad locum machinarum
veniſſet, ceſpes ſubter igne exeſus, molem ſuperpoſitam
ferre non valens, repente ſubſidit, totaque illa ſtructura
cadendo ſecuta, copioſum igni pabulum miniſtravit.

TURBA, Practicis noſtris vulgò *Turbe*, vel *Enqueſte par*
turbe. Inquiſitio à judice delegata ſuper uſu & more re-
cepto in aliqua provincia. *Ordinatio de inquiſitione conſue-*
tudinum facienda. Inquiretur de conſuetudine in hunc
modum: Vocabuntur plures ſapientes carentes ſuſpicione.
Ipſis vocatis proponetur eis conſuetudo, & dabitur eis in
ſcriptis, quæ propoſita, jurabunt quod ipſi dicent, & fi-
deliter referent illud quod ſciunt, & credunt, per os unius
ex ipſis, & viderunt uſitari ſuper illa conſuetudine. Quo
juramento præſtito, trahent ſe ad partem, & deliberabunt,
& referent deliberationem illam, & dicent inter quas vi-
derunt illam conſuetudinem, & in quo caſu, & quo loco, &
ſi fuit judicatum, & de circumſtantiis, & omnia redigent
in ſcriptis. Et mittantur ad curiam clauſa, ſub ſigillis in-
quiſitorum, & reddent omnes cauſam dicti ſui, etiam in
TURBA. Habetur etiam in veteri Conſuetudine Bituri-
cenſi edita à v. cl. Thomaſſerio articulus, *Coment Cou-*
ſtume ſe doit prouver, ubi eadem ferme ſtatuuntur. Ejuſ-
modi turbas amovit Rex Ludovicus XIV. edicto ſuo an.
1667. art. 13.

TURBAMEN, Turba, motus: apud Will. Neubrigenſem
lib. 4. cap. 8.

TURBARE, Omnem animi ſenſum cædendo auferre. Lex
Bajw. tit. 5. §. 5. *Si eum plagaverit, ut cervella appareant,*
— & ſi eum tantum ceciderit, & turbaverit, uſque dum
eum ſemivivum relinquat, &c.

Turbare oculum, Excutere, pro *Exturbare.* Charta Al-
fonſi VI. Imperat. Hiſpaniar. an. 1086. apud Anton.
de Yepez to. 6. *Qui oculum turbaverit, aut dentem ex-*
cuſſerit, aut membrum ſecaverit, ſeu damnaverit, 60.
ſolidos dabit Abbati.

TURBEDINES, pro *Turbines*, apud Ruricium Lemovi-
cenſem Epiſcop. lib. 2. Epiſt. 51. *Propter vitæ iſtius tur-*
bedines ac procellas.

TURBELA, Seditio. Ammianus lib. 14. *Populari quondam*
turbela diſcerpti.

TURBELLA, Procella, quæ aërem *turbat.* S. Auguſtinus
lib. 1. de Civit. Dei: *Omnem motum cordis, & ſævum,*
omneſque turbellas fluitare aſſerit. Baldricus Dolenſis
in Vita S. Roberti de Arbreſello: *Cum me & multa*
mundi fluctivagi inquietet turbella. Alii codd. habent *pro-*
cella.

TURBICULI, *Turbarii*, vulgò *Kerni*, dicti apud Hiber-
nos milites levis armaturæ, qui jaculis amentatis, ma-
chæris, & cultris, ſive ſicis, *Skeynes* vocatis, dimicaba-
bant: de quibus Henricus Marleburgenſis, & ex eo Ja-
cobus Waræus in Antiquitatib. Hibernicis cap. 12. ſect.
2.

TURBONES, *Minæ, terrores, clamores.* Papias.

TURBULENTARE. Utitur S. Zeno Veronenſis ſerm.
Patientiæ.

TURCARE, Quempiam ad Mahumetanam ſuperſtitionem
traducere, *Turcum* facere. Raimundus de Agiles pag.
148. *Turci per annos 14. Antiochiam obtinuerant, at-*
que Armenios juvenes pro penuria domeſticorum turcave-
rant, & uxores eis dederant. Infra: *Quidam de Turca-*
tis qui erat in civitate, per Boamundum principibus man-
davit noſtris, &c. Idem pag. 171. *Si qui per Dei gratiam*
contempſiſſent, cogebantur tradere pulchros parvulos ſuos
ad circumcidendum vel turcandum, &c.

TURCHIMANNUS. Vide *Drogamundus.*

TURCOMANNUS, inquit Scaliger lib. 3. Canonum Iſa-
gogic. aut *Turcmen*, propriè eſt ἀφάτνιος, qui ſtabile
ſtabulum, ut Plautus loquitur, non habet, cujuſmodi
eſt natio, unde iſti Turcomanni ſumebantur, Circaſſis
finitima. *Turchemanni*, apud Sanutum lib. 3. part. 12.
cap. 1. *Hi*, inquit, *inter Saracenos præ cunctis deſpe-*
ctiores, nec caſtra, nec civitates habent, nec lucris inhiant,
ſolis animalibus contenti, tentoriis de filtro utuntur. Vi-
de S. Hieron. de vita Malchi, Will. Tyr. lib. 1. cap. 7.
Jacobum de Vitriaco in Hiſt. Hieroſol. cap. 11. & No-
tas noſtras ad Cinnamum pag. 466.

TURCASIA, Pharetra. Mauricius Epiſcop. Catanenſis
in Hiſt. Tranſlat. corporis S. Agathæ V. & M. n. 4.
Artus reliquos, ne quovis indicio poſſent detegi, in dua-
bus pharetris, quas vulgò Turcaſias nominant, attulerunt.
Et n. 13. *Reliquias de turcaſiis reverenter extraxit.* Qui-
bus locis Pirrus *Tharcaſſios* & *Tarcaſios* habet: & re-
ctè, ſi vocem Græcanicam ævi inferioris ſpectemus;
nam ταρκάσιον hac notione occurrit apud Cinnamum pag.
19. & alios à Meurſio laudatos. Itali etiam *Turcaſſo* di-
cunt, qua voce utuntur Jo. Villaneus lib. 8. cap. 35. &
Matthæus Villaneus lib. 6 cap. 54. Nos verò *Carquois*
dicimus. Vide Oct. Ferrarium in *Carcaſſo.*

TURCHIFARUS, Monetæ aureæ Turcicæ ſpecies. Con-
ventiones Michaëlis Palæologi Imp. & Genuenſium
an. 1261. à nobis editæ poſt Hiſtoriam Gallo-Byzanti-
nam: *Yperperos aureos & turchifaros liceat eis extrahe-*
re ad eorum voluntatem & deferre.

TURCHIMANNUS, *Turcimannus.* Vide *Drogamundus.*

TURCOPULI, *Milites levis armaturæ*, ut autor eſt W.
Tyrius lib. 1. c. 7. lib. 19. c. 24. lib. 22. c. 27. *Turco-*
puli equites, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 119.
Sic porrò dicti, inquit Raimundus de Agiles, *qui vel*
nutriti apud Turcos, vel de matre Chriſtiana, patre Tur-
co procreantur. Albertus Aq. lib. 5. c. 3. *Turcopoli, gens*
impia & dicta Chriſtiana nomine, non opere, qui ex Tur-
co patre, & Græca matre procreati, &c. Nempe quaſi
Turcorum filii: ea enim vis eſt dictionis πουλος apud
Græcos recentiores. Τουρκόπουλα neutro genere effert Ni-
cephorus Gregoras lib. 7. pag. 159. edit. Genev.

Turcopli, apud Rogerum Hovedenum pag. 660. ex Gal-
lico *Turcoples.* *Le voyage d'Outremer du Comte de Pon-*
tieu MS. *Après le mangier, archier & Turcoples vindrent*
au Soudan. Adde Villharduin. n. 168. His Alexium
Imperatorem, alioſque Principes in bellis uſos obſervant
ſcriptores Byzantini. Ordericus Vital. lib. 10. pag.
791. *Turcopoliſque, qui Getica locutionis & ritus patriæ,*
viarumque gnari erant, præeuntibus iter inierunt. Gui-
bertus lib. 3. Hiſt. Hieroſ. cap. 8. *Ii qui vocantur Tur-*
copoli, quos non alios quam familiares ejus (Alexii Imp.)
Militias intelligimus, &c. Vide Odoricum Rainaldum
in Annalib. Eccleſiaſt. an. 1229. n. 3.

Turcopularius, qui *Turcopolis* conductitiis præfectus erat,
quo nomine erat dignitas in Aula Regum Cypri, de
qua mentio fit in Aſſiſiis Hieroſol. MSS. & apud Ste-
phanum Luſinian. in Hiſt. Cypr. ut & apud Hoſpitala-
rios Equites. Statuta Ordinis Hoſpital. S. Joan. Hiero-
ſol. tit. 19. §. 7. *Turcopolerius, Bajulivus Conventua-*
lis venerandæ linguæ Angliæ, dicitur à Turcopolis, qui
ut in hiſtoriis bellorum à Chriſtianis Syria geſtorum habe-
tur, equites erant levis armaturæ. De ejus officio vide

tit. 10. §. 25. 26.

TURGEOLUM. *Vas interius groſſum & turgidum.* Jo. de Janua.

TURELLA. Ugutio MS. *Toles, iis, ſunt membrorum tumores circa uvam ſtantes: has vulgò per diminutionem tunicas, vel turellas vocant. Hac in faucibus ſolent turgeſcere.* Jo. de Janua habet *tuſillas*.

TURIDUBUS. Miracula S. Eutropii n. 12. de quibuſdam captivis: *Timens autem de evaſione eorum, miſit quoſdam de turidubus ſuis, & juſſit ut de Eccleſia S. Eutropii vi vel amore inde compedes ferreos fortiſſimos apportarent.* Locus luxatus: ubi legendum fortè *Turribus*; milites ſcilicet qui turres ſervabant.

TURGNI, ſpecies Columbarum, à colore ſic dicti, inquit Petrus de Creſcentiis lib. 9. cap. 88. ubi vetus ejus interpres Gallicus *bruns* vertit: ſed fortè legendum *Turchini*.

TURIO, Arboris vel arbuſti teneritas, apud Columellam lib. 12. cap. 48. *Lauri turiones in hoc uſu mittito; ut olivas deprimant.* Apicius lib. 8. cap. 1. *Elixatur in aqua marina, cum turionibus lauri & metho.* Nos vulgò dicimus *Bourjon*, fortè pro *Tourjon*.

TURKESIUS, Lapis pretioſus, vulgò *Turquois*. Monaſticum Anglic. to. 3. pag. 314. *Et in circuitu inſeruntur lapides turkeſii*, &c. De etymo, vide Scaligerum Exercitat. 325. in Cardanum n. 10. 15. & Philandr. ad Vitruvium lib. 7. c. 2. Adde Bartholomæum Anglic. lib. 15. de Proprietatib. rerum cap. 97. cui *Turchogis* dicitur.

TURLUPINI, Hæretici Valdenſium ſectarii, in Gallia ſub Carolo V. Rege Franciæ an. 1372. de quibus Bernardus Lutzenburgius & Prateolus de Hæretic. ſic dicti, inquit Vignerius, an. 1159. quod ea tantum habitarent loca quæ lupis expoſita erant. Computum Nicolai *Mauregart* Burgenſis Pariſienſis de Auxiliis Præpoſituræ Pariſienſ. an. 1374. *A frere Jacques de More de l'Ordre des Freres Preſcheurs Inquiſiteur des Bougres de la Province de France, pour don à luy fait par le Roy par ſes Lettres du 2. Fevrier 1373. pour & en recompenſation de pluſieurs paines, miſſions, & deſpens qu'il a eus, ſouſfers, & ſouſtenus, en faiſant pourſuite contre les Turlupins & Turlupines qui trouvez & pris ont eſté en ladite Province, & par ſa diligence punis de leurs meſprentures & erreurs, pour ce 50. francs, vallent 10. livres Pariſis.* Vide v. cl. Ægid. Menagium in Origin. Francic.

TURMA; *Turmarii*. Lex 3. Cod. Th. de Privileg. eorum qui in ſacro Palatio militant: *Quibus omnibus condonamus, ne Exactorum vel Turmariorum; quos Capitularios vocant, curam ſubeant, vel obſequium Temonariorum, vel Protectypiæ.* Ubi *Turmarii* inter vilia officia numerantur: erant quippe ii qui *Turmas* Tyronum exigebant. Nam cum provinciales tenerentur ad Tyrones præbendos, ut eſt in l. 7. Cod. Th. de Tyronibus, pro quibus interdum eorum æſtimatio præſtabatur, quæ 36. ſolidorum erat ex d. l. qui has æſtimationes recipiebant, *Temonarii* dicebantur; ut *Turmarii*, qui pretium *Turmarum*, hoc eſt, plurium Tyronum unde conflaretur Decuria aut Centuria, vel cohors. Ita enim vox *Turma* uſurpatur in l. 8. d. tit. de Tyronib. *Inter optimas lectiſſimorum militum turmas, neminem è numero ſervorum dandum eſſe decernimus*, &c.

Turma, Regio. S. Auguſtinus de Cura pro mortuis c. 12. *Homo quidam de Turma; Curina nomine, municipii Tulienſis, quod Hipponi proximum eſt, curialis pauper, vix illius loci Duumvir altius & ſimpliciter ruſticanus*, &c. Euſtathius ad Iliad. δ. Καὶ τινες Λατῖνοι, τύρμι ἐγχωρίως λέγοντες, καθὰ καὶ ἄν εἴποι ῥωμαϊστί, ἡ τύρμα, ὁ μᾶλλον ἀοικία. Τοῦρμα dixit hac notione Conſtantinus de Adminiſtr. Imperio. Vide Notas noſtras ad Alexiadem pag. 273.

Turmarcha, Turmæ ſeu regionis Præfectus: conſtabat autem Turma 30. militibus. *Theophylactus Turmarchus*, apud Joannem VIII. PP. Epiſt. 240. Fragmentum Hiſt. Longob. editum à Camillo Peregrino pag. 146. *His diebus Theodorus Turmata Benevento praerat.* Legendum ibi indubiè *Turmarcha*, ex Græco-Barbaro Τουρμάρχης. Ita etiam emendandum apud Ughellum to. 1. pag. 995. *Stratigotis, Judicibus, Vicecomitibus, Turmarchis, platearis*, &c. pro *Curmarchis*. Conſtantinus Porphyrog. lib. 1. de Themat. pag. 11. Οἱ δὲ λεγόμενοι Τουρμάρχαι, οἱ ὑπουργοῦσι τῷ στρατηγῷ ὑπῆρχον. στρατηγοὶ δὲ τὸ πᾶσιν ἀξίωμα τὸ ἔχοντα ὑφ' ἑαυτὸν ... καὶ πλείστους ἀρχοντας, καὶ Ἀξιολάβους ὑπ' αὐτόν. Ita Τουρμάρχην, apud Leonem Imp. in Tacticis cap. 4. §. 8. in verſione Lat. (nam in Gr. habetur μεράρχης. Idem porrò μέρος Leoni, quod τοῦρμα; eodem cap. §. 43. 44.) & §. 65. De *Turmis* militaribus agunt paſſim veteres Inſcriptiones. Conſule Indicem Scaligeri cap. 6. Vide præterea Gloſſaria Rigaltii, Meurſii, & Fabroti ad Cedrenum.

Turma. In Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 163. *Jubentur omnes Presbyteri parochia ad civitatem per turmas, & per hebdomadas, ab Epiſcopo ſibi conſtitutas, convenire diſcendi gratia, ut aliqua pars in parochiis remaneat, ne populi & Eccleſia Dei abſque officio ſint*, &c. Et c. 360. *Jubentur* pariter Primates provinciarum, *ut de univerſis Epiſcopis, vel duas vel tres turmas faciant, ac de ſingulis turmis vicisſim quotquot electi fuerint, ad diem Concilii occurrant.* Titulus verò hujus capitis hiſce verbis concipitur: *Ut non alii Metropolitani Primates appellentur, niſi illi qui primas ſedes tenent: quia alii non poſſunt facere tres turmas de Epiſcopis, quam illi qui primas ſedes tenent, qui tres turmas facere debent, ſicut in hac ſententia jubetur.*

TURMINOSUS, Torminoſus. Gloſſ. Sax. Ælfrici: *Turminoſus*, ꝥoꞃꞇoꝣen i. contractus.

TURNA, Quanti pluris res ſit compenſatio, in permutationibus vel bonorum diviſionibus: *Tourne*; in Conſuetudine Montargenſi cap. 1. art. 51. 61. cap. 2. art. 24. 30. 48. cap. 16. art. 9. Aurelianenſi cap. 1. art. 61. 83. 111. 130. 284. 298. Bleſenſi art. 120. & Dunenſi art. 38. Libertates Burgi in Breſſia an. 1397. apud Guichenon. *Quod ſi interveniant in dictis permutationibus turna pro pluris valentia, vel alias, quod pro pretio dictarum turnarum nobis debeantur laudes & venda*, &c. Vide *Turnus*.

Turna, Modus agri: *Fodere in campis unam turnam foſſati*, in Statutis Patavinis. Vide *Turnatura*.

TURNINI. Richardus de S. Germano in Chronico an. 1221. *Per totum regnum pondera & menſura mutantur, ponuntur rotuli & turnini.*

TURNUS, vel *turnum Vicecomitis*, ad verbum ſignificat vicem Vicecomitis, id eſt duo tempora in anno, quibus ille *letam* univerſi Comitatus tenet: Eſt igitur *Turnum Vicecomitis*, Curia recordi in omnibus rebus quæ pertinent ad *turnum*: & eſt *leta* Regni per totum Comitatum; cujus Vicecomes judex eſt. Quicumque proinde *letam* habet, eadem gaudet prærogativa in procinctu ſuo, qua Vicecomes in *Turno*. Ita Raſtallus. Jo. Britton in Legib. Angl. c. 29. *Et ſount aſcuns articles touchaunts noſtre Corone & noſtre peas enfreint pledables par Viſcontes autrefois que à jours de countes; & ailours que par là où les plées del Viſconte ſount tenus, leſquels plées ſount appellez Tours de Viſconte, que deux foits par an les doit tenir parmi cheſcun Hondred de ſon Conté.* Fleta lib. 2. cap. 20. §. 106. *Vicecomites non debent facere turnum ſuum, niſi bis in anno.* Adde lib. 2. c. 52. §. 2. & Statutum 2. Weſtmon. cap. 15. Ad ejuſmodi *Turnos* omnes tenentes convenire tenentur, præterquam Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, Comites, Barones, ac viri religioſi; præterea mulieres, niſi eorum præſentia ob aliquam cauſam ſpecialiter exigatur. Qui verò diverſa tenementa habebant in diverſis hundredis, ad eos tantummodo Turnos venire tenentur in ballivis ubi ſunt converſantes. Ita Statutum Marlebridgenſe ſub Henrico III. cap. 10.

Turnus, pro ea præſtatione quæ Vicecomiti datur *Turnum* tenenti, pro exemptione & immunitate eundi ad *Tur-*

num. Will. Thorn: *Sed nihilominus ſolvit quoddam certum ad turnum Vicecomitis cum aliis de hundredo*, &c Idem alibi: *Erat iſtud breve directum Rogero de Reinham Vicecomiti Cantiæ per Galfridum Bareven pro tenentibus Abbatiæ non veniendis ad Turnum Vicecomitis, niſi per unum hominem qui deferat Turnum.* Mox, ex Charta Edw. II. Regis Angl. an. 1330. *Et per petitionem ſuam coram ipſo patre noſtro Conſilio ſuo exhibitam, ſuggerentium quod Borgheſaldrus & quatuor homines de qualibet borga eorumdem maneriorum tempore quo ipſi ad turnos Vicecomitis in eodem Comitatu ad ea quæ ad viſum franci plegii contingunt, præſentandum venerunt, & quemdam reditum, qui Turnus Vicecomitis nuncupatur, ſecum detulerunt.* Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 502. *In perpetuum quieta ſint de ſectis Comitatuum & hundredorum noſtrorum, de viſu franci plegii & Lawedayorum, de turno & auxilio Vicecomitum, & omnium aliorum ballivorum & miniſtrorum noſtrorum.* Adde pag. 669. Vide *Auxilium Vicecomitis.*

Turnum burſæ, aliàs *Retractus per burſam.* Libertates Bergeraci in Vaſconia: *Quicunque vendiderit aliquam rem immobilem, & quis de parentela infra quartum gradum venditoris voluerit eam habere per turnum burſæ*, &c. Infra: *Rem venditam tornare poterit infra annum & menſem*, &c. Rurſum ibidem *turnarius* dicitur, qui retrahit rem venditam. Vide Conſuetud. Andegav. art. 370. 371. Cenomanenſem art. 380. 381. & Bleſenſem art. 200.

TURONENSES, Monetæ Franciciæ Turonibus cuſæ, vulgò *Tournois.* Charta Jacobi Reg. Aragon. an. 1309. *Confitemur nos debere — Jacobo Regi Majoric. — patruo noſtro 160. millia Turonenſium argenteorum S. Ludovici bonæ memoriæ Regis Franciæ de Lege undecim denariorum & oboli, quorum Turonenſium 57. minùs tertia parte unius ponderant unam marcham ad penſum Montiſpeſſulani.* Paſſim.

TURONUS. Vide *Torontes.*

TURPEDO. Vide *Morbillus.*

TURPEFACERE. Gloſſ. Gr. Lat. αἰσχροποιΐα, *turpifatio*: αἰσχροποιός, *turpificator, turpator.* Edictum Rotharis Regis Longobard. tit. 72. §. 2. *Sponſo autem — in duplum componatur ab illo qui ei deſponſatam ſuam turpefecit.*

TURPILOQUIUM, αἰσχρολογία, in Gloſſ. Gr. Lat. *Laide parole*, in Gloſſ. Lat. Gall. S. Ferreolus in Regula cap. 25. *Turpiloquium amore pudicitiæ ſit monacho turpe proferre*, &c. Lambertus Ardenſis p. 78. *Nec tamen amaricato gutture in nepotem linguam exaſperat, nec eum in turpiloquio, aut turpibus invehitur objectis*, &c. Infra: *Non in iram concitatus eſt aut turpiloquium*, &c.

TURPILUCRIS αἰσχροκερδεῖς, in Gloſſ. Gr. Lat.

TURPIO, qui turpia loquitur, *un vilain*: vox Latinis Scriptoribus haud ignota. Marius Mercator lib. Subnotat. cap. 4. §. 3. *Quis ſcenicus turpio, quis durio, vel ſannio profeſſa licentia turpitudinis publicè iſta proferret?*

TURPITUDO, Locus *turpis*, obſcœnus, cloaca. Thwroczius in Salomone Rege Hungar. cap. 36. *Corpus Saraceni rapuerunt, & in turpitudinem projecerunt.*

Turpitudinem mulieris videre, Pudenda, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 106. §. 1. Capitula Theodori Cantuar. c. 29. *Si quis obtrectaverit puellæ aut mulieris pectus, vel turpitudinem earum*, &c. Occurrit non ſemel hac notione in Libris ſacris. Vide Concilium Calchutenſe an. 787. c. 10.

TURQUIGENS. Vide *Drogamundus.*

TURRICULUS, pro *turricula.* Teſtamentum S. Remigii, apud Flodoardum lib. 1. cap. 18. *Jubeo turriculum & imaginatum calicem fabricari.* De ejuſmodi turriculorum uſu in Eccleſiis egimus in Deſcriptione ædis Sophianæ.

TURRILE, Campanarii pyramis, Gall. *la fleche du clocher.* Liber 2. Miracul. S. Bertini cap. 3. *Sed & turrile ipſius* (Eccleſiæ) *licet noviter eſſet ſuperpoſitum, quia antiquo more erat factum, depoſuerunt, & aliud miræ magnitudinis, mirabiliſque fabricæ ſtuduerunt ædificare, cujus longitudo conſiſtentis in terra æquabat altitudinem culminis Eccleſiæ, cui ſuperponendum erat.*

TURRIS, Campanarium. Autor Miracul. S. Columbani cap. 2. *Eccleſiam — ex lapidibus ſtruxit, turremque ſuper eam ædificavit, & lampadas fecit in ea pendere.* Vita S. Anſtrudis Abb. Laudun. cap. 14. *Viderunt de turriculo Eccleſiæ globum igneum exire uſque ad cœlum.* Utuntur etiam Silveſter Giraldus in Topogr. Hibern. Diſt. 2. cap. 9. & 37. Liber 1. Miraculor. S. Dionyſii c. 15. & alii paſſim.

Turris, pro carcere. *Ad turrim condemnari*, mitior pœna eſt quàm ad carcerem, leviorumque delictorum erat, in Statutis Ordinis Hoſpitalar. S. Joan. Hieroſ. tit. 18. §. 39. 53.

Turrarius, Turris vel carceris cuſtos, *Tourrier ou Geolier*, in Stylo Leodienſi cap. 12. art. 10. & cap. 18.

Toragium, idem quod *Geolagium*, quod *carcerario* exſolvitur. Areſta Pentecoſt. an. 1290. in Regeſto B. Parlamenti Pariſ. fol 86. verſo: *Cum plures Burgenſes Remenſis Archiepiſcopi miſſi fuiſſent Laudunum, ut tenerent ibi priſionem pro defectu ſolutionis expenſarum factarum in Coronatione D. Regis, Toragerius Laudunenſis niſus fuit habere toragium ab eiſdem, licet in priſione clauſa non fuerint, nec priſionem in villa tenuerint, Dictum fuit per areſtum quod hi priſonarii ſolvere toragium non tenentur. Verumtamen ſi aliquis magnus homo accuſatus de crimine vel de aliquo enormi facto haberet gratiam quod per ſecuritatem vel alios poſſet ire per villam, & non teneretur in priſione firmata, nihilominus toragium ſolvere teneretur.* Adde Regeſtum 1. fol. 103. verſo, ſub an. 1260. Gravamina Nobilium Campaniæ, quæ habentur in Regeſto Magnorum Dierum Trecenſium, an. 1297. *Item quant on prent les hommes aux Gentilshommes, & on les maine ès Chaſtellenies dont ils ſont, on les fait mettre en tour & en vilainne priſon, jaçoit qu'ils ne ſoient pris pour nul vilain fait; ce qui ne fut oncques fait du temps des Heritiers, ains leur faiſoit-on tenir priſon dedans les villes, & ſans paier tourage.* Computum terræ Campaniæ an. 1348. *Du Tourage de la Tour de Troies amoiſonné à Jean de Reneval pour 2. ans*, &c. Computum Domanii Heſdini an. 1475. *Du Tourage & chepage de Heſdin*, &c. Paſſim alibi.

Turres miniſteriis ſacris accenſentur in Teſtamento S. Aredii, apud Mabillonium to. 2. Analector. *Quod unuſquiſque locus ſanctus conſtitutus ibi habeat miniſterium declaratum, — id eſt turres 4. coopertoriolos olosericos 3. calices argenteos 4.* &c. Occurrunt rurſum infra. Vide *Turriculum.*

TURTA. Vide *Torta.*

TURTEGETES, Tugurium, ædicula. Vita B. Coletæ n. 49. *Oratoria ſic conſtructa fuerant, quod vix ſe poterat in iis erigere ſeu elevare, magiſque videbantur turtegetes vel tuguria altilium, vel anſerum, quam habitationes rationabilium perſonarum.* Ubi quidam codd. habent *turtegetes.* F. ex Gall. *Tourjette*, Turricula.

TURTURILLA, *Locus ubi panis ponitur*, Ugutioni. An *Turundilla?*

TURTURI. Ugutio, in *Turtur*: *Turturi dicuntur paſtores, qui fiſtulis canunt.* Ita etiam Jo. de Janua.

TURVA. Vide *Turba.*

TURUCA, Papiæ, *veſtis Regia.*

TUSILLÆ. Iſidorus lib. 11. cap. 1. *Toles Gallica lingua dicitur, quas vulgò per diminutionem Tuſillas vocant, quæ in faucibus turgeſcere ſolent.* Vide Joannem de Janua in *Toles.*

TUTOR, Advocatus Monaſterii, defenſor, in Charta Henrici Regis Fr. an. 1043. ex Tabulario Foſſatenſi fol. 151.

TUTACULUM, Tutamen: apud Prudentium.

TUTAMENTUM. Gloſſæ Iſonis Magiſtri: *Tutamen: firmamentum, protectio.* Vide *Tenſamentum.*

TUTARE, ex Gallico *Tuer*, Occidere. *Tutare candelam, aut cereum*, extinguere: Galli dicunt, *Tuer la chandelle.* Ordo Romanus: *Lumen autem Eccleſiæ apud Romanos ab initio cantus nocturni inchoatur extingui: hoc*

tamen ordine, ut ab introitu ipſius Eccleſiæ incipiat paulatim tutari. Mox : *Ubi audierit primam Antiphonam, tenens cannam in manu ſua, tutat lampadem unam : in fine verò Pſalmi ipſius tutat aliam ſiniſtra partis.* Hac notione utitur etiam Alcuinus de Divinis offic. pag. 247. & Regula Magiſtri cap. 19. & 29. Itali *Attutare*, & *Stutare*, Reſtinguere dicunt. Jo. Villan. lib. 12. c. 20. *Attutarſi la furia dello ſfrenato popolo.* Porrò noſtrum *tuer*, pro *occidere*, ἀθύειν, mactare, deducit H. Stephanus.

TUTELATOR, *Protector*, in Gloſſis MSS. S. Germani Pariſ. cod. 524.

TUTELLI, inter Miniſteria ſacra. Chronicon Centulenſe Hariulfi lib. 3. cap. 3. *Scyphus argenteus major : minores argentei 4. ex auricalco 1. tutelli argentei 4. urcei argentei cum aquamanilibus 2.* &c. Ubi fortè legendum *cutelli*, ſeu *cultelli*. Idem lib. 2. cap. 10. *Atramentarium optimum argenteum auro paratum 1. cultellus auro & margaritis paratus 1.* &c.

TUTTA. Vide *Tolta*.

TUTUPIA, Capitis tegumentum Clericis proprium, cujuſmodi hodie *les bonnets quarrez.* Statuta Synodalia Nicolai Epiſcopi Andegav. an. 1265. *Clerici ſive conjugati ſive non conjugati, cum in Eccleſiis Parochialibus in quibus commorantur, ad Miſſam, vel ad Veſperas, veniunt, cum tutupiis congruentem deferentes tonſuram incedant, pſalmodiantes, legentes, & cantantes ibidem cum Preſbyteris, — tamen coram Epiſcopo, Archidiacono, Archipreſbytero, vel Decano ſuis appareant cum tutupiis, & amotis caputiis ſe preſentent.*

TWELFHINDUS. Vide *Hindenus*.

TWYGAVEL. Vetus Charta Cantuarienſis Eccleſiæ apud Somnerum in Tractatu de *Gavelkynd* pag. 28. *Idem reſpondet de 814. & dimid. ped. Clauſur. hayag. fac. circa manerium, ex Conſuetudine, unde de Twigavel 200.*

TYHTLAN, vox Saxon. *Accuſatio.* Leges Ethelredi Regis cap. 2. *Nec componat aliquis pro ulla tyhtlan, ſi non interſit teſtimonium Præpoſiti Regis.* Hinc emendare licet Leges Kanuti Regis Angl. cap. 56. apud Bromptonum : *Si quis amicis deſtitutus, vel alienigena, ad tantum laborem venerit, ut plegium non habeat, in prima thilae, id eſt accuſatione ponatur in carcanno, & ibi ſuſtineat donec ad Dei judicium eat.* Legendum enim *Tyhtlan*.

TYMBRIS. Senator lib. 5. Epiſt. 1. *Cum piceis, tymbribus, & pueros gentili candore lucentes, & ſpathas nobis etiam arma deſecantes, veſtra Fraternitas deſtinavit.* Ita prima editio Senatoris, & aliæ poſteriores, tametſi menda non pauca in hiſce paucis verbis liceat ſubodorari. Nam quid vox *piceis*, ſi à *tymbribus* diſtinguatur, quid *pueros*, cum armis quæ in munus mittuntur ? Certè *piceas tymbres* hîc interpretor *tympana area coloris picei*. Noſtri quippe *tymbres*, inde vocarunt, quæ Latini *tympana*. Gloſſ. Lat. Gall. *Tympanum, Tymbre. Tympaniſtria, Meneſtrier de tymbre. Tympanizo, chanter en timbrer. Tintinnabulum, tymbre.* Poëta Anonymus vernaculus MS. de expugnatis Hieroſolymis per Titum :

Mult parſont bele noiſe en l'oſt li Oliſtant,
Li cor & les buiſines, & li timbre ſonant.

Alius Poëta MS.

Là oïſſiez tabours & timbres retentir.

Galterus Metenſis in Mappamundi MS. cap. 58.

Une fontaine eſt clere & coie
Quant deſſus à viens qui ſesjoie
Et où timbre, ou vielle ſonne,
Ou autre inſtrument qui reſonne,
Si s'eſlieve ainſi con de joie,
Et s'eſpant par aval la voie.

Inde poſtmodum galeas ipſas *Tymbres* etiam appellarunt, ſeu quod *tympanorum* ſpeciem referrent. Gulielmus de Guignavilla in Peregrinatione animæ :

Où ſont bannieres deſployées,
Où ſont hyaumes & bachines,
Timbres & veſtus velués,
A or batu & à argent.

Seu quod, galeæ pulſatæ ſonum tympanorum ederent. Guntherus lib. 4. Ligurini :

Non jam miſſilibus telis, ferroque volanti,
Sed gladiis pugnare libet : tinnire ſonoros
Ictibus audires galeas.

Et lib. 7.

—— tinnire cavas mucronis ab ictu
Audires galeas :

Inde igitur noſtri etiamnum *tymbres* vocant galeas quæ armorum inſignibus imponuntur. *Tenir lettres en ſes armes & tymbres*, in Conſuetud. Turon. art. 60.

Sed neſcio an aliud ſonet hæc vox in Computo Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regii an. 1351. cap. cui lemma eſt : *Parties delivrées en ce terme à cauſe de l'obſeque de M. Geffroy de Varennes Chambellan du Roy &c. pour faire tunicles, houçes, arconnieres, 2. timbres de creſtes des armes dudit Chevalier à mettre ſur les heaumes.* Vide *Timbrium*.

TYMBORALIS *pœna*. Vide *Tumberellum*.

TYMBUS, τύμβος, Sepulchrum, *tumba*. Vetus Epitaphium apud Ughellum in Epiſcopis Bobienſibus :

At pater egregiè potens interceſſor es iſte
Pro glorioſiſſimo Luitprando Rege qui ſuum
Precioſo lapide tymbum decoravit devotus.

Vide *Tumba*.

TYMPANARIA. Concilium Grateleanum an. 928. *Et ſi villanus excrevisſet ut haberet plenariè quinque hidas terræ propria, Eccleſiam, & coquinam, tympanariam, & januam, & ſedem, & ſundernotam in aula Regis, deinceps erit Taini lege dignus.*

TYMPANARIUM, Campanarium. Vetus Ordo Canonicorum, quem S. Protadii librum vocant, in die Palmarum, apud Chiffletium in Diſſertat. de Converſione Conſtantini M. c. 5. *Et cum venerint ad Portam Martis, quæ nunc dicitur Nigra, ſtent ſuper murum tympanarii pueri cantantes, Gloria, laus, & honor*, &c.

TYMPANUM, Iſidoro lib. 2. Orig. cap. 21. *eſt pellis vel corium ligno ex una parte extenſum.* S. Auguſtinus in Pſalm. 67. *Tympana fiunt corio ſiccato & extento.* Geſta Ludovici VII. Regis cap. 8. *Clamabant & ululabant & latrabant ſicut canes. Tympanis & nacaris, & aliis ſimilibus inſtrumentis horribiliter reſonabant.* Monachus Florent. de Expugn. Accon.

Si ferire tympana, tubaſque ſonare
Videres, & vocibus Turcos reboare, &c.

Vide quæ notamus ad Joinvillam pag. 61. ubi tympana, quæ *Tamburla* noſtri vocant, Turcorum propria fuiſſe docuimus.

Tympanum, Papiæ, *dicitur medium ; pars media ſymphoniæ in ſimilitudinem cribri.* Item,

Tympana, tecta vehiculorum.

Tympanum. Charta Friderici II. an. 1237. apud Lambecium lib. 2. Comment. de Biblioth. Cæſar. pag. 81. *Præſens privilegium fieri fecimus, & bulla aurea tympano maieſtatis noſtræ impreſſa juſſimus inſigniri.* Legendum videtur *typario*. Vide in hac voce.

TYMPANISTRIA, Campanæ, *Tymbres*. Codex MS. Monaſterii Novi Pictavienſis : 10. *die Febr. celebratur obitus pro filio nobilis Comitis Pictavorum, — pro quo ſonantur omnia tympaniſtria, duo claſſius de ſero, & unus de mane ante Miſſam*, &c.

TYPARIUM, Sigillum cui Principis τύπος, ſeu imago inſculpta eſt. Charta Willelmi Regis Siciliæ an. 1177. apud Bromptonum : *Præſens privilegium — Bulla aurea noſtro typario impreſſa, roboratum noſtro ſigillo juſſimus decorari.* Perperam *Stipario* præferunt Chartæ aliæ Siculæ in Bullario Caſinenſi to. 2. pag. 203. Petrus de Vineis lib. 2. Ep. 42. *Cùm in caſtrorum noſtrorum combuſtione camera noſtra cum Aurea bulla typario, & regni noſtri ſigillo perdita & amiſſa fuerit.* Bulla aurea Caroli IV. Imp. de electione Imperatoris cap. 27. §. 2. *Duo vel unum ſigilla & typaria Imperialia ſive regalia à Cancellario Curiæ recipient.* Occurrit ibi pluries. Joan. Hocſemius in Adolfo à Marka Epiſc. Leodienſi cap. 30.

Oſtenſum fuit in Capitulo coram Magiſtris ſigillum plumbeum ſive ſtanneum, ejuſdem typarii cum magno ſigillo argenteo Epiſcopi, &c.

TYPHUS, Superbia, mentis elatio, ex Gr. τῦφος. Iſidorus, & ex eo Papias: *Typhus, herba quæ ſe ab aqua inflat: unde etiam ambitioſorum & ſibi placentium tumor, Typhus dicitur.* Arnobius: *Mentis elatio, & Typhus qui appellatur à Græcis.* Gloſſæ Gr. MSS. Regiæ: Τῦφος, ἡ ἀλαζόνεια, ἡ ἄνοια τῆς καρδίας. Heſychius: Τῦφος, ὄγκος, ἀλαζόνεια, κενοδοξία. S. Ambroſius in Epiſt. ad Romulum: *Sic Moyſes typhum illum diſſipavit Ægyptium*, &c. Commodianus Inſtr. 30.

——— *nimium te tollis in altum,*
Et typhum ducis, nec reſpicis pauperes ultro.

Althelmus de Octo vitiis princip. cap. 8.

Dum mentis typhus ventoſo pectore turget.

Et alio loco:

Qui tumido neſcit mentis turgeſcere typho.

Utuntur paſſim Scriptores alii, Martianus Capella lib. 5. extremo, S. Auguſtinus Epiſt. 48. 49. 57. 64. lib. 3. Confeſſ. cap 3. & alibi non ſemel, S. Benedictus in Reg cap. 31. Gregorius M. lib. 6. Epiſt 26. l. 7. Ind. 2. Epiſt. 54. Concil. Forojulienſe an. 791. Leges Monachorum Heydenſium c. 5. Vita Ludovici Pii Imp. an. 819. Anſelmus Leod. c. 107. &c.

Typus, eadem notione. Vide *Typus*.

Typhus, pro *febris*. Vide *Typus*.

TYPICARE, Figurare, exprimere. Will. Brito lib. 11. Philipp. de Virga Aaronis:

Fronduit, & ſubito produxit amygdala, flore
Virgineis intacta typicans nova gaudia partus.

TYPRUS, Vaſculi ſpecies. Jonas in Vita S. Columbani cap. 16. *Vas quod Typrum nuncupant, in celerarium deportavit, & ante vas in quo erat cervisia, depoſuit, extractoque epiſtomii vertibulo, in illud cerviſiam excepit.* Infra: *Cernit autem ultra typrum uſque adeo exceſſiſſe cerviſiam, ut duplo altior typrus videretur*, &c. Theodorus Campedonenſis de S. Magno cap. 3. ubi de eodem miraculo *typum* pluries præfert.

TYPI, Imperatorum Conſtitutiones, decreta; θεῖοι τύποι. Anaſtaſius in Leone II. PP. de Ravennatibus: *Sed & typum autocephaliæ, quem ſibi eliciuerant, ad amputanda ſcandala Sedis Apoſtolicæ reſtituerunt.*

Typi, præſertim dicta Edicta principum de fide. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062. τύπος, ὅρος, κανών. Anaſtaſius in Martino PP. de Paulo CP. Patriarcha: *Inſuper ſtuduit ad operimentum proprii erroris quorumdam ſubreptioni, ut & clementiſſimo Principi ſuaderet typum exponere, qui catholicum dogma deſtrueret. In quo typo omnes voces SS. Patrum cum nefandiſſimorum hæreticorum dictionibus enervavit*, &c. Adde ejuſdem Nicolai Epiſtolam ad Amandum Epiſcopum Trajectenſem. Cedrenus an. 2. Zenon. Τύπον ὁ Βασιλίσκος ἐπὶ ... τύπον εἰς ... Theophanes an. 17. Conſtantini Pogonati: Τῆς ... τύπου. Vide Baronium an. 648. n. 1. & ſupra in voce *Forma*.

TYPUS, Febris acceſſio, vel febris ipſa. Galenus lib. περὶ τύπων. Τύπος δέ ἐστι ... Papias: *Febres quotidianæ typum patiuntur, id eſt acceſſionis formam.* Idem: *Typi, ſunt frigidæ febres, quæ abuſivè Typhi dicuntur, ab herba quæ in aqua naſcitur, ex acceſſionum & receſſionum revolutione.* Gloſſ Ælfrici: *Typus*, Lengten adl. i. febris *acceſſio*. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſoph. *Typus i. figura in typica, i. figurativè, quia cum intus patiuntur typicam febrem, extra frigore nimio perurgentur.* Apuleius lib. de Virtutib. herbar. cap. 102. *Ad frigora & omnes febrium typos. Typum frigoreticum incurrere*, apud Gregor. Turon. de Gloria Confeſſ. cap. 15. Fortunatus in Vita S. Germani Pariſ. cap. 20. *Typum dupliciter incurrens febris & frigoris. Typus tertianæ, quartanæ, quotidianæ*, apud Serenum Sammonicum de Medicina cap. 50. 51. 52. *Typus quotidianæ, tertianæ, vel, quartanæ febris*, in Vita S. Leobini Epiſcopi Carnot. n. 17. *Quotidianus febrium typus*, in Vita S. Severi Epiſcopi Ravennat. n. 15. *Typus tertianus*, apud Ruffinum de Vitis Patrum lib. 2. cap. 11. *Typus frigoris*, in Vita MS. S. Severini Abb. *Quartanus typus*, apud Gregor. Turon. de Gloria Confeſſ. c. 15. 21. 24. 82 89. lib. 2. de Miracul. S. Martini c. 22 32. 50. de Vitis Patrum c. 6. Fortunatum in Vita S. Germani Pariſ. cap. 44. in libro Miraculor. S. Wandregeſili cap. 6. in Miracul. S. Euſebiæ Abbatiſſæ Hamatic. n. 17. in Vita MS. S. Magnobodi Epiſcopi Andegav. cap. 24. apud Radulphum in Vita S. Richardi Epiſc. Ciceſtrenſ. n. 85. &c. *Typus tertianus*, apud S. Audoenum in Vita S. Eligii lib. 2. c. 68. Victorem III. PP. lib. 3. Dialog. p. 75. Alexandrum Iatroſophiſt. lib. 3. Paſſion. Ermentarium lib. 2. de S. Philiberto cap. 83. Odonem Cluniac. de Miracul. S. Mauri cap. 17. &c.

Typica febris. Gloſſæ antiquæ MSS. *Typica febris, eſt quam quidam periodicam vocant.* Papiæ, *vel Triteus, vel Tetreus, vel Ephemerius; vel penteus, vel epteus, vel hebdom.* Joanni de Janua, *febris periodica*.

Typici, qui patiuntur typicam febrem, in Gloſſis MSS.

Typhus, pro *Typus* dictum obſervat loco citato Papias. Aimoinus lib. 4. de Miracul. S. Benedicti cap. 23. *Coeperunt omnia illius membra, more eorum qui quartano laborant typho, tremere*, &c. Cap. 25. *Quicumque febricitantium, ſive quotidianis, ſeu tertianis, vel quartanis detentus fuerit typhis*, &c. Giſlebertus lib. 2. de Miraculis S. Romani cap. 31. *Quartano validiſſimo vexabatur typho.* Cap. 16. *Laborioſo febrium æſtuans typho.*

Typus. Vide *Typhus*.

Typus, idem quod *Typhus*, ſuperbia. Gloſſæ antiquæ MSS. *Supercilio, typo, faſtidio.* Sergius II. PP. in Ep. ad Epiſcopos Tranſalpinos: *Sed nos — confidimus, quod nullo typo ſecularis audaciæ veſtra ſuccumbit auctoritas.* Charta Formoſi PP. an. 891. in Spicilegio Acheriano to. 12. p. 150. *Aliquo typo aut faſtu ſuperbiæ*, &c. Alia Athelſtani Regis Anglor. in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 129. *Si — aliquis typo ſupercilii turgens*, &c. Will. Neubrigenſis lib. 1. cap. 2. *Homo turgidus typo immaniſſimæ ſuperbiæ. Jactantiæ typo elatus*, apud Alcuinum Epiſt. 9. *Typo ſuperbiæ turgidus*; in Vita S. Fructuoſi n. 1. Regino an. 886. *Vana gloria typus.* Continuator Hiſtor. Abbatum Lobienſium pag. 614. *Dantur igitur Apoſtolicæ auctoritatis mandata, ut electum* (Abbatem) *domnus Leodienſis, ad quem hoc ſpectabat, inveſtiret, & inveſtitum dominus Cameracenſis abſque typo conſecraret.* Id eſt, abſque ulla pompa, vel ſolennitate. Guibertus lib. Quo ordine ſermo fieri debeat, pag. 2. *Ex tipo nimio dedignantur.*

TYRANNITAS, pro *Tyrannis*: noſtris, *Tyrannie*. Occurrit apud Fredegarium in Chronico pag. 777.

TYRANNOPOLITANUS, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 8. *Nam tua ſcripta, noſtrorum vitiis proficientibus tyrannopolitanorum locupletabuntur.*

TYRANNUS, non modò Rex peſſimus atque improbus, ſed etiam Rex quivis dictus. Iſidorus lib. 9. Orig. *Tyranni Græcè dicuntur, iidem Latinè & Reges: nam & inter veteres inter Regem & Tyrannum nulla diſcretio erat.* Et Virgilius lib. 7. Æneid.

Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Ubi Donatus. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 12. *Comedente autem Carolo, miniſtrabant Duces & Tyranni, vel Reges diverſarum gentium.* Adelbertus Heidenhemenſis pag. 230. *Quidam præpotens Tyrannus juxta cellam Heidenheimienſem in prædio ſuo habitationem habuerat.* Ubi Gretzerus editor ad marginem poſuit, *Dynaſta*. Vide Nicol. Fullerum lib. 4. Miſcell. ſacr. cap. 10.

TYRIACA, *Tyriacum antidotum*, pro *Theriacum*, quod vulgò *Theriaque* dicimus. Stephanus Epiſcop. Tornacenſis Ep. 129. *Mitto vobis ampullam tyriaca probatiſſima plenam.* Ita etiam Ælfricus p. 57. Fulcherius Carnotenſis lib. 3. Hiſt. Hieroſol. cap. 59. *Antidotum tyriacum de corpore ſerpentis confici dicitur.*

Tyrium, Purpura Tyria, vel pannus purpureus. Anaſtaſius in Leone III. *Veſtes duas, ex quibus unam albam holoſericam, — ornatam in circuitu de chryſoclavo, aliam de Tyrio habentem in medio tabulam de chryſoclavo*, &c. In Gregorio IV. *Vela alba ſerica 4. unum habens undique Tyrium, & in medio crucem & gammadias de chryſoclavo*. Paſſim alibi.

Tyro. Papias: *Tyrones dicuntur fortes pueri, qui ad militiam deliguntur, atque habiles exiſtunt.*

Tyrones in Palatio appellat autor Vitæ S. Pelagii nobiles aulicos, qui Principis miniſterio inſerviebant; qui *Militares Regis pueri, & regalibus annonis nutriti*, dicuntur S. Eulogio in Memor. SS. l. 2. c. 3. Dudo de Morib. & actis Norman. p. 98. *Confeſtim Willelmus quemdam Teutgerum Tyronem, domus ſuæ principem miſit ad Heinricum Transrhenanum Regem*, &c. Idem pag. 103. *Quem Hugo Dux, non reverenter, ut ſolitus erat, ſuſcepit; ſed in parilitate ſuorum Tyronum tenuit.*

Tyrocinare. Tyrocinium exercere S. Gerardus Abbas Sylvæmajoris in vita S. Adelardi Abbatis Corbeienſis n. 4. *Tyrocinabatur in Palatio (Karoli) puer bonæ indolis.* Hiſtoria Tranſlat. S. Guthlaci n. 19. *Militabat, & in expeditionibus ad tempus tirocinabatur.*

Tyro, qui in arenam deſcendit, vel duello pugnat, *Campio*. Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 15. de Drogone duellum inituro cum quodam Helia: *Dominus meus exibit ad vos cum tirone ſuo, completurus quod dixit.*

Tyro, Miles, qui *Militiæ* cingulo recèns decoratus eſt, & necdum in bellis vel torneamentis tyrocinium ſuum exercuit. Joan. Monachus Majoris Monaſt. de Gaufredo Duce Normanniæ, *Milite* creato: *Taliter ergo armatus tyro noſter, Militiæ poſtmodum flos futurus*, &c. Simeon Dunelmenſis an. 1150. de Henrico ejuſdem Gaufredi filio recèns Milite facto: *Et Rex David, & Tyro Henricus Dux Normanniæ*, &c. Ita vocem *Tyro* uſurpat non ſemel Matthæus Paris pag. 371. 445. &c.

Tyrocinium, Militia, Chevalerie. Joannes Monachus Majoris Monaſterii lib. 1. Hiſt. Gaufredi Ducis Norman. de ejuſdem Militia: *Illuceſcente die altera, balneorum uſus, uti tyrocinii ſuſcipiendi conſuetudo expoſtulat, paratus eſt.* Infra: *Dies illa tyrocinii honoris & gaudio dicata*, &c. Gaufredus Voſienſis in Chron. part. 1. cap 58. *Regem Scotorum Henricus (Rex Anglorum) apud urbem Petragoricam in prato Epiſcopali Militiæ cingulo redimivit, qui novus Miles 30. baronum liberos recentis tyrocinii conſocios faciens, proſecutus eſt Regem.* Petrus de Vineis lib. 3. Epiſt. 20. *Quia tamen Militiæ cingulum, quod reverenda ſanxivit antiquitas, nondum Serenitas noſtra acceperat, die præſentis menſis Auguſti, cum ſolennitate tyrocinii, latus noſtrum eligimus decorandum.*

Tyrocinium, Torneamentum, ludi equeſtres, in quibus novi Milites armorum ſuorum tyrocinia exercebant. Willelmus de Nangiaco in Vita Philippi III. Regis Francor. an. 1279. *Princeps Salernæ Carolus Regis Siciliæ illuſtriſſimi filius, veniens in Franciam cum magno honore à Rege & Baronibus eſt receptus, ac pro ejus amore & reverentia dedit licentiam Philippus Rex in ludos tyrociniorum Milites exercendi.* Infra: *Ipſe verò Rex per tyrocinia, commonendo Milites ad probitatem, diſcurrens*, &c. Joannes de Beka in Ottone III. Epiſcopo Trajectenſi: *Eodem anno Florentius Comes imperterritus multa tyrocinia per diverſas provincias frequentavit, de quibus præconium laudis acquiſivit.* Infra ait eum qui Militarem ordinem ſuſcepturus erat, juraſſe, *Tyrocinia non niſi cauſa Militaris exercitii ſe frequentaturum.* Sic Matthæus Paris pag. 372. 493. 495.

Tyronia, pro *tyrocinium*, Exercitatio militaris. Arnobius Junior in Pſalm. 106. *Sicut tyronia corpus exercet, ita animam divina præcepta inſtituunt.*

Tyronatus, in l. 21. Cod. Th. de Tyronibus, pro eo tempore quo tyrones militiam exercent.

Tyros. Gloſſæ MSS. ad Concil. Afric. c. 57. *Tirorum, latronum. Tyros, Ruſticus.* Vide *Syrus*.

Tyſana, Ptiſana, noſtris *Tiſane*. Acta S. Martinæ Virg. n. 38. *Erat autem leo immaniſſimus, (cui devoranda objecta eſt S. Martina) qui comedebat 40. libras carnis quotidie, & in potu ejus decimatas 8. tyſana.*

Tyhtlan, vox Saxonica, Accuſatio, in Ethelredi Regis inſtitutionibus cap. 2. *Nec componat aliquis pro ulla tyhtlan*, &c.

Tzangæ. *Tzancæ, Zancæ, Zangæ*, Calcei; ſeu potiùs Cothurni, qui & pedes tegebant. Gloſſæ Baſil. τζάγγα, τὸ ὑπόδημα. Τζάγγα, in Chronico Alexandrino pag. 768. & apud Theophanem, & Codinum de Offic. Lex 1. Cod. Th. de habitu quo uti oportet &c. *Uſum tzangarum atque braccarum intra urbem venerabilem nemini liceat uſurpare.* Concilium Aurelianenſe I. c. 20. *Monacho uti orario in Monaſterio, vel tzangas habere non liceat.* Canones editi à v. cl. Jacobo Petito pag. 218. hic habent *ciangas*. Capit. Caroli M. lib. 7. cap 304. *Ut Clerici pampis, aut tzangis, vel armis non utantur.*

Tzancæ, Zanchæ, in l. 3. d. tit. Cod. Th. Epiſtola Galieni apud Pollionem in Claudio: *Zanchas de noſtris Parthicis paria tria.*

Zanga. Vetus interpres Horatii ad Sat. 6. *Nam ut quiſque inſanus nigris medium impedit crus Pellibus. Nigris pellibus*, inquit, *Zangis*. Gloſſæ Iſidori: *Zanga, pellis.* Gloſſæ MSS. *Zanga, oſſa*, i. ocrea. Vide *Hoſa*. Tzangæ autem ad medium crus uſque pertingebant, unde *Ocreas* vocant Scriptores Latini. Hiſt. Miſcella: *Ex rubris tantum ocreis agnoſcebatur.* Ubi Theophanes pag. 265. ἐκ τῶν ἐρυθρῶν τζαγγίων ἐγνωρίζετο. Will. Tyrius lib. 15. cap. 23. de Manuele Comneno: *Ocreis, ut mos eſt in illo imperio, inſignitus purpureis, ab univerſis legionibus certatim Auguſtus eſt appellatus.* *Caligæ* dicuntur Luithprando lib. 5. cap. 9. & Alberico, ubi de Balduino Imperatore CP. *Caligis rubeis ſecundum morem indutus.* *Cothurni*, Corippo lib. 2. *Huëſes, ſeu oſſa*, Willharduino n. 116.

Tzangas porrò purpureas, proprias fuiſſe Imperatorum Conſtantinopolitanorum, docent paſſim ſcriptores Byzantini: nam ut ait Corippus,

Auguſtis ſolis hoc cultu competit uti.

Ita Baſilius in Parænesi c. 63. Theophylactus Bulgar. de Inſtitut. Regia cap. 17. & alii quos laudat Meurſius.

Sed & Lazis Regibus τζαγγία ῥουσᾶτα... adſcribit Chronicon Alexandrinum pag. 768. ... Scilitzes: & Bulgaricis Principibus Nicetas in Iſaacio lib. 1. n. 5. Gothicis Regibus, Gregorius M. lib. 2. Dialog. cap. 14. Imperatoribus Occidentalibus, Panegyricus Berengarii Imp.

Cum Princeps nitidus Tyrio procedit in oſtro,
Tegmina veſtitus crurum rutilante metallo;
Quale decus terra ſoliti geſtare magiſtri.

Aliis promiſcuè Albertus Aquenſis lib. 9. cap. 8. *Caput verò Gerbodonis, & ejus crura pretioſo oſtro calceata & induta amputantes, defenſoribus urbis oſtenderunt.* Vide *Calcar*.

De vocis etymo, cenſet Salmaſius, cujus ſententiam amplecti videtur Jacobus Gotofredus, ab ἄγχω, quod eſt *conſtringo*, & ἀγχ, vinculum quo quid conſtringitur, deductam, unde factum ζάγχα, pro διάγχα, ut *Zabolus*, pro *Diabolus*, *Zeta*, pro *diæta*, & ſimilia apud Latinos. Verum τζ apud Græcos recentiores pro δι uſurpatum vix reperire eſt; imò ſemper ab iis præpoſitum literæ ſ. inflexione Italica, quod monent Euſtathius ad Dionyſii Perieg. p. 100. edit. Henric. Stephani, ſatque probant verba allata à Meurſio incipientia à τζ. Proinde neſcio an non potiùs à Gallico *Sangle*, id eſt *Cingulum*, deduci debeat, tametſi conjecturam hanc omnino proprobabili, nedum pro vera nolim præſtare. Vide Cujacium lib. 21. Obſer. cap. 28. Leunclavium in Pand. Turc. n. 199. Fabrotum in Notis ad Anaſtaſii Hiſtoriam Eccl. p. 95. Meurſium in Gloſſ. Jacob. Gotofredum ad d. tit. Cod. Theodoſ. &c.

V.

V LITERA numeralis, quæ 5. deſignat. Unde verſus:

V. verò quinque dabit tibi, ſi rectè numerabis.

Seu ut habet Ugutio:

V. quoque peſſundans, non plus quam quinque redundans.

Eidem literæ ſi recta linea ſuperaddatur, quinque millia ſignificat.

V. inquit Notkerus Balbulus, Opuſc. *Quid ſingulæ literæ ſignificent, in ſuperſcriptione Cantilenæ; Licet amiſſa in ſua, veluti valde V in Græca, vel Hebræa, velificat.* Vide A.

V, Literam, ut F. Germanos efferre, obſervat Ægidius Schudus in Deſcriptione Rhetiæ cap. 36. exemplíſque aliquot probat v. cl. Stephanus Baluzius in Notis ad Agobardi librum de Judaicis ſuperſtitionib. adeo ut *Valradus*, *Vulda*, & ſimilia promiſcuè ſcribantur, pro *Fulradus*, & *Fulda*.

VACANTES, dicuntur Supernumerarii Magiſtratus, qui Codicillos magiſtratuum, annonas prætetea & ſalaria dignitatis obtinebant à Principe, licèt nullam functionem agerent. Ita *vacantes Tribunos* non ſemel habet Ammianus, ubi conſulendus Henricus Valeſius pag. 68. ut & Caſaubonus ad Lampridium, & Jacobus Gotofredus ad l. ult. Cod. Th. de Agentib. in reb.

Vacans Eccleſia, Σχολάζουσα, dicitur, quoties viduata eſt, vel titulus à nullo poſſidetur. Epiſcopus verò, vel Clericus σχολάζων nuncupatur, qui ab hoſtibus, paganis, vel hæreticis ſede vel titulo pulſus eſt.

Vacantes terræ, Deſertæ, incultæ, in l. 3. Cod. Th. de Veteranis, quæ in l. 8. eod. tit. *Vagantes*, quomodo noſtri eadem notione *Terres vaines & vagues*. Vide *Vagantes*.

Vacans mulier, Vidua, Marciano JC.

VACANTIA, *Otium*, σχολὴ, in Gloſſ. Gr. Lat.

Vacantia Imperialis. Acta S. Theodori Ducis Mart. n. 2. *Tunc nuntiatum eſt ei de quodam doctore Dei viro, nomine Theodoro, qui factus erat Judicator Imperialis vacantiæ.* Ubi Metaphraſtes, *Defenſorem Regium* habet.

VACANTANEUS, Improviſus, incautus. Iſid. Pac. in Chr. æra 782. *Sed Maroan unus ex Arabas Palatium adiens, periturum, & propria bella in diverſa diſtractum, vacantaneum per tyrannidem ferociter appetens bellum.*

VACANTIVUS, Otiator, ἀπρακτος, qui vacat. Suidas: Σχολαστικὸς, σχολαστὴς, μὴ συνεχόμενον τῷ πράγματι αὐτοῦ. Ita vocem hanc uſurpat Syneſius Epiſt. 67. ad Theop. ubi de Epiſcopis, qui vagi & errabundi ſedes ſuas delerebant, otio indulgentes. Lampridius in Severo: *Jurejurando deinde conſtrinxit, ne quem adſcriptum, id eſt vacantivum haberet, ne annonis Rempublicam gravaret.* Ubi Caſaubonus legit, *ne quem adſcriptitium, id eſt vacantem haberet.* Vide *Vacans. Vacivus.*

VACATIO. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 71. *In hoc alodo accipient Monachi de Domina 9. denarios & unum dimidium de ſervitio. Reddent autem prædicti monachi 7. denarios de vacatione.*

VACATIUM. Vide *Vaccagium*.

VACATURA, Beneficium Eccleſiaſticum nondum vacans, ſed *vacaturum*, ad quod Summus Pontifex, vel Prælati ipſi ſeu Epiſcopi Clericum aliquem promovebant: quæ quidem *proviſionis* ſpecies interdicta variis Conciliis, ac præſertim Tridentino ſeſſ. 24. c. 19. Joann. Brompton de Ludovico VII. Rege Franciæ: *Domantem Clericus quidam privilegium Papale ei attuliſſet, quod in omni Cathedrali Eccleſia regni ſui primam vacaturam haberet, cum fructibus medio tempore provenientibus, ille ſtatim litteras combuſſit, dicens ſe malle tales litteras comburere, quam animam ſuam in inferno torqueri.* Jacobus Stephaneſchus lib. 3. de Vita S. Cæleſtini V. PP. cap. 11. de ejus ineptis promotionibus:

O quàm multiplices indocta potentia formas
Edidit! indulgens, donans, facienſque receſſit,
Atque vacaturas concedens, atque vacantes,
Aſſumens precibus nonnullum ad culmina ſedum
Pontificum, variſque gradus, abſente ſenatu, &c.

Vide Hiſtoriam S. Mariæ Sueſſion. pag. 443. & Hiſtoriam Academiæ Pariſienſis to. 3. pag. 582.

VACCÆ, olim in aliquot regionibus ac provinciis, præcipuæ fuerunt hominum facultates, adeo ut & mulctæ judiciorum in vaccis exſolverentur, ut colligitur ex Leg. Malcolmi II. Reg. Scot. c. 8. Stat. Will. Reg. Scot. c. 5. 6. Leg. Foreſtar. Scot. c. 3. ex Reg. Majeſt. lib. 3. cap. 19. ex Quoniam Attachiam. cap. 72. 73. &c. Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 1. 15. &c. atque eæ denique vice pecuniæ in commercus darentur. Tabulæ fundationis Monaſterii S. Severini in Vaſconia: *Qua de cauſa eum locum ab illis cum omnibus ad ſe pertinentibus, dando ibis trecentos ſolidos duodenarios argenti quadraginta quinque vaccas, cum multis rebus aliis.* Scribit Jacobus Waræus in Antiquit. Hibern. c. 12. ex veteri Poëta Gallico ſub Ricardo II. equum generoſiſſimum emptum vaccis 400. Huc ſpectant iſta Columellæ in Præfat. lib. 6. *In ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eademque quæſtuoſiſſima: propter quod nomina quoque & pecunia & peculii tracta videntur a pecore: quoniam id ſolum veteres poſſederunt, & adhuc apud quaſdam gentes unum hoc uſurpatur divitiarum genus*, &c. Vide Reginonem an. 874. Monaſticum Anglic. to 3. pag. 205. Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 1. cap. 12. n. 10. 11. lib. 3. c. 8. n. 1. cap. 11. n. 5. in Probat. Adde præterea quæ habent Agellius lib. 11. c. 1. lib. 33. c. 1. Plinius lib. 18. c. 3. Tacitus de Morib. German. &c.

Vacca mulſa, id eſt lactans, in Lege Bajwar. cap. 1. §. 6.

Vacca jugo domita, vacca junctoria, quæ ad aratrum jungitur, in Leg. Longob. lib. 2. tit. 21. §. 6. 7.

Vacca alba. Joannes de Deo in Pœnitentiario lib. 5. c. 10. de Pœnitentia Archidiaconi: *Secundo quia volunt habere pecuniam, vel vaccam albam pro inveſtituris Eccleſiarum vel beneficiorum*, &c. quia rara.

VACCAGIUM, Tributum ex vaccis. Tabularium S. Trinitat. Vindocinenſis: *In curte S. Dionyſii — perdonat Comes vaccagium totum.* Sammarthani in Abbat. O. SS. Andegav. ediderunt *vacatium*. In Charta Henrici III. Regis Angliæ pro Monaſterio S. Salvatoris in Hibernia, in Monaſtico Anglic. to. 2. pag. 1032. mentio fit *vaccarum ſolutionis, quæ dari ſolent pro Capitulis Utlagorum.*

VACCARIA, Ager vel prædium vaccarum numero alendo idoneum. Charta Joannis Regis Angl. to. 3. pag. 35. *Conceſſimus etiam eis quod habeant ibidem vaccariam 40. vaccarum, cum paſtura earum in foreſtailla, & cum ſecta earundem ad duos annos: ita quod in fine ſingulorum duorum annorum amoveatur de foreſta noſtra ſecta earundem 40. vaccarum de duobus annis.* Monaſticum Anglican.

glican. to. 2. pag. 165. *Et de boſco meo, ſive arborum ſuccisione, ſufficientem materiam ad faciendas domos, & faldas duarum vaccariarum, quot opus habuerint, & virgas ſufficientes ad domos faciendas in eiſdem vaccariis, quantum neceſſe fuerit.*

Vaccaritia, eadem notione. Lex Alamann. tit. 75. *Si quis in vaccaritia legitima ubi ſunt 12. vaccæ vel amplius, tantum ex ea involaverit vel occiderit*, &c. Charta Caroli C. an. 37. pro Monaſterio S. Bertini Audomarenſ. in Tabul. ejuſdem Eccleſiæ: *Ad portam autem, ante fores Eccleſiæ, vaccaritiam cum hortulo. Vaccaritiæ dominicales*, in Charta ejuſdem Caroli C. apud Malbrancum lib. 6. de Morinis cap. 29. Occurrit præterea in Capitulari de Villis c. 23.

Vaccharia, in eodem Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 74.

Vacceria. Charta Philippi Regis Franc. & Roberti Comitis Flandriæ an. 1080. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 57. 58. *In eodem territorio apud Alfringhem 7. manſa terræ continentia 100. vaccas*. Et infra: *Apud Ferlingehem dimidiam vacceriam 16. vaccarum.*

Vacheria, in Fleta lib. 2. cap. 41. §. 13. *Inquiratur ſi aliqua vacheria, porcheria, vel alia domus, vel clauſum aliquod conſtruatur infra metas foreſtæ, & per quem & quando, & quantum per æſtimationem paſtura Regis favorata fuerit aut deteriorata per animalia quæ exeunt à domibus illis.* Vide *Wallesheria*.

Vachivia, idem videtur quod *Vaccaria*, in eodem Monaſtico Anglican. to. 3. pag. 15. *Item dedit eis unam quarrucatam terræ, — & unam vachiviam de 40. vaccis cum ſecta earum per tres annos, & paſturam ad 500. oves cum ſecta earum per 3. annos*, &c. Mox: *Et quod liceat fratribus loca eligere cum vachiviam mutare voluerit per totam foreſtam, & fœna colligere in foreſta, ad paſturam ovium & vaccarum.*

VACCARIUS, qui *Vaccarum* curam habet in prædiis ruſticis: Gall. *Vacher*. Hujus officium deſcribitur in Fleta lib. 2. cap. 2.

Vaccarios præterea quidam ſectarii ac factioſi ſeſe appellarunt ſub an. 1320. de quibus ita Chronicon MS. Monſpelienſe vernaculum. *Item aquel an meteis ſe mogron autra manieira de gens que ſe appellavon Vaquiers, e volian paſſar & auſſian e caſſavon los meſels.*

VACCATO. Fragment. Petronii: *Scilicet jam ſtrigæ puerum involaverant, & ſuppoſuerant ſtramentitium vaccatonem.*

VACHIVIA. Vide *Vaccaria*.

VACIA. Ignotus Caſinenſis in Hiſt. Longob. cap. 10. *De B. Benedicti cœnobio abſtulit — vacias duas perſantes libras 30. & fundatos duplices 7.* Idem fortè quod *Vanca*. Vide *Banca*.

VACILLUM. Vide *Vas*.

VACIVUS, Otioſus. Regula Magiſtri cap. 18. *Et ſi alii fratres ſequeſtrantur in alio laboris opere, tales ſequeſtrentur, qui Dei plus poſſint præſentiam timere, præoccupato in coquina Præpoſito, cum negligentiore remanente vacivo Præpoſito; ut & vicibus honorem impleant emendandi, & vicibus humilitatem exerceant ſerviendi.* Aliàs Plauto, & aliis, *vacivus* eſt *vacuus*. In Gloſſis verò Lat. Gr. *Vacivus*, exponitur εὔχωρος, i. opportunus, *tempeſtivus*. Vide *Vacantivus*.

VACO. Charta Occitanica an. 1298. in Regeſto Philippi Pulchri Regis an. 1299. n. 13. ex Tabulario Regio: *Item ſtagium dictæ domus contiguum, vaconem ſeu inſulam quæ eſt juxta domum prædictam, quater viginti & quindecim jornalia terrarum cultarum, tam intra inſulam de Barta, quàm in parochiis de Vaſſaria & de Caſtellione.*

VACTROPERITI. Vide *Bactroperata*.

VACUARIUM, in Notis Tyronis p. 198.

VACUEFACERE, Vacuare, κενῶ. Utitur Macrobius Saturn. lib. 1. c. 2. lib. 7. c. 12.

VACUUS, Irritus, inanis. Charta Chlotarii Regis in Conciliis Gallicanis Sirmondi: *Quæ* (licentia) *ſi quolibet ordine impetrata fuerit, vel obtenta, à judicibus repudiata habeatur & vacua.* Collectio Canon. Martini Bracarenſis c. 33. *Ordinatio ejus vacua deputetur.* Teſtamentum Hadoindi Epiſcopi Ceneman. *Et ſi aliquis exinde Epiſtolam quaſi à nobis factam protulerit, vacua & inanis permaneat.* Marculfus lib. 2. form. 17. *In reliquo verò qualeſcunque à quocunque Epiſtola de noſtro nomine, manu noſtra firmata oſtenſa fuerint, — vacuæ permaneant.* Formulæ ſecundùm Legem Roman. form. 1. *Et ſi fuerit ulla qualibet perſona, quæ præter iſtum alterum inſtrumentum exinde præſentaverit, aut anterius aut poſterius, quod nos nec fecimus nec facere rogavimus, nullum ſortiatur effectum, niſi vacuum & inane permaneat.* Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 17. §. 4. *Et ſi aliter fecerit, ſit ipſa venditio vacua.* Sic Latinis etiam priſcis. *Vacui faſces*, apud Calpurnium Eclog. 1. caſſi, ac nullius poteſtatis, cujuſmodi ſunt Conſulis codicillaris:

Jam nec adumbrati faciem mercatus honoris
Nec vacuos tacitus faſces, & inane tribunal
Conſulis accipies.

Obſervationes vacuæ, inanes, apud Apuleium lib. 9. *Vacuus labor*, &c.

Vacuæ terræ. Vetus Conſuetudo Normanniæ cap. 8. *Toutes terres cultivées ſont en deffens, dequoy beſtes peuvent legierement tollir les fruits. Uvides terres ſont en deffens depuis la my Mays juſques à la ſainte Croix en Septembre. En autre temps elle ſont communes, ſe elles ne ſont cloſes ou defendues d'ancienneté, ſi comme de haies ou telles choſes.*

Vacuare, Inane, irritum, & *vacuum* efficere. Gloſſ. Gr. Lat. MS. ἀκυρωσία, *abrogatio, evacuatio, irritum.* Perperam in edito, *arrogatio*. Facundus Hermianenſis lib. 1. cap. 1. *Nam ſi legibus veſtris bene atque utiliter cenſuiſtis, ut quæcunque veſtra reſcripta, contra ipſas quas promulgaſtis leges, in quibus vobis deſervitur, & quas vobis infringere licet, per ſubreptionem fuerint elicita, vacuentur*, &c. Regeſtum Joannis XXII. PP. in Secret. an. 18. fol. 208. *Nec non diſſolvendi, vacuandi, annullandi ac irritandi quaſvis colligationes — facultatem concedimus. Viribus vacuari*, irritum haberi, in l. 8. Cod. Th. de Suariis. Vide Conſtit. Gener. Chlot. Regis c. 9.

Evacuare, idem quod *Vacuare*, Vacuum & inane reddere. Gloſſ. Gr. Lat. ἀκυρωσία, *abrogatio, evacuatio, irritum.* Lupus Ferrar. Epiſt. 71. *Sed poſtea ad perſuaſionem eorum, qui cum Dei offenſione non timent diteſcere, evacuata duplici eleemoſyna, votum ſecularium de memorata cella implere coacti eſtis.* Baldricus Noviom. lib. 3. c. 3. *Non ſolùm evacuavit promiſſum*, &c. Joannes Sariſber. lib. 1. Policrat. c. 2. *Parricidii ſiquidem ſpecies eſt, impugnare jura naturæ, & ſacrilegii inſtar, parentis leges evacuare, & matri omnium honorem debitum non referre.* Apud Littletonem ſect. 64. *C'eſt eſchange eſt voide, por ceo que les eſtates ne ſont mie egales.* Utuntur præterea l. 8. Cod. Th. de Suar. pecuar. l. 3. de Immunit. nemini conced. S. Ambroſius in Apolog. David. & in Lucam, S. Auguſtinus de Cura pro mortuis, Facundus Hermianenſis lib. 2. c. 1. Concil. Regenſe cap. 3. &c. Vide Append. ad Capitul. n. 104.

Evacuatoria, Apocha, qua creditor, amiſſa cautione, profitetur ſibi ſolutam fuiſſe pecuniam: cautione enim reddita, apocha non datur, cum redditio chirographi ad ſolutionem probandam ſufficiat. Id indicant Formulæ quibus pro lemmate eſt, *Evacuatoria*, apud Marculfum lib. 2. form. 25. & Formulæ veter. apud Bignon. pag. 253. & 372. 1. edit. Formula autem *Evacuatoria* habetur in l. 47. D. de Pactis: *Si quod inſtrumentum apud me remanſit, vanum & pro cancellato habebitur. Evacuata obligatio*, ſublata dicitur in l. 4. fin. C. de Solut. S. Auguſtinus de Cura pro mortuis: *Ubi eſſet recautum, quo illa cautio vacuata fuerit, indicavit.*

Evacuarium, idem quod *Evacuatoria*. Marculfus lib. 2. form. 27. *Et quomodo ſolidos veſtros reddere potuero, meam cautionem abſque ullo evacuario intercedente recipiamus.* Vide *Vacuarium*.

VADA, Itinera, vectigalia, etiam fluviorum, in Jure Hungarico. Sambucus.

VADACULUM, Toloſæ, *le Vadacle*. Will. de Podio-Laurentii cap. 17. de Toloſanis: *Ex improviſo — verſus pontes Garumnæ vexilla dirigunt tranſeuntes, & vadantes ſubtus vadaculum, ad exercitum apud Vaurum properarunt.* Adde caput 30.

VADERE. *Qui mentiendo vadunt*, in Capitul. 1. an. 810. cap. 1. lib. 3. Capitul. c. 59. & in Addit. 2. Lud. c. 14. Phraſis Gallica, *qui vont mentant*.

VADIUM, *Wadium*, *Guadium*, *Guadia*, &c. Vadimonium, pignus, fidejuſſio. Ebrardus in Græciſmo c. 19.

Vado viam, Vado quadrupedem, Vadio, Vadium do:
Pro conſorte Vador: ſonat hoc quod ſum fidejuſſor.

Chronicon Lauriſhamenſe: *Ornatum quoque Eccleſiaſticum, quem Vuntherus ambitu ſimoniæ expilaverat, & in vadio expoſuerat, plurima ex parte recuperavit.* Alibi: *Tres libros auro & argento gemmiſque pretioſis exornatos, crucem quoque auream in vadio exponenda conceſſit.* Glanvilla lib. 10. cap. 6. & Regiam Majeſtatem lib. 3. cap. 2. *Creditur, quandoque ex mutuo res aliqua ſub vadii poſitione, quod cum fit, quandoque res mobiles, ut catalla ponuntur in vadium. Quandoque res immobiles, ut terræ & tenementa, & redditus, ſive in denariis ſive in aliis rebus exiſtentes.*

Wadium. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 80. *Facio autem hoc donum pro ſalute mea, & pro wadio quem ad finem daturus ſum, ut quacumque morte præoccupatus fuero, deinceps de hac vita ſine wadio & confeſſione non exeam.* Id eſt non facta eleemoſyna.

Wadius, Fidejuſſor, ſponſor, vas. Capitula ad Legem Salicam c. 1. §. 8. *Liber qui ſe loco wadii in alterius poteſtatem commiſerit*, &c. Lex Alaman. tit. 3. *Roget ſibi eum reddere, & donet legitimum wadium, ut illam culpam illi ſervo conceſſam habeat.* Ita in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 6. §. 3. tit. 10. §. 3. &c. Ubi quandoque idem videtur quod *Vadium*. Capitula Caroli M. lib. 3. c. 29. *Liber qui ſe loco vadii in alterius poteſtate commiſerit.* Cap. 65. *Semetipſum in medio pro ſervo dare ſtudeat.* Annales Francor. an. 777. *Saxones reddiderunt per Wadium, & ſpoponderunt ſe eſſe Chriſtianos*, &c. Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 24. *Scilicet quod debitum wadii nequaquam debitori relaxare ſolitus erat, omnino falſum eſt*, &c.

Wadia, Fidejuſſor. Lex Longob. lib. 2. tit. 21. §. 9. *Si quis alii wadiam & fidejuſſorem de ſacramento dederit*, &c. Adde §. 10. 12. 14. 15. &c. tit. 30. 33. 34. 50. 55. lib. 2. tit. 30. §. 1. lib. 3. tit. 3. §. 10.

Guadius, *Guadium*. Herardus Turonenſis Archiep. in Capitul. c. 42. *Non conſtringantur per guadios vel ſacramenta.* Vetus Notitia apud Beſlium pag. 224. *Unde judicatum eſt à domno Comite, & ab omnibus ſuis circumſtantibus, quod prædictus Launus eundem alodem ſecundum legem & judicium per guadium ſuum eidem Iſarno re[d]did[iſ]ſet, quare eum inquietaverat, cum lege & fide facta.* Charta Heccardi Comitis Auguſtodunenſis in Tabulario Prioratus Perſiaci in Burgundia apud Perardum: *Ut ſicut per inſtrumenta Kartarum vobis tradidi, & per quadium & andelagum, ſeu per iſtos breves commemoratum habeo.* In alia apud eundem, habetur, *ſeu per guadium & andelagum.* Proinde emendanda formula 183. apud Lindenbrog. *per meos wadros aut andelangos*: Legendum enim *wadios*.

Vadium dare juri ſtandi, vel *rectum* faciendi, quod *Vadium recti* vocant Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 52. *Per judicium recti vadimonium dare*, ibidem. Charta Alamannica 90. apud Goldaſtum: *Poſt hoc teſtimonium dedit Odathartus wadium Folcreho Miſſo, ut eſſet paratus in præſentia Domini Imperatoris in placito generali juſtitiam faciendi.* Tabularium Vindocinenſe fol. 117. *Comes Burchardus puer honorem Vindocinenſem ol[im] ... ens, ætatis puer, ſenili maturitate, ipſe faciens emendationem, vadimonium rectitudinis tradidit*, an. 1077.

Dare vadium in miſericordia pecuniæ ſuæ, hoc eſt, ni fallor, ita ut in arbitrio ſit domini vadium reddere. Charta Henrici I. Regis Angliæ apud Ricardum Halgult Iadenſem: *Et ſi quis baronum meorum forisfecerit, non dabit vadium in miſericordia pecuniæ ſuæ, ſicut faciebat tempore patris mei vel fratris, ſed ſecundum forisfacti modum ita emendabit*, &c.

Vadium mortuum, eſt Hypotheca creditori ſic oppignerata, ut fructus quos durante tempore oppignerationis producit, omnes fiant creditoris, idque ſine computo inde debitori faciendo. Ita Cowellus lib. 2. Inſtit. tit. 4. § 1. Regiam Majeſtat. lib. 3. cap. 2. §. 5. *Item invadiatur res quandoque in mortuo vadio, quandoque non: dicitur autem mortuum vadium, illud cujus fructus, vel redditus percepti interim, in nullo ſe acquietent.* Quæ quidem vadii mortui ſpecies pro uſuraria ſemper habita eſt. Ibidem lib. 3. cap. 5. & Glanvilla lib. 10. cap. 8. *Cum verò res immobilis ponitur in vadium, ita quod inde facta fuerit ſeiſina ipſi creditori, & ad terminum, aut ita convenit inter creditorem & debitorem, quod exitus & redditus interim ſe acquietent, aut ſic quod in nullo ſe acquietent. Prima conventio juſta eſt & tenet, ſecunda injuſta eſt & inhoneſta quæ dicitur Mortuum vadium, ſed per curiam domini Regis non prohibetur fieri, & tamen reputat eam pro ſpecie uſuræ. Unde ſi quis in tali vadio deceſſerit, & poſt mortem ejus hoc fuerit probatum, de rebus ejus non aliter diſponetur, quam de rebus uſurarii.* Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. 1. part. 2. ſect. cap. 8. *L'autre maniere d'uſure ſi eſt en morgage. Morgage eſt dit, quant cil qui tient la choſe en gage, en a les fruis & les iſſues, & ne contrevient en la dete. Si comme aucun baille à un autre ſa terre en gage pour 20. livres, quant cil qui tient la choſe reçoit les iſſues par deſſus ſon chatel, tout eſt tenu à uſure.* Alibi: *Mortgage eſt qui de rienne ſera aquitté, ſi comme quant aucune terre eſt baillée en gage pour cent ſols, par tel convenant, que quant cil qui l'engagela voudra avoir, il rendra les cent ſols. L'en appelle vif gage, qui ſe aquitte des iſſues: ſi comme quant l'en baille in gage une terre pour cent ſols juſques à trois ans, qui doit eſtre rendue toute quitte en fin de terme: ou quant terme eſt baillie juſques à tant que les deniers qui ſont preſtez, ſoient traiz des iſſues de la terre.* Extat in libro Anglico *Juſtice of peace* pag 148. *Forma de morgagio feoffando per debitorem.*

Appellationis rationem eam eſſe putat Littleton ſect. 332. quod ejuſmodi *vadium* pereat & *moriatur* debitori, ſi condicta die ſummam pecuniæ, pro qua prædium impignoratum eſt, non exſolvatur: è contra creditori perinde pereat, ſi exſolvatur. Unde *vivum vadium* dici ait Edw. Cokus, *quod nunquam moritur ex aliqua parte, quod ex ſuis proventibus acquiratur.* Multa habet hoc loco Littleton, & ſectionib. ſeqq. de *mortuo vadio*.

Mortuum vadium practici etiam noſtrates vocant feudum ſeu prædium quod à parentibus datur liberis in maritagium, vel per teſtamentum, quo, ut & reditibus, ii fruantur, donec conſtituto tempore redimatur. Areſta Parlam. in oct. Nativ. B. M. an. 1259. fol. 95. *Balduinus D. Bellavallis dedit in maritagium filiæ ſuæ 800. libras, & pro ipſa pecunia tradidit ipſi centum libratas terræ de feodo Regis in mortuum gagium*, &c. Petrus de Fontaines in Conſilio: *Més ſe deniers furent donné en mariage, & la terre baillie à mort wage por les deniers après le mort à la fille, qui n'a point d'oir de ſon cors, demorra la terre por la moitié del nombre au mari, ou à ſon oir*, &c. Hujuſmodi *mortui vadii* mentio eſt præterea in aliquot Conſuetudinibus municipalibus, Inſulenſi nempe art. 27. & aliis locis, & Arteſienſi tit. 39. apud Butilerium in Summa rurali, &c.

Gagium-Plegium. In Conſuetudine Normanniæ art. 28. 108. 186. & ſeqq. & 336. *Gageplege*.

Vadium plicare. Le Roman de Garin MS.

Devant le Roi ſont li gages ploié,
Des deux Barons qui ne ſont gueres chier.

Vadium ad remanens, Concilium apud Clarendonam an. 1163. c. 4. *Excommunicato non debent dare vadium ad remanens, nec præſtare juramentum, ſed tantùm vadium & plegium ſtandi judicio Eccleſiæ, ut abſolvantur.* Ita apud Bromptonum, ubi Matth. Paris habet *ad remanentiam*.

Vadia, Stipendia, noſtris *Gages*. Bromptonus in Ricardo I. *Et dedit unicuique eorum*, (Militum) *vadia ſua & liberationem ab illo die uſque ad proximum Paſcha ſequens.*

Guadia, Ugutio, & Joan. de Janua: *Guadia, debita conſtitutio.* Notitia Judicati in Tabulario Caſaurienſi: *Ipſe Majo per inquiſitionem, & per idoneos homines guadiam dedit ad probandum.* Chronicon Farfenſe pag. 653. *Tunc ab omnibus decretum eſt ut idem Pando guadiam cum ſuis ad partem Palatii daret, & componeret juxta edicti paginam de ipſo Judicato incenſo.* Infra: *Et guadiam de compoſitione juxta legem dare fecerunt.*

Wadiare, Guadiare, guadium conſtituere, vel guadia firmare, Ugutioni. Gloſſ. Lat. Gall. *Guadiare, Gager, fermer.* Leges Alvredi Regis Weſt-Sax. c. 1. *Si quis autem vadiet quod fieri juſtum ſit, & tranſgrediatur*, &c. Chronicon Farfenſe pag. 666. *Si autem aliqua querimonia adverſus hujus Monaſterii rectores inſurrexerit de jamdictis rebus, — noſtraque acclamaverint clementia præſentiam, Comes noſter & Miſſi noſtri diſcurrentes, ſeu Miniſtri Reipublicæ, faciant ambas partes in noſtram audientiam guadiare.* Vetus Notitia apud Beſlium in Epiſcopis Pictavenſib. *Poſtea verò Presbyteri guadiaverunt, quod injuſtè ita ſanè fecerant, & illorum extitit fidejuſſor Launo Abbas.* Alia Notitia Judicati apud Galandum de Franco alodio pag. 296. *Guadiavit ergo Hendo Comiti per judicamentum curiæ ejus forisfactum invaſionis & injuſtitiæ ſuæ: & cum deinde judices, quid in guadio contineretur, Hendo interrogaret, reſponderunt judices, Quantum Comiti placeret.* Concilium Inſulanum an. 1234. c. 9. *Quicumque auctoritate vel temeritate propria Eccleſias, vel Eccleſiaſticas præbendas pignoraverit, vel gadiaverit*, &c.

Gagiare. Tabularium Monaſterii Deiparæ Sanctonenſis fol. 23. *Nobis baculo in Cartula pendente gathgiavit.* Charta Mauritii *d'Arablay*, in Tabulario Vindocinenſi fol. 201. *Et recognovit quod in præfato burgo, & talliata nihil habebat, & quod injuſte calumniatus fuerat, & inde guagiavit rectum cum cornu Cappæ ſuæ Domino Roberto Abbati.* Stero in Chron. an. 1251. de Frederico II. Imp. *Veneno extinctus ſepultus eſt — tam occulte, quòd multi per annos 40. vadiabant eum vivere.*

Wadiare in Prætorio, — *wadium ſuum in judicio comprobare*, in Lege Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 43. Capitula Ludovici Pii an. 826. edita à Labeo in Conciliorum editione c. 6. *Si fortè quiſpiam aliquem mallaverit, & ille qui mallatus fuerit, dixerit eum ſervum ſuum eſſe, — jubemus ut præſentialiter inter ſe wadient, ut ad primum, vel ſecundum, vel tertium placitum cauſam ipſam definiat.*

Invadiare, Pignori ponere, *Engager*. Leges Edw. Reg. Angl. cap. 35. de armis: *Non debent illa invadiare, nec extra regnum vendere*, &c. Burkhardus de Caſib. S. Galli cap. 11. *Calicem aureum — invadiavit*, &c. Occurrit paſſim.

Vadium in duello, ſeu monomachia, appellabant rem quamvis, quæ vice pignoris ab eo qui provocabat, in medium projiciebatur coram judice: quo quidem facto verum ſe dicere, vel ab objecto crimine non modò ſe innocuum eſſe, ſed id etiam duello adverſus quemlibet probaturum profitebatur. Tum enim accuſator, aut quivis alius, pignus à terra tollebat, eoque ipſo duellum amplectebatur. Skenæus ad Regiam Majeſtat. lib. 3. c. 23. *Vadiatur duellum, cum actor ſive appellans, querelam ſuam proponit, eamque duello per ſe vel per ſuum campionem ſe probaturum offert. Et reus ſive appellatus affirmat contrarium eſſe verum, & ſe vel ſuum campionem, in ſui ſuaque cauſa defenſionem ad duellandum offert. Hinc inde dantur vadia: ab actore vadium diſrationandi: à reo vadium defendendi, quod in hoc regno fit, cum duelliones hinc inde chirothecas offerunt.* Vetus Charta: *Sed quia ipſe erat debilis corpore, — quidam nepos ejus nomine Guitcelinum dedit vadimonium duelli judicio curiæ pro eo, & venerunt in campum ad faciendum duellum*, &c. Philippus de Bellomanerio cap. 61. *De tos cas de crieme on pot apeler ou venir a gages, ſi li accuſeres en veut fere accuſation, ſelonc ce que apiax ſe doit fere; car il convient que cix qui eſt apelés ſe deffende.* Qui porrò vadium tollebat, dicebatur illud *operire*. Harduinus *de la Jaille* in Tractatu MS. *du Champ de bataille*: *Et ſi aucun des parties ſe partoit aprés jugement aſſis, gage jetté & couvert, ſans la licence ou bonne ſeureté, icelui partant doit eſtre tenu & prononcé pour convaincu.* Vide *Duellum*.

Vadiare bellum, ſeu duellum. Bromptonus: *Alii verò dixerunt, quod Comes nec Baro, nec aliquis Regi ſubditus bellum contra Regem in appellatione ſua de lege poteſt vadiare, ſed in toto ponere ſe in miſericordia ſua, & emendas ſibi offerre competentes.*

Judicium ferri vel aquæ vadiare, in Legibus Adelſtani Regis c. 30. id eſt purgationem criminis ſibi impoſiti per hæcce *judicia* offerre.

Legem vadiare. Vide *Lex*.

Vadiare de ſervitio dicebantur vaſſalli, cùm notum faciebant domino ſe ſe ab ejus homagio receſſuros, niſi eorum *Pari* jus ſeu rectum faceret. Ita paſſim in Aſſiſiis Hieroſolym. MSS. cap. 205. 206. 207. ubi formula vadiandi ſervitium ſic deſcribitur: *Nous tous enſemble, & chaſcun par ſoi vous gajons* (vel *gageons*) *dou ſervice que nous vous devons, tant que vous aiez rendu à noſtre Perſon fié, ou nous dites raiſon pourquoi vous ne le devez faire.* Cap. 207. *Et tous les homes dou Roy requiſtrent au Roy que il s'en ſeffriſt de ce que il avoit vers lor Per congée, & que ſe il s'en ſoffroit, & menoit Meſſire Raoul par eſgart de ſa Court, que ils li guageroient tous enſemble, & chaſcun pour ſoi, dou ſervice que ils devoient, tant que il euſt fait lour requeſte.* Et cap. 14. *Sont les cas auſquels on peut gager de ſervice le Seigneur, ou le conjurer de ſa foi.* Vide capp. ſeqq.

Diſvadiare. Rem oppigneratam redimere, *Deſgager*. Chronologia Auguſtinenſis Cantorberienſis: *Carta de terra quam Abbas Hugo diſvadiavit de Wiberto de Thantio.* Charta Richardi de Porcomortuo in Hiſt. Abbat. S. Cathar. Rothom. *Quouſque pecunia noſtra de qua omnes illas res debent diſvadiari, ab uxore ejus & filio nobis reddatur.*

Diſvadiare, Pignori capere, vel pignus auferre & retinere. Charta Reginaldi de Boſco in Hiſt. Abb. S. Audoeni Rotomag. pag. 436. *Neque nos poſſumus vel debemus in prædicta foreſta aliquem diſvadiare propter aliquod forisfactum, nec capere propter aliquam manuum operationem quam in ea faciat.* Hac notione *deſgager*, uſurpant Conſuetudines S. Aniani art. 5. Stampenſis art. 154. Montargenſis cap. 4. art. 12. 13. cap. 18. art. 6. Camerac. tit. de Actionib. art. 4. 5. *Deſengager* in Conſuet. S. Severi tit. 14. art. 1.

Divadiare, eadem notione, Pignori capere, in pignus retinere. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 23. *Si quis blodwitam — & hujuſmodi forisfaciat, & inde veniat ſine divadiatione, vel calumnia, placitum domini ſui eſt.* Cap. 41. *Si quis autem, ubi forisfecerit, retentus vel divadiatus ſit, plenè componat.* Cap. 57. *Si inter eos homines diſceptetur in curiis ſuper accuſationibus, alternatim ſibi rectum faciant in cauſis ſuis, niſi quis retentus, vel divadiatus ſit, vel plegiatus pro culpa ſua*, &c. Cap. 80. *Aut divadietur aut retineatur ibi malefactor.* Adde cap. 41. & 94.

Vadiare, gagiare, eodem etiam ſignificatu, Pignus à debitore invito auferre, præſertim ex ſententia judicis. Charta Durandi Epiſcopi Cabilonenſis: *Ita tamen quod non poſſunt vadiare in clauſtro: ſed quando ille qui forefecit recedit à clauſtro, tunc poſſunt emendam levare, ſecundum quod forefecit.* Conſuetudines MSS. Solemniaci in

Arvernis: *Creditor qui habebit domum apud Solignac, poterit ibidem debitorem ſuum autoritate propria gagiare ratione debiti ibidem contracti.* Concilium Avenionenſe an. 1279. c. 1. *Occupare, detinere, pignorare, ſeu gadiare,* &c. Charta an. 1292. apud Perardum pag. 564. *Quod Præpoſitus Tornodori — non poteſt, vel non potevit gagiare, vel facere gagiari, nec juſtitiam exercere in villa S. Michaelis prædicta,* &c. Libertates Oppidi Montis-Regalis in Sebuſianis an. 1287. *Si Miles, vel quilibet extraneus debeat debitum alicui Burgenſi Montis-Regalis, Præpoſitus, vel alius de familia domini debet ire cum creditore, vel ſine creditore ſine aliqua contradictione, & ſine dono & mercede ad gagiandum debitorem, & eum gagiare.* Aſſiſiæ Hieroſol. cap. 113. de Sponſoribus: *Se ledit pleige dit que il n'a dequoi il lui puiſſe faire que pleiges, l'autre li doit dire, Fourniſſés en l'aſſiſe, & il la doit fournir enſi, que il doit jurer ſur ſains, que il, ne autre pour lui n'a dou ſien à convert, ne à deſcouvert dequoi il puiſſe faire que pleige, que la robe de ſon veſtir, & dras de ſon lit: & ſe pleige fit ledit ferment, il fournit l'aſſiſe, que l'autre ne peut, ne ne doit gager par l'aſſiſe la robe de ſon veſtir, ne de ſon lit, ſi convient il que il ſeuffre tant que il trove aucune choſe dou ſien que il puiſſe guager,* &c. Ita vocem *Gager* uſurpant Conſuetudines aliquot municipales, Senonenſis art. 129. Burbonenſis art. 134. Bayonenſis tit. 8. art. 11. tit. 26. art. 13. Melodunenſis art. 327. 328. Calvimontenſis art. 96. Victriacenſis art. 120. Bituric. tit. 10. art. 5. Altiſiodor. art. 171. &c. *Dégager*, eadem notione, Conſuetudines S. Aniani art. 5. Sellenſis art. 2. Feritatis Imbaldi art. 7. Tremblaienſis art. 7. & aliquot aliæ.

Pignerationem duplicem ſtatuunt Juriſconſulti, unam ſcilicet quæ fit invito debitore, quam *pignus coactivum* vocant; alteram quam debitor ipſe ſponte præſtat, *pignus conventionale* appellatam. Prior pigneratio fit utplurimum judicis auctoritate, quâ creditor domum debitoris ingreditur, inque rem ipſius, in debiti ſibi ſtatuta die exſolvendi ſecuritatem, involat & manus injicit, ni debitor die præterita debitum exſolvat, diſtrahendam & ſubhaſtandam. Idque ἐνεχυράζειν dicunt Græci, pignora capere invito debitore, ad diſcrimen ἐνεχυριάζειν, quod eſt pignus dare & tradere. Ἐνεχυράζειν τὴν οἰκίαν apud Demoſthenem contra Everg. domum debitoris vi, eoque invito, ingredi, & pignora auferre, quod vetatur in Deuteron. cap. 24. v. 10. 11. *Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum ejus, ut pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet pignus quod habuerit.* Ubi verſio 70. Interpret. οὐκ εἰσελεύσῃ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐνεχυράσαι τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ. Ejuſmodi verò pigneratio coacta, Pragmaticis Gallis,

Gageria dicitur, quæ fit ex vi contractus obligatorii, vel ſententiæ, aut areſti contra debitorem lati, cujus res mobiles in Regia manu ponuntur, & ſequeſtrantur. Charta Joannis Briennenſis an. 1200. in Tabul. Campaniæ Thuano pag. 270. *Et octingentas libras quas poſui in gageria quam à fratre meo accepi.* Alia Gaufredi D. Joinvillæ Seneſcalli Campan. an. 1190. pag. 71. *Si abſque ipſius licentia de prædictis terris amodo dividerent, vel in vadium ſumerent, emptionem ſuam & gageriam amittent.* Inſtitutiones Capituli Gener. Ciſtercienſ. diſt. 11. c. 3. *Gageria autem ulterius non accipiantur, exceptis feodis noſtris, ſecundum quod à jure eſt conceſſum,* &c. Eadem habent fermè Statuta antiqua Cartuſienſ. 2. part. c. 32. §. 29. Libertates Oppidi Jallerons in Sebuſianis an. 1283. *Item concedimus ut nullus teneatur accipere pignus, vel gageriam, à nobis, vel ab aliquo alio, niſi plus tertio valuerit, quàm illud pro quo offertur,* &c. Ita uſurpant veteres Chartæ apud Roverium in Reomao pag. 232. 233. 236. 240. quæ potiſſimum ſunt de prædiis in *gageriam* datis.

Vadare, Fidejubere pro alio, vel in vadem ſe dare. Gloſſæ Iſid. *Vadatur, promittit, pollicetur, fidedicit.* Flodoard. lib. 4. Hiſt. Remenſ. cap. 19. *Pro quo facinore vadatus in hac Synodo, centum libris argenti pacatur cum præfato Stephano Epiſcopo,* &c. Adde Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 65. lib. 2. cap. 1.

Revadiare, Rewadiare, Reguadiare, eadem qua priùs notione, *Vadium dare* pro re quavis. Chartæ Pareniales form. 6. *Sic ei in præſenti fuit judicatum, ut ipſum ſervitium ſancti illius, unde negligens aderat, ipſi Advocato ſancti illius rewadiare deberet, quod ita & fecit, & ſeipſum ad ſervitium ſancti illius ibi ſe in præſenti recredidit.* Vetus Charta apud Beſlium pag. 176. *Sic ad præſente ipſa falſitione per ipſa Charta rewadiaverunt, & in ſervitium S. Juniani de parte genitore eorum Allifredo ſe cognoverunt, & ad pedes ipſius Ramnulfo ſe poſtradiderunt, & wadios de omnibus ei dederunt, per quid ipſa falſitione præſentaverunt, vel per quod illo ſervitio contenderunt.* Placitum Caroli C. an. 22. in Tabul. S. Dionyſii: *Viſi fuimus judicaſſe ut memoratus Major nomine Autreneus inantea adietiſſet, & unuſquiſque de ſæpedictis ſervis ipſum ſervitium inferiorem, unde de legibus probatus habet, mallaſſet vel repetiſſet, & ipſum ſervitium emendaſſent, & revadiaſſent, ſicut & fecerunt.* Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 118. *Eo ſiquidem pacto ut Walterus pro admiſſis 20. libras argenteorum revadiaret.* Continuator Hiſtoriæ Epiſcoporum Virdunenſium n. 4. *Deinde ſummam pecuniæ ad diem denominatum Domno Epiſcopo revadiavit.* Vetus Notitia apud Perardum p. 149. *Tunc judicatum eſt à ſupradictis Scabineis, ut de ipſis caſnis quod mortificavit, legem faceret & rewadiaret, ſeu ſupradictam terram legaliter redderet, quod & fecit.* Chronicon Farfenſis Monaſterii: *Tunc ſupradicti Miſſi & judices eos regwadiare fecerunt, fidejuſſores utriuſque ſecundum legem ponentes. Heribannum rewadiare*, in Capitul. 1. an. 812. c. 2. 9. Capit. Caroli M. lib. 4. c. 70. *Ut vaſſi noſtri — qui anno præſente in hoſte non fuerunt, heribannum rewadient,* &c. Appendix 2. ejuſdem libri c. 8. *Ut omnia quæ wadiari debent, juxta quod in Lege continetur, pleniter ſecundum ipſam legem rewadiata fiant. Bannum rewadiare* lib. 5. cap. 43. & in Addit. 4. Lud. Imp. c. 70. in Capit. 1. an. 812. c. 3. 5. in Edicto Piſtenſi c. 21. in Capit. Caroli C. tit. 40. c. 1. apud Hincmarum Laudunenſem pag. 610. 612. &c. *Bannum wadiare* in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 43. Adde lib. 2. tit. 21. §. 29. & Addit. 2. Capitul. lib. 4. c. 8. *Debitum rewadiare*, in Edicto Piſt. c. 22. *Debitum wadiare*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 2. §. 11. *Rewadiare xenium*, apud Flodoardum lib. 3. Hiſt. Rem. pag. mihi 560.

Gagium, Pœna, mulcta pecuniaria. Charta an. 1256. in Regeſto Comitum Inculiſmenſium: *Remittendo & franchiſando nobis & dictæ villæ garenam ſuam, quam habebat in vinablio & territorio dictæ villæ, & gagia ſive pœnam quæ occaſione dictæ garenæ à venantibus in eadem conſueverat percipere & habere.* Conſuetudo Caſtri Bellaci in Charta Hugonis Marchiæ Comitis in eodem Regeſto: *Si quis bannum Comitis infregerit, debet reddere de gagio ſolidos 60.* Charta an. 1289. In Hiſt. Beneharn. pag. 311. *Cenſus noſtri ſunt aſſignati & Statuti ad Mortgatgia & pœnæ ſimiliter.* Alia Radulfi Iſſoldunenſis an. 1235. *Si verò ex prædicto paſcuario non fideliter ſoluto gagium contingeret evenire, totum gagium meum erit.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. pro Libertatibus Baſtidæ in Petrogoricis, ex Regeſto 47. Tabularii Regii n. 38. *Et niſi prædictæ obliæ nobis ſolutæ fuerint prædicto termino, quinque ſolidi nobis ſolventur pro gagio, & obliæ ſupradictæ.*

Gagiare, Mulctam ſolvere. *Emendam gagiare*, in Statuto Sancti Ludovici an. 1259. *Gager l'amende*, in Conſuetudine San-Paulana art. 32.

Diſgagiare, noſtris *Deſgager*, Mulctam impoſitam exſolvere, in Conſuet. Villænovæ *d'Arjançon* in Pict. an. 1233.

Gajare, Solvere. *Gajabit 5. ſolidos*, &c. paſſim in Tabul. S. Albini Andegav. *Gager & paier le rachape*, in Conſuetud. Lotharingiæ tit. 17. art. 1. 3. Turon. art. 144. Lodunenſi cap. 11. art. 6. cap. 14. art. 5. Ande-

gav. art. 115. 266. Conoman. art. 126. 284. &c.

Gadium, pro Teſtamento. Teſtamentum Guillelmi de Tortoſa filii Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1157. Oct. *Sic ultimum elogium meum compono, & gadium ſive teſtamentum meum nuncupativè facio*, &c.

Gadiare, in Gloſſ. MS. Reg. cod. 1701. *Res ſuas ante mortem diſponere*.

Gadiator. Executor teſtamentarius, qui res teſtatoris in *vadium* habet, ut de iis diſponat. Teſtamentum Raimundi Comitis Toloſani an. 1249. apud Catellum pag. 374. *Reſiduum vero de decem millibus marchis ſupradictis quod reſtat, diſtribuendum volumus arbitrio Commiſſariorum noſtrorum infraſcriptorum, qui Gadiatores, ſeu Spondarii vulgariter appellantur ad pias cauſas, ſicut ſaluti animæ noſtræ magis expedire videbunt*. Infra: *Commiſſarii autem, gadiatores, ſeu Spondarii noſtri iſti ſunt*, &c. Teſtamentum Roſtagni de Podio alto an. 1261. *Item volo quod Roſtagnus filius meus reſtituat & ſolvat de bonis meis omnia forefacta mea, arbitrio & cognitione gadiatorum meorum*, &c. *Gadiatores ſeu Executores teſtamenti*, in Concilio Avenionenſi an. 1270. c. 2. Teſtamentum Guidonis Dom. Lavalli an. 1265. apud Ducheſnium in Hiſt. Monmorenciaca pag. 386. *Je eſtablis — mes gaigiers & mes executors à fere & acomplir mon teſtamenz, ſi comme il eſt contenu cy-empris*.

Gadiarius, Fidejuſſor. Charta Longobardica an. 973. apud Ughellum in Archiep. Benevent. *Qualiter — guadium mihi dederunt Simeon Clericus, & Nardus Clericus, & mediatores poſuerunt gadiarios de jam dicta civitate*, &c.

Contragagiamentum, vulgò *Contregage*. Charta Philippi Regis Franc. data Pariſiis 12. Junii an. 1309. in Regeſto Tabularii Regii, qua bella privata inhibentur: *Item ne quis ſine noſtri licentia in regno noſtro cœtum, cohortem, vel aliquam congregationem faciat armatorum: ne quis contragagiamentum accipiet, vel pacem noſtram regni noſtri quolibet modo infringat. Et cum aliqui corruptelas pro Conſuetudinibus in iis caſibus ſoleant allegare, tales damnatas Conſuetudines tollimus, & penitus reprobamus*, &c.

VADUM. Charta an. 1268. ex Tabulario urbis Ambianenſis: *Nobis conceſſerunt pro utilitate domus noſtra facienda, ut nos vadum quod ſubtus clauſum noſtrum per quod vacca civium Ambian. à paſcuis* &c. Ubi Charta Gallica vertit, *Wez*.

VAGA. Vide *Vanga*.

VAGANTES, pro *Vacantes*. Concilium Wormacienſe an. 868. c. 62. *De Epiſcopis & de Presbyteris vagantibus, qui parochias non habent*, &c. *Vagantes terræ*, pro *vacantes*, deſertæ, incultæ, &c. Vide in *Vacans*.

VAGNA. Vide *Galo*.

VAGIARE, Pecus (vagum ſeu oberrans) ob damna abigere. *Vagiator*, qui detinet abacta pecora, in Jure Hungarico.

VAGINATUS, è Vagina eductus, nempe enſis. Gall. *Deſgagné* Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Vagina, theca gladii. Vaginatus, exagitatus*.

VAGIPALARE. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 83. *Si quis in hoſtem ſuum incidat, vel vagipalantem, vel alium qui juſtè requiſitus rectum per omnia denegaverit. Vagans* dicitur cap. 58. & 82.

VAGINELLA, *Faba ſiliqua*, Matthæo Silvatico.

VAGITARE, Vagari, diſcurrere. Iſidorus Pacenſis Epiſc. in Chronico æra 739. *Per Hiſpaniam è Palatio vagitavit*.

VAGURRIRE, *Per otium vacare*, ſeu vagari, in Gloſſ. Arabico-Lat.

VAGUS, Servus fugitivus, nequam, Sambuco. Decreta Calomani Regis Hungariæ lib. 1. *Si Rex aliquem vagum ſervum alicui donaverit*, &c. Mox: *Quicumque abſque licentia Regis vagum tenuerit*, &c. — *Cum quis vagum apprehenſum tenuerit, à domino ejus primo exigatur*. In Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 4. §. 9. ſervi fugitivi *à dominorum jure inlicite evagari* dicuntur: *In fuga vagare*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 22. *Vagans homo*, in Legib. Henrici I. Regis Angl. c. 82. Vide Traditiones Fuldenſes l. 2. tradit. 38. & Codicem Theod. tit. *Si vagum petatur mancipium*, & ibi Jacobum Gotofredum.

VAIVODA, *Voyvoda*, Dalmatis, Croatis, & Hungaris, eſt Exercitus ductor: hodiè vero promiſcuè pro quolibet exercitus vel ordinum ductore accipitur, ut apud Italos Capitaneus, ut Autor eſt Jo. Lucius lib. 6. de Reg. Dalmat. c. 1. Joannes Leunclavius in Pandecte Turcico n. 71. *Vaivoda nomen generaliter ſignificat Præfectum militum, quem Capitaneum vulgò vocant. Sed apud Hungaros ut olim, ſic etiam hodie, duæ ſunt appellationes adminiſtrationum maximarum: una Bani, altera Vaivodæ. Vaivoda verò Præſes dicitur, loco Regis adminiſtrationem habens in aliqua provincia, puta Tranſſilvania, Valachia majori, Valachia minori*, &c. *Vaivodas* Bulgaris tribuit Theophanes an. 24. & 33 Conſtantini Copronymi, & ex eo Hiſt. Miſcella pag. 700. ſiquidem βοεβόδαι iidem ſint cum iis quos βοεβόδους vocant Conſtantinus Porphyrog. de Adminiſtr. Imperio cap. 38. βοεβόδας Ducas cap. 19. Vide Joan. Seldenum de Titulis honorariis part. 2. cap. 2. n. 3.

VALCATORIUM, Molendinum. Charta Ludovici II. Imper. an. 875. apud Ughellum to. 6. Ital. Sacr. pag. 1309. *Cum poſſeſſionibus & juribus, — aquarum decurſionibus, piſcationibus, valcatoriis, rupibus, ſilvis*, &c. Alia an. 962. apud eundem to. 1. part. 2. pag. 49. *Exhibens etiam — liberam licentiam conſtruendi molendina & valcatoria ubicumque voluerint per totum Comitatum ſuum*. Ex his emendandum videtur Chronicon Piſanum editum ab eodem Ughello, ſub an. 1158. *Omnia balatoria juxta Arnum deſtructa ſunt*. Legendum enim *balcatoria*.

VALDENSES, dicti quidam Hæretici, à primo eorum autore *Petro Valdo*, cive Lugdunenſi prædivite, qui ſub peculiari paupertatis profeſſione hæreſes complures docuit, ſub annum 1160. unde ejus ſectatores dicti etiam *Pauperes de Lugduno*, aliiſque ſubinde nominibus appellati, quæ peculiari commentario complexus eſt Gretzerus ad Scriptores contra eandem hæreſim ab eo edito an. 1613. Monachus Vallis Sarnaii in Hiſt. Albigenſium cap. 2. *Erant præterea alii hæretici, qui Valdenſes dicebantur, à quodam Valdio nomine, Lugdunenſi*, &c. De eorum erroribus, vide præter eundem Monachum Vallis Sarnaii, Rainerum, Pilichdorffium, Lucam Tudenſem, Ebrardum Bethunienſem, Bernardum Abbatem Fontis-Calidi, Ermengardum, editos à Gretzero, Guidonem Elnenſem Epiſcopum in Summa de Hæreſibus; ex recentioribus Claudium Seiſſellum adverſus Valdenſes edit. an. 1520. Joannem Chaſſaneum in Hiſt. Albigenſ. edita an. 1595. Balthazarum Lydium in Valdenſibus edit. an. 1616. Joannem Paulum Perrinum in Hiſt. Valdenſium edita an. 1618. Columbum lib. 4. de Geſt. Epiſcopor. Valentinenſium n. 9. denique quæ habentur inter Rerum Bohemicar. Scriptores. Eorum hæreſim *Vauderie* vocat Joan. Molinetus fol. 112. v.

J'ay veu grant vauderie
En Arras pulluler,
Gens plein de vederie
Par jugement bruſler.

VALECTUS. Vide *Valetus*.

VALEDICERE, *Valedictus*, cui *Vale* dicitur. *Dire adieu*. S. Gerardus Abb. Sylvæ Major. in Vita S. Adelardi c. 5. *Quibus cum ipſe valediceret, & ipſe valedictus ab eis recederet*, &c.

Valefacere, eadem notione. Vita S. Roberti Abbatis Moliſmenſis n. 8. *In quorum humilitate & paupertate non mediocriter ædificatus Epiſcopus & compunctus, valefecit, & receſſit*. Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. apud Catellum pag. 767. *Commendans eos Domino, & valefaciens eis, Romam redire ſollicitè ſatagebat*.

VALENBRUNUS. Vide *Galabrunus*.

VALENS, Valor, pretium. Tabularium Bellilocenſe in Lemovicib. n. 175. *Et accepi à vobis pretium juxta quod inter nos bene complacuit, vel aptificatum fuit, hoc eſt tam in valente, quàm in argento ſolidos mille*.

Valentia, eadem notione: *Valance*, in Conſuetud. Aquen-
ſitit. 9. art. 40. Acta Innocentii III. PP. pag. 11. *Da-*
ret ei valentiam auri viginti millium unciarum. Rogerus
Hovedenus p. 783. *De excaetis Domini Regis, & earum*
valentiis, & quis eas habeat, &c.

Valens, Magnanimus, fortis, Gall. *Vaillant*. Wippo de
Vita Chunradi Salici an. 1028. *Et quidam bene valens*
vir Cunradus — cum aliis interfectus eſt.

VALENTIA. *Virtus*: ῥώμη, δύναμις, in Gloſſ. Gr. Lat.
Alibi: σθένος, *valentia*, *robur*. Gloſſ. Lat. MS. *Valen-*
tia, *fortitudo*, *firmitas*, *robur*. Vox Latinis ſcriptori-
bus nota. Macrobius Comment. lib. 2. c. 14. *Ut medi-*
cus, ut exercitator corporum, ſanitatem vel valentiam
quam ille agris, hic luctatoribus praſtat. Harigerus Ab-
bas in Vita S. Landoaldi n. 6. *Mox ut illuc deſtinavit,*
valentia totius corporis ſtatim reintegrari meruit. Utitur
etiam Gregorius VII. lib. 1. Epiſt. 46. Charta an.
1239. in Regeſto Comitum Toloſæ Cameræ Comput.
Pariſ. fol. 120. *Quod fideles vobis & ſucceſſoribus veſtris*
valentiam faciemus in placitis & in guerris contra omnes
homines, cum à vobis vel veſtris fuerimus requiſiti, &c.
Ubi *Valentiam facere*, eſt omnem vim adhibere, *Faire*
ſon pouvoir.

Valentia, Valor, pretium, apud Will. Malmeſburg. in
Vita S. Aldhelmi c. 10.

VALERE, Juvare, auxilio eſſe. Hominium factum à Ray-
mundo Principe Arauſionenſi Epiſcopo Tricaſtinenſi an.
1274. *Et ſi dictus nobilis Raimundus de Bauxio, vel*
eius ſucceſſores — nollent, vel non poſſent dictum Epiſco-
pum ſeu ſuos ſucceſſores iuvare, ſeu ei valere de placito
ſeu de guerra. Tabularium Barcinonenſe apud Marcam
lib. 6. Hiſt. Beneharn. cap. 8. n. 3. *Promitto nec non*
convenio vobis & veſtris ſucceſſoribus per me & per meos
ſucceſſores quo vobis valeam & adiuvem vos, & veſtros
ſucceſſores cum mea terra, & meis Militibus & homini-
bus bona fide & ſine enganno contra omnes homines, &c.
Le Roman d'Artus MS.

Tuit cil qui de ta terre ſont,
Qui de toi fiens & terres ont,
Te deivent aider & valer,
Si feront-il en leur poer.

Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. c. 79.
Que nos ſom obligats al Rey d'Arago cum noſtre ab ſa-
crament de valer & ajudar le contre totes les perſones del
mon, &c.

Valitor, qui Froiſſarti vulgò *Aidant*, Coadjutor. *Valedor*
in Conſuet. Cataloniæ MSS. & to. 13. Spicilegii Ache-
riani pag. 315. Charta Raymundi Comit. Toloſani an.
1242. *Et terram noſtram ſupponimus, & noſtros pariter*
valitores, quos illos tantum intelligimus qui de guerra iſta
nos emparaverint, & guerram nobiſcum antea non habe-
bant. Hareticos autem & condemnatos de hareſi, nunquam
noſtros reputamus, vel reputabimus valitores. Ubi Catel-
lus perperam, *Vaſſans*, reddidit. Alia ejuſdem Ray-
mundi an. 1233. *Vos & omnes veſtros contra ipſos & om-*
nes ſuos valitores, ſeu coadjutores, — adjuvabimus.
Charta Philippi Pulchri an. 1299. in Regeſto Conſta-
bulariæ Burdeg. fol. 234. *Confæderatos, alligatos, &*
valitores. Alia apud Marcam lib. 6. Hiſt. Beneharn.
cap. 5. n. 6. *Et ego Ildefonſus Rex iam dictus recipio vos*
Guillelmum de Montecatano, & filios veſtros in mea em-
paranza atque adjuda, & ero vobis valiter & adiutor de
Biarnenſi Vicecomitatu. Joannes XXII. PP. to. 2. Epiſt.
1559. *Contra — complices, adiutores, valitores, ſequa-*
ces, & fautores eorum, &c. Occurrit paſſim in Char-
tis. *Le Roman de Garin Vouillor* eadem notione di-
xit:

N'a en la route, ne ribaut ne garçon,
Més Chevaliers, & fiens de Vavaſſors,
Blians de paille ont tot li vouillor.

VALETRO, in Gloſſario Lat. MS. Reg. & apud Papiam,
Glutto. Jo. de Janua: *Valetro, i. gluto, quia valet*
multum in edacitate.

VALITUDINARIUM, quod aliàs in Monaſteriis *Infirma-*
ria dicitur. Gloſſ. Lat. Gr. *Valetudinarium*, ὑγιαστήριον,
ἀῤῥωστεῖον. Ugutio: *Valetudinarium, domus in qua mo-*
rantur infirmi. Vox Senecæ, Columellæ, & aliis no-
ta. Vita S. Auſtrebertæ Virg. c. 3. de Moniali: *In ſtra-*
gulo — ad Valetudinarium deportaverunt. In Miraculis
ejuſdem n. 1. *Cellula infirmarum* dicitur.

VALETUDO, *valitudo*, Facultas, poteſtas. Vita S. Iſi-
dori Hiſpalenſis Epiſc. n. 18. *Qui quanto honore & re-*
verentia à Romano Antiſtite & Cardinalibus fuerit recep-
tus, non eſt noſtra diſſerere valetudinis. Vita S. Guthla-
ci n. 27. *Omnem valetudinem maligni ſpiritus ab eo depu-*
lit. Vide Anon. in Mirac. S. Ursmari per Flandr. n. 4.

VALETI, *Valecti*, appellati vulgò magnatum filii, quì
necdum *Militare* cingulum erant conſecuti. Nam ut
Vaſſalli iidem qui poſtmodum *Milites*, quod in hac
voce docemus; ita vaſſallorum filii *Vaſſeleti* dicti, ut &
Domicelli, reſpectu parentum qui *Domini* nude com-
pellabantur, unde poſtmodum formata vox *Vaſletus*,
deinde *Valetus*, uti rectè obſervatum à Pithœo in Con-
ſuet. Trecenſ. Quod præterea firmant Scriptores ali-
quot à nobis laudati in Notis ad Villharduinum pag.
274. apud quos *Vaſletus* ſcribitur: uti etiam in Charta
anni 1224 poſt Ordericum Vitalem edita pag. 1058.
De Militibus & Vaſletis de terra Comitis Roberti, &c.
In alia apud Spelmannum in hac voce: *Thomas filius*
dicti Radulphi (Militis) *vaſletus in cuſtodia Regis, qui*
ſimiliter morabatur in ſervitio Regis cum fratribus ſuis.
Le Roman d'Amile & d'Amy MS.

Paſſa avant li gentis proux vaſlés.

Nobilum autem ſeu Militum, atque adeò Procerum
ac Principum filiis qui nondum Militarem ordinem erant
adepti, generatim *Valetos* appellatos in Notis ad Will-
harduinum docuimus, qui Imperatoris Conſtantinopo-
litani filium hac nomenclatura donat. Sed & ita non ſe-
mel magnatum filios indigitant Poëtæ noſtrates. *Le*
Roman de Rou MS. de Guillelmo Notho Duce Nor-
manniæ:

Guillaume fu vallet petit
A Faleſe poſé & norrit, &c.

Rurſum:

O Guillaume fiſt Gui norrier
Dez que il fu valleZ petiz.

Alibi:

Et me fiſt avoir en oſtage
Deus valleZ de noble lignage,
L'un fis, l'autre ert nevou Gondouine,
Encor les ai en ma ſeſine.

Alio loco:

N'ert mie Chevalier, encor ert valleton.

Alibi:

Hue Chapet ſi fis l'ara aſſeürée,
Vallet ert, ne porquant ſi fu l'evre haſtée.

Idem de Henrico II. Rege Angliæ:

Cinquante-trois ans plus ſa terre juſtiſa
Emprés la mort ſon pere qui vallet le laiſſa.

Alibi:

Trois valleZ out de ſon Seigner,
Robert clamerent le graingner.

Le Roman d'Alixandre MS. de Filio Regis:

Li vales entent la promeſſe,
Que lendemain aprés la Meſſe
Le vent ſon pere adober.

Et le Roman de la Priſe de Hieruſálem MS. de Veſpaſia-
ni Imp. filio:

Sire, diſt li ValleZ, mol metteZ en ſejor,
Faites vos eſſemondre, &c.

De Militum ſeu procerum filiis ita perinde alii.

Eadem perinde nomenclatura donantur magnatum fi-
lii ab Anglicis ſcriptoribus. Capitula Placitorum Coronæ
Regis Angl. apud Rogerum Hovedenum pag. 783. *De*
dominabus, & de valectis & puellis, quæ ſunt vel eſſe de-
bent in donatione Domini Regis, & de valentiis terrarum
ſuarum, & ſi quis eorum vel earum ſit maritatus, & in-
quiratur cui, per quem, & à quo tempore. Bracton lib.

3. Tract. de Corona c. 1. §. 3. *De valectis & puellis qui ſunt & eſſe debent in cuſtodia Domini Regis.* Infra: *De Vicecomitibus & Ballivis qui ceperunt redemptionem de valetis integrum feodum Militis tenentibus.* Adde Fletam lib. 1. c. 20. §. 19. 94. Ubi *Valecti* ſunt Militum filii.

Univerſim verò ſic pariter appellati, quos *Scutiferos* dicimus. Conſtitut. Siculæ lib. 3. tit. 33. §. 4. *Ut dignitatum gradus & hominum qualitates, iniuriis apertius diſtinguantur, ſtatuimus burgenſem ſeu ruſticum, qui Militem verberaverit, niſi probabitur quod ſe defendendo hoc fecerit, manus detruncatione puniri: eadem pœna valetto imminente, qui Militem nobilioris gradus verberaverit.* Sanutus lib. 3. part. 10. cap. 8. *Ad cautelam autem Dominus Armeniæ ducentos equeſtres in nemora occultat, locuturus Principi duobus cum ſociis, relicto ſeorſim cum eorum valeto,* &c. *Valettos* autem ſe ſe appellitaſſe ipſos Scutiferos, declarant complures Chartæ deſcriptæ à Ducheſnio in Hiſtoria Pleſſiaca.

Quod verò *Valetti* Militibus ipſis in occaſionibus bellicis miniſtrarent, eorumque arma ac ſcuta deferrent, unde *Armigeri & Scutiferi* paſſim appellantur, horum nomenclatura data deinceps honoratioribus famulis, quomodo etiam uſurpatur à noſtris. Aſſerus de Ælfredi rebus geſtis pag. 24. *Et volo quod armigeri mei cum valectis, & omnes qui cum ipſis in ſervitio meo exiſtunt, iſta diſtribuant modo ſupradicto.* Ubi alii ſunt ab Armigeris. Thomas Walſinghamus pag. 229. *Juſſus autem exhibere captivum, cunctis admirantibus miniſtrum ſuum obtulit, qui ei aſtiterat, & more valecti ſervierat,* &c. *Valletus Cameræ* Imperatoris, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epiſt. 56. *Valletus Regis*, apud Ughellum to. 9. pag. 364. In Teſtamento Caroli Pulchri Regis Franc. an. 1324. fit mentio *des Valez trenchans, Valez entiers, des valez ſervans de vin, des valez ſervans de l'eſcuelle, des valez de porte, des valez de forge*: in Teſtamento Ludovici Hutini Regis an. 1316. *des valez ſervans de ſale, des valez de noſtre chambre.* Sed hæc nota.

Vayletus, Armiger. Conſtitutiones Petri Ruthenenſis Epiſcopi Legati Apoſt. pro Eccleſiis Cypriis an. 1313. c. 8. *Nec coronam lineam ut Miles Laïcus, ſeu vayletus Clericus deferat.* De Valetis conſule Seldenum de Titulis Honorariis 2. part. cap. 5. §. 47.

Valectus, non omnino eadem notione apud Anglos. Forteſcutus de laudibus Legum Angliæ cap. 29. *Quod in ea villula tam parva reperiri non poterit, in qua non eſt Miles, Armiger, vel pater familias, qualis ibidem Franclain vulgariter nuncupatur, magnis ditatus poſſeſſionibus, nec non liberetenentes alii, & valecti plurimi ſuis patrimoniis ſufficientes, ad faciendum juratam in forma prædicta: ſunt namque valecti diverſi in regione illa, qui pluſquam ſexcenta ſcuta per annum expendere poſſunt, quo juratæ ſuperius deſcriptæ ſæpiſſime in regione illa fiunt, præſertim in ingentibus cauſis, de Militibus, Armigeris, & aliis, quorum poſſeſſiones excedunt duo millia ſcutorum per annum.*

VALGIUM, in Gloſſ. Lat. Gr. σφελλόν. Gloſſ. Gr. Lat. σφελλὸς, ἐπὶ ξύλου, curvum, uncum. Hugo Pariſienſis de Inſtit. Novitiorum: *Sunt præterea mille larvæ, mille ſubſannationes, & corrugationes narium, mille valgia & contorſiones labiorum, quæ pulchritudinem faciei & decorem diſciplinæ deformant.*

VALITOR. Vide *Valere*.

VALLAGIA. Vita S. Geraldi Abbatis Grandiſſilvæ n. 4. *A mento denique uſque ad verticem, non ferri, ſed quæ gravior erat, infirmitatis ligatus vallagia, nuſquam caput, niſi cum totius corporis circumferre valebat machina.* Ubi *Vallagiam* ſæpimentum quidam interpretantur.

VALLARE, *Vallatio*. Vide *Balare*.

VALLATORIUM, Projectum. Charta an. 1178. apud Ughellum to. 7. p. 410. *Et plenariè gradus fabricæ habeatis, & cum ipſe vallatorium ſuum de ante ſit,* &c.

VALLATUM, *Vallatus*, Foſſatum, vel locus vallo ſeptus. Tabularium Brivatenſe ch. 448. *Cum Eccleſiis in eodem vallato, ſeu vico dicatis.* Eximinus Salanova Juſtitia Aragonum, de Militum privilegiis: *Ad conſtructionem, refactionem, ſuſtentationem & reparationem portarum villæ, vallatuum, ſive valvartuum, & murorum tenentur.* Adde Obſervant. Regni Aragon. lib. 6. eod. tit. §. 1. & tit. de Munitionib. Charta Rutenenſis an. 1307. ex Regeſto 2. Philippi Pulchri Regis Franc. Chartophylacii Regii n. 4. *Et ex parte inferiori cum domibus Stephani Cantaire, & cum valato dicti loci.* Alia an. 1309. ibid. n. 75. *Item 16. branchiatas vallati ſeu foſſati dicti caſtri, in quo ſunt tres domus ædificatæ.* Alia n. 85. *Vallata, foſſata, muros, fortalicia,* &c. Hiſtoria MS. bellorum Albigenſium in Bibl. Regia pag. 51. *Mais ainſin que ſon eſtats arribats alſdits valats,* (ſuprà, *les foſſats*) *& en commenſat de donnar l'aſſaut,* &c.

VALLEGIAS. Ælfricus in Gloſſ. ubi de Veſtimentis: *Vallegias*, pynegap. Italis *Valigia*, noſtris, *Valiſe*, eſt Bulga, hippopera.

VALLEMACIA. Vide *Ballematia*.

VALLESTRIA, Valles. Papias MS. *Valeſtria, agrorum, ſicut campeſtria.* Edit. habet *valleſtria*. Fulcherius Carnot. lib. 3. Hiſt. Hieroſol. cap. 59. *Circa gurgitem Italiæ multotiens naves aſſueſiunt periclitari, & undique flabra commoveri, quæ de montanis per valeſtria præcipitanter per anfractus ſubterraneos vias aſſueſcunt intorqueri,* &c. Utitur S. Ambroſius.

VALLO, Vallis, *Vallone* Italis, noſtris *Valon*. Occurrit in Chartis Italicis apud Ughellum to. 7. Italiæ ſacræ pag. 109. 126. to. 8. pag. 140. 361. & apud Rocchum Pirrum to. 1. Notit. Sicul. p. 311. In Gloſſis antiquis MSS. *Vallo, palos vinearum.*

Valloncellus, Vallículus, in Charta Roberti Comitis Montis Scabioſi an. 1068. apud eundem Ughellum to. 7. pag. 196. Adde pag. 361. *Le Roman de Guarin* MS.

Gironville eſt fermée en un vaucel,
Sor une roche qui fu del tans Abel.

VALVARTE, Propugnaculum, Hiſpanis *Balvarte*, noſtris *Boulevart*, ex Germanico *Burg-wart*, quod burgum ſervat, tuetur. Salanova Juſtitia Aragonum in Obſervantiis, de Infantionibus: *Tamen ad conſtructionem, refactionem, ſuſtentationem, & reparationem portarum villæ, vallatuum, ſive valvartium, & murorum tenentur.*

VALVASOR, *Valvaſoria*, *Valvaſinus*. Vide *Vavaſor*.

VALVE. Arnoldus Lubecenſis lib. 6. cap. 5. *Nec defuit ibi* (apud Bohemos) *illud perditiſſimum hominum genus, qui Valve dicuntur, crudelitates ſuas & iniquitias exercentes, de quibus loqui non eſt ædificatio, ſed miſeria.* Et lib. 7. cap. 14. de Philippo Imp. *Contrahens ſecum auxilia peſſimorum, qui dicuntur Valve, cum innumera virtute baliſtarum,* &c.

VALVUS. *Aquæductus per quem decurrit: vel janua, vel modici muri ante portam*: Papias. De priori ſignificatu nihil ſuccurrit: alter *valvam* ſeu fores videtur ſpectare: tertius *Valvartum*, ſeu noſtrum *Boulevart*, de qua voce ſuprà.

VAMPA, Fiamma, ex Italico vocabulo Danti & Petrarchæ familiari. Inſcriptio in Conventu Minorum Bononiæ in Italia, apud Wadding an. 1340. n. 15.

Nam accenſa lampas fundit neceſſario vampas.

VANA. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol. 8. *Accepitque unum equum, & 30. ſolid. & unam vanam, & unum Barahu.* Fol. 24. *Et pro hoc acceperunt 5. ſolid. & unam vanam.*

VANAGLORIOSUS, Vir *vanam gloriam* aucupans, ex Italico *Vanaglorioſo*. Gloſſ. Gr. Lat. κενόδοξος, *vana gloria*. Utitur Michaël Scotus de Phyſionomia c. 71. 76. 85. 100. 101.

VANAPASTURÆ, Jus dicitur quod tenentibus vel manſionariis alicujus tenementi vel villæ ſeu prædii competit,

animalia ſua immittendi, paſcendi cauſa, in loca pu-
blica, prata, agros, ſilvas, & alia quæ clauſa non
ſunt, certis anni temporibus: cum ſcilicet fœnum à
pratis, meſſes ab agris ablatæ ſunt: vel in ſilvis, cum
non vetita ſunt ac *defenſa*. Conſuetudo Nivernenſis tit.
3. art. 5. *Vaine paſture doit eſtre entendue, en chemins,*
prez, en prairie, deſpouilles, terres, bois, & autres heri-
tages non clos, ne fermez, excepté toutefois où & quand
leſdits heritages ſont de deffenſe par la Couſtume. Charta
Simonis Ducis Lotharingiæ an. 1076. apud Hieron.
Vignerium: *Vanam quoque paſturam quibuſlibet ani-*
malibus eorum per terram meam tranſeuntibus, & cætera
uſualia neceſſaria, &c. De *vana paſtura* agunt paſſim
Conſuetudines noſtræ municipales locis à Raguello in-
dicatis.

VANDOSITAS. Vide *Bandum*.

VANELLUS, Avis ſpecies, *Vanneau*, de qua Fridericus II.
Imp. lib. 1. de Venatione cap. 2. 11.

VANGA, Sarcula. Ugutio & Jo. de Janua: *Vanga, genus*
foſſorii, quia vagando fodit. Gloſſæ MSS. *Vanga, pala*
cum ferro. Lexic. Lat. Gal. *Vanga, Beſche.* Italis *Van-*
ga, idem ſonat quod *Bipalium*. Olla potella:

Sarcula, metra, ligo, traba, tribula, vanga, ſecuris.

Leges Burgorum Scoticorum cap. 125. §. 1. *Scamnum,*
ſcabellum, — vangam, ſecurim. Gregorius M. lib. 3.
Dial. c. 14. *In horto Monaſterii fecit jactari ferramen-*
ta, quæ uſitato nos nomine Vangas vocamus. Et mox:
Facto autem mane — hortum ingreſſus, quot vangas ja-
ctari præceperat, tot in eo laborantes operarios invenit —
qui incultaillius horti ſpatia quæ inculta fuerant, colue-
runt. A Gregorio eadem habent Acta S. Felicis apud Bo-
land. 14. Jan. §. 1. Vide Petrum Creſcentium lib. 1.
de Agricult. cap. 6.

Vanga interdum pro neſcio quo armorum genere accipi-
tur. Gloſſ. Ælfrici: *Vanga, ſpada.* Vocabular. Anglo-
Lat. an. 1440. *Spade, vanga, foſſorium.* Pro eo nempe
gladio quod inſtar foſſorii erat: vel quod Ruſtici ejuſ-
modi foſſariis pro armis uti ſolerent. Gervaſius Do-
robernenſis an. 1198. *Unde factum eſt ut ruſtici impeti-*
ti, vangis & foſſariis aſſueti, armis militaribus gloriaren-
tur inviti. Ejuſmodi porrò *Vangas*, noſtri *Vouges*, vi-
dentur appellaſſe. *Le Roman de Garin* MS.

Hau.e un vouge que entre ſes mains tint,
Le bras ſeneſtre li a copé parmi.

Froiſſartes 2. vol. cap. 9. *Si eſtoient bien 700. lances,*
& 2000. d'autres gens, que nous appellons maintenant
Gros Vallets, à vouges, dagues, & baſtons d'armes. Vi-
de *Panga*. Qui porrò in bellis ea arma deferebant, *Voul-*
giers vocantur in Chronico ſcandaloſo, uti vocant, Lu-
dovici XI. Regis Franc. p. 58. & 70. Idem porrò videtur
Vaga, apud Anglos. Liber Anglicus inſcriptus *Juſti-*
ce of peace f. 77. v. *Scilicet gladiis, baculis, vagis, fal-*
caſtris, arcubus, & ſagittis, &c.

VANGAMENTUM, Vindicta, vindicatio, ultio: ex Gallico
Vangement, vel ut hodie obtinet, *vengeance.* Charta
Fundationis Capituli S. Martini Artonenſis in Arver-
nia an. 1048. apud Phil. Labeum to. 2. Biblioth. pag.
754. *Sed ſi tale foriſfactum mihi aut aliis illi Canonici,*
vel illorum Clerici, ſeu homines eorum fecerint, & rectum
facere noluerint, infra 14. dies vangamentum non capiam,
& in his 14. diebus admonebo illos duos vel tres per me,
aut per unum Miſſum in Capitulo illorum duas vices, ut
rectum faciant.

VANIASTUTUS, ματαιόφρων, in verſione Confeſſionis Ni-
cephori Patriarchæ Conſtantinopolitani, apud Baron. an.
811. 51.

VANILOQUIUM, ματαιολογία, *Fruſtratio*: ματαιολόγος, *Vanilo-*
quus, in Gloſſ. Gr. Lat. Leo III. PP. Ep. 1. *Omnes ratio-*
nem reddituri ſunt Domino de vaniloquiis. Occurrit in
1. & 2. ad Timotheum, ut *Vaniloquus*, in 1. ad Titum,
in Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 69. in Capitul. 1.
Caroli M. incerti an. c. 36. &c.

VANITARE, *Vanter.* Jo. de Janua: *Vanitare, vanitatem*
dicere, vel vanitando laudare: Unde noſtris *Vanter, ſe*
vanter. S. Auguſtinus lib. de Quantit. animæ cap. 33.
Vanitas eſt fallacia, vanitantes autem vel falſi, vel fal-
lentes, vel utrique intelliguntur. S. Bernardus de Morib.
Epiſc. cap. 2. *Et nos vanitando peritis, & nos ſpoliando*
perimitis.

Vanizare dixit Ivo Carnotenſis Epiſt. 66. *De veſtra bene-*
volentia plus juſto præſumentes, vanizando dicunt, quod
juxta petitionem Turonenſis Archiepiſcopi, cum conſecra-
bitis, &c. Vide Ægid. Menagium & Oct. Ferrarium in
Vantare.

VANITAS. Gloſſ. Gr. Lat. Φαντασία, *vana viſio, imago, va-*
nitas, viſus. Gloſſæ antiquæ MSS. *Filacteria, vanitas.*
Qua poſtrema notione vocem hanc uſurpat Gaudentius
Brixienſis Tract. 4. *Veneficia, præcantationes, ſuballiga-*
tura, vanitates, auguria, ſortes, &c. *Vanitatem* pro men-
dacio uſurpaſſe Ciceronem, Tacitum, & alios, obſervatum
ab Octavio Ferrario in Orig. Linguæ Ital. in *Bu-*
gia.

VANLEHEN. Vide *Feudum vexilli.*

VANNUS, *Vannellus*, Menſurarum ſpecies, in *vanni*, ſeu
ventilabri ſpeciem fortè confecta. Ermentarius Mona-
chus lib. 2. de Vita S. Filiberti c. 14. *Advecta eſt deinde*
in vaſe, quod Vannus vulgo dicitur, quædam femina
duplici damnata incommodo, &c. Libertates MSS. Vil-
læ S. Deſiderii in Campania an. 1228. *Vannellus Car-*
bonis minuti venditur 5. ſolidis tantum, & continet in ſe
duodecim vannos per menſurationem Scabinorum.

VANTARIUS. Charta ſub Edw. II. Reg. Angliæ, apud
Spelmannum: *Richardus Rockeſley Miles tenebat terras*
Seatonia per Serjantiam eſſe Vantarium Regis (in) Gaſ-
coign, donec perufus fuit pari ſotularium pari 4. den. id
eſt dum triviſſet par calceorum 4 den. Ubi idem Spel-
mannus; *Vantarius, præcurſor: ut vantarius Regis eſt aſ-*
ſecla Regis, qui cæteros ſuos aſſeclas progreditur, the kings
fore footman. Vim vocis fateor me non aſſequi: niſi *vanta-*
rius ponatur pro *ventarius*, qui tributa Regia in Vaſco-
nia recipiebat, ita ut *ſerjantiæ* ſpecies fuerit. Vide in
Ventarius.

VANI, Pennæ ſpecies in avibus, Italis *Vanni*, de qua ſic Fri-
dericus II. l. 1. de Arte venandi cap. 50. *Numerus na-*
que pennarum in unaquaque ala eſt 26. quatuor magis pro-
pinquæ corpori, quæ dicuntur Corales, & poſtea 12. quæ
dicuntur Vani, firmiores & duriores coralibus, & alterius
coloris & figuræ. Demum verſus extremitatem alæ aliæ
ſunt 10. quæ forinſecæ dici poſſunt: hæ ſunt firmiores, du-
riores, & longiores illis quæ dicuntur Vani: ultima harum
decem dicitur Saxellus, &c. Adde cap. 46. 51. Vide Oct.
Ferrarium in *Vanni.*

VAPORARE, pro *Calefacere*, non ſemel dixit S. Ambro-
ſius lib. 4. Hexaemer. cap. 5 at cap. 5. pro *exurere* uſur-
pavit. Autor antiquus Vitæ S. Lupicini Abbatis Jurenſis
n. 5. *Ut dum aliis quotidie flabris ſcandali jam per elatio-*
nem vaporatum accendunt, &c. Gloſſ. Medic. MS. Reg.
cod. 1486 *vaporatio, calefactio.*

VAPORUS, Vaporiferus, apud Prudentium.

VARA, ſpecies Aucupii fluvialis. Charta Occitanica an.
1311. ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 130. *Item ordi-*
navit quod quicunque de cætero capiens aves in aliquo di-
ctorum ſtagnorum cum quadam arte vocata Vara, drectu-
ram ſive pulmentum conſuetum domino, in cujus aquis
aves prædictæ capientur, ſolvere teneantur, dato quod ali-
bi cum avibus ſic applicaſſent: & quod de cætero nullus
erit auſus aves aliquas capere cum quadam arte vocata
Emplumailhe, ſive Capuſiera, ſive cum quibuſdam aliis ar-
tibus antiquis, arte tamen prædicta Vara dumtaxat exce-
pta. Vide *Varus.*

VARANTIA. Vide *Garantia.*

VARARE, vel *variare*, dicitur flumen, qui *divaricatur*, ſeu
in duos alveos ſinditur, apud Gromaticos p. 295. Mago
& Vegoia Agrimenſores: *Sunt & alii pontes in vicinali-*
bus & privatis viis, quorum alvei varantur.

VARBALLUM. Jura & Conſuetudines Normanniæ cap.
17. de *Veriſco*, ſeu jure naufragii: *Ex eo Dux habet —*
omnem piſcem ad varballum qui ad terram pervenerit,
ubi

ubi editio Gallica, *& tout poiſſon qui par lui vendra à terre, ou qui aura eſté prins à terre.*

VARCATURA. Charta Guillelmi filii Rogerii Ducis Apuliæ an. 1142. apud Ughellum to. 8. p. 417. *Et dictum molendinum cum parte varcaturæ ſua, & cum integro ſedio, — & cum lignaminibus eidem molendino ſufficientibus ad aptandam varcaturam ſolum pro palata ejuſdem molendini,* &c. Ubi *varcatura* idem valet quod *virgatura:* (noſtri *vergne* dicunt:) virgæ ſcilicet & ligna quibus fluviorum aut ſtagnorum ripæ continentur: niſi ſumi debeat pro aggere ipſo ſeu *tranſitu* ad molendinum: Italis enim, maximè poetis, *varcare* eſt tranſire, ut *varca,* & *varco,* iter, tranſitus.

VARCINATICUM. Charta Ludovici Pii lib. 2. Chronici S. Vincentii de Vulturno p. 682. *De quibus una eſt donatio quam Lupus Dux ad prædictum ſanctum locum fecit de varcinatico, id eſt animalia quæ exigebantur ad menſam Principis Ducatus Spoletani.* Idem Chronicon pag. 685. *Obtulit quoque præceptum, — & de clauſura in Marſis & de uuarcinatico, id eſt animalia quæ exigebantur ad menſam Ducis Spoletini.* Idem videtur quod *barganaticum* in Chartis Caroli M. Vide in hac voce.

VAREA, ſpecies Tributi. Statuta Venetorum lib. 6. c. 68. *Quod vertitur — in damnum patronorum & aliarum mercationum, propter dacia, nabula, & vareas.* Ibidem: *Varean non dari, niſi de rebus quæ in quaterno Scribani deſcriptæ ſunt: niſi ii libri aut furto ablati, aut in mare projecti ſint: præterea de armis ac harneſiis.* Agitur etiam de *varea* pluribus cap. 73. 74.

VARENNA. Vide *Warenna.*

VARES, *Varium, variæ pelles, veſtes.*

Vares, ſeu *Varios* vocant, *murium Ponticorum* ſpeciem quandam, *qui ventre tantum albi ſunt, dorſo fuſcinſculo,* ut ait Julius Scaliger in Ariſtotel. ubi de *Muribus Ponticis.* Hos *Vares* vocat Joſephus Barbarus in Itinerario ad Tanaim pag. 456. *Sibelinos, Armelinos, Doſſos, Vares, vulpes, & id genus animalium alia illi offerentes. Vergares,* ſeu *Vairs gris,* appellaſſe videtur Benjaminus Tudelenſis in Itinerario, uti à nobis obſervatum in Diſſertat. 1. ad Joinvillam. Hinc *pelles Variæ, &* veſtes *Variæ,* apud ſcriptores. Arnulfus Lexovienſis: *Procedit interim inter cilicia pauperum fratrum & ſordes ſæcularis filius ſericis adornatus & Variis.* S. Bernardus de Vita & morib. Relig. c. 10. *An non poſſet dormiri, niſi ſupra Varium ſtratum, aut ſub peregrino coopertorio?* Will. Brito lib. 9. Philippid.

Et quas huc mittit Varias Hungaria pelles.

Cæſarius Eiſterbach. lib. 6. c. 5. *Veſtimenta ejus ſatis deſpecta erant, & humillima, non griſea, non Varia, ſed ovina.* Synodus Monpeſſulana an. 1258. cap. 3. *Et qui tonſuram dimiſerint, aut in habitu non vixerint clericali, veſtes Varias deferendo, vel alias Clericos non decentes.* Rogerus Hovedenus p. 642. *Et quod nullus poſt proximum Paſcha utatur Vario, vel griſio, vel ſabellina, vel eſcarleta.* Albertus Stadenſis, & Hiſtoria Archiepiſcopor. Bremenſium an. 1183. *Et ſufficienter Archiepiſcopum excuſavit, videlicet quod Varium non ferret, nec cum ſuis veſtibus alicui erogatis, mantellum Cleri aut Militis induiſſet,* &c. &c. Concilium Saltzburgenſe an. 1386. c. 6. *Hinc eſt quod firmiter inhibemus ut Clerici in publico utantur Vario, vel illud deferre præſumant, niſi in dignitatibus fuerint, vel Canonici Eccleſiarum Cathedralium, vel in gradu magiſterii ſcientiæ fuerint conſtituti.* Vetera Statuta Peagii Pariſienſis: *Pelleterie de toute bonne robe Vaire, dont la peour eſt Eſclavenaſſe. Vari Sclavoniæ,* apud Rollandinum in Chronico lib. 8. cap. 14. adde lib. 1. cap. 13.

VARGI, Latrunculi indigenæ, Arvernis. Sidonius quippe lib. 6. Epiſt. 4. ait *Vargorum nomine indigenas latrunculos nuncupare* Arvernos ſuos; neque alii videntur ab iis qui

Wargi dicuntur in Lege Salica, & Ripuaria, hoc eſt *expulſi de pago,* banniti, qui latrocinio vivebant. Lex Salica tit. 57. §. 5. *Si quis corpus jam ſepultum effoderit, aut exſpoliaverit, Wargus ſit, hoc eſt expulſus de eodem pago, uſque dum cum parentibus defuncti convenerit.* Ubi Gloſſæ interlineares Codicis Thuani habent *dejectus.* Eadem quæ Salica, habent Lex Ripuaria tit. 85. §. 2. & ex utraque, Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83. *Et ſi quis corpus in terra, vel noſſo, vel petra — expoliare præſumpſerit, Wargus habeatur.* Boxhornius à Punico *Farkin,* ſeu Hebræo *Perek,* vel *Pherek,* rapina vocem deducit. Camdenus in Britannia ait ſe inveniſſe in Gloſſario Eccleſiæ Landavenſis *veriad* Britannicè latrones appellatos, hincque *Vargos* dictos putat. Wendelinus à Latino *vagus,* litera R, interpoſita. Multa de hac voce commentatur Savaro ad laudatum locum Sidonii, cujus veſtigium agnoſco apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epiſt. 95. & in Bullario Caſinenſi tom. 2. pag. 242. *Cæterum cum vargum Vadareni ad Monaſterium pertinere teſtes utriuſque partis oſtendant,* &c. Ubi *vargus* videtur eſſe Italicum *varco,* vel *varca,* iter, tranſitus, unde *varcare,* tranſire: quas voces quidam à *varca,* pro *barca* deducunt. Eſt enim Italis propriè *varcare,* fluvium vel montem pertranſire. Poteſt etiam à *vargis* vox deduci, qui pro vagis ſumuntur.

Warganeus, Extraneus, alienigena, cujuſmodi ſunt *Vargi* extorres & banniti, & à patria ſua facti exules. Charta Udonis Epiſcopi Tullenſis an. 1069. apud Hier. Vignerium in Alſaticis p. 128. *Alienigenæ, id eſt Warganei, qui manſerint in banno, dabunt Comiti 4. denarios,* &c. Ab eodem denique fonte, non inſulſe, opinor,

Waringos, Anglo-Danos, de quibus fusè egimus ad Villharduinum n. 89. qui ex Anglia à Normannis expulſi, Byzantinorum Imperatorum obſequio ſe ſe mancipàrunt, arceſſit Spelmannus, qui ita appellatos putat à Saxonico, ſeu veteri Germanico, ac proinde Gallico *papian,* quod eſt *imprecari, execrari;* unde *Waringe,* Angli maledictionem & anathematizationem vocant, ita ut *Varingi,* perinde ac *Vargi* exules fuerint & *banniti,* ſeu ut verbo utar Orderici Vitalis lib. 4. *extorres:* eoſque Normanni, voce Anglica tunc recepta, & probroſa, *Vargos & Varingos* appellàrint. licèt porrò *Varingi,* quos Byzantini ſcriptores *Βαράγγους* vocant, iiſdem non ſemel, ut & Willelmo Malmeſburienſi lib. 2. de Geſtis Anglor. cap. 13. *Angli* dicantur, Anglo-Danos fuiſſe conſtat, tum ex ipſo Villharduino, cui *Anglois-Danois,* tum ex Saxone Grammatico lib. 12. ſub an. 1098. cui *Danicæ vocis homines* dicuntur; ſatis perſpicuum eſt. Tametſi alii *Κέλτας,* ſeu *Celtas,* appellent ſcriptorum plerique ac præſertim Pachymeres lib. 7. cap. 35. extremo, & quos laudavimus ad Villharduinum & ad Annam Comnenam, quia ſcilicet ita etiam Germanos indigitabant. Vide *Warengangus.*

VARIATOR *ποικιλτής*, in Gloſſ. Græc. Lat. *ποικίλος, vario.*

VARIETAS, Invaliditudo, *Indiſpoſition.* Lex Ripuarior. tit 83. §. 2. de impotionato: *Si autem mortuus non fuerit, & varietatem ſeu debilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit,* &c. Vide *Inæqualitas.*

VARINGAGA. Vide *Guaringaga.*

VARISCAPIUM. Vide *Wariſcapium.*

VARIOLA. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam: *Species turpedinis, quam vulgus Variolas dicit.* Conſtantinus African. lib. 2. Pantechn. c. 14. *Variolæ ſunt multæ puſtulæ in toto corpore, aut ex majori parte diſperſæ, aut in uno membro, in aliis non. Antiqui vocant has Ignis carbones: Siculi Filias ignis.* Marius Aventic. *Hoc anno morbus validus cum profluvio ventris & variolâ Galliam Italiamque valde afflixit.* Vide Miracula S. Ludgeri Epiſcopi Mimigard. n. 21. 25. lib. 1. Miracul. S. Bertini cap. 13. & Salmaſium de Anno Climacterico pag. 726. *Variolas* Græci *ἰόνθους,* & *ἐξανθήματα* vocant.

VARIUS, Equi color. Ugutio: *Equus varius, qui habet vias colorum.* Claudius Corte Italus lib. 1. *del Cavalcarizzo* cap. 16. *Del color vario & miſto: i pelami varii & miſti ſono quelli, che ſono compoſti de i quarto colore ſud-*

deits: & io gli ebiamo miſti & varii, pet cio che anno i pelo talmente miſti, & poſti inſieme & colorati, che impoſſibil quaſi ſarebbe, over difficil molto, il bianco dal nero, ò dal roſſo ſaper con l'ochio dividere, ò diſcernere, ò dire. Palladius de Agricultura in Martio cap. 13. de equis, & eorum coloribus: *Sequentis meriti, varius cum pulchritudine, nigro, vel albineo, vel badio miſtus.* Geſta Conſulum Andegav. cap. 8. n. 7. *Ipſe & quidam ſuus Miles equitans varium equum.* Occurrit etiam in Teſtamento Ermengaudi Comitis Urgelli apud *Diago* lib. 2. de Commib. Barcinon. c. 73. *Le Roman de Gaydon* MS. de equo vario:

Ferrans li rand vairon qu'il ot pardu.

Infra:

Et Amanfrois ſor vairon d'Aquilés.

Rurſum:

Eſtouls de Langres ſiſt ou vair de Cataigne,
Et Bernard ſiſt ſor le vair d'Alemaingne.

Ibidem:

Le bon cheval qui ot la crope vaire.

Le Roman de Vacce MS.

Et gaingner deſtriers blans, & vairs, & ferrans.

Cheval vairon, in Teſtamento Balduini Comitis Guinenſis an. 1244. apud Ducheſnium.

Tribuitur etiam aliis animalibus. *Oves variæ; arietes varii, & maculoſi*, quibus opponuntur *unicolores*, Geneſ. c. 30. ubi Gr. *πρόβατα φαιὸν*, Scholiaſtes verò *ποικίλον, ψαρόν*. Fragmenta Petronii: *Ruſticus varium porcum perdiderat.* Eadem Geſta Coſſ. Andeg. cap. 12. n. 1. *Quidam nobilis dictus Vacca varia.* Coſmas Pragenſis pag. 5. *Ibi Dux veſter duobus variis bubus arat: unus bos præcinctus eſt albedine, & albo capite: alter à fronte poſt tergum albus, & pedes poſteriores habens albos.* Vide *Favins, Ferrandus, Vares.*

Varo, & *Viro*, pro *Baro*. Tabularium Aquenſe apud Marcam: *Conſilio & voluntate ſui Varonis Olivarii, qui ejuſdem Caſtelli & Burgi poſſeſſor erat & dominus.* Obſervat idem Marca lib. 6. Hiſt. Beneh. c. 24. n. 6. Sancium-Guilielmi Comitem Vaſconiæ in Charta fundationis S. Petri Generenſis vaſſallos ſuos *Virones* appellare, ut inſinuet hanc vocem à *Vir* deducendam. Vide *Baro*.

Varo, pro ſtulto. Papias.

Varrium. Vide *Barrium*.

Varus, *Septum ad capiendas beſtias, ubi retia ponuntur, vel pallium varium.* Papias. Vide *Vara*.

Vas, Sepulchrum ſubterraneum cameratum, Sarcophagus ex lapide vel marmore, quomodo Arverni & Lemovices etiamnum *vaſes* dicunt. Lex Salica tit. 17. §. 3. *Si quis mortuum hominem aut in petra, quæ Vaſa ex uſu ſarcophagi dicuntur, ſuper alium miſerit, &c.* Vetus Inſcriptio: P. ÆLIUS VALERIANUS HOC VAS DIſOMUM SIBI ET FELICITATI POSUIT ET TRIBUNAL EX PERMISSU PONTIF. PERFECIT. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 89. *Factum eſt autem ut impletis diebus in baſilica B. Vincentii ſepeliretur, in qua ipſe ſibi vivens vas depoſuerat.* Idem de Gloria Confeſſor. cap. 35. de Tumulo cujuſdam puellæ: *Quo facto ut vas illud clauſit operterio, &c.* Joſephus Sacerdos in Hiſt. Tranſlat. SS. Ragnoberti & Zenonis cap. 3. *Gaudio magno repleti collegerunt præfati venerabiles Sacerdotes oſſa Ragnoberti Pontificis, elevanteſque de ſepulchro,* — *novo in vaſe poſuerunt.* Sed hoc loco videtur eſſe feretrum. Hiſtoria Cœnobii Viconienſis cap. 15. *Vas quoddam, Feretrum vulgò vocatur, ipſo conſentiente & cooperante ædificaverunt auro & argento ac pretioſis lapidibus decoratum: cujus rei cauſa ne tanto vaſe vacuo remanente fruſtra laboraſſe dicerentur, ubicumque potuerunt ab Eccleſiis tam vicinis quam longinquis ſanctorum corpora perquirentes, magnam ex his copiam aggregaverunt.* Vide Raimondum Montanerium in Chron. Aragon. c. 153. Ita etiam uſurpat Alcuinus Poëm. 164.

Vaſcellum, eadem notione. Vetus Inſcriptio 1108. 6. — DEPOSITUS. P. XII. IN VASCELLO ET MASSA, &c.

Vaſa autem videntur appellaſſe majores lapides. Sampirus Aſtoricenſis Epiſcopus in Hiſt. Hiſpan. *Tunc Eccleſiam in Compoſtella — quam conſtruxerat Rex Adefonſus magnus ex lapidibus, ex luto opere parvam Rex iſte præcipitavit, & ex calce quadratiſque lapidibus, marmoreiſque columnis ſive vaſis conſtruxit tam valde pulcherrimam.*

Vas, corpus. Julius Africanus lib. 3. Hiſt. Apoſt. *Quid mihi & tibi Quirine Proconſul, ut mitteres me ad hominem, qui non modo extrudere ab hoc vaſe, verum etiam ſuis me virtutibus incendere poteſt?* Utitur præterea lib. 7. pag. 94.

Vaſa infirmiora, Sequior ſexus, feminæ. S. Pachomius in Regula: *Si ſæculares homines aut debiles, aut vaſa infirmiora, id eſt mulierculæ, venerint ad oſtium, &c.* Utitur rurſum infra.

Vas, Vaſa, Arma. Willelmus Briton. in Vocab. *Vaſa belli dicuntur arma, unde verſus:*

Dic belli vaſa, quæ bellum poſtulat arma.

Liber Regum cap. 14. ubi editio præfert, *alios armiger ejus interficiebat eos*: 70. Interpretes habent, *& portans vaſa ejus procedebat poſt eum.* Collatio Legis Moſaicæ tit. 1. *Si immiſerit ſuper eum aliquod vas ex inſidiis.* Apud Frontinum lib. 4. Stratag. c. 1. cultrum inter *vaſa* reponitur. Hinc *vaſa conclamare*, *convaſare*, in re militari. Vita S. Deodati Abbatis n. 5. *Quo tempore Clodoveus regmine ſacer Francorum, jubet vaſis bellorum inſtrui gentem Francorum, &c.* Rodericus Toletanus lib. 8. de Rebus Hiſpan. cap. 2. *Hic itaque Pontifex cum multitudine citerioris Galliæ vaſis belligeris, ſignis & armis honeſta, urbem ingreſſus eſt Toletanam, &c.*

Vaſa, Campanæ. Walafridus Strabo de Reb. Eccl. 4. *Vaſorum autem uſum primò apud Italos affirmant inventum. Unde & à Campania quæ eſt Italiæ provincia, eadem vaſa majora quidem Campana dicuntur: minora verò, quæ & à ſono Tintinnabula vocantur, Nolas appellant à Nola civitate Campaniæ, ubi eadem vaſa primò ſunt commentata.* Vita S. Materniani Epiſcopi Remenſis n. 5. *Concurrerunt ad ſigna templi metallica: & cum cœpiſſent cuncta clangere vaſa Chriſti laudem reboantia, &c.*

Vas, Navis, Gallis *Vaiſſeau*. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 868. *Hoc feudum, Domine Rex, à te requiro, & vas quod Candida navis appellatur, meritò ad regalem famulatum optimè inſtructam habeo. Cui Rex ait, Gratum habeo quod petis: mihi quidem aptam navim elegi, quam non mutabo, &c.* Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25. *Si aliqua navis, vel fercoſta, vel aliud vas appulſum fuerit, &c.* Synodicon Nicoſienſe cap. 15. *Qui in Saracenorum publicis navibus, aut aliis vaſis regimen aut curam gubernationis exercent.* Gregorius M. lib. 3. Dialog. cap. 36. *Nam cum in eorum morte ventorum immiſſionibus elevati fluctus ſervirent, vela in undis projecta, totumque vas navis quaſſatum nimiis fluctibus ab omni fuerat ſua compage diſſolutum. Vaſa galearum*, in Hiſtoria Cortuſiorum lib. 10. cap. 7.

Vaſellum, ex Gallico *Vaiſſeau*. S. Ludovicus in Epiſt. de Captione ſua: *Vaſellis navalibus ex pluribus incendio diſſipatis, &c.* Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 97. *Rex cum Legato — erat in quodam vaſello, &c.* Utuntur præterea Petrus de Vineis lib. 2. Epiſt. 36. Sanutus lib. 3. part. 9. c. 8. & alii. Vocem porrò à noſtris hauſerunt Græci recentiores. Index Iliados Græco-Barbaræ: *Αἴϐεμος, τὰ ϐαζέλια, χαὶ ματζία.* *Vexells*, in Chronico Petri Regis Aragon. edito à Mich. Carbonello lib. 1. c. 12.

Vacillum, eadem notione. Charta Friderici I. Imperat. an. 1190. apud Will. Hedam in Epiſcopis Trajectenſib. *Regiæ nobilitatis tuæ prudentiam commonendo rogamus, quatenus idoneos Serenitatis tuæ Legatos Januam, Venetias, Anconam, Piſam, & alia loca pro galearum atque vacillorum tranſmittentes præſidio, &c.*

Vas, Alveare apum. Vulfinus Epiſcopus in Vita S. Juniani: *Homo quis noſte ad furandum venerat, turpiter*

ligatus in horto noſtro jacet, arripuerat enim quoddam vas melle plenum, &c. Hiſtoria Rotonenſis Monaſterii MS. lib. 1. cap. 5? *Quidam vir ruſticus — videns vaſa mellis quæ quatuor tantum erant in horto*, &c. Domeſdey, in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 306. 14. *averii*, 12. *runcyni*, 116. *oves*, 24. *porci*, 24. *capræ*, & *vaſa apium*, *ſemper valuit* 10. *libr.* Vide Formulas Exorciſmorum c. 11. apud v. cl. Steph. Baluzium to. 2. Capitul.

Vaſcellum, eadem notione. Pactus Legis Salicæ tit. 9. §. 2. *Si quis unam apem, hoc eſt uno vaſcello furaverit de ſub tecto*, &c. Ubi Lex Salica habet tit. 9. §. 1. *Si quis unum vas apium de intro clave aut ſub tecto furaverit*, &c. *Vaſculum* hac notione in Lege Bajwar. tit. 21. non ſemel.

Vaſa decima. Charta Adelviæ Dominæ Guiſiæ an. 1198. in Tabul. Eccl. S. Nicolai de Clarofonte Ord. Præmonſtrat. *Ego Adelvia domina Guiſiæ notum facio — quod cum villa de Buronfoſſa conſtrueretur, Gerardus Clericus de Cella, cui de 9. vaſis decima territorii ejuſdem loci 5. competebant, nobili viro marito meo, qui in eadem decima de 9. vaſis tria poſſidebamus, pro bono pacis communis profectus, de illis 5. vaſis unum conceſſit in perpetuum poſſidendum*, &c. Merges, *Garba.*

Vasa, *æ.* Obſervantiæ ad Foros Aragonenſes, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio pag. 75. v. *Item pronunciando declaramus, quod — poſſint abebrare illas beſtias, quibus excolunt in vaſis dictorum hominum de la Fraxneda, — & ipſi terras tenentes teneantur juvare dictos homines de la Fraxneda in ſcombra dicta vaſarum.* Vide *Vaſſo.*

Vasarium, σκευοθήκη, in Gloſſ. Gr. Lat. σκεῦος, in Lat. Gr. Hiſpanis *Vaſar*. Alias hujus vocis apud Latinos notiones vide apud Turnebum in Adverſar. Caſaubonum ad Suetonium, Jacobum Gotofredum ad l. 12. Cod. Th. de Cenſitoribus, &c.

Vascanda, *genus vaſis*, Papiæ. Vide *Baſcanda.*

Vascellum. Vide *Vas.*

Vascio, Vaſculum, Galli, *Vaiſſeau.* Octavius Horatian lib. 4. Rer. medicar. p. 100. *Urſi natura ſtomachi dolorem curat, ſi vaſcione circa ſtomachum ſuſpenſa collo portetur, ita ut nec aqua contingat*, &c.

Vascus, *Vanus, nugatorius*, in Gloſſis antiquis MSS. & apud Joannem de Janua.

Vasellum. Vide *Vas.*

Vasletus. Vide *Valetus.*

Vassallus, *Vaſſeleria.* Vide *Vaſſus.*

Vassis. Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 678. de Petro Diacono Caſinenſi: *Quem Arichis ſuſcipiens eum honorificè retinuit, à quo palatium infra Beneventum, & aliud in Salerno conſtructum, vaſſibus decorari fecit.* Fortè leg. *verſibus*, niſi *vaſſibus* ſcribatur pro *baſibus*. Vide *Vas.*

Vasso, cujuſdam Gallici numinis templum. Gregorius Turon. lib. 9. Hiſt. cap. 32. *Veniens verò Arvernos, delubrum illud quod Gallica lingua Vaſſo Galata vocant*, &c. Marti dicatum fuiſſe opinatur Joannes Savaro in Orig. Claromont. Alii *Vaſſo*, templum & ædem ſacram denotare aiunt, non Deum aliquem à paganis cultum: quippe juxta Claromontem locus, ubi olim fuit ædes S. Artemii, adhuc *le Vas ſaint Artem* appellatur, hoc eſt templum S. Artemii: ut apud Delphinates in pago S. Giſleni (*S. Gilin*) locus ubi ædes S. Marcellini fuit, poſtmodum deſtructa, & ad quem pro impetranda pluvia fiunt proceſſiones Eccleſiaſticæ, *le champ du Vas* dicitur, ut autor eſt Claudius Expillius. Vide *Vaſa.*

Vassus, pro, *Vas. Vaſſi de auro & de argento*, in Teſtamento Ranimiri Regis Aragoniæ æræ 1099. apud Martinezium.

Vassi, & *Vaſſalli*, iidemne fuerint, video controverti; quæ quidem inter eruditos controverſia ut faciliùs dirimatur, diſcutienda ſunt quæ de utriſque habent ſcriptores & tabulæ veteres.

Vaſſos primitus fuiſſe, quos *familiares* ætas poſterior appellavit, ſeu domeſticos, & qui ex Regia, aut alicujus Principis, familia erant, videtur indicare Lex Alamannorum tit. 79. §. 3. *Si autem ut Seniſcalcus, qui ſervus eſt, & dominus ejus 12. vaſſos infra domum habet, occiſus fuerit*, &c. Marculfus lib. 2. form. 17. quæ eſt *teſtamentum duarum perſonarum: Quicquid exinde facere elegeris, aut pro animæ remedio in pauperes diſpenſare, aut ad vaſſos noſtros, vel benemeritis noſtris abſque repetitione hæredum meorum quod tua decreverit voluntas, faciendi liberam habeas poteſtatem.* Ubi *vaſſi* non alii ſunt à famulis. Concilium Cabilonenſe II. c. 63. *Nullus vaſſus Abbatiſſæ, nec Miniſter aliquis, nec Clericus, nec Laicus clauſtra ancillarum Dei ingrediatur.* Præterea Capitula Caroli M. & Capitul. an. 823. c. 24. ac priora quidem lib. 2. c. 24. *Vaſſi quoque & vaſſalli noſtri nobis famulantes, volumus ut condignum apud omnes habeant honorem, ſicut à genitore noſtro & nobis ſæpe admonitum eſt.* Agitur hoc loco de *Vaſſis* Regiis & Dominicis. Et lib. 3. c. 73. *De vaſſis Dominicis, qui adhuc intra caſam ſerviunt, & tamen beneficia habere noſcuntur, ſtatutum eſt, ut quicumque ex eis cum domno Imperatore domi remanſerit, vaſſallos ſuos caſatos ſecum non retineat, ſed cum Comite cujus pagenſes ſunt, ire permittat.* Denique lib. 4. c. 4. *De vaſſis noſtris, qui ad marcham noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis regionibus ſua habent beneficia, vel res proprias, vel etiam nobis aſſiduè in palatio noſtro ſerviunt*, &c. Erant igitur *vaſſi* iidem qui famuli, quod præterea videtur indicare vocis origo apud Boxhornium in Lexico Gwallico, ſeu Cambro-Britannico, & autorem Catholici Armorici: *Gwas*, vel *Goas*, *ſervus, famulus. Antiquis ſignificabat juvenem, adoleſcentem virum.* At Goldaſtus *Vaſſum* à *vade* dictum contendit, *qui vadimonium pro beneficio accepto auctori ſuo dedit.* Denique Turnebus lib. 21. Adverſ. cap. 15. *Vaſallos* appellatos exiſtimavit, quaſi *Vaſarios*, tanquam clientes qui in nobilium *vaſario*, ſeu ſupellectile, fuerint. Ita in vocum originationibus ludunt viri eruditi. Iſo Magiſter in Gloſſis: *Cliens, minor vaſſus, ſerviens.*

Vaſſi verò è familia Imperatoris aut Regis, *vaſſi Regales*, in Capitul. Pipini Regis Italiæ an. 793. c. 36. & in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni c. 9. vulgò verò *Vaſſi Dominici* appellantur, id eſt *proprii* Imperatoris aut Principis, & qui ex ejus familia erant. Apud Eginhartum Epiſt. 27. filius cujuſdam Comitis, *Vaſſus Dominicus* dicitur. Tabularium Conchenſis Abbatiæ in Ruthenis ch. 481. ſub Lud... Pio Imp. *Manſellos illos qui ſunt in illa valle de ratione S. Mariæ Landunenſe, quæ Bertrandus Dominicus vaſſus pro regia poteſtate, vel gubernatore Sanctæ Mariæ in beneficio habebat*, &c. *Comites & vaſſi domeſtici*, in Concilio Ticinenſi an. 855. ubi iidem ſunt qui *Dominici*. Horum ordo magnus fuit, ut qui poſt Epiſcopos, Abbates, & Comites ſtatim nominentur in Capit. Caroli C. an. 877. c. 1. & in Capitul. apud Tuſiacum an. 865. &c. Sed & *Miſſo Dominico*, & *Vaſſo* Regio facta injuria pari pœna puniebatur, ut eſt in Lege Longob. lib. 1. tit. 13. §. 3.

Ita tamen ex familia Regia erant, ut fide & ſacramento Principi obſtricti eſſent. Unde in Capitul. Caroli C. tit. 23. c. 4. junguntur *drudis*, id eſt *fidelibus*: *Sine ſolatio & comitatu drudorum atque vaſſorum nuda & deſolata exibit.* Deinde quicumque Regi eodem fidelitatis ſacramento obſtringerentur, *Vaſſi* omnes appellati, ut qui hocce pacto ex ejus familia eſſe cenſerentur. Annales Franc. an. 788. *Ibique veniens Taſſilo ex juſſione Domni Regis, ſicut & cæteri ejus vaſſi*, &c. Annales S. Nazarii de eodem Taſſilone an. 787. *Illucque veniens Deſſilo Dux Bejweriorum ad eum, & reddit ei cum baculo ipſam patriam, — & effectus eſt vaſſus ejus:* Annales Franc. Moiſſiac. an. 795. *Ipſi adhuc pleniter non venerunt, eo quod vaſſum Domni Regis Cabelon Abotritarum occiderant.* Atque ex eo quod dominorum ſervitio aſtricti eſſent, dictos volunt à *Vaſten* Germanico, obligare, vincire: ita Fridericus Bandius ad Conſuetud. feudales Gelriæ pag. 6.

Vaſſi iſti *Dominici* extra ordinem interdum mittebantur à Principe in provincias, ut Comitibus adeſſent in juſtitia adminiſtranda, & cum eo jus dicerent, alia- quæ rei publicæ negotia exequerentur, quod docent Lex Longob. lib. 2. tit. 2. §. 2. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 133. Synodus Cariſiaca c. 2. Capit. Caroli C. tit. 32. c. 12. &c. Tabularium Caſaurienſe ch. 257. *Ego Heribaldus Comes in vice Comitis Palatii ad ſingulas hominum juſtitias deliberandas, reſidentibus mecum Lacinaldo & Eriſredo & Cariprando vaſſis Domini Imperatoris, Adelberto, Joanne, Maculfo judicibus*, &c. Extant alia *Judicatorum* exempla coram Comitibus & Vaſſis, in Chronico Lauriſhamenſi p. 59. & apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 742. & Sammarthanos in Archiepiſc. Narbonenſib. n. 5. Neque, opinor, alii ſunt *Vaſſi Comitum* à *Vaſſis Dominicis*, cùm ita appellentur, quod iis à Rege ut Collegæ darentur in jure dicundo, in Lege Longob. lib. 2. tit. 42. §. 1. lib. 3. tit. 12. §. 1 & in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 51. ubi revera jus dixiſſe ſatis docent; quod tamen nolim omnino præſtare, ex lib. 4. Capitul. Caroli M. cap. 70. Proinde *vaſſi Dominici* reſpectu Comitum, erant ſicut Capellani minores reſpectu Epiſcoporum & Abbatum. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccleſ. cap. 31. *Capellani minores ita ſunt, ſicut hi quos Vaſſos dominicos Gallica conſuetudine nominamus.*

Sed & hi interdum *ad Marcham cuſtodiendam* mittebantur, ut eſt in Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 4. Vita Ludovici Pii an. 778. & Continuator Aimoini lib. 5. cap. 1. *Ordinavit per totam Aquitaniam Comites, Abbateſque, nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgò vocant, ex gente Francorum, quorum prudentia & fortitudini nulla calliditate & nulla vi obviare fuerit tutum, eiſque commiſit curam regni, prout utile judicavit, finium tutamen, villarumque Regiarum ruralem proviſionem.* Quæ quidem verba poſtrema videntur potiſſimum ſpectare *vaſſos dominicos*, qui interdum *villicorum* vices agebant. Lambertus Ardenſis: *Ab antiquo Comitis Walteri tempore, quemdam Villicum, vel Præpoſitum, quem antiquiora tempora Vaſſum ſuum appellant, in terra Ghiſnenſi habebant, qui de omnibus decimis & poſſeſſionculis, quas in eadem terra poſſidebant, eis ut villicus ſufficienter reſpondebat.* Adde Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 70. Legem Longob. lib. 3. tit. 4. §. 5. &c.

Cum igitur vel ad ſua miniſteria pergebant, vel cùm in iis conſiſtebant, quemadmodum *Miſſi* Dominici & Comites, *conjectum* accipiebant, ut eſt in iiſdem Capitul. lib. 4. c. 69. & in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 38. tit. 4. §. 5. Quinetiam Comitibus eorumque juriſdictioni ſuberant, adeo ut ſi *juſtitiam non feciſſent*, in eos Comites animadverterent, ex Lege Longob. lib. 2. tit. 52. § 2. tit. 55. §. 1. Quod & de *vaſallis Dominicis* pertinac habent Cap. Karlomanni Regis tit. 2. c. 11.

Vaſſis Dominicis dabantur etiam à Principe *Beneficia* in Provinciis. Capitulare an. 779. c. 10. & in Addit. 4. Capitul. c. 120. *Similiter & vaſſi noſtri, ſi hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant.* Capitula Caroli M. lib. 4. c. 4. *De vaſſis noſtris, qui ad marcham noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis regionibus ſua habent beneficia, vel res proprias*, &c. Vide Eginhartum Epiſt. 26. 27. Odo Cluniacenſis lib. 1 de Vita S. Geraldi cap. 17. *Neque patiebatur, ut quilibet ſenior beneficia à ſuo vaſſo pro qualibet animi commotione poſſet auferre*, &c. Quo loco *vaſſus* idem ſonat quod *vaſallus*, qui ſcilicet ratione feudi domino eſt obnoxius. Idem cap. 32. *Nam Republica ſtatu jam nimis turbato, regales vaſſos inſolentia Marchionum ſubjugaverat.* Et lib. 4. cap. 7. *Cum vaſſus quidam nomine Aldradus*, &c. Tabularium Vindocinenſe fol. 54. *Guido de Blaſone Dominicus vaſſus accedens ad Domnum Odericum Abbatem*, &c. Idem Tabular. ch. 98. *Comparavit igitur Agnes inclita Comitiſſa legitima emptione a Lancelino Dominico vaſſo de Caſtro Baigentiaco Eccleſiam S. Betti, cum tota integritate ſua, quæ ſita eſt juxta murum Vindocini*, &c.

Denique *Vaſſorum* & *Vaſſallorum Dominicorum* ea erat prærogativa, ut ſi criminis aut alterius delicti incuſarentur, non ipſi, ſed *meliores illorum homines juramentum perſolverent*, ut eſt in Capitulis Karlemanni Regis tit. 2. c. 4. & 11. ubi hæc habentur: *Honorem enim talem noſtris vaſſis Dominicis concedimus, ut ipſi non ſicut reliqui manu propria ſacramentum jurent, ſed melior homo illorum & credibilior agere non differat.* Neque alius eſt *honor condignus*, quem vaſſis haberi volunt Capitula Caroli M. lib. 2. c. 24. Porrò qui *vaſſi Dominici* appellantur in Capitulis Karlomanni d. tit. 2. c. 4. iidem *Vaſſi* & *Vaſſalli Dominici* promiſcuè dicuntur d. c. 11. adeo ut *Vaſalli Dominici* non alii ac diverſi fuerint.

Vaſſorum deinde & *Vaſſalorum*, ut *Cataneorum*, ſeu *Capitaneorum*, ſub poſtremis Imperatoribus Alemannicis inductus fuit ordo honorarius, qui etiam ad poſteros tranſmittebatur, nulli licet addictus loco, aut gubernationi. Chartam Conradi Regis Burgundiæ anni 944. deſcripſit Guichenonus ex Tabulario Cluniacenſi, exaratam coram Epiſcopis & Comitibus in ea nominatis, *Vaſſis Dominicis majoribus & minoribus*. Aliam Willelmi Comitis Provinciæ ex eodem Tabulario laudat Antonius Ruſius, quæ perinde exarata dicitur coram *Vaſſis Dominicis tam Romanis, quàm Salicis.* Petrus Damianus lib. 1. Epiſt 9. pag. 21. *Narravit mihi Humbertus, quia vaſſus quidam dum iter ageret, accidit ut juxta molendinum equo inſidens pertranſiret*, &c. Lib. 6. Epiſt. 9. *Frater meus talis vaſſi unicam filiam ſibimet in matrimonio copulavit*, &c. Decretum Mainardi & Joannis Cardinalium pro Eccleſia Mediolanenſi, apud Baronium an. 1067. n. 11. *Clericus autem vel Laicus pro ordinis ac dignitatis ſuæ qualitate, hac poteſtate talis mulctetur damno, ut ſiquidem de ordine Capitaneorum fuerit, viginti denariorum libras, vaſſorum autem decem, negotiatorum quinque — componat.* Sed & *Vaſſos* & *Vaſſallos* creatos ab Imperatoribus, interdum etiam ipſiſmet Auguſtos aliis nobilibus eoſdem creandi jus impertiiſſe legimus. Extat Bulla Caroli IV. Imperat. an. 1355. qua *Milano de Becharia* civi Papienſi Notarios & Tabelliones creandi, & illegitimos natalibus reſtituendi facultatem impertitur, in qua ſequentia adduntur; *Et quod poſſitis tu & filii tui — quoſcumque ſponte volentes vaſallos facere, ad vaſallatus onus inducere auctoritate prædicta, illuſtribus Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus dumtaxat exceptis.*

Baſſus etiam pro *vaſſus*, dixit Charta laudata ex Tabulario Caſaurienſi, ut & Capitulare I. Caroli M. an. 802. c. 39. Diploma Ludovici Imp. *Si Comes aut baſſi noſtri remanſerint.*

Vaſſaticum, Fides quam præſtat *Vaſſus* Domino, vel Principi: proinde idem quod *hominium*. Annales Francor. an. 757. *Ibique Taſſilo venit Dux Baioariorum, in Vaſſatico ſe commendans per manus*, &c. Ubi Ado Viennenſis: *Seque illi in vaſſalum commiſit.* Iidem Annales an. 788. *At ille videns ſe undique conſtrictum, venit per ſemetipſum, tradens ſe manibus Regis in vaſſatico, renovans ſacramenta.* Charta Caroli Calvi pro Barcinonenſibus, apud *Diago* lib. 2. c. 4. & to. 2. Hiſt. Francor. *Noverint præterea iidem Hiſpani ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam, ut ſe in vaſſaticum Comitis noſtri, ſicut alii Franci homines, commendent: & ſi aliquod beneficium quiſquam eorum ab eo cui ſe commendavit, fuerit conſecutus, ſciat ſe de illo tale obſequium Seniori ſuo debere exhibere, quale noſtrates homines de ſimili beneficio Senioribus ſuis exhibere ſolent.*

Vaſſaticum præterea appellabant præclarum in præliis, vel occaſionibus aliis bellicis facinus, vel animi magnitudinem: fortè quod *vaſſi* & *vaſalli* eſſent viri militares, & iidem qui poſtmodum *Milites* nudè appellati ſunt. Hincmarus Remenſis in Opuſculo 55. Capitulorum cap. 52. *De hac quoque vitio ſuperbiæ deſcendit, quod multi te apud plurimos dicunt de fortitudine & agi-*

lıtate tui corporis gloriari, & de prœliis, atque ut noſtratium lingua dicitur, de vaſsaticis frequenter ac libenter ſermonem habere, &c. Ubi ſanè malim *vaſsaliticis*, tametſi vox *vaſsaticis* tolerari poſſit, à *vaſsus*. Sed ut priorem præferam, facit recepta deinceps vox *vaſselage* hac eadem notione apud ſcriptores vernaculos inferioris xvi. *Le Roman de Garin* MS.

Tel vaſselage certes pris ge petit.

Le Roman de Roncevaux MS.

Par vaſselage ſoloie i eſtre vos dius.

Le Roman d'Atins MS.

De force ne de vaſselage,
N'os ſon per en tot le vornage.

Le Roman de Florimont MS.

Li Rois avoit riche corage,
Et penſa un fier vaſselage.

Guill. *Guiart* anno 1267.

Meſire Erart de Valeri,
Un haut baron courtois & ſage,
Et plain de grant vaſselage,
Que ſon cors & ſes faiz looient,
Tuit cil qui parler en ooient.

Le Roman de Vacce:

Que Richart ert moult prous, & de grant vaſselage.

Chron. MS. Bertrandi *du Gueſclin*:

Si aj trouvé en luy d'honneur ſi largement,
Et tant de vaſselage & de fier hardement.

Robertus de *Bourron* in Hiſt. Merlini MS. *Noſtre Sire nous a fait moult grant honnour, quant vous ſi haut homme, comme li Rois eſt, avés pris par voſtre vaſselage.* Chronicon Franc. MS. ex Bibl. Memmiana in Carolo V. *Onq convoiteux ne fit beau vaſselage.* Adde Chronicon Flandriæ cap. 18. 30. & Buzelinum in Gallo-Flandria lib. 3. cap. 6. pag. 482.

Ut porrò *vaſselage*, pro animi magnitudine uſurparunt noſtri, ita & *vaſsans*, viros fortes appellabant. Philippus *Mouskes*:

Aprés li reforſt en Banniere
Une guerre orgilleuſe & fiere,
Le ſire iert Dus, s'ot non Raſans,
Qui moult eſtoit preus & vaſans.

Guilelmus *Guiart* an. 1304.

Eſpaignols qui ces trois nez guient,
On mult à de hardis vaſsans.

Le Roman de Garin:

Maint bon vaſal i firent trebucher.

Alibi:

Meillor vaſsal de lui ne ſache mie.

Vetus Poëta MS.

Biaus fu & lons & drois, bien enſemble vaſsal.

Li Luſidaire MS.

Quant Jacob vint li Seneſcaus,
Qui mult eſtoit preus & vaſsans.

Le Roman de Roncevaux MS.

Othes fu preus, & bon vaſsaus vaillans.

Chron. Flandriæ cap. 15. Matthæum de Montemorenciaco *gentil vaſsal* appellat.

Vaſſalli, ſi Marcam audimus lib. 1. Hiſt. Beneharn. cap. 28. n. 10. ſunt *vaſſorum vaſſalli*, ſeu *vaſſis* ratione clientelæ obnoxii. Id non omnino verum eſſe patet ex iis quæ ſuprà attigimus, nobiſque fuſiùs probandum incumbit. Conſtat ſanè utramque vocem ejuſdem eſſe originis, ſi non omnino notionis.

Vaſſos diximus fuiſſe domeſticos & familiares Principis aut alterius cujuſvis, quod etiam de *Vaſſallis* dici poſſe evincunt ſcriptores, præſertim Hincmarus de Ordine Palatii c. 28. deſcribens *miniſteria*, & familiam Principis: *Tertius ordo item erat tam majorum, quàm minorum, in pueris vel vaſſallis*, &c. Ubi *pueri*, ſunt ii quos *famulos* dicimus. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 20. *Scarionem*, ſeu Oſtiarium Aulæ Regiæ, *Vaſſallum* Imperatoris appellat. Cap. 22. de quodam Epiſcopo: *Hic habuit unum vaſſallum non ignobilem civium ſuorum, valde ſtrenuum & induſtrium: cui tamen ille, ne dicam beneficium aliquod, ſed ut nullum quidem aliquando blandum ſermonem impendit.* Ita denique lib. 2. cap. 15. ubi de quodam puerulo ab Imperatore in familiam ſuam adſcito. Capitula Caroli M. lib. 2. c. 24. *Vaſſi quoque & vaſſalli noſtri nobis famulantes*, &c. Edictum Piſtenſe Caroli C. c. 14. ex iiſdem parentis Capitulis: *Vaſſalli noſtri nobis & noſtræ conjugi famulantes*, &c. Concilium Ravennenſe an. 904. c. 10. *Ut plebes Eccleſiæ nullatenus aut Comitibus, aut Epiſcoporum vaſſallis aut ullis Laicis beneficia tradantur.* Denique Adalardus in Statutis Corbeienſibus lib. 1. cap. 6. totam familiam Monaſticam in ſex ordines diſtribuit: 1. *Famulorum vel matricularıorum, qui ſemper æqualiter habendi ſunt*: 2. *Fratrum*: 3. *Vaſſallorum*: 4. *Hoſpitum*: 5. *Pulſantium vel Scholarium*: 6. *ſingulorum huc illucque Prabendariorum.* Meminit etiam *caſæ vaſſallorum* cap. 1 (qui inde *vaſſalli caſati*, i. caſæ addicti, dicuntur lib. 3. Capitul. Caroli M. c. 75.) & *panis vaſſallorum* cap. 2. & 4.

Ut *vaſſi* Comitibus erant aſſeſſores in judiciis publicis, ita & *vaſſalli*. Charta Alamannica 95. Goldaſti: *Juſſum eſt Waningo Comiti Ruadperto vaſſallo Regis inquiſitionem de hac re fieri*, &c. Adde chart. 18. Vetus Notitia ſub Karolo Rege anno 14. apud Beſlium p. 224. *Notitia qualiter vel quibus præſentibus, ibique veniens Hiſarnus die Veneris 3. Kal. Aprilıarum infra urbem Piſtavam, ante Domnum Ebolum praveniente gratia Dei Comitem, & ibidem aſſiſtentibus vaſſallis, interpellabat quendam Diaconem*, &c. Conventus Ticinenſis an. 850. c. 1. *Ideo volumus ut Comites noſtri, eorum ſculdaſii adjunctis ſecum vaſſallis Epiſcoporum, — ſtudioſiſſimè perquirant*, &c.

Porrò qui *vaſſi*, vel *vaſſi dominici* dicuntur, nullo diſcrimine *vaſſalli* vel *vaſſalli dominici* appellantur, & cum *Comitibus* junguntur, nulla interdum vaſſorum facta mentione, in Lege Longob. lib. 3. tit. 4. §. 5. in Capitul. Caroli M. an. 807. c. 3. 6. lib. 4. c. 32. lib. 5. c. 147. & lib. 2. c. 24. *Vaſſi & vaſſalli noſtri*, &c. quaſi iidem fuerint. Præterea in Capitulis Caroli C. tit. 6. c. 20. tit. 31. part. 2. c. 1. & tit. 42. In Vita Ludovici Pii an. [illegible]4. *Itemque Sanila Comes, nec non Aladalelmus vaſſallus dominicus capite plexi ſunt.*

Ut *vaſſis*, ita & *vaſſallis* beneficia à Principe concedebantur. Capitulare Compendienſe an. 757. c. 6. *Homo Francus accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit ſecum ſuum vaſſallum, & poſtea fuit ibi mortuus ipſe ſenior, & dimiſit ibi ipſum vaſſallum, & poſt hoc accepit alius homo ipſum beneficium*, &c. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. c. 14. *Cum illo fiſco, vel curte illa, in Abbatiola vel Eccleſia, tam bonum meliorem vaſſallum, quam ille Comes eſt, vel Epiſcopus, fidelem mihi acquiro & facio.* Concilium Compendienſe an. 757. c. 6. *Homo accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit* (ſenior) *ſecum ſuum vaſſallum*, &c. Charta Ludovici Imp. in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem pag. 113. *Id eſt villam ac beneficium illud, cujus vocabulum eſt Dedimiaca curtis, habentem manſos 12. quam hactenus Vaſſallus noſter, nomine Hiſimbertus, noſtra largitione habuiſſe dinoſcitur*, &c. Capitula Caroli C. tit. 6. c. 20. *Videtur nobis utile & neceſſarium, ut fideles & ſtrenuos Miſſos ex utroque ordine per ſingulos Comitatus regni veſtri mittatis, qui omnia diligenter imbrevient, quæ tempore avi ac patris veſtri, vel in regio ſpecialiter ſervitio, vel in vaſſallorum dominicorum fuerunt*, &c. Ubi nulla fit mentio *vaſſorum*. Charta Caroli C. Regis apud Loiſellum in Bellovaco pag. 242. *Villam quandam — quam Vaſſallus noſter quidam nomine Sigefredus tunc in beneficium retinebat.* In Annalibus Francor. Bertinianis an. 870. *Villæ vaſſallorum* dicuntur, & opponuntur *villis dominicatis*. Conſtitutio Ludovici II. Imp. pro expeditione Beneventana c. 5. apud Camillum Peregrinum: *Quod ſi comes aut baſſi noſtri aliqua infirmitate remanſerint, — aut Abbates vel Abbatiſſæ ſi pleniſſime homines ſuos non direxerint, ipſi ſuos honores perdant, & eorum baſſalli & proprium & beneficium perdant.* Adde Chartam Ludovici Pii de Diviſione Imperii an. 814. editam à v. cl. Steph. Baluzio, c. 9. Præceptum Bar-

noini Archiepiſcopi Viennenſis an. 881. Quæ namque vires prænominati Cœnobioli quondam fratribus deſerviebant, ſed jam ab eo abſtracta, & beneficium erant vaſſallorum effecta. Denique Nicolaus I. PP. Epiſt. 20. ad Carolum Calvum Regem de Balduino Flandrenſium Comitum ſtipite: Balduinus vaſſallus veſter, &c.

Vaſſalli præterea Chartas dominorum ſuorum ſubſcribebant, adjecta hac ipſa vaſſalli dignitate. Binas deſcripſit Hemereus Alberti Comitis Viromandenſis: prior an. 954. ita clauditur: S. Adalberti Comitis, — Geraldi, Hildradi Anſeri vaſallorum. Altera an. 959. S. Guntranni vaſalli, Anſelmi vaſalli, Ottadi vaſalli. Ubi ita appellantur qui poſtmodum Milites dicti ſunt: quo quidem etiam vocabulo vaſſallos ſeu feudatarios indigitari in Chartis ſuo loco docuimus.

Vaſſallus indominicatus. Charta Caroli C. Regis Fr. an. 3. ex Tabulario S. Cyrici Nivernenſ. Sed & concedimus ibidem auctoritate Regia omnes res ejuſdem Eccleſiæ, quæ quondam fuerunt ab ea abſtracta, & quas modo noſtri indominicati vaſſalli tenent, ut quia ipſi nobiſcum dimicaverunt fideliter, in vita ſua tantum, conſenſu ejuſdem ſupradicti Epiſcopi eas teneant.

Vaſſallus ſimplex. Vide Signum Regis.

Vaſſalaticum etiam dixere veteres, ut vaſſaticum, pro fidei ſacramento quod vaſſalli Domino vel Principi præſtabant. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 5. Stetit nobis de illos homines qui hic intra Italia eorum ſeniores dimittunt, ut nullos eos recipere debeat in vaſſallatico, ſine comiato ſenioris ſui, &c. Adde c. 36. Epiſtola Epiſcoporum ad Ludovicum Reg. an. 858. c. 15. Et nos Epiſcopi Domino conſecrati, non ſumus hujuſmodi homines, ut ſicut homines ſeculares, in vaſſalatico debeamus nos cuilibet commendare, aut jurationis ſacramentum, quod nos Evangelica & Apoſtolica atque Canonica autoritas vetat, debeamus quoquo modo facere, &c. Ubi vaſſalaticum non aliud ſonat quàm vaſſaticum. Quæ quidem vox uſurpata legitur poſterioribus ſeculis pro hominio: quod etiam vaſſalagium appellatu[…] Charta an. 1274. Pro quibuſ[…]nibus — tenentur […]s homagium facere, & vaſſalaticum, & fidelitatem jurare. Speculator lib. 4. part. 3. de Feud. art. 2. §. 5. ait quod in Italia & alibi vocatur vaſſalagium, in Francia homagium appellari. Petrus de Vineis lib. 6. Epiſt. 9. Abſolventes eos ab omni fidelitate vaſſallagii, ſeu homagii juramento. Charta Heliæ Talairandi Vicecomitis Leomaniæ & Dauvilarii, qua hominium præſtat Abbati Moiſſacenſi, an. 1291. Fe homenatge & fe vaſſals & Cavaliers al dich ſenhor. Quo loco tres hæ voces idem ſonant. Vaſſallus enim, uti obſervatum, & Miles, idem ſunt. Charta alia: Sciendum eſt quoniam Ari Hodz Veſcoms de Lomancha a fait homenatge, e ſes faits Cavaliers & Hom al Senhor de Montpezat Abad de Moyſſac, el predich Veſcoms mandet & autreget al Senhor predich Abad, que vos Cavaliers e fiels e loials li ſia en tots locs, e que lui e le moſtier de Moiſſac, el covent duquel meiſſ. Moſtier, e totas las coſas garde e deffenda de mal e de domnage a bona fe par tots locs, &c. an. 1238. In Conſuetudine Bituricenſi tit. 12. art. 4. & 9. vaſſelage uſurpatur pro dominio quod habet dominus in tenementum vaſſalli, ſeu pro feodalitate. Vide Georgium Pilonum in Hiſtoria Bellunenſi pag. 106.

Vaſſ[…]ones pro vaſſallus. Chronicon Magdeburgenſe MS. ex Bibl. S. Germani Pariſ. an. 952. Ubi præſcriptus cum filio ſuo Adalberto Regia ſe per omnia in vaſſaticum dedidit dominationi, ſimul & Reginæ iram ſupplici venia placavit. Ita etiam Regino.

Vaſſallulus, Minoris dignitatis vaſſallus. Matth. Paris an. 1244. Et quis Chriſtianorum ignorat Principem Walliæ Regis Angliæ eſſe vaſſallulum?

Vaſſeleria. Charta an. 1238. in Regeſto Toloſano Cameræ Computor. Pariſienſis t. 97. Videlicet Baronias, & vaſſelerias, &c. Neſcio an vaſſeleria idem ſit quod Bacelaria, indeque vox hæc poſtrema deducatur, ut vaſſelaria, feudum fuerit vaſſalli inferioris.

Deſvaſſallare. Michaël del Molino in Repertorio pag. 326. Si aliquis accuſaretur de aliquo crimine, ex eo quod deſvaſſallavit aliquem vaſſallum à loco alterius, &c. Infra: Vaſſallum ſi aliquis extraxerit, aut juraverit ad extrahendum à loco alterius cauſa deshabitandi eum, & ducendi talem vaſſallum ad locum ſuum, aut alterius domini, talis extrahens & adjuvans incurrunt ex hoc in pœnam mortis corporalis, &c.

Baſſallus, pro vaſſallus, in Conſtit. Ludov. II. Imp. pro exercitu, edita a Camillo Peregrino, c. 4. 5.

VASTRAPES, in Gloſſis Philoxeni, ἐμβάδες. Occurrit hæc vox apud Rufinum in verſione Joſephi lib. 3. Antiq. Judaic. cap. 11. ubi Joſephus habet ἀναξυρίδας.

VASTUM, *Gaſtum*, *Guaſtum*, *Waſtum*, *Waſtina*, voces ejuſdem notionis & originis.

Vaſtum, Deſtructionem ſignificat. Magna Charta: Cuſtos terræ hujuſmodi heredis, qui infra ætatem fuerit, non capiat de terra heredis non niſi rationabiles exitus, hac ſine deſtructione & vaſto hominum vel rerum.

Vaſtum maximè dicitur de agris qui non excoluntur. Paulinus Nolanus Epiſt. 30. ad Aprum: Qualem agri tui ſpeciem à villico tuo fieri poſtulas, talem Deo Domino tuo redde culturam: & intellige quicquid in agro tuo diſplicet aut placeat, idem in anima tua placere Chriſto aut diſplicere. Si vaſta peccatis quaſi dumis ſordeat, neque Propheticis aut Apoſtolicis nubibus compluatur, in aridam ſolitudinem gratia deſerente damnabitur. Teſtamentum Fulradi Abbatis S. Dionyſii: Tertiam cellam infra vaſta Voſgo (Voſegi) ædificavi, ubi ſanctus Cocenatus requieſcit. Tabularium Vindocinenſe ch. 237. Oſanna filia Gaufridi de Fay dedit duos arpennos prati cenſu quietos & liberos: & alios duos de quadam manufirma ſua, quæ eſt ad Morias. Quæ dum priſcis coleretur temporibus, 12. den. cenſus ſolvebat, modo verò quia vaſta eſt, nil cenſus reddit, ſed eſt allodium. Tabularium Eccleſiæ S. Stephani Lemovicenſis an. 1081. Fecit Goſbertus Archidiac. totam terram de Monte S. Joannis eſſe vaſtam.

Vaſtum facere, Littletoni ſect. 67. Faire Waſt, Deſtruere, depopulari. Inqueſta de foriſfacturis Foreſtar. Angl. Inquiratur etiam qui fecerint vel facere conſueverint vaſtum vel deſtructionem de viridi, vel de venatione. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 192. Ita ſcilicet quod de Waſto quod facient quadrigæ quæ ibunt in boſcum de Wallor & Widelai, neque de Waſto aliarum quadrigarum quæ ibunt in alios prædictos boſcos non ponantur in merci, nec ſcribantur in Waſto. Pag. 518. Cum toto nemore ſuo, ſalvis aiſiamentis ſuis, & hominum ſuorum de Hida, ſine waſto & venditione. Tomo 2. pag. 204. Et de foreſta ſua omnia neceſſaria ſua ſine vaſto ad ædificandum, & ad aratra ſua, &c. Charta Henrici III. Regis Angl. apud Prynneum in Libert. Ang. to. 3. p. 974. De boſco vaſto extra villam de N. quod — tenent ad feodi firmam, &c. Rogerus Hovedenus pag. 784. Item Rex defendit quod nullus donet vel vendat aliquid ad deſtructionem boſci ſui, vel waſtam quæ ſit infra foreſtam Regis: ſed concedit benè quod capiant de boſcis ſuis quod neceſſe eis fuerit ſine waſto, & hoc per viſum foreſtarii ſui, &c. Waſtum facere in boſcis, in Charta Joannis Regis Angliæ pro foreſtis an. 1215. Albertinus Muſſatus lib. 7. de Geſt. Henrici VII. rubr. 1. Quorum plerique ſuſpectioribus urgentibus cauſis ad Turrianorum loca diſcurrentes, quæ Vaſta appellant, &c. Computum Domanii Stapularum in Comitatu Bononienſi an. 1475. Recepte des Waſtis en la Foreſt de Hardelo. Et fol. 41. Recepte de Waſtis en la foreſt de Boulogne, de pennaiges de vaches & veaux [...] lans en ladite foreſt, pour 5. ſols la vache, & 2. ſols [...] deniers le veau. Vide Joann. Bekam in Hungero Epiſc. Leod. Differt autem vaſtum ab exilio. Fleta, lib. 1. cap. 12. §. 20. Vaſtum & deſtructio ferè æquipollent, & convertibiliter ſe habent in domibus, boſcis, & gardinis. Sed exilium dici poterit, cum ſervi manumittuntur, & à tenementis injurioſe ejiciantur. Adde lib. 1. c. 12. §. 1. 6. Bractonum lib. 4. pag. 316. 317. & Edw. Cokum ad Littletonem ſect. 67.

Vaſtum, ſeu *Waſtum*, vel *Waſta*, in ſilvis, dicitur præterea illud quod *planum* eſt, ſeu abſque arboribus. Tabularium Abtienſis Monaſterii: *Concedo fratribus de Abſie totum planum, vel ut vulgò dicitur, totum Guaſtum quod modo eſt, vel in poſterum erit in boſco meo*, &c. Atque ita voces *Waſta*, & *Waſtum* accipiendæ in Monaſtico Anglicano to. 1. pag. 529. to. 2. p. 204.

Vaſtum, præterea, apud JC. Anglos, jungitur cum anno & die, & dicitur *Annus, dies, & vaſtum*. Quæ quidem verba jus deſignant quod Rex habet in domibus & prædiis felonum minoris, ût aiunt, proditionis, (*Felons de petite trahiſon*) quæ ab alio Domino quam ab ipſo Rege tenentur in feudum, vel jure dominii. *Cum enim in poteſtate Regis ſit*, inquit Bracton, *proſternendi ædificia, extirpandi gardina, & arandi prata felonum, & quoniam hujuſmodi vergebant in grave damnum dominorum, pro communi utilitate proviſum fuit, ut hujuſmodi dura & gravia deſiſterent, & Dominus Rex pro his haberet commodum totius terræ illius unum annum & diem, & ſic omnia cum integritate reverterent in manus capitalium dominorum*. Proindeque id juris habebat Rex pro *vaſto* quod facere poterat in prædiis Felonum. Vide Stanfordium in Placit. Coronæ lib. 3. cap. 30. & ſuprà in *Condemnare*.

Quietum eſſe de vaſto nemorum, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 922.

Vaſtum denique, ſeu *Breve de vaſto*, iiſdem JC. Anglis, dicitur *breve* quod conceditur contra eos qui ad vitam ſuam, aut ad vitam alterius, vel in donum, aut per *curialitatem*, vel per *Wardam* poſſeſſiones aliquas poſſident, & in iis *vaſtum* fecerunt. Vide Raſtallum.

Vaſtitas, idem quod *Vaſtum*, apud Bractonum lib. 4. Tract. 1. c. 41. & in Fleta lib. 4. c. 25. §. 1. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Vaſtitas, ſolitudo, vel eremus*. Gloſſ. Gr. Lat. *πόρθησις, excidium, vaſtitas, vaſtatio*.

Vaſtatores, Milites qui agros depopulantur, noſtris, ex Italico, *Gaſtadours*: occurrit vox hæc apud Rollandin. in Chron. lib. 4. cap. 13. lib. 5. cap. 10. 17. lib. 10. cap. 5.

Gaſtum & *Guaſtum*, pro *Vaſtum*, non ſemel etiam occurrit. Gloſſar. Lat. Gall. *Vaſtus, Vain, Gaſt. Terra in gaſtu, quæ non excoluntur*, in Regeſto Philippi Auguſti Reg. Herouvalliano fol. 143. *Guaſta, damna, & incendia*, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epiſt. 112. Tabularium S. Vincentii in Boſco Carnot. an. 1225. *Si terra circumjacens pro communi guerra gaſta remanſerit vel inculta*. *Gaſtum facere*, in Charta an. 1215. apud Corium in Hiſt. Mediolanenſi part. 2. pag. 157. & in Hiſtoria Cortuſiorum lib. 1. cap. 8. *Faire ravage & gaſt, diſſipation*; &c. in Conſuetudine Turon. art. 169. Robertus Bourronus in Merlino MS. *Et enſi mettoit à gaſt & à deſtruction treſtout le Royaume de Logres*. *Simple gaſt d'heritages*, in Conſuetud. Burbonienſi art. 524. Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 257. *Car ſe il i a leus gaſtes entre qui ſoit dou Seignor, l'en la doit ſauver au Seignor*. *Le Roman de Roncevaus* MS.

Tout abat mort en un gaſte ſentier.

Sergent gaſtier, in Conſuetud. Arvernenſi cap. 31. art. 69. miniſter qui in meſſibus aut in agris vel ſilvis invigilat, ne *vaſtum* aut damnum fiat. Veneti *guaſti* appellant circumjectam oppidis planitiem.

Gaſtina, apud Innocentium III. PP. lib. 15. Epiſt. 179. *Gaſtine*, in Conſuetud. Arvernenſi: *Waſtina*, in Conventione inter Ducem Brabantiæ & Capitulum S. Waltrudis Montenſis an. 1209. apud Miræum in Diplomat. Belgic. pag. 160. *Omneſque vaſtinæ, quæ Terræ ſilveſtres dicuntur*. Alia an. 1247. ibid. pag. 173. *In omni terra quæ vulgariter Waſtina dicitur*. Adde pag. 50. Probationes Hiſtoriæ Guinenſis pag. 70. 209. 466. 514. Hinc *Agaſtiner*, pro *vaſtare* agrum, domum, ſilvam. Eædem Aſſiſiæ Hieroſol. cap. 257. *Et qués apartenances il ſemble que il i penſt & deuſt avoir eu et en la teneure, que ſes leus habités ont orendroit raiſonnablement agaſtiné, & muraillés abatues, que par ſemblant deuſſent avoir, quant les leus eſtoient habités*. *Agaſtis*, in Conſuetudine Inculiſmenſi art. 24. damnum in foreſtis.

VATES, Epiſcopus. Tumulus Joannis II. PP. apud Baron. an. 535.

Hic tumulus Vatis conſervat membra Joannis,
Ordine Pontificum qui fertur jure ſecundus.

S. Ildefonſus:

Crux hæc alma gerit geminorum corpora fratrum
Leandri, Iſidori, pariterque ex ordine Vatum.

Rabanus Abb. Fuld. apud Browerum in Antiq. Fuldenſib.

Hac Baptiſta potens ſacra venerabitur ara,
Hac Vatum turba, atque Patrum coluntur.

Amalarius Epiſcop. in Epiſtola ad Hieremiam Archiep. Senonenſem: *Chariſſimo patri & accuratiſſimo Rhetori Iheremiæ Vati in noſtra Ieruſalem, Amalarius*. *Ætherius Arelatenſis Vates*, apud Joannem Diacon. in Vita S. Gregorii M. lib. 2. cap. 35. Utuntur præterea Fortunatus lib. 5. Poëm. 4. Paulus Emeritenſis Diacon. lib. de Geſtis Epiſcop. Emeritenſium in S. Fidele n. 5. Theodericus in Vita S. Celſi Epiſcopi Trevirenſis n. 17. Candidus Mon. in Vita Eigilis Abb. Fuld. c. 14. Chriſtianæ Inſcriptiones apud Gruterum 1070. 4. 1167. 9. 1169. 3. &c.

VATILLUS, idem quod *Batillus*, de qua voce multa commentatur Caſaubonus ad Pollionem. Julius Africanus lib. 9. Hiſt. Apoſt. *Erant autem virgines cum lyris cantantes, alii cum tibiis, alii cum vatillis, & thuribulis*. *Vatilla* verò, Papiæ, eſt *pala qua aqua projicitur è navi*. Vide *Batulus*.

VATIOLA. Vide *Batiola*.

VAVASSORES, *Valvaſſores, Vaſvaſſores, Vavaſſoria, Valvaſini*, voces ejuſdem originis.

Vavaſſores, vel *valvaſores*, generatim ſunt vaſſalli feudales. Apud Gerardum Nigrum lib. 1. de Feudis tit. 1. alii ſunt *Majores*, alii *Minores*: *Majores* ſunt, qui *Regis* vel *Regni Valvaſſores* appellantur, iidemque *Capitanei*, qui à Ducibus, Marchionibus, & Comitibus: *Minores* verò, qui à majoribus valvaſſoribus, feuda accipiunt. De poſterioribus intelligendus Otto Friſingenſis lib. 2. de Geſt. Friderici I. Imp. cap. 13. ubi de Longobardis: *Cumque tres inter eos ordines, i. Capitaneorum, Valvaſſorum, plebis, eſſe noſcantur*, &c. Quos verò Capitaneos vocant, noſtri Barones appellant. Ita *Vavaſſorum* duos ordines conſtituit Conradus Imp. in Lege Longob. l. 3. tit. 8. §. 4. *Majorum* ſcilicet, & *Minorum*. Sub *Majorum* appellatione complectitur, quos *Barones* alii vocant: ſub *Minorum* verò, quos vulgò *Vavaſſores* dicunt, ut Leges Henrici I. Regis Angliæ *Thaynos minores*, reſpectu *Thaynorum* Majorum, qui Baronibus æquiparantur: quod quidem potiſſimum colligitur ex *relevio minorum vavaſſorum*, de quo ita Conradus: *Si verò* (Minor vavaſſor) *filios non habuerit, & aviaticum ex maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſervato uſu majorum valvaſſorum in dandis equis & armis ſuis ſenioribus*. Ejuſmodi autem relevium obtinuit in *mediocribus Thaynis*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 14. ubi de releviis: *Et mediocris Thayni equus cum apparatu ſuo & arma ejus*. Ubi Leges vernaculæ Willelmi Nothi cap. 24. quem *mediocrem Thaynum* Leges Henrici, *vavaſſorem* vocant: *De releif à vavaſour a ſon lige Signeur, deite eſtre quites per le chival ſon peire, tel qu'il avoit à jour de ſa mort, & per ſon habert, & per ſon haume*. &c. Atque *minores* ii *Vavaſſores* ſunt, qui in Legibus ejuſdem Henrici I. cap. 7. *Baronibus* poſtponuntur: *Barones, Vavaſores, Tungrevii*, &c. quique cap. 26. & 27. *liberas terras tenere, & curiam habere* dicuntur, ac *placita, quæ ad Wytam vel Weram pertinent, ſuper ſuos homines*, &c. Et in Charta Nobilium Pictavenſium an. 1269. apud Gallandum de Franco-alodio p. 68. *C'eſt à ſavoir que quant cil mourra, qui du Comte de Poitiers, ou des Barons, ou des Vavaſſours tiendra en fié, que noſtre Sires li Cõens, ou cil de qui cil tendra, porra tenir le fié en ſa main par an & par jour*, &c.

Ac ut de *majoribus Valvaſſoribus* primùm agamus, hos intellexiſſe videtur Bracton lib. 1. cap. 8. §. 2. *In Temporalibus ſunt Imperatores, Reges, & Principes, in iis quæ pertinent ad regnum, & ſub eis Duces, Comites, Barones, Magnates ſive Vavaſores, & Milites, & etiam Liberi & Villani, & diverſa poteſtates ſub Rege conſtituta.* Et §. 4. *Sunt & alii qui dicuntur Vavaſores, viri magnæ dignitatis. Vavaſor enim nihil melius dici poterit, quam vas fortium ad valitudinem.* Charta Friderici Imp. an. 1249. apud Guichenonum in Hiſt. Sabaudiæ pag. 92. *Marchionibus, Comitibus, Vavaſſoribus, Nobilibus, Poteſtatibus,* &c. Charta Henrici II. Regis Angliæ an. 1266. *Comites, Barones, Vavaſores, Milites, cives, burgenſes, ruſtici,* &c. Radulfus de Dicetoan. 1040. *Quindecim ſacramenta juravit Theobaldus propria manu Conſuli Gaufrido, & 20. Barones Caſtellenſes cum eo, & 40. Milites vavaſſores eiſdem verbis quibus ipſe.* Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis: *Quamvis probitas poſſit nobilitare plebeium, & tamen ordinem mutare non poteſt, ut plebeius Procer efficiatur, ſive Valvaſor, niſi per principis ei fortè potentiam tribuatur.* Ita pro majoris dignitatis Optimatibus, *Vavaſores,* ſeu ut ibi ſemper effertur, *vaſvaſſores,* uſurpantur in Uſaticis Barcinonenſibus MSS. à Raimundo-Berengarii Comite Barcinonenſi & Adelmodi ejus uxore editis, & in Conſtitutionibus Catalaniæ. Iidem Uſatici: *Ut qui interfecerit Vicecomitem vel vulneraverit, ſive deſonoraverit in aliquo, emendet eum ſicut duos Comitores, & Comitorem ſicut duos Vaſvaſſores, & de Vaſvaſiore qui quinque Milites habet, per mortem ejus, emendentur 60. unciæ auri cocti, & per plagam 30. & ſi plures habuerit Milites, creſcat compoſitio ſicut numerus Militum. Militem verò qui interfecerit, donet in compoſitione 12. uncias auri: qui verò vulneraverit, tam pro una plaga, quam pro multis emendet ei uncias 6.* Conſuetudines Catalaniæ inter Dominos & Vaſſallos MSS. cap. 39. *Barones, ut ſunt Comites, Vicecomites, Vaſvaſſores, & conſimiles, & etiam alii Milites ſimplices, qui ſunt Vaſalli Principis hujus terræ.* Ubi opponuntur *Vavaſores* ſimplicibus *Militibus*: *Milites* enim majores, quos *Banneretos* vocant, Baronum prærogativa gaudent. Proinde ii ſunt quos pariter *Militibus* opponunt Statuta S. Ludovici Regis Franciæ loco mox laudando. E contra *Milites ſimplices* intelliguntur in Charta Anſelmi Comitis S. Pauli an. 1186. in Hiſt. Bethunienſi pag. 52. *Omnibus qui eandem decimam tenebant Vavaſoribus ſive Militibus concedentibus,* &c. & in Charta Libertatum Baugiaci in Sebuſianis an. 1250. *Si aliquis de hominibus Militum, & Vavaſſorum dicta villa Baugiaci ad ipſam villam libertate donatam cauſa morandi & remanendi ibi venerit,* &c. Mox: *Si homines Militum terræ Baugiaci, qui non ſunt Vavaſſores, ſeu feudatarii dictæ villæ Baugiaci,* &c. Quinque porrò *Vavaſſores* æquantur *Militi*, ſeu habenti *feudum hauberticum.* Regeſtum Philippi Aug. f. 158. & *propter hoc debet tenere unum Militem, vel 5. Vavaſſores, quando ſubmonetur.* Feoda Normanniæ poſt Ordericum Vitalem pag. 1041. *Apud Breteuil in eadem ballia duas partes unius Militis, una Vavaſſeria minus.* Sic feudum hauberticum conſtabat quinque Vavaſſoriis.

Vavaſſores igitur *Minores* erant ii qui majoribus ſuberant ratione tenementi: unde rectè San-Julianus lib. 1. Hiſt. Burgund. cap. 26. dixit *Vavaſſores,* eſſe *vaſſallos vaſſallorum.* Conſuetudo Marchenſis art. 315. *Si aucun Baron, Chaſtelain, ou haut Juſticier avoit moulin, & ſon valvaſſeur n'en eut point, tous les hommes du valvaſſeur demeurans en la banlieuë dudit moulin, iront moudre audit moulin du Baron, juſques à ce que le valvaſſeur ait moulin.* Generatim verò dicebantur qui feuda minora tenebant, quæ inferiori tantùm juſtitia, ſeu juriſdictione gaudebant, quod exertè docent Statuta S. Ludovici à nobis edita lib. 1. cap. 31. *Nus vavaſſor ne puet faire forbanir, ne ne puet à home faire forjurer ſa Chaſtelerie, ſans l'aſſentement du Baron en qui Chaſtellerie il ſera: & ſe il le feſoit, il en perdroit ſa juſtice; car la juſtice ſi n'eſt mie au vavaſor.* Alio loco, ex MS. Ambianenſi: *Nule court de vavaſſeur ne porte recort: mais on peut bien requerre le court des Chevaliers qui ſont au jugement requerre ſouffiſant recort, par les Chevaliers, ne mie par les vavaſſeurs, mès on ne ſe met mie en recort ki ne veut; meſmement en Court de vavaſſeur, que che apartient à grant juſtiche.* Et infra: *Ne nus vavaſſeur n'a le murdre, le rat, ne l'aucit, ne le traïſon, ne le treſor trouvé, ne la force a oſter &c. Car vavaſſeur n'a que ſimple juſtice.* De Vavaſſoribus agunt eadem Statuta lib. 1. cap. 39. 40. 41. 42. 45. 46. Atque ex his percipimus cur *Vavaſſor,* Petro Fontano in Conſilio à nobis edito cap. 21. *inferior* ſeu *minor dominus* dicatur: *Et ſe bas Sire come vaaſſeur,* &c. Quamobrem vulgò Vavaſſores inferioris ordinis ac dignitatis viris adſcribi ſolent. Robertus Bourronus in Hiſt. Merlini MS. *Je ſuis un chevalier nés de ceſt païs, & eſtrais de vavaſſours, & de baſſe gent.* Sed & ii cum prædiis venibant, quemadmodum *hoſpites*, aliique adſcriptitii, ut hodieque etiamnum vaſſalli, ſeu hominia ipſa. Charta Caroli Comitis Flandriæ in Chronico Andrenſi pag. 422. *Concedimus, terras videlicet, comitatus,* (vide in hac voce) *decimas, ſilvas, aquas, molendina, prædia, hoſpites, vavaſſores, ſervos, ancillas,* &c. Charta Joannis Comitis Pontivi an. 1158. *Quicquid habemus apud Oneicourt, cum omni dominatione temporali, & vavaſſorum: vavaſſorem de Flouron, decimam de Favieres, — decimam de Haineville præter unum vavaſſorem,* &c. Immò præſtationibus videntur fuiſſe obnoxii. Tabularium Abbat. S. Joannis Ambian. fol. 408. *Item à ladite Egliſe drois de prendre en tous les fiefs du Caſtel, & des vaſſeurs eſtans en toute la paroiſſe d'Outrebois,* &c. Ita etiam *Vaſſeurs* appellantur in Charta an. 1147. apud Loiſellum in Bellovaco pag. 274. & in vett. Conſuetudinibus municipalib. Pariſienſi art. 51. Perticenſi cap. 16. art. 5. 6. Carnotenſi art. 17. 48. & Bleſenſi art. 12. ubi iidem ſunt qui vaſſali. Cum ſervientibus junguntur in Charta Communiæ S. Quintini an. 1195. *Si Vavaſſor aut ſerviens burgenſi catallum debeat,* &c. cum *gregariis militibus,* apud Wipponem de Vita Chunradi Salici Imp. p. 440. *Conjuraverant enim omnes Valvaſores Italiæ & gregarii milites contra dominos ſuos, & omnes minores contra majores,* &c. De ejuſmodi Vavaſſoribus intelligendus videtur Will. Tyrius lib. 22. cap. 22. & Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 11. extremo: *Ad hanc formam reduxere negotium, ut datis obſidibus 20. Valvaſſoribus,* &c. ut & Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſt. Friderici I. cap. 3. de Guiſcardo: *Robertus iſte ex mediocri ſtirpe in Normannia, ex eorum ordine, quos Vavaſſores vulgò illi dicere ſolent, — editus.*

Sed nondum planè mihi perſpectum fateor, cur *Veteranorum* nomenclatura *Vavaſſores* donet Lambertus Ardenſis p. 31. *Factum eſt autem ut liber quidam Veteranus, ſive Vavaſſorius, nomine Willelmus de Bocherdis, Vavaſſoriſſam quandam de Fielnis ſimiliter liberam, nomine Havidem, duceret in uxorem.* Idem pag. 103. *Magnanimus quidam Veteranus, ſive Vavaſorius, qui ab Ardenſibus in parte originem traxit, & qui tunc temporis Fielnenſibus præerat, & qui principabatur,* &c. Et pag. 171. *Et multis Eccleſiaſticis perſonis, & Laïcalibus Ardenſis oppidi Paribus & Veteranis,* &c. Ubi *vavaſſoribus* iſtis *Fielnenſibus,* opponit *Nobiles de Tingry,* quorum prædium, Principatus dignitate hodie illuſtre, in eandem Fiennenſem familiam poſtmodum tranſiit: adeo ut *Nobiles* à *vavaſſoribus* videatur diſtinxiſſe.

Vavaſſores interdum appellati generatim vaſſalli omnes, præſertim apud Poëtas noſtrates. *Le Roman de Garin:*

> *Les Vavaſſors fet del païs venir,*
> *La fiancé en prant li Dus Garin.*

Le Roman de Girard de Vienne MS.

> *Karlon li Rois ne fiſt plus demorer,*
> *A Conſeil à la Ducheiſe apelée.*
> *Dame, fait-il, il nia meſter celée*

Se il vos plaiſt, & il bien vôs agrée;
Je vos prendrai à moiller eſpoſée.
La dame l'ot, tote en fu treſpaſſée,
Sire, fait elle, or m'avez vos gabée;
Ne doit nul Rois, ceſt verité provée,
La Vavaſſore prendre de ſa contrée;
Fille de Roi vos doit eſtre donnée,
Ou autre Dame de mult grant renomée.

Le Roman de la priſe de Jeruſalem par Titus MS.

Li Prince, & li Demaine, & li bon Vavaſeur.

Le Roman de Vaces MS.

Mouls y ont pris Barons & Vavaſſours aſſés.

Vide Conſuetud. villæ *de Linieres* in Biturigib. art. 1. 5. &c. apud Thomaſſerium.

Vavaſſoria definitur *minus feudum*, à Bractono lib. 2. cap. 39. n. 6. ad diſcrimen Baroniarum *quæ caput habent*. Pro *Medietaria* ſumitur in Tabulario S. Martini Sagienſi albo f. 135. in Charta an. 1202. cujus titulus concipitur de *Metearia*. In Chartis verò Conchenſis Monaſterii promiſcuè pro *tenemento* uſurpatur. *Feudum unius Vavaſſoris*, in Monaſtico Anglicano to. 2. pag. 970. *Terra unius Vavaſſoris*, apud Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 585. Charta Radulfi Abbatis Fiſcanenſis in Tabulario Fiſcan. fol. 30. *Conceſſimus Hugoni de Paluel Presbytero Vavaſſoriam unam quam Lambertus Presbyter de Paluel tenuit, — reddendo — 3. ſolidos communis monetæ pro ſervitio, cum omnibus aliis reditibus & ſervitiis quæ Vavaſſoria debet*. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 977. *Exceptis duabus Vavaſſoriis*, &c. Areſtum an. 1273. *Omnes verò aliæ terræ ubicunque ſint ſitæ, ſive ſint Baronia, ſive Caſtellania, ſive Vavaſſoria, inter dictas ſorores æqualiter dividantur.*

Vavaſeria, in Monaſtico Anglic. to 1. p. 775.

Wavaſſaria in eod. Monaſt. to. 2. p. 193. & in Chartis aliis apud Seldenum de Titulis honorariis pag. 626. 2. edit.

Vavaſſoriarum aliæ ſunt *villanæ*, ſeu tenementis *villanis* accenſentur: aliæ ſunt *liberæ* ſeu *francæ*. *Vavaſſoriarum* prioris generis meminit vetus Conſuetudo Normanniæ c. 26. poſterioris cap. 34. ubi duplicem feudatorum ordinem ſtatuit; quorum primus eorum eſt quos *Dominos capitales* vocat: alter eorum qui iſtis ſubſunt, de quibus hæc habet: *Les fiefs de pardeſſous ſont qui deſcendent des fiefs chevels, & ſont ſoubmis à eux, ſi comme les Vavaſſouries, qui ſont tenuës par ſommage & par ſervice de cheval, & les autres fiefs qui ſont tenues par acres du chef Seigneur.* Ubi vetus Interpres: *Et par ce mot Vavaſſouries, ſont entendues les maſures & les aiſneſſes villainement tenues, & ſont communement appellés Vavaſſouries, & Vaſſaux, & les autres ſont appellez Vavaſſours.*

Vavaſſoria franca, ſeu libera, eſt quam tenent ii qui tenent *libera tenementa*, de quibus ſupra: *habent* autem *Vavaſſores qui liberas terras tenent, placita quæ ad wytam vel wevam pertinent ſuper ſuos homines & in ſuo, & ſuper aliorum homines, ſi in forisfaciendo retenti vel gravati fuerint*, ut eſt in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 27. in quibus etiam *Curia vavaſſoris* mentio fit cap. 26. Charta S. Ludovici Regis in 30. Regeſto Archivi Regii ch. 394. *Decano & Capitulo* (Lexovienſi) *conceſſimus ut in terra noſtra poſſint acquirere in iis quæ non tenentur per membrum loricæ; per francas vavaſſorias, aut francas ſerjantias, vel etiam de Ducatu Normanniæ*, &c. In 1. Regeſto homagiorum Cameræ Comput. Pariſienſ. *Richardus de Wideville* agnoſcit tenere ſe à Rege terram *de Dangu* in Normannia in Vicecomitatu Giſorcienſi, *par une franche vavaſſorie*, 6. Janu. 1431. Vide Feoda Normanniæ poſt Ordericum Vital. pag. 1047.

Valvaſini, Minimi valvaſores, quo nomine, inquit Zaſius in Tract. de Feud. part. 5. §. 28. *intelliguntur privatæ perſonæ, pagani & cives, qui in plebe paulò nominatiores ſunt*. Lib. 1. de Feudis tit. 16. *Is Capitaneus appellatur, qui propriè Valvaſſor major appellabatur: qui verò à Capitaneis antiquitus beneficium tenent, Valvaſores ſunt. Qui autem à valvaſoribus feudum, quod à Capitaneis tenent, ſimiliter acceperint, Valvaſini, id eſt minores valvaſores appellantur, qui antiquo quidem uſu conſuetudinem feudi nullam habebant. Valvaſore enim ſine filio mortuo, feudum quod valvaſori minori dederat, ad Capitaneum revertebatur. Sed hodie eodem jure utuntur in Curia Mediolanenſi, quo & valvaſores.* Vide ibi Cujacium, & cæteros interpretes.

Jam verò undè *vavaſſorum* vox orta, etſi non omninò conſtet, vix tamen probatam iri Bractonis allatam ſupra ſententiam putem; ut & Zaſii & aliorum, qui ſic dictos volunt, quod ad *valvas* dominorum ſtarent, ad eorum juſſa parati. Certè longè videtur probabilius à *vaſſis* etymon deducendum; ut *vavaſſores* iidem fuerint qui *vaſſi dominici*, qui non unius erant ordinis, cum alii majoris eſſent, inferioris alii: quod ſanè ipſum ſatis nomen & munus indicant.

VAUCA. Vide *Banca*.

UBANTUS. Vide *Wantus*.

UBERTUOSUS, *Uber*, *abundans*. Joan. de Janua.

UBIA. Charta Raimundi Comitis S. Ægidii an. 1164. in Bibliotheca Sebuſian. cent. 1. cap. 50. *Et in leda de mercato medietas erit mea, & medietas illorum, excepta ledà lumborum & linguarum, & excepta leda ubiarum, & omnium fructuum quæ ad ſextarium non vadunt, quæ propria eſt Monachorum*, &c. Fortè *obliarum*. Vide in hac voce.

UBIVIS, pro *ubicumque*, occurrit in vita S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis pag. 100.

UBLADA, *Ublia*, Vide *Oblata*.

UCCUS, Clamor inconditus, Gallicis ſcriptoribus medii ævi, *Hus*, unde Galli *Hucher*, Picardi *Huquer* dicunt, pro aliquem majori voce vocare, appellare. Formulæ vett. ſecundùm Leg. Roman. c. 30. *Ille judex veniens in loco illo, ſub die illo, unà cum bonis hominibus ad locum acceſſionis, ubi aliquis homo nomine ille quondam interfectus jacebat; requirens pro qua re interfectus fuiſſet; ſed venientes homines ibi commanentes, qui in initio litis ibidem fuerunt, vel qui ad ipſos uccos cucurrerunt, qualiter jamdictus homo ibidem interfectus fuit, taliter teſtimonium prabuerunt*, &c. Vide *Hueſium*.

UCHA, Præſtationis ſpecies. Charta Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario S. Cypriani Pictav. *Dono & concedo — omnes conſuetudines meas quæ erant in obedientia nomine Exoletia; videlicet Præpoſituram & bannum; & ucham, & expallum, & biannum, & friſcingam, & pullos, & anſeres, & annonam*, &c. Vide *Olca*.

UCTARE. Charta MS. exarata Papiæ an. 1179. *Et non debent uctare aliquem prædictorum locorum garnitum vel ſcaritum.* Occurrit rurſum infra.

UDO, Calceamentum laneum, vel ex pilis hircinis, Martiali lib. 14. Epigr. 140. dicitur, quod aliis *Odo*. Donatio Conſtantini M. in lectionibus variis ad Anaſtaſium Biblioth. pag. 255. edit. Reg. *Et ut ampliſſimè Pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, ut Clerici S. R. Eccleſiæ mappulis & linteaminibus, id eſt candidiſſimo colore decoratis equos equitent: & ſicut noſter Senatus calciamentis utitur cum udonibus, id eſt candido linteamine illuſtrentur, & ita cæleſtia ſicut terrena ad laudem Dei decorentur.* Ubi Græca ὀνδώνια λευκὰ διὰ ὀδονίων. Vide Salmaſium ad Lampridium pag. 121.

Eandem vocem uſurpant ſcriptores recentioris ævi, pro equi ſtragulo coactili. Gloſſæ Gr. Lat. ἐμβάτης, *Udo*. Bulla Paſchalis II. PP. an. 1117. apud Ughell. in Papienſ. Epiſcop. *Tam tibi quàm tuis ſucceſſoribus concedimus in proceſſione palmarum, & feria ſecunda poſt Paſcha equum album equitare udone coopertum*, &c.

UDWORNYCK, *Udwornici*, unius ſeſſionis nobiles: Aulici, & eis quiddam obligati, inquit Sambucus. S. Stephanus Rex Hungariæ lib. 2. Decret. cap. 55. *Si quis illorum qui vulgò Udwornyck vocantur, furtum commiſerit, lege liberorum dijudicetur. Udwornyck*, dicuntur in Decretis S. Ladiſlai Regis Hungariæ lib 3. cap. 5. *Villa libera ac etiam Udwornicales villæ*, in Decretis Ludovici Regis Hungar. cap. 5. quæ ad *Udwornicos* ſpectant.

VECIACUM, Præſtatio ex vicia. Vide *Meſtivarius*.

VECORIN, Papiæ, *viam anteſtare*. Vox Longobardica.

Lex Longob. lib. 1. tit. 36. §. 4. *Si ſervus Regis oberos.*
aut vecorin, ſeu merivorpina, aut quamlibet talem cul-
pam, vel minorem fecerit, &c.

VECTICULARIUS, *Qui veſtes vendit. Dicitur etiam ra-*
pinoſus, ſicut dicimus aliquem vitam vecticulariam age-
re, qui furto & rapinis intendit. Jo. de Janua.

VECTIGALIA, Vecturæ, Gall. *Voitures.* Concilium Bi-
turicenſe an. 1031. cap. 15. *Ut in die Dominica vecti-*
galia non fiant, quod Carregium vel Sagmegium dici-
tur.

VECTIGALIARII, qui vectigalia colligunt, apud Jul.
Firmicum lib. 3. c. 13. *Erunt enim aut Publicani, aut*
Veſtigalsarii, aut Curioſi.

VECTIS, Veretrum. Lex Angliorum tit. 5. §. 7. *Si libero*
(teſticulos evulſerit) *centum ſol. componat, vel juret ut*
ſuperius: ſi vectem, ſimiliter. Lex Longob. lib. 1. tit. 7.
§. 18. habet hoc loco *ſi virgam abſciderit*, &c. Vide
Haſta.

VECTORIUM, *Inſtrumentum quo aliquid portatur*, Ugu-
tioni. Feretrum, in Vita S. Urbani Epiſc. Lingonenſis
n. 8. de Feretro S. Urbani: *Quocumque greſſum conver-*
to, ſemper ſubſequitur me iſtud fulgens vectorium.

VECTURA, in Gloſſ. Lat. Gr. φόριτρον, ναῦλον. Alibi:
ναῦλον, *navis vectura, naulum.* Nempe merces quæ pro
vectione datur naviculario: Joanni de Janua: *Naulum,*
pretium quod datur pro portatura. Plautus Moſtell.

Treis minas pro iſtis duobus præter vecturam dedi.

Vecturas corpore ſuo factitare, pro βαστάζειν, dixit Gellius
lib. 5. c. 3.

VECTURALIS, Mulio, ex Italico *Vetturale, colui che gui-*
da la beſtia de ſoma. Proceſſus de Vita S. Thomæ Aqu. n.
9. *Contigit inde tranſire vetturalem cum ſardis.*

VEDALARII, à *veder*, Hiſp. *Vetare*, qui *vetatis*, invi-
gilant. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de Paſ-
cuis, §. 5. *Si vedalarii viderint oves in vetato, & ante-*
quam eas capiant extraxerint inde, non poſſunt aliquam de-
collare extra vetatum.

VEDETIUM. Vetus Charta exarata an. 23. Caroli C. apud
Catellum in Comitibus Toloſanis pag. 69. *Villam, cu-*
jus vocabulum eſt Vaber, cum omni integritate & vedotios
ſimiliter biarcio, &c.

VEGÆ, Hiſpanis *valles, planitie commoda*, apud Roderi-
cum Toletanum lib. 1. de Reb. Hiſpan. c. 5.

VEGES, Vas vinarium, modius, dolium: Italis *Veggia.*
Vita S. Joannis Epiſcopi Tragur. *De tanta paucitate*
uvarum tres majores jam replevimus vegetes. Vita S.
Andreæ de Galeranis: *Ivit ad vegetem, & facto ſigno*
Crucis hauſit abunde, vegete repleta divinitus. Bondel-
montius in Deſcript. CP. *Vinea pro qualibet in eatrium*
vel quatuor vegetum vini creſcit. Domnizo lib. 1. de Vi-
ta Matildis cap. 13.

Imperat argenti vegetem ſubito fabricari.

Bulla Alexandri PP. an. 1179. apud Ughellum to. 8.
Sexaginta ſaumas puri vini per annum, cum vegetibus
in quibus poſſit reponi. Vide eundem to. 6. pag. 646.
Epiſtola Siculorum ad Martinum IV. PP. ex Chron.
MS. Agrigentinæ Eccl. *Nec eſt ſub ſilentio contegenda*
nefanda malignitas pincernarum, qui ſub prætextu unius
vegetis de falerno, — omnes cives & cauponarios affige-
bant, vinum univerſarum cauponarum, videlicet vegetes
ſigillantes ſub certa pœna, &c. Vide Ottonem Mure-
nam p. 49. Petrum Mariam Campum in Regeſto 2.
part. Hiſt Placentinæ p. 361. 364. 373. Petrum Creſ-
centium de Agricult. lib. 5. extremo, præterea Mena-
gium & Ferrarium in *Vegghia.*

Veggiola, Doliolum, apud eundem Campum in Regeſto
to. 3. pag. 264. *Veziola vini*, apud eundem lib. 15. p.
76.

Vegeticulus, eadem notione, in Chronico Anconitano
apud Julianum Saracenum in Hiſt. Marcæ Anconit.
p. 139.

VEGETAMEN, Vegetatio, motus. Occurrit apud Pru-
dentium.

VEGETARE, Fovere, alere. Concilium Turon. III. c.
36. *Ut unuſquiſque — ad ſe pertinentes inopes alere ac*
vegetare ſtudeat. Lex Wiſigoth lib. 11. tit. 3. §. 4. *Si*
quis tranſmarinus negotiator mercenarium de ſedibus no-
ſtris pro vegetando commercio ſuo ſuſceperit, &c. Vide l.
1. C. de Cuſtod. reor.

VEGETATIO. Breviarium Aquenſis Eccleſiæ in Provin-
cia: *B. Maria Magdalena Maximino ſociata tunc iter*
uſque ad mare direxerunt, aſcendentes navem proſpero cur-
ſu pervenerunt Maſſiliam, ibique vegetationem navis re-
linquentes, Domino annuente, Aquenſem aggreſſi ſunt Co-
mitatum.

VEGETUM. Lex Bajwar. tit. 21. cap. 6. *Si verò de minu-*
tu ſilvæ de Wic, vel quacunque Kancio vegetum reciderit
rit, cum ſolido & ſimili componat. Editio Heroldi: *Vel*
quacunque Kancovicton reciderit. Et cap. ſeq. *Si amplior*
fuerit numerus vegetorum, non cogatur componere niſi re-
ſtituere cum ſimil & ſacramento. Edit. Heroldi, & Baluz.
Si ampliùs fuerit numerus vegitarum, &c.

VEGIUS, *Vegiatura.* Lex Burgund tit. 16. de Inquirendis
animalibus, §. 3. *Si verò vegius extiterit, & vegiaturas*
(Herold. *vigaturas vias*) *acceperit, & is cui indicat in-*
venire non potuerit, furtum quod ſe perdere mentiebatur,
diſſolvat in ſimplum. Edit. Heroldi: *Furtum quod pro-*
dere mentitur, in ſimplo ſolvat. Additament. 1. tit. 8. *Qui-*
cunque mancipium, caballum, — perdiderit, donet ve-
gio pro mancipio ſolidos 5. pro equa ſol. 2. &c. Ubi qui-
dam *Vegios*, hariolos, vates, ac divinos fuiſſe aiunt,
quos Saxones ƿiᵹileᵱe, Germani *Wielers* vocant: unde
ƿiᵹlian, hariolari. Furto enim ſubreptis mancipiis vel
animalibus, hos conſulebant, ut ubinam eſſent edoce-
rentur, cujus indicinæ pretium *vegiaturam* vocabant.
Alii à ƿeᵹ, vel ƿæᵹ Saxonico, quod *v am* ſonat, de-
ducunt, ut *vegii* fuerint qui pecudum veſtigia indica-
bant.

VEGLONES, *Vegliones.* Charta Ariberti Archiepiſcopi
Mediolanenſis, apud Puricellum in Monumentis Am-
broſianæ Baſilicæ pag. 369. *Ad ſubdiaconos de ipſo or-*
dine dent ſolidos 12. ad Notarios ſol. 5. ad Preſbyteros
Decumanorum ordine libras 4. & dimid. ad lectores ſol. 5.
ad cuſtodes ſol. 4. ad veglones den. 40. ad ſcriptantes ma-
jores & minores quod ſunt breves quinque. Occurrunt ea-
dem verba infra p. 470. & 482. Charta an. 1100. apud
Ughellum in Archiep Mediolanenſib. pag. 171. *Finito*
autem officio, religioſe & honorifice ſuſcipiant majores tres
ſolidos ex obedientia munere, 12. denarios accipiant cum
veglionibus cuſtodes, duos item denarios habeat qui cru-
cem bajulaverit auream, &c. Idem Puricellus pag. 97.
ait ita etiamnum appellari Mediolani utriuſque ſexus ſe-
nes, (unde vocis etymon, à *Veglione* Ital.) indumen-
ta ſumnet ſtatus & officii propria geſtantes, qui quidem
proceſſibus Eccleſiaſticis cum cruce intereſſe ſolent.
Senes nudè dicuntur in Charta alia p. 428.

VEGRI, Agri inculti, qui noſtris *Varetz*, ſeu *Guerets.*
Vide in hac voce. Statuta Patavina Rubr. 36. *Beccarii*
poſſint tenere & paſcere in vegris, intelligendo quod illa
terra ſint vegra, quæ non ſint laborata, & quæ non fue-
rint culta per tres annos proximè elapſos cum aratro.

VEHEMENTESCERE. Ingraveſcere. Cælius Aurelianus
lib. 1. Chron. cap. 2. *Vehementeſcit autem hæc paſſio in*
hyeme, &c.

VEHICULUS, *Vehiculum*, Equus, à vehendo dictus: no-
ſtris, *Voiture.* Hiſtoria Tranſlat S. Fauſtæ Virg. n. 7.
Nam vehiculus, qui eum ferre debuerat, cum illis qui pri-
mitus vadum tranſierant, fortuitu vacuus, neminem in dor-
ſo ſuo ferens tranſmeaverat. Jonas in Vita S. Attalæ Ab-
bat. Bobienſ. n. 8. *Vehicula quiete fovet, libros ligami-*
nibus firmat. Vita S. Lupi Epiſc. Cabilon. n. 10. *Con-*
tigit quemdam pauperem advenire aſini vehiculo. Fortu-
natus in Vita S. Germani Pariſ. Epiſc. c. 22. *Cum*
equum neceſſarium ad ſellam beati viri donaſſet vehiculum.
Infra: *Sequenti die ſellarem de ſtabulo — retraxit in-*
ptor mortuum vehiculum. Occurrit apud eundem For-
tunatum in Vita S. Albini Epiſc. Andeg. Leonem Oſt.
lib. 3. c. 23, &c.

Vehiculum, Facultas ducendi currum per ſilvam, pro qua neſcio quid penſitabatur domino ſilvæ. Charta fundationis Abbatiæ S. Trinitatis Exaquentis, apud Sammarthanos: *Et rectam decimationem, infra parcum & extra illius foreſta, de paſnagiis, & de vehiculo, & de venatione, & de omnibus lucris quæ ibi facta ſunt, aut facienda erunt.*

VEHIGUAI. Ebrardus Betunienſis in Græciſmo cap. 24. de Interjectione:

> *Hocque ſcias nulla voce indiget expoſitiva,*
> *Sed quidam dicunt vehi guai velut expoſitivè*
> *Cum non exponant, linguaque fruantur eadem.*

Ubi Metulinus ait *vehi guai* eſſe interjectiones blaſphemantis in lingua Hiſpana.

VEHTAT. Vide *Heimſuchung*.

VEHYARE dicuntur capræ. Ebrardus Betun. in Græciſmo c. 19. ubi animalium omnium voces ſic recenſet:

> *Drenſat olor, clingit anſer, crocitat quoque corvus,*
> *Ac pardus fellit, vultur pulpat, leo rugit,*
> *Ac onager mugilat, bos mugit, rana coaxat,*
> *Vociferans barrit elephas, grillusque minurrit,*
> *Blatterat ac veſpertilio, ſtrictinnit hirundo,*
> *Balat ovis, vehyat capra, ſed gallina gracillat,*
> *Frendit aper, vulpes quoque gannit, rudit aſellus.*
> *Hinnit equus, grunnit porcus, pipilat quoque miſus,*
> *Sed catulus latrat, hinc murilegulusque catillat,*
> *Eſt hominumque loqui, quod dictio prævalet omni.*

VEHITURA, Vectura, *Voiture*. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Facit vehituram in lengas 30. aut ſe redimit den. 4.* Occurit ibi pluries.

VEL, ſæpe pro conjunctiva, *&*, uſurpatur apud ſcriptores ævi medii. Fortunatus in Vita S. Germani Pariſ. c. 35. *Debilitatem manuum vel pedum incurrit.* Id jam obſervatum à Jacobo Gotofredo in Gloſſ. ad Cod. Theodoſ. J. Chifletio in Anaſtaſi Childerici cap. 7. & Marca lib. 4. de Concord. Sacerd. & Imper. cap. 5. lib. 6. cap. 24.

VELABER, *Venditor minutarum rerum*, Papiæ. Ugutio addit, *comeſtibilium in tali loco, vel quia eas velat.*

VELARIUM, Ugutioni, *Velum, & dicitur etiam ſic locus velo obumbratus, unde ſic dicebatur locus in theatro quo recipiebantur pueri poſt ludos, quia velum ante deportabant, ut eſſet ſecretior.* Vox Juvenali nota. [illegible], in inſcriptione Antipolitana 173. 10. Willelmus Tyrius lib. 20. c. 25. *Dependebant ante Conſiſtorium velaria pretioſa materia*, &c. Ita etiam ejuſmodi *vela* ante Principum conſiſtoria vocat Achmes cap. 262. [illegible] Alypius Antiochenus in Deſcript. orbis c. 58. §. 1. *Ligna, æramentum, ferrum, picem, nec non verò linteamen pro velaria & funium uſu.* Id eſt ſupellectile, vel re velaria.

Velarius, Velorum confector, in veteri Inſcript. 599. 10.

VELENSIS, *Tunica quæ effertur ex Inſulis, dicta quod velis ſit apta*, Papiæ. In edito habetur, *ſit nota*.

VELKONES. Ephemerides Mon. S. Galli, 16. Kl. Decemb. *Eodem die dantur carnes, piſces,— ad unum ferculum dantur cuilibet domino duo velkones.*

VELLEUS, adject. à *vellus*. Aſconius in 2. Verrin. *Crumena vellea & ſcortea.*

VELOTHYRUM, Velum, & aulæum quod foribus prætenditur, quo diducto interior cubiculi pars pateſcit. Vox conflata ex Lat. *velum*, & Gr. θύρα, *porta*. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. PP. pag. 237. *Fecit etiam in eadem baſilica egregii Doctoris gentium belothera quatuor, ex quibus unum auro textum.* Infra: *Contulit in eadem Baſilica Apoſtolorum cortinam lineam unam, velothera ſerica tria in circuitu altaris.* Vide Deſcriptionem noſtram ædis Sophianæ n. 72.

VELTRAHUS. Vide *Canis*.

VELTRIS. Vide *Canis*.

VELUEL, *Veluſus*. Vide *Villoſus*.

VELUM, quo Principum, vel judicum conſeſſus ac cubiculorum veſtibula occludebantur, quod duplex fuiſſe ait Alamannus, ad Procop. pag 103. 1. edit. Primum ſcilicet in primis ipſis & exterioribus cubiculis, quod *Conſiſtorium* vocabatur, à conſiſtente multitudine, & Principis audientiam præſtolante: ſecundum verò ad interius cubiculum. Id firmat Anaſtaſius Bibl. in S. Silverio PP. *Tunc fecit beatum Silverium Papam venire ad ſe in Palatium Pincis, & ad primum & ſecundum velum retinuit omnem clerum.* De velis Judicum, Acta S. Eupli Mart. apud Baron. an. 303. n. 146. *Cum eſſet extra velum Secretarii Euplius Diaconus*, &c. Acta SS. Claudii & Aſterii Mart. apud eundem Baron. an. 285. n. 8. *Lyſias introgreſſus, obduxit velum, & poſt exiens ex tabella recitavit ſententiam. Levato velo*, cauſas ſubmerſarum navium cognoſci præcipit l. 6. Cod. Th. de Naufragiis. *Non ſit venale judicis velum*, in l. 1. Cod. C. de Offic. Rect. Prov. Hinc [illegible] dicti apud Byzantios judices quidam, de quibus alibi agimus. Collatio Carthaginenſis II. c. 1. *Pro velo ſunt utriuſque partis Epiſcopi, ſi jubet Sublimitas tua, intromittentur.* Sexta Synodus act. 9. [illegible] Synodus Romana ſub Zacharia ſeſſ. 2. *Denardus religioſiſſimus Preſbyter adeſt pro velo, quid præcipitis? dictum eſt, ingrediatur.* In tertia ſeſſione habetur, *præſto eſt pro foribus*, ubi de eodem Deneardo. Auctor Queroli: *Iſti ſunt qui in fanis & ſacellis obſervant vela.* De Principum velis, Lampridius in Severo: *Cum amicis tam familiariter vixit, ut — ſalutaretur quaſi unus de Senatoribus patente velo, admiſſionalibus remotis.* Lucifer Calaritan. lib. Moriendum eſſe pro Dei filio: *In tuo Palatio intra velum ſtans tuliſti reſponſum à me ad conſervandam ſalutem.*

Vela, dicta ædium ſacrarum aulæa, quibus *velantur* parietes ipſi, vel etiam ipſi poſtes. Will. Brito in Vocabul.

> *Velum cortina, velum tectura vocatur,*
> *Templi etiam velo fore dicitur ejus origo.*

Paulinus Carm. 18.

> *Aurea nunc niveis ornantur limina velis.*

Anaſtaſius in Leone III. *Fecit vela alba holoſerica majora tria, quæ pendent ante regias in introitu.* Ita non ſemel alibi. Ejuſmodi etiam velorum meminit S. Hieronymus Epiſt. 3. Epiſt. 60. c. 5. Gregorius M. lib. 2. Epiſt. 14. lib. 8. Epiſt. 15. lib. 9. Epiſt. 38. &c. ut cæteros ſileam, quos laudat Roſweidus ad eundem Paulinum.

Velum, inquit Durandus lib. 2. Ration. c. 11. n. 45. aliud eſt *Converſionis*, aliud *Conſecrationis*, aliud *Profeſſionis*, aliud *Ordinationis*, aliud *Prælationis*.

Velum Converſionis accipit illa, quæ de ſeculari vita ad Religionem tranſiens, illud aſſumit. De ejuſmodi velis virginum Deodicatarum agunt S. Auguſtinus Epiſt. 179. Concil. Cæſar-Auguſt. XII. c. 8. Agathenſe c. 19. Gelaſius I. Ep. 9. Honorius Auguſt. lib. 1. cap. 192. Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 45. Cellotius lib. 6. de Hierarch. c. 11. & alii.

Velum Conſecrationis à ſolis Epiſcopis ſolis virginibus, & ſolùm in feſtivis & dominicis diebus datur. *Flammeum virginale*, S. Hieronymo in Epiſt. 8. ad Demetriadem. Vide Addit. 2. Ludov. Pii c. 12. 14. Sacramentar. Gregorii M. pag. 174. 175. & ibi Menardum, & Baronium an. 57. n. 84. & ſeqq.

Velum Profeſſionis ſuſcipitur à virgine, cùm continentiam profitetur. Datur verò illud cum benedictione ſolenni & cum litania. Vide S. Hieronymum Epiſt. 48. cap. 3. Concil. Turon. III. c. 28. Addit. 2. Ludovici Pii c. 12. &c.

Velum Ordinationis, quod olim Diaconiſſæ dabatur, ſeu *viduæ*: *Diaconiſſas* enim & *viduas* eaſdem eſſe ſuis locis docemus: de quarum velo multa habent Concilia, Africanum c. 89. Triburienſe c. 25. Turonenſe III. c. 27. Wormacienſe cap. 21. Capit. Caroli M. lib. 1. c. 102. lib. 7. cap. 257. Additio 2. Ludovici Pii c. 11. 14. 15. &c.

Velum Prælationis, quod Abbatiſſis imponitur.

VADA, Itinera, vectigalia, etiam fluviorum, in Jure Hungarico. Sambucus.

VADACULUM, Toloſæ, *le Vadacle*. Will. de Podio-Laurentii cap. 17. de Toloſanis: *Ex improviſo — verſus pontes Garumnæ vexilla dirigunt tranſeuntes, & vadantes ſubtus vadaculum, ad exercitum apud Vaurum properarunt*. Adde caput 30.

VADERE. *Qui mentiendo vadunt*, in Capitul. 1. an. 810. cap. 1. lib. 3. Capitul. c. 59. & in Addit. 2. Lud. c. 14. Phraſis Gallica, *qui vont mentant*.

VADIUM, *Wadium, Guadium, Guadia*, &c. Vadimonium, pignus, fidejuſſio. Ebrardus in Græciſmo c. 19.

Vado viam, Vado quadrupedem, Vadio, Vadium do:
Pro conſorte Vador: ſonat hoc quod ſum fidejuſſor.

Chronicon Lauriſhamenſe: *Ornatum quoque Eccleſiaſticum, quem Vintherus ambitu ſimoniæ expilaverat, & in vadio expoſuerat, plurima ex parte recuperavit*. Alibi: *Tres libros auro & argento gemmiſque pretioſis exornatos, crucem quoque auream in vadio exponenda conceſſit*. Glanvilla lib. 10. cap. 6. & Regiam Majeſtatem lib. 3. cap. 2. *Creditur, quandoque ex mutuo res aliqua ſub vadii poſitione, quod cum fit, quandoque res mobiles, ut catalla ponuntur in vadium. Quandoque res immobiles, ut terra & tenementa, & redditus, ſive in denariis ſive in aliis rebus exiſtentes.*

Wadium. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 80. *Facio autem hoc donum pro ſalute mea, & pro wadio quem ad finem daturus ſum, ut quacumque morte præoccupatus fuero, deinceps de hac vita ſine wadio & confeſſione non exeam*. Id eſt non facta eleemoſyna.

Wadius, Fidejuſſor, ſponſor, vas. Capitula ad Legem Salicam c. 1. §. 8. *Liber qui ſe loco wadii in alterius poteſtatem commiſerit*, &c. Lex Alaman. tit. 3. *Roget ſibi eum reddere, & donet legitimum wadium, ut illam culpam illi ſervo conceſſam habeat*. Ita in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 6. §. 3. tit. 10. §. 3. &c. Ubi quandoque idem videtur quod *Vadium*. Capitula Caroli M. lib. 5. c. 29. *Liber qui ſe loco vadii in alterius poteſtate commiſerit*. Cap. 65. *Semetipſum in medio pro ſervo dare ſtudeat*. Annales Francor. an. 777. *Saxones reddiderunt per Wadium, & ſpoponderunt ſe eſſe Chriſtianos*, &c. Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 24. *Scilicet quod debitum wadii nequaquam debitori relaxare ſolitus erat, omnino falſum eſt*, &c.

Wadia, Fidejuſſor. Lex Longob. lib. 2. tit. 21. §. 9. *Si quis alii wadiam & fidejuſſorem de ſacramento dederit*, &c. Adde §. 10. 12. 14. 15. &c. tit. 30. 33. 34. 50. 55. lib. 2. tit. 30. §. 1. lib. 3. tit. 3. §. 10.

Guadius, Guadium. Herardus Turonenſis Archiep. in Capitul. c. 42. *Non conſtringantur per guadios vel ſacramenta*. Vetus Notitia apud Beſlium pag. 224. *Unde judicatum eſt à domno Comite, & ab omnibus ſuis circumſtantibus, quod prædictus Launus eundem alodem ſecundum legem & judicium per guadium ſuum eidem Iſarno reddidiſſet, quare eum inquietaverat, cum lege & fide facta*. Charta Heccardi Comitis Auguſtodunenſis in Tabulario Prioratus Perſiaci in Burgundia apud Perardum: *Ut ſicut per inſtrumenta Kartarum vobis tradidi, & per guadium & andelangum, ſeu per iſtos breves commemoratum habeo*. In alia apud eundem, habetur, *ſeu per guadium & andelagum*. Proinde emendanda formula 183. apud Lindenbrog. *per meas wadros aut andelangos*: Legendum enim *wadios*.

Vadium dare juri ſtandi, vel *rectum* faciendi, quod *Vadium recti* vocant Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 52. *Per judicium recti vadimonium dare*, ibidem. Charta Alamannica 90. apud Goldaſtum: *Poſt hoc teſtimonium dedit Odalhartus wadium Folcrcho Miſſo, ut eſſet paratus in præſentia Domini Imperatoris in placito generali juſtitiam faciendi*. Tabularium Vindocinenſe fol. 117. *Comes Burchardus puer honorem Vindocinenſem obtinens, ætatis puer, ſenili maturitate, ipſe faciens emendationem, vadimonium rectitudinis tradidit*, an. 1077.

Dare vadium in miſericordia pecuniæ ſuæ. hoc eſt, ni fallor, ita ut in arbitrio ſit domini vadium reddere. Charta Henrici I. Regis Angliæ apud Ricardum Haigult lſdeniem: *Et ſi quis baronum meorum forisfecerit, non dabit vadium in miſericordia pecuniæ ſuæ, ſicut faciebat tempore patris mei vel fratris, ſed ſecundum forisfacti modum ita emendabit*, &c.

Vadium mortuum, eſt Hypotheca creditori ſic oppignerata, ut fructus quos durante tempore oppignerationis producit, omnes fiant creditoris, idque ſine computo inde debitori faciendo. Ita Cowellus lib. 2. Inſtit. tit. 4. § 1. Regiam Majeſtat. lib. 3. cap. 2. §. 5. *Item invadiatur res quandoque in mortuo vadio, quandoque non: dicitur autem mortuum vadium, illud cujus fructus, vel redditus percepti interim, in nullo ſe acquietent*. Quæ quidem *vadii mortui* ſpecies pro uſuraria ſemper habita eſt. Ibidem lib. 3. cap. 5. & Glanvilla lib. 10. cap. 8. *Cum verò res immobilis ponitur in vadium, ita quod inde facta fuerit ſeiſina ipſi creditori, & ad terminum, aut ita convenit inter creditorem & debitorem, quod exitus & redditus interim ſe acquietent, aut ſic quod in nullo ſe acquietent. Prima conventio juſta eſt & tenet, ſecunda injuſta eſt & inhoneſta quæ dicitur Mortuum vadium, ſed per curiam domini Regis non prohibetur fieri, & tamen reputat eam pro ſpecie uſuræ. Unde ſi quis in tali vadio deceſſerit, & poſt mortem ejus hoc fuerit probatum, de rebus ejus non aliter diſponetur, quam de rebus uſurarii*. Vetus Conſuetudo Normanniæ MS. 1. part. 2. ſect. cap. 8. *L'autre maniere d'uſure ſi eſt en morigage. Morigage eſt dit, quant cil qui tient la choſe en gage, en a les fruis & les iſſues, & ne contrevient en la dete. Si comme aucun baille à un autre ſa terre en gage pour 20. livres, quant cil qui tient la choſe recoit les iſſues par deſſus ſon chatel, tout eſt tenu à uſure*. Alibi: *Mortgage eſt qui de rien ne ſera aquitté, ſi comme quant aucune terre eſt baillée en gage pour cent ſols, par tel convenant, que quant cil qui l'engagela vondra avoir, il rendra les cent ſols. L'en appelle vif gage, qui ſe aquitte des iſſues: ſi comme quant l'en baille en gage une terre pour cent ſols juſques à trois ans, qui doit eſtre rendue toute quitte en fin de terme: ou quant terme eſt baillie juſques à tant que les deniers qui ſont preſtez, ſoient traiz des iſſues de la terre*. Extat in libro Anglico *Juſtice of peace* pag 148. *Forma de morgagio feoffando per debitorem*.

Appellationis rationem eam eſſe putat Littleton ſect. 332. quod ejuſmodi *vadium* pereat & *moriatur* debitori, ſi condicta die ſummam pecuniæ, pro qua prædium impignoratum eſt, non exſolvatur: è contra creditori perinde pereat, ſi exſolvatur. Unde *vivum vadium* dici ait Edw. Cokus, *quod nunquam moritur ex aliqua parte, quod ex ſuis proventibus acquiratur*. Multa habet hoc loco Littleton, & ſectionib. ſeqq. de *mortuo vadio*.

Mortuum vadium practici etiam noſtrates vocant feudum ſeu prædium quod à parentibus datur liberis in maritagium, vel per teſtamentum, quo, ut & reditibus, ii fruantur, donec conſtituto tempore redimatur. Areſta Parlam. in oct. Nativ. B. M. an. 1259. fol. 95. *Balduinus D. Bellavallis dedit in maritagium filiæ ſuæ 800. libras, & pro ipſa pecunia tradidit ipſi centum libratas terræ de feodo Regis in mortuum gagium*, &c. Petrus de Fontaines in Conſilio: *Méſi ſe deniers furent donné en mariage, & la terre baillie à mort wage por les deniers aprés le mort à la fille, qui n'a point d'oir de ſon cors, demorra la terre por la moitié del nombre au mari, ou à ſon oir*, &c. Hujuſmodi *mortui vadii* mentio eſt præterea in aliquot Conſuetudinibus municipalibus, Inſulenſi nempe art. 27. & aliis locis, & Arteſienſi tit. 39. apud Butilerium in Summa rurali, &c.

Gagium-Plegium. In Conſuetudine Normanniæ art. 28. 108. 186. & ſeqq. & 336. *Gageplege*.

Vadium plicare. *Le Roman de Garin MS.*

Devant le Roi ſont li gages ploié,
Des deux Barons qui ne ſont gueres abiter.

Vadium ad remanens. Concilium apud Clarendonam an. 1163. c. 4. *Excommunicato non debent dare vadium ad remanens, nec præſtare juramentum, ſed tantùm vadium & plegium ſtandi judicio Eccleſiæ, ut abſolvantur.* Ita apud Bromptonum, ubi Matth. Paris habet *ad remanentiam.*

Vadia, Stipendia, noſtris *Gages.* Bromptonus in Ricardo I. *Et dedit unicuique eorum,* (Militum) *vadia ſua & liberationem ab illo die uſque ad proximum Paſcha ſequens.*

Guadia. Ugutio, & Joan. de Janua: *Guadia, debita conſtitutio.* Notitia Judicati in Tabulario Caſaurienſi: *Ipſe Majo per inquiſitionem, & per idoneos homines guadiam dedit ad probandum.* Chronicon Farfenſe pag. 653. *Tunc ab omnibus decretum eſt ut idem Pando guadiam cum ſuis ad partem Palatii daret, & componeret juxta edicti paginam de ipſo Judicatu incenſo.* Infra: *Et guadiam de compoſitione juxta legem dare fecerunt.*

Wadiare, Guadiare, guadium conſtituere, vel guadia firmare, Ugutioni. Gloſſ. Lat. Gall. *Guadiare, Gager, fermer.* Leges Alvredi Regis Weſt-Sax. c. 1. *Si quis autem vadiet quod fieri juſtum ſit, & tranſgrediatur,* &c. Chronicon Farfenſe pag. 666. *Si autem aliqua querimonia adverſus hujus Monaſterii rectores inſurrexerit de jamdictis rebus, — noſtraque acclamaverint clementia præſentiam, Comes noſter & Miſſi noſtri diſcurrentes, ſeu Miniſtri Reipublicæ, faciant ambas partes in noſtram audientiam guadiare.* Vetus Notitia apud Beſlium in Epiſcopis Pictavenſib. *Poſtea verò Presbyteri guadiaverunt, quod injuſtè ita ſanè fecerant, & illorum extitit fidejuſſor Launo Abbas.* Alia Notitia Judicati apud Galandum de Franco alodio pag. 296. *Guadiavit ergo Heudo Comiti per judicamentum curiæ ejus forisfactum invaſionis & injuſtitiæ ſuæ: & cum deinde judices, quid in guadio contineretur, Heudo interrogaret, reſponderunt judices, Quantum Comiti placeret.* Concilium Inſulanum an. 1234. c. 9. *Quicumque auctoritate vel temeritate propria Eccleſias, vel Eccleſiaſticas præbendas pignoraverit, vel gadiaverit,* &c.

Gagiare. Tabularium Monaſterii Deiparæ Sanctonenſis fol. 23. *Nobis baculo in Cartula pendente guthgiavit.* Charta Mauritii *d'Arablay*, in Tabulario Vindocinenſi fol. 201. *Et recognovit quod in præfato burgo, & talliata nihil habebat, & quod injuſtè calumniatus fuerat, & inde guagiavit rectum cum coram Cappa ſua Domino Roberto Abbati.* Stero in Chron. an. 1251. de Frederico II. Imp. *Veneno extinctus ſepultus eſt — tam occultè, quòd multi per annos 40. vadiabant eum vivere.*

Wadiare in Prætorio, — wadium ſuum in judicio comprobare, in Lege Longobard. lib. 3. tit. 1. §. 43. Capitula Ludovici Pii an. 826. edita à Labeo in Conciliorum editione c. 6. *Si fortè quiſpiam aliquem mallaverit, & ille qui mallatus fuerit, dixerit eum ſervum ſuum eſſe, — jubemus ut præſentialiter inter ſe wadient, ut ad primum, vel ſecundum, vel tertium placitum cauſam ipſam definiat.*

Invadiare, Pignori ponere, *Engager.* Leges Edw. Reg. Angl. cap. 35. de armis: *Non debent illa invadiare, nec extra regnum vendere,* &c. Burkhardus de Caſib. S. Galli cap. 11. *Calicem aureum — invadiavit,* &c. Occurrit paſſim.

Vadium in duello, ſeu monomachia, appellabant rem quamvis, quæ vice pignoris ab eo qui provocabat, in medium projiciebatur coram judice: quo quidem facto verum ſe dicere, vel ab objecto crimine non modò ſe innocuum eſſe, ſed id etiam duello adverſus quemlibet probaturum profitebatur. Tum enim accuſator, aut quivis alius, pignus à terra tollebat, eoque ipſo duellum amplectebatur. Skenæus ad Regiam Majeſtat. lib. 3. c. 23. *Vadiatur duellum, cum actor ſive appellans, querelam ſuam proponit, eamque duello per ſe vel per ſuum campionem ſe probaturum offert. Et reus ſive appellatus affirmat contrarium eſſe verum, & ſe vel ſuum campionem, in ſui ſuaque cauſa defenſionem ad duellandum offert. Hinc inde dantur vadia: ab actore vadium diſrationandi: à reo vadium defendendi, quod in hoc regno fit, cum duelliones hinc inde chirothecas offerunt.* Vetus Charta: *Sed quia ipſe erat debilis corpore, — quidam nepos ejus nomine Guitcelinus dedit vadimonium duelli judicio curiæ pro eo, & venerunt in campum ad faciendum duellum,* &c. Philippus de Bellomanerio cap. 61. *De tos cas de crieme on pot apeler ou venir a gages, ſi li accuſeres en veut fere accuſation, ſelont ce que apiax ſe doit fere, car il convient que cix qui eſt apelés ſe deffende.* Qui porrò vadium tollebat, dicebatur illud *operire.* Hardouinus *de la Jaille* in Tractatu MS. *du Champ de bataille: Et ſi aucun des parties ſe partoit aprés jugement aſſis, gage jetté & couvert, ſans la licence ou bonne ſeureté, icelui partant doit eſtre tenu & prononcé pour convaincu.* Vide *Duellum.*

Vadiare bellum, ſeu duellum. Bromptonus: *Alii verò dixerunt, quod Comes nec Baro, nec aliquis Regi ſubditus bellum contra Regem in appellatione ſua de lege poteſt vadiare, ſed in toto ponere ſe in miſericordia ſua, & emendas ſibi offerre competentes.*

Judicium ferri vel aquæ vadiare, in Legibus Adelſtani Regis c. 30. id eſt purgationem criminis ſibi impoſiti per hæcce *judicia* offerre.

Legem vadiare. Vide *Lex.*

Vadiare de ſervitio dicebantur vaſſalli, cùm notum faciebant domino ſe ſe ab ejus homagio receſſuros, niſi eorum *Pari* jus ſeu rectum faceret. Ita paſſim in Aſſiſiis Hieroſolym. MSS. cap. 205. 206. 207. ubi formula vadiandi ſervitium ſic deſcribitur: *Nous tous enſemble, & chaſcun par ſoi vous gajons* (vel *gageons*) *dou ſervice que nous vous devons, tant que vous aiez rendu à noſtre Per ſon fié, ou ne dites raiſon pourquoi vous ne le devez faire.* Cap. 207. *Et tous les homes dou Roy requiſtrent au Roy que il s'en ſoffriſt de ce que il avoit encoſ lor Per congée, & que ſe il s'en ſoffroit, & menoit Meſſire Raoul par eſgart de ſa Court, que ils li guageroient tous enſemble, & chaſcun pour ſoi, dou ſervice que ils devoient, tant que il euſt fait leur requeſte.* Et cap. 24. *Sont les cas auſquels on peut gager de ſervice le Seigneur, ou le conjurer de ſa foi.* Vide capp. ſeqq.

Diſvadiare, Rem oppigneratam redimere, *Deſgager.* Chronologia Auguſtinenſis Cantorberienſis: *Carta de terra quam Abbas Hugo diſwadiavit de Wiberto de Thanato.* Charta Richardi de Porcomortuo in Hiſt. Abbat. S. Cathar. Rothom. *Quouſque pecunia noſtra de qua omnes illas res debent diſwadiari, ab uxore ejus & filio nobis reddatur.*

Diſvadiare, Pignori capere, vel pignus auferre & retinere. Charta Reginaldi de Boſco in Hiſt. Abb. S. Audoeni Rotomag. pag. 436. *Neque nos poſſumus vel debemus in prædicta foreſta aliquem diſvadiare propter aliquod forisfactum, nec capere propter aliquam manuum operationem quam in ea faciat.* Hac notione *deſgager*, uſurpant Conſuetudines S. Aniani art. 5. Stampenſis art. 154. Montargenſis cap. 4. art. 12. 13. cap. 18. art. 6. Camerac. tit. de Actionib. art. 4. 5. *Deſengager* in Conſuet. S. Severi tit. 14. art. 1.

Divadiare, eadem notione, Pignori capere, in pignus retinere. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 23. *Si quis blodwitam — & hujuſmodi forisfaciat, & inde veniat ſine divadiatione, vel calumnia, placitum domini ſui eſt.* Cap. 41. *Si quis autem, ubi forisfecerit, retentus vel divadiatus ſit, plenè componat.* Cap. 57. *Si inter eos homines diſceptetur in curiis ſuper accuſationibus, alternatim ſibi rectum faciant in cauſis ſuis, niſi quis retentus, vel divadiatus ſit, vel plegiatus pro culpa ſua,* &c. Cap. 80. *Aut divadietur aut retineatur ibi malefactor.* Adde cap. 41. & 94.

Vadiare, gagiare, eodem etiam ſignificatu, Pignus à debitore invito auferre, præſertim ex ſententia judicis. Charta Durandi Epiſcopi Cabilonenſis: *Ita tamen quod non poſſunt vadiare in clauſtro: ſed quando ille qui forefecit recedit à clauſtro, tunc poſſunt emendam levare, ſecundum quod forefecit.* Conſuetudines MSS. Solemniaci in

Arvernis: *Creditor qui habebit domum apud Selgnac, poterit eidem debitorem ſuum autoritate propria gagiare ratione debiti ibidem contracti.* Concilium Avenionenſe an. 1279. c. 1. *Occupare, detinere, pignorare, ſeu gadiare*, &c. Charta an. 1292. apud Perardum pag. 564. *Quod Præpoſitus Tornodori — non poteſt, vel non poterit gagiare, vel facere gagiare, nec juſtitiam exercere in villa S. Michaelis prædicta*, &c. Libertates Oppidi Montis-Regalis in Sebuſianis an. 1287. *Si Miles, vel quilibet extraneus debeat debitum alicui Burgenſi Montis-Regalis, Præpoſitus, vel alius de familia domini debet ire cum creditore, vel ſine creditore ſine aliqua contradictione, & ſine dono & mercede ad gagiandum debitorem, & eum gagiare.* Aſſiſiæ Hieroſol. cap. 113. de Sponſoribus: *Si ledit pleige dit que il n'a dequoi il lui puiſſe faire que pleiges, l'autre li doit dire, Fourniſés en l'aſſiſe, & il la doit fournir enſi, que il doit jurer ſur ſains, que il, ne autre pour lui n'a dou ſien à convert, ne à deſcouvert dequoi il puiſſe faire que pleige, que la robe de ſon veſtir, & dras de ſon lit: & ſe pleige fit ledit ſerment, il fournit l'aſſiſe, que l'autre ne peut, ne ne doit gager par l'aſſiſe la robe de ſon veſtir, ne de ſon lit, ſi convient il que il ſeuffre tant que il trove aucune choſe dou ſien que il puiſſe guager*, &c. Ita vocem *Gager* uſurpant Conſuetudines aliquot municipales, Senonenſis art. 129. Burbonenſis art. 134. Bayonenſis tit. 8. art. 11. tit. 26. art. 15. Melodunenſis art. 327. 328. Calvimontenſis art. 96. Victriaceuſis art. 120. Bituric. tit. 10. art. 5. Altiſiodor. art. 171. &c. *Dégager*, eadem notione, Conſuetudines S. Aniani art. 5. Sellenſis art. 2. Feritatis Imbaldi art. 7. Tremblaienſis art. 7. & aliquot aliæ.

Pignerationem duplicem ſtatuunt Juriſconſulti, unam ſcilicet quæ fit invito debitore, quam *pignus coactivum* vocant; alteram quam debitor ipſe ſponte præſtat, *pignus conventionale* appellatam. Prior pigneratio fit utplurimum judicis auctoritate, quâ creditor domum debitoris ingreditur, inque rem ipſius, in debiti ſibi ſtatuta die exſolvendi ſecuritatem, involat & manus injicit, ni debitor die præterita debitum exſolvat, diſtrahendam & ſubhaſtandam. Idque ἐνεχυράζειν dicunt Græci, pignora capere invito debitore, ad diſcrimen ἐνεχυριάζειν, quod eſt pignus dare & tradere. Ἐνεχυράζειν τὴν οἰκίαν apud Demoſthenem contra Everg. domum debitoris vi, eoque invito, ingredi, & pignora auferre, quod vetatur in Deuteron. cap. 24. v. 10. 11. *Cum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius, ut pignus auferas, ſed ſtabis foris, & ille tibi proferet pignus quod habuerit.* Ubi verſio 70. Interpret. οὐκ εἰσελεύσῃ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ἐνεχυράσαι τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ. Ejuſmodi verò pigneratio coacta, Pragmaticis Gallis,

Gageria dicitur, quæ fit ex vi contractus obligatorii, vel ſententiæ, aut areſti contra debitorem lati, cujus res mobiles in Regia manu ponuntur, & ſequeſtrantur. Charta Joannis Briennenſis an. 1200. in Tabul. Campaniæ Thuano pag. 270. *Et octingentas libras quas poſui in gageria quam à fratre meo accepi.* Alia Gaufredi D. Joinvillæ Seneſcalli Campan. an. 1190. pag. 71. *Si abſque ipſius licentia de prædictis terris amodo dividerent, vel in vadium ſumerent, emptionem ſuam & gageriam amittent.* Inſtitutiones Capituli Gener. Ciſtercienſ. diſt. 11. c. 3. *Gageriæ autem ulterius non accipiantur, exceptis feodis noſtris, ſecundum quod à jure eſt conceſſum*, &c. Eadem habent fermè Statuta antiqua Cartuſienſ. 2. part. c. 32. §. 29. Libertates Oppidi Juſſeronis in Sebuſianis an. 1283. *Item concedimus ut nullus teneatur accipere pignus, vel gageriam, à nobis, vel ab aliquo alio, niſi plus tertio valuerit, quàm illud pro quo offertur*, &c. Ita uſurpant veteres Chartæ apud Roverium in Reomao pag. 232. 233. 236. 240. quæ potiſſimum ſunt de prædiis in *gageriam* datis.

Vadare, Fidejubere pro alio, vel in vadem ſe dare. Gloſſæ Iſid. *Vadatur, promittit, pollicetur, fidedicit.* Flodoard. lib. 4. Hiſt. Remenſ. cap. 19. *Pro quo facinore vadatus in hac Synodo, centum libris argenti pacatur cum præfato Stephano Epiſcopo*, &c. Adde Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 65. lib. 2. cap. 1.

Revadiare, Rewadiare, Reguadiare, eadem qua priùs notione, *Vadium dare* pro re quavis. Chartæ Parenſiales form. 6. *Sic ei in præſenti fuit iudicatum, ut ipſum ſervitium ſancti illius, unde negligens aderat, ipſi Advocato ſancti illius rewadiare deberet, quod ita & fecit. & ſeipſum ad ſervitium ſancti illius ibi ſe in præſenti recredidit.* Vetus Charta apud Beſlium pag. 176. *Sic ad præſente ipſa falſitione per ipſa Charta rewadiaverunt, & in ſervitium S. Juniani de parte genitore eorum Allifredo ſe cognoverunt, & ad pedes ipſius Ramnulfo ſe poſtradiderunt, & wadios de omnibus ei dederunt, per quid ipſa falſitione præſentaverunt, vel per quid illo ſervitio contenderunt.* Placitum Caroli C. an. 22. in Tabul. S. Dionyſii: *Viſi fuimus judicaſſe ut memoratus Major nomine Autreneus inantea adiciſſet, & unuſquiſque de ſæpedictis ſervis ipſum ſervitium inferiorem, unde de legibus probatus habet, mallaſſet vel repetiſſet, & ipſum ſervitium emendaſſent, & revadiaſſent, ſicut & fecerunt.* Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 118. *Eo ſiquidem pacto ut Walterus pro admiſſis 20. libras argenteorum revadiaret.* Continuator Hiſtoriæ Epiſcoporum Virdunenſium n. 4. *Deinde ſummam pecuniæ ad diem denominatum Domno Epiſcopo revadiavit.* Vetus Notitia apud Perardum p. 149. *Tunc judicatum eſt à ſupradictis Scabineis, ut de ipſis caſubus quod mortificavit, legem faceret & rewadiaret, ſeu ſupradictam terram legaliter redderet, quod & fecit.* Chronicon Farfenſis Monaſterii: *Tunc ſupradicti Miſſi & judices eos reguadiare fecerunt, fidejuſſores utriuſque ſecundum legem ponentes. Heribannum rewadiare*, in Capitul. 1. an. 812. c. 1. 9. Capit. Caroli M. lib. 4. c. 70. *Ut vaſſi noſtri — qui anno præſente in hoſte non fuerunt, heribannum rewadient*, &c. Appendix 2. ejuſdem libri c. 8. *Ut omnia quæ wadiari debent, juxta quod in Lege continetur, pleniter ſecundum ipſam legem rewadiata fiant. Bannum rewadiare* lib. 5. cap. 43. & in Addit. 4. Lud. Imp. c. 70. in Capit. 1. an. 812. c. 3. 5. in Edicto Piſtenſi c. 21. in Capit. Caroli C. tit. 40. c. 1. apud Hincmarum Laudunenſem pag. 610. 612. &c. *Bannum wadiare* in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 43. Adde lib. 2. tit. 21. §. 29. & Addit. 2. Capitul. lib. 4. c. 8. *Debitum rewadiare*, in Edicto Piſt. c. 22. *Debitum wadiare*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 2. §. 11. *Rewadiare xenium*, apud Flodoardum lib. 3. Hiſt. Rem. pag. mihi 560.

Gagium, Pœna, mulcta pecuniaria. Charta an. 1256. in Regeſto Comitum Inculiſmenſium: *Remittendo & franchiſando nobis & dictæ villæ garenam ſuam, quam habebat in vinablio & territorio dictæ villæ, & gagia ſive pœnam qua occaſione dictæ garenæ à venantibus in eadem conſueverat percipere & habere.* Conſuetudo Caſtri Bellaci in Charta Hugonis Marchiæ Comitis in eodem Regeſto: *Si quis bannum Comitis infregerit, debet reddere de gagio ſolidos 60.* Charta an. 1289. In Hiſt. Benchampag. 311. *Cenſus noſtri ſunt aſſignati & Statuti ad Mortgatgia & pœna ſimiliter.* Alia Radulfi Iſſoldunenſis an. 1235. *Si verò ex prædicto paſcuario non fideliter ſoluto gagium contingeret evenire, totum gagium meum erit.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. pro Libertatibus Baſtidæ in Petrogoricis, ex Regeſto 47. Tabularii Regii n. 38. *Et niſi prædicta oblia nobis ſoluta fuerint prædicto termino, quinque ſolidi nobis ſolventur pro gagio, & oblia ſupradicta.*

Gagiare, Mulctam ſolvere. *Emendam gagiare*, in Statuto Sancti Ludovici an. 1259. *Gager l'amende*, in Conſuetudine San-Paulana art. 32.

Diſgagiare, noſtris *Deſgager*, Mulctam impoſitam exſolvere, in Conſuet. Villænovæ *d'Arjançon* in Pact. an. 1233.

Gajare, Solvere. *Gajabit 5. ſolidos*, &c. paſſim in Tabul. S. Albini Andegav. *Gager & paier le rachapt*, in Conſuetud. Lotharingiæ tit. 17. art. 1. 3. Turon. art. 144. Lodunenſi cap. 12. art. 6. cap. 14. art. 3. Ande-

gav. art. 115. 266. Cenoman. art. 126. 284. &c.

Gadium, pro Teſtamento. Teſtamentum Guillelmi de Tortoſa filii Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1157. Oct. *Sic ultimum elogium meum compono, & gadium ſive teſtamentum meum nuncupativè facio*, &c.

Gadiare, in Gloſſ. MS. Reg. cod. 1701. *Res ſuas ante mortem diſponere.*

Gadiator, Executor teſtamentarius, qui res teſtatoris in vadium habet, ut de iis diſponat. Teſtamentum Raimundi Comitis Toloſani an. 1249. apud Catellum pag. 374. *Reſiduum vero de decem millibus marchis ſupradictis quod reſtat, diſtribuendum volumus arbitrio Commiſſariorum noſtrorum infraſcriptorum, qui Gadiatores, ſeu Spondarii vulgariter appellantur ad pias cauſas, ſicut ſaluti animæ noſtræ magis expedire videbunt.* Infra: *Commiſſarii autem, gadiatores, ſeu Spondarii noſtri iſti ſunt*, &c. Teſtamentum Roſtagni de Podio alto an. 1261. *Item volo quod Roſtagnus filius meus reſtituat & ſolvat de bonis meis omnia forefacta mea, arbitrio & cognitione gadiatorum meorum*, &c. *Gadiatores ſeu Executores teſtamenti*, in Concilio Avenionenſi an. 1270. c. 2. Teſtamentum Guidonis Dom. Lavalli an. 1265. apud Ducheſnium in Hiſt. Monmorenciaca pag. 386. *Je eſtablis — mes gaigiers & mes executors à fere & acomplir mon teſtamenz, ſi comme il eſt contenu cy-empris.*

Gadiarius, Fidejuſſor. Charta Longobardica an. 973. apud Ughellum in Archiep. Benevent. *Qualiter — guadium mihi dederunt Simeon Clericus, & Nardus Clericus, & mediatores poſuerunt gadiarios de jam dicta civitate*, &c.

Contragagiamentum, vulgò *Contregage*. Charta Philippi Regis Franc. data Pariſius 12. Junii an. 1309. in Regeſto Tabularii Regii, qua bella privata inhibentur: *Item ne quis ſine noſtri licentia in regno noſtro cutum, cohortem, vel aliquam congregationem faciat armatorum: ne quis contragagiamentum accipiat, vel pacem noſtram regni noſtri quolibet modo infringat. Et cum aliqui corruptelas pro Conſuetudinibus in iis caſibus ſoleant allegare, tales damnatas Conſuetudines tollimus, & penitus reprobamus*, &c.

VADUM. Charta an. 1268. ex Tabulario urbis Ambianenſis: *Nobis conceſſerunt pro utilitate domus noſtræ faciendæ, ut nos vadum quod ſubtus clauſum noſtrum per quod vaccæ civium Ambian. à paſcuis* &c. Ubi Charta Gallica vertit, *Wez*.

VAGA. Vide *Vanga*.

VAGANTES, pro *Vacantes*. Concilium Wormacienſe an. 868. c. 62. *De Epiſcopis & de Presbyteris vagantibus, qui parochias non habent*, &c. *Vagantes terræ*, pro *vacantes*, deſertæ, incultæ, &c. Vide in *Vacans*.

VAGNA. Vide *Galo*.

VAGIARE, Pecus (vagum ſeu oberrans) ob damna abigere. *Vagiator*, qui detinet abacta pecora, in Jure Hungarico.

VAGINATUS, è Vagina eductus, nempe enſis. Gall. *Deſgagné*. Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Vagina, theca gladii. Vaginatus, exagnatus.*

VAGIPALARE. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 83. *Si quis in hoſtem ſuum invadat, vel vagipalantem, vel alium qui juſtè requiſitus rectum per omnia denegaverit. Vagans* dicitur cap. 58. & 82.

VAGINELLA, *Faba ſiliqua*, Matthæo Silvatico.

VAGITARE, Vagari, diſcurrere. Iſidorus Pacenſis Epiſc. in Chronico æra 739. *Per Hiſpaniam è Palatio vagitavit.*

VAGORRIRE, *Per otium vacare*, ſeu vagari, in Gloſſ. Arabico-Lat.

VAGUS, Servus fugitivus, nequam, Sambuco. Decreta Calomani Regis Hungariæ lib. 1. *Si Rex aliquem vagum ſervum alicui donaverit*, &c. Mox: *Quicumque abſque licentia Regis vagum tenuerit*, &c. — *Cum quis vagum apprehenſum tenuerit, à domino ejus primo exigatur.* In Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 4. §. 9. ſervi fugitivi *à dominorum jure inlicite evagari* dicuntur: *In fuga vagare*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 22. *Vagans homo*, in Legib. Henrici I. Regis Angl. c. 82. Vide Traditiones Fuldenſes l. 2. tradit. 38. & Codicem Theod. tit. *Si vagum petatur mancipium*, & ibi Jacobum Gotofredum.

VAIVODA, *Voyvoda*, Dalmatis, Croatis, & Hungaris, eſt Exercitus ductor: hodiè vero promiſcuè pro quolibet exercitus vel ordinum ductore accipitur, ut apud Italos Capitaneus, ut Autor eſt Jo. Lucius lib. 6. de Reg. Dalmat. c. 1. Joannes Leunclavius in Pandecte Turcico n. 71. *Vaivoda nomen generaliter ſignificat Præfectum militum, quem Capitaneum vulgò vocant. Sed apud Hungaros ut olim, ſic etiam hodie, duæ ſunt appellationes adminiſtrationum maximarum: una Bani, altera Vaivodæ. Vaivoda verò Præſes dicitur, loco Regis adminiſtrationem habens in aliqua provincia, puta Tranſſilvania, Valachia majori, Valachia minori*, &c. *Vaivodas* Bulgaris tribuit Theophanes an. 24. & 33 Conſtantini Copronymi, & ex eo Hiſt. Miſcella pag. 700. ſiquidem βοεβόδοι iidem ſint cum iis quos Βοϊβόδους vocant Conſtantinus Porphyrog. de Adminiſtr. Imperio cap. 38. βοεβόδας Ducas cap. 19. Vide Joan. Seldenum de Titulis honorariis part. 2. cap. 2. n. 3.

VALCATORIUM, Molendinum. Charta Ludovici II. Imper. an. 875. apud Ughellum to. 6. Ital. Sacr. pag. 1309. *Cum poſſeſſionibus & juribus, — aquarum decurſionibus, piſcationibus, valcatoriis, rupibus, ſilvis*, &c. Alia an. 962. apud eundem to. 1. part. 2. pag. 49. *Exhibens etiam — liberam licentiam conſtruendi molendina & valcatoria ubicumque voluerint per totum Comitatum ſuum.* Ex his emendandum videtur Chronicon Piſanum editum ab eodem Ughello, ſub an. 1158. *Omnia balatoria juxta Arnum deſtructa ſunt.* Legendum enim *balcatoria*.

VALDENSES, dicti quidam Hæretici, à primo eorum autore *Petro Valde*, cive Lugdunenſi prædivite, qui ſub peculiari paupertatis profeſſione hæreſes complures docuit, ſub annum 1160. unde ejus ſectatores dicti etiam *Pauperes de Lugduno*, aliiſque ſubinde nominibus appellati, quæ peculiari commentario complexus eſt Gretzerus ad Scriptores contra eandem hæreſim ab eo edito an. 1613. Monachus Vallis Sarnaii in Hiſt. Albigenſium cap. 2. *Erant præterea alii hæretici, qui Valdenſes dicebantur, à quodam, Valdio nomine, Lugdunenſi*, &c. De eorum erroribus vide præter eundem Monachum Vallis Sarnaii, Raimerum, Pilichdorffium, Lucam Tudenſem, Ebrardum Bethunienſem, Bernardum Abbatem Fontis-Calidi, Ermengardum, editos à Gretzero, Guidonem Elnenſem Epiſcopum in Summa de Hæreſibus; ex recentioribus Claudium Seiſſellum adverſus Valdenſes edit. an. 1520. Joannem Chaſſaneum in Hiſt. Albigenſ. edita an. 1595. Balthazarum Lydium in Valdenſibus edit. an. 1616. Joannem Paulum Perrinum in Hiſt. Valdenſium edita an. 1618. Columbum lib. 4. de Geſt. Epiſcopor. Valentinenſium n. 9. denique quæ habentur inter Rerum Bohemicar. Scriptores. Eorum hæreſim *Vauderie* vocat Joan. Molinetus fol. 112. v.

> *J'ay veu grant vauderie*
> *En Arras pulluler,*
> *Gens plein de vederie*
> *Par jugement bruſler.*

VALECTUS. Vide *Valetus*.

VALEDICERE, *Valedictus*, cui *Vale* dicitur. *Dire adieu.* S. Gerardus Abb. Sylvæ Major. in Vita S. Adelardi c. 5. *Quibus cum ipſe valediceret, & ipſe valedictus ab eis recederet*, &c.

Valefacere, eadem notione. Vita S. Roberti Abbatis Moliſmenſis n. 8. *In quorum humilitate & paupertate non mediocriter ædificatus Epiſcopus & compunctus, valefecit, & receſſit.* Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. apud Catellum pag. 967. *Commendans eos Domino, & valefaciens eis, Romam redire ſollicitè ſatagebat.*

VALENBRUNUS. Vide *Galabrunus*.

VALERE, Valor, pretium. Tabularium Bellilocenſe in Lemovicib. n. 175. *Et accepi à vobis pretium juxta quod inter nos bene complacuit, vel apreciatum fuit, hoc eſt tam in valente, quàm in argento ſolidos mille.*

Valentia, eadem notione: *Valance*, in Conſuetud. Aquen- ſitic. 9. art. 40. Acta Innocentii III. PP. pag. 11. *Da- ret ei valentiam auri viginti millium unciarum.* Rogerus Hovedenus p. 783. *De excaetis Domini Regis, & earum valentiis, & quis eas habeat*, &c.

Valens, Magnanimus, fortis, Gall. *Vaillant.* Wippo de Vita Chunradi Salici an. 1028. *Et quidam bene valens vir Cunradus — cum aliis interfectus eſt.*

VALENTIA. *Virtus*: ῥώμη, δύναμις, in Gloſſ. Gr. Lat. Alibi: Βία, *valentia, robur.* Gloſſ. Lat. MS. *Valen- tia, fortitudo, firmitas, robur.* Vox Latinis ſcriptori- bus nota. Macrobius Comment. lib. 2. c. 14. *Ut medi- cus, ut exercitator corporum, ſanitatem vel valentiam quam ille ægris, hic luctatoribus præſtat.* Harigerus Ab- bas in Vita S. Landoaldi n. 6. *Mox ut illuc deſtinavit, valentia totius corporis ſtatim reintegrari meruit.* Utitur etiam Gregorius VII. lib. 1. Epiſt. 46. Charta an. 1239. in Regeſto Comitum Toloſæ Cameræ Comput. Pariſ. fol. 120. *Quod fideles vobis & ſucceſſoribus veſtris valentiam faciemus in placitis & in guerris contra omnes homines, cum à vobis vel veſtris fuerimus requiſiti*, &c. Ubi *Valentiam facere*, eſt omnem vim adhibere; *Faire ſon pouvoir.*

Valentia, Valor, pretium, apud Will. Malmeſburg. in Vita S. Aldhelmi c. 10.

VALERE, Juvare, auxilio eſſe. Hominium factum à Ray- mundo Principe Arauſionenſi Epiſcopo Tricaſtinenſi an. 1274. *Et ſi dictus nobilis Raimundus de Baucio, vel eius ſucceſſores — nollent, vel non poſſent dictum Epiſco- pum ſeu ſuos ſucceſſores juvare, ſeu ei valere de placito ſeu de guerra.* Tabularium Barcinonenſe apud Marcam lib. 6. Hiſt. Beneharn. cap. 8. n. 3. *Promitto nec non convenio vobis & veſtris ſucceſſoribus per me & per meos ſucceſſores quo vobis valeam & adiuvem vos, & veſtros ſucceſſores cum mea terra, & meis Militibus & homini- bus bona fide & ſine enganno contra omnes homines*, &c. *Le Roman d'Artus* MS.

Tuit cil qui de ta terre ſont,
Qui de toi fiens & terres ont,
Te deivent aider & valer,
Si feront-il en leur poer.

Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. c. 79. *Que nos ſom obligas al Rey d'Arago cun̄ e noſtre ab ſa- crament de valer & ajudar li contre totes les perſones del mon*, &c.

Valitor, qui Froiſſarti vulgò *Aidant*, Coadjutor. *Valedor* in Conſuet. Catalaniæ MSS. & to. 13. Spicilegii Ache- riani pag. 315. Charta Raymundi Comit. Toloſani an. 1242. *Et terram noſtram ſupponimus, & noſtros pariter valitores, quos illos tantum intelligimus qui de guerra iſta nos emparaverint, & guerram nobiſcum antea non habe- bant. Hæreticos autem & condemnatos de hæreſi, nunquam noſtros reputamus, vel reputabimus valitores.* Ubi Catel- lus perperam, *Vaſſaus*, reddidit. Alia ejuſdem Ray- mundi an. 1233. *Vos & omnes veſtros contra ipſos & om- nes ſuos valitores, ſeu coadjutores, — adjuvabimus.* Charta Philippi Pulchri an. 1299. in Regeſto Conſta- bulariæ Burdeg. fol. 234. *Confœderatos, alligatos, & valitores.* Alia apud Marcam lib. 6. Hiſt. Beneharn. cap. 5. n. 6. *Et ego Ildefonſus Rex jam dictus recipio vos Guillelmum de Montecatano, & filios veſtros in mea em- paranza atque adjuda, & ero vobis valitor & adjutor de Bearnenſi Vicecomitatu.* Joannes XXII. PP. to. 2. Epiſt. 1559. *Contra — complices, adjutores, valitores, ſequa- ces, & fautores eorum*, &c. Occurrit paſſim in Char- tis. *Le Roman de Garin Voailler* eadem notione di- xit:

N'a en la route, ne ribaut ne garçon,
Mès Chevaliers, & fiens de Vavaſſors,
Bliaus de paile ont tot li voailler.

VALETRO, in Gloſſario Lat. MS. Reg. & apud Papiam, *Glutto.* Jo. de Janua: *Valetro, i. gluto, quia valet multum in edacitate.*

VALETUDINARIUM, quod aliàs in Monaſteriis *Infirma- ria* dicitur. Gloſſ. Lat. Gr. *Valetudinarium*, ὑγιαστήριον, νοσοκομεῖον. Ugutio: *Valetudinarium, domus in qua mo- rantur infirmi.* Vox Senecæ, Columellæ, & aliis no- ta. Vita S. Auſtrebertæ Virg. c. 3. de Moniali: *In ſtra- gulo — ad Valetudinarium deportaverunt.* In Miraculis ejuſdem n. 1. *Cellula infirmarum* dicitur.

VALETUDO, *valitudo*, Facultas, poteſtas. Vita S. Iſi- dori Hiſpalenſis Epiſc. n. 18. *Qui quanto honore & re- verentia à Romano Antiſtite & Cardinalibus fuerit recep- tus, non eſt noſtra diſſerere valetudinis.* Vita S. Guthla- ci n. 27. *Omnem valitudinem maligni ſpiritus ab eo depu- lit.* Vide Anon. in Mirac. S. Urſmari per Flandr. n. 4.

VALETI, *Valecti*, appellati vulgò magnatum filii, qui necdum *Militare* cingulum erant conſecuti. Nam ut *Vaſſalli* iidem qui poſtmodum *Milites*, quod in hac voce docemus; ita vaſſallorum filii *Vaſſeleti* dicti, ut & *Domicelli*, reſpectu parentum qui *Domini* undè com- pellabantur, unde poſtmodum formata vox *Vaſletus*, deinde *Valetus*, uti rectè obſervatum à Pithœo in Con- ſuet. Trecenſ. Quod præterea firmant Scriptores ali- quot à nobis laudati in Notis ad Vilharduinum pag. 274. apud quos *Vaſletus* ſcribitur: uti etiam in Charta anni 1204 poſt Ordericum Vitalem edita pag. 1058. *De Militibus & Vaſletis de terra Comitis Roberti*, &c. In alia apud Spelmannum in hac voce: *Thomas filius dicti Radulphi* (Militis) *vaſletus in cuſtodia Regis, qui ſimiliter morabatur in ſervitio Regis cum fratribus ſuis.* *Le Roman d'Amile & d'Amy* MS.

Paſſa avant li gentis prous vaſlés.

Nobilum autem ſeu Militum, atque adeò Procerum ac Principum filiis qui nondum Militarem ordinem erant adepti, generatim *Valetos* appellatos in Notis ad Vill- harduinum docuimus, qui Imperatoris Conſtantinopo- litani filium hac nomenclatura donat. Sed & ita non ſe- mel magnatum filios indigitant Poëtæ noſtrates. *Le Roman de Rou* MS. de Guillelmo Notho Duce Nor- manniæ:

Guillaume fu vallet petit
A Faleſe poſé & norrit, &c.

Rurſum:

O Guillaume fiſt Gui norrier
Dex, que il fu vallez petiz.

Alibi:

Et me fiſt avoir en oſtage
Deus vallez de noble lignage,
L'un fis, l'autre ert nevou Goudouin,
Encor les ai en ma ſeſine.

Alio loco:

N'ert mie Chevalier, encor ert valleton.

Alibi:

Hue Chapet ſi fis l'ara aſſeürée,
Vallet ert, ne porquant ſi fu l'ovre haſtée.

Idem de Henrico II. Rege Angliæ:

Cinquante-trois ans plus ſa terre juſtiſa
Emprés la mort ſon pere qui valles le laiſſa.

Alibi:

Trois vallez out de ſon Seignor,
Robert clamerent le graingnor.

Le Roman d'Alixandre MS. de Filio Regis:

Li vales entent la promeſſe,
Que lendemain aprés la Meſſe
Le vent ſon pere adober.

Et le Roman de la Priſe de Hieruſalem MS. de Veſpaſia- ni Imp. filio:

Sire, diſt li Vallez, nel mettez en ſejor,
Faites vos oſſemondre, &c.

De Militum ſeu procerum filiis ita perinde alii.

Eadem perinde nomenclatura donantur magnatum fi- lii ab Anglicis ſcriptoribus. Capitula Placitorum Coronæ Regis Angl. apud Rogerum Hovedenum pag. 783. *De dominabus, & de valectis & puellis, quæ ſunt vel eſſe de- bent in donatione Domini Regis, & de valentiis terrarum ſuarum, & ſi quis eorum vel earum ſit maritatus, & in- quiratur cui, per quem, & à quo tempore.* Bractou lib.

3. Tract. de Coronæ c. 1. §. 3. *De valettis & puellis qui ſunt & eſſe debent in cuſtodia Domini Regis.* Infra: *De Vicecomitibus & Ballivis qui ceperunt redemptionem de valettis integrum feodum Militis tenentibus.* Adde Fletam lib. 1. c. 20. §. 19. 94. Ubi *Valetti* ſunt Militum filii.

Univerſim verò ſic pariter appellati, quos *Scutiferos* dicimus. Conſtitut. Siculæ lib. 3. tit. 33. §. 4. *Ut dignitatum gradus & hominum qualitates, injuriis apertius diſtinguantur, ſtatuimus burgenſem ſeu ruſticum, qui Militem verberaverit, niſi probabitur quod ſe defendendo hoc fecerit, manus detruncatione puniri: eadem pœna valetto imminente, qui Militem nobilioris gradus verberaverit.* Sanutus lib. 3. part. 10. cap. 8. *Ad cautelam autem Dominus Armeniæ ducentos equeſtres in nemora occultas, locuturus Principi duobus cum ſociis, relicto ſeorſim cum cornu valeto*, &c. *Valettos* autem ſe ſe appellitaſſe ipſos Scutiferos, declarant complures Chartæ deſcriptæ à Ducheſnio in Hiſtoria Pleſſiaca.

Quod verò *Valetti* Militibus ipſis in occaſionibus bellicis miniſtrarent, eorumque arma ac ſcuta deferrent, unde *Armigeri & Scutiferi* paſſim appellantur, horum nomenclatura data deinceps honoratioribus famulis, quomodo etiam uſurpatur à noſtris. Aſſerus de Ælfredi rebus geſtis pag. 24. *Et volo quod armigeri mei cum valectis, & omnes qui cum ipſis in ſervitio meo exiſtunt, iſta diſtribuant modo ſupradicto.* Ubi alii ſunt ab Armigeris. Thomas Walſinghamus pag. 229. *Juſſus autem exhibere captivum, cunctis admirantibus monſtrum ſuum obtulit, qui ei aſtiterat, & more valecti ſervierat*, &c. *Valletus Cameræ* Imperatoris, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epiſt. 56. *Valletus Regis*, apud Ughellum to. 9. pag. 364. In Teſtamento Caroli Pulchri Regis Franc. an. 1324. fit mentio *des Valez trenchans, Valez entiers, des valez ſervans de vin, des valez ſervans de l'eſcuelle, des valez de porte, des valez de forge*: in Teſtamento Ludovici Hutini Regis an. 1316. *des valez ſervans de ſale, des valez de noſtre chambre.* Sed hæc nota.

Vayletus, Armiger. Conſtitutiones Petri Ruthenenſis Epiſcopi Legati Apoſt. pro Eccleſiis Cypriis an. 1313. c. 8. *Nec coronam lineam ut Miles Laïcus, ſeu vayletus Clericus deferat.* De Valetis conſule Seldenum de Titulis Honorariis 2. part. cap. 5. §. 47.

Valectus, non omnino eadem notione apud Anglos. Forteſcutus de laudibus Legum Angliæ cap. 29. *Quod in ea villula tam parva reperiri non poterit, in qua non eſt Miles, Armiger, vel pater familias, qualis ibidem Franclain vulgariter nuncupatur, magnis ditatus poſſeſſionibus, nec non libere tenentes alii, & valecti plurimi ſuis patrimoniis ſufficientes, ad faciendum juratam in forma prædicta: ſunt namque valecti diverſi in regione illa, qui pluſquam ſexcenta ſcuta per annum expendere poſſunt, quo juratæ ſuperius deſcriptæ ſæpiſſime in regione illa fiunt, præſertim in ingentibus cauſis, de Militibus, Armigeris, & aliis, quorum poſſeſſiones excedunt duo millia ſcutorum per annum.*

VALGIUM, in Gloſſ. Lat. Gr. σκιμβόν. Gloſſ. Gr. Lat. σκιμβὸν, τὸ ξύλον, *curvum, uncum*. Hugo Pariſienſis de Inſtit. Novitiorum: *Sunt præterea mille larvæ, mille ſubſannationes, & corrugationes narium, mille valgia & contorſiones labiorum, quæ pulchritudinem faciei & decorem diſciplinæ deformant.*

VALITOR. Vide *Valere*.

VALLAGIA. Vita S. Geraldi Abbatis Grandiſſilvæ n. 4. *A mento denique uſque ad verticem, non ferri, ſed quæ gravior erat, infirmitatis ligatus vallagia, nuſquam caput, niſi cum totius corporis circumferre valebat machinâ.* Ubi *Vallagiam* ſæpimentum quidam interpretantur.

VALLARE, *Vallatio*. Vide *Balare*.

VALLATORIUM, Projectum. Charta an. 1178. apud Ughellum to. 7. p. 410. *Et plenariè gradus fabricæ habeatis, & cum ipſe vallatorium ſuum de ante ſe*, &c.

VALLATUM, *Vallatus*, Foſſatum, vel locus vallo ſeptus. Tabularium Brivatenſe ch. 448. *Cum Eccleſia in eodem vallato, ſeu vico dicatis.* Eximinus Salanova Juſtitia Aragonum, de Militum privilegiis: *Ad conſtructionem, refactionem, ſuſtentationem & reparationem portarum villæ, vallatum, ſive valvarium, & murorum tenentur.* Adde Obſervant. Regni Aragon. lib. 6. eod. tit. §. 1. & tit. de Munitionib. Charta Rutenenſis an. 1307. ex Regeſto 2. Philippi Pulchri Regis Franc. Chartophylacii Regii n. 4. *Et ex parte inferiori cum domibus Stephani Cantaire, & cum valato dicti loci.* Alia an. 1309. ibid. n. 75. *Item 16. brancheatas vallati ſeu foſſati dicti caſtri, in quo ſunt tres domus ædificatæ.* Alia n. 85. *Vallata, foſſata, muros, fortalicia*, &c. Hiſtoria MS. bellorum Albigenſium in Bibl. Regia pag. 51. *Mais ainſin que ſon eſtats arribats alſdits valats*, (ſuprà, *les foſſats*) *& en commenſat de donnar l'aſſaut.* &c.

VALLEGIAS. Ælfricus in Gloſſ. ubi de Veſtimentis: *Vallegias*, ƿyneȝaþ. Italis *Valigia*, noſtris, *Valiſe*, eſt Bulga, hippopera.

VALLEMACIA. Vide *Ballematia*.

VALLESTRIA, Valles. Papias MS. *Valeſtria, agrorum, ſicut campeſtria.* Edit. habet *valleſtria*. Fulcherius Carnot. lib. 3. Hiſt. Hieroſol. cap. 59. *Circa gurgitem Italiæ multoties naves aſſueſcunt periclitari, & undique flabra commoveri, quæ de montanis per valeſtria præcipitanter per anfractus ſubterraneos rite aſſueſcunt intorqueri*, &c. Utitur S. Ambroſius.

VALLO, Vallis, *Vallone* Italis, noſtris *Valon*. Occurrit in Chartis Italicis apud Ughellum to. 7. Italiæ ſacræ pag. 109. 126. to. 8. pag. 140. 361. & apud Rocchum Pirrum to. 1. Notit. Sicul. p. 311. In Gloſſis antiquis MSS. *Vallo, palos vinearum.*

Valloncellus, Valliculus, in Charta Roberti Comitis Montis Scabioſi an. 1068. apud eundem Ughellum to. 7. pag. 196. Adde pag. 361. *Le Roman de Guarin* MS.

Gironville eſt fermée en un vaucel,
Sor une roche qui fu del tans Abel.

VALVARTE, Propugnaculum, Hiſpanis *Balvarte*, noſtris *Boulevart*, ex Germanico *Burg-wart*, quod burgum ſervat, tuetur. Salanova Juſtitia Aragonum in Obſervantiis, de Infantionibus: *Tamen ad conſtructionem, refactionem, ſuſtentationem, & reparationem portarum villæ, vallatum, ſive valvarium, & murorum tenentur.*

VALVASOR, *Valvaſoria*, *Valvaſinus*. Vide *Vavaſor*.

VALVE. Arnoldus Lubecenſis lib. 6. cap. 5. *Nec deſuit ibi* (apud Bohemos) *illud perditiſſimum hominum genus, qui Valve dicuntur, crudelitates ſuas & iniquitias exercentes, de quibus loqui non eſt ædificatio, ſed miſeria.* Et lib. 7. cap. 14. de Philippo Imp. *Contrahens ſecum auxilia peſſimorum, qui dicuntur Valve, cum innumera virtute baliſtarum*, &c.

VALVUS. *Aquæductus per quem decurrit: vel janua, vel medici muri ante portam*: Papias. De priori ſignificatu nihil ſuccurrit: alter *valvam* ſeu fores videtur ſpectare: tertius *Valvarium*, ſeu noſtrum *Boulevart*, de qua voce ſuprà.

VAMPA, Flamma, ex Italico vocabulo Danti & Petrarchæ familiari. Inſcriptio in Conventu Minorum Bononiæ in Italia, apud Wadding. an. 1340. n. 15.

Nam accenſa lampas fundit neceſſario vampas.

VANA. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiæ fol. 8. *Accepitque unum equum, & 30. ſolid. & unam vanam, & unum Barahu.* Fol. 24. *Et pro hoc acceperunt 5. ſolid. & unam vanam.*

VANAGLORIOSUS, Vir *vanam gloriam* aucupans, ex Italico *Vanaglorioſo*. Gloſſ. Gr. Lat. κενόδοξος, *vana gloria*. Utitur Michaël Scotus de Phyſionomia c. 71. 76. 85. 100. 101.

VANÆPASTURÆ, jus dicitur quod tenentibus vel manſionariis alicujus tenementi vel villæ ſeu prædii competit,

animalia ſua immittendi, paſcendi cauſa, in loca publica, prata, agros, ſilvas, & alia quæ clauſa non ſunt, certis anni temporibus: cum ſcilicet fœnum à pratis, meſſes ab agris ablatæ ſunt: vel in ſilvis, cum non *vetita* ſunt ac *defenſa*. Conſuetudo Nivernenſis tit. 3. art. 5. *Vaine paſture doit eſtre entendue, en chemins, prez, en prairie, deſpouilles, terres, bois, & autres heritages non clos, ne fermez, excepté toutefois où & quand leſdits heritages ſont de deffenſe par la Couſtume.* Charta Simonis Ducis Lotharingiæ an. 1076. apud Hieron. Vignerium: *Vanam quoque paſturam quibuſlibet animalibus eorum per terram meam tranſeuntibus, & cætera uſualia neceſſaria*, &c. De *vana paſtura* agunt paſſim Conſuetudines noſtræ municipales locis à Raguello indicatis.

VANDOSITAS. Vide *Bandum*.

VANELLUS, Avis ſpecies, *Vanneau*, de qua Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venatione cap. 2. 11.

VANGA, Sarcula. Ugutio & Jo. de Janua: *Vanga, genus foſſorii, quia vagando fodit.* Gloſſæ MSS. *Vanga, pala cum ferro.* Lexic. Lat. Gal. *Vanga, Beſche.* Italis *Vanga*, idem ſonat quod *Bipalium*. Olla potella:

Sarcula, metra, ligo, traba, tribula, vanga, ſecuris.

Leges Burgorum Scoticorum cap. 125. §. 1. *Scamnum, ſcabellum, — vangam, ſecurim.* Gregorius M. lib. 3. Dial. c. 14. *In horto Monaſterii fecit jactari ferramenta, quæ uſitato nos nomine Vangas vocamus.* Et mox: *Facto autem mane — hortum ingreſſus, quot vangas jactari præceperat, tot in eo laborantes operarios invenit — qui inculta illius horti ſpatia quæ inculta fuerant, coluerunt.* A Gregorio eadem habent Acta S. Felicis apud Boland. 14. Jan. §. 1. Vide Petrum Creſcentium lib. 1. de Agricult. cap. 6.

Vanga interdum pro neſcio quo armorum genere accipitur. Gloſſ. Ælfrici: *Vanga, ſpada.* Vocabular. Anglo-Lat. an. 1440. *Spade, vanga, foſſorium.* Pro eo nempe gladio quod inſtar foſſorii erat: vel quod Ruſtici ejuſmodi foſſariis pro armis uti ſolerent. Gervaſius Dorobernenſis an. 1198. *Unde factum eſt ut ruſtici impetiti, vangis & foſſariis aſſueti, armis militaribus gloriarentur inviti.* Ejuſmodi porrò *Vangas*, noſtri *Vouges*, videntur appellaſſe. *Le Roman de Garin* MS.

Hance un voonge que entre ſes mains tint,
Le bras feneſtre li a copé parmi.

Froiſſartes 2. vol. cap. 9. *Si eſtoient bien 700. lances, & 2000. d'autres gens, que nous appellons maintenant Gros Vallets, à vouges, dagues, & baſtons d'armes.* Vide *Panga*. Qui porrò in bellis ea arma deferebant, *Voulgiers* vocantur in Chronico ſcandaloſo, uti vocant, Ludovici XI. Regis Franc. p. 58. & 70. Idem porrò videtur *Vaga*, apud Anglos. Liber Anglicus inſcriptus *Juſtice of peace* f. 77. v. *Scilicet gladiis, baculis, vagis, falcaſtris, arcubus, & ſagittis*, &c.

VANGAMENTUM, Vindicta, vindicatio, ultio: ex Gallico *Vangement*, vel ut hodie obtinet, *vengeance*. Charta Fundationis Capituli S. Martini Artonenſis in Arvernia an. 1048. apud Phil. Labeum to. 2. Biblioth. pag. 754. *Sed ſi tale forisfactum mihi aut aliis illi Canonici, vel illorum Clerici, ſeu homines eorum fecerint, & rectum facere noluerint, infra 14. dies vangamentum non capiam, & in his 14. diebus admonebo illos duos vel tres per me, aut per unum Miſſum in Capitulo illorum duas vices, ut rectum faciant.*

VANIASTUTUS, ματαιόφρων, in verſione Confeſſionis Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani, apud Baron. an. 811. 51.

VANILOQUIUM, ματαιολογία, *Fruſtratio*: ματαιολόγος, *Vaniloquus*, in Gloſſ. Gr. Lat. Leo III. PP. Ep. 1. *Omnes rationem reddituri ſunt Domino de vaniloquiis.* Occurrit in 1. & 2. ad Timotheum, ut *Vaniloquus*, in 1. ad Titum, in Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 69. in Capitul. 1. Caroli M. incerti an. c. 36. &c.

VANITARE, *Vanizare.* Jo. de Janua: *Vanitare, vanitatem dicere, vel vanitando laudare*: Unde noſtris *Vanter, ſe vanter.* S. Auguſtinus lib. de Quantit. animæ cap. 33. *Vanitas eſt fallacia, vanitantes autem vel falſi, vel fallentes, vel utrique intelliguntur.* S. Bernardus de Morib. Epiſc. cap. 2. *Et nos vanitando perimus, & nos ſpoliando perimitis.*

Vanizare dixit Ivo Carnotenſis Epiſt. 66. *De veſtra benevolentia plus juſto præſumentes, vanizando dicunt, quod juxta petitionem Turonenſis Archiepiſcopi, eum conſecrabitis*, &c. Vide Ægid. Menagium & Oct. Ferrarium in *Vantare*.

VANITAS. Gloſſ. Gr. Lat. Φαντασία, *vana viſio, imago, vanitas, viſus.* Gloſſæ antiquæ MSS. *Filatteria, vanitas.* Qua poſtrema notione vocem hanc uſurpat Gaudentius Brixienſis Tract. 4. *Veneficia, præcantationes, ſuballigatura, vanitates, auguria, ſortes*, &c. *Vanitatem* pro mendacio uſurpaſſe Ciceronem, Tacitum, & alios, obſervatum ab Octavio Ferrario in Orig. Linguæ Ital. in *Bugia*.

VANLEHEN. Vide *Feudum vexilli*.

VANNUS, *Vannellus*, Menſurarum ſpecies, in *vanni*, ſeu *ventilabri* ſpeciem fortè confecta. Ermentarius Monachus lib. 2. de Vita S. Filiberti c. 14. *Advecta eſt deinde in vaſe, quod Vannus vulgò dicitur, quædam femina duplici damnata incommodo*, &c. Libertates MSS. Villæ S. Deſiderii in Campania an. 1228. *Vannellus Carbonis minuti vendetur 5. ſolidis tantùm, & continet in ſe duodecim vannos per menſurationem Scabinorum.*

VANTARIUS. Charta ſub Edw. II. Reg. Angliæ, apud Spelmannum: *Richardus Rockeſley Miles tenebat terras Seatonia per Serjantiam eſſe Vantarium Regis (in) Gaſcoign, donec perruſus fuit pari ſotularium pars 4. den.* id eſt dum trivillet par calceorum 4 den. Ubi idem Spelmannus; *Vantarius, præcurſor: ut vantarius Regis eſt aſſecla Regis, qui cæteros ſuos aſſeclas progreditur, the kings fore footman.* Vim vocis fateor me non aſſequi: niſi *vantarius* ponatur pro *ventarius*, qui tributa Regia in Vaſconia recipiebat, ita ut *ſerjantiæ* ſpecies fuerit. Vide in *Ventarius*.

VANI, Pennæ ſpecies in avibus, Italis *Vanni*, de qua ſic Fridericus II. l. 1. de Arte venandi cap. 50. *Numerus itaque pennarum in unaquaque ala eſt 26. quatuor magis propinqua corpori, quæ dicuntur Corales, & poſtea 12. quæ dicuntur Vani, firmiores & duriores coralibus, & alterius coloris & figuræ. Demum verſus extremitatem alæ alia ſunt 10. quæ forinſeca dici poſſunt: hæ ſunt firmiores, duriores, & longiores illis quæ dicuntur Vani: ultima harum decem dicitur Saxellus*, &c. Adde cap. 46. 51. Vide Oct. Ferrarium in *Vanni*.

VAPORARE, pro *Calefacere*, non ſemel dixit S. Ambroſius lib. 4. Hexaemer. cap. 5 at cap. 5. pro *exurere* uſurpavit. Autor antiquus Vitæ S. Lupicini Abbatis Jurenſis n. 5. *Ut dum alii quotidie flabris ſcandali jam per elationem vaporatum accendunt*, &c. Gloſſ. Medic. MS. Reg. cod. 1486 *vaporatio, calefactio.*

VAPORUS, Vaporiferus, apud Prudentium.

VARA, ſpecies Aucupii fluvialis. Charta Occitanica an. 1311. ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 130. *Item ordinavit quod quicunque de cætero capient aves in aliquo directorum ſtagnorum cum quadam arte vocata Vara, decimam ſive pulmentum conſuetum domino, in cujus aquis aves prædictæ capientur, ſolvere teneantur, dato quod alibi cum avibus ſic applicaſſent: & quod de cætero nullus erit auſus aves aliquas capere cum quadam arte vocata Emplumailhe, ſive Capuſiera, ſive cum quibuſdam aliis artibus antiquis, arte tamen prædicta Vara dumtaxat excepta.* Vide *Varus*.

VARANTIA. Vide *Garantia*.

VARARE, vel *variare*, dicitur flumen, qui *divaricatur*, ſeu in duos alveos finditur, apud Gromaticos p. 295. Mago & Vegoia Agrimenſores: *Sunt & alii pontes in vicinalibus & privatis viis, quorum alvei varantur.*

VARBALLUM. Jura & Conſuetudines Normanniæ cap. 17. de *Veriſco*, ſeu jure naufragii: *Ex eo Dux habet — omnem piſcem ad varballum qui ad terram pervenerit,* ubi

ubi editio Gallica, *& tout poiſſon qui par lui vendra à terre, ou qui aura eſté prins à terre.*

VARCATURA. Charta Guillelmi filii Rogerii Ducis Apuliæ an. 1142. apud Ughellum to. 8. p. 417. *Et dictum molendinum cum parte varcaturæ ſuæ, & cum integro ſedio, — & cum lignaminibus eidem molendino ſufficientibus ad aptandam varcaturam ſolum pro palata ejuſdem molendini,* &c. Ubi *varcatura* idem valet quod *virgatura:* (noſtri *vergne* dicunt:) virgæ ſcilicet & ligna quibus fluviorum aut ſtagnorum ripæ continentur: niſi ſumi debeat pro aggere ipſo ſeu *tranſitu* ad molendinum: Italis enim, maximè poëtis, *varcare* eſt tranſire, ut *varca*, & *varco*, iter, tranſitus.

VARCINATICUM. Charta Ludovici Pii lib. 2. Chronici S. Vincentii de Vulturno p. 682. *De quibus una eſt donatio quam Lupus Dux ad prædictum ſanctum locum fecit de varcinatico, id eſt animalia quæ exigebantur ad menſam Principis Ducatus Spoletani.* Idem Chronicon pag. 685. *Obtulit quoque præceptum, — & de clauſura in Marſis & de vuarcinatico, id eſt animalia quæ exigebantur ad menſam Ducis Spoletini.* Idem videtur quod *barganaticum* in Chartis Caroli M. Vide in hac voce.

VAREA, ſpecies Tributi. Statuta Venetorum lib. 6. c. 68. *Quod vertitur — in damnum patronorum & aliarum mercationum, propter dacia, nabula, & vareas.* Ibidem: *Varean non dari, niſi de rebus quæ in quaterno Scribani deſcriptæ ſunt: niſi ii libri aut furto ablati, aut in mare projecti ſint: præterea de armis ac harneſiis.* Agitur etiam de *varea* pluribus cap. 73. 74.

VARENNA. Vide *Warenna.*

VARES, *Varium, variæ pelles, veſtes.*

Vares, ſeu *Vartos* vocant, *murium Ponticorum* ſpeciem quandam, *qui ventre tantum albi ſunt, dorſo fuſcinſculo,* ut ait Julius Scaliger in Ariſtotel. ubi de *Muribus Ponticis.* Hos *Vares* vocat Joſephus Barbarus in Itinerario ad Tanaim pag. 456. *Sibelinos, Armelinos, Doſſos, Vares, Vulpes, & id genus animalium alia illi offerentes. Vergares*, ſeu *Vairs gris*, appellaſſe videtur Benjaminus Tudelenſis in Itinerario, uti à nobis obſervatum in Diſſertat. 1. ad Joinvillam. Hinc *pelles Variæ*, & *veſtes Variæ*, apud ſcriptores. Arnulfus Lexovienſis: *Procedit interim inter cilicia pauperum fratrum & ſordes, Curtularis filius ſericis adornatus & Variis.* S. Bernardus de Vita & morib. Relig. c. 10. *An non poſſet dormiri, niſi ſupra Varium ſtratum, aut ſub peregrino coopertorio?* Will. Brito lib. 9. Philippid.

Et quas hinc mittit Varias Hungaria pelles.

Cæſarius Eiſterbach. lib. 6. c. 5. *Veſtimenta ejus ſatis deſpecta erant, & humillima, non griſea, non Varia, ſed ovina.* Synodus Monpeſſulana an. 1258. cap. 3. *Et qui tonſuram dimiſerint, aut in habitu non vixerint clericali, veſtes Varias deferendo, vel alias Clericos non decentes.* Rogerus Hovedenus p. 642. *Et quod nullus poſt proximum Paſcha utatur Vario, vel griſio, vel ſabellina, vel eſcarleta.* Albertus Stadenſis, & Hiſtoria Archiepiſcopor. Bremenſium an. 1183. *Et ſufficienter Archiepiſcopum excuſavit, videlicet quod Varium non ferret, nec cum ſuis veſtibus alicui erogatis, mantellum Cleri aut Militis induiſſet,* &c. &c. Concilium Saltzburgenſe an. 1386. c. 6. *Hinc eſt quod firmiter inhibemus ut Clerici in publico utantur Vario, vel illud deferre præſumant, niſi in dignitatibus fuerint, vel Canonici Eccleſiarum Cathedralium, vel in gradu magiſterii ſcientiæ fuerint conſtituti.* Vetera Statuta Peagii Pariſienſis: *Pelleterie de toute bonne robe Vaire, dont la peour eſt Eſclavenaſſe. Vari Sclavonia*, apud Rollandinum in Chronico lib. 8. cap. 14. adde lib. 1. cap. 13.

VARGI, Latrunculi indigenæ Arvernis. Sidonius quippe lib. 6. Epiſt. 4. ait *Vargorum nomine indigenas latrunculos nuncupare* Arvernos ſuos; neque alii videntur ab iis qui

Wargi dicuntur in Lege Salica, & Ripuaria, hoc eſt *expulſi de pago*, banniti, qui latrocinio vivebant. Lex Salica tit. 57. §. 5. *Si quis corpus jam ſepultum effoderit, aut exſpoliaverit, Wargus ſit, hoc eſt expulſus de eodem pago, uſque dum cum parentibus defuncti convenerit.* Ubi Gloſſæ interlineares Codicis Thuanii habent *dejectus*. Eadem quæ Salica, habent Lex Ripuaria tit. 85. §. 2. & ex utraque, Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83. *Et ſi quis corpus in terra, vel noſſo, vel petra — expoliare præſumpſerit, Wargus habeatur.* Boxhornius à Punico *Farkin*, ſeu Hebræo *Perek*, vel *Pherek*, rapina vocem deducit. Camdenus in Britannia ait ſe inveniſſe in Gloſſario Eccleſiæ Landavenſis *veriad* Britannicè latrones appellatos, hincque *Vargos* dictos putat. Wendelinus à Latino *vagus*, litera R, interpoſita. Multa de hac voce commentatur Savaro ad laudatum locum Sidonii, cujus veſtigium agnoſco apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epiſt. 95. & in Bullario Caſinenſi tom. 2. pag. 242. *Ceterum cum vargum Vadarens ad Monaſterium pertinere teſtes utriuſque partis oſtendant,* &c. Ubi *vargus* videtur eſſe Italicum *varco*, vel *varca*, iter, tranſitus, unde *varcare*, tranſire: quas voces quidam à *varca*, pro *barca* deducunt. Eſt enim Italis propriè *varcare*, fluvium vel montem pertranſire. Poteſt etiam à *vargis* vox deduci, qui pro vagis ſumuntur.

Warganeus, Extraneus, alienigena, cujuſmodi ſunt *Vargi* extorres & banniti, & à patria ſua facti exules. Charta Udonis Epiſcopi Tullenſis an. 1069. apud Hier. Vignerium in Alſaticis p. 128. *Alienigenæ, id eſt Warganei, qui manſerint in banno, dabunt Comiti 4. denarios,* &c. Ab eodem denique fonte, non inſulſe, opinor,

Waringos, Anglo-Danos, de quibus fusè egimus ad Villharduinum n. 89. qui ex Anglia à Normannis expulſi, Byzantinorum Imperatorum obſequio ſe ſe manciparunt, arceſſit Spelmannus, qui ita appellatos putat à Saxonico, ſeu veteri Germanico, ac proinde Gallico *papian*, quod eſt *imprecari, execrari*, unde *Waringe*, Angli maledictionem & anathematizationem vocant, ita ut *Varingi*, perinde ac *Vargi* exules fuerint & *banniti*, ſeu ut verbo utar Orderici Vitalis lib. 4. *extorres*: eoſque Normanni, voce Anglica tunc recepta, & probroſa, *Vargos* & *Varingos* appellarint. licèt porrò *Varingi*, quos Byzantini ſcriptores *Βάραγγοι* vocant, iiſdem non ſemel, ut & Willelmo Malmeſbarienſi lib. 2. de Geſtis Anglor. cap. 13. *Angli* dicantur, Anglo-Danos fuiſſe conſtat, tum ex ipſo Villharduino, cui *Anglois-Danois*, tum ex Saxone Grammatico lib. 12. ſub an. 1098. cui *Danicæ vocis homines* dicuntur, ſatis perſpicuum eſt. Tametſi alii *Κέλτας*, ſeu *Celtas*, appellent ſcriptorum plerique ac præſertim Pachymeres lib. 7. cap. 35. extremo, & quos laudavimus ad Villharduinum & ad Annam Comnenam, quia ſcilicet ita etiam Germanos indigitabant. Vide *Warengangus.*

VARIATOR *ποικιλτής*, in Gloſſ. Græc. Lat. *ποικίλω, vario.*

VARIETAS, Invalitudo, *Indiſpoſition.* Lex Ripuarior. tit. 83. §. 2. de impotionato: *Si autem mortuus non fuerit, & varietatem ſeu debilitatem probabilem ex hoc in corpore habuerit,* &c. Vide *Inæqualitas.*

VARINGAGA. Vide *Guaringaga.*

VARISCAPIUM. Vide *Wariſcapium.*

VARIOLA Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam: *Species turpedinis, quam vulgus Variolas dicit.* Conſtantinus African. lib. 2. Pantechn. c. 14. *Variola, ſunt multæ puſtulæ in toto corpore, aut ex majori parte diſperſæ, aut in uno membro, in aliis non. Antiqui vocant has Ignis carbones; Siculi Filias ignis.* Marius Aventic. *Hoc anno morbus validus cum profluvio ventris & variolâ Galliam Italiamque valde afflixit.* Vide Miracula S. Ludgeri Epiſcopi Mimigard. n. 21. 25. lib. 2. Miracul. S. Bertini cap. 13. & Salmaſium de Anno Climacterico pag. 726. *Variolas* Græci *ἰονθάρια*, & *ἐξανθήματα* vocant.

VARIUS, Equi color. Ugutio: *Equus varius, qui habet vias colorum.* Claudius *Corte* Italus lib. 1. *del Cavalerizzo* cap. 16. *Del color vario & morello: i pelami varii & moſti ſono quelli, che ſono compoſti de i quarto colori ſud-*

deiti : & io gli chiamo miſti & varii, per cio che anno i peli talmente miſti, & poſti inſieme & colorati, che impoſſibil quaſi ſarebbe, over difficil molto, il bianco dal nero, ò dal roſſo ſaper con l'occhio dividere, ò diſcernere, ò di-re. Palladius de Agricultura in Martio cap. 13. de equis, & eorum coloribus : *Sequentis meriti, varius cum pulchritudine, nigro, vel albineo, vel badio miſtus.* Geſta Conſulum Andegav. cap. 8. n. 7. *Ipſe & quidam ſuus Miles equitans varium equum.* Occurrit etiam in Teſtamento Ermengaudi Comitis Urgelli apud *Diago* lib. 2. de Comitib. Barcinon. c. 73. *Le Roman de Gaydon* MS. de equo vario :

Ferrans li rend vairon qu'il ot perdu.

Infra :

Et Amaufrois ſor vairon d'Aquilée.

Rurſum :

Eſtouls de Langres ſiſt en vair de Cataigne,
Et Bernard ſiſt ſor le vair d'Alemaingne.

Ibidem :

Le bon cheval qui ot la crope vaire.

Le Roman de Vacce MS.

Et gainguer deſtriers blans, & vairs, & ferrans.

Cheval vairon, in Teſtamento Balduini Comitis Guinenſis an. 1244. apud Ducheſnium.

Tribuitur etiam aliis animalibus. *Oves variæ ; arietes varii, & maculoſi*, quibus opponuntur *unicolores*, Geneſ. c. 30. ubi Gr. [illegible], Scholiaſtes verò [illegible]. Fragmenta Petronii : *Ruſticus varium porcum perdiderat.* Eadem Geſta Conſ. Andeg. cap. 12. n. 1. *Quidam nobilis dictus Vacca varia.* Coſmas Pragenſis pag. 5. *Ibi Dux veſter duobus variis bubus arat : unus bos præcinctus eſt albedine, & albo capite : alter à fronte poſt tergum albus, & pedes poſteriores habens albos.* Vide *Favius. Ferrandus. Vares.*

VARO, & *Viro*, pro *Baro*. Tabularium Aquenſe apud Marcam : *Conſilio & voluntate ſui Varonis Olivarii, qui ejuſdem Caſtelli & Burgi poſſeſſor erat & dominus.* Obſervat idem Marca lib. 6. Hiſt. Beneh. c. 14. n. 6. Sancium-Guilielmi Comitem Vaſconiæ in Charta fundationis S. Petri Generenſis vaſſallos ſuos *Virones* appellare, ut inſinuet hanc vocem à *Vir* deducendam. Vide *Baro.*

Varo, pro ſtulto. Papias.

VARRIUM. Vide *Barrium.*

VARUS, *Septum ad capiendas beſtias, ubi retia ponuntur, vel pallium varium.* Papias. Vide *Vara.*

VAS, Sepulchrum ſubterraneum cameratum, Sarcophagus ex lapide vel marmore, quomodo Arverni & Lemovices etiamnum *vaſes* dicunt. Lex Salica tit. 17. §. 3. *Si quis mortuum hominem aut in petra, quæ Vaſa ex uſu ſarcophagi dicuntur, ſuper alium miſerit*, &c. Vetus Inſcriptio : P. ÆLIUS VALERIANUS HOC VAS DISOMUM SIBI ET FELICITATI POSUIT ET TRIBUNAL EX PERMISSU PONTIF. PERFECIT. Gregorius Turon. lib. 1. Miracul. cap. 89. *Factum eſt autem ut impletis diebus in baſilica B. Vincentii ſepeliretur, in qua ipſe ſibi vivens vas depoſuerat.* Idem de Gloria Confeſſor. cap. 35. de Tumulo cujuſdam puellæ : *Quo facto ut vas illud clauſit opertorio*, &c. Joſephus Sacerdos in Hiſt. Tranſlat. SS. Ragnoberti & Zenonis cap. 3. *Gaudio magno repleti collegerunt præfati venerabiles Sacerdotes oſſa Ragnoberti Pontificis, elevanteſque de ſepulchro, — novo in vaſe poſuerunt.* Sed hoc loco videtur eſſe *feretrum.* Hiſtoria Cœnobii Viconienſis cap. 15. *Vas quoddam, Feretrum vulgò vocatur, ipſo conſentiente & cooperante ædificaverunt auro & argento ac pretioſis lapidibus decoratum : cujus rei cauſa ne tanto vaſe vacuo remanente fruſtra laboraſſe dicerentur, ubicumque potuerunt ab Eccleſiis tam vicinis quam longinquis ſanctorum corpora perquirentes, magnam ex his copiam aggregaverunt.* Vide Raimondum Montanerium in Chron. Aragon. c. 153. Ita etiam uſurpat Alcuinus Poëm. 164.

Vaſcellum, eadem notione. Vetus Inſcriptio 1108. 6. — DEPOSITUS. P. XII. IN VASCELLO ET MASSA, &c.

Vaſa autem videntur appellaſſe majores lapides. Sampirus Aſtoricenſis Epiſcopus in Hiſt. Hiſpan. *Tunc Eccleſiam in Compoſtella — quam conſtruxerat Rex Adefonſus magnus ex lapidibus, ex luto opere parvam Rex iſte præcipitavit, & ex calce quadratiſque lapidibus, marmoreiſque columnis ſive vaſis conſtruxit eam valde pulcherrimam.*

Vas, corpus. Julius Africanus lib. 3. Hiſt. Apoſt. *Quid mihi & tibi Quirine Proconſul, ut mitteres me ad hominem, qui non modo extrudere ab hoc vaſe, verum etiam ſuis me virtutibus incendere poteſt ?* Utitur præterea lib. 7. pag. 94.

Vaſa infirmiora, Sequior ſexus, feminæ. S. Pachomius in Regula : *Si ſæculares homines aut debiles, aut vaſa infirmiora, id eſt mulierculæ, venerint ad oſtium*, &c. Utitur rurſum infra.

Vas, Vaſa, Arma. Willelmus Briton. in Vocab. *Vaſa belli dicuntur arma, unde verſus :*

Dic belli vaſa, quæ bellum poſtulat arma.

Liber Regum cap. 14. ubi editio præfert, *alios armiger ejus interficiebat eos* : 70. Interpretes habent, *& portans vaſa ejus procedebat poſt eum.* Collatio Legis Moſaicæ tit. 1. *Si immiſerit ſuper eum aliquod vas ex inſidiis.* Apud Frontinum lib. 4. Stratag. c. 1. cultrum inter vaſa reponitur. Hinc *vaſa conclamare, convaſare*, in re militari. Vita S. Deodati Abbatis n. 5. *Quo tempore Clodoveus regimine ſacer Francorum, jubet vaſis bellorum inſtrui gentem Francorum*, &c. Rodericus Toletanus lib. 8. de Rebus Hiſpan. cap. 2. *Hic itaque Pontifex cum multitudine citerioris Galliæ vaſis belligeris, ſignis & armis honeſta, urbem ingreſſus eſt Toletanam*, &c.

Vaſa, Campanæ. Walafridus Strabo de Reb. Eccl. 4. *Vaſorum autem uſum primò apud Italos affirmant inventum. Unde & à Campania quæ eſt Italiæ provincia, eadem vaſa majora quidem Campana dicuntur : minora verò, quæ & à ſono Tintinnabula vocantur, Nolas appellant à Nola civitate Campaniæ, ubi eadem vaſa primò ſunt commentata.* Vita S. Materniani Epiſcopi Remenſis n. 5. *Concurrerunt ad ſigna templi metallica : & cum cœpiſſent cuncta clangere vaſa Chriſti laudem reboantia*, &c.

Vas, Navis, Gallis *Vaiſſeau*. Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 868. *Hoc feudum, Domine Rex, à te requiro, & vas quod Candida navis appellatur, meritò ad regalem famulatum optimè inſtructam habeo. Cui Rex ait, Gratum habeo quod petis : mihi quidem aptam navim elegi, quam non mutabo*, &c. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25. *Si aliqua navis, vel fercoſta, vel aliud vas appulſum fuerit*, &c. Synodicon Nicoſienſe cap. 15. *Qui in Saracenorum publicis navibus, aut aliis vaſis regimen aut curam gubernationis exercent.* Gregorius M. lib. 3. Dialog. cap. 36. *Nam cum in eorum morte ventorum immitatibus elevati fluctus ferverent, vela in undis projecta, totumque vas navis quaſſatum nimiis fluctibus ab omni fuerat ſua compage diſſolutum. Vaſa galearum*, in Hiſtoria Cortuſiorum lib. 10. cap. 7.

Vaſellum, ex Gallico *Vaiſſeau*. S. Ludovicus in Epiſt. de Captione ſua : *Vaſellis navalibus ut plurimum incendio diſſipatis*, &c. Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 97. *Rex cum Legato — erat in quodam vaſello*, &c. Utuntur præterea Petrus de Vineis lib. 2. Epiſt. 36. Sanutus lib. 3. part. 9. c. 8. & alii. Vocem porrò à noſtris hauſerunt Græci recentiores. Index Iliados Græco-Barbaræ : [illegible]. *Veixells*, in Chronico Petri Regis Aragon. edito à Mich. Carbonello lib. 1. c. 12.

Vacillum, eadem notione Charta Friderici I. Imperat. an. 1190. apud Will. Hedam in Epiſcopis Trajectenſib. *Regiæ nobilitatis tuæ prudentiam commonendo rogamus, quatenus idoneos Serenitatis tuæ Legatos Januam, Venetias, Anconam, Piſam, & alia loca pro galearum atque vacillorum tranſmittentes præſidio*, &c.

Vas, Alveare apum. Vulfinus Epiſcopus in Vita S. Juniani : *Homo qui nocte ad furandum venerat, ſurpuit*

ligatus in horto noſtro jacet, arripuerat enim quoddam vas melle plenum, &c. Hiſtoria Rotonenſis Monaſterii MS. lib. 1. cap. 58. *Quidam vir ruſticus — videns vaſa mellis quæ quatuor tantum erant in horto*, &c. Domeſdey, in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 306. *14. averii, 12. runcini, 116. oves, 24. porci, 24. capræ, & vaſa apium, ſemper valuit 10. libr.* Vide Formulas Exorciſmorum c. 11. apud v. cl. Steph. Baluzium to. 2. Capitul.

Vaſcellum, eadem notione. Pactus Legis Salicæ tit. 9. §. 2. *Si quis unam apem, hoc eſt uno vaſcello furaverit de ſub tecto*, &c. Ubi Lex Salica habet tit. 9. §. 1. *Si quis unum vas apium de intro clave aut ſub tecto furaverit*, &c. *Vaſculum* hac notione in Lege Bajwar. tit. 21. non ſemel.

Vaſa decimæ. Charta Adelviæ Dominæ Guiſiæ an. 1198. in Tabul. Eccl. S. Nicolai de Clarofonte Ord. Præmonſtrat. *Ego Adelvia domna Guiſia notum facio — quod cum villa de Buronfoſſa conſtrueretur, Gerardus Clericus de Cella, cui de 9. vaſis decimæ territorii ejuſdem loci 5. competebant, nobili viro marito meo, qui in eadem decima de 9. vaſis tria poſſidebamus, pro bono pacis communis profectus, de illis 5. vaſis unum conceſſit in perpetuum poſſidendum*, &c. Merges, *Garba*.

VASA, æ. Obſervantiæ ad Foros Aragonenſes, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio pag. 75. v. *Item pronunciando declaramus, quod — poſſint abebrare illas beſtias, quibus excolunt in vaſis dictorum hominum de la Fraxneda, — & ipſi terras tenentes teneantur juvare dictos homines de la Fraxneda in ſcembra dicta vaſarum.* Vide *Vaſſo*.

VASARIUM, Σκευοθήκη, in Gloſſ. Gr. Lat. σκεῦος, in Lat. Gr. Hiſpanis *Vaſar*. Alias hujus vocis apud Latinos notiones vide apud Turnebum in Adverſar. Caſaubonum ad Suetonium, Jacobum Gotofredum ad l. 12. Cod. Th. de Cenſitoribus, &c.

VASCANDA, *genus vaſis*, Papiæ. Vide *Baſcanda*.

VASCELLUM. Vide *Vas*.

VASCIO, Vaſculum, Galli, *Vaiſſeau*. Octavius Horatian lib. 4. Rer. medicar. p. 100. *Urſi natura ſtomachi dolorem curat, ſi vaſcione circa ſtomachum ſuſpenſa collo, portetur, ita ut nec aqua contingat*, &c.

VASCUS, *Vanus, nugatorius*, in Gloſſis antiquis MSS. & apud Joannem de Janua.

VASELLUM. Vide *Vas*.

VASLETUS. Vide *Valetus*.

VASSALEUS, *Vaſſeleria*. Vide *Vaſſus*.

VASSIS. Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 678. de Petro Diacono Caſinenſi: *Quem Arichis ſuſcipiens eum honorificè retinuit, à quo palatium infra Beneventum, & aliud in Salerno conſtructum, vaſſibus decorari fecit.* Fortè leg. *verſibus*, niſi *vaſſibus* ſcribatur pro *baſibus*. Vide *Vas*.

VASSO, cujuſdam Gallici numinis templum. Gregorius Turon. lib. 9. Hiſt. cap. 32. *Veniens vero Arvernos, delubrum illud quod Gallica lingua Vaſſo Galatæ vocant*, &c. Marti dicatum fuiſſe opinatur Joannes Savaro in Orig. Claromont. Alii *Vaſſo*, templum & ædem ſacram denotare aiunt, non Deum aliquem à paganis cultum: quippe juxta Claromontem locus, ubi olim fuit ædes S. Artemii, adhuc *le Vas ſaint Artem* appellatur, hoc eſt templum S. Artemii: ut apud Delphinates in pago S. Giſleni (*S. Gilin*) locus ubi ædes S. Marcellini fuit, poſtmodum deſtructa, & ad quem pro impetranda pluvia fiunt proceſſiones Eccleſiaſticæ, *le champ du Vas* dicitur, ut autor eſt Claudius Expillius. Vide *Vaſſus*.

VASSUS, pro, *Vas*. *Vaſſi de auro & de argento*, in Teſtamento Ranimiri Regis Aragoniæ æræ 1099. apud Martinezium.

VASSI, & *Vaſſalli*, iidemne fuerint, video controverti; quæ quidem inter eruditos controverſia ut faciliùs dirimatur, diſcutienda ſunt quæ de utriſque habent ſcriptores & tabulæ veteres.

Vaſſos primitus fuiſſe, quos *familiares* ætas poſterior appellavit, ſeu domeſticos, & qui ex Regia, aut alicujus Principis, familia erant, videtur indicare Lex Alamannorum tit. 79. §. 3. *Si alicujus Seniſcalcum, qui ſervus eſt, & dominus ejus 12. vaſſos infra domum habet, occiſus fuerit*, &c. Marculfus lib. 2. form. 17. quæ eſt *teſtamenti duarum perſonarum*: *Quicquid exinde facere elegeris, aut pro animæ remedio in pauperes diſpenſare, aut ad vaſſos noſtros, vel benemeritis noſtris abſque repetitione heredum meorum quod tua decreverit voluntas, faciendi liberam habeas poteſtatem.* Ubi *vaſſi* non alii ſunt à famulis. Concilium Cabilonenſe II. c. 63. *Nullus vaſſus Abbatiſſæ, nec Miniſter aliquis, nec Clericus, nec Laïcus clauſtra ancillarum Dei ingrediatur.* Præterea Capitula Caroli M. & Capitul. an. 823. c. 24. ac priora quidem lib. 2. c. 24. *Vaſſi quoque & vaſſalli noſtri nobis famulantes, volumus ut condignum apud omnes habeant honorem, ſicut à genitore noſtro & nobis ſæpe admonitum eſt.* Agitur hoc loco de *Vaſſis Regiis* & *Dominicis*. Et lib. 3. c. 93. *De vaſſis Dominicis, qui adhuc intra caſam ſerviunt, & tamen beneficia habere noſcuntur, ſtatutum eſt, ut quicumque ex eis cum domno Imperatore domi remanſerit, vaſſallos ſuos caſatos ſecum non retineat, ſed cum Comite cujus pagenſes ſunt, ire permittat.* Denique lib. 4. c. 4. *De vaſſis noſtris, qui ad marcham noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis regionibus ſua habent beneficia, vel res proprias, vel etiam nobis aſſiduè in palatio noſtro ſerviunt*, &c. Erant igitur *vaſſi* iidem qui famuli, quod præterea videtur indicare vocis origo apud Boxhornium in Lexico Gwallico, ſeu Cambro-Britannico, & autorem Catholici Armorici: *Gwas*, vel *Goas*, *ſervus, famulus. Antiquis ſignificabat juvenem, adoleſcentem virum.* At Goldaſtus *Vaſſum* à *vade* dictum contendit, *qui vadimonium pro beneficio accepto auctori ſuo dedit*. Denique Turnebus lib. 21. Adverſ. cap. 15. *Vaſallos* appellatos exiſtimavit, quaſi *Vaſarios*, tanquam clientes qui in nobilium *vaſario*, ſeu ſupellectile, fuerint. Ita in vocum originationibus ludunt viri eruditi. Iſo Magiſter in Gloſſis: *Cliens, minor vaſſus, ſerviens.*

Vaſſi verò è familia Imperatoris aut Regis, *vaſſi Regales*, in Capitul. Pipini Regis Italiæ an. 793. c. 36. & in Capitul. 4. Caroli M. incerti anni c. 9. vulgò verò *Vaſſi Dominici* appellantur, id eſt *proprii* Imperatoris aut Principis, & qui ex ejus familia erant. Apud Eginhartum Epiſt. 27. filius cujuſdam Comitis, *Vaſſus Dominicus* dicitur. Tabularium Conchenſis Abbatiæ in Ruthenis ch. 481. ſub Ludov. Pio Imp. *Manſellos illos qui ſunt in illa valle de ratione S. Mariæ Laudunenſe, quæ Bertrandus Dominicus vaſſus pro regia poteſtate, vel gubernatore Sanctæ Mariæ in beneficio habebat*, &c. *Comites & vaſſi domeſtici*, in Concilio Ticinenſi an. 855. ubi iidem ſunt qui *Dominici*. Horum ordo magnus fuit, ut qui poſt Epiſcopos, Abbates, & Comites ſtatim nominentur in Capit. Caroli C. an. 877. c. 1. & in Capitul. apud Tuſiacum an. 865. &c. Sed & *Miſſo Dominico*, & *Vaſſo* Regio facta injuria pari pœna puniebatur, ut eſt in Lege Longob. lib. 1. tit. 23. §. 3.

Ita tamen ex familia Regia erant, ut fide & ſacramento Principi obſtricti eſſent. Unde in Capitul. Caroli C. tit. 23. c. 4. junguntur *drudis*, id eſt *fidelibus*: *Sine ſolatio & comitatu drudorum atque vaſſorum nuda & deſolata exibit.* Deinde quicumque Regi eodem fidelitatis ſacramento obſtringerentur, *Vaſſi* omnes appellati, ut qui hocce pacto ex ejus familia eſſe cenſerentur. Annales Franc. an. 788. *Ibique veniens Taſſilo ex juſſione Domni Regis, ſicut & cæteri ejus vaſſi*, &c. Annales S. Nazarii de eodem Taſſilone an. 787. *Illucque veniens Deſſilo Dux Bejweriorum ad eum, & reddit ei cum baculo ipſam patriam, — & effectus eſt vaſſus ejus.* Annales Franc. Moiſſiac. an. 795. *Ipſi adhuc pleniter non venerunt, eo quod vaſſum Domni Regis Caheban Abotritarum occiderant.* Atque ex eo quod dominorum ſervitio aſtricti eſſent, dictos volunt à *Vaſſen* Germanico, obligare, vincire: ita Fridericus Bandius ad Conſuetud. feudales Gelriæ pag. 6.

Vaſſi iſti *Dominici* extra ordinem interdum mittebantur à Principe in provincias, ut Comitibus adeſſent in juſtitia adminiſtranda, & cum eo jus dicerent, aliaque rei publicæ negotia exequerentur, quod docent Lex Longob. lib. 2. tit. 2. §. 2. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 133. Synodus Cariſiaca c. 2. Capit. Caroli C. tit. 32. c. 12. &c. Tabularium Caſaurienſe ch. 257. *Ego Heribaldus Comes in vice Comitis Palatii ad ſingulas hominum juſtitias deliberandas, reſidentibus mecum Lacinaldo & Eriſredo & Cariprando baſſis Domini Imperatoris, Adelberto. Joanne, Maculſo judicibus*, &c. Extant alia *Judicatorum* exempla coram Comitibus & Vaſſis, in Chronico Lauriſhamenſi p. 59. & apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 742. & Sammarthanos in Archiepiſc. Narbonenſib. n. 5. Neque, opinor, alii ſunt *Vaſſi Comitum à Vaſſis Dominicis*, cùm ita appellentur, quod iis à Rege ut Collegæ darentur in jure dicundo, in Lege Longob. lib. 2. tit. 42. §. 1. lib. 3. tit. 12. §. 1. & in Capitul. Caroli M. lib. 3. c. 51. ubi revera jus dixiſſe ſatis docent; quod tamen nolim omnino præſtare, ex lib. 4. Capitul. Caroli M. cap. 70. Proinde *vaſſi Dominici* reſpectu Comitum, erant ſicut Capellani minores reſpectu Epiſcoporum & Abbatum. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccleſ. cap. 31. *Capellani minores ita ſunt, ſicut hi quos Vaſſos dominicos Gallica conſuetudine nominamus.*

Sed & hi interdum *ad Marcham cuſtodiendam* mittebantur, ut eſt in Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 4. Vita Ludovici Pii an. 778. & Continuator Aimoini lib. 5. cap. 1. *Ordinavit per totam Aquitaniam Comites, Abbateſque, nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgò vocant, ex gente Francorum, quorum prudentia & fortitudini nulla calliditate & nulla vi obviare fuerit tutum, eiſque commiſit curam regni, prout utile judicavit, finium tutamen, villarumque Regiarum ruralem proviſionem.* Quæ quidem verba poſtrema videntur potiſſimum ſpectare *vaſſos dominicos*, qui interdum *villicorum* vices agebant. Lambertus Ardenſis: *Ab antiquo Comitis Walteri tempore, quemdam Villicum, vel Præpoſitum, quem antiquiora tempora Vaſſum ſuum appellant, in terra Ghiſnenſi habebant, qui de omnibus decimis & poſſeſſiunculis quas in eadem terra poſſidebant, eis ut villicus ſufficienter reſpondebat.* Adde Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 70. Legem Longob. lib. 3. tit. 4. §. 5. &c.

Cum igitur vel ad ſua *miniſteria* pergebant, vel cùm in iis conſiſtebant, quemadmodum *Miſſi* Dominici & Comites, *conjectum* accipiebant, ut eſt in iiſdem Capitul. lib. 4. c. 69. & in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 38. tit. 4. §. 5. Qui etiam Comitibus eorumque juriſdictioni ſuberant, adeo ut ſi *juſtitiam non feciſſent*, in eos Comites animadverterent, ex Lege Longob. lib. 2. tit. 52. §. 1. tit. 55. §. 1. Quod & de *vaſallis Dominicis* germinæ habent Cap. Karlomanni Regis tit. 2. c. 11.

Vaſſis Dominicis dabantur etiam à Principe *Beneficia* in Provinciis. Capitulare an. 779. c. 10. & in Addit. 4. Capitul. c. 120. *Similiter & vaſſi noſtri, ſi hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant.* Capitula Caroli M. lib. 4. c. 4. *De vaſſis noſtris, qui ad marcham noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis regionibus ſua habent beneficia, vel res proprias*, &c. Vide Eginhartum Epiſt. 26. 27. Odo Cluniacenſis lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 17. *Neque patiebatur, ut quilibet ſenior beneficia à ſuo vaſſo pro qualibet animi commotione poſſet auferre*, &c. Quo loco *vaſſus* idem ſonat quod *vaſſallus*, qui ſcilicet ratione feudi domino eſt obnoxius. Idem cap. 32. *Nam Reipublicæ ſtatu jam nimis turbato, regales vaſſos inſolentia Marchionum ſubjugaverat.* Et lib. 4. cap. 7. *Cum vaſſus quidam nomine Aldradus*, &c. Tabularium Vindocinenſe fol. 54. *Guido de Blaſone Dominicus vaſſus accedens ad Domnum Odericum Abbatem*, &c. Idem Tabular. ch. 98. *Comparavit igitur Agnes inclita Comitiſſa legitima emptione a Lancelino Dominico vaſſo de Caſtro Balgentiaco Eccleſiam S. Beti, cum tota integritate ſua, quæ ſita eſt juxta murum Vindocini*, &c.

Denique *Vaſſorum* & *Vaſallorum Dominicorum* ea erat prærogativa, ut ſi criminis aut alterius delicti incuſarentur, non ipſi, ſed *meliores illorum homines juramentum perſolverent*, ut eſt in Capitulis Karlemanni Regis tit. 2. c. 4. & 11. ubi hæc habentur: *Honorem enim talem noſtris vaſſis Dominicis concedimus, ut ipſi non ſicut reliqui manu propria ſacramentum jurent, ſed melior homo illorum & credibilior agere non differat.* Neque alius eſt *honor condignus*, quem vaſſis habere volunt Capitula Caroli M. lib. 2. c. 24. Porrò qui *vaſſi Dominici* appellantur in Capitulis Karlomanni d. tit. 2. c. 4. iidem *Vaſſi* & *Vaſſalli Dominici* promiſcuè dicuntur d. c. 11. adeo ut *Vaſalli Dominici* non alii ac diverſi fuerint.

Vaſſorum deinde & *Vaſſalorum*, ut *Catancorum*, ſeu *Capitaneorum*, ſub poſtremis Imperatoribus Alemannicis inductus fuit ordo honorarius, qui etiam ad poſteros tranſmittebatur, nulli licet addictus loco, aut gubernationi. Chartam Conradi Regis Burgundiæ anni 944. deſcripſit Guichenonus ex Tabulario Cluniacenſi, exaratam coram Epiſcopis & Comitibus in ea nominatis, *Vaſſis Dominicis majoribus & minoribus*. Aliam Willelmi Comitis Provinciæ ex eodem Tabulario laudat Antonius Ruffus, quæ perinde exarata dicitur coram *Vaſſis Dominicis tam Romanis, quàm Salicis*. Petrus Damiani lib. 1. Epiſt. 9. pag. 21. *Narravit mihi Humbertus, quia vaſſus quidam dum iter ageret, accidit ut juxta molendinum equo inſidens pertranſiret*, &c. Lib. 6. Epiſt. 9. *Frater meus talis vaſſi unicam filiam ſibimet in matrimonio copulavit*, &c. Decretum Mainardi & Joannis Cardinalium pro Eccleſia Mediolanenſi, apud Baronium an. 1067. n. 11. *Clericus autem vel Laicus pro ordinis ac dignitatis ſuæ qualitate, hac poteſtate tali mulctetur damno, ut ſiquidem de ordine Capitaneorum fuerit, viginti denariorum libras, vaſſorum autem decem, negotiatorum quinque — componat.* Sed & *Vaſſos* & *Vaſſallos* creatos ab Imperatoribus, interdum etiam ipſoſmet Auguſtos aliis nobilibus eoſdem creandi jus impertiiſſe legimus. Extat Bulla Caroli IV. Imperat. an. 1355. qua *Milano de Beccharia* civi Papienſi Notarios & Tabelliones creandi, & illegitimos natalibus reſtituendi facultatem impertitur, in qua ſequentia adduntur; *Et quod poſſitis tu & filii tui — quoſcumque ſponte volentes vaſallos facere, ad vaſallaticus onus inducere auctoritate prædicta, illuſtribus Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus duntaxat exceptis.*

Baſſus etiam pro *vaſſus*, dixit Charta laudata ex Tabulario Caſaurienſi, ut & Capitulare I. Caroli M. an. 802. c. 39. Diploma Ludovici Imp. *Si Comes aut baſſi noſtri remanſerint.*

Vaſſaticum, Fides quam præſtat *Vaſſus* Domino, vel Principi: proinde idem quod *hominium*. Annales Francor. an. 757. *Ibique Taſſilo venit Dux Baioariorum, in Vaſſatico ſe commendans per manus*, &c. Ubi Ado Viennenſis: *Seque illi in vaſſalum commiſit.* Iidem Annales an. 788. *At ille videns ſe undique conſtrictum, venit per ſemetipſum, tradens ſe manibus Regis in vaſſatico, renovans ſacramenta.* Charta Caroli Calvi pro Barcinonenſibus, apud *Diago* lib. 2. c. 4. & to. 2. Hiſt. Francor. *Noverint præterea iidem Hiſpani ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam, ut ſe in vaſſaticum Comitis noſtri, ſicut alii Franci homines, commendent: & ſi aliquod beneficium quiſquam eorum ab eo cui ſe commendavit, fuerit conſecutus, ſciat ſe de illo tale obſequium Seniori ſuo debere exhibere, quale noſtrates homines de ſimili beneficio Senioribus ſuis exhibere ſolent.*

Vaſſaticum præterea appellabant præclarum in prælijs, vel occaſionibus aliis bellicis facinus, vel animi magnitudinem: fortè quod *vaſſi* & *vaſſalli* eſſent viri militares, & iidem qui poſtmodum *Milites* nudè appellati ſunt. Hincmarus Remenſis in Opuſculo 55. Capitulorum cap. 52. *De hoc quoque vitio ſuperbiæ deſcendit, quod multi ie apud plurimos dicunt de fortitudine & agi-*

litate tui corporis gloriari, & de præliis, atque ut noſtratium lingua dicitur, de vaſsaticis frequenter ac libenter ſermonem habere, &c. Ubi ſanè malim *vaſsaliticis*, tametſi vox *vaſsaticis* tolerari poſſit, à *vaſsus*. Sed ut priorem præferam, facit recepta deinceps vox *vaſselage* hac eadem notione apud ſcriptores vernaculos inferioris ævi. *Le Roman de Garin* MS.

Tel vaſselage certes pris ge petit.

Le Roman de Roncevaux MS.

Par vaſselage ſoloie i eſtre vos drus.

Le Roman d'Artus MS.

De force ne de vaſselage,
N'ot ſon per en tot le varnage.

Le Roman de Florimont MS.

Li Rois avoit riche corage,
Et penſa un fier vaſselage.

Guill. *Guiart* anno 1267.

Meſire Erart de Valeri,
Un haut baron courtois & ſage,
Et plain de grant vaſselage,
Que ſon cors & ſes faiz looient,
Tuit cil qui parler en ooient.

Le Roman de Vacce:

Que Richart ert moult preus, & de grant vaſselage.

Chron. MS. Bertrandi *du Gueſclin*:

Si ay trouvé en luy d'honneur ſi largement,
Et tant de vaſselage & de fier baraement.

Robertus *de Bourron* in Hiſt. Merlini MS. *Noſtre Sire nous a fait moult grant honnour, quant vous ſi haut homme, comme li Rois eſt, avés pris par voſtre vaſselage.* Chronicon Franc. MS. ex Bibl. Memmiana in Carolo V. *Onq convoiteux ne fit beau vaſselage.* Adde Chronicon Flandriæ cap. 18. 30. & Buzelinum in Gallo-Flandria lib. 3. cap. 6. pag. 482.

Ut porrò *vaſselage*, pro animi magnitudine uſurparunt noſtri, ita & *vaſsaus*, viros fortes appellabant. Philippus *Mouskes*:

Aprés li reſorſt en Banniere
Une guerre orgilleuſe & fiere,
Le ſire tert Dus, s'ot non Raſaus,
Qui moult eſtoit preus & vaſsaus.

Guillelmus *Guiart* an. 1304.

Eſpaignols qui ces trois nez guient,
Ou mult à de hardis vaſsaus.

Le Roman de Garin:

Maint bon vaſsal i firent trebucher.

Alibi:

Meillor vaſsal de lui ne ſache mie.

Vetus Poëta MS.

Biaus fu & lons & drois, bien enſemble vaſsal.

Li Luſidaire MS.

Quant Jacob vint li Seneſcaus,
Qui mult eſtoit preus & vaſsaus.

Le Roman de Roncevaux MS.

Othes fu preus, & bon vaſsaus vaillans.

Chron. Flandriæ cap. 15. Matthæum de Montemorenciaco *gentil vaſsal* appellat.

Vaſſalli, ſi Marcam audimus lib. 1. Hiſt. Beneharn. cap. 28. n. 10. ſunt *vaſſorum vaſſalli*, ſeu *vaſſis* ratione clientelæ obnoxii. Id non omnino verum eſſe patet ex iis quæ ſuprà attigimus, nobiſque fuſiùs probandum incumbit. Conſtat ſanè utramque vocem ejuſdem eſſe originis, ſi non omnino notionis.

Vaſſos diximus fuiſſe domeſticos & familiares Principis aut alterius cujuſvis, quod etiam de *Vaſſallis* dici poſſe evincunt ſcriptores, præſertim Hincmarus de Ordine Palatii c. 28. deſcribens *miniſteria*, & familiam Principis: *Tertius ordo item erat tam majorum, quàm minorum, in pueris vel vaſſallis*, &c. Ubi *pueri*, ſunt ii quos *famulos* dicimus. Monachus Sangallenſis lib. 1 de Carolo M. cap 20. *Scarionem*, ſeu Oſtiarium Aulæ Regiæ, *Vaſſallum* Imperatoris appellat. Cap. 22. de quodam Epiſcopo: *Hic habuit unum vaſſallum non ignobilem civium ſuorum, valde ſtrenuum & induſtrium: cui tamen ille, ne dicam beneficium aliquod, ſed ne ullum quidem aliquando blandum ſermonem impendit.* Ita denique lib. 2. cap. 15. ubi de quodam puerulo ab Imperatore in familiam ſuam adſcito. Capitula Caroli M. lib. 2. c. 24. *Vaſſi quoque & vaſſalli noſtri nobis famulantes*, &c. Edictum Piſtenſe Caroli C. c. 14 ex iiſdem parentis Capitulis: *Vaſſalli noſtri nobis & noſtræ conjugi famulantes*, &c. Concilium Ravennenſe an. 904. c. 10. *Ut plebes Eccleſiæ nullatenus aut Comitibus, aut Epiſcoporum vaſſallis aut aliis Laicis beneficia tradantur.* Denique Adalardus in Statutis Corbeienſibus lib. 1. cap. 6. totam familiam Monaſticam in ſex ordines diſtribuit: 1. *Famulorum vel matricularioru*m, *qui ſemper æqualiter habendi ſunt*: 2. *Fratrum*: 3. *Vaſſallorum*: 4. *Hoſpitum*. 5. *Pulſantium vel Scholarium*: 6. *ſingulorum huc illucque Prebendariorum.* Meminit etiam *caſæ vaſſallorum* cap. 1 (qui inde *vaſſalli caſati*, i. caſæ addicti, dicuntur lib. 3. Capitul. Caroli M. c. 73.) & *panis vaſſallorum* cap. 2. & 4.

Ut *vaſſi* Comitibus erant aſſeſſores in judiciis publicis, ita & *vaſſalli*. Charta Alam. anneca 95. Goldaſti: *Juſſum eſt Waningo Comiti Ruadperto vaſſallo Regis inquiſitionem de hac re fieri*, &c. Adde chart 18. Vetus Notitia ſub Karolo Rege anno 14. apud Beſlium p. 224. *Notitia qualiter vel quibus præſentibus, ibique veniens Hiſarnus die Veneris 3. Kal. Aprilliarum infra urbem Piſtavam, ante Domnum Ebolum præveniente gratia Dei Comitem, & ibidem aſſiſtentibus vaſſallis, interpellabat quendam Diaconem*, &c. Conventus Ticinenſis an. 850. c. 1. *Ideo volumus ut Comites noſtri, eorum ſculdaſii adjunctis ſecum vaſſallis Epiſcoporum, — ſtudioſiſſimè perquirant*, &c.

Porrò qui *vaſſi*, vel *vaſſi dominici* dicuntur, nullo diſcrimine *vaſſalli* vel *vaſſalli dominici* appellantur, & cum *Comitibus* junguntur, nulla interdum vaſſorum facta mentione, in Lege Longob. lib. 3. tit. 4. §. 5. in Capitul. Caroli M. an. 807. c. 3. 6. lib. 4. c. 32. lib. 5. c. 147. & lib. 2. c. 24. *Vaſſi & vaſſalli noſtri*, &c. quaſi iidem fuerint. Præterea in Capitulis Caroli C. tit. 6. c. 80. tit. 31. part. 2. c. 2. & tit. 42. In Vita Ludovici Pii an. [illegible]4. *Itemque Sanila Comes, nec non Madalelmus vaſſallus dominicus capite plexi ſunt.*

Ut *vaſſis*, ita & *vaſſallis* beneficia à Principe concedebantur. Capitulare Compendienſe an. 757. c. 6. *Homo Francus accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit ſecum ſuum vaſſallum, & poſtea fuit ibi mortuus ipſe ſenior, & dimiſit ibi ipſum vaſſallum, & poſt hoc accepit alius homo ipſum beneficium*, &c. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. c. 14. *Cum illo fiſco, vel curte illa, in Abbatiola vel Eccleſia, tam bonum meliorem vaſſallum, quam ille Comes eſt, vel Epiſcopus, fidelem mihi acquiro & facio.* Concilium Compendienſe an. 757. c. 6. *Homo accepit beneficium de ſeniore ſuo, & duxit* (ſenior) *ſecum ſuum vaſſallum*, &c. Charta Ludovici Imp. in Notis ad Bibliothecam Cluniacenſem pag. 113. *Id eſt villam ac beneficium illud, cujus vocabulum eſt Dodiniaca curtis, habentem manſos 12. quam hactenus Vaſſallus noſter, nomine Hiſimbertus, noſtra largitione habuiſſe dinoſcitur*, &c. Capitula Caroli C. tit. 6. c. 20. *Videtur nobis utile & neceſſarium, ut fideles & ſtrenuos Miſſos ex utroque ordine per ſingulos Comitatus regni veſtri mittatis, qui omnia diligenter imbrevient, quæ tempore avi ac patris veſtri, vel in regio ſpecialiter ſervitio, vel in vaſſallorum dominicorum fuerunt*, &c. Ubi nulla fit mentio *vaſſorum*. Charta Caroli C. Regis apud Loiſellum in Bellovaco pag. 242. *Villam quandam — quam Vaſſallus noſter quidam nomine Sigefridus tunc in beneficium retinebat.* In Annalibus Francor. Bertinianis an. 870. *Villæ vaſſallorum* dicuntur, & opponuntur *villis dominicatis.* Conſtitutio Ludovici II. Imp. pro expeditione Beneventana c. 5. apud Camillum Peregrinum: *Quod ſi comes aut baſſi noſtri aliqua infirmitate remanſerint, — aut Abbates vel Abbatiſſæ ſi plenyſſime homines ſuos non direxerint, ipſi ſuos honores perdant, & eorum baſſalli & proprium & beneficium perdant.* Adde Chartam Ludovici Pii de Diviſione Imperii an 814. editam à v. cl. Steph. Baluzio, c. 9. Præceptum Bar-

noini Archiepiſcopi Viennenſis an. 881. *Quæ namque res prænominati Cœnobioli quondam fratribus deſerviebant, ſed jam ab eo abſtracta, & beneficium erant vaſſallorum effecta.* Denique Nicolaus I. PP. Epiſt. 20. ad Carolum Calvum Regem de Balduino Flandrenſium Comitum ſtipite: *Balduinus vaſſallus veſter*, &c.

Vaſſalli præterea Chartas dominorum ſuorum ſubſcribebant, adjecta hac ipſa *vaſſalli* dignitate. Binas deſcripſit Hemereus Alberti Comitis Viromandenſis: prior an. 954. ita clauditur: *S. Adalberti Comitis, — Geraldi, Hildradi Anſeri vaſallorum.* Altera an. 959. *S. Guntranni vaſalli, Anſelmi vaſalli, Ottadi vaſalli.* Ubi ita appellantur qui poſtmodum *Milites* dicti ſunt: quo quidem etiam vocabulo *vaſſallos* ſeu *feudatarios* indigitari in Chartis ſuo loco docuimus.

Vaſſallus indominicatus. Charta Caroli C. Regis Fr. an. 3. ex Tabulario S. Cyrici Nivernenſ. *Sed & concedimus ibidem auctoritate Regia omnes res ejuſdem Eccleſiæ, quæ quondam fuerunt ab ea abſtracta, & quas modo noſtri indominicati vaſſalli tenent, ut quia ipſi nobiſcum dimicaverunt fideliter, in vita ſua tantum, conſenſu ejuſdem ſupradicti Epiſcopi eas teneant.*

Vaſſallus ſimplex. Vide *Signum Regis.*

Vaſſalaticum etiam dixere veteres, ut *vaſſaticum*, pro fidei ſacramento quod *vaſſalli* Domino vel Principi præſtabant. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 5. *Stetit nobis de illos homines qui hic intra Italia eorum ſeniores dimittunt, ut nullos eos recipere debeat in vaſſallatico, ſine comiato ſenioris ſui*, &c. Adde c. 36. Epiſtola Epiſcoporum ad Ludovicum Reg. an. 858. c. 15. *Et nos Epiſcopi Domino conſecrati, non ſumus hujuſmodi homines, ut ſicut homines ſeculares, in vaſſalatico debeamus nos cuilibet commendare, aut jurationis ſacramentum, quod nos Evangelica & Apoſtolica atque Canonica auctoritas vetat, debeamus quoquo modo facere*, &c. Ubi *vaſſalaticum* non aliud ſonat quàm *vaſſaticum*. Quæ quidem vox uſurpata legitur poſterioribus ſeculis pro *hominio*: quod etiam *vaſſalagium* appellatur. Charta an. 1274. *Pro quibus omnibus — tenemur vobis homagium facere, & vaſſalaticum, & fidelitatem jurare.* Speculator lib. 4. part. 3. de Feud. art. 2. §. 5. ait quod in Italia & alibi vocatur *vaſſalagium*, in Francia *homagium* appellari. Petrus de Vineis lib. 6. Epiſt. 9. *Abſolventes eos ab omni fidelitate vaſſallagii, ſeu homagii juramento.* Charta Heliæ Talairandi Vicecomitis Leomaniæ & Dauvilarii, qua hominium præſtat Abbati Moiſſacenſi, an. 1291. *Fe homenatge & fe vaſſals & Cavaliers al dich ſenhor.* Quo loco tres hæ voces idem ſonant. *Vaſſallus* enim, uti obſervatum, & *Miles*, idem ſunt. Charta alia: *Sciendum eſt quoniam Arn Hodz Veſcoms de Lomancha a fait homenatge, e ſes fatz Cavaliers & Hom al Senhor de Montpezat Abad de Moyſſac, el predich Veſcoms mandet & autreget al Senhor predich Abad, que vos Cavaliers e fiels e loials li ſia en tots locs, e que lui e le moſtier de Moyſſac, el covent duquel moiſſ. Moſtier, e totas las coſas garde e deffenda de mal e de domnage a bona fe par tots locs*, &c. an. 1238. In Conſuetudine Bituricenſi tit. 12. art. 4. & 9. *vaſſelage* uſurpatur pro dominio quod habet dominus in tenementum vaſſalli, ſeu pro *feodalitate*. Vide Georgium Pilonum in Hiſtoria Bellunenſi pag. 106.

Vaſſ[illegible], pro *vaſſallus*. Chronicon Magdeburgenſe MS. ex Bibl. S. Germani Pariſ. an. 952. *Ubi præſcriptus cum filio ſuo Adalberto Regiæ ſe per omnia in vaſſalicium dedidit dominationi, ſimul & Reginæ iram ſupplici venia placavit.* Ita etiam Regino.

Vaſſallulus, Minoris dignitatis vaſſallus. Matth. Paris an. 1244. *Et quis Chriſtianorum ignorat Principem Walliæ Regis Angliæ eſſe vaſſallulum?*

Vaſſeleria. Charta an. 1238. in Regeſto Toloſano Cameræ Computor. Pariſienſis f. 97. *Videlicet Baronias, & vaſſelerias*, &c. Neſcio an *vaſſeleria* idem ſit quod *Baccalaria*, indeque vox hæc poſtrema deducatur, ut *vaſſelaria*, feudum fuerit *vaſſalli* inferioris.

Deſvaſſallare. Michaël del Molino in Repertorio pag. 326. *Si aliquis accuſaretur de aliquo crimine, ex eo quod deſvaſſallavit aliquem vaſſallum à loco alterius*, &c. Infra: *Vaſſallum ſi aliquis extraxerit, aut juverit ad extrahendum à loco alterius cauſa deshabitandi eum, & ducendi talem vaſſallum ad locum ſuum, aut alterius domini, talis extrahens & adjuvans incurrunt ex hoc in pœnam mortis corporalis*, &c.

Baſſallus, pro *vaſſallus*, in Conſtit. Ludov. II. Imp. pro exercitu, edita à Camillo Peregrino, c. 4. 5.

VASTRAPES, in Gloſſis Philoxeni, φεμινάλια. Occurrit hæc vox apud Rufinum in verſione Joſephi lib. 3. Antiq. Judaïc. cap. 11. ubi Joſephus habet ἀναξυρίδας.

VASTUM, *Gaſtum*, *Guaſtum*, *Waſtum*, *Waſtina*, voces ejuſdem notionis & originis.

Vaſtum, Deſtructionem ſignificat. Magna Charta: *Cuſtos terræ hujuſmodi hæredis, qui infra ætatem fuerit, non capiat de terra hæredis non niſi rationabiles exitus, hac ſine deſtructione & vaſto hominum vel rerum.*

Vaſtum maximè dicitur de agris qui non excoluntur. Paulinus Nolanus Epiſt. 30. ad Aprum: *Qualem agri tui ſpeciem à villico tuo fieri poſtulas, talem Deo Domino tuo redde culturam: & intellige quidquid in agro tuo diſplicet aut placeat, idem in anima tua placere Chriſto aut diſplicere. Si vaſta peccatis quaſi dumis ſordeat, neque Propheticis aut Apoſtolicis nubibus compluatur, in aridam ſolitudinem gratia deſerente damnabitur.* Teſtamentum Fulradi Abbatis S. Dionyſii: *Tertiam cellam infra vaſta Voſgo* (Voſegi) *ædificavi, ubi ſanctus Cocenatus requieſcit.* Tabularium Vindocinenſe ch. 237. *Oſanna filia Gaufridi de Fay dedit duos arpennos prati cenſu quietos & liberos: & alios duos de quadam manufirma ſua, quæ eſt ad Morias. Quæ dum priſcis coleretur temporibus, 12. den. cenſus ſolvebat, modo verò quia vaſta eſt, nil cenſus reddit, ſed eſt allodium.* Tabularium Eccleſiæ S. Stephani Lemovicenſis an. 1081. *Fecit Goſbertus Archidiac. totam terram de Monte S. Joannis eſſe vaſtam.*

Vaſtum facere, Littletoni ſect. 67. *Faire Waſt*, Deſtruere, depopulari. Inqueſta de foriſfacturis Foreſtar. Angl. *Inquiratur etiam qui fecerint vel facere conſueverint vaſtum vel deſtructionem de viridi, vel de venatione.* Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 192. *Ita ſcilicet quod de Waſto & quod facient quadrigæ quæ ibunt in boſcum de Walloy & Widelay, neque de Waſto aliarum quadrigarum quæ ibunt in alios prædictos boſcos non ponantur in merci, nec ſcribantur in Waſto.* Pag. 518. *Cum toto nemore ſuo, ſalvis aiſiamentis ſuis, & hominum ſuorum de Hida, ſine vaſto & venditione.* Tomo 2. pag. 204. *Et de foreſta ſua omnia neceſſaria ſua ſine vaſto ad ædificandum, & ad aratra ſua*, &c. Charta Henrici III. Regis Angl. apud Prynneum in Libert. Ang. tō. 3. p. 974. *De boſco vaſto extra villam de N. quod — tenens ad feodi firmam*, &c. Rogerus Hovedenus pag. 784. *Item Rex defendit quod nullus donet vel vendat aliquid ad deſtructionem boſci ſui, vel vaſtam quæ ſit infra foreſtam Regis: ſed concedit benè quod capiant de boſcis ſuis quod neceſſe iis fuerit ſine waſto, & hoc per viſum foreſtarii ſui*, &c. *Waſtum facere in boſcis*, in Charta Joannis Regis Angliæ pro foreſtis an. 1215. Albertinus Muſſatus lib. 7. de Geſt. Henrici VII. rubr. 1. *Quorum plerique ſuſpectioribus urgentibus cauſis ad Turrianorum loca diſcurrentes, quæ Vaſta appellant*, &c. Computum Domanii Stapulartum in Comitatu Bononienſi an. 1475. *Recepte des Waſtis en la Foreſt de Hardelo.* Et fol. 41. *Recepte de Waſtis en la foreſt de Boulogne, de pennaiges de vaches & veaux alans en ladite foreſt, pour 5. ſols la vache, & 2. ſols 6 deniers le veau.* Vide Joann. Bekam in Hungero Epiſc. Leod. Differt autem *vaſtum* ab *exilio*. Fleta, lib. 1. cap. 12. §. 20. *Vaſtum & deſtructio ferè æquipollent, & convertibiliter ſe habent in domibus, boſcis, & gardinis. Sed exilium dici poterit, cum ſervi manumittantur, & à tenementis injurioſe ejiciantur.* Adde lib. 1. c. 12. §. 1. 6. Bractonum lib. 4. pag. 316. 317. & Edw. Cokum ad Littletonem ſect. 67.

Vaſtum, ſeu *Waſtum*, vel *Waſta*, in ſilvis, dicitur præterea illud quod *planum* eſt, ſeu abſque arboribus. Tabularium Abſienſis Monaſterii: *Concedo fratribus de Abſie totum planum, vel ut vulgò dicitur, totum Guaſtum quod modo eſt, vel in poſterum erit in boſco meo*, &c. Atque ita voces *Waſta*, & *Waſtum* accipiendæ in Monaſtico Anglicano to. 1. pag. 529. to. 2. p. 204.

Vaſtum, præterea, apud JC. Anglos, jungitur cum anno & die, & dicitur *Annus, dies, & vaſtum*. Quæ quidem verba jus deſignant quod Rex habet in domibus & prædiis felonum minoris, ut aiunt, proditionis. (*Felons de petite trahiſon*) quæ ab alio Domino quam ab ipſo Rege tenentur in feudum, vel jure dominii. *Cum enim in poteſtate Regis ſit*, inquit Bracton, *proſternendi ædificia, extirpandi gardina, & arandi prata felonum, & quoniam hujuſmodi urgebant in grave damnum dominorum, pro communi utilitate proviſum fuit, ut hujuſmodi dura & gravia deſiſterent, & Dominus Rex pro his haberet commodum totius terræ illius unum annum & diem, & ſic omnia cum integritate reverterent in manus capitalium dominorum.* Proindeque id juris habebat Rex pro *vaſto* quod facere poterat in prædiis Felonum. Vide Stanfordium in Placit. Coronæ lib. 3. cap. 30. & ſuprà in *Condemnare*.

Quietum eſſe de vaſto nemorum, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 922.

Vaſtum denique, ſeu *Breve de vaſto*, iiſdem JC. Anglis, dicitur *breve* quod conceditur contra eos qui ad vitam ſuam, aut ad vitam alterius, vel in donum, aut per *curialitatem*, vel per *Wardam* poſſeſſiones aliquas poſſident, & in iis *vaſtum* fecerunt. Vide Raſtallum.

Vaſtitas, idem quod *Vaſtum*, apud Bractonum lib. 4. Tract. 1. c. 41. & in Fleta lib. 4. c. 25. §. 1. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Vaſtitas, ſolitudo, vel eremus*. Gloſſ. Gr. Lat. πόρθησις, *excidium, vaſtitas, vaſtatio*.

Vaſtatores, Milites qui agros depopulantur, noſtris, ex Italico, *Gaſtadeurs*: occurrit vox hæc apud Rollandin. in Chron. lib. 4. cap. 13. lib. 5. cap. 10. 17. lib. 10. cap. 5.

Gaſtum & *Guaſtum*, pro *Vaſtum*, non ſemel etiam occurrit. Gloſſar. Lat. Gall. *Vaſtus, Vain, Gaſt. Terra in gaſtu, quæ non excoluntur*, in Regeſto Philippi Auguſti Reg. Herouvalliano fol. 143. *Guaſta, damna, & incendia*, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epiſt. 112. Tabularium S. Vincentii in Boſco Carnot. an. 1225. *Si terra circumjacens pro communi guerra gaſta remanſerit vel inculta*. *Gaſtum facere*, in Charta an. 1215. apud Corium, in Hiſt. Mediolanenſi part. 2. pag. 157. & in Hiſtoria Cortuſiorum lib. 1. cap. 8. *Faire ravage & gaſt, diſſipation*; &c. in Conſuetudine Turon. art. 169. Robertus Bourronus in Merlino MS. *Et enſi mettoit à gaſt & à deſtruction treſtout le Royaume de Logres*. *Simple gaſt d'heritages*, in Conſuetud. Burbonienſi art. 524. Aſſiſiæ Hieroſolymitanæ MSS. cap. 257. *Car ſe il i a leus gaſtes entre qui ſoit dou Seigner, l'en la doit ſauver au Seigner.* *Le Roman de Roncevaus* MS.

Tout abat mort en un gaſte ſentier.

Sergent gaſtier, in Conſuetud. Arvernenſi cap. 31. art. 69. miniſter qui in meſſibus aut in agris vel ſilvis invigilat, ne *vaſtum* aut damnum fiat. Veneti *guaſti* appellant circumjectam oppidis planitiem.

Gaſtina, apud Innocentium III. PP. lib. 15. Epiſt. 179. *Gaſtine*, in Conſuetud. Arvernenſi: *Waſtina*, in Conventione inter Ducem Brabantiæ & Capitulum S. Waltrudis Montenſis an. 1209. apud Miræum in Diplomat. Belgic. pag. 160. *Omneſque vaſtina, quæ Terræ ſilveſtres dicuntur.* Alia an. 1247. ibid. pag. 173. *In omni terra quæ vulgariter Waſtina dicitur.* Adde pag. 50. Probationes Hiſtoriæ Guinenſis pag. 70, 109. 466. 514. Hinc *Agaſtiner*, pro *vaſtare* agrum, domum, ſilvam. Eædem Aſſiſiæ Hieroſol. cap. 257. *Et quês apartenances il ſemble que il i peuſt & deuſt avoir en ce en la teneure, que ſes leus habités ont orendroit raiſonnablement agaſtiné, & muraiiles abatues, que par ſemblant deuſſent avoir, quant les leus eſtoient habités.* *Agaſtis*, in Conſuetudine Inculiſmenſi art. 24. damnum in foreſtis.

VATES, Epiſcopus. Tumulus Joannis II. PP. apud Baron. an. 535.

Hic tumulus Vatis conſervat membra Joannis,
Ordine Pontificum qui fertur jure ſecundus.

S. Ildefonſus:

Crux hæc alma gerit geminorum corpora fratrum
Leandri, Iſidori, pariterque ex ordine Vatum.

Rabanus Abb. Fuld. apud Browerum in Antiq. Fuldenſib.

Hac Baptiſta potens ſacra venerabitur arâ,
Hac Vatum turba, atque Patrum colitur.

Amalarius Epiſcop. in Epiſtola ad Hieremiam Archiep. Senonenſem: *Chariſſimo patri & accuratiſſimo Rhetori Iheremiæ Vati in noſtra Ieruſalem, Amalarius.* *Ætherius Arelatenſis Vates*, apud Joannem Diacon. in Vita S. Gregorii M. lib. 2 cap. 35. Utuntur præterea Fortunatus lib. 5. Poëm. 4. Paulus Emeritenſis Diacon. lib. de Geſtis Epiſcop. Emeritenſium in S. Fidele n. 5. Theodericus in Vita S. Celſi Epiſcopi Trevirenſis n. 17. Candidus Mon. in Vita Eigilis Abb. Fuld. c. 14. Chriſtianæ Inſcriptiones apud Gruterum 1070. 4. 1167. 9. 1169. 3. &c.

VATILLUS, idem quod *Batillus*, de qua voce multa commentatur Caſaubonus ad Pollionem. Julius Africanus lib. 9. Hiſt. Apoſt. *Erant autem virgines cum lyris cantantes, alii cum tibiis, alii cum vatillis, & thuribulis.* *Vatilla* verò, Papiæ, eſt *pala qua aqua projicitur è navi*. Vide *Batulus*.

VATIOLA. Vide *Batiola*.

VAVASSORES, *Valvaſſores*, *Vaſvaſſores*, *Vavaſſoria*, *Valvaſini*, voces ejuſdem originis.

Vavaſſores, vel *valvaſores*, generatim ſunt vaſſalli feudales. Apud Gerardum Nigrum lib. 1. de Feudis tit. 1. alii ſunt *Majores*, alii *Minores*: *Majores* ſunt, qui *Regis* vel *Regni Valvaſſores* appellantur, iidemque *Capitanei*, qui à Ducibus, Marchionibus, & Comitibus: *Minores* verò, qui à majoribus valvaſſoribus, feuda accipiunt. De poſterioribus intelligendus Otto Friſingenſis lib 2. de Geſt. Friderici I. Imp. cap. 12. ubi de Longobardis: *Cumque tres inter eos ordines, i. Capitaneorum, Valvaſſorum, plebis, eſſe noſcantur*, &c. Quos verò Capitaneos vocant, noſtri Barones appellant. Ita *Vavaſſorum* duos ordines conſtituit Conradus Imp. in Lege Longob. l. 3. tit. 8. §. 4. *Majorum* ſcilicet, & *Minorum*. Sub *Majorum* appellatione complectitur, quos *Barones* alii vocant: ſub *Minorum* verò, quos vulgò *Vavaſſores* dicunt, ut Leges Henrici I. Regis Angliæ *Thaynos minores*, reſpectu *Thaynorum* Majorum, qui Baronibus æquiparantur: quod quidem potiſſimum colligitur ex *relevio minorum vavaſſorum*, de quo ita Conradus: *Si verò* (Minor vavaſſor) *filios non habuerit, & aviaticum ex maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſervato uſu majorum valvaſſorum in dandis equis & armis ſuis ſenioribus.* Ejuſmodi autem relevium obtinuit in *mediocribus Thaynis*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 14. ubi de releviis: *Et mediocris Thayni equus cum apparatu ſuo & arma ejus.* Ubi Leges vernaculæ Willelmi Nothi cap. 24. quem *mediocrem Thaynum* Leges Henrici, *vavaſſorem* vocant: *De releif à vavaſour à ſon lige Signeur, deite eſtre quites per le chival ſon peire, tel qu'il avoit à jour de ſa mort, & per ſon habers, & per ſon haume*, &c. Atque *minores* ii *Vavaſſores* ſunt, qui in Legibus ejuſdem Henrici I. cap 7. *Baronibus* poſtponuntur: *Barones, Vavaſores, Tungrevii*, &c. quique cap. 26. & 27. *liberas terras tenere, & curiam habere* dicuntur, ac *placita, quæ ad Wytam vel Weram pertinent, ſuper ſuos homines*, &c. Et in Charta Nobilium Pictavenſium an. 1269. apud Gallandum de Franco-alodio p. 68. *C'eſt à ſavoir que quant cil mouſtra, qui du Comte de Poitiers, ou des Barons, ou des Vavaſſours tiendra en fié, que noſtre Sires li Cõens, ou cil de qui cil tendra, porra tenir le fié en ſa main par an & par jour*, &c.

Ac ut de *majoribus Valvaſſoribus* primùm agamus, hos intellexiſſe videtur Bracton lib. 1. cap. 8. §. 2. *In temporalibus ſunt Imperatores, Reges, & Principes, in iis quæ pertinent ad regnum, & ſub eis Duces, Comites, Barones, Magnates ſive Vavaſores, & Milites, & etiam Liberi & Villani, & diverſæ poteſtates ſub Rege conſtituta.* Et §. 4. *Sunt & alii qui dicuntur Vavaſores, viri magnæ dignitatis. Vavaſor enim nihil melius dici poterit, quam vas ſortitum ad valitudinem.* Charta Friderici Imp. an. 1249. apud Guichenonum in Hiſt. Sabaudiæ pag. 92. *Marchionibus, Comitibus, Vavaſſoribus, Nobilibus, Poteſtatibus*, &c. Charta Henrici II. Regis Angliæ an. 1166. *Comites, Barones, Vavaſores, Milites, cives, burgenſes, ruſtici*, &c. Radulfus de Diceto an. 1040. *Quindecim ſacramenta juravit Theobaldus propria manu Conſuli Gaufrido, & 20. Barones Caſtellenſes cum eo, & 40. Milites vavaſſores eiſdem verbis quibus ipſe.* Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis: *Quamvis probitas poſſit nobilitare plebeium, & tamen ordinem mutare non poteſt, ut plebeius Procer efficiatur, ſive Valvaſor, niſi per principis ei fortè potentiam tribuatur.* Ita pro majoris dignitatis Optimatibus, *Vavaſores*, ſeu ut ibi ſemper effertur, *vaſvaſſores*, uſurpantur in Uſaticis Barcinonenſibus MSS. à Raimundo-Berengaris Comite Barcinonenſi & Adelmodi ejus uxore editis, & in Conſtitutionibus Catalaniæ. Iidem Uſatici: *Ut qui interfecerit Vicecomitem vel vulneraverit, ſive deſonoraverit in aliquo, emendet eum ſicut duos Comitores, & Comitorem ſicut duos Vaſvaſſores, & de Vaſvaſſore qui quinque Milites habet, per mortem ejus, emendentur 60. unciæ auri cocti, & per plagam 30. & ſi plures habuerit Milites, creſcat compoſitio ſicut numerus Militum. Militem verò qui interfecerit, donet in compoſitione 12. uncias auri: qui verò vulneraverit, tam pro una plaga, quam pro multis emendet ei uncias 6.* Conſuetudines Catalaniæ inter Dominos & Vaſſallos MSS. cap. 39. *Barones, ut ſunt Comites, Vicecomites, Vaſvaſſores, & conſimiles, & etiam alii Milites ſimplices, qui ſunt Vaſalli Principis hujus terra.* Ubi opponuntur *Vavaſores* ſimplicibus *Militibus*: *Milites* enim majores, quos *Banneretos* vocant, Baronum prærogativa gaudent. Proinde ii ſunt quos pariter *Militibus* opponunt Statuta S. Ludovici Regis Franciæ loco mox laudando. E contra *Milites ſimplices* intelliguntur in Charta Anſelmi Comitis S. Pauli an. 1186. in Hiſt. Bethunienſi pag. 52. *Omnibus qui eandem decimam tenebant Vavaſoribus ſive Militibus concedentibus*, &c. & in Charta Libertatum Baugiaci in Sebuſianis an. 1250. *Si aliquis de hominibus Militum, & Vavaſſorum dicta villa Baugiaci ad ipſam villam libertate donatam cauſa morandi & remanendi ibi venerit*, &c. Mox: *Si homines Militum terra Baugiaci, qui non ſunt Vavaſſores, ſeu feudatarii dicta villa Baugiaci*, &c. Quinque porrò *Vavaſſores* æquantur *Militi*, ſeu habenti *feudum hauberticum*. Regeſtum Philippi Aug. f. 158. & *propter hoc debet tenere unum Militem, vel 5. Vavaſſores, quando ſubmonetur.* Feoda Normanniæ poſt Ordericum Vitalem pag. 1041. *Apud Breteuil in eadem ballia duas partes unius Militis, una Vavaſſoria minus.* Sic feudum hauberticum conſtabat quinque Vavaſſoriis.

Vavaſſores igitur *Minores* erant ii qui majoribus ſuberant ratione tenementi: unde rectè San-Julianus lib. 1. Hiſt. Burgund. cap. 26. dixit *Vavaſſores*, eſſe *vaſſallos vaſſallorum*. Conſuetudo Marchenſis art. 315. *Si aucun Baron, Chaſtelain, ou haut Juſticier avoit moulin, & ſon valvaſſeur n'en eut point, tous les hommes du valvaſſeur demeurans en la banlieuë dudit moulin, iront moudre audit moulin du Baron, juſques à ce que le valvaſſeur ait moulin.* Generatim verò dicebantur qui feuda minora tenebant, quæ inferiori tantùm juſtitia, ſeu juriſdictione gaudebant, quod exertè docent Statuta S. Ludovici à nobis edita lib. 1. cap. 31. *Nus vavaſſor ne puet faire forbanir, ne ne puet à home faire forjurer ſa Chaſtelerie, ſans l'aſſentement du Baron en qui Chaſtellerie il ſera: & ſe il le feſoit, il en perdroit ſa juſtice; car la juſtice ſi n'eſt mie au vavaſor.* Alio loco, ex MS. Ambianenſi: *Nule court de vavaſſeur ne porte recort: mais on peut bien requerre le court des Chevaliers qui ſont au jugement requerre ſouffiſant recort, par les Chevaliers, ne mie par les vavaſſeurs, mès on ne ſe met mie en recort ki ne veut; meſmement en Court de vavaſſeur, que che apartient à grant juſtiche.* Et infra: *Ne nus vavaſſeur n'a le murdre, le rat, ne l'ancis, ne le traïſon, ne le treſor trouvé, ne la force a oſter &c. Car vavaſſeur n'a que ſimple juſtice.* De Vavaſſoribus agunt eadem Statuta lib. 1. cap. 39. 40. 41. 42. 45. 46. Atque ex his percipimus cur *Vavaſſor*, Petro Fontano in Conſilio à nobis edito cap. 21. *inferior* ſeu *minor dominus* dicatur: *Et ſe bas Sire come vaaſſeur*, &c. Quamobrem vulgò Vavaſſores Inferioris ordinis ac dignitatis viris adſcribi ſolent. Robertus Bourronus in Hiſt. Merlini MS. *Je ſuis un chevalier nés de ceſt païs, & eſtrais de vavaſſours, & de baſſe gent.* Sed & ii cum prædiis vænibant, quemadmodum *hoſpites*, aliique adſcriptitii, ut hodieque etiamnum vaſſalli, ſeu hominia ipſa. Charta Caroli Comitis Flandriæ in Chronico Andrenſi pag. 422. *Concedimus, terras videlicet, comitatus*, (vide in hac voce) *decimas, ſilvas, aquas, molendina, prædia, hoſpites, vavaſſores, ſervos, ancillas*, &c. Charta Joannis Comitis Pontivi an. 1138. *Quicquid habemus apud Onicourt, cum omni dominatione temporali, & vavaſſorum: vavaſſorem de Flouron, decimam de Favieres, — decimam de Hauteville præter unum vavaſſorem*, &c. Immò præſtationibus videntur fuiſſe obnoxii. Tabularium Abbat. S. Joannis Ambian. fol. 408. *Item à ladite Egliſe droit de prendre en tous les fiefs du Caſtel, & des vaſſeurs eſtans en toute la paroiſſe d'Outrebois*, &c. Ita etiam *Vaſſeurs* appellantur in Charta an. 1247. apud Loiſellum in Bellovaco pag. 274. & in vett. Conſuetudinibus municipalib. Pariſienſi art. 51. Perticenſi cap. 16. art. 5. 6. Carnotenſi art. 17. 48. & Bleſenſi art. 12. ubi iidem ſunt qui vaſſali. Cum ſervientibus junguntur in Charta Communiæ S. Quintini an. 1195. *Si Vavaſſor aut ſerviens burgenſi catallum debeat*, &c. cum *gregariis militibus*, apud Wipponem de Vita Chunradi Salici Imp. p. 440. *Conjuraverant enim omnes Valvaſores Italiæ & gregarii milites contra dominos ſuos, & omnes minores contra majores*, &c. De ejuſmodi Vavaſſoribus intelligendus videtur Will. Tyrius lib. 22. cap. 22. & Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 11. extremo: *Ad hanc formam reduxere negotium, ut datis obſidibus 20. Valvaſſoribus*, &c. ut & Otto Friſingenſis lib. 1. de Geſt. Friderici I. cap. 3. de Guiſcardo: *Robertus iſte ex mediocri ſtirpe in Normannia, ex eorum ordine, quos Vavaſſores vulgò illi dicere ſolent, — editus.*

Sed nondum planè mihi perſpectum fateor, cur *Veteranorum* nomenclatura *Vavaſſores* donet Lambertus Ardenſis p. 51. *Factum eſt autem ut liber quidam Veteranus, ſive Vavaſſorius, nomine Willelmus de Becherdis, Vavaſſoriſſam quandam de Fielnis ſimiliter liberam, nomine Havidem, duceret in uxorem.* Idem pag. 105. *Magnanimus quidam Veteranus, ſive Vavaſſorius, qui ab Ardenſibus in parte originem traxit, & qui tunc temporis Fielnenſibus præerat, & qui principabatur*, &c. Et pag. 171. *Et multis Eccleſiaſticis perſonis, & Laicalibus Ardenſis oppidi Paribus & Veteranis*, &c. Ubi *vavaſſoribus* iſtis *Fielnenſibus*, opponit *Nobiles de Tingry*, quorum prædium, Principatus dignitate hodie illuſtre, in eandem Fiennenſem familiam poſtmodum tranſiit: adeo ut *Nobiles* à *vavaſſoribus* videatur diſtinxiſſe.

Vavaſſores interdum appellati generatim vaſſalli omnes, præſertim apud Poëtas noſtrates. *Le Roman de Garin:*

Les Vavaſſors fet del païs venir,
La fiancé en prant li Dus Garin.

Le Roman de Girard de Vienne MS.

Karlon li Rois ni fiſt plain demorer,
A Conſeil à la Ducheiſe apelée.
Dame, fait-il, il nia meſter celée

Se il vos plaiſt, & il bien vos agrée;
Je vos prendras à moiller eſpoſée.
La dame l'ot, toſt en fu treſpaſſée,
Sire, fait elle, or m'avez vos gabée;
Ne doit nul Rois, c'eſt verité provée,
La Vavaſſore prendre de ſa contrée,
Fille de Roi vos doit eſtre donnée,
Ou autre Dame de mult grant renomée.

Le Roman de la priſe de Jeruſalem par Titus MS.

Li Prince, & li Demaine, & li bon Vavaſeur.

Le Roman de Vaces MS.

Moult y ont pris Barons & Vavaſſeurs aſſés.

Vide Conſuetud. villæ *de Linieres* in Biturigib. art. 1. 5. &c. apud Thomaſſerium.

Vavaſoria definitur *minus feudum*, à Bractono lib. 2. cap. 39. n. 6. ad diſcrimen Baroniarum *quæ caput habent*. Pro *Medietaria* ſumitur in Tabulario S. Martini Sagienſi albo f. 135. in Charta an. 1202. cujus titulus concipitur de *Metearia*. In Chartis verò Conchenſis Monaſterii promiſcuè pro *tenemento* uſurpatur. *Feudum unius Vavaſoris*, in Monaſtico Anglicano to. 1. pag. 570. *Terra unius Vavaſoris*, apud Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 583. Charta Radulfi Abbatis Fiſcanenſis in Tabulario Fiſcan. fol. 30. *Conceſſimus Hugoni de Paluel Presbytero Vavaſoriam unam quam Lambertus Presbyter de Palvel tenuit, — reddendo — 5. ſolidos communis monetæ pro ſervitio, cum omnibus aliis reditibus & ſervitiis quæ Vavaſoria debet.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 977. *Exceptis duabus Vavaſoriis*, &c. Areſtum an. 1275. *Omnes verò aliæ terræ ubicunque ſint ſitæ, ſive ſint Baroniæ, ſive Caſtellaniæ, ſive Vavaſoriæ, inter dictas ſorores æqualiter dividantur.*

Vavaſeria, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 775.

Wavaſaria in eod. Monaſt. to. 2. p. 193. & in Chartis aliis apud Seldenum de Titulis honorariis pag. 626. 2. edit.

Vavaſſoriarum aliæ ſunt *villanæ*, ſeu tenementis *villanis* accenſentur: aliæ ſunt *liberæ* ſeu *francæ*. *Vavaſoriarum* prioris generis meminit vetus Conſuetudo Normanniæ c. 26. poſterioris cap. 34. ubi duplicem feudatorum ordinem ſtatuit; quorum primus eorum eſt quos *Dominos capitales* vocat: alter eorum qui iſtis ſubſunt, de quibus hæc habet: *Les fiefs de pardeſſous ſont qui deſcendent des fiefs chevels, & ſont ſoubmis à eux, ſi comme les Vavaſſouries, qui ſont tenuës par ſommage & par ſervice de cheval, & les autres fiefs qui ſont tenues par acres du chef Seigneur.* Ubi vetus Interpres: *Et par ce mot Vavaſſouries, ſont entenduës les maſures & les aiſneſſes villainement tenues, & ſont communement appellés Vavaſſouries, & Vaſſaux, & les autres ſont appellez Vavaſſeurs.*

Vavaſſoria franca, ſeu libera, eſt quam tenent ii qui tenent *libera tenementa*, de quibus ſupra: *habent* autem *Vavaſſores qui liberas terras tenent, placita quæ ad wytam vel weram pertinent ſuper ſuos homines & in ſuo, & ſuper aliorum homines, ſi in forisfaciendo retenti vel gravati fuerint*, ut eſt in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 27. in quibus etiam *Curia vavaſſoris* mentio fit cap. 26. Charta S. Ludovici Regis in 30. Regeſto Archivi Regii ch. 394. *Decano & Capitulo* (Lexovienſi) *conceſſimus ut in terra noſtra poſſint acquirere in iis quæ non tenentur per membrum loricæ, per francas vavaſſorias, aut francas ſerjantias, vel etiam de Ducatu Normanniæ*, &c. In 1. Regeſto homagiorum Cameræ Comput. Pariſienſ. *Richardus de Wideville* agnoſcit tenere ſe à Rege terram *de Daugu* in Normannia in Vicecomitatu Giſorcienſi, *par une franche vavaſſorie*, 6. Janu. 1451. Vide Feoda Normanniæ poſt Ordericum Vital. pag. 1047.

Valvaſini, Minimi valvaſores, quo nomine, inquit Zazius in Tract. de Feud. part. 5. §. 28. *intelliguntur privatæ perſonæ, pagani & cives, qui in plebe paulo nominatiores ſunt.* Lib. 2. de Feudis tit. 10. *Is Capitaneus appellatur, qui propriè Valvaſſor major appellabatur: qui verò à Capitaneis antiquitus beneficium tenent, Valvaſores ſunt. Qui autem à valvaſoribus feudum, quod à Capitaneis tenent, ſimiliter acceperint, Valvaſini, id eſt minores valvaſores appellantur, qui antiquo quidem uſu conſuetudinem feudi nullam habebant. Valvaſore enim ſine filio mortuo, feudum quod valvaſori minori dederat, ad Capitaneum revertebatur. Sed hodie eodem jure utuntur in Curia Mediolanenſi, quo & valvaſores.* Vide ibi Cujacium, & cæteros interpretes.

Jam verò undè *vavaſorum* vox orta, etſi non omninò conſtet, vix tamen probatam iri Bractonis allatam ſupra ſententiam putem: ut & Zazii & aliorum, qui ſic dictos volunt, quod ad *valvas* dominorum ſtarent, ad eorum juſſa parati. Certè longè videtur probabilius à *vaſſis* etymon deducendum; ut *vavaſſores* iidem fuerint qui *vaſſi dominici*, qui non unius erant ordinis, cum alii majoris eſſent, inferioris alii: quod ſanè ipſum ſatis nomen & munus indicant.

VAUCA. Vide *Banca*.

UBANTUS. Vide *Wantus*.

UBERTUOSUS, *Uber*, *abundans*. Joan. de Janua.

UBIA. Charta Raimundi Comitis S. Ægidii an. 1184. in Bibliotheca Sebuſian. cent. 1. cap. 50. *Et in leda de mercato medietas cribrorum, & medietas illorum, excepta leda lumborum & linguarum, & excepta leda ubiarum, & omnium fructuum quæ ad ſextarium non vadunt, quæ propria eſt Monachorum*, &c. Fortè *obliarum*. Vide in hac voce.

UBIVIS, pro *ubicumque*, occurrit in vita S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis pag. 100.

UBLADA, *Ublia*, Vide *Oblata*.

UCCUS, Clamor inconditus, Gallicis ſcriptoribus medii ævi, *Hus*, unde Galli *Hucher*, Picardi *Huquer* dicunt, pro aliquem majori voce vocare, appellare. Formulæ vett. ſecundùm Leg. Roman. c. 30. *Ille judex veniens in loco illo, ſub die illo, unà cum bonis hominibus ad locum acceſſionis, ubi aliquis homo nomine ille quondam interfectus jacebat; requirens pro qua re interfectus fuiſſet; ſed venientes homines ibi commanentes, qui in initio litis ibidem fuerunt, vel qui ad ipſos uccos concurrerint, qualiter jamdictus homo ibidem interfectus fuit, taliter teſtimonium prabuerunt*, &c. Vide *Huesium*.

UCHA, Præſtationis ſpecies. Charta Willelmi Ducis Aquitan. ex Tabulario S. Cypriani Pictav. *Dono & concedo — omnes conſuetudines meas quæ erant in obedientia nomine Exoletia; videlicet Præpoſituram & bannum, & ucham, & expallum, & biannum, & friſcingam, & pullos, & anſeres, & annonam*, &c. Vide *Olca*.

UCTARE. Chartæ MS. exarata Papiæ an. 1179. *Et non debent uctare aliquem prædictorum locorum garnitum vel ſcaritum.* Occurrit rurſum infra.

UDO, Calceamentum laneum, vel ex pilis hircinis, Martiali lib. 14. Epigr. 140. dicitur, quod aliis *Odo*. Donatio Conſtantini M. in lectionibus variis ad Anaſtaſium Biblioth. pag. 255. edit. Reg. *Et ut ampliſſimè Pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, ut Clerici S. R. Eccleſiæ mappulis & linteaminibus, id eſt candidiſſimo colore decoratis equos equitent: & ſicut noſter Senatus calciamentis utitur cum udonibus, id eſt candido linteamine illuſtrentur, & ita cæleſtia ſicut terrena ad laudem Dei decorentur.* Ubi Græca σινδόνι λευκῷ διὰ ὀδόνων. Vide Salmaſium ad Lampridium pag. 221.

Eandem vocem uſurpant ſcriptores recentioris ævi, pro equi ſtragulo coactili. Gloſſæ Gr. Lat. ἐφεστρίς, *Udo*. Bulla Paſchalis II. PP. an. 1217. apud Ughell. in Papienſ. Epiſcop. *Tam tibi quàm tuis ſucceſſoribus concedimus in proceſſione palmarum, & feria ſecunda poſt Paſcha equum album equitare udone coopertum*, &c.

UDWORNYCK, *Udwornici*, unius ſeſſionis nobiles: Aulici, & eis quiddam obligati, inquit Sambucus. S. Stephanus Rex Hungariæ lib. 2. Decret. cap. 55. *Si quis illorum qui vulgò Udwornyck vocantur, furtum commiſerit, lege liberorum dijudicetur. Wdwornyck*, dicuntur in Decretis S. Ladiſlai Regis Hungariæ lib. 3. cap. 5. *Villa libera ac etiam Udwornicales villæ*, in Decretis Ludovici Regis Hungar. cap. 5. quæ ad *Udwornicos* ſpectant.

VECIACUM, Præſtatio ex *vicia*. Vide *Meſtivarius*.

VECORIN, Papiæ, *viam anteſtare*. Vox Longobardica.

Lex Longob. lib. 1. tit. 36. §. 4. *Si ſervus Regis oberos.*
aut vecorin, ſeu mertworpma, aut quamlibet talem cul-
pam, vel minorem fecerit, &c.

Vecticularius, *Qui veſtes vendit. Dicitur etiam ra-*
pinoſus, ſicut dicimus aliquem vitam veſticulariam age-
re, qui furto & rapinis intendit. Jo. de Janua.

Vectigalia, Vecturæ, Gall. *Voitures.* Concilium Bi-
turicenſe an. 1031. cap. 15. *Ut in die Dominica veſti-*
galia non fiant, quod Carregium vel Sagmegium dici-
tur.

Vectigaliarii, qui vectigalia colligunt, apud Jul.
Firmicum lib. 3. c. 13. *Erunt enim aut Publicani, aut*
Veſtigaliarii, aut Curioſi.

Vectis, Veretrum. Lex Angliorum tit. 5. §. 7. *Si libero*
(teſticulos evulſerit) *centum ſol. componat, vel juret ut*
ſuperius: ſi veſtem, ſimiliter. Lex Longob. lib. 1. tit. 7.
§. 18. habet hoc loco *ſi virgam abſciderit*, &c. Vide
Haſta.

Vectorium, *Inſtrumentum quo aliquid portatur*, Ugu-
tioni. Feretrum, in Vita S. Urbani Episc. Lingonenſis
n. 8. de Feretro S. Urbani: *Quocumque greſſum conver-*
to, ſemper ſubſequitur me iſtud fulgens vectorium.

Vectura, in Gloſſ. Lat. Gr. φόρητρον, ναῦλον. Alibi:
ναῦλον, *navis vectura, naulum.* Nempe merces quæ pro
vectione datur naviculario: Joanni de Janua: *Naulum,*
pretium quod datur pro portatura. Plautus Moſtell.

Tres minas pro iſtis duobus præter vecturam dedi.

Vecturas corpore ſuo factitare, pro βαστάζειν, dixit Gellius
lib. 5. c. 3.

Vecturalis, Mulio, ex Italico *Vetturale, colui che gui-*
da beſtia de ſoma. Proceſſus de Vita S. Thomæ Aqu. n.
9. *Contigit inde tranſire vecturalem cum ſardis.*

Vedalarii, à *veder*, Hiſp. *Vetare*, qui *vetatis*, invi-
gilant. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de Paſ-
cuis, §. 5. *Si vedalarii viderint oves in vetato, & ante-*
quam eas capiant extraxerint inde, non poſſunt aliquam de-
collare extra vetatum.

Vedetium. Vetus Charta exarata an. 23. Caroli C. apud
Catellum in Comitibus Toloſanis pag. 69. *Villam, cu-*
jus vocabulum eſt Vaber, cum omni integritate & vedotio
ſimiliter biarcio, &c.

Vegæ, Hiſpanis *valles, planitie commoda*, apud Roderi-
cum Toletanum lib. 1. de Reb. Hiſpan. c. 5.

Veges, Vas vinarium, modius, dolium: Italis *Veggia.*
Vita S. Joannis Epiſcopi Tragur. *De tanta paucitate*
uvarum tres majores jam replevimus vegetes. Vita S.
Andreæ de Galeranis: *Ivit ad vegetem, & facto ſigno*
Crucis hauſit abunde, vegete repleta divinitus. Bondel-
montius in Deſcript. CP. *Vinea pro qualibet in centrium*
vel quatuor vegetum vini creſcit. Domnizo lib. 1. de Vi-
ta Matildis cap. 13.

Imperat argenti vegetem ſubito fabricari.

Bulla Alexandri PP. an. 1179. apud Ughellum to. 8.
Sexaginta ſaumas puri vini per annum, cum vegetibus
in quibus poſſit reponi. Vide eundem to. 6. pag. 646.
Epiſtola Siculorum ad Martinum IV. PP. ex Chron.
MS. Agrigentinæ Eccl. *Nec eſt ſub ſilentio contegenda*
nefanda malignitas pincernarum, qui ſub prætextu unius
vegetis de falerno. — omnes cives & cauponarios affige-
bant, vinum univerſarum cauponarum, videlicet vegetes
ſigillantes ſub certa pœna, &c. Vide Ottonem Mure-
nam p. 49. Petrum Mariam Campum in Regeſto 2.
part. Hiſt Placentinæ p. 361. 364. 373. Petrum Creſ-
centium de Agricult. lib. 5. extremo, præterea Mena-
gium & Ferrarium in *Vegghia.*

Veggiola. Doliolum, apud eundem Campum in Regeſto
to. 3. pag. 264. *Veziola vini*, apud eundem lib. 15. p.
76.

Vegeticulus, eadem notione, in Chronico Anconitano
apud Julianum Saracenum in Hiſt. Marcæ Anconit.
p. 139.

Vegetamen, Vegetatio, motus. Occurrit apud Pru-
dentium.

Vegitare, Fovere, alere. Concilium Turon. III. c.
36. *Ut unuſquiſque — ad ſe pertinentes inopes alere ac*
vegetare ſtudeat. Lex Wiſigoth lib. 11. tit. 3. §. 4. *Si*
quis tranſmarinus negotiator mercenarium de ſedibus no-
ſtris pro vegetando commercio ſuo ſuſceperit, &c. Vide l.
1. C. de Cuſtod. reor.

Vegetatio. Breviarium Aquenſis Eccleſiæ in Provin-
cia: *B. Maria Magdalena Maximino ſociata tunc iter*
uſque ad mare direxerunt, aſcendentes navem proſpero cur-
ſu pervenerunt Maſſiliam, ibique vegetationem navis re-
linquentes, Domino annuente, Aquenſem aggreſſi ſunt Ci-
vitatum.

Vegetum. Lex Bajwar. tit. 21. cap. 6. *Si verò de minu-*
tis ſilvis de Wic, vel quacunque Kancio vegetum recide-
rit, cum ſolido & ſimili componat. Editio Heroldi: *Vel*
quacunque Kaneovicton reciderit. Et cap. ſeq. *Si amplior*
fuerit numerus vegetorum, non cogatur componere niſi re-
ſtituere cum ſimil & ſacramento. Edit. Heroldi, & Baluz.
Si ampliùs fuerit numerus vegitarum, &c.

Vegius, *Vegiatura.* Lex Burgund tit. 16. de Inquirendis
animalibus, §. 3. *Si verò vegius extiterit, & vegiaturas*
(Herold. *vigaturas, vias*) *acceperit, & is cui indicat in-*
venire non potuerit, furtum quod ſe perdere mentiebatur,
diſſolvat in ſimplum. Edit. Heroldi: *Furtum quod pro-*
dere mentitur, in ſimplo ſolvat. Additament. 1. tit. 8. *Qui-*
cunque mancipium, caballum, — perdiderit, donet ve-
gio pro mancipio ſolidos 5. pro equa ſol. 2. &c. Ubi qui-
dam *Vegios*, hariolos, vates, ac divinos fuiſſe aiunt,
quos Saxones viᵹilepe. Germani *Wiclers* vocant: unde
piᵹlian, hariolari. Furto enim ſubreptis mancipiis vel
animalibus, hos conſulebant, ut ubinam eſſent edoce-
rentur, cujus indicinæ pretium *vegiaturam* vocabant.
Alii à peᵹ, vel pæᵹ Saxonico, quod *v am* ſonat, de-
ducunt, ut *vegii* fuerint qui pecudum veſtigia indica-
bant.

Veglones, *Vegliones.* Charta Ariberti Archiepiſcopi
Mediolanenſis, apud Puricellum in Monumentis Am-
broſianæ Baſilicæ pag. 369. *Ad ſubdiaconos de ipſo or-*
dine dent ſolidos 12. ad Notarios ſol. 5. ad Preſbyteros
Decumanorum ordine libras 4. & dimid. ad lectores ſol. 5.
ad cuſtodes ſol. 4. ad veglones den. 40. ad ſcriptanes ma-
jores & minores quod ſunt breves quinque. Occurrunt ea-
dem verba infra p. 470. & 482. Charta an. 1100. apud
Ughellum in Archiep Mediolanenſib. pag. 171. *Finito*
autem officio, religioſè & honorificè ſuſcipiant majores tres
ſolidos ex obedientia munere, 12. denarios accipiant cum
veglionibus cuſtodes, duos item denarios habeat qui cru-
cem bajulaverit auream, &c. Idem Puricellus pag. 97.
ait ita etiamnum appellari Mediolani utriuſque ſexus ſe-
nes, (unde vocis etymon, à *Veglione* Ital.) indumen-
ta ſuimet ſtatus & officii propria geſtantes, qui quidem
proceſſibus Eccleſiaſticis cum cruce intereſſe ſolent.
Senes nudè dicuntur in Charta alia p. 428.

Vegri, Agri inculti, qui noſtris *Vareits*, ſeu *Guerets.*
Vide in hac voce. Statuta Patavina Rubr. 36. *Beccarii*
poſſint tenere & paſcere in vegris, intelligendo quod illa
terra ſint vegra, quæ non ſint laborata, & quæ non fue-
rint culta per tres annos proximè elapſos cum aratro.

Vehementescere. Ingraveſcere. Cælius Aurelianus
lib. 1. Chron. cap. 2. *Vehementeſcit autem hæc paſſio in*
hyeme, &c.

Vehiculus, *Vehiculum*, Equus, à vehendo dictus: no-
ſtris, *Voiture.* Hiſtoria Tranſlat. S. Fauſtæ Virg. n. 7.
Nam vehiculus, qui eum ferre debuerat, cum illis qui pri-
mitus vadum tranſierant, fortuitu vacuus, neminem in dor-
ſo ſuo ferens tranſmeaverat. Jonas in Vita S. Attalæ Ab-
bat. Bobienſ. n. 8. *Vehicula quiete fovet, libros ligami-*
nibus firmat. Vita S. Lupi Epiſc. Cabilon. n. 10. *Con-*
tigit quemdam pauperem advenire aſini vehiculo. Fortu-
natus in Vita S. Germani Pariſ. Epiſc. c. 22. *Cum*
equum neceſſarium ad ſellam beati viri donaſſet vehiculum.
Infra: *Sequenti die ſellarem de ſtabulo — retraxit em-*
ptor mortuum vehiculum. Occurrit apud eundem For-
tunatum in Vita S. Albini Epiſc. Andeg. Leonem Oſt.
lib. 3. c. 23, &c.

Vehiculum, Facultas ducendi currum per ſilvam, pro qua neſcio quid penſitabatur domino ſilvæ. Charta fundationis Abbatiæ S. Trinitatis Exaquienſis, apud Sammarthanos: *Ereſtam decimationem, infra parcum & extra illius foreſta, de paſnagiis, & de vehiculo, & de venatione, & de omnibus lucris quæ ibi facta ſunt, aut facienda erunt.*

VEHIGUAI. Ebrardus Betunienſis in Græciſmo cap. 24. de Interjectione:

Hocque ſcias nulla voce indiget expoſitiva,
Sed quidam dicunt vehi guai velut expoſitivè
Cum non exponant, linguaque fruantur eadem.

Ubi Metulinus ait *vehi guai* eſſe interjectiones blaſphemantis in lingua Hiſpana.

VEHTAT. Vide *Heimſuchung*.

VEHYARE dicuntur capræ. Ebrardus Betun. in Græciſmo c. 19. ubi animalium omnium voces ſic recenſet:

Drenſat olor, clingit anſer, crocitat quoque corvus,
Ac pardus fellit, vultur pulpat, leo rugit,
Ac onager mugilat, bos mugit, rana coaxat,
Vociferans barrit elephas, grilluſque minurrit,
Blatterat ac veſpertilio, ſtridunt hirundo,
Balat ovis, vehyat capra, ſed gallina gracillat,
Frendit aper, vulpes quoque gannit, rudit aſellus.
Hinnit equus, grunnit porcus, pipilat quoque muſus,
Sed catulus latrat, hinc murilegulusque catillat,
Eſt hominumque loqui, quod dictio prævalet omni.

VEHITURA, Vectura, *Voiture*. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Facit vehituram in lengas 30. aut ſe redimit den. 4.* Occurit ibi pluries.

VEL, ſæpe pro conjunctiva, *&*, uſurpatur apud ſcriptores ævi medii. Fortunatus in Vita S. Germani Pariſ. c. 35. *Debilitatem manuum vel pedum incurrit.* Id jam obſervatum à Jacobo Gotofredo in Gloſſ. ad Cod. Theodoſ. J. Chiffletio in Anaſtaſi Childerici cap. 7. & Marca lib. 4. de Concord. Sacerd. & Imper. cap. 5. lib. 6. cap. 24.

VELABER, *Venditor minutarum rerum*, Papiæ. Ugutio addit, *comeſtibilium in tali loco, vel quia eas velat.*

VELARIUM, Ugutioni, *Velum, & dicitur etiam ſic locus velo obumbratus, unde ſic dicebatur locus in theatro quo recipiebantur pueri poſt ludos, quia velum ante deportabant, ut eſſet ſecretior.* Vox Juvenali nota. βηλάριον, in inſcriptione Antipolitana 173.10. Willelmus Tyrius lib. 20. c. 25. *Dependebant ante Conſiſtorium velaria pretioſa materia*, &c. Ita etiam ejuſmodi *vela* ante Principum conſiſtoria vocat Achmes cap. 262. ἐὰν ἴδῃ ὁ βασιλεὺς ὅτι τὰ βηλάρια αὐτοῦ διαῤῥήγνυνται, ἀφήσει βασιλεὺς εἰς τὴν αἴγυπτον, καὶ εἰς τὰς χώρας αὐτῆς. Alypius Antiochenus in Deſcript. orbis c. 58. §. 1. *Ligna, æramentum, ferrum, picem, nec non verò linteamen pro velaria & funium uſu.* Id eſt ſupellectile, vel re velaria.

Velarius, Velorum confector, in veteri Inſcript. 599. 10.

VELENSIS; *Tunica quæ offertur ex Inſulis, dicta quod velis ſit apta*, Papiæ. In edito habetur, *ſit nota*.

VELKONES. Ephemerides Mon. S. Galli, 16. Kl. Decemb. *Eodem die dantur carnes, piſces, — ad unum ferculum dantur cuilibet domino duo velkones.*

VELLEUS, adject. à *vellus*. Aſconius in 2. Verrin. *Crumena vellea & ſcortea.*

VELOTHYRUM, Velum, & aulæum quod foribus prætenditur, quo diducto interior cubiculi pars pateſcit. Vox conflata ex Lat. *velum*, & Gr. θύρα, *porta*. Guillelmus Bibliothecarius in Stephano VI. PP. pag. 237. *Fecit etiam in eadem baſilica egregii Doctoris gentium belothera quatuor, ex quibus unum auro textum.* Infra: *Contulit in eadem Baſilica Apoſtolorum cortinam lineam unam, velothera ſerica tria in circuitu altaris.* Vide Deſcriptionem noſtram ædis Sophianæ n. 72.

VELTRAHUS. Vide *Canis*.

VELTRIS. Vide *Canis*.

VELUEL, *Veluſus*. Vide *Villoſus*.

VELUM, quo Principum, vel judicum conſeſſus ac cubiculorum veſtibula occludebantur, quod duplex fuiſſe ait Alamannus, ad Procop. pag 103. 1. edit. Primum nempe in primis ipſis & exterioribus cubiculis, quod *Conſiſtorium* vocabatur, à conſiſtente multitudine, & Principis audientiam præſtolante: ſecundum verò ad interius cubiculum. Id firmat Anaſtaſius Bibl. in S. Silverio PP. *Tunc fecit beatum Silverium Papam venire ad ſe in Palatium Pincis, & ad primum & ſecundum velum retinuit omnem clerum.* De velis Judicum, Acta S. Eupli Mart. apud Baron. an. 303. n. 146. *Cum eſſet extra velum Secretarii Euplius Diaconus*, &c. Acta SS. Claudii & Aſterii Mart. apud eundem Baron. an. 285. n. 8. *Lyſias ingreſſus, obduxit velum, & poſt exiens ex tabella recitavit ſententiam. Levato velo*, cauſas ſubmerſarum navium cognoſci præcipit l. 6. Cod. Th. de Naufragiis. *Non ſit venale judicis velum*, in l. 1. Cod. C. de Offic. Rect. Prov. Hinc Κατὰ τὸ βῆλον dicti apud Byzantios judices quidam, de quibus alibi agimus. Collatio Carthaginenſis II. c. 1. *Pro velo ſunt utriuſque partis Epiſcopi, ſi ubet Sublimitas tua, intromittentur.* Sexta Synodus act. 9. Εἰσῆλθον μετὰ τὸ βῆλον Πέτρος ἐλεημοσυνάριος, Στέφανος καὶ ... Synodus Romana ſub Zacharia ſeſſ. 2. *Denardus religioſiſſimus Presbyter adeſt pro velo, quid præcipitis? dictum eſt, ingrediatur.* In tertia ſeſſione habetur, *præſto eſt pro foribus*, ubi de eodem Deneardo. Auctor Queroli: *Iſti ſunt qui in fanis & ſacellis obſervant vela.* De Principum velis, Lampridius in Severo: *Cum amicis tam familiariter vixit, ut — ſalutaretur quaſi unus de Senatoribus patente velo, admiſſionalibus remotis.* Lucifer Calaritan. lib. Moriendum eſſe pro Dei filio: *In tuo Palatio intra velum ſtans tuliſti reſponſum à me ad conſervandam ſalutem.*

Vela, dicta ædium ſacrarum aulæa, quibus *velantur* parietes ipſi, vel etiam ipſi poſtes. Will. Brito in Vocabul.

Velum cortina, velum tectura vocatur,
Templi etiam velo fore dicitur ejus origo.

Paulinus Carm. 18.

Aurea nunc niveis ornantur limina velis.

Anaſtaſius in Leone III. *Fecit vela alba holoſerica majora tria, quæ pendent ante regias in introitu.* Ita non ſemel alibi. Ejuſmodi etiam velorum meminit S. Hieronymus Epiſt. 3. Epiſt. 60. c. 5. Gregorius M. lib. 2. Epiſt. 14. lib. 8. Epiſt. 15 lib. 9. Epiſt. 58. &c. ut cæteros mittam, quos laudat Roſweidus ad eundem Paulinum.

Velum, inquit Durandus lib. 2. Ration. c. 1. n. 45. aliud eſt *Converſionis*, aliud *Conſecrationis*, aliud *Profeſſionis*, aliud *Ordinationis*, aliud *Prælationis*.

Velum Converſionis accipit illa, quæ de ſeculari vita ad Religionem tranſiens, illud aſſumit. De ejuſmodi velis virginum Deo dicatarum agunt S. Auguſtinus Epiſt. 179. Concil. Cæſar-Auguſt. XII. c. 8. Agathenſe c. 19. Gelaſius I. Ep. 9. Honorius Auguſt. lib. 1. cap. 192. Capitul. Aquiſgran. an. 789. c. 45. Cellotius lib. 6. de Hierarch. c. 11. & alii.

Velum Conſecrationis à ſolis Epiſcopis ſolis virginibus, & ſolùm in feſtivis & dominicis diebus datur. *Flammeum virginale.* S. Hieronymo in Epiſt. 8. ad Demetriadem. Vide Addit. 2. Ludov. Pii c. 12. 14. Sacramentar. Gregorii M. pag. 174. 175. & ibi Menardum, & Baronium an. 57. n. 84. & ſeqq.

Velum Profeſſionis ſuſcipitur à virgine, cùm continentiam profitetur. Datur verò illud cum benedictione ſolenni & cum litania. Vide S. Hieronymum Epiſt. 48. cap. 3. Concil. Turon. III. c. 28. Addit. 2. Ludovici Pii c. 12. &c.

Velum Ordinationis, quod olim Diaconiſſæ dabatur, ſeu viduæ: *Diaconiſſas* enim & *viduas* eaſdem eſſe ſuis locis docemus: de quarum velo multa habent Concilia, Africanum c. 89. Triburienſe c. 25. Turonenſe III. c. 27. Wormacienſe cap. 21. Capit. Caroli M. lib. 1. c. 101. lib. 7. cap. 257. Additio 2. Ludovici Pii c. 11. 14. 15. &c.

Velum Prælationis, quod Abbatiſſis imponitur.

Velum Monachorum, quo velabantur cùm benedicebantur. Capitula Theodori Cantuar. Epiſc. c. 2. *In Monachorum ordinationibus Abbas debet Miſſam agere, & tres orationes complere ſuper caput ejus. & ſeptem dies velat caput ſuum cuculla ſua, & ſeptimo die Abbas tollat velamen de capite Monachorum: ſicut in Baptiſmo Presbyter ſeptimo die velamen infantium abſtollit, ita & Abbas debet Monacho, quia ſecundum baptiſma eſt, juxta judicium Patrum, & omnia peccata dimittuntur, ſicut in Baptiſmo.* Additio 1. Ludovici Pii ad Capit. Caroli M. c. 35. *Ut Monachus profeſſione facta, tribus diebus cuculla coopertum habeat caput.*

Velum in Eccleſia triplex ſuſpenditur, primum quod ſacra operit, alterum quod ſacrarium à clero dividit, tertium quod clerum à populo ſecernit. Ita Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 35. De poſtremo velo, Sacramentarium Gregorii M. pag. 156. *Deinde pergant ad altare ubi condendæ ſunt* (reliquiæ.) *& extenſo velo inter eos & populum*, &c. Charta Ordonii Regis æræ 960. apud Anton. *de Yepez* in Chron. Ordinis S. Benedicti to. 3. *Veſtimenta altaris, frontales, pallas, velos principales qui inter veſtibulum & altare dependent*, &c. Alia Urracæ Ferdinandi Regis filiæ, æræ 1137. apud eundem to. 4. pag. 450. *Offero quoque unum velum ante altare ponendum aureo & argenteo friſo* (phrygio) *mirificè textum, adjicio alterum velum ante altare apponendum*, &c.

Velum Quadrageſimale, quo ſcilicet altaris conſpectus auferetur, dum ſacra Liturgia peragitur tempore Quadrageſimæ. Provinciale Cantuarienſe lib. 3. tit. 17. *Pixidem pro corpore Chriſti, honeſtum velum Quadrageſimale, vexilla pro rogationibus*, &c. Synodus Exonienſis an. 1287. c. 12. *Item ad quodlibet altare cum contigerit Miſſam inibi celebrari, ſint ſuperpelliceæ duo, & unum Rochetum: velum Quadrageſimale, velum nuptiale, palla mortuorum, frontellum ad quodlibet altare*, &c. Adde Synodum Wigornienſem an. 1240. c. 1. Statuta Walteri Archiep. Eborac. an. 1250. Concil. Mertonenſe an. 1300. Concil. Eboracenſe an. 1252. Statuta Joannis Archiep. Cantuar. an. 1281. Monaſtic. Anglic. to. 3. p. 176. &c.

Extra velum, mulierum confeſſiones, & in propatulo audiri vetantur in Concilio Sariſberienſi an. 1217. c. 25. & in Statutis Provincialib. S. Edmundi Archiep. Cantuar. an. 1235. c. 17. In Provinciali Cantuarienſi lib. 5. tit. 16. *quantum ad viſum, non quantum ad auditum.* Contra S. Hugo Epiſcopus Gratianopolitanus apud Guigonem in ejus vita n. 14. *mulierum Confeſſiones non minus caute, quam benigne ſuſcipiebat: non enim in angulis, aut obſcuris, aut ſecretis locis, eas audire ſolitus erat, ſed potius ubi à pluribus conſpici poſſet, & aurem quidem ſatis familiariter applicabat, oculorum autem in alteram partem vertebat aſpectum: auditum ſolum propter inſidias diaboli, hujuſmodi negotiis aſſerens applicandum.*

Velum Circi. Vide *Mappa*.

Velvones, Vectigalis genus apud Siculos. Vocabulum extat in Charta Rogerii Regis Siciliæ pro Meſſanenſibus apud Bonfilium Conſtantium in Hiſtor. Sicula pag. 188.

Venabulator, rudè, in Gloſſ. Arabico-Lat. qui venabulo utitur, venator.

Venalis, Spiculum venatorium, venabulum. Vita S. Samſonis Epiſc. Dolenſ. lib. 1. c. 16. in Actis SS. Ord. S. Bened. *Vidit Theomachum — venalem in manu tenentem, ac ſilvas veloci curſu volucritatem.* Adde cap. 27. At c. 29. *Triſulca lancea* dicitur.

Venapes. Vide *Galnapes*.

Venaria, Animalia quæ in ſilvis venatu capiuntur, ex Gallico *Venerie*. Leges Kanuti Regis c. 108. & Leges Edwardi Confeſſ. c. 39. *Et omnis ſit venatione ſua dignus in nemore, in campo, in dominio ſuo, & abſtineat ab omnibus venariis Regis, ubicumque pacem eis habere voluerit ſuper plenam witam & foriſfacturam.*

Venaticum, inter tributa recenſetur in Charta Lotharii Imp. an. 840. apud Chiffletium in Trenorchio p. 265.

Venatio, Jus venandi. Charta Friderici I. Imp. an. 1175. apud Guichenonum in Epiſcopis Bellicenſib. *Ripaticum, aquaticum, paſcua, piſcationes, venationes, ſilvas*, &c. Vide Juſtellum in Hiſt. Turenenſi pag. 103.

Venatio, Ferina, feræ ipſæ quæ inter venandum capiuntur aut interficiuntur: Gallis *Venaiſon*. Charta Ottonis Comitis Viromandenſis, apud Hemeræum in Auguſta Viromand. an. 1025. *Eo tenore ut bannum & latronem, cervicias, carrucarias, ſilvæ haias ad capiendam venationem ulterius non perſolvant, niſi unum denarium, & unum panem, & unum ſextarium avenæ.* Matthæus Paris an. 1235. *Sicut Rex Henricus fecerat qui ſingulis annis eos implacitaverat, ſi vel venationem cepiſſent in ſilvis propriis*, &c. Charta Joannis Regis Angl. pro foreſtis an. 1215. *Nullus de cætero amittat vitam vel membra pro venatione noſtra: ſed ſi aliquis captus fuerit & convictus de captione venationis, graviter redimatur, ſi habeat unde redimi poſſit.* Vitæ Abbat. S. Albani: *Obviam habuit quemdam miniſtrum Domini Abbatis, — ferentem venationem, quam pro xenio idem ſerviens — afferebat.* Ita apud Bromptonum pag. 803. 1024. Vita S. Fructuoſi Archiep. Bracarenſis n. 4. *Cum eum vidiſſet ſuper unum rupis gradum in oratione proſtratum, exiſtimans in rupe eſſe venationem, tetendit arcum*, &c. *Le Roman de Vacces* MS.

Mout aura grant planté de char & de poiſſon,
De ſangliers, de cers, & autre venoiſon.

Venationes, Exactiones. Charta Caroli III. Imp. apud Cœleſtinum & Ughellum in Epiſcop. Bergomenſib. *Et quia ipſe Præſul — noſtra innotuit Manſuetudini, quod quædam venationes publicæ ex injuſta & contra omnes leges inventa conſuetudine in quibuſdam Comitatibus vel miniſteriis publicis à noſtris exactoribus annuatim exquirantur*, &c. Mox: *Jubemus, ut nullus ſub regno noſtro conſtitutus — in quibuſcunque comitatibus vel miniſteriis publicis ullas hujuſcemodi exactiones aut alias quaſlibet annuales donationes exigere — audeat*, &c. Eadem habentur in Charta Ludovici Imp. an. 901. ibid. Vide *Arbuſtaria*.

Venatores quatuor principales olim fuere in Palatio Regum Francicorum, ut eſt apud Hincmarum de Ordine Palatii cap. 16. & 24. *Maiſtre Veneur de noſtre venerie qui de ſon droit doit eſtre maiſtre de nos foreſts*, in Statuto Caroli V. Regis Fr. an. 1375. Vide Chartam Henrici Imp. an. 1014. apud Ughellum to. 4. pag. 1008.

Venatorium, *Ferratorium, vel ferramentum, vel locus venandi*, Ugutioni. Papias: *Venatorium dicimus ferramentum: venaticum vero canem.*

Venatorium exercitium. Eginhardi Annales an. 819. *Venatorio quoque exercitio more ſolemni ibidem* (in Arduenna) *exacto, — revertitur.* Vide Vitam Lud. Pii an. 831. & quæ adnotamus in v. *Foreſte*.

Venda, *Venta, Vendita, Vendida, Venditura*, Teloneum quod præſtatur pro quibuſvis mercibus quæ in foris ac nundinis venduntur.

Venda. Tabularium Angeriacenſe fol. 62. *Illic etiam guerpivit querimoniam, quam faciebat de venda S. Joannis. Nam priùs dicebat debere ſibi reddi vendam ab omnibus quicunque & undecunque veniſſent ad mercatum, ſive ad nundinas*, &c. Tabularium Burgulienſe: *Pro incendio, pro teloneo, id eſt venda*, &c. Charta an. 1092. apud Beſlium pag. 496. *Terram ante ipſam Eccleſiam poſitam ad burgum faciendum, in quo nec vendam, nec pedagium, nec aliquam conſuetudinem retinemus: ſed ita liberè & abſolutè donamus, ut ſi habitatores ipſius pagi ad caſtrum res ſuas vendere perrexerint, venditio tantum conſuetudinaria ab eis accipiatur, & nulla vis alia, vel injuria, vel tolta inferatur.* Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus fol. 24. *De burgo Monachorum die mercatus Comitis, vel die feria, omnis venda vel conſuetudo hominum Monachorum erit Comitis.* Conſuetudo Municipal. Bellaici in Pictonibus in Regeſto Inculiſm. *Comes habet Bellaici vendas & pedagium, & qui retinu-*

rit, de gagio debet 4. ſol. ſed Miles non debet pedagium neque vendas.

Venta. Charta Iſenberti Pictavenſis Epiſcopi an. 1060. apud Chifletium in Hiſt. Trenorchienſi pag. 320. *Ventas etiam, quas Teloneum dicunt, de diverſis quibuſlibet rebus, ſingulis dominicis diebus, à primo ſigno quo veſpertina diei Sabbati pulſatur hora, uſque ad finem ſequentis dominici diei, & eo modo per ſingulas B. Petri feſtivitates, & ante feſtivitatem B. Johannis Baptiſtæ, die qua Mercurii nuncupatur, ſupradictis Monachis liberaliter valde contradidit.* Alia Guidonis Dom. Virgiaci an. 1169. *Simul etiam hoc conceſſimus, ut nunquam in terra mea alicubi ab ipſis fratribus Ciſtercienſibus venta vel pedagium, aut aliqua conſuetudo, quæ à ſæcularibus ſolent accipi, requirantur.* Vide Hiſt. Virgiacenſem p. 78. & Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 58.

Vendita. Formulæ veteres incerti autoris cap. 45. *Nullus quilibet de judiciaria poteſtate veſtra, nec Miſſus noſter nulla telonea, nec nullas venditas, nec rodaticum, nec foraticum, nec pontaticum; & ſicut dixi, nullus quelibet telonea nec venditas ejus in nullo exactare præſumatis.*

Vendida. Pactum inter Raimundum-Guillelmi Epiſcopum Nemauſenſem & fratrem ejus Bernardum-Guillelmi ex una parte, & Guillelmum D. Montiſpeſſulani ex altera an. 1103. 9. Kl. Febr. *Ab hac die in antea non erit factus furnus in toto Monte peſſulano, nec in domo nec in terra, in qua Dominus Montiſpeſſulani habet cenſum vel vendidam ſine conſilio Domini Montiſpeſſulani.*

Venditura. Charta Alani Epiſcopi Autiſſiodorenſis apud Sammarthanos: *Si beſtia vel aliquid ibi venditur, venditura ſunt Epiſcopi à duodecim nummis.*

Venditio. Tabularium S. Crucis Talemondenſis fol. 5. *Si homo S. Crucis vendiderit bovem, vel vaccam, aut aliquam aliam pecuariam in toto honore meo, non reddat venditionem niſi S. Cruci, & ejus Abbati. Si in publico mercato vendiderit, tantummodo ibi venditionem reddit.*

Venda, Venditio, quod præſtatur domino feudali pro diſtractionis ſeu venditionis prædii facultate. Conſuetudines Bellatei in Pictonibus ex Regeſto Inculiſmenſi: *Debet reddere de nummis illis vendas domino feudi, ſed mutagium debet eſſe burgenſium.* Tabularium Vindocinenſe Thuanum ch. 26. *Ipſius terræ vendas ſex ſolidos & 8. denarios Archembaldus Præpoſitus recepit.* Charta Fulconis Comitis Andegavenſis ex Tabulario Bellilocenſi: *Quicumque autem infra prædictum alodum aliquid vendiderit, cujuſcunque ordinis aut dignitatis ſit, vendas vel coſtumas perſolvet ſecundum conſuetudinem loci.* Libertates Oppidi Fezenſagueti an. 1294. *Non debent habere ſeu recipere vendas pro laudimio venditionis.* Libertates Vicecomitatus Leomaniæ: *Que tot gentis poſca vendre & alienar de ſos bens, on à lui plaira, ſens pagar vendas, ni acaptes, ni nul autre degat,* &c. Libertates villæ de Peruſa an. 1266. apud Thomaſſerium lib. 1. de Conſuetud. localib. Bituric. c. 66. *Qui ſa maiſon vendera, dera de 20. ſols 12. den. de ventes,* &c. *Ventes,* in Conſuetudinibus municipalibus paſſim. Vide *Laudimium, Muta, Mutagium.*

Venditio, eadem notione. Tabularium Majoris Monaſterii ch. 32. *Et quia emptio ſua erat, poterat eum dare cui volebat, ſine ulla contradictione. Sed quia cenſus molini ipſius Nihardi erat, juſtum erat, ut inde venditiones haberet, quas & in eodem placito recepit.* Charta Theobaldi Epiſc. Ambian. an. 1175. in Tabul. Eccl. Amb. *Si de poſſeſſore ad alium poſſeſſorem poſſeſſio tranſierit, dabunt de venditione de ſingulis ſolidis unum denarium.* Tabularium Vindocinenſe ch. 65. *Pro venditionis auctoramento auri unciam unam accepit.* Charta Philippi Regis Franc. an. 1310. pro Libertatibus Oppidi Baſtidæ in Petragoricis, ex 47. Regeſto Tabularii Regii n. 38. *Item de quolibet ſolo de quinque cannis vel ulnatis lato amplitudine, & 12. in longitudine habebimus ex denariis, obliarum tantum & ſecundùm magis & minùs in feſto omnium Sanctorum, & totidem de accaptamento in mutatione Domini: & ſi vendatur, habebimus ab emptore venditiones, ſcilicet duodecimam partem pretii quo vendetur.*

Venterius, Venderius, qui ventas recipit. Charta an. 1227. apud Perardum in Burgundicis pag. 532. *Si aliquis pedagium, vel ventas extra villam Sinemuri abſque conſenſu pedagiarii, vel venterii portaverit, 60. ſolidis emendabit.* Alia Aimerici Vicecomitis Caſtri-Airaldi an. 1109. ex Tabul. S. Dion. de Valetta: *Ut neque ego, neque ſucceſſores mei, neque præpoſitus, neque venderius, neque teloneàrius, neque portarius, ſive aliquis miniſtrorum noſtrorum imponant eis bellum, ſive ignis ferri judicium, aut aquæ, ſine legitimo teſtimonio.*

Venda, in re foreſtaria. Charta Henrici Dom. de Soliaco & Aanoris Comitiſſæ Drocarum an. 1240. *Item ſciendum eſt quod venda quam fecit Comitiſſa uxor noſtra mater dicti Joannis Odoni Fletuer de nemoribus de Sorel remanet nobis: & venda quam ipſa Comitiſſa fecit de Haies de Beu, & venda quam fecit Dionyſio de Boſco Regis & ſociis ſuis remanet nobis ſimiliter libere & quiete. Levata tamen venda de Sorel & de Beu, & venda facta dicto Dionyſio & ſociis ſuis, omnia illa nemora quæ pertinent ad Caſtellaniam de Drocis, nobis & dicto Johanni communia remanebunt. — Poterimus etiam vendere partem dictorum nemorum nos & dictam Comitiſſam contingentem, loco & tempore, quando nobis viderimus expedire, & dictus Johannes debet laudare vendam factam à nobis, nec contra ipſum veniet ullo modo.*

VENDAGIÆ. Vide *Wandagia.*

VENDICOSI, Ultores, Italis *Vindicaroſi.* Chronicon Foſſæ novæ: *An. 1186. Ind. 3. ſurrexit quædam ſecta in Regno Siciliæ, de variis hominibus, qui faciebant ſe nominare Vendicoſos, & mala omnia quæ facere poterant, non in die, ſed in nocte faciebant. Ad ultimum Adrinulfus de Ponte Corvo, qui fuerat Magiſter & Princeps hujus ſectæ, ſententia Regali judicatus, ſuſpenſus eſt, & multi alii ferro ardenti ſignati ſunt.* Horum etiam meminit Chronicon Anonymi Caſinenſis an. 1185. apud Catraciolum.

VENDIDA, *Vendita, Venditio.* Vide *Venda.*

VENEDONES, *Arbuſta.* Gloſſæ MSS.

VENELLA, & *Venula,* Viculus, Angiportus, via ſtrictior, Gallis *Venelle,* quod *vena,* ut *ruga* rugæ in corpore ſpeciem referat: alii à *ventre* deducunt. Fundatio Monaſterii Norvicenſis, in Monaſtico Anglicano to. 1. pag. 408. *Quæ quidem terra S. Michaelis incipit ad caput cujuſdam venellæ, quæ quondam jacuit inter cemeterium — & manſum Fratrum Minorum.* Occurrit iterum pag. 593. & to. 3. p. 154. in Chron. Will. Thorn an. 1273. & 1367. in Itinere Camerarii Scotici c. 39. §. 7. & apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 909.

Venulam dixit Hugo Falcandus: *pleroſque militum per congrua loca diſpoſuit: deinde eam quà tranſiturus erat occultè præmunit inſidiis, ac ſicubi fortè per venulas (ut vulgò dicitur) in vias alias lateraliter effluebat, eaſdem militibus ſuis proinde diſtribuit obſervandas.*

Venel. Uſatici MSS. urbis Ambianenſis, tit. *De clameur de venel: S'il avient coſe cune hom ſe claimt d'un autre de deniers qui dit que li doit de ſen venel, cil qui la dete claime, puet prouver par ſen ſairement duſques à 5. ſ. 1. den. mains, ſans che que l'autre partie puiſe faire une coſe encontre le vallt, pourtant que le dete euſt eſté accreüe,* &c.

VENENARE, Veneno inficere. Gall. *Envenimer.* Occurrit apud Notgerum Leod. Epiſc. in Præfat. ad Vitam S. Landoaldi.

VENENARIUS, Veneficus, vel artifex aut venditor veneni: Maleficus, φαρμακός, in Gloſſ. Lat. Gr. Papias & Jo. de Janua: *Venenaria, mulier quæ facit venenum.* Synodus Ticinenſis an. 850. c. 25. *Quædam etiam ita venenaria ſunt, ut quoſdam peremiſſe multo populi rumore diffamentur.* Ita Appendix Codicis Theodoſ. Conſtit. 8.

Venenarios cum Magis confundit : *non aliquos in aſtra peccantes, non venenarios, aut magos*, &c. Utuntur Suetonius, Optatus, Tertullian. Hieronymus, Collatio Legis Moſaicæ cap. 15. Jul. Firmicus lib. 6. c. 19 Vetus Interpres Juvenal. Sat. 3. v. 44. Fragmentum Petronii pag. 17. &c.

VENERABILITAS, Titulus honorarius Epiſcoporum, qui *Venerabiles* vulgò compellantur, in Collat. 1. Carthag. c. 40. 62. apud S. Auguſtinum Epiſt. 76. 88. 139. in Epiſtola Vitalis & Conſtantii ad Capreolum Epiſcopum Carthag. edita à Sirmondo, apud Nicolaum I. PP. Epiſt. 28. 44. &c.

VENERANTIA, pro *Veneratio*, Abbatum titulus honorarius. Aimoinus de Vita S. Abbonis Floriac. c. 17. *Nequé Aimoino ſua venerantia, juxta Abbatum morem, tum bajolo*.

VENERATIO. Titulus honorarius Epiſcoporum & aliorum, apud S. Auguſtin. Epiſt. 78. 80. 91. 95. 104. 157. Nicolaum I. PP. Epiſt. 28. Ruricium l. 2. Epiſt. 14. 49. &c.

VENERIS. Leges foreſtarum Kanuti Regis c. 1. de foreſtarum cuſtodibus : *Sint — quatuor — qui curam & onus tum viridis tum veneris ſuſcipiant*. Itac. 4. 11. 30. Et cap. 28. *Aper verò quamquam foreſtæ ſit, nullatenus tamen animal veneris haberi eſt aſſuetus*. Ubi Interpres Normannus *Veneris* vocem uſurpat pro venatione, uti rectè obſervat Spelmannus, qui, ſi benè conjicio, non benè legit in ſuo MS. ubi fortè *Venerie* habetur, nam *Venerie* dicimus venationem : unde in Regum noſtrorum Palatiis ſunt Officiales, quos *de la Venerie* dicimus.

VENEROSUS, Ἀφροδισιακός, in Gloſſ. Gr. Lat.

VENETURA. Regeſtum Caſtri Lidi f. 32. *Ipſi debet molendinare poſt illum, qui ad molendinum molendinat : & poſt, debet molendinare veneturas ſuas*. Fortè pro *Vannituras*, id eſt quod ex vano ventilatis ſupereſt.

VENIÆ, Inclinationes, vel genuflexiones religioſorum quæ Græcis μετάνοιαι, quod utplurimum in *pœnitentiam* injungi ſolerent. Petrus Venerabil. in Statutis Cluniacenſib. cap. 4. *Sed & illa* (genuflexio) *quæ fieri ſolet ab iis qui portant Euchariſtiam quolibet in loco occurrunt, atque illis metaneis, quæ quotidiano uſu in Capitulo fiunt, & vulgò Veniæ nominantur*, &c. Pœnitentiale MS. Thuanum : *Qui in Eccleſia centies genua flexerit, id eſt ſi centies veniam petierit*, &c. Pœnitentiale S. Columbani : *Si perdiderit — longa venia in Eccleſia, dum 12. Pſalmos ad Duodecimam canunt, proſtratus nullum membrum movens pœniteat*. Alibi : *Fabulas otioſas proferens, — venia tantum mulctetur*. Regula S. Donati cap. 26. *Si ex negligentia vel oblivione ſeu tranſgreſſione ſecuritatis, tam in liquidis quam in aridis amplius ſolito perdiderit, longa venia in Eccleſia dum 12. pſalmos ad Duodecimam canunt, proſtrata nullum membrum movens pœniteat*. Thomas Walſinghamus in Ricardo II. pag. 196. *Rege interim proſtrato in longa venia*, &c. Chr. Laurisham.

Per venias centum verrant barbis pavimentum.

Liber 4. Inſinuationis divinæ pietatis S. Gertrudis cap. 2. *Cùm verò finitis pſalmis, conventus de veniis ſurgeret*, &c. *Veniam petere*, lib. 5. c. 22. *Venias ſumere, capere, ſuſcipere : veniam ſumere ſuper terram : venias ſanctimonialium diſcutere*, in Statutis Ordinis S. Gilberti pag. 760. 761. 764. in Statutis Cartuſienſ. Guigonis c. 13. §. 4. in Antiq. Statut. ejuſd. ord. 1 part. c. 13. §. 35. 39. 44. cap. 18. §. 7. cap. 26. § 3. c. 36. §. 19. 24. 26. & alibi. Vitæ Abb. S. Albani, de forma receptionis Abbatis S. Albani de longinquis partibus venientis : *Et hoc fiet — cum itur in Eccleſiam, accepit ante ipſum parere veniis, gaudenter & reverenter*. Udalricus lib. 2. Conſuet. Clun. c. 1. *Inſtruendi ſunt* (novitii) *quemadmodum faciant petitionem ſuam, primum ut ſciant veniam petere more noſtro*. Idem lib. 1. c. 1. *Cùm venerint in chorum, complicantur forma, ſicut eſt conſuetudo in his diebus in quibus venia non eſt petenda*. Cæſarius Heiſterbach. lib. 4. c. 33. *Dominam noſtram Dei genitricem Mariam coluit, cum totidem veniis, Angelico verſiculo ſalutabit*. Cap. 55. *Quoties illi ſpeciales orationes ſive venias ſecretius offerre potuit, pro maximis deliciis reputavit*. Cap. 46. *Summo honore eamdem imaginem venerata, ſalutationes, orationes, multaſque venias coram illa faciens*. Cap. 50. *Singulis diebus in honore ejus 50. Ave Maria, cum totidem veniis dicere conſuevit*. Vide præterea c. 38. 49. & lib. 8. c. 96. lib. 9. c. 42. 49. 51. Vitam S. Samſonis Epiſc. Dolenſis lib. 1. c. 13. Vitam S. Arberti n. 4. Miracula S. Ludgeri Epiſc. Mimigard. n. 49. &c.

Uſurpatur etiam pro ſalutatione. Vita S. Vitalis Siculi n. 4. *Poſtquam ad invicem recognoſcunt, mutuamque ſibi veniam reverenter impendunt*. Num. 8. *Præmiſſo ſalutationis elogio, conſueta capitis inclinatione & genu flexo mutuam ſibi venerentiam impenderunt*. Vide *Metanœa*.

VENITARE, Liber Eccleſiaſticus, in quo deſcriptus Pſalmus cum notis muſicis, *Venite exultemus Domino*, &c. quo *Matutini* incipiuntur. Synodus Exonienſis an. 1287. c. 12. *Pſalteria, Ordinale, Venitare, Hymnare, Collectare*, &c.

Venitarium, in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 332.

VENNA, *Vinna*, *Benna*, Septum ad intercipiendos piſces. Brouverus lib. 5. Annal. Trevir. pag. 847. 1. edit. Belgæ verò *v n.* & *venne*, ac *veen*, quandoque locum quemvis paſcuum vocant, ſæpius paluſtrem & bituminoſum, unde ad ſtruendum ignem niger ceſpes, quem *Turtam* nuncupant, eruitur. Charta Childeberti Regis pro Eccleſia S. Germani Pratenſis : *Cum piſcatoria quæ appellatur venna, cum piſcatoriis omnibus quæ ſunt in alveo Sequana*. Diploma Sigeberti Regis Auſtraſ. editum ab Henſchenio 1. Febr. §. 3. n. 17. *De noſtra ſylva Uriacinſe, cum ipſa venna Dominica, quæ dicitur Arnulfi*. Aliud Childerici Regis eod §. n. 21. *Aviaco, ubi Garalacus vennam habuit*. Capitulare 2. an. 813. c. 19. *Vivaria cum piſcibus, vennas, molina, ſtirpes*, &c. Charta Ludovici Pii edita à v. Doctiſſimo Jo. Mabillonio : *Quandam piſcariam — in villa quæ vocatur Roilus in fluvio videlicet Sequana fieri juſſit*. Mox : *Sed eadem Monaſteria omni tempore pro ſua portione reſtauratione vennæ atque emendationis adminiculum præſtent*. Rurſum : *Nec fiant opera huic vennæ nocitura*. Charta Ottonis M. Imp. an. 953. apud Zylleſium : *In piſcatione & venna quadam in Ruvera fluvio conſtructa*. Charta Ricardi II. Ducis Norm. pro Monaſterio Fiſcanenſi an. 1027. *In fluvio Sequana piſcatoriam quæ dicitur venna S. Lemfridi, & in eodem fluvio tractus piſcatorios*. Vide Doubletum pag. 795. Hinc nomen loco ad Sequanam prope Riogilum (*Ruel.*) *Carolivenna*. Helgaudus in Roberto R. *Venientes ad portum Sequanæ, qui dicitur Carolivenna, hoc eſt piſcatoria, quæ erat difficultate tranſmeabilis*, &c. Aimoinus lib 1. de Miracul. S. Germani Epiſcopi Pariſienſis cap. 1. *Ad locum qui vocatur Carolivenna*. Hodie *Chalevanne* dicitur. In Statuto Caroli VI. an. 1415 art. 1. vetantur fieri in fluvio Sequanæ, *vennes, gords, pieux, moulins, peſcheries*, &c.

Vinna, eadem notione. Chronicon Lauriſham. pag. 61. *Tantis munificentiæ ſuæ beneficiis adjecit clementiſſimus Rex piſcationis conceſſionem in Rheno flumine, — ut Abbas & fratres licentiam haberent ad vinnam faciendum, & piſcandum, pro opportunitate Eccleſiæ, & ſtipendio ipſorum fratrum*.

Benna, apud Leonem Oſt. lib. 1. c. 47. *Ab ipſo latere finis ipſa benna, ab altero latere .q. via, ab altero alia benna, quæ ſe ſimul conjungunt*. Charta an. 1120. apud Ughellum in Epiſcopis Teatinis : *A capite eſt ipſa Mangane, & deſcendit ad bennam, & ſicut decurrit, aſcendit uſque ad ſilvam*, &c. Infra : *Et deſcendit ad bennam campi*, &c. Niſi his locis *benna* idem ſit quod *bonna*.

VENTA, quæ & *Superventa*, Augurium, quod captabatur ex venientibus aut ſupervenientibus hominibus vel avibus, quas *Augurales alites* vocat Martianus Capella lib. 1. pag. 11. aut aliis animalibus. Zeno Veronenſis in ſerm. de Jona. *Qui per varios avium volatus conjecturis*

inanibus ſtatum plumea ſalutis inquirit. Et ut S. Maximus Taurinenſis homil. in Circumciſione Dom. *qui auſpicia etiam vaniſſimi colligere ſe dicunt, ac ſtatum vitæ ſuæ inanibus indiciis æſtimantes, per incerta avium ferarumque ſigna, futura rimantur.* Opportune. Michaël Scotus de Phyſionomia cap. 56. *Auguria ſunt in Canonibus Eccleſiæ: Venta tamen dicimus, quod quidam accipiunt pro obviatione hominis, vel alterius animalis, vel pro auditu vocis.* Mox hæc addit: *Auguriorum quædam poſt, quædam dextrè, quædam ſiniſtrè: & cum diverſa ſint in ſua diſputatione,* (f. diſpoſitione) *quodlibet illorum propriè nominatur, & proprio nomine cognoſcitur interpretandum. Unde dicimus quod auguria ſunt numero 12. ad inſtar 12. ſignorum cœli, & ſunt hæc: Fernova, Fervetus, Confert, Emponentb, Scimaſarnova, Scimaſarvetus, & bene ſiunt in dextro latere. In ſiniſtro verò latere ſunt Confernova, Confervetus, Vivian, Barinn, Scaſſarnova, Scaſſarvetus.* Ibidem: *Unde ſciendum eſt quod auguriorum quædam ſignificant bonum eventum, ut Confert, & Emponentb: quædam malum eventum, ut Viarum, & Harenari: & quædam medium inter utrumque, ut Fert, & Confert.* Horum auguriorum ſpecies ſingulatim enucleantur ſuis locis. Pœnitentiale MS. Thuanum: *Credidiſti quod quidam credere ſolent: dum enim iter aliquod faciunt, ſi cornicula ex eorum ſiniſtra in dexteram illis cantaverit, inde ſe ſperant proſperum iter habere: & dum anxii fuerint hoſpitii, ſi tunc avis illa, quæ Muriceps vocatur, eo quod capiat mures, & modo Paſcata nominata eſt, viam per quam vadunt, ante ſe tranſvolaverit, illi ſcilicet augurio, & fortè divinis vel dæmoni magis ſe committunt, quam Deo,* &c. Vide Petrum Bleſenſem Epiſt. 65. & ſupra, *Superventa*, & *Avis S. Martini*. De veterum per avium volatus divinationibus, egit Briſſonius lib. de Formul. pag. 134. & Cæſar Bulengerus lib. 3. de Auſpiciis c. 2.

VENTACULUM, Flabellum, Muſcarium, cujus uſus in ſacris Liturgiis, Gall. *Eventail*. Hariulfus lib. 3. cap. 3. *Ciborium auro argentoque paratum unum, candelabra auro argentoque parata ſex, ventaculum deauratum unum, fuſcellum deauratum unum,* &c. Petrus IV. Rex Aragon. in Chron. lib. 2. c. 11. de ſolenni Regii convivii apparatu: *Blaſco d'Alago quens tallas dels coltels davant. En Philippe de Caſtres quens ſervis de ventall,* &c. Vide *Flabellum*.

Id etiam nominis datum à noſtris galeæ parti qua ventus hauritur, ſeu reſpiratur. *Le Roman de Roncevaux* MS.

L'eſcu au col, la ventaille fermée.

Infra:

Elmes lacier, & ventailles fermer.

Philippus *Mouskes* MS. in Carolo M.

La ventaille li ont oſtée,
Si li ont la teſte copée.

Alibi:

Hiaumes & ventailles laciés,
Et les enſeignes deſploies.

Guillelmus *Guiart* MS. an. 1214.

Sus hyaumes bruns, & ſus hauberts
S'entrelancent eſtos & tailles,
Sus bacinez, & ſus ventailles.

Le Roman de Garin MS.

Sor la ventaille li fu le hyaume aſis.

Rurſum:

Cent mile furent à ventailles fermées.

Alio loco:

Trois mile ſont les ventailles laciées.

Idem:

En li deſtace le vert hyaume bruni,
Et la ventaille de l'aubere c'ot veſti.

VENTARE Fleta lib. 2. c. 87. §. 2. de Officio *Caſeatricis*: *Ipſius etiam intereſt ventare, vannare, vel ballare, ignem tegere, & hujuſmodi minuta opera facere.*

VENTATA. Charta an. 1225. in Tabul. Eccleſiæ Carnotenſis n. 257. *Et in granchia noſtra quolibet anno per manum noſtram, vel mandato noſtri, octo modios bladi ad menſuram Aurelianenſem, videlicet quatuor modios avenæ, tres modios ſiliginis, & unum modium frumenti ad tres ventatas.* Id eſt ter vannatum.

VENTARIUS. Vide *Venda*.

VENTERIUM. Charta an. 1178. apud Ughellum to. 7. p. 410. *Et plenariè gradus fabricæ habeatis & cum ipſum vallatorium ſuum de ante ſe, — quam & cum ipſum venterium deſuper ad fabricandum vobis illos in altum quantum volueritis,* &c. Ubi idem Ughellus, *venterium*, ædis ſuperius ædificium eſſe ait, à ventis dictum.

VENTIGIATUS. Regula Magiſtri cap. 23. *Statim ſecundum numerum menſæ prioris in uno galleta vaſe menſurata potione, ab eis calida miſceatur, & ventigiata à calice potione, petita benedictione, ad ſaporet qui miſcuit, ſi æquali eſt temperie mixtum, & ſic in prima menſa omnibus eroget.* Id eſt mota, & ventilata.

VENTILABRUM inter vaſa & miniſteria Eccleſiaſtica reponitur à Baldrico in Chron. Camerac. lib. 3. cap. 49. *Multa ornamenta addidit, auream tabulam ampliavit, utriſque lateribus argenteas ſubrogans, cruces aureas cum ventilabris æque aureis renovavit.*

Ventilabrum, Muſcarium, Flabellum. Continuator Hiſtoriæ Epiſcopor. Virdun. *Hic S. Mariæ duas cappas optimas, & duo ventilabra, aliaque honorifica ornamenta cum magna devotione contulit.* Tabularium Eccleſiæ Ambianenſis: *Petrus de Ango Canonicus* (Galfredi Epiſcopi Ambian. nepos, vixit ille an. 1258.) *dedit Eccleſiæ Ambianenſi — ventilabrum factum de ſerico & auro ad repellendum muſcas & immunda. Inſuper una eſt caſula de bombace, duo pelves de opere Lemovicenſi, & pecten ad uſum Presbyteri.* Vide *Muſcarium*.

VENTILARE, Movere aliquid ad ventum captandum; apud Apicium lib. 1. cap. 7. *Eventer*, noſtris.

Ventilare, Inquietare. Charta Henrici Imp. anno 1082. apud Ughellum to. 1. part. 1. pag. 743. *Nemo verò eorum per placita ventilare, vel inquietare præſumat.* Legendum fortè *ventitare*.

Ventilare cornibus. Liber 1. Machabæor. c. 7. *Et exierunt de omnibus caſtellis Judææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & convertebantur iterum ad eos, & ceciderunt omnes gladio, & non eſt relictus ex eis nec unus.* Erchempertus in Hiſt. Langob. *Atque cuneum eorum ſcindens, gladiis ventilavit.* Infra: *Poſitoque præſidio pugnatorum in camiſia, viciſſim eos cornibus ventilabat.* Vide Lud. de la Cerda in Adverſ. cap. 80. §. 16.

Ventilare. vox recepta in re magica, de qua multa Jacobus Gotofredus ad l. 5. Cod. Th. de Malefic. & Mathematic.

Ventilare. Supplex libellus Monachorum Fuldenſium Carolo M. oblatus §. 15. *Nec mercimonia aliqua ab aliquibus ibi ventilentur.*

VENTILATORIUM, Papiæ, *Ventilabrum*, à ventilandis paleis.

VENTILOGIUM, vox hybrida, quaſi *ratio* vel index venti; ἀνεμοδείκτης, pinnula verſatilis, quæ in ædium culminibus poni ſolet, quæ ventum flantem deſignat. Gloſſ. Lat. Gall. MS. ex Biblioth. Thuana: *Ventilogium, Le cochet qui eſt ſur le moſtier.* Gallus perinde verſatilis, qui in acumine campanilis Eccleſiarum eminet. Radulphus in Vita S. Richardi Ciceſtrenſis Epiſcopi n. 60. *Sicut præeminet ventilogium toti fabricæ, quod quidem quantò altius erigitur, tantò plus tempeſtatibus irruentibus etiam fronte opponitur,* &c. Huc pertinent iſta Anonymi de Arte architectonica cap. 2. ex Vitruvio lib. 1. c. 6. de Eratoſthene: *Athenis turrem marmoream octogonam conſtituit, in qua imagines ventorum ſculptas contra ſuos cujuſque flatus ordinavit: ſupraque ipſam turrim metam marmoream poſuit, & Tritonem æneum collocavit, & ita eſt modulatus, ut cum ventus aliquis aſpiraſſet, quodam momento in gyrum ageretur, & ſupra caput ejus reſiſteret, & dextra manu virgam tenens, ipſum eſſe flantem monſtraret.* Similem Tritonem æreum, ventorum indicem, Romæ fuiſſe ad templum Androgei Cyrenenſis idem ſcriptor

ait. *Giroüetes* noſtri dicunt, Itali *Girelli*, quod *gyrando* volvantur. Extat inter Opera Petri de Alliaco Epiſcopi Camerac. & Cardinalis, liber inſcriptus *Ventilogium de Concordantia Aſtronomica concordia cum Theologia & Hiſtorica narratione.*

Ventilogii porrò nomenclatura longè potiori ratione tribui poteſt tetragonæ illi tabulæ nuper inventæ, quæ ædium faſtigiis affigitur, in qua circulus deſcribitur, in ſedecim, vel triginta duas lineas diviſus, quibus totidem adſcripta ventorum nomina; illum verò qui tum ſpirat, ſeu, ut vulgò loquimur, *regnat*, oſtendit index verſatilis, quomodo ſunt horologiorum, quem regit pinna perinde verſatilis ſupra ædis culmen.

VINTINULA Ordericus Vitalis lib. 4. ex Vita S. Guthlaci p. 538. *Feſtucam in ventinula poſuit, & ſic avibus nidum in ſua cella deſignavit.* Ita in Vita ejuſdem Guthlaci à Felice Gyrwenſi conſcripta n. 15.

VENTOSA, Cucurbita medica ad eliciendum ſanguinem, vulgò *Ventouſe*. Ugutio: *Gima, vel gina, vas vitreum, vel cucurbita, quæ Ventoſa dicitur.* Papias: *Ventoſa, quæ & guna: hæc & cucurbita dicitur Latinè.* Gloſſæ MSS ad Alexandrum Iatroſoph. *Ceber, i. cuſa quæ dicitur ventoſa.* Gregorius Turonenſis lib. 7. Hiſt. cap. 31. *Preſbyterum quoque unum — eliſum ſuper ſcamnum pugnis ac diverſis ictibus verberavit, ut penè animam reddere videretur: & feciſſet forſitan, ſi ei medicorum ventoſæ non ſubveniſſent.* Vide Conſtantinum Afric. lib. de Chirurgia c. 9. & 10. Albucaſim part. 2. Chirurg. c. 98. & ſeqq. &c. & ſupra in *Guna*.

VENTOSUS, *Ventoſia*. Ugutio: *Laſcivus, qui vulgariter dicitur Ventoſus, vel petulcus, unde laſcivia, ventoſia.*

VENTRALE. *Ventralis*. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible]; *cinctum, lumbare, ventrale* Gloſſ. Lat. MS Reg. cod. 1013. *Ventrale, faſcia.* Ugutio: *Ventrale, faſcia vel ligatura ventris, vel vinculum circa ventrem, vel zona, ſive lumbare.* Papias: *Ventrale, faſcia: dictum quod ſolum ventrem operiat. Villoſa ventralia*, apud Plinium lib. 8. cap. 48. Marcellus Empiric. *Uncta oleo lanula involutum in ventrali geſtes.* Ubi accipitur pro ſacculo ſeu crumena ſub ventrem appenſa. Vide *Funda*.

VENTRICOSI, qui Græcis μάλακοι. Vide Cælium Aurelian. lib. 3. Acut. c. 17.

VENTRINA, *beſtia quæ fert onus circa ventrem.* Joann. de Janua.

VENTRITICUM *molendinum*. Vide *Molendinum*.

VENTRIX, Ventilatrix frumenti, *celle qui vanne les grains*, in Fleta lib. 2. c. 82. §. 2.

VENTROSUS, γαστρίμαργος, [illegible], in Gloſſ. Gr. Lat.

VENTUS, Anima, extremus halitus. Abbo lib. 2. de Bell. Pariſ.

——— *ventum de pectore jecit.*

VENULA. Vide *Venella*.

VENURA, Adventus, ex Gallico *Venure*, ut Picardi efferunt, aliàs *Venue*. Monaſticum Anglicanum to. 1. p. 556. *Et tenentur de venerabili patre Dunelmenſi Epiſcopo, in puram & perpetuam eleemoſynam, & pro una venura ad Curiam ipſius Epiſcopi ad feſtum S. Michaelis per annum.* Fortè *Venuta*.

VENUNDIPIRUS, *qui vendit pira.* Joan. de Janua.

VENUTUS *erat*, pro *venerat*, ex Gall. *Eſtoit venu.* Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis pag. 33. *Ad ipſum placitum venutus erat.*

VERAGIUM, Macula, à *varius*, de qua voce ſupra. Fleta lib. 2. c. 4. §. 4. de Officio Mareſcalli: *Ejus eſt — de omni præda beſtiarum totum habere veragium, videlicet omnes beſtias maculatas vel diverſi coloris exiſtentes, etiam pro minima ſtella.* Charta an. 1300. in Regeſto Philippi Pulchri Reg. Franc. an. 1299. n. 56. ex Chartophylacio Regio: *Concedimus quod ipſe & ſui heredes, & cauſam ab eo habentes & habituri in prædicta foreſta veragium quod ibidem habere conſuevit, tres fagos ad Natale, uſagium ad ardendum & ædificandum ſufficienter ad opus domus ipſius Militis, &c.*

VERBERACULUM, *Flagellum*. Joan. de Janua.

VERBERARE *contra ventum*, dicebatur is qui in campum, monomachia à judice indicta dimicaturus, deſcendebat, adverſario non veniente; tum enim gladium tanquam pugnaturus vibrabat, victorque à judice pronuntiabatur. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 63. §. 7. *Actor in circulum prior veniat, & ſi reus venire protraxerit, judex eum debet tribus vicibus per præconem de domo in qua præparatur, adhibitis duobus bannitis, evocare: quod ſi in tertia vocatione non venerit, actor ſurgendo ſe debet duello præſentare, & verberando contra ventum, eum ſuperabit in querela contra eum propoſita, ac judex eum tanquam duello eſſet ſuperatus, condemnabit.* Ubi alii codd. habent, *& bis percutiat ſeu feriat contra ventum, & tertio figat in terram, & ſup.*

VERBEROSUS. Vide *Flagellativus*.

VERBIGENA, Prudentio hymno 3. ante cibum, pro ipſo *verbo*, ſeu Deo filio. Vide Notas Anton. Nebriſſenſis. Perperam Iſo *Verbo genitum* expoſuit. Mamotrectus ad 4. Reg. c. 25. ex Græciſmo:

Communis generis ſunt quæ componis ab illis,
Excipe Verbigena, quod Chriſto convenit uni.

VERBIGERARE. Onomaſtic. vetus: *verbigero*, λογομαχῶ. Apuleius in Apolog. *Nimis multa oratio eſt, ſi velim memorare quæ ego contra reſponderim, quamdiu & quoties inter nos verbigeratum ſit.*

VERBILOQUIUM, Sermo, apud Fulgentium lib. 1. Mythol [illegible], in Gloſſis Lat. Gr. MSS. S. Germani Pariſ.

VERBISIMILIA, Papiæ, *Nomina, & verba ſunt futuri temporis imperativi modi, & nomina, ut Contemplator, Amator.*

VERBOCINIUM, Colloquium, *Entretien*, ex *verbocinari*. Felix Gyrwenſis Monachus in Vita S. Guthlaci n. 29. *Cum quidam Abbas, ut aſſolebat, ad verbocinium præfati viri devenire propoſuiſſet*, &c. Adde cap. 30. 31.

VERBOSUS, *Verboſare*, *Verboſari*, *Verboſator*, *Verboſitas*, *Verboſitare*.

Verboſus. Gloſſ. Iſid. *verboſus, nugator, peſſimus.* Ugutio: *Garrulus dicitur qui Verboſus vulgò appellatur accedente lætitia, nec volens tacere, nec valens.* S. Auguſt. in Pſalm. 76. *Garruli enim propriè dicuntur, qui à vulgo verboſi appellantur.*

Verboſare. Idem Ugutio, & Joan. de Janua: *Verboſare, multum loqui.* Idem Ugutio: *Garrire, verboſare.* Gloſſ. antiquæ MSS. *Garrit, vocatur, verboſatur, aut perſtrepit. Garrulitas, verboſitas.* Mirac. S. Furiei n. 21. *Ceſſa verboſare, Leuiſinda.* Hincmarus Remenſis in Epiſt. ad Adrian. PP. in Concilio Duziac. *Revertentes autem — ebrii, cœperunt verboſare inter ſe ſicut ebrii facere ſolent, & illorum verboſatio conſque proceſſit, ut le ipſa ſua nepte improperaret Preſbytero*, &c. Paſſio SS. Didymi & Theodoræ n. 4. *Judex dixit, Suſtineo te verboſantem*, &c. Interpres VII. Synodi act. 6. φλυαρεῖν, *verboſare* vertit.

Verboſari. S. Auguſtinus ſerm. 215. de Tempore: *In Eccleſia ſtantes, nolite verboſari, ſed lectiones divinas patienter audite.* Serm. 251. *In Eccleſia garriunt, ita verboſantur, ut lectiones divinas nec ipſi audiant.* Idem lib. 3. contra Julian. n. 46. *Inaniter verboſaris.*

Verboſitas, πολυλογία, in Gloſſ. Gr. Lat. Bachiarius de Recipiendis lapſis: *Ne offendat te noſtra verboſitas.* Acta S. Tarachi Martyris: *Maximus Præſes dixit: Relinque verboſitatem iſtam, accede, ſacrifica.*

Verboſitare, Verba effutire, verbo tenus eloqui. Hieronymus Mon Camaldul in Vita S. Romualdi n. 74. *Nullius enim meriti eſt ore divina officia verboſitare, & miſera mente per phantaſias — vagando circuire.*

VERBUM. Ebrardus Betunienſis in Græciſmo:

Hoc nomen verbum, deſignat quatuor iſta:
Eſt deceptio, Pars, Filius Dei, atque loquela.

Verbum, Securitas, tuitio. *In verbo Regis eſſe*, hoc eſt in ejus tutelæ, in Lege Salica tit. 14. §. 5. & in Lege Ripuar. &c.

tit. 35. §. 3. Theophanes in Zenone : λόγῳ ἐπεί λαϐών, id eſt *ſecuritatem*. Idem in Leone Iſauro : *δοὺς αὐτῷ λόγον φωδῆς ἐν ἀδείᾳ*, &c. Hiſtoria Miſcella lib. 18. p. 581. edit. Caniſii : *Sophronius namque Hieroſolymitanus ſummus Sacerdos verbum accepit ad totius Palæſtinæ ſecuritatem*. Infra an. an. 29. Heraclii : *Edeſſeni autem aperientes* (urbem) *acceperunt verbum unà cum regione, Magiſtroque militum* &c. Quibus locis Theophanes habet λόγον. *Extra ſermonem Regis eſſe*, in eadem Lege Salica tit. 59. dicitur, quem Rex amplius non tutatur. *Sermotuitionis*, apud Marculfum : *Verbum immunitatis*, apud Anaſtaſium in Gregorio II. PP. pag. 67. *Verbum impunitatis*, apud Aimoinum lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 17. & eundem Anaſtaſium in VIII. Synodo act. 4. 7. λόγος ἀπαθείας, apud Leonem Grammaticum in Theophilo p. 452. Cedrenum pag. 476. Annam Comnenam in Alexiade p. 158. 249. 292. &c.

Verbum Regium, in *verbo regio* dicere, vel jurare, *Jurer en parole de Roy*, vulgaris formula de Regum pollicitis, quorum *verba* violari ab ipſis non debent. Ludovicus VII. Epiſt. 57. ex iis quæ habentur to. 4. Hiſt. Franc. *In pleno Concilio & coram omnibus, in verbo regio diximus, quod pacem hanc infrangibiliter teneremus*. Fortunatus lib. 6. Poëm. 4. de Chariberto Rege :

Antea mons migrat, quam tua verba cadant.

Chromatius Epiſcop. Aquileienſ. Conc. 1. *Ideo Dominus inter juramentum & loquelam noſtram nullam vult eſſe diſtantiam : quia ſicut in juramento nullam convenit eſſe perfidiam, ita quoque in verbis noſtris nullum debet eſſe mendacium*. Quod Regibus maximè convenire debet. *Jurer en parole de fils de Roy*, apud Monſtrelletum 1. vol. cap. 153. *En parole de Prince*, c. 207. vide Judicia Withredi Regis Cantuarior. c. 17.

In verbo & veritate jurare, dicuntur Monachi in Capitulari Pipini Regis c. 36. *In verbo veritatis*, Epiſcopi, apud Prynneum in Libertat. Angl. to. 3. pag. 52. Vide *Juramentum*.

Verbum directum habere, Gall. *Avoir droit de faire quelque choſe*. Gregorius Tur. lib. 3. Hiſt. c. 7. *Nunc autem Hermenefredus quod mihi pollicitus eſt fefellit, & omnino hæc adimplere diſſimulat : ecce verbum directum habemus, eamus cum Dei adjutorio contra eos*. Lib. 4. c. 24. *Deſiſtite, quæſo, deſiſtite ab hac intentione, verbum enim directum non habemus*.

Verbum, Præceptum, mandatum. Capitulare Metenſe an. 756. c. 4. *Qui res Eccleſiaſticas per verbum domini Regis tenent*, &c. Capitulare an. 807. c. 3. *Et præcipias de verbo noſtro, ut* &c. Epiſtola Synodica Concilii Duziacenſis I. ad Hadrianum PP. part. 5. *Annonam, vinum, & generis diverſi ac ſexus pecuniam, ſine miſſo vel literis, aut verbo Regis, in ſua parochia & miſſatico, illi per violentiam abſtulit*. Id eſt *ſans ordre du Roy*. Charta Ottonis III. Imp. an. 997. apud Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Weſtphalici pag. 204. *In his 4. foreſtis cervum vel cervam venandi nullus habeat licentiam, niſi verbo & conſenſu Abbatiſſæ*. Adde Capitul. Caroli. M. pro Partib. Saxoniæ c. 34. & Hiſt. Bellunenſem Georgii Piloni pag. 166. v.

Verbum veritatis, Jurare *in verbo veritatis*, de qua formula quædam attigi in v. *Juramentum*, quibus hæc addo ex Charta an. 1266. apud Fredericum Sandium in Conſuetudines feudales Gelriæ p. 433. *Quod ſi Comes Gelrienſis in verbo veritatis dixerit, quod prædictum theloneum non ſit injuſtum*, &c. Infra : *Comes Clivenſis in verbo veritatis dicat quod juſtum ſit theloneum* &c. Ex quibus patet non Sacerdotibus modo Sacramenti formulam propriam fuiſſe, ſed & Laïcis, maximè Principibus.

VERCARIA. Vide *Bercaria*.

VERCHERIA, Allobrogibus, Dos, fundus in dotem fœminis conceſſus : Arverni ſuperiores eadem notione *Valcheire*, inferiores *Chaneere* dicunt. Charta Amalrici Comitis Montisfort. in Tabul. Ebredun. Eccl. an. 1222. apud Guichenon. in Bibl. Sebuſ. cent. 1. c. 31. *Ego feci fidelitatem V. Bernardo Ebredun. Archiepiſcopo de omnibus illis quæ habeo in Ebredunenſi civitate — ratione vercheria uxoris meæ, filiæ Comitis Dalfini*.

VERDIGA, ſpecies vitis, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 4. cap. 4.

VERECUNDIA, Pudendum facinus, turpe, indignum ; quomodo Galli *Vergogne* uſurpant. Conſtitutiones Catalaniæ inter dominos & vaſſallos MSS. c. 51. *Si Miles qui emit caſtrum, eſt ita honoratus homo, ex quo Caſtlanus poſſit eſſe ſuus homo, ſine verecundia, & reprehenſione, ſeu blaſma*.

VERECUNDIUM, Injuria, contumelia. Vetus Charta Anglica apud Somnerum in Tractatu *de Gavelkynd* pag. 174. *Ea conventione ut ipſe Calvellus & hæredes ſui ſingulis annis dent Cellerario 52. ſol. pro omni re, præter 3. forisfacturas, id eſt murdrum & furtum, ſi ipſe Calvellus vel hæredes ſui fecerint, & præter ſi verecundium ipſe vel hæredes ſui fecerint Monachis Eccleſiæ vel ſervientibus eorum*.

VEREDICTUM, Teſtimonium 12. juratorum in *jurata*, aut *aſſiſa*, in qua vera ſe dixiſſe affirmant : *Verdit*, J. C. Anglis. Gloſſ. Gr. Lat. ἀληθεύω, *verum dico*. Utuntur paſſim Anglici Scriptores, Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 20. §. 2. Thomas Walſinghamus p. 176. Litteleton ſect. 366. Bracton lib. 4. tract. 1. c. 19. §. 4. Fleta lib. 4. c. 9. Forteſcutus de Laude Legum Angl. c. 26. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 481. to. 2. pag. 32. 221. Regiam majeſtatem, &c. Vide *Jurata*.

VEREDI, Equi publici curſui deſtinati Gloſſ. Lat. Gr. *Veredus*, πῶλος. Gloſſæ MSS. Reg. βερέδοι, τὸ ἀνώτερον. Papias : *Veredos antiqui dixerunt, quod veherent, i. ducerent redas, vel quod vias publicas currant, per quas redas ire ſolitum erat*. Gloſſ. Sax. Ælfrici ; *Veredus* : cræte-horſ, i. *Rheda equi*. Ebrardus in Græciſmo cap. 9.

Eſt veredus equus vectans rhedam quaſi currum.

Jo. de Garlandia in Synonymis :

Rheda vectores nos dicimus eſſe veredos.

Alibi :

De veho ; de rheda, dictum reor eſſe veredum

Victor lib. 2. Hiſt. de Perſecut. Vandalor. *Dirigit præceptum, quod etiam univerſa Africa veredis currentibus deſtinavit*. Geſta Conſtantini M. *Qui ut Severum per Italiam tranſiens vitaret, ſumma feſtinatione poſt ſe truncatis veredis, Alpes tranſgreſſus, ad patrem Conſtantium venit apud Bononiam*, &c. Charta Ludovici Pii Imp. pro Hiſpanis apud *Diago* : *Et Miſſis noſtris aut filii noſtri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut Legatis qui de partibus Hiſpaniæ ad nos tranſmiſſi fuerint, paratas faciant, & ad ſubvectiones eorum veredos donent*. Vita S. Theophanis Confeſſ. n. 14. Πάντας γὰρ ὡς ἄγγελος, ἵππους, ἡμιόνους, ἀρδευτάδας, καὶ βερέδους ἐπαρκεῖν. Occurrit paſſim in utroque Cod. tit. de Curſu publico, & al. & in vett. Formulis. Vide *Paraveredus*.

Vereda, Via per quam veredi vadunt. Vetus Notitia Hiſpanica æræ 829. apud Anton. de *Tepez* in Chronico Ordin. S. Benedicti to. 4. *Et deſcendit ubi intrat arrogio qua dicent Rubiſco in Syle, & concludе per illum arrogium di Rubiſcum, & pergit per illo quæ exiit in Donatis ad illas veredas de Mamonela, & pergit per illa vereda antiqua uſque vadit ad terra Tremu*, &c. Charta Ordonii II. Regis æræ 947. apud eundem : *Et inde per radicem Literia, deinde in Almanti, inde per Petrafitta, & inde per medium montium quæ vocitant Meta, deinde per illa veredamajore, quod diſcurret de Aſtorica ad Caſtrum Literia, &c.* Alia Bermundi II. Regis æræ 1035. apud eundem to. 5. *Quæ jacent contra parte de Minea, ſub illa vereda quæ deſcendit ad Ambas miſtas*.

Veredarii, dicti qui veredis publicis utebantur, & reſponſa vel mandata Principum deferebant, οὓς δὴ βασιλικοὺς ἐπιστολέας τινὰς, οὓς δὲ βερεδαρίους καλοῦν, ut eſt apud Procopium lib. 1. Vandal. c. 16. qua notione *Veredarios* habent l. 17. & 50. C. Th. de Curſu publico, Senator lib. 2. Epiſt. 31. lib. 4. Ep. 47. Julius Firmicus

lib. 3. Match. &c. Papias: *Veredarius, à vehendo dicitur, qui feſtinanter equitando currit, habetque pennas in capite ut intelligatur feſtinatio itineris.* Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Veredarii dicuntur à vehendo, qui feſtinanter in equis currunt, non deſcendunt de equo antequam liberant reſponſa ſua: habent in capite pinnas, ut inde intelligatur feſtinatio itineris: datur ſemper iis equus paratus, nec manducant niſi ſuper equo antequam perfecerint.* Paulò aliter laudat hunc locum Jacobus Gotofredus ad l. 1. C. Th. de Curioſis. Capit. Caroli C. tit. 7. de Monachis: *quos etiam nec Epiſcopus, nec Abbas, vel quilibet alius eos veredariorum more in miſſaticis inſtanter tranſmittat.* Veterem Chartam ex Tabulario S. Martini de Campis apud Ducheſnium in Hiſt. Monmorenciaca p. 33. ſubſcribunt *Ludovicus filius Regis* (poſtmodùm Rex Franc. VI.) *Gervaſius Dapifer, Frogerius Catalanneniſis, Willelmus Garlandenſis. Fredericus Camerarius, Balduinus veredarius.* Fortè is Magiſtratus, quem hodie *Le grand Maiſtre des Poſtes* dicimus.

VERFREDUS. Vide *Berfredus.*

VERGOBRETUS, Summus Magiſtratus apud Æduos, ut autor eſt Cæſar lib. 1. de Bello Gallico: *Divitiacus & Laſco ſummo Magiſtratui præerant, Vergobretum appellant Ædui, qui creatur annuus, & vitæ necisque habet poteſtatem.* Gloſſæ Iſidori: *Virgobretus, nomen Magiſtratus. Vergobretus,* habent etiam Notæ Tyronis p. 60. Etiamnum hodie *Vierg* dicitur ſupremus magiſtratus Auguſtoduni. De vocis etymo vide Goropium Bekanum in Gallicis lib. 1. & 3. Hotomanum ad Cæſaris l. 1. & lib. 7. n. 6. Iſaacium Pontanum in Gloſſario priſco-Gallico, Bochartum de Colon. Phœnic p. 79. &c.

VERIDICENTIA. Æſopus MS. in Vita Alexandri: *Quiſque te conſuluerit, veridicentia tua non refragatur.*

VERILOQUIUM. ἀληθολογία, in Gloſſ. Gr. Lat. ἐτυμολογία. in Lat. Gr. Vide Quintilianum lib. 1. c. 10.

VERINUPTUM. Tabularium Monaſt. Moliſmenſis: *Inter H. Presbyterum de Marcenai & Eccleſiam Moliſmenſem — Verinuptum illud quod ſolet dari pro ferculo nuptiarum, ſive ſit redemptum, ſive non redemptum, & nummus ſi offeratur in viſitatione infirmi, quando recipit viaticum, & nummus ſimiliter ſi offeratur in ſuſceptione baptiſmi: hæc tria ſolùm erunt ſolius Sacerdotis. Ait. an.* 1135. Vide *Ferculum.*

VERITAS, Depoſitio teſtis, *veredictum* JC. Anglis, *Verité*, in Conſuetud. Inſularum tit. 1. art. 19. 20. Libertates urbis S. Deſiderii in Campania an. 1228. *Quicumque plegios dederit, vel quicumque hæreditatem ſive feodum habuerit, licet ad placitum venire noluerit, veritatem ſuam ſicut præſens habere debet.* Infra: *Si Scabini à domino, ſive miniſtro domini ſubmoniti falſum ſub aliqua re judicium fecerint, veritate Scabinorum de Ypra dominus eos convincere poterit,* &c. Rurſum: *Si quis viam communem arando, ſeu alio aliquo modo deſtruxerit, & ſuper hoc veritate Scabinorum convincatur,* &c.

Veritas. Concilium Coyacenſe Hiſpanicum an. 1050. can. 9. *Præcipimus ut triennium non includat Eccleſiaſticas veritates: ſed unaquæque Eccleſia, ſicut Canones præcipiunt, & ſicut Lex Gothica mandat, omni tempore ſuas veritates recuperet & poſſideat.* Can. 13. *Mandamus ut omnes majores & minores veritatem & juſtitiam Regis non contemnant, ſed ſicut in diebus Adelfonſi Regis fideles & recti perſiſtant, & talem veritatem faciant Regi, qualem illis fecerunt in diebus ſuis. Caſtellanio autem in Caſtello talem veritatem faciant Regi, qualem fecerunt Sancio Duci. Rex verò talem veritatem faciat eis, qualem fecit præfatus Comes Sancius.*

VERMEN, pro *vermis*, uſurpatur in Vita B. Margaretæ de Cortona n. 89.

VERMICULANS *pulſus*. Vide *Formicans.*

VERMICULUS, *Vermiculum, Vermiculatus.*

Vermiculum, in Gloſſis MSS. *Lana rubra.* Papias: *Vermiculum, rubrum, ſive coccineum. Eſt enim vermiculus ex ſilveſtribus frondibus in quo lana tingitur, quæ Vermiculum appellatur.* Mox: *Vermiculum, tinctura ſimilitudine vermis.* Alibi: *Rufa, rubra, vermicula.* Gloſſæ Gr. Lat. MSS. κόκκος; τὸ βάμμα, *Vermicla, hoc coccum.* Editæ habent *Verminacula*, & τὸ abeſt. Alibi: *Rufa, rubra, vermicula.* Gervaſius Tilleberienſis MS. de Otiis Imperialibus Deciſ. 3. cap. 57. *In Regno Arelatenſi & confinio maritimo eſt arbor cujus ſarcina pretium habet 12. nummorum Mergorienſium: ejus fructus in flore pretium facit 50. librarum, ejus cortex ad opus veſtis pretium habet 5. ſolidorum. Vermiculus hic eſt quo tinguntur pretioſiſſimi Regum panni ſive ſerici, ut examiti, ſive lanei, ut ſcarlata. Et eſt mirandum, quod nulla veſtis linea colorem vermiculatum recipit, ſed ſola veſtis quæ ex vivo, animanteque, vel quovis animato decerpitur. Vermiculus autem ex arbore ad modum ilicis & quantitatem dumi pungitiva folia habente prodit ad pedem, nodulum faciens mollem ad modum ciceris, aquoſum, & cum exterius colorem habeat nebulæ & roris coagulati, interius rubet, & cum ungue magiſtraliter decerpitur, ne tenui rupta pellicula humor incluſus effluat, poſtquàm exſiccatur, corio includitur: cum enim tempus ſolſtitii æſtivi advenerit, ex ſe ipſo vermiculos generat, & niſi coriis ſubtiliter conſutis includerentur, omnes fugerent, aut in nihilum evaneſcerent. Hinc eſt quod Vermiculus nominatur, propter diſſolutionem quam in vermes facile facit ex natura roris Madialis* (Maii) *à quo generatur: unde & illo tantùm menſe colligitur, arbor autem Vermiculum generans vulgò Analis nuncupatur.* Vide Joan. Ruellium lib. 2. de Natura ſtirp. c. 136. Capitulare de Villis c. 43. *Ad genitia noſtra — dare faciant, id eſt linum, lanam, waiſda, vermicula, warentia, pectines,* &c. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Donat denar. 8. de vermiculo, unc. 2. pull. 8. paſtas 2. ova* 50. Occurrit pluries.

Vermiculatus, Coccineus, Gallis *Vermeil.* Aimoinus lib. 3. Hiſt. Franc. cap. 91. *Tunc ſi placebit, ego & tu vermiculatis adoperti veſtibus inter conferta congrediamur agmina.* Ubi Fredegarius in Chron. c. 25. *Induamur uterque ego & tu veſtibus vermiclis,* &c. Expreſſit Gallicum *Vermeil.* Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 36. *Erat antiquorum ornatus vel paratura Francorum, calceamenta forinſecus aurata, corrigiis tricubitalibus inſignita, faſciæ crurales vermiculæ, & ſubtus eas tibialia vel coxalia linea, quamvis ex eodem colore, tamen opere pretioſiſſimo variata.* Lib. 2. cap. 14. *Palliaque Freſonica alba, cana, vermiculata, vel ſaphyrina.* Tabularium Vindocinenſe Thuanum c. 74. *Caligas etiam habuit vermiculas, annuenda cauſa ipſius donationis.* Ch. 84. *Dedimus Ivoni unum chamfrenum, & Roberto unas caligas vermiculas.* Ch. 124. *Aldradus caligas etiam habuit vermiculas.* Willel. Malmeſbur. lib. 4. p. 149. *Vexilloque Boamundi, quod vermiculatum erat, ventis in faſtigio turris expoſito,* &c.

Vermiculatus, Latinis, quaſi *vermiculis* variatus vel diſtinctus. Will. Brito in Vocab. & Jo. de Janua: *Vermiculatus, diſtinctus & variatus: tractum eſt à vermiculis qui rodentes ligna arationculas ibi faciunt varias & diſtinctas, & quaſi in modum vineæ conducuntur.* Gloſſæ Gr. Lat. σκωληκιῶ, *Vermiculatum.* σκωληκόβρωτος, *Vermiculatum.* S. Bonifacius Mogunt. Epiſt. ad Cuthbertum: *Illa ornamenta veſtium — latiſſimis clavis, vermium imaginibus clavata, adventum Antichriſti ab illo tranſmiſſa præcurrunt.*

VERMILEUS, Rubeus, purpureus, ex Italico *Vermiglio*, & Gall. *Vermeil.* Chronicon Piſanum an. 1119. *Et nota quod Papa quando Piſani iverunt Majoricam, ſuis omnibus Piſanis dedit vexillum vermileum.* V. *Vermiculus.*

VERN. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam lib. 1. Paſſion. *Ros Syriacus, eſt flos arboris quæ dicitur Alnus, vulgò Vern, de cortice cujus fit nigra tinctura.*

VERNAÇULA *terra*, Proprietas, alodis. Charta Alamannica 36. Goldaſti: *Quapropter vernaculam juris mei terram eam in loco nuncupanti quod dicitur Petinwillare, quantum mihi Deus donavit, & parentes mei in hereditate dimiſerunt, trado Allidulfum, cum omnia mea, cum agris, cum pradis,* &c. Ch. 38. *Propterea vernacula terra juris mei in loco nuncupantur, quod dicitur Dada.*

cum ſervis & ancillis hæc nomina eorum, Gondabarancum, &c. Denique ch. 41. *Propterea vernaculaterra juris mei in loco qui dicitur Openwillare, tradimus S. Galloni 20. juchos, — de colonis meis Erſoinum,* &c.

Vernaculum, Quidquid domi naſcitur, *domeſtici fructus, res quæ alicui nata eſt, & quam non emit.* Ita hanc vocem interpretatur Anianus in l. 13. Cod. Th. de Luſtrali conlatione, ubi Jac. Gotofredus.

VERNACELLUS, *Qui ſuſcitat per dies feſtos*, Gloſſ. Iſidori. Ubi legendum *luſitat*. Ex *vernaculus*.

VERNACIA. Vide *Garnachia*.

VERNARIUM, Vernum tempus. Gerardus Marchetus Epiſc. Caſtrenſis Epiſt. 182. *Steti Pariſius per menſes aliquot, ubi reſumpſi lectiones magiſtrales uſque ad vernarium.*

VERNEMETIS, Gallica lingua vetuſti, *fanum ingens*, inquit Fortunatus lib. 1. Poëm. 9.

VERNETUM, *Vernedum*, pro *vinetum*. Tabularium Monaſt. S. Andreæ Vienn. *Ego Sierannus vendo Lunam campum cum vernetum ſalicetum in ſe tenente juris mei, qui eſt in Caſtolatis*, &c. Alia habet *in campis, & ſalicetis, & vinetis, juris noſtri*, &c. Alibi: *Unum curtillum ante januas poſitum, & tres diuturnas de terra, & vernetum in dextra, & in ſiniſtra parte poſitum ad ædificationem domorum habitantium in ſervitio prædictæ Eccleſiæ.* Charta alia Ermengardis Comitiſſæ Ceritan. an. 893. in Append. ad Capitul. Baluziana n. 127. *Verdegariis, vernedis, boſchis, ſilvis, garricis*, &c. Chron. Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. c. 20. *Hon à una gran verneda e pedral devant lo caſtell*, &c. Et cap. 21. *Et facnt mal dou dejus la vila de Perpenya en les vinies, e en un loch que es nomenat Vernet.* Ita cod. MS. ubi editus habet *Vernat*.

VERNIA, *Verniaria, Vernaria*. Tabularium Conchenſe in Ruthenis ch. 103. *Et illo prato de Reſtio cum ipſas albaretas, cum ipſas vernias ſimiliter dimittimus*, &c. Ch. 106. *Hoc eſt alodus noſter de Vermo calmo, cum vineas, cum vernas, cum pratos, cum manſiones*, &c. Ch. 109. *Unus campus cum vernias, cum terras cultas & incultas*, &c. Ch. 110. *Unus pratus cum verniarias, cum albaredas*, &c. Ch. 115. *Tradidimus, hoc eſt vernaria noſtra in loco quæ vocatur &c. — Et habet ipſa vernaria & ipſa terra in ſe fines de uno latus*, &c. Ch. 116. *Et de ſubtus terra cum vernaria*, &c. Ch. 445. *Et in parochia de Campelviado donamus alium manſum in illa vernia, hoc totum damus ad alodem.* Adde ch. 117. 148. 163. 187. 266. 270. 306. 338. &c.

VERNULITAS. HRoſwitha Monialis in Panegyr. Ottonis M. Imp.

Ex quibus Henrico quadam pars mente benigna
Devovit Regis fratri jus vernulitatis,
Pars Everhardo Comiti ſtudium famulandi.

Papias: *Verna, ſervus in domo natus: vernula, ſervus domi genitus vel nutritus.*

VERNUM, Ver, vernum tempus. Regula S. Fructuoſi cap. 6. *Verno vel æſtate dicta Prima, commonentur Decani à Præpoſito ſuo quale opus debeant exercere.* Regula Magiſtri cap. 32. *In verni vel æſtatis tempore*, &c.

VERONES. Aurelius Victor in Commodo: *Immiti prorſus feroque ingenio, adeo quidem ut gladiatores ſpecie depugnandi crebro trucidaret; cum ipſe ferrum objectum vero, nibus plumbeis uteretur.* Ubi legendum videtur *ad ferrum*, &c. Adeo ut *verones* fuerint ſpecies pectoralis, in quo ictus exciperet. Vide conjecturas virorum doctorum apud Schottum.

VERONICA, Romanis appellatur tabella in qua Chriſti Domini pergentis ad Crucis ſupplicium, divino miraculo expreſſa effigies efformatur, quæ aſſervatur & colitur Romæ in Eccleſia S. Petri. Clemens IV. to. 2. Epiſt. 484. an. 1268. *Quid enim ſupereſt niſi ut ipſa Veronica cum Apoſtolorum capitibus tranſportetur, & urbs toto ſpoliata theſauro, confuſionis induta diploide habeat in æternum quod lugeat.* Nicolaus IV. PP. an. 1290. *In ea namque baſilica ſui pretioſiſſimi vultus imaginem, quam Veronicam fidelium vox communis appellat, in ſingularis amoris inſigne tribuit venerari*, &c. Sed & alios Pontifices Clementem VI. VII. VIII. Gregorium XIII. &c. hanc tabellam, ſeu potiùs ſudarium eo nomine appellaſſe auctor eſt ex Jacobo Grimaldo Bzovius in Annal. Eccl. an. 1216. n. 16. Adde Jacobum Card. de Anno Jubileo cap. 1. Matth. Paris, & Matth. Weſtmonaſter. an. 1216. eundem Matth. Paris an. 1249. pag. 514. Bromptonum pag. 1221. Henricum Rebdorffenſem an. 1350. præterea Bernardum Guidonem de Sanctis Lemovicen. lib. pag. 629. De S. Veronica integras diſputationes inſtituerunt præter Baronium an. 34. n. 138. vir ſingularis eruditionis Godefrid. Henſchenius 4. Febr. Franciſcus Quareſmius lib. 4. Elucidat. Terræ Sanctæ, peregr. 6. cap. 14. §. 4. & ſeq. & Bzovius an. 1216. n. 15. & ſeqq.

Veronicam appellatum Ciborium antiquæ baſilicæ Vaticanæ videtur ſcribere Nicolaus Alemannus in Diſſertat. de Lateranenſibus parietinis p. 40.

VEROSUS, *Plenus veritate: Veroſitas*, veritas, Ugutio.

VERRENNES, *à Vehere, i. portare, nominate, inſtrumenta ruſticorum ſunt.* Papias.

VERRERE, *Verrificare*, Terram verſare, quod faciunt porci, & verres. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 24. *Si porci verrant pratum alienum, dominus illorum tenetur omnes verrificationes implere frumento.*

VERRES, Porci maſculi, quos Franci *Verrats* dicimus. Epiſtola Bartholomæi Monachi Fuſniacenſis, qui Epiſcopus Laudunenſis fuerat, ad Conventum Remenſem an. 1158. *Veruntamen nihil eis contuli, quod ad redditus pertineat Epiſcopi, præter porcos, quos vulgò Verres vocant, quos Menſæ Epiſcopali Perſonæ ſolvebant Eccleſiæ.*

VERSALITER. Thwroczius ſub an. 1342. *Hujus mundi decus & gloria — ſemper variando verſaliter atque caduce ſe protendens in nihilum tanquam aqua decurrens incedit.*

VERSARI vinum dicitur, quod corrumpitur, Petro de Creſcentiis lib. 4. cap. 38. *Qualiter poſſit provideri ne vinum verſetur.* Ubi Gallicus Interpres vetus, *Comme on peut remedier à ce que le vin ne ſe tourne, ne corrompe.*

VERSATIM, Vice verſa. Conſtitutio Chlotarii Regis an. 560. c. 6. *Si judex aliquem contra legem injuſtè damnaverit, in noſtri abſentia ab Epiſcopis caſtigetur: ut quod perpere judicavit, verſatim melius diſcuſſione habita emendare procuret.*

VERSCHINGA. Notitia an. 1159. in Tabulario Monaſterii S. Bertini: *Dabit Waltero de Ekat — pro bannvere 4. ſol. — infra Kl. Maii, & Kl. Auguſti 2. ſol. pro expeditione, in feſto S. Michaelis 2. pro verſchinge, in feſto O. SS. 5. ſol. pro teſſemene*, &c. Videtur idem quod *Friſchinga*. Vide in hac voce.

VERSIBILITAS, Mutabilitas, inconſtantia. Utitur Eulogius Cordub. lib. 2. c. 15. & in Epiſt. ad Alvarum, qua illi Memoriale Sanctorum mittit.

VERSIDICUS, Poëta, Verſificus, apud Fab. Victorinum in 1. Rhetoric. Ciceronis.

VERSIFICARE, Pſalmos antiphonatim canere. Ordinarius Eccleſiæ Rotomagenſis MS in 4. feria majoris hebdomadæ: *Quo (igne) benedicto, redeant ad chorum verſificando, Dominus illuminatio mea*, &c.

VERSUS *apertionis*, in Regula Magiſtri cap. 44. Pſalm. *Domine labia mea aperies*, &c. Amalarius lib. 3. de Eccl. offic. cap. 9. *In nocturnali officio dicimus primo, Dominè labia mea aperies &c. Deinde ſequitur Gloria.*

Verſus clusor, qui dici ſolet in clauſula officii Eccleſiaſtici, qualis hodie *Benedicamus Domino*, in eadem Regula Magiſtri cap. 37.

Verſum perdere dicebantur Monachi, cum ad Refecto-

rium tardiùs venerant, primuſque aut ſecundus vel tertius orationis verſus jam dictus eſſet, in libro Uſuum Ordinis Ciſtercienſis c. 109. 116. in Inſtitutionibus Rainardi Abbatis Ciſtercienſis c. 83. in Inſtitut. Capituli General. ejuſdem Ordinis, diſtinct. 6. c. 6. diſt. 14. c. 13. quo caſu pœnitentiæ ſeu *venia* obnoxius erat. De *verſu refectionis*, agit idem liber Uſuum Ciſterc. c. 121.

Verſarius, Liber Eccleſiaſticus continens *Verſus* qui canuntur in Eccleſia. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 10. Kal. Aug. *Dedit nobis — pſalterium cum hymnis, duos troperios, duos verſarios*, &c.

VERSIPELLO. Gloſſ. Gr. Lat. *Verſipello*, χαμαιλέων. In Lat. Gr. *Verſipellio*, χαμαιλέων καὶ λυκάνθρωπος.

VERTENARIUM. Charta Thomæ Regis Manniæ an. 1055. in Monaſt. Anglic. to. 1. pag. 718. *Cum piſcariis, bracinis, conſuetudinibus, ancoragiis, & vertenariis*.

VERTEBOLUM, *Vertuolum*. Pactus Legis Salicæ tit. 27. §. 14. *Si quis ſtatuam, aut tremagolum, vel vertebolum de flumine furaverit*, &c. Lex Salica tit. 29. §. 32. habet *vertuolum*. Ubi Interpretes genus retis eſſe aiunt, quod Normanni noſtri *Verrueil*, Latini *Verriculum* vocant: alii inſtrumentum quod volvendo *vertitur* ad hauriendum aliquid. Vide *Vertibulum*.

VERTIBELLA, *Forfex medicinalis*. Ita Gloſſæ MSS. ad hunc locum Alexandri Iatroſophiſtæ lib. 1. Paſſionum: *Ex mulſa lavari bonum eſt, quando moleſti humores in aure ſurrexerunt, & exit ſæpius quod incidit, & Iatrolabon i. vertibella facile trahitur*.

Vertevella. Ebrardus Betun. in Græciſmo cap. 12.

Eſt vectis ferrum longum pariterque rotundum,
Oſtia quo firmo, dictum ſit à Vecho verbo:
At Vertevellas quadam foramina dicas,
Quod vertuntur in his vectes quocunque feruntur.

Geſta Conſulum Andegav. c. 3. n. 26. *Fecit præterea aliam abſidam — cum oſtio fuſilis, quod gunſis & vertevellis, & quatuor clavibus firmabatur*.

Verticula, *cardines*, Papiæ. *Verticulum* & *verticillum*, σπόνδυλον, & σφόνδυλος, in Gloſſ. Gr. Lat.

VERTIBULUM, idem quod *vertebra*, *vel eſt inſtrumentum cum quo carbones vertuntur in fornace*. Ugutio. Gloſſ. Lat. Gall. *Vertibulum*, *Rouable de fornaiſe*. Stephanus Epiſcopus Redonenſis in Vita S. Guillelmi Firmati n. 16. *Tunc ſubito latrunculus veſte nudatus propria, ſiniſtra tunicam, & dextra tenens vertibulum, ad pedes Firmati provolvitur*. Suprà *baculum* appellavit: *Extractam qua induebatur tunicam baculo ſuperpoſuit*.

VERTICALE. Gloſſæ divinæ Hiſt. MSS. *Cytharim*, i. *thyara*, *verticale*.

VERTIGINARE, Circumvertere, apud Tertullianum de Pallio.

VERTUOLUM. Vide *Vertebolum*.

VERTRAGUS, *Vertraba*, *Vertrahus*. Vide *Canis*.

VERU, Stipes inſtar ſubulæ præacutus. Vetus Inſcriptio p. 61. HÆC AREA INTRA HANC DEFINITIONEM CIPPORUM CLAUSA VERUBUS. Charta Grodegangi Epiſcopi Metenſis, apud Meuriſſium p. 169. *Cum palis molendinariis & verubus*, &c. Eſt etiam

Veru, armorum ſpecies. Apud Smaragdum in Grammatica MS. *Veru*, in Gloſſa ſuperlineari, exponitur *ſagitta*. Will. Brito lib. 11. Philippid. p. 231.

Mox haſtas haſtata manus configit in illum,
Quorum cuſpis erat longa, & ſubula inſtar acuta,
Et nonnulla velut verubus dentata recurvis,
Cuſpidis in medio uncos emittit acutos.

Infra:

Hic verubus, culteris alter ſubularibus, arctas
Scrutatur thorace vias.

Ubi idem videtur *veru*, quod βερῦτον, in Gloſſ. Gr. Lat. βερῦτον, εἶδος ἀκοντίου, *Cammentum* ubi fortè leg. *cum amento*. Βερυτται ὀρνιθίεια dicuntur Leoni & Mauricio in Tacticis, locis à Rigaltio indicatis in Gloſſ. Jo. de Janua: *Veru*, *quoddam genus pili*. Papias: *Verutus*, *genus ubi ferrum eſt ſolidum & productum, dicti quod verubus pugnent*.

Verettoni, Italis. Juan. Villaneus lib. 12. c. 66. *Cominciarono à ſaettare con loro verettoni*. Ita eod. libro c. 19. 20. *Viratons*, in Chronico Petri IV. Regis Arag. lib. 6. c. 4. *Viretons*, ſcriptoribus noſtratibus, quibus & *Broches* dicuntur. Guill. *Guiart* an. 1213.

Si con François vont ordenant
Leur batailles en un tenant,
Garnis d'eſpées & de broches.

Chron. Bertrandi Gueſclini:

De leurs broches de fer ſe vont entracoulant.

Infra:

De ſa broche de fer li a trois corps donnez.

Raimundus Montanerius in Chron. Regum Aragon. c. 221. *E ab una brotxa que tenia, dona li be 13. colps*.

Brochiis etiam inſtructa fuiſſe ſcuta militaria docent Aſſiſiæ Hieroſol. MSS. cap. 95. ubi de Armis Militis qui duello decertat: *Et en l'eſcu doit avoir deus broches de fer tout emmi l'eſcu, & l'autre au pié de ſomet, & doivent eſtre de tel groſſe come il vodront, & de tel longour juſque à un pié, & neent plus, & entour l'eſcu tant de broches com ils vodront, agues, ou raſours. Et le cheval doit eſtre couvert de converture de fer, & avoir une teſtiere de fer, & emmi la teſtiere une broche de fer, telle come celle de l'eſcu*.

VERUDATUS, Veru tranſverſo obfirmatus, clauſus, Gallis, *Verouillé*. S. Auguſtinus Quæſt. 23. ſuper libr. Judic. *Proinde aut alia clavis alliata eſt, aut tale clauſuræ genus fuit, quod ſine clavi poſſet claudi, nec ſine clave aperiri. Nam ſunt quædam talia, ſicut ea quæ Verudata dicuntur*. Malim *verucata*.

VERVISA, Panni genus, aliàs *Plankets* dictum, an. 1. Ricardi III. Regis cap. 8. Cowell. & Spelm.

VESCULENTUS, *Deliciis & eſcis plenus, vel veſcis*; *Veſculentia*, *delitiarum vel veſcorum copia*. Ugutio. Catholicon parvum: *Veſculentia*, *Abondance de viandes*. Jo. de Janua: *Veſcus*, *comeſtibilis; vel ad veſcendum habilis, vel veſcibilis. Vel veſcus, delitioſus: unde veſculus*, &c. Vide Feſtum, &c.

VESO, Felis ſeu cati ſpecies, noſtris vulgò *Putois*. Petrus Venerabil. in Statutis Ord. Cluniac. cap. 17. *Ad coopertoria facienda ſolummodo, ſicut hoc magis placuerit, Putoſiorum: & juxta aliorum linguam, Veſonum pellibus utantur*.

VESPA. Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 10. *Examen mirabilium atque ſævarum muſcarum, quas vulgo veſpas vocant, reperit*. Atqui vox Latinis cognita, Plinio præſertim lib. 11. cap. 21. à quo deſcribitur: ſed videtur expreſſiſſe vocem vulgarem *Weſpe*, uti Germani efferunt, nos *Gueſpe*.

Veſpetum, Locus ubi veſpæ abundant. Jo. de Janua.

VESPERÆ, Una ex *horis* Eccleſiaſticis, quæ ſub veſperam dicitur, quam eandem eſſe cum *Lucernario* volunt viri docti. Ugutio: *Hæc veſpera, ſignificat id temporis in quo pulſatur illud officium: hi veſperi, ipſum officium. Veſperi ſiquidem cantantur, ſed veſpere pulſantur. Quidam tamen non diſtinguunt inter veſperas & veſperos, quantum ad officium*. S. Hilarius Maſſilienſis in Vita S. Honorati Arelat. *Hac igitur adhortatione completa, jubet congregationem mœſtam ſacrificium veſpertinæ laudationis offerre, & cibum conſuetudinaria refectione perficere*. De *Veſperis*, ſeu officio Eccleſiaſtico ita appellato, vide Durandum lib. 5. cap. 9. ex recentioribus verò Garſiam Loayſam in Notis ad Concil. Toletan. I. c. 9. & in Emeritenſe can. 2. Marcellum Francolinum de Horis Canonic. cap. 12. 17. Gazæum ad Caſſian. lib. 3. cap. 3. Hugonem Menardum ad Concordiam Regul. ad. cap. 24. §. 2. Haëftenum lib. 7. Diſqu. Monaſtic. tr. 7. diſq. 4. &c. Card. Bona de Pſalmodia c. 10. &c.

Veſpertinales, Horæ ſcilicet. Concilium Aquiſgran. II. cap. 2. can. 9. *Veſpertinales quoque in vigilia Paſchæ meliùs celebrandæ ſunt propter lætitiam Reſurrectionis Domini, quàm dimittendæ*.

VESPERIA, Ultimus, uti vocant, actus in Univerſitatibus ad conſequendam *Doctoris* dignitatem, ſeu *Diſputatio* quæ à Baccalario fit pridie quam *Birrheto* doctorali donetur, in qua diſputant tres Doctores cum eodem Baccalario. Nicolaus Trivettus in Chron. an. 1282. *Poſt diſputationem, quæ Veſperia appellatur.* Statuta Facultatis Theologiæ in Academia Viennenſi in Auſtria tit. 16. *Poſt hæc veſperiæ Licentiati ſecundùm modum Pariſiis conſuetum, quem hic recipimus, ſic fiant: quod per aliquot dies, ante ſcilicet decem vel circa, Licentiatus veſperiandus in cappa venit una cum bedellis per domos omnium Magiſtrorum, & Baccalariorum formatorum, portando eis titulum quæſtionum quatuor, quarum duæ diſputandæ ſunt in veſperiis, & duæ in aula,* &c.

VESSEIL. Joannes in Architbremo lib. 2. cap. 10. *De potu ſuperfluo:*

Ergo vagante cypho diſtincto gutture veſſeil
Ingeminant Veſſeil, labor eſt plus perdere vini
Quam ſitis, &c.

Ubi ad marginem ſcriptum *Werſell*, fortè ex alio exemplari, quæ quidem ferri poteſt lectio, qua Gallicum *Verſez* exprimitur, i. *funde merum.* Aliàs *veſſeil*, vas ſonat, quaſi dicatur, *vas ſeu ſcyphum affer ut bibam.* Idem ſcriptor lib. 7. c. 1.

——— *Nec fontis hydropicus unde*
Congeſtos calices, niſi fiſſo vaſe, bibendi
Continuetur iter, &c.

VESTARARIUS, idem qui *Veſtiarius*, qui veſtium vel theſauri curam habet. Apud Anaſtaſium p. 99. Pandulus *veſtiarius* Deſiderii Longob. Reg. in aliis codd. *Veſtararius* nuncupatur. *Veſtararius* ſummi Pontificis apud eundem in S. Hadriano p. 114. & in Leone III. p. 121. ubi alii codd. habent *veſtiarius*. *Veſtararius Ravennæ*, apud Guill. Bibliothecar. pag. 214. *Caſarius filius Pipini potentiſſimi Veſtararii*, in Epiſtola 7. Joannis VIII. PP. ex iis quas edidit Sirmondus. *Georgius Veſtararius*, in Actis Concilii Pontigonenſis an. 878. cap. 8. Extat apud Perardum Epiſtola Abbatis S. Benigni inſcripta *Illuſtri ſacri Palatii Veſtarario, primo Senatori, nec non unico Romanorum Duci.* Occurrunt *Veſtararii* Eccleſiaſtici, ſeu qui *veſtiarii* Eccleſiarum curam habebant, apud Ughellum to. 7. Italiæ ſacræ pag. 610. to. 8. pag. 209. 210. Adde præterea Chronicon S. Sophiæ Benevent. pag. 625. 638. 641. Petr. Diacon. lib. 4. Chr. Caſin. cap. 108. 120. & Angelum à Nuce ad eundem ſcriptorem cap. 68. Vide *Veſtiarius*.

VESTI, ex Gr. Βέστης, Dignitas Palatinæ apud Imperatores Byzantinos. Lupus Protoſpata in Chron. an. 1051. *Deſcendit Argyrus Magiſter, Veſti, & Dux Italiæ.* Charta vetus apud Ughellum to. 7. Ital. ſacræ pag. 393. *Nos Joannes Domini gratiâ Dux, & Imperialis Patritius, Amyphatus, Veſti.* Iis præerant Βεστάρχαι, quorum dignitas illuſtris fuit. Horum meminit Joannes Euchaitarum Epiſcopus pag. 30. Bryennius lib. 1. n. 24. Scylitzes, Zonaras, & alii locis indicatis in Notis ad eundem Bryennium.

VESTIARITÆ, Nobiles aulici, qui circa *veſtiarium* Principis verſabantur. Lexicon MS. Reg. cod. 2062. Χρυσαῖται, ὁ βεστιαρίτης. Will. Tyrius lib. 20. cap. 26. *Sed & ſuos nihilominus non longè ab eodem Palatio honeſta ſimul & commoda fecit hoſpitia præparari: ubi etiam ſicut priùs, impenſas non ſolum neceſſarias & voluptuarias ſuperefluentes Veſtiaritæ, & hi quibus id officii deputatum erat, magnificè & ſuperabundanter non ceſſabant miniſtrare.* Vide quæ de *Veſtiaritis* adnotamus ad Alexiadem pag. 285.

VESTIARIUM, *Erogatio veſtium*, in Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. in Gloſſis Iſidori, *Erogatorium*.

Veſtiarium, Locus in quo aſſervantur veſtes: ἱματιοφυλάκιον, in Gloſſ. Gr. Lat. Lexic. Gr. MS. Reg cod. 2062. Βεστιάριον, ὅπερ Ῥωμαῖοι τόπον ἔλεγον ἢ ἀποκεῖα ἀπόκειται ἐσθής. Kero Mon. *Veſtiario, wahthhuſe*, i. domus veſtium. Vide Pancirolum ad Notitiam Imperii Oriental. cap. 89.

Veſtiarium, Locus ubi non modò veſtes aſſervantur, ſed etiam cimelia, atque adeò theſaurus & pecuniæ. Heſychius: Βεστιάριον, τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθεται, καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ ναοῦ. Bulla Joannis III. PP. apud Baronium an. 559. n. 5. *Inſuper ex ſacro noſtro veſtiario hæc donaria contulimus: videlicet crucem unam auream penſantem libras ſex, calicem unum aureum penſantem libras duas, duos argenteos penſantes libras quatuor; veſtes quoque ſericas cum gemmis albis, & auro contextas quatuor,* &c. Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. Epiſt. 35. *Admone ut veſtiarium omne Epiſcopi ſui faciant deferendum, & quantum praviderint ſecum argentum adducant,* &c. Jo. Diacon. lib. 1. vitæ ejuſdem Gregorii M. cap. 10. *Cui liberaliſſimus pater, accerſito Veſtiario, alia ſex numiſmata dari præcipiens, cognovit in veſtiario nihil numiſmatum, unde poſſet conſolari naufragum, remanſiſſe.* Apud Anaſtaſium Leo III. PP. *in veſtiario Patriarchii* dicitur à parva ætate fuiſſe *nutritus & educatus.* Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. *Deinde cum venerabilibus Epiſcopis & Auguſtali Legato, per omnia ſacri Palatii perrexit veſtiaria; quæ in tantum devaſtata reperit, ut de ſacratis vaſis, quibus menſæ tenere feſtis diebus Pontifices conſueverant, pauciſſima invenirentur: de reliquis verò opibus nihil omnino.* Eginhartus in Vita Caroli M. ſub finem: *Quicquid in camera atque veſtiario ejus fuiſſet inventum,* &c. W. Tyrius l. 2. c. 15. *Ex Imperialibus veſtiariis oblata ſunt prædicto viro munera in auro, veſtibus, vaſis, & pretioſis lapidibus tam pretio quàm dignitate incomparabilia.* Adde lib. 18. c. 18. l. 20. c. 12. Charta Boëmundi II. Principis Antioch. apud Ughellum to. 9. p. 174. *Primum quidem indignationem noſtram ſe incurſurum, deinde verò 50. libras auri veſtiario & cameræ noſtræ — noverit ſe ſoluturum.* Adde Chronicon Caſinenſe lib. 1. cap. 28. lib. 4. cap. 61. Anaſtaſium in Vitis PP. pag. 47. &c.

Veſtiarium, Veſtis ipſa, vel veſtis genus. Concilium Budenſe an. 1279. c. 61. *Omnes in eodem Monaſterio vel regulari Canonica, & ſub eadem profeſſione morantes indifferenter uno & eodem veſtiario induantur.*

Veſtiaria, pro *Veſtiarium*, Locus in Monaſterio ubi reponuntur veſtes Monachorum, apud Ingulfum pag. 866. *Askerus Prior in veſtiaria, dominus Lethwinus Supprior in refectorio — detruncati ſunt.*

VESTIARIUS, A Veſtibus, qui veſtes curat. Papias: *Veſtiarius, qui veſtibus præeſt. A veſte,* in veteribus Inſcriptionibus. Alia: L. AGRIO VESTIARIO TH[illegible]IARIO IMP. CÆS. ANTONINI PII. Vide Paulum Warnefridum de Geſtis Langob. lib. 5. c. 2.

Veſtiaria apud eundem Warnefridum lib. 2. c. 28. *Veſtiaria ancilla*, quæ veſtiarii domeſtici curam habet, in Lege Alaman. tit. 80. §. 1. In Monaſteriis feminarum, *Veſtiaria* dicitur, *quæ totum quod ad curam indumentorum ſpectat, providet,* &c. apud Abaelardum pag. 157.

Veſtiarius, Dignitas in Eccleſia Cathedrali Magalonenſi inſtituta à Rainerio Epiſcopo an. 1247. cujus curæ incumbebat *induere omnes Canonicos & Converſos, exceptis Prioribus, qui tenentur dare Veſtiario ſingulis annis pro ſingulis Canonicis quos induere conſueverunt, 46. ſolidos,* &c. Vide Gariellum.

Veſtiarius, cui non *Veſtiarii* duntaxat, ſed & *Theſauri* & *Cimeliorum* cura committitur. Ita non alius eſt Pandulus *Veſtiarius* Deſiderii Longobardor. Regis apud Anaſtaſium Biblioth. in S. Hadriano pag. 99. *Veſtiarii* ſummorum Pontificum non ſemel occurrunt, apud eundem p. 114. 121. quorum munus indicat Jo. Diaconus lib. 1. Vitæ S. Gregorii M. cap. 10. *Accerſito Veſtiario, alia ſex numiſmata dari præcipiens,* &c. Infra: *Ruſum Veſtiarium ſuum ſi fortè vas quodlibet aut veſtimentum haberet, interrogans,* &c. *Veſtiarius* inter quatuor qui ſummum Pontificem equitantem comitantur, recenſetur in Ordine Romano. Vide *Veſtararius*.

VESTIFICUS, *Veſtifica*, Veſtium artifex, in vett. Inſcript. 578. 6. 7.

VESTIGIUM *minare*. Vide *Hueſium*.

Vestiplica *femina quæ veſtes plicat*, Papias, & Gloſſæ Arabico-Lat.

Vestimen, Veſtimentum. Utitur Felix Gyrwenſis in Vita S. Guthlaci n. 16.

Vestire, Poſſeſſionem conferre rei alicujus, *Inveſtire*. *Veſtir*, in Conſuetud Laudunenſi art. 227. *Veſtir & enſaiſiner*, in Sedanenſi art. 259. 260. 262.

Veſtitus, qui de re aliqua inveſtitus eſt, qui rem poſſidet: *Veſtu & mis en poſſeſſion*, in Conſuetudine Laudunenſi art. 126. Calniacenſi art. 32. 33. & aliis. Charta Caroli C. Regis apud Beſlium pag. 129. *Unde Cœnobium S. Dionyſii veſtitum fuerat a bonis Deum timentibus hominibus.* Alia Riculfi Epiſcopi Forojulienſis apud Ruſium & Sammarthanos: *Illi verò timorem Domini præ oculis habentes, tale ei conſilium dederunt, ut præter hereditatem, quam Eccleſia prædicta ibidem antiquitus habuit, ſi propter hoc quod ipſe Epiſcopus poſt expulſionem paganorum* (Fraxinetenſium) *primus veſtire cœpit ipſam civitatem, unam medietatem de omnibus quæ in circuitu ejuſdem civitatis adjacent, redderet vel donaret.* Odo Cluniacenſis de Reverſione S. Martini cap. 7. *Nolo Eccleſiam meam tanto defraudari theſauro, quia Epiſcopus factus eo veſtitam inveni.* Charta Caroli M. in Chronico Laurishamenſi pag. 59 *Dum diceret quod ſuus pater de ipſo Monaſterio veſtitum dimiſiſſet*, &c. Vide Chartam Alamann. Goldaſti 42. Roverium in Reomao p. 173. &c.

Manum alicujus *veſtire*, tradere, inveſtire: *Manus veſtita*, ejus cui traditio facta eſt. Lex Bajwar. tit. 17. §. 3. *Mei anteceſſores tenuerunt* (territorium) *& mihi in alodium reliquerunt, & veſtita eſt illius manus cui tradidi.* Charta Alamann. Goldaſti 58. *Poſt meum diſceſſum ipſas res ad Monaſterium S. Galloni admeliorataſ revertant, abſque ulla contradictione vel minuatione, manu veſtita, partibus meis — poſſideant.*

Veſtitus ager dicitur, cui fructus inſunt, & *abſo* opponitur, ſeu inculto. Paulinus in Panegyrico p. 523.

> *Cernite nulla ſuis emergere ſemina campis,*
> *Ne priùs intereant labe ſoluta putri.*
> *Nuda feris, veſtita legis, jacis arida grana,*
> *Atque eadem fructu multiplicata metis.*

Colonia veſtita, in Concilio Valentino III. an. 853. c. 9. Charta Conradi Regis an. 967. apud Jo. Columbum lib. 2. de Epiſc. Siſtaric. n. 3. *Omnia in omnibus cultis, & incultis, veſtitis & deſertis, quæſitis & quærendis*, &c. Alia ejuſdem anni in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicib. n. 68. *Hoc eſt villam noſtram quæ vocatur Candidas, videlicet cum manſis veſtitis, adveſtiendis, campis, pratis*, &c. *Unum curtile veſtitum*, in Charta Balduini Comitis Flandr. an. 1063. in Diplomatib. Belgic. Alia an. 1298. in Hiſt. Guinenſi pag. 128. *Terram ſcilicet quandam nemore veſtitam in loco qui dicitur*, &c. *Menſura veſtita*, in Tabulario S. Flori in Arvernis: *4. ſextaria & emina bladi ad menſuram veſtitam S. Flori.* Vide *Abſus*, *Manſus*.

Hæreticus veſtitus. Vide *Hæreticus*.

Obligatio veſtita, quæ *nudæ* opponitur apud Brittonem de Legib. Angl. c. 28. initio, quæ ſcilicet veſtitur vel re, vel verbo, vel ſcripto, vel mutuo conſenſu, vel denique firma junctionis, &c.

Veſtitura, inquit Vadianus, hoc ipſum eſt quod *inveſtitura*, hoc eſt in poſſeſſionem miſſio, aut poſſeſſionis ſecuritas & confirmatio, quam & *beneficium* illa ſecula, & *feudum*, quod ferè à Francis natum & inductum eſt, vocarunt. Et lib. 3. pag. 88. *Veſtituram* intelligi ait, *jus poſſeſſionis concedendum, quod Epiſcopi Abbateſve à Principe accepiſſent, niſi videri queat veſtituram dici quæ lehen dicitur.* Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 19. *Et coram eis veram ſuarum traditionem faciat, & fidejuſſores veſtituræ donet ei qui illam traditionem accipit, ut veſtituram faciat.* Tradit. Fuld. lib. 1. tr. 157. *Reginwald & Otwin fecerunt veſtituram in præſentia Heſſes, & ego Wigger accepi.* Infra: *Horum omnium veſtituram cum ſtipulatione ſubnixa perfecit.* Flodoardus lib. 1. Hiſt. Remenſis cap. 20. *Eique in præſentia fidelium ſuorum, legali de more, veſtituram ex ea* (villa,) *& Chartam fecit.* Tabular. Monaſterii de Luco, apud Marcam lib. 3. Hiſt. Beneharn. c. 3. n. 8. *Qui quidem Rex de hac patria veſtituram dedit avo Vicecomitis, qui erat de ejus progenie, & dedit Deo & S. Vincentio partem ſuam ſuper altare.* Adde Chron. Mauriniacenſe pag. 371. Maximè verò *In veſtitura* rei alicujus eſſe dicitur, qui hanc poſſidet. Præceptum Caroli M. pro Hiſpanis editum à v. cl. Steph. Baluzio: *Et dixerunt quod aliqui pagenſes — eos exinde expellant contra juſtitiam, & tollant noſtram veſtituram, quam per 30. annos & ampliùs veſtiti fuimus*, &c. Capitula ejuſdem Caroli M. lib. 4. c. 34. *Si quis proprium noſtrum, quod in veſtitura genitoris noſtri fuit, alicui quærenti ſine noſtra juſſione reddiderit*, &c. Adde c. 45. & Appendicem 3. ejuſdem libri cap. 7. Capit. 2. Lud. Pii an. 819. c. 6. 8. Concilium Sueſſionenſe an. 853. part. 2. c. 3. Compendienſe an 868. c. 3. Capit. Caroli C. tit. 39. c. 8. Bullarium Cluniacenſe pag. 4. &c. Chronicon Andrenſe: *Hujus Eccleſiæ Monachi per annum & diem in ejuſdem terræ veſtitura ſunt.* Charta Alamannica Goldaſti 28. *Statuimus inter nos, ut venerabili Abbati & fratribus prædicti Monaſterii decimam in ſubnotatis locis, ſicut illius temporis in illorum erat veſtitura, concederemus.* Infra: *Cujus decima tunc in mea veſtitura erat.* Ita in Charta 95. 97 in Chronico Beſuenſi pag. 504. &c. Diſcrimen tamen inter veſtituram & *poſſeſſionem* videtur poſuiſſe Joannes IV. PP. in Epiſtola ad Iſaac Syracuſanum Epiſc. edita ab Holſtenio: *Majus enim fuit poſſeſſionem dare, quam ſit veſtituram concedere.*

Veſtitio, Inveſtitura. Charta S. Bonifacii de finibus Fuldenſis Monaſterii, apud Browerum lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 4. *Ideo placuit nobis, ut eundem locum, qualiter certis terminis conſiſtit, adnotemus, & idoneis teſtibus qui in prædicti Principis traditione & veſtitione ipſius loci aſfuerunt, ſubterfirmemus.*

Veſtitura, Cenſus qui quotannis exolvitur in ſignum conceſſæ *veſtituræ*, ſeu poſſeſſionis. Charta Caroli C. an. 855. in Spicilegio Acheriano to. 12. pag. 117. *Eo videlicet modo & tenore, ut Lambertus fidelis noſter diebus vitæ ſuæ jamdictam Eccleſiam S. Stephani propter veſtituram ſingulis annis Nonam & Decimam ex ea perſolvens, ipſam jure beneficiario & uſufructuario interim teneat*, &c. Eadem verba habentur in Charta ejuſdem Caroli an. 3. in Tabulario Eccl. S. Cyrici Nivernenſis. Vetus Charta in Tabulario Eccleſiæ Viennenſis fol. 16. *Tali itaque tenore, quatenus dum vivo, ex eiſdem rebus uſum fructuarium obtineam, & omni anno prædictæ Eccleſiæ modium unum vini in veſtitura perſolvam.* Alia an. 912. fol. 18. *Ea tamen ratione ut dum advixero, uſufructuario ipſas res optineam, & annuatim feſtivitate S. Mauricii in veſtitura inter panem unum modium perſolvam: & ſi Ado frater meus ſuperſtis mihi fuerit, ipſas res dum advixerit ſub eadem veſtitura obtineat.* Alia Bernuini Viennenſis Epiſcopi c. an. 887. ibid. pag. 147. *Quæ deſerta ſunt reſtaurando, & quæ deſtituta reædificando, & quæ non ſunt veſtita reveſtiendo, & ipſa die ſolemnitatis S. Mauricii ſolo .... perſolvant ad luminaria & veſtituram Eccleſiæ ejuſdem S. Mauricii.* Teſtamentum Bernonis Abbatis Cluniacenſis: *Eo tenore ut per ſingulos annos cenſus 12. denariorum pro veſtitura reddatur.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 34. *Tali Conventu ut in vita ſua teneat,* (manſum) *& ſextarium frumenti omni anno in veſtitura perſolvat.* Id eſt cum ager fructus fert.

Veſtitio, eadem notione in Tabulario Conchenſis Abbatiæ in Ruthenis, & in Tabulario Prioratus de Domina in Delphinatu crebriùs occurrit.

Veſtura, Fructus quilibet agro hærentes: *Adveſture*, in Conſuetud. Namurcenſi art. 23. Cameracenſi tit. 12. art. 22. 23. Sanpaulana art. 10. Valentianenſi art. 118. Inſulenſi, & aliquot aliis. Leges Inæ Regis c 69. *Qui habet 20. hidas, debet committere 12. hidas veſtura terræ, quando velit abire.* Fleta lib. 2. cap. 4. *Inquiratur etiam*

quantum veſtura ſingulorum boſcorum, & reſtectorum prædicto modo aſſartatorum valuerit, antequam aſſaria illa facta fuerint, &c. Adde cap. 71. §. 5. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 723. *Et per omnes forellas, landas, & veſturas meas, paſturam plenariam omnium animalium ſuorum*, &c. Pag. 841. *Exceptis pratis & bladis, ubi poſt ablatam veſturam libere paſcentur.* To. 2. pag. 834. *Ita tamen quod homines noſtri communicabunt in omnibus prædictis terris, poſtquam prædicti Fratres veſturas aſportaverint, cum animalibus ſuis*, &c. In aliquot Conſuetudinibus municipalibus, *Veſtura* idem valet quod *veſtitura*, aut *inveſtitura*. ut in Laudunenſi art. 226. & aliquot aliis. Joannes Abbas Laudunenſis in Speculo Hiſtoriali MS. lib. 11. c. 17. *Lequel les miſt en veſture de la Comté d'Artois*, &c. Chronicon Flandriæ cap. 8. *Pource qu'Alienor ſa mere exhortoit le Roi ſon Baron à mettre Jean ſon maiſné fils en veſture de ce qu'elle tenoit du Royaume de France.* Sed præſertim hæc vox in rebus tantùm cenſui obnoxiis uſurpatur, in Conſuetud. Vitriacenſi art. 18. Sedanenſi art. 208. 261. Remenſi art. 140. 141. Noviodunenſi art. 34. Calniacenſi art. 53. in Magno Recordo Leodienſi pag. 60. &c.

Veſtimentum, idem quod *veſtitura*, Miſſio in poſſeſſionem, vel ipſa poſſeſſio. Bractonus lib. 4. Tract. 1. cap. 1. *Poſſeſſionem nudam*, quam *Intruſionem* vocat, ait eam eſſe quæ *non vallatur aliquo veſtimento*, legitima veſtitura.

Item *pactum veſtitum*, ſeu quod habet *veſtimentum*, opponitur *pacto nudo*, ex quo ſcilicet non naſcitur actio. Contrahitur autem *obligatio ex ſex veſtimentis, quæ omnia dicuntur Veſtimenta pactionum & donationum*, quæ recenſet Fleta lib. 2. cap. 56. §. 3. & ſeqq.

Adveſtire, idem quod *veſtire*, *inveſtire*.

Adveſtitura, in Conſuet. Caſtellaniæ Inſulenſis art. 46. Namurcenſi art 48. 70. 75. *Adveſt*, miſſio in poſſeſſionem. Chronicon Flandriæ cap. 59. *Sauf ce que le Comte de Flandres devoit venir vers le Roy à Paris, & mettre le devant dit Loüis en l'adveſture de la Comté de Flandres.* Cap. 68. *La monſtra Meſſire Robert d'Artois unes lettres ſcelées du ſeel du Comte Robert d'Artois, contenans, que quand le mariage du Comte Philippes d'Artois*, &c.

Diſveſtire, Poſſeſſione rei alicujus aliquem exuere: *Deveſtir* in Conſuetud. Calniacenſi art. 30. Charta Henrici IV. Imp. an. 1114. in Orig. Murenſis Monaſterii pag. 23. *Ut nulla deinceps perſona parva ſive magna ſupradictum Monaſterium de aliquo beneficio ſuo inquietare, moleſtare, diſveſtire ulterius audeat.* Judicatum an. 1073. apud Fr. Mariam in Mathilde Comitiſſa: *Ut nullus quilibet homo — ſine legale judicio diſveſtire præſumat.* Adde Ughellum to. 1. pag. 252. Actus ipſe Diveſtionis, *Deveſt ou deſſaiſine* dicitur in Conſuetud. Remenſi art. 163. *Veſt & deveſt*, in Laudunenſi art. 54. 132. Vide Gallandum de Alodio pag. 90. Fiebat autem *Diſveſtitio*, projecto pilo veſtimenti, quaſi qui ſe *diſveſtiebat* de re aliqua, veſtes revera deponeret. Hincmarus Laudunenſis in Epiſt. ad Remenſem, to. 2. operum Hincmari Remenſis Archiepiſcopi pag. 341. *Poteſtis — interrogare cur ea quæ nunc repetit, nullo cogente, nullo ſuadente, per pilum veſtimenti ſui à ſe terratenus ejectum, non tantum dereliquit, quantùm abominando deſpexit, adjiciens multo ſibi meliùs, ac eſſe ſine his quæ ei dederam.* Charta Godefridi Ducis Brabantiæ an. 1174. apud Miræum in Diplomat. Belg. c. 65. *Quadraginta ergo ſolidos, quos de horreo ſupradictæ villæ annuatim tollendos exiſtimabam, — projecto à me pilo pallii mei, juxta morem nobilium werpivi.*

Reveſtire, Iterum veſtire, in poſſeſſionem rurſum mittere eum qui ab ea exutus fuerat. Edictum Chlotarii II. in Concilio Pariſienſi c. 17. *Abſque aliquo incommodo de rebus ſibi juſtè debitis præcepimus reveſtiri.* Epiſt. 75. inter Francicas to. 1. Hiſt. Franc. *Et ordinationes dominicæ inde firmatas ſunt, ut de res illas quas Leva tenebat præſentialiter. Bobilæ reveſtita eſſe debeat.* Canones Concilii Liptinenſis c. 2. *Duodecim denarii reddantur. Commodo ut ſi moriatur ille cui pecunia commodata fuit, Eccleſia cum propria pecunia reveſtita ſit.* Charta Lotharii Imp. in Chronico Farfenſis Monaſterii pag. 661. *Idem Domnus Apoſtolicus non ſolum recognovit nullum à minimum in jure ipſius Monaſterii ſe habere, excepta conſecratione, ſed etiam omnes res — quas ex eodem Monaſterio poteſtas anteceſſorum ejuſdem Paſchalis Papæ injuſte abſtulerat, per juſſionem ipſius, dante eo mappulam ſuam Advocato ſuo ſupradicto Sergio, reveſtivit Leonem, qui de parte noſtra ejuſdem Monaſterii Advocatus erat*, &c. Idem Chronicon pag. 653. *Et juſſerunt reveſtire eundem Joannem & Advocatum ejus de ipſis piſcariis*, &c. Vetus Notitia apud Perardum pag. 149. *Per herbam & ceſpitem ad partem S. Benigni reddidit reveſtitum.* Tabularium Vindocinenſe Thuanum ch. 15. *De eadem quoque terra impleto pugillo reveſtivit Germundum.* Vide Epiſt. 13. inter Epiſtolas Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis, S. Anſelmum lib. 4. Epiſt. 55. Gregor. VII. lib. 6. Epiſt. 25. &c.

Reveſtitio, in Traditionib. Fuldenſib. lib. 2. tradit. 152.

Reinveſtitio, apud Joannem VIII. PP. Epiſt 293.

Reveſtimentum inter conjuges, de quo conſulendæ Conſuetudines Cameracenſis tit. 7. art. 9. 19. tit. 9 tit. 10. art. 5. Valencenar. art. 77. 82. 102. Tornacenſis art. 8 9. 10. 11. 12. 13. &c.

Reveſtimentum, Cenſus ſpecies. Tabularium Foſſatenſe: *Videlicet pro quolibet modio vini vendito 1. den. & pro reveſtimentis, 2. ſol.*

VESTES, Aulea quæ ſacrarum ædium muris appenduntur: vel panni ſacri, & qui altari, aut circa altare, aptantur. Gregorius II. PP. in Epiſt. 2. ad Leonem Iſaurum: *Cum ſanctas Eccleſias fimbriatis veſtibus conveſtitas & variegatas inveniſſes, eas ornatu privaſti atque vaſtaſti.* Anaſtaſius in Benedicto III. PP. pag. 205. *Apoſtolorum Principi populiſque auctori obtulit miræ pulchritudinis veſtem unam auro textam opere, decoreque fulgentem, albiſicam annuntiationis habentem Hiſtoriam, & Hypapanti, qualiter ipſe unigenitus Dei filius templum ingreſſus doctorum in medio reſidebat.* Vide pag. 128. 129. & alibi paſſim. Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. *Plurima ſacratiſſimorum altarium aurea veſtes, cum reliquis pretioſis ornamentis non defuerunt.* Ibidem: *Veſtem ſericam ſuper altare unum.* Frodoardus de Summis Pontific.

Veſte Petri gemmis auroque gravi induit aram.

Sugerius de Conſecrat. Eccleſ. S. Dion. *Cum ipſius parietibus & columnis & arcubus auro tectas veſtes margaritarum varietatibus multipliciter exornatas ſuſpendi feciſſet.* Adde Joannem VIII. PP. Epiſt. 84.

Veſtimentum eadem notione. Teſtamentum Widradi Abbatis Flaviniac. an. 1. Theoderici Regis: *Vel reliquas fabricaturas, ſeu miniſteria Eccleſiæ vel ſtrumenta cartarum, libros vel veſtimenta Eccleſiæ, vel omne præſidium quod vivens poſſidere videor*, &c. *Vaſa & veſtimenta Eccleſiæ*, apud Herardum Turonenſem in Capitulis c. 20. ἐνδύματα, in Vita S. Nili junioris pag. 123. Ἀφ' οὗ ἀφῃρέθη τὸ θυσιαστήριον ἐνδύματα ... ἱερὰ ἐνδύματα, in Epiſtola Synodica Joann. Damaſceni ad Theophilum Imp. pag. 141. & in ſeptima Synodo act. 7. & apud B. Dorotheum in Præfat. Doctr. Vide Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 167. 171. & Deſcriptionem noſtram ædis Sophianæ.

Veſtire. Liber Sacramentorum Gregorii M. pag. 156. edit. Menardi: *Poſt hæc veſtiatur altare, cum Antiphona, In velamento alarum tuarum*, &c.

De veſtibus & familia alicujus reputari, apud Continuatorem Chronici Nangiac. an. 1314. Vide *Roba*.

Veſtis bellica, *id eſt lorica*, in Lege Anglior. tit. 6. §. 5.

Veſtis Sanctæ Mariæ, Velum Sanctimonialium, vel virginum Deo ſacratarum, in Lege Longob. lib. 2. tit. 37. §. 1. 2. Adde Editionem Heroldi pag. 218. Concilium Calchutenſe an. 787. c. 16. *Virginem namque quæ*

ſe Deo voverit, & ad inſtar Sanctæ Mariæ veſtem indue-
rit, Sponſam Chriſti vocitare non dubitamus.

VESTITOR, idem qui à *Veſte eſt*, Veſtiarius. *Veſtitores*
divinorum ſimulachrorum, apud Julium Firmicum lib.
3. c. 11. *Deorum Veſtitores*, c. 14. qui Deorum ſtatuas
veſtibus exornabant. Inſcriptio Romæ in exquilus: *D.*
Phedimo Veſtitori M. Aug. Phader. fratri piiſſimo. Alia
in Roma Subterran. lib. 3. cap. 3. *Hic poſitus eſt bene-*
meritus El.. veſtitor Imperatoris qui vix.... depoſitus
D.VIIII. Kal. Septembr.... Domini Honori Aug. VI.
CCSS. Apud Lampridium in Severo: *Fullones, & ve-*
ſtitores, & piſtores, & pincernæ, &c. Theophanes,
ἐκγυμνώσας δὲ χιτῶνα ἐν τῷ βεστίῳ ἀπώλεσεν οἱ βεστῆτορες τὸ
σχῆμα τοῦ βασιλέως. Quo loco Cedrenus habet βεστιαρίτας.
Notus eſt apud Græculos inferioris ævi Goſmas cogno-
mento Βεστήτωρ, cujus orationes ſeu Homiliæ quædam
recenſentur apud Allatium in Diatriba de Simonib. p.
94. 95. 100. & alios.

VESTURA, Quidquid ad veſtimenta pertinet. Statuta Le-
proſariæ S. Juliani in Anglia: *Item in feſto S. Joannis*
(*habent*) *4 ſolidos pro veſtura.*

Veſtura, Poſſeſſio. Vide *Veſtire.*

VETARE, Negare. Lex Longob. lib. 1. tit. 4. *Et ſi ipſe*
de quo dicitur quod iſta mala conſiliatus fuerit, vetare
voluerit, quod conſilium non dediſſet, &c. Leg. Luitprandi
Regis tit. 16. §. 7. *Et ſi Dominus vetaverit quod per*
ipſius conſilium factum non fuiſſet, purificet ſe ad Le-
gem Dei.

VETATUM, ſeu *Vetitum*, Locus, ager, pratum, vel ſilva
ubi paſcua ſeu animalia immittere, vel aliud quidpiam
facere quod iis noceat, non licet. Fori ſeu Conſuetudines
Jaccæ in Aragonia: *Ganata cum deſcenderint, nullus*
audeat furare, vel rapere, vel pignorare ulla occaſione, &
non jaceant in vetatis Militum. Charta Sanctii Rami-
rezii Regis Aragonum apud Martinezium in Hiſt. Pin-
natenſi lib. 3. cap. 27. *Ipſi verò habeant vetatos ſuos in*
omnibus decaniis ſuis, & in omni loco, ubi ipſi habuerint
aliquid facere, ut nullus ſit auſus paſcere vel intrare abſ-
que eorum licentia, neque ego. quod ſi fecerint, accipiant
carnaje. Alia Garſiæ Regis Navarræ apud Sandoval-
lium in Epiſcopis Pampilonenſib. pag. 70. *Et de illa ar-*
ca de Veroſain, uſque ad Pelagum rotundum de Anoz, ſit
defenſum & vetatum tam aquarum quam terræ, &c.
Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 7. tit. de Paſcuis, §.
9. *S. habeo hereditatem in aliquo loco in quo non habitem,*
non poſſum illam hereditatem vetare, ſic quod non poſſint
ibi depaſcere ganata illorum habitantium ibi, nec poſſum
illa pignorare, &c. *Bois vetez, dits vulgairement Be-*
dats, vetitæ ſilvæ ſeu defenſæ, in Conſuetudine Aquenſi
cap. 1. art. 12. 18. 20. *Via vetata*, in Charta Ricardi
Regis Angliæ apud Sammarthanos in Archiepiſcopis
Turon. uti ſuprà obſervatum in voce *Defenſa.*

VETERANUS. Vide *Vavaſſor.*

VETERES, Senes, vetuli, in aliquot veteribus Inſcript.
apud Meurſium in Exercitat. Crit. part. 1. c. 3. *Ar-*
cobrigenſes juvenes & veteres ſtatuam in foro poſuere,
&c.

VETRENERE. Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo
M. cap. 21. *Cùm quidam juvenis cognatus Regis optimè*
in quadam feſtivitate caneret Alleluia, dixit Imperator
ad eundem Epiſcopum, Bene cantavit modò ille noſter Cle-
ricus: Qui juxta ſtultitiam ſuam jculariter illa verba
ſuſcipiens, & illum Imperatoris cognatum eſſe neſciens,
reſpondit: Sic omnes petr-parti poſſunt bubus agricolanti-
bus vetrenere. Vox aſteriſco notata ut incertæ notionis, &
mendi ſuſpecta.

VETULA. S. Audoënus lib. 2. Vitæ S. Eligii c. 15. *Nullus*
in Kl. Januarii nefanda & ridiculoſa, vetulas, aut cer-
vulos, aut jotticos faciat. Pœnitentialis Theodori apud
Spelmannum to. 1. Concilior. Angliæ, tit. 33. *De ido-*
lolatria & ſacrilegio, & qui Angelos colunt, & malefi-
cos, ariolos, veneficos, & ſortilegos, divinos, & vota
reddentes niſi ad Eccleſiam Dei: & in Calendas Janua-
rias, in cervulo & vetula vadit, & Mathematicos, &
emiſſores tempeſtatum. Adde alios locos laudatos in v.
Cervolus, in quibus *Vetula*, priſco more, pro *Vitula*,
ſ. juvenca, ſcriptum contendit Sirmondus: cujus ſenten-
tiæ accedit etiam Hugo Menardus: quod neſcio an ve-
rum omnino, cùm etiamnum apud nos pueri in baccha-
nalibus larvatos conſequantur inclamantes, *il a fait la*
vieille, id eſt *vetulam egit*, ſeu larvatus vetulæ in mo-
rem proceſſit. Teſtantur præterea Maximus Taurinenſis,
& Fauſtinus Epiſcopus, in ſermonibus dictis in Kalen-
dis Januarii, hoc die paganos muliebres habitus aſſum-
pſiſſe, & fœminarum ſpecie ſe deformaſſe: quod vetat
Canon 62. Synodi Trullanæ, ubi agit de Kalendis &
aliis paganorum feſtis, quæ Chriſtianis interdicuntur:
Ὀρχήσεις γυναικεῖα ἄνδρα γυναικείαις στολαῖς ἀμφιάζεσθαι. Abulfeda
in Epochis à Joanne Gravio editis pag. 102. ait apud
Græcos, ſextum & viceſimum *Sbatat*, (menſis Fe-
bruarii) eſſe *principium dierum vetulæ*, eoſque eſſe
ſeptem.

VETULUS *de Montanis.* Vide *Senex de Montanis.*

VEXATICUS, Papiæ, *Inergumenus, qui à Dæmonio ar-*
guitur. MS. habet *vexatus. Vexaticius*, apud Braulio-
nem in Vita S. Æmiliani c. 28. edit. Bivarii.

VEXILLATIONES, de equitibus propriè diceban-
tur, ut *legiones* de peditibus, quia per turmas & ve-
xilla diviſi equites, quomodò noſtri etiamnum dicunt
une Cornette de Cavalerie, pro turma equitum. Vege-
tius lib. 2. cap. 1. *Equitum alæ dicuntur, quæ nunc Vexil-*
lationes vocantur, ab eo quod velis, hoc eſt flammulis
utuntur. Adde Cedrenum pag. 169. Ejuſmodi autem
Vexillationum paſſim mentio in Notitia Imperii, & in
Cod. Th. l. un. de Bonis milit. l. 22. 23. eod. Cod. de
Erogat. militaris annonæ.

VEXILLARIUS, Vexillifer, apud S. Cyprianum Epiſt.
30. ſub finem. In Charta an. 1309. Jacobus Rex Ara-
gon. *S. Romanæ Eccleſiæ Vexillarius, Ammiratus ac Capi-*
taneus generalis inſcribitur. Necrologium S. Stephani
Autiſiodor. *Pridie Nonas April. obiit Leotericus Vicece-*
mes, hujus Eccleſiæ Vexillarius. Vide *Vexillum, Vice-*
dominus.

Vexillarius, Miles *Banneretus.* Vide in hac voce.

VEXILLATOR, Vexillifer. In Monaſtico Anglic. to. 1.
pag. 372. *Gilbertus Tiſon, Domini Regis Angliæ ſum-*
mus Vexillator inſcribitur in ejuſdem Diplomate. Phi-
lippus Mazerius in Vita S. Petri Thomaſii cap 4. *Mi-*
ſit Dominus Apoſtolicus vexillum ſanctæ Crucis & Ec-
cleſiæ eidem Regi (Ungariæ) *tamquam vexillatori in-*
clyto, &c.

VEXILLIFERI *hereditarii.* Ordericus Vitalis lib. 3. an.
1066. pag. 493. *Radulfus de Conchis, Rogerii Toenitis*
filius, Normannorum ſignifer. Charta Ludovici Imp.
an. 1328. pro Caſtruccio Duce Lucæ, apud Freherum
to. 1. Rerum Germanic. parte 2. pag. 31. *Te pro te &*
ſucceſſoribus tuis, & à te per lineam maſculinam natis &
naſcituris in perpetuum ipſius Ducatus Ducem & Vexil-
liferum noſtrum, & ſacri Romani Imperii ubilibet —
promovemus. Id porrò munus, *Vexilliferata* infra dici-
tur.

Vexilliferi Milites. Vide *Banneretus.*

VEXILLUM, Signum Crucis: *Crux* enim eſt *vexillum*
Chriſti, & ſignum triumphi ſui, inquit Durandus lib.
1. Ration. c. 6. n. 26. Innocentius III. in Epiſt. ad Ar-
chiepiſcopum Trinovitanum, in Geſtis ejuſdem PP. p.
61. *Crucem, vexillum ſcilicet Dominicæ paſſionis* appel-
lat. Hinc in Hymno, *Vexilla Regis prodeunt*, &c. Pau-
linus lib. 1. de Vita S. Martini:

Protinus attetulit ſanctum & venerabile ſignum,
Et crucis objectu propere venientibus obſtat,
Greſſus inſtabiles vexilli pondere ſiſtit.

Infra:

——— *Tum rurſus eodem*
Vexillo, atque ipſo libertas reddita ſigno.

Lib. 4.

Magna Crucis ſanctæ meliùs, ſignumque ſalutis.

Lib. 5.

Vexillum

Vexillum complexa Crucis, ſignumque ſalutis.
Prudentius in Hym.
Dic triumphalem Crucem,
Pange vexillum notatis, quod refulget frontibus.
Victor Vitenſis lib. 1. *Inter alios ventum eſt tunc ad Armogaſtem noſtrum, cujus cum diu ac ſæpius tibias torquendo tumentibus confringerent cordis, & frontem in qua Chriſtus vexillum ſua fixerat Crucis, rugatam magiſque aratam deſcendentes atque mugientes oſtenderent nervi,* &c. Lib. 2. *Simulque vexillo Crucis conſignantes oculos ejus.* Gregorius Turon. lib. 10. Hiſt. c. 29. *Manus ſingulis cum vexillo Crucis imponens, ſanitati reddebat.* Adde eundem de Vitis Patrum c. 11. S. Eulogius in Apologet. *Continuo vexillo Crucis frontem præmuniens.* Paulus Diaconus Emeritenſis in S. Maſona Epiſcopo Emerit. cap. 9. *Statimque in nomine Domini, edito vexillo Crucis ſanctiſſima, Sacerdos aſcendit equum ferocem,* &c. Adde S. Hieronym. Epiſt. 25. in Iſaiam c. 49. in Hierem. c. 32. in Galat. c. 4. in Vita S. Antonii, & alibi non ſemel, Paulum Diac. Caſin. lib. de Miraculis S. Benedicti Caſini patratis n. 33. Vitam S. Arnulfi Epiſc. Metenſis cap. 10. 20. Vitam S. Eremberti Epiſc. Toloſani c. 5. Fortunatum in Vita S. Paterni Ep. c. 5. Vitam S. Aniani Epiſc. Aurel. Vitam S. Leutfredi c. 19. &c.

Vexilli bellici Benedictio, habetur in Ordine Romano ſub finem, quæ etiamnum uſurpatur. Coactis enim cohortibus vel centuriis, ea ab Epiſcopo benedicuntur, quod etiam apud Byzantinos factitatum docet Leo Imp. in Tacticis cap. 19. §. 22. [illegible] Quorum verborum ſenſum non cepit Interpres. Adde Ceremoniale Romanum lib. 1. ſect. 7.

Vexilli lingula, apud Ordericum Vitalem lib. 9. pag. 754. Vide *Flammulum*.

Vexillum Regale, Regis Franciæ ſcilicet præcipuum, ex ſerico ceruleo, liliiſque interſtinctum, quod vulgò *la Banniere de France* appellamus. Will. Brito lib. 10 Philipp. de Prælio Bovinenſi:
——— *Nec Montiniacum*
Galonem taceam, qui mente immobilis ut mons,
Vexillum Regale die portavit in illo.
Alibi:
Ante tamen Regem ſignum Regale ferebat
Montiniacenſis vir fortis corpore Galo.
Rigordus de eodem prælio: *Signum regale, vexillum ſcilicet floribus lilii diſtinctum ferebat Galo de Montiniaco.* Guillelmus *Guiart* de eodem Galone:
Gales de Montigni porta,
Ou la Chronique faus m'enſeigne,
De fin azur luiſant l'enſeigne,
A fleürs de lis d'or aournée,
Prés du Roi fut celle journée,
A l'endroit du riche eſtendart.
Atque hinc error eruitur Philippi *de Mouskes*, autoris Chronici Senonienſis cap. 15. Tillii, & aliorum, qui Galonem de Montiniaco *Auriflammam* in prælio Bovinenſi extuliſſe ſcripſere. Idem Guiartus, quo loco deſcribit prælium initum inter Carolum Siciliæ Regem & Manfredum:
Mès quant les banieres aviſent,
Ou les fleurs de lis d'or reluiſent, &c.
Et infra:
Tuit vont vers l'enſeigne Roial,
Ou les fleurs de lis d'or eſgardent,
Le Roi & li ſien qui le gardent,
Qui ſont tres hardi fereur, &c.
Idem ſcriptor an. 1191. de Obſidione Acrenſi:
Gens d'armes les portes approchent,
En eſpoir que leur ſis s'i fiere,
Prés de l'une eſt ja la baniere
D'azur, fut ſus cendal parfaite,
Et à fleurs de lys d'or pourtraite,
Hardis eſt celui qui la porte;
Car il va ſans qu'il ſe reſorte,
L'eſcu au col, la teſte encline, &c.
Rurſum an. 1205.
Puis porte en la meſtre tour
A la feneſtre derreniere,
Au Roi de France la baniere,
A fleurs de lys d'or bien apertes.

Vexilla ſubmittere, in ſignum deditionis. Pacatus in Panegyrico: *Aliquanto melius manus illa conſuluit, quæ ſubmiſſis precabunda vexillis petiit veniam neceſſitatis.*

Vexilli erectio in altioribus urbium vel caſtrorum turribus, ſupremi dominii ſymbolum ſemper fuit. Tudebodus lib. 3. pag. 802. *Comes S. Ægidii, qui in montanea ante caſtellum aſtabat, juſſit ei portare vexillum. Ille autem accepit illud cum gaudio, & miſit illud in majorem turrim.* Adde pag. 808. 812. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 773. — *Protinus illi, cuſtodibus egreſſis, cunctas urbis munitiones nacti ſunt, & in principali turre vexillum Regis cum ingenti tropheo levaverunt.* Will. Tyrius lib. 13. cap. 13. *In ſignum ergo victoriæ ſuper eam turrim quæ portæ civitatis imminet, poſitum eſt Domini Regis vexillum: ſuper autem eam quæ dicitur Viridis, Domini Ducis Venetiæ: ſuper eam autem quæ dicitur turris Tanaria, Domini Comitis Tripolitani, cum multa gloria ſunt collocata vexilla.* Idem Will. Tyrius lib. 14. cap. ult. *Sic itaque fœdere completo, pace plenius reſtituta, vexillo Imperiali ſuper principalem præſidii arcem collocato, donis ingentibus cumulatus, cum ſuis Princeps* (Antiochenus) *in civitatem eſt regreſſus.* Albertus Argentin. an. 1349. *Carolus Rex hoc audito ſtatim bannerium ſuum, quod dicitur Sturmfan, ſuper turrim Eccleſiæ Spirenſis conſtituit.* Charta Signis uxoris Centulli Comitis Aſtaracenſis in Regeſto Comitum Toloſæ Cameræ Comput. Pariſ. fol. 109. *Et ibi ſuper turrim Caſtri novi, & ſuper turres & portalia aliorum ſupraſcriptorum locorum, ratione & jure majoris dominii fecit aſcendere vexillum ſeu bannerium dicti Domini Comitis Toloſani, & ex parte ipſius ter præconizari & clamare alta voce ſignum dicti domini Comitis,* ſcilicet Toloſam. Tabularium Eccleſiæ Uzecienſis an. 1223. fol. 20. *Cognoverunt Epiſcopo quod Caſtrum de Montalen tenent ab eo & ab Eccleſia Uticenſi, & eſt verum, & Epiſcopus debet illud recuperare, & vexillum ſuum levare in mutatione Epiſcopi & domini de Salve.* Ibidem an. 1269. fol. 56. 57. *Petrus Bremundi mandato & voluntate D. Comitis reddidit cauſa recognitionis Petro de Illanicis Vexillifero & Procuratori D. R. Epiſcopi & per eum D. Epiſcopo & Eccleſiæ Uticenſi Caſtrum — ubi idem Petrus de Illanicis levavit vexillum S. Theodorici, ſcilicet Leonem rubeum, & fecit clamare ſignum S. Theodorici pro Epiſcopo Uticenſi.* Conſtantinus Porphyrogenit. lib. de Adminiſtrando Imperio cap. 45. ait Conſtantem Patricium capto Adranutzio, vexillum Imperatorium in mœnibus erexiſſe, [illegible] Ejuſmodi porrò vexilli erectio & elevatio non modò ſupremi dominii, ſed & *reddibilitatis* Caſtri ſymbolum fuit, quo ſcilicet vaſſallus profitebatur ſe redditurum Caſtrum ſuum domino *irato & pacato*, & quotieſcunque vellet. Chartam an. 1435. deſcripſit vir clariſſimus ac eruditionis ſingularis Dionyſius Salvagnius lib. de Uſu Feudor. c. 8. in qua hæc verba ſæpius repetuntur, *Quandam bannieriam armis Delfini depictam in Donjono Caſtri affixam, tenendam ibidem & remanendam nomine Delfinali ſpatio trium dierum naturalium, in ſignum reddibilitatis, dominiique directi, & ſuperioritatis,* &c. Vide Geſta Dominor. Ambaſiæ cap. 5. n. 1. & quæ à nobis ſunt obſervata in Diſſert. 12. ad Joinvillam p. 219. 220.

Vexillum duello affixum. Metropolis Saliſburgenſis to. 3. p. 501. *Abrenuntiavit omni querela quam fecerat ſuper patrimonium Comitis Sigbotonis — & hoc factum eſt Steyle ſub vexillo Ducis Auſtriæ duello affixo. Huius rei teſtes*

ſunt &c. inſuper omnes qui aderant ſub vexillo Ducis.
Vexilla Eccleſiarum, quæ in publicis ſtationibus ſeu pro-
ceſſionibus cum Cruce & funalibus ac cereis efferuntur:
iiſque peractis in ipſis ædibus ſacris appendi vel erigi ſo-
lent. Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 72. *Cùm ante nos*
Crux & vexilla geruntur, quaſi duo exercitus ſequuntur,
dum hinc inde ordinatim cantantes gradiuntur. Durandus
lib 6 Ration. c. 102. n. 8. *Portantur etiam vexilla ad*
repræſentandam victoriam Reſurrectionis & Aſcenſionis
Chriſti, qui cum magna præda cælos aſcendit. Infra:
Quod verò Cruces & vexilla portantur, à Conſtantino
ſumpſit initium: qui cum in ſomnis Crucis ſignum vidiſſet,
eique dictum fuiſſet, Vinces in hoc ſigno, juſſit Crucem in
vexillis bellicis inſigniri, &c. Gregorius Turon. lib. 5.
Hiſt. cap. 4 *Cum pſallentes de Eccleſia egreſſi, ad ſan-*
ctam Baſilicam properarent: hic poſt Crucem præcedenti-
bus ſignis, equo ſuperpoſitus ferebatur. Niſi hoc loco *ſi-*
gna, id eſt *campanulæ*, intelligantur, quod puto.

Ea verò *Eccleſiarum vexilla* in præliis & bellis præ-
ferri ſolebant, cum Eccleſiæ ipſæ vel earum rectores ac
Prælati vaſſallos ſuos in prælium educere vellent, aut
ad hoc tenerentur Anonymus in Vita S. Joannis Ar-
chiep. Eboracenſis: *S. Joannis Beverlacenſis vexillum aſ-*
ſumptum ab Athelſtano (Rege Angl.) quo tempore de-
bellavit Scotos. Ricardus Prior Haguſtaldenſis, de Bello
Standardico: *Tunc Crucem ſuam, & S. Petri vexillum,*
ac ſuos homines tradidit eis, (Turſtinus Archiep.) Sed
& *Parochiani*, iis in caſibus, præeuntibus Eccleſiarum
ſuarum vexillis ad bella procedebant. Etheiredus Ab-
bas Rievall. de eodem Bello Standardico, an. 1138.
Turſtinus Archiepiſcopus per totam diœceſim ſuam edi-
ctum Epiſcopale propoſuit, ut de ſingulis parochiis, Pre-
ſbyteris cum Cruce & vexillis, reliquiiſque Sanctorum præ-
euntibus, omnes qui poſſint ad bella procedere, ad proce-
res properaſſent, Eccleſiam Chriſti contra barbaros de-
fenſuri. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 705. *Igitur Qua-*
drageſimali tempore Rex Franciæ & Dux Normanniæ
Brevervalium obſederunt, ibique ferè duobus menſibus
laboraverunt. Illuc Preſbyteri cum Parochianis ſuis ve-
xilla tulerunt, & Abbates cum hominibus ſuis coacti con-
venerunt.

Aſſervabantur porrò ejuſmodi Eccleſiaſtica vexilla
in ipſa Eccleſia, ubi & qui ea delaturi erant in præliis,
benedictione conſecrata, recitatis ad id ab Epiſcopo aut
Sacerdote precatiunculis, accipiebant, finitoque præ-
lio ad eundem locum unde ſumpta erant, reportabant.
Ægidius Mon. Aureæ vallis c. 101. *Proxima ergo tertia*
feria — dictus Raſo in medio majoris Eccleſiæ, ut eſt mo-
ris, armatur, & vexillum accipiens cum civitatis populo
urbem egreditur Et infra: *Regrediens itaque primò ma-*
ne vigiliæ Aſcenſionis Domini, vexillum reportavit re-
collocans in S. Altari S. Trinitatis, unde illud ſumpſerat.
Radulfus de Rivo c. 7. *Lambertus de Upex miles ſtre-*
nuus ſacrum B. Lamberti vexillum, in medio Eccleſiæ
Leodienſis cum benedictione, è manu Epiſcopi, more pri-
ſco, accepit. Id ipſum de vexillo S. Dionyſii factitatum
pluribus à nobis obſervatum in Diſſertat. 18. ad Join-
villam. Super altare poſita obſervat præterea Durandus
lib. 1. Ration. c. 3. n. 32. *Vexilla etiam ſuper altare eri-*
guntur, ut triumphus Chriſti jugiter in Eccleſia memore-
tur, per quem & nos de inimico triumphare ſperamus.
Ditmarus lib. 6. pag. 65. ſcribit *Luitizios* ſeu Luſa-
tios Slavos vexilla ſua in fano Radagaſtenſi aſſervaſſe,
eaque *niſi ad expeditionis neceſſaria* nullatenus mota.
Vide alia à nobis obſervata in v. *Advocatus*.

Vexillum S. Dionyſii. Vide *Auriflamma*.

Vexillum S. Martini, illud fuit quod Monaſterii S. Mar-
tini Turonenſis proprium erat, & à Comitibus Ande-
gavenſibus, tanquam loci iſtius Advocatis, in bellis Mo-
nachorum & Canonicorum deferri ſolebat Ex quo enim
Ingelgerius Comes Defenſor Eccleſiæ S. Martini à Mo-
nachis & Canonicis conſtitutus eſt, quod exerte tradi-
tur in Hiſtoria Andegavenſium Conſulum & in Chroni-
co S. Martini, Andegavenſes Comites, ut *Advocati*,
ejuſdem Monaſterii Signiferi fuere. *Advocatorum* enim
peculiare id munus fuit, uti ſuprà docuimus. Atque hi
quidem non in Monaſterii duntaxat, ſed & in privatis
bellis illud efferebant. Rituale S. Martini Turon. *De*
Comite Andegaviæ, ipſe habet vexillum S. Martini quo-
ties vadit in bello, præterquam contra Regem Franciæ,
quod homines Caſtri novi ſequuntur, domino de Prulliaco
illud ferente. Charta Philippi Aug. an. 1181. pro confir-
mat. privilegiorum à Ludovico VII. parente incolis Ca-
ſtri novi conceſſorum, in Tabul. Regio, ſcrinio *Tours* 2.
Charta 2. *Comes etiam non poteſt, nec debet homines de*
Caſtro novo ducere in expeditionem ſive in equitationem
contra aliquem, niſi fortè cauſa, aut nomine belli, ita ut ta-
men quod vexillum B. Martini præcedat, contra verò Regem
Franciæ nullo modo poteſt eos ducere. Glaber Rodulfus lib.
3. c. 2. refert eo in bello quod inter Goffridum Martellum
Andegav. & Theobaldum Bleſenſem, Comites, pro
Turonenſis urbis Dominatu geſtum eſt, Goffridum ex-
petiviſſe auxilium B. Martini, *indeque accepto vexillo,*
impoſuiſſe illud propriæ haſtæ, cum exercitu equitum pe-
ditumque multorum obviam perrexiſſe adverſum ſe dimica-
turis. Id ipſum enarrans autor Chronici S. Martini:
Comes Andegavenſis vexillum B. Martini, in illo bello,
ſicut conſuetudo eſt, habebat. Occurrit præterea men-
tio vexilli S. Martini in Tabulis Gaufridi II. Comitis
Andeg. an. 1066. *Conceſſit Comes, ut ſi exercitum ſuum*
contra inimicos ſuos ire contingeret, homines in prædicta
villa (Burnomo ſita, in Pago Pictavo) *exiſtentes, Præ-*
poſitus Lauſdunenſis non moneat, aut aliqua occaſione eis
vim inferat: ut non alius quilibet noſtrorum ſuper homi-
nes illos poteſtatem exerceat, ſed ammonitione Monacho-
rum illic exiſtentium, cum ſerviente ſcilicet S. Mauri
illius patriæ, & vexillo S. Martini in exercitum pergant.
Errare porrò conſtat Tillium, Gallandum, & aliquot
alios, qui *Capam S. Martini* cum *Vexillo S. Martini*
confundunt. Nam *Capa S. Martini*, non ut vexillum,
in acie & præliis delata à Regibus, ſed ut ſancti miræ
apud noſtros autoritatis λείψανον.

Vexillum Beatiſſimi Martyris Mauritii, & Thebææ Le-
gionis Principis, quo Carolus Magnus Rex in bello Hiſpa-
nico quamlibet infeſtos & confertos inimicorum cuneos di-
rumpere, & in fugam ſolitus erat cogere, cum aliis com-
pluribus exeniis ac donis ad Edelſtanum Regem Angliæ
miſiſſe Hugonem Capetum narrant Ingulfus pag. 878.
& Will. Malmeſburienſis lib. 2. de Geſt. Angl. c. 6.

Vexillum S. Petri, χρυσοῦ ἡ ἁγίου Πέτρου σημαία apud Annam
Comnenam lib. 10. Alex. *Cruce & clavibus* inſignitum,
ut eſt in Epiſtola Innocentii III. PP. ad Joannitium
Bulgarorum Regem in Geſtis ejuſdem Pontificis pag.
59. *Vexillum S. Crucis & Eccleſiæ* Romanæ, apud
Philippum Mazerium in Vita S. Petri Thomaſii cap.
4. Illud Pontifex Romanus ad Principes Chriſtianos
mittere ſolet, qui in Paganos expeditionem ſuſcipiunt,
vel contra Schiſmaticos aut Hæreticos, ſeu ut ait idem
Innocentius loco citato, *contra illos qui honorant labiis*
Crucifixum, cor autem eorum longinquum ab ipſo, Græ-
cos Schiſmaticos innuens. Ceremoniale Romanum lib.
1. ſect. 7. *Pontifex conſuevit vexilla Eccleſiæ & armo-*
rum ſuorum benedicere, & Capitaneo ſeu Vexillifero ſanctæ
Romanæ Eccleſiæ dare in fine Miſſæ, &c. Ita Victor III.
idem vexillum S. Petri Roberto Guiſcardo in Græcos
Schiſmaticos bellum moventi deferendum tradidit, apud
Guillelmum Apulienſem lib. 4. de Geſt. Normann.
Urbanus II. Hugoni M. Viromanduorum Comiti in
prima expeditione ſacra, ut habent paſſim Scriptores
rerum Hieroſolymitanarum, locis à nobis indicatis in
Notis ad Alexiadem: Alexander II. PP. Willelmo No-
tho Duci Normanniæ in bello contra Haraldum apud
Ingulfum pag. 900. & Ordericum Vitalem lib. 3. an.
1066. pag. 493. Innocentius III. Joanni Bulgarorum
Regi in eoſdem Græcos, & Leoni Armeniæ Regi in
Saracenos bellum parantibus, ut eſt in Actis ejuſdem
Pontificis pag. 59. 122. Innocentius IV. PP. Regi Un-
gariæ expeditionem in Turcos apparanti ſub an. 1355.

apud Philippum Mazerium in Vita Petri Thomaſii cap. 4. Alia paſſim proferunt exempla Scriptores. Adde Gregorium VII. PP. lib. 5. Epiſt. 12. & Fridegodum in S. Wilfrido cap. 28. Vide præterea Nicolaum Alemannum in Diſſert. de Lateranenſibus parietinis cap. 14. & 15.

Vexilla mortua, Panni nigri qui mortuorum ædibus appendi ſolent. Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 19. §. 7. *Si verò dixerit, (Sacerdos) quod pro mortuario rem illam acceptt, hoc debet probare cum teſtimonio proborum hominum de parochia, qui viderunt vexilla mortua ante corpus defuncti illius.*

Vexilla haſtarum. Albertus Aquenſis lib. 4. cap. 6. *Vexilla in haſtis eorum nodis aureis & fimbriis argenteis montes in circuitu nimio lucis decore coruſcare faciunt.* Vide *Flammulum.*

Vexillum, Clamor militaris. Ita porrò appellatus, quod vexillifer primus in præliis aliiſque occaſionibus bellicis clamorem militarem efferret, quem cæteri milites ſubſequebantur. Nangius in Chronico an. 1253. *Caſtrum cum illis, neſcio cujus vexillum ante intonans, ingreſſus eſt.* Cronicon Bertrandi Gueſclini:

Chacun crie s'enſeigne ſans eſtre recreans,

Vide *Signum* pro clamore militari, & *Inſigne.*

Vexillum, Nota, quomodo *Enſeigne* vulgò dicimus. Andræas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis: *Amans quidem à coamante licenter hoc accipere poteſt, ſcilicet ornata capillorum ligamina, auri argentique coronam, pectoris fibulam, ſpeculum & cingulum, marſupium, laterisque cordulam, lavamenta, vaſcula, repoſitoria, vexilla cauſa memoriæ*, &c. id quæ amantis & dantis memoriam ſervandi dent occaſionem.

VEYLEGA. Charta Galeranni Comitis Mellenti in Tabulario S. Ægidii Pontis Audomari: *In nemoribus habebit paſnagium, & in Veylega buſbotam & heilotam juſſu Foreſtarii.* Fortè legendum *heibotam.* Vide *Haga.*

UFFER, Vide *Huiſſeria.*

UFFINGI, dicti Reges Orientalium Anglorum, ab Uffa Rege qui vixit an. 578. Matth. Weſtmonaſt.

VIA, nudè, Iter, noſtris *Voie.* Conſuetudo Claromontenſis art. 226. & ſeq. quinque ſpecies viarum conſtituit, Semitam, quam *Sente*, appellat, latam 4. pedes, Carreriam, (*Carriere*) latam 8. pedes: Viam, *voye*, latam 16 ped. *Cheminum* latum 32. ped. & Viam regiam, *Chemin Royal*, latam ped. 64. Conſuetudo Bononienſis art. 156. & ſeq. varias viarum ſpecies recenſet, ac primùm Regiam, vulgò *Chemin Royal, & grand chemin*, quæ habere debet in latitudine 60. pedes: Viam Vicecomitalem, *Chemin Viſcontier*, latam 30. Viam Caſtellaneam, *Chemin Chaſtellain*, latam 20. Viam foraneam, *Chemin foraim*, latam 15. Semitam, *ſente*, latam 5. &c. Vide Conſuetudines Andegav. art. 60. & Cenoman. art. 69.

Via carraria, qua carrum vehi poteſt. Ceremoniale Ambroſianum Mediolanenſe: *Dextrat & ducit eum per frenum per mediam viam carrariam uſque ad Eccleſiam S. Ambroſii.* Vide *Carreria.*

Via æqualis. Lex Bajwar. tit. 9. §. 13. *Si quis viam publicam ubi Dux egreditur, vel viam æqualem alicuius clauſerit contra Legem*, &c. Ubi Capitula Caroli M. lib. 5. c. 201. *Si quis viam publicam aut lithoſtratum, vel viam communem alicui clauſerit contra legem*, &c. Ita *æqualis*, eſt *communis.*

Viam anteſtare. Vide *Obſtare.*

Via vel *ſemita convicinalis*, vel *paſtoralis*, in Lege Bajwar. tit. 9. cap. 14. *De via convicinali vel paſtorali, qui eam alicui contra legem clauſerit.* §. 15. *Semita convicinalis. Via vicinalis*, apud Siculum Flaccum, Aggenum, Ulpianum L. 2. §. *Viarum*, D. Ne quid in locis publ. &c. Adde Capit. Pippini Regis an. 744. c. 38. *Chemin voiſinal*, via 8. ped. lata, in Conſuet. Turon. art. 59. & Bayonenſi tit. 19. art. 1. *Chemin de traverſe*, noſtris. *Vias vicinales* inter *publicas vias* ponit idem Ulpianus, ita tamen ut à Militaribus differant, *quæ exitum habent ad mare, aut in urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam viam Militarem: cùm Vicinales, aut exitum habeant in vias Militares, aut ſine ullo exitu intermoriantur*, in L. 3. D. de Locis & itiner. publ. Gloſſæ Baſilic. [illegible]. Ubi legendum [illegible], niſi malimus [illegible], vt emendabamus in voce *Canalis.* Tabularium Eccleſiæ Viennenſis fol. 36. *In fronte terra Kandors, in ſuperiori namque fronte via vicinabile, & habet in uno latere perticas agripedales 74. pedes 10. &c.*

Via Dei, Expeditio vel peregrinatio Hieroſolymitana: *Via Hieroſolymitana*, apud Fulconem to. 4. Hiſt. Fr. Guibertus lib. 2. Hiſt. Hieroſol. *Terminato itaque Concilio, quod Claromonti habitum, circa B. Martini octavas, Novembri menſe confederat, magnus per univerſas Franciæ partes rumor emanans, de proponenda Via Dei, (ſic enim antonomaſticè vocabatur) contiguos ſibi ac familiares quoque ſolicitat.* Chronicon Mauriniacenſe pag. 372. *Cum Hieroſolymæ ire diſponeret, in Capitulo noſtro de Gummarvilla donum fecit, ut ſi in via Dei, quod accidit, moreretur*, &c.

Via ferrata, Itinera à Romanis in provinciis extructa & confecta, ita à poſteris appellata propter eorum duritiem, vel quod ex ſilicibus ſubnigris compacta, ferri colorem referant, ut ait Bergerius lib. 1. de Itinerib. Roman. cap. 25. n. 2. Ugutio: *Agger dicitur media ſtrata eminentia, ex alternatis lapidibus ſtrata, ab aggere & alternatione lapidum dicta, quam hiſtorici Viam militarem & Ferratam dicunt. Cheminum ferratum*, in Charta an. 1227. in Tabulario Eccleſiæ Meldenſis fol. 32. *A monte Dolio, uſque ad cheminum ferratum, quod vadit de Meldis ad Pontmorte.* Ita Poëtæ noſtrates paſſim, *Le Roman d'Auberi MS.*

A l'oſtel va tout le ferré chemin.

Le Roman de Pariſe la Ducheſſe:

Puis acoillent lor erre tot le chemin ferré,

Robertus de Condato, MS.

J'entrai en un chemin ferrés.

Le Roman de Girard de Vienne:

Si s'en tornerent le grant chemin ferré.

Le Roman de Gaydon MS.

Vers Angiers vont tout le chemin ferré.

Le Roman de Garin MS.

Il regarda tot le ferré chemin,
Et vit la route parmi les prés venir.

Chronicon Bertrandi Gueſclini MS.

Et Dam Ferrant s'en va le chemin grant ferré.

Alibi:

A la voie ſe miſt par les chemins ferrez.

Robertus *de Bonrron* in Merlino MS. *Et chevauchent tout le chemin ferré, tant que li jours lour faut.* Scitum autem ejuſmodi itinera, *Chemins de Brunehaut*, à noſtris etiamnum appellari, de qua nomenclatura multa multi commentantur, ut obſervat loco citato Bergerius, ut & Wendelinus in Natali ſolo Legum Salicarum cap. 7. qui novam opinionem de ea promit. Ait enim Bavaci in Nerviis etiamnum extare columnam Milliarem, à qua viæ Militares octo in omnem quaquaverſum Galliam ac Germaniam: quarum prima & longiſſima Coloniam Agrippinam tendit, hodieque vocatur *La haute chauſſée, & quoniam medio fermè itinere inter Bagacum & Tongros vicum ſtringit Brunaltum, nomen inde retinuit*, La Chauſſée de Brunaut, *quod ipſum aliis quoque viis factum eſt commune.* Vide præterea Ægidium Bucherium in Belgio Romano lib. 1. cap. 12.

Viarum publicarum fractura. Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio Fororum Aragon. p. 161. col. 4.

Via Julii Cæſaris. Radevicus lib. 3. de Geſtis Friderici c. 25. *Per viam Julii Cæſaris, quæ modo Mons Jovis vocatur*, &c. Vide Simlerum de Alpibus.

Via Lacina. Vide *Lacina.*

Via S. Jacobi, Ugutio: *Galaxias, lacteus circulus, quod vulgò dicitur, Via ſancti Jacobi.*

Via militaris, qua Publica dici poterit, & ducit ad mare

& ad portus, & quandoque ad mercata, inquit Bracton lib. 4. tract. 1. c. 16. §. 7. Fleta lib. 4. cap. 6. §. 3. Vide JC.

Via munita, lapidibus, nempe: noſtris, *Chaucée*. Teſtamentum S. Cæſarii Arelatenſis: *Campum in Triſinitio ſuper viam munitam.*

Viam obſtare, *contradicere*. Vide *Obſtare*.

Via Paſtoralis vel convicinalis, in Lege Bajwar. tit. 9. c. 14. & in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 202.

Via Peagean, Charta an. 1190. apud Chopinum lib. 3. de Sacra Polit. tit. 7. §. 5. *Latrones in terra Archiepiſcopi* (Turonenſis) *capti apud Cajnonem — ſunt Archiepiſcopi, niſi capti fuerint in via Peagean.* In Conſuetudine Andegavenſi art. 60. & Cenomanenſi art. 69. *Le grand chemin peageau doit contenir 14. pieds de large pour le moins.* Vocis notionem produnt Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 80. *Unaquaque Civitas tot magiſtras vias, quot magiſtras portas habet ad teloneum & conſuetudines inſignitas.*

Via publica, Regia, Militaris, in Lege Burgund. tit. 27. §. 3. Lex Bajwar. tit. 9. §. 13. *Si quis viam publicam, ubi Dux egreditur, vel viam æqualem alicujus clauſeris contra Legem*, &c Occurrit etiam apud JC. Siculus Flaccus: *Sunt viæ publicæ regales, quæ publicè muniuntur, & auctorum nomina obtinent.* Charta Adalberonis I. Epiſcopi Metenſis apud Mauricium p. 308. *In publica via, quæ dicitur Regia.*

Via publica tranſitus, ſeu cognitio vel juſtitia de delictis, quæ in viis publicis perpetrantur, apud Hugonem Flaviniac. in Chronico p. 132. Vide *Bannum viæ Regiæ*.

Via quadrigalis, per quam *quadrigæ* vadunt, in Tabulario Leproſariæ Pontis Audomari. Vide *Carreria*.

Via Regia, *Regalis*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 80. de via Regia: *Tanta verò debet eſſe ut inibi duo carri ſibi poſſint obviari, & bubulci de longo ſtumbli ſui poſſint aſſimulare, & 16 Milites equitare poſſint armati de latere, & Via regia dicitur, quæ ſemper aperta eſt, quam nemo concludere poteſt, cum minis ſuis, quæ ducit in civitatem vel burgum, vel portum Regium.* Will. Brito lib. 5. Philippid. pag. 153.

Nos via regalis Giſortum ducat oportet.

De ejus latitudine, vide Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 26. n. 4. Bractonum lib. 4. tr. 3. c. 16. §. 7. Fletam lib. 1. cap. 24. §. 8. Conſuetudines Claromont. art. 130. Ambian. art. 185. Bononienſem art. 157. Turon. art. 59. 84. Lodunenſem cap. 5. art. 1. Normann. art. 623. Solenſem tit. 36. art. 2. Santaudomarenſ. art. 17. Placitum apud Pinendenam inter Lanfrancum Archiepiſcopum & Odonem Bajocenſem Epiſcopum, apud Seldenum ad Eadmerum p. 199. *Demonſtratum fuit, quod Rex Anglorum nullas Conſuetudines habet in omnibus terris Cantuarienſis Eccleſiæ, niſi ſolummodo tres. — Una ſi quis homo Archiepiſcopi effodit illam Regalem viam, quæ vadit de civitate in civitatem. Altera ſi quis arborem incidit juxta Regalem viam, & eam ſuper ipſam viam dejecerit*, &c. Adde pag. 200.

Via Sanctorum, Peregrinatio Hieroſolymitana: *Sanctum iter*, apud Guillelmum de Baldenzel in Hodœporico ad Terram Sanctam p. 120. Charta Communiæ Noviomenſis an. 1181. *Qui in via Sanctorum fuerint, viduæ, & quæ filios non habent adultos & arma ferentes, & puellæ ſine Advocato, nullas debent conſuetudines.* Summula Raimundi Ord. Prædicat.

Si raptor fueris, aut uſurarius, aut fur,
His ſi conſilium dederis, vel opem, ſcito quod non
Te via Sanctorum, nec Crux, nec Paſſio Chriſti
Abſolvat, quin ſint hæc omnia reddita, reddi
Si poterint. Vide *Via Dei*.

Via Spiritus ſancti. Vide *Inſpiratio*.

Via triumphalis, quæ ducit ad civitatem, in Charta Fulconis Comit. Andeg. an. 1033 pro Monaſt. S. Nicolai Andeg

Viarum & itinerum extructiones ac reparationes inter publica onera recenſentur, à quibus nemo cujuſcunque dignitatis eſſet, immunis erat, ut eſt in tit. de itinere muniendo in Cod. Th. & in l. 4. Cod. de Privileg. domus auguſtæ. Ὁδῶν κατασκευὴ dicitur Leoni Imp. in Tacticis cap. 20. §. 71. *Purgatio ſeu ſtramentum, vel impletio cœnoſorum itinerum*, Monacho Sangallenſi lib. 1. de Carolo M. cap. 32. quò ſpectant quæ habet Cogitoſus, in S. Brigida pag. 637. *Cum Regis illius patria per plebes & provincias quæ ſub ejus erant ditione, præceptum invaleſceret, ut de omnibus ejus regionibus & provinciis convenirent populi omnes, atque ædificarent viam latam & firmam ramis arborum, petris in fundamento poſitis, & munitionibus quibuſdam firmiſſimis in gronna profunda & pene intranſmeabili, & in locis humentibus, atque in paludibus, in quibus grandis currebat fluvius; quæ conſtructa quadrigas & equites, & currus, & plauſtrorum rotas, & impetum populorum, atque incurſum undique hoſtium ſuſtentare poſſet. Convenientibus autem undique populis per cognationes & familias diviſerunt viam illam, quam ædificare debuerant in partes proprias, ut unaquæque cognatio & familia ſuam ſibi creditam conſtruxiſſet partem*, &c. Vide *Pontium extructio*.

VIAGIUM, Iter, Gall. *Voiage*. Hiſtoria fundationis Hoſpitalis S. Leonardi Eboracenſis: *Deinde ad Eboracum declinans, in Eccleſia B. Petri ibidem diu & devotè precibus inſiſtens, ſe & viagium Deo & B. Mariæ — humiliter commendabat.*

VIARAM, una è 12. ſpeciebus Auguriorum, de quibus in verbo *Venta*, quæ ſic deſcribitur à Michaële Scoto de Phyſionomia cap. 56. *Viaram eſt augurium, quando homo vel avis ſuo itinere vel volatu ante te tranſit, veniens à dextra parte tui, & tendens in ſiniſtram evaneſcit. Iſtud eſt tibi bonum ſignum ſuper negotio.*

VIARE, *Iter facere, ambulare*, Papiæ. Onomaſticum vetus: *Vio*: ὁδεύω. S. Ambroſius lib. 5. Hexaem. c. 10. *Quis tribuit diſpoſitionem viandi.* Adde cap. 16. Fortunatus lib. 9. Poëm. 7.

Si minus poſſum pedibus viare,
Ducor amore.

Flodoardus lib. 14. Carm. 18.

——— *Jumenta viandi*
Deſtinat officio.

Utuntur præterea Solinus c. 40. 41. Apuleius lib. 10. & in Florid. Ammianus lib. 15. Saxo Grammatic. lib. 8. Alanus in Anti-Claudiano lib. 1. c. 8. 9. &c.

Viator. Vide *Viarius*.

Viatrix, ut *Viator*. Martianus Capella lib. 6. initio: *Crepidas peragrandæ telluris cauſa, eaſdemque permenſo orbe contritas, viatrix infatigata geſtabat.*

Viarius, Dominus feudalis cui competit *inferior* vel *media juſtitia*: noſtris, *Seigneur voier*. Duplex enim eſt Juſtitia *Viarii*, alia quam *Baſſe voirie* vocat Conſuetudo Turonenſis tit. 1. art. 1. *Simple voirie*, Andegavenſis art. 1. Cenomanenſis art. 3. & Bleſenſis art. 27. ceteræ Conſuetudines *Baſſe juſtice*. Alia quam *Grande voirie* appellat eadem Turonenſis Conſuetudo art. 39. *Groſſe voirie*, vel certè *la Juſtice du gros Voier*, Bleſenſis art. 21. 22. 23. 24. 26. ubi utriuſque jura recenſentur, quibus aliàs explicandis non licet immorari. Deſcribam tantùm quæ de *viaria* generatim habent Statuta S. Ludovici Reg. Franc. lib. 1. cap. 38. *de Juſtice de Vavaſor. Tous Gentishomes qui ont voierie en leur terre pendent larron de quelque larrecin que il ait fet en leur terre.* Et infra: *Car eus tiennent leurs batailles devant euls de toutes choſes fors de grans meffés que nous vous avons nommez par devant, & il ont leurs meſures en leur terres, & les prennent & les metent és cors des Chaſtiaus & les baillent à leur homes, & puis ſe eus truevent ſeur leur homes fauſſe meſure, li drois en eſt leur, & en puent lever ſoiſſante ſos d'amende*, &c. Pactum inter Philippum Regem Franc. & Ricardum Regem Angliæ menſ. Febr an. 1254. pro juſtitia ſeu Juriſdictione utriuſque in urbe Turonenſi, ex Regeſto Andegavenſi fol. 43. *Viarii autem Comitis infra ambitum clauſtri nullam habent juriſdictionem.* Et infra: *Viarii Comitis in nullo affidamento juſtitiam habent.* Uſatica oppidi Chableis,

in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 287. *Dominus Noerii eſt Viarius Chableia, & non poteſt ponere apud Chableiam Viarium, qui non juret quod fidelis erit Præpoſito B. Martini, quod vitam & honorem, & membra ejus pro poſſe ſuo ſervabit.*

Ejuſmodi *Viarios* vulgò dictos putant plerique, quòd eorum juriſdictio potiſſimum ſit in *viis* tenementorum ſuorum: idque eruunt ex aliquot Conſuetudinibus municipalibus, præcipuè ex Ambianenſi art. 184. in quo dicuntur Domini omnes feudales, quibus major & media juſtitia competunt, eſſe *Seigneurs Voiers ès frocs, flegards, chemins, & voiries eſtans au devant de leurs tenemens ou heritages, ſoit par eau ou, par terre.* Certè quidquid ſit de *Viariorum* juſtitia in *viis* tenementorum ſuorum, hanc conſtat non in eo præſertim conſtitiſſe, ſed in aliis quampluribus juribus, quæ paſſim recenſent Conſuetudines municipales, ubi de inferiori juſtitia agunt. Quin potiùs *Viarios* dictos exiſtimo, quaſi *Vicarios*, eoſdemque eſſe cum *Vicariis*, quos Lex Longobard. lib. 2. tit. 52. §. 7. de minoribus cauſis cognoviſſe docet, quique *per pagos conſtituti erant*, ut ait Walafridus Strabo. Unde ejuſmodi *Vicarii* non alii ſunt ab iis quos ætas poſterior *Majores*, & *Villicos villarum* appellavit. Niſi quis malit *Viarios* dictos ex Gallico *Voiers*, ſeu *Voüiers*, id eſt Advocatos, cum *Viaria* & *Advocatio* idem eſſe dicantur in Chartis aliquot mox laudandis. Neque aliter vox *Voier* accipienda apud Guill. *Guiart* in Hiſt. Francor. MS. an. 1207.

Simon de Monfort i demeure,
Come Seneſchaus ou Voiers,
Et bien XII.^c ſoudoiers.

Subviarius, Vicarius *Viarii*. Chartam Henrici Regis Franciæ an. 1057. in 8. tomo Spicilegii Acheriani pag. 156. ſubſcribunt præ aliis *Hervaus Viarius*, & *Herbertus Subviarius*. Vide to. 3. p. 156.

Viaria, Juriſdictio ſeu Juſtitia *Viarii*, Practicis noſtris *Voirie*: interdum quod ratione viariæ præſtatur à tenentibus: *Voherie*, in Conſuetud. locali Caſtellinovi in Biturigib. art. 4. Chronicon Maurniacenſe l. 1. p. 360. *Mea eſt, aiebat iſte, viaria.* Pag. 365. *Cenſum plus minus 50. ſolidorum, & dimidietatem viariæ huic Eccleſiæ dederunt.* Charta Roberti Regis Franc. an. 2. ex Tabulario S. Maglorii Pariſ. *Cum omnibus appendiciis & conſuetudinibus, id eſt bannum & Viariam, & omnes terras ad Marnacum pertinentes.* Alia Gilberti Epiſcopi Pariſienſis an. 1117. *Cenſum, nemus, juſtitiam, dominium, viariam, & omnes feodos, & omnes dominicaturas tam in nemoribus quam in terris*, &c. Alia Ludovici Regis Franc. an. 1124. *Cum boſco & plano, & molendino, & pratis, & viaria & juſtitia, & cum omnibus ad eamdem villam pertinentibus.*

Viariam cum *Vicecomitia*, ſeu Vicecomitis juriſdictione, confundit Ordericus Vitalis lib. 5. p. 596. *Conceſſerunt ſancti Ebrulfo Vicecomitiam, id eſt viariam, quantam habebant in villariis vaſtatis.* Tabularium Henrici Comitis Trecenſis an. 1159. in eod. Tabular. S. Martini: *Jus Vicecomitatus, ſeu viaria quam in villa S. Gemmæ ſe habere dicebat*, &c. *Vicecomitatus & Wigaria*, in Charta Henrici Imp. an. 932. Rurſum

Viaria, idem eſt quod *Advocatio*, in Charta Stephani Ep. Pariſienſis ex Tabul. S. Martini de Campis: *Cujuſdam vineæ in territorio S. Clodoaldi ſitæ Advocationem, quæ vulgo Viaria dicitur, Monachis S. Martini de Campis concedo.* Alia Gaufredi Epiſcopi Meldenſis an. 1208. ex eodem Tabul. *Quitavi eis in integrum quidquid habebam vel tenebam in villa de Choiſiaco, & in tota ejus poteſtate a tam in viaria & advocatione, & omnibus aliis rebus & dominiis*, &c. Alia Guillelmi de Monſtiers Militis, ejuſdem anni, ibid. *Tam in viaria, quam in advocatione.* In quibus locis vox *viaria* videtur exprimere Gallicam *voierie*, pro *Avouerie*, *advocatura*, quomodo *voulrie* uſurpatur in Conſuetudine Vitriacenſi art. 70. 100. 141. 143. pro poteſtate parentum in liberos. Vide *Advocatio*.

Viatura, idem quod *viaria*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1091. pro Compendienſi Eccleſia: *Advocationem & viaturam de Longelio uſque ad medium fluminis Iſaræ, viaturam de Saccio, viaturam de terra illa quam habet prædicta Eccleſia in Gellis*, &c. Charta Ludovici VI. Regis Fr. an. 1118. ex Tabulario Foſſatenſi fol. 14. *Precatum eſt etiam ut præfata Eccleſia tertiam partem ejuſdem viaturæ, quam Vicecomes Meledunenſis de feodo noſtro in ejuſdem manſuris & terra habet — concederemus.* Charta Ludovici Regis Franc. an. 1122. apud Chopinum lib. 3. de Sacra Polit. tit. 2. §. 12. *Terram B. Mellonis intra vel extra Caſtrum Pontiſaræ ſitam exoneramus ab omnibus talliis & exactionibus: in qua tamen retinemus viaturam, equitatum, & expeditionem. Ita quod quoad viaturam, ſi quæ in ea forisfacta facta fuerint ab hominibus B. Mellonis, Præpoſitus noſter eum ſubmoneat tantum, & reddat Canonicis*, &c. Sugerius lib. de Admin. ſua cap. 4. *A filio ejus Ludovico viaturam ejuſdem villæ, & omnes reditus ejus, præter vinum & avenam — obtinuimus.* Et cap. 21. *Villa quæ dicitur Marogilum, occaſione cujuſdam viaturæ, quam Anſoldus de Cornello fere uſque ad ipſas villæ domus poſſidebat, graviſſimè infeſtabatur.* Charta Geraldi *De Valengoiart*, in Tabulario S. Victoris Pariſienſ. ch. 21. *Sciendum eſt quod ego de aſſenſu Theobaldi primogeniti mei dedi in eleemoſynam prædictæ Eccleſiæ totam viaturam in longum & latum de viis quæ ſunt circa eorum porpriſiam, & quantum terra durat, quam vendiderunt in magno chemino verſus domum Leproſorum.* Charta an. 1247. — *Quod viatura & omnimoda juſtitia eſt Abbatis & Eccleſiæ B. Dionyſii in toto chemino*, &c. Vide Doubletum p. 857.

Viatoria. Charta Vicedominorum Gerborenſium an. 1160. apud Louvetum: *Et ſuper viatoriam totius terræ Monachorum quantumlibet acquirere poterunt intra unam leucam circa Urſimontem.* Occurrit præterea in Charta Philippi Regis Franciæ an. 1180.

Viator, idem qui *Viarius*. Rogeri Epiſcopi Bellovacenſis Epitaphium in Eccleſia Bellovacenſi:

Hic rexit Cathedram, non preſſit, Pontificalem.
Ornamenta domus, ſtatus & poſſeſſio Cleri,
Libertas patriæ puiſo Comitatus dominatu,
Atque Viatorum demiſſo gaudia curſu, &c.

Charta Communiæ Nivernenſis & Altiſiodor. an. 1194. *Statutum eſt & conceſſum quod Iterius de Tociaco Vicecomes Autiſiodorenſis, & Viator Altiſiodorenſis ſupradictis burgenſibus omne jus quod habebant in omnibus forisfactis — quittavit*, &c. Infra, *Viarius* dicitur. Charta an. 1160. apud Louvetum in Bellovaco: *Conceſſit eidem Eccleſiæ in eleemoſynam perpetuam medietatem Viatoris (f. viatoriæ) Urſimontis & Goſtenicurte — inſuper & viatoriam totius terræ Monachorum*, &c.

VIATICA *Litera*, quæ ab Abbate peregre exeunti Monacho datur, apud Ingulfum p. 860.

VIATICUM. Via, iter publicum. Charta Othonis Comitis Viromand. an. 1035. *Diſtrictionem terræ exterioris ſilvæ ac prati villæ Humolarienſi pertinentium, cum viatici publici banno*, &c.

Viaticum, Tributum ab itinerantibus præſtitum, in Charta Lotharii Reg. Fr. apud Marlotum in Metrop. Remenſi lib. 4. c. 24. *Ab omni exactione & teloneo & viatico libera — permaneant.* Alia Ildefonſi Regis Aragonum an. 1184. apud Saxium in Pontificio Arelatenſi: *Vel aliquod prorſus viaticum ab eis exigetur.*

Viaticum, Iter itineratio, *Voyage*. Fortunatus l. 6. Poëm. 4.

Deducit dulcem per amara viatica natam.

Charta Jacobi Regis Aragon. an. 1299. *Pro viatico quod fecimus in Sicilia.* Occurrit in aliis apud Joan. Dametum in Hiſt. Regni Balearici pag. 263.

Viaticum, Sacra Euchariſtia, quæ ægris ac morituris datur. S. Thomas part. 3. quæſt. 73. art. 4. *Hoc Sacramentum eſt præfigurativum fruitionis Dei, quæ erit in patria: & ſecundum hoc dicitur Viaticum, quia hic præbet nobis viam illuc perveniendi.* Paſchaſius de Corpore & Sanguine Domini cap. 19. *Hoc myſterium nonnunquam Viaticum*

appellatur, quia ſi quis illo fruitur in via, pervenit ad vitam quam jam in ſe habet. Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 101. *De his qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eis communicare: quod morientis ſufficit conſolationi, ſecundum definitiones Patrum, qui hujuſcemodi communionem congruenter Viaticum nominaverunt.* Joan. Abrinc. Episc. de Off. Eccl. *Corpus Domini tripliciter dividat, quarum partium unam Sacerdos Calici immittens, Pax Domini, alta voce dicendo, protinus ſubdat ſecrete, Fiat commixtio Corporis & Sanguinis Domini nobis accipientibus in vitam æternam. Alia ſe Diaconum Subdiaconumque communicet, tertiam Viaticum ſi opus fuerit in patena uſque ad finem Miſſæ reſervet: tertiam quæ remanet in altari vocat ſancta Eccleſia Viaticum morientis*, &c. Illud porrò τὸ [illegible] ἐφόδιον dicitur in Concilio Nicæno c. 13. *Viaticum noſtri itineris*, apud Gaudentium Brixienſem tract. 2. *Viaticum munus*, in Epiſtola 1. Siricii PP. cap. 5. & in Epiſt. 1. & 7. Hincmari ex Labeanis: *Viaticum Euchariſtia* in Capitul. Caroli M. lib 5. cap. 54. *Sacra Communio in Viatico*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 31. §. 15. *Viaticum, id eſt viæ cuſtodia*, in Canonib Hibernicis lib. 2. cap. 16. *Typica ſalutiferi viatici ſtips*, apud Dudonem lib. 3. de Actis Norman. p. 157. *Sacramentum progredientium, quod ideo Viaticum ſeu Euchariſtia appellatur*, in Synodo Exonienſi an. 1287. c. 1. Vide præterea Innocentium I. PP. Epiſt. 3. c. 2. Gelaſium capitulo 20. Concil. Arauſic. I. c. 3. Vaſion. ſub Leone I. PP. c. 2. Carthag. IV. c. 77. Gerundenſe ſub Hormiſda c. 9. Arelat. II. c. 28. Agath. c. 15. Epaon. c. 36. Aurel. III. c. 6. Matiſc. I. c. 12. Lugdunenſe c. 3. Remenſe c. 9. Sariſberienſe an. 1217. c. 34. Gregor. III. Epiſt. 1. c. 7. Amalar. lib. 3. de Eccl. Offic. cap. 35. Gropperum de Euchariſtia pag. 434. 435. &c.

Euchariſtiam porrò infirmis dari in viatici modum dicimus, cum non jejuno datur, quod *ad ſuccurrendum* vocant Statuta antiqua Cartuſienſis Ordin. 2. part. c. 8. §. 22. *Providendum eſt ut infirmus communionem ſacram jejunus accipiat: eam namque poſt cibum dari non licet, niſi fortè ad ſuccurrendum.*

VIATOR, Parvus Cyathus, vel Cochlear, quo utebantur viatores, ſeu qui in viam ſe dabant, unde nomen. Heſychius: Βιάτωρ, ποτήριον μικρὸν, ὅμοιον κοχλιαρίῳ.

Viatores, fratres converſi in Monaſteriis, ita dicti, quod pro negotiis Monaſteriorum à præfectis miſſi crebrius viæ ſe committerent. Cæſarius lib. 8. Mirac. cap. 87. *Homo quidam religioſus de ordine Viatorum, cum apud quandam matronam hoſpitaretur, conqueſtus eſt illi*, &c. Idem lib. 6. cap. 20. *Tales ſunt multi ex his Barbatis qui in habitu & tonſura religionis terras circumeunt, & plurimos decipiunt. — Et licet quidam ex hujuſmodi Viatoribus, viri ſint ſancti & ſine felle, propter malos tamen deſpiciuntur.* Vide lib. 8. c. 96. lib. 10. cap. 36.

Viatores, qui in hujus vitæ curſu verſantur. Marſilius Patavinus in Defenſore pacis part. 2. cap. 12. *Sic igitur ſingulariter nobis oſtenſo, Chriſtum & ipſius Apoſtolos viatores, ſtatum paupertatis & humilitatis docuiſſe, atque ſervaſſe*, &c.

Viator, idem quod *Viarius*. Vide in hac voce.

VIATURA. Vide *Viarius*.

VICÆN, idem quod *boda*, i. habitatio, domus. Saxonibus Vicæn eſt pagus, vicus, unde *Vicenga*, incolæ habitatores. Charta Waldemari Regis Daniæ an. 1326. apud Iſaac. Pontanum lib. 7. Hiſt. Danic. *Item omnia quæ ſub pondere vendi ſolent, poſſunt in ipſorum bodis ſive vicæn vendere & alienare cum ſtatera Colonienſi, & pondere debito trutinare. Item vinum quod perſonaliter apportarint poſſunt in ſuis vicæn ad clepſidras vendere & alienare.*

VICARIUS, generatim dicitur ille, qui alterius vices gerit, obit. Cledonius Romanus in Arte: *Sæpe quæſitum eſt utrum Vicarius dici debeat is cui Magnificentiſſimi Præfecti vices ſuas in ſpeciali cauſſa mandaverunt: nam Vicarius dicitur is, qui ordine codicillorum vices agit Ampliſſimæ Præfecturæ. Ille verò cui vices mandantur propter abſentiam Præfectorum, non Vicarius, ſed Vices agens, non Præfecturæ, ſed Præfectorum dicitur tantum.* Senator lib. 6. form. 15. de Vicario urbis Romæ: *Vices agentium mos eſt, ſic judicum voluntatibus obedire, ut ſuas non habeant dignitates. Splendent mutuato lumine, utuntur viribus alienis, & quædam imago in illis videtur eſſe veritatis, qui propriis non habent jura fulgoris. Tu autem Vicarius diceris, & tua privilegia non relinquis: quando propria eſt Juriſdictio quæ datur à Principe.*

Vicarius, ſequioribus ſeculis, dictus eſt qui vice Comitis, aut alterius judicis partes exequitur in pagis, vel minoribus oppidis: Gallis *Viguier*. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. ult. *Centenarii, qui & Centenariones, & Vicarii, qui per pagos conſtituti ſunt.* Præceptio Gunthranni Regis in Concilio Matiſconenſi an. 585. de Comitibus: *Non Vicarios aut quoſcunque de latere ſuo per regionem ſibi commiſſam inſtituere vel deſtinare præſumant, qui quod abſit, malis operibus conſentiendo venalitatem exerceant.* Concil. Cabilon. II. an. 813. c. 21. de Comitibus: *Sed & miniſtros, quos Vicarios & Centenarios vocant, juſtos habere debent*, &c. Gregorius Turon. lib. 10. cap. 5. *Interrogare præcepit, Cujus auxilio Cuppa ereptus fuerat, ut ab iis non comprehenderetur qui ſequebantur? Reſponderunt, Hoc Animodi Vicarii dolo, qui pagum illum judiciaria regebat poteſtate, factum fuiſſe.* Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 32. *Fuit conſuetudo in illis temporibus, ut ubicumque aliquod opus ex Imperiali præcepto faciendum eſſet, — ea Comites per Vicarios & officiales ſuos exequerentur.* Hincmarus Remenſis Opuſc. 15. c. 15. *Comites & Vicarii, vel etiam Decani plurima placita conſtituant*, &c.

Ejuſmodi verò *Vicariorum* Comitum juriſdictio erat tantùm in levioribus, non verò in majoris momenti, aut criminalibus cauſis, cùm eæ ad Comitem ſpectarent. Unde ortam licet opinari non modo *inferiorem* vel *mediam* quam vocamus *juſtitiam*, vulgò *viariam* appellatam, ſed & vocis nomenclaturam, uti ſupra monuimus. Capit. 1. an. 810. c. 2. & Append. 2. c. 28. *Ut ante Vicarium & Centenarium de proprietate aut libertate judicium non terminetur aut adquiratur, niſi ſemper in præſentia Miſſorum Imperialium, aut in præſentia Comitum.* Lex Longob. lib. 2. tit. 52. §. 7. *Ut ante Vicarios nulla criminalis actio definiatur, niſi tantum leviores cauſæ quæ facilè poſſunt judicari, & nullus in eorum judicio in ſervitio hominem conquirat, ſed per fidejuſſorem mittatur uſque ad præſentiam Comitis.* Proinde ii videntur Comitum Miſſi, de quibus Walafridus Strabo lib. de Rebus Eccleſ. c. ult. *Comites quidem Miſſos ſuos præponunt popularibus, qui minores cauſas determinent, ipſis majora reſervent.* Adde Capit. 2. an. 810. c. 15. atque ii, ſi Miſſi dominici in provincias mitterentur, cum Comitibus eorum publicis conventibus intereſſe neceſſe habebant, ut eſt in lib. 3. Capitul. c. 28. Horum etiam erat tributa colligere & exigere in ſuis diſtrictibus, ex Addit. 4. Ludovici Pii c. 83. quod *Villicorum*, ſeu *Majorum Villarum* curæ etiam potiſſimum incubuit; adeo ut hos ab iſtiuſmodi *Comitum Vicariis* originem ſumpſiſſe par ſit exiſtimare. *Vicariorum* verò Comitum occurrit paſſim mentio, in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 23. lib. 3. tit. 6. §. 1. lib. 4. tit. 5. §. 6. lib. 8. tit. 1. §. 5. lib. 9. tit. 2. §. 8. lib. 12. tit. 1. §. 2. in Capitul. ad Legem Salicam tit. 1. c. 21. tit. 3. c. 5. in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 80. lib. 2. tit. 47. §. 1. in Capitul. Caroli M. lib. 2. c. 28. 32. lib. 3. c. 11. lib. 4. c. 44. 63. 64. in Capitul. Caroli C. tit. 31. c. 28. in Concil. Arelat. an. 813. c. 23. apud Adrevaldum l. 1. de Miracul. S. Bened. c. 24. Marculfum. Beſlium pag. 247. &c.

Subvicarius, qui *Vicarii*, eo abſente, vices agit. *Ypovicarius* in veteri Charta apud Beſlium pag. 222. Petrus I. Rex Aragon. in Conſtitut. edita apud Barcinonam an. 1228. *Dignum eſt, & firma obſervantia teneatur quod Vicarius non audeat ſibi Subvicarium ponere per villas, vel parochias, ſuæ Vicariæ, niſi ubi ab antiquo habere forſitan conſuevit.* *Subvicarii* in veterum Diplomatum ſubſcriptio-

nibus occurrunt non ſemel apud Beſlium in Comitib. Pictavenſibus p. 223. & in Epiſcopis Pictav. pag. 38. 48.

Vicarii porrò alii fuere à Vicecomitibus. In Tabulario Perſienſi extat Notitia Judicati ſub Theoderico Comite Auguſtodunenſi, quod ſubſcribitur à *Bligario Vicecomite*, & à *Girbaudo Vicario*.

Vicaria, Diſtrictus Vicarii, locus in quo juſtitiam ſuam exercet. Charta Agii Epiſcopi Aurelian an 854. *In eodem pago, in Vicaria Orcellenſi*, &c. Rodericus Toletan. lib. 4. de Reb. Hiſpan. cap ult. *Poſt quod etiam cepit Anagarum, quod olim Ticinum vocabatur, & Vicariam, quæ ex eo nomen dicitur habuiſſe, quod Gothorum tempore ſedes judicii habebatur*. Albertinus Muſſatus lib. 5. rubr. 4. *Per coloniarum incolas, quas Vicarias appellant*. Vide Biblioth. Cluniacenſem p. 266.

Vicaria, Juriſdictio Vicarii. Charta Innocentii II. PP. apud Doubletum p 486. *Vicariam quoque ac omnimodam juſtitiam, ac plenariam libertatem juxta villam S. Dionyſii*, &c. Alia Ludovici VI. Regis an. 1120. ex Tabulario Sandionyſiano: *In eadem Curia perennem indulgemus libertatem, vicariam omnimodam in Curia ipſa, & Curiæ domibus conferimus*, &c.

Vicaritia poteſtas. Charta Gaufredi Comitis Andegavor. pro Monaſterio S. Albini: *Conceſſimus quoque eis ut nulla in eorum terra Vicaritia dominetur poteſtas, niſi de homicidio, aut furto, vel incendio*, &c.

Vicaria, Exactio quam Vicarius faciebat intra Vicariæ ſuæ limites. Tabularium Vindocinenſe ch 55. *Habebat vinea agripennum unum, alodialiter immunem, hoc eſt ab omni cenſu & vicaria redhibitione liberum*. Tabularium Abb. Belliloci in Lemovic. *Si aliquis — contra hunc titulum aliquam calumniam inferre tentaverit, aut ullus Vicarius vicariam requiſierit, vel ullam dominationem*. Teſtamentum Humberti Guerillæ an. 1107. *Concedo — totam pravam illam conſuetudinem, — quam in terra S. Eparchii, quæ vulgò Vicaria appellatur, violenter & injuſtè per occaſionem vigeriæ capiebam*. Tabularium Abbat. Conchenſis in Ruthenis ch. 49. *Dono & cedo & perpetuum derelinquo Vicariam & malos uſus & conſuetudines, & cætera omnia quæ juſte vel injuſtè habeo*, &c. Charta Henrici Regis Franciæ an. 1048. ex Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 29. *Et hoc mihi aliquantiſper cogitanti ad memoriam rediit Canonicorum Carnotenſis Eccleſiæ, quam ſæpius inculcaverant, petitio, per quam à diverſis exhibitionibus & exactione illa quæ vulgari nomine Vicaria vocatur, illum fiſcum, cui Unigradus vocabulum eſt, liberum & quietum deinceps concederem*, &c. Charta Philippi Regis Francor. apud Doubletum p. 856. *Ad ultimum vero regalis ſublimitas, tantam incolis Capellæ libertatem conceſſit, ut nullus in ea bannum, vel theloneum, aut vicariam aliquam niſi S. Dionyſio perſolviſſet*, &c. Alia Anſelli Epiſcopi Belvacenſis an. 1099. *Dedit B. Petro in ſuburbio Belvacenſi 12. hoſpites cum omni juſtitia, excepta vicaria, foragio, & teloneo*, &c. Adde Spicilegium Acherianum to. 13. pag. 292.

Vicarietas, eadem notione. Tabularium Vindocinenſe fol. 48. *Emit liberam à Lege vicarietatis*. Fol. 51. *Liber ab omni redditione vicarietatis, vel alterius legis excepta decima*.

Vicariatio, Functio *vicarii*, ſeu ejus qui alterius *vices* agit. Flodoardus lib. 4. Hiſt. Remenſis cap. 1. *Quiſi veniendi facultas defuerit, ſuos cum eo dirigant legatos, qui eorum vicaricatione perfuncti, diſceptandi & deliberandi libertatem poſſideant*. Legendum *vicariatione*, uti habetur in Charta Gaufredi Comitis Andrienſis an. 1175. apud Ughellum to 7. p. 1091. 1092. *Si aliquis tentaverit facere furnum, vel etiam portare panem in ſuo territorio, incidat in dictam pœnam, & medietas dictæ pœnæ ſit Curiæ regalis, & alia medietas ſit Eccleſiæ: & ſi ego, qui ſum dominus, vel heredes & ſucceſſores mei tentaverint, incidant in dictam pœnam, quam vicariationem conceſſit mihi dominus Rex per literas ſigillatas magno ſigillo*, &c. Infra: *Pro qua conceſſione & vicariatione fateor me accepiſſe à dicto Mario Epiſcopo Eccleſiam maiorem, quæ eſt prope Caſtrum dictæ civitatis: & dictus Marius obtinuit licentiam de dicta vicariatione & conceſſione dictæ Eccleſiæ*, &c. Sic autem concipitur Chartæ initium: *Nos Gauffredus*, &c. *vicariam cum Mario venerabili Epiſcopo Montis Viridis, furnum quod habes in civitate*, &c. Ita *Vicaria* & *Vicariatio*, idem ſonant.

Vicarii S. Petri, & Apoſtolorum, vel *Apoſtolicæ Sedis*, paſſim dicti ſummi Pontifices, quod loco Petri Chriſti vicem gerant in terris, inquit Baronius an. 740. n. 5. apud Gelaſium PP. Epiſt. ad Anaſtaſium Auguſtum Symmachum in Apologetico ad eundem Imper. in Romana Synodo an. 800. in Præfat. ad Concilium Meldenſe an. 845. & c. 80. &c. Vide quæ annotavit vir doctiſſimus Steph. Baluzius ad Epiſt. 84. Lupi Ferrarienſis.

Vicarius Sedis Apoſtolicæ, qui aliàs *Legatus Sedis Apoſtolicæ* dicitur, cui nempe vices ſuas in Eccleſiis aut Provinciis deſignatis ſummus Pontifex committit. Hujus dignitatis formula extat in variis Epiſtolis Gregorii M. Joannis VIII. PP. præterea in Sergii II. PP. Epiſtola, qua Drogoni Epiſcopo Metenſi Caroli M. filio vices ſuas impertitur, to. 3. Concil. Sirmondi pag. 9. *Sed quia nos cunctarum ſollicitudo auget Eccleſiarum, ubi ipſi eſſe non poſſumus, more præcedentium noſtrorum moderationis noſtræ Vicarios damus*. Vide Gregor. VII. lib. 6. Epiſt. 21. & alibi, Annales Francor. Bertin. an. 884. & quæ vir eruditiſſimus Marca commentatus in Diſſertat. de Primatibus n. 49.

Vicarius ſummi Pontificis in Spiritualibus Romæ, cujus munus quale ſit, accipe ex Bulla Benedicti XII. PP. an. 1341. *Te* (Epiſcopum Aſſiſinatem) *in urbe ſupradicta, ejuſque ſuburbiis & diſtrictu Vicarium noſtrum in Spiritualibus uſque ad noſtrum beneplacitum tenore præſentium conſtituimus, ac etiam deputamus, viſitandi Eccleſias, Monaſteria, & loca Eccleſiaſtica, ſecularia & regularia, quorumcumque ordinum, non exempta nec privilegiata, & tam Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum ipſorum, quam alias perſonas Eccleſiaſticas, urbis, ſuburbiorum, & diſtrictus prædictorum cujuſcumque ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, nec non reformandi quæ in eis reformationis miniſterio noveris indigere, earum & cujuſlibet exceſſus & crimina corrigendi, & puniendi, aliaque faciendi & exercendi auctoritate noſtra quæ ad hujuſmodi Vicariatus officium pertinere noſcuntur*. Vide Gregor. IX. lib. 1. tit. 28. cap. 5.

Vicarii, dicti *Beneficiati* quidam in Eccleſiis Cathedralibus, qui majoribus Miſſis decantandis, & officiis Eccleſiaſticis peragendis potiſſimum addicti erant, in eoque *vices* Canonicorum peragebant, unde *Canonici Vicarii* etiamnum appellantur: *Canonici, Vicarii, ſeu ſimplices choriales*, in Concilio Colonienſi an. 1310. c. 7. in Senonenſi an. 1320. c. 4. & Pariſienſi an. 1324. c. 4. Necrologium Eccleſiæ Ambianenſis: *4. Kal. Mart. ob. Engurrani de Croy Canonici. Iſte ordinavit in Eccleſia noſtra perpetuis temporibus redditus ad decem Vicarios annuatim inſtituendos, videlicet duos Capellanos, duos Diaconos, duos Subdiaconos, quatuor Presbyteros. De Capellanis autem unus celebrabit Miſſam de B. Virgine, alius pro Defunctis, & utrique eorum miniſtrabit in Miſſa unus Diaconus, & unus Subdiaconus de prædictis*, &c. Vide Gobelinum Perſonam in Coſmodrom. pag. 241. Statuta Eccleſiæ Leichefeldenſis in Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 243. Chronicon Archiepiſcop. Upſalienſium pag. 216. & Metropolim Saliſburgenſem to. 1. p. 264.

Vicaria, ejuſmodi Vicarii dignitas ſeu Beneficium, apud Stephanum Tornac. Epiſt. 193.

Vicarii in Eccleſiis dicuntur, qui vices agunt Parochi, de quibus eſt titulus apud Gregor. IX. & in Sexto. Thomas Walſinghamus pag. 275. *Docuit nempe plebem, decimas non eſſe dandas Curato, niſi is qui daturus eſſet foret ditior quam Vicarius qui acciperet, ſive Rector*. Vide Concilium Arelatenſe an. 1260. c. 3. Sic porrò appellaban-

tur, Anglis præſertim, *Vicarii perpetui* qui in Eccleſiis conſtituuntur, quæ Monaſteriis aut Collegiis Canonicorum *appropriata* ſunt, id eſt quæ ad Monaſteria aut Collegia Canonicorum pertinent. Compoſitio facta inter Hugonem Epiſcopum Lincolnienſem & Guill. Abbatem S. Albani an. 1209. *Et ſuper appropriatione omnium Eccleſiarum in quibus jura Pontificalia non habent Abbates S. Albani: & aſſignatione Vicariarum in eiſdem, necnon & cuſtodiis earumdem Eccleſiarum & Vicariarum, cum eas vacare contigerit.* Vide *Appropriare.*

Vicariorum Redemptiones. Vide *Altarium Redemptiones.*

Vicarii Imperii dicti ſunt, quos Imperatores & Reges Romani, cum ipſi per ſe negotiis regni & Imperii ſufficere non poſſent, ex aulæ ſuæ proceribus conſtituebant, qui vice illorum cognitioni cauſarum præeſſent: & horum quidem munus, cum perſona quæ eidem præficiebatur, expirabat. Ejuſmodi fuerunt quos in Germaniæ Principatibus delegare ſolebant Imperatores, qui ſub dignitate *Comitis Palatii*, vices Imperatorias agebant, & in iis ſupremo jure cauſas dijudicabant. Neque omnino diverſi ab iis, qui vulgò

Vicarii generales Imperii nuncupantur, quibus ſcilicet Imperator, in certis diſtrictibus, *Vicariam* Imperatoriæ poteſtatis & dignitatis committit, ſeu ad vitam, ſeu etiam in liberos maſculos tranſlata eadem dignitate. Quæ quidem *Vicaria* maximè dari conſueverat in Italia & Gallia, quo rariùs accedebant Imperatores. Charta Friderici Imp. an. 1248 apud Guichenonum: *Thomas de Sabaudia Comes, Sacri Imperii a Papia Superius Generalis Vicarius.* Alia ejuſdem Imp. an. 1249. apud eundem: *Ipſum* (Thomam) *noſtrum & Sacri Imperii generalem Legatum in partibus ipſis duximus ſtatuendum. Guillelmus Comes de Monteforti pro Seren. D. Ludovico D. G. Roman. Rege in Mediolano & ejus Comitatu ſpecialis, & in tota Lombardia Vicarius Generalis*, in Charta an. 1327. in qua fit mentio Bertholdi Comitis de Marſteten, dicti Nyſſen, *olim Regis Henrici in partibus Italiæ Vicarii Generalis.* Mattheus Vicecomes D. gratia — *Sereniſſimi D. Henrici Romanorum Regis & Sacri Imperii in civitate & diſtrictu Mediolani Vicarius generalis* an. 1312. Rupertus Imp. Brunorium *de la Scala*, & filios maſculos legitimos, *Vicarios Generales*, conſtituit in civitatibus Veronæ & Vincentiæ & eorum territoriis, conſtitutione an. 1434. quæ deſcripta legitur apud Goldaſtum to. 1. pag. 395. De Vicariatu Imperii in Regno Arelatenſi Carolo V. Regi Franciæ tum Delphino, à Carolo IV. Imp. conceſſo, egerunt Anton. Dominici in Aſſertore Gallico pag. 254. 255. & alii. Adde Bodinum lib. 1. de Repub. cap. 9. pag. 137. Formula verò dandi *Vicariam* Imperii, habetur apud Petrum de Vineis lib. 3. Epiſt. 79. lib. 5. Epiſt. 1. & apud Goldaſtum to. 1. Conſtit. Imper. pag. 395. 396.

Vicarii præterea *Imperii* appellati, quos Imperator extra provinciam diſcedens, veluti in Italiam proficiſcens, in Reipublicæ adminiſtratione ſibi ſubſtituebat. Ita Otto M. in Italiam proficiſcens *Vicarium* ordinavit, ſibique ſubſtituit abſenti Hermannum Brunſwicenſem: Fridericus I. filios ſuos Regem Henricum, & Philippum Sueviæ Ducem: Otto IV. *quo tempore profectus eſt Romam coronari in Imperatorem, Imperium ſupra Moſellam fratri ſuo Henrico Palatino regendum* dimiſit, ut eſt apud Cæſarium Heiſterbach. lib. 1. Henricus VII. filium Johannem Bohemiæ Regem, & Berchtoldum Hennembergicum primum ejus familiæ Principem: Sigiſmundus Cæſar, Guillelmum Bavariæ Ducem: Ludovicus Bavarus Cæſar conſenſu Imperii Principum Ottonem Auſtriæ Ducem Vicarium Imperii conſtituit Paduæ & Tarviſii: & ab eodem Ludovico Cæſare Edwardus Angliæ Rex Generalis Vicarius per Germaniam deputatus eſt, apud Froiſſart. 1. vol. c. 35. Idem Rex ab eodem Cæſare Ludovico & ordinibus Imperii per Galliam & regnum Arelatenſe conſtitutus eſt, teſte Goldaſto to. 3. pag. 411. Rupertus Imp. Romam proficiſcens coronam ſuſcepturus, Ludovicum Palatinum Comitem Rheni filium, in abſentia ſua, in Germania, Gallia, & reguo Arelatenſi Vicarium conſtituit, ut eſt apud eundem Goldaſtum to. 1. pag. 381. Quæ quidem Ruperti Conſtitutio docet præterea, *de Jure Comitatus Rheni fuiſſe, & eſſe, quod cùm Romanus Imperator vel Rex ultra montes in Italiam ingreſſus fuerit, in ipſius abſentia Vicariatum Imperii in Germania, Gallia, & regno Arelatenſi, ad Comitem Palatinum Rheni pertinuiſſe & pertinere.* De quo quidem Comitis Palatini jure, ut & de Vicariatu Imperii, qui ad eum & Ducem Saxoniæ, durante interregno, pertinet, doctè diſputat Wicfordius in tractatu Gallico de Electione Imperatoris cap. 11. cui adjungendus Chriſtophorus Gewoldus in Tract. de Septemviratu Imperii cap. 11.

Vicarius, Campio, pugil, qui pro alio monomachiam ſeu duelli, vel quodlibet aliud vulgare judicium, exequitur & experitur. Hincmarus Remenſis de divortio Hlotarii, interrog. 1. *Quæ ipſa denegans, probationis autore, teſtibuſque deficientibus, judicio Laïcorum nobilium, & conſultu Epiſcoporum, atque ipſius Regis conſenſu, Vicarius ejuſdem feminæ ad judicium aquæ ferventis exiit, & poſtquam incoctus fuerat ipſe repertus*, &c. Infra, interrogat. 6. *Vicarius ipſius in judicium exiens incoctus evaſit.* Atto Vercellenſis Epiſc. de Preſſuris Eccleſiaſt. *Ad pugnam producere* (*heu*) *noſtros compellimur Vicarios, ut vel iſtorum cæde victi, vel illorum quaſi abſoluti eſſe videamur*, &c. Notitia an. 961. in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicib. *Judicavit prædictus Raymundus & alii Venerabiles & aſſiſtentes, & ut ipſi duo prætaxati viri Vicarios ſibi duos eligerent ad certamen expeditos, quo Dominus manifeſtare dignetur veritatem hujus rei, quod ita factum: nam ſecunda diei hora & certantibus uſque ad ſolis occaſum*, &c.

Vicarii ſervi, qui vices domini agunt in villis ac prædiis: *villici miniſteriales*, in Chronico Reicherſpergenſi. De iis extat vetus Notitia in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicib. *In iſtis verò curtibus ſervos Vicarios debemus imponere, ut fideliter exigant ſervitia dominis ſuis, omnes ſervos iſtos eligimus ex Lemovicino de Curte Camayraco. In primis in Curte de Favars elegimus judicem ſervum nomine Johannem. In Curte verò de Agiraco imponimus judicem ſervum nomine Imonem. — per omnes curtes ſive villas imponimus judices ſervos, in tali convenientia, ut nullus ex illis neque de poſteris eorum efficiatur Miles, neque ullus portet excutum, neque ſpadam, neque ulla arma, niſi tantum lanceam, & unum eſperonem, non habeant veſtem ſciſſam antea & retro, ſed tantum clauſæ fiant, vectigalia non exigant, quamdiu fideles permanſerint. ſi infideles reperti fuerint, perdant totum, & ad ſervitutem revertant. In unaquaque villa cedimus unum manſum, & in unoquoque manſo de tota Vicaria ſua damus eis 4. denarios, & unam gallinam, & tertiam partem de omnibus placitis, & de veſtionibus ſimiliter: propter hoc jurent fidelitatem ſuper altare B. Petri in præſentia Abbatis, & Monachis qui obedientiales fuerint illis diebus. Si ullus ex illis obierit, honor ejus S. Petro remaneat, & ſeniores ſui honorabiliter ſepeliant. Si filios legitimos habuerint, major honorem totum teneat, poſt ſuum deceſſum ſecundus honorem teneat, & ſit uſque ad ultimum. Et ſi ullus ex illis abierit, centum ſolidos ſucceſſor qui poſt eum voluerit ad Monachos det, & fidelitatem faciat, & ſic in venturis generationibus.* Vide *Villicus.*

Vicarius denique dicitur is, qui vice Monaſteriorum, aut virorum Religioſorum, vel Eccleſiarum, domino feudali offertur, qui de prædiis ab iis acquiſitis, neque *amortizatis*, reſpondent, tam de forefacturis, quàm de releviis: *Vicaire*, in Conſuet. Aurelian. art. 42. 118. & ſeqq. & Bleſenſi art. 44. 45. qui vulgò apud noſtros dicitur, *homme vivant, mourant, & confiſcant*. Tabular. Vindocinenſe Thuan. ch. 128. *His ita peractis Odo Rufus in cujus terra vineæ ſupradictæ conſiſtunt, dicens eas emptas à nobis venditiones, inde 15. ſolidos requiſivit: quos*

quos ſibi paciſcentibus nobis, negavit ſe pro his vineas nobis niſi ſub vicario auctorizare, quo ſcilicet ſuperſtite quietas eas haberemus, defuncto autem, aut ab Odone, aut ab herede ſuo relevaremus. Tabularium Majoris Monaſterii: *Mentitus eſt Monachus illum noſtra terra illius fuiſſe Vicarium, & ideo juſtum eſſe ut relevaretur, quandoquidem eſſet defunctus.* Vide in v. *Relevamentum.*

Vicarianus. In Novella Juſtiniani 26.

VICCINGI, appellati Dani Rerum Anglicarum ſcriptoribus, ait Camdenus, quod piraticam exercerent: *Biccingar* enim Saxonica lingua, teſte Alfrido, piratam denotat. *Viccingos* autem vocat, quos Dani hodie *Bitinger.* Vide Olaum Wormium ad Monumentum Tirſtadenſe.

VICECOMES, Vicarius Comitis, qui vices Comitis exequitur; *Sub Comite agens,* in Charta Ottonis Imp. an. 984. apud Barth. Fizen. in Hiſt. Leodienſi pag. 269. Cujus dignitatis meminit Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Epiſt. 20. Edictum Piſtenſe c. 14. *Habeat in Silvanectis civitate unuſquiſque Comes — Vicecomitem ſuum cum duobus aliis hominibus,* &c. Capitula Carlomanni tit. 2. c. 9. *Comes præcipiat ſuo Vicecomiti, ſuiſque Centenariis,* &c. Adde Legem Longob. lib. 2. tit. 30. §. 2. Ut Comites non civitati duntaxat, ſed & toti pago civitati adjacenti præfecti erant, ita & Vicecomitum munus & juriſdictio in totum pagum porrigebatur. Fauſtus in Vita S. Mauri Abbat. *Prædictus denique vir Florus, cum in omni regno Theodeberti Regis ſummam obtineret poteſtatem, ac Vicecomitis in Andegavenſi eo tempore fungeretur pago,* &c. Agobardus de Inſolentia Judæorum pag. 61. *Dederunt mihi indiculum ex nomine veſtro, & alterum ei qui pagum Lugdunenſem Vicecomitis regit. Vicecomes Pagi,* apud Hincmarum Opuſc. 29.

Ab ipſiſmet Comitibus deligebantur. Fragmentum Hiſtoriæ Aquitanicæ, de Vulgrino Comite Inculiſmenſi: *Miſeratque in Martiliacum Robertum legis doctum, & cum eo amicum ſuum fideliſſimum nomine Ranulfum, feceratque eum Vicecomitem ſuum.* Infra: *Willelmus autem Sector ferri honorem eorum reſtituit Odolrico fratri eorum, qui minor natu erat, fuitque ei ſuus Vicecomes.*

Denique ut *Comites,* ita & *Vicecomites* in abſentia Comitum judiciis publicis præerant. Vetus Notitia Viennenſis Eccleſiæ C. an. 863. *Veniens Witfredus Eccleſiæ S. Mauricii Advocatus publicè in Viennam civitatem in præſentia D. Ardoini ejuſdem Eccleſiæ venerabilis Archiepiſcopi, & Erluini Vicecomitis Miſſi illuſtris Boſonis Comitis, vel judicum qui ibi aderant,* &c. Tabularium Perſienſe ch. 19. *Ibique veniens Fredelus in Auguſtidunum civitate, in mallo publico, ante Bligario Vicecomite, & plures Scabineis qui ibidem erant, placitum ſuum legibus attendidit,* &c. Chronicon Beſuenſe pag. 505. *Notitia, qualiter ante Bettonem Epiſcopum & Balactarium Vicecomitem, ad vicem Hildegarii Comitis, ſeu Scabinorum qui ibidem aderant, veniens Advocatus Monaſterii S. Petri,* &c. Vide Rollandinum in Summa Notariæ 1. part. cap. 7. rubr. ult. ubi habetur formula creandi Vicecomitem.

Vicecomites Provinciarum, apud Anglos, ſunt Regis Officiales ad Comitatus gubernationem quotannis conſtituti. Interdum judicis loco funguntur, ad cauſas ſcilicet minores, quæ illorum juriſdictioni ſubſunt, interdum etiam Miniſtrorum & mandatariorum Regis officium exequuntur. Ita Cowellus. Liber Niger Scaccarii: *Vicecomes dicitur, quod vicem Comitis ſupplet in placitis illis, quibus Comes ex ſuæ dignitatis ratione participat cum Rege.* Matth. Paris an. 1076. de Walthero Epiſcopo Dunelmenſi: *Et Vicecomitis agens vices: Laicalis ſe foro immiſcuit.* Horum inſtitutum Alvredo Regi Angliæ adſcribunt Scriptores Anglici. Ingulfus de eodem Alvredo: *Præfectos verò Provinciarum, qui antea Vicedomini, in duo officia diviſit, i. in judices, quos Juſtitiarios vocamus, & in Vicecomites, qui adhuc nomen retinent. Horum cura & induſtria tanta pax in brevi per totam terram effloruit, ut ſi viator quantamcumque ſummam pecuniæ in campis & publicis compitis veſpere dimiſiſſet, mane vel poſt menſem rediens, integram & intactam indubie inveniret.* Quemadmodum verò ii eligi à Rege ſoleant, docet hiſce verbis Forteſcutus lib. de Laud. Leg. Angliæ cap. 24. *In quolibet Comitatu eſt officiarius quidam unus, Regis Vicecomes appellatus, qui inter cætera ſui officii miniſteria, omnium mandata & judicia curiarum Regis in Comitatu ſuo exequenda exequitur, cujus officium annale eſt, quo ei poſt annum in eodem miniſtrare non licet, nec duobus tunc ſequentibus annis ad idem officium reaſſumetur. Officiarius iſte ſic eligitur. Quolibet anno in craſtino Animarum conveniunt in Scacario Regis omnes Conſiliarii ejus, tam domini ſpirituales & temporales, quam alii omnes Juſtitiarii, omnes Barones de Scacario, Clericus rotulorum, & quidam alii officiarii, ubi ii omnes communi aſſenſu nominant de quolibet Comitatu tres Milites, vel Armigeros, quos inter cæteros ejuſdem Comitatus ipſi opinantur melioris eſſe diſpoſitionis & famæ, & ad officium Vicecomitis Comitatus illius, melius diſpoſitos: ex quibus Rex unum tantum eligit, quem per litteras ſuas patentes conſtituit Vicecomitem Comitatus, de quo eligitur pro anno tunc ſequente: ſed ipſe antequam litteras illas recipiat, jurabit ſuper ſancta Dei Evangelia, inter articulos alios, quod bene & fideliter & indifferenter exercebit & faciet officium ſuum toto anno illo, neque aliquid recipiet colore aut cauſa officii ſui, ab aliquo alio quàm Rege.* De ejuſmodi Vicecomitum juriſdictione vide Regiam Majeſt. l. 1. cap. 1. Statuta Roberti III. Regis Scotiæ c. 23. 24. 25. 26. & Bracton. l. 3. tr. 2. c. 35.

Vicecomites in Normannia noſtra appellantur Judices, qui in minoribus oppidis jus dicunt, de quibus intelligendus Ordericus Vital. lib 8. *Hic Orbecci Vicecomes & Cauſidicus fuerat, — in negotiis & placitis ad libitum judicabat, & pro acceptione munerum judicia pervertebat.* De horum juriſdictione & officio ita vetus Conſuetudo Normanniæ MS. 1. part. ſect. 1. cap. 9. *L'office del Viconte adecertes, ſi eſt qu'il tiengne les plez, & que il face tenir en droit point les anciennes voies, & les ſentes, & les chemins, & que il face ramener en leur ancien cours les eves qui ſont remuées contre droit, & que il enquere diligeaument & en ſegré des malfaiteurs, des traitres & des trahiſons, des murtres & des murtriers, des ardeours, des arderreſſes, d'arſons, des pucelles priſes par force, & de tous autres crimes, & ceux que il trouvera coupables, fere premierement ſemeine, ou enqueſte ſecrèement, ſus ceu par le ſerment de loyaus homes que il ne ſoient pas ſoupechonens, il les doit fere tenir en priſon, tant que il atendent & aient la commune enqueſte, ou tant que il ſoient delivrez par la loy del pais, & ſi doit accomplir tous les autres offices de droit.* Eorum præterea munus erat tributa & vectigalia fiſcalia exigere, & de iis ratiocinia exhibere. Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 805. *Præfatus autem Conſul de Mellento, per partěm Ivonis, qui Municeps erat, & Vicecomes, & firmarius Regis, callide intravit.* Et lib. 12 pag. 841. *Cur iniquè in dominum ſuum operatus fuerit, cur ad curiam ejus ter accerſitus non venerit, cur de regiis redditibus ad Vicecomitatum Argentonii & Oximorum Faleſiaque pertinentibus, ut Regis Vicecomes & officialis, rationem non reddiderit, & de aliis reatibus rationabiliter impetitus eſt.* Id etiam muneris fuiſſe Ballivorum ſupra oſtendimus.

Subvicecomes, apud Anglos JC. eſt Officialis, aut Deputatus Vicecomitis. Cowel. Vide Spelman. in *Vicecomes.*

Vicecomes, interdum idem qui *Caſtellanus.* Lambertus Ardenſis pag. 88: *Flandrenſis honoris Comes & Princeps Theodoricus, inconſulto Gandavenſi, imo jam Ghiſnenſi Comite Arnoldo, Gandavenſis burgi Caſtellariam Curtracenſi Vicecomiti Rogero ad tempus conceſſit & commiſit habendam.* Quem enim Vicecomitem nominat Rogerus, Caſtellanus fuit Curtracenſis. Ita *Vicecomitiſſam Ypren-*

ſem vocati pag. 200. quæ *Caſtellana* dici debuit : nam
Caſtellani pariter appellati Yprenſes domini. Viceco-
mitibus præterea Caſtellorum cuſtodiam incubuiſſe do-
cet Wilielmus Gemeticenſis lib. 8. cap. 15. *Robertus*
Comes Mellenti turrem illam cuſtodiens, Vicecomitis offi-
cio in prædicto officio fungebatur : egit itaque calliditate ſo-
lita, ut idem Caſtellum Willelmo de Britolio reddere-
tur.

Vicecomitum ejuſmodi interdum quidam erant infeu-
dati, id eſt *Vicecomitatus* jure feudali obtinebant, ut in-
dicant Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 30. §. 3.
quorum juriſdictio, *media juſticia* dicitur practicis no-
ſtris, *la juſtice Vicontiere*, in Conſuetudine Ambianenſi
art. 191. 246. Pontivenſi art. 82. 84. 104. Monſtro-
lienſi art. 6. 7. 25. 26. Inſulenſi tit. 1. Heſdinenſi
paſſim, & S. Richarii art. 2. Atrebatenſi art. 5. &c.
Eadem &

Vicecomitatus appellatur, & cum *Viaria*, & *Advocatione*
confunditur. Charta Galteri Tirelli an. 1186. in M. Pa-
ſtorali Eccl. Pariſ. l. 3. ch. 2. *Cum — teneret à me in feo-*
do medietatem totius Vicecomitatus ſeu viariæ, &c. Char-
ta Theodorici Epiſcopi Ambianenſis an. 1171. ex Ta-
bulario ejuſdem Eccleſiæ fol. 53. *Cùm tandem abſolutio-*
nem poſtularent, nec in auro vel argento ad manum haben-
tes unde ablata reſtituerent, Vicecomitatum & Advocatio-
nem de Berberiis — Ambianenſi Eccleſiæ pro obtinenda
abſolutione ſua in eleemoſynam donaverunt. Charta Odo-
nis Epiſcopi Belvacenſis an. 1140. *Conceſſerunt præ-*
fatæ Eccleſiæ — quicquid habent in villa & in terra Teo-
leti, videlicet Advocaturam & Vicecomitatum, & quic-
quid habebant ibi aliud.

Vicecomitia, eadem notione. Ordericus Vitalis lib. 5. tit.
696. *Conceſſerunt S. Ebrulfo Vicecomitiam, id eſt via-*
riam, quantam habebat in Villariis vaſtatis. Vide *Viaria*,
Vicaria, *Advocatio*.

Vicecomes, nomen dignitatis inductum poſterioribus ſecu-
lis, maximè in Anglia, ubi creari cœpere. Aiunt enim
ſcriptores ſeu Heraldi Anglici, Joannem *Roberſart*, S.
Salvatoris oppidi ſeu Caſtri in Neuſtria Præfectum,
Vicecomitem de Roberſart creatum ab Henrico V. De-
ſcripſit Thomas *Milles* lib. de Nobilitate politica &
civili pag. 63. litteras Henrici VI. pro Erectione *Vi-*
cecomitatus de Bellomonte, pro Ludovico de Bellomon-
te Milite Ordinis Garteriani. Alii complures ſubinde à
Regibus Anglicis creati Vicecomites, quorum ſeriem
& ſtemmata exhibent Radulphus *Brooke*, Vincentius
Rougecroix, Yorkus, aliique Feciales Anglici. Extat
etiam apud Ruffium in Comitibus Provinciæ pag. 147.
Charta an. 1225. qua Willelmus Comes Forcalquerii
R. de Cadaneto *in perpetuum Vicecomitem facit per eum*
& ſucceſſores ſuos, & Caſtrum ejus de Cadaneto in Vice-
comitatum erigit, cum prærogativis, gratiis, & honoribus
quibus cæteri ſui Vicecomites eriguntur, &c. Spuria ne ſit
an legitima, non diſquiro.

VICECONIUX, Concubina, in aliquot Inſcriptionib. ut
monet Cujacius in Paratit. ad tit. Digeſt. *de Concu-*
binis, & ad Nov. 18. Unde rectè Julianus Anteceſſor
dixit *concubinam imitari legitimam uxorem.*

VICECONSUL, Vicecomes. Leges Edwardi Confeſſ. c. 12.
Qui modo vocantur Vicecomites, tunc temporis Vicecon-
ſules vocabantur : ille verò dicebatur Viceconſul, qui
Conſule abſente ipſius vices ſupplebat in jure & in foro.
Profert Oyhenartus in Notitia Vaſconiæ pag. 249.
Chartas duas *Lope Execonis*, & *Semeronis Garcis Vice-*
conſulum de Bygur, vel *de Beygur*, ann. 1119. & 1168.
Vide *Conſul*.

VICEDOMINUS, Qui vices aut locum domini obtinet,
ἀντιδεσπότης, in verſione Gr. Concilii Lateranenſis IV. c.
45. Ulpianus l. 157. D. de Regul. jur. *Si vel dominis,*
vel qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus & curatori-
bus obtemperaverint. *Vicedominus loci*, in Actis S. Euty-
chetis 15. April. Regula Magiſtri cap. 11. *Sicut in homi-*
nis domo, ut ſecurus ſit de omnibus præparandis, dominus
rei ordinat Majores familiæ, quos Vicedomini minores te-
neant, id eſt Vicedominum, Villicum, Saltuarium & Ma-
jorem domus, &c. Quibus locis *Vicedominus*, *Villicus*, &
Major domus iidem videntur. Et certè Gregorius M.
lib. 9. Epiſt. 66. titulum *Majoris domus* tribuit Vicedo-
mino Eccleſiæ : obſervatque Browerus lib. 8. & 12.
Annal. Trevir. pag. 474. 669. 671. 1. edit. *Vicedomi-*
num ſeu Advocatum Trevirenſem *Majorem domus* in-
terdum vocitari à ſcriptoribus.

Eſt igitur *Vicedominus* idem qui *Vicarius*, ſeu locum
tenens. Chronicon Erford. an. 1015. *Epiſcopus ad nu-*
tum Imperatoris, Ludovicum in totam Thuringiam mi-
ſit, & ibi Vicedominum, id eſt Vicarium per totam Thu-
ringiam fecit. Charta Goſcelini Archiep. Burdegalenſis
in Tabulario Burgulienſis Monaſterii : *Simon frater*
meus Partiniacenſis Caſtri mei Vicedominus. Apud Gre-
gor. M. lib. 9. Epiſt. 37. *Petrus vir clariſſimus Vice-*
dominus glorioſæ filiæ noſtræ Ruſticianæ Patriciæ, &c.
Adde Alexandrum Abbatem Celeſinum lib. 3. cap.
ult.

Apud Adamum Bremenſem c. 184. & Albertum Sta-
denſem an. 1068. *Vicedominatum* dicitur poſſidere is,
qui poſt Principem in regno *rerum ſummam* obtinet.
Quo ſenſu Willelmus Malmeſburienſis ſcribit Odonem
Bajocenſem Epiſcopum & Cantiæ Comitem, *totius An-*
gliæ Vicedominum ſub Rege Willelmo Notho fuiſſe. Et
autor Hiſtoriæ Trevirenſis to. 12. Spicilegii Acheriani
pag. 242. Brunonem Archiepiſcopum Trevirenſem
defuncto Henrico IV. Imp. *communi conſilio Princi-*
pum Curiæ Regiæ Vicedominum effectum eſſe ſub Henri-
co V. Juniore.

Vicedominus Bergenſis pagi, in Morinis, idem videtur qui
Caſtellanus, apud Drogonem Monachum in libro Mira-
culor. S. Winoci cap. 5. Nam Bergum paruit Caſtella-
nis, non Vicecomitibus.

Vicedominus, dictus quondam Maſſilienſis Judex, qui ſub
Patricio Provinciæ jus dicebat, à quo ad eundem Patri-
cium provocabatur. Ita Gueſnaius in Annal. Maſſil. an.
768. ex veteri Notitia Carolo M. imperante confecta,
quæ integra extat apud Sammarthanos in Epiſcopis Maſ-
ſilienſibus, apud quos habetur alia exarata ſub Lo-
thario Imp. ibid. n. 17. in qua ejuſdem *Vicedomini* Maſ-
ſilienſis occurrit mentio.

Vicedominus, in Anglia, idem qui *Vicecomes*, ut obſervat
Seldenus lib. de Titul. honor. 2. part. cap. 5. §. 20.
Atque ita accipitur in Legib. Henrici I. cap. 7. unde
Ingulfus dixit in Anglia *Vicedominos* dictos Præfectos
provinciarum. Vide Senatorem lib. 5. Epiſt. 14.

Vicedomini Eccleſiarum, aut *Epiſcoporum*, iidem qui Theo-
phani & ſcriptoribus Græcis οἰκονόμοι, apud Paulum
Diacon. in Hiſt. Miſcella lib. 23. & 24. pag. 733.
762. edit. Caniſii, Anaſtaſium in Hiſt. Eccl. p. 160.
Paulum Diaconum Neapolitanum in Vita S. Theophili
Pœnitentis cap. 1. &c. Honorius Auguſtod. lib. 1. cap.
182. *Vicedominus, qui vicem Epiſcopi agit.* Capitul. 1.
an. 802. c. 3. *Ut Epiſcopi, Abbates, atque Abbatiſſæ*
Advocatos atque Vicedominos, Centenarioſque legem ſcien-
tes pacificoſque & manſuetos habeant, &c. Adde Ca-
pit. 2. ejuſdem anni c. 21. Concilium Remenſe an. 813.
c. 24. *Ut Præpoſiti & Vicedomini ſecundum regulas vel*
Canones conſtituantur. Flodoardus lib. 2. Hiſt. Rem. c.
13. *Contigit — dum ad S. Cyricum oratum veniſſet in*
Calmiſciacum, locutum eum cum Oeconomo Remenſis Ec-
cleſiæ qui aderat, &c. Mox : *Interea mulier quædam*
anſerem attulit Vicedomino, &c. Ubi *Vicedominus* idem
eſt qui ſuprà *Oeconomus* : ut & in Hiſtoria Epiſcoporum
Autiſſiodor. cap. 24. *Conſtituit ut Abbates Preſbyteri cum*
Clero ad ſupraſcriptum officium peragendum convenientes
ex dominico Cellario ab Oeconomo Eccleſiæ ſtipendium ſuf-
ficiens accipiant : ſi autem tardè occurrerint, aut negligen-
tes apparuerint, 40. dies à vino abſtineant. Vicedominus
autem aut Cellarius ſi quod jure miniſtrare debent, in aliquo
ſubtraxerint, retruſi in Monaſterium per annum dimidium
pane & aqua contenti debitam pœnitentiam perſolvant. Ne-
que opinor de alia dignitate intelligendus Gregorius M.

PP. lib. 5. Ep. 55. dum ait Protaſium *Vicedomini curam* geſſiſſe in Eccleſia Arelatenſi, antequam ad Epiſcopatum Aquenſem proveheretur. Apud Innocentium III. lib. 2. Epiſt. pag. 448. fit mentio *Hugonis Vicedomini Majoris Eccleſiæ Placentinæ*. In Charta Petri Epiſcopi Salernitani ſub an. 880. apud Ughellum, *Lupenandus Preſbyter & Vicedominus Epiſcopi* dicitur, in qua & memoratur *Rodelgardus Caſtaldeus & Advocator Epiſcopii*. Unde alium fuiſſe *Advocatum*, alium *Vicedominum* colligitur. In Geſtis Pontificum Cenomanenſium legimus *Herlemundum Epiſcopum Thimoterum Abbatem S. Vincentii, Archidiaconum ſuum Vicedominum per totam diœceſim eſſe conſtituiſſe*. In Diplomate Wernheri Argentinenſis Epiſcopi an. 1005. apud Guillimannum c. 7. ſubſcribit *Herbo Canonicus Vicedominus*. *Gerardi Vicedomini* Argentinenſis meminit Arnoldus Lubec. lib. 7. c. 10. *Macconis* cujuſdam *Vicedomini* Hermanni Archiepiſcopi Hamaburgenſis Adam Bremenſis cap. 102. Apud Lambertum Schafnaburg. an. 1065. *Hermannus Vicedominus Moguntinus*, ejuſdem Eccleſiæ Pontifex fit. Anonymus in Hiſtor. Pontificum Eboracenſium:

Preſbyter egregius ſucceſſit jure Johanni
Wilfridus, heres patri digniſſimus almo,
Qui priùs Eboricæ fuerat Vicedominus, & Abbas:
Poſtea ſed magno meritorum culmine fretus,
Pontificis ſummi condignus ſumpſit honorem.

Monachus S. Mariani Autiſſiodor. an 1096. *Senonenſi Eccleſiæ poſt Richerium præfuit Daimbertus ipſius Eccleſiæ Vicedominus*. Vide Sigebertum an. 537. & Ughellum to. 4. p. 656.

Habuit etiam *Vicedominos* ſuos Eccleſia Romana, qui à Pontifice Romano ex ordine Cleri, & aliquando ex Epiſcopali conſtituebantur, viri prudentes, & rerum gerendarum peritia inſignes, quibus Epiſcopii vel Palatii Lateranenſis cura & adminiſtratio committebatur, in gubernanda domo, hoſpitibus ſuſcipiendis, & domeſticorum cauſis cognoſcendis. Anaſtaſius Bibl. in Vigilio PP. *Retranſmiſit Romam Ampliatum Preſbyterum & Vicedominum ſuum & Valentinum Epiſcopum ſanctæ Rufinæ ad cuſtodiendum Lateranum, & gubernandum Clerum*. Idem in Conſtantino PP. *Joannes Patritius — veniens Romam jugulavit Sanctum Diaconum & Vicedominum*. Rurſum in Vita S. Zachariæ PP. meminit *Benedicti Epiſcopi & Vicedomini*, ſcilicet Eccleſiæ Romanæ. Is Pontificem equitantem comitari ſolebat unà cum Veſtiario, Nomenclatore, atque Sacellario, ut eſt in Ordine Romano. Interdum ſummi Pontifices *Vicedominos*, ſeu Vicarios ſuos, conſtituebant, qui vice ſua Epiſcopos in Eccleſiis ordinarent, ut eſt apud Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 11. Porrò Vicedomini Eccleſiæ Romanæ ædes Romæ in Palatio Lateranenſi erat, eaque

Vicedominium dicebatur, in qua ſcilicet munere ſuo fungebatur. Anaſtaſius Bibl. in Stephano IV. *Quem — in Lateranenſe Patriarchium introduxerunt, & aſcendentes cum eo in Vicedominio, — compulerunt eum ut orationem Clericatus eidem Conſtantino tribueret.*

Vicedominos etiam ex ordine Cleri habuere Abbates, qui interdum iidem qui *Advocati*. Non ſemel ii occurrunt apud Scriptores, præſertim apud Eginhardum Epiſt. 12. 14. 23. 37 52. Extat Teſtamentum Leodebodi Abbatis Monaſterii S. Aniani to. 4. Hiſt. Franc. quod inter cæteros ſubſcribit *Higecius Diaconus & Vicedominus*. In Tabulis Bartholomæi Epiſc. Laudunenſis an. 1125. fit mentio *Vicedomini Abbatis S. Dionyſii in Francia*, apud Gallandum de Franco Allod. pag. 74. ut in libro 1. Vitæ & Miraculor. S. Auſtregiſili pag. 358. *Vadomari Vicedomini* Cœnobii ejuſdem *S. Auſtregiſili: qui pro cauſa utilitatis Monaſterii diſpoſuit ad urbem Pictavorum ambulare*. Capit. 1. Caroli M. an. 802. c. 13. *Ut Epiſcopi, Abbates, atque Abbatiſſæ, Advocatos atque Vicedominos, Centenarioſque legem ſcientes & juſtitiam diligentes, pacificoſque & manſuetos habeant*, &c.

Vicedomini Abbatiſſarum memorantur etiam in Capitul. Caroli M. lib. 2. c. 38. Atque hæc *Vicedominorum* Eccleſiaſticorum dignitas

Vicedominatus appellatur apud Gregorium IX. Extra de Simonia c. 38. *Quicumque Vicedominatum vel aliam Eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationem per pecuniam obtinere voluerint, tam ementes quàm vendentes cum Simone percellantur*, &c. Utitur etiam Adamus Bremenſis cap. 148.

Vicedominos ad hoc inſtitutos conſtat, ut eſſent qui rerum temporalium ad Eccleſias pertinentium curam gererent, quandiu Epiſcopi, quorum vices agebant, & à quibus erant inſtituti, rebus ſpiritualibus & divino officio vacabant: *Quia Epiſcopi, & univerſi Sacerdotes*, inquit Lex Langobardorum lib. 2. tit. 47. §. 7. *ad ſolam Dei, & bonorum operum actionem conſtituuntur*. Eam eſſe præcipuam Vicedominorum inſtitutionis cauſam, ut & Advocatorum, diſertiùs inſinuat Charta Ludovici VI. Regis Franciæ an. 1125. ex Tabulario Eccleſiæ Laudunenſis, his verbis: *Notum igitur eſſe volumus — quod cum in Epiſcopio Laudunenſi Vicedominatus & Præpoſitura, quæ miniſteria à principio piæ diſpenſationis providentia ad hoc fuerant inſtituta, ne quies Epiſcopalis ab oratione & prædicationis ſtudio ſecularium cauſarum turbarum tumultibus exturbaretur, creſcente ſenſuum pravitate in exterminium terræ, & oppreſſionem pauperum Eccleſiæ redacta fuiſſent*, &c. Adamus Bremenſis cap. 182. *Et tunc quidem Vicedominus noſter, quaſi fidelis diſpenſator & prudens, ad cuſtodiendas pauperum eleemoſynas deputabatur*. Hincmarus Remenſis Opuſculo 29. rerum ſecularium ſeu externarum Vicedomino, ut Eccleſiaſticarum Præpoſito Eccleſiæ incubuiſſe munus indicat, ad Regem Carolum C. *Et poſtea, ſicut audivi, per Cancellarium Palatii veſtri mandaſtis Vicedomino & Præpoſito iſtius Eccleſiæ cum non modica interminatione, ut providerent quatenus nullum obſequium ab Eccleſia ipſius* (Remenſis) *hominibus, nullumque ſubſidium de facultatibus Eccleſiaſticis per Clericum vel Laïcum ipſe Epiſcopus poſſet habere: & Vicedominus Laïcos cum carris & operariis, & Præpoſitus Clericos habentes beneficia huc ſecum adducerent*. Idem apud Flodoard. lib. 3. pag. 560. *Carcer quoque firmiter à Vicedomino reſtauretur, & cuſtodes, ſi neceſſe fuerit, adhibeantur.*

Vicedominos eligebant ipſi Epiſcopi, qui ipſorum res ſtrenuè tutarentur, & vaſſallorum ſeu clientum Eccleſiæ ſuæ cauſas judicio dirimerent. Gregorius M. lib. 9. Ep. 66. *Volumus autem ut memoratus frater noſter Paſchaſius & Vicedominum ſibi ordinet, & Majorem domus; quatenus poſſit vel hoſpitibus ſupervenientibus, vel cauſis quæ eveniunt, idoneus & paratus exiſtere. Si verò & negligentem eum proſpicis, & ea quæ diximus implere differentem: omnis Clerus ejus adhiberi debet, ut communi conſilio ipſi eligant quorum perſonæ ad ea quæ prædiximus valeant ordinari*. Lex Longobard. lib. 2. tit. 47. *de Advocatis & Vicedominis*, præcipit *ut tales eligantur, qui ſciant & velint juſtitia cauſam diſcernere*. Et §. 3. *Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, cunctoque Clero* præcipit *Vicedominos, Præpoſitos, Advocatos, ſive defenſores bonos habere, non crudeles, non cupidos, non perjuros, non falſitatem amantes, ſed Deum timentes, & in omnibus juſtitiam facientes, vel diligentes*. (Eadem habentur in Concil. Mogunt. c. 50.) Et §. 9. Epiſcopi & Sacerdotes præcipiuntur *habere Advocatum non malâ famâ ſuſpicatum, ſed bonæ opinionis & laudabilis artis inventum*. In iis verò eligendis Comes adeſſe debebat, §. 7. qui ſi *pravi* eſſent, amovebantur, ut eſt in Capitulo 1. ad Legem Salicam §. 5. Vetat tamen eadem Lex Longobardorum ne Epiſcopi, aut Abbates, Comites, aut Comitum Centenarios in Advocatos ſibi adſerant, §. 4. Quæ quidem Advocatos aut Vicedominos aſſumendi prærogativa ſolis competebat Epiſcopis aut Sacerdotibus, cum Laïcis, præter Comitem in Eccleſiaſticis cauſis habere non liceret, d. tit. §. 10.

Singulis denique Epiſcopis & Abbatibus aut Abbatiſſis duos habere Advocatos licitum fuit, quorum *alter*

cauſam procuraret, alius ſacramentum deduceret, ut eſt in eadem Lege Longobardorum lib. 2. tit. 47. §. 8. Nam nec Epiſcopi, nec quivis è Clero, in quacumque controverſia, ſive criminali, ſive civili, jusjurandum qualibet ratione ſubire compelli poterant, ſed *Advocatis ſuis propriis idoneis* hoc officium delegabant. Ita in §. 11. Ex quibus quidem locis *Advocatos* & *Vicedominos* ex Laico ordine ea tempeſtate deſumptos apparet: quod ſanè deinceps obtinuiſſe palam eſt, maximè ex quo Præſulati ac Epiſcopi ratione *Regalium* ſuorum, vel bellis, caſtris, ſeu præliis Regiis intereſſe, vel bona ſua bello proprio tutari compulſi ſunt. Tum enim quod arma ipſi gerere, vel prælia inire, Canonibus Eccleſiæ vetarentur, viros nobiles in ſui tutelam adſcripſerunt, qui eorum vice vaſallos Eccleſiæ in aciem educerent, præliis intereſſent, præterea juſtitiam iis adminiſtrarent: quos ut in ſui tuitionem validiùs illigarent, bonorum Eccleſiaſticorum partem aliquam eis in beneficium ultro concedebant, ut reliquorum eſſent patroni ac defenſores, ſi ab hoſtibus ſuis impeterentur. Ea enim feudorum lex eſt, ut vaſallus dominum tueri ac juvare in bellis ſuis teneatur. Id præ cæteris teſtatur Helgaldus Floriacenſis in Vita Roberti Regis Franc. pag. 68. *Creſcens quippe ætate, & vir factus virtute, totam terram Sanctæ Crucis, quam Fulco Epiſcopus* (Aurelianenſis) *pro adjutorio ſui Hugoni potentiſſimo Belvacenſi dederat, hic vir Dei, qui laude & verbo omnipotenti complacebat Deo, mœſto factus animo, per ſæcula celebrando ſalutiferæ Crucis loco ſuo reddidit dono.* Gregorius VII. PP. lib. 7. Epiſt. 9. *Clamor Abbatis Aureliacenſis Cœnobii — auribus noſtris inſonuit, videlicet ſuper quibuſdam perſonis, qui injuſte detinent beneficia prædicti Monaſterii prædeceſſoribus ſuis ſub fidelitate & dominio pro defenſione Eccleſiæ ſibi & ſuis anteceſſoribus olim conceſſa.* Quo etiam referenda quæ habet liber, cui titulus, *Carnotenſis Eccleſiæ principium: Fuerunt ſanè priſcis illis temporibus alii atque alii Carnutum Pontifices, qui cum Epiſcopatu Comitatum aſſecuti, rebus bellicis pariter & civilibus glorioſè prudenterque profuerunt. Proinde omnia ab uno gerebantur: ſed unus Hardoinus ab Epiſcopatu Comitatum diſtraxit, Epiſcopus a ſe abdicavit, quem in Odonem conſanguineum ſuum bellicarum rerum peritiſſimum, data illi bonorum tolerabili portione, tranſtulit, paulò poſt verò ex parte* oneri* *ut ferebatur non repente. Item Francorum Regibus intercedentibus, convenit ut de bonis ad principatum intra & extra Carnutum ſpectantibus, intactis aliquot arcibus, æquas partes, æquo jure, Epiſcopus Comeſque ſibi haberent. Mox autem ut Epiſcopus & novus Comes ſibi conſtitutos creavere; hic Vicecomitem, ille Vicedominum, & rurſus Vicecomes varios dominos, totidem Vicedominus ſibi ſubſtituere, ipſiſque quædam ſua jura decreta ſunt, quibus etiam latrones judicare fas eſſet.* Prædictis addenda præterea Charta Henrici Regis Franciæ an. 1058. ex Tabulario S. Mauri Foſſatenſis: *Ut enim à noſtris majoribus comperimus, jam dictus Comes Burchardus* (Corbolienſis) *nihil aliud ab avo noſtro jamdicto Hugone, de ipſo loco* (Monaſterio Foſſatenſi) *habuit, neque tenuit, niſi ut providentiam atque defenſionem adverſus hoſtes & inimicos ſanctæ Dei Eccleſiæ, atque pervaſores prædiorum ipſius loci haberent, atque ipſum locum ſublimare, atque ditare terrarum ſuarum beneficiis atque poſſeſſionibus liceret.* Chartam integram deſcripſit Gallandus de Franco allodio pag. 285.

Hinc paſſim legimus Vicedominos, atque adeo Advocatos, pro ejuſmodi beneficiis jure feudali obnoxios eſſe Epiſcopis, & ab iis feuda ſua in qualibet mutatione excipere, ſeu *relevare*. Ita Vicedominus Ambianenſis ſeu Pinconienſis, ratione clientelæ obnoxius eſt Epiſcopo Ambianenſi: & Fulco Vicedominus Cameracenſis inter *Caſatos* Epiſcopi Gerardi Epiſcopi ſubſcribit apud Lindanum in Teneræmunda an. 1089. Gregorius VII. PP. lib. 7. Epiſt. 19. *Super quibuſdam perſonis, qui injuſtè detinent beneficia prædicti Monaſterii prædeceſſoribus ſuis ſub fidelitate & dominio pro defenſione Eccleſiæ ſibi & ſuis anteceſſoribus olim conceſſa.* Apud Gallandum lib. de Franco alodio pag. 325. hæc habentur: *Au denombrement du Vidame de Chalons rendu à l'Eveſque l'an 1581. toutes les fois que le Vidame ou Vidameſſe reprend dudit reverend Pere, il le doit reſaiſir par le bail de ſon anel, lequel anel eſt & demeure audit Vidame ou Vidameſſe, toutes les fois qu'il y a nouvel Eveſque.* Hæc paſſim obvia.

Idem fuit Vicedominorum in bonis Eccleſiæ tutandis munus, quod Advocatorum extitiſſe ſuprà obſervavimus: ſcilicet ut ſi ablata eſſent, aut per vim erepta, ea coram judicibus publicis repeterent, & rurſum Eccleſiæ aſſererent. Flodoardus lib. 2. Hiſt. Rem. c. 19. de Ebone Archiepiſcopo: *Mancipia vel colonos quoſdam Eccleſiæ deſertores tam per ſeipſum, quàm per Radulphum Vicedominum & Eccleſiæ Advocatum apud judices publicos legibus evindicatos & obtentos Eccleſiaſtico juri reſtituit.* Extant in hanc ſententiam Notitiæ judicatorum veteres aliquot apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 152. 153.

Ut Vicedomini cauſas Eccleſiæ, tanquam Advocati & Patroni, coram Principe, aut quovis alio, examinabant & tuebantur, ſic eorum munus erat ejuſdem Eccleſiæ vaſſallis jura impertiri, & eorum lites judicio dirimere. Veteres Tabulæ apud Ferreol. Locrium in Chron. Belg. an. 583. de Vedulpho Epiſcopo Atrebatenſi: *Duos ſuo titulo ſemper habuit Archidiaconos, & Vicedominum qui abſente Epiſcopo cauſas Atrebatenſis Epiſcopatus animadvertebat.* Alia hujus rei proſtant exempla apud Hericum Mon. de Mirac. S. Germani c. 52. Eginhardum Epiſt. 18. in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 120. apud Guibertum de Laudib. B. Mariæ cap. 30. &c. Quod quidem Vicedominorum munus in judiciis obeundis, *Placitum Vicedominarium* appellatur in Diplomate Berengarii Epiſc. Virdunenſis, quod extat apud Hugonem Flaviniacenſem in Chron. an. 951. pag. 132.

Cætera denique munia quæ ab Epiſcopis injungebantur, obibant Vicedomini, tanquam eorum clientes & famuli: quod conſtat ex Eginhardo Epiſt. 23. Adrevaldo de Mirac. S. Benedicti cap. 6. Aigrado Monacho in Vita S. Anſberti Archiep. Rotom. n. 29. Adamo Brem. cap. 182. &c. Quo ſpectant verba Caroli C. Reg. Fr. in Epiſt. ad Hadrian. PP. apud Baron. an. 871. n. 100. *Quia Reges Francorum ex Regio genere nati, non Epiſcoporum Vicedomini, ſed terræ domini hactenus fuimus computati.*

Curabant præterea Vicedomini, ut morientibus Epiſcopis res ab iis relictæ in tuto eſſent, neque domus eorum expilarentur. Pravus quippe mos invaluerat ſuperioribus ſeculis, ut ſtatim atque deceſſerant, domus eorum invaderentur, reſque ab iis quondam poſſeſſæ diriperentur. Quod non ſolùm poſt Epiſcoporum, ſed ipſorum etiam ſummorum Pontificum obitum fieri ſolitum docent Acta Synodi Romanæ ſub Joanne IX. an. 904. c. 12. ubi talis abuſus prohibetur, his verbis: *Quia ſceleſtiſſima etiam conſuetudo inolevit, ut obeunte S. R. E. Sedis Pontifice, ipſum Patriarchium deprædari ſoleat: & non ſolum in ipſo ſancto Patriarchio, ſed etiam per totam civitatem & ſuburbana ejus talis bacchatur præſumptio: nec non quia & id multum hactenus neglectum eſt, adeo ut omnia Epiſcopia eadem patiantur, uniuſcujuſque Eccleſiæ obeunte Pontifice, quod ne ulterius præſumatur, omnimodis interdicimus, &c.*

Ejuſmodi autem ædium & bonorum Epiſcopalium direptiones & vaſtationes ab ipſis ferè Eccleſiæ Chriſtianæ primordiis obtinuiſſe ex eo colligere eſt, quod in prioribus Conciliis, & ab ipſis ſummis Pontificibus identidem prohibitas legamus, in Concilio nempe Calchedonenſi c. 22. Antiocheno, Trullano c. 35. Tarraconenſi ſub Hormiſda PP. c. 12. Ilerdenſi ſub Joanne II. PP. c. 16. Valentino Hiſpan. an. 524. c. 2. Pontigonenſi an. 876. c. 14. Troſleiano an. 909. c. 14. Romano an. 996. Romano an. 1059. c. 2. Claromontano an. 1095.

c. 30. Nemauſenſi an. 1096. c. 7. Pictavenſi an. 1109. c. 15. Toloſano an. 1119. c. 4. Remenſi an. 1131. c. 3. Lateranenſi an. 1139. c. 5. Budenſi an. 1279. c. 49. in Conſtitut. Ludovici Pii an. 824. c. 2. apud Holſtenium in Collect. Romana, &c.

Hujus præterea moris praviſſimi mentionem agunt Epiſtola Leonis IX. PP. ad Auxitanos apud Baronium an. 1051 n. 3. Vita ejuſdem Leonis to. 8. Ughelli pag. 127. & apud Henſchenium & Papebroch. to. 10. pag. 667. Gregorius Turon. lib. 6. c. 11. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. c. 14. 111. Atto Vercellenſis lib. de Preſſuris Eccleſiaſticis part. 3. initio, Epiſt. Urbani PP. II. an. 1091. ad Hugonem Gratianopolitanum Epiſcop. in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ fol. 79. Joannis Sariſberienſis Epiſt. 57. Chartæ Innocentii & Paſchalis PP. pro Eccleſia Carnotenſi in Tabulario ejuſdem Eccleſiæ n. 1. 13. 32. 67. & aliæ apud Doubletum in Hiſtoria Monaſterii ſancti Dionyſii pag. 852. Catellum in Hiſtoria Occitan. pag. 786. in Magno Paſtorali Pariſienſis Eccleſiæ lib. 19. ch. 87. & in Probationib. libertatum Eccleſiæ Gallicanæ cap. 16. n. 1. 4. Vide Marcam de Concordia Sacerdotii p. 346. 347. 2. edit. quæ pronuper in id argumentum congeſſit vir ſummæ eruditionis Ludovicus Thomaſſinus in libr. de Diſciplina Eccleſiaſtica circa dignitates Eccleſiaſticas parte 2. lib. 4. cap. 25. 26.

Verùm ſenſim ceſſavit ea labes, Principibus ipſis, qui id ſibi juris in Epiſcoporum decedentium bona arrogaverant, Eccleſiis id ultro cedentibus. Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 6. Idus Jann. *Eod. die obiit Theobaldus Pariſienſis Epiſcopus, —— Fecit & aliud ſolenni dignum memoria: cum enim de conſuetudine prava, uſitata tamen, Rex Epiſcopo ſedem relinquente, domos Epiſcopi rebus in eis inventis ſpoliaret, talliam etiam in terra Epiſcopi pro ſua voluntate faceret, multa opportunitate, cum prius Rex Ludovicus Hieroſolymam proficiſceretur, idem Epiſcopus precibus fuſis, & data pecunia impetravit ab eo, ut de cætero Rex in domibus Epiſcopi nihil omnino capiat in ferro, vel ligno, vel aliquibus utenſilibus domuum, vel ornamentis: in terra etiam Epiſcopi talliam ſexcentas libras excedere non poſſit.* Extat ſimilis Charta Henrici cogn. Stephani Comitis Bleſenſis & Carnotenſis in Tabulario Eccleſiæ Carnotenſis n. 67. & in Regeſto 7. Archivi Regii, qua pravam illam conſuetudinem eidem Eccleſiæ dimittit: quam deſcripſit v. cl. Jacob. Petitus poſt Pœnitentiale Theodori pag. 449. 550. Deſcribitur etiam Ludovici VII. Charta Cabilone exarata an. 1166. in 7. Regeſto Tabularii Regii, in qua Girardus Comes Vianenſis *cognovit in plena curia, quod vacante ſede per mortem Epiſcopi Matiſconenſis, nihil omnino habere in domibus Epiſcopalibus, neque in terris ad Epiſcopum pertinentibus, nec in rebus mobilibus, profeſſus eſt, & terras Eccleſia prorſus eſſe liberas*, &c. Deſcribitur præterea in Regeſto VII. n. 2. ejuſdem Ludovici Charta alia an. 1147. *Quando viam Hieroſolymitana expeditionis intravit*, exarata in Caſtris apud Virdun. qua Bartholomæo Epiſcopo Catalaunenſi conceſſit, *ne poſt deceſſum Catalaunenſis Epiſcopi, ſicut antiqua conſuetudinis tenor huc uſque habuerat, in domibus Epiſcopalibus quicquam ligneum aut ferreum, ſive per ſe, ſive per miniſteriales ſuos de cætero caperet: animalia quoque Epiſcopi, & cætera omnia quæcunque ad ſupellectilem domorum Epiſcopalium pertinere dinoſcuntur, ſub eadem immunitate concluſit, præter annonam, vinum, aurum, & argentum, quæ omnia juxta vetuſtam conſuetudinem in manu ſua & poteſtate regia retinuit.* Quæ quidem extrema verba potiſſimum obſervanda. Adde eundem pag. 451. to. 13. Spicilegii Acheriani p. 296. 297.

Id porrò juris in conſervandis & tuendis defuncti Epiſcopi bonis habuiſſe Vicedominum Ambianenſem docet ſequens Charta, quam ex Tabulariis Corbeienſi & Pinconienſi eruimus: *Excellentiſſimo Domino ſuo Philippo D. G. illuſtri Francorum Regi R. ejuſdem permiſſione Amb. Eccleſia Miniſter humilis, Sal. & cum honore debito devotum obſequium. Ad inſtantiam & preces dilecti & fidelis noſtri Vicedomini Ambianenſis, quod videmus, hoc teſtamur. Vidimus ſiquidem tempore bona memoria patris noſtri, quod vacante ſede Ambianenſi poſt deceſſum felicis recordationis Theoderici Epiſcopi, Gerardus tunc Vicedominus ſervavit domos & redditus Epiſcopi. Et ad teſtimonium Eccleſia noſtra, qua jus Vicedomini teſtificata eſt, ſerviens quidam qui illuc introire volebat ex parte patris veſtri, voluntate ejuſdem patris veſtri receſſit: & Vicedominus in poſſeſſione pacifica remanſit, tam cuſtodia domus, quàm redditum Epiſcopi: cum etiam ex ſignificatione ſui nominis habeat Vicedominus, quod vices Domini debebat agere, bona Epiſcopi conſervando, ſed non diſſipando, ſi eſſet in hoc veſtra Serenitatis aſſenſus, poſſet uti jure ſuo, ut videlicet domos & redditus bona fide cuſtodiret, & non diſſiparet.*

Olim, juxta Canonum Statuta, Epiſcopo decedente, Archiepiſcopus, cui ſuberat vacans Eccleſia, *Viſitatorem* delegabat, qui bona ipſius Eccleſiæ & Epiſcopi adverſus invadentes tutaretur, cui Carolus Calvus Comitem adjungi voluit, in Capitul. tit. 43. §. 8. Adde Conſtit. Sicul. lib. 3. tit. 38. Vide *Viſitator*.

Vicedominorum præterea officium erat Epiſcoporum exercitus conducere in hoſtem, ſi bellum pro bonis Eccleſiæ conſervandis ſuſcipi ab iis neceſſe foret. Nam olim & *Clerici iſte non contenti, arma corripiebant, vibrantia telis tela conſerebant, & non verbo, ſed ferro contra ſui ordinis regulam dimicabant*, ut ait Petrus Damianus lib. 1. Epiſt. 15. quod rurſum improbat lib. 4. Epiſt. 9. his verbis, ubi de Eccleſiarum rectoribus: *Pleriſque mox ut eis vis infertur injuria, ad indicenda protinus bella proſiliunt, armatorum cuneos inſtruunt, ſicque hoſtes ſuos acriùs forte quam læſi fuerant, ulciſcuntur. Quod mihi planè videtur abſurdum, ut ipſi Domini Sacerdotes attentent, quod turbis vulgaribus prohibetur: & quod verbis impugnant, operibus aſſerant. Quid enim magis Chriſtiana religioni contrarium, quam redhibitio læſionum?* Tradit Ingulfus an. 870. Oſgotum *Vicedominum Lincolnienſem*, veteranum & validiſſimum bellatorem, cum cuneo Lincolnienſi numero 500. bellum cum Paganis commiſiſſe, & victoriam inſignem adeptum eſſe, occiſis tribus Regibus cum ingenti multitudine. Idem tradit Chronicon Petroburgenſe in Monaſt. Anglic. to. 1. p. 68. Alia in hanc rem exempla prodit Hiſtoria Auſtralis an. 1295.

Denique ſi Epiſcopus ratione Regalium ſuorum à Principe ſubmoneretur ad exercitum, Vicedominus Eccleſiæ vaſſallos conducebat, eaque obibat munera, quæ Epiſcopus, cujus vices eo caſu tenebat, pro ſua dignitate implere non poterat. Id proviſum & cautum videtur in Capitulari Caroli C. tit. 3. §. 8. firmaturque ex iis quæ habet Hincmarus Remenſis Arch. Opuſc. 29. initio.

Sed ſæpe accidit ut qui res Eccleſiæ & Epiſcoporum tueri debebant, eas invaderent, ſibique & poſteris aſſererent. Unde non ſemel proſtat hæc querela contra Advocatos & Vicedominos, cujuſmodi eſt illa in laudata Charta Ludovici VI. Regis Franc. Quo etiam ſpectant quæ in hanc ſententiam habet Adamus Bremenſis cap. 183. *Cumque rapinarum quæſtio in omnes caderet Epiſcopo ſubjectos, non tranſivit etiam negotiatores, qui ex omni parte terrarum Bremam ſolitis frequentabant mercibus, eos omnes execranda Vicedominorum exactio coëgit ſæpe abire nudos.* Adde cap. 182. & Concilium Lateranenſe IV. c. 45. Quæ porrò hic de Vicedominis adnotantur, communia cenſeri debent cum iis quæ de Advocatis ſuprà obſervavimus, ut qui, maximè à quo ex ordine Laico eligi cœpere, nomine tantum differant, cùm Epiſcopi non ſemper *Vicedominos*, ſed ſæpe Advocatos habuerint.

Quæ verò *Vicedominorum* appellatione Tutores ac Advocatos habuerint Eccleſiæ, hic obiter adnotabimus. Ex verò ſunt: *Ambianenſis*, apud Guibertum, Willelmum

Tyrium, & alios paſſim. *Lincolnienſis*, apud Ingulfum pag. 859. 861. 864. *Belvacenſis*, apud Loiſellum in Hiſt. Belvacenſi cap. 5. n. 2. 3. *Parmenſis*, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 107. *Carnotenſis*, apud Fulbertum Epiſt. 130. *Rotomagenſis*, apud Aigradum Mon. in Vita S. Anſberti Archiepiſcopi Rotomag. n. 27. *Tarvanenſis*, apud Bovonem de Inventione reliquiarum S. Bertini cap. 3. *Ravennenſis*, in Charta an. 1031. apud Rubeum in Hiſt. Ravennat. lib. 5. pag. 280. *Silvanectenſis*, apud Sammarthanos in Gallia Chriſt. in Epiſcop. Silvanect. n. 40. an. 1090. *Remenſis*, apud Joan. Sariſberienſem Epiſt. 214. Ducheſnium in Hiſt. Caſtilionea lib. 2. cap. 1. & ſeqq. *Cenomanenſis*, apud Fauſtum in Vita S. Mauri Abbat. n. 16. 34. 37. Adrevald. de Miracul. S. Benedicti c. 6. &c. *Lucenſis*, apud Ughellum to. 7. Ital. ſacr. pag. 1296. *Cameracenſis*, apud Lindanum in Teneræmunda pag. 217. *Laudunenſis*, apud Guibertum de Laude B. Mariæ cap. 10. Ducheſnium in Hiſt. Monmorenc. Probat. pag. 52. *Gebennenſis*, apud Guichenonum in Epiſcopis Bellicenſib. p. 45. *Cumarum*, in Italia, in Charta Henrici Regis Normann. an. 1311. in Regeſto Papienſi Cameræ Comput. Pariſ. fol. 184.

Vicedominatus, in Eccleſia Cabilonenſi, dicta quædam *officia*, quæ conferebantur ab Epiſcopo Cabilonenſi Canonicis ejuſdem Eccleſiæ in *terrariis* Capituli Cabilonenſis, (ita prædia quædam Eccleſiæ vocabant, quorum poſſeſſores *Terrarii* dicti,) qui quidem *Vicedominatus* iidem ſunt quos *Præpoſitatus* vocant in aliis Eccleſiis Cathedralibus, Gall. *Prevoſtez*. De iis vide Sanjulianum in Cabilone pag. 468. & Probationes Hiſtoriæ Cabilonenſis to. 2. pag. 143.

VICEJUDEX, in Lege Longob. lib. 2. tit. 30. §. 2. qui vices judicis agit.

VICENNA. Charta an. 962. pro Monaſterio S. Bartholomæi de Carpineto: *Cedimus ipſi Monaſterio vicennam noſtram, quæ dicitur Sanguinetum, per menſuram modiorum centum, exhibentes etiam fratribus — liberam licentiam conſtruendi molendina*, &c. Idem fortè quod *venna*.

VICEPRINCEPS, qui vices agit Principis, & qui Principatui alicui præficitur à Principe, apud Ughell. to. 6. pag. 328. tom. 7. pag. 1288. Chronicon Caſinenſe lib. 3. c. 38. (al. 40.) *Quidam Joannes — Vicecomes Jordani primi Principis*. Lib. 4. c. 13. *Cidrus Vicecomes Richardi Principis*.

VICESIUM. Vide *Huefium*.

VICESSOR, qui *vices* alterius agit. Lex Bajwar. tit. 17. cap. 2. *Venditor dicit, Ecce wadium tibi do quod tuam terram alteri non do, legem faciendo. Tunc ille alter ſuſcipiat wadium, & donet illum viceſſoribus iſtius ad legem faciendam.* Ita etiam editio Heroldi.

VICIBUS, Per vices, aliquando, quandoque. Fortunatus Pictav. in Vita S. Paterni Epiſcopi Abrincat. cap. 9. *Imperans — ut cellulas quas ipſe conſtruxerat, in carro vicibus viſitaret.* Et lib. 1. Poëm. 15.

Aula Dei & paſtor, vicibus ſibi pravia reddunt.

Lib. 7. Poëm. 7.

Sed vicibus mundum ſol, modò nubila complent.

Adde Geſta Acacii, Regulam Magiſtri cap. 18. 21. 25. 24. 40. Nicolaum I. PP. Epiſt. 27. Leonem III. PP. Epiſt. 1. Veterem Schedam de Aratore Subdiacono to. 1. Bibl. Labei p. 668. Paſſionem S. Bercharii pag. 68. apud Camuſatum, &c.

VICINUS. Frontinus: *Cultorum agrorum ſilvæ abſunt in montibus, ultra quartum aut quintum fortè vicinum.* Alibi: *Ager qui à fundo ſuo tertio vel quarto vicino ſitus eſt.* Nempe agro.

Vicinus, Loci incola, civis, Italis & Hiſpanis *Vicino* & *Vezino*: Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 2. tit de Foro competenti §. 10. *Si agatur contra aliquem Militem qui ſit vicinus civitatis, vel alterius loci*, &c. Paſſim in Foris Aragon. Vicinos etiam pro Burgenſibus uſurpat Charta Anſelmi Archiep. Mediolanenſis an. 1099. apud Puccinellum in Zodiaco Mediolanenſi in Vita S. Simpliciani pag. 71. *Voiſins de la ville*, in aliquot Conſuetudinibus Galliæ municipalibus, Bajonenſi tit. 5. art. 43. 44. 45. tit. 22. art. 2. tit. 26. art. 12. & tit. 30. & S. Severi locali tit. 9. ubi Vicini dicuntur fieri tribus modis: primò quidem cùm quis filius vel filia ex urbe ortum ducit: rurſum cùm extraneus vel extranea in ipſamet urbe nuptias contrahit, & in ea domicilium figit: tertiò denique cùm extraneus vel extranea ad jus civitatis admittitur ab Urbis Majore, certa perſoluta pecuniæ quantitate, &c. In Conſuetudine vero eadem S. Severi ibid. femina extranea nupta *vicino* ſequitur conditionem mariti: ſed ſi eo extincto alteri *vicino* rurſum nubat, amplius non eſt *vicina*. Ita ſi homo *non vicinus*, in conjugem *vicinam* accipiat, neque is nec liberi *vicinagii* jure gaudent. Sic varia interdum ac diverſa fuit ejuſce in oppidis juris ratio. Vide præterea Capitulare Saxonum an. 797. c. 3. & Præceptum 1. Lud. Pii pro Hiſpanis c. 2. Hinc

Vicinitas, Jus civitatis, *Burgeſia*, dicitur in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 26. *Vidua omnem vicinitatem faciat, excepto exercitu*. i. civium onera omnia ſubeat. Charta Adelfonſi Regis Hiſpaniæ æræ 1164. apud Antonium *de Yepez* to. 4. pag. 458. *Undecumque venerint illi homines qui ibi populati fuerint, ſint in poteſtate & ſubjectione Abbatis S. Dominici & Prioris S. Martini, & nulli alio domino ſerviant, neque ab aliquo hominum opprimantur, nec faciant vicinitatem in alio loco, ſed permaneant in ſervitio & libertate veſtra ſecundum conſuetudinem prædictorum in perpetuum.* Vide Michaëlem Molinum in Repertorio pag. 332.

Vicinantia, Burgeſia, Italis *Vicinanza*, in Hiſt. Cortuſiorum lib. 1. c. 18. & alibi.

Vicinagium. Charta Communiæ Peronenſis an. 1207. de Milite qui debitum Burgenſi non ſolvit: *Major debet ſuper hoc Militem convenire, & Burgenſi debitum reddat, aut communionem villæ, creditionem, & vicinagium interdicat*, &c. Infra: *Si Miles hominem feodatum in Communiam habuerit, ipſe homo in hoſpitio ſuo eum recipere poterit, ſed nec creditionem, nec vicinagium ei faciet.* Eadem habet Charta Communiæ Tornacenſis art. 17. quæ quidem neſcio an his locis capienda ſint de libertate, privilegio, vel jure civitatis, quo invicem gaudent *Communia* alicujus jurati ſeu cives.

Vicinetum, *Viſnetum*, *Vicinitas*, Anglis Practicis, eſt Jus, forma, vel modus dirimendi controverſias civiles vel criminales, in rebus dubiis neque omnino certis, per aſſiſam vicinorum de villis, vel civium, aut Burgenſium, iis ſcilicet advocatis, ex quorum *verdictis* ſeu depoſitionibus judex pronunciat: cujuſmodi fere ſunt quos *Teſmoins voiſinaux*, vocant Conſuetudines Turonenſis art. 159. & Lodunenſis cap. 15. art. 4. Vox ducta ex Normannico *veſiné*, vel *voiſiné*: *Viſnet*, in vet. Conſuet. Norman. cap. 33. nos *Voiſinage* dicimus viciniam. Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 11. §. 11. *Si verò contra dicatur ſtatus libertatis eorundem productorum, vel de eorum ſtatu dubitetur, ad vicinetum erit de patria recurrendum: ita quod per vicineti veredictum, ſciatur utrum illi liberi homines ſint, an non, & ſecundum hoc judicabitur.* Cap. 43. *Si verò dubium fuerit de heredis ætate, proculdubio domini ipſius tam heredem, quam hereditatem in cuſtodia habebunt, donec ætas rationabiliter probetur per legales homines de vicineto, & per eorum juramenta. Aſſiſa de vicineto*, ibidem lib. 1. cap. 1. §. 8. Adde lib. 2. cap. 74. §. 7. *Proportatio patriæ vel vicineti*, i. declaratio, in Quoniam attachiamenta c. 68. *Poſtulare vicinetum*. Cap. 73. *Per fidele vicinetum tranſire*, in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ c. 2. §. 2. *Legales homines de viſneto ſeu de villa*, apud Gervaſium Dorobernenſem pag. 1387. & Will. Thorn an. 1269.

Vicinitas, eadem notione, in Quoniam attachiam. cap. 82. Neque aliud videtur

Vicinaticum, in Uſaticis Regni Majoric. MSS. *Ponat partem ſuam in omni communi vicinali ſeu vicinatico civita-*

tu Ma'oric. Eſt enim *vicinaticum*, juratorum ſeu *vicinorum* civitatis conventus, *Communia* ipſa.

Vicinium, Vicinitas. Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 56. *Aut ſi in illo vicinio habitare voluerint*, &c. Ordericus Vital. lib. 8. pag. 707. *In tantum crevit ejus inſania, ut pene omnes Eccleſiaſtica poſſeſſiones in vicinio ejus depopularentur inſolentiâ.*

VICISSERE, Per vices agere, Gallis, *Se relaier*. Vita S. Samponis Epiſc. Dolenſis lib. 1. c. 16. in Actis SS. Ord. S. Bened. *Frater autem ejuſdem Preſbyteri, viciſſentibus ſe per ordinem cæteris Monachis, hujus Monaſterii piſtor effectus eſt.*

Viciſſatim, *ſubinde*, *viciſſim*, in Gloſſis antiquis MSS.

VICONIUM, *& Ciſtifer, nomina metallorum.* Papias.

VICTOR *ignium*, dicitur S. Laurentius, in Hiſtoria Inſtitutionis Archiepiſcopatus Magdeburgenſis edita à Gabr. Coſſartio cum Conciliis ſub an. 967.

VICTORALIS, ..., in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Editum habet *Victorialis*, quomodo Capitolinus in Galieno *Victoriales dies* dixit.

VICTORIARE, Victoriam adipiſci, referre, apud S. Eulogium in Epiſt. ad Alvarum, & Se... num Salmaticenſem Epiſcopum in Hiſt. Hiſpan. pag. 45.

VICTORINUS, Monetæ ſpecies, à Friderico II. Imp. in Italia, dum Ferrariam obſideret, cuſa, cum caſtra inſtar urbis vallis ac foſſa hac mente muniiſſet, ut direpta & everſa civitate, in eo ipſomet loco ubi ſtativa habuerat, *Victoriam* urbem conderet, uti narrat Joan. Candidus lib. 5.

VICTUALIA, Commeatus, victui neceſſaria, Gallis *Victuailles*, Italis *Vittuaglie*. Gloſſæ Doſithei: *Alimonia, victuaglia.* Occurrit apud S. Ambroſium lib. 5. Hexaem. Petr. Bleſenſ. Epiſt. 69. cap. 21. Fulbert. Epiſt. 38. Petrum Chryſolog. ſerm. 63. & 155. Flodoardum lib. 2. Hiſt. Rem. c. 11. Arnulph. Epiſt. 4. in Capitul. 2. an. 812. c. 8. & l. 3. c. 74. in Hiſt. Miſcella an. 6. Juſtiniani M. in Hiſt. Cortuſiorum paſſim, &c. Vide Notas Felicis Oſii ad Hiſt. Ottonis Morenæ pag. 57.

Victualium, in Synodo Metenſi an. 753. c. 4.

Victualis neceſſitas, in Lege Alaman. tit. 2. §. 1. *Miniſterium victuale*, apud Apuleium de Dogmate Platonis.

VICI, Papiæ: *Caſtella & pagi ſunt, qui nulla dignitate civitatis honorantur, ſed vulgari hominum cœtu incoluntur, & pro parvitate ſui civitatibus attribuuntur.* Infra: *Vicus, caſtrum ſine munitione murorum.*

Vicus publicus, qui fiſci eſt. Capitulare 6. an. 806. c. 21. & Append. 1. Capitul. c. 26. *Ut feſtivitates præclaræ non niſi in civitatibus aut vicis publicis teneantur.* Concilium Ravennenſe an. 904. c. 11. de Comitibus: *In publicis vicis domos conſtituant, in quibus placitum teneant, & ſecundum antiquam conſuetudinem hoſpitentur.* Quo nomine appellantur *Compendium*, apud Bedam lib. 3. Hiſt. cap. 28. & *Leodium* in Annalib. Francor. Loiſelianis & Metenſib. an. 769. Aigradus Monachus in Vita S. Ansberti Archiep. Rotomagenſis n. 25. *Cenſus autem qui de vicis publicis Canonico ordine ad partem Pontificis perſolvi conſueverant, gratuita benignitate in reſtaurationibus Eccleſiarum benigniſſimè Preſbyteris indulſit earumdem Dei adium.* Tabularium Perſienſe ch. 30. apud Perardum: *Cum reſideret Domnus Ado Præſul apud Matiſconum in propria Synodo, venerunt ante præſentiam ipſius duo Monachi, Leotaldus videlicet & Gerboldus, viva voce proclamantes, quod non deberent Epiſcopalem receptionem facere apud ſanctum Marcellinum, quæ Capella eſt, non vicus publicus: exenia vero & ſervitium ſe dare debere aliis in locis dixerunt*, &c.

VIDECOQS, vel *Widecoqs*. Computum Domanii Stapularum in Comitatu Bononienſi an. 1475. *Recepte pour vollées de Videcoqs, chacune volée à 20. den. ſauf les vollées du mareſk de Condette, dont on ne paye fors 13. den. pour chaſcune vollée.* In Computo de *Deſure*, ejuſdem anni, fol. 49. verſo: *Recepte de Widecoqs dens à Neufchaſtel deus au iour de S. Remy. De Pierre de Wierre pour un paſtech, &c. dont audit terme 6. Widecoqs, qui à raiſon de 4. den. pieces valent* &c.

VIDENTIA. Charta Bernaldi Guillelmi D. de Monbaſone, qua dictum Caſtrum Guillelmo D. Montiſpeſſuli concedit: *Hoc donum fuit pactum & laudatum cum hac carta 7. Id. Aug. anno Dominica Incarn. 1113. in videntia & præſentia Pontii de Monsblar*, &c.

VIDERE, Salutare, noſtris, *Voir quelqu'un*. Ammianus Marcellinus lib. 14. *contempto Cæſare, quem videri decuerat.* Vide Henricum Valeſium ad hunc locum.

VIDIMUS, pro apographo à Notario vel Secretario deſcripto; de qua voce vide Reinhartum Robigium lib. 10. Robigal. c. 16. *Vidimus de lettre*, in Conſuetudine Nivernenſi tit. 4. art. 16. 35. tit. 5. art. 6. 14. Interdum pro *vidimus*, habetur vox *inſpeximus*, ut in Chron. W. Thorn pag. 2123.

Vidiſſe, eadem notione. Areſtum Pariſ. 6. Febr. 1321. *Exhibentes copias ſeu Vidiſſe quorumdam areſtorum*, &c.

VIDUÆ, apud Scriptores Eccleſiaſticos dicuntur quæ ſervandæ *viduitatis profeſſionem*, (quam *ſecundum caſtimonia gradum* vocat Hieronymus Epiſt. 26.) *coram Epiſcopo in Secretario emittebant, impoſita ab eo veſte viduali*, ut eſt in Concilio Arauſicano I. c. 27. Toletanum IV. c. 56. *Duo ſunt genera viduarum, ſeculares & ſanctimoniales: ſeculares viduæ ſunt, quæ ad hoc diſponentes nubere, laicalem habitum non depoſuerunt: ſanctimoniales ſunt, quæ mutato habitu ſeculari, ſub religioſo cultu in conſpectu Sacerdotis vel Eccleſiæ apparuerunt.* Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 241. *Viduarum prima Dina filia Jacob extitit ante legem, à qua uſus vidualis cœpit. Hanc ſub lege Judith & aliæ imitatæ ſunt: ſub gratia verò Anna & aliæ plurimæ ſecutæ ſunt, quæ ſecundas nuptias contempſerunt. Harum quoque habitus eſt mundo deſpectus.* Ejuſmodi mulieres *Sanctæ profeſſionis viduas* vocat Salvianus lib. 3. ad Eccleſiam Catholicam: *Viduas continentiam profeſſas*: in Præfat. ad eoſdem libros: *Quæ inſtant orationibus die ac nocte*, lib. 2. ab eorum veſte viduali, *pullatas viduas*, Vincentius Lirinenſis in Commonitorio 1. Denique *Profeſſæ, Conſecratæ, Benedictæ*, in Conciliis aliquot Gallicanis appellantur, locis à nobis indicatis in Notis ad Alexiadem p. 418. ubi eaſdem eſſe cum priſcis *Diaconiſſis*, fusè ſatis probavimus. Eccleſiaſticis ſtipendiis victitabant. S. Hieronymus in cap. 3. Eſaiæ: *Nec Eccleſiaſticis vidua ſuſtentatur alimentis, niſi quæ ſexaginta annorum eſt, & maturitatem habet morum pariter & ætatis.* Harum ordo τὸ τῶν χηρῶν τάγμα dicitur Palladio in Vita Chryſoſtomi p. 47. edit. v. c. Emerici Bigotii; τὸ χηρικὸν, apud Clementem lib. 3. Conſtit. Apoſtol. c. 3. Oecumenium ad 1. Timoth. v. 19. & in Clementinis Homil. 11. c. ult. *Viduatus*, apud Tertullian. de Velandis virg. c. 9. quod jam antea obſervatum à viro doctiſſimo Jo. Bapt. Cotelerio in eruditiſſimis Commentariis ad veterum Patrum ſcripta. Multa præterea poſſent hîc de viduis, earum habitu, & conſecratione, congeri, cum ex Conciliis, tum ex Regum Capitularibus, quæ fere attigimus in Notis ad Alexiadem. Addere tantum placet quædam recentioris paulò ævi de Viduarum caſtitatis profeſſione, quæ edidit Will. Dugdalus in Antiquitat. Warwicenſis provinciæ p. 654.

Joannes—Cov. & Lich. Epiſc. dilecto fratri noſtro N N. ſalutem & fraternam in Domino caritatem. Per partem honeſtæ mulieris Margeriæ Midlemore, relictæ Ricardi Midlemore noſtræ diœceſis, nobis eſt humiliter ſupplicatum, quod cum ipſa propter ipſius animæ ſalutem uberiorem, ac viduitatis ordinem ſtrictiorem, ad Dei honorem devotius & celebrius ſervandum, votum continentiæ emittere, ac continentiam expreſsè & ſolenniter fovere, nec non in ſignum viduitatis ſuæ hujuſmodi perpetuè, Deo ſervando, velum ſive peplum cum habitu hujuſmodi viduis continentiam perpetuam expreſſe & ſolenniter profitentibus debitam & conſuetam, ſeu ab eis communiter uſitatam ſibi ſumere. & ad vitam ea ut in caſtitate, ut aſſerit, devotè intendat, ipſam ad hujuſmodi ſuum

propoſitum admittere dignaremur; Noſque hujuſmodi ſupplicationem piam atque devotam ac Deo placabilem reputantes, aliaſque multiplicibus occupati, quo minus hujuſmodi intentum præfatæ Margeriæ ad debitum valeamus perducere effectum; ad recipiendum igitur expreſſè & ſolenniter continentiæ votum, & caſtitatis promiſſum dictæ Margeriæ, ac in ſignum cujuſmodi continentiæ & caſtitatis promiſſo perpetuo ſervando, eandem Margeriam velandam ſeu peplandam, habitumque viduitatis hujuſmodi viduis, ut præfertur, ad caſtitatis profeſſionem dari & uti conſuetum, cum unico annulo aſſignandum, cæteraque omnia & ſingula faciendum, exercendum & expediendum, quæ in negotio hujuſmodi de jure vel conſuetudine neceſſaria ſeu opportuna fore dinoſcantur. vobis committimus poteſtatem per præſentes. Sigillo noſtro ſignatum, &c. Id porrò actum ſub Henrico VIII. Rege Angl. an. 22.

Formulam verò Profeſſionis accipe ex eod. Dugdalo pag. 319. *Nono die menſis Auguſti an. Dom.* 1360. *apud Warwyk, dictus venerabilis Pater altam Miſſam in Pontificalibus in Eccleſia collegiata B. Mariæ Warwici antedicta celebrans, votum caſtitatis Philippa nuper uxoris Domini Guidonis de Warwic admiſit & acceptavit: & dicta Philippa votum caſtitatis emiſit ſub his verbis.*

En le nom de la ſeint Trinité, Piere, & Fitz, & Seint Eſpirit, jeo Philippe que fu la feme Sire Guy de Warwic, face purement, & dez queor, & volonter entierement avow à Dieu & Seint Egliſe, & à la benure Virgin Marie, & à tout la bele compaigne celeſtine: & à vous Reverend Piere en Dieu Sire Reynaud par la grace Dieu Eveſque de Wynceſtre, que jeo amenerai ma vie en chaſtitée deſore en avant, & chaſte ſera de mon corps, & tout le temps de ma vie. Vide *Velum*.

Vidua Regis, JC. Anglis & Cowello, eſt illa quæ dotem legitimam è terris & tenementis viri ſui, qui in capite de corona Regis tenebat, Regis auxilio ſibi ſubveniri petit.

VIDUINA, vel *vidania*, Bivira, *quæ duos viros habuit*, Papiæ. Savaro ad Sidonii l. 6. Epiſt. 7. legit in Gloſſis Iſidori MSS. *Vidubium, qui duos maritos amiſit.*

VIDUITAS. Epiſtola Alexandri III. PP. 161. ad Ludovicum VII. Regem Franc. tom. 4. Hiſt. Franc. *Regiæ Serenitatis induſtriam poſtulamus, quatinus conſilium & viduitatem tuam cariſſimo in Chriſto filio noſtro Willelmo illuſtri Siciliæ Regi literis tuis prudenter aperias, eum attentius ammonens*, &c.

Viduitas, Vox fori Normannici, Gall. *Veuveté*, de qua ſic Jura & Conſuetudines Normann. cap. 121. *Conſuetudo eſt in Normannia ex antiquitate approbata, quod ſi quis uxorem habuerit, ex qua hæredem aliquem procreaverit, quem natum vivum fuiſſe conſtiterit, ſive deceſſerit, totum feodum quod maritus poſſidebat ex parte uxoris ſuæ tempore quo deceſſerit, ipſi marito, quamdiu ab aliis ceſſerit nuptiis, remanebit. Poſt deceſſum autem ejus, vel poſt contractum cum alia matrimonium, hæredibus mulieris, ex cujus deceſſu feodum per viduitatem tenebat, ipſum redibit feodum ſucceſſionis ratione.* Vide *Curialitas Angliæ*.

Id etiam in Aragonia obtinet: ita tamen *ut teneatur de bonis viduitatis alimentare non ſolum filios eorum communes, ſed etiam privignos ſive entenados: ſi quidem ii aliunde bona non habeant, unde ſe poſſint alimentare*, ut ait Michaël Molinus. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 23. *Defuncto viro, uxor vidua, licet ab eo filios habuerit, omnia quæ ſimul habuerant, poſſidebit: ea tamen vidua exiſtente, & licet non accipiat virum, ſi manifeſtè tenuerit fornicatorem vel adulterum, amittat viduitatem & dotes, ac ſi duxiſſet virum.* Multa de jure Viduitatis habent etiam Fori Aragonenſes lib. 5. tit. de Jure viduitatis, & Liber 5. Obſervantiarum tit. de Jure dotium, & lib. 8. tit. de Homicidio, §. 20. & Conſultatoria poſt eaſdem Obſervantias p. 43. v. præterea idem Molinus in Repertorio Fororum Aragon. in v. *Viduitas*.

VIDULA. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 728. *Qui accepti ſecuribus & vidulis, aliiſque multimodis ferramentis ad carecta & fruteta ſtirpanda*, &c.

Vidula, Inſtrumentum muſicum. Vide *Vitula*.

VIDUVIUM, Viduitas, *Diuturni viduvii vulnus*, apud Sidonium lib. 6. Epiſt. 2. Gloſſæ veteres: *Vidubium*, χηρεία.

VIELLA. Vide *Vidula*.

VIENATICUM. Vide *Guidaticum*.

VIERIA. Charta Henrici Regis Franc. an. 1060. pro Monaſt. S. Martini de Campis: *Cum omnibus redditibus atque redhibitionibus terræ, ſilvæ, vinearum, atque pratorum: de redditibus quidem paſtionis, vieriæ, ſilvæ, atque leigii, omnem decimam.*

VIERUS. Charta an. 1197. in Tabulario Lehunenſi ch. 20. *Sanctus verò Petrus habet vierum ſuper molendinum, & intra illud vierum & molendinum non poteſt habere prænominatus Johannes vierum, aut ingenium dormiens — Sed D. Johannes piſcari poteſt ibi cum tramallo & ſacco. Et ſciendum quod vierus B. Petri tantum habere debet conſuetæ clauſuræ & aſſuetæ paſturæ ſupra molendinum, quantum vierus debet habere in viveta de antiqua conſuetudine.*

VIGERIUS, Vicarius, ex Gallico *Viguier*. *Vigarius Comitis*, in Chartis Parenſalibus form. 6. & 7. Charta Ludovici VI. Regis Franc. an. 1114. *Ita ut in toto foro nec in clauſtro — in prædictis ſolemnitatibus Dapifer noſter, vel Præpoſitus, vel Vigerius, vel Theloneàrius aliquid auferre — præſumat.* Chronicon MS. Bertrandi Gueſclini:

Je vous fay mon Viguier, le miien lieu tenrez.

Vigerii, Viarum Domini, *Seigneurs Voiers*. *Vigerii feodales*, in libertatibus *de Boisdecené* in Pictonibus an. 1265. Vide in *Meſtiva*.

Vigeria. Juſtitia & juriſdictio Vicarii. Charta Gaufredi Comitis Andegav. & Agnetis uxoris pro fundatione Abbatiæ B. Mariæ Santonenſis an. 1047 in Reg. 114. Tabul. Regii ch. 239. *Conſuetudinem illam etiam quæ Vigeria dicitur, ſcilicet de homicidio, de furto, rapto, & incendio Deo & B. Mariæ — damus.* Alia Joannis Regis Angliæ ibid. *Sed domos, curtes, poſſeſſiones ſuas, homines & manſionarios earumdem, vigeriam, altam & baſſam juſtitiam de furto, de raptu*, &c. Charta Bernardi Epiſcopi Santonenſis an. 1151. *Et contra verò Eccleſia iſta inſtantius cum omni reluctamine hæc omnia negabat, aſſerens quod nec conſuetudines iſtas, nec vigeriam, nec exactionem aliquam in hominibus ſuis habebat*, &c. Charta Mauricii de Bellavilla Dom. Ganaſchiæ, Sept. 1265. pro libertatibus *de Boiſdecené: Sed ſciendum eſt qualis ſit vigeria: illa talis eſt, raptum, furtum, murtricia, & traditiones, & omne malefactum de caminis feodalibus, la meſlea caminorum feodalium, in qua ſanguis non apparuerit*, &c.

VIGIA. Vide *Ciſa*.

VIGILATOR, idem quod *Gaita*. Charta an. 1293. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Angl. t. 3. p. 568. *Quod quidem videns quidam Robertus le Wayte vigilator ipſius Epiſcopi, cornavit poſt ſocios ſuos, & alios de familia Epiſcopi.*

VIGILES. Tenentes, qui excubias debent. Charta Gaufredi Vicecomitis Bituricenſis an. 1012. pro Monaſterio S. Ambroſii Bituric. *Relinquo quoque omnes conſuetudines, videlicet villicationem, ſtabulationem, & ita liberum reddo eundem burgum &c. — à molendino quoque, qui vocatur Mirabello, reddo vigiles homines ibi manentes, uſque ad eundem burgum, ex utraque parte aquæ, ad Monaſterium vel burgum cuſtodiendum, cum eiſdem quæ in eodem burgo morantur.* Charta Henrici Regis Romanor. an. 1107. apud Chapeavillum to. 2. Hiſt. Leodienſis p. 54. *Item in domibus ad clauſtrales ſedes pertinentibus, forenſis poteſtas qui nullum ſpoliandi, aut oſtium obſerandi, vel vigiles, vel oſtiatim denarios exigendi habebit*, &c. Tabularium S. Genovefæ Pariſ. an. 1211. *Cuſtos verò turris & Portarius, & Aſinarius, & Vigil qui de nocte turrem vigilabat*, &c. Charta Stephani Comitis Sacri-Cæſaris an. 1178. *Obolos quos vigiles capiebant.* Vetus Charta in Additamentis ad Matth. Paris p. 150. *Quod vigiliæ fiant per ſingulas villas, ſicut fieri conſueverunt,*

& per viros probos & validos. Vide *Walta.*

VIGILANTIA, pro *Vigiliis*, ſeu *Matutinis*, Horis Canonicis ita dictis. Charta Willæ Comitiſſæ Bonifacii Marchionis filiæ ſub ann. 995. apud Ughellum to. 3. Italiæ ſacræ p. 48. *Sic eſſe inſtituo, ut omni tempore diu noctuque orationes ſeu Miſſarum ſolemnia, ac nocturna vigilantia in ipſa Domini Eccleſia Monaſterii facere ſeu canere debeant, ſecundum regulam S. Benedicti, &c.* Alia Ottonis III. Imp. ibid. p. 51. *In Pſalmis, hymnis, ſeu Miſſis, & orationibus, & nocturnis vigilantiis, &c.*

VIGILGALLUS. Vide *Vigiliarii.*

VIGILIÆ, Nocturnæ preces, quibus veteres olim Chriſtiani vacabant, nunc abolitæ, & in ſolis fere Monaſteriis & aliquot Eccleſiis Cathedralibus uſurpatæ. Libellus precum Marcellini & Fauſtini p. 66. *Sed quia pro conditione rerum quolibet tempore vel clam ſalutis noſtra ſacramenta facienda ſunt, idem ſanctus Presbyter Macarius das vigilias in quadam domo convocare fraternitatem, ut vel noctu divinis lectionibus fidem plebs ſancta roboraret.* Caſſianus de Inſtit. Cœnob. lib. 3. c. 8. *Vigilias quæ ſingulis hebdomadibus à veſpera illuſceſcente, Sabbato celebrantur, idcirco ſeniores hyemali tempore, quo noctes ſunt longiores, uſque ad quartum gallorum cantum per Monaſteria moderantur, ut poſt excubias totius noctis, reliquis duabus fermè horis reficientes corpora ſua nequaquam per totum diei ſpatium ſomni torpore marceſcant.* Vigent tamen etiamnum Vigiliæ Natalis Domini apud omnes Chriſtianos. Gregorius Turon. de Vitis Patrum c. 8. *Ad Vigilias Dominici Natalis advenit, monuitque Presbyterum dicens, Vigilemus unanimiter ad Eccleſiam Dei,* &c. Et lib. 3. Hiſt. cap. 17. *Cum Dominici Natalis nox alma populis effulſiſſet, idem Pontifex priuſquam ad Vigilias deſcenderet, juſſit,* &c. De Vigiliis Chriſtianorum, vide Concilium Matiſconenſe II. cap. 1. Iſidorum lib. 2. de Eccleſ. offic. cap. 22. Honorium Auguſtod. lib. 3. c. 6. Durant. de Ritib. Eccl. l. 2. c. 4. Covarruviam Var. reſol. l. 4. c. 19. §. 10. Mundelhemium Antiq. Mon. Ep. 69. Card. Bona de Divina Pſalmod. c. 4. &c.

Vigilia. Joan. de Janua: *Vigilia dicitur dies profeſtus, ſcilicet dies primus ante feſtum, quia tunc in ſero vigiliæ vacamus.* Alcuinus de Offic. divin. *Ad quod ſignandum,* (temporalem Sanctorum anguſtiam) *præcedentibus eadem natalitia diebus, quas vulgò Vigilias eorum appellamus, ſolito parciùs veſcentes, eadem ſolemnia debitis jejuniorum obſequiis, & maceratione carnis devotè prævenimus, ut per pridianam purificati abſtinentiam, dignius celebremus ſequentis feſti lætitiam.* Honorius Auguſtod. lib. 3. c. 6. *More antiquo duo nocturnalia officia in præcipuis feſtivitatibus agebantur: unum in initio noctis à Pontifice cum ſuis Capellanis abſque* Venite; *aliud in media nocte in Clero, ſicut adhuc, ſolenniter celebrabatur: & populus qui ad feſtum confluxerat, tota nocte in laudibus vigilare ſolebat. Poſtquam verò illuſores bonum in malum permutaverunt, & turpibus cantilenis ac ſaltationibus, potationibus & fornicationibus operam dederunt, vigiliæ interdictæ, & dies jejunii dedicati ſunt, & vigiliarum nomen retinuerunt.* Similia habent Beletus c. 137. & Durandus lib. 6. cap. 7. n. 8. Gregorius Turon. lib. 10. c. 31. n. 6. de S. Perpetuo Epiſcopo Turonenſi: *Hic inſtituit jejunia vigiliaſque qualiter per circulum anni obſervarentur, quod hodieque apud nos tenetur ſcriptum,* &c.

Vigiliæ, ipſum Officium nocturnum, quod in vigiliis nocturnis olim decantabatur. Durandus lib. 5. Rat. c. 3. n. 6. *In tempore æſtivali celebrat Eccleſia nocturnum officium in tempore primæ nocturnæ, licet quandoque tempeſtivius, (quod quidem Vigilias ſub antiquo nomine vocat) & ſpecialiter in feſtivitatibus Beatorum Joan. Baptiſtæ, Petri & Pauli,* &c. Infra: *Romani etiam adhuc in præcipuis feſtivitatibus totius anni, in ſero dicunt tres Pſalmos, & tres Lectiones, quos Vigilias vocant, & in Nocturnis idem repetunt.*

Vigiliam facere. Charta Pontii Archiepiſc. Arelatenſis an. 1000. tom. 6. Spicilegii Acheriani p. 427. *Quod ſi eſt talis qui per indictam ſibi pœnitentiam non introeant Eccleſiam, — hic talis ad jam dictam Eccleſiam ſi venerit, in die videlicet dedicationis ejus, aut ſemel in anno cum ſua vigilia, & adjutorium dederit ad opera Eccleſiæ S. Mariæ quæ modo noviter conſtruitur in prælibato monte, — ſit abſolutus ab ipſo die, quo ſuam vigiliam fecerit de tertia parte majorum peccatorum unde pœnitentiam habet acceptam,* &c. Infra: *Ipſis autem oratoribus qui cum ſua vigilia venerint ad Eccleſiam S. Crucis,* &c.

Vigiliæ, *quas in honore Domini Martini obſervabant*, prohibentur in Concilio Autiſſiodor. c. 5. quod per ſuperſtitionem & ad ſortilegia eæ fieri ſolerent.

Vigiliæ, Officium quod pro defunctis canitur, quomodo etiamnum appellatur. Concilium apud Saponarias an. 859. c. 13. *Pro eo qui deceſſerit, in ſedibus ſeptenæ Miſſæ, totidemque vigiliæ Domino perſolvantur,* &c. Hugo Flaviniacenſis in Chron. p. 172. *Quanto verò affectu & ſtudio memoriam defunctorum eorumdem, id eſt officium quod Vigilias dicimus, & Miſſæ celebrationem agi inſtituerit, noverunt qui hoc facere conſueverunt.* Udalricus lib. 1. Conſuetud. Cluniacenſium cap. 3. *Servitoribus autem expectatis uſque dum & ipſi ſurrexerint à menſa, agitur officium, vel quod à noſtratibus Vigiliæ vulgò appellatur, quod aliquando cum tanti defuncti non habentur, fieri ſolebat cum tantum lectionibus tribus & reſponſoriis, niſi alicujus fratris anniverſario ſupervenirent.* Vide Durantum lib. 2. de Ritib. Eccleſ. cap. 24. n. 14.

Vigiliæ, quæ in Concilio Autiſſiodorenſi c. 5. fieri prohibentur, intelligendæ ſunt non eæ duntaxat quæ in privatis domibus fieri conſueverant, ut obſervat Baronius an. 599. n. 53. 54. ſed eæ etiam quæ in ipſis ædibus ſacris, ſed cum choreis, & pagano ritu: *Non licet compenſare in domibus propriis, nec vigilias in feſtivitatibus Sanctorum facere.* Vetus formula, poſt Pœnitentiale Theodori p. 350. *Si in ſolennitatibus abſtinuerit ſe ab uxore ſua, — ſi ivit ad choreas, & maximè in Eccleſia & devote, ſicut quidam qui faciunt vigilias in feſtis in quibuſdam partibus, & faciunt ludos inhoneſtos.* Sed & ut ſupra obſervatum, *Vigiliæ in honore Domini Martini* celebrari, ut ſuperſtitioſæ vetantur in eodem Concilio Autiſſiodorenſi c. 5. ut & *In Vigiliis circa corpora mortuorum*, vetantur *choreæ, & cantilenæ, ſeculares ludi, & alii turpes & fatui*, in Synodo Wigornienſi an. 1240. c. 5. ubi additur, *nec ad dictas vigilias aliqui veniant niſi cauſa devotionis,* &c. Adde Concil. apud Pontem Audomari an. 1279. cap. 10.

Vigilias facere dicebantur Tyrones, qui Militarem ordinem erant conſecuturi: pridie enim in Eccleſiam ſecedebant, ibique pernoctabant, orationibus dantes operam. Matthæus Weſtmonaſter. an. 1306. *Ipſa quoque nocte in templo prædict. tyrones, quotquot poterat capere locus ille, ſuas vigilias faciebant. Sed Princeps Walliæ præcepto Regis patris ſui, cum præcelſis tyronibus fecit vigilias ſuas in Eccleſia Weſtmonaſterienſi.* Vetus Ceremoniale Creationis Militum de Balneo: *Et en ceſte guiſe demorera l'Eſcuier en la Chapelle, tant qu'il ſoit jours, touſiours en oreiſons & prieres, requerant le puiſſant Seigneur, & ſa benoite mere que de leur digne grace leur donne pouvoir & confort à prendre cette haute dignité temporelle en l'onneur & louange de leur, de ſainte Egliſe, & de l'Ordre de Chevalerie. Et quant on verra le point du jour, on querra le Preſtre pour le confeſſer,* &c. Vide *Miles.*

Vigiliæ murorum, à quibus nemo excuſatur. Gregorius M. lib. 7. Ind. 1. Ep. 20. *Quia verò comperimus multos ſe à murorum vigiliis excuſare, ſit fraternitas veſtra ſollicita, ut nullum neque per noſtrum vel Eccleſiæ nomen, aut quolibet alio modo defendi à vigiliis patiatur, ſed omnes generaliter compellantur,* &c.

Vigilias cum clava notificare. Charta Chrodegangi Epiſcopi Metenſis an. 765. apud Meuriſſium: *Debent omni nocte vigilare, & vigilias cum clava invicem notificare.* Id eſt is qui *vigilias* facit, debet clavæ percuſſione ſubinde ſe vigilare indicare, quod etiamnum faciunt *vigiles* in *Berfredis* ſeu turribus, urbium ſub regni confinia.

VIGILIARII, Monachi, qui in Monaſteriis alios evigilant ad Matutinos, quibus *ſollicitudo excitandi incumbit*, qui

ſeptimanam excitationis exercent, Regula Magiſtri cap. 31. Regula S. Fructuoſi cap. 3. *Ita ante mediam ſurgentes noctem, duodenos per choros recitent Pſalmos, ſecundum conſuetudinem: prius tamen quàm ſurgant cæteri, à vigiliarius Fratribus Præpoſitus excitetur, ut cum benedictione ſua & ſignum moveatur, & cunctorum lectula ab eo priuſquam conſurgant, ſtrenue viſitentur.* Hi etiam *Vigilgalli* vocati, ut obſervat eadem Regula Magiſtri d. c. ex ſingulari *Vigilgallus*; à galli gallinacei vigilantia: *Magna enim merces apud Dominum eſt excitantium ad divinum opus, quos pro ſama Regula Vigilgallos nominavit.*

VIGILIUS, Γρηγόριος, in veterib. Gloſſis pag. 359.

VIGORATUS, Vigore præditus, *Vigoureux*. Dudo lib. 3. de Act. Norman. pag. 128. *Cernens eum vigoratum & præcellentem in omnibus factis*, &c.

VILAGER. Tabularium Prioratus *de Lewes* in Anglia fol. 16. *Et flagellabit prabendam Prioris per unum diem cum corredio domini, & habebit 2. panes ad veſperam cum companagio, exceptis illis qui non dant vilager.* Ibid. fol. 14. *Quicumque in villa de Hecham habuerit bovem vel vaccam, dabit 1. den. ad Inventionem S. Crucis, & pro titulo unius anni obol. Et qui plures habuerit, tot denarios de vilager.* Et paulò poſt: *Oſmundus de Stane pro ſuo vilager*, &c. — *dans vilager cum ſuo cenſu*, &c.

VILANIA. Vide *Villenagium*.

VILARNIPINNIUM. Vide in *Uſis*.

VILLA, Civitas, Gallis *Ville*. Ita uſurpaſſe videtur Rutilius Numatianus in Itiner. dum oppida à civitatibus diſtinguit, & ortas civitates ex oppidis indicat:

Nunc villæ ingentes, oppida parva prius.

Lambertus Schafnaburg. an. 1073. de urbe Harteſburg: *Et quia villam viris fortibus vallis & ſeris undique munitam incurſare haud ſatis tutum putabatur*, &c.

Will. Brito lib. 2. Philipp.

Hic obſtat Comiti, ne vires transferat ultra,
Tam bona ne pereat ſub eodem villa furore.

Et Nicolaus de Braja in Ludovico VIII. de Rupella:

Ingreditur villam, victori ſupplicat hoſtis.

De Avinione:

Quos villæ ſtatuit cuſtodes Rex Ludovicus.

Villas hodie, non quomodo Latini prædia ruſtica, ſed complurium in agris manſionum vel ædium collectionem appellamus. Jo. de Janua: *Villa, dicitur à vallis, quaſi vallata, eo quod vallata ſit ſolum vallatione vallorum, & non munitione murorum. Inde Villanus.* Gloſſæ Baſil. Αἱ δὲ οἰκοδομαὶ ἐν μὲν τῇ πόλει οἰκίαι λέγονται, αἱ δὲ ταῖς χώραις, βίλλαι. Vita S. Gregorii primi Epiſc. Anicienſis: *In quodam vico, — quem ſitum juxta fluvium Berna vulgaris lingua Villam nuncupavit, eo quod polleret quondam frequentia pagenſium, ac pluribus tugurus.*

Liber inſcriptus *Cartaria*, ſcriptus tempore Ricardi II. Regis Angl. *villas* dividit in *murales* & *Rurales*: ac *Rurales* quidem ait *continere campum, pratum & boſcum.* Sic paſſim in Chartis terra arabilis, prata, paſcua, boſci, dicuntur jacere *in villa de*, &c. Jo. Forteſcutus de Laude Legum Angliæ cap. 24. *Hundreda dividuntur per villas, ſub quarum appellatione continentur & burgi atque civitates. Villarum etenim metæ, non muris, ædificiis, aut ſtratis terminantur, ſed agrorum ambitibus, territoriis magnis, hamilettis quibuſdam, & multis aliis, ſicut aquarum, boſcorum, & vaſtorum terminis, quæ jam non expedit nominibus deſignare, quia vix in Anglia eſt locus aliquis qui non infra villarum ambitus contineatur, licet privilegiati loci quidam infra villas de eiſdem villis pars eſſe non cenſentur.* Bracton lib. 4. tract. 1. cap. 31. §. 1. *Sciendum quod de jure gentium agris ſunt termini poſiti, ædificia ſunt collata ſive & vicinata, & ex qua collatione fiunt civitates & villæ, & ex pluribus ædificiis collatis & vicinatis, & non ex uno ædificio constructo, ut ſi quis in agro unicum faciat ædificium, non erit ibi villa: ſed cum ex proceſſu temporis cœperint coadunari & vicinari plura ædificia, incipit eſſe villa*, &c. Et lib. 5. tract. 5. cap. 28. §. 1. *Villa eſt ex pluribus manſionibus vicinata, & collata ex pluribus vicinis.* Quo loco pro *collata*, Fleta lib. 6. cap. 51. §. 2. habet *villeta*. Vide in hac voce.

Villæ Regiæ, Dominicæ, quæ Regum erant propriæ. *Palatia, Curtes Regiæ, Fiſci & vici Regis*, interdum nudè *Villæ* appellatæ in Francorum Annalibus. *Villæ Regiæ atque proprietates*, in Annalib. Francor. Bertinianis an. 858. Theganus de Ludovico Pio Imp. cap. 19. *Intantum largus, ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum eſt, ut villas regias, quæ erant ſui, & avi, & tritavi, fidelibus ſuis tradidit eas poſſeſſiones ſempiternas, & præcepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione cum ſubſcriptione manu propria roboravit.* Unde colligitur villas iſtas fuiſſe ex propriis Regum patrimoniis, quandoquidem Ludovici tritavorum fuere. Iidem Annales Bertiniani an. 867. *Vicario ſcilicet Salomonis Comitatum Conſtantini cum omnibus fiſcis & villis Regiis & Abbatiis in eodem Comitatu conſiſtentibus — confirmat.* Charta Henrici II. Imp. an. 1023. apud Nicol. Zylleſium ſic clauditur: *Actum in Triburia, Regia villa, Palatio publico*, &c. Eadem *Villæ Regiæ* nomenclatura donantur *Wemodus*, apud Miræum in Cod. Donat. piar. p. 28. *Cariſiacum* in Vita Lud. Pii an. 834. *Caſſinogilum*, apud Ademarum in Vita Ludovici Pii initio, &c. Alias in Anglia proferunt Aſſerus de Geſtis Ælfredi an. 853. 871. 878. 885. Matth. Weſtmonaſt. an. 870. Simeon Dunelm. an. 887. &c.

Villæ fiſcales, quæ ad fiſcum pertinent, apud Gregorium Turon. l. 6. cap. 32. Flodoardum lib. 1. Hiſt. Remenſis cap. 20. &c.

Villa publica, quæ ad Fiſcum regium pertinent. Anonymus de Geſtis Conſtantini M. *Et in villa publica Appia via — cuſtodiri fecit.* Alibi, mortuum ait Conſtantinum M. *in ſuburbano Conſtantinopolitano, villa publica, juxta Nicomediam.* Fredegarius: *Omnes Francos, ſicut mos Francorum eſt, Bernaco villa publica ad ſe venire præcepit.* Idem an. 761. *Melciacum villam publicam incendio cremaverunt.* Et an. 766. *Totam regionem illam vaſtans, villas publicas quæ ditionis Vuaifarii erant, totas igne cremare præcepit. Sparnacus, prædium publicum*, in Paſſione S. Berchari apud Camuſatum pag. 69. Adde Jonam in Vita S. Columbani cap. 19. Annales Francor. Metenſes an. 692. 714. 754. Chronicon Hildeſheimenſe an. 741. &c. Vide *Vicus publicus*.

Villæ dominicales, Dominicatæ, & Indominicatæ, propriè Regum vel dominorum. *Villæ Dominicatæ*, quibus opponuntur *Villæ vaſſallorum*, in Annalib. Francor. Bertinianis an. 870. Edictum Piſtenſe c. 5. 8. *Villæ noſtræ indominicatæ*, &c. Charta Diviſionis Imperii Ludovici Pii edita à v. cl. Steph. Baluzio, c. 2. *Et inſuper duas villas dominicales ad ſuum ſervitium*, &c. Poëta Saxonicus in Carolo M. an. 785.

——— *Properarunt protinus ambo*
Ad Regem, jam tunc fuerat qui fortè reverſus,
Ad villam propriam, quæ dicitur Attiniacus.

Ubi *propriam*, idem valet quod *Dominicam*. Vide *Dominicus*.

Villæ Capitaneæ, Majores, in Capitulari de Villis, cap. 19.

Villa legis, quæ legibus ſuis regitur, & judices ſuos habet, Majores & Scabinos: *Ville de Loy*, in Conſuetud. Boſtonienſi art. 13. 99. Areſta Candeloſæ an. 1262. f. 125. *Determinatum quod homines Criſpiaci in Laudunenſio poſſunt areſtari in villa D. Ingeranni de Cociaco, quæ dicitur Fara, & eſt villa legis, pro debitis ipſorum, per juſtitiam ipſius Ingeranni*, &c. Ibidem fol. 14. *Non eſt probatum quod burgenſes D. Regis non poſſunt arreſtari in villa regente ſe per legem.* In alio Areſto 20. Aug. an. 1411. *Tenremondia*, ſeu Teneræmunda in Flandriæ Comitatu, dicitur *notabilis villa legis, habens campanam, ſigillum, burgeſiam, & banleucam*, &c. In Hiſt. Bo-

tunienſi pag. 116. Vide Raguellum in v. *Loi.*

Villa mercatoria, *Marchandia*, quæ habent jus nundinarum, in Fleta lib. 1. cap. 24. §. 8. lib. 2. c. 50. §. 30.

VILLAGIUM, Villa, vicus, ex Gallico *Village*. Occurrit apud Nicolaum Uptonum lib. 4. de Militari officio pag. 135. Perardum in Burgundicis p. 313. & in Chartis variis.

VILLANIA, Probroſa actio, qualem *villani* & viri ignobiles facere ſolent: ex Gallico *Villenie*, Italico *Villania*. Auctor Deſtructorii vitiorum cap. 105. *Vulgariter dicitur, Villanus ille eſt qui facit villaniam, non qui in villa naſcitur.*

Item Injuria, probrum, convitium, contumelia. Areſta an. 1284. in Regeſto Parlam. B. fol. 69. *Occaſione cujuſdam injuriæ ſeu villaniæ dicto Girardo irrogatæ*, &c. *Villaniæ ſeu improperia*, in Charta an. 1338. apud Petrum Mariam Campum in Regeſto 3. part. Hiſt. Placent. p. 290. Vetus Conſuetudo Normanniæ cap. 86. *En ſimple ledange, ſe cil qui l'a dit, en eſt attaint, il le doit amender a la Juſtice, & à celui qu'il ledanga, & doit dire ſimplement que la villanie, que il lui diſt par follie, n'eſt pas en luy.* Statutum Philippi Pulchri Regis Franc. an. 1302. pro Caſtelleto Pariſienſi in Regeſto 12. Chartophyl. Regii ch. 12. *Et autel ſera fait as villanies dites entre petites perſonnes & batteures legeres, & en petites querelles.* Vide in *Villanus.*

VILLANI dicti ſunt à *villa*, eo quod in villis commorentur, qui & *Ruſtici*, à ruribus quæ excolunt, & *Pagenſes*, &c. apud Vitalem Epiſcopum Oſcenſem. Conſtitut. Neapolit. lib. 2 tit 32. *Villanus, qui in villis & caſis habitat*, &c. Brito in Synonymis:

Ruſticus, agricola, rudus, & villanus, agreſtis,
Runco, ruricola, ruſtris, villicus aſſint.

Ebrardus Betunienſis in Græciſmo:

Quando mulcetur villanus, pejor habetur,
Pungas villanum, pollues ille manum.
Ungentem pungit, pungentem ruſticus ungit.

Notum apud nos proverbium. Capitul. Karlomanni tit. 2. c. 14. *Volumus ut Preſbyteri & Miniſtri Comitis villanis præcipiant, ne collectam faciant, quam Geldam vocant, contra illos qui aliquid rapuerunt.*

Villani propriè apud Scriptores ævi inferioris dicuntur qui *villæ* ſeu glebæ adſcripti ſunt, & vilis ac ſervilis habentur conditionis, & ut ſervi in commercio erant, & cum villis ac prædiis væni bant. Charta Willelmi II. Regis Angliæ apud Ordericum Vital. lib. 6. pag. 602. *Dedit & 16. ruſticos ad ipſas decimas cuſtodiendas, atque 9. Eccleſias. Dedit etiam 3. villanos*, &c. Ubi *Ruſtici* & *Villani* iidem ſunt. Eodem lib. *Ipſe quoque terram & villanos, & omnes conſuetudines de ipſis villanis in vico Silvatico conceſſit.* Charta Alfonſi Regis Caſtellæ æræ 1240. apud Marcam in Hiſt. Beneharn. cap. 14. n. 6. *Dono igitur vobis quindecim villanos, quos habeo in Angonne & in Sa, cum omnibus juribus quibus mihi tenebantur jure hæreditario, ut in perpetuum habendos, & irrevocabiliter poſſidendos.* Britton in Legib. Angl. pag. 78. *Nul ne poit eſtre vilein, fors que de auncienne naifveté, ou par reconnoiſſance, ne nul ne peut eſtre plus vilein de autre. Car un que eſt ſerfe, il eſt auſi ſerfe come nul autre: car ſount touts de autele condition. Vilain*, in Conſuetud. Marchenſi art. 153. *Le Roman de Vaces ou de Rou* MS.

Et porce qu'il tollut as villains lor labor,
Les ſemences & les biens, & tout lor autre ator, &c.

Occurrit paſſim vox *Villani* ea notione in Chartis Normanno-Siculis apud Rocchum Pirrum. Hunc vide to. 2. p 387. 388. &c. & Fulconem Benev. p. 341. &c.

Differunt tamen *Villani* à ſervis. Petrus de Fontanis in Conſilio à nobis edito cap. 21. *Et ſache bien ke ſelonc Diex ke tu n'as mie pleniere poeſté ſeur ton vilain. Dont ſe tu prens du ſien fors les droites redevances ki te doit, tu les prens contre Dieu & ſeur le peril de t'ame & come robierres. Et ce kon dit, toutes les coſes ke vilains a, ſont ſon Seigneur, c'eſt voirs à garder. Car s'il eſtoient ſon Seigneur propre, il n'avoit nule difference entre ſerf & vilain, mais par noſtre uſage n'a entre toi & ton vilain Juge fors Dieu, tant com il eſt tes coukans & tes levans, s'il n'a autre loi vers toi fors le commune.* Adde Brittonum de Legib. Angl. c. 31. initio.

Villani ſocmanni, qui tenent tenementa ſua in *ſocagio.*

Villani adventitii, qui ea tenent per certa ſervitia & expreſſa ex conventione, &c. apud Bractonum lib. 2. cap. 8. §. 2.

Villanorum rurſum alii ſunt aſpicientes ad manerium, vel tenementum aliquod, qui ſcilicet ad ea ſpectant, & quibus adſcripti ſunt, ita ut cum iis væneant. *Aſpicere* enim *Manerium*, & ſoli villani dicuntur; res vero aliæ ab iis dependere. Alii denique

Villani in groſſo, ſeu *Villains en gros*, qui nullas terras habent, ratione quarum certo tenemento adſcribantur, vel qui in curia recordi ſe pro villanis agnoſcunt. Vide Littleton. ſect. 181. & ſeqq.

Villani uxor, non *Villana*, ſed *Nativa* appellatur, ſolique viro *Villani* appellatio congruit. Idem Littleton ſect. 186.

Villani Collaterii, & de Parada, apud Hiſpanos, de quibus ita Vitalis Epiſcopus Oſcenſis: *Villani Collaterii tam crudeli erant ſubditi ſervituti, ut etiam inter filios dominorum ſuorum ducerentur gladio dividendi qui quondam, temporum conditione cogente peſtifera eorumdem, contra dominos ſuos inſurgentes, tandem compoſuerunt cum eis communiter, & ultronea voluntate certa tributa & conditiones ſupra ſe & ſuis filiis aſſignantes. Qui poſt compoſitionem hujuſmodi Villani de Parada taliter nuncupati, hoc cum ſuis dominis inter cætera pepigerunt, ut quotieſcunque domini eorum fidejuſſione indigeant, hujuſmodi ſolvere ſint compulſi: nec ſi dominus pro quo fidejuſſit, indemnitati ejus voluerit providere, nunquam poſtea pro ipſo domino fidejuſſione caſu aliquo teneantur.* Eximinus Petri Salanova Juſtitia Aragonum, & Martinus Didacus *Daux* Juſtitia Aragon. lib. 6. Obſervant. tit. de Privileg. Militum §. 7. *Item ſunt quidam, qui dicuntur Villani de Parada, id eſt de conventione: ſcilicet illi qui nihil habent, niſi de bonis Infancionum, & in domibus Infancionum populati ſunt cum conventione ut ſemper ibi ſint. Et tales non pectant in aliquo cum hominibus ſigni Regis, nec pro ganatis, neque aquis, ut quidam dixerunt.* Ubi Salanova videtur indicare *Villanos* ejuſmodi *de Parada* nuncupatos, quod ita cum dominis de ſpecie ſervitutis convenerint. Atqui *Parada* apud Hiſpanos, non eſt *conventio*, ſed hoſpitium, vel potiùs præbitio hoſpitii: quomodo *Parata* uſurpatur ſcriptoribus ævi inferioris, uti ſuo loco docuimus. Proinde longè probabilius videtur ita appellatos, quod *paratas* dominis ſuis præberent, hoc eſt hoſpitia, præſtationes, & *procurationes*. Quod ſanè ſatis docet idem Vitalis Epiſcopus: *Quæ deveria ſunt reliquia illius peſtilentis & miſerabilis conditionis Villanorum de Parada, quæ in uſu per diſſuetudinem habentur.* Ea autem *deveria* de quibus loquitur, quæque *Ricis hominibus* præſtabantur, ſunt quædam *perſonalia tributa, ut eſt panis & pullus: & quædam alia quæ ſecundùm diverſas conſuetudines præſtantur à ſingulis domibus annuatim.* In Foris Oſcæ an. 1247. fol. 21 *Villanus de parada tenetur fidejubere pro ſuo domino, quotieſcunque neceſſe fuerit ipſo domino*, &c. Vide Michaëlem *del Molino* in Repertorio in v. *Villanus.*

VILLARE, *Villaris*, Villula, vel viculus decem aut 12. domorum, ſeu familiarum, in Scaligerianis: *Hameau.* Charta Cyliniæ filiæ Deodati uxoris Bajonis Viri Illuſtris an. 7. Childerici Regis, ex Tabul. Flaviniacenſi: *Terras ſcilicet vilares, cum ipſa caſa indominicata, cum omnibus ædificiis*, &c. Stephanus Monachus in Vita S. Rudiſindi Epiſc. Dumienſis n. 5. *Hæc villare fuit hæreditas avorum ſuorum, ſitumque erat in amœna valle.* Charta Caroli C. ex Archivo Gerundenſis Eccleſiæ: *Et*

in pago Biſuldunenſi villam quæ nominatur Baſchara cum ſuis villaribus, &c. Alia ejuſdem Caroli an. 869. *Villulam quæ vocatur Prunetas, cum ſuo villare Domnolina.* Flodoardus lib. 2. Hiſt. Remenſ. cap. 2. *Childebertus etiam Rex villarem quemdam ſitum in Voſago propè fluvium Saroam, tam ipſi quàm Eccleſiæ ſuæ poſſidendum, inſtrumentis adhuc manentibus invenitur tradidiſſe.* Et cap. 5. n. 27. *Ac portionem ſuam de villari quodam cum mancipiis, vineis, pratis, cæteriſque adjacentibus*, &c. Vetus Charta an. 679. ex Tabulario S. Benigni, apud Perardum: *Curtiferis, villaribus, campis*, &c. Alia an. 890. apud eundem: *Donatumque in perpetuum eſſe volo. — id eſt villarem integrum cum caſas indominicatas*, &c. Adde Chartam 62. inter Alamannicas Goldaſti, & alias apud Baldricum in Chronico Camerac. lib. 1. cap. 52. Doubletum in Hiſt. Sandionyſ. pag. 813. Catellum lib. 5. Rerum Occitan. p. 747. 777. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. p. 70. 75. 76. & in Appendice ad Capitul. n. 60. 62. 64. 75. 78. 96. 119. 144.

Villaricellus, in Charta an. 878. ibid. n. 110.

Villarium, non ſemel in Foris Aragonum.

VILLATA, *Villeta*. Adunatio plurium manſionum, ſeu villa major. Fleta lib. 6. cap. 51. *Inter Manſionem, & Villam, & Manerium eſt differentia: quia Manſio eſſe poterit conſtructa ex una domo vel pluribus, & ſic dicitur habitatio una & ſola, cum nulli ſit vicina. Si autem alii manſioni fuerit vicinata, ideo propter hoc erit Villa. Villa verò ex pluribus manſionibus eſt vicinata, & Villeta ex pluribus vicinis: Manerium autem fieri poteſt ex pluribus villis, vel ex una: plures enim villæ eſſe poſſunt in corpore unius manerii, ſicut & una*, &c. Ingulfus pag. 860. *Quod ſi extra prædictos 20. pedes in ripis exterioribus aquarum veſtrarum, aut extra villata, quæ communia vobiſcum vendicant in occidentalibus mariſcis veſtris*, &c. Gervaſius Dorobernenſis an. 1169. *Et Miſſis ſervientibus ſuis per omnes villatas Angliæ faciant jurare omnes illos qui ad Comitatus non fuerunt, quod hæc mandata cum cæteris tenebunt.* Idem ſcriptor an. 1170. *Inquiratur de Vicecomitibus & Ballivis eorum, quid vel quantum acceperint de ſingulis hominibus*, &c. Monaſticum Angl. to. 1. pag. 853. *Extra verò hos terminos, hoc ſive aliarum villatarum facere poterimus*, &c. Mox: *Sic enim Turkillus per Regem Cnud conſtituit, ut nulla villata in alterius mariſco foderet vel falcaret ſine licentia.* Officium Coronatoris: *Statim accedere debet* (Coronator) *& ſtatim mandare 4. villatas vicinas, vel 5. vel 6. quod ſint coram ipſis in tali loco.* Infra: *Appretiare faciant terras, blada & catalla, ſicut ſtatim vendi poſſint, & ſtatim liberentur toti villatæ, ad reſpondendum de prædictis coram Juſtitiariis.* Fleta lib. 1. c. 18. §. 11. *Si aliquid receperit de villatis, in quibus fieri fecit adjurationes.* Adde c. 24. §. 7. Vide *Villa*.

VILLATICUS, Ruſticus, in Legibus Preſbyterorum Northanbrenſium c. 51.

VILLATUS, *m.* Fori Oſcæ ſub Jacobo I. Rege Arag. an. 1247. *Ad conſtructionem & reparationem villæ villatuum, & murorum.* Sed videtur legendum *vallatuum*. Vide Foros Aragon. f. 145. & ſuprà in hac voce.

VILLENAGIUM, Conditio Villani. Glanvilla lib 5. cap. 1. *Placitum eſt quandoque inter aliquos, quando quis trahit alium à libertate in villenagium; vel quando aliquis in villenagio poſitus petit libertatem. Cum quis autem petit alium in villenagio poſitum tanquam nativum ſuum, habebit Breve de nativis Vicecomiti directum*, &c. Cap. 5. *Pluribus autem modis poteſt in libertatem aliquis in villenagio poſitus deduci*, &c. Adde Regiam Majeſtatem lib 2. cap. 11. 12.

Villenagium, præterea definitur *Villanum ſervitium*, id eſt illud quod *Villani* præſtant: interdum circuitus manerii vel feudi, cui villani adſcribuntur. Statuta S. Ludovici: *Si tes vilains achete un fief qui tient de toi franchement, & il lieve & couche en ton vilenage.*

Villenagium denique eſt Tenementum *villani*, vel quod *villano* conceſſum eſt ad excolendum, ſub onere præſtationis, cenſus, & operarum: ita ut qui ejuſmodi tenementum poſſidet, hiſce ſervitutibus obnoxius ſit, ſive *villanus*, ſive *liber*. Nam liberi poſſunt etiam tenere villenagia, nec *ei qui liber eſt, villenagium vel ſervitium quidquam detrahit libertatis*, ait Bracton lib. 1. cap. 6. §. 1. cap. 8. §. 1. Littleton ſect. 172. Britton pag. 165. & alii. Fleta lib. 5. c. 5. §. 18. *Villenagium eſt quod traditur villanis ad excolendum, & terra precariè dimiſſa, quæ tempeſtivè, & pro voluntate domini poterit revocari.* Bracton lib. 1. c. 11. §. 1. ait ſervos ſive nativos appellari *qui tenent villenagia, & per villana ſervitia & incerta, qui — villanas faciunt conſuetudines, & quidquid eis præceptum fuerit.* Charta Edw. III. Regis Angl. *Cum wardis, releviis, & eſcaëtis, nativis & coterellis ſuis, & eorum catallis & ſequelis & tenementis, quæ quondam quidam nativi & coterelli de ipſo tenuerunt in villenagio.* Charta Philippi Aug. Regis Franc. an. 1185. in Hiſt. Vaſtinenſi pag. 707. *Omnes feodi ſervientium cadent & venient ad cenſum in villenagium ea ratione: quod qui domum in feodo habuerat, eam ab Eccleſia Ferrerarium tenebit ad cenſum 5. ſolid. donec aliam in terra habeat unde 5. ſol. reddat. Si autem in terra Eccleſiæ domum jam habet, vel deinceps habuerit, quæ non ſit in feodo, de ea 5 ſolidos reddet, ſicut & alii. Domum verò ſuam de feodo, cum alio feodo ſuo, ad cenſum 12. denar. in villenagio tenebit.* Tabularium Campaniæ an. 1279. *Quos nos tenemus in villenagium, id eſt ad cenſum quidquid habemus ad Triamb. ſicut alii*, &c. Charta Abbatis Graſſenſis in Occitania in Regeſto Carcaſſonenſi fol. 34. *Abbas verò & Conventus qui ſuprà ſumus nominati habebimus in caſtris & villis propriis noſtris villenagia & burgencias, quæ propter hæreſim & faidimentum cadent in commiſſum, ſi à nobis teneantur quicunque dicta Villenagia, ſeu Burgencias, vel partem ex eis tenuerint. Si ſit Miles, Burgenſis, vel alius, habebimus mobilia quæ erunt in villenagio & burgis noſtris & caſtris, & villis propriis noſtris, ſi propter hæreſim vel faidimentum ceciderint in commiſſum.* Charta Abbatis Fiſcanenſis in Tab. Fiſc. f. 37. *Conceſſit Roberto — dimidium villenagium apud Eſtrutevillam tenendum de Eccleſia Fiſcanenſi, faciendo omne jus vel ſervitium quod debetur de dimidio villenagio.* M. Paſtorale Eccl. Pariſienſis lib. 1. c. 15. an. 1263. *Quam domum ipſe Presbyter promiſit bona fide quod ipſe tenebit in vilenagium, & ipſe ſolvet ratione dictæ domus talliam, coſtumas, redhibitiones & alia onera.* Adde lib. 2. ch. 25. 26. 27. 30. 31. 32. ubi de villenagiis agitur, Tabularium Foſſatenſe f. 34. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 148. 493. 554. tomo 2. pag. 138. 139. Hiſtoriam Academiæ Pariſienſis to. 3. pag. 498. &c.

Villenagiorum aliud *purum*, aliud *privilegiatum*. *Villenagium purum* eſt, quod ſic tenetur, quod ille qui tenet in villenagio, ſive liber, ſive ſervus, faciet de villenagio quidquid ei præceptum fuerit, nec ſcire debeat ſero quid facere debeat in craſtino, & ſemper tenebitur ad incerta. Talliari autem poteſt ad voluntatem domini ad plus vel minus, &c.

Villenagium privilegiatum eſt illud quod tenetur à Rege, idque dicitur *ſocagium villanum*. Eorum autem privilegium eſt, quod à gleba amoveri non debent, quamdiu velint, & poſſint facere ſervitium debitum, & hujuſmodi Sockmanni dicuntur *Glebæ adſcriptitii*. Villana autem faciunt ſervitia, ſed determinata. Nec compelli poſſunt contra voluntatem ſuam ad tenenda hujuſmodi tenementa, & ideo dicuntur Liberi. Dare autem non poſſunt tenementa ſua, nec ex cauſa donationis ad alios transferre, non magis quàm Villani puri, & unde ſi transferri debeant, reſtituunt ea domino, vel ballivo, & ſi ipſi ea tradunt aliis in villenagium tenenda. Ita Bracton lib. 4. tract. 1. cap. 28. §. 1. Vide eundem lib. 1. cap. 6. §. 1. cap. 8. §. 2. lib. 2. cap. 6. §. 2. Plura de *Villenagiis* habentur apud Littletonem ſect. 172. & ſequentibus, Brittonem cap. 66. & in Conſuetudine

Marchenſi art. 147. & ſeqq.

Vilania, & *Villania*, idem quod *Villenagium*. Tabularium S. Amantii Inculiſmenſis: *Accepit Guilielmus Gaſtolius de Aibate Joſcelino vilaniam den Vilar de la Croz Bochart, cum hominio.* Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 6. de Munitionib. *De conſuetudine licet Infantionibus regni ſic propriam recipere, & non dare pro aliqua villania, & per conſequens exactionibus regalibus cum peteriis non teneantur contribuere*, &c.

Vilanaticum, *Per vilanaticum tenere*, in Judicato Conſulum Placentinorum an 1153. apud Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccl. Placentin.

VILLICUS. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Villicus, Actor, Exactor villæ penſionum. Inſularius.* Papias ex Iſidoro lib. 9. cap. 4. *Villicus. Diſpenſator vel Gubernator. Propriè villæ eſt Gubernator, unde à villa nomen habet.* Gloſſ. S. Benedicti cap. de Agric. *Villicus*, οἰκονόμος. Gloſſ. Gr. Lat. οἰκονόμος ἐπὶ τῆς κώμης, *Villicus.* S. Hieronymus Epiſt. 151. Quæſt. 6. *Villicus propriè villæ gubernator eſt, unde & à villa Villicus nomen accepit.* οἰκονόμος *autem tam pecuniæ quam frugum & omnium quæ dominus poſſidet, diſpenſator eſt: unde & οἰκονομικὸς Xenophontis pulcherrimus liber eſt, qui non gubernationem villæ, ſed diſpenſationem univerſæ domus, Tullio interprete, ſignificat.* Riculfus Sueſſionenſis Epiſcopus an. 889. c. 15. *Villici, id eſt proviſores villarum.* Paſſim Scriptores Latini veteres, & ex recentioribus Rudolfus Preſbyter in Vita Hrabani Mauri, Will. Malmeſbur. lib. 11. de Geſt. Anglor cap. 2. præterea Lex Wiſigoth. lib. 6. tit 1. §. 1. lib. 9. tit. 1. §. 8. 9. lib. 11. tit. 1. §. 2. Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 120. &c.

Sed poſterioribus ſeculis pro eo accipitur qui vulgò *Major* villæ dicitur, ſeu is ſit ad tempus, ut ſunt *Majores* Scabini in civitatibus: ſive id muneris habeant in prædiis ruſticis ratione feudi. Charta Abbatis de Criſta in Tabul. Campan. Bibl Regiæ fol. 365. *Inſtitutio autem & deſtitutio Villici, id eſt Majoris & omnium ſervientium villæ — erit in diſpoſitione mea.* Lambertus Ardenſis: *Ab antiquo Comitis Walteri tempore, quemdam Villicum, vel Præpoſitum, quem antiquiora tempora Vaſſum ſuum appellant, in terra Ghiſnenſi habebant, qui de omnibus decimis & poſſeſſiunculis, quas in eadem terra poſſidebant, eis ut Villicus ſufficienter reſpondebat*, &c. Charta Adalberonis Epiſcopi Metenſis an. 1065. *Cæterùm teſtati ſunt Abbatis vel Villici mei eſſe arbitrii, ut legitimè & liberè quicquid libuerit, ſine Advocato poſſint placitare de terris, de domibus*, &c. Joannes de Beka an. 1322. *Ex parte ſua Ballivum ſive Villicum deputavit.* Idem in Hereberto Epiſcopo: *Nam antea Pontifices aut per ſeipſos, aut per villicos eadem dominia judicaverunt. Villicus & Scabini Leodienſes*, apud Joan. Hocſemium cap. 10. *Villicus & Scabini de Vilvordia*, in Charta an. 1232. apud Miræum in Donat. Belgic. lib. 1. cap. 99. Atque hac notione paſſim accipitur, in Orig. Murenſis Monaſterii p. 36. in Chronico S. Trudonis lib. 5. p. 395. apud Ægidium Monach. Aureæ vallis cap. 26. Innocentium III. lib. 33. Epiſt. 55. & in Chartis variis adud Meuricium in Hiſt. Epiſcopor. Metenſium pag. 437. 473. Hieron. Vignerium in Stemmate Alſatico pag. 110. 112. 118. 121. 122. Petrum Chifletium in Beatrice Cabilon. pag. 134. 156. 159. 171. Chapeavillum in Hiſt. Leodienſi to. 2. pag. 54. 305. Miræum in Cod. Donat. piar. pag. 310. Ducheſnium in Hiſt. Luxemburg. pag. 28. &c.

Villici Miniſteriales. Charta Conradi Imp. an. 1145. *Villicos Miniſteriales & Scabinos ponere vel deponere poterit Præpoſitus Marſnenſis ſine Advocato. De reditibus S. Remigii per Villicum & Scabinos placitabit Præpoſitus ſine Advocato.*

Curtes Villicales, quæ ſubſunt *Villicis*. Charta Eberhardi Babergenſis Epiſcopi, in Chronico Reicherſperg. an. 1154. *Tres videlicet curtes villicales cum adjacentibus molendinis*, &c.

Villicare. Gloſſæ Lat. MSS. Regiæ: *Villicat, villam agit, vel colligit.* Epiſtola Nicephori Patriarchæ CP. apud Baron. an. 811. n. 31. *Ego autem non eorum qui poſſunt villicare & regere hæc, ſed diſpoſitione & regimine indigentium particeps ſum*, &c.

Villicatura, Munus Villici. Lambertus Ardenſis: *Ghiſnenſis Comes factus Sifridus Villicaturam, ſive Præpoſituram Villico & ſuis reliquit hæredibus, à quibus denuo Ardenſibus uſque in hodiernum diem Villicatura ſive Præpoſitura ſucceſſit dominis.*

Villicatio, eadem notione. Charta Conradi II. Imp. apud Browerum lib. 3. Antiquit. Fuldenſ. cap. 17. *Cui primum in mandatis dedimus, ut omnes villicationes à Laicis reciperet, & per Præpoſitos ſuos, viros honeſtos & religioſos officia diſpenſando diſponeret.* Alia Marcwardi Abbatis Fuld. ibidem cap. 18. *Nec mirum, nam Laïci habebant inter ſe diviſas villicationes, & quod volebant retinebant. Hæc inquam occaſione maxima diſtractio primum facta eſt huic Eccleſiæ. Nam quicunque Laïcorum aliquanto tempore habebat inter manus villicationem hujus Abbatiæ, optimos exinde ſibi excepit manſos, eoſque pro beneficiali jure in ſuos hæreditavit filios, ita ut aliqua villicatio plures amitteret hubas, quàm retineret: & villicatio quæ debebat ſervire in Monaſterio ad 14. dies, vix 7. ſerviret fratribus, & quæ 7. vix tres dies, vel prorſus nihil ſerviret fratribus.* Infra: *Villicationes meas Laicis interdixi, quas ſtatim cum fratribus meis & quibuſdam ruſticis, ſicut mihi ratum & conſultum videbatur, diſpoſui.* Alia Conradi Imp. an. 1114. apud Miræum lib. 2. Donat. Belgic. cap. 4. *Adjicimus quoque, ut ſicut ex ſententia Principum coram nobis judicatum eſt, nullus villicationem in poſſeſſionibus ad eundem locum pertinentibus hæreditario jure teneat vel repetat: ſed Abbas qui pro tempore fuerit, idoneum & fidelem Villicum de familia Monaſterii conſtituat.* Vide Traditiones Fuldenſes lib. 3. tradit. 40.

Villicationes, Præſtationes quæ fiunt Villicis à Tenentibus. Charta Gaufredi Vicecomitis Bituricenſis an. 1012. pro Monaſterio S. Ambroſii Bituricenſi: *Relinquo quoque omnes conſuetudines, videlicet villicationem, ſtabulationem, & ita liberum reddo eundem burgum*, &c. Notitia an. 1190 ex Tabulario Eccl. S. Laudi Andegav. fol. 79. *Cum — molendinis, piſcationibus, ſanguine, villicatione*, &c. Tabularium S. Martini de Campis: *Dedit S. Martino de Campis — villicationem & capturam, & omnem conſuetudinem juſtam & injuſtam, quam habebant in terra de Tullo*, &c.

Villicatio, Prædium ruſticum, noſtris *Ferme*. Marcwardus Abbas Fuldenſis: *Nam Laïci habebant inter ſe diviſas omnes hujus Monaſterii villicationes, & quod volebant retinebant. Nam quicunque Laïcorum aliquanto tempore habebat inter manus villicationem hujus Abbatiæ, optimos exinde ſibi excepit manſos, eoſque pro beneficiali jure in ſuos hæreditavit filios: ita ut aliqua villicatio plures amitteret hubas, quàm retineret*, &c.

Villicaria, idem quod *Viaria*, ſeu *Vicaria*, vulgò *Voirie*. Regeſtum Caſtri Lidi: *Ad Texuam habet Comes Villicariam, ſanguinem, raptum, furtum, incendium.* Occurrit ibi non ſemel. Charta an. 1217. in eodem Regeſto fol. 13. *Et hæc teneat de me cum omni villicaria & cum juſtitia ad ſervitium equorum & armorum ad meas expenſas nec pro rebus prædictis aliud mihi teneatur impendere. Ego autem ipſius augmentum facere cupiens, ipſi pro ſervitio ſuo, honore ſcilicet & amore, augmentavi & conceſſi eidem Fulquero & ſuis hæredibus in homagium prædictam totam Seneſcalliam & Villicariam de Mota Achart*, &c Charta Fulconis Regis Hieroſol. & Comitis Andegav. pro Canonicis S. Laudi: *Quia — Gaufridus, Comes pater meus eiſdem Canonicis dederat terram de Butta Meduane, cum aquis & villicaria, & omnibus conſuetudinibus terræ*, &c. Vide *Major. Viarius. Vicarius.*

VILLOSA, *Villoſus*, *Villuſus*, Pannus τριχωτὸς, Gallis *Velu*; vox Latinis nota. Gloſſæ Lat. Gr. *Villoſum*, μαλλωτόν. Traditiones Fuldenſes lib. 2. tr. 38. *Lecta-*

ria, ſive villoſi, ſive manutergia, ſive camſelli, ſive cujuſcunque ſint veſtimenta linea vel lanea.

Hinc noſtri *Velous* appellarunt pannos laneos, vel potiùs ſericos villoſos, licèt alii, ut Goldaſtus ad S. Valerianum Cimeleneuſem p.105. à *Vellus* deducat. Matth. Paris in Vitis Abbatum S. Albani: *Quemdam pannum villoſum, qui Gallice Velluſe dicitur, — ipſum aſſerens eſſe S. Amphibali Caracallam.* Regula Templariorum cap. 70. *In omni tempore tegmine lineo, id eſt veluſo, fi ut bene licebit.* Necrologium Eccleſiæ Pariſienſis 17. Kl. Julii: *Dedit — duas cappas de cangio viridi, unum pannum ſericum qui vocatur Veluel, & unum manutergium ſericum.* Concilium Senonenſe an. 1320. cap. 4. & an. 1346. cap. 2. *A parte exteriori almutias de cendeto ſeu de veluetto deferre.* Vide Monaſticum Anglic. to. 3. pag. 176. Vulgò *Veloux* appellamus, quam vocem à Græco βύρος deducit Cujacius ad l. 4. de Veſtib. holoveris lib. 11. *Serica enim*, inquit, *dixere βύρσε, ut nunc Galli Verours.* Sed aliud eſt vocis etymon.

Sic porrò vocabant terſoria, ſive lintea villoſa ad tergendos pedes vel manus. Bonifacius Moguntin. Epiſcop. Ep. 3. *Tranſmitto — villoſam ad tergendos pedes Dilectionis veſtræ.* Zacharias PP. Epiſt. 1. ad eundem Bonifac. Epiſc. *Interea munuſcula parva vobis direximus, — id eſt villoſam unam, & argenti & auri tantillum.* Alia ejuſdem Bonifacii, quæ eſt 8. *Villoſam ad tergendos pedes — ſervorum Dei.* Occurrit præterea Epiſt. 74. & 95. Chronicon Fontanellenſe: *Lintea ad manus tergendas villoſa.*

VILLUM, Τὸ οἰνάριον, *Petit vin*, vox à Terentio uſurpata. Petrus Cluniacenſis lib 2. de Miracul. cap. 28. de Carthuſienſibus: *Inde eſt quod pane furfureo ſemper utuntur, vino adeò adaquato, ut meritò magis villum, quàm vinum dicatur.* Utitur ſemel alibi.

VILTRO. Vide *Feltrum.*

VIMARIUM. Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus fol. 52. v. *Et poent prendre la bruiere ſans fauchier en lou ou il a bois. Et poent prendre les arbres arrachieZ & briſieZ ſans vimaire: & ſe vimaire i avient, il n'i ont riens. Vimaires eſt quant l'en puet voir cinq arbres chaieZ tout d'une veue.*

VIMPUM. Charta Philippi Regis Franc. an. 1304. ex 12. Regeſto Chartophylacii Regii n. 195. *Plumbum, ſtamen, ſeu quodcunque metallum, cineres, vimpum, ſeu gravellam vinorum, & quaſcunque merces ſeu mercaturas alias,* &c. Videtur eſſe *vappa* Latinorum.

VINADA, Gall. *Vinade*, in Conſuetudine Marchenſi, dicitur obligatio qua qui poſſidet prædium vallanum, ſeu ſervile, tenetur ſemel in anno, vinum domini cum duobus boum jugis & carro in ejus domum deducere, niſi malit dominus quindecim ſolidos ſibi pro hiſce operis præſtari, art. 138. 139. 140. &c. 192. 450. & in Arvernenſi cap. 25. art 21.

VINAGERIÆ, Ampullæ vinariæ, in quibus vinum reponitur ad ſacrificium, *Burettes.* Kalendarium Eccleſiæ Lemovicenſis 9. Kl. April. apud Labeum to. 2. Biblioth. pag. 760. *Qui decoravit ſanctam Lemovicenſem Eccleſiam de 4. capellis munitis* (f. minutis) *novis, cum paramentis altaris, duobus calicibus, uno argenteo aurato cum armis ſuis, & alio ex auro, cum duabus vinageriis,* &c.

VINAGIUM, *Vinaticum*. Præſtatio certæ vini menſuræ pro vineis, quæ vulgò domino feudi exſolvitur vice cenſus, ut eſt in Conſuetudine Claromontenſi art 121. *Les droits de vinages deuz pour & au lieu de cenſives ſur vignes, ſe doivent paier à bord de cuves, & ne peut tirer le detenteur ſon vin, ſans avoir premierement paié ledit vinage,* &c. Ejuſdem *vinagii* meminit præterea Conſuetudo Remenſis art. 161. & Silvanectenſis art. 263. Charta Gaufredi Comitis Andegavor. pro Abbatia S. Sergii: *Dono ergo — vinagium ex quatuor arpennis vinearum dominicarum.* Alia ejuſdem Comitis in Hiſt. Monaſterii S. Nicolai Andegav. pag. 10. *Perdonavi quoque vinagium omnium vinearum ſuarum, quamdiu ipſi vel Condonati eorum ipſas coluerint.* &c. Charta Gaufridi Andegavorum Comitis an. 1135. ex Archivo Regio: *Notum ſit omnibus — quod Gaufridus Andegaviæ Comes, Fulconis venerabilis Hieroſolymitanorum Regis filius, conceſſit omnibus hominibus Andegaviæ, quod debitores vinagii ſui, unoquoque arpento ſuæ terræ, unde ipſe vinagium habere debebat, & ſolebat per ſingulos annos proxima die poſt feſtum S. Michaelis pro vinagiis ſuis cenſus ei reddant. Quod ſi illa die non reddiderint, proxima die ſequenti & cenſum, & conſuetam vinagii legem perſolvent. Ac ſi nec cenſum nec legem reddere voluerint, Comes de vinea ſive de terra ſuum velle faciet.* Alia ejuſdem Gaufredi Comitis Andegav. an. 1136. pag. 71. *Vinagium omnium vinearum ſuarum, & foragium omnium terrarum ſuarum eidem Eccleſiæ concedo.* Alia an. 1162. in Hiſt. Caſtilionea pag. 26. *Septem modios vini de vinagio meo de Metana ad menſuram Caſtellionis, & illud vinum jure perpetuo poſſidendum concedo.* Alia an. 1209. ibid. pag. 36. *Et ſex modios vini in vinagiis ejuſdem villæ.* Charta Guillelmi Epiſcopi Laudunenſis in 31. Regeſto Tabularii Regii: *Vinagia villarum Lavalli & Novienti, videlicet 80. modios, & 4. ſextaria, & dimidium vini annui reditus.* Charta Beatricis Abbatiſſæ B. Mariæ Sueſſion. an. 1232. pro Communia Aiſiaci: *Sciendum eſt etiam, quod ſi fortè contingat quod homines prædicti velint ſolvere vinagium ſuum in vindemiis, & nos ea capere voluerimus, ipſi debent ea afferre in curiam noſtram apud Aiſiacum, nec tenemur ea recipere ante medium Martium, niſi voluerimus. Neque poſſumus homines compellere ad ea ſolvenda ante medium Martium. Et qui die medii Martii in ſolutione vinagii defecerit, emendaret nobis per 7. ſol. & dimid. monetæ patriæ, & nihilominus reddere teneretur vinagium, & nos vinagii forum apponemus ſecundùm quod conſuevimus. Et ſciendum quod omnia vinagia debent eſſe ab albo vino, ſano, legali, & pagabili.* Libertates conceſſæ à Galchero Comite Regiteſtenſi an. 1255. villis de *Rancourt & Herancourt: Contuli adhuc eiſdem & conceſſi quod quicunque in dictis villis ſub iſta libertate & aſſiſia manſerit, vel venerit, quod ibi remaneat, & qui voluerit, liberè recedat, & de omnibus quæ reliquerit ubicunque gaudeat abſolutè, ita tamen quod duos ſolidos dictos aſſiſia ſolvet, & adhuc ſolvet vinagium, ſicut aliquis extraneus, ſalvo intercurſu, ſi aliquis ſit,* &c. Eadem habentur in Charta Libertatum Maceriarum conceſſ. ab Hugone Comite Regiteſtenſi an. 1233. Vide Alexandrum III. Epiſt. 32. apud Sirmondum, Sammarthanos in Archiepiſcopis Turonenſib. pag. 771. 772. in Epiſcopis Andegav. pag. 125. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 980. &c.

Vinagium, pro *Wionagium*. Vide *Guidaticum.*

Vinagines. Charta Berlaii de Monſterello ex Tabulario Monaſt. Fontis-Evraldi fol. 189. *Scilicet vineas, prata, nemus, cenſus, vinagines, vel quaſdam alias res,* &c. Ita edidit Michaël Coſnierus ad Vitam B. Roberti de Arbreſello pag. 178. ſed vereor ne legendum ſit *vinagia.* Regeſtum Ludovici Regis Siciliæ & Ducis Andegav. fol. 55. *Les vinaiges deſdits lieux qui ſe paient en monſtoiſons.* Tabularium magnum Corbeienſis Monaſterii: *Tout li roage & li forage de ledite ville ſont ſien* (à l'Abbé) *& li vinages, cheſt aſavoir de tous les vins qui ſont amené en ledite ville & vendu.*

VINARIA, in Gloſſ. Gr. Lat. Οἰνὰς, ἡ ἄμπ. Οἰνοφόρος γῆ. *vinifera terra.*

Vinarium, eadem notione in Charta Balduini Comitis Giſnenſis, quæ habetur in Chronico Andrenſi pag. 459. *Præter terram quæ contigua eſt vinario Monachorum.*

VINARIUS, Vinoſus, qui multum vini bibit, οἰνοπότης, ὁ πολὺ πίνων, in Gloſſ. Gr. Lat. Ita uſurpant Lex 4. §. 1. & l. 25. D. de Ædilit. Edict.

Vinarius, qui vina vendit, inſtitor vinarius: οἰνοπώλης, in iiſdem Gloſſis Gr. Lat. Victor Schotti in Gallieno: *Inter hæc ipſe popinas ganeaſque obiens, lenonum ac vinariorum amicitiis hærebat,* &c. Senator lib. 10. Epiſt. 28. *Et ideo arcarios, prorogatores tritici, vini & caſei, macellarios, vinarios, Capitularios horreariorum & ta-*

bernariorum, &c. mentio eſt apud Lampridium, ut *Corporis vinariorum Lugdunenſium* in vet. Inſcript. 466. 7.

Vinarius, Officium Monaſticum, cui vini cura incumbit. Tabularium Cluniacenſe an 1266. *Conventus quoque Vinarium ſibi eligat, & vinis præponat, ut fieri ſolet, per diverſum in officio ſuo duraturum*, &c. Hiſtoria ejuſdem Monaſterii p. 528. *Poteſt autem dictus Abbas officiales ſuos & obedientiarios, excepto Vinario Conventus, inſtituere & deſtituere pro ſua libito voluntatis. Frater Vinarius* dicitur apud Joannem Monachum Bertinianum in Vita S. Bernardi Pœnitentis n. 18. *Cuſtos vini*, apud Bernardum Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 9. ubi de ejus officio hæc habet: *Cuſtos vini eſt qui vinum recipit & cuſtodit, vindemia conſummata, ſicut Granatarius de annona*, &c. Adde Udalricum in iiſdem Conſuet. lib. 3 c. 19.

VINATA Charta Vulgrini Comitis Engoliſmenſis an. 1147. *Ego verò habebam in ipſa curte vinatam, ita quod de ſingulis domibus, in quibus inveniebatur, ſingulis annis ſommam vini habebam, exceptis domibus cimiterii, de quibus inter me & Canonicos querela habebatur.*

VINATARIUS, Inſtitor vinarius. *Marchand de vin, Vinotier.* Charta Ildefonſi Comitis Toloſæ an. 1141. apud Catellum: *Vinatarii ipſius villæ, qui foris ibunt emere vinum, & in hanc villam revendere portabunt*, &c. Vide *Vinator*.

VINATICUM. Vide *Vinagium*.

VINATIO, Gall. *Vinée*: Certa vini quantitas, quam in torculari ſuo percipit dominus feudi ex vindemiis tenentium & hominum ſuorum. Pactum inter Comitiſſam Campan. & Epiſcop. Meldenſem an. 1218. in Tabul. Campan. Bibl. Thuan. f. 276. *Comitiſſa Campaniæ habet juſtitiam in pradello clauſo, ſalva vinatione Epiſcopi, & eo ſalvo quod nullus audet removere vindemiam donec Epiſcopus habuerit vinationem ſuam.*

VINATOR, Vini venditor. Jacob. I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. f. 30. *Vinatores, tabernarii qui emunt vinum per villas & caſtella, & ducunt eum per civitates*, &c. Vide *Vinatarius*.

VINCANUALAGIÆ, *Labiorum abterſiones*, in Gloſſis MSS.

VINCELUNA. Indiculus ſuperſtitionum & paganiarum, in Concilio Liptin. an. 743. *De luna defectione, quod dicunt Vinceluna.* Disjungendæ voces videntur, *Vince Luna*, quia fortè dum Luna deficeret, ſuperſtitioſi clamarent, *Vince Luna*, id eſt non patere te à Sole ſuperari: idque ex veterum ſuperſtitione, qui Lunæ deficienti ac *laboranti* tuendæ tinnitum dabant, ut autor eſt Plutarchus in Æmilio, & Tacitus lib. 1. Annal. Seneca lib. 7. Natural. quæſt. c. 1. &c. quod pridem docuere Criticorum filii. S. Eligius, apud Audoenum in ejus vita lib. 2. c. 15. *Nullus ſi quando Luna obſcuratur, vociferare præſumat*, &c. S. Maximus Taurin. Homil. de defectu Lunæ: *Nam cùm ante dies pleroſque de veſtra avaritia cupiditate pulſaverim, ipſa die circa veſperam, tanta vociferatio populi extitit, ut irreligioſitas ejus penetraret ad cælum. Quod cum requirerem quid ſibi clamor hic velit, dixerunt mihi quod laboranti Lunæ veſtra vociferatio ſubveniret, & defectum ejus ſuis clamoribus adjuvaret.* Huc ſpectant etiam iſta Gregorii III. PP. in Pœnitent. cap. 23. & Bedæ lib. de Remed. peccator. c. 21. *Vel quando Luna obſcuratur, vel clamoribus ſuis, vel maleficiis ſacrilego uſu ſe defenſare poſſe confidunt.* Tunc enim Lunam à Sole impeti credebant. Narrat præterea Delrius in Notis ad Senecæ Hippolytum, Indos etiamnum exiſtimare tum Lunam uſque ad ſanguinis effuſionem flagellari. Vide Oct. Ferrarium in Orig. Ital. v. *Glabiana*

VINCTURA. Galbertus in Vita Caroli Comit. Fland. n. 177. prælium deſcribens: *Ibique dejectus eſt Comes Fridericus, & contra illum vinctus Riquarius ex Woldman in priore vinctura: plures quippe & infinita fiebant in invicem vincturæ: tandem gladiis contendebant.* Sed legendum videtur *junctura*, id eſt commiſſiones in præliis.

VINCULARE, *Ligare*, Joanni de Janua: in vincula conjicere. *Vinculatus, ligatus*, apud Papiam, carceri mancipatus; occurrit apud Martianum Capellam lib. 1. Gregorium M. lib. 3. Epiſt. 31. Thuribium Epiſcopum Aſturicenſem de Libris apocryphis, Venericum Vercellenſem de Unitate Eccleſiæ conſerv. pag. 34. in Lege Wiſigoth. lib. 9. tit. 1. §. 2. in Hiſtoria Cortuſiorum non ſemel, apud Alanum de Planctu naturæ p. 288: & alios.

Vinculata bona, practicis Hiſpanis dicuntur, quæ hypothecæ vel ſubſtitutioni ſubjacent, apud Michaëlem *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. Vide Foros Aragon. lib. 6. tit. *de Rebus vinculatis*, & Obſervantias Regni Aragon. lib. 5. eod. tit.

Vinculatorium, δεσμωτήριον, Carcer, in Vita S. Eutropii c. 12. *Cum ego comprehenſi beatiſſimi viri in vinculatorium ducerentur*, &c.

VINDEMIARII, Vindemiatores, *Vendangeurs*. Occurrit in Vita S. Joan. Epiſc. Tragur.

VINDENATES. Vide *Area*.

VINDICABILE, *Paſſibile*, Papias.

VINDICES, Exactores, exactioni tributorum præpoſiti; qui ea à provincialibus exigebant, & ſingulis civitatibus eo nomine præfecti erant. De his agunt Novellæ Juſtiniani 38. 124. 125. 128. Chronicon Alexand. p. 785. Evagrius lib. 3. cap. 42. Eclog. Baſilic. 58. Cyrillus Scythopolitanus apud Alamannum ad Procopii Arcana pag. 100. 1. edit. &c.

VINDICIUM, Vindicta. Gloſſ. Gr. Lat. MS. ἐκδίκησις, *Defenſio, vindicium, vindicta*: in edito *vendicium*. ἔκδικος, *Defenſor, vindictor*. Eulogius lib. 1. Memorial. Sanctor. *Stimulatør zelo ultionis cohors iniqua gentilium, celeriſque animadverſionis exergit vindicium in obtrectatores ſectæ ſuæ.* Utitur etiam lib. 2. c. 1.

VINDICTA, *In vindictam dari*. Decretio Chlotarii II. Regis c. 10. *Si ſervus ante admonitum dominum defuerit, capitale dominus reſtituat, & de ſervo faciat ceſſionem, & cum inventus fuerit, detur in vindictam.* Id eſt judici tradatur ut pœnam de eo condignam exigat.

VINDRAGIUM. Tabularium Vindocinenſe ch. 204. *Conceſſit etiam Dom. Harduinus, ut poſt obitum Preſbyteri vindragium deveniret in manus Monachorum, & ad votum ſuum quemcumque vellet haberet Preſbyterum.* Et Charta 210. *Preſbyteratum, quod vulgò dicitur Vindragium.* Vide *Vineragium*.

VINEALE, *Biniale*, Ager vineis conſitus, vel plantandis idoneus. Charta an. 1158. in Tabulario Caſaurienſi: *Deinde cannabinam unam cum biniale eidem cannabinæ adjacens.* Alibi, *Vineale* habetur. Alia an. 1163. *Unam petiam de vinea — & unam canapinam, & unum vineale in loco qui dicitur — cum arboribus ſuis.* Charta Odonis Epiſcopi Carnotenſis an. 975. *Dedit ad eundem locum terram vinealem 20. ſolidorum, quæ eſt proxima civitati Carnotinæ.*

VINEARE *campum*, Vineis conſerere, in Pacto an. 1246. inter Thomam Comitem Sabaudiæ & Abbat. Pinarolenſem: *Habeat & planum campum, quem ſimiliter vineare poſſit.*

VINEARII, qui vineas ſervant. Magn. Paſtorale Eccl. Pariſienſ. ch. 21. an. 1159. *Meſſarii autem & vinearii in dicta villa ponentur.*

VINEATICA, vel *Vineatica terra*, Ager vineis conſitus. Tabularium Caſaurienſe: *Omnes ipſas res genitoris noſtri inter cultam & incultam, & ſilvam modiorum centum, & terra quæ eſt vineatica ſolidorum 20. per tremiſſos vites palorum centum.* Alibi: *Et ſunt ipſa res — inter terram cultam & incultam, & vinea & vineatica & ſilva per ſingulas petias exunata inſimul faciunt modiorum quatuor centum.* Vide *Vinagium*.

VINEATOR. Ugutio: *Vinitor, qui vineam cuſtodit, quaſi vineator*, &c. Vide *Vinitor*, & *Vinitarius*. Chronicon Beccenſe an. 1247. *In eodem capitulo elegerunt unanimi conſenſu D. Robertum de Clarobecco, tunc Vineatorem Becci in Francia, — in Abbatem.* Videtur ibi mendum ſubeſſe. An *Viſitatorem*?

Vineragium, Tributum pro vino quod in urbem adducitur. Charta Philippi Regis Franc. an. 1308. ex 2. Regeſto ejuſdem Regis n. 9. in Tabulario Regio: *Item vineragium, cavagium & rotagium quæ habebamus apud Janzi*, &c. *Vientrage* dicitur in Conſuetudine Silvanectenſi art. 125. *Item peut prendre forage, rouage, vientrage, des vins & autres breuvages vendus*, &c. Ubi fortè legendum *vinerage*. Vide *Vindragium*.

Vineratica, eadem notione, ſi bene auguror, in veteri Charta Italica apud Ughellum to. 5. pag. 1538. *Vinum pro vineratica decimata octo*. Perperam enim editum *viveratica*. Sed malim leg. *Vinentica*. Vide in hac voce.

Vineritia. Tabularium S. Remigii Remenſis: *Facit ad pratum dies 3. — facit vineritiam & carrum, aut donat. den. 6.* Alibi: *Et ſolvunt — ad ſubſtratum & materiamen car. 20. de vineritia aut car. 5. aut ſolid. 10.* Polyptychus Floriacenſis: *Solvit unuſquiſque* (manſus) *De hoſtileſo, id eſt pro bove ſolidos 2. & porcos 2. aut ſolid. 4. multones 2. aut ſol. 2. ſolvit inter vinericiam & paſcionem de vino mod. 6.* &c.

Vinerorum, Βανὶς, in Gloſſario Lat. Gr. MS. S. Germani Pariſ. Vas vinarium. Vide *Banca*.

Vinipa. Liber Anniverſariorum Baſilicæ Vaticanæ apud Joannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. p. 545. *Item tria ſuperpellicia de vinipa & cortina*. Puto legendum *vimpa*, pannus ſcilicet lineus ex quo conficiebantur *vimpæ*, ſeu pepla mulierum. Vide *Guimpa*.

Vinyogalarii, Vinearum cuſtodes. Martinus Didacus Daux Juſtitia Aragon. lib. 3. Obſervantiar. tit. Si quadrupes, §. 3. *Vinjogalarii, & meſſegarii tenentur emendare damnum in vineis & meſſibus, ſi ſalarium recipiunt à domino pro meſſegueria, vel vinyogalaria*.

Vinitor, ἀμπελουργός, in Gloſſ. S. Benedicti: *Qui vineam cuſtodit, vel qui calcat uvas, vel qui cuſtodit vinum*. Ita Ugutio, Gallis *Vigneron*. Vox Latinis ſcriptoribus nota. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 48. *Cracina Pictavenſis inſula vocatur, in qua à fiſcalis vinitoris ſervo, Leucadio nomine naſcitur*. Tabular. S. Remigii Remenſis: *Vinea 19. cum totidem vinitoribus, ubi poſſunt colligi de vino mod. 177*. Charta Chrodegangi Epiſcopi Metenſis an. 763. *Similiter donamus in pago Magniſe in villa Pomaria ſortes cum Vinitore, vel illam vineam quam ipſe Vinitor facit*, &c. Vita S. Joann. Epiſc. Tragur. Romæ edita: *Grando ſuperveniens vineas contudit adeo, quod vinitores non uvas, ſed racemos rariſſimos domum referrent*. Charta Philippi Reg. Fr. in M. Paſtorali Eccl. Pariſienſis lib. 19. ch. 79. *Noveritis — apud nos feciſſe querimoniam de vinitoribus vinum de poteſtate Spedona villa per aquam deferentibus, qui rotaticum, quod alii vinitores vinum per terram deferentes reddebant, ad plenum reddere recuſabant*.

Vinna. Vide *Venna*.

Vintenum, Viceſima, quæ Domino feudi competit, cujus jure percipit viceſimam fructuum in terris vaſſallorum, aut ſubditorum, eoque ipſo tenetur caſtrorum & burgorum muros reficere ſuis ſumptibus ad hoſtium incurſus propulſandos. De hoc jure agunt Guido Papæ quæſt. 7. & 372. & v. cl. Dion. Salvagnius Boiſſius in Tract. de Jurib. domin. & uſu feudor. c. 46. 47. 48. Concilium Avenionenſe an. 1279. c. 1. *Cenſus, taſcas, trezena, laudemia, vintena, feuda, leſdas, pedagia*, &c.

Vinum *coctum*. Capitulare de Villis c. 34. *Vinum, acetum, moratum, vinum coctum, garum, ſinapi*, &c. Adde c. 62.

Vinum ſacrificale, quod Miſſæ ſacrificio potiſſimum addictum eſt, in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. pag. 48. *Præterea vinum ſacrificale, quod cuſtodes Monaſterii retroactis temporibus procuraverunt, de communi noſtro cellario volumus recipi*, &c.

Vinum Italicum, i. *forte*. Ita Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſoph. Vide Cælium Aurelian. lib. 4. Chronion c. 3.

Vinum lymphatum, Aqua mixtum, dilutum, in Conſtitut. Siculis lib 3. c.

Vinum protropum, Cælio Aureliano lib. 2. Chron. c. 7. eſt vinum ſponte defluens, antequam uva calcetur; muſtum.

Vinum tolticium, quod domino in cenſum præſtatur. Tabularium Eccleſiæ Gratianopolitanæ ſub Hugone Epiſcopo fol. 23. *Dono Domino Deo & Eccleſiæ Gratianopolitanæ & Hugoni Epiſcopo 4. ſextarios de vino tolticio, quos in vinea Epiſcopi, quam emit de Petro Aldiardo, per unum quemque annum ſolitus eram accipere*.

Vinum tortivum. Cælius Aurelian. lib. 2. Acut. c. ult. *Cum vino ultimæ expreſſionis, hydatodem Græci vocant, nos abuſive tortivum*.

Vinum viride, acerbum ex viridi uva expreſſum, quomodo *vin verd* dicimus. Utitur Nangius in Chronico an. 1258. De Vinis variis vide Onomaſtic. Brunsfeldii.

Viola. Vide *Vidula*.

Violarium, Cenſus, Hiſpanis; *Violaria* apud Joannem Dametum in Hiſt. Regni Balearici pag. 87. Curia generalis celebrata in villa Montiſſoni an. 1289. ſub Alphonſo Rege Arag. MS. cap. *Quod donationes factæ officialibus Regis per Monaſterium vel alias perſonas ſunt revocatæ: Illud idem ordinamus ſuper violariis iis aſſignatis exiſtentibus officialibus*. Curia ſecunda generalis Celebrata Barcinone à Jacobo II. Rege Aragon. an. 1299. MS. *Item quod aliquod officium prædictorum officiorum non donemus amodo in perpetuum, vel ad violarium, vel ad certum tempus*. Curia an. 1333. celebrata ab Alfonſo Rege in villa Montiſalbi: *Item quod officiales ad violarium tenentur aſſecurare de triennio in triennium*. Capitis ſequentis titulus ſic concipitur: *Quod fiat inquiſitio contra officiales qui habent officium ad inperpetuum, vel ad tempus*. In ipſo textu, *ad inperpetuum, vel ad violarium*. Curia celebrata in villa Montiſſoni an. 1363. *Iſtam taxationem cenſualium, mortuorum, & violariorum in inſtrumentis quæ fiunt de ſententiis tam judicialibus quàm arbitralibus*, &c. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 5. tit. de Jure dotium, §. 10. *Si aliquid datum fuerit ad violarium viro & uxori ad tempus, altero conjugum mortuo, ſuperſtes non debet in illo violario, in quantum tangit partem mortui viduitatem tenere, ſed tranſit ad hæredes mortui*, &c. Vide Repertorium Michaëlis *del Molino* in v. *violarium*. Alias,

Violarium, Latinis dicitur hortus, ſeu locus violis conſitus. Sedulius lib. 1. Paſchalis operis cap. 20. *Dum—lilia nimio decore molliſſima rubus aſper exurat, aut per violaria florentia campi purpurea, carduus & ſpinoſis armatus aculeis Paliurus exurat*. Fortunat. l. 4. de Vita S. Martini:

> *Ungue recide roſas, & per violaria curre.*

Occurrit apud Invencum, & alios.

Violatos, pro *Violaceus*, noſtris *violet*. Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. pag. 1275. *Cappa de xamito violato*.

Violens, pro *Violentus*, uſurpavit Saxo Grammaticus lib. 5. *Violenſque amplexuum uſus extabat*.

Vipida. Pactus Legis Salicæ tit. 44. §. 3. *Si quis hominem in puteum, aut in vipida jactaverit, & vivus exinde exiverit*, &c. Ubi Lex Salica tit. 43. §. 10. habet *in pelagus*. Idem Pactus §. 13. *Simili modo qui hominem in pelagus impinxerit, & exinde evaſerit*. Unde liquet *vipidam* hoc loco ſonare *pelagus*, ſeu aquæ gurgitem, uti hanc vocem uſurpari docuimus: qui Taxandris *wimpel*, vortex; ſicut, inquit Wendelinus, nomina indita duobus fluminibus circa Liram in Brabantia, *wimpe*, & *wimpede*, quod ſint vorticoſa & periculoſiſſima.

Vira, Uxor. Formula 37. ex Baluzianis: *Dum omnipotens Deus conceſſit jugale conſortium, & tale permiſſum dedit ei in omnibus, ut unuſquiſque cum vira ſua nubat juxta conſuetudinem anteriorum Chriſtianorum*, &c.

Virago. Ælfricus in Gloſſ. Saxon. *Virago*, ceopl-ꝼꞇꞃanᵹ ꝼœmne; id eſt *maſcula fortis virgo*. Julius Firmicus lib. 3. c. 6. *Eunuchos faciet mulieresque viragines, & quæ ſe nunquam virili coitu conjungant, vel ſi ſe aliquando viro conjunxerint, nunquam concepturas, vel partum*

tum editurus. Octavius Horatianus lib. 4. Rer. medicar. pag. 110. *Sic denique ſi prior feminini curſus in vaſculis concedat, maſculi ex eo naſcuntur ſuperveniente ſimilis ſemine. Si verò anteceſſerit virile ſemen, & in vaſculis ceciderit, prius superveniente feminco ſemine, femina naſcuntur. Hinc eſt rationi conſentaneum quod virili ſemine puella naſcantur: ex femineo ſemine pueri naſcantur. Si itaque utrorumque ſemen permixtum, obviando ſibi in vaſculorum cavitatem ceciderit, hos viragines appellamus.* Ingulfus, de filiabus Ethelſtani Regis Angliæ p. 878. *Vadunt ad littera cum Cancellario quatuor viragines, quæ caſtitatis honore Dianam vincebant, & corporali pulchritudine etiam Helenam ſuperabant.*

VIRARE. Lex Alamannor. c. 84. *Et ponat ſignum ubi iſte voluerit, & ubi ille alius voluerit terminum, & virent ipſam contentionem.* Ita aliquot codd. præferre monet St. Baluzius, ubi aliæ *girent* habent. Alius vero pro *contentionem*, præfert terram. Ita *girare*, vel *virare contentionem*, eſt agrum, de quo lis, eſt inſpicere cum judicibus. *Virer* porrò noſtris idem ſonat quod *girare*. Vide *Viſio*.

VIRATUS, *Virilis, fortis, vel viro honoratus. Unde Johannes Chryſoſtomus, mulier virata non facilè decipitur.* Ita Ugutio. Eccleſiaſtic. c. 28. 16. *Lingua tertia mulieres viratas ejecit*, &c. Edit. Gr. γυναῖκας ἀνδρείας. Ubi Mamotrectus; *viratas, id eſt viriles, vel viratas de fide thori, vel viratas, viro herentes ſemper.*

VIREDO. Will. Brito lib. 10. Philipp.

Tot latera ambiti livere viredine ferri.

VIRENTIA, Virens herba, ramalia virentia, quibus in publicis feſtis ſternuntur plateæ. Vita S. Leodegarii c. 8. apud Ducheſnium to. 1. Hiſt. Francor. *Lætatur Eccleſia de præſentia paſtoris redeviva, plateæ exornantur virentiis, aptant Diaconi cereos*, &c.

VIRGA, lingua Gallica, purpuram ſonat, inquit Servius ad illud Virgilii lib. 8. Æneid. *Virgatis lucent ſagulis.* Id eſt *purpureis*.

Virga, Veretrum. Lex Longob. lib. 1. tit. 7. §. 18. *Si virgam abſciderit*, &c. Vide *Veſtis*.

Virga, Baculus Epiſcopalis, vel Abbatis. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 78. de Epiſcopis: *Dicentes, nil aliud ſupereſſe, niſi ut ſublatis virgis & annulis, deſervirent Monachis.* Cap. 27. *Virgam & annulum ei juxta morem antiquum confirmans. Abbatiam per virgam concedere*, in Charta an. 1120. to. 8. Spicilegii Acheriani pag. 172.

Virga alba, Pacis ſymbolum. Britton in Legib. Angl. c. 53. *Si comme par ſimple diſſeiſine faite de jour ſanns force & armes, ove une blaunche verge en ſigne de peas.*

Virga conſecrata. Gregorius Turon. lib. 7. cap. 32. & ex eo Aimoinus lib. 3. Hiſt. Fr. c. 68. *Poſt hæc miſit iterum Gundobaldus duos Legatos ad Regem cum virgis conſecratis, juxta ritum Francorum, ut ſcilicet non contingerentur, ſed expoſita legatione cum reſponſo reverterentur.* Valerius Flaccus lib. 4.

Ille virum ut contra venientem, umbrataque vidit
Tempora Parrhaſio patris de more galero,
Paciferaque manu nequicquam inſignia virga.

Virgam ferream per medium linguæ portare, pœna blaſphemantium apud Catalanos. Curia generalis Catalaniæ in Villa Montiſſoni an. 1363. MS. *Qui verba nefandiſſima Deum omnipotentem, ac B. Mariam Virginem & ejus virginitatem tangentia, Sanctos & Sanctas Dei, protulerit, ſi ex propoſito dixerit, ſine ſpe aliqua veniæ moriatur. Si in ludo, rixa, vel cum ira, vel caſu protulerit, portando per medium linguæ unam virgam ferream, fuſtigetur.*

Virga minuta. Vide *Flagellatio*.

Virga Regalis. Vide *Baculus*.

Virga, vel *Virgata regia*. Diſtrictus Seneſcalli Hoſpitii Regis Angliæ, cui in ſignum juriſdictionis commiſſa eſt *Virga* coram Rege deferenda, ut olim *Curopalata*, qui idem ferè muneris obibat apud Impp. Byzantinos: is enim *aurea virga decoratus inter obſequia numeroſa ante pedes regios primus incedebat*, ut autor eſt Senator lib. 7. Form. 5. Quæ quidem Curopalatæ virga χρυσῆ ῥάβδος ἀεὶ προχωρῶν ἀνάκτων dicitur Paulo Silentiario in Deſcript. S. Sophiæ part. 2. v. 126. Fleta l. 2. c. 2. §. 2. *Seneſcalli Hoſpitii Regis intereſt de omnibus actionibus contra pacem Regis infra metas Hoſpitii continentes duodecim leucas in circuitu Regis, ubicumque fuerit in Anglia, quod quidem ſpatium dicitur Virgata regia.* Cap. 2. §. 2. *Dicitur virga, quæ ſequitur Regem ubicumque fuerit in Anglia, ſpatium continens 12. leucarum.* Adde lib. 2. c. 61. §. 7. 8. De hac *virgata* agunt etiam Leges Malcolmi II. Regis Scotiæ c. 6. §. 3. *Omnes tranſgreſſiones ſub virga Mareſcalli D. Regis (videlicet infra 12. leucas) debent determinari in Curia Regis coram prædictis Mareſcallo & Conſtabulario. La verge*, nudè, in in articulis ſuper cartas editis an. 28. Edw. I. cap 3. & apud Brittonum pag. 1. 8. 9. 69. 75. 76. &c. Apud Francos, *Curia Regia* decem leucarum quaquaverſum eſſe intelligitur, à loco ubi Princeps ipſe moratur: uti Edicto Franciſci I. menſ. Jun. an. 1544. ſtatuitur, quod à Miramontio deſcribitur in Præpoſito Hoſpitii pag. 239.

Virga terræ, Modus, ſeu menſura agri, ȝẏꞃꝺ-lanꝺ; *virga terra*, Anglo-Saxonibus. Donationes factæ Eccl. Saliſburgenſi c. 13. *Dedit de proprio in ſalinis ſuis, in harena virgas VI. quæ virga habebat pedes XXVI. & dimidium, hoc eſt in orientali parte ipſius harenæ.* Liber Rameſienſis ch. 297. *Dedit 13. virgas de terra in Indingeworth, & unam virgam in Slepe.* Occurrit apud Ingulfum pag. 909. Ordericum Vital. lib. 5. pag. 602. in eodem Monaſtico Angl c. to. 1. pag. 280. 313. to 2. p. 8. 91. &c. Nomenclaturæ rationem fortè attigere Acta Murenſis Monaſterii pag. 45. *Quantum enim hereditatis unuſquiſque poſſidet, tantum dat & cenſus: & quantum cenſus dat, & arat, & ſecat fœnum, & metit ſeritque; & pullos dat & lini reſticulas. Cum autem debent arare, cum virga metitur eis quæ & manſi ſolent metiri. Et ipſa virga ſignata eſt ſecundum uniuſcujuſque rationem, & ubicunque ſignum occurrerit, ibi parvum lignum figitur in terra, & ipſi tamen in prima ſciſſura & ſeminatione arant.*

Virgata terræ, idem quod *virga terræ*, tantum agri quantum *virga* continet. Leges Inæ cap. 66. *Si quis virgatam terræ à domino mercede conductam araverit*, &c. Chronicon Monaſterii de Bello: *8. virgæ unam hidam faciunt: wiſta verò 4. virgatis conſtat.* Infra: *Dividitur leuga per wiſtas, quæ aliis in locis Virgatæ dicuntur.* Ita ferè Monaſticum Anglicanum to 1. pag. 313. Vetus Codex: *Virgata terræ continet 24. acras, & 4. virgatæ conſtituunt unam hidam*, &c. Alius Codex: *10. acræ terræ faciunt ſecundùm antiquam conſuetudinem unam ferdellam, & 4. ferdellæ faciunt virgatam.* &c. Sic quantitas varia eſt pro locorum varietate. Vide Dugdalum in Antiquit. Warwicenſ. pag. 665.

Virga decima hæreditatis, quæ fiſco Regis debetur, cùm de hæreditate inter hæredes controverſia eſt, & ad eam componendam Rex Miſſum ſuum tranſmittit, in Capitul. 2. an. 813. c. 7.

Virga, quam præferunt *Servientes* coram Juſtitiariis, in Statuto Weſtmonaſt. 2. cap. 46. 48. V. *Virgatores*.

Virga. Speculum Saxonicum lib. 3. artic. 45. §. 14. *Una virga & una forpex emenda illorum eſt, qui furando aut ſpoliando juri derogant ſuo.*

VIRGAREA, *Virgaſtra*, Virgetum. Vetus Charta exarata circa an. 993. apud Ughellum in Archiepiſcop. Florentinis to. 3. pag. 47. *Terris & vineis, ſilvis, virgaſtris, pratis, paſcuis*, &c. In alia verò pag 51. *ſilvis, olivetis, virgareis, pratis*, &c. habetur, ut & in Charta Grimoaldi Piſani Epiſcopi ibid. pag. 404.

VIRGARIUS, *Lictor*, ῥαβδοῦχος, in Gloſſ. Gr. Lat. Extat in Foris Aragon. lib. 1. p. 36. titulus *de Virgariis Curiæ Juſtitiæ Aragonum*, ubi *Vergueros* dicuntur.

VIRGATUS, Italis, *Vergato, panno, o veſtimento diviſato di più colori*, pannus virgis quibuſdam in longum vel in latum varia ſerie & colore porrectus diſtinctus, uti *virgata* Gal-

lorum *ſagula*, apud Virgilium lib. 8. interpretatur Turnebus lib. 2. Adverſ. cap. 4. Gloſſæ Gr. Lat. ῥαβδωτὸς, *virgeus*. Statuta Innocentii IV. PP. pro reformatione Nigri ordinis: *Non adoleſcentes, non nobiles, non conſanguineos, nec indutos veſtibus virgatis, aut argenteis nodulis ornatis, vel partitis, vel viridibus, aut rubeis*, &c. Concilium Palentinum an. 1388. c. 3. *Veſtem ſuperiorem non virgatam, aut bipartitam*, &c. *Veſtito di vergato*, apud Scriptores Italos laudatos à Pergamino.

VIRGATORES, qui Anglis *Servientes ad arma*, qui virgas argenteas deauratas deferunt ante Regem, ut eſt apud Watſium. Matth. Paris an. 1249. *Quidam verò de ipſa civitate tunc præſentes, dum regis Virgatores populum ibidem propter rei novitatem congregatum & compreſſum retroire cogerent*, &c. Fleta lib. 2. c. 1. §. 15. *Sunt quædam injuria quæ reſtitutionem in triplo inducunt damnorum, ſicut — de Virgatoribus injuſtum feodum capientibus*. Cap. 38. *In eadem Curia (Regis) ſunt Virgatores populum gravantes, gravia feoda petentes*. Vide *Servientes ad arma*. Vox *virgatores* occurrit apud Plautum in Aſinaria, pro iis qui *virgis* cædunt.

VIRGINARE, Παρθενεύω, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. perperam in edito, παρθενεύω, *Vigrino*. Ugutio: *Virginare, fricare, & facere quæ poſſunt fieri ſalva virginitate*.

VIRGINULA, Παρθενικάριον, in Gloſſ. Gr. Lat. ubi edit. *Vigrinula*, ut in voce παρθενεύω, *vigrino*: ſed in cod. MS. eſt *virgino*, uti monuimus.

VIRGO, de femina conjugata. Encomium Emmæ Reginæ pag. 172. de eadem Emma Ricardi I. Ducis Normanniæ filia, Ethelredi Regis Angliæ vidua, à Cnutone Danorum in Anglia Rege in uxorem expetita: *Placuit ergo Regi verbum virginis, & jusjurando facto virgini placuit voluntas Regis. Et ſic, Deo gratias, Domina Emma mulierum nobiliſſima fit conjux Regis fortiſſimi Cnutonis*. Henricus Roſla in Herlingſberga:

—— Inter quas virgo coronam
Regalem capite demiſit, ſeque profudit
Regnantis pedibus: quod non tulit ipſa, ſed alto
Exſiliens ſolio, nam mater erat ſua, blando
Suſtinet afflatu, &c

VIRGULTA, Modus agri. Monaſticum Anglican. to. 1. pag. 760. *Dedit prædicta Eccleſia — unam virgultam terræ in manerio de Cumptone*, &c. Fortè pro *virgata*. Vide in hac voce.

VIRIDE, inquit Watſius, in Legibus Foreſtarum, intelligitur quidquid frondes fert, aut folia viridia, unde paſcantur, aut ubi tegantur cervi & damæ. Vide Skeneum de Verbor. ſignificat. v. *Verd*. Capitula placitorum Coronæ Regis apud Hovedenum pag. 784. *Item præcipit quod in quolibet Comitatu, in quo venationem habet, ponantur 12. Milites ad cuſtodiendam venationem ſuam, & viride, in foreſtis ſuis*. Infra: *Qui autem forisfecerit in foreſta Regis de viridi, ſive per culpaturam, ſive per eſbrancaturam, ſive per foditionem turvarum*, &c. Inquiſitio de forisfacturis foreſtarum: *Inquiratur etiam qui fecerint vel facere conſueverint vaſtum vel deſtructionem de viridi vel de venatione in foreſta*, &c. Statutum Edwardi III. an. 1. c. 9. *Des treſpaſſes faits en nos foreſtes de vert & de veneſon*. Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. to. 3. pag. 1142.

Viride & ſiccum. Tabularium S. Crucis Talemundenſis fol. 3. *Adauxi etiam — Monachis — de ſilva Orbiſteris de viridi, & de ſicco, ad omnia neceſſaria officiorum, ædificiorum, videlicet ad Eccleſiam, ad clauſtra facienda, atque recuperanda cum deciderint*, &c.

Viridarius, Officialis in foreſtis, qui foreſtario ſubeſt, Gallis *Verdier*, Anglis *Verder*. Is autem *viridis*, ſeu ſilvæ cæduæ curam habet, ut & juriſdictionem in forisfacturis foreſtarum uſque ad mulctam 60. ſolid. Huic ſubſunt *ſervientes*, & *cuſtodes* foreſtarum, *les Sergeans & Gardes de bois*. Cognoſcit etiam de mulctis conſuetudinariis, & ab ejus judiciis appellatur ad Magiſtrum Aquarum & Foreſtarum. *Viridarii* verò ferè ſemper cum *Foreſtariis* junguntur, ut qui cum eo Foreſtas curent, in Charta Joan. Reg. Angl. de Libertat. Foreſtæ, in Legibus Foreſtarum Scoticar. cap. 11. §. 5. apud Rogerum Hovedenum pag. 784. 785. in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 402. 849. 863. in Additament. ad Matth. Paris p. 130. &c.

VIRIDE, vel *Viridis*, Pellis *varia*, de qua in *Varius*. Bractonus lib. 3. tract. de Corona c. 26. §. 1. *Abſtulit ei — unam robam de viridi talis pretii*, &c. Ita *Viridis pannus*, pro *varius*, ſeu *pellis varia*, in Rotulo an. 1267. ex Camera Comput. Pariſ. *Pro ſcallatis, tiretana Perſa, & panno viridi ad coopertoria*, &c.

Viridis, etiam color olim in pretio habitus. Statuta Innocentii IV. PP. pro reformatione Nigri ordinis: *Non adoleſcentes, non nobiles, non conſanguineos, nec indutos veſtibus virgatis, vel partitis, vel viridibus, aut rubeis*. &c. Adde Concil. Avenionenſe an. 1209. cap. 18. Monſpelienſe an. 1214. c. 3. Lateranenſe IV. c. 16. Synodum Wigorn. an. 1240. c. 21. Conſtitutiones Nicoſienſes c. 8. Synodum Exonienſem an. 1287. c. 17.

VIRIDIARIUM, *Viridigarium*, pro *Viridarium*, qua voce uſus Suetonius. Jo. de Janua: *Viridarium, locus ubi ſunt viridia*. Gloſſ. Gr. Lat. ἀλσών, *viridarium*. *Verger* noſtris: Italis, *Verzario: Bergée*, in Foris Beneharn. tit. 1. art. 20. Gloſſ. Gr. Lat. MS. ἀλσών, *Viridiarium*. Editum habet *Viridarium*. Aliud Gloſſ. MS. ἄλσος, *viridarium*. Leo Oſt. lib. 2. c. 26. *Viridiarium etiam, quod eſt ad Pontem Caſulini*. *Virdarium* etiam aliquoties legi in Pandectis Florentinis obſervat Cujacius ad Ulpian. tit. 6. unde inquit, & *viridiarium* alii deduxere. *Viridarium* habent plerique. Vita B. Heldradi Abbat. Novalicenſis n. 2. *Compoſuit pulcherrimum ibidem viridarium, ex quo cuncti venientes habere poſſint edulium*. Charta an. 1246. *Laudamus vobis D. Henrico Siſtaricenſi Epiſcopo totum viridarium, ſive hortum ſanctæ Siſtaricenſis Eccleſiæ*. Chron. S. Trudonis lib. 10. *Sunt & atria & porticus ante has utraſque cameras, & viridarium ſpatioſum & delectabile hoſpitibus cum pluribus lignis diverſos fructus ferentibus*. Vide Hildebertum Cenoman. in Vita S. Hugonis Abb. Cluniac. Albertum Aqu. lib. 3. cap. 15. &c.

Viridigarium, eadem notione. Formulæ veteres Lindenbrogii n. 79. *Cum — vineis arpennorum quatuor, viridigariis, ſilvis, pratis*, &c. Ubi perperam putavit vir doctus eſſe adjectivum ſilvæ, cùm diſtingui verba debeant. Tabularium S. Cypriani Pictavenſ. *Cum terris, manſionibus, curtiferis, ortilis, viridigariis, vineis, pratis*, &c. Occurrit præterea in Charta Fulconis Comit. Andeg. an. 1033. & aliis non ſemel.

Viridiarium, Cœmeterium Monaſterii pro Monachis. Tabularium Prioratus de Dominaun Delphinatu: *Eo tenore ut eos in ſua reciperent ſocietate, & ſi ad exitum vitæ ad tantam egeſtatem devenerint, ut quod tribuant non habuerint, pro hoc dono in viridiario eos ſepeliant*. Alibi: *Et ut Monachi ſepeliri nos dimittant in viridario ſuo*. Vide *Pratum*.

Viridium, *locus viriditate plenus*. Jo. de Janua.

VIRILITER, *Pro virili parte*, κατὰ κάρος. ἢ κάρα, uti efferunt JC. Andreas Suenonis Archiep. Lundenſis lib. 2. Legum Scaniæ c. 1. *Deficientibus primi gradus liberis, admittuntur neptes & nepotes non viriliter, ſed in ſtirpes*, &c. Lib 3. c. 6. *Inter novercam & ipſos pro virilibus portionibus dividatur*.

VIRIOSUS, *Viroſus*. Gloſſ. Gr. Lat. MS. ἀνδρῶος, *Fortis, virilis, virioſus*. Quæ vox poſtrema deeſt in edito. Jo. de Janua: *Viroſus, à vires dicitur, viribus plenus*.

VIRISSARE, *Viriliter agere, vel viriliter ſuperare*. Idem Jo. de Janua.

VIRIPOTENTES, Feminæ nubiles, quibus nubere licuit, dicuntur in Synodo Romana an. 826. c. 29. *Feminæ verò quæ habitum religioſum aut velamen obtentu religioſitatis ſuſceperunt, cùm eſſent viripotentes, deinceps viro ſociari non permittantur, ſed eligentes Monaſteria regulariter vivant, aut in domibus ſuſceptum habitum castè obſervent*.

VIRITEUM, *genus potionis*, Papiæ, apud Ægyptios ſcilicet vel Alexandrinos, cujus meminit Gregorius M. lib. 6. Epiſt. 37. apud quem *Juritheum* editum, (locum vide in *Cognidium*) illud fortè de quo S. Hieronymus de Vita Clericorum, cùm *palmarum fructus exprimuntur in liquorem, coctiſque frugibus aqua pinguior coloratur.*

VIRLINGOSUS, Loquax. Andreas Aulæ Regiæ Capellanus in Amatoriis: *De mulieribus virlingoſis. Eſt etiam omnis femina virlingoſa, quia nulla eſt quæ novit ſuam compeſcere linguam*, &c. Vox fortè formata ex Pſalmo 139. *Vir linguoſus non dirigetur*, &c.

VIRO, Baro, tamquam à *vir* deducatur vocabulum ipſum *Baro*. Occurrit in Charta Sancii Willelmi Vaſconiæ Comitis pro fundatione Monaſterii S. Petri Generenſis apud Marcam in Hiſt. Benearn. Vide *Varo*.

VIROSUS, Potens, fortis, ἀνδρεῖος. Fridegodus in Vita S. Wulfridi c. 50.

Suſcepit vacuas Ædwilf viroſus habenas.

Aliàs *Viroſus*, γυναιμανὴς ſonat.

VIRSCARA. Conſuetudines Arkenſes an. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Qui virſcaram bannitam pugnando, vel pugnare volendo, temere perturbaverit, tres libras emendabit.*

VIRTUS, Vis, violentia. Iſo Magiſter in Gloſſis: *Vigor, virtus.* Alibi: *Vim, virtutem.* Pactus Legis Salicæ tit. 35. §. 5. *Si quis ligatum per ſuperbiam aut per — virtutem à Gravione tulerit, — vitam ſuam redimat.* Ubi Lex Salica tit. 34. §. 5. *Si quis hominem noxium ligatum per vim tulerit Grafioni.* Eadem Lex Salica tit. 14. §. 15. *Si quis cum ingenua puella per virtutem mœchatus fuerit.* Lex Alamann. lib. 5. §. 2. *Si verò per virtutem hoc raptor de Eccleſia abſtulerit*, &c. § 5. *Nam ſi per virtutem ſervus hoc fecerit*, &c. Edictum Clotarii II. Regis in Synodo Pariſienſi V. de puellis Deo ſacratis: *Quicumque aut per virtutem, aut per quemlibet ordinem ipſas detrahere, aut ſibi in conjugium præſumpſerit ſociare*, &c. Annales Francorum an. 758. *Pipinus Rex in Saxoniam ibat, & firmitates Saxonum per virtutem introivit*, &c. Adde Capitul. 3. an. 810. c. 3. Legem Longob. lib. 1. tit. 17. §. 4. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 101. § 17. Leges Luitprandi tit. 26. §. 6. tit. 105. §. 1. tit. 110. §. 1. &c.

Virtuoſus. Qui viribus pollet, in Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. *Ut Colaphizaretur — duntaxat uno illo virtuoſi hominis.*

Virtus, Miraculum. Matthæus 14. *Ipſe ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.* Marc. 6. *Et non poterat ibi virtutem ullam facere, niſi paucos infirmos, impoſitis manibus, curavit.* Hiſt. S. Apollinaris Mart. *Faciens multas virtutes in nomine Jeſu Chriſti.* Marcellini & Fauſtini Libellus precum p. 73. *Per quem & divinas virtutes operatus eſt non ſolùm in Sardinia, ſed in ipſis quoque quatuor exiliis: uſque adeo ut eum adverſarii magnum dicerent, cum Apoſtolicas per eum virtutes fieri negare non poſſent.* Pag 74. *Et in nomine Chriſti ſit virtutes operatus.* S. Hieronymus Epiſt. 84. *Viri Apoſtolicorum ſignorum atque virtutum.* Einhardus de Miraculis SS. Martyrum Marcellini & Petri lib. 4. cap. 8. *Nihil, inquit, modò apud aulicos tam celebre eſt, quam ſigna & virtutes quæ fiunt in domo Einhardi per quoſdam Sanctos, quorum reliquias in oratorio domus ſuæ habere dicitur.* Adde cap. 9. Leo Oſt. lib. 2. cap. 78. *Multis poſt mortem virtutibus claruit.*

Virtutes, Angeli, ex ſecundo Angelicæ hierarchiæ gradu, quorum eſt ea procurare omnia quæ ad religionem ſpectant in communi, *per quos ſigna & miracula fiunt in mundo*, inquit Rhabanus lib. 1. de Univ. c. 5. & ex eo Papias. *Ineſt etiam in eo nomine quædam fortitudo dans efficaciam inferioribus ſpiritibus ad exequenda divina miniſteria*, ait S. Thomas 1. p. q. 108. Iſidorus lib. 7. Orig. c. 5. *Virtutes, Angelica quædam miniſteria perhibentur, per quæ ſigna & miracula in mundo fiunt, propter quod & virtutes dicuntur.* S. Hieronymus Epiſt. 17. *Denique etiam Joſephus — aſſerere illo tempore quo crucifixus eſt Dominus, ex adytis templi Virtutum cæleſtium erupiſſe voces dicentium*, &c.

Virtutes, pro Reliquiis Sanctorum. Formula 174. apud Lindenbrogium: *Et aliud de iſta cauſa in nullo non redebeo, niſi in juſto & idoneo ſacramento per hunc locum & Deum altiſſimum, & Virtutes ſancti illius.* Tabularium Carrofenſe, apud Beſlium pag. 156. *Quo dedicato, cœpit conqueri Imperator cum Domno Apoſtolico & Duce Rogerio de virtutibus Sanctorum*, &c. Occurrit rurſum infra. Charta Hiſpanica æræ 905. apud Martinezium in Hiſt. Pinnatenſi lib. 1. cap. 21. *Eccleſia — ubi ſunt recondita virtutes præfati Apoſtoli, & B. Andreæ fratris ejus*, &c.

VIRTUTIGENA, Cui eſt ingenita virtus. Glaber Rodulfus in Vita S. Guillel. Abb. Divion. in Præfat. *Ideo communem fidelium virtutigenûm obſervamus charitatem*, &c.

VIRULE, *Venenum*, Papiæ, ex voce *virus*.

VIS *magna, & parva*, ſeu *Ad magnam vim & parvam*: Formula quæ crebro reperitur in Chartis, quæ agunt de *feudis* vel *Caſtellis reddibilibus*, id eſt quæ vaſſalli reddere domino ſuperiori tenebantur, ſeu is vellet ea ingredi cum mediocri comitatu, *ad parvam vim*: ſeu cum majori comitatu, *ad magnam vim*, uti has voces intelligi debere pluribus docuimus in Diſſertat. 30. ad Joinvillam pag. 352. 353.

VISANTUS, *Viſantens*. Vide *Byzantius*.

VISCARIUS, qui viſco oves captat, ἰξευτής, *aucupator, auceps*, in Gloſſ. Gr. Lat. Ibid. ἰξεύω, *viſco, aucupor*, ἰξός, *viſcum, & viſcus*.

VISCERATIO, θυσίας κρέας, in Gloſſ. Gr. Lat.

VISCIDE, *fortiter*, in Gloſſ. MSS. ad Alexandrum Iatroſoph.

VISCOCUS. Fragmentum Petronii p. 15. *Solebat ſic cœnare quomodo Rex, apros gauſapatos, opera piſtoria, viſcocos, piſtores.*

VISCURNA. Vide *Schedas*.

VISIO. Vide *Viſus*.

VISITATIO, Penſitationis ſpecies: ita appellata, quòd tenentes Dominos ſuos identidem *viſitare* tenerentur cum xeniis aut muneribus, quod poſtmodum in præſtationem neceſſariam abiit, & in Gallia noſtra *Salutatici* nomine innotuit. Orig. Murenſis Monaſterii pag. 39. *Villicus autem debet dare, ſicut omnes villici noſtri debent, piſcem magnum pretio 5. ſolidorum ante Natale Domini, quod vocatur Viſitatio.* Pag. 40. *Ruſtici autem qui habent ſcopaſſe, ſerviunt diem in ebdomada, & qui dimidiam in ſecunda, vel cenſum dant, & viſitant villicum ſemel in anno.* Id eſt jus *viſitationis* præſtant. Pag. 47. *Villici, qui ſub ſe habent homines ſervientes, ex diurnalibus, quorum viſitationem accipiunt, debent dare piſces ſinguli quinque ſiclorum, alii autem non, ſed ſecundum uniuſcujuſque conſtitutionem: nam ille qui multos habet Viſitatores, & quoque nullos, poſſunt coæquari.* Vetus Charta ibidem p. 65. *Perſolventem annuatim in cenſum ſextum decimum dimidium modium avenæ, & ſiliginis aridi, & in feſtivitate S. Thomæ 4. ſolidos ad viſitationem.*

VISITATOR, Epiſcopus, qui in locum alterius Epiſcopi demortui, vel propter crimen à communione ſuſpenſi, aut remoti, à Metropolitano, vel Summo Pontifice, mittebatur, ad obeunda in ea diœceſi Epiſcopalia munera, donec alius Epiſcopus ordinaretur, cujus electioni intererat. Vide Gregorium M. lib. 2. Ind. 10. Epiſt. 19. 20. 21. 27. lib. 3. Epiſt. 11. lib. 4. Epiſt. 13. 14. 20. 21. lib. 5. Epiſt. 21. lib. 6. Epiſt. 16. lib. 7. Ind. 2. Epiſt. 25. 26. 91. lib. 11. Epiſt. 16. Formulas antiquas Promotionum Epiſcopalium editas à Sirmondo ad calcem to. 2. Concilior. Galliæ, & to. 8. nuperæ Conciliorum editionis, Form. 1. 2. 3. & ſeqq. Aliam deſcripſit Baronius Joannis II. PP. an. 534. n. 49. exaratam, pro *Viſitatore* dando Eccleſiæ, cujus Epiſcopus ob crimen remotus fuerat. Aliam vide ejuſdem Pontificis ad Cæſarium Arelat. Agapeti I. Epiſt. 7. ad eundem Cæſarium. Vide præterea Leonis Archiepiſc. Senonenſis

Epiſtolam ad Childebertum Regem to. 1. Concil. Gal-
liæ, Concilium Regienſe can. 6. Anaſtaſium in S.
Hormiſda PP. Synodum apud Vermeriam an. 853. c. 1.
Capitul. Caroli C. tit. 43. c. 8. Concilium Romanum
an. 1079. c. 6. Joannem VIII. PP. Epiſt. 308 &c.
Ejuſmodi Viſitatorum officium accuratè perſtringit
vetus Formula electionis Epiſcopi in Spicilegio Acheria-
no to. 8. Priſca modernaque Eccleſiarum moderamina
Theologuelariis ſanxere canonibus, quo arripientibus viam
univerſæ terræ quarumlibet ſedium Præſulibus, per vici-
niorem Epiſcopum, aut alium Epiſcopum cui Archipræ-
ſul injunxerit, extincti fratris tumulatorem, orbatæque
ſedis Viſitatorem atque conſolatorem, ſine cujus conſcientia
ſacri prohibent Canones conferri aut confici * perficiatur Ec-
cleſiaſticarum inventarium rerum. Tunc verò prioribus
viduata ſedes, diſpoſitis Oeconomis commendetur. Poſt-
modum autem Cleri plebiſque ordinis deſideriorum con-
ſenſus requiratur, quinimmo amotis ſimoniacis ſacculis,
poſtpoſitiſque omnium cupiditatum argumentis, univerſa
fideliter notitia Archiepiſcopali ſignificentur, quo diſpo-
nente, cuncta in talibus expedit cum Suffraganeorum conſi-
lio ſub divina cenſura diſponi negotia, atque ordinari. Igi-
tur Metropolitano dominica vocatione rebus humanis vi-
taque perfuncto, hæc eadem fideliter exigenda ſunt omnia à
Viſitatore atque tumulatore, & omnium diœceſanorum,
ſi fieri poteſt, cognitioni ſignificanda prudentialiter, quo
urbes quas gentilium temporibus habebant idolicolæ Fla-
mines, nunc gubernent Chriſticolæ Præſules. Cum ergo
paſtorem contigerit ſubrogandum, poſt advocationem &
clamationem Cleri, petitionemque viduatæ plebis, ne urbs
Præſulem minimè optatum non ſpernat, nec odium habeat,
fiatque minus religioſa quàm convenit, cui non licuit habere
quem voluit: quoniam difficile eſt quod bono peragantur exi-
tu, quæ malo inchoata principio, expedit orbatæ ſedi cum
Epiſcoporum electione, Cleri ac populi ipſius Eccleſiæ ac-
clamatione Epiſcopum ordinari atque inthroniſari. Qua-
propter, &c. Hiſtoria Trevirenſis: Zacharias PP. B.
Bonifacium doctrina & operatione clarum, Treverenſi
& Remenſi Eccleſiæ Viſitatorem, & ſpiritualium nego-
tiorum proviſorem conſtituit, cum Milo tyrannus res utro-
rumque teneret.

Viſitatores in Monaſteriis, qui in Capitulis Provincialibus
deligebantur, qui Monaſteria viſitarent, in Monachos,
atque adeo in ipſos Abbates inquirerent, horum delicta
emendarent, mulctas pro ipſis delictis & pœnas mona-
ſticas irrogarent, &c. Cæſarius lib. 1. de Miracul. c. 1.
Viſitatio eſt diſciplinæ conſervatio: duo enim primitivi Pa-
tres inſtituerunt ad vitiorum correctionem, & caritatis
conſervationem, videlicet generale Capitulum, & ſingulis
annis viſitationes domorum. Chronicon Montis Sereni p.
195. Goifridus Monachus, quoniam in Ordine Ciſtercienſi
uſitata res eſt viſitatio, modum ejus talem eſſe aſſeruit, ut
ſinguli fratrum jurati dicerent veritatem de omnibus quæ
vel à Præpoſito, vel ab aliis in Eccleſia ſua fieri certum eſſet.
Sed cùm ejuſmodi Viſitatores, ſub prætextu & obtentu
viſitationis, Monaſteria gravibus expenſis premerent,
ſeu longiori mora, vel ſumptuoſis quas ſibi adminiſtrari
curabant, epulis, vel denique numeroſo comitatu, inter-
dum & ab iis pecunias extorquerent, cautum deinceps
Conſtitutionibus Gregorii IX. Nicolai IV. Benedicti
XII & aliis quæ habentur poſt Chronicon Caſinenſe
edit. Brolii, ne Monaſteriis & locis viſitatis oneroſi &
graves exiſterent. Quò ſpectat querela Burkardi de Caſib.
S. Galli cap. 16. Videant dona largiſſima quæ donavit in
Curia, ne fortè fratres ſui opprobrio ſubjacerent Viſitato-
rum, qui mul a perturbaverunt Monaſteria, ne longè pe-
tamus exemplum, ſicut fecerunt in Augia, quos totonde-
runt, & jurare ad ſuum coegerunt mandatum. Et cap. 21.
Viſitatores etiam per diverſas miſſos Eccleſias, cum mul-
tos perturbaſſent tam Abbates quàm Monachos, imò etiam
plebanos & Clericos minoris ordinis, cohibuit, ne ad mo-
naſterium venientes ſuos perturbarent fratres, non hoc ſine
ſummi Pontificis obtinuit permiſſione: audivit enim quali-
ter in nobili Eccleſia Augienſi proceſſerant, & quemad-
modum fratres ipſius perturbaverant Monaſterii. Vide
Decretal. Gregorii IX. lib. 3. tit. 35. c. 8.

VISORES, Teſtes qui rem actam viderunt, eique interfue-
runt. Formulæ vett. ſecundum Legem Roman. c. 30.
Sed poſtea taliter in jam dicto loco ipſi illi judicatum fuit,
ut in noctes 40. apud homines 36. manu ſua 37. in Eccle-
ſia illa, in loco nuncupante illo, conjurare debeat, apud
homines viſores & cognitores, eo quod ille quondam malo
ordine ſuper eum veniſſet, &c. Cap. 31. Similiter teſtes
ſibi ſimiles viſores & cognitores, &c. Vetus Notitia
apud Perardum p. 60. Affirmantes ſe habere plurimos &
veraces atque viſores teſtes, qui hoc ita verum eſſe ſcirent,
&c. Tabularium Regulæ ad Garumnam: Viſores & te-
ſtes hujus negotii fuerunt, &c. Charta Lapurdenſis apud
Marcam lib. 4. Hiſt. Bencharn. cap. 9. §. 8. Teſtes &
viſores hi ſunt, &c. Tabularium S. Petri Generenſis apud
eundem lib. 5. cap. 25. §. 8. Hujus donationis ſunt vi-
ſores, &c. Blanca in præfatione ad Commentarios re-
rum Aragonenſium: Alterum quidem pro eorum robore
& firmitate, quod ſit de ſolennitatibus ſubſtantialibus
contractuum, ut teſtes illorum ſtipulationi præſentes inter-
ſint, atque hos teſtes, Viſores & Auditores appellabant, &
ita appellati paſſim inveniuntur. Charta Alfonſi Regis
Aragon. æræ 1153. apud eundem p. 641. Sunt teſtes vi-
ſores & auditores de hoc donativum ſuprascriptum, &c.
In alia p. 794. Teſtes ſunt & viſores hujus rei, &c.
Hinc formula ſat frequens diplomatibus adſcripta;
Hæc autem viderunt & audierunt, &c.

Viſores, qui foreſtis inſpiciendis, ne vaſta fierent, præfecti
erant à Rege. Matthæus Paris an. 1135. Quod nefandi
generis placiti adeo fuerat execrabile, quod ſi viſores alicu-
jus ſilvam, quem eſſe pecunioſum ſciebant, à longè conſpi-
cerent, ſtatim vaſtum in ea prohiberent, ſive eſſet, ſive non,
ut eum ſine merito redimere potuiſſent.

Viſores, qui ad Tenementa inſpicienda delecti ſunt. Vide
Viſus.

VISPILIO, Terſorium, Gall. Gouſpillon: quæ quidem
vox Gallica formata à Goupillon, vulpecula, ſeu cauda
vulpeculæ, quod ejuſmodi terſoria plerumque ex cau-
dis vulpecularum fierent. Fleta lib. 2. c 76. §. 9.
Prodeſt etiam boves de die bis tergere cum viſpilione, eo
quod affectius ſe lambebunt.

VISTA, Proſpectus in domum vel tenementum vicini:
Veuë ſur quelqu'un. Libertates conceſſæ Barcinonen-
ſibus à Petro Rege Aragon. an. 1283. MSS. Nemo po-
teſt habere viſtam in alterum, niſi primò aſpiciat ſuper te-
nedonem ſuam.

Viſta, alia notione. Charta pro Vicario Bituricenſi, ex
Tabulario S. Sulpicii Bituric. Similiter de molendinis
(habebit) unum molendinum, de viſtes unam viſtam,
ſimiliter ex liberis & ſcamnis de ſacerio unum parena-
rium. Quæ quidem mendo non carent.

VISUMARUS, vox Gallica vetus, qua trifolium denotatur,
ut autor eſt Marcellus Empiricus cap. 3. extremo.

VISUS, Oculus. Lex Alemann. tit. 61. §. 3. 4. Si enim
viſus tactus fuerit in oculo, ita ut quaſi vitrum remaneat,
&c. Si autem ipſe viſus foras exierit & milus, &c. Ubi
per oculum, orbem oculorum intelligit.

Viſus, Inſpectio. Rogerus Hovedenus pag. 784. Sed con-
cedit bene quod capiant de boſcis ſuis quod neceſſe iis fuerit
ſine waſto, & hoc per viſum foreſtarii ſui, & virida-
riorum ſuorum. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 507. Et
ſimiliter de toto tanno de boſco ipſius Roberti uſque ad Crey-
ton ſciſſo per viſum foreſtariorum noſtrorum. In Charta
an. 1300. Regeſti Philippi Pulchri Reg. Fr. an. 1299.
ex Tabulario Regio n. 36. Uſagium ad ardendum &
ædificandum ſufficienter ad opus domus ipſius Militis de
Inez per oſtenſionem à Viridario dictæ foreſtæ faciendam;
&c. Vide Viſor.

Viſus, viſio, Inſpectio rei de quo litigatur, Veuë in veteri
Conſuetud. Normanniæ art. 66. Cameracenſi, Bono-
nienſi, &c. ut & in veteri Conſuetudine Bituricenſi
edita à Thomaſſerio c. 12. viewe, Raſtallo & JC. An-
glis Monſtrée de terre in Conſuetudine Turonenſi, Lo-

dunenſi, Cenomanenſi, Britanniæ, &c. Bracton lib. 4. tr. 1. c. 16. §. 4. *Neceſſe eſt quod fiat viſus de tenemento à juratoribus ut certiores de loco poſſint in judicium, & quod juratores verum & certum facere poſſint ſacramentum, & quod perinde poſſit juſtitiarius juſtum proferre judicium.* Quomodo autem viſus fiat, & de quibus rebus, aperte ibi pluribus idem ſcriptor, & lib. 5. tract. 3. cap. 8. ut & Fleta lib. 2. c. 54. §. 2. lib. 4. c. 6. ubi modus videndi præſcribitur: præterea Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. c. 46. 56. lib. 2. c. 10. Philippus *de Beaumanoir* cap. 9. Aſſiſiæ Hieroſol. cap. 27. 222. Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 37. 38. Glanvilla lib. 2. cap. 1. Statutum 2. Weſtmonaſter. cap. 53. Vetus Conſuetudo Normanniæ cap. 66. 85. &c.

Viſio, eadem notione, in Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 9. §. 3.

Viſores, qui ad *viſum* tenementi delecti ſunt, apud Bractonum lib. 5. tract. de Eſſoniis cap. 14. & in Fleta lib. 4. cap. 6. §. 1. *Veeurs*, in Scacario Normannico an. 1497. Vide *Oſtenſio*.

Viſus franci plegii. Vide *Plegium*.

VITA *Communis*, quam Monachi profitentur, qui *in communi* vivunt, ac ſimul degunt, & ut ait Caſſianus coll. 18. cap. 5. *ex communione conſortii, Cœnobitæ, cellæque ac diverſoria eorum Cœnobia, vocantur.* S. Auguſtinus lib. 1. de Morib. Eccl. c. 31. *Quis non illos miretur & prædicet, qui contemptis atque deſertis mundi hujus illecebris, in communem vitam, caſtiſſimam ſanctiſſimamque congregati, ſimul ætatem agunt, viventes in orationibus, in lectionibus*, &c. Cæſarius Arelat. ſerm. 17. *Venit aliquis — ut ad communem vitam in ſocietate ſanctorum*, &c. Infra: *Hic quibus placet, relicta omni ſpe ſeculari, & omni actione terrena voveant, ſe conferendo in ſocietatem ſanctorum, & in communem illam vitam, vitam, ubi non dicitur aliquid proprium, ſed ſunt omnia communia, & eſt illis anima una, & cor unum in Deum.* Adelbertus Abbas Hidenheimenſis p. 333. *Qui cùm non invenirent certas rationes, quibus communis vita in ſingularem proprietatem & ſecularem voluntatem eſſet transformata*, &c. Hanc etiam Laïci interdum profitebantur, qui etſi habitu nec Clerici nec Monachi, nequaquam tamen iis diſpares, eorumque inſtar ſæculo abrenuntiantes, ſub Clericorum & Monachorum regulariter viventium, atque adeò Sacerdotum obedientiâ, devotiſſimè vivebant, & eis ſerviebant: de quibus egit Baronius an. 1091. n. 4. 5. 6. Vide præterea Turrianum pro Epiſtol. Pontificum lib. 5. c. 5. Bertholdum an. 1091. Vitam S. Altmanni Epiſcopi Patavienſis pag. 42. Vitam S. Anſelmi Epiſc. Lucenſis, Gerhohum Reicherſperg. cap. 16. &c.

Vita. Stephanus Epiſcopus Tornacenſis Epiſt. 1. de Regula Grandimontenſium: *Libellus eorum qui Conſtitutiones continet, non Regula appellatur ab eis, ſed Vita. Inde eſt quod ſicut à regula quam obſervant Canonici noſtri, dicuntur Regulares: ſic enim ipſi neceſſe eſt à vita quam profitentur, dicantur Clerici ſeu Laïci Vitales.*

VITAS PATRUM, indeclinabile, Liber Eccleſiaſticus continens Vitas SS. Patrum, qui Græcis πατερικὸν, & πατερικὸν appellatur. Vide Roſweidum ad Vitas Patrum in Prolegom. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 19. *Quales ſunt Bibliotheca, & majores Expoſitores, & Paſſionarii, & Vitas Patrum, & Omeliarii.* Occurrit etiam in Vita S. Ayberti n. 24. & in veteri Charta to. 12. Spicilegii Acheriani. Gregorius Turonenſis in Præfat. ad Vitas Patrum: *Et quæritur à quibuſdam utrum vita Sanctorum, an vitæ dicere debeamus. Aulus Gellius autem, & complures alii Philoſophorum vitas dicere voluerunt: nam Plinius auctor in tertio Artis Grammaticæ libro ait: Vitas enim quicunque uſcunque noſtrûm dixerunt, ſed Grammatici pluralem non putant habere vitam, unde manifeſtum eſt melius dici Vitam Patrum, quam vitas: quia cum ſit diverſitas meritorum virtutumque, una tamen omnes vita cor pit alit in mundo.* Vide Serenum Sammonicum in Prologo. Gennadius de Script. Eccleſiaſt. ait Evagrium librum ſcripſiſſe, *qui attitulatur Vita Patrum*; ut Petronium *ſcripſiſſe putari Vitas Patrum Ægypti Monachorum.* Fulbertus Carnot. Ep. 79. *Mitto tibi Cyprianum, Porphyrium, & Vitas Patrum cum pſalterio*, &c. *Vita Patrum*, dixit autor vitæ Burchardi Epiſcopi Wormacienſis.

Vitas-Fratrum, unica etiam voce opus ſuum inſcripſit Gerardus Frachetus Lemovicenſis Dominicanus, qui vixit circa an. 1263. in quo Sanctorum aut virorum illuſtrium ordinis ſui vitas & elogia deſcripſit. Vide Roſweidum in Prolegomenis ad Vitas Patrum cap. 1.

VITELLARIUS, qui vendit *victualia*, ex Gallico *Vitualier*, quo nomine cenſentur piſtores & braciatores, in Statuto quod *de piſtoribus, braciatoribus & aliis vitellariis* inſcribitur.

VITIUM. Anaſtaſius Biblioth. in S. Zacharia PP. p. 78. *Hic in Lateranenſi Patriarchio — à novo fecit triclinium, quod diverſis marmoribus, & vitio, metallis, atque muſivo, & pictura ornavit.* Ubi codex Mazarin. habet *vitri metallis*: Thuanus, *vitro*. Nihil tamen temere mutandum puto in edito: ita enim fortean *vitium*, vel potius unica voce *vitiometallum* appellavit Anaſtaſius teſſellatum opus, in quo expreſſæ *vites*, quaſi *vites ex metallis*: quod etiam opus inde *Vignettes*, quaſi *viticulas* ſeu *viticulas* appellamus. Conjecturam hanc fulcit Paulus Silentiarius noſter in Deſcript. ædis Sophianæ parte 2. v. 235. quo loco teſſelatum opus & muſivum ejuſdem ædis depingit:

——— μετ' ἀμειβὰς δ' ἑλικώδεις,
Κλήματα χρυσόπαστα ἀεξόμενα ἄμπελος ἕρπει,
Δεσμὸν ἑλιξοπόρου σκολιοῖς πλέξασα κορύμβοις.
Ἠρέμα δ' ἐκνεύουσα, ὅσον καὶ γείτονα πέτρην
Βαιὸν ἐπισκιάειν ἑλικώδεϊ σύγχρονα χαίτῃ
Αἰθούσης.

Poſt præclaros iſtos meatus, palmitibus auricomis innixa circumſerpit vitis, tortuoſum nectens obliquis corymbis vinculum: ſenſim verò propendet, donec vicinum lapidem volubili fulgentium frondium textu tantiſper obumbret.

VITRARIUM, ὑαλουργεῖον: *Vitrarius*, ὑαλουργός, in Gloſſ. Gr. Lat. Ruricius Epiſc. Lemovicenſis lib. 1. Epiſt. 12. *Vitrarium, ſicut juſſiſtis, me deſtinaſſe ſignifico, cujus opus vitrore, non fragilitate oportet imitetur ut dilectio*, &c.

VITREÆ, Feneſtræ vitreæ, noſtris *Vitres, verrieres*. S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 45. *Apparuit ſubitò in pariete circa vitream maximam, veluti arcus in rotundo*, &c. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 10. *Aſcendentes per eum, effracta vitrea, ingreſſi ſunt.* Lib. 7. cap. 29. *Effractis cellulæ vitreis, haſtas per parietis feneſtras injiciunt.* Lib. 1. Mirac. cap. 59. *Si aliud*, inquit, *invenire non poſſum, vel has ipſas quas cerno vitreas auferam*, &c. Fortunatus lib. 2. Poëm. 11. de Eccleſia Pariſiaca:

Prima capit radios vitreis oculata feneſtris,
Artificiſque manu clauſit in arce diem.

Admirandarum vitrearum operarii, apud Sugerium lib. de Adm. ſua cap. 29. Occurrit præterea in Chronico Mauriniacenſi lib. 1. & 2. pag. 360. 363. 371. in Hiſtoria Epiſcopor. Autiſſiodor. cap. 45. 49. in Nomaſtico Ciſtercienſi pag. 271. 275. &c. Anaſtaſius in Leone IV. PP. pag. 191. *vitrearum* meminit, ſed alia, ut opinor, notione: *Idem fecit prædictus Præſul in Eccleſia B. Clementis Martyris atque Pontificis, Regnum, quod pendet ſuper altare majus, ex auro puriſſimo, ſculptile, ſine gemmis, habens in medio crucem de auro, cum gemmis fixis in eadem Cruce; vitreas quinque, & quæ pendunt item vitreas numero quatuor penſantes libr. quinquaginta.* In lemmate ænigmatis de Speculari apud Sympholium, legi in codd. MSS. *vitrium* monet Salmaſius:

Perſpicior penitus, nec luminis arceo viſus.

In aliis habetur *vitrium ſpecular*, quæ verba diſparanda putat. Ὑέλιον Philopono in 2. poſt. Anal. Τὰ ὑέλια, ἃ διὰ τῆς γεγραμμένης ἔχει ... Lexicon Herbarium, ... ὑέλιον. Vitrearum feneſtrarum meminit Hie-

ronymus, quæ vitro in tenues laminas fuſo obductæ erant. Beda lib. 1. de Wiremuthenſi Monaſt. c. 5. *Miſit legatarios Galliam, qui vitri factores, artifices videlicet Britanniis eatenus incognitos ad cancellandas Eccleſiæ porticuumque & cœnaculorum ejus feneſtras adducerent.* Thomas Stubbs in Actis Pontificum Eboracenſium ſub an. 726. de Wigfrido Epiſcopo Wigornienſi: *Artifices lapidearum & vitrearum feneſtrarum primus omnium* (in) *Angliam aſcivit.* Leo Oſt. lib. 3. c. 27. (al. 29.) & cap. 32. (al. 34.) *Feneſtras — plumbo ſimul ac vitro compactis tabulis, ferroque connexis incluſit.* Vetus Inſcriptio in muſivo apſidis Eccleſiæ S. Mariæ Capuanæ:

Condidit hanc aulam Landulfus, & Oto beavit
Mœnia, res, morem: vitreum dedit Ugo decorem.

Vitreale, Durando lib. 1. Ration. c. 3. n. 5.

VITRUM, pro Scypho vitreo, Gall. *Verre.* Luitprandus in Legatione: *Soli menſæ aſſident nudæ, paximatium ſibi apponentes, balneaque* (genus potionis) *tunc vitro permodico non bibentes, ſed ſorbillantes.* Candidus Monachus Fuldenſis in Vita Eigilis Abbat. Fuld.

Inſtant ferre dapes: alii namque inclita vitro.
Ordine compoſito miſcebant pocula Bacchi.

Ordinatio Hoſpitii S. Ludovici Reg. an. 1261. *Tam pro ſcyphis, quam pro vitris quærendis.*

VITULA, *Vidula*, *Viella*, Inſtrumentum muſicum, noſtris *Vielle*, & *Violon* dictum. Ugutio & Jo. de Janua: *Vitula, quoddam inſtrumentum muſicum, unde Vitulari, cum vitula cantare.* Galfridus de Vino Salvo, qui floruit ſub Ricardo I. Rege Angliæ, in Poetria MS. ſeu de Coloribus Rhetoricis:

Cymbala præclara, concors ſymphonia, dulcis
Fiſtula, ſomnifera cythara, vitulaque jocoſa.

Vidula, eadem notione apud Conſtantinum African. lib. 1. de Morbor. curat. c. 16. *Ante infirmum dulcis ſonitus fiat de muſicorum generibus, ſicut campanula, vidula, rota, & ſimilibus.* Occurit præterea in lib. MS. Miraculorum Rupis amator. parte 1. c. 34.

Viella, ejuſdem notionis. Egidius Pariſienſis MS. lib. 1. Karolini:

——— Et decantata per orbem
Geſta ſolent melicis aures mulcere viellis.

Nicolaus de Braia in Ludovico VIII.

Occurrunt mimi dulci reſonante viella,
Inſtrumenta ſonant, non ſiſtrum deſuit illic, &c.

Viela, in Statut. Ordin. Præmonſtrat. diſt. 4. cap. 10. *Le Roman de Girard de Vienne* MS.

Par le Palais vont grant joie menant,
Li uns viole, li uns conte Romans.

Le Roman de Philippe de Macedoine MS.

D'arpe, de vielle apriſt.

Le Roman du Renard MS.

Harpes i ſonnent & vielles,
Qui font les melodies belles.

Colinus Muſetus MS.

J'alai à li praelet,
O tot la vielle & l'archet,
Si li ai chanté le muſet.

Meneſtriers de vielle, in Chronico Flandriæ cap. 9.

Viola, vox ejuſdem originis & notionis, inſtrumentum muſicum, quod vulgò noſtri *Viole* dicunt. Sanutus lib. 2. parte 4. cap. 21. *Alia genera dulcia muſicorum, ut ſunt viola, cithara, & rotta.*

Fiola, pro *Viola.* Sueno in Hiſt. Danica cap. 3. *Quos ingenti tripudio cœtus comitatur hiſtrionum in fiolis, citharis, & tympanis modulantes.*

VITULARE, Vitulum edere. Gallis, *Veller.* Fleta lib. 2. c. 76. § 10. *Cum vitulus taurinus vituletur, primo menſe non ablactetur.* Vide *Vitiola.*

VITULARIUS, qui vitulorum curam habet. Gloſſ. Ælfrici: *Vitularius*, cealfa-hus. Ad verbum, *Domus vitulorum.*

VITULINIUM, Pellis *vitulina*, ad ſcriptionem idonea & parata, Gall. *Velin.* Teſtamentum Petri *de Dene* Canonici Eboracenſis an. 1321. *In primis decreta mea in vitulinio in corio ligata.*

VITULI. Willelmus Gemetic. lib. 2. Hiſt. Novellæ extremo: *Sed flexerunt ejus impetum precibus multis Vituli, qui arctiſſimarum neceſſitudinum parentes, quos apud Hamtunam habebant, ærumnis cæterorum involvi timerent. Genus hominum nauticorum eſt, quos Vitulos vocant.*

VITUPERONES, Vituperatores, apud Gellium lib. 19. c. 7.

VITUPEROSUS, Vituperio dignus, vox Italica, in Hiſt. Cortuſior. lib. 8 c. 13. *Vituperosè*, turpiter, lib. 7. c. 15. *Vituperoſamente*, Italis.

VITUS, Flexura. *Vitre*, Gallis. Gloſſ. Lat. Gr. καμπὴ τρόχου. Occurrit apud Marium Victorinum. Vide Scaligerum Epiſt. 333.

VITUTIARII, in l. 2. Cod. Th. de Collegiatis, qui fuerint, pluribus ibi diſquirit Jacobus Gotofredus, quem conſule ſi lubet.

VIVANDA, Italis, propriè cibus omnis præter panem: Capitulare 5. Caroli M. an. 803. cap. 2. edit. v. cl. Steph. Baluzii: *Excepto vivanda & fodro quod iter agentibus neceſſaria ſunt*, &c. Charta an. 1242. apud Ughellum in Archiep. Benevent. *Et quæ perſonæ conſueverunt percipere & habere vivandam ab Eccleſia Beneventana*, &c.

VIVERATICA. Vide *Vineratica.*

VIVERE *de ſuo.* Lex Longob. lib. 2. tit. 52. §. 2. *Si Comes in ſuo miniſterio juſtitiam non fecerit, tunc Miſſus noſter de hac cauſa ſonare faciat, uſque dum juſtitia ibidem facta fuerint. Et ſi vaſſus noſter juſtitiam non fecerit, tunc Comes & Miſſus noſter in ipſa cauſa ſedeant, & de ſuo vivant, quouſque juſtitiam faciat.* Capit. Caroli M. lib. 5. c. 133. paulò aliter hæc habent: ubi *de ſuo vivant*, id eſt nihil eis ex publico præbeatur, nec *conjectum* habeant.

VIVERITA. Concilium Monſpelienſe an. 1214. cap. 27. *Canonicus Regularis capa nigra & clauſa, non viverita, & conſuta pellibus, cum equitat — utatur.* Fortè *viverina*, à *viverra*, Gallis *Furet*: vel *Beverina*, i. caſtorea. Gloſſæ Gr. Lat. γαλῆ ἀγρία, *Viverra.* Unde *Viverrarium*, γαλεάγρα, in iiſdem Gloſſis.

VIVOLÆ, Equorum morbus, de quo Jordanus Rufus Calaber MS. lib. 2. de Medicaminibus equorum ad Fridericum II. Imp.

VIZOLA. Vide *Veges.*

ULCEA, *Locus paſcua, ab uligo dicitur.* Jo. de Janua. *Lieu de paſture*, in Catholico parvo.

ULCUS, Navis oneraria. Belgis *Hulca*, Anglis *Hulke*, ex Gr. ὁλκάς, ut quidam volunt. Leges Ethelredi Regis editæ apud Venetingum c. 23. *Si major*, (navis) *& habet figlas, 1. den. ſi adveniat ceol, vel ulcus, & ibi jaceat, 4. den. ad theloneum dentur.*

ULNA, Servio, *propriè eſt ſpatium, in quantum utraque extenditur manus, licèt Suetonius unum cubitum tantum eſſe velit.* Aſſiſa Davidis Regis Scotiæ de Ponderibus & menſuris §. 7. *Ulna debet habere in ſe triginta ſeptem pollices menſuratos cum pollicibus trium hominum, ſcilicet ex magno, mediocri, & parvo, & ſecundum mediocrem pollicem debet ſtare. Aut ſecundum longitudinem trium granorum hordei ſine cauda debet menſurari ad radices unguis pollicis.* Adde Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 22 §. 10.

Ulnare, Ulna metiri, Gall. *Auner*, apud Bractonum lib. 2. cap. 37. §. 2. & in Fleta lib. 1.

Ulna, Modus agri apud Anglos, cujus menſura exacta ad *ulnam ferream* Joannis Regis Angliæ. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 383. *Totam terram illam — quæ continet in fronte ſecus vicum Regium occidentalem in latitudine 44. ulnas de ulnis ferreis Joannis Regis Angliæ: & in capite orientali verſus campum qui vocatur — 127. ulnas de eiſdem ulnis.* Et pag. 460. in Charta Alienoræ Reginæ: *Quandam partem terræ — quæ continet 14. ul-*

nar, & tria quarteria unius ulnæ ferreæ Domini Regis, &c. *Aunt de terre*, in Stabilim. S. Ludov. lib. 1. c. 151. & in Conſuetud. Bayonenſi tit. 5. art. 28.

Ulnata terra. Charta R. Abbatis Caroffenſis an. 1308. ex 2. Regeſto Philippi Pulchri Regis Fr. n. 11. in Tabular. Regio: *Item de quolibet ſolo de 4. canis vel ulnatis lato amplitudine, & 12. in longitudine, habuimus 6. den. Petragoric. oblitarum*; &c.

ULPICUM, *Oleo ſimile*. Gloſſar. Longobard. S. Germani Pariſ. ex antiquis Gloſſis.

ULTER PES, Choreæ ſpecies, ex Gallico fortè *Outrepied*. Concilium Saliſberienſe an. 1217. c. 76. *Adhuc prohibemus ne chorea ulterpes, & inhoneſti ludi, qui ad laſciviam invitant, fiant in*... Fortè in atrio, ſeu cœmeterio.

ULTIMATÈ, pro *Ultimo*. Ericus Upſalienſis lib. 4. Hiſt. Suecicæ pag. 121. *Regnum de obedientia Regis Burgeri & filii ultimatè & finaliter ereptum*. Utitur & pag. 123.

Ultimatim, eadem notione; apud Thwroczium in Hiſt. Hungar. p. 5. 26.

ULTIMIOR. Conſtitutio Juſtiniani, Ut ii qui in Africâ ſunt intra quinquenn. &c. *Ultimiore requiſitione penitus quieſcente*, &c.

ULTIMISSIMUS, Omnium poſtremus, apud Baldricum Noviom. lib. 3. c. 23. Form. 8. ex Baluzianis: *Ego ancilla veſtra ultimiſſima, ſerviſſima omnium ancillarum veſtrarum*, &c.

ULTIMITAS Extremitas. Conſtantinus African. lib. 4. de Morbor. curat. cap. 3. *Quæ frigiditas cum augmentata naturalem modum excedat, ultimitatem appetendi neceſſe eſt faciat*. Adde lib. 2. Pantechn. c. 5.

ULTIMUS *heres*. Vide *Heres*.

ULTRAGIUM, quod excedit ſummam aliquam. Tabularium Vindocinenſe charta 295. *Ita ut ſi quis cenſum conſuetè ac juſtè nobis non reddiderit, legaliter emendet nobis, retento mihi ultragio aliarum omnium priſtinarum conſuetudinum mearum*. Regeſtum Peagii urbis Bapalmarum: *Pour chacun drap d'or, doit d'outrage 8. den.* Apud Chriſtinam Piſanam lib. du Treſor *de la Cité des Dames* 1. part. cap. 18. & alibi paſſim, *Oultraige* uſurpatur pro quovis exceſſu in re aliqua, *Excès*. Vide Jo. *Britton* in Legib. Angl. p. 31. v.

Outrée. *au denombrement de la Seigneurie de Robert Eſpagne en Barrois: Le Seigneur aura le droit d'once pour l'outrée de la groſſe diſme pour recompenſe du pourchas fait en icelle, lequel droit eſt de 9. gros, paiable par cellui qui a l'outree*, id eſt, *qui eſt adjudicataire*.

ULTREIA. Landulfus de S. Paulo in Hiſt. Mediolanenſi cap. 2 ubi de expeditione Hieroſolymitana Conradi Italiæ Regis. ſub an. 1091. *Rege igitur in regno deficiente ſupradictus Anſelmus de Buis Mediolanenſis Archiepiſcopus, quaſi monitus Apoſtolica auctoritate, jamdicto Presbytero volente, ſtuduit congregare de diverſis gentibus exercitum, cum quo caperet Babylonicum regnum: & in hoc ſtudio præmonuit prælectam juventutem Mediolanenſem Cruces ſuſcipere; & cantilenam de Ultreia, Ultreia cantare: Atque ad vocem hujus prudentis viri cujuſlibet conditionis per civitates Longobardorum, villas & caſtella eorum, Cruces ſuſceperunt, & eandem cantilenam de Ultreia, Ultreia cantaverunt* Ubi Bernardinus Ferrarius lib. 6. de veterum acclamationibus & plauſu c. 7. exiſtimat hac cantilena ſeſe invicem animaſſe Crucigeros ad expeditionem Hieroſolymitanam, vocibus conflatis ex *ultra*, & *eia*, quaſi fortè *eia ultra* eamus, vel potius *ultramare*: nam expeditiones iſtæ vulgo *ultramarinæ* appellatæ. Sed parum certa videtur ejuſmodi conjectura

ULULAMEN, *Ululatus*, apud Prudentium.

UMBELLUM. Umbraculum ad arcendos ſolis ardores, pilei ſpecies Byzantinis familiaris. Gloſſ. S. Benedicti cap. de Pellibus: *Umbellum*, σκιάδιον. Sic enim legendum arbitror pro *libellum*; σκιάδιον. Sciadia Byzantinorum procerum recenſet Codinus de Offic. Aulæ CP. c. 3. Πυραμίδα vocant Acropolita cap. 21. Καλύπτρας αἱ πυραμίδες Nicetas in Andronico lib. 1. Imperatorium ſciadium, cujus apex gemmâ grandiori inſigniebatur, πῖλον non ſemel appellat Cantacuzenus lib. 3. c. 27. lib. 4. c. 14. Quibus verò jus eſſet utendi ſciadiis, docet Codex MS. Biblioth. Reg. ſign. 2023. Ἰστέον ὅτι τὸ χρυσοκόκκινον σκιάδιον φορῶν οἱ ἀπὸ τοῦ Σεβαστοκράτορος μέχρι τοῦ μεγάλου Στρατοπεδάρχου· τὸ δὲ σφαιρωτὸν, οἱ ἀπὸ τοῦ μεγάλου Πριμμικηρίου μέχρι τοῦ Κορτιναρίου· τὸ δὲ κλαπωτὸν, οἱ ἀπὸ τοῦ Πρωτοβεστιαρίτου μέχρι τέλους· τὸ δὲ σκαραμάγγιον φορῶν οἱ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ λογοθέτου τοῦ γενικοῦ· τὸ δὲ κόκκινον, οἱ ἀπὸ τοῦ λογοθέτου μέχρι τέλους. De ejuſmodi ſciadiis ita præterea Raimundus Montanerius in Chronico Catalanico Reg. Aragon. c. 199. extremo: *E daquell Megaduch tramès privilegi ab Bulla d'or be fermat per ell, e per ſos fills, à frare Roger: e li tramès la vergat de Megaducat, e la ſenyera, & lo capell, que tots los officis de Romania han capell triat que altre no goſa portar ſemblant capell daquell*. Et cap. 212. de eodem Rogerio Cæſare creato: *E l'Emperador porta capell vermell, e totes ſes robes vermelles: e el Ceſar porta capell blau, e totes ſes robes blaues ab fres d'or eſtret*.

Umbellum, & *umbraculum* dicitur, quod ex pellibus compactum eſt, quodque expandi, aut contrahi ſolet ad arcendos pariter ſolis ardores, cujuſmodi *ſciadia* deſcribuntur ab Ariſtophane in Avibus. Gloſſæ Gr. Lat. σκιάδιον, *umbraculum*. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 1061. διφθέριον, σκιάδιον δερμάτινον. Claudianus lib. 1. in Eutrop.

> ——— *Jam non umbracula geſtant*
> *Virginibus*.

Idem in 4. Conſul. Honorii:

> ——— *Non deſenſura calorem*
> *Aurea ſummoveant rapidos umbracula ſoles*.

UMBER, Canis venaticus è ſagacibus, ex Umbria Italiæ provincia. Gratius in Cynegetico, de canibus venaticis:

> *At fugit adverſos idem quos repperit hoſtes*
> *Umber*, &c.

Meminit etiam infra, ut & Silius Italicus lib. 3. *Aut exigit Umber Nare ſagax à colle feras*. Notgerus Epiſcopus Leod. in Vita S. Hadelini Confeſſ. cap. 2. *Cumque loculi jam dilatari cœpiſſet anguſtia, duo equites, cum duobus aſſuetis venatibus* (al. venatoribus) *Umbris fortè fortuna ignari cujus dignitatis eſſet vallicula, venientes*, &c.

UMBLATA, in veteri Charta Italica, apud Ughellum to. 7. Ital. ſacr. p. 257. quem conſule, ſi lubet. Apud Papiam lego, *Umbrata, coronata*

UMBRÆ, Phantaſmata, vox Latinis ſcriptoribus nota. Papias: *Umbra, anima, ſimulacrum, imagines ſomnii*. Valerius Flaccus 1. Argon.

> *Tartareos tum ſacra Jovi, Stygiiſque ferebat,*
> *Si quid ab excitis melius pernoſceret umbris.*

S. Auguſtinus lib. 10. Confeſſ. cap. 25. *Non curo noſſe tranſitus ſiderum, nec anima mea unquam quærit reſponſa umbrarum, omnia ſacrilega deteſtor*. Vide eundem lib. 7. de Civit. Dei cap. ult. Durandus lib. 7. Ration. c. 8. n. 4. *Ipſi tamen ab animabus circa ſepulchra obeuntibus, quas Umbras vocabant, vaſtari putabant*.

Umbraris, qui *umbrarum* ſeu ſpirituum reſponſa expetunt. Edictum Theoderici Reg. cap. 108. *Si quis pagano ritu ſacrificare fuerit deprehenſus, arioli etiam atque umbrarii ſi reperti fuerint, ſub juſta æſtimatione convicti capite puniantur*. Prudentius lib. 1. contra Symmachum:

> *Murmure nam magico tenues excire figuras,*
> *Atque ſepulchrales ſcire incantare favillas,*
> *Vita itidem ſpoliare alios ars noxia novit.*

Umbratici, ipſæ umbræ, præſtigia. Vetus Formula Pœnitentialis edita à v. cl. Jacobo Petito: *Item ſi credit, quod umbratici vadant, & comedant: propter quod dæmones ita homines decipiunt, quod ſe transfigurent in hominum figuras, & cætera multa quæ obſervantur*.

Umbra viri. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 45. § 12. *Hiſtrionibus, joculatoribus, & his qui ſe in ſervitutem dederunt, emenda datur umbra viri*.

Umbra, Tymalli, piſces Hibernis familiares, apud Silveſtr. Giraldum in Topogr. Hibern. diſt. 1. cap. 7. Vide Columellam lib. 8. cap. 16.

UMGA. Vide *Bauga*.

UNATIM, Simul, unà, in Charta Hiſpanica æræ 988. apud Anton. *de Tepez*, in Chronico Ord. S. Bened. to. 5. pag. 435. *Unatim mereamur triumphare in calis*, &c.

UNCARE, urſorum clamor proprius. Vide Salmaſium ad Hiſt. Aug. p. 168.

UNCEASESATH. Leges Inæ Regis c. 37. *Qui furem occiderit, liceat ei probare jurejurando quod eum fugientem pro fure occidit, & parentibus ipſius occiſi juret uncea-ſes ax, i. ſacramentum ſine electione vel nominatione.* Ubi *ath*, pro *ax*, emendat Somnerus, aitque perperam has voces Saxonicas redditas à Bromptono & Lambardo, ſed potius legi debere, ut præfert codex Roffenſis, Unceaſter ap, i. *cognati verò interfecti* (furis) *jusjurandum præſtant* (cædem ejus) *ſe non vindicaturos*. Ceaſt enim Saxon. lis, jurgium, inimicitia; cui, un, adverſativa particula præpoſita, contrarium ſignat.

UNCIA. *Uncia auri*, in mulctis pecuniariis. Lex Wiſigoth. lib. 3. tit. 3. §. 3. *Qui in raptu interfuiſſe cognoſcitur, ſi liber eſt, ſex auri uncias reddat*, &c. Adde lib. 2. tit. 1. §. 25 Lex Bajwar. tit. 1. cap. 2. *In primis incurrat Dei judicium, & offenſionem ſanctæ Eccleſiæ, & judici terreno perſolvat auri uncias tres*, &c. Decretale precum quorundam Epiſcoporum an. 779. *Et qui redimere ipſas bidnanas voluerit, fortiores Comites uncias tres, mediocres unciam & dimidiam, minores ſolidum unum.*

Uncia, *Unciata terra*, in Charta Thomæ Regis Manniæ an. 1055. in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 718. *Uncia agri*, in Tabulario Landavenſi in eodem Monaſtico Anglic. to. 3. pag. 190. 197. 200. 205. *Manſus trium unciarum*, ibid. pag. 197. Adde Ughellum to. 1. Ital. Sacræ part. 1. pag. 144.

UNCIALES literæ, ſeu characteres. S. Hieronymus præfat. in Job: *Habeant qui volunt veteres libros, vel inmembranis purpureis, auro, argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgò aiunt, literis, onera magis exarata, quam codices*, &c. Vide Allatium in Antiq. Etruſc. Monum.

UNCINUS, Uncus, cui inhærent catenulæ, Italis *Uncino*. Papias: *Uncus, curvus, anchora, uncus, uncinus, diminutivum*. Gloſſæ Gr. Lat. κίρκος ἀκρῶν δίφαξ, *uncinus, repagulum*. Alibi: μόχλου ὄγκινος, *repagulum*. Rurſum: ὀγκίνος, *uncinus, reticulus*. Anaſtaſius in Gregorio IV. PP. *Signum Chriſti habet hiſtoriam in modum leonis incapillatam, cum diverſis operibus puriſſimis aureis pendentibus in catenulis quatuor, & uncino uno. Item gabatham ſaxiſcam habet in modum leonis, cum diverſis hiſtoriis ſerpentium, & in medio ſtantem pineam, & quatuor leunculis exauratam, qui pendent in catenulis tribus, & uncino uno.* Idem in Leone IV. *Necnon & aliam coronam minorem ibidem obtulit, cum catenulis quatuor, & delphinis decem, habentem lilium, & uncinum penſant. lib. duas.* Martyrolog. 19. Janu. *Equuleo & uncinis ferreis juſſus eſt ſuſpendi.* Occurrit hæc vox non ſemel in Libris ſacris.

Uncinatus, uncis ſeu eorum figura diſtinctus pannus. Charta Donationis factæ Eccleſiæ Cornutianæ edita à Suareſio: *Vela loricata melinoporphyra uncinata duo.*

UNCTUM, Adeps, Gall. *Oint*. Capitulare de Villis c. 43. *Carbones, ſaponem, unctum, vaſcula*, &c. Adde c. 62. Chronicon Fontanellenſe: *Porcos ſaginatos ad adipem & lardum, cum unctis 60.* Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 181. *Ignem pice & uncto veteri & cera levius ardentem machina injecerunt.* Ubi *unctum vetus* eſt noſtrum, *Vieil oint*. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 18. *Quoties ſubtalares ungendi fuerint, fratrum tam Laïcorum, quam Clericorum, Veſtiarius eos ungi faciet: unctum autem à Camerario accipiet.* Vide *Cordevesſus*.

UNC..S, Modus agri apud Danos. Charta Valdemari Regis Danorum an. 1240: apud Iſaac. Pontanum lib 6. extremo: *Licet alicui terram vel uncos jure feudali conceſſiſſe dignoſcimur, ſemper tamen ſolutionem decima decimarum excipimus.* Alia Erici Danorum Regis an. 1249. lib. 7. *Unde cum in conſecratione ipſius promiſimus providere Eccleſia Revalienſi de dote, — octoginta uncos apud Revaliam dotis nomine aſſignavimus.* Mox: *Inſuper autem concedimus ipſi Epiſcopo 40. uncos in Veronia, in villa qua dicitur Salgalle*, &c.

Uncus Paſtoralis, Virga vel baculus Epiſcopalis recurvus. Thomas Archidiaconus Spalatenſis in Hiſt. Salonitana cap. 16. *Fecit etiam urceum magnum, & alium parvum, & ejusmodi manicatum, calicem & capſam, uncum Paſtoralem, & crucem, & alia quædam* &c. Vide *Cambuta*.

UNCUTH. Vide *Agenbine*, & *Guſt*. Ubi addendum ex Joanne *Britton* cap. 3. *En droit de hoſtes, volons que chescun reſpoine pur ſon hoſte que il avera herbergié, plus de deux nuits enſemble, iſſint que la premiere nuit ſoit le eſtraunge tenus Unkouth, l'autre nuit Geſte, & la tierce nuit Hoghenhine.*

UNDANTER, *Copioſè, vel affluenter*, in Gloſſis MSS. S. Germani Pariſ. cod. 524.

UNDE, pro, *de quo*, Gallis, *D'ou*. Jornandes de rebus Geticis: *In Scania verò inſula, unde nobis ſermo eſt.* Alibi: *Juxta Mæotidem paludem commanentes præfati, unde loquimur.* Galli dicimus, *dont nous parlons*. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 723 *Turonis aliud Concilium tenuit, & ea unde apud Clarummontem tractaverat, confirmavit.* Idem lib 10 p. 797. *In hoc negotio unde contractamus*, &c. Uſum etiam Pollionem hac loquendi formula obſervavit Salmaſius p. 338.

UNDEIARE, *Undaizare*, infantem vel moribundum non omnibus adhibitis Baptiſmi ceremoniis baptizare, noſtris *Ondoier*, luſtrali aqua perfundere. Epiſt. Petri Epiſcopi Claromontenſis ad Mauricium Epiſcopum Pariſienſem, quæ eſt 3. inter Epiſtolas Stephani Epiſcopi Tornac. *Cum igitur puer natus eſſet, nec poſſet ſacerdos ad baptizandum cum congruè reperiri, pater ejus immerſit eum aqua, dicens, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Et hac eſt peſſima conſuetudo in terra noſtra, ut in talis neceſſitatis articulo dicant, In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, nec totam exprimant verborum formam qua debet exprimi in baptiſmo, quod Undeiare vocant.* Et Epiſt. 5. *Hoc enim dicere ſolent qui literas ignorantes parvulos undaizant, In nomine Patris*, &c. In hiſce Epiſtolis tractatur an ejuſmodi Baptiſmus valeat.

UNDESCERE, In undas excreſcere, tumere. Vita S. Endei Abb. Aranienſis n. 15. *Ita quod non undeſcit mare in via per quam tranſiit deinum, ſed ſerenitas ſemper ibi apparet.*

UNDRES. Fleta lib. 1. c. 9. *Ante ætatem 21. annorum robuſti vel habiles ad arma ſuſcipienda pro patria defenſione non reputantur, & ideo Undres dicuntur, & ſub tutela dominorum interim remanebunt.*

UNEG-VUORFIN. In Edicto Rothans Regis Longob. titulus 10. inſcribitur *de Uneguverſin, id eſt corbitaria*. Mox ſequitur: *Si quis mulieri libera aut puella in viaſe anteposſuerit, aut aliquam injuriam intulerit, componat*, &c Vide *Raponi orſin*, & *Malahuverſin*.

UNFRIDMANNUS, *non habens pacem*, in Gloſſ. Saxon. ſub Edw. III. exarato. Vox confecta ex negativa particula un, & ƿƿiꝺ, pax, & man, homo. Vide *Fridmannus*.

UNGARETH. Vetus Gloſſarium collectioni Dionyſii Exigui ſubditum in cod. Metenſi, laudatum à v. cl. Steph. Baluzio ad Capitularia: *Seditioſus, id eſt qui riſos* (rixas) *& diſſenſiones vel injurias, nec non qui dicitur in ruſtica parabola Ungareth.*

UNGEBENDRO. Leges Ethelredi Regis c. 25. *Et diximus, homo qui hamſocnam faciet intra portum ſine licentia, & ſummam infracturam agat de placito ungebendro, vel qui aliquem affligat in via Regia, jactat in ungilda akere.* Hic hæret

hæret Somnerus, in Saxonicis aliàs perſpicaciſſimus.

UNGEBODENDING, in Charta Udalrici Abbatis an. 1071. in Chronico Laurishам. *Et ut familiam ejuſdem Curiæ ab omni gravedine & moleſtia immunem redderemus, à tribus principalibus mallis, quæ vulgo Ungebondending vocantur, quibus ad curiam Lenterbeuſen annuatim manniebantur, utrorumque conſenſu, eam omnimodis abſolvimus.* Ubi Freherus vocem hanc *Curiam non indictam* vertit: Voſſius eandem deducit à *bieden*, jubere: unde *geboden*, juſſus, *on-ge-boden*, non juſſus, à quo *on-ge-bodending*, conditio non obnoxii alienis juſſis; ac propriè juſſis alicujus malli, ſive conſeſſus, Judicum civilis, hominem citantis.

UNGELD. Fœdus Ethelredi Regis cum Analano, &c. c. 3. *Si frithman, i. homo pacis fugiat vel repugnet, & ſe nolit judicare, ſi occidatur, jaceat ungeld, i. inſolutus.* Ex Saxon. ȝeld, ſolutio & pecunia, & un, particula privativa. *Ungeltum, ſeu tributum*, in aliquot Chartis Germanicis, apud Joan. Noppium in Hiſt. Aquiſgranenſi lib. 3. n. 2. pag. 19. 20. Vide *Agilde*.

UNGIIUM *ſ. ſira*, pœnæ levioris ſpecies apud Anglos, de qua Fleta lib. 1. c. 16. § 4.

UNGULA, Ferramentum mucronatum, quo ſulcatim corpora laniabantur & fodiebantur. Ugutio: *Ungula, genus tormenti, quia effodiat, ut fides inveniatur.* Papias: *Ungula, genus tormentorum, dicta quod effodiant, hæ & fidiculæ.* S. Cyprianus de Lapſis: *Jam laſſum corpus nunc flagella ſcinderent, nunc contunderent fuſtes, nunc equuleus extenderet, nunc ungula effoderet, nunc flamma torreret.* Idem de Laude Martyr: *Non praedurantibus licet coſtis ungula recurrat in vulnus.* Prudentius in Romano Mart.

Scindunt utrimque milites teterrimi;
Mucrone bisulco penſilis latus viri,
Sulcant per artus longa tractim vulnera;
Obliqua rectis, recta transverſis ſecant.

Lib. Peniſteph.

Illa virgas & ſecures & biſulcas ungulas
Ultro fortis expetebas, &c.

Alibi non ſemel, in S. Vincentio, in S. Agnete; &c. Hieronymus Epiſt. 49. *Cum lividas carnes ungula cruenta pulſaret, & ſulcatis lateribus dolor quæreret veritatem.* Caſtinus Epiſc. Toletanus Hymno in S. Chriſtophorum:

Sanctum jubet Chriſtophorum penſum, rudibus ungulis
Denudatas ejus coſtas carnibus exciperent.

Strabus in Mammete:

——— Jubet altum ergo
Sanctum ſuſpendi, tormentiſque acribus amens
Pulſat utrumque latus, dum carpitur unguibus uncis;
Nullam dat Mammes vocem.

Adde Acta Proconſularia Mart. apud Baron. an. 285. n. 5. Acta SS. Phileæ Philoromi, &c. n. 3. Acta S. Saturnini n. 8. &c. Occurrit paſſim in Vitis Sanctorum: *Lacerationes*, ungularum ſcilicet *Ecuteis atque lacerationibus ſubjacere*, in l. 4. Cod. Th. de Numerariis. *Lacerationes membrorum*, apud Senecam lib. 3. de Ira cap. 3. Vide Gallonium.

Ungulare, exungulare, Ungulis ſubjicere, ungularum tormentum inferre. Vita S. Potiti Mart. ex MS. Neapol. cap. 6. *Ferantur ſcilicet ferrea ungula, & unguletur.* Ejuſdem vita ex MS. Velſeri cap. 4. *Iterum juſſit eum exungulari.* Acta S. Eulaliæ Barcinon. n. 6. *Juſſit eculeum afferri, & ſuſpendi eam, quamdiu exungularetur.*

UNICORDIA, Concordia. *Unicors*, Concors. Jo. de Janua.

UNICUS *Pomorum, vas aucupis*, Papiæ. MS habet *Pomporum*.

UNIFORMIS, *μονοειδὴς*, apud Jul. Firmic. lib. 1. Matheſ. *Uniformitas*, apud Macrob. lib. 7. Saturn. c. 5. *Uniformiter*, apud Diomed. lib. 1. Grammat. Victorinum in 1. Rhetor. Ciceron. &c.

UNIGAMUS, vox hybrida, *qui uni tantum nupſit: unde unigamia*, pro monogamia. Jo. de Janua.

UNIGRANUM. Vide *Gravanetum*.

UNIOCULUS, Cocles; *Borgne, μονόφθαλμος*. Ditmarus lib. 4. initio: *Cum Comite Eckberto unioculo. Unoculus* dixit Plautus in Curculione:

De coclitum proſapia te eſſe arbitror:
Nam ii ſunt unoculi.

UNIONES. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 682. *Inſtituit ſibi fieri longos & in ſummitate acutiſſimos ſubtolares, ut operiret pedes, & eorum celaret tubera, quæ vulgo vocantur Uniones.* Id eſt, non margaritæ, *perles*, ſed cepæ, *oignons*: nam ab *unionibus*, cepis ita apud ruſticos veteres dictis, ut teſtatur Columella lib. 12. cap. 10. nomen cepis capitatis manſit, ut vult Ruellius lib. 1. de Natura ſtirpium cap. 5. & lib. 2. cap. 84.

UNIONITÆ, Hæretici, quos refellit Prudentius in Apotheoſi, carmine inſcripto, *contra Unionitas*. Ubi Iſo Magiſter: *Id eſt Sabellianos. Unionitæ ſunt qui dicebant unam ſubſtantiam & unam perſonam, Filium & Spiritum negabant, ſed dicebant: Idem Deus quando vult Pater eſt: quando vult Filius eſt, quando & Spiritus ſanctus. Ariani dicebant tres eſſe perſonas & tres ſubſtantias in Trinitate: Sabelliani è contra unam perſonam, & unam ſubſtantiam. Fides autem Catholica utriuſque devians errorem, unam Deitatis ſubſtantiam & tres perſonas veraciter adfirmat. Nam Ariani bene tres perſonas, male tres ſubſtantias: Sabelliani bene unam ſubſtantiam, malè unam perſonam dicebant.*

UNIPECIUS, Integer, *d'une piece*, Gallis. Marcellus Empiricus cap. 15. pag. 108. *Manipulum tenerum urticæ unipetia in ollam rudem biſextialem cum aqua mittes.* Vide *Pecia*.

UNISUBSTANTIANI. Vide *Homouſiani*.

UNITAS. Charta an. 1203 MS. *Talis intervenit forma conventionis inter Henricum Ducem Lothar. & Ottonem Comitem Gelriæ. — Omne jus quod idem Comes ſe habere aſſerebat in Unitate totius Campaniæ*, (Campingne) *quæ Unitas vulgariter Evingo dicitur, ipſum Ducem habere permiſit.*

UNITER. Fortunatus lib. 5. Poëm. 4.

Unius eſtis oves, heu cur non uniter itis.

Quaſi *unum iter*.

UNITIVUM, ita *ἑνωτικὸν* Zenonis reddit non ſemel Liberatus Diacon. cap. 17. & ſeqq.

UNIVIRA, Quæ uni nupſit, apud Tertullian. lib. de Monogamia.

UNIXIS. Vetus Chartula plenariæ ſecuritatis exarata ſub Juſtiniano, apud Briſſon. lib. 6. formul. *Conca aurea una, orceolo amo uno, lucerna cum catenula unixe area una, ferro fracto libras duodecim, &c.* Ubi legendum fortè *unimixe*, hoc eſt unius luminis. Vide *Bimixus*.

UNLAGE, ex Saxonico unlaȝha, lex iniqua, vel potius non lex. laȝha, enim lex, un, particula privativa. Leges Kanuti Regis c. 34. *Si quis deinceps unlage, i. non legem erigat, vel injuſtum judicium judicet, &c.* Eadem habentur in Legibus Henrici I. cap. 34. Adde cap. 84.

UNLAUCH. Vide *Wrang*.

UNMONDLING, Servorum ſpecies. Charta Ottonis Imp. *Si verò aliquis ex libertate unmundling, vel litus fieri, aut etiam colonus ad Monaſteria ſupradicta, cum conſenſu cohæredum non prohibeatur.*

UNNITHING. Vide *Nidering*.

UNTHPRUT. Lex Bajwar. tit. 21. §. 10. *Si autem dominus arboris vel vaſculi* (mellis) *non interpellaverit, & ſtat illum conſcientia ejectum domino reſtituerit, & ille cujus vaſculum fuerat, cum compellaverit, ut ex ſuo opere vel arbore res tuliſſet, & ad reſtituendum compellaverit, quod Unthprut vocant, &c.* Alii codd. habent *unterprunt*.

UNWANT. Lex Bajwar. tit. 5. cap. 2. *Si quis alium de ripa, vel de ponte in aquam impinxerit, quod Bajwarii in unwant dicunt, cum 12. ſolid. componat.* Cap. 4. *Si alicui ſcalam injuſtè ejecerit, — quod in unwant dicunt, &c.* Adde cap. 6. tit. 9. cap. 4. §. 1. in quibus locis edit. Heroldi habet *in unuvan*.

Unus, pro *quidam*: quomodo dicimus *Un*. Vetus Charta Hiſpanica apud Bivarium ad Chron. Maximi pag. 530. *Et unus diſcipulus proterva mente reſpondit*. Hiſpani dicerent, *un diſcipulo reſpondio*. Vita S. Wunebaldi cap. 30. *Evenit ut unus homo vinctus duceretur*. Adde Hodœporicum S. Willebaldi n. 14. 15. Worſſium de Latinitate falſo ſuſpecta, & Olaum Borrichium lib. de Variis linguæ Latinæ ætatibus p. 265.

Voaria, Jus advocationis, *Avouerie*, & *Voüerie*. Vetus Charta apud Marlotum in Chronico S. Nicaſii Remenſis c. 10. *In villa noſtra quæ Hundiliaca dicitur, Heribertus — advocationem, quæ vulgò Voaria dicitur, ſe habere — dicebat*. Vide *Advocatio*, *Vicaria*, *Viavia*.

Vocalis, qui voce ſcitè canit: εὔφωνος, & φωνακός, in Gloſſis Gr. Lat. *Qui a bonne voix*. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 6. *Nam omnes pueri vocales, fibulas in naturis habent, ne coeant*. Alios vide apud Savaronem ad Sidonium lib. 1. Epiſt. 2. & lib. 8 Epiſt. 9. & Salmaſium ad Hiſt. Auguſt. pag. 211. Ex recentioribus hos addo. Chronicon Trudonenſe lib. 8. de Pueris in Monaſteriis: *Et ſi qui fortè eorum vocales eſſent, tropos qui tunc temporis apud nos cantabantur, aut graduale ſive alleluia cantarent*. Beletus de Divinis offic. cap. 35. *Paulus Hiſtoriographus Diaconus Romanæ Curiæ, Monachus Caſinenſis, cùm die quodam Paſchalem cereum conſecraret, fauces ejus raucæ factæ ſunt, cum prius eſſet ſatis vocalis*.

Vocalis, voce, nomine tenus, vel appellatione. Matthæus Weſtmonaſterienſis an. 1277. de Principe Walliæ: *Vocalem Principem diligenter inſtructum ad partes eaſdem redire permiſit: ſucceſſores ſuos Principatus nomine ſententialiter privans*. Idem an. 1294. *Poſt hæc Morganus de tribu Wallenſium, & alter nomine Madocus, vocalis Princeps eorum*, &c. An. 1301. *Sedit ergo in triſtitia fidelium Eccleſia, deducta per vocales tutores ſuos miſerabiliter ſub tributo*. Denique an. 1304. *Quique præcaventes in futurum, ut Rex Angliæ, nonquaſi vocalis eorum, & regni Regis Franciæ Dominus quidquam conſtitueret, verùm etiam ipſum tanquam advocatum, dominum, & realem poſſeſſorem omnibus caſtellis, civitatibus, — ipſum per dies 40. pacificè ſaſiarunt*, &c.

Vocales, Philoſophorum modernorum ſecta. Vide *Nominales*.

Vocamen, idem quod vocabulum, Nomen. Gloſſæ vett. apud Barthium: *Vocamen, appellatio, vocatio*. Erchempertus in Hiſt. Longob. cap. 47. *In cujus vocamine & charta exarata, & nummi ſigurati ſunt*.

Vocatio, Vox in aſceticis frequens. Cæſarius Arelat. ſerm. 17. *Et ideo non ſolùm frequenter, ſed multis vicibus deprecor, ut unuſquiſque veſtrûm vocationem ſuam conſideret, & in quocunque ſtatu vel gradu à Domino vocatus eſt, in eo permaneat, ſi non vult in æternum perire, niſi fortè in melius proficiendo ad diſtrictiorem vitam aſcendere cupiat*.

Vocatio, in Litaniis, cum Sancti alicujus nomen decantatur, in Concilio Cloveshovienſi an. 747. cap. 17.

Vocatoriæ *literæ*, Evocatoriæ, citatoriæ. Alexander II. PP. 12. *Age modò, debitum teneri es ordinem, & adverſarius tuus vocatorias literas dirigemus, & tibi tuaque Eccleſiæ juſtitiam exequi procuidubio pollicemur*.

Vocatoria Epiſtola, in Ordine Romano, dicitur quâ is, qui abſens in Epiſcopum alicujus Eccleſiæ à Clero & plebe electus eſt, ad hanc dignitatem capeſſendam evocatur, directa Epiſtola à Metropolitano ad Epiſcopum & Preſbyteros, ex quorum diœceſi & parœcia eſt electus. Hujuſmodi Epiſtolæ formula ibidem deſcribitur, hiſque verbis clauditur: *Ob quam rem hanc direximus admonitionem, quemadmodum optimè placuit ſanctæ Synodo, Epiſcopum ſine Vocatoria ſuſcipi non debere, ne obſcuritas dubiæ ordinationis incurrat*.

Vociductus, Tubus, canalis cavus, ſeu fiſtula per quam vox emittitur. Epiſtola 28. incerti ad Dardanum de diverſis generibus muſicorum, to. 9. operum S. Hieronymi, de Tuba: *Tribus fiſtulis æreis in capite anguſtiæ inſpiratur, in capite per quatuor vociductus æreos, qui per æreum fundamentum quaternas voces producunt*, &c.

Vociferare, Vocare in jus. Vetus Placitum, apud Franc. Mariam in Mathildi lib. 3. pag. 117. *Unde pluries vices cum vociferare feciſtis, ut ad veſtrum placitum veniſſet*, &c. Eadem habentur verba in alio Placito ibidem pag. 155. Ita apud Codinum de Orig. CP. ἀναίτιχως, φωνήσον αὐτῷ.

Vociferatio, idem quod *Hueſium*, quod vide. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 12. *Qui furem plegiatum dimiſerit: qui ei obviaverit, & gratis ſine vociferatione dimiſerit*, &c.

Vocimissarius, *Præco*, in Gloſſematib. MSS. in Prudentium, in cod. 561. Bibl. S. Germani Pariſ. qui vocem emittit.

Vocipararius, Φωνασκός, in Gloſſ. Gr. Lat. ex emendatione Salmaſii: nam editus & MS. codex habent *Vociferarius*. Eſt autem *Vocipararius*, qui vocem parat, ſeu magiſter formandæ vocis, qui Græcis φωνασκός.

Voder, Menſuræ Theutonicæ ſpecies. Theloneum Monaſterii S. Bertini: *Ligna textoris, 2. den. voder allium, 2. den*.

Vogherii, Nautæ. Conventiones inter Michaëlem Palæologum Imp. & Genuenſes an. 1261. à nobis editæ: *Superſalientes unuſcuiuſque galeæ PP. 100. — Panetarius unuſcuiuſque galeæ — Vogerii 108. unuſcuiuſque galeæ PP. 88. &c*. In Charta Gallica habetur *Voguéors*.

Vogtman, Cliens, qui ſe alicujus imperio, vel tutelæ ſubjecit, *Commendatus*: vox Germanica, ex *Vogt*, Præfectus, Patronus, Advocatus, & *man* homo. Fridericus II. Imp. in privilegiis Ratiſbonenſis urbis an. 1230. *Quicunque reſidens in civitate impetitus fuerit, quod ſit vogtman alicujus, & ille civis exiſtent collectas det nobis & Epiſcopo, tanquam alius civis, nulla poſtmodum Advocato ſervitia exhibebit per coactionem*, &c.

Voietrecht, Rectum ſeu jus *Advocatiæ*, ex Germ. *Voict*, vel *Vogt*, Advocatus, à *Recht*, jus, rectum. Charta Ottonis Comitis Palatini & Ducis Bavariæ an. 1235. in Metropoli Salisburgenſi to. 1. pag. 164. *Statuentes quod de prædicta curia nihil propter jus, quod Voietrecht dicitur, ſecundùm antiquam conſuetudinem à nobis vel à noſtris ſucceſſoribus exigatur*. Alia anni 1224. ibidem p. 237. *Advocatiam quæ Keſten vogtes dicta*.

Voisinetum. Vide *Vicinetum*.

Voivoda. Vide *Vaivoda*.

Volata. Monaſticum Anglicanum to. 2. pag. 139. *Et dimidiam hidam quæ fuit Gaufrid, cum prato quod ad eaſdem terras pertinet, & unam croftam & volatam quam Hemmingus Presbyter ſolebat habere, & pannagium de propriis porcis ſuis*, &c.

Volatile, Propriè pro eo avium genere quæ in cortibus ruſticis nutriuntur., *Volature*, in Conſuetudine Aquenſi tit. 12. art. 9. *Volture* in Aurelianenſi art. 162. Conventus Aquiſgranenſis an. 817. c. 8. & Addit. 1. Capitul. c. 8. *Ut volatilia intus foriſque, niſi pro infirmitate, nullo tempore comedant, (Monachi.)* Adde c. 9. Joannes Italus in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib. 3. *Illat autem circa pedes grex cornicum, quas nos Gallinas vocamus. Tunc quaſi furens quoddam bacillum arripuit, & quam ei placuit, percuſſit, ac furibundo ore dixit, Hæc erit hodie mihi piſcis. Cæteri ſiquidem qui circumſtabant, cum quodam rubore cœperunt ei dicere, fortaſſis licet tibi carnem comedere, pater? At ille, Volatile, inquit, non eſt caro: volatilia enim & piſces unam habent originem*, &c. Adde Conſtantinum Africanum lib. 1. de Morbor. cognit. cap. 10.

Volemum. *Gallica lingua, bonum & magnum dicitur*, inquit Papias, ex Iſidoro lib. 17. Orig. cap. 6. Gloſſæ Lat. Gr. *Volemis*, ἀδελφιδῆς, ἄπια.

VOLENTIA, Voluntas. Felix in Vita S. Guthlaci in prologon. 1. *Sciat nos hoc opuſculum non tam volentiæ, quam obedientiæ gratiâ incœpiſſe.*

VOLGRANUM. Tabularium S. Benigni apud Perardum pag. 138. *Quietam clamaverunt querelam quam habebant adverſum nos de redecima decimæ, & volgrano, & conreio, & de domo quam habemus ibidem.* Vetus Charta apud Beſlium pag. 400. *Quidquid in horreo & in area habebant, garbas, atque volgrenam*, &c.

VOLLENEN. Vide *Fahnelen*.

VOLSURA. Vide *Ruſia*.

VOLTA. Vide *Volutio*.

VOLTO, Charta Italica an. 1356. in Hiſt. Bononienſi lib. 1. pag. 25. *Juxta viam publicam, — juxta voltonem antiquæ portæ civitatis*, &c. Idem fortè quod *volta*.

VOLTURIUM, γὺψ, in Gloſſ. MS. Sangermanenſi, Vultur, noſtris etiam *Voltour*, ſeu *Vautour*.

VOLUBILIS. Vide *Monubilis*.

VOLUCRITARE, Celeriter locum pertranſire inſtar *volucris*. Occurrit in Vita S. Samſonis Epiſc. Dolenſ. Vide locum in *Venalis*.

VOLUCRES *denarii*, Vulgò *Vlieghers*, in Legibus Opſtalbomicis Friſiæ cap. 21. Kiliano, *Vliegher*, eſt drachma, nummus 4. ſtuferorum, aquilæ, ſive angeli volantis effigie donatus.

VOLUCRUM, Involucrum, quo peregrè euntis ſarcinæ ac veſtes conduntur, ac involvuntur, Gallis *Male, portemanteau*. Gloſſarium S. Bened. *Volucrum*, ἄγγος. Gregorius Tur. lib. 3. Hiſt. cap. 15. *Unum etiam volucrum cum impedimentis tollentes.* Lib. 4. c. 26. *Cumque hæc collectis rebus, factiſque volucris, à Cœnobio pararet egredi.* Adde lib. 5. c. 19. *In oblivionis volucrum delabi*, in Vita B. Mariani Abb. Ratiſp. n. 1.

VOLUNTARII, qui ultro militant, & caſtra ſequuntur, nec ſacramento militari aſtricti ſunt. Capitolinus in Marco: *Inſtante adhuc peſtilentia, & deorum cultum diligentiſſime reſtituit: & ſervos quemadmodum bello Punico factum fuerat, ad militiam paravit, quos Voluntarios, exemplo Volonum appellavit.* Θεληματαρίων ejuſmodi meminit Georgius Pachymeres lib. 2. cap. 14.

Voluntarius, Propenſus, qui ultro in rem aliquam incumbit. Vita S. Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis n. 10. *Si quem in lege Domini voluntarium reperiſſet, nimia venerabatur dilectione, & inter ſuos ſecretarios amicabiliter annotabat.*

Voluntariè, Libenter, Gall. *Volontiers*, occurrit non ſemel in Capitul. Caroli C. tit. 26. 28 31. &c.

VOLUNTAS, *Voluntarius*. Vide *Tallia ad voluntatem*.

VOLUPTIFICUS. Apuleius lib. 1. Florid. *Jovis* (ſtella) *benefica*, *Veneris voluptifica*.

VOLUTARE, Vaſis ſpecies. Apitius lib. 2. c. 3. *Ubi jam commiſcueris, uvam paſſam, carenum, vel paſſum deſuper confractum, aſperges, atque in volutari inferes.* Lib. 5. c. 2. *Quum benè ferbuerint, obligabis, addes in volutari oleum, cum viridi lenticula.* Adde lib. 6. c. 1. & lib. 8. c. 7. ubi Humelbergius legendum putat *boletari*, quod eſt vas boletis ſerviens: unde illud Martialis lib. 14. Epigr. 101.

Cum mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis, pudet heu, ſervio coliculis.

VOLUTIO, *Voluta*, *Volta*, *Vota*, Fornix, concameratio, Gall. *Voute*, quod ſurſum in fornicis ſpeciem volvatur. Papias: *Concameratio, fornix, tranſvolutio.*

Volutio. Vita S. Eligii lib. 2. c. 45. *Viſum eſt Epiſcopo — ut ædificata ultra altare volutione, illic ei demum condignam facerent tranſlationem.* Vita S. Deſiderii Epiſcopi Cadurcenſis cap. 11. *Sepulturam quoque ſibi in eodem Monaſterio ſub dextri lateris volutione præparari juſſit.* Cap. 17. *Qui Monaſterii ſepta, prærogativa quadam dignitate in... domorum amplitudine, & baſilicarum admiranda altitudine, ac volutionum ambienda pulchritudine, pene ſtudio ac ſingulari fabrica ſuſtulerit.* Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. S. Martini c. 38. *Crypta ſuper eos miro opere fabricata eſt, quæ in arcuum modo tranſvoluta firmiſſima ſtabilitate ſubſiſtit.* Idem lib. 10. Hiſt. c. 31. *Ante altare baſilicæ fundamenta jecit, erectamque abſidem unico opere conſtituit & tranſvolvit. Ea verò tranſvoluta diruptoque pariete arcum ædificat.* Ermentarius Monach. in Vita S. Philiberti Abbat. c. 28. *Locus ſepulturæ mirificè eſt tranſvolutus, tribus perinde abſidis circumcirca adjectis.* Chronicon Abbatiæ S. Trudonis lib. 6. initio: *Similiter & cryptam, quam volutam tantum invenit, cæteris omnibus quæ deerant conſummavit.* Gloſſ. Ælfrici, *volubilis*, ƿinpealt. i. rotundus. Gr. Lat. εὐκύλιστον, *Volubile*. Ναὸς εἰλυματικὸς Conſtantino Porph. de Adm. Imp. Vide Salmaſium ad Solinum p. 1219.

Tranſvolutio. Vita ſancti Saturnini Mart. *Tranſvolutionem deſuper tumulum multo latere diligenter extruxit*, &c.

Volta, Fornix, Italis etiam *Volta*. *Superior voltarum ſublimitas*, apud Sugerium lib. de Adminiſt. ſua cap. 28. Adde cap. 31. Durandus lib. 1. Ration. c. 1. n. 19. *Exedra eſt abſida, ſive volta.* Liber niger Eccleſiæ Dublinenſis apud Jacob. Waræum in Antiq. Hibernicis: *Dedit S. Trinitati & Donato primo Epiſcopo Dublinenſi locum ad ædificandam Eccleſiam S. Trinitatis, ubi fornices ſive voltæ ſunt fundatæ*, &c. Thomas Fiche Canonicus Eccleſiæ Cathedralis S. Trinitatis Dublinienſis de Fundat. ejuſdem Eccleſiæ: *Quapropter S. Patricius celebravit Miſſam in uno fornice ſive volta, qui in hodiernum diem appellatur Fornix, ſive volta S. Patricii.* *Le Roman d'Abladane* MS. *Et dit que li Meſſagiers y entrerent par vaultes, qui eſtoient faites deſſous terre de long temps, & par deſſous ces voltes cil d'Abladane pouvoient moult bien ſecourir*, &c. Vide Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccl. Placent. lib. 14. pag. 17.

Volumen, Tholus. Vetus Interpres Palladii Lauſiacor. cap. 22. *Trium ſibi voluminum cellulas fecit.* Ubi Palladius cap. 43. τρεῖς θόλους.

Vota, eadem notione. Charta an. 1246. apud Columbum in Epiſcopis Siſtaric. lib. 3. n. 21. *Nec non caſalia — item votam S. Joannis contiguam Beato Thyrſo cum pertinentiis omnibus.*

VOMERES *igniti*, Purgationis per ferrum candens ſpecies, quos qui innocentiam ſuam jubebantur adſtruere, calcare nudis pedibus tenebantur. *Ad novem vomeres ignitos judicio Dei examinare*, in Capit. ad Legem Salicam c. 5. in Lege Angliorum & Saxon. tit. 14. in Capitul. 2. an. 803. c. 5. in Lege Longob. lib. 1. tit. 10. §. 3 in Capit. Caroli M. lib. 4. Append. 2. c. 3. & in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 89. Capitula Theodori Cantuar. c. 56. & Concilium Moguntinum ſub Rhabano c. 24. *Qui Preſbyterum occidit, ſi liber eſt, cum 12. juret: ſi autem ſervus, per 12. vomeres ferventes ſe expurget.* Annales Franc. Metenſes & Regino an. 887. *Idque ſe adprobare Dei omnipotentis judicio, ſi marito placeret, aut ſingulari certamine, aut ignitorum vomerum examine fiducialiter affirmat.* Vita S. Cunigundis Imperatric. n. 2. *Sed quia crudelis eſt, qui famam ſuam negligit, expurgationis gratiâ, ad vomeres candentes illud ſibi judicium elegit, quod propter duritiam hominum inſtitutum eſſe cognoſcitur.* Infra: *Hoc dicto, ſtupentibus & flentibus univerſis qui aderant, vomeres candentes nudo veſtigio calcavit, & ſine aduſtionis moleſtia ſecura pertranſiit.* Helmodus lib. 1. cap. 24. & ex eo Anonymus in Chron. Sclavic. c. 25. *Et vetavit Comes ne Sclavi de cætero jurarent in arboribus, fontibus, & lapidibus, ſed offerrent criminibus pulſatos Sacerdoti, ferro ac vomeribus examinandos.* Albertus Abbas Stadenſis an. 1192. & ex eo Cromerus in Metropoli lib. 7. c. 14. *Interfectores examinati judicio duodecim vomerum, rota ſupplicio ſunt affecti.* Annal. Winton. Eccl. *Femina illa infamis pro ſe ipſa 4. pro Epiſcopo 5. ſcilicet 9. continuos paſſus ſuper 9. ignitos vomeres faciat nudatis pedibus: ſi titubaverit, ſi ſingulos vomeres pleno pede non preſſerit, ſi quan-*

vulnuscumque læſa fuerit, ſententia proferatur in mœchum & fornicariam, &c. *Ignitorum vomerum examen*, apud Reginonem an. 887. *Per ignitos vomeres incedere*, in Actis Synodi Remenſis in cauſa Arnulphi. Adde Gobelinum Perſonam in Coſmodromio ætate 6. cap. 52. Saxo Grammaticus lib. 13. de Haraldo: *Qui cum ſe Magno Hiberniæ populatore procreatum aſſeruerit, affirmationi ſuæ fidem divini examinis argumento præſtare juſſus, ſuper candentes laminas nudatis pedibus (nam id ab eo experimentum poſcebatur) inceſſit, hiſque nulla ex parte corruptioribus, complures Norwagenſium liquido incolumitatis miraculo ad aſſertionis ſuæ credulitatem perduxit.* Andreas Suenonis Archiepiſcopus Lundenſis lib. 5. Legum Scanicarum cap. 15. *Sin autem prioris ferri candentis judicio convincatur exuſtus, in principali cauſa ſuccubuiſſe pariter cenſeatur. At ſi reus obtinuerit, utrique permittatur heres adhuc octo viros eodem ordine ſingulos ſingulis vicibus accuſare. Poſtremo ſi nullus eorum convictus fuerit, decimum eodem ordine accuſatum, hoc modo ad calcandum vomeres ardentes compellat, ut juret cum viris 12. quod nec lucri nec odii cauſa ei homicidii reatum imponant.* Alibi ait triplex eſſe ferri judicium uſu receptum, *unum quod in duodecim ignitis vomeribus calcandis conſiſtit*, &c. Ut porrò vomeres ejuſmodi benedicerentur, vide apud Hugonem Mathoudum in Obſervat. ad Robertum Pullum pag. 375.

Pedale examen præterea appellatur ejuſmodi purgatio in laudatis Annalib. Wintonienſis Eccleſiæ, quod vomeres igniti pleno pede premere deberet qui ejuſmodi judicio exponebatur: *Noveritis quod plus de indulgentia quàm de rigore procedit ſententia, quæ non dicam decernit, ſed ſuſtinet pedali examine crimen capitale purgari.* Vide *Ferrum candens*.

VOMITARIA. Macrobius Saturn. lib. 6. c. 4. *Virgilius, Mane ſalutantum totis vomit ædibus undam. Pulchrè, Vomit undam, & antiquè: nam Ennius: Et Tiberis flumen vomit in mare ſalſum. Unde & nunc Vomitaria in ſpectaculis dicimus, unde homines glomeratim ingredientes, in ſedilia ſe fundunt.*

VORANTA, Modus agri. Charta Anglica laudata à Spelmanno: *Retinuit ad opus ſuum de eadem terra in villa de Heiden unam vorantam terræ, ſcilicet dimidiam virgatam, quæ fuit Gwarini Palmar, & dimid. virgatam de dominico ejuſdem terræ:* Sed legendum *virgatam*, quod ſequentia evincunt.

VORATRINA, Popina, ubi carnes vorantur. Tertullian. Apologet. cap. 39. *Non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur.*

VOTA. Vide *Bovaticum*, & *Volutio*.

VOTAREA. Anaſtaſius in Conſtantino PP. p. 65. *Philippicus hæreticus in Imperiali promotus eſt arce, cujus & ſacram cum pravi dogmatis exaratione Conſtantinus ſuſcepit; ſed cum Apoſtolicæ Sedis conſilio reſpuit. Hujuſque rei cauſa Zelo fidei accenſus omnis cœtus Romanæ Urbis imaginem, quam Græci Votaream vocant, ſex continentem ſanctas ac univerſales Synodos, in Eccleſia B. Petri erexerunt.* Ad marg. ſcribitur *Pancaream*: ut & apud Baronium, qui locum exſcripſit an. 713. n. 11. Hanc imaginem rurſum erexiſſe Theodoſium Philippici & Anaſtaſii ſucceſſorem tradit idem Anaſtaſius in Conſtantino PP. pag. 67. *Protinus etiam ut ingreſſus eſt memoratus Theodoſius Regiam urbem, imaginem illam venerandam, in qua ſanctæ erant ſex Synodi depictæ, & a Philippico nec dicendo fuerat depoſita, in priſtino erexit loco, ita ut hujus fidei fervore omnis ab Eccleſia ceſſaret quæſtio.* Vide *Pancarea*.

VOTIFICARE, *Votum libare*. Papias.

VOTIVUS, Voto conſecratus. Gloſſæ Antiquæ MSS. *Votivum, immolaticium.* Papias: *Votiſſimum, quod jam dedicatum eſt voto. Votivum, quod promiſſum eſt votis.* Lex Salica tit. 2. §. 14. *Si quis maialem ſacrivum, qui dicitur Votivus, furaverit*, &c. Oratio ſuper populum, in libro Sacramentorum S. Gregorii M. *Præſta, quæſumus, Domine, ut ſemper nos B. Laurentii lætificent votiva Martyria, quæ ſemper eſſe non deſinunt admiranda.* Ubi *votiva, devota, Deo dicata & conſecrata*, interpretatur Menardus. Aliàs *votivus*, eſt voto expetitus, de qua voce multa commentatur Jacobus Gotofredus in Notis ad l. 1. Cod. Th. de Feriis.

VOTUM. Concilium Nannetenſe can. 20. *Omnibuſque interdicatur, ut nullus votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus pro ſanitate ſua roga urus alibi deferat, niſi ad Eccleſiam Domino Deo ſuo.* Excerpta Gregorii III. PP. cap. 16. *Si quis votum voverit præter Eccleſiam, vel qui divinationes faciunt in incantationibus ſuis, — tres annos pœniteant.* De iis votis intelligendus Canon 62. Synodi Trullanæ: Τὰς οὕτω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα βοτὰ, καὶ τὰ λεγόμενα βρουμάλια — ἐκ τῆς τῶν πιστῶν πολιτείας περιαιρεθῆναι βουλόμεθα. Quæ enim ad hunc Canonem eſcribit Balſamon, nihili ſunt. His conſona ſunt quæ habet Capitulare Pipini Regis Italiæ c. 32. *De pravis illis hominibus qui brunaticos colunt, (ſic legendum) & de hominibus qui ſubtus maida cerias incendunt, & votos vovent*, &c. Deſignatur verò, ni fallor, his locis, *Votorum nomine*, dies feſtus Romanorum, tertio Nonas Januarii celebrari ſolitus, qui in Kalendario Bucheriano *Votorum nuncupatio* appellatur, interdictus prædictis Canonibus, quod Paganiſmum redoleret.

Votum, Sacræ preces, εὐχὴ, apud S. Auguſtinum Epiſt. 59. ad Paulinum: *Porro ſi uſitatius, ut dixi, in Scripturis votum appellatur εὐχὴ, excepto nomine orationis, ea propriè intelligenda eſt oratio, quam facimus ad votum, id eſt πρὸς εὐχήν. Voventur autem omnia quæ offeruntur Deo, maximè ſancti Altaris oblatio, quo ſacramento prædicatur noſtrum illud votum maximum, quo nos vovimus in Chriſto eſſe manſuros utique in compage corporis Chriſti.* Canon Miſſæ: *Memento Domine famulorum famularumque tuarum, — qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis pro ſe ſuiſque omnibus, pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis & incolumitatis ſuæ, tibi reddunt vota ſua æterno Deo, vivo, & vero.*

Votum, Suffragium. Vetus Statutum Academiæ Pariſienſis: *Novi Magiſtri priuſquam admittantur ad congregationem Facultatis, jurabunt in ea fideliter referre vota Baccalariorum Formatorum de ſufficientia vel inſufficientia Baccalarii qui ſub eo de quæſtione Tentativa reſponderit.* Occurrit ibi plùries.

Votum, Nuptiæ. S. Ambroſius ſerm. 25. *Solent autem homines, ſicut mos eſt, in votis ſuis, hoc eſt nuptiis, præcipuè ſaltare vel canere.* S. Auguſtinus lib. 11. de Geneſi ad liter. c. 41. *Niſi fortè ſponſa erat à patre tradenda, & expetienda erat votorum ſolemnitas, & convivii celebritas.* Canones S. Patricii cap. 28. *Eadem ratione obſervanda ſunt prima vota & prima conjugia*, &c. Fortunatus in Epiſt. ad Mumolenum lib. 10. Poëm. *Ad cujus* (filiæ Mumoleni demortuæ) *forte vota jam feſtinans familia fervebat, ſedule parentela excitabatur.* Fleta lib. 4. c. 2. §. 16. *Si donatarius ad alia vota convolaverit.* Adde lib. 3. cap. 3. §. 6. & Alexandrum III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranenſe III. part. 5. cap. 1. Hinc *dies votorum*, pro die quo nuptiæ peraguntur, in Lege Longob. lib. 2. tit. 4. §. 3. tit. 14. §. 21. in Legib. Luitprandi Regis tit. 74. §. 2. Vetus Charta an. 1093. in Tabulario Caſaurienſi: *Ut alia die poſt noctem nuptialem, qui eſt dies votorum noſtrorum*, &c.

VOX diverſis notionibus accipitur: interdum enim pro Clamore militari, *Cry d'armes*. Cæſarius lib. 7. de Mirac. c. 39. *Nos hodie dextras vobis dedimus, nos ſigna veſtra militaria ibi vidimus, nos vocem veſtram ibi audivimus.* De torneamento loquitur. Willel. Brito lib. 11. Philippid.

——— Necdum vox ulla ſonabat.

Vox, Jus teſtimonii ferendi. Edictum Theoderici Regis Italiæ §. 48. *Quia hujuſmodi perſonæ* (ſervi & liberti) *neque in civilibus neque in criminalibus cauſis contra patronos aut dominos, eorumque liberos, etiamſi pro eis dicant, vocem poſſunt habere legitimam*, &c. Concilium Fran-

coford. an. 794. c. 36. al. 34. *De criminoſis, ut non habeant vocem accuſandi majores natu, aut Epiſcopos ſuos.* Definitio Concilii Duziacenſis de Duda Monacha c. 2. *Quapropter vocem non habet, ut ſacramento de hoc ſacrilego adulterio ſe — valeat expurgare.* Concilium Pontigonenſe an. 876. *Si poſt quatuor menſes purgare ſe canonicè non poterit, nulla ejus vox penitus audiatur.*

Vocem non habere, dicitur apud Bractonum lib. 3. tr. 2. c. 34. §. 3. & in Fleta lib. 1. c. 34. §. 9. c. 38. §. 21. ille qui inter infames habetur, eoque ipſo ad teſtimonium dicendum non admittitur.

Vox, Jus ſuffragii ferendi in Capitulis, &c. Charta an. 1246. apud Columbum in Epiſcop. Siſtaric. *Concedimus quod in Capitulo noſtro vocem tamquam Canonicus habeatis.*

Vox, Jus quod quis habet in rem aliquam. Lex Wiſigoth. lib. 4. tit. 3. § 4. *Quia verò quidam tutores aut perſuaſione aut indignatione circumveniunt eos, quos tueri gratiſſimè debuerunt, & de rebus reddendæ rationis ſecuritates accipiunt, vel certè diverſarum obligationum ſcripturas ab illis exigendas inſiſtunt; quo extinctis vocibus eorum, quæ illis competunt nunquam inquirere, vel recipere permittantur.* Berengarius Comes Barcinonenſis in donatione civitatis Tarraconenſis Romanæ Eccleſiæ, an. 1090. *Ea ſcilicet deliberatione, ut ego & mei poſteri omnes — teneamus hoc totum per manum & vocem S. Petri, ejuſque Vicarii Romanæ Sedis Apoſtolici, per quinquennium perſolventes ei 25. libr. puriſſimi argenti ad juſtum penſum.* Charta Alfonſi Regis Legionenſis apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti to. 3. pag. 227. *Do & offero Monaſterio S. Vincentii Ovetenſis, quod dicitur Capella Regum, totam vocem & totum jus Capellaniæ, in ipſa plantatione, ubicunque extenſa fuerit*, &c. Charta Sancii Regis Aragon æræ 1131. apud eundem to. 7. *Sicut unquam habui, vel tenui, ſeu habere potui per qualeſcunque voces*, &c. Charta Ranimiri Regis Aragon. æræ 1173. apud Blancam in Comment. Rer. Aragon. pag. 647. *Cum ſuis terminibus, — direllaticis, eremis, & populatis, & montibus, & aquis, & paluſtris, & cum omni cenſu, quod pertinet ibi, vel pertinere debet ad meam regalem perſonam vel vocem.* Alia apud Catellum lib. 4. Rerum Occitanar. pag. 651. de quadam Inquiſitione: *Aut ſi de ipſa inſula terrameritum exuunt ad poteſtatem Rainardi, aut permanſit poſtea in voce Vaidrani*, &c. Vide to. 2. Capitular. Regum Franc. p. 1548.

Vox, eadem, ni fallor, notione, in veteri Charta Rivipollenſi æræ 888. apud Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti to. 4. *Ipſo alode cum fines & termines ſuos, ſicut in ipſo judicio reſonat, quem aquiſivit per vocem liberto ſuo*, &c.

Mala vox, ſeu *Mala voce* poſſidere dicitur is qui contra jus rem detinet. Charta Garſiæ Regis Navarræ æræ 1185. apud Sandovallium in Epiſcopis Pampilon. qua concedit Epiſcopo Pampilonenſi, *Synagogam Judæorum de Stella, liberam & integram, ſine ulla mala voce, ad peragendum in ea Eccleſiaſticum miniſterium*, &c. Fori Oſcæ an. 1247. f. 5. *Quicunque miſerit malam vocem in hæreditatem quam alius poſſidet: & fortè infra unum annum & unum diem voluerit accipere directum de illo qui tenet illam hæreditatem*, &c. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de Generalib. Privileg. §. 21. *Poſtea ſine mala voce retinere poteſt emptor*, &c. Adde Foros Aragon. lib. 7. pag. 132. v. 133. &c. Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. pag. 331. *Viduitatis jure ſi poſſidet vidua aliquam rem, & imponitur ſibi in ea mala vox, debet in judicio nominare hæredes viri ſui mortui, & dabitur ei dilatio, ut denuntiet malam vocem dictis hæredibus ſui viri*, &c. Adde p. 81. 82. v.

Falſis vocibus cantare. Inſtitutiones Capituli Generalis Ciſtercienſis Ordinis c. 71. *Viros decet virili voce cantare, & non more femineo, tinnulis, vel ut vulgò dicitur, falſis vocibus hiſtrionicam imitari laſciviam.*

VOYSKINA, Slavis dicuntur Contributiones belli causâ exigi ſolitæ, à *Vojska*, exercitus. Ita Joann. Lucius lib. 6. de Reg. Dalmat. c. 1.

UPLANDA, ſuperior terra, Anglis, ſeu ut vulgò loquimur *terra firma*, reſpectu paludoſæ: ex Saxonico & Anglico up, ſupra, & land, terra. Ingulfus p. 861. *Per aquam de uplanda, id eſt de ſuperiori terra, ſcapulis deferri juſſit.* Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 2. pag. 990.

Uplandenſis, Anglis *Uplendish*. Ruſticus, agreſtis, ſylveſtris, montanus. Leges Burgor. Scoticor c. 27. *Si burgenſis calumnietur per jure manentem, ſeu uplandenſem de furto aliquo invento in domo ſua.*

UPUA. Formula 14. ex Baluzianis: *Volat upua, & non arundo*, &c. Fortè pro *upupa*.

UR, pro F. Ægidius Schudus in Deſcriptione Rhetiæ Alpinæ cap. 36. *Veteres Germani nunquam uſi fuerunt litera F, ſed loco ejus uſi ſunt conſonante V, ut pro frow, fravel, frid, frelich, &c. ſcripſerunt vrove, vravele, vride, vrevelich*, &c.

URA, αὖλαξ, in Gloſſis MSS. S. Germani Pariſ. Edit. *Sulcus, Hecura.* Diſtinguend. *Hæc ura.*

URASDA, Slavis dicitur compoſitio pecuniaria pro homicidio, vel membrorum mutilatione. Vide Joan Lucium lib 6. de Regno Dalmat. cap. 1. & Statuta Raguſii lib. 6. cap. 76.

URBARA. Acta Murenſis Monaſt. p. 40. *Exceptis agris & pratis & ſilvis, quæ ad nos ex toto quod dicunt urbara, vel ad Clericum pertinent*, &c.

URBACIO, *Circunductio*, ἀποχάραξις, in Gloſſ. Gr. Lat.

URBS *aurea*, Roma. Petrus Diaconus lib. 4. Chr. Caſin. c. 125. de Lothario Imp. *Juxta auream urbem pervenit.* *Auream Romam* dixit etiam Martialis l. 9. Epigr. 60.

In ſeptis Mamurra diu, multumque vagatus
Hic ubi Roma ſuas aurea vexat opes.

Juvencus lib. 1. initio:

Non orbis, non regna hominum, non aurea Roma.

Et Prudentius in Apotheoſi:

Et venerata Deum percenſet Aurea Roma.

Catwlphus in Epiſtola ad Carolum M. Regem: *Auream & Imperialem Romam intraſti, & Italiorum regna cum omnibus precioſis à Rege Regnorum ſuaviter accepiſti*, &c. Carmen de Carolo Calvo Imp. v. 17.

Aurea cum totum regnaret Roma per urbem
Conſiliis, ſublime caput ſolenniter aſtris
Extulit, ac tonitru ſonuit per climata mundi.

Autor Panegyrici Berengarii Imp.

——Valeat tuus Aurea Princeps
Roma diu, &c.

Adde Vitam S. Faronis cap. 124. Vitam S. Adalberti Epiſc. Pragenſis n. 12. Alcuinum Poëm. 178. &c. In ſigillis præterea Imperatorum *Auream Romam* dici annotat Angelus à Nuce.

URBURA, Jus regium in fodinis aureis, argenteis, &c. apud Hungaros. Decreta Ludovici Regis Hungariæ an. 1351. c. 13. *Si poſſeſſiones ipſas minerosas Regia Majeſtas pro concambio habere nolit, extunc jus regale, ſeu urburas juri regio pertinentes recipere ſuo nomine faciat.* Quale autem fuerit ejuſmodi regium in fodinis jus, docet vetus Fragmentum *de Urburis* inſcriptum: *Reges Hungariæ ab eorum montaniſtis receperunt urburas, hoc eſt, de ſingulis mineris auri, argenti, & cupri habuerunt decimam partem.* Vide Thwroczium in Sigiſmundo Rege Hungar. c. 15.

URCEOLUS, inter miniſteria ſeu vaſa ſacra recenſetur. Lanfrancus Cantuar. Epiſt. 13. *Urceolus quid ſit, liquido patet; eſt enim vas ſuperius unde lavandis manibus aqua infunditur.* Stephanus Eduenſis lib. de Sacram. altaris cap. 4. ubi de Acolytorum ordinatione: *Accipiunt & urceolum, in quo datur eis poteſtas infundendi aquam in calicem dominicum.* Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Conchas æreas 2. ad chriſma conficere, urceolo uno cum aquamanile*, &c. Charta an. 1197. apud Ughellum to. 7. p. 1274. *Duos urceolos argenteos pro vino & aqua.*

Orceolus, in veteri Charta plenariæ ſecuritatis exarata ſub Juſtiniano, apud Briſſonium in Formul. pag. 647. *Conca aurea una, orceolo areo uno, lucerna cum catenula*, &c.

URCHRICHIAD. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ: *Urchrichiad, i. Edling, qui poſt Regem habet ſuccedere, præ omnibus qui ſunt in Curia præter Regem & Reginam honoratur. Iſte erit filius ejus vel frater ejus. Locus ejus eſt in aula ultra ignem, in oppoſito Regis. Inter hæredem & columnam primo loco habet judex ſedere*, &c.

URGESCERE, pro Sæpius urgere, uſurpat Lucifer Calaritanus lib. 2. pro S. Athanaſio p. 124.

URIGO, *Vertigo*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

URLARE, Orulam, vel limbos inſerere, Gall. *Orler*. Monaſticum Anglic. to. 3. p. 317. *Amictus de aurifrigio — urlatur aurifrigio puro & ſtricto.*

URNA, pro *orla*, ſeu *orula*, Limbus. Leo Oſt. lib. 1. c. 57. *Aliam planetam cum leonibus, urnas de pallio longitudine paſſuum 4. latitudine palmorum trium, pannum de altare diarodinum* &c. Lib. 3. c. 11. *Capitulum renovavit, illudque gypſea urna in gyro, vitreiſque feneſtris ac pulchro variorum marmorum pavimento decorans tegulis cooperuit.* Cap. 20. *Tunicam diapiſtincum urna ampliſſima à pedibus & manibus ac ſcapulis aurea.* Cap. 57. *Coopertorium cum urna purpurea.* Cap. 33. (al. 31.) *è quibus* (iconis) *decem ex quadratis prædictus Frater apud Conſtantinopolim craſſo argento ſculpſit ac deauravit, — rotundas verò omnes argentea ſolum urna 4. librarum circumdans, cætera coloribus ac figuris depingi Græca peritia curavit.* Cap. 58. (al. 57.) *Coopertorium altaris ſericum cum urna purpurea ornatum margaritis.*

URNA, Menſura liquidorum, vini, cereviſiæ, &c. In Metropoli Saliſburgenſi to. 2. p. 291. to. 3. p. 40. & alibi non ſemel.

URNATORES, *qui urnis aquas ex altis puteis levant*, apud Julium Firmicum lib. 3. Matth. cap. 11. lib. 4. cap. 6. *Aut enim ex altis puteis, quotidiano opere aquam levare cogentur*, &c.

URPHEDA, Germ. *Urfelie*, Juramentum quod ex carcere dimiſſus præſtat de non ulciſcendo. Goldaſt.

URSUM *circumducere*. Hincmarus Remenſis in Capitul. ad Presbyteros cap. 14. *Nec plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre aut cantare præſumas. Nec turpia joca cum urſo, vel tornatricibus ante ſe facere permittat.* Synodus Trullana can. 61. [illegible]. Ubi obſervat Balſamon in ejuſmodi urſorum capitibus & corporibus tincturas appendere ſolitos, dareque paſſim ex pilis eorum cum tincturis, tanquam phylacteria, ad depellendos morbos, atque adeo oculorum faſcinos amoliendos. Vide *Minator*.

Urſorum paſtus. Vide in *Pedatura*.

URSUS, Præſtatio Regi Bohemiæ recèns dicto fieri ſolita. Albertus Argentinenſis in Chron. pag. 145. *Collecta enim ibi impoſita, quæ Urſus dicitur, & de novo Regi creato debita, apud Bohemos remanſit.*

URTELLA; idem quod *Ordalium*, judicium divinum, purgatio vulgaris: Germ. *Urdel*. Decretum Taſſilonis de popularib. legib. c. 9. *Ut hi qui Ducali manu liberi dimiſſi ſunt, ad eadem cogantur judicia, quæ Baioarii Urtella dicunt.* Vide *Ordalium*.

URTIO. Vide *Alchaz*.

URTUM, *pars aratri quæ plicatur*, Papiæ: in MS. *Urnum*.

URUS, vox Gallica vetus, Germanis hodie *eyn urochs*, ut docet Cluverius lib. 3. Germ. antiq. cap. 47. Gloſſ. Gr. Lat. [illegible], *urus, bos ſilveſtris*. Gloſſæ antiquæ MSS. *Uri, vituli agreſtes, quos Bubalos vocant.* Macrobius lib. 6. Saturn. cap. 4. *Necnon & Punicis Oſciſque verbis uſi ſunt veteres, quorum imitatione peregrina verba non reſpuit ut in illo, Silveſtres uri aſſiduè: uri enim Gallica vox eſt, qua feri boves ſignificantur.* Aimoinus lib. 1. Hiſt. Franc. cap. 1. ubi de Herciniæ ſylvæ feris: *Tertium eſt genus eorum, quæ Uri appellantur. Hi ſunt magnitudine paulò infra elephantos, ſpecie & colore & figura tauri. Magna vis eorum eſt, & magna velocitas: neque homini neque feræ quam conſpexerint parcunt. Hos ſtudioſè captos foveis, interficiunt. Hoc ſe labore durant adoleſcentes, atque hoc genere venationis ſe exercent, — amplitudo cornuum & figura & ſpecies multum a noſtrorum boum cornibus differt. Hæc ſtudioſe conquiſita ab labris argento circumducunt, atque ampliſſimis epulis pro poculis utuntur.* Poſtremis Aimoini verbus conveniunt quæ ſcribit Fulco lib. 1. vitæ Hieroſol.

Uris cornua ſunt immenſa concavitatis,
Ex quibus ampla ſatis, & lævia pocula fiunt,
Viribus & menſis & honora & commoda proſunt,
Seu docti artifices ea quadrificata rotundent,
Integra ſive ſinant, & fiſſa caloribus aptent.

Idipſum Cæſar lib. 7. & Plinius lib. 11. cap. 37. de urorum cornibus vice poculorum tradunt. Urorum verò venationis meminit Monachus Sangall. lib. 2. de Carolo M. cap. 11. *Cum ecce quietis & otii impatientiſſimus Carolus ad venatum biſontium vel urorum in nemus ire, & Perſarum nuntios ſecum parat educere.*

USA, Fluvius, ex Saxonico uſe. Foedus Alfredi & Godrami c. 1. de regni terminis: *Tunc in rectum ad Undefordum: tunc ſurſum in uſa, ad Wetelingſtreet.*

USARE, Frui, gaudere, Gallis *Uſer, jouir*. Formulæ veteres autoris incerti form. 27. *Quod taliter feciſti ut tempore vitæ meæ ipſas res habere & uſare, vel condirigere debeam.* Et Form. 41. *Ut ipſas res quamdiu advivo, ſub uſu beneficii veſtri tenere & uſare debeam, & alicubi ipſas res alienandi pontificium non habeam.* Charta Alamannica 68. apud Goldaſtum: *Poſtea mea fuit petitio, & noſtra & fratrum decrevit voluntas, ut ipſam rem valeas excolere, vel uſare; & nihil exinde minuare non debeas, niſi quidquid ibidem addere aut immeliorare vel attrahere potueris.*

Uſamentum. Charta Rodulfi Regis Burgundiæ in Tabular. Agaunenſi apud Guichenon. in Probat. Hiſt. Sabaud. p. 3. *Cum omnibus appendiciis ſive uſamentis.* Fortè *aiſiamentis*.

Uſatus pannus, Detritus, Gallis *Uſé*. Occurrit in Legibus Edwardi Confeſſ. c. 38.

Uſitare. Homilia de decimis & jejunio edita à v. cl. Steph. Baluzio poſt Capitularia: *Et precamus Dominum ut cum ſua gratia & miſericordia concedat vobis in pace colligere alios fructus, & in ſuo ſancto ſervitio uſitare, & quod illi placet inde facere.* Charta 15. inter Alamannicas Goldaſti: *Scuta cum lanceis, veſtibus, vel omnibus utenſilibus, quas in die obitus mei non datas alicui, & non uſitatas reliquerim, trado ad jamdictum monaſterium*, &c. i. ad utendum datas.

USARIA. Vide *Huiſſeria*.

USATICUM, Tributum, præſtatio. Charta Ildefonſi Comitis Toloſæ an. 1141. apud Catellum: *Dono, & concedo, & ſolvo, quod quiſque homo vel femina libere vendat vinum ſuum omni tempore quo voluerit ſine ullo uſatico, quod inde nunquam donet alicui homini vel feminæ. Homines verò extranei qui foris habitant in villis aut in caſtris, aut in aliis locis, habeant eundem uſaticum quod ſolent habere*, &c. Hac notione uſurpatam vocem in antiquis Tabulis obſervare eſt ex Plantavitio in Chronologia Præſulum Lodovenſium pag. 118. 135. 185. 234. 365. Philippus *Mouskes* MS. in Carolo M.

Es li commanda que tout cil,
Ne franc, ne ſierf, ne bon, ne vil;
Ne clop, ne rous, ne blanc, ne noir,
Qui viennent à Aix manoir
De tous uſages fuſent franc.

Uſatica & *Uſatici* præterea crebro appellantur Conſuetudines municipales.

USIA. Joannes Monachus Bertinianus in Vita S. Bernardi Pœnitentis n. 8. *Cauſa hujus doloris erat pediculus ovinus, quem Grammatici Uſiam, quaſi ab urendo vocant.* Loquitur de dolore aurium.

USINARE. Charta anni 1240. in Tabulario Campan. Bibl. Reg. f. 365. *Nullatenus uſinabunt, nec excolent hom. es dicta villa contra voluntatem noſtram. — in quibuſc. unque vero locis homines dictæ villæ uſinabunt, nos prædicti fratres de criſta & pecora noſtra, ſi vobis placuerit, omnimodè uſinabimus, hoc excepto quod in nemoribus villæ deputatis boſcum non accipiemus niſi tantummodo ad uſum furni.*

USIS. Epiſtola Baſilii Macedonis Imp. ad Hadrianum II. PP. poſt VIII. Synodum: *Tranſmiſimus autem Sanctitati veſtræ — & veſtem praſinum vilarnipinnium pro caſula facienda unum, uſin rubeum aëreum habentem unum, uſin album unum, mulchumat unum, planctilia caſtanea duo.* Monſtra verborum mihi planè incognita.

USITARE. Vide *Uſare*.

USLACT. Privilegium de Semplingham in Anglia: *Sint quieti tam ipſi quàm homines eorum — de omnibus miſericordiis & amerciamentis, & foriſfacturis, — de murtro, & latrocinio, & conceylis, & uſlact, & hamſoka, grithbrich, blodwit, &c.* Alia in Monaſtico Anglicano to. 2. pag. 827. ubi eadem verba habentur, præfert *utſlat*, quæ fortè *eſcapium*, ſonat, ex Saxonico utſleon, *aufugere*. Vide *Utlep.*

USONES, Piſces familiares Danubio, Germanis *Hauſen*: *piſces inſanæ magnitudinis* Bonfinio. Vide Thwroczium in Andrea Rege Hungar. cap. 43.

USSERIA, *Uſſerius*, *Uſſers.* Vide *Huiſſerium*.

USUALIS, qui in uſu eſt. *Uſualis ſermo*, apud Sidonium lib. 4. Epiſt. 11. ubi multa Savaro, quæ non exſcribo. Vide *Moneta uſualis*.

USUARIA, *uſuarium*, Uſusfructus, ſeu potiùs jus utendi. Tabularium Prioratus Paredi fol. 61. *Dedit etiam illis hominibus qui terram tenuerint, vel ibidem manſerint, uſuariam in ſilva quæ vocatur Maoſta, ad domum ædificandam, ad molendinum faciendum*, &c. Fol. 86. *Nec non conquiſivit de quodam homine Andrea in boſco Monalt uſuariam & conſuetudinem quam ipſe meo de boſco habebat.* Rainardus Abbas Ciſtercienſis in Inſtitut. Capituli General. Ord. Ciſtercienſis c. 44. *Si quis Abbatum terram habuerit, vel uſuaria, vel inde conventionem habuerit, nullus Abbatum quærat eam, vel in ea uſuaria ſine aſſenſu illius Abbatis.* Adde Nomaſticum Ciſtercienſe p. 319. 346.

Uſuarium, eadem notione. Laurentius Leodienſis in Hiſt. Epiſcop. Virdunenſ. p. 281. *Fridericus quoque Comes Tullenſis uſuarium Argunnæ ſui nemoris, tam ad ręa lificandam, quàm ad retinendam Eccleſiam contradidit.* Charta Manaſſis Epiſcop. Meldenſis an. 1140. *Totum nemus quod appellatur Britel, & uſuarium ſuum in ſilvis præfati Walterii — ad comburendum & ædificandum.* Alia Philippi Regis Franc. an. 1190. *In commutationem uſuarii quod Monachi S. Martini habebant in nemore noſtro de Vicenna, eis dedimus* &c.

USUFRUCTUARIUM, pro *uſufructu*, occurrit apud Gregorium M. lib. 2. Epiſt. 9.

USUBANDILOS. Vetus Chartula plenariæ ſecuritatis ſub Juſtiniano ſcripta apud Briſſon. lib. 6. Form. pag. 647. *Hoc eſt coclear es numero ſeptem, ſcotella una, fibula de bracile, & de uſubandilos, formulas duodecim, ſtragula polimita duo*, &c. Vide *Uſin*.

USUCAPIO. Decreta Ladiſlai Regis Hungariæ lib. 3. c. 20. *Uſucapiones capiantur à feſto S. Georgii uſque ad feſtum S. Joannis Bapt. ut ducantur in civitatem, teneanturque ad feſtum S. Michaëlis, ut præſententur aſſiduè in mercatu, ut ſi quiſpiam ſuam reperit perſonam, redimat 90. denariis, equum 12. bovem 5. ex quibus duas partes Regi, tres Comiti tribuantur. Si verò uſque ad feſtum S. Michaelis inventi non fuerint, dividantur prædicto modo, tamen nullo pacto vendantur, vel celentur, ſed tantum labore eorum utantur. Quod ſi collector vendiderit, vel celaverit, triplum reddat, ipſeque decem penſas perſolvat: Comes verò ſi itidem feciſſe probatur, 55. penſas perſolvat. Similimodo jubemus, ut qui uſucapiones tenuerint à tempore Regis Belæ uſque ad feſtum S. Stephani, dimittantur.* Ubi *uſucaptores* videntur appellari, ſervi fugitivi, animalia fugitiva, vagantia & errantia, quæ à *Collectore rerum fugitivarum, quem vulgariter Iocerdech dicunt*, inventa ad civitatem provinciæ reducantur, ut ſinguli quod ſuum eſt agnoſcant redimantque certo ac definito pretio. Vide ſupra cap. 13. Sambucus *uſucapionem* ait eſſe pecus vagabundum.

USUFRUCTUARE, Dare ad uſufructum, uſufructuario & precario jure. Charta an. 955. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſ. *Tota res quod ſupra legitur ſit in eorum poteſtatem retinendi & ad uſufructuandi, non alicui alienandi*, &c.

USUPELLIONES. Burchardus de Caſibus S. Galli cap. 14. *Scurræ, pelliparii, paniſices, coriarii, textores, uſupelliones, * tonnotores * quæſitatis adverſus hunc clamabant in theatris, in ſtratis & viis*, &c. Sed legendum *viſpelliones* obſervat Goldaſtus, de cujus vocis notione nihil dicam, cum Latina ſit.

USURARE. Uſuras producere. Bracton lib. 2. c. 26. §. 2. *Debitum verò defuncti quod debetur Judæis, non uſurabit, quamdiu hæres infra ætatem extiterit.*

USURARII, Fœneratores, qui ad uſuram commodant. *Qui uſuris inſerviunt*, in Capitul. an. 828. c. 6. Quos olim magno fuiſſe numero autor eſt Gaufredus Voſienſis 1. parte cap. 73. *Fœneratores olim publici obnoxii Principibus erant, nunc tam crebro reperiuntur, ut aliqui uſuras vocitent cenſus, quaſi redditus agrorum.* Qui autem ii propriè ſint, docet Synodus Colonienſis an. 1300. c. 12. *Manifeſtos autem uſurarios dicimus, de quibus per ſententiam vel per confeſſionem in jure, aut evidentiam quæ aliqua tergiverſatione non poteſt celari, conſtiterit evidenter: & illos etiam qui ſuper uſuris diffamati, intra tempus ſtatuendum ab eo qui ſuper hoc habet poteſtatem, ſe non purgaverint, reputamus pro manifeſtis uſurariis puniendos.* Adde Concilium Ravennenſe an. 1317. c. 15. Hos Concilia, præſertim Lateranenſe an. 1179. excommunicari ab Epiſcopis præcipiunt. Quod quidem factitatum teſtatur Matthæus Paris an. 1219. pag. 250. Neque Eccleſiæ duntaxat, ſed & Laïci Principes Statutis ſuis peſtem hanc deteſtandam ſæpius exagitarunt, ejuſmodi fœneratorum bonis in fiſcum redactis. Leges Edwardi Confeſſ. c. 37. *Uſurarios quoque defendit Rex Edwardus, ne remaneret aliquis in toto regno ſuo: & ſi quis inde convictus eſſet quod fœnus exigeret, omni ſubſtantia propria careret, & poſtea pro exlege haberetur. Hoc autem aſſerebat ipſe Rex ſe audiſſe in Curia Regis Francorum, dum ibidem moraretur, quod uſura radix omnium vitiorum eſſet.* Charta Durandi Epiſcopi Cabilonenſis an. 1221. apud Sanjulianum pag. 405. Sammarthanos, & Petrum Chifletium in Beatrice: *Si aliquis probatur eſſe fœnerator per teſtes idoneos, totum mobile ipſius erit Duciſſæ* (Burgundiæ,) *& Comitiſſæ* (Cabilonenſis) *quod tunc habebit, & ſimiliter quotieſcunque alias probaretur fœnerator.* Regeſtum Caſtri Lidi in Andibus fol. 24. *In omni terra de Caſtro Lidi cujuſcunque terra ſit, homines aubani ſunt Comitis, & pecunia fœneratoris Comitis eſt.* Ita tamen ut non vivi ac ſuperſtites, ſed mortui, ſeu poſt mortem punirentur. Regiam Majeſtatem lib. 2. cap. 54. §. 1. 2. *Uſurarii omnes, ſive teſtatus, ſive inteſtatus deceſſerit, Domini Regis ſunt. Vivus autem non ſolet aliquis de crimine uſuræ appellari nec convinci.*

Licebat igitur *Uſurariis* de bonis ſuis, dum adhuc erant in vivis, diſponere. Statutum Ricardi I. Regis Angl. an. 1190. pro Clero Normanniæ apud Matthæum Paris pag. 113. *Quidquid Laïci in vita ſua donaverint, vel quocunque titulo à ſe alienaverint, & ſi uſurarii fuiſſe dicantur, poſt mortem non revocabitur. Quæ verò poſt mortem non alienata invenientur, ſi cognitum fuerit ipſos tempore mortis fuiſſe uſurarios, confiſcabuntur.* Ad hoc tamen ut *uſurarius* haberetur, neceſſe erat probare infra annum ante mortem ad uſuram commodaſſe. Stabilimentum inter Clericos & Barones Normanniæ an. 1205. *De rebus uſurarii, quod quamdiu uſurarius eſt in*

Dig

lecto ægritudinis, ſi diſtribuat res propria manu ſua, ſtabile eſt. Poſt mortem vero uſurarii, omnes res ſuæ Domini Regis erunt, ſi probatum fuerit, quod infra annum ante mortem commodaverit ad uſuram. Vetus Conſuetudo Normanniæ cap. 20. *Nul ne doit eſtre tenu à uſurier, qui an & jour a ceſſé de uſures mener, aprés ſes derraines uſures.* Aliàs pœnituiſſe cenſebatur. Regiam Majeſtatem d. cap. §. 6. *Sciendum eſt tamen, quod ſi aliquis quocumque tempore uſurarius fuerit, & ſuper hoc in patria ſua publicè defamatus: ſi tamen à delicto ſuo ante mortem deſtiterit, & pœnitentiam egerit, poſt mortem ejus ipſe vel res ejus lege uſurarii non cenſebuntur. Oportet ergo conſtare quod uſurarius deceſſerit aliquis ad hoc, ut de eo tanquam de uſurario, poſt mortem ipſius judicetur, & de rebus ſuis, tanquam de rebus uſurarii diſponatur.* Solet autem inquiri & probari aliquem in tali crimine deceſſiſſe per triginta duos legales homines de vicineto, & per eorum ſacramenta: quo probato in curia, omnes res mobiles, & omnia catalla, quæ fuerant ipſius uſurarii mortui, ad opus Regis capiuntur, penes quemcumque inveniantur. Sed & hæredes ipſius hac de cauſa ſecundùm jus regni Scotici, exhæredantur, & ad dominum feudi vel ad Regem plenariè revertuntur, ut eſt in laudato capite.

Aliud porrò erat de uſurariorum Clericorum bonis, de quibus ita ſtatuit Ricardus I. Rex Angliæ apud Matthæum Paris, & Radulphum de Diceto an. 1190. *Item de bonis Clericorum, & ſi dicantur fuiſſe uſurarii, vel quocunque mortis genere præventi, nihil pertinet ad ſecularem poteſtatem, ſed Epiſcopali autoritate in opera pietatis diſtribuentur.*

Pœna igitur uſurarii vivi ex prædictis, pertinuit ad Eccleſiam, cùm & excommunicari, & coram judice Eccleſiaſtico in Curia Chriſtianitatis accuſari & conveniri potuerit: pœna verò uſurarii mortui pertinuit ad Regem, quod etiam docent Statuta Regum Angliæ Edw. III. an. 15. c. 5. apud Weſtmonaſt. an. 11. c. 8. Henrici VII. an. 3. c. 5. & 6. Henrici VIII. an. 37. c. 9. Edw. VI. an. 5. & 6. c. 23. Sed & jure ſcripto, quo utimur, inquit Skenæus, uſurarius in Curia Regis poſt mortem non damnatur, ſed vivus variis pœnis punitur. Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. pag. 1209.

Uſura autem nomine quid cenſeretur, ita definit S. Ludovicus Rex Franc. in Statuto an. 1230. pro Judæis: *Uſuras autem intelligimus quidquid eſt ultra ſortem.* Ita etiam Capitulare 5. an. 806. c. 12. lib. 3. Capit. c. 119. Regiam Majeſtat. lib. 3. cap. 1. §. 5. & Concilium Auſcitanum an. 1308. c. 3. Autor Græciſmi MS.

Eſt uſura ſuos quiſquis tradit mihi nummos
Spe lucri, fœnus duplex uſura vocatur.

Charta Durandi Epiſcopi Cabilonenſis ſuprà laudata: *Doctores verò illum ſolùm fœneratorem intelligunt, qui ſolidum vel libram per hebdomadam, vel menſem, vel annum pro denario, vel denariis ejuſdem monetæ, vel alterius accommodat, ludo excepto, ita quod de retroactis, uſque ad confectionem cartæ non poteſt aliquis ſuper hoc conveniri: alio modo non intelligitur eſſe fœnerator, & debet probari de uſura,* &c. Adde Glanvillam lib. 10. cap. 8. extremo. Jura & Conſuetudines Normanniæ cap. 20. *Uſurariorum autem catalla Duci Normanniæ conſuetudine priſtina dimittuntur, ut hujuſmodi occaſione ambitioſa uſurarum malitia in poſteris refrænetur. Tribus autem modis uſura committitur, uno ſcilicet modo, cum ultra taxatum pretium alicujus rei pro conceſſo ſolutionis temporis ſpatio, mutuator ſe tradenti obligat aliquid redditurum. — Secundus modus eſt, cum res unius ſpeciei commodatur, pro re alterius ſpeciei majoris pretii ad terminum perſolvenda in eadem quantitate terminatum: ut ordeum præſtare pro frumento, vel cerviſiam pro vino. Tertius autem modus eſt de mortuo vadio: mortuum enim dicitur vadium, cum fructus rei invadiatæ quos percipit commodator, eam quitant in nihilo fructus vel proventus.*

Sed cum ejuſmodi *uſurarum* prætextu domini vaſſallos ſeu tenentes ſuos vexarent, eiſque perſæpe id criminis contra jus imponerent, ut eorum ſibi aſſererent bona, fiſciſque ſuis addicerent, quod de *inteſtatis* factitatum ſuprà obſervavimus, interdum id privilegii *communitatibus* concedebant, ut ab hac perquiſitione eſſent immunes. Charta Philippi Regis Franc. an. 1220. ex Regeſto Normannico ſign. P. in Camera Comput. Pariſ. f. 26. *Conceſſimus burgenſibus noſtris de Cadomo reſidentibus in villa Cadomi, quod nec eos, nec uxores, nec hæredes eorum capiemus ad occaſionem de uſura in morte eorum, nec hæredes noſtri.* Charta pro Communia Vernolii: *Quod nec ab illis nec ab eorum hæredibus, ſi fuerint apud Vernolium per annum & diem reſidentes, aliquid exigemus pro morte uſurariis de eis quæ ſpectant ad uſuram, ſi tempore mortis ſuæ apud Vernolium fuerint reſidentes omnino illa exactione quitamus in perpetuum.*

Uſurarii publici, qui, ni fallor, ii ſunt, quos Gaufridus Voſienſis loco citato vocat *fœneratores publicos obnoxios Principibus.* Charta Henrici Imp. an. 1156. pro Erectione Ducatus Auſtriæ, apud Miræum in Donat. Belgic. lib. 2. cap. 52. *Et poteſt in terris ſuis omnibus tenere Judæos & uſurarios publicos, quos vulgus vocat* Gennerteſchin, *ſine Imperii moleſtia & offenſa.*

USURIA, Jus utendi, *Uſagium.* Vetus Charta apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 31. *Et uſuriam ſilva,* &c.

USUROLUM. Charta an. 1207. apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus: *Solvendo — illud fodrum antiquum & uſurolum, quod ſolvebat prædicta univerſitas Imperatori cum ipſe intrat Italiam,* &c. Fortè *uſitatum.*

USUS, Muſicæ ſpecies, quæ non per regulas, ſed ex *uſu* addiſcitur, notis muſicis in libris Eccleſiaſticis ſingulis ſyllabis ſuperpoſitis, abrogatis ac neglectis lineis & clavibus muſicalibus: cujus quidem muſicæ ſpeciei exemplum deſcripſit Menardus in Notis ad librum Sacramentorum Gregorii M. Anonymus Interpres Hugonis Reutlingenſis: *Poſt Incarnationem Chriſti plures doctores S. Eccleſiæ, & ſpecialiter S. Gregorius & Ambroſius, cantum muſicalem, quo tam Latini, quàm Alemanni, cum ceteris linguarum diverſarum nationibus, utuntur in divino officio, in duo volumina librorum, videlicet in Antiphonarium & Graduale collegit, dictavit, & neumavit, ſeu notavit. Proceſſu tamen temporis quidam Alemanni, & præcipuè Canonici Ordinis S. Benedicti, qui cantum muſicalem non ſolùm ex arte, verùm etiam ex uſu & conſuetudine perfectè & cordetenus didicerant, ipſum, omiſſis clavibus & lineis quæ in neuma & nota muſicali requiruntur, ſimpliciter in libris eorum notare cœperunt, & ſic decantaverunt deinde juniores, & ſuos diſcipulos ſine arte, ex frequenti uſu & ex magna conſuetudine cantum informare; qui cantus ſic per conſuetudinem doctus ad diverſa pervenit loca. Unde jam non Muſica, ſed Uſus eſt denominatus. In quo tamen cantu diſcipuli deinde à doctoribus, & doctores à diſcipulis multiformiter diſcrepare cœperunt, ex qua diſcrepantia & artis ignorantia Uſus dictus eſt confuſus. Quo uſu confuſo ſpreto, nunc ferè omnes Alemanni hactenus miſerabiliter per cantum ſeducti ad veram artem Muſicæ revertuntur.*

UTENSILE, Inſtrumentum, Gall. *Outil.* Petrus Damian. lib. 6. Ep. 7. *Calcaria, ſcutica, — & ſi qua alia equitandi ſunt utenſilia.*

UFLAT. Vide *Uſlact.*

UTHBAN. Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monaſtici Anglicani pag. 1032. *Et ſint quieti — de ſcutagio, & hidagio, & cavagio, & cornagio, & ſummagio, & uthban, & ſchiris, & hundredis,* &c.

UTHESIUM. Vide *Huteſium.*

UTFANGETHEF, Bractono lib. 3. tract. 2. c. 35. dicitur *latro extraneus, veniens aliunde de terra aliena, & qui captus fuit in terra ipſius, qui tales habet libertates.* Ita etiam Fleta lib. 1. c. 47. § 5. Propriè autem ita appellatur jus cognoſcendi & judicandi de ejuſmodi furibus, quod qui habet, dicitur habere *Utfangetef.* Vide eundem

eundem Bracton. eod. lib. cap. 8. §. 4. Charta Joannis Regis Angliæ ex Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 310. *Concedimus etiam eis quod ipſi Abbas & Prior & Monachi habeant libertatem curiæ ſuæ de omnibus tenementis ſuis cum ſoka & ſaka, & tholl, & theam, & infangenthef, & Utfangenthef. Vtfangenetef*, ſcribitur in to. 2. pag. 827. Adde Brittonum in Legib. Angl. pag. 90. v.

Utbangi, Novales terræ, videlicet noviter excultæ, quæ vulgò *Utfangi* dicuntur. Ita Charta Theoderici Dom. de Avenis, apud Miræum in Donat. Belgic. p. 181.

Uthlandes. Charta Roberti Comitis Flandriæ in Tabulario S. Bertini: *Illi verò qui in prædicta villa* (de Poperinghe) *ad banwere conſtituti ſunt, debent Comiti tantum Uthlandes, Banwere, & Landwere, & placitum inde erit Abbatis. Wt-lander*, Kiliano, eſt extraneus, alienigena.

Uti, cum accuſativo. Ferrandus Diac. in Brev. c. 124. *Ut lectores oraria non utantur*, &c. Synodus Romana ſub Zacharia PP. an. 743. c. 3. *Ut Epiſcopus, Presbyter & Diaconus ſecularia indumenta non utantur, niſi ut condecet, tunica ſacerdotali.* Alypius ſeu autor Deſcript. orbis cap. 1. *Eſcam verò non utuntur omnibus communem.* Vide Diomedem lib. 5. de Grammat.

Utica. Vide *Hutica*.

Utilis, Probus, bonus: *Utilitas*, Probitas, animi magnitudo. Conſtitutio Juſtiniani de Adjutorib. Quæſtoris: *Si ille qui deficiat non habuit filium jam utilem, jam idoneum ad peragendum Adjutoris officium*, &c. Galli dicunt, *Capable d'exercer une charge*. Regula S. Benedicti cap. 12: *Ut ſolicitus ſit circa cogitationes perverſas, dicat ſemper utilis frater in corde ſuo, Tunc ero immaculatus coram eo, ſi obſervavero me ab iniquitate mea.* Ubi interpres: *Utilis frater eſt, qui omnibus prodeſſe, & nulli deſiderat obeſſe, qui nihil ſapit, niſi quod Deo placere cognoſcit*, &c. Baſina ad Regem Childericum, apud Gregorium Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 12. *Novi, inquit, utilitatem tuam, quod ſis valde ſtrenuus, ideoque veni ut habitem tecum. Nam noveris, ſi in tranſmarinis partibus aliquem cognoviſſem utiliorem te, expetiiſſem utique cohabitationem ejus.* Vide Geſta Regum Francor. cap. 7. Hiſt. Fredegar. cap. 12. & Aimoinum lib. 1. c. 8. Vetus Notitia apud Ughellum to. 5. pag. 1538. *Petora utilia, pulli utiles, — porcus bonus utilis.* Tabularium Conchenſe in Ruthenis: *Et ſi utilis fuerit, faciet illum ordinare ad Presbyterum.* Adde lib. 1. Capitular. c. 82.

Utilitas, Probitas, titulus honorarius, quomodo uſurpatur à Gregorio Turonenſi. Diploma Chilperici Regis apud Mabillonium: *Ideo cognoſcat Magnitudo ſeu Utilitas veſtra*, &c. Ita in Chartis Pipini Regis apud Doubletum pag. 700. & Caroli M. pag. 707. Caroli C. apud Vallorium in Noviomo pag. 682. & aliis paſſim.

Utilitates, Commodum, proficuum, *Profit*: item Negotia. Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. Ep. 24. *Admonemus Charitatem tuam, ut ita efficaciter omnes utilitates ejus* (Eccleſiæ) *exerceat, quatenus tui præſentia proprium ſe abſentem habere non ſentiat Sacerdotem.* Epiſt. 26. *Præterea te duximus adhortandum, ut ita cunctis utilitatibus Eccleſiæ tuæ pure ac diligenter exhibeas*, &c. Epiſt. 37. *Sed & Chriſtiana, ut dicitur, mancipia comparavit, & ſuis ea obſequiis ac utilitatibus deputavit.* Guill. Bibliothecarius in Stephano VI. *Nunquam pſalmodiis ceſſabat, niſi cùm utilitates populi ad ſe reclamantis perſpicere cupiebat*, &c. *Utilitatem Regis facere*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 6. Concilium Ticinenſe an. 855. *Quidam autem Epiſcopi & Rectores Monaſteriorum res Eccleſiarum ſuarum ſubtractas, & aliis perſonis largitas queruntur, & ideo Eccleſiaſticas utilitates nequaquam ſe implere poſſe dicunt*, &c. Aliàs

Utilitas eſt *uſus*, χρεία. Cicero lib. 4. ad Herenn. *Si idoneus eſſe poteſt ad eas utilitates & aptus, quæ deſiderantur ab equo.* Siculus Flaccus: *Ductus aquarum, qui utilitatibus publicis ſervierint.* Synodus Romana an. 826. c. 13. *Per ſollicitudinem Epiſcoporum hæc quorum diœceſeos exiſtunt, ad eaſdem utilitates quibus conſtituta ſunt, ordinentur*, &c. Vide Joannem VIII. PP. Epiſt. 254. 263. 272. &c.

Utlaga, Exlex, extorris, proſcriptus, relegatus; apud Litletonem ſect. 197. *Hors de la Ley, utlage*, ex Saxonico ut laga, *extra legem*; ex ute, *foris*, & laga, *lex*. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 10. *Qui excommunicatum, vel utlagam habet & tenet*, &c. Cap. 53. *Si evaſerit & aufugerit, pro utlaga reputetur.* Adde c. 13. &c.

Utlagus, in Regiam Majeſtatem lib. 1. cap. 18. §. 3. *Utlagatus*, lib. 4. c. 55. ut & apud Hovedenum p. 654. 655. *Utlagi*, pag. 550. 774. Matth. Paris pag. 423. in Vitis Abbat. S. Albani pag. 99. &c. *Utlage*, in Legibus Vernaculis Willelmi Nothi c. 50.

Utlagare, Extra legem ponere, *exlegem* facere, proſcribere. Cùm enim quis reus ad judicium vocatus per quinque Comitatus ſeu aſſiſas, non comparet, judex in eum ſententiam ſuam pronunciat, qua eum *extra legem*, & extra protectionem Regis eſſe decernit, omniaque illius bona fiſco addicit. Bracton lib. 3. tr. 2. c. 13. §. 1. *Si cum ſit quarto vocatus non comparuerit — in primis forisfaciat patriam & regnum, & exul efficitur, & talem vocant Anglici Utlaughe, & alio nomine antiquitus ſolent nominari, ſcilicet Frendleſman. & ſic videtur quod forisfacit amicos: & unde ſi quis talem poſt utlagariam & expulſionem ſcienter paverit, receptaverit, vel cum eo ſcienter communicaverit, aliquo modo, vel occultaverit, eadem pœna puniri debet, ita quod careat omnibus bonis ſuis & vita, niſi Rex ei parcat de gratia ſua.* Utlagari autem poteſt maſculus 12. annos habens & ultra, non autem ſi infra, quia priùs in Lege Decennæ non debet admitti. Fleta l. 1. c. 27 §. 11. Vide eundem Bractonum lib. 3. tr. 2. c. 12. 14. ubi varias cauſas *Utlagationis* refert, & Raſtallum. Utuntur præterea hac voce Leges Edwardi Confeſſ. c. 7. 39. Matth. Paris p. 179. 222. &c. Vide *Caput lupinum*, *Warvari*.

Utlagaria, *Utlagatio*, Proſcriptio, quæ inter jura Regia recenſetur in Legibus Henrici I. cap. 10. 13. 47. ſcilicet *trium annorum utlagaria*, (ſic enim legendum) pro *trium ſtannorum*. Leges Willelmi Nothi c. 71. *De omnibus utlagariæ rebus Rex inſtituit ut Anglicus ſe purget ad judicium.* Charta Ricardi II. Regis Angliæ apud Thomam Walſinganum pag. 254. *Ac etiam perdonamus eiſdem ligeis ac ſubditis noſtris omnimodas felonias, proditiones, tranſgreſſiones, extorſiones per ipſos vel per aliquem illorum qualitercunque factas, ſive perpetratas, ac etiam utlegariam vel utlegarias, ſi qua vel quæ in ipſos, vel aliquem ipſorum, fuerit vel fuerint his occaſionibus promulgata vel promulgatæ*, &c. Eadem pene habentur p. 270. Hinc apud Anglos Forenſes *Outlary*, eadem notione.

Utlagium. Leges Kanuti Regis cap. 52. *Et qui opus utlagii fecerit, ejus revocatio ſit in miſericordia Regis.* i. qui crimen perpetravit ex quo *utlagium* ſeu proſcriptionem incurrerit.

Utlagatio. Tabularium Leproſariæ Pontis Audomari: *Interdictum vulgare Utlagatio nuncupatum.* Apud Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2. pag. 278. *Interdictum quod vulgariter Utlagatio nuncupatur.* Bracton lib. 3. tract. 2. c. 12. §. 5. *Procedendum erit ad utlagationem ſive ad utlagariam.* Adde §. 8. & Fletam lib. 1. c. 28. ubi fuſe de Utlagariis.

Utlep, Evaſio, ſeu *Eſcapium latronum*, Fletæ lib. 1. c. 47. §. 14. *utlepa*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 43. eadem notione, à Saxonico ut-hleapan, aufugere, evadere. Vide *Eſcapium*.

Utriarius, ἀσκοποιὸς, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Edit. *Coriarius* perperam.

Utriciscum, diminutivum ab *uter*. Gloſſ. Gr. Lat. MS. ἀσκίον, *utriculum*, ἀσκίδιον, *utricidium*. Editum habet *utriciſcum*.

UTWARA. Capitula de Weregildis poſt Concilium Grateleanum an. 928. *Et ſi Tainus aſcendiſſet ut ſerviret Regi, & equitatus ſui vice fungeretur in familia ſua, ſi tunc habeat Tainum qui ad utwaram Regis quinque hidas haberet, & in Aula Regis domino ſuo ſerviret*, &c. Vide *Wara*.

VU, pro U longo, in aliquot Inſcriptionibus interdum uſurpari obſervat Scaliger in indice 19. ad Gruterum: v. gr. *Domvus*, ῦ εἶναι, *Arbitrativs*, &c.

VUA, vox exclamantis. Geſta Regum Francor. c. 29. *Ubi cum vexaretur, dicebat vua, vua, quid putatis qualis eſt ille Rex cæleſtis, qui ſic tam magno Reges interficit.*

VUERNAGIUM. Vide *Scartio*.

VUITTA. Vide *Witta*.

VULATIO. Charta Ratchiſi Regis Longobardor. an. 746. apud Ughellum in Epiſcopis Placentinis to. 2. p. 250. *Et firmaverat vobis portum qui dicitur Cotaleo, ubi naves militarem uſum habebant vulatione illa de ripatico, vel juſtitia, quod & inde in Palatio noſtro veniebat*, &c. Ubi legendum fortè, *cum iulatione illa*, &c.

VULGAGO. Fulbertus Carnot. Epiſt. 46. *Vulgaginem etiam petitam vobis mittimus, quamvis ætatem veſtram tali jam vomitu fatigari non ſuademus, ſed eo potius, ſi opus ſit allevari, qui frequenter & ſine periculo fieri poſſit ex oxymelle & raphanis Valeriana, quod ſeniori magis conducibile eſt morantem alvum laxativis pillulis incitari.*

VULGARIA. Leo III. PP. Epiſt. 10. *Unde & juſſiſtis ut nullus quilibet homo in poſterum conqueſſare, aut in judicio promovere præſumeret, tam de vulgaria, quam etiam de manſis, quod per veſtrum diſpoſitum Herminus — nobis reconſignavit.*

VULGARIS, *Plebeius*, δημότης, in Gloſſ. Gr. Lat.

Vulgares, Vulgus, plebs. Agobardus Epiſt. ad Nibridium: *Nonnulli ex vulgaribus & ruſticis abducuntur.* Thomas Walſinghamus in Ricardo II. *Quæ cum audiſſent reſponſa vulgares, in furorem verſi* &c. Occurrit etiam apud Amulonem, S. Auguſtin. Epiſt. 76. & al.

Vulgaris, Colonus. Decreta S. Stephani Regis Hungar. lib. 2. cap. 33. *Si Comes, ſi Miles, ſi vulgaris quidem alterius ſui ſimilis manſiunculas invaſerit, 5. juvencos ſolvat.* Ubi Jo. Sambucus, *vulgaris, i. eſt ruſticus liber factus: nam ſervi dominos non poſſidebant.*

VULGARIZARE, In vulgarem linguam traducere. Ex Ital. *Volgarizare*, in Charta Galeacii Comit. Virtutum an. 1377.

VULGUS, pro *Vulgò*. Epiſtola S. Remigii ad Chlodovæum Regem: *Quia quod vulgus dicitur, Ex fine actus hominis probatur.*

VULMINARE, pro *Fulminare*: Germani enim *V*, ut F. pronuntiant, uti ſuprà obſervatum. Conradus de Fabaria de Caſib. S. Galli c. 16. *Videns Dux circumſpectum Abbatis animum circa Regis negotia inconvulſum, verbis eum vulminare attemptabat opprobrioſis.*

VULNERARIUS *medicus*, qui vulnera curat, in Gloſſ. S. Bened. cap. de Medicina, ubi exponitur ἰατρὸς * τραυματικός. Fortè τραυματικός.

VULPES, Machinæ bellicæ ſpecies. Albertus Aquenſis lib. 2. Hiſt. Hieroſ. cap. 30. *Unus de majoribus Alemannia vulpem ex proprio ſumptu quercinis trabibus compoſuerunt, cujus in gyro tutos intexuerunt parietes, ut graviſſimos Turcorum ſufferret ictus armorum, omniaque jaculorum genera: ac ſic in ea manentes tuti, & illæſi urbem fortiter impugnando perforarent. Hoc tandem vulpis inſtrumentum, dum ad unguem opere & ligaturis perduceretur, milites prædictorum Principum loricati ad viginti in eadem vulpis protectione ſunt conſtituti. Sed magna virorum inundatione & conamine juxta muros applicata, non æquo ſubſedit aggere*, &c.

Vulpecula, eadem notione apud Ottonem de S. Blaſio c. 23. Vide *Ericius*.

Vulpes, Aleæ ſpecies, noſtris etiam haud incognita, vulgò, *le Jeu du Renard*. Jo. Sariſberienſis lib. 1. de Nugis Curialium c. 5. *Hinc Teſſera, Calculus, Tabula, Urio vel Dardana pugna, Tricolus, Senio, Monarchus, Orbiculi, Taliorchus, Vulpes, quorum artem utilius eſt dediſcere, quam docere.*

VULPICULAM aliquem appellare, Convitii olim ſpecies fuit. Lex Salica tit. 32. §. 3. *Si quis alterum vulpiculam clamaverit*, &c. Autor Vitæ B. Remigii: *Juſſit nominari vulpeculam: quod cur ita nominari voluerit, qui fraudes & ſignificationes ipſius animalis cognoſcit, ſatis advertit.* Gregorius Turon. lib. 8. c. 6. *Multas eis perfidias & perjuria exprobravit, vocans eos ſæpius Vulpes ingenioſas.* A voce *Vulpicula*, orta Gallica *Goupil*, qua noſtri olim vulpem vocabant. Philippus *Monskes* in Carolo Simplice:

Et cil Rollans ot dit ançois
A Haſtenc tout par ſon gabois,
Que il dés looit la bataille,
Pour çou que jà goupins ſans faille
Ne ſeroit pris d'autre goupil,
Ne lous par lou mis à eſcil.

Utitur eadem voce in Carolo M.

Tous enſement com li vilains,
V li peſtres loians & ſains,
Gardent leurs beſtes ès bois leus,
Pour les goupins, & pour les leus.

Ibidem:

Fourré de vair & de goupis.

Galterius Metenſis in Mappa mundi MS. cap. 18.

Adont les en verriés aler,
Teſte levée com goupis,
Qui de proie s'en va ſaiſis.

Le Pelerinage de l'humaine lignée:

Car il cuidoit que le goupil,
Deiſt acertes, mais nenil.

Gourpille, aliis. *Le Reclus de Moliens*, in ſuo Miſerere MS.

Soutins ſont com gourpile
Et attraians come formilles.

Goupilleur, qui vulpes venatur. Computum Domanii Comitatus Bononienſis an. 1402. *A Eſtevene Denary Goupilleur de Monſ. le Duc* (de Berry) *en ſa Comté de Boulogne aux gages de 6. l. & 4. poquins de froment pour le Gouvernement de 10. petits chiens qu'il doit parmy ce tenir à ſes frais pour prendre les regnars.*

VULPIO, Vafer, Veterator, apud Apuleium in Apologia: *Tamen jam tum vulpionem & impium fuiſſe.*

VULTATICUM, Præſtationis ſpecies, incertæ mihi prorſus notionis. Charta Dagoberti Regis Franc. apud Doubletum in Hiſt. Sandionyſiana pag. 656. *Teloneos vel navigios, portaticos, rivaticos, rotaticos, vultaticos, themonaticos*, &c. In Charta Ludovici Pii Imp. ibid. pag. 732. habetur *voltaticus*: *Tam de portatico, & pontatico, & ripatico, & rotatico, & timonatico, & volutatico, & cispitatico*, &c. Charta Ricardi Comitis Normanniæ apud eundem pag. 816. *Cum omnibus ſibi adjacentibus, portu, teloneis, vultaticis, piſcatoriis, terris cultis & incultis*, &c. Charta Ludovici Regis Fr. an. 936. apud Sammarthanos in Epiſcopis Pariſienſib. *Neque theloneum, neque portaticum, neque piraticum, ſeu viaticum, nec etiam vultaticum exinde aliquid accipiat poteſtas judiciaria.*

VULTIVA, & *Wulitiva*, *Wultava*, Cicatrix, Vulnus in vultu ſeu facie illatum, unde fortè vocis etymon. Lex Saxonum tit. 5. §. 5. *Si os fregerit, vel vultavam fecerit, vel brachium perforaverit*, &c. Ubi editio Heroldi *vulitivam*. Tilii *vultivam*. Lex Friſion. Addit. tit. 3. §. 16. *Si ex percuſſione deformitas faciei illata fuerit, quæ de 12. pedum longitudine poſſit agnoſci, quod wlitivam dicunt*, &c. Edit. Heroldi *vulitivam*. Lex Anglior. tit. 5. §. 10. ubi de Tranſpunctionibus & membris læſis: *Vultivam 50. ſol. componat.* Ubi editio Heroldi *vultivnam* præfert. Vide Sibrandum à Sicama.

VULTIVOLI dicuntur, (verbis utor Joannis Sariſber. lib. 1. de Nugis Curial. cap. 12.) *qui ad affectus hominum*

immutandos, in molliori materia, cera fortè vel limo, eorum quos pervertere nituntur, effigies exprimunt. Eadem verba habet Petrus Bleſenſis, ſeu Autor libri de Præſtigiis fortunæ. Cujus illuſionis in Pharmaceutria Virgilius meminit:

> *Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit,*
> *Uno eodemque igni, ſic noſtro Daphnis amore.*

Naſo quoque in libro Heroïdum:

> *Devovet abſentes, ſimulachraque cerea fingit,*
> *Et miſerum tenues in jecur urget acus.*

Atque inde fortè genus ſortilegii, *Defixio* videtur appellatum, quod ſcilicet ejuſmodi incantatores acus ſubinde *defigerent* in imagines cereas, iis locis quibus viros ipſos pungere decreverant, qui puncturas ipſas, ac ſi ipſi pungerentur, perſentiebant. Gloſſ. Lat. Gr. *Defixiones*, κατάδεσμοι. Paulus lib. 5. Sentent. tit. 23. *Qui ſacra impia nocturnave, ut quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint*, &c. Apuleius lib. de Virtutib. herbar. c. 7. *Si quis devotatus defixuſque fuerit in ſuis nuptiis*, &c. Vide Cujac. lib. 21. Obſer. c. 22.

Vultuarios ejuſmodi incantatores appellat Delrius lib. 6. Diſq. magicar. Inde *Invultus*, ipſæ vultivolorum præſtigiæ, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 71. *Si quis veneno, vel ſortilegio, vel invultu, actione, ſeu maleficio aliquo faciat homicidium.* Extant in Archivo Regis Chriſt. acta varia juridica contra Guichardum Epiſcopum Trecenſem, qui, licèt falsò, accuſabatur Joannam Reginam Philippi Pulchri uxorem veneficio ſuſtuliſſe, in quibus aſſeritur, teſtes fuiſſe qui aſſeverabant, *quod idem Epiſcopus fecerat invultari Reginam, & quod illa invultatione deceſſerat.* In Regeſto Curiæ Parlam. Pariſ. an. 1343. hæc legimus: *Sur les paroles que ledit Meſſires Jean avoit dites au Roy, c'eſt aſſavoir que ledit Meſſire Henris l'avoit envulté, ou fait envulter.* Vide Petrum Bleſenſem Epiſt. 65. Continuatorem Chr. Nangii an. 1315. Balſamonem ad Nomocan. Photii, & Browerum lib. 11. Annal. Trevir. n. 146. 148.

VULTORIUM, Vultur, Galli *Vautour*. Gloſſ. Gr. Lat. MS. γὺψ, *Vultor, vultorium.* Editum habet *vultur*.

VULTUOSUS, Superbus. Vita S. Erminoldi Abbat. lib. 1. cap. 6. *Non deſpexit ut vultuoſus, aut contumax.*

VULTUS, Quævis imago, interdum ea quæ *Pectoralis* & *Thoracata*, ut obſervatum à Salmaſio ad Vopiſcum pag. 440. & Jacobo Gotofredo ad leg. 5. Cod. Theodoſ. Ne quid publicæ lætitiæ, &c. Anaſtaſius in Paſchali PP. *Obtulit imaginem ex auro puriſſimo habentem vultum ſanctæ Dei Genitricis penſ. libr. 10. & uncias 4. Ibi & ipſe fecit veſtem de blattin Byzantea, habentem tabulas de chryſoclavo, duas cum vultu B. Petri, & ſanctorum Martyrum Proceſſi & Martiniani, — illic etiam obtulit veſtem holoſericam habentem in medio tabulam de chryſoclavo cum vultu dominicæ reſurrectionis*, &c. Idem in Steph. III. pag. 247. *Fecit imaginem Dei Genitricis in throno ſedentem, geſtantem in genibus vultum Salvatoris D. noſtri Jeſu Chriſti.* Et in Valentino II. *Fecit patenam — habentem in medio vultum Domini noſtri, & à duobus lateribus vultum ipſius Beati Marci, atque ejuſdem Præſulis.* Utitur alibi non ſemel pag. 161. 187. &c. Gauterius Monachus Cluniacenſis de Miraculis B. Virginis Mariæ cap. 1. *Ut quicunque patiens hanc infirmitatem coram B. Virginis vultu adveniret*, &c. Hinc colligitur cur dicatur

Vultus de Luca, Imago Crucifixi, quæ *Lucæ* in Italia in Eccleſia S. Crucis conſpicitur, quam à Nicodemo Chriſti diſcipulo effictam volunt, cujus meminere ex veteribus Lucas Tudenſis lib. 2. contra Valdenſes cap. 11. Autor Vitæ S. Ricardi Regis Anglo-Sax. ex MS. Bodecenſi n. 5. Gervaſius Tilleberienſis lib. MS. de Otiis Imperial. Decil. ſeu parte 3. cap. 25. &c. ex recentioribus verò, Cornelius Curtius Eremita in Tractatu de Clavis Chriſti, Cæſar Franciottus lib. de SS. Lucenſibus, Silvanus Razzi de SS. Hetruriæ, Baronius an. 1099. n. 40. & alii. Hiſtoriam præterea Inventionis S. Vultus, & Tranſlationis Lucam, ſcripſit Leobinus Diaconus qui interfuit, quam ex MS. Brenenſi habet codex Thuanus 773. ex quo ſunt ſequentia: *Qua verò de cauſa Vultus Domini nuncupatur, paucis abſolvam. Sicut enim facies viſa illum cujus facies videtur certificat: ita pretioſi vultus figura Redemptorem noſtrum incarnatum, & pro nobis in cruce pendentem, quaſi quibuſdam lineamentis repræſentatum exprimit*, &c.

Scribit Eadmerus lib. 1. & 2. Hiſt. Novor. Willelmum Regem Angl. *per ſanctum vultum de Luca jurare conſuevisse*, pag. 16. 19. 30. 47. 51. 54. Id etiam teſtatur Willelmus Malmeſbur. lib. 4. Hiſt. pag. 121. 124. lib. 1. & 3. de Geſt. Pontificum Angl. pag. 217. 277. Doubletus in Hiſt. Abbat. S. Dionyſii lib. 1. cap. 44. refert in una ex Capellis Eccleſiæ aſſervari imaginem Chriſti crucifixi, longiori tunica, aut veſte talari induti, quam vulgò *Saint voult* appellant, Latinè *Sanctum vultum de Luca*, quod ejuſdem prototypum, magno cultu Lucæ aſſervetur.

Ejuſmodi etiam crucifixi Chriſti effigies conſpicitur apud Ruguenſes in Pontivo, Picardiæ pago, à Nicodemo perinde confecta, ut creditur, cujus deſcriptionem videre eſt apud Malbrancum lib. 7. de Morinis cap. 11. & lib. 8. c. 10.

UXORARE, Uxorem dare, maritare, in Statutis Venetor. an. 1242. lib. 1. c. 57. lib. 2. cap. 8.

Uxorum commutationem obtinuiſſe olim ex abuſu in Hibernia docet Lanfrancus Cantuar. Archiep. in Epiſtola ad Gothricum Hiberniæ Regem: *In regno veſtro prohibentur homines ſeu de propriarum, ſeu de mortuarum parentela conjuges ducere: alii legitimè ſibi copulatas pro arbitrio & voluntate relinquere: nonnulli ſuas aliis dare, & alienas infanda commutatione recipere.* Eadem habet in Epiſt. ad Terdelvacum Hiberniæ Regem, apud Baronium an. 1089. ut & S. Anſelmus lib. 3. Epiſt. 142. 167. Vide Gregor. VII. PP. in Append. Epiſt. 1. & Joann. Sariſberienſem Epiſt. 53. Huc fortè reſpexit Beda lib. de Remed. peccat. c. 7. *Qui dimiſerit uxorem ſuam alteri conjugi*, &c.

UXUS. Fredegarius Scholaſticus c. 64. *Heraclius — extrahens uxum, caput Patricii Perſarum amputavit.* Ubi loci *Saxum* legit Meurſius in Gloſſ. ſed perperam: Ecce enim iterum in collectione Hiſtorica apud Caniſium to. 2. Antiq. lect. *Gothi fraudulenter uxos pro baculis in manu ferentes.* (Quidam codd. malè *buxos* præferunt) Aimoinus eandem Hiſtoriam enarrans lib. 1. cap. 20. *ferreos oſtri obices* habet.

UZBEC, in Jure Hungarico, facinoroſi ad aliquot dies inviolabiles. Sambucus & Molnarus.

UZIFUR. Gloſſæ MSS. ad Alexandrum Iatroſoph. *Cinnabaris, i. uzifur, ſcilicet minium.*

W.

W quod *Theutonicum* vocant, in aliquot antiquis Inſcript. Lat. obſervatum à Scaligero in indice 19. ad Gruterum. Illud Germani ut *ou* efferunt, quomodo etiam Wallones ac Picardi etiamnum. Ægidius Schudus in Deſcriptione Rhetiæ Alpinæ cap. 36. *Conſonantem V, nos Germani profe-ſe proferunt etiam ut nos proferre conſuevimus literam duplicatam W, quæ geminâ videtur eſſe pronuntiatio conſonantis V. Excogitaverunt autem Germani literam W, quæ eſt V duplicatum, idque ex Græco & Eolico ſermone, in quo fuit duplicatum YY, quemadmodum ſcribit Dionyſius Halicarnaſſeus lib.* 1. Otfridus in Epiſtola ad Liutbertum Archiepiſc. Moguntinum præfixa verſioni Evangeliorum, ait linguam Theotiſcam *in multis dictis ſcriptu eſſe difficilem, propter literarum congeriem, aut incognitam ſonoritatem: nam interdum tria u u u, ut puto, quærit in ſono, duo conſonantes mihi videntur, priores tertium vocali ſono manente.* Somnerus in Gloſſ. Saxon. *Franco-Galli ſemper g, vel gu, utuntur, pro Saxonum & Germanorum W.* &c.

WAADESAAR. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ c. 23. *Ubi vulnus infligitur ſine membri detruncatione, aut deſcendit in concavum, & ad interiora penetrat, aut non. Si non deſcendet, quod vulnus in lingua patria* Waadeſaar *appellatur, trium marcarum exigit ſatisfactionem.* Veteribus Danis apud Pontanum in Deſcript. Daniæ, *aar*, eſt annus. Vide *Hulſaar.*

WACTÆ, *Wagtæ*, Excubiæ, vigiliæ; Germanis, *Wachte*, & *Waecke*, noſtris *Guet*. Kero Monach. *Vigiliæ, Wahtono. Vigilias, Wathun, Nathuvah chon. Vigilia nocturna, Wahta de naht.* Capitulare 3. an. 813. c. 34. *Si quis wactam aut wardam dimiſerit, quando ille Comes ei cognitum fecerit,* &c. Capitula Caroli M. lib. 3. c. 68. *Ut non per aliquam occaſionem, nec pro wacta, nec de ſcarâ, nec de Wardea — heribannum Comes exactare præſumat.* Charta privilegiorum à Ludovico Pio Hiſpanis conceſſorum to. 2. Hiſtoricor. Franc. pag. 321. *Explorationes & excubias, quod uſitato vocabulo Wactas dicunt, facere non negligant.* Capit. Caroli C. c. 31. tit. 27. *Et in civitate atque marcha wactas faciant.* Capitulare de Villis c. 16. *Et ſi judex in exercitu, aut in wacta, ſeu in ambaſciato, vel alicubi fuerit.* Cap. 27. *Caſa noſtra indeſinenter foca & wactas habeant, ita ut ſalvæ ſint.* Tabularium S. Remigii Remenſis: *Facit in anno corvadas 8. — facit wactas pro bove den. 1.* Infra: *Facit idem wagtas, & excutit annonam dominicatum.* Hinc formatæ voces

Gueta, Guetta, Guayta, Gaita, Excubiæ, vel jus excubiarum, quod competit majoribus Juſtitiariis. *Droit de Guet*, in Conſuetudine Turonenſi art. 215. Catalaunenſi art. 3. Juliodunenſi cap. 28. art. 3. Burbonenſi cap. 56. & Britann. art. 292. *Onus vigilum & cuſtodum*, in Charta an. 1193. apud Marcam in Hiſt. Benearn. lib. 6. c. 12. n. 4. *Murorum vigiliæ*, apud Gregor. M. lib. 7. ind. 1. Ep. 20. *Sujets guetables*, in Conſuet. Arver. cap. 25. art. 17. qui excubias debent. *Wayte-fee*, in Charta Anglica, apud Spelmannum in hac voce, tenementum *wactæ* obnoxium. Charta Caroli Calvi pro Barcinonenſibus apud *Diago* lib. 2. c. 4. *Explorationes & excubias, quas uſitato vocabulo Guaytas dicunt, facere non negligant.* Pactum initum inter Philippum Regem & Abbatem S. Germani Pariſ. an. 1270. *Nihil nobis & ſucceſſoribus noſtris juris — retento, excepto gueto, talliâ, exercitu, cavalcatâ, & banno.* Charta Joannis Regis Franc. an. 1363. apud Sammarthanos in Epiſcopis Pariſ. *Erant in poſſeſſione & ſaiſina cuſtodiendi Eccleſiam B. Mariæ Pariſienſis, ac fieri faciendi excubias, ſeu guetum in ipſa,* &c. *Gaitam vel eſcarguaitam debere*, in Libertatibus Oppidi Jallerontis an. 1283. apud Guichenonum in Hiſt. Breſſenſi pag. 107. Uſatici & Libertates Aquarum-mortuarum an. 1246. *Et ſit de eorum officio mandare vel facere mandari gaithas & eſcargaitas, & alias cuſtodias, quando videbitur expedire Curiæ noſtræ prædictæ,* &c. Vide Probat. Hiſt. *des Chaſteigners* p. 43.

Gueta, Guetta, Gaita, ipſe Vigil, Speculator. Gloſſ. Lat. Gall. *Vigil: Veillant, gaite.* Vetus Inqueſta in Regeſto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 165. *Et eſt Caſtellanus feodatus, & ponit gaitam in Caſtro, & debet exercitum & equitationem ut alii.* Teſtamentum Philippi Pulchri Regis an. 1311. *Item Adæ, & Stephano Guettis noſtris cuilibet 60. ſol.* In Teſtamento Ludovici Hutini an. 1316. & Caroli Pulchri an. 1324. legata fiunt pariter *Simoni & Adæ Guettis*, in Computo Hoſpitii 1312. *Guetta Luparæ, Gueta Caſtelleti, Gueta parvi Pontis.* Joannes de Condato MS.

Quant le gaite corne le jour.

Chronicon Bertr. Gueſclini MS.

Y avoit une Gaite toute jour à journée,
Qui ſonnoit un bacin, quant la pierre eſt levée.

Gatha, ſeu *Præco*. Charta Philippi de Monteforti Dom. Tyri & Toroni an. 1264. pro Communia villæ de Caſtris in Occitania: *Item obtinuerunt modo & tempore ſupraſcriptis quod Conſules dictæ villæ mittunt ſeu conſtituunt in dicta villa gatham ſeu præconem, cum eis videtur expediens, & opportunum exiſtit, qui Gatha ſeu præco officium ſibi commiſſum debet regere ſecundum ordinationem Conſulum prædictorum, dummodo faciat & exequatur ambaxatas curiæ ſupradictæ cùm fuerit requiſitus,* &c.

Guaytare, Excubare, excubias ſeu *gaitam* facere. *Guetter & veiller par nuit*, in Charta Gallica an. 1383. apud Roverium in Reomao pag. 328. *Watier*, in Magno Recordo Leodienſi p. 87. Uſatici Barcinonenſes MSS. cap. 64. *Omnes homines habentes ſeniores, nullo ingenio vel ratione, neque per diffidamentum, neque per acuydamentum, neque per illorum fevum illis relictum, guaytent perſonas eorum, nec encalcent, nec requirant, nec vulnerent, nec capiant, nec captos teneant.* Conſuetudines Catalaniæ inter Dominos & Vaſſallos MSS. cap. 55 *Debent etiam gaytare, ſurgere, & cuſtodire, ac excubias facere, & exigere ad omnem Caſtri ſonum.* Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 479. *Multis ſervitiis eos aggravavit, in ipſos hominesque eorum munitiones ſuas apud Eſcalfoium & ſanctum Serenicum cuſtodire coegit.*

Guetagium, Gaitagium, Vuatagium, Cenſus qui ſolvitur pro cuſtodia caſtri. Charta an. 1070. in Tabulario Vindocinenſi n. 353. *Ea domus ſolvit 2. den. cenſus, & 1. obolum de gaitagio.* Ch. 421. *Quam quidem emimus omni conſuetudine liberam totam, exceptis duobus den. cenſualibus, & duobus de vuetagio.* Infra, Charta mox laudanda ex *Guetagio* quod ab incolis præſtabatur, excubias confectas docet. Idem cenſus & *Wardagium* nuncupatur, & *Warda*. Vide in hac voce. Huc pertinet quod habet Magna Charta libertatum Angliæ apud Matth. Pariſ an. 1215. p. 179. *Nullus Conſtabularius diſtringat nobilem aliquem ad dandum denarios pro cuſtodia caſtri, ſi ipſe eam facere voluerit in propria perſona ſua, vel per alium probum hominem, ſi ipſe eam facere non poſſit per rationabilem cauſam.*

Id porrò oneris ex conditione infeudationis vaſſallis incumbebat, qui tenere per *Caſtlegarde* dicuntur Littleton ſect. 111. *Divers tenants teignont de lour Seigniors per ſervice de Chivaler, & autere els ne teignont per eſcuage, come ceux qui teignont de lours Seigniors per Caſtlegarde: c'eſt à ſçavoire, à garder un tower del caſtle lour Seignior, ou un huis, ou un auter lieu del Caſtle per reaſonable garniſhment, quant lour Seigniors oiont que enemies veilent vener, ou ſont venus en Engleterre.*

Ut porrò ejuſmodi excubiæ, *gueta*, & cuſtodiæ peragerentur à vaſſallis in caſtris dominorum, explicat idem Tabularium Vindocinenſe. ch. 104. *Hæ ſunt conſuetudines quas tenebat in ſuo tempore Comes Burchardus in villa & in Comitatu Vindocini. Imprimis de excubiis Caſtelli, ſicut ipſe facere commendaverat, ut per menſes ita fuiſſet cuſtoditus. Ipſe verò ſicut Comes & major omnibus erat, quinque menſibus faciebat, videlicet Martio, Aprili, & Junio, & Julio, & Auguſto. Primi duo menſes facti erant de Camera Comitis, & alii tres de guattagio qui priſus erat in burgo Vindocini. September faciebat Otradus pater Salomonis, de quo tenebat Septo & Artis. October faciebat Herveus de Sancto Marcello, de quo tenebat Cathedras, & Vias, & Lalmas. November faciebat Hucbertus de Firmitate, de quo tenebat Ciconias & Eccleſiam de Tuſcheriaco; atque culturam. December faciebat Giſtebertus Dives &c. Iſti omnes ita cum Comite cuſtodiebant Caſtellum, quod in unaquaque nocte habebat intra vetus Caſtrum 5. gaitas, unam ſuper portam ſubtus Caſtellum, alteram ſuper portam juxta manſionem Salomonis, tertiam ſupra murum juxta manſionem Giſteberti: & aliæ duæ tota nocte circumibant Caſtellum.*

Sed & Regeſtum Ludovici Regis Siciliæ continens hominia præſtita Reginæ Mariæ ejus matri an. 1387. & 1388. à nobilibus Andegavenſibus, ita varias excubiarum conditiones vaſſallis impoſitas proſequitur. *Jean des Roches Chev. à cauſe de ſa terre de Brain doit 20. jours de garde en la ville d'Angers une fois en ſa vie. Dame Iſabeau de Cliſſon en doit 40. Meſſire Guy Amenart à cauſe de ſa terre du Boullay en doit autant avenant ſemonſe en cas d'eminent peril. Jean de Coulaines Chev. doit 15. jours de garde une fois en ſa vie*, &c.

Reguayta, alias *Scherguayta*. Charta an. 1320. *Si aliqua impoſitio, factio, guayta vel reguayta, ſeu cuſtodia, eis imponeretur*. Charta an. 1427. apud Thomaſſer. in Conſuet. Bitur. p. 128. *Leſdits bourgeois ſeront tenus de garder la porte ou portail de ladite ville, y faire le reguet par nuit, par les Capitaines*, &c. Vide *Warda*, *Scaragaita*.

WADARE, *Wadiare*, *Wadium* &c. Vide *Vadare*.

WADTBAND. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scaniæ c. 6. *Et ut nullus ei communicet per totam provinciam judicabitur ſub pœna trium marcarum juri regio ſolvendarum, quod judicium* Wadtband *lingua patria nominare conſuevit.*

WADISCAPUM, *Wadriſcapium*. Vide *Waterſcapum*.

WADRUS. Vide *Vadium*.

WAERIA. Vide *Wayeria*.

WAGA, Menſuræ ſpecies, apud Anglos & Scotos. Statuta Roberti III. Regis Scotiæ cap. 22. § 7. in Aſſiſa de ponderibus: *Waga ſic Waw, debet continere duodecim petras: cujus pondus continet octo libras*. Fleta lib. 2. c. 76. §. 12. *Una waga caſei*. Monaſticum Anglican. to. 1. p. 515. *Unam wagam ſalis de ſalinis ſuis*, &c.

Wagaria, Menſuræ jus, ſeu cognitio menſurarum, à Theutonico *Waeghe*, vel Germ. *Wag*. vel *Weghe*, libra, trutina, ſtatera, in Charta Henrici Imp. an. 932. locum vide in *Pergus*. Apud Hieronymum Fizen. in Hiſt. Leodienſi, ubi eadem deſcribitur, *Wargaria* ſcribitur.

WAGNAGIUM, *Wainagium*. Vide *Gagnagium*.

WAISDA. Vide *Guaiſdium*.

WALAPAUS. Leges Rotharis Regis Longobardor. tit. 12. *Si quis homini libero violentiam injuſtè fecerit, idem Walapaus, 80. ſol. componat*. Et mox: *Walapaus eſt qui ſe furtim veſtimentum alienum induerit, aut ſibi caput latrocinandi animo, aut faciem transfiguraverit*. Ubi Lindenbrogius, *Wala*, caput, *panken*, vel *pautzen*, ornare, polire, eſt Germanis.

WALARAUPA, vox compoſita ex Germ. *wala*, caput, & *rauba*, veſtis. Lex Bajwar. tit. 18. cap. 3. *De veſtitu mortuorumque quod Walaraupa dicimus, ſi ipſe abſtulerit, qui hos interfecerit, dupliciter componat.*

WALAWORF, *Waltworf*. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 5. *Si autem diſcriminalia ejecerit de capite, Witworf dicunt, vel virgini libidinoſe crines de capite extraxerit*, &c. Ubi editio Heroldi, *Valtuurfo dicunt*. cap. 12. tit. 5. *Waltwerf*, editio Tilii præferunt. Sichardus verò edidit *Warworf*. Codices alii *Welworf*, *Wlworf*, *Walworfi*, ut monet v. c. Steph. Baluzius. Horum vocabulorum origo Germanica: ſi enim legatur *Walworf*, erit *capitis dejectio*, ex *wala*, caput, & *werf*, dejectio. Si *Witworf*, erit capitis tegumentum, quod ſignat vox *wit*. Si denique *Watworf*, Germani *Wat*, aut *Wade*, veſtimentum dicunt. Spelmannus à Saxonico, ut ſolet, deducit.

WALENGA. Vide *Palanga*.

WALDA, *Waldana*. Vide *Gualdana*.

WALDACH. In Nota de membrana in Archivis Regiis Anglic. *pretium acr. 2. d. non plus, quia terra eſt in Waldach*. Spelman. fortè ſilveſtris, non culta, ex *Wald*, ſilva. Vide *Gualdus*.

WALDEGRAVIUS, vox Germanica *Wald-graf*, Comes ſeu Præfectus ſilvarum, *Foreſtarius*. Autor panegyrici Berengarii Imp. lib. 2. p. 87.

——— *Cum multa gementi*
Waldegravi curvas perfringit lancea coſtas.

Ita enim omnino ſcriptum in codice monet editor, quod nomen librarius ineptè in duo diviſit, *valde gravis*.

WALDUM. Vide *Gualdum*.

WALISCUS, Servus, miniſter, ex Saxon. ƿealh, *mancipium*, Ælfrico. Leges Inæ Regis cap. 34. *Si homo Waliſcus habeat terræ hidam, wera ſua eſt 120. ſol*. Cap. 35. *Regis equi Waliſcus, qui nunciare poſſit ad eum, Weregildum ejus eſt 200. ſol*. Ubi *Waliſcus* equi regis, eſt *Equiſo regius*.

WALLA, *Wallia*, Anglo-Saxonibus ƿall, Murus, paries, vallum, præſertim agger, Anglis à *wall*, Kiliano *Walle*. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 910. *Mando vobis — quatenus juſticietis meos homines de — ut faciant wallas & watergangas, & clauſuras wallarum, ſicut debent facere*. Conſuetudines Monaſterii de Bello in Anglia fol. 141. *Tenet 8 acras terræ juxta Goreſwall capitant. ad prædictam wallam verſus Northeſt.*

Wallia. Idem Monaſticum pag. 334. *Quod ipſi mariſcum prædictum cum pertinentiis aſſewiare, & ſecundum legem mariſci walliis includere, & in culturam redigere — poſſint*. Charta Henrici III. de ordinatione mariſci de Romeney: *Debent diſtrictiones fieri ſuper omnes illos qui terras & tenementa habent in dicto mariſco, ad reparandum Wallias & Watergangias ejuſdem mariſci contra maris periculum*. Will. Thorn an. 1283. *Exceptis walliis contra mare*, &c. *Wallea* apud eundem, an. 1365. Idem an. 1281. *Terram quæ jacet verſus orientem inter Gutteram de Borſtall, & novam wallam, Joannes Renger conſtruxit in Heyſtete; quam wallam per 2. menſem ſequentem ſumptibus ſuis contra mare ſuſtinebunt*. Idem an. 1285. *Totum pratum in quo continetur quædam walla vocata Walla ſive Chaſea Cellerarii Eccleſiæ Chriſti Cantuar. quæ continet 20. perticatas in longitudine, & 20. pedes in latitudine*, &c. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind, pag. 181. *Sciatis quod nos conceſſimus & aſſignavimus Stephano de — 100. acras de mariſco noſtro inter Wallas monachorum Pontis Roberti & Oxeniam*, &c.

Wallare, Vallo vel muro claudere. Eadem Charta: *Reddendo inde nobis 2. marcas argenti, — pro omni ſervitio, niſi quod debet wallare ſecundum quantitatem illius terræ intus & extra*, &c.

WALLACTOR. Lambertus Ardenſis pag. 258. *Novaculatores ſive raſores, cum raſoriis, paratores* (ſic enim lego) *quoque & Wallactores, & Denparii, & biatores cum convenientibus & neceſſariis armamentis & inſtrumentis*,

&c. Ubi fortè *Wallactores*, pro *Wallatores* editum, i. *wallarum*, ſeu vallorum confectores. Vide *Walla*.

Walleſheria, Parentela interfecti. i. unus ex parte matris, & alius ex parte matris, apud Wallenſes Anglicos: vox formata, ut *Ingleſheria*, de qua nos alibi. Statutum Walliæ an. Edw. 12. cap. 4. *Quod proximæ 4. villatæ propinquiores loco ubi caſus homicidii, vel infortunium contigerit, veniant ad proximum Comitatum, una cum inventore, & walleſheria, i. parentela hominis interfecti, & ibidem præſentent factum feloniæ, & caſum infortunii*, &c. Sed aliud ſonare videtur

Walecheria, in Charta Anglica apud Spelmanum: *Dicunt quod eſt ibi Walecheria, quæ reddit de annuo redditu 3. lib. 12. den. ad feſtum S. Mich. Item in tota Walecheria ſunt 4. homines, & quilibet eorum debet invenire unum hominem per 3. dies in qualibet ſeptimana à feſto S. Michaelis uſque ad feſtum B. Petri ad vincula.* Significat, inquit Spelmannus, *Wallica pars*, ut videtur. Ego verò *Walecheriam* idem ſonare exiſtimo quod *Vacheria*, prædium certo vaccarum numero alendo idoneum. Vide in hac voce.

Wallia. Vide *Walla*.

Wallroth. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scaniæ c. 6. *Si corpus occiſi veſtimentis ſuis vel armis, quod crimen* Wallroth *in lingua patria nominatur, accuſetur aliquis ſpoliaſſe*, &c. Adde c. 26.

Wallus, Extraneus, Anglo-Saxonib. Silveſter Giraldus in Deſcriptione Cambriæ cap. 7. *Saxones occupato regno Britannico, quoniam lingua ſua extraneum quemlibet Wallum vocant, & gentes has ſibi extraneas Wallenſes vocant, & inde uſque in hodiernum barbara nuncupatione & homines Wallenſes, & terra Wallia vocitatur.*

Walo. Vetus Scheda de S. Aderaldo Trecenſi, apud Camuſatum: *Pater ejus nobilium nobiliſſimus Walo eſt dictus, qui lingua Auſtraſiorum interpretatur bonus.*

Wambaſium, *Wanbizius*, *Wambaſarius*. Vide *Gambaſium*.

Wancapium. Charta Hilſondis Comitiſſæ Strienſis an. 992. apud Miræum in Diplom. Belgic. lib. 1. cap. 24. *Silvam ad porcos alendos, quemadmodum jacet inter duas marcas, cum omni jure, wancapio, teloneo, molendino, cenſu, pedagio*, &c.

Wancluga. Lex Bajwar. tit. 7. cap. 17. *Si quis liberam feminam ſuaſerit quaſi ad conjugem, & in via eam dimiſerit, quod Bajwarii Wancluga vocant*, &c. Editio Heroldi, *Wanclugt* præfert. Vox à Germanico *Wackelen*, vacillare, & *lugen*, vel *logen*, mendacium, ut *Wancluga*, ſit mendacium vacillantis in negotio matrimonii. Ita Woſſius, quem vide. Alias lectiones profert Steph. Baluzius pag. 1017.

Wancſtodal. Lex. Bajw. tit. 3. cap. 11. *De ſimulatis, quod Wancſtodal dicunt*, editio Heroldi habet *Warſtodal*. Ubi Lindenbrogius: *Wanck*, Germ. inde *Wanckeſmodig*, animi dubia minimeque ſtabilis ſententia.

Wandangiæ, vel *Vendangia*, Perones ſeu indumenti genus tibias & pedes operiens. Rainardus Abbas Ciſterc. in Inſtitutis Ciſterc. diſt. 1. c. 85. *Directi in viam, ſi voluerint, Wandengias ad devitandum lutum, ſive ad expellendum frigus habere licet eis.* Idem diſt. 9. cap. 8. *Wandangia quibus, in via utimur, de panno fiant.* Definitiones ejuſd. Ordinis diſt. 9. c. 3. *In ſotularibus quoque, vendagiis, fibulis, ſellis equorum, ſtaphis, omnis ſuperfluitas & notabilis curioſitas evitetur.* Vide *Gamachia*.

Wanga. Fredegarii Chronicon c. 37. *Uterque falanga Wangas jungunt ad prælium.* Ad marginem ſcriptum, *al. Ordines*.

Wannagium. Vide *Gagnagium*.

Wantus, *Wanto*, *Gwantus*, *Gantus*, &c. Chirotheca, Gallis, *Gant*.

Wantus, *Vantus*, Papias: *Chirotheca, vanti, i. manus theca. Manica quas vulgò Wantos appellamus*, in Capitul. Aquiſgran. in Cod. Helmæſtadienſi. Notgerus in Vita S. Hadelini n. 13. *Cumque wantum in manu, ut moris eſt, legaliter tradendo teneret*, &c. Acta S. Mainbodi Martyr. n. 7. *Tegumenta manuum, quæ Wantos appellant, pro caritate ſuſcepit.* Beda in Vita S. Columbani cap. 14. *Tegumenta manuum, quæ Galli Wantos, id eſt chirothecas, vocant.* Vita S. Bertharii Epiſcopi Carnot. *Niſus eſt abſtrahere à manibus ejus chirothecas, quod vulgo Wantos vocant. Wanti caſtanei auro parati*, apud Hanulphum lib. 3. cap. 3. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Annulum aureum unum gemmis pretioſis, & wantos paria unum.* Charta Berengarii Regis Italiæ apud Ughellum in Epiſcopis Veronenſibus: *Igitur omnibus volo & ſtatuo, atque per meam hanc paginam teſtamenti & judicati per waſonem terræ, ramum arboris, & feſtucam roboratum, atque cultellum, & duos wantos, totum inſimul juxta legem meam Salicam attendere viſus ſum, & confirmo*, &c. Vita S. Hadelini Confeſſ. MS. *Cumque wantum in manu, ut moris eſt, legaliter tradenda teneret.* Chronicon Fontanellenſe cap. ult &c. pag. 246. *Ad pelles berbicinas unde pellicea fiant, ſol. 10. ad wantos lib. 1. ad faſciolas lib. 1.* &c. Ubi malè editum *obantos*. Occurrit præterea in Statutis Adalardi pro Abbat. Corbeienſi l. 1. cap. 3. apud Sanctum lib. 3. part. 3. cap. 7. in Capitul. Aquiſg. an. 817. & in Vinea Benedictina refloreſc. cap. 22 in Vita S. Aicadri Abb. Gemetic. cap. 27. apud Wolphardum Preſbyt. lib. 3. de Miracul. S. Walpurgis n. 6. &c. Vetus Charta pro Epiſcopo Ambianenſi ex Camera Comput. Pariſ. *Chaſcune vente ſoit de maiſon ou de terre, il a uns ii ans.*

Wanto. Chronicon Novalicienſe cap. 32. *Sceptrum cum wantonibus indutus tenens in manibus.* In vett. Chartis apud Franciſcum Mariam in Mathildi, & apud alios: *Tradidi per waſonem terræ — atque per coltellum & wantone, ſimulque andelagine.* Vide Perardi Burgundica pag. 189.

Gwantus. Vita MS. Caroli M. ſcripta ſub Friderico I. Imp. lib. 2. cap. 34. cujus lemma eſt, *de gwanto Imperialis in aere ſuſpenſo.* Vita S. Philiberti Abb. lib. 1. cap. 12. *Latro guantos illius illicita præſumptione furatus eſt.* Habetur etiam in Tabulario Caſaurienſi.

Gantus. Gloſſæ MSS. *Chirotheca, manuum teſtura, quod Gantum vocamus.* Tabularium Catoſſenſe: *Ipſi Monachi præfati Cœnobii afferant illi gantos duos, & duos cereos, cum duobus botis nectare plenis.* Tabularium Deiparæ de Joſaphat: *Dederunt cum venditionibus & gantis.* Regula Monialium Fontis-Euvraldenſium cap. 15. *Ut nunquam induant gantos.* Vita MS. S. Ildeverti Epiſcopi Meldenſis: *Cumque de manibus gantos extraxiſſet, appoſuit eos radio ſolis*, &c. Vide *Chirotheca*.

Gannus. Tabular. Priorat. Neronis villæ fol. 11. *Et hanc conceſſum fecit — ponendo librum ſuper altare, & mittendo gannum ſuum in manu Garmundi Prioris pro commemoratione.*

Wapeldrac. Conſuetudines Arkarum an. 1135. in Tabulario S. Bertini: *Si vulnus in carne fecerit, — quod ſi armis molutis — wapeldrac, 3. libras domino, & 20. ſolidos læſo* emendabit.

Wpeldrinc. Vide *Auſſeringha*.

Wapentachium, apud Danos Anglicos, idem fuit quod *Comitatus*, ſeu *Hundredus*. Leges Edwardi Confeſſoris cap. 32. *Quod Angli vocant Hundredum, ſupradicti Comitatus* (qui ultra *Watlingſtrete* ſunt, ſcilicet Eboracenſis, Lincolnienſis, Nottinghamenſis, Leiceſtrenſis, Northamptonenſis, &c.) *vocant Wapentachium: & non ſine cauſa. Cùm quis enim accipiebat præfecturam Wapentachii, die ſtatuto in loco, ubi conſueverant congregari, omnes majores natu contra eum conveniebant, & deſcendente eo de equo ſuo, omnes aſſurgebant ei. Ipſe verò erecta lancea ſua ab omnibus ſecundum morem fœdus accipiebat. Omnes enim quotquot veniſſent, cum lanceis ſuis ipſius haſtam tangebant, & ita ſe confirmabant per contactum armorum, pace palam conceſſa. Anglicè enim arma vocantur* Wæpnu, *&* taccare, *confirmare: quaſi armorum confirmatio, vel ut magis expreſſè ſecundùm linguam Anglicanam dicamus,* Wapentac, *armorum tactus eſt:* Wæpnu *enim arma ſonat,* tac, *tactus eſt. Quamobrem poteſt cognoſci quod hac de cauſa*

ſa totus ille conventus dicitur Wapentac, eo quod per tactum armorum ſuorum adinvicem confœderati ſunt. Ab Edwardo eadem hauſere Rogerus Hovedenus pag. 607. & autor Fletæ lib. 2. cap. 61. §. 21. 22. Ejuſmodi verò mutuam per armorum contactum populorum confœderationem Angli à Danis acceperant: quod in primis docet Dudo de Moribus & Actis Normannorum lib. 3. *Reperti ſunt autem Bernardo inquirente trecenti viri parati cum Willelmo præliari & mori: qui unanimes ante illum venerunt, judiciumque (malo indicium) fœderis, fideique, & adjutorium more Dacorum facientes, tela mutua voluntatis pacto unà concuſſerunt. Cætera gens armis frigida receſſit ad præſidium urbis celeri fuga.* Scribit Janus Dolmerus ad caput 1. Juris antiqui Aulici Norvegici, in Chronico Norvegico, *baapinetach*, armorum applauſum vel percuſſionem appellari, quæ fieri ſolebat cum ſtrepitu armorum, quando incolæ in foro armis percutiebantur, quo facto indicabatur verè ſe leges illas in æternum ratas habere, aut illico factum comprobare, quod tunc in foro decernebatur, præſertim de Regibus eligendis, aut aliis ejuſmodi cauſis.

At vocis *Wapentachii* originem paulò aliter refert Bromptonus, quo loco ait *Schiram, Hundredum, & Wapentake* idem ſonare. Tum addit: *Wapentake Anglicè idem eſt quod arma capere: eo quod in primo adventu novi domini ſolebant tenentes pro homagio reddere arma ſua.* Infra: *Wapentake & Hundredus idem ſunt, quia procinctus centum villarum in adventu novi domini ſolebat reddere arma ſua.* Cui quidem etymo favet Somnerus, vocem à Saxonico ƿæpn, *telum*, & ꞇæcan, dimittere, ſeu potiùs beꞇæcan, *tradere, committere*, deducens. Ita paſſim pro Comitatu uſurpant Leges Ethelredi Regis apud Wenetyngum editæ cap. 1. 4. Decreta Guillelmi Nothi p. 137. Leges Edw. Confeſſ. c. 13. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 7. Matthæus Paris p. 109. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 47. to. 3. p. 262. 267. & alibi.

Wappentagium, apud Bromptonum pag. 1162. & 1173. *Wapentagium*, apud Rogerum Hovedenum pag. 607.

Dimidium Wapentachium. Charta Henrici I. Regis Angl. in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 463. *Si Wapentachium Epiſcopi Lincolnienſis de Niwercha defendit ſe verſus me pro dimidio Wapentachio: tunc præcipio quod non ſummoneatis inde ad placita mea & Comitatus niſi ſolummodo duos homines*, &c.

WAPINSCHAW, Cenſus militum, noſtris *Monſtre*, vox Angl. *Weapons*, arma, &c. . . Statuta Willel. Regis Scotiæ c. 23. §. 5. 6. *Et omnes alii qui habere poterunt, habeant arcum & ſagittas extra foreſtam, & infra foreſtam arcum & pyle. Et fiat viſus armorum, quod dicitur, Wapinſchaw.*

WARA, Modus agri, apud Anglos. Monaſterium Anglic. to. 2. p. 128. *Præterea concedimus in eleemoſynam eidem Eccleſiæ, eadem libertate totam terram, quam tenuerat Briſardus in Stanct; ſcilicet waram & dimidiam cum Cotlandis & inſuper medietatem totius nemoris*, &c. Mox: *Ad opus Eccleſiæ vendiderunt ſcilicet unam waram & duas Cotlandas cum dominio & prato*, &c.

WARA, *Libera wara*, Tabularium Abbatiæ S. Petri de Burgo in Anglia: *Libera wara eſt unus redditus, & eſt talis conditionis, quod ſi non ſolvatur ſuo tempore, duplicatur in craſtino, & ſic deinceps in dies.*

WARANTUS, qui alteri tenetur ad evictionem. Lexicon Cambro-Britannicum: *Gwarant*, *aſſertor*, *vindex*. Spelmannus & Somnerus à Saxon ƿeꞃian, *tueri* deducunt. Malim à *creantare*, fidem facere, noſtri enim *creanter*, *cranter*, & *granter* dicebant, unde formata vox *garantir*. Vide in hac voce.

Aliquando ſignificat eum qui cavet de evictione, aliquando ipſam cautionem, quæ aliàs etiam *warantia* dicitur, inquit Cowellus. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 43. *Sicque eſt ei warantus eſſe qui in ſervitio ſuo eſt.* Adde cap. 82.

Warentus, eadem notione in Lege Longob. lib. 2. tit. 28. §. 5. & in Pacto ſeu fœdere Ethelredi Regis cum Analano, &c. cap. 10. *Prouver par guarant*, in Aſſiſiis Hieroſol. MSS. cap. 27. 59. 61. 62. 63. 65. & ſeqq. ubi ſtatuitur, res omnes poſſe probari per duos *Warantos*, inculpatos, *ſans reproche*. Contra, *rebuter guarans*, eſt dicere *Warantos* culpa haud vacare, adeo ut non ſint ejuſmodi qui *Warantiam* ferre, ſeu fidejubere pro alio poſſint.

Warentizare, Bractoni lib. 5. tract. 4. §. 2. *Nihil aliud eſt quam defendere & acquietare tenentem, qui warantum vocavit in ſaiſina ſua.* Similia habent Fleta lib. 5. cap. 4. cap. 15. §. 2. lib. 6. cap. 23. §. 2. Et Britton fol. 197. ubi multa de *Warantia*, ut & apud Littletonem cap. 13. ſect. 697. & ſeqq. Leges Edwardi Conf. c. 36. *Qui ſi warantizaverint quod rectè facta ſit juſtitia de ipſo*, &c. Paſſim in Legibus Scoticis, & apud JC. Anglos.

Varendator, Varendatio, Varenda, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 9. §. 6. art. 15. §. 2. art. 46. §. 2. lib. 2. art. 15. 16. §. 1. art. 36. §. 4. 6.

Warandia, Gallis *Garantie*. Hiſtoria Archiepiſcop. Bremenſium an. 1363. *Albertus Archiepiſcopus, Ducis Magni de Brunſwick filius, cum magno exercitu contra potentiam & Warandiam Dom. Mauricii Decani in parte Uthesborne diœceſis Bremenſis intravit, & caſtrum Verde expugnare propoſuit.*

Quo warento, Brevis ſpecies, de quo paſſim Practici Anglici. Vide *Breve*.

Guirens, pro *Warandus*, paſſim in Chartis Occitanis, ex Francico *guarant*. Charta an. 1248. in Regeſto Toloſano Cameræ Comput. Pariſ. fol. 72. *Et de prædictis omnibus contentis in venditione Dom. Comes debet & convenit eſſe guirens prædicto Raimundo Unaldo*, &c. In Conſuetudine Toloſana eſt titulus, *De nominatione guirentis.*

WARANIO, Equus integer, *waren*, Goldaſto: Equus admiſſarius: Hiſpanis, Occitanis, & Provincialibus, *Guaragnon*; Lex Salica tit. 4. §. 2. *Si quis Waranjonem homini Franco furaverit*, &c. & §. 4. *Si quis Waranjonem Regis furaverit*, &c. Capitulare de Villis c. 13. *Ut equos emiſſarios, id eſt Waranjones, bene provideant*, &c. Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricultura cap. 2. *Sciendum etiam quod equus debet gigni à ſtallione, quem Guaragnum vocamus vulgariter*, &c. Michaël Molinus in Repertorio Fororum Aragon. v. *Beſtia*: *Beſtiæ, quæ vulgariter nuncupantur Guaranjones, equæ, vel pulli boçales, non poſſunt pignorari per aliquem officialem regni, — quia multiplicatio equorum reſpicit communem utilitatem propter bellum.* Sunt qui à *Waranio* putant vocem effictam *Ferrant*, quæ equum ſonat. Gloſſ. MS. Eccl. Pariſ. ubi de equorum coloribus: *Cervinus eſt, quem vulgò Waranem dicunt. Eranem idem vulgus vocat, quod in modum æris ſit coloris.*

Warnio, eadem notione in Capitul. 3. an. 813. c. 24. Locum vide in *Werderia*.

Guaranjo. In Foris Aragon. lib. 8. titulus 8. ita concipitur: *Ut emiſſarii ſive guaranjones, equæ, vel pulli boçales occaſione aliquarum executionum nequeant pignorari.*

WARDA, *Garda*, Cuſtodia, Gall. *Garde*. Capitulare 3. an. 813. c. 34. *Si quis wactam aut wardam dimiſerit*, &c. Leges Edwardi Confeſſ. c. 35. *Et ut wardæ juſtè & ritè obſerventur, & ut cautè deinceps incendiis ſibi illic provideant, cum ad propria redibunt.* Thomas Walſinghamus pag. 220. *Data ſuis cuſtodibus ſoporifera potione, evaſit per omnes tutiores cuſtodias, quas Wardas vocamus.* Pag. 314. *Cepit inſuper ulteriorem cuſtodiam, quam Wardam vocant, Caſtelli Papæ & gardianum ejus.* Id eſt l'avant-garde.

Warda, Cuſtodia pupillorum nobilium, quæ Regi, aut domino feudali, competit. Leges Malcolmi Regis Scotiæ cap. 1. §. 3. *Et ibi omnes Barones conceſſerunt ſibi wardam & releviam de hærede cujuſcumque Baronis defuncti ad ſuſtentationem Domini Regis.* Adde Quoniam attach. cap. 18. & Will. Thorn an. 1206. De his *Wardis* plura habes in verbo *Cuſtos*.

Wardas & judicium petere, in Quoniam attachiamenta cap. 16. §. 5. cap. 34. §. 1. 4. cap. 35. §. 2. cap. 36. §. 3. ubi *Wardas*, interlocutorium *Judicium*, definitivam

ſententiam interpretatur Skeneus.

Warda Eccleſiarum, ſeu bonorum Eccleſiæ tuitio ac cuſtodia, quæ ad Regem & Barones pertinet. Philippus Bellomanerius in Conſuetud. Bellovacenſi MS. cap. 46. quod *des Gardes des Egliſes* inſcribitur: *Nul n'a le garde des Egliſes, ſe n'eſt li Rois, ou cil qui du Roy tiennent en Baronie.* Deinde magnum ſtatuit diſcrimen inter *Wardam* & *Juſtitiam*: cum quis juſtitiam habeat in aliquo loco in quo *wardam* non habet. Mox ſubdit, *Que li Rois generalement a le garde des Egliſes du Royaume, mais eſpecialement caſcuns Barons l'a en ſe Baronnie, ſe par renonciations ne s'en eſt oſtez.* Quòd ſi Baro wardæ renuntiavit, ad Regem continuò illa revertitur, cui aliàs vuarda generalis omnium Eccleſiarum regni ſui competit: adeo ut ſi Barones in eâ ſuo minùs rectè fungantur officio, ad Regem cuivis recurrere liceat: quo pertinent iſta ex Charta Ludovici VII. an. 1172. in Tabul. S. Victor. Pariſ. n. 24. *Quoniam decreſcente zelo Dei homines ſecularium rerum amore ferveſcunt, & ſi conceſſa eis poteſtas fuerit quorumcunque, & maximè Eccleſiæ bona diripiunt, neceſſe eſt ut Majeſtas Regia Eccleſiis provideat, & protectionem ſuam omnibus modis apponat.* Et ex alia Regis Ludovici VI. an. 1133. ex eod. Tabul. n. 30. *Regia incumbit cura & magnificentia Eccleſiis omnibus in poſterum utiliter providere, earumque bona ſub ſua tutela conſervare, & ab omni injuria defenſare.* In Regeſtis Parlamenti extat Areſtum O. SS. an. 1272. quo *præcepit Dominus Rex, & voluit in pleno Parlamento, quod nova Avoeria, ſeu Gardæ quas Baillivi & ſervientes Domini Regis ceperunt de hominibus aliorum dominorum à 12. vel 10. annis citra, revocentur, & caſſentur omnino, & pro nullis habeantur, nec novè de cætero recipiantur.* Tabularium Lingonenſis Eccleſiæ an. 1239. *Nos dicimus & recognoſcimus quod idem Epiſcopus & ejus ſucceſſores habent de jure in Abbatem, Eccleſiam, villam, & burgenſes Beſuenſes gardiam & reſſortum*, &c. Infra: *Ratione tamen gardiæ & reſſorti non poterit in villa Beſuenſi facere extorſionem quamlibet*, &c. Vide *Commendiſia*: præterea Chopinum lib. 2. de Domanio tit. 6. n. 1. Bretium de ſuperioritate Regia, & Ducheſnium in Hiſt. Ducum Burgundiæ p. 92. 93. 99. 101.

Garda Eccleſiarum, quæ vacantibus earum Prælatis in manu regia ſunt, ratione regaliorum. Matth. Paris & Matth. Weſtmonaſter. an. 1248. de Rege Henrico III. Angl. *Redargutus eſt inſuper quod Epiſcopatus & Abbatias, & etiam Gardas vacantes immiſericorditer depauperat, contra juramentum ſuum.* Huc ſpectant quæ habet Concilium Lambethenſe an. 1261. cap. *De Cuſtodiis Cathedralium Eccleſiarum & Conventualium.*

Warda, Cuſtodia oppidorum, vel caſtellorum, ad quam tenentur incolæ & *Tenentes*. *Garde lige*, in Conſuetud. Andegavenſi art. 174. ubi Chopinus. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 812. *Sunt quieti de telonio & pontagio — & hydagio, & wardis, & operibus caſtellorum*, &c. Pag. 16. 17. *Et ſint liberi à — placitis, querelis, & warda, & tourpani*, &c.

Wardagium. Idem Monaſticum to. 1. p. 372. *Sed ſint quieti in civitatibus, burgis, foris, & nundinis per totam Angliam de quolibet telonio, tallagio, paſſagio, pedagio, laſtagio, hydagio, wardagio, & omnibus geldis*, &c.

Gardarii, qui gardas faciunt. Statuta Delphinalia p. 40. *Item voluit ipſe Do. Delphinus quietas eſſe, & quietavit pariter & remiſit gardas quaſcunque, & gardarios facientes dictas gardas, quas & quos habet in caſtris, villis, ſeu mandamentis Baronum & Banneretorum quorumlibet dicti D. Delphini, à decem annis citra receptis*, &c.

Guardatores, Gall. *Wardeurs*, & *Eſwardeurs*, in urbe Metenſi extitiſſe olim, obſervat Meuriſſius in Præfatione ad Hiſtor. Epiſcoporum Metenſium pag. 19. Sed quale fuerit eorum munus, ignorare ſe profitetur.

Warda in urbe Londinenſi, & aliquot aliis Angliæ oppidis, dicuntur urbis regiones, quæ pro numero Majoris & 24. Aldermannorum, 25. conſtitutæ ſunt, præter *Wardam* burgi Southwarci, ſingulorumque *cuſtodiis* ſingulæ diſtributæ, unde nomen. Vide Will. Thom an. 1394. & pag. 2019.

Gardia, Præſtatio pro tutela. Charta an. 1217. apud Gariellum in Epiſcopis Magalon. pag. 128. *Et generaliter omnes gardias, & uſatica quæ habebat nomine & occaſione dictarum gardiarum*, &c. Vide *Salvamentum*.

WARDEMOTUS, Wardarum Conventus, ſeu Curia: vox Saxonica confecta, ex peaꝛd, cuſtodia, & mote, Conventus, Curia. Charta Henrici I. Regis Angl. pro Londonienſibus poſt Caput 2. Legum ejuſdem Henrici: *Et Wardemotum, & debita civibus meis habere faciam infra civitatem, & extra.*

WARDPENI, *Wardepeni*, *Warpeni*, Denarii Vicecomiti vel aliis Caſtellanis perſolvi ſoliti, ob caſtrorum *wardas* ſeu cuſtodias. Peny autem Sax. eſt den. Monaſt. Angl. to. 1. pag. 14. *Liberi ſint omni ſcotto & geldo, & placitis & querelis, & warda, & wardpani & boreghalpani.* Ita pag. 16. 17. &c. Et Charta an. 1330. laudata à Spelmanno: *Ric. Burre tenet unum meſnagium, — & reddit inde per annum 3. ſol. 4. den. ad prædictos 4. terminos, & ad feſtum S. Martini 2. wardepens.* Idem Monaſticum pag. 827. *Et ſint inſuper liberi de ſcotto, & wardepeny & burghelpenny*, &c.

Warpeni. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 622. *Cum omnibus conſuetudinibus, libertatibus, & quietationibus de warpeni & aupeni, in boſco & plano, in pratis, & in paſturis, & in terris*, &c. Adde to. 2. p. 134.

WARDAFFIDA. Vide *Cadarfreda*.

WARDECORNE, Obligatio tenentis ad faciendam *wardam* cum cornu, de qua actum in voce *Cornagium*. Monaſtic. Anglic. to. 1. pag. 976. *Et ſint quieti, — de theſauro ducendo, & Wardepeny, Wardecorne, Averpeny, Hundredpeny*, &c.

WARDEWITE, ſeu *Vardwite*, ut eſt in Monaſtico Anglic. to. 2. pag. 387. mulcta ob cuſtodias neglectas, à Saxon. peaꝛd, *cuſtodia*, & pite, *mulcta*. Præterea in Fleta lib. 1. c. 47. §. 16. definitur *quietantia miſericordiæ in caſu quo non invenerit hominem ad wardam faciendam in caſtro, vel alibi*: Raſtallo, *quietum eſſe de denariis dandis pro wardis faciendis*.

WARDIREVE. Vide Leges Willelmi Nothi vernaculas c. 32.

WARECTUM, Terra novalis, ſeu requieta, quia alternis annis requieſcit, ſic dicta, inquit Edw. Cokus, *quaſi vere novo victum, vel ſubactum*: *Gueret*, in Conſuet. Pictav. art. 104. Menetovienſi ſuper Carum art. 8. aliis *Gachere*. Fleta l. 2. c. 72. §. 4. *Ut terra ſint tripertita, tunc novies 20. acra faciunt carucatam, eo quod 60. in hyeme, 60. in Quadrageſima, & 60. in æſtate pro Varecto debent exarari.* Adde §. 5. Et. c. 76. §. 4. *Nec in warectum debent mitti fimi, quia per rebinaturam fere ſubverterentur, & ſic ante tempus ſemenis nimium conſumerentur.*

Warectare, *Waretare*, Gallis *Gacherer*, vel *Mener à gachere*. Fleta lib. 2. c. 73. §. 10. *Menſe Aprili, tempore videlicet quo omnia aperiuntur, Warectandi erit tempus idoneum & amœnum, cum terra fregerit poſt carrucam: rebinnandi verò poſt feſtum Nat. S. Joan. Bapt. cum terra pullulaverit poſt carrucam.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind p. 17. *Item ſunt 50. juga: quodlibet arabit unam dimidiam acram ad ſemen frumenti, & ſeminabit, & herciabit, & unam acram ad ſemen hordei, & herciabit, & unam virgatam ad avenam, & herciabit, & warectabit dimidiam acram ad ordeum, & nihil recipient, & vocatur iſtud opus Gavelert.* Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 325. *Et Rogerius de Almereio 25. acras uno quoque anno ad ſeminandum in Bleckſdona, & totidem ad waretandum.* Charta Guillelmi Epiſcopi London. in Hiſtoria Abbatiæ S. Audoëni Rotomag. *Ducentas & viginti unam acras waretatas, de quibus 51. acra & dimidia fuerunt rebinata.*

WARENGANGI, *Wareganġi*, Advenæ, in Gloſſ. *Qui non morantur in loco*, ſeu qui continuò huc & illuc diſcurrunt: ex Germanico *Waren*, & *Gang*, inceſſus, greſſus, ut quidam volunt. Sed potiùs videtur à *Vargu*,

de quibus ſuprà egimus, vocem deductam. Rotharis Rex in Edicto tit. 15. *Omnes Warengangi, qui de exteris finibus in regni noſtri finibus advenerint, ſeque ſub ſcuto poteſtatis noſtræ ſubdiderint, legibus noſtris Longobardorum vivere debeant, niſi legem aliam à pietate noſtra meruerint.* Capitulare Radelchiſi Principis Benevent. cap. 12. *De Wareguangis, nobilibus, mediocribus & ruſticis hominibus, qui uſque nunc in terra veſtra fugiti ſunt, habeatis eos.*

Wargengus, eadem notione. Capitulare 3. an. 813. c. 8. *Si quis Wargengum occiderit, ſolidos 600. in dominico componat.*

WARENNA, *Varenna*, generaliter eſt vivarium cuniculorum, ſeu leporum, quæ animalium ſpecies vulgò *Feræ de warenna* dicuntur, ut & perdices & phaſiani inter aves, quas *Franc oiſeaux* vocat vetus Conſuetudo Normanniæ c. 10. Quidam etiam feris adjungunt *capreolos*. Charta Anglica an. 13. Edw. III. *Videtur tamen Juſtitiariis hic & Conſilio Dom. Regis, quod capreoli ſunt beſtiæ de Warenna, & non de foreſta, eo quod fugant alias beſtias de Warenna.* Vita S. Baboleni Abbatis: *Rex ergo Clodoveus virtute divina motus, regali more decrevit ſcripto atque ſigillo, eandem quam nuperrime incipiebant Eccleſiam, cum omni warenna, quam Matrone girat fluvius, ab ingreſſu foſſarum prædicti caſtelli veteris, ab aqua in aquam irrefragabiliter ab omni inquietudine cunctorum malorum perpetuò manere liberam atque ſecuram.*

Libera Warenna, Poteſtatem ſignificat vel charta Regia vel præſcriptione obtentam venandi cuniculos aut lepores, vel etiam aucupandi phaſianos & perdices intra limites feudi ſui, Cowello, Raſtallo & aliis Practicis Anglis. Watſio, *libera Warenna*, eſt libertas, immunitas, privilegium à Rege charta ſua conceſſum, uti has vel illas, aut avium, aut ferarum ſpecies, aut etiam piſces in hoc vel illo dominii ſui loco habeat, & ſolus fruatur, ita ut nulli alii licebit in illis agris ſive *warenna* illa animalia venari aut capere. Matth. Paris an. 1232. *Item de libertatibus quas habuit tunc temporis in foreſtis, Warennis, Comitatibus, & aliis locis, qualiter cuſtodita ſint, vel alienata.* Idem an. 1247. *Licentiam venandi in libera warenna S. Albani*, &c. Et an. 1248. *Cum enim quibuſdam eorum ſpecialiter venatio judicialiter ſub pœna decem librarum denegaretur, videbatur aliis non nominatis plena debere gaudere licentia lepores venandi in warenna memorata.* Charta Edw. III. Reg. *Quod ipſi & eorum ſucceſſores habeant liberam Warennam in omnibus dominicis terris ſuis, — dum tamen terræ illæ non ſint infra chacias aut Warennas noſtras, ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad Warennam pertineat, ſine licentia & voluntate ipſorum*, &c. Charta Edw. IV. Regis in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 507. *Quod ipſi & ſucceſſores ſui habeant liberam Warennam in omnibus dominicis terris ſuis de Staynfeld*, &c.

Warenna aquarum, Vivarium piſcium. Nam & in *libera warenna*, non modò feræ, ſed & piſces continentur, ut ex Watſio obſervatum. Utriuſque meminit Conſuetudo Perticenſis art. 39. poſterioris, Tabularium S. Bertini an. 1186. *De interclusionibus meatuum aquarum ejuſdem Eccleſiæ, quæ vulgò Warren dicuntur, de quibus 42. ſucceſſas anguillarum annuatim perſolvebant.*

Warenna vocem à Saxon. ƿepian, vel Germanica, *Warben*, cuſtodire, defendere, vulgò deducunt viri docti: quod feræ in warennis ſint *defenſæ*, id eſt earum venatio cæteris interdicta præterquam domino.

WARFUS, *Warphus*, Ripa, crepido litoris, ſinus aream habens contiguam navibus onerandis & exonerandis idoneam, Anglis *Warfe*, in Charta Joannis Abbatis Monaſterii S. Auguſtini Cantuarienſis: *Piſcarias, vias, chimina, warphos, vacuos fundos*, &c.

WARGANEUS. Vide *Vargus*.

WARGARIA. Vide *Wagaria*.

WARGENGUS. Vide *Warengangi*.

WARGILDA. Vide *Weregildum*.

WARGUS. Vide *Vargus*.

WARINGI. Vide *Vargus*.

WARISCAPIUM. Vide *Waterſcapium*.

WARNIO. Vide *Waranjo*.

WARNITUS. Vide *Garnitus*.

WARPENI. Vide *Wardpeni*.

WARREN. Vide *Warenna*.

WARSCOT, Præſtatio pro bello, ex *ware*, bellum, guerra, & *ſcot*, præſtatio, conjectum. Leges Kanuti Regis de Foreſtis c. 9. *Sint liberi — ab omnibus armorum oneribus, quod Warſcot Angli dicunt.*

WARTEDENIER. Vide mox *Wartepain*.

WARTEPAIN, *Warterpain*. Conſuetudines Arkenſes an. 1231. in Tabulario S. Bertini Audomarenſis: *Denarios tamen de porcis, & wartepaineis remittimus & quitamus.* Charta Mathildis Comitiſſæ Boloniæ an. 1253. ibidem: *Videlicet theloneo, motonagio, cerveis, denariis qui dicuntur Wartedenier, panibus qui dicuntur Wartepain, freſengagio, ovis, eſcbanchiis, & aliis univerſis, ad Juſtitiam & Comitatum pertinentibus.* Ubi denarii qui *Wartedenier* dicuntur, videntur iidem qui in Chartis Anglicis appellantur *Wardepeni*, locis in hac voce allatis: nam peni, Saxonib. eſt *denarius*. Vide in hac voce.

WARTH. Charta Edw. III. Regis in Monaſtico Anglic. to. 2. pag. 852. *Ab omnibus ſecularibus ſervitiis, & omnimodis curiis, ſectis, adventibus ad viſum franci plegii, exactionibus, querelis, & demandis univerſis quiete poſſidendis, exceptis Warth & ſcutagio quantum pertinet ad 5. virgatas terræ, quas prædicta Alicia dedit prædictis fratribus in eadem villa.* Infra: *De tribus virgatis terræ quæ appellantur Libera hida, in Bereford, quietis de Warth & ſcutagio, & ab omni ſeculari ſervitio.*

WARWIT. Vide *Wardewite*.

VUASILUS. Capitula ad Legem Alamannor. c. 4. *Si (coxa) non fuerit tranſpuncta, & nervora tetigerit, ut ibi vuaſilus intrat, ſolvat ſol. 3.* Et c. 8. *Si nervora tangit, & vuaſilus intrat, ſolvat ſol. 3.* Ubi *vuaſilus* videtur eſſe Flandricum & Gallicum *vuaſe*, limus, lutum, cœnum, ſanguis ſcilicet putridus qui ex vulnere oritur.

WASHUM, Vadum, terra undis vel mari *abluta*, ex Anglico ƿaſh, lavo, abluo, &c. Henricus de Knyghton an. 1346. *Et ſic tranſierunt per unum Waſſum maris ad longitudinem unius leucæ in vigilia S. Bartholomæi, & ex altera parte waſhii, inimici fuerant parati ad prælium*, &c. Loquitur de Prælio Creciacenſi, ubi Angli Somenam fluvium trajecerunt ad vadum, quod *Blanche taque* vocant.

WATSPENDA. Charta 86. inter Alemannicas Goldaſti, & apud Vadianum pag. 91. *Denique hanc eamdem Eccleſiam prabenda pueri unius de clauſtro noſtro, & una watſpenda, & beneficio unius manſus — dotavi.* Ubi *watſpenda* quibuſdam dicitur veſtiaria penſio Monachis præſtari ſolita ab Abbate. Nam apud Germanos *Wat* veſtem ſignificat, & *Watman* dicitur qui pannos vendit. *Spenda* verò annonam ſignificat.

WASTA, *Waſtum*, *Waſtina*. Vide *Vaſtum*.

WASTELLUS, *Vaſtellus*, *Gaſtellus*, Panis delicatior, vel placentæ ſpecies, noſtris *Gaſteau*. Ita fortè dictus à Saxonico ƿæcel, tegulum, tegmen: eſt enim *Waſtellus*, panis in cinere tectus, coctus. Picardi etiamnum *Watel*, ejuſmodi panes vocant. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 149. *Habere debent Monachi ſingulos ſiſſuls de granario ad Waſtellos.* Ibidem: *Et in eiſdem feſtivitatibus ſingulos ſiſſuls de frumento ad waſtellos de granario. Panis de waſtello*, in Fleta lib. 2. c. 9. §. 1.

Vaſtellum, in itinere Camerarii Scotici cap. 9. §. 4.

Guaſtellus. Statuta Cluniacenſia: *Duo guaſtelli de granario & de meliori vino communis collarii in cappa decenti coram eo afferri debet.*

Gaſtellus. Conſuetudines Floriacenſis Monaſterii: *Et pitanciam de optimo vino à cuſtode vini, & ſero gaſtellos habere debet.* Alibi: *Ad cœnam gaſtellos & poma habere*

debemus. Charta Communiæ Roienſis art. 37. *Si quis ga-
ſtellos vel ſtatones, vel hujuſmodi quæ villæ noceant, fe-
ceris, Major poteſt prohibere ne ampliùs fiant*. Ugutio:
Placenta, Gall. *Gaſtel*. Le Roman de Gaydon MS.

Ainſi li fend con feiſt un gaſtel.

Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francor. MS.

A force priſt tour & Caſtiel,
Lor gens ni valu 1. gaſtiel.

WATERGANGA, Aquæductus & foſſæ per quas eliciuntur
aquæ in paluſtribus regionibus, Flandris *waterganck*, à
Water aqua, & *ganc*, ductus, iter. Spelmannus à Saxoni-
cis vocabulis quæ idem ſonant deducit. Ordinatio Ma-
rici de Romeney facta tempore Henrici III. Reg. An-
gl. apud eundem Spelmannum: *Non liceat alicui de ca-
tero facere dammas vel fordas, aut alia impedimenta in
aliquibus landeis, Waterganglis, foſſatis, ſive aquagiis
communibus, in mariſco prædicto*. Monaſticum Anglic.
to. 2. pag. 920. *Mando vobis atque præcipio, quatenus
juſticietis meos homines de Snargate, ut faciant wallas &
watergangas, & clauſuras wallarum, ſicut debent fa-
cere.*

WATERSCAPUM, *Wariſcapium*, *Wadriſcapium*, *Wadiſca-
pum*. Aquagium, aquæductus, ex Saxonico pætęrꝼ-
ſchap, compoſit. ex pæteꝛ, aqua, & ſchap, ductus.
Waterſcapus. Vetus Charta Germanica an. 793. apud
Henſchenium ad Vitam S. Ludgeri Epiſc. Mimigard.
Cum waterſcapis, perviis, communiis, paſcuis, &c. Oc-
currit præterea apud Miræum in Donat. Belgic. cap.
61.

Wadriſcapum, Charta Nevelongi Comitis apud Double-
tum pag. 724. *Perviis, wadriſcapis*, (ſic legendum
pro *wadriſcanis*) *terminis, clidiatis*, &c. Alia an. 808.
pro Monaſterio S. Bertini apud Ducheſnium in Hiſtoria
Guinenſi, & Malbrancum lib. 5. de Morinis c. 45. *Hæc
eſt manſa cum caſa, caſtitiis, ædificiis, pratis, paſcuis,
terris, perviis, & wadriſcapiis.*

Wareſcapium, *wariſcapium*. Charta an. 858. pro Sarci-
nienſi in Leodicenſi Epiſcopatu Abbatia, apud Miræum
in Donat. Belg. lib. 2. c. 10. *Et manſas ſex veſtitas ad ip-
ſam curtem conſpicientes vel pertinentes, cum perviis legi-
timis, wareſcapiis, pratis, paſcuis*, &c. Teſtamentum
Henrici III. Ducis Brabant. an. 1260. apud eundem in
Diplom. Belg. *Cæterum quidquid deliquimus in wariſca-
piis, waſtinis, ſive paſcuis communibus terræ*, &c. Alia
apud Ægidium Aureæ-vallis Monachum in Alexandro
Epiſc. Leod. c. 26. *Dotavi eam de 4. manſis — & de
curſu aquæ Moſæ a prima parte ſuperioris inſulæ — uſque
ad ultimam partem inferioris, quæ eſt contra Plumborum
montem, & de variſcapio utriuſque ripæ.*

Wadiſcapum. Formulæ vett. Pithœi c. 57. *Super ipſo ma-
gno poſita ſeu & Wadiſcapo, & inter terra & prato & ſil-
va bunnaria tanta, & mancipia tanta his nominibus il. &
il. boves duas, vacca una cum vitulo, inter porcos & ver-
veces capita tanta, & ſcapio deintus caſa valentes ſolidos
tantos*. Vetus Charta apud Baldricum lib. 1. Chr. Ca-
mer. c. 52. *Terras cultas & incultas, pervia, wadiſcapia,
prata, paſcua*, &c. Alia apud Doubletum p. 730. *Aquis,
aquarumve decurſibus, Wadiſcapis, exitibus, & regreſſi-
bus*, &c.

Wareſchaix. Conſuetudo Montenſis cap. 50. 51. *Item que
nul ſans congé de ladite Seigneurie, ou de perſonne puiſſan-
te, ne fache, ne empire le Wareſchaix de ladite ville en la-
dite Seigneurie, ſur 7. ſols 6. deniers blancs de loix, & re-
mettre celui wareſchaix en eſtat deu. Item que chaſcun de-
puis la my Mars juſques à donc que les biens ſeront dépouil-
lez ſoit tenu de renclorre & foſſer ſon heritage contre le Wa-
reſchaix ſur 27. deniers blancs de loix*. Ibid. c. 54. *Item
qui enclorront ſon heritage contre chemin ou Wareſchaix, où
il y auroit bonnes*, &c.

WATLING-STREAT. Vide *Erminſtreat*.

WAULASSIS. Vetus Inquiſitio apud W. Dugdalum in An-
tiquitat. Warwicenſis provinciæ pag. 665. *Et quo-
tieſcunque dominus ad venandum venerit, illi cuſtumarii
ſolebant fugare Waulaſſum, & ſtabulum in fugatione fe-
rarum beſtiarum ſecundum quantitatem tenuræ ſuæ, ut
illi qui tenuerunt integram virgatam terræ per 2. dies,
& ſic de aliis*. Infra: *Et ſolebant amerciari ſimiliter, ſi
non venerint ad Waulaſſum, quoties dominus ad venan-
dum venerit.*

WAYA. Monaſticum Anglic. to. 3. p. 50. *Nec non & ſe-
dem molendini cum pertinentiis ſuper wayam in dominio
meo de Wynfretone cum molitura villæ*. Adde pag. 51.

WAYERIA. *Waeria*. Fleta lib. 4. c. 1. §. 20. *Fit etiam
diſſeiſina de — bercaria, vaccaria, wayeria, augmenta-
tione curtis* &c. *Waeria*, lib. 4. c. 20. §. 6.

WAYIA, genus ponderis apud Anglos, quibus 12. *Wayiæ
charrum* conficiunt, & 2. *Wayiæ* lanæ faciunt unum
ſaccum lanæ. Vide Fletam lib. 2. c. 12. §. 2.

WAYNAGIUM. Vide *Gagnagium*.

WAYF, *Weif*, *Wayvium*, Res derelicta, & quæ à nemine
repetitur ut ſua. Bromptonus lib. 1. c. 10. §. 10. *Di-
cuntur res in nullius bonis eſſe, quæ habita ſunt pro dereli-
cto: — item de his quæ pro wayvio habentur, ſicut de ave-
riis, ubi non apparet dominus*. Lib. 3. tract. 2. c. 11. §.
5. & in Fleta lib. 1. cap. 27. §. 13. definitur *Wayvium*,
quod nullus advocat. Vetus Conſuetudo Normann. cap.
19. *Choſes gayves ſont qui ne ſont appropriées à nul uſage
de home, & qui ſont trouvées, que nul ne reclame ſiennes*.
Adde Novam art. 604. Editio Latina a *Vaiva*, *ſunt res,
vel alia quæ nullius proprietati attributa ſine poſſeſſionis re-
clamatione ſunt inventa*. Occurrit hæc vox in eadem Con-
ſuetud. art. 194. 597. & ſeq. *Res vayvæ*, in Charta Lu-
dovici Regis Fr. & Navarræ an. 1315. pro Normannis,
res derelictæ: *Gayvon* in Legibus Maris Oleronenſib.
art. 34. dicuntur. *Weiſe*, apud Britton. pag. 72. *Veſve*,
præterea in Conſuetud. Hannonienſi cap. 77. pro *vidui-
tas*, occurrit.

Warvium, propriè, *eſt pecus vagans quod nullus petit, ſequi-
tur, vel advocat*, ut eſt in Fleta lib. 1. c. 43. §. 2. Will.
Thorn: *Animalia quæ dicuntur weif*, &c. Leges Baro-
num Scoticorum cap. 48. §. 14. *Eſt autem & alia eſchæ-
ta de animali invento wayff, in territorio alicuius domini*.
Ubi Skeneus vertit, *errans pecus*. *Erraticum habere, quod
vulgò dicitur Weredif*, (ubi legendum *Weif*) in Conci-
lio Illebon. apud Ordericum Vitalem lib. 5. *Errenteum*
& *errans animal*, in Lege Wiſigoth. lib. 8. tit. 5. §. 6. 7.
8. *Animal vagans*, in Lege Burgund. tit. 49. §. 3. *Ani-
mal aberrans*, in Legibus foreſtarum Scoticar. c. 19. §.
1. Ita *aſinus errans*, Exodi cap. 23. 4. Hinc emendan-
dum Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 187. *Et omnia ani-
malia advenientia fugitiva*. Gallicè *Withe*, &c. Legen-
dum enim *Weif*. Et pag. 103. *Una cum mineriis, weyvis,
tolloniis, & ſtallagiis*, &c.

Jus autem *weyvii* dicitur dominus feudi habere, cui
pecora vaga inventa in ſuo feodo, & à nullo reclamata
aut aſſerta competunt, in Fleta lib. 1. c. 47. §. 1. Quod
interdum à Regibus conceſſum Monaſteriis legimus, ut
apud Ingulfum p. 875. *Cum omni illo quod appellatur
ſocha, ſaca, tol, & them, infanthef, weif, & ſtray*,
&c.

Wayvium autem inter regia jura ponitur à Bromptono lib.
1. cap. 24. §. 1. Dicitur verò eſſe catallum perſonale &
mobile felonia ſeu furto ſubductum, & à ſubducente me-
tu captionis derelictum, cujus dominus non apparet:
quapropter ſi quid tale inveniatur, Regi acquiritur, aut
domino feudi, niſi proprietarius à fure per actionem quam
Sectam vocant, rem furatam repetat, eamque ſuam eſſe
probet. Ita Willelm. Stanfordius lib. 3. Placitorum Co-
ronæ cap. 25. Cowellus lib. 2. Inſtit. tit. 1. §. 44. &
Raſtallus. Placita coram Johanne de Berewel & ſociis
ſuis Iuſtit. Itiner. apud Salop. in Octab. S. Michaël.
20. Edw. 1. rot. 29. *Ricardus filius Alani Comes Arun-
del, ſummonitus fuit ad reſpondendum Dom. Regi de pla-
cito Quo warento clamat habere placita coronæ, & habere
wayf in manerio ſuo de Upton, & Comes dicit, quod ipſe
clamat habere infangete vef & wayf, & eadem placita &
libertates habuerunt ipſe & omnes anteceſſores ſui, & eiſ-
dem uſi ſunt, à tempore quo non extat memoria*, &c. — *Et*

Hugo de Louther qui ſequitur pro D. Rege, dicit quod wayf eſt quoddam groſſum de corona, ita coronæ D. Regis annexum quod nullus eo gaudere poſſit, niſi habeat inde ſpeciale warantum à Domino Rege, vel anteceſſoribus ſuis conceſſum.

Wayviare Relinquere, Pro derelicto habere: *Abandonner. Gueſver l'heritage*, in Conſuetud. Aurelian. art. 121. 132. Bractonus lib. 2. c. 7. §. 4. *Feoffatus bene poterit wayviare feodum ſuum, cum hoc ſit ad commodum ſui feoffatoris, & ad proprium incommodum ſuum. Wayvare feodum* apud eundem lib. 2. c. 35. §. 12. *Wayvare*, infra eod. §. & in Fleta lib. 3. c. 10. §. 3. cap. 12. §. 2. Idem Bractonus lib. 3. tract. 2. c. 11. §. 2. ait *feminam utlagari non poſſe, quia non eſt ſub Lege, i. inlaughe Anglicè, ſcilicet in franco plegio, ſive decenna, ſicut maſculus 12. annorum & ulterius: wayviari tamen poſſe, & pro derelicta haberi, cum pro felonia aliqua fugam fecerit, ſive ceperit.* In eo autem differt *Utlagatio* à *Weyvio*, quod ſi viri ſeu maſculi *Utlagati* capiantur, vel ſe reddiderint, eorum vita & mors ſit in manu Regis: femina autem pro derelicta habeatur.

Weyviari, etiam dicitur femina, quæ ſi in judicium appellatur, non comparet: tum quippe pro derelicta habetur. Nam femina propriè utlagari non poteſt, quia in nullius Decena debet contineri, quo caſu Weyvium utlagario æquipollet quoad pœnam. Utlagatus & Weyviata, capita gerunt lupina, quæ ab omnibus impunè poterunt amputari: meritò enim ſine Lege perire debent, qui ſecundùm Legem vivere recuſant. Hæc Fleta lib. 1. c. 27. §. 12. 13. Adde Raſtallum verbo *waive*.

WAZO, Ceſpes, noſtris *Gazon*: *Waſen*, in Conſuetud. Hannonienſi cap. 69. & in Conſuet. Caſtell. Inſulenſis art. 45. Veteres Chartæ apud Ughellum to. 3. p. 49. 61. 415. *Legitimam facio veſtituram per cultellum, feſtucam nodatam, wantonem, & wazonem terræ, ſeu ramum arboris, me ea inde foris expuli, & werpivi, & abſitum feci.* Alia vide in v. *Inveſtitura*. Joannes Molinetus p. 57.

Qu'ont emporté de ce mondain waſon
David, Sanſon, Perſeus, Hercules, &c.

WEHADINC. Lex Bajwar. tit. 11. cap. 5. *Et ſi alia probatio nuſquam inveniri dignoſcitur, nec utrinſque invaſionem compenſare voluerint, tunc ſpondeant invicem wehadinc, quod dicimus, & in campiones non ſortiantur: ſed cui Deus dederit fortiam & victoriam, ad ipſius partem deſignata pars, ut quæritur, pertinent.* Ubi Herold. *Weladinc*. Decretum Taſſilonis de Legibus popularib. c. 5. *De pugna duorum, quod weadinc vocatur*, &c. Loccenius lib. 2. Antiq. Sueticar. cap. 8. vocem hanc deducit à *Wehen, Weihen*, ſacrare, vel conſecrare, quod ejuſmodi ſponſio quaſi ſacra haberetur. Spelmannus, verò *Wehadinc*, ait eſſe Saxonibus, pignoris depoſitionem vel præſtationem, ex ƿeaꝺ, *pignus*; ita ut fuerit quod noſtri appellant *gagium duelli*, ſeu ſponſio ineundi duelli; *le gage de bataille*. Voſſius denique ſcribit *Wehadinc*, eſſe ſacram ſponſionem ſingularem cum aliquo certamine: ex *weba*, vel *weihe*, Belgis *wie*; ſacer, & *ding*, ſponſio, contractus.

WEALREAF, Mortui tumulati exſpoliatio. Leges Ethelredi Regis apud Wenetingum editæ c. 21. *Wealreaf, i. mortuum reſerre, eſt opus inthingi, ſi quis hoc negare velit, faciat cum 48. thaynis plenè nobilibus.* Vox compoſita ex Saxon. ƿæl, i. ſtrages, & ꞃeaꝼ, ſpoliatio, exſpoliatio; quaſi dicatur, *ſtrati & exanimis ſpoliatio, exſpoliatio.*

WEDREDO. Pactus Legis Salicæ tit. 76. §. 1. *Et qui admallatur, ſi eò venerit, tunc qui eum admallavit, ſi cauſa minor fuerit, aut minus quam 35. ſolid. componatur, debet ſibi ſexitus wedredo jurare*, &c. Ubi Wendelinus: Compoſitum eſt à *Weder*, quod ſonat *viciſſim, contra, juxta*, & *Ede*, quod eſt *jusjurandum*, ut ſit *reciprocum juramentum*, &c.

WEGALAUGEN. Capitula ad Legem Alamannor. edita à v. cl. St. Baluzio c. 27. *Si ancilla fuerit, 12. ſol. componat, aut cum 12. medios electos juret, de wegalangen ſex ſolidos ſolvat. Si litus fuerit, ſolvat ſolidos* [illegible]

WEGORE, *Wegoravit*. Vide *Oberos*.

WEILREF. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 83. *Qui rectum offerentem occiderit, vel affixerit in aliquo, emendet wytam; vel vulnus, vel denique ſicut egerit, & quicquid adverſus eum habeat, foriſfaciat: & qui ad aliquem quoquomodo perimit, videat ne Weilref dominus: (deeſt fortè deperdat) ſi quis mortuum reſabit armis* [illegible] *veſtibus*, &c.

WEMMINGE. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 33. *Injuſto quoque judicio contradici poterit wemminge majori & ſapientiori, præſertim ſi in readitione fuerit advocatum.* Adde cap. 64. 67. Somnerus in Gloſſario Anglo-Saxonico: ƿem, ƿemme, labes, macula, menda, vitium. Hinc autem *wemminga*, aliàs *Wemminga* in Legibus Henrici I. id eſt cauſæ, vel ſententiæ fruſtratio appellationis remedio: vel, ſi placet, vitii, erroris, falſitatis, & injuſtitiæ decreti, vel ſententiæ per inferiorem judicem in prima, ut vocant, inſtantia latæ, coram judice ſuperiori oſtenſio, & judicii abrogatio. Vide *Faſare judicium*.

WENDUS, Procinctus terræ amplior, plura juga in ſe continens, *perambulatio, circuitus*, à priſco Anglico *to wend*, i. *meare*, atque hoc à Saxonico ƿenꝺan, quod eſt *vertere & convertere*. Rentale Regalis manerii de *Wy* pag. 31. *Tres ſunt wendi, videlicet Dounwend, Chiltonſwend, & Bronsforwend, & in quolibet wendo ſunt 10. juga: & ſic in tribus wendis ſunt 30. juga, quorum 26. juga & dimidium ſunt in Wy*, &c. Infra: *Quilibet wendus faciet 10. averagia ſemper de tribus ſeptimanis in tres*, &c.

WEPONA, Anglis *Weapon*, idem quod *telum* apud Latinos ſonat. Vide Cowellum lib. 4. Inſtitut. tit. 18. §. 47.

WERA, vox Saxonica, ƿere, homo, præterea *hominis*, ſeu capitis æſtimatio, voce *Geld*, ſubintellecta, quæ *pretium* ſonat: *Pretium nativitatis, ſeu wera*, in Legibus Inæ Regis c. 17. Canuti Regis, & Henrici I. Regum Angl. ut ſupra docuimus in voce *Pretium*. *Pretium redemptionis*, in Legibus Edw. Confeſſor. cap. 12. *Foriſfacturæ* cap. 36. Quippe apud Saxones, & Anglos, quomodo etiam apud alias nationes Septentrionales, ut ex Legibus antiquis colligitur, foriſfacta irrogata alicui puniebantur mulcta, pro hominis, cui facta fuerat, æſtimatione, cum pro dignitate & nativitate cujuſque varia eſſet æſtimatio: nobilis enim ſeu *Thani* æſtimatio fuit 20. libr. *villani* centum ſolidorum; ut eſt in Legibus vernaculis Will. Nothi c. 8. Ejuſmodi hominum æſtimationis mentio eſt apud Egbertum in Dialogo de Eccleſiaſtica Inſtit. p. 103. in Legibus Inæ Regis c. 73. edit. Lat. 69. edit. Saxon. & Henrici I. c. 8. 11. 76. &c. de qua etiam egimus in voce *Hindenus*. Leges Henrici I. c. 12. *Ex iis placitis quædam emendantur centum ſolidis, quædam wera, quædam wita, quædam non poſſunt emendari*, &c. Sed *Weræ* adeo crebra eſt mentio in Legibus antiquis Anglorum, ut ſupervacaneum ſit locos adducere.

Plena Wera, ſolida. Leges Henrici I. c. 70. *Si prægnans occidatur, & puer in ea vivat, uterque plena wera reddatur.* Infra: *Si infans occidat vel occidatur, ſive nomen habeat, ſive non habeat, plena wera conjectetur.*

Dimidia wera, in Legibus ejuſdem Henrici I. cap. 51. 70. 75. in Legibus Vernaculis Will. Nothi cap 15. *demiwere*, *Wera duplex*, in Legibus Edw. Confeſſ. c. 35. *Dimidium Weregeldum*, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 48. §. 1. *Media recompenſa*, in Wichbild Magdeburg. art. 17. §. 6.

Wera fractio. Leges Inæ Regis cap. 51. *Omni homini liceat firmationem & wera fractionem negare, ſi poſſit & velit.* Ubi Somnerus emendat *wera factionem affirmare* ex Saxonica edit. Onſacon, *affirmare*. Præterea *factionem*, pro *fractionem* reponit, ut *wera factio*, ſit *feuda*, inimicitiarum ſcilicet propinqui mei ſuſceptio pro ratione capitis æſtimationis, nempe ut eatenus pro eo reſpondeam, & cauſam ejus præſtem. Leges Inæ Regis apud Spelmannum: *Qui werefactione, id eſt homicidii fuerit accuſatus*, &c.

Weregeldum, vel *Weregildum*, idem quod *wera*, *wera*, ſeu pretii hominis *ſolutio*: id enim ȝelꝺ ſonat: proinde idem

quod *Wera*. Capitulare 3. an. 813. c. 6. *Si quis Comes in ſuo Comitatu occiſus fuerit, in tres weregildos, ſicut ſua nativitas eſt, componere faciat.* Adde cap. 7. Eghinardus Epiſt. 18. *Duo ſervi de villa Hedabatho — fugerunt ad limina BB. Chriſti Martyrum Marcellini & Petri, pro eo quod frater eorum quendam ſocium ſuum occidiſſet: rogantes, ut eis liceat ſolvere illum Weregeldum pro fratre ſuo, & ut ei membra perdonentur.* Charta Henrici Claudi Imp. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuldenſ. cap. 15. *Si autem aliquis occiditur, vel vulneratur, auctor homicidii, vulneris, obtruncationis, Weregeldum illi Eccleſiæ, cujus homo eſt occiſus vel truncatus, reſtituet.* Alia Henrici II. Imp. an. 1023. in Chronico Lauriſhamenſi: *Si autem ibi occiditur, omnes qui hujus homicidii vel invaſionis participes ſunt, cute & capillis perditis ſupradicta combuſtione ſequentur, ac Werigeldum occiſi domino ſuo autor homicidii perſolvat, & cum proximis ejuſdem interfecti reconciliationem faciat.* Alia Henrici III. an. 1056. apud Nicol. Zylleſium in S. Maximino: *Si aliquis ex familia interfectus fuerit, pretium illius, id eſt Weregelt, ſi ſine advocato acquiri poterit, totum Abbatis erit.* Donationes factæ Eccl. Saliſb. cap. 13. *Saxo quidam debuit unum Weregildum ſolvere ad Salzburg.* Ita uſurpant Concilium Triburienſe an. 895. cap. 3. 4. Leges Inæ cap. 13. 17. (ubi *Weregildum*, dicitur *natalis pretium*) 35. 36. 60. Henrici I. Regis Angl. cap. 70. 75. 76. 88. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 8. §. 4. art. 42. §. 3. art. 65. §. 4. lib. 2. art. 10. §. 2. art. 16. §. 6. lib. 3. art. 45. §. 3. 7. 8. 9. 16. art. 48. §. 1. Wichbild Magdeb. art. 17. §. 8. Burchardus Wormacienſis in Lege familiæ &c.

Wargilda, in Capitulis Caroli M. pro partibus Saxoniæ an. 797. editis ab Holſtenio c. 4.

Wergelt, in Regiam Majeſtat. lib. 3. c. 19.

Virgildum. Vetus Charta apud Catellum in Comitib. Toloſanis pag. 152. *Et ſi quis hanc cartam donationis homo utriuſque ſexus voluerit infringere, componat tibi ipſi qui hoc facere voluerit virgildum, libras mille auri in perpetuum.* Codex MS. quem vidi, præfert *invinculum*.

Widrigild. Papias, *Vidrigilib, i. ſecundum quod appretiatus fuerit.* Decretio Childeberti Regis c. 10. *Suum Widrigildum omnino componat.* Decretum Ludovici II. Imp. quod extat in Hiſtor. Longob. Ignoti Caſinenſis edita à Camillo Peregrino, & apud v. cl. St. Baluzium in Capitularib. Regum Francor. *Quicumque de mobilibus Widrigild ſuum habere poteſt, pergat in hoſte. Qui vero medium Widrigild habet, duo juncti in unum qualitatem inſtruant, ut bene ire poſſint.*

Guidrigild, eadem notione. Capitulare Arechis Princip. Beneventani cap. 13. de viduis quæ ſub Monaſticæ vitæ prætextu ad laſciviam prolabuntur. *Si ſtupri crimine detecta fuerint, componat Guidrigild ſuum in Palatium, Princeps videlicet ejuſdem temporis cum ipſo Guidrigild, rebuſque propriis retrudat eas in Monaſterium.* Poſtremis his vocibus aliunde etymon accerſit Wendelinus: *Wedrigeldum* enim dictum putat à Theutonico *Weder*, i. contra, viciſſim, juxta; & *Gelt*, i. æſtimatio, pecunia: ita ut *Wedregeldum* ſit æſtimatio qua caput alicujus vel res quæpiam taxetur. Sed videtur potius à *veregildum* detortas arbitrari.

Weregeltef, ſeu *Weregelt-thef*, Fletæ lib. 1. c. 47. §. 13. *eſt latro qui redimi poteſt: wera enim* (inquit) *idem eſt in Saxonis lingua, vel pretium vitæ hominis appretiatum.* Quæ quidem ita interpretatur Somnerus, ut *latro qui redimi poteſt*, ſit is cujus vita, pretio, pro capitis ſui æſtimati ratione, perſoluto redimatur, ſiquidem occulti latrocinii reus ſit, ſecus autem ſi manifeſti. At Bromptonus *Weregeltef* ait eſſe, *ſolutionem latronis evaſi, id eſt* (Gallicè) *ſomme de larron eſchapé.* Quam quidem interpretationem non video cur improbet idem Somnerus, cum definitioni ex Fleta non repugnet. *Latronis* enim qui evaſerat è carcere, pretium reddere tenebantur qui ejus cuſtodiam habebant, uti in voce *Eſcapium* obſervamus: proinde pretium illud fuerit *weregelt thef*, id eſt *Weregeldum latronis*: eſt enim ðeoꝼ, latro. Quale autem in Scotia fuerit *Weregeldum*, ſeu æſtimatio furis, habes in Regiam Majeſtatem lib. 3. cap. 19. *De unoquoque fure per totam Scotiam eſt werreglt 30. vaccæ & una juvenca, ſive fuerit liber homo, ſive ſervus.*

Weralada, ad verbum, *Lex wera*: quo loco *Lex* idem valet quod *purgatio*. Eſt igitur *Weralada*, purgatio per tot ſacramentales, quot requirit hominis ſe ſe a crimine purgantis pretium vel æſtimatio, ſeu dignitas. Quippe pro modo cujuſque æſtimationis ſacramentalium numerus exigebatur. Qui pluris enim æſtimabatur, majori compurgatorum numero ſe ſe expurgabat, quàm qui minoris cenſebatur. Unde in Legibus Henrici I. cap. 64. *Thayni & Preſbyteri de quacunque compellatione capitali vel communi plane jurare* dicuntur, *congruo numero conſacramentalium, & qualitate parium ſuorum retenta. Quia Thani jusjurandum contra valet jusjurandum ſex villanorum.* Ita in Speculo Saxonico lib. 1. art. 8. §. 3. *Teſtimonium Præconis vice ſtat duorum, ubi teſtimonium ſeptem virorum agetur, id eſt ubi ſeptem teſtibus probanda venit cauſa.* Eædem Leges Henrici cap. 12. *Homicidium wera ſolvatur, vel weralada negetur.* Cap. 64. *Si quis de homicidio accuſatur, & idem ſe purgare velit ſecundùm natale ſuum, pernegет quæ eſt werelada.* Cap. 75. *Et ſi placitum in accuſatione ſit, werelada ſicut ipſe dominus natus eſt, abnegabit.* Cap. 66. *Si quis miniſtrum altaris occidat, Utlaga ſit erga Deum & homines, niſi digna ſatisfactione pœniteat, & parentibus illius juſtè componat, vel Werilada perneget, &c.* Cap. 74. *Si parentes eorum purgare velint eos qui injuſtè vel ſine judicio fuerint occiſi, liceat eis ſecundùm Legem priſtinam Werelada pernegare. Si ad 4. libras natus ſit, cum 18. ex patre ſint, ex matre 4. Si ad 14. libras, cum ſex decim. Si bene juraverint, atrium ei quærat qui occidit, & emendet ei per omnia, &c.* Adde cap. 75. 88. 92. Eodem ſenſu *ſecundùm weram ſuam negare* habent Leges Inæ Regis cap. 17. *Qui herethayms, i. eſt conducens exercitus fuerit accuſatus, Weregildo, i. natalis ſui pretio redimat, vel ſecundùm weram ſuam neget.*

Wer-hades, in Legibus Edmundi Regis c. 1. Virilis ſexus, ex Saxon ꝑeꞃe, homo, vir, & ordo, ſexus, genus, perſona: ut ꝑꝩ hadeꞅ, ibid. muliebris ſexus, ex ꝑꝩ fœmina.

Weretoff. Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 669. *Et ſint quieti de Warpeny, & averpeny, de hundredpeny, & thengdpeny, de Weretoff, & de omnibus quæ contingent facienda per Angliam.*

Weridif. Vide *Waif*.

Weriscum. Vide *Wareſcum*.

Werra. Vide *Guerra*.

Wesfeldingi, Normannorum populi ſic dicti, ex ea fortè Daniæ regione quam *Werſtarfoldam* nuncupant Annales Francor. an. 813. Chronicon Ademari Cabanenſis an. 843. *Nannetis civitas à Weſfeldingis capitur.* Chronica alia habent *Weſfaldingis*. Vide to. 2. Biblioth. Labei pag. 291. 324.

Westrum. Vetus Scriptor: *In tantum igitur diebus illis religio illa excrevit, ut illi de Ciſtercio forent omnium Monachorum exercitium, ſtudioſorum ſpeculum, deſidioſorum œſtrum.* Legendum *Oeſtrum*, ſtimulus aculeus.

Wervagium, *Wharvagium*. Charta Henrici III. Regis Angl. in Monaſtico Anglic. to. 1. pag 550. *Cum ſaka & ſokna, tol & theam, & infangenethef, & cum omnibus aliis conſuetudinibus, legibus, & libertatibus ſuis, & wervagio ſuo bilande & biſtrande, & ſint quieti de placitis & querelis, &c.* Alia Henrici V. Reg. ibidem pag. 976. *Quietam de omnimodo panagio, paſſagio, leſtagio, — chiminagio, ankeragio, wharvagio, & tallagio, &c.*

Westsaxenelega. Vide *Lex Saxonum*.

Weta, *Wetagium*. Vide *Wacta*.

Weycz, Locanda ſeparata, ſagenſque apta, in Legibus

Hungaricis, apud Sambucum, & Albertum Molnarum.

WEYF, *Wayvium*. Vide *Wayvium*.

WHARVAGIUM. Vide *Wervagium*.

WHASSUM. Vide *Waſſum*.

WIC. Lex Bajwar. tit. 21. §. 6. *Si verò de minutis ſilvis de Wic, vel quacunque Kaneio vegetum reciderit*, &c. Tiliana editio: *Si verò de minutis ſilvis, de luco, vel quacunque Kaheir vegetum reciderit*. Ubi Lindenbrogius de *luco* eſſe interpretationem τοῦ *Wic* ait, & *Wic* Germanis eſſe ſilvam, unde *Wicgreve*, foreſtarius, ἀλσοφύλαξ.

Wic, Fluminis oſtium Saxonibus ſignificare docet Rhenanus, vel ſtationem ſecuram, ut Hadrianus Junius, vel denique Caſtellum.

WICHBILD, ita appellatur jus civitatis Magdeburgenſis, cujus compilatorem eſſe aiunt *Burchardum Mangophelditum*, qui vixit ſub Ottone IV. Imperatore Duce Saxoniæ Brunſwicenſi, Comiteque Pictavienſi: ſic autem appellatum, quaſi *jus munic paie*, in Vocabulario Juris Saxonici, *Weichbild*, &c. Vide Goldaſtum in prolegomenis ad idem *Weichbild*, Joannem Gryphiandrum in Commentario de Wichbildis Saxonicis, Hermannum Conringium de Origine juris Germanici, Joan. Winkelmannum in Notitia Saxo-Weſtphalica, &c.

WICHENCREF, in Legibus Kanuti Regis cap. 27. edit. Saxon. 5. vox Saxon. ƿiccan-cꞃæꝼꞇ, Ars venefica, à ƿicca, Anglis *Wich*, ſaga, venenca, & cꞃæꝼꞇ, Angl. *Craft*, ars.

WICHTERTHILA. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 24. *Nemo de ceſſionementis inſperati jure cogitur reſpondere per Wichtertbilam, niſi domino ſuo, vel capitus in eo.* Vide *Tinla*.

WIDERBORA, Papiæ, *libera per garathinx*. Eſt autem *garathinx*, donum, eidem ſcriptori. Lex Longob. lib. 2. tit. 1. §. 8. 9. *Liberam thingare, & ſic facere liberam, quod eſt Widerboram.* Ubi Edictum Rotharis Regis tit. 89. §. 2. habet *Wridibora*. Voſſius *Widerboran*, renatum interpretatur, ex *wider*, iterum, *boran*, natus: quod libertate donatus, quodammodo renaſcatur. Vide *Garathinx*.

WIDERDONUM Tabularium Caſaurienſe anno Imp. Caroli C. 2. *Quiatu, Dom. Romane Abbas, dediſti mihi Falebrado pro memorata convenientia Widerdonum, caballum unum, & argentum ſolidos centum.*

WIDRIGILD. Vide *Weregildum*.

WIENAGIUM. Vide *Guidaticum*.

WIFA, *Guifa*, *Guiffa*, Signum quod prædio, poſſeſſioni, vel ædi, cujus poſſeſſionem quis adit, vel quam auctoritate judicis ſibi vendicat, apponit. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 10. *Qui ſignum, quod propter defenſionem ponitur, aut iter excludendum, vel paſcendum, vel campum defendendum, vel amplificandum, ſecundum morem antiquum, quod ſignum Wiſam vocamus, abſtulerit, vel injuſtè reciderit, componat* &c. Lex Longob. lib. 3. tit. 3. §. 6. *Quod ſi denuo rebelles vel contradictores eſſe voluerint, & ſuper ipſam wiſam ſua auctoritate præſumpſerint introire*, &c. Ubi quidam legunt *binſam*.

Grifa, *Guiffa*, eadem notione. Statuta Venetorum an. 1242. lib. 3. c. 54. *Nulla inveſtitio valeat, niſi duo teſtes & miniſterialis fuerint præſentes — quando guiffam impoſuerit Riparius*, &c. Hinc

Guifare, Titulum & ſignum apponere. Lex Longob. lib. 1. tit. 17. §. 8. *Si quis ſua auctoritate terram alienam ſine publico juſſu guiffaverit, dicendo quod ſua debeat eſſe, & poſtea non potuerit probare quod ſua ſit*, &c. Editio Heroldi habet *Geinfakuerit*, pag. 254. Gloſſæ vett. ad illa verba rubricæ Cod. Ut nemo privat. — *Vela regia ſuſpendat: quod vulgò Longobardico more Guiphare dicitur, apud nos ſaiſire, lingua vulgari Eyten.*

Wifare, in ead. Lege lib. 3. tit. 3. §. 6. *Si iterum contemptores extiterint, tunc per publicam auctoritatem domus vel caſa eorum wiſentur*, &c. Germanis, ut eſt apud Lindenbrogium, *Wip*, eſt ſignum quod rei venali affigitur, ut vino hedera.

WIF HADES. Vide *Werbades*.

WILDBANN, *Wiltban*, Vox Germanica, quaſi *bannum* ſeu juriſdictionis ſilva: *Wild* enim ſilvam ſonat. Brouvero lib. 16. Annal. Trevir. pag. 905. 1. edit. *Wiltban*, definitur jus piſcandi aut venandi. Charta Henrici VII. Imp. an. 1234. apud Goldaſt. to. 1. Imperial. Conſtitut. pag. 300. *Hermannus Marchio de Baden & Egino Comes de Friburg. contendentes de argentifodinis, & cuſtodiis ſilvarum per Brigangeran, quod vulgariter Wildbann dicitur*, &c.

WILLEKEIR, Arbitrium, electio libera. Vox Germanica. Leges Opſtalbomicæ c. 13. *Pœna centum marcarum puniatur, & puerum reſtituat, & eidem puero ſecundùm antiquum Willekeur, & novas conſtitutiones ſatisfaciat.*

WILLELMENSES, Monetæ ſpecies in Delphinatu. *Libra & ſolidi Willelmenſes*, in Charta Gaufredi Epiſcopi Aptenſis an. 1146. apud Sammarthanos.

WILLOT. Charta Communiæ Ambianenſis an. 1209. *Qui juratum ſuum recreditum, traditorem, Willot, id eſt, Coup, appellaverit, 12. ſol. perſolvet.* Alia MS. habet *W ſlot*, & *Coup*. Fauchetus lib. 2. de Poëtis Gallic. de Hugone *li Maronners* ſcribens, ait illum ab Simone *d'Arbies* petere, *Lequel il aymeroit mieux que ſa femme ſceuſt qu'il la fiſt Wiobe, & elle en fut jalouſe, ou elle le fiſt Wibot, & il n'en ſceuſt rien.* Populares noſtri hoc vocabulo *Wibot*, frequenter utuntur in hac ſignificatione. Joann. de Condato MS.

> *Il fu debonnaire & francs,*
> *Caril eſtoit wibos ſofrans.*

Infra:

> *Car du meſtier eſtoit apriſe*
> *Vrais wibos eſtoit ſes maris.*

WILPIRE. Vide *Guerpire*.

WILTBAN. Vide *Wildbann*.

WILZ. Lex Bajwar. tit. 13. cap. 10. de equo: *Si mediocris fuerit, quem Wilz vocant*, &c.

WIMPLA. Vide *Guimpla*.

WINAGIUM. Vide *Guidaticum*.

WINCHILSUL, Columna interioris ædificii dicitur in Lege Bajwar. tit. 9. cap. 6. vox deducta à *Winchel* angulus, & *Zuyl* columna, quaſi columna angularis.

WINILEODES. Capitula Caroli M. de Diverſis reb. an. 789 c. 3. *De Monaſteriis minutis, ubi nonnanes ſine regula ſedent, volumus ut — earum clauſtra ſint bene firmata, & nullatenus Winileodes ſcribere, vel mittere præſumant.* Videntur eſſe epiſtolæ amatoriæ, vulgò *des poulets*, voce conficta ex Saxonico *pine*, dilectus, charus, & *Leodes*, & *Leu len*, homo: quod ex dilectis ſcribantur, vel ab hac voce vulgò inciperent, *Dilecte*, vel *Dilecta*. Vide *Leudis*.

WIONAGIUM. Vide *Guidaticum*.

WIRDIRA. Capitulare 3. an. 813. c. 24. *De quicquid in caſa furaverit, in wirdira ſolidos ſeptem. De warniente, in wirdira ſolidos ſeptem.* Infra: *De porcis & vervecibus & animalibus juvenibus & de capris tertiam partem, quantum valet in wirdira.* Adde cap. 25. Codex Navarreus habet *murdera*. Hic verò ſumitur fortè pro *Wiregildum*.

WIRIDIBORA. Vide *Widerboran*.

WISCARDUS. Vide *Guiſcardus*.

WISTA, Menſura agraria. Ex Saxonico ƿꞅꞇe, dimidia hida, ſeu dimidium *carrucatæ terræ*. Monaſticum Anglicanum to. 1. pag. 313. *Octo virgata* (al. *virgæ*) *unam hidam faciunt: & iſta verò quatuor virgatis conſtat.* Chronicon MS. Monaſterii de Bello: *in Perlea eſt una wiſta in dominio: iſta enim 48. acris conſtat.* Ibidem: *Pretium maximè ſolenne unius wiſta eſt 3. ſolid.*

WITA, Mulcta, *Amerciamentum*: vox Saxon. ƿiꞇe, quæ idem ſonat. Leges Inæ Regis c. 3. *Et dominus* (ſivi)

emendet 30. ſolidos ad witam. Cap. 27. *Vel emendet* 36. *ſolidos wita, i. forisfactura emendationi.* Occurrit non ſemel in Legibus Henrici I. Regis Angliæ, ubi crebro junguntur *wera*, *manbota*, & *wita*: ita ut *wera*, quæ eſt pretium hominis, agnatis, *Manbota*, Domino, *wita*, parti læſæ exſolvi dicantur, in cap. 79. 87. &c.

Wita plena, eadem quæ *Regis*, & 20. mancarum, quæ 50. ſolidos conficiunt, fuiſſe dicitur, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 11. 35. & 79. cum Epiſcoporum & Comitum, decem mancarum eſſet, Thanorum vel Baronum quinque. Eædem Leges c. 40. *Si Pundbreche, i. infractura parci fiat in Curia Regis, plena wita ſit, alibi quinque manca.* Cap. 51. *Tertia vice plena wita ſit.* Ita cap. 66. 71. Eadem & *plena forefactura* nomine donatur in Legibus Edw. Confeſſ. c. 35. *Et omnis ſit venatione ſua dignus in nemore, in campo, in dominio ſuo, & abſtineat omnis homo & venariis Regis, ubicunque pacem eis habere voluerit, ſuper plenam witam, id eſt forisfacturam.* In Legibus verò Willelmi Nothi cap. 64. *Regis forisfactura*: in Legibus ejuſdem Henrici c. 64. *Capitalis* eadem nuncupatur. Vide *Bannum Regis*, & *Bannum plenum*.

Secundùm witam jurare, eſt pro modo *mulctæ* irrogandæ pro crimine, tot adhibere teſtes, quot criminis qualitas requirit. Leges Inæ Regis c. 63. *Fures ſecundum witam quod nec furti conſcius vel coadjutor fuerit in eo, vel emendet* 36. *ſolid. wita, i. eſt forisfactura emendationi.* Vide *weralada*. Ab hac porrò voce formatæ & compoſitæ compluſculæ aliæ, de quibus agimus ſuis locis, *Blodwita*, *Fintwita*, *Legerwita*, *Ferdwita*, *Chilwita*, *Wardwita*, *Heingwita*, *Flitwita*, *Leirwita*, &c. Ex prædictis licèt colligere quid ſit

Witta apud Anaſtaſium in Stephano VI. PP. *In ſupradicta venerabili baſilica cum idem ſanctiſſimus Papa omnium vitiorum fortiſſimus extirpator, malam conſuetudinem inveniret, ut Presbyteri qui ibidem quotidie Domino ſacrificium offerebant, omni anno unam vvittam conſuetudinaliter darent*, &c. ubi Baronius an. 890. n. 7. perperam in *wactam* emendat. Codex editus habet *mulctam*, rectè.

WITERɼDEN, vox Saxonica, quæ apud Bedæ interpretem lib. 3. c. 8. ƿite-hræꝺenne, effertur. Sic autem punitiones, ibi Saxonicè verſum. Sed propriè eſt *Wita*, ſeu mulctæ, *redditio*, ex Saxon. ƿite, mulcta, & ꞃeꝺenne, redditio. Charta Ethelwlphi Regis Occidentalium Saxonum apud Willelmum Malmeſbur. lib. 1. Hiſt. Angl. cap. 2. *Ut ſit tuta ac munita ab omnibus ſecularibus ſervitutibus, nec non regalibus tributis majoribus & minoribus, ſive taxationibus, quod nos dicimus Witereden.* Perperam apud Ingulfum Saxonicum, pinteꞃꝺen habetur. Vide Steph. Skinnerum in Etymologico Anglico.

WITHERBOGH. Vide *Lex Danorum*.

WITHERNAMIUM. Liber Anglic. inſcriptus *Juſtice of peace* pag. 145. *De plures replegiando ou le plus avera Unde Withernamium.* *Britton* in Leg. Angl. p. 54. v. *Et les beſtes ſoient clos dedans meſon, ou dedans parkes, ou ſi eles ſoient choſés hors del Countè, ou ſe le Balliſe autre diſturbance trove, tantoſt face prendre des beſtes le deforceur a la double vaive come Withernam.*

WITERSACAN, Apoſtatæ, transfugæ qui omnes leges aut divinas aut humanas refugiunt, in Leg. Kanuti Reg. c. 27. ubi *Utlaga Dei* etiam dicuntur. Vox Saxon. compoſita à ƿiꝺeꞃ, contra, adverſus, & ſecgan, dicere, loqui, quaſi *oblocutores*, qui contra leges divinas & humanas loquuntur.

WITHERCIZA. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 23. *Nemo enim de ceſione nemoris imperati jure cogitur reſpondere per Withercilam, niſi domino ſuo, vel capitus in eo.* Ubi Somnerus reſtituit *Witer-tihtlam*, i. eſt recriminationem contrariam, vel adverſam accuſationem ex Saxon. ƿiꝺeꞃ, contra, & ꞇiꝺla, accuſatio.

WITHINGI, Piratæ, Danis. Adam Bremenſis cap. 213. *Ipſi enim piratæ, quos illi Withingos appellant, noſtri Aſcomannos, Regi Danico tributum ſolvunt, ut liceat eis prædam exercere à barbaris, qui circa hoc mare plurimi abundant.* Vide *Aſcomannus*.

WITTEMON. Lex Burgund. tit. 66. *Puella quæ marito traditur, patrem & fratres non habens, niſi patruum & ſorores, de Wittemon tertiam partem patruus accipiat, & alteram tertiam ſorores ſibi noverint vindicandam.* Adde §. 2. tit. 86. §. 2. & Addit. 1. ejuſdem Legis tit. 14. Gloſſ. Lat. Theotiſc. *Dos*, *Widimo*. Saxonibus ƿituma, ƿeoꞇoma, vel ƿeoꞇuma, *dos* ƿeoꞇuman, *dotis*, quod coram teſtibus (Saxon. ƿeoꞇun, vel ƿiꞇum) facta ſit, inquit Spelmannus.

WITTESCALCHI, Miniſtri, ſive præfecti ad irrogandas mulctas, Seldeno in Titul. honor. pag. 261. 262. 1. edit. vel ut Spelmannus, Miniſtri Regii qui juſſa Regia exequebantur, & mulctas à judice decretas exigebant, ex Saxon. ƿiꞇe, mulcta, & ſcalc, miniſter. Lex Burgundion. tit. 76. *de Witteſcalcis*: *Comitum noſtrorum querela proceſſit, quod aliqui in populo noſtro ejuſmodi præſumptionibus abutantur, ut pueros noſtros qui judicia exequuntur, quibuſque mulctam jubemus exigere*, &c. § 3. *Mulieres quoque ſi Witſcalcos noſtros contempſerint, ad ſolutionem mulctæ tenebuntur.*

WLADARIUS, Villicus, qui *bladorum* domini curam habet. Statuta Poloniæ pag. 520. de inculpato villico per ipſius dominum: *Præterea cum Dominus ſuum Wladarium, aut contra alium familiarem pro aliquibus rebus, aut injuriis moverit quæſtionem, tunc ipſe Wladarius aut familiaris domino ſuo non deferendo juramentum, tenetur ſe cum ſex teſtibus expurgare.* Vide *Bladarius*.

WLPIRE. Vide *Guerpire*.

WLTWRFO. Vide *Welawerf*.

WNCUS. Vita S. Columbani cap. 15. *Tegumenta manuum, quæ Galli Vuncos vocant.* Sed legendum indubiè *Wantos*: Vide in hac voce.

WODAN, Deus à populis Septemtrionalibus cultus, quem rei militari præeſſe credebant. Vide Paulum Warnefrid. de Geſt. Langob. lib. 1. c. 9. Adamum Bremenſem, Saxonem Grammat. lib. 6. & quæ Lindenbrogius annotat ad Warnefridum, Voſſius lib. 1. de Idololatria cap. 7. Olaus Wormius in Monumentis Danicis lib. 1. cap. 4. & alii paſſim. Ab eo etiam Regum ſuorum originem repetebant Angli, ut autor eſt Malmeſbur. lib. 1. de Geſtis Angl.

Wodenis dies, Feria 6. Anglis, Wodano Deo ſacra. Ordericus Vitalis lib. 7. pag. 639. *De quo Woden ortus eſt, à quo Angli feriam 6. Wodenis diem nuncupant.* Ita etiam Will. Malmeſbur. de Geſt. Regum Anglor. lib. 1. cap. 1. & Matthæus Weſtmonaſt. p. 155. 1. edit.

WODEGELDUM. Monaſticum Anglicanum to. 2. pag. 827 *De omnibus Geldis, & Daneldis, & Wodegeldis, & Fengeldis*, &c. Vide Edw. Cokum ad Littleton. ſect. 378.

WODESPECHES. Monaſticum Anglican. to. 1. pag. 722. *Et amerciamenta propriorum hominum tenentium & ſervientium ſuorum, nos & hæredes ſeu aſſignatos noſtras tangentia in curiis noſtris, hundredis, ſhiris, halemotis, & Wodeſpeches, infra burgum & extra*, &c.

WOODWARDUS, Vox Angl. Silvanus, Viridarius, Saltuarius, propriè *ſilvæ cuſtos*, Foreſtarius. Charta ſcripta ſub Edw. I. apud Prynn. to. 3. Libertat. Angl. p. 1233. *Conſtabularius de Windeſor nititur omnibus modis compellere Wodewardos noſtros de manerio de Weregrave ad præſtandum fidelitatis ſacramentum de venatione Domini Regis fideliter conſervanda*, &c. Vetus Inquiſitio apud W. Dugdalum in Antiquit. Warwici p. 665. *Et ſolebant inter eos habere dimidiam partem feodi Woodwardi de venatione capta.* Iter Juſtitiarior. pro foreſtis de Pickering an. 8. Edw. III. *Quod prædictus Henricus de Percy, & omnes anteceſſores ſui tenentes manerium prædictum à tempore quo non extat memoria, & ſine interruptione aliquali tenuerunt prædictum manerium cum pertinentiis extra Re-*

gardum foreſtæ, & habuerunt Woodwardum portantem arcum & ſagittas ad præſentandum præſentanda de venatione tantum, &c.

Woodwardia ſeu *Wodewardia*. Silvarum cuſtodia, in Charta Edw. III. Reg. Angl. laudata in *Raglorium*.

WORDERINDE. Vetus Charta Anglica apud Somnerum in tractatu de *Gavelkinde* pag. 190. *Item pro cibo Prioris quærendo, & pro ſervitio, quod dicitur Worderinde, & pro pomis frangendis* 12. *den*. &c.

VUORFIN. Vide *Marahuvorfin*.

WORTH, Curtis, ſive prædium ruſticum. Matth. Weſtmonaſt. an. 870. *In villa Regia, quæ lingua Anglorum Beodricheſwort. Latinè verò Beodrici curtis ſive habitatio nominatur*. Cambdenus verò in Britannia, *Worth*, Inſulam amnicam ſignificare contendit, ex Saxon. peꞃð.

WORULD-THEINE, vel *Thegne*, Secularis Thanus, vox Anglo Saxonica, ex ƿoꞃulꝺ, ſeculum, & ðein, nobilis, in Concilio Grateleano an. 928. cap. 13. & in Legibus Adelſtani Regis apud Bromptonum pag. 845. Vide *Thanum*.

WOUNKARLE, Aungæ, Danis, in Charta Valdemari Regis Daniæ an. 1326. apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. pag. 443.

WRANG & *Unlauch*. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 17. §. 1. *Nulla defenſio ſeu exceptio ſit calumniata, nec defendens ſit indefenſus, quamdiu defendens, aut ſuus prolocutor defendet tort, & non reaſon, quod dicitur Wrang & Unlauch, & damna in certo nominabuntur per querelantem*. Adde §. 3. Quoniam attachiamenta cap. 1. §. 1. *Quoniam attachiamenta ſunt principium & origo placitorum de Wrang & Unlauch, & aliorum quæ proſecuta ſunt de Sicker-borg, ideo de attachiamentis inchoandum*. Ubi Skenæus: *Wrang, id eſt injuria, Galliçè tort. Unlauch, id eſt ſine lege, vel contra legem, iniquè*. Quibus verbis intelliguntur actiones civiles, ut criminales per *Sicher-borg*, id eſt *ſecuros plegios*. Adde Leges Burgorum Scoticor. cap. 33. 103. & eundem Skenæum de Verbor. Signific. in hac voce.

WRECKUM, inquit Bractonus lib. 3. tract. de Corona c. 2. §. 5. *dici poterit, quaſi derelictum, ut ſi quid navis levandæ cauſa à nave projectum fuerit ab aliquo, ſine animo retinendi, vel repetendi. Id propriè dici poterit Wreckum, cum res projecta habita ſit pro derelicta. — Item magis propriè dici poterit Wreckum, ſi navis frangatur, & de qua nullus vivus evaſerit, & maximè ſi dominus rerum ſubmerſus fuerit*. Adde Fletam lib. 1. c. 43. §. 2. & c. 44. Vetus Conſuetudo Normanniæ 1. part. ſect. 2. cap. 5. *Toute icele choſe eſt dite Werech, que la mer deboute & gete toute hors à la terre*. Adde novam art. 597. & ſeq & 194. *Wreccum maris*, inter jura Regia deſcribit Bracton lib. 2. c. 24. §. 1. lib. 3. tract. de Corona c. 2. §. 4. 5. & ad ſolum Regem pertinere ait quidquid ex naufragiis ad littus appellit, niſi quis *de Wrecko habendo ſpeciali gaudeat privilegio*: cujuſmodi exempla aliquot profert Monaſticum Anglic. to. 1. pag. 21. 237. 920. &c. Adde Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25. Fletam lib. 1. c. 20. §. 11. 52. 76. &c. & quæ adnotamus in vv. *Ejectus*, *Laghan*, & *Naufragium*.

Variè autem vox hæc ſcribitur: *Wreccum*, & *Wreckum* locis laudatis. *Wrec* in Monaſtico Anglic. to. 1. pag. 21. (Vide *Ejectus*.) *Wrectum* & *Wreck* in Statutis Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25. *Werech* in veteri Conſuetud. Norman. *Variſcum*, in Charta Ludovici Regis Franc. an. 1315. pro Normannis, & in Jurib. & Conſuetudinib. Norman. cap. 17. *Woarech*, in 1. Regeſto Parlamenti Pariſienſis fol. 126. v. Etymon vulgò arceſſitur à Saxonico ƿꞃæc, i. *detortum, abdicatum*, ſeu ut Somnerus habet, *Exilium*.

WREZ, Tributi ſpecies apud Bohemos. Occurrit in Charta Ottacari Regis an. 1221 in Bohemia pia p. 58.

WRISTE, Carpus, vox Anglica. Leges Athelſtani Regis part. ult. c. 19. *Immergatur manus poſt lapidem vel examen uſque ad Wriſte*.

WUDEHETH, Nemoris cæſio, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 37. ex Saxon. ƿuꝺe, ſilva.

WUIUGIN. Vita S. Odilæ n. 21. *Vas vinarium — quod ſecundùm idioma Gallicenſium Wuingin vocatur*.

WULFESHEVED. Vide *Caput Lupinum*.

WULTWORF. Vide *Walaworf*.

WYKETTUM, Portula, oſtiolum. Anglis & Belgis *Wicket*, Gallis *Guichet*. Will. Thorn an. 1332. *Et cum veniſſet ad portam Eccleſiæ prædictæ, per quam competeret ipſum tranſire ad Eccleſiam, invenit eam clauſam, ita quod non patuit ingreſſus ad eandem niſi per unum parvum Wykettum*. Utitur rurſum infra.

WYLISCUS. Leges Inæ cap. 70. *Duodecim ambræ cerviſiæ Wyliſcæ*, 30. *hlutres*. Ubi Spelmannus *Whyliſca*, vertit *potentioris*, *hlutres*, tenuioris. Vide eundem Spelmannum in *Hlutres*.

WYTHE. Vide *Wayf*.

WYTERNAMIUM, Repræſalia, pignoris captio, Saxon. ƿyðeꞃ-nam, ex *Wyther*, contra, adverſus, & nam, captio. Fleta lib. 2. c. 47. § 10. *Si catalla capiat ſerviens Regis de averiis illius in duplum, nomine Withernamii*, &c.

WZBEG, Facinoroſus, ſed aliquot diebus liber, apud Hungaros, inquit Sambucus. Vide Decreta S. Ladiſlai Regis Hung. lib. 2. c. 2.

X.

X. Litera numeralis, quæ decem ſonat. Unde verſus:

X. duplex denos numero tibi dat retinendos.

Seu ut habet Ugutio:

Duplex X. ſolito decem jam more putatur.

Eidem literæ ſi recta linea ſuperaddatur, decem millia ſignificat.

X. inquit Nockerus Balbulus opuſc. *Quid ſingulæ literæ ſignificent in ſuperſcriptione cantilenæ: Quamvis Latina verba per ſe inchoet, tamen expectare expetit.* Vide A.

X. pro *Ch.* Inſcriptio nummi Ludovici Pii Imp. Xritiana Religio. *Decanus Xriſtianitatis*, in Charta an. 1221. apud Perardum. Secundinus Epiſcopus in Hymno Alphabetico in S. Patricium: *XRS. illum ſibi elegit in terris vicarium*, &c. Verſus antiqui apud Jo. Antonium Caſtill. de Antiquitate baſil. Vincentianæ:

Circulus hic ſummi comprehendit nomina Regis,
Quem ſine principio & ſine fine vides.
Principium cum fine ſimul tibi donat A cum Ω,
X, & P, Xriſti nomina ſancta tenent.

Jo. de Janua: *Xriſtus, quia Græcum eſt, per X. ſcribendum eſt Chriſtus. Sed quia figura X. repræſentat Ch. jam multi Latini ſcribunt Chriſtus, per Ch.*

Xabatati. Vide *Inſabatati.*

Xamitum. Vide *Examitum.*

Xantus, pro *Sanctus.* Commodianus Inſtr. 35.

Xanta Dei lex eſt quæ mortuos vivere docet.

Xemplare. Charta an. 781. apud Joan. Petrum Puricellum in Monumentis Ambroſianæ Baſilicæ Mediolan. pag. 13. *Ut acceptet ipſe vorſus pro iſta donatione à Theoperto Cellerario S. Ambroſii camixiam unam, & bragarum par unum, valentia ſolido uno, xemplare unum, valens tremiſſibus duobus.*

Xenium, Præſtatio muneris vice. Teſtamentum S. Remigii Remenſis Archiep. *Incolæ loci illius multiplicibus xeniis gravati*, &c. Capitula Caroli M. lib. 1. c. 146. *Ut nullus Presbyter ad introitum Eccleſiæ xenia donet.* Id eſt pro facultate *Intitulationis* ad Eccleſiam. Concilium Nannetenſe c. 16. *Ut ſi quilibet Presbyterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter apud ſecularem ſeniorem nulla precatione, vel aliquo xenio Eccleſiam illam obtineat*, &c. Concilium Troſleianum an. 909. c. 6. *Xeniis ac paſtu vel paraveredis ſeu caballorum ſaginationibus Presbyteros affligunt.* Flodoardus lib. 1. Hiſt. Remenſis cap. 14. *Locorumque petentibus incolis, qui multiplicibus erant aggravati xeniis*, &c. Lib. 2. c. 11. *Sic quoque ut nullus judex publicus — qualibet judicia vel xenia ibidem exigere ullatenus præſumeret.* Ita cap. 17. 19. Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 8. *Libellum fecit Leoni Presbytero & Joanni Gemo pro xeniis & ſervitiis eorum.* Charta Henrici III. Regis Angliæ pro Monaſterio S. Walarici in Picardia: *Nulla autem perſona parva aut magna — aliquid ab hominibus & poſſeſſionibus prædicti Monaſterii exigat — non opera, non tributa, non xenia, non leſtagia*, &c. Vitæ Abbatum S. Albani p. 36. *Xenia autem de maneriis annuatim proveniunt*, &c. Charta an. 1267. in Metropoli Saliſburgenſi to. 3. p. 36. *Dedit ad eandem domum quoddam prædium in Chrieſtorf, quod ſolvit annuatim dimidiam libram, & xenia.* Adde alias apud Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2. p. 476. 478. 479. Vide *Exenium, Donum*, & Diſſertat. 4. ad Joinvillam pag. 154.

Xenodochus, Xenodochii Præfectus, apud Gregorium M. lib. 1. Epiſt. 9. lib. 3. Epiſt. 24.

Xenostorium. Durandus lib. 1. Ration. cap. 5. n. 1. *Loca humanæ neceſſitati deputata ſunt Xenodochium, Xenoſtorium, quod idem eſt*, &c. Vox, ni fallor, hibrida, ex Gr. ξένος, & *ſtare* Lat. ubi peregrini ſtant.

Xerampinus, pro *Xerampelinus*, ex Gr. ξηραμπέλινος, color *inter coccinum & muricem medius*, Scholiaſti Juvenalis Sat. 6. quaſi vitis ſiccæ, ut eſt apud Scaligerum Exercit. 325. in Cardanum. Errant enim Grammatici recentiores, qui xerampelinas veſtes veteres & quaſi deſiccatas interpretantur, propterea fortè quod idem Juvenalis *Xerampelinas veteres* dixerit eadem Sat. Papias & Ugutio: *Xerampelina dicuntur veteres veſtes & præſicca.* Adelmannus Scholaſticus in Rythmis:

Xerapelinos ornatus cum paucis jugeribus
Præſul durus denegarat.

Ubi codex Gemblacenſis: *Xerapelina veſtes dicuntur veteres & præſiccæ, pampineum habentes colorem, & ponuntur hoc loco pro quibuſcunque antiquis veſtibus.* χλαμύδες ξηραμπέλινοι τῷ χρώματι, apud Codinum de Orig. p. 51. edit. Meurſi, & Suidam in ἀτζαβάδες. *Xeranpinum* verò, & *xeranpinium*, occurrit in notis Tyron. pag. 159.

Xeromyrrha. Sedulius in Hymno de Chriſto:

Xeromyrrham poſt Sabbatum
Quædam vehebant corpori,
Quas allocutus Angelus,
Vivum, ſepulchro non tegi.

Expreſſit illud Evangelii, *Et venerunt ut ungerent Jeſum.* An hæc unctio ex liquidis, an verò ex ſiccis conſtiterit, incertum. Ac ſiquidem ex ſiccis, *Xeromyra*, pro *Xeromyrrham*, ſi id pateretur ratio carminis, legendum cenſerem, cum ξηρομυῤῥας, nulla quod ſciam occurrat mentio apud Medicos. Eſt autem ξηρόμυρον, Aëtio l. 6. unguentum ſiccis omnibus & in pulverem redactis conſtans. Vide Gorreum in Definit. Medic.

Xihindus. Vide *Hyndenus.*

Xoca. Vide *Subtaneum.*

Y.

Y Littera numeralis, quæ 150. denotat. Unde verſus:

Argolicus centum quinquaginta facitque character.

Ita Ugutio & Notæ numerorum antiquæ. At Baronius verſum ſequentem habet:

Y. dat centenos & quinquaginta novenos.

Id eſt 159. Eidem literæ ſi recta linea ſuperaddatur, 150. millia ſignificat.

Y. Otfridus in Epiſt. præfixa Evangeliis Theotiſcis: *Ea etiam hoc elementum* (Y) *lingua hac* (Theotiſca) *horreſcit interdum, nulli ſe characteri aliquotiens in quodam ſono niſi difficiliter jungens.*

Ya, Ita: vox Saxonica: ut na, non. Charta Adelſtani Regis Anglor. to. 1. Monaſtici Anglic. pag. 173. *Et quod homines ſint credendi & per ſuum ya, & per ſuum na.* *Ya*, pro *Ita*, obtinet etiam apud omnes Germanicas nationes, imò etiam apud Armoricos & Gallenſes.

Yburpananseca, Furtum vituli vel arietis, vel quantum quis ſupra dorſum ſuum poterit portare de cibo, in Regiam Majeſtem l. 4. c. 16. Vocis origo Skeneo ignota: quem vide præterea lib. de Verbor. ſignificat. Spelmannus verò ait compoſitam ex *y*, pro *te*. prænomen, býrþýn, *onus*, & ſeca, *ſaccus*, quaſi dicas *onerum ſaccus*. Vide *Byrthenſac*.

Yconomus, pro *Oeconomus*. Vitæ Abbatum S. Albani: *In Eccleſia illa Rex Offa vices agens Yconomi & Cuſtodis ſpecialis*, &c. Utuntur etiam Scriptores alii è recentioribus.

Ygumenus pro *Hegumenus*, ἡγούμενος, Abbas. Utitur non ſemel Thiotfridus Abbas Epternacenſis in Florib. epitaphiis Sanctorum in prœmio libri 1. eod. lib. c. 6. & alibi.

Yingeman. Leges Henrici I. c. 16. *Danageldum quod aliquando Yngeman dabatur, i. 12. den. de una quaque hida per annum. ſi ad terminum non redditur, wita emendetur.* Sic Cottonianus codex & noſter, inquit Spelmannus, ſed utrique fidem ſuſpectam habeo, ne mendoſe fortè pro *Ynglisman* vel *Engliſman*, i. Anglico.

Yperperum. Vide *Hyperperum*.

Ypogaubin, *Ypogavus*, navis ἱππηγὸς, Papiæ, *Navis in qua equos vehere ſolitum eſt.* Gloſſar. Saxon. Ælfrici: *Ypogavus*, horſa ſcip. i. ad verbum, *equi navis*. Somnerus *Hippagus*, vel *Hippago* reſtituit.

Ypocisma. Vide *Hypociſma*.

Ypovicarius, Subvicarius. Vox hybrida. Vetus Charta apud Beſlium in Comitib. Pictav. pag. 122. ſubſcribitur à *Rainardo Vicario*, & *Rainario Ypovicario*.

Ypsivremeta, ex Gr. ὑψιβρεμέτης, Altitonans. Epitaphium Creſcentii qui obiit an. 1010. apud Baronium an 996 n. 21.

Dic rogo, dic lacrimis pietatis clauſula, Jeſu,
Parce tuo famulo Ypſivremeta pie.

Yrias. Indiculus Superſtitionum & Paganiarum c. 24. *De pagano curſu, quem Yrias nominant, ſciſſis pannis, vel calceis.*

Ystraicus, Funeſtus. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in Chron. æra 780. *Sed quia nequaquam eam ignorat omnis Hiſpania, ideò illa minimè recenſiti tam yſtraica bella, iſta decreens Hiſtoria, quia jam in aliâ Epitomâ qualiter cuncta extiterunt geſta patenter & paginaliter manent noſtro ſtylo conſcripta.* Ex Lat. fortè *Oeſtraicus*.

Yvernagium. Vide *Hybernagium*.

Z.

Z LITERA numeralis, quæ 2000. efficit. Unde verſus:

Ultima Z. canens finem bis mille tenebis.

Seu ut habet Ugutio:

Ultima Z. quæ canit finem bis mille tenere.

Eidem literæ ſi recta linea ſuperaddatur, bis millies mille ſignificat.

Z. pro X. crebrò. *Zenia*, pro *Xenia*: *Zenodochium*, pro *Xenodochium*. in Gloſſ. Ælfrici pag. 62. 79.

ZA. Charta Intalica an. 1154. apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica p 711. 712. *Et hoc fuit ab undecim annis in zà, & à menſe in là.* Infra: *Et hoc fuit à 40. annis in zà, & à 25. in là.* Vulgare Italicum: Galli dicunt *en cà.*

ZABA, *Zava*, Lorica. Gloſſ. Arabico-Lat. *Lorica, zaba.* Papias: *Zaba, munimentum in prælio virorum fortium.* Julianus Anteceſſor cap. 304. *Zabas ſive loricas.* Lexicon Gr. MS. Reg. cod. 2062. Ζάβα, τὸ λωρίκιον. Quod verò ζαβαρεῖον dicitur, ζαβαρεῖον, ἐν ᾧ αἱ ζάβαι. Quod & ζαβαρεῖα τῶν ζαβῶν ſunt Leoni in Tact. cap. 6. §. 22. ubi ex corio bubulo eſſe jubentur. Zabarum verò non ſemel meminit idem Leo ibidem cap. 6. §. 22. Ἔχειν δὲ [illegible] ἕκαστον ἄνδρα ὅπλισμα πάντων, ζάβας πλείας μέχρι τῶν ἀστραγάλων αἰωρουμένας διὰ λωρίων καὶ κρικελλίων μετὰ τῶν θηκαρίων αὐτῶν. Adde §. 3. 13. 17. 25. & cap. 7. §. 73. Ζάβαι ἤτοι λωρίκια. Occurrit etiam vox eadem in Nov. 85. & in Chronico Alexandrino pag. 782. Vide Scriverium ad Vegetium pag. 564. præter Rigaltium.

Zava, idem quod *Zaba*. Lex Wiſigoth. lib. 9. tit. 2. §. 9. *Partem aliquam zavis vel loricis munitam.* Ubi Fuero juzgo lib. 9. tit. 2. §. 8. *Mueſtre los bien armados de lorigas, e perpuntes.* Eſt igitur *zava* idem quod *perpunctum*, ſeu *gambaſium*. Vide in his vocibus.

Sabea, vel *Sabeum*, pro *Zaba*. Capitula Herardi Archiep. Turon. c. 113. *Clerici — ſi armis, agis, vel ſabeis uſi fuerint, deponantur.*

Zabatus. Papias: *Criſtatus, galeatus, i. zabatus.* Alibi: *Zabatus, criſtatus, galeatus.* Ubi *zabam* pro galea aut caſſide videtur uſurpaſſe: niſi per *galeam* intelligat *loricam cucullatam*, quæ & corpus & caput tegebat, uti legit Meurſius in Gloſſ.

ZABERNA. Papias: *Zaberna, ubi veſtes ponuntur, aut quodlibet aliud. Zaberna, arca, vel armariolum* Gloſſæ MSS. *Zaberna, veſtiarium.* Hariulfus lib. 3. Chron. Centul. c. 28. de Capſa in qua erat corpus S. Vigoris Epiſcopi Bajoc. *Hoſpitem exorat ut zabernam quæ ſanctis oſſibus erat onuſta, diligentiſſima atque fidiſſima traderet cuſtodia.* Et mox: *Acceptam verò zabernam Bernardus tali loco ponere eam nititur, quem latrones adire non poſſent.* Infra, *Arca* appellatur: *Inquiri citius jubet cujus eſſet arca.* *Zabernam* fortaſſis hoc loco uſurpavit Hariulfus pro taberna, ſeu arca aut capſa ex tabulis ligneis compacta. *Taberna* enim, autore Iſidoro lib. 15. c. 2. *dicta quod ex tabulis ligneis eſſent confecta.* Vide infra in voce *Zabyra.*

ZABULUS, Diabolus. Sic autem Doricè aiunt appellari. Dorica quippe lingua ζαβάλλειν, idem eſt quod διαβάλλειν; ut ζάκορος, idem quod διάκορος. Papias: *Zabulus, eſt Sathanas, quod Latinè ſonat adverſarius, vel tranſgreſſor.* Gloſſæ vett. *Zabulus, Satanas, contrarius.* Gloſſæ aliæ MSS. *Zabulus, Sathan.* Phœbadius Aginnenſis in Epiſt. contra Arianos: *Cibum deſideravit cum tentaretur à Zabolo. Zabolica ſubtilitas, Zabolicum virus*, apud eundem. Conſultatio Zachæi & Apollonii lib. 3. *Hominem igitur merito venturum Antichriſtum fides certa eſt, immo Zabulum ſub perſona hominis ſeviturum.* Titulus memoriæ S. Waldomeris, to. 1. Hiſtor. Francor. pag. 513.

Hic perdunt Zabulus vires, incendia Maurus.

Wandelbertus in Præfat. ad Martyrologium:

Fallens, ne Zabuli vincat iniquitas.

Utuntur paſſim veteres, ut & aliquot ævi inferioris ſcriptores, S. Cyprianus in Epiſt. ad Demetrianum, Auctor libri de Aleatorib. Caſſianus Collat. 1. cap. 14. 21. S. Hilarius in Matthæi cap. 14. cap. 26. & alibi. S. Auguſtinus ſerm. 123. de Diverſis, S. Ambroſius lib. 5. de Fide ad Gratianum cap. 1. S. Patricius Epiſt. ad Coroticum, Paulinus Nolanus pag. 28. 50. 55. 291. 498. Commodianus Inſtr. 35. 57. 59. 60. 73. S. Eulogius l. 1 Memorial. c. 55. & lib. 2. c. 4. Thiofridus Epternac. lib. 4. c. 2. Notæ Tyronis, Gildas de Excidio Britanniæ, Florus Lugdun. Diacon. carm 4. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 36. Eigil in Vita S. Sturmii n. 6. Edgarus Rex Angl. in Leg. Monachorum Hydenſium c. 4. Vita S. Guthlaci cap. 18. 21. Vita S. Genulfi lib. 1. cap. 3. n. 21. Ordericus Vitalis pag. 460. Hariulfus lib. 3. cap. 18. Chartæ veteres in Bibliotheca Cluniacenſi pag. 543. & apud Meuriſſium in Epiſcopis Metenſib. p. 349. &c.

ZABYRA. Abdias Babylonicus lib. 4. Hiſt. Apoſtol. pag. 46. *Et haud mora collectis libris magicis, zabyras plenas ad Apoſtolum attulit, cervicibus ſuis & diſcipulorum impoſitas, & cœpit eos ignibus coram eo comburere. Sed Jacobus prohibuit, ne forte odor incendii, inquit, vexet incautos. Appende zabyris lapides, & plumbum, & mitte in mare.* Ubi Meurſius emendat *zabarias*, ut fuerint ζαβαρεῖα, Zabarum repoſitoria. Sed hic non agitur de loricis, nec de eorum thecis, ſed de ciſtis aut capſis: unde malim legere *zabernas*, quo modo ex MS. emendat Salmaſius, & apud Ordericum Vitalem lib. 2. pag. 381. ubi eadem verba deſcribuntur, legitur. Vide *Zaberna.*

ZACHARA. Vide *Canamella.*

ZACLUS, Retis ad capiendos piſces ſpecies, quæ deſcribitur à Petro de Creſcentiis lib. 10. cap. 37.

ZACONES, pro *Diacones*, ut *Zabolus*, pro *Diabolus*. Commodianus Inſtr. 68.

Miniſterium Chriſti, Zacones, exercete caſte,

Idcirco Miniſtri facite præcepta Magiſtri.

Sic verò hodie Lacedæmonii, vocabulo à *Lacones* detorto, appellantur à Græcis, ut autor eſt Pachymeres lib. 5. c. 25. Nicephorus Gregoras lib. 4. pag. 70. & Martin. Cruſius in Turcogr. lib. 7. pag. 489. Vide Gloſſar. Meurſ. in Τζάκωνες.

ZAFALMERINUS. Vide *Zavalmetina.*

ZAFFONES, Venetis dicuntur Sagittarii, vel apparitores. Rollandinus in Chron. lib. 11. cap. 3. *Quidam pedites & Zaffones illi, quos vulgò Waldanam dicimus, præcedentes inordinate ante militum acies*, &c. Cap. 5. *Repente namque ſupervenerunt Berroarii ſive zaffones quidam*, &c. Denique cap. 16. *Cum eadem gente, & quibuſdam viris prudentibus alieni cupidis, quos appellamus Zaffones.*

ZAFFRAMEN, Crocus, Italis *Zafferano*, vel *Zafferano*, noſtris *Saffran*. Sanutus lib. 2. part. 2. cap. 6. *Æs, ſtagnum, ſive ramum, Zafframen, coralla*, &c. Cap. 7. habet *zaffranum*, quomodo fortè legendum in c. 6.

ZALA, Incendium. In Gloſſ. Græco-Lat. *ζάλη, eſt æſtus*, unde fortè pro incendio vox uſurpata: aliis eſt turbo, procella, agitatio maris. Capitulare Radelchiſi Principis Benevent. an. 851. §. 3. *Liceat per meam terram tranſire contra illos hoſtiliter & cum ſcara ad vindicandum abſque homicidio, vel incendio, & depradatione ſeu Zala, de populo & terra mea.* Et §. 19. *De nullo homicidio vel præda atque zala ſeu incendiis retroactis fiat aliqua requiſitio vel vindicta.* Occurrit iterum §. 21. Capitulare Adelchiſi Principis Benev. §. 7. *Sed ea per igne aut à zalatione ſeu depradatione perdidiſſet.*

Zalare, Incendere. Chronicon Anonymi Barenſis an. 1036. *Zalatæ ſunt caſæ Joannis Icanato.* An. 1051. *Zalavit ipſe Judæam.* An. 1070. *Zalatæ ſunt caſæ Melis PeZZi & obrutæ.*

ZALDA. Albertinus Muſſatus de Geſtis Italicorum poſt Henricum VII. l. 5. rubrica 2. *Et inſuper electorum baliſtariorum 5. millia, lancearum cum haſtis longiſſimis, quas zaldas vocant Italici, 2. millia*, &c.

ZALMETINA. Vide *Zavalmetina*.

ZAMBILOTTUS, Pannus ex pilis camælorum confectus: ex Ital. *Zambelotto*, Gall. *Camelot*. Paulus Venetus lib. 2. cap. 64. *Fiunt quoque ibi zambilotti optimi de pilis camelorum.*

ZANGA. Vide *Tzanga*.

ZARDA, Morbus equorum, *quædam æſtuatio ad modum ovi, vel major vel minor, quæ tam in parte interiori quàm exteriori naſcitur in garectis.* Ita Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. cap. 10. & 35. *Zardre*, veteri ejus interpreti Gallico.

ZARDA, *Alienatus*, in Gloſſis MSS.

ZATOUY, *Zatouin*, Pannus ſericus raſus, vulgò hodie *Satin. Satteyn*, in Inventario Eccleſiæ Eboracenſis an. 1530. in Monaſtico Angl. to. 3. pag. 177. Computum Stephani *de la Fontaine* Argentarii Regis an. 1350. *Pour 7. quartiers de zatoüin Inde, & 7. quartiers de fort velluiau vermeil, pour faire deux cottes à armer, brondées & ſemées de groſſes perles & menües pour ledit Seigneur. Pour 3. aunes de petit cendal à houçer ledit velluyau, & pour 4. aulnes de cendal vermeil & Inde à faire l'envers.* Crebrò etiam ſcribitur *zatoüy*.

ZAVA, Hominum collectio & adunatio. Lex Longobard. l. 1. tit. 18. §. 2. *Cognovimus enim quod per ſingulas civitates mali homines zavas, id eſt adunationes contra judicem ſuum agentes faciunt.* Ita præferre tres codices monuit me v. cl. Stephanus Baluzius: Editio Boërii & Heroldi pag. 253. *tanas*, Lindenbrogii denique *Zanas*. Priorem lectionem firmat, (vel certè ita legiſſe videtur) Papias, in ordine litt. *zav*: *Zavas, id eſt rixas.* In uno codicum MSS. Gloſſa interlinearis habet, *id eſt rixas.* Vide *Rupta*.

Zava, pro lorica. Vide in *Zaba*.

ZAVALCHENUS. Vitalis Oſcenſis Epiſcopus: *Sunt & alii judices, & officiales inter Judæos videlicet & Saracenos. Zavalchen enim Saracenorum judicat cauſas, dictus à Zaval, Dominus, & Archen, id eſt judiciorum. Qui Zavalchen executioni mandat ſententias à ſe latas, & facit citationes, & cæteras compulſiones, quæ in Saracenorum curia imminent facienda. Item exercet tabellionatus officium inter eos, ita quod nullus alius inter Saracenos facit publicum inſtrumentum*, &c.

ZAVALMEDINA, *Zalmetina, çalmedina*, &c. *Prætor urbis*, tametſi, ut ait Blanca in Epiſt. dedicatoria ad Commentar. de Reb. Aragon. non omnino reſpondeat id muneris Prætori urbano apud Latinos. Idem p. 638. *His ergo rebus compoſitis Alfonſus Rex novæ urbi* (Cæſar-Auguſtæ) *Magiſtratus urbanos præficiendos curavit*, &c. *Itaque Prætorem urbanum ordinariæ cauſarum cognitioni præfecit, quem ipſo Arabico nomine retento, Zalmetinam vocari paſſus eſt.* Vitalis Epiſcopus Oſcenſis, apud eundem pag. 728. *Et ipſi Rici homines in ſibi civitatibus aſſignatis, Zavalmedinas, & in villis Bajulos, quos ſibi placuerint, debent ponere. Qui Zavalmedinæ & Bajuli teneant & regant curias ipſorum locorum pro Ricis hominibus prælibatis.* Idem pag. 783. *Sunt præterea officiales Domini Regis in prædictorum locorum ſingulis conſtituti, qui diverſis nominibus appellantur. Quidam, enim Zavalmedinæ, id eſt Vicedomini civitatum: zaval enim idem eſt quod dominus, & medina idem quod civitas lingua Arabica: à quo hoc vocabulum fuit ſumptum.*

Salmedina appellatur in Charta Alfonſi I. Regis Aragonum, apud eundem Blancam p. 789. Ex his emendanda Charta Adelfonſi Regis Aragonum contra Valdenſes: *Baiulis, Juſtitiis, Merinis & Zaſalmerinis*, &c. Legendum enim *Zaſalmetinis*. Aliam Adelfonſi Imperatoris Hiſpaniæ æræ 1156. apud Anton. *de Tepez* in Chron. Ord. S. Benedicti to. 7. ſubſcribit *Felix Capualmedina*. Conſuetudines Barcinonæ MSS. *Statuimus — quod nullus Leſdarius, Pedagiarius, Penſator, Saiuar, Majordomus, Repoſitarius, Merinus, çalmedina, Juſtitia, vel Judex*, &c.

ZEBELLINA *pellis*. Vide *Sabelum*.

ZEDOARIA. Jacobus de Vitriaco in Hiſt. Hieroſol. cap. 85. *Sunt & aliæ arbores, quarum radices ſunt ZinZiber, Galanga, & Zedoaria, quæ vulgariter Citonart appellatur.*

ZEIDLARII, junguntur cum *foreſtariis*, in Charta Henrici VII. Imp. an. 1310. & in Conſtitutione Caroli IV. Imp. an. 1358. *De foreſtariis & Zeidlariis*, apud Goldaſtum to. 1. Conſtit. Imper. ubi cap. 1. *Inprimis quod omnes Officiales, Foreſtarii, & Mellicidæ, qui Zeidlarii vulgariter nuncupantur*, &c.

ZELGA. Charta Alamannica Goldaſti 69. *In omni Zelga jornale unum arare, & 3. dies à ſecare, & 3. à madere.*

ZELOSUS, Zelo ductus, plenus. Geſta S. Hugonis Epiſcopi Lincolnienſis apud Surium 17. Novemb. *Fuit verò non minus zeloſus contra quoſlibet alios pauperum oppreſſores, Eccleſiaſticæque libertatis violatores*, &c. Italis *Zeloſo*, eſt *amore flagrans*, noſtris *Jaloux*.

ZEMA, illud eſt, quod nos vulgò *le boüillon*, id eſt juſculum dicimus. Papiæ, *zema*, eſt *olla*. Papias: *Jus coquinæ vel piſtorum, quam Græci Zemam vocant. A ζέω, ferveo, & bullio*: Unde S. Hieronymus lib. 3. in Oſeam, *Ζέμα, ferventis ollæ ſuperiores aquas* dixit. Anaſtaſius Biblioth. in Vita S. Joannis Eleemoſ. n. 34. *Quanti vellent tingere panem ſuum in Zemate, quod projiciunt coqui mei?* Ubi codex MS. Aquicinctinus *Zema* interpretatur *jacturam aquarum ubi carnes coquuntur, vel fermentum, aut facem.* Apicius lib. 8. de Re culin. c. 1. *Et mittitur in Zema, quod eſt decoctum.* Cap. 6. *Et bulliente zema, quod eſt decoctum, cum modico ſalis ſubmittetur.* Ubi, *quod eſt decoctum*, videtur eſſe gloſſema, abeſtque ab editione Humelbergii, qui *Zymam* reponendum cenſet, id eſt *ζύμην*, quod fermentum eſt. Sed aliud eſt *zema*, aliud *zyme*. Gloſſæ MSS. *Zema, aqua ſaginata, ubi caro coquitur. Zyme, fermentum.* Phyſica ſub nomine Democriti de Tingendis purpuris: Εἶτα λαβὼν λίθον τὸν ἀφρὸν τοῦ ζέματος, θὲς εἰς λεκάνην, [illegible] [illegible], καὶ βάψας τὸ ζέμα τῇ πορφύρᾳ ἵνα [illegible] [illegible] &c. Ubi quod *ζέμα* dicitur, *ius* appellat Plinius lib. 35. c. 6.

Zema, Cacabus, ἀπὸ τοῦ ζέειν. Servius in 3. Æneid. *Lebetas, ollas æneas Græcè dixit: Zema enim vulgare eſt, non Latinum.* Epiſtola Valeriani apud Trebell. Pollionem in Claudio: *Item in cancos, & ſcyphos, & Zemas pondo undecim.* Ita reſtituit Caſaubonus, pro *zema*.

ZENDARDUM. Vide *Cendalum*.

ZENTALA. Petrus de Creſcentiis lib. 9. cap. 64. *Tenendi ſunt boves in talibus ſtabulis — ſtratis & benè clauſis, ut pedes ungula conſerventur illæſi, ac ipſi defendi poſſint à Zentalis, muſcis & tabanis.* Ubi vetus Gallicus Interpres: *Qu'ils puiſſent eſtre defendus de vers, de mouſches, & autres beſtelettes.* Italis *Zenzara*, eſt muſcula, *mouſcheron*.

ZERBALARIS *terra*, in Bullario Caſinenſi to. 2. Conſtit. 52. 73. pro *herbalaris*, ſeu herbida. Chartæ aliæ *gerbida* præferunt, facili ac proclivi lapſu, pro *herbida*.

ZESSUS. B. Odoricus Forojul. in Peregr. n. 18. *Omnes naves ibi ſunt albæ ſicut nix, Zeſſo depictæ.*

ZETA, Cœnaculum, ex Gr. διαίτα, ut pridem docuere Cu-

jacius, Turnebus, & alii. Gloſſ. Gr. Lat. δίαιτα, τὸ ὑπερῷον, *dieta, cenaculum*. Papias: *Zeta, domus, quæ ſubtus pedes habent aquas, harum aliæ hyemales, aliæ æſtivales. Zetæ hyemales, ſunt quas calidas facit ſubducta flamma. Zetæ æſtivales, quas frigidas facit ſubducta aqua.* Gloſſ. Saxon. Ælfrici, *Zetas æſtivales*: ſumenſoꝺe. i. æſtivalis ſedes. *Zetas hyemales*: pinteꞃſoꝺe. i. hyemalis ſedes. Zetam hyemalem, *triclinium hyemale* vocat Sidon. lib. 2. Epiſt. 2. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 412. *In quinto zetas hyemales, in ſexto zetas æſtivales.* Sæpius uſurpatur pro quolibet ædis cubiculo, ut apud Plinium lib. 2. Epiſt. 7. lib. 6. Epiſt. 5. cui ita appellatur locus capax unius lecti cum duabus ſellis, qui velis obductis & reductis modò adjiciebatur cubiculo, modò auferebatur, cujuſmodi ſunt *Alcovia* noſtræ hodiernæ. Acta S. Sebaſtiani c. 4. *Ubi ſunt triclinia auro puro radiantia, quæ ex gemmis & margaritis habent zetas inſtructas?* Julius Africanus lib. 5. Hiſt. Apoſtol. *Jam enim regnum paratum vobis, & ex coruſcantibus gemmis zetas inſtructas, plenas gaudiis, plenas epulis,* &c. Lampridius in Heliogabalo: *Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporandas Zetas jubebat incendi.* Aldelmus libro de Virginitate, ubi de S. Babyla: *Ad Palatinas ducitur Zetas, & Imperiales veſtibulo hypodromum.* Tranſlatio S. Joannis Reomaenſ. cap. 3. de ruſtico quodam: *Cum maturiori pulli cantu, ob bonum cuſtodiam à zeta propria proſilire contingeret.* *Zetulam* dixit Erkempertus in Hiſt. Langobard. cap. 46. *Et ſibi in zetula Epiſcopali manſionem exhiberi juſſit.* Adde Wolphardum Preſb. lib. 1. de Miracul. S. Walburgis n. 19.

Zeta, Ordericus Vitalis lib. 8. p. 674. *Caſtellum ſancti Serenici —— poſtmodum tenuit, muris & vallis zetiſque munivit.* Lib. 10. p. 770. *Copioſos pecuniæ ſumptus erogavit, unde municipia ejus vallis & muris, ac multiplicibus zetis undique clauderentur.* Pag. 775. *Quidam ad illum de ſublimi zeta lapidem projecit,* &c. Denique pag. 800. *Arcem, & regiam, & murum in giro, Zetaſque minores atque majores jam munite; ſollicitèque perſcrutamini, aditúſque ſervate, ne quis exeat vel ingrediatur ſine veſtra conſideratione.* Ubi *zetæ* videntur appellari *ſpecula* quæ muris imminent. Ex his, ni fallor, emendandus Laurentius de Leodio in Hiſt. Epiſcopor. Virdunenſ. p. 316. *Poſt prandium ſocios extra turrim ad etleias antemurales vocavit, luſu aleâ ibidem eos tenuit,* &c. Legendum enim videtur *zetas*, ut apud Vitalem.

Zetarius. In Martyrol. 26. Martii, & in Actis S. Sebaſtiani Mart. n. 69. & in Vita S. Caſtuli n. 1. idem S. Caſtulus Martyr dicitur fuiſſe *Zetarius Palatii, & hoſpes Sanctorum.* Quo loco *zetarium* corruptè pro *Diætario*, ſeu Atrienſi, dici putat Fabrotus ad Cedrenum, quemadmodum *Zabolus* pro *diabolus*. At rectiùs, ni fallor, Molanus ad Uſuardum, & Baronius ad Martyrol. Rom. exiſtimant *Zetarium*, à *zeta* dictum: ut fuerit *Zetarius Palatii*, cubiculi interioris Palatii Cuſtos. Apud Paulum lib. 3. Sentent. *Zetarii* præterea memorantur, qui *Diætarii* appellantur in L. quæſitum, §. idem &c. de Inſtruct. vel inſtrum. leg.

ZETA, Vitii ſignum in libris. Paulus Diacon. in Epiſt. ad S. Adelhardum Abbatem Corbeienſem præfixa S. Gregorii M. Epiſtolis, quas deſcripſerat & correxerat: 34. *ex eis ſcito eſſe relectas, & prout potui emendatas eſſe, præter pauca loca in quibus minus inveni: & tamen meo ea ſenſu ſupplere nolui, ne viderer tanti doctoris verba immutare: quibus in locis & forinſecus ad aurem zetam, quod eſt vitii ſignum, appoſui.* Apud Iſidorum lib. 14. c. 26. *Zeta* ſignificat in ponderibus *obolum*.

ZETHONIUM *vellus*. Vetus Epitaphium Mediolani, apud Puccinellum pag. 106.

Ambroſiana diu pluvialia .... venuſtum
Vellere Zethonio, gemmis, auroque ſuperbum.

ZIA, *Zianus*. Vide *Zius*.

ZIBYNNUS, *Zipina*. Suidas ζιβύνη, ὁλονδυεσι ἀκόντιον, λόγχη, σιβύνη. ζιβύνη, & ζιβύνιον, *venabulum*, in vett. Gloſſis *Miſſile*, dicitur in Nov. Juſtiniani 85. Ubi Julianus Anteceſſor Conſtit. 79. §. 4. *Zibynnos, quos Miſſilia vocant.*

Zipina, lancea, in Gloſſis MSS. Papias: *Zimbina, lancea.* Ita etiam MS. Vide Gloſſaria, Antonii Auguſtini & Franciſci Pithœi ad Julianum Anteceſſ. præterea Gloſſ. Rigaltii & Meurſii.

ZIDELWEIDA. Charta Ottonis Imp. an. 995. in Metropoli Saliſburgenſi tom. 1. pag. 138. *Cum curtiferis, areis, pratis, —— venationibus, piſcationibus, zidelaveida, molendinis, exitibus, reditibus, viis & inviis,* &c. In alia Charta an. 996. pag. 136. habetur *zidelweden*. In alia, pag. 143. *Zidilveidis*. Pag. 144. *zidelveidis*. To. 3. pag. 458. *Sidelveidis*. *Sidelweiden*. to. 1. pag. 140. German. *Weide*, eſt ager paſcuus.

ZINURDONES. Chronicon Montis-Sereni an. 1171. *Erat hic de familia Eccleſiæ ex eo genere hominum, qui Zinurdones appellantur, tanta ſuperbia, ut mirum eſſet ruſticam mentem anguſtis rebus & paupertati aſſuetam, tantum inflari potuiſſe.*

ZINZALA, *Parva muſca, id eſt culex: unde Zinzalarium; conopeum ad eas arcendas.* Ugutio.

ZINZINARE, *proprium pardorum*. Ugutioni.

ZIOPIA, *Ziopius*, voces quæ occurrunt in Gloſſ. Arabico-Lat.

ZIPINA. Vide *Zibynnus*.

ZIPPULA, Placenta, Italis, *Fogaccia*. Pelagius libello 4. n. 59. *Fecit de farinula lenticulam & zippulas.* Quo loco Ruffinus, lib. 3. vit. SS. n. 51. habet *placentas*. Occurrit rurſum apud eundem Pelagium libello 8. n. 15.

ZIRBUS, Omentum, Græcis ἐπίπλοον, pars ſtomachi. Vide Anatomiam Mundini pag. 70.

ZIRO, Propugnaculi ſpecies, Italis. Charta an. 1158. apud Ughell. to. 2. pag. 368. 369. *Cum plebe & capellis ſuis & curte ſua in integro, & toto zirone ſupradicti caſtri,* &c. Rollandinus in Chron. lib. 5. cap. 15. *Unde in præſenti Dominus Ecelinus fecit fieri unum Zironem in Anoale, & tres zirones in Meſtre, ubi ſupraſtantibus & cuſtodibus conſtitutis, & licentiato exercitu, reverſus eſt ipſe Paduam.* Cap. 17. *Fecit quoque fieri zirones in campo franco, ibique poſitis ſupraſtantibus & cuſtodibus,* &c.

ZIRUM. Charta Dalmatica an. 1069. apud Joan. Lucium lib. 2. de regno Dalmat. cap. 6. *De ſororibus autem quæ nunc Domino ſervitura ibi ingrediuntur, & quæ eodem invitante ingreſſura aderint ſuis facultatibus, * vineterritorii libera cuncta, quæ in præfato Monaſterio obtulerint territoria, volumus adeſſe ab humano cuncta ſervitio 1. & ab illo quod vulgo Zirum dicitur.* Italis *Ziro*, eſt amphora olearia major.

ZIUS, Patruus, θεῖος, *Zio*, Italis. Notitia Judicati in Tabulario Caſaurienſi: *Et cum ipſo Ildegario zio noſtro qui erat Advocatus iſtius Petri.* In Actis S. Suſannæ V. & M. ſeu Maximi Mart. n. 5. Caius PP. dicitur fuiſſe *zius* S. Suſannæ, qui ſuprà n. 3. ejus *Patruus* nuncupatur.

Zia, Amita. Bernaldus Preſb. de Reconciliatione lapſorum: *Nec otioſe notandum quod multa nobis obſcura per diverſarum collationem editionum ſæpenumero declarantur, ut illud de Nicæno Concilio; quod ſit ſubintroducta mulier. Hoc alia editio apertius ponit, id eſt extraneam, ac ſi dicat: Clericus nullam feminam habeat ſecum extraneam, ſed tantum matrem, vel ſororem, vel ziam, quam iterum alia editio apertius vocat amitam. Tuſci enim pro amita, dicunt Ziam.*

Zianus, idem qui *Zius*. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Caſin. c. 24. *Henricus frater ejus conceſſerat priùs cuidam Ziano ſuo terras,* &c.

ZINARUS, Apud Petrum de Creſcentiis lib. 5. extremo.

ZIZERIUM, pro *Gigerium*, quo nomine Latini appellant gallinarum inteſtina, & quæ cum iis coquuntur: Galli, *Zizier*. Apitius lib. 5. de Re culinaria c. 3. *Jecinora & Zizeria pullorum in cacabum mittes.* Humelbergius ad

lib. 4. ejuſdem Apicii obſervat legi in vett. codd. *tigeria*, ubi editi perperam præferunt *cirema*, pag. 89. Lucil. *Gigera ſunt ſine allio, bis veſcamur alacriter.* Gloſſ. Lat. Gr. *Gilerus gallinarum*, τὸ ἄκρον τῆς ὀρνίθων. Reponit Salmaſius, *Gigerus*, τὸ ἀκρῶον, &c.

ZIZYPHA, Ζίζυφα, in Gloſſis Gr. Lat. Codex MS. S. Germani habet *Zizifa*.

ZOBELLINA *pellis*. Vide *Sabulum*.

ZOCCUS, Stipes, truncus, Italis *Zocco*. Innocentius III. lib. 13. Epiſt. 95. *Truncos arborum, quos ipſi* (Ravennates) *zoccos, vel capitones vocant*, &c. Vide Bullarium Caſinenſe to. 2. pag. 241. Ab Italis hauſere Græci recentiores, τζόκος, eadem notione, quæ vox occurrit apud Joannem Cananum pag. 194. Adde Meurſium in Τζόκος. Vide *Zucheus*.

ZOEKARLE, Nautæ, in Charta Waldemari Danorum Regis an. 1326. apud Iſaacum Pontanum lib. 7. Hiſt. Danicæ: *Nec per aurigas, qui dicuntur Wonnkarle, nec per nautas, qui Zoekarle, vel Schudemen nuncupantur*, &c. Vide *Huskarle*.

ZOMA. Vide *Soma*.

ZONA, ſeu Cingulum, Veſtis Sacerdotalis. Alcuinus lib. de Offic. divin. *Sequitur Zona, quæ Cingulum dicitur, qua reſtringitur poderis*, &c. Riculfus Epiſcopus Sueſſion. in Statut. an. 989. c. 7. *Cum orariis, id eſt ſtolis duabus, nitidis, item zonis duabus id eſt cincloriis, ac mappulis totidem nitidis*, &c. Vide Durandi Ration. lib. 3. c. 4.

Zona Romana dicitur, quòd ab Eccleſia Romana zonæ uſus in cæteras Eccleſias profluxerit. Alcuinus lib. de Offic. divin. *Pro baltheo nunc Zonarum, quas Romanas appellant, uſus receptus eſt.*

Zona pellicea, inter veſtes Monachicas reponitur, apud Bedam in Vita S. Cuthberti Epiſc. n. 37. 38. B. Dorotheus Doctr. 1. Κολόβιον μὴ ἔχον χειρίδας, καὶ ζώνη δερματίνη, καὶ ἀνάλαβος, καὶ κουκούλιον. Infra, de ejus ſignificatu: Ἡ ζώνη, ἣν φοροῦμεν, σύμβολόν ἐστι τοῦ εἶναι ἡμᾶς ἑτοίμους εἰς ἔργον. Πᾶς γὰρ θέλων ἐργάσασθαι, πρῶτον ζώννυται, καὶ οὕτως ἄρχεται τοῦ ἔργου, &c. Adde Palladium in Hiſt. Lauſ. c. 38.

Zona, Ignis ſacri ſpecies, quæ medium hominem ambit, cingitque, Gr. ἕρπης, & ζωστήρ. Scribonius Largus p. 7. *Facit hoc medicamentum ad carbunculos, & ad ignem ſacrum, & ad zonam, quam Græci ἕρπητα dicunt.* Eadem habet pag. 28. ut & Marcellus Empiricus pag. 89. & 156. Conſtantinus Africanus lib. 4. de Morbor. cogn. & curat. cap. 17. de Colica paſſione: *Locus ejus eſt in dextra parte inferioris ventris, circumcingens ſicut Zona uſque in partem ſiniſtram.* Vide Plinium lib. 3. de Medic. c. 33.

Zona Regina, Præſtationis ſpecies. Regeſtum Memorialium Cameræ Computor. Pariſ. ſignatum E. fol. 217. *Zona Regina dicta, la taille du pain & du vin, de tribus annis videlicet 600. ll. pro anno 1389.* Meminit præterea ejuſce præſtationis areſtum an. 1415. quod deſcribitur in 2. Regeſto *des Meſtiers de Paris*, in Camera Comput. Pariſienſ. ex quo conſtat, de dicto ſubſidio 6. denarios *pro qualibet cauda vini*, & 3. denarios Pariſ. *pro quolibet medio ſeu poinſono vini villam Pariſienſem per aquam ſive terram intrante exſolutas.* Poſt hoc areſtum ſubjungitur titulus ita conceptus: *Taille du pain & du vin, dite la Ceinture la Royne, qui ſe lieve de trois ans en trois ans*, &c.

ZOTHECA, Atticis Ζωθήκη, quaſi ζωοθήκη, cella in qua ſaginantur viva animalia, ut turdi, gallinæ & alia: ὀρνιθοτροφεῖον. Ita Salmaſius ad Solinum. Vetus Inſcriptio: *Sulpitius Trophimus adem, zothecam, culinam, pecunia ſua à ſolo reſtituit.* Poſtea *zothecam* pro quolibet οἰκίσκῳ & parvo conclavi uſurparunt. Vide Sidonium.

ZOUGENZUHT. Decretum Taſſilonis de Legibus popularib. §. 13. *Qui furtivum, quod Zougenzuht dicunt, ſuper furem comprobaverit, furtive componat more. Suht*, inquit Lindenbrogius, *ſeutimum* notat, quid *zougen*, non liquet.

ZUCCARUM. Vide *Cannamelle*.

ZUCHEUS, Stipes ſiccus & aridus, Italis *Zocco*. Charta Edw. III. Regis an. 4. apud Spelm. *Rex — quia non eſt ad damnum, — ſi concedamus Ricardo de Strelly omnes zucheos aridos, qui Anglicè vocantur Stovene, infra hayam noſtram de Briskewode, quæ eſt infra foreſtam noſtram de Shirewode*, &c. Alia ejuſdem Regis an. 12. *Rex conceſſit Thomæ de Colvile omnes Zucheos aridos vocatos* ſtubbes, *arborum ſucciſorum in foreſta de Galtres, ibidem capiendos per viſum — cuſtodum foreſtæ ultra Trentam.* Vide *Zoccus*.

ZUDA, Caſtellum. Charta Raymundi Comitis Barcinon. & Aragonum Princip. an. 16. Regni Ledovici Senioris: *Dono tibi fideli meo Guillelmo Raimundi Dapifero urbem Tortoſam, ut tu teneas ipſam zudam, & habeas ſenioraticum de ipſa civitate & de ipſa villa*, &c.

ZUNFTA. Albertus Argentinenſis in Chron. p. 113. *Hic ordinavit quod cum uno anno Baſileæ Pſittacus eſſet Magiſter civium, eodem anno Stellifer eſſet Zunftarum magiſter*, &c. Occurrit ibi rurſum.

ZUPA, *Zuppa, Jupa, Juppa*, dicitur hodie apud Croatos & Dalmatas, regio aliqua habitata, vel ejuſdem regionis homines congregati. Charta Creſimiri Regis Croatiæ & Dalmatiæ an. 1071. apud Joann. Lucium lib. 3. c. 12. *Volumus, — ut dicta Eccleſia habeat ſuas Parochias, ſcilicet juppam quæ fuit ſub Alpibus à caſtro — Murula* &c. Et infra: *Dedimus Epiſcopo Novenſi juppam Lucka, juppam Bucani*, &c. Alia Suinimiri Regis an. 1078. apud eundem Lucium cap. 15. *Juppam eam, quam Centenam aiunt.* Croatia verò & aliæ Slavorum provinciæ in *Zupanias* diſtinguuntur, quibus qui præſunt, *Zupani* dicti.

Jupa, zupa, idem quod *jupania*, vel *zupania*. Thomas Archidiac. in Hiſt. Salonit. cap. 15. *Caſtrum Sibinicenſe cum tota ſua jupa.* Occurrit etiam non ſemel in Charta Colomani Regis Hungariæ anni 1111. apud Lucium ad Vitam S. Joann. Epiſcopi Tragurienſis.

Zupanus, Regionis præpoſitus, ζουπάνος Græcis Scriptoribus: vox hac notione familiaris Sclavonicis populis, ut autor eſt Conſtantinus de Adminiſtr. Imp. cap. 29. quod etiam firmat Innocentius III. PP. lib. 2. Epiſtolarum p. 577. edit. Venetæ. *Zupanos* verò Comitum vicem obtinuiſſe autor eſt Preſbyter Diocleates in Hiſt. Dalmat. ut *Banos* Ducum; quo loco *Comites* intelligit urbium aut regionum Præfectos, qui pro arbitratu Principis mittebantur, quo urbes aut regiones regerent. Hos autem ad omne Concilium vocatos, ſimulque cum Ducibus, deinde Regibus, jus deliberandi vel conſulendi habuiſſe, ex veteribus Tabulis tradit Joan. Lucius lib. 2. de Regno Dalmat. cap. 15. unde idem lib. 6. cap. 1. ſcribit *Zupanos* loco Comitum nominari in antiquis Chartis. At poſtquam Croatia & Dalmatia in jura Hungaricorum Regum conceſſerunt, Zupanorum juriſdictiones Comitibus attributæ ſunt, atque inde Zupanorum viluit appellatio, quæ minoribus Præfectis conceſſa deinceps legitur, vel etiam Judicibus.

Supani præſertim appellati Serviæ Principes, Ζουπάνοι Nicetæ in Iſaacio lib. 3. n. 4. Willelmus Tyrius lib. 20. cap. 4. de Serviis: *Hi Magiſtratus habent, quos Suppanos vocant.* Ζουπάνοι γέροντες, Conſtantino de adminiſtrando Imperio cap. 29. Σαρχάνοι τῶν ζουπάνων, Annæ Comnenæ l. 9. Alexiados pag. 265. ἀρχιζουπάνοι τῶν Σερβίων, Cinnamo, & aliis. Iidem &

Megajupani, dicti, in Actis Innocentii III. PP. pag. 65. ex quibus emendanda eadem Acta p. 68. ubi perperam editum *Magnippanus ſerviæ*, niſi legendum ſit *Magnus jupanus*. Stephani Regis Serviæ Sigillum apud Jo. Lucium lib. 5. de Regno Dalmat. pag. 256. σφραγὶς Στεφάνου Μεγάλου Ζουπάνου Νεμανία, id eſt *Stephani Nemanis Magni zupani Sigillum*. Idem Stephanus *Megajupanus* dicitur Thomæ Archid. in Hiſt. Salonitana c. 26. *Stephanus Dominus Serviæ, ſive Raſciæ, qui Mega-*

juppanus appellabatur. ἀρχιζούπανος, Nicetæ in Manuele lib. 2. n. 7.

Neque apud Dalmatas & Servios tantùm hæc dignitas obtinuit, ſed & apud Hungaros, quibus ita appellati quibus proxima à Rege poteſtas erat, ut autor eſt Cinnamus lib. 6. cap. 4. qui Hungaricorum ζουπάνων præterea meminit lib. 5. cap. 20. & alibi.

Supanos, vel *Sopanos*, etiam habuere Bohemi, ut eſt apud Godefridum Monachum S. Pantaleonis an. 1212. & in Hiſtoria Auſtrali an. 1285. & 1290. Vide Chronicon Montis-Sereni an. 1109. & Notas noſtras ad Alexiadem pag. 347.

Poſtzupani, Zupanorum ſubſtituti, Vicarii, vel vicem gerentes. Vide Jo. Lucium p. 96. 97. 132.

ZUPPA, Sagum militare, ex Gallico *Juppe*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. *Eſt neceſſarium quod quilibet homo armata prædicta habeat zuppam unam aptam & dextram protinus ad ferendum.*

ZURB, ſeu *zurba*, *ceſpes*, *terra avulſa*, in Gloſſ. Latino-Theothiſco. Unde ceſpites ignei *turbes*, vel *tourbes*. Lex Alamannorum tit. 84. *Tollat de ipſa terra, quod Alamanni Zurb dicunt.* Alii codd. habent *zurf*, alii *curſodi.*

Zwod, Tributi ſpecies apud Bohemos. Occurrit in Charta Ottacari Regis anno 1221. in Bohemia pia lib. 6. pag. 88.

ADDENDA
ET
EMENDANDA.

O.

O *In fine, poſt deſcriptione, adde :* Jacob. Waræus in Antiquit Hibernicis cap. 9. ait regnante Brieno Rege Hiberniæ, Hibernorum cognomina, ſive familiarum nomina cœpiſſe eſſe fixa, poſteriſque tradita, cum præpoſita, vel aſpiratione, *h.* vel voce, *va*, quæ poſtea mutata eſt in vocalem, O, & ſignificat unum è poſteris viri alicujus primarii, ut *O-Brien, O-Conner*, &c.

Obaudire. Adde ſub finem :

Obaudire, Non audire. Alanus lib. 6. Anticlaudiani cap. 2.

Ergo minis, precibus, pulſu, clamore ſoporem
Expugnare parat, ſed talis ſomnus obaudit.

Oblata. Pag. 9. l. 8. *Poſt*, haberet. *Adde :* Occurrit præterea in Conſuetud. Lorriacenſi an. 1494. cap. 3. art. 4.

Oblatorium, idem quod *Offertorium*, vas ſcilicet oblationibus ferendis idoneum. Bernardus Mon. in Conſuet. Cluniac. MSS. c. 52. *Oblatio ſacra miniſterii cum vino à Priore offerenda, ab uno Sacerdote cappa induto exhibetur : aqua etiam cum argenteo oblatorio ab uno Diaconorum nihilhominus cappa induto cum offertorio ſerico infertur.*

Oblati. Pag. 11. l. 37. *poſt*, cæteris. *Adde :* S. Hieronym. Epiſt. 7. *Offerre nec ut filiam poteſtatis tuæ fuit : quanquam alia ſit tua conditio, quæ priùs eam voviſti quam conciperes : ut autem oblatam non negligas, ad periculum tuum pertinet.* Adde Epiſt. 12. initio.

Ibidem, pag. 14. l. 60. *poſt*, Lanfranci, *adde :* Steph. Baluzius in nova Collect. Formul. c. 31.

Ibid. l. 60. poſt conceditur, *adde :*

Neque tantùm filii à parentibus, aut pupilli à tutoribus, ſed etiam pueri quivis, qui ultrò Monachicam vitam inibant, ab uno è Monachis offerebantur. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 29. *Puer qui cum Laïcali vel Clericali habitu venerit, hunc Camerarius in veſtiarium ducit, eodem modo veſtiendum, quo quilibet novitius veſtitur, præter quod ei non ſtamineum, ſed pro ſtamineo camiſia linea datur. Cum viſum fuerit D. Abbati capellum de frocco ejus jubet auferri, & cucullam ei dandam benedicit. Jubet etiam uni fratrum ut puerum offerat in vice parentum ejus. Qui petitionem quam facturus eſt ſcriptam habens, confirmans eam ſigno propria manus, & poſtea eam legit in aperto, & mittit in manum D. Abbatis. Eſt autem hujuſmodi : Ego frater ill. offero Deo & ſanctis Apoſtolis ejus hunc puerum nomine ill. in vice parentum ejus cum oblatione in manu, atque petitione altaris palla manu ejus involuta, &c. Accipit ipſe puer cum offertorio patenam & calicem hoſtia impoſita, & ita Vicarius ille involvit manum pueri cum palla altaris, ut tam ipſum puerum, quàm ejus ſacrificium offerat à Sacerdote recipiendum. Poſtea induitur cuculla, & de cætero benedictio ejus differtur uſque ad legitimam ætatem, id ſi non amplius, uſque ad 15. annos ætatis.* Eadem habet Udalricus lib. 3. c. 8. ex quo poſtrema verba ſuprà deſcripſimus.

Obtinere. *Sub finem adde :*

Obtinere, Superare, rationibus ad ſuas partes trahere, noſtri *Gagner* dicunt. Auctor Prædeſtinati lib. 1. Hæreſ. 30. *Hos ſanctus Joannes Conſtantinopolites Epiſcopus tali ratione in multis civitatibus obtinuit.* Et Hær. 33. *Hos obtinuit Craton Epiſcopus Syrorum.* Adde Hæreſ. 39. Alibi voce *ſuperavit* utitur, ut hæreſi 27. &c.

Obtusitas *hiemis, operis : Duræ cervicis obtuſitas*, apud Auctorem de Diſciplina Scholarium c. 1.

Odorenceci, Canis venaticus qui odore feras ſequitur. Virgil. *Et odora canum vis.* Liber Anglicus inſcriptus *Juſtice of peace* pag. 66. *Quod nullus homo qui Laicus exiſtit, leporarios, lyciſcas, ſeu odorenceccos teneat vel exerceat*, &c. Occurrit ibi pluries. De *lyciſcis*, multa dixit Ulitus ad Gratium.

Offerencium. In fine adde :

Offerentia, eadem notione. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 5. *Poſt offerentiam majoris Miſſa*, &c.

Offerre. Pag. 36. *poſt l. 53. adde :* Ferrandus Diaconus Carthagin. *Nonne ſolos parvulos ritè credimus offerentium fide ſalvari*, &c.

Ibidem. pag. 37. l. 29. poſt, l'ara, &c. *adde :* Charta Beatricis Abbatiſſæ B. Mariæ Sueſſion. an. 1231. *Omnes hæreditates ad propinquiorem hæredem per eſcheanciam devolventur : & poterit quilibet tenere terram ſuam & uxoris ſuæ, & ſint omnes pares & hæredes ad terram tenendam illi qui per linagium & jus debent venire ad eam. Venditores autem & emptores venient ad Majorem & Scabinos noſtros, & ſe deveſtiet venditor in manu Majoris, & Major inveſtiet emptorem per duos ſeſtarios vini Majori & Scabinis. Venditor autem, ſi voluerit, poteſt offerre terram ſuam propinquo : & de qualibet oblatione quam faciet, erit quitus per 2. ſeſtarios vini Majori & Scabinis, quod debent teſtificari, ſi factum eſt coram eis : & hæres cui erit oblata, debet eam capere infra quindenam, alioquin eam amittit. Hæres verò cui non eſſet oblata, qui non eſſet expatriatus, poſſit revenire infra annum & diem ad eam per ſumptus rationabiles ad dictum Scabinorum. Quam ſi non caperet infra annum & diem, nihil haberet ulterius in ea. Et ſi aliquis eſſet expatriatus, & reveniret, ſi ei offeratur & non capiat eam infra quindenam, eam amittit. Quod ſi ei non offeratur intra annum & diem, ad eam poteſt revenire. Et ſi annus & dies præterierint, quin eam capiat, debet eam habere per ſumptus rationabiles ad dictum Scabinorum. Et ſi contigerit quod terra devolvatur*

*jure hereditario ad aliquem, eam intromarſabit: etſi plu-
res fuerint heredes, quilibet eorum tenetur intromanſare,
& tenetur quilibet ſolvere Majori, Scabini, & Decano
16. den. Pariſ. videlicet cuilibet Scabino 3. den. Majori
3. den. & Decano 4. & Eccleſiæ noſtræ de qualibet intrama-
ſatione tenetur ſolvere 2. ſeſtarios vini.*

OFFEX, qui alicui *officit*, qui impedit. Fridegodus in S. Vuilfrido c. 53.

Ut frater congrex, ſcelerum, ſicut patet, effex.

OLIBANUM. *In fine adde*: Bulla Nicolai IV. PP. de Cenſib. Eccl. Rom. in Regno Siciliæ, Campania, & Maritima: *Monaſterium S. Marci de Fora 4. libras olibani.*

OLIVITOR, qui olivas curat, ut *Vinitor*, vineas, apud Sidon. lib. 2. Epiſt. 9.

OPENTHEFT. Sic leg. *mox*: open, pro oƒen.

OPUS. *P. 51. l. 26. poſt* impenditur. *Adde*: S. Bernard.
ſerm. 40. ſuper Cantica Cantic. *Ex regula noſtra nihil
operi Dei præponere licet: quo quidem nomine laudum ſo-
lennia quæ Deo in oratorio perſolvuntur quotidie, pater
ideo Benedictus voluit appellare, ut ex hoc clariùs aperi-
ret, quia nos operi illi vellet eſſe intentos.*

Ibidem, in fine adde:

Opus nuptiarum, non ſemel apud S. Hieron. in libris adverſus Jovinianum, & in Apologia ad Pammachium.

ORATIO. *P. 55. l. 42. poſt* cap. 53. *adde*: S. Fulgentius lib. 9. contra Fabianum, Frag. 31. apud Chiffletium.

Ibidem, pag. 55. l. 48. poſt Eccleſia, *adde*: Has por-
rò orationes formula iſta, *Per Jeſum Filium Dominum
noſtrum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſan-
cti*, quæ in Romana etiamnum obſervatur, finiendi uſum
profluxiſſe ab Eccleſiis Africanis, docet S. Fulgentius
in Epiſtola ad Ferrandum Diacon. Carthagin. de Quin-
que quæſtion.

ORDO. *Pag. 61. l. 50. poſt* Epiſcopi. *Adde*: S. Hieron. in
cap. Eſaiæ: Χειροτονίας, *id eſt ordinationem Clericorum,
quæ non ſolùm ad imprecationem vocis, ſed ad impoſitio-
nem impletur manus.*

Ibidem, pag. 62. l. 44. poſt c. 11. *adde*: Ita etiam *Li-
ber ordinis* in Statut. Antiq. Cartuſienſ. 1. part. c. 46.
§. 1. *Ne ibi ſanctus ordo tepeſcat*, in Form. 37. ex Balu-
zianis.

ORMISCUS. *Adde in fine*: Lexicon MS. Reg. cod. 930.
Ὁρμίσκος, [illegible], μανιάκιον.

OSTMANNI. *Adde in fine*: ſed maximè Jacobum Waræum
in Antiquitatib. Hibernicis cap. 24. ubi totam Oſtman-
norum Hibernicorum hiſtoriam complexus eſt.

OTLINGUA. *In fine, adde*: Vetus Charta laudata à v. cl.
St. Baluzio, de manſionibus & novalibus S. Salvatoris
Cenomanenſis: *In Autlingua Saxonia unum.* Laudatur
ab eodem Præceptum Caroli C. quo Attoni dat villam
*Heidram, ſitam in Comitatu Baiocenſe, in pagello qui di-
citur Otlingua Saxonia.*

OVISER. Lin. 3. *Poſt*, voces. *Adde*: rectiùs aliud Gloſſ.
MS. è Bibl. Sangermanenſi: *Oviſer*, [illegible] ἄχιον.

P.

PAGANUS. *Pag. 85. l. 22. poſt* effecti ſunt. *Adde*: Et
ſanè Chriſtum in majoribus urbibus duntaxat cul-
tum innuit Severus ſanctus, ſeu Endeleichus Rhetor, in
Carmine de Mortibus boum:

Signum quod perhibent eſſe Crucis Dei,
Magnis qui colitur ſolus in urbibus,
Chriſtus perpetui gloria nominis,
Cujus filius unicus.

PALATIUM. Pag. 98. l. 3. Sed & Infancionum ædes apud
Aragonenſes *Palatia* ferè ſemper vocant Fori Oſcenſes
Jacobi I. Regis Arag. in quibus eadem erat immunitas
quæ in Eccleſiis, adeò ut *ſi quis malefactor perpetrato cri-
mine, vel maleficio, pro ſe defendendo, eas intraverit, non
debeat inde extrahi violenter, niſi fuerit latro, vel raptor,
aut traditor manifeſtus.*

PALLÆ *ſepulchrales. l. 11. poſt* potuerunt, *adde*: S. Hie-
ronym. Epiſt. 25. c. 1. *Ex more parantur exequiæ, &
Nobilium ordine præeunte, aureum feretro velamen ob-
tenditur.* In Vita S. Pauli Eremitæ: *Cur & mortuos ve-
ſtros auratis obvolvitis veſtibus?*

PALLIUM. *Pag. 108. poſt lin. 38. & verbum*, cap. 45.
adde.

Extat Epiſtola Alexandri III. PP. in Conciliis Roto-
magenſis Eccleſiæ pag. 160. qua ad quæſitum Rotrodi
Archiep. Rotomag. *utrum liceret ſibi pallium ſuum alii
Metropolitano commodare, ſi contingeret ipſum ſine pal-
lio ſuo ad Eccleſiam ſibi* (Arch. Rotom.) *commiſſam in
aliqua præcipua ſolemnitate venire, & in eadem Eccleſia
Miſſarum ſolennia celebrare*: reſpondet, *non videri eſſe
conveniens, ut pallium ſuum alii commodaret, cùm pallium
ſuum non tranſeat, ſed quiſquam cum eo debeat ſepeliri.*

PALMA. Pag. 110. l. 43. *poſt* manus &c. *adde*: Fori Oſ-
cæ an. 1247. *Cùm inter emptorem & venditorem ſuper re
quæ venditur, ſit certa conventio pretii per palmatam, ſol-
vat alteri 5. ſolid. qui voluerit reſilire.*

PALMATIANA. *l. 10. poſt*, & alii, *adde*: ſeu *palmarum fructus
expreſſos in liquorem*, ut ait S. Hieronym. de Vita Cle-
ricorum.

PALTONARIUS, Superbus, ferox, ex veteri Francico
Pautonnier. Statuta Guigonis II. Prioris Cartuſienſis
c. 20. n. 4. *Ergo ego relicta cella mea, clauſtro meo, &
quid propoſuerim oblitus, propter gyrovagos, gyrovagus,
propter paltonarios, paltonarius, & propter ſuſcipiendas
paſcendoſque ſeculares efficiar ſecularis?* Philippus *Mou-
kes* in Philippo Auguſto:

Et tant les avoit en deſtroit,
Qu'il maintenoit ces Cevaliers,
Come vilains & Pautoniers.

Le Roman de Garin le Loherans:

Foucaut appelle, qui fu né de Paris,
Truans eſtoit, Pautoniers & coquins.

Ruſſum:

Nel tenist pas par garçon pautonier.

Guill. de Guignevilla:

Si que contre tele pautonniere,
Fait bon avoir ceste gorgiere.

Alibi:

Adont li liſſe pautonniere,
Que le male paſſion fiere,
Maresua, en moy abaiant, &c.

Alanus Charterius in Curiali: *Souvent fait le peuple de
grans admirations de la riche robe d'un orgueilleus pauton-
nier, mais il ne ſçait par quel labeur, ny à quelle diffi-
culté il l'a acquiſe.*

Hinc *Pautonnerie*, pro ſuperbia: *Le Doctrinal de Cour-
toiſie*:

Et s'il eſt aucuns hom qui volentiers tournie,
Ki ſeit fel & meſle plein de pautonnerie,
Auvers, & angoiſſos, à poi de corteiſie.

PANIS. *Pag. 119. poſt*, ſacramentum eſt. *adde*: Hinc *pa-
nis benedictus fieri* vetatur *in die Paſcha, & in feſtivitati-
bus, quibus ſolent & debent corpus Chriſti recipere Chri-
ſtiani*, in Præceptis Synodalibus Petri de Collemedio
Archiep. Rotomag.

Ibidem. Pag. 122. *lin. penult. poſt* completum. *adde*:
Eddius Stephanus in Vita S. Vuilfridi cap. 57. *Et illa
die omnes Epiſcopi ſe invicem oſculantes & amplexantes,
panemque frangentes communicaverunt*, &c.

Ibidem, pag. 125. l. 41. poſt cotta. *adde*: idem &
panis Romanus vulgò appellatur. Vide Angelum Pa-
leam in Antidotarium Meſuæ c. 274.

Ibidem pag. 126. 30. poſt hordeo. *adde*: *Panem vaſ-
ſallorum* vocat Bernardus Mon. in Conſuet. Cluniac. c.
25. *Et illis qui ſoliti ſunt habere panem de ſiligine, qui vul-
gò Vaſalors, & qui panem qui vocatur Vaſalors ſoliti ſunt
habere, triticeus albus unicuique juxta unæ, denarios au-
tem dat Camerarius.*

Ibidem pag. 127. l. 18. poſt, 365. *adde*: Huc ſpectant
iſta Hieronymi de Vita Clericor. *Fortiſſimum jejunium
eſt*

eſt aqua & panis, &c.

PANNELLUS. Vide in *Pavenſes*.

PANNUS. Pag. 128. *poſt l.* 10. *adde*.

Panni rotundi. Bulla Adriani IV. PP. pro Canonicis Placentinis apud Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccl. Placent. in Regeſto 2. part. n. 12. *Et pannos rotundos deferentes in Eccleſia conſtitutis horis Domino ſecundum conſuetudinem deſervire*. Adde ch. 60.

PAPA. *Pag.* 129. l. 61 *poſt* lib. 10. c. 32. &c. *adde*, Petrus Antiochenus Epiſcopus in Epiſt. ad Dominicum Gradenſem Epiſcopum in MS. cod. Bibl. Reg. ait quinque numero eſſe Patriarchas in Eccleſiæ corpore, quod ab eis adminiſtratur ad exemplum quinque corporis humani ſenſuum: inter eos Antiochenum Epiſcopum propriè dici Patriarcham, Romanum verò & Alexandrinum nuncupari Papas, Conſtantinopolitanum & Hieroſolymitanum Archiepiſcopos.

PAPAS. *Pag.* 131. *l.* 26. *poſt* Græco-Barbaris. *Adde*, ſed & ejuſmodi *παπάδων* uxores *παπαδίαι* appellantur in Nomocanone nuper edito à viro doctiſſimo Jo. Bapt. Cotelerio to. 1. Monumentor. Eccl. Græcæ c. 137.

PAR. *Pag.* 133. *l.* 67. *poſt* dam. *adde*. Extat in Bibl. Vallis S. Martini Lovanienſ. Liber Adami Abbatis, *adverſus eos qui reprehendunt Eccleſias, in quibus cantatur, Martine par Apoſtolis*, &c.

PARABOLA. *In fine adde*.

Parabola, vox in Evangeliis frequens, *i. ſimilitudo, quæ ab eo vocatur, quod alteri ἀφομοιοῦται, hoc eſt aſſimilatur, & quaſi umbra prævium veritatis eſt*. S. Hieron. Epiſt. 151. quæſt. 6.

PARADISUS. *Pag.* 147. *l.* 32. *poſt* cap. 8. *adde*. Ugutio: *Paradiſus eſt locus orientis partibus conſtructus*.

PARATOR. *In fine adde*.

Parator. Charta an. 1257. apud Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2. p. 1035. *Pro quibus omnibus — firmiter obſervandis, — præfatum Dom. Regem & ſucceſſores ſuos eiſdem mercatoribus principales conſtituerunt debitores, & paratores*, &c.

PARCUS. *P.* 158. *l.* 17. *poſt paſtulum*, *adde*: S. Hieronym. in c. 13. Eſaiæ: *Didicimus à quodam fratre Elamita, — venationis Regis eſſe in Babylone, & omnis generis beſtias murorum ejus tantum ambitu coërceri*.

PAREGORIZARE. *L.* 3. *poſt* ſanant, *adde*: Vide Gariopontum lib. 1. c. 19. *In fine adde*, Utitur etiam S. Auguſtinus in libris de Trinitate.

PARENTALIA. *L.* 3. *poſt* Hieremiam, *adde*, c. 16. ubi à Græcis *περίδειπνα* appellari ait. Adde eundem in c. 24. Ezechiel. & in c. 9. Oſeæ.

PARIA, *in fine adde*, Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ 1247. fol. 21. *Villanus de parada tenetur fidejubere pro ſuo domino, quotienſcunque neceſſe fuerit ipſo domino: & dominus trahat ipſum de ipſa fidanciaria, ita quod pro illa non veniat ei damnum, vel paria. Et ſi fortè pariabit pro ipſa fidanciaria, de cætero non intret pro illo ipſa fidancia*, &c.

PARNAGIUM, pro *Paſnagium*, occurrit non ſemel in Regeſto Caſtri-Lidi in Andibus. Vide *Paſtionaticum*.

PARRALE, Pergula, clatri, *Treille de vigne*, ex Hiſpanico *Parral*. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oſcæ an. 1247. f. 17. *De palo de parrale, qui de nocte vel de die traxerit, vel ſolverit eam, det de calonia 60. ſol*.

PARS. *P.* 170. *l.* 59. *poſt* ſervamus *adde*. Ita vocem pro factione uſurpat S. Hieronym. Epiſt. 7. *Qui ſub occaſione partium clementiſſimi Principis ſæviſſimus omnium extitit tyrannorum*.

Ibidem, p. 173. *poſt l.* 9. *adde*: neſcio an huc pertineat vetus Inſcriptio Placentiæ, apud Petrum Mariam Campum lib. 14. Hiſt. Eccleſ. Placentinæ: V. F. C. TERENTIUS. FRUCTUS. SIBI. ET. ATTICO. SER. Q. I. VIXIT. ANN. XX. LITTERATUS GRECIS. ET. LATINIS. LIBRARIUS. PARTES. DIXIT. CCC. IN. FR. P. XV. IN AG. P. XXV.

Ibidem l. 12. *poſt* Smaragdi, *adde*. Jo. Molinetus pag. 117.

Scait ſes pars & ſon cathonnet.

PARTICIPATUS, *ſocietas*, in Gloſſis MSS. S. Germani Pariſ. cod. 524.

PARTITA. *In fine*; Hiſpani *Partida* eadem notione dicunt. Vide Foros Aragon. p. 21. v. edit. 1624.

PASCHA. P. 179. *l.* 20. *poſt* 8. &c. *adde*: *Paſchalis Epiſtola* Theophili meminit S. Hieronymus lib. 3. in Ruffinum c. 5.

PASCHALIS *Epiſtola*, *l.* 21. *poſt* vide, *adde*, S. Hieronym. Epiſt. 31.

PASTILLUS. *In fine adde*.

Paſtilleſcere, in paſtillum evadere. Gariopontus l. 3. Paſſion. c. 24. *Et ſimul omnia mixta tamdiu malaxadones paſtilleſcant*.

PASTOFORIUM. *In fine adde*.

Paſtoforium pro pera Paſtorali uſurpat auctor Prædeſtinati lib. 1. extremo: *Nos Hebræi pueri tui David paſtoforium adſumentes, de lapide tuo angulari pugnemus*.

PASTUS. P. 189. *l.* 12. *poſt* &c. *Adde*, Regeſtum Caſtri-Lidi in Andibus fol. 27. *Comes habet etiam in terra de Corcillon hoſtem, cuſtodiam, talliatam; & in molendino de Sarrevel paſtum canibus ſemel in anno*.

PATELLA. P. 190. *l.* 14. *poſt*, &c. *adde*.

Patella. Charta Gaufredi Comitis Andegav. an. 1135. ex Archivo Regio: *Quicunque autem voluerit vinum Andegavis adducat, itaque non cum patella, ſed cum lagunculis illud vendat, Comitique ſuam coſtumam rectam, ſcilicet de ſingulis modiis quinque denarios reddat*.

Pater ſpiritualis dicitur Sacerdos, &c. *Adde in fine*, ſed & Patrinus. Homilia Anonymi in Aſcenſu Domini: *Et certè dignum eſt, ut qui peccato carnalium parentum polluuntur, fide ſpiritalium parentum ſalventur*.

PATRIARCHA. *P.* 194. *l.* 61. *poſt* Epiſt. 13. *adde*. In præfatione Synodi Matiſconenſis II. an. 585. Priſcus Lugdunenſis Epiſcopus *Patriarcha* nuncupatur; in Canone verò ultimo *Metropolitanus*.

PATROCINIUM. *l.* 2. *poſt* donati. *adde*. Primum Teſtamentum Widradi Abbatis: *Similiter & illas ceſſiones quas ad libertos noſtros Giſleberto & Grimberto Clericis ad eorum ingenuitates confirmandas Daalonecas in Bernato & in Cereſio fecimus, quando ipſos pro anima noſtra remedio ingenuos dimiſimus, ut dum adviuunt hoc teneant; & poſt eorum diſceſſum, cum omne ſuperpoſito ad jam dictam caſam S. Prejecti, ubi eorum patrocinia & defenſionem conſtituimus, revertere faciant*.

PAVENSES. Charta an. 1299. apud Cherubin. Ghirardaccum lib. 12. Hiſt. Bononienſ. p. 375. *Precamur quatenus dictum caſtrum muniatis victualibus, baliſtis, ſagittamentis, pavenſibus, lumeriis, & pannellis*. Ubi *Pavenſes* videntur eſſe ſcuta majora, quæ noſtri *Pavois* vocabant.

PAUPERTAS. P. 210. *poſt l.* 13. *adde*.

Paupertatula. S. Hieronym. in Epitaph. Marcellæ extremo: *Et te paupertatula ſua, imo per te pauperes reliquit heredes*.

PAX. P 216. l. 11. *poſt* 1184. *adde*, Deſcripſit Thomaſſerius Chartam Pacis Communiæ Faræ indultam ab Ingeranno de Conciaco an. 1207. in qua hæc habentur: *Hominibus de Fara Pacem indulſimus*. Ibid. *Homines Pacis Faræ*. Rurſum: *Termini Pacis hujus ſunt*, &c.

PAXIMATIUM. *L.* 6. *poſt* παξαμᾶς; *adde*, de quo etiam S. Hieronymus lib. 1. adverſus Jovinianum c. 25. *Adnulſum, & elaboratas carnes, ad jura Apicii & Paxami*, &c.

Ibid. l. 10. *poſt* pag. 534. *adde*. Felix Faber lib. 1. Hiſt. Suevorum c. 8. *Non ſolùm autem noſtrum uſualem panem bene percoquunt, ſed paximacios vel biſcoctos pro cibo marino vel bellico adeo artificialiter parant, ut domini Venetiani in publicis furnariis paximatios non niſi Theutonicos habeant*, &c.

PECTORALE. *P.* 220. *poſt l.* 37 *adde*.

Pectoralis faſcia. S. Hieronym. in Iſaiæ c. 3. ad hæc verba: *Et pro faſcia pectorali cilicium: Faſcia pectus texit, & eum poſſidet locum in feminis, quem Rationale in Pontificibus*.

PEDIARE, quaſi per pedes metiri, menſurare. Fori Aragon. lib. 3. p. 59. *Et ſecundum forum non tenetur ibi aliquid pediare, aut per bogas ſive ſitas aliquid demonſtrare, quia non ſunt talia loca quæ aliter poſſent dividi.* Extat ibidem titul. *de pediandа hæreditate.* Vide Obſervantias pag. 29.

PEDE-PULVEROSI. L. 4. poſt, *oportebat.* adde, Quintilianus lib. 5. c. 10. *Iter pulverulentum facit.*

PEDONES *In fine adde.*

Pedones, in Foris Aragon. lib. 1. p. 35. ed. 1624. dicuntur, qui noſtris *Manducatores*, de quibus in hac voce: *Prætextu alicujus reſiſtentiæ vel rebelliæ eiſdem factæ procedebatur ad appoſitionem pedonum Regiorum in aliquibus de dictis locis*, &c. *Appoſer gariſon* vulgò dicimus.

PENDICIUM, Penſitatio, Præſtatio. Charta Anſelmi Archiep. Mediolanenſis, in Tabul. Cluniacenſi ch. 136. *Eo ſcilicet ordine, ut præfata Eccleſia de Calvenzano amodo abſque pendicio & conditione libera, liberè Cluniacenſi Monaſterio deſerviat.*

PERCHIA, Cornua cervi, ex Gall. *Perche*, in Charta Henrici III. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 65.

PERCUSSORES, qui anteneaſmo, ſpecie maniæ, laborant: *Hos* inquit Gariopontus in Paſſionario Galeni lib. 1. c. 11. *Latini Percuſſores, alii Cauſarios vocant.*

PERDIDOSUS, qui rem aliquam perdidit. Martinus Didacus *Daux* Juſtitia Aragon. lib. 6. Obſervant. tit. de Privileg. Militum, §. 9. *Quod ſi facere noluerint, vel nequiverint, dominus loci, & homines teneantur emendare maleficium perdidoſo, ſacramento ejus*, &c.

PERNICULA, ἱμάτιν ἄνω, in Gloſſ. Gr. Lat.

PERO. *L. 5. poſt*, ſacco, *adde*, ut & Hieronym. in Quæſt. in Geneſim.

PERRIPARII. *Adde in fine*, At hic *Perriparii*, videntur eſſe bubulci aut agricolæ, qui bobus arantibus inſiſtunt, quibus dum ad laborem exequendum hos urgent, neſcio quid agreſte aut inſulſum occinunt; unde pro *veertuere*, legendum fortè *occinere*.

PERSONA. *P. 249. l. 40. poſt* Procuratorem. *Adde*, Vide Concilium Rotomag. an. 1189. c. 6. 8.

PES. P. 254. *l.* 39. *poſt* occurrit. *Adde.* Vigilius Tapſenſis lib 1. contra Arrianos c. 1. *Alios quoque effoſſis oculis, ac poplitibus amputatis, ſemivivos reliquit.*

Ibid. l 66. *poſt* Principis, *adde*, l. 3. C. de Fugitivis, & Cujac. lib. 7. Obſerv. c. 13. & v. cl. Ægid. Menagium in Amœnitatib. Juris c. 32. ſecundæ edit.

Ibid. P. 255. *l* 13 *poſt* perſanari. *adde*, *Imagines ex limo & cera confictæ* à maleficis, in Hiſt. Pontificum & Comitum Engoliſmenſium cap. 25.

PETITIO. *Pag.* 257. l. 38. *poſt* admittetur. *adde*, Formulas ejuſmodi petitionum habes inter Baluzianas 32. 33.

Ibidem, *l.* 42. *poſt* Imperii. *adde.* Vide Symmach. lib. 1. Epiſt. 11.

PETITUM, Menſuræ liquidorum ſpecies apud Romanos ſub an. 1300. ut autor eſt Nicolaus de Fractura, & ex eo Petrus Boërius in Comment. in Regulam S Benedicti: ſic appellata à quodam *Peto*, ut eſt apud Villalpandum lib. de Menſur. c. 20.

PHARISEARE. *Poſt l.* 60. *adde*, S. Hieron. adverſus Luciferianos c. 8. *Phariſæi à Judæis diviſi propter quaſdam obſervationes ſuperfluas, nomen quoque à diſſidio ſuſceperunt.*

PHRYGIUM. *P.* 265. *l.* 11. *poſt* ignea ſunt &c. *Adde.* Denique Jacobus Stephaneſcus Cardin. lib. 2. de Coronatione Bonifacii VIII. cap. 7.

Tunc ſenior Levita manu diadema vetuſtum
Imperii ſignum, pavonis cortice candens
Pennarum intexto, gemmis radiantibus auro,
Vallatum in gyro, cui ſummo in vertice carbo
Evomit & cubito gemmarum maxima flammas.
Impoſuit capiti, ſphera, cubitique figuram.
Accipiens Phrygium, lapidem fulgoris inanem
Quondam, ſed nivei plenum candoris acuto
Vertice contentum gemma, nuxe temporis antium:
Hæc Romana tenens quondam faſtigia Cæſar
Conſtantinus apex ſtatuit, tum primus in orbe
Fonte ſacro purgatus herus, propriis ſibi Regnum
Seu Phrygium manibus ſilveſtri in vertice preſſit.

PHYLACTERIUM. *l.* 29. *poſt* 310. *ſcribe ad finem.* Et Concilia Eccleſiæ Rotomagenſis p. 254.

PIABILIS, *Grandis.* Sic Gloſſæ antiq. MSS.

PICTA. *Pag.* 272. *l.* 29. *poſt* Conventus. *Adde.* Utuntur Conſtitut. Ord. Prædic. Diſtinct. 1. c. 5. §. 2.

Ibid. l. 24. *poſt*, coctus. *adde.* Guigo II. in Statutis Ord. Cartuſienſis cap. 33. §. 5. *De caſeo namque ſeu piſcibus, aut ovis, vel ſi quid ejuſmodi quæ Pitancias vocamus, ſemel ſumimus.* Neſcio an alia ſignificatione cap. 35. §. 2. *Sed & ſi cui pitanciam aliquam ſeu cibi ſeu ſomni, vel alterius cujuſlibet rei facere, aut durum & grave aliquid imponere voluerit*, &c. Ita in Statutis antiquis ejuſdem Ord. parte 2. c. 14. §. 27. ubi videtur ſumi pro *Pœnitentia.*

PIGELLA, *quoddam genus vaſis, ſcilicet arcepta, quia depreſſa eſt.* Ugutio.

PIGNALE, idem quod *Pignus.* Fori Oſcæ an. 1247. fol. 4. *Qui pignorat unus ad alium hæreditatem, aut res mobiles, dando ſuum haver, quantum habet ſuper ſuum pignale, debet ſtatim ſuum pignale recuperare, & qui tenet ipſum in pignore, debet accipere in computum, ſi quod expletjum acceperit de ipſa hæreditate.* Fol. 13. *De illo qui emit, aut accepit in pignus hæreditatem aliquam, — emptor, aut qui pignale accepit poteſt de facili eam amittere.*

PIGNOLATUM. *L.* 5. *poſt* utebantur, *adde.* Urbanus IV. PP. in Regula Militum Ord. S. Mariæ, apud Ghirardaccum in Hiſt. Bonon. *Habeant tunicam interiorem de panno laneo albo vel pignolato*, &c.

PIGNUS. *in fine, adde.*

Pignora viva, Animal, pecus. Fori Oſcæ an. 1247. fol. 3. *Cum ſuper aliquod factum voluerit homo pignorare alium hominem, & is quem vult pignorare habuerit pignoram vivam, qualem judicat Forus, ſi tenuerit eam incluſam*, &c. Fol. 8. *Et quod ipſa caſa ſit cum habitatore qui faciat ibi ignem, & adhuc quæ habeat pignoram vivam in eadem villa, cavallum, aut equam*, &c. Occurrit paſſim in Foris Aragon.

PILLUM. Formula 30. ex Baluzianis: *Et cum de ipſas res in omnibus veſtrum & pillo & feſtuca exinde in omnibus ſe exitum dixit & fecit.*

PILORICUM. *Pag.* 79. *poſt* cognoſcant. *adde.*

Pellericum. Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 8. tit. de Crimine falſi: *In pellerico ponatur in camiſia, & ſtet ibi à pulſatione tertiæ uſque ad meridiem.*

PINCERNA. *Pag.* 280. l. 64. *poſt*, auſter. *adde*, S. Hieronymus in Quæſt. in Geneſim: *Ubi nos poſuimus Principem vinariorum, — quem nos poſſumus more vulgi vocare Pincernam. Nec vile putatur officium, cum apud Reges barbaros uſque hodie maximæ dignitatis ſit, Regi poculum porrexiſſe.*

PINGUEDO, in Capitul. Aquiſgran. an. 817. c. 22. idem quod *ſagimen*, de qua voce infra, & Menardus ad Concord. Regular. pag. 709. Aliud ſonat in Charta Edw. I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertat. Eccleſ. Angl. to. 3. p. 786. *Mandamus vobis quod in parcis Epiſcopatus prædicti centum damos in inſtanti ſeiſona pinguedinis capi, ſalsiri & ſiccari, — faciatis.*

PINSA, *Inſtrumentum pinſendi: unde quidam, Neque pinſis ſui, neque mol. lui, unde habes pinſulam edo.* Sic Ugutio MS.

PIPIZO. S. Hieronymus Epiſt. 22. c. 12. *Huic inimica caſtitas, inimica jejunia: prandium nidoribus probat & altili Geranopepan,* (al. *Geronopepan*) *vulgò Pipizo nominatur* Ubi Marianus ex voce *Geronopepan*, γέρων ὁ πέπων conficit, ut dictus ille fuerit *ſenex delicatulus*, vel fortè etiam ironicè *maturus.* Addit & *Pipizonem* vocatum, quod altilibus & ſaginatis cibis delectaretur, quia *pipizare* propria ſit cortalium avium vox. Quid ſi legatur *altili gerane*, qui vulgò *Pipizo* nominatur?

Piraterium. Apud S. Maximum Taurin. Homil. de Non timendis hoſtib. carnalib. ex Job c. 7. *Piraterium eſt vita hominis ſuper terram.* Ubi Vulgata, *Militia* habet, S. Hieronymus lib. 2. adverſus Jovinian. *tentatio*, Græca verò πειρατήριον. Lege eundem Hieron.

Pistaculum, *Pilum*, ὕπερον, in Gloſſ. Gr. Lat.

Piscina. *l.* 11. *poſt*, ignem. *Adde*: Vide Concilia Rotomagenſia p. 228.

Pittacium. l. 11. *poſt* repetiatus, *adde*, ex Joſue c. 9. *Calceamentaque peramiqua, quæ ad indicium vetuſtatis pittaciis conſuta erant.* Ubi Gr. editio σανδάλια καττυματώδη habet.

Placitum. P. 292. l. 2. *ſcribe*. Charta Beatricis Abbatiſſæ B. Mariæ Sueſſion. an. 1231. *Secundum autem quod homines juſtitiabiles qui de nobis terras tenent, debent nobis unum placitum generale ſingulis annis in curia noſtra de Parigni ad viceſimum diem Natalis Domini: & qui inde defecerit, per 2. ſolid. Pariſ. de lege emendaret.*

Ibidem p. 296. l. 49. *poſt* enſis. *Adde*. Charta Joan. Regis Angliæ apud Guill. Prynneum in Libertatib. Eccleſ. Angl. to. 3. p. 2. *Nos tantummodo tria placita, quæ de ſpata vocantur, in illa civitate* (Lexovienſi) *& banleuca habere, videlicet de Summonitione exercitus, de Via Curia noſtra, & de Moneta.*

Plagella. *In fine adde*. Gariopontus lib. 2. cap. 26. *Et nitrum & ſalem cribellatum cum melle in plagella impones.* Cap. 59. *Stercus columbinum, mellis quod ſufficit, cum calida plagella impones.* Adde lib. 3. c. 18. 39.

Planum. *l.* 2. *poſt*, Planus. *Adde*. Apud Hieron. de locis Hebraïcis, *Araba*, *Aquila Planum, Symmachus Campeſtrem interpretatur.*

Plaudum. Tabularium Caſtri Lidi in Andibus fol. 48. v. *Omnes iſti Milites prædicti debent quadrigatum ad pontem, & biennium, & corveiam, & exercitum, & equitationem, & plaudum, & virgam.* Adde fol. 47. v.

Plecta. l. 18. *poſt*, ſemel. *Adde*. S. Hieronymus Epiſt. 4. inſtituens Monachum: *Vel fiſcellam texe junco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus.* Vide Epiſt 114.

Plumbatum. Poſt l. 8. *adde*.

Plumbatum, Perpendiculum, amuſſis. Ugutioni.

Pluviale. *l.* 8. *poſt* cap. 8. *ſcribe*. Bulla Nicolai III. PP. apud Bzovium an. 1280. n. 5. *Ad incenſandum altare, cum ex more hoc fuerit faciendum, non in cappa linea, ſed ſerica, quæ Pluviale dicitur, Sacerdos accedat.*

Pluviana, Canalis per quem effluunt aquæ pluviales. Charta. an. 1180. apud Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccl. Placentinæ in Regeſto 2. part. ch. 29. *Item de omnibus ſcolaturis & pluvianis quæ labuntur vel decurrunt per omnes ſtratas*, &c. Occurrit ibi plures.

Podencus. *Adde in fine*. Fori Oſcæ an. 1247. fol. 36. *Quicunque leporarium aut alanum furatus fuerit, — & qui podenco furatus fuerit, cum duobus aliis reddat domino ſuo*, &c.

Pœnitentia. P. 324. l. 20. Atque ii *reddi Pœnitentia* dicebantur. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abb. Corbeienſis lib. 1. c. 26. de quodam patrono qui tria homicidia commiſerat, ut viduæ bona invaderet: *Sed jam divino convicti judicio, confuſi omnes diſceſſere, ac miſer clementer redditus eſt pœnitentia.*

Pœnitentia. Pag. 329. l. 29. *poſt* Caroli. *Adde*. Vide Gul. Prynneum in Libertatib. Anglic. to. 2. pag. 1065.

Pœnitentes. *l.* 8. *poſt* omnes. *Adde*: *In ordine pœnitentium ſtare*, apud S. Hieronym. Epiſt 30. c. 1.

Poipia. *In fine adde*. Obſervat v. cl. Dion. Salvagnius Boiſſius apud Delphinates propriè *poipiam* eſſe agrum ſilveſtrem ſentibus ac ſilvulis obſitum.

Politici *verſus*. *In fine adde*, laudatur Joannis Tzetis liber de Verſibus politicis à Labeo in Biblioth. nova MSS. p. 196.

Pomata. *Ad finem adde*, S. Hieron. Epiſt 2. *Sicera Hebræo ſermone omnis potio nuncupatur quæ inebriare poteſt, ſive illa quæ frumento conficitur, ſive pomorum ſucco, aut cum favi decoquuntur in barbaram & dulcem potionem*, &c.

Pompare. *l.* 26. *poſt* πομπεύειν. *Adde*. Hermogenes lib. 2. p. 406. ait vocem πομπεύειν hac notione, ſeu pro κακηγορεῖν, Græcam non eſſe, ſed à Legibus inductam, tametſi hac uſus ſit Demoſthenes Orat. περὶ στεφάνου.

Portarius. Pag. 354. l. 56. *poſt* cap. 12. *adde*. Statuta, Ord. Præmonſtrat. diſt. 2. c. 17.

Ibidem p. 355. l. 18. *poſt* c. 217. *adde*. *Porteros*, in Foris Aragon. lib. 1. tit. de Portariis, *ubi de eorum* officio.

Portiforium. *In fine ſubjunge*: laudatur à Pitheo in libro de Scriptoribus Anglic. *Oſwaldi Cartuſiani*, qui vixit anno 1450. Liber qui *Portiforium* inſcribitur.

Post. *ad finem ſubde*.

Poſt, In. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abb. Corbeienſis l. 1. cap. 16. *A quibus cum ſuſcepti eſſemus venerabiliter, cœperunt omnes poſt Arſenium noſtrum vultus intendere, eumque — circumvallare*, &c.

Postal. Fori Aragon. lib. 7. f. 132. v. *Si aliquis homo in aliquo caſale veteri apparuerit fundamenta, ſuper quibus tantum poſtea conſtruxerit in gyrum, donec opus illud ſit de tribus tapialibus in altum, & miſerit ipſum caſal in arrevo, & fecerit ibi portal, ſuper quo firmaverit poſtal*, &c.

Postis *ad regulandum*, in ſupellectili libraria, apud Guigonem II. in Statutis Ord. Cartuſienſis c. 28. §. 2. *Signum poſte pulſare per Galileas*, in Statutis antiquis ejuſdem Ord. 1. part. cap. 13. §. 36. 40. parte 2. cap. 16. §. 7. Vide *Tabula*.

Præbenda. *P.* 375. *poſt l.* 22. *adde*.

Præbenda, pro *Præbendarius*. Will. Malmeſburienſis in Vita S. Aldhelmi Epiſc. c. 6. *Erexit Aldhelmus anguſtiorem Eccleſiam in honorem Domini Salvatoris. — quem promoventem his virtutum ſucceſſibus in altum nitentem Leutherius Weſt-Saxonum Epiſcopus conſpicatus, ibidem eum in Præbendam, poſtea in Abbatem erexit.*

Ibidem p. 376. *l.* 3. *poſt*, ſerviunt &c. *adde*. Statuta antiqua Cartuſienſis Ord. 3. part. c. 33. §. 4. *Præbendarii etiamſi debiles ſint, ſenes aut infirmi*, &c. Adde Statuta ejuſdem Ord. an. 1368. part. 3. c. 9. §. 1. 8.

Præcellentissimus. *L.* 7. *poſt* Epiſt. 30. *ſcribe*. Paſchaſio Radberto in Epitaphio Vualæ Abb. Corbeienſis lib. 2. c. 17. Hildeberto Cenoman. Epiſt. 6. ex iis quæ editæ ſunt tom. 13. Spicil.

Præceptor. *L.* 12. *poſt* Caniſii p. 630. *adde*, Vita S. Aldrici Epiſcopi Senonenſis c. 9. apud eruditum Mabillonium to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. *Super quibus jocundatus Imperator Auguſtus, eum Præceptorem Palatinum inſtituit, ut vita Imperialis Aulæ, & majora negotia ſua diſcretionis arbitrio deſinirentur.*

Præsentia. *Poſt l.* 4. *ſcribe*. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Vualæ Abb. Corbeienſis lib. 2. c. 6. de pravis Judicibus ac Comitibus: *Non Conſules, non proviſores patriæ fuerunt, ſed latrones, quorum mentes anguſtas præſentiarum caligo cæcavit*, &c.

Præco. *P.* 581. *l.* 6. *poſt* c. 14. *adde*. Ita *præcones*, pro iis quos *ſervientes* dominicos, ſeu *Sergeans de Seigneuries* appellamus, uſurpat Regeſtum Caſtri-Lidi in Andibus f. 48. *Præco de Suſa debet, hominium & ligetiam Domino Suſa*, &c. Infra: *Si præco cuſtodierit priſonem in Caſtello, expenſam ſuam debet habere, & facere ea quæ ad præconariam pertinuerint.*

Prædicator. *Adde ad finem*.

Prædicatores generales appellant Dominicani, Magiſtros in Theologia, & qui per Priorem Provincialem & Definitores Capituli Provincialis fuerunt inſtituti, &c. Conſtitut. Fratrum Ord. Prædic. diſt. 2. c. 7.

Præfatio. P. 383. l. 25. *poſt* cap. 45. *adde*, Ordinarium Præmonſtrat. c. 10.

PRÆLOCUTOR. *L. 6. poſt*, &c. *adde*. Plinius Junior lib.
8. Epiſt. 21. *Fortè accidit, ut eo die mane in advocatio-
nem ſubitam rogarer, quod mihi cauſam præloquendi de-
dit.*

PRECES. *Ad finem adde.*
Preces. Cùm Epiſcorum electiones liberæ quodammodo vi-
derentur, eoſque ſpectare penes quos id juris erat, Prin-
cipes tamen, partes ſuas variis modis interponebant. Nam
inconſultus iis electionem inire fas non erat; & ſi fa-
cta eſſet electio, regius requirebatur aſſenſus. Sed & in-
terdum electoribus quempiam è familiaribus eligendum
proponebant, ac pro eo *preces* ſe offerre dicebant, de qua
formula extant aliquot Diplomata Henrici III. Regis
Anglor. apud Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2.
p. 922. *Rex B. Archiepiſcopo Cantuar. ſal. Cùm pro-
genitores noſtri Reges Angliæ Epiſcopatus regni Angliæ
liberè conſuevisſent conferre, ac poſtea gratis conceſſiſſent,
quod Cathedrales & Conventuales Eccleſiæ liberas habe-
rent electiones, ſalvis tamen eiſdem progenitoribus noſtris,
& eorum hæredibus Precibus ſuis juſtis & honeſtis de vi-
ris prudentibus & idoneis ibidem præficiendis*, &c. In-
fra: *Et quia ſi præſens negotium quod ita nobis cordi eſt,
ad vota monachorum procederet, tanta nobis & hæredi-
bus noſtris immineret exhæredatio, & Regiæ dignitatis
offenſa, quod omnes Eccleſiæ Cathedrales, in quibus Re-
ligioſi poteſtatem obtinent eligendi, nobis invitis & præ-
cibus noſtris & hæredum noſtrorum penitus excluſis, ab-
jectis etiam & recuſatis nobilioribus & peritioribus Cleri-
cis, qui ad Pontificalem dignitatem provehi ſolent, &
quorum conſilio & induſtria ardua regni & Eccleſiæ ne-
gotia tractari ſaluberiùs conſueverunt, ex ſeipſis exemplo
conſimili ſibi Epiſcopum aſſumerent*, &c. Has verò *pre-
ces, imperioſas & armatas* vocat alicubi Matth. Paris,
qui & illud Poëtæ adducit,

Stricto ſupplicat enſe potens.

PRESBYTER. *L. 12. poſt* dignitatis. *adde*, S. Hiero-
nym. Epiſt. 83. *Apud veteres iidem Epiſcopi & Preſby-
teri fuerunt, quia illud nomen dignitatis eſt, illud ætatis.*
Adde Epiſt. 85.
Preſbiteres, pro *Preſbyteri*, apud Eddium Steph. in S.
Wilfrido c. 50.

PRESBYTERIUM. P. 411. l. 6. poſt meoeſt, &c. *adde*, Epi-
phanius Cypri Epiſcopus: *Ordinavimus Preſbyterum,
& iiſdem verbis quibus antea ſuaſeramus, impulimus ut
ſederet in Ordine Preſbyterii.*
Ibid. l. 8. poſt complacuit. *adde*, S. Hieronymus
in Eſaiæ c. 3. *Et nos habemus in Eccleſia noſtra Senatum
noſtrum, cœtum Preſbyterorum.*

PRINCEPS. P. 424. l. 2. *poſt* 89. *adde*. Willelmus No-
thus Rex Angl. Chartam ſic claudit, apud Prynneum
in Libert. Angl. to. 1. p. 1189. *Ego Willelmus D. G.
Anglorum Rex, & Dux Normannorum, atque Prin-
ceps Cenomanorum.*

PRINCIPALITAS, Principis auctoritas, majeſtas. Libel-
lus precum Marcellini & Fauſtini: *Sed ne aliorum im-
pietatibus & crudelitatibus ſanguis effuſus Chriſtianorum
diu piiſſimum veſtra principalitatis graves imperium.*

PRISÆ. *P. 427. l. 5. poſt* cap. 2. *ſcribe*, Adde Gul.
Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. to. 3. p. 846.

PRIVIGNA, pro *Noverca*, utitur Eddius Stephanus in Vi-
ta S. Wilfridi c. 2.

PRIVILEGIA. *Ad finem adde.*
Privilegiare, Privilegia, immunitates conferre, in Hiſt.
Epiſcop. & Comitum Engoliſmenſium c. 24.

PROCURARE P. 435. *poſt* l. 2. ſed & Legatis Apoſtolicis
& Cardinalibus Româ venientibus. Vide Gul. Pryn-
neum in Libertatib. Angl. to. 2. p. 559.
Ibid. pag. 433. *l.* 53. *poſt* 163. Ita in Epiſt. Hen-
rici III. Reg. Angliæ apud Prynneum in Libert. Angl.
to. 2 p. 580. Bonifacius de Sabaudia, *Procurator Belli-
cenſis Eccleſiæ* dicitur, eo anno quo ad Cantuarienſem eſt
promotus.

PROFERUM. *L. 13. poſt* 9. 12. *adde*, Jo. *Britton* in Legib.
Angl p. 41. v. *Més en tiel cas volons que mitigation
ſoit faite, pur ceo que ceux ſe profrent à combattre pur
noſtre pees maintenir*, &c. Pag. 42. v. *Et ſi aſcun eyt
ſur luy autes arme muſée, & de ceo ſoit greve ſon adver-
ſarie, ou profre de grever*, &c. Pag. 44. v. *Et ſi aſcun
des appellès ſe profre avaunt la utlagerie, ou le appel-
lour face de faute*, &c. Pag. 55. *Et ſi le pleintif ne
veigne au jour, ne ſe face eſſoiner, & le defendant ſe
profre, & demande jugement de la non ſuite de plaintiſe*,
&c.

PROPASSIO. *In fine adde*, S. Hieronymus in Matthæum
c. 26. *Dominus ut veritatem aſſumpti probaret hominis,
verè quidem contriſtatus eſt: ſed ne paſſio illius animo
dominaretur, per propaſſionem cœpit contriſtari. Aliud eſt
enim contriſtari, aliud incipere contriſtari.* προπάθειαν
Græcis appellari alibi non ſemel obſervat, ibid. cap. 5.
in Ezechiel. cap. 18. Epiſt. 9. ubi vocem per *antepaſſio-
nem* vertit. *Difficile eſt, quin potius impoſſibile, perturba-
tionum initiis carere quempiam, quas ſignificantiùs Græ-
ci* προπαθείας *vocant, nos ut verbum vertamus è verbo,
Antepaſſiones poſſumus dicere, eò quòd incentiva vitiorum
omnium titillent animos: & quaſi in med tuilio noſtrum
judicium ſit abjicere cogitata vel recipere.* Vide Notas
Gravii.

PROSTRATI. *L. 36. poſt* vide, *ſcribe*, S. Hieron. Epiſt.
30. c. 1. ſub fin. & in v.

PROTOCAPELLANUS. Charta Franconis Epiſcopi Niver-
nenſis in Tabulario S. Cyrici Nivern. *Atto Eccleſiæ
noſtræ Archidiaconus, & domus noſtra protocapellanus.*

PROVISOR. P. 452. *poſt* l. 522.
Proviſores exteriorum, apud Premonſtratenſes in eorum
Statutis diſt. 2. c. 10. dicuntur ii *ad quos pertinet exte-
riora providere, circuire curias & carrucas, & domos in
eis conſtruere, numerum animalium ſcire*, &c.

PROVOLVENS. *Adde in fine*, Vide S. Hieronym. lib. 2.
in Ruffinum cap. 5. ubi vocem προβολαί non intellexit
interpres Marianus Victorius.

PSALTERATUS. *l. 15. poſt* Epiſt. 6. *adde*, S. Hieronym.
Epiſt. 4. ad Ruſticum, qui Monachus fieri avebat:
*Nunquam de manu & oculis tuis recedat liber; diſcatur
pſalterium ad verbum*, &c. Idem in Epitaph. Paulæ:
Non licebat cuiquam ſororum ignorare Pſalterium.

PSEUDOCASTUS, apud auctorem Prædeſtinati lib. 1. pag.
15.

PSIATHIUM. *In fine adde*. S. Hieron. 2. Præfat. in Job:
*Si aut fiſcellam junco texerem, aut palmarum folia com-
plicarem, ut in ſudore vultus mei comederem*, &c.

PUGNERIA, Annonariæ menſuræ ſpecies; idem fortè quod
Puginata. Regeſtum Delphinatus apud v. cl. Diony-
ſium Salvagnium Boiſſium lib. de Placito Dominico
p. 62. *Item computat magis recepiſſe ab hæredibus Guill.
Martini quondam, & qui hæredes faciunt anno quolibet
Domino unum ſeſtarium, & duas pugnerias pro duplici
cenſu pro præſenti anno, de quo computat 2. ſeſtaria, 4.
pugnerias frumenti.* Occurrit ibi pluries. Hinc
Pugneriata, Modus agri apud Occitanos, unius pugneriæ
ſementis capax. Charta &c.

PULMENTUM. *L. 26. poſt* c. 25. *adde*, Conſtitut. Ord.
Prædic. diſt. 1. c. 5.

PUNCTARE. *l. 20. poſt* ſervatum. *adde*, S. Hieronymus
Epiſt. ad Lætam: *Cùm verò cœperit trementi manu ſtylum
in cera ducere, vel alterius ſuperpoſita manu teneri regan-
tur articuli, vel in tabula ſculpantur elementa, ut per eaſ-
dem ſulcos incluſa marginibus trahantur veſtigia, ut fo-
ras non queant evagari.*

PURGATORIUM *S. Patricii. l. ult. poſt* Hiberniæ. *adde*,
Jacob. Waræus in Antiquit. Hibern. pag. 219. 220.
221. 2. edit.

PURGIRE. *L. 4. poſt* cap. 19. *adde*, utitur etiam Brit-
ton pag. 16. v.

PURITER. Vide Notas v. cl. Steph. Baluzii ad libros
Capitular. p. 1209.

PURPURATI. *L. 3. poſt* nati. *adde*, S. Hieronym. Epiſt.
9. *Purpuratorum ſocius, propinquus, conſobrinus.*

Q.

QUADRAGESIMA. *P. 483. l. 4. poſt* c. 8. *adde*, Statuta Hoſpitalis S. Lazari Placentini, apud Petrum Mariam Campum in Regeſto part. 2. Hiſt. Eccleſ. Placentinæ ch. 62.

QUADRIGA. *L. 6. poſt* Charretier; *ſcribe.* Præfatio ad libellum precum Marcellini & Fauſtini: *Omnes quadrigarios & imperitam multitudinem pretio concitat*, &c.

QUADRIVIUM. *In fine adde.* S. Hieron. Epiſt. 25. c. 1. *Quatuor virtutes deſcribunt Stoïci ita ſibi invicem nexas, & mutuò cohærentes, ut qui unam non habuerit, omnibus careat, Prudentiam, Juſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam.*

QUATERNIO. *P. 497. l. 30. poſt c. 15. adde*, ut & Conſtitut. Ord. Prædic. diſt. 2. c. 14.

QUINQUAGESIMA. *L. 36. poſt n. 17. adde*, & S. Maximi Taurinenſis Homil. 3. in ſolennitate Pentecoſtes.

R.

RAIMUNDENSIS. *P. 510. l. 8. poſt*, extat, *ſcribe.* in Regeſto 19. Tabularii Regii ch. 146. continens compoſitionem ſuper moneta Raimundenſium Albienſium inter R. Comitem Toloſæ, Durandum Epiſcopum Albienſem, & Sicardum Alamanni, ſuper eo quod eorum quiſque habebat pleno jure tertiam partem in dicta moneta & in omnibus redditibus ex ea provenientibus, in qua convenerunt quòd prædicta moneta cuderetur & fabricaretur, quandocunque eam cudi vel fabricari contingeret, in Caſtro-novo de Bonaſos, & non alibi, quod Caſtrum Sicardus Alemanni tenebat in feudum à Do. Comite, & D. Comes ab Epiſcopo Albienſi. Convenerunt inſuper quòd dicta moneta curreret & reciperetur communiter ab omnibus in civitate Albienſi, & in omnibus terris & diœceſibus Albienſi, Ruthenenſi, & Caturcenſi conſtitutis. Act. 12. Kal. Jul. an. 1248. in Caſtro Narbonenſi. Deſcribitur præterea.

RAMIELLUS, in Foris Aragon. lib. 3. tit. de Rivis: *Libere valeat pertranſire inſulam, ſoto, vel ramiello*, &c. noſtris *buiſſon*.

RASTRUM, Veſtigium, indagatio, ex Hiſp. *Raſtro.* Obſervantiæ Regni Arag. lib. 6. de Privileg. Militum, §. 9. *Quilibet fragrante crimine poteſt mittere appellitum ubi facta fuerit rapina vel furtum, & proſequi malefactorem talem, & ſine officiali per loca ordinum religioſorum & Eccleſiarum cujuſlibet alterius intrare viginti infra villam prædictorum, vel ad pedem caſtri venire & petere Domino villæ, vel caſtri, aut Alcayde, vel juratis loci, quod emparent raſtrum, & ſequantur, & extrahant de termino*, &c. Lib. 9. tit. de Proditionib. *Si quis aſſecuraverit perſonam alicujus, vel fecerit pacem; datis manibus, ſub pœna proditionis, poſtea unus iſtorum invadit alium, — & ſcias quod pœna proditoris in corpore eſt, quod raſtretur*, &c.

RATA, *Ad finem adde.*

Rata. Tabular. Eccl. S. Stephani Divion. ch. 67. *Inſuper trado & concedo Eccleſiæ S. Stephani Divion. ratam publicam per ſilvam per paſcuam de cunctis hominibus qui ſuper terram S. Petri ſive S. Stephani manſerint, quatenus deinceps legitimè poſſideant, quod ante arripere non audebant.* Fortè leg. *ſtratam*.

RATIO. Pag. 518. l. 39. poſt *advocatus*, *adde*, Jacob. I. Rex Aragon in Foris Oſcæ an. 1247. fol. 7. *Judicaverunt unanimiter Optimates prædictum advocatum rationatoris officio ſecundùm præmiſſa adeo proceſſiſſe, quod nec ipſe nec prædictus infirmus advocatum petere, vel alii rationem committere poſſit ulteriùs in hac cauſa.*

REALENCUM, Regale, ex Hiſpan. *Realengo.* Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 9. tit. de Salva Infantionum §. 3. *Infantiones debent peytare in peytis regalibus; ſeu contribuere cum ſuis vicinis pro bonis immobilibus tantum, quæ acceperint in axovario de realenco, ſi ipſa bona tenent.*

RECAPITULARE. *L. 6. poſt* 41. *adde*, S. Hieron. lib. 1. adverſus Jovinianum c. 10.

RECEPTA, Medicamenti adhibendi formula, quomodò *Recepte* noſtri dicunt. Joan. Gerſon lib. de Laude Script. de Medicis: *Non enim ſufficiunt eis libri, quantumlibet & arte compoſiti, ſed oportet variare receptas*, &c.

RECOLLIGERE. *P. 531. l. 8. poſt* Epiſt. 40. *ſcribe*, Jacobus I. Rex Aragon in Foris Cæſar-Auguſtæ an. 1325. lib. 1. Foror. Aragon. f. 11. v. *Que ſi alguno ſe recollira en Egleſia, o palacio d'Infancion, o en otros privilegiados lugares*, &c.

REDIMERE, In ſuas partes allicere, pretio dato corrumpere. Autor præfationis in libellum precum Marcellini & Fauſtini: *Damaſus tamen ſibi conſcius ſcelerum, non mediocri timore concuſſus, redemit omne palatium, ut facta ſua Principi panderentur.*

REFUGIUM. *l. 14. poſt*, conceſſerunt. *Adde*, S. Hieronym. de locis Hebraïcis: *Maſereth, in qua ſedit David, nunc deſerta, pro quo Aquila interpretatur munitiones, Symmachus refugia, Theodotion ſpeluncas.*

REGALIA. *P. 556. poſt l. 59. adde.*

Cæterùm non defuere qui tantas Eccleſiarum ſeu Eccleſiaſticorum opes ac prædia improbarent. Libellus precum Marcellini & Fauſtini pag. 46. *Intendite in hoc adverſus Catholicos quaſi quemdam triumphum hæreticorum: & inmiſeram & quaſi ultimam & fœdiſſimam captivitatem, in his Epiſcopis condemnata pia fide, & Catholicis Epiſcopis, in eorum ſe dominium, deluſionemque tradiderunt metu exilii, & ut Epiſcopale nomen apud homines retinere viderentur, quod utique jam apud Deum poſt ſubſcriptiones impias non habebant. Sed ideo nominis iſtius etiam cum omni decore quærebatur auctoritas, ut illis poſſeſſiones Eccleſiæ tollerentur: quas utinam nunquam poſſediſſet Eccleſia, ut Apoſtolico more vivens fidem integram inviolabiliter poſſideret.* Adde p. 97.

REGNUM. *l. 35. poſt* tradidit. *Adde.* Vide Jacobum Stephaneſcum de Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 1. c. 6. 7. 10.

Ibidem. In fine, adde. Vide S. Hieronym. lib. 2. in Ruffin. c. 7. Epiſt. 74.

REGRADATIO. *l. 3. poſt* dejicitur, *adde*, S. Hieronymus Epiſt. 61. c. 5. *Finge aliquem Tribunitiæ poteſtatis ſuo vitio regradatum, per ſingula militiæ equeſtris officia ad tyronis vocabulum devolutum*, &c.

RELIQUARIUM. *In fine adde.* Utitur hac notione S. Auguſtinus, in poſtrema editione, quam mirè adornant eruditi Benedictini ex infinitis codd. MSS. to. 1.

RELIQUIÆ. P. 575. *poſt l. 32. adde.* Ad hunc in uſurpatores rerum Eccleſiaſticarum ſæviendi morem ſpectat etiam Charta Joannis III. Epiſcopi Pictavenſis, quam ex MS. deſcripſimus: *Cùm in oppreſſionibus & anguſtiis univerſis recurrendum ſit ad illud ſingulare remedium Dominum Jeſum Chriſtum; qui prout vult, prout placet; facit in perturbatione ſerenum; & in tempeſtate tranquillum, Nos in oppreſſione qua nos & Eccleſia noſtra Pictavenſis à nobili viro Comite Pictavenſi & ſuis recurreri volente ad ipſum Dominum Jeſum Chriſtum, cujus Eccleſiæ cauſam proſequimur in hac parte, diſtrictè præcipimus, ſub pœna excommunicationis, & in virtute obedientiæ, firmiter injungentes, ut ſinguli Eccleſiarum Rectores, quatenus non ſubjiciuntur Eccleſiaſtico interdicto, exclamationem & precem pro nobis & Eccleſia noſtra ſingulis diebus dominicis, & feſtivis annalibus, faciant & dicant, prout inferiùs continetur: cujuſmodi formam recipiant à Decanis & Archipreſbyteris ſuis; vel Vicariis eorumdem. Cantato verò Agnus Dei, antequam detur Pax, dicat Sacerdos flexu genibus, Ante ſacratiſſimum Corpus & San-*

guinem tuum, Domine Jeſu Chriſte, mundi Redemptor, accedimus, & nobis in neceſſitatibus noſtris à te vivo & vero Deo miſericorditer ſubvenire clamantes imploramus, ut nobilem virum Comitem Pictavenſem, & ſuos, ac eos quorum conſilio ſuper hoc utitur, qui viribus ſuis confiſi, Joannem Epiſcopum noſtrum, & matrem Eccleſiam noſtram Pictavenſem Caſtro & Caſtellania de Angla cum pertinentiis ſuis per violentiam ſpoliarunt, & adhuc detinent ſpoliatos, nec competenter moniti volunt ſatisfacere præmiſſis, vel aliquo de præmiſſis, propter quod & Eccleſia noſtra & tua..... quam in honore beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli fundaſti, ſedet in triſtitia & mœrore, & non eſt qui conſoletur eam, nec liberet, niſi tu Deus noſter, ipſius Comitis & ſociorum ſuorum frangendo duritiam, ad viam, & conſilii ſui juſtitia & veritatis inducas, & humiles ad reſtituendum prædictis, & priora Eccleſia ſua jura, & ſatisfaciendo de prædictis injuriis competenter. Exurge, inquam, in adjutorium Epiſcopi noſtri, & Eccleſia Pictavenſis, & clamori noſtro aures pietatis tuæ inclina. Reſpondeatur, Amen. Conforta eos, & auxiliare eis, Amen. Expugna impugnantes eos, Amen. Frange duritiam eorum qui eos affligunt, Amen. Prædictos autem Comites, & ſuos, ac Conſilium ſuum, Domine, ſicut ſcis, juſtifica in veritate tua, Amen. Fac eos prout tibi placet recognoſcere maleficia ſua, & libera prædictos Epiſcopum & Eccleſiam Pictavenſem miſericordia tua, Amen. Ne deſpicias nos, Domine, clamantes ad te, Amen. Propter gloriam nominis tui, Domine, miſericordiam qua Eccleſiam prædictam fundaſti, & in honore ſanctorum tuorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſublimaſti, viſita ipſam & Epiſcopum ejus in pace, & erue eos à præſenti anguſtia, Amen. Tunc dicatur Pſalmus, Ad te levavi oculos meos: quo dicto, dicat Sacerdos Capitulum, Salvos fac ſervos tuos, eſto eis turris fortitudinis, Oratio, Hoſtium Epiſcopi & Eccleſia Pictavenſis elide duritiam, & dextera tua virtute proſterne, Amen.

Cùm nos requiſierimus & moneri fecerimus competenter nobilem virum Comitem Pictavenſem, ut Caſtrum & Caſtellaniam de Angla de quibus per Adam Ballivum ſuum in Pictavia & ſervientes ſuos nos fecit extra juſtitiam diſſaiſiri cum ſuis pertinentiis, &c. Sequitur Interdictum in civitatem & diœceſim Pictavenſem.

REMISSUM. Regeſtum Caſtri Lidi fol. 39. *Peliçon factum, ob. Penna facta, ob. Ointum, ob. Sarrago remiſſi ob. Centum ferri, 2. den.* &c.

Reportagium. P. 582. l. 4. poſt, habebit. *Scribe.* Charta Libertatum Villæ Maceriarum an. 1233. *Si aliquis caſus emerſerit qui in iſta Charta, & per iſtam Chartam determinari non valeat, idem caſus ad uſagium patriæ per reportagium Scabinorum firmiter tenebitur.* i. dicto, ſententiæ, arbitrio, Gallis, *Rapport.*

RESCUSSUS. Pag. 585. l. 44. *poſt* capiendo &c. *ſcribe.* Charta Beatricis Abbatiſſæ B. Mariæ Sueſſion. an. 1231. *Et ſi fortè contingat quod aliquis reſcuſſionem faciat, & Scabinus hoc teſtificetur, emendare debet per 7. ſl* &c.

RETINERE. *l. 11. poſt* liberare. *Scribe.* Tabularium Abb. Reigniacenſis Ord. Ciſter. *Cùm controverſia verteretur ad invicem inter nos, & ſuper eo quod nos Abbas & Conventus volebamus habere & retinere homines ad manendum in territorio noſtro, quod dicitur Terra S. Petri juxta villam de Lugis, ego verò Robertus* (de Tanlaio) *è contrario dicebam quod in eodem territorio nullus poterat retinere homines ad manendum vel habere, abſque mea permiſſione vel voluntate*, &c. *An.* 1251.

RETRO. *l. 7. poſt* Medicis. *Adde.* Ita etiam S. Hieron. Epiſt. 129 & alii.

REVERENTIA. *l. 19. poſt*, apud, *adde*, S. Hieronym. Epiſt. 70. 79. 92.

Rheumatizare. In fine, adde, S. Hieronym. Epiſt. 89. c. 5. *Capitis naribus purgamenta projicere, ſputis rheumata jacere*, &c.

RIBALDUS. *P. 607. poſt l. 51. adde*

Ribaldi. Apud Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccl. Placentina, in Regeſto 2. part. n. 160. habetur *revocatio facta per D. Gregorium P. X. de conſuetudine quod ſolis ribaldis dabatur eleemoſyna in domo Papæ, in feſto Carniprivii, quâ ſtatuit idem D. Gregorius PP. quod ejuſmodi eleemoſyna erogaretur pauperibus aliis communiter, & ipſis ribaldis ad domum Papæ, in feſto Carniprivii ſuprædicto circa horam veſperam.* Videntur ii quos vulgò *vagabonds* dicimus.

RICUS. *L. 24. poſt* Varones. *Adde*, De Ricis hominibus in Aragonia, multa habent Obſervantiæ Regni Aragon. lib. 6. tit. de *Conditione Infantionatus.*

RIDICULARIUS, Ridiculus. Gellius lib. 4. c. 20. *Cavillator, & canicula, & nimis ridicularius fuit. Ridicularia fundere* dixit Cato apud Macrobium Saturn. 5. c. 14.

RIEDRA, *Redra, Redrare*, voces fori Aragonici. Fori Oſcæ an. 1247. ſub Jacobo I. Rege Arag. *Etiam qui interrogat, ſecundùm Forum, poteſt demandare fidantiam ad demandatorem de riedra, ut nunquam magis ſe reclamet ad cartam, quantum ad illam demandam, quam tunc facit.* Fol. 11. *Et poſtea qui conqueritur debet dare fidantiam de redra, qui redret conquerentem. Dare fidantiam de redra*, vel *riedra*, in Foris Aragon. fol. 95. v. edit. 1624. *Fidantia tam juris quàm de riedra* fol. 147. v. Occurrit non ſemel.

ROGATIO. *pag. 623. l. 49. poſt* villanis. *adde*: Charta Communiæ Briculienſis in Picardia an. 1224. *Ab omni tallia, tolta, impruntamento, rogationibus in perpetuum quittavimus penitus & immunes.*

ROMANATUS. *L. 7. poſt* redderet. *adde*: In Bulla Alexandri III. PP. an. 1179. apud Petrum Mariam in Hiſt. Eccl. Placent. 48. *Romanatos de Paradiſo, & totidem de altari.*

ROPA. Charta Jacobi Regis Aragon. æræ 1270. apud *Diago* in Hiſt. Regni Valentiæ lib. 7. c. 24. *Promittimus vobis — quod vos & omnes Mauri, tam viri quam mulieres, qui exire voluerint de Valentia, vadant & exeant ſalvi & ſecuri cum ſuis armis, & cum tota ſua ropa mobili quam ducere voluerint & portare ſecum*, &c. Vide *Roba.*

ROTA. *P. 632. l. 26. poſt* videri. *adde*: Viſitatio Monaſterii S. Francæ in diœceſi Placentina an. 1338. apud Petrum Mariam Campum: *Fiat etiam ibi in dicto muro una rota lignea volubiliter ad porrigendum paramenta, libros, & alia*, &c.

RUFIA. L. 7. *hæc verba*, edita porrò &c. *ſcribe in l. 19. poſt* compingendos.

RUFUS, *Herba* &c. *Adde in fine*: ubi per *Gothos*, Occitani intelliguntur. Herbam hanc eſſe *Cotinum* Plinii quidam volunt, de qua ille lib. 16. c. 18. *Eſt & in Apennino frutex, qui vocatur Cotinus, ad lineamenta modo conchylii colore inſignis, folia ejus quaſi terebinthi fructus ex umbella in parvulis ſiliquis.* Sabaudi *Fuſtet* vocant, alii *Rhu*, propter uſum in tinctura, Itali *Roſa*, & *Scotano*, atque *Roſolo*, in Apennino, quia Corticis uſus conchylii vice, ramorum verò, quia ligni interioris aureus color, ad lutei tincturam.

S.

SABAIA. *Ad finem adde*: S. Hieronymus in Eſaiæ c. 19. de Zytho: *Genus potionis ex frugibus à quoque confectum, & vulgò in Dalmatia Pannoniaque provinciis gentili barbaroque ſermone appellatur Sabaium.*

SABANUM. P. 648. *l. 10. poſt* cap. 15. *adde*: Garioponť. lib. 3. c. 26. 71.

SABULO. *Ad finem adde*: Occurrit non ſemel apud Anonymum de Re architectonica c. 5. 26. & alibi.

SACCA. Martinus Didacus *Daux* Juſtitia Aragon. lib. 4. Obſervantiar. Regni Aragon. tit. de Conſortib. §. 9. *De venditionibus factis per Curiam, non habet locum ſacca de conſuetudine regni.*

Saccabor. *L. 2. poſt*, aliis, *adde*, *Sakeber*, & *Sakebere*, Brittoni in Legib. Angl. p. 22. v. 72. v.

Saccellare, Saccos medicinales affectæ parti apponere. Vox Medicorum. Gariopontus lib. 1. cap. 16. *Quod ſi ſurditas fuerit ſine ullo dolore, maximè ſaccellemur* (aures.) Ibid. *Quibus cura adhibeatur: ex furfure in vino calido cocto ſaccellamus*, &c. Cap. 17. *Si dolor dentium fuerit ſine ulla commotione vel putredine, ex ſaccello ſalis toſti regionem doloris extra vaporamus.* Adde c. 23. lib. 2. c. 1. 15. 20 30. 62. lib. 3. c. 1. 25. 61. &c.

Sacciperium. *In fine adde*, Vide S. Fulgentium Homil. 73.

Saccus. *P.* 654. *l.* 41. *poſt* 22. *Cingulum ſacceum*, apud S. Hieron. Epiſt. 22. c. 12. ex eodem panno quo ſacci fiebant.

Sacramentum. *Ad finem adde:*

Sacramentum propria manus, Subſcriptio. Anonymus de Berengarii damnatione: *Nos ipſi interfuimus & vidimus quando Berengarius in media Synodo conſtitit, & hæreſim de corpore Domini coram omnibus propria manus ſacramento abdicavit.*

Sacrificati. *Ad finem ſcribe*. Libellus precum Marcellini & Fauſtini pag. 31. *Sed paululum territus tantus Epiſcoporum numerus catervatim dederunt manus impietati, & ad majorem jam veſaniam inclinavit impietas tam facili ſtrage multitudinis. Non hoc minus ſacrilegium eſt, non hoc minor impietas, quam ſi ſub perſecutore gentili idolo ſacrificatum eſſet: quoniam & hæreſi perterritum ſubſcribere, dæmonis ſacrificare eſt.*

Sagena. *P.* 669. *l.* 12. *poſt* Januenſis, *adde*, in lib. Miraculor. S. Fidis c. 13.

Sagia. *L.* 3. *poſt*, dicimus. *adde*: Bulla Nicolai III. PP. apud Bzovium an. 1280. n. 5. *Superpelliceas lineas deferant, capas nigras de ſagia ſimplices, vel ſi voluerint foderatas à cingulo*, &c.

Sagitta. *Ad finem adde.*

Sagitta barbata. Ugutio: *Catapulta, vas eſt ut dicunt, vel potius ſagitta eſt cum ferro, bipenni, quam Sagittam barbatam vocant.*

Sagum. *P.* 677. *l.* 17. *poſt* coactus ſum. *adde*: S. Hieron. Epiſt 22. c. 15. de Cœnobitis: *Non licet dicere cuiquam, Tunicam & ſagum, textaque juncis ſtrata non habeo.*

Salagium, Charta Petri Marchionis Namurcenſis & Comit. Autiſiodor. ex Chartulario Autiſiodor. *Nos dediſſe — Capitulo Autiſiodor. 60. ſolidos redditunm in ſalagio de Malliaco annis ſingulis in feſto S. Remigii percipiendos.*

Salmus, *Salterium*, pro *Pſalmus*, & *Pſalterium*, in Charta an. 1228. apud Petrum Mariam Campum in Hiſtor. Eccleſ. Placentinæ tom. 2.

Salutatorius *digitus, vel index, quod eo ferè ſalutamus aliquid, vel aliquid monſtramus.* Ugutio.

Sanctitas. *Ad finem adde*, ſed & quibuſvis Catholicis. S. Hieronymus lib. 3. in Ruffin. c. 7. *Navim in Romano portu ſecurus aſcendi, maxima me Sanctorum frequentia proſequente.* Niſi hoc loco Monachos intelligat. Certè non uno loco alibi quoſvis Catholicæ religionis *Sanctos* indigitat.

Sandalium. *In fine adde*: Et in Charta an. 1274. apud Petrum Mariam in Regeſto part. 2. Hiſt. Eccl. Placentinæ n. 171.

Sapientes. *L.* 3. *poſt* verſo, *adde*: Cherubinum Ghirardaccum lib. 8. Hiſt. Bononienſis lib. 7. pag. 220. & alibi non ſemel, &c.

Sapientia. *L. ult. poſt* creaturam, *adde*: Vigilius Tapſenſis lib. 2. contra Palladium c. 6. ubi de Chriſto: *Sapientia appellatur, quia de corde Patris adveniens, arcana cæleſtia credentibus reſeravit.*

Saravisa. Hiſt. Epiſcopor. & Comitum Engoliſmenſium cap. 27. *Inter cætera donaria obtulit — candelabra argentea ſaraviſa fabrefacta penſantia libras 15.* Locus, ni fallor, corruptus.

Satelles. *L.* 13. *poſt* dignitatis. *adde*: Charta Gaufredi Comitis Andegav. an. 1061. Ex Tabul. S. Florentii veteris: *Remiſſa ſunt omnia bidanna, omne genus bannitionis, niſi cum omnes ruſtici ſatellitum meorum cauſa belli contra inimicos ierint*, &c.

Savarda. Charta Nevelonis Epiſc. Sueſſionenſis anno 1180. *Compoſitum eſt in hunc modum: quod præfatus Albericus univerſa ſavarda & . . . . parata & trocl.as quæ ſunt apud Chacriſiam libera & quieta, & abſque ulla contradictione à prædicta Eccleſia libere perpetuò poſſideri recognovit, laudavit, & conceſſit: hoc unico retento, quod non niſi ad proprios uſus Eccleſiæ præfatæ ſive hominum apud Chacriſiam manentium excolenda dabuntur.* Ex adverſariis Audr. Ducheſnii.

Scacci, Grallæ, furculæ. Gall. *Eſchaces*, Ital. *Zanche, ſtampoli.* Miracula B. Gregorii X. PP. apud Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccl. Placentinæ: *Propter infirmitatem quam habuit non potuit ire, nec redire ſine baculo ſive ſcaccis.*

Scara. *L.* 3. *poſt* cruſtam. *Scara vulnerum*, apud Gariopontum lib. 3. c. 53.

Schora Monasterii, pro ipſo Monaſterii Conventu, in Epiſtola Joannis XIII. PP. in Bullario Cluniacenſi pag. 5.

Scholasticus *P.* 741. *l.* 16. *poſt* componatur. *ſcribe*, Libellus precum Marcellini & Fauſtini p. 69. *Idem Damaſus accepta auctoritate regali, etiam alios Catholicos Preſbyteros, nec non & Laicos inſecutus, miſit in exilium, perorans hoc ipſum per gentiles Scholaſticos, faventibus ſibi judicibus.*

Scolatura. *in fine adde.*

Scolatura, Canalis per quem effluunt aquæ: vox Italica. Charta an. 1180. apud Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccl. Placentinæ in Regeſto 2. part. ch. 29. *Item de omnibus ſcolaturis, & plovianis, & ſurtuminibus, quæ decurrunt, ſeu decurrere poſſunt ex rivo Merdario*, &c. Occurrit ibi pluries. Gall. *Eſcouter* dicunt.

Scortisarius, Veſtium ſcortearum confector. S. Hieron. Epiſt. 60. c. 3. *Nunquid Coriarius aut Scortiſarius erat Deus, ut conficeret pelles animalium, & conſueret ex eis tunicas pelliceas Adam & Evæ?* Gloſſ. Gr. Lat. *Scortea*, δερματοχιτών. *Scorteum*, σκύτινον, δερμάτινον.

Scriptores. *P.* 755. *l.* 44. *poſt*, profecerint. *adde*: Quo ſpectant iſta Hieronymi ad Ruſticum Monachum de forma vivendi: *Texantur & lina capiendis piſcibus, ſcribantur libri, ut & manus operetur cibum, & animus lectione ſaturetur.*

Secunditas, *Felicitas, vel proſperitas*, in Gloſſis MSS. S. Germani Pariſ. cod. 524.

Securare, idem quod *Aſſecurare*, de qua voce ſupra, in Obſervantiis Regni Aragon. fol. 32.

Sedita. *In fine adde*: vox propria. S. Hieronymus de locis Hebraïcis: *Villa nomine Theman, — ubi & Romanorum militum præſidium ſedet.*

Sella. *P.* 786. *lin.* 3. *adde*: ut & Gariopontus in Paſſionario lib. 1. c. 12. lib. 3. c. 13. 17. 21. &c.

Serviens. pag. 825. *poſt* Matthæi. *ſubde*: Regeſtum Feodor. Comitatus Pictavienſis: *Joannes Vigerus, Clericus homo Do. Comitis Pictav. de ballia ſua la Ferroniere S. Maxentii, ad homagium planum, & ad ſervitium unius tripodis, & unius calderiæ ſufficientis ad unum bovem coquendum, quando ſibi in domo ſua S. Maxentii eſt neceſſe.*

Ibidem. p. 824. *l.* 55. *poſt* pendeat. *Adde*: Similia habet Britton p. 162. 164.

Signaculum. *P.* 858. *l.* 12. *poſt* reſeratur. *ſcribe.* S. Hieronym. Epiſt. 16. *Aurum uſque ad anuli ſignaculum repudians.* Idem Epiſt. 8. *Ut & claudas cubiculum pectoris, & crebro ſignaculo crucis munias frontem tuam*, &c.

Siricella. Vetus Necrolog. Placentinum in Hiſt. Eccl. Placent. to. 2. p. 138. *7. Kl. Maii 1228. ob. Guido Petri Leonis Prænuſtinus Epiſcopus, qui dedit huic Eccleſiæ planetam & ſiricellam violatam, & pluviale rubeum*, &c. P. 210. ſub an. 1153. *Dedit Sacriſtiæ unam plane-*

tam, & unam dalmaticam, & unam ſiricelram violatas,
&c.

Soca. *Poſt* l. 28. *adde.*

Socmanaria. Britton pag. 164. *Sokemanrie, ſount terres*
& tenements qui ne ſount mie tenus par fée de Chevalier,
ne par graundes ſerjantties, ne par petites, mès par ſimples
ſervices, ſi come terres enfraunches par nous, ou nos pre-
deceſſours, dans nos auncienes demeines.

Socida. *In fine adde* : Statuta Synodalia Alberici Epi-
ſcopi Placentini an. 1298. apud Petrum Mariam Cam-
pum : *Nullus Clericus vel Eccleſiaſtica perſona exerceat*
uſuras, vel natas (fortè nantas) *faciat, aut ſocidas ad*
caput ſalvum.

Soccus. P. 885. l. 5. *adde*, *Soccos criſpantes* dixit S.
Hieronym. Epiſt. 7. Et Epiſt. 23. *Soccus vilior aurato-*
rum pretium calceorum egentibus largitur.

Somegia, Præſtatio, ut videtur ex *ſummis*, v. g. bladi,
frumenti. Charta Philippi Reg. Fr. an. 1210. *Idem*
etiam Savaricus detinet ſibi cenſus ſuos, & venditiones,
& quoſdam reditus, qui Somagia vocantur, & avenam,
& captagia hominum & feminarum ſuarum, qui reditus
cum una ſomagiarum in feſto B. Remigii perſolventur,
deinde ſecunda ſomegia in viceſima die Natalis Domini,
& tertia in Octabis Reſurrectionis Dominicæ et ſimiliter
perſolventur, caponum etiam ſuorum in craſtino Nata-
lis Domini percipiet ſolutionem: unaquaque verò ſomegia-
rum quatuor denarios bonæ monetæ valet. Vide *Somma*
in *Sagma.*

Somniarius. *In fine adde.* Vide S. Hieronymum in cap.
23. Hieremiæ.

Somniator. *L.* 1. *poſt*, notione. *adde* : S. Hieronym.
in cap. 27. Hierem. *Ne audiant Prophetas ſuos atque*
divinos, & ſomniatores, & augures, & maleficos.

Soror. *L.* 17. *poſt* Epiſt. *adde*, 13. ad Agerochiam.

Spaviæ. *Sub finem, adde*: Charta Radulphi Comitis
Sueſſion. an. 1233. pro Communia Nantolienſi : *Si*
Eſpava inveniatur apud Nantolium, — reddetur mihi
vel ſervienti meo ab inventore, &c.

Specular. *L.* 10. *poſt* jungitur, *adde* : S. Hieronym.
in cap. 41. Ezech. *Feneſtra quoque erant facta in mo-*
dum retis, inſtar cancellorum : ut non ſpeculari lapide,
nec vitro, ſed lignis interraſilibus & vermiculatis clau-
derentur.

Spica. Vide *Spelta.*

Sponsalia. *L.* 2. *poſt* Gr. *adde* : *Sponſales tabulæ,*
apud Hieronym. Epiſt. 10.

Stacha. Vide *Staca*, & *Delicia.*

Staffa. *P.* 936. *l.* 12. *poſt* habet, *adde* : Vita Grego-
rii X PP. de eodem in ſummum Pontificem electo,
& ex Terra Sancta Brundulium appulſo : *Ubi Carolus*
Rex Siciliæ ut ipſum proſequeretur honorificentia Regia,
ſibi feſtinus occurrit, et per loca inſignia regni ſui, per
quæ ipſum contingebat tranſire, addextratoris officium
exhibuit. Infra, ubi de coronatione ejuſdem PP. *Ubi*
prout moris eſt, fuit ſolenne celebratum convivium, in
quo idem Rex, ſicut ipſum Pontificem addextrarat per
urbem, & more prudentis dapiferi, duxit in menſa pri-
mum ferculum apponendum. Jacobus Stephaneſcus Car-
dinal. lib. 2. de Coronat. Bonifacii VIII. cap. 9. quod
inſcribitur, *Qualiter coronatus incedebat, & de Regi-*
bus Siciliæ & Ungariæ cum addextrantibus:

——— tunc lora tenebant
Illuſtres Gallique duces, Caroluſque ſecundus
Rex Siculus, Caroluſque puer proleſque juventa
Floridus, Ungariæ materno à ſtipite nomen
Regis habens : dextram pater accepit, atque ſiniſtram
Filius, ardentes habitu quos uvea tinxit
Grana rubens, &c.

Standardum. *Ad finem adde* : Joan. *Britton* in Leg. An-
gliæ. pag. 2. *Et que celuy meſmes oneſques autres ſoient*
aſſignes de eſſaier touts peys & toutes meſures par toute
noſtre Verge, parmy noſtre Roialme ſolonc nos eſtendars,
&c. Et p. 74. c. 30. *Nous volons que nul ne eyt me-*
ſure en noſtre realme, fors que nous, mès que cheſcun
pregne ſes meſures & ſes peys de nos eſtandars, ſi come
buſſels, galons, livres, aunes, & teles autres meſures.
Adde p. 75. v. 76 Charta Gallica ſub Edw. III. apud
Waræum in Antiquit. Hibernic. *Que la livre des mail-*
les par poids de l'eſtandard de la change contiendra 21.
ſols par compte.

Stare. *Ad finem adde.*

Stare, pro *Sextarius*, in Chartis Italicis. Vide Hiſt.
Placentinam lib. 15. p. 76.

Stratamicum. *L.* 10. *poſt* ſunt *adde* : Eadem Charta
deſcripta à Ghirardacco lib. 2. Hiſt. Bonon. p. 54. hæc
præfert : *Et ſtratam quæ nominatur Salaria, cum ſtra-*
tatico, & cum omni reddito, &c.

Subtile. *In fine adde* : Occurrit etiam vox *ſubtile*, apud
Eſaiam c. 19. v. 9. & Ezechiel. c. 16. v. 10. ubi LXX.
τὴν βύσσον verterunt.

Substantia. *In fine adde* : *Subſtantiola*, apud Hieron.
Epiſt. 25. c. 5.

Suburbanum. *Ad finem adde* : S. Hieronym. Epiſt. 26.
Suburbanus ager vobis pro Monaſterio fuit, & ruſti-
cum pro ſolitudine.

Succa. *L.* 1. *poſt*, ſpecies. *adde*, Bulla Nicolai III.
PP. pro Canonicis Baſilicæ S. Petri Romæ, apud Bzo-
vium an. 1280. n. 5. *Nunquam appareant in eadem*
(Eccleſia) *quin ſaltem ſuccas habeant, & ſuper eas chla-*
mydes ante pectus, vel poſt collum annexas, &c. Infra:
Succis & capparum apertura exceptis.

Suffugium. Gariopontus lib. 2. cap. 15. *dyſpnia* (*δύσ-*
πνοια) *autem ſuffugium nominatur, ſemper interius ad ſe*
trahens anhelitum. Infra : *Aliquoties ſuffugium ſequitur*
ſuffocatio faucium cum anhelitu. Gloſſ. Gr. Lat. *δύσ-*
πνοια, *ſuſpirium. δύσπνοος, ſuſpirioſus. Aſthmatici &*
ſuſpirioſi, apud eundem Gariopont. lib. 2. c. 12.

Summista. *In fine adde* : Epiſt. 13. ſub fin. & Epiſt.
25. c. 2.

Superpositio. *P.* 1018. *l.* 15. *poſt* apud, *adde* : S.
Hieronym. in Epitaphio Paulæ c. 1. *Quoties autem*
infirmitate corpuſculi, quam incredibili abſtinentia &
duplicatis contraxerat jejuniis, vexabatur, &c. Cap.
10. *Laſcivientem adoleſcentularum carnem crebris &*
duplicatis frangebat jejuniis, malens ſtomachum dolere,
quam mentem. Et apud

Surgere. *In fine adde* :

Surtumen, eodem perinde ſignificatu, in Charta an. 1180.
apud Petrum Mariam in Hiſt. Eccl. Placentinæ in Re-
geſto 2. part. c. 29. *Item de omnibus ſcolaturis, & plu-*
vianis, & ſurtuminibus quæ decurrunt, ſeu decurrere
poſſunt, &c. Occurrit ibi pluries.

Suspiciosus. *L.* 5. *poſt* utuntur. *Adde* : S. Hierony-
mus Epiſt. 22. c. 6.

Sustinere. *L.* 1. *poſt* expectare. *ſcribe*, S. Hieronymus
Epiſt. 17. *Menſuram caritas non habet, & impatientia*
neſcit modum, & deſiderium non ſuſtinet. i. non expe-
ctat.

Syncopare. *L.* 20. *poſt* ſyncopando, &c. *adde* : Bulla
Nicolai III. PP. apud Bzovium an. 1280. n. 5. *Miſſæ*
quoque & omnia divina officia — in ipſa decantanda Ec-
cleſia, non dicantur per ſyncopam, vel tranſcurſum, ſed
— ſtudioſè celebrentur pariter & devotè.

Synodica. *P.* 1042. *l.* 7. *poſt* detulerunt. *ſubde* : S.
Hieronym. Epiſt. 11. *Cum in Chartis Eccleſiaſticis ju-*
varem Damaſum Romanæ urbis Epiſcopum, & Orien-
tis atque Occidentis Synodicis conſultationibus reſponde-
rem, &c.

T.

Tassia, ſcyphi Species, noſtris *Taſſe*. *Taſſia vini*, pro
vini hauſtu, in Charta an. 1274. in Hiſt. Eccl. Pla-
centina.

Temonaticum. *In fine adde.*

Timonagium, in Charta Radulfi Comitis Sueſſion. an. 1233.
pro

Communia Nantolienſi : *Homines etiam de Nantolio, ſi opus fuerit, poterunt chiminum meliorare ſine mesfacere. Timonagium autem & theloneagium quæ habebam apud Nantolium, cum emendis inde provenientibus concedo dictæ Eccleſiæ*, &c.

TERRARIUS. *Ad finem adde.*

Terrarius, Vaſſallus, tenens. Charta Philippi de Monteforti Dom. Tyri & Toroni pro Communia villæ de Caſtris in Occitania an. 1264. *De conſilio & voluntate expreſſa Domini Guillelmi Peluti, Dom. Joannis, & Do. Gamberti de Paſonis, — Militum terrariorum patris noſtri præfati*, &c.

THESAURUS. *L.* 23. *poſt* liberi ſunt. *ſubde.* Articuli Cleri contra Dionyſium Regem Luſitaniæ apud Bzovium an. 1289. n. 9. §. 26. *Impingit aliquibus viris Eccleſiaſticis, mulieribus religioſis & Abbatiſſis, quod invenerunt theſaurum, quorum occaſione facit eos capi, & ſecum taliter captos duci, non parcens religioni, aut etiam dignitati intendens, & compellens contra jura ut totus theſaurus ſibi reſtituatur, etſi in propria domo, poſſeſſione, aut villa, aut campo, ſeu allodio ipſius inventus ſit, aut dicatur inventus.*

TURIO. *L.* 4. *poſt* metho. *Adde.* Occurrit apud Gariopontum lib. 1. cap. 17. l. 2. c. 3. l. 3. c. 19. 30. 52. & alibi non ſemel.

TURPEDO, *quam multi puſtulam dicunt, alii morbillum, alii lepram, & alii paſſionem tantum infra corpus.* Ita Gariopontus lib. 5. Paſſion. c. 6. qui addit hanc ægritudinem ita appellari, *eo quòd in facie turpitudinem demonſtrat.*

V.

VASARIUM. *In fine adde.*

Vaſaria terra, ex figuli argilla, ut eſt apud Gariopontum lib. 5. Paſſion. c. 5.

VENATIO. *L.* 20. *poſt* arcum. *adde.* Gariopontus lib. 5. Paſſion. c. 12. *Ex volatilibus, attagenes, anates, perdices, ficedulas; & omnes venationes, lepores, capreas, & alia agreſtia omnia.*

VETERANA. Gariopontus lib. 5. Paſſion. c. 6. quatuor ſpecies turpedinis ſtatuit; primam, quæ dicitur *Stora*; ſecundam, quæ dicitur *Puſtula*; tertiam, *Morbillum*, quæ *Veterana* nominatur, & quartam, quam *Lenticulam* vocant.

VISCIDUS, Viſcoſus. Gariopontus lib. 1. c. 6. *Hæ cauſa naſcuntur de ſanguine viſcido, id eſt amaro.* 1. edit. habet *inſcido.*

FINIS PARTIS TERTIÆ.

INDICES
AD
GLOSSARIUM
MEDIÆ ET INFIMÆ
LATINITATIS.

CVM Gloſſarium noſtrum eat per literas, ut veteris Grammatici verbo utar, nemo eſt qui hic minimè neceſſarios Indices ſtatim exiſtimet. Sed & neque ipſemet diffiterer, ſi ejuſmodi eſſet, ut ſola duntaxat vocabula cum ſingulorum explicatione ac notione contineret. Verùm cùm multa complectatur quæ extra lineam & quaſi datâ occaſione, fuſiore interdum parergo enucleantur, tum circa rerum origines & initia, tum etiam circa uſus, ritus, moreſque pridem obſoletos; haud inutile fortè videbitur, ſi ex iis præcipua ſeligantur, eaque Lectori Index aliquatenus ob oculos proponat. Sed & pleraque ex vocabulis ipſis ſub ſingulis facultatum, artium, ac rerum, quæ in eo deſcribuntur, argumentis redegi, ut uno intuitu quæ ad ea pertinent deprehendat. Neque tamen in hoc conficiendo Indice ita ſum ſcrupuloſiùs verſatus, ut quæ interdum variè apud Scriptores verba deſcribuntur, atque adeò diverſas ſubinde habent notiones, complecti neceſſarium duxerim, ne nimius eſſem, cùm aliunde, ut fatear quod res eſt, jam longo, ut ſic dixerim, defeſſus itinere laborem utcumque refugerim. Cujuſmodi verò ſit in accuratis iſtis Indicibus conficiendis ſi quis noſſe velit, legat Joſephi Scaligeri Epiſtolas 23.68.73.155.157.313.314.418.422.423. &c. in quibus toties ingratum Gruterianarum Inſcriptionum Indicis laborem à ſe ſuſceptum queritur, in quo decem ad minimum menſes continuos mediaſtini Typographi (ita Correctores illos vocat) munus obierit, dum tam multa præclara, & quæ ſuo ordini reddi deberent, colligit, precibus amicorum victus, eorumque, ut ait, blanditiis delinitus. Cæterùm hic monendus Lector, in noſtris Indicibus alicubi paginas indicari cum literis majuſculis præfixis, quarum A. primum volumen, B. priorem ſecundi, C. alteram ejuſdem partem, D. denique tertium volumen deſignant. Accidit enim ut dum Gloſſarium duobus voluminibus confici poſſe Typographus exiſtimaret, in tria excurrerit: & cùm à litera I. ſecundi initium duxiſſet, ut qui binis prælis totum opus unà commiſerat, eadem litera, ejuſdem altera pars fuerit, cùm D. priorem occuparet.

INDICUM SYLLABUS

I.

Excursus circa rerum origines, ritus obſoletos, moreſque priſcos, atque alia peculiari obſervatione digna, quæ fuſiori interdum parergo in hoc Gloſſario pertractantur.

II.

Excursus circa res Francicas, ſeu quæ ad pleniorem Hiſtoriæ Francicæ cognitionem & κριτικὴν ſpectant.

III.

Ædes publicæ, privatæ; Ædium partes.

IV.

Ædes ſacræ, Monaſticæ, earum partes; Officinæ Monaſticæ, &c.

V.

Affinitates, Cognationes.

VI.

Agrimensoria, Agrorum modi, Urbes, Oppida, Caſtra, Villæ, Fluvii, Lacus, Campi, &c.

VII.

Arbores, Stirpes, Herbæ, Silvæ, Res Foreſtaria.

VIII.

Architectonica, ſeu quæ ad Architecturam pertinent.

IX.

Artes, Artifices, Negotiationes, Profeſſiones.

X.

Animalia, Quadrupedes; Aves.

XI.

Chronologica, & quæ ad tempora pertinent.

XII.

Cibi, Res Annonaria, Cibaria; Potoria

XIII.

Colores, & quæ ad colores ſpectant.

XIV.

Corpus, Corporis humani, & animalium partes.

XV.

Dignitates Civiles, Palatinæ, Militares, Honores, Officia, &c.

XVI.

Dignitates Eccleſiaſticæ, Monaſtica officia, munia, &c.

XVII.

Festa Chriſtianorum, Gentilium.

XVIII.

Geographica, ſeu quæ ad Geographiam ſpectant.

XIX.

Hæretici, Pagani, Gentiles, &c.

XX.

Libri, Eccleſiaſtici, Prophani; Epiſtolæ Eccleſiaſticæ, Civiles; Chartæ, Diplomata, Res Libraria.

XXI.

Liturgica, ſeu quæ Sacramenta & Eccleſiaſtica officia & Chriſtianam Religionem ſpectant.

XXII.

Ludi, Ludicra, & quæ ejuſmodi ſpectant.

XXIII.

Magica, ſeu quæ ad Magiam, Sortes, Auguria, Superſtitiones & ejuſmodi ſpectant.

XXIV.

Medica, Mulomedica, Chirurgica, Morbi, Ægritudines, & cætera quæ ad rem Medicam pertinent.

XXV.

Mensuræ Aridorum; Liquidorum; Pannorum, Pondera, &c.

XXVI.

Metalla; Res Metallaria.

XXVII.

Militaria, ſeu vocabula ad rem Militarem ſpectantia.

XXVIII.

Ministeria ſacra, Vaſa, Ornamenta Eccleſiaſtica.

XXIX.

Monastica, ſeu vocabula ad rem Monaſticam ſpectantia; Ordines Mon.ſt.ci, Militares.

XXX.

Monetæ, Res Monetaria.

XXXI.

MORES, ſeu vocabula quæ ad mores hominum ſpectant.

XXXII.

MULCTÆ Judiciariæ.

XXXIII.

MUSICA, Muſica inſtrumenta, Cantus Eccleſiaſticus.

XXXIV.

NAVALIA, Res Navalis, Navicularia.

XXXV.

PISCES, Piſcatura.

XXXVI.

POENÆ, Supplicia, Tormenta, & quæ ejuſmodi ſpectant.

XXXVII.

PURGATIONES canonicæ, vulgares, Sacramenta, Juramenta, &c.

XXXVIII.

STATUS & Conditiones hominum.

XXXIX.

SUPELLEX Domeſtica, Ruſtica.

XL.

TITULI Honorarii, Compellatorii.

XLI.

TRIBUTA, Vectigalia, Præſtationes, Exactiones, Operæ, Servitia, &c.

XLII.

VENATICA, ſeu quæ Venationem & Aucupium ſpectant.

XLIII.

VESTES Eccleſiaſticæ, Laïcæ; Res Veſtiaria.

XLIV.

VOCABULA Anglo-Saxonica, vel quæ linguæ Anglo-Saxonicæ originem ſuam debent.

XLV.

VOCABULA forenſia, ſeu Fori ac Juriſprudentiæ mediæ ætatis, ſed & hodiernæ.

XLVI.

VOCABULA Gallica ſeu Francica, pleraque obſoleta ac antiquata; quædam etiam ex iis quæ adhuc ſunt in uſu, quorum origines & notiones reteguntur, aut quæ obiter ex veteribus ejuſdem linguæ Scriptoribus laudantur & illuſtrantur.

XLVII.

VOCABULA Græca notionis inſolentis, aut Græco-barbara, quæ interdum laudantur & illuſtrantur.

I.

EXCURSUS
CIRCA RERUM ORIGINES, RITUS OBSOLETOS, MORESQVE PRISCOS,

ALIAQUE PECULIARI OBSERVATIONE DIGNA, QUÆ fuſiori interdum parergo in hoc Gloſſario pertractantur : ex quibus quæ ad res Francicas illuſtrandas ſpectant ſelegimus, eo qui ſubſequitur Indice recenſenda.

A.

ABJURATIONIS ritus. In *Abjurare.*
Adorationis Imperatorum ritus. In *Adorare.*
Adulterii pœnæ variæ. In *Adulterium.*
Advocati Eccleſiarum, eorum munus, jura, &c. In *Advocatus.*
Ægros baptizandi ritus. In *Clinici.*
Afforeſtandi, ſeu ſilvam in foreſtam convertendi ritus. In *Foreſte.*
Alapa Militaris, in Militum creationibus. In *Alapa.*
Alapam dare, & aurem torquere in teſtimonium. In *Alapa.*
Alodis, cujuſmodi prædii ſpecies fuerit. *In hac voce.*
Altarium redemptiones. In *Altare.*
Anglici Reges venationi impenſiùs dediti. In *Foreſte.*
Anni per autumnos interdum putati. In *Autumnus.*
Annulus pronubus. In *Annulus.*
Annulo miſſo aliquem accerſere. In *Annulus.*
Annulo junceo aliquem deſponſare. In *Annulus.*
Apocriſiarii Conſtantinopolim à Summis Pontificibus identidem miſſi. In *Apocriſiarius.*
Apocriſiariorum S. R. E. munus & ſeries. *In hac voce.*
Applicandi, & in campis ſub tentoriis excubandi ritus. In *applicare.*
Aqua tepida in ſacrificio adhibita. In *Aqua.*
Aquæ frigidæ & ferventis purgationis ritus. In *Aqua.*
Aquilam vertere. In *Aquila.*
Aquilam in dorſo figurare. In *Aquila.*
Arbores à paganis cultæ. In *Arbor.*
Archidiaconorum munus & dignitas. *In hac voce.*
Arma ſeu inſignia in degradationibus inverſa. In *Arma.*
Arma deponebant pœnitentes. In *Arma.*
Arma mutare in ſignum fœderis. In *Arma.*
Armis Militem inſtruendi ritus. In *Adobare.*
Armis cingebatur & induebatur qui Miles fiebat. In *Arma.*
Armigeri cum Militibus menſæ non aſſidebant. In *Baccalarii.*
Armigerorum dignitas. *In hac voce.*
Armorum & inſignium origo. In *Arma.*
Aſſecurationum ritus. In *Aſſecurare.*
Aſſiſas publicas, ſeu Judicia tenendi ritus. In *Aſſiſa.*
Aſyla Eccleſiarum, & immunitates. In *Dextri*, & *Pax.*
Aſylorum, & Eccleſiaſticarum immunitatum fines ac limites. In *Dextri.*
Aures teſtium torquere, &c. In *Auris.*
Auxiliorum ſeu extraordinariarum præſtationum ſpecies. In *Auxilium.*

B.

BACILLIS cæſi tyrones qui in haſtiludiis probè ſe non geſſerant. In *Baculare.*
Baculi Epiſcopales fracti in eorum degradationibus. In *Baculus.*
Baptizandæ mulieres an nudæ omnino fontem ingreſſæ. In *Alba.*
Baptizatorum veſtis. In *Alba.*
Barbam tangendi, ſeu primam lanuginem incidendi ritus. In *Barba*, & in *Barbatoria.*
Barones in Francia, Anglia, &c. In *Baro.*
Baſilicæ tumulis Magnatum impoſitæ. In *Baſilica.*
Benevalete, formula adſcripta Bullis Pontificiis. *In hac voce.*
Bibere in honorem alicujus, in amore Sanctorum, &c. In *Bibere.*
Bonæ indolis titulus vulgò datus junioribus principibus. In *Indoles.*

C.

CALCARIA Militibus amputata in degradationibus. In *Calcar.*
Calceamenta deferre, præbere. *In hac voce.*
Calceorum roſtra & aculei. In *Pigacia*, & *Poulainia*, & *Roſtra.*
Campagorum uſus quorum fuit. *In hac voce.*
Campanæ pulſatæ in adventu virorum nobilium, Epiſcoporum, &c. *Ibid.*
Campanarum uſus & inventio apud Latinos & Græcos, earum baptiſmus. *In hac voce.*
Campiones, de quibus multa. *In hac voce.*
Candelæ accenſæ ſub conjugatorum pedibus poſitæ. *In hac voce.*
Candelæ projectæ & extinctæ in excommunicationibus. *In hac voce.*

Canem ferre in pœnam. In *Canis.*
Per canem jurare. In *Canis.*
Canum pedes mutilati, ne in venationem pergant. In *Expeditare.*
Canum variæ ſpecies. In *Canis.*
Canonici varii, de quibus multa *in hac voce.*
Canonizationis ritus. In *Diptycha.*
Cantatores ante prælia Milites ad fortiter agendum excitabant. In *Cantilena Rollandi.*
Cantus Eccleſiaſtici origo & inſtitutum. In *Cantus.*
Capellani Secretariorum & Amanuenſium officio functi. In *Capellanus* p. 786.
Capillos ponebant qui ſe Deo offerebant. Capillos & barbam nutriebant Pœnitentes, &c. Varii alii ritus per capillos. *In hac voce.*
Capitoliorum aliquot ſeries. *In hac voce.*
Caritates, dicta extraordinaria convivia quæ Monachis in Defunctorum anniverſariis & majoribus ſolennitatibus præſtabantur. In *Caritas.*
Carrocia, vexilla ita dicta, in aciem educendi modus, eorum deſcriptio. In *Carrocium.*
Catallum melius poſt tenentium mortem dominum ſpectavit. In *Catallum, Curmedia, Heriotum.*
Catapanorum Italiæ Catalogus. In *Catapanus.*
Catechizabantur pueri antequam ad baptiſmum offerrentur. In *Catechizari.*
Catholici, & de eorum dignitate. *In hac voce.*
Ceſſionis bonorum ritus apud veteres Francos. In *Chrenetruda.*
Chirographa conficiendi ritus. *In hac voce*, & in *Indentura.*
Chorepiſcoporum dignitas, munus, &c. *In hac voce.*
Cibariæ ac annonariæ præſtationes factæ olim à ſubditis, Regibus ipſis apud Anglos. In *Firma.*
Circulis ferreis corpus ac brachia onerata in pœnitentiam. In *Circulus.*
Clamationum in Monaſteriis ritus. In *Clamare.*
Claves remittere in ſignum divortii. In *Clavis.*
Clavium S. Petri limaturæ ad Principes miſſæ. In *Clavis.*
Clauſtrorum Monachorum & Canonicorum forma & figura. In *Clauſtrum.*
Clypei Militum ſepulchris appenſi. In *Clypeus.*
Clypeo elati, dum proclamabantur, Imperatores & Reges. In *Clypeus.*
Clypeos & inſignia feneſtris apponendi ritus. In *Feneſtragium.*
Collibertorum conditio & ſtatus. *In hac voce.*
Comites varii. *In hac voce.*
Communio ſacra. *Multa in hac voce.*
Communionis, ſeu ſumptionis ſanctæ Euchariſtiæ varii ritus. In *Communio.*
Poſt Conſulatum formula. In *Conſulatus.*
Contramandandi ritus varii. In *Contramandare.*
Coronati in nuptiis. In *Corona.*
Corrigiam ſuper tumulum projicere, in *Corrigia.*
Crux fixa in ſignum dedicationis ædis ſacræ. In *Crux.*
Crucis appoſitio in pignorationis ſymbolum. In *Crux.*
Cruce ſubſcribendi ritus & origo. In *Crux.*
Crucem bajulabant, ut ad commiſerationem excitarent. In *Crux.*
Cruces erectæ in magnatum funeribus. In *Crux.*

D.

DALMATICARUM Eccleſiaſticarum origo & uſus. In *Dalmatica.*
Danigeldum tributum Anglis indictum ad pacandos vel pellendos Danos, ejus origo, &c. *In hac voce.*
Decimarum Laicarum & Eccleſiaſticarum varii uſus. *In hac voce.*
Deciorum ludi etymon. *In hac voce.*
Decretorum collectiones variæ. In *Decretum.*
Dedicationis Eccleſiarum ritus. In *Dedicatio*, & *Encænia.*
Defectus juſtitiæ in judiciis uſus. In *Defectus.*
Defenſorum Eccleſiaſticorum origo. In *Defenſor.*
Degradationis Eccleſiaſticæ formæ variæ. In *Degradatio.*
Denarius S. Petri quando & quomodo exſolutus apud Anglos. In *Denarius.*
Denarius S. Petri à ſingulis fere regnis Catholicis exactus. In *Denarius.*
Denuntiatio novi operis per jactum lapilli. In *Denuntiatio.*
Dextera elata in Sacramentis. In *Juramentum*, col. 156.
Dextras dare in ſignum fœderis. In *Dextra.*
Diaconiæ Romæ, earum uſus & catalogus. *In hac voce.*
Diaconorum inſtitutum & officium. *In hac voce.*
Diffidationum ritus. In *Diffidare.*
Diptychorum Conſularium & Eccleſiaſticorum uſus ac ritus. In *Diptycha.*
Diſparagatio, ſeu inæquale connubium. In *Diſparagare.*
Domini rerum dicti Imperatores & Reges. In *Dominus.*
Dominicarum ſeries, nomina, introïtus. In *Dominica.*
Domni appellatio Monachis competiit. In *Domnus.*
Domorum condemnatio ſeu everſio in criminibus. In *Condemnare.*
Dormitoriorum Monaſticorum forma. *In hac voce.*
Duelli ſeu purgationis per monomachiam ritus varii. In *Duellum.*

E.

ECCLESIÆ olim in ſecularium bonis cenſitæ. *In hac voce.*
Eccleſiarum immunitatis fines. In *Dextri.*
Eleemoſynæ dictæ Eccleſiarum poſſeſſiones, Dotes. In *Eleemoſyna.*
Engleſcheriæ probandæ ratio. *In hac voce.*
Enſibus militaribus nomina indita. In *Curtana.*
Epiphaniorum feſti appellationes. *In hac voce.*
Epiſcopi & Abbates eundi in exercitum obligationi obnoxii ex Regalibus. In *Hoſtis.*
Epiſcopi Palatii. In *Epiſcopus.*
Equi ſagis inſtructi, palliati. In *Equus.*
Equis albis vehi ſoliti Principes in majoribus ſolennitatibus & pompis. In *Equus.*
Equos in mortuorum exequiis offerendi ritus. In *Heretum.*
Eſterlingorum monetæ nominis origo. *In hac voce.*
Evangelii inſpectio in Epiſcoporum conſecrationibus. In *Sortes Sanctorum.*
Evangelium in dorſo portare. In *Evangelium.*
Evangelium nudo enſe in vigilia Natalis Dom. legit Imperator. In *Evangelium.*
Euchariſtiæ porrigendæ ritus, in *Euchariſtia.*
Eulogiarum mittendarum ritus. In *Eulogia.*
Excæcandi variæ rationes. In *Abacinare.*
Excommunicatio ob debita non ſoluta. In *Excommunicatio.*
Excommunicati intra annum abſolutionem obtinere ab Epiſcopis tenebantur. In *Excommunicatio.*
Excommunicatorum corpora niſi mortui abſolverentur, non reſolvi. In *Imblocare.*
Excommunicatorum cadavera inſepulta, & in arborum truncis expoſita. In *Imblocare.* V. Addit.
Exſufflationis in baptiſmo ritus. In *Exſufflatio.*

F.

FALSANDI judicium, ſeu appellandi à judicio, ratio. In *Falſare.*
Faſciola, apud Monachos, quid. *In hac voce.*
Ferri candentis examinis ritus. In *Ferrum candens.*
Feſti aſinorum celebrandi ritus apud Rotomagenſes. In *Feſtum.*
Feſtorum Eccleſiaſticorum ſeries, & nominum ratio. In *Feſtum.*

Feſtum

Feſtuca, ſignum traditionis; ritus. In *Feſtuca.*
Feudorum origo. In *Beneficium*, & *Feudum.*
Feudorum variæ nomenclaturæ & ſpecies. *In hac voce.*
Fidelitatis ſacramentum, ab hominio diverſum. In *Fidelitas.*
Fidelitatem, non homagium præſtant Epiſcopi. In *Fidelitas.*
Fidei mentitæ crimen. In *Fides.*
Filiolis, ſeu filiis ſpiritualibus, dona data à Patrinis. In *Filiolatus.*
Filum de pallio projicere in ſignum condonatæ injuriæ. In *Filum.*
Flagellatio quomodo inflicta. In *Flagellatio.*
Foagii exigendi ratio. In *Foagium.*
Fraternitatum Eccleſiaſticarum ratio. In *Frater*, *Fraternitas.*
Fratriagii, ſeu freragii ratio. In *Frater.*

G.

GAVELKINDI ratio apud Anglos *In hac voce.*
Gaſtaldorum nomen, munus, dignitas. *In hac voce.*
Gradus cognationum in matrimoniis. In *Cognatio.*

H.

HARMISCARÆ ritus. *In hac voce*, & in *Proceſſio.*
Hereoti, ſeu melioris, catalli præſtatio, qualis; In *Catallum*, & *Herietum.*
Hominiorum variæ ſpecies, ritus varii. In *Hominium.*
Hoſtis, ſeu eundi in exercitum obligatio, de qua multa in v. *Hoſtis.*
Hundredos tenendi ratio, in Anglia. In *Hundredus.*

I.

JACENTIBUS columnis opus novum impedire. In *Jacere.*
Jejunia varia Eccleſiaſtica. In *Jejunium.*
Idola appellati Pſeudo-Pontifices. In *Idolium.*
Ignis Græci & confectitii origo & uſus. In *Ignis.*
Ignis ſacer, quo Hieroſolymis quotannis lampades S. Sepulchri accendi ſolerent, qui autores meminerint. In *Ignis.*
Igne probatæ reliquiæ. In *Ignis.*
Ignitegii origo & uſus. *In hac voce.*
Imperatoris titulum ſibi adſcripſere Reges Bulgariæ, Anglo-Saxonum, Hiſpaniæ. In *Imperator.*
Imperium quando diviſum. In *Imperator.*
Incluſorum in Monaſteriis vita. In *Incluſi.*
Indictionum variarum origo & uſus. *In hac voce.*
Infantes ac pueri appellati juniores Principes ac Barones qui nondum ſuæ tutelæ eſſent. In *Infans.*
Infantionum Hiſpanicorum ordo, conditio, privilegia. *In hac voce.*
Infantium, ſeu juniorum monachorum ac etiam oblatorum modeſtia. In *Infans.*
Inſcriptiones ineditæ. In *Dua*, *Scamnocancellus.*
Intercedebant Epiſcopi pro reis cauſâ cognitâ. In *Intercedere.*
Interdicti Eccleſiaſtici formula. In *Interdictum.*
Inteſtatorum bona fiſco ceſſere. In *Inteſtatio.*
Inveſtitio per chirothecæ traditionem. In *Chirotheca.*
Inveſtiturarum varii ritus. *In hac voce.*
Joannes Scotus unde Erigena dictus. In *Erigena.*
Irminſul apud Saxones cultus. *In hac voce.*
Jubilæi origo. *In hac voce.*
Judicium S. Spiritus, quale. In *Judicium.*
Juramentorum & ſacramentorum varii ritus, variæ formulæ. In *Juramentum.*
Juratarum in Anglia ritus. In *Jurata*, & *Juratores.*
Juſtitiarii capitales in Anglia, eorum munus. In *Juſtitia.*

K.

KALENDARUM Januariarum ludicra & ineptiæ ſenſus in Gallia deſitæ. In *Kalenda.*

L.

LADÆ, & purgationis per ladam ratio fuſiùs explicata. In *Lada.*
Lampades Imperatoribus & majoribus dignitatibus prælatæ. In *Lampadarii.*
Lancea S. Mauritii inter Imperatorum Germanicorum Cimelia. In *Lancea.*
Laternarum cornearum, & militarium origo. In *Laterna.*
Laudes ſeu acclamationes dictæ Principibus in ſacris Liturgiis, earum ritus varii & formulæ. In *Laus.*
Laudis perennis ratio & ritus in Monaſteriis. In *Acœmeti.*
Lauratarum imaginum ritus varii. In *Lauratum.*
Lectorum Eccleſiæ munus. *In hac voce.*
Ledonis & Malinæ nomina unde, &c. In *Ledo.*
Leges variæ unde in ſingula regna inductæ, earum variæ nomenclaturæ, origines, & autores. In *Lex.*
Legitimatio per ſubſequens matrimonium quando inductum. In *Legitimatio.*
Leoninorum verſuum nomenclatura. In *Leonini.*
Ligeitas in hominiis in quo conſiſtat. In *Ligius.*
Lupanaria publica tolerata. In *Gynæceum.*

M.

MANDATI, ſeu ablutionis pedum, apud Monachos ritus varii. In *Mandatum.*
Manſorum diverſæ ſpecies. In *Manſus.*
Mantum, Summorum Pontificum veſtis propria, unde *Immantari* dicuntur. In *Mantum.*
Manufirmatum, ſeu fundorum ad vitam datorum origo & uſus. *In hac voce.*
Manumiſſionum ritus varii. *In hac voce.*
Manus impoſitio Eccleſiaſtica, &c. In *Manus.*
Manus mortua, quid. In *Manus.*
Marabotinorum & Maravedinorum Hiſpanicorum nomen unde. In *Marabotinus.*
Marani Hiſpanici unde. *In hac voce.*
Marcarum variæ ſpecies, & pretia. *In hac voce.*
Mareſcalli varii, horum dignitas, munus, jura, &c. *In hac voce.*
Martyres interdum dicti qui non pro confeſſione nominis Chriſti violenta morte obierant. *In hac voce.*
Matricularii, pauperes in matriculam relati: de iis multa. In *Matricula.*
Matrimonii libertas, ſeu licentia maritalis. In *Maritagium.*
Mazerina vaſa quæ. In *Mazer.*
Mediatoribus ſeu Internuntiis intervenientibus conceſſa Eccleſiis prædia. In *Mediator.*
Membranæ purpureæ. *In hac voce.*
Menſale dividebatur ſeu lacerabatur ejus qui inſignibus & clypeo careret. In *Menſale.*
Menſis intrans, exiens, ſtans, reſtans, qui. *In hac voce.*
Mercata cur diebus Sabbati præſertim conceſſa. In *Mercatum.*
Meſcluta Conſtantinopolitana. *In hac voce.*
Militaris ordinis conſequendi ritus. In *Miles.*
Miniſtellorum in Palatiis & præliis munus. *In hac voce.*
Miniſterialium apud Germanos conditio, & dignitas. *In hac voce.*
Miſſa, Miſſæ variæ, nominis etymon, &c. *In hac voce.*
Mixtum apud Monachos, quid. *In hac voce.*
Monachi ad ſuccurrendum qui dicti. In *Monachus.*
Monaſteria regalia, eorum conditio, ubi & de Abbatibus regalibus. In *Monaſterium.*
Monetæ variæ, res Monetaria. In *Moneta.*
Monetarum Belgicarum veterum nomina & ſpecies variæ. In *Leones.*
Monogrammatum uſus, figuræ. In *Monogramma.*
Murrhina vaſa, ſequioribus ſeculis, Mazerina dicta. In *Mazer.*

Muſivarium opus, de quo multa. *In hac voce.*

N.

NOMEN duplex interdum viris datum. In *Binomius.*
Nominis impoſitio, mutatio, &c. In *Nomen.*
Nomina impoſita in Baptiſmo. In *Binomius.*
Nonarum ex agris præſtatio. In *Nona, ubi multa.*
Notæ librariæ, muſicæ, &c. In *Nota.*
Nuntiatio novi operis per jactum lapilli. In *Nuntiatio.*
Prima novæ nuptæ nox redempta. In *Marchetum.*

O.

OBLATARUM conficiendarum ratio: oblatæ ſuper defunctorum corpus poſitæ, &c. *In hac voce.*
Oblatorum in Monaſteriis, cùm infantium tum adultorum origo. In *Oblati.*
Obnoxiationis, ſeu in ſervum ultro ſe dandi forma ac ritus. *In hac voce.*
Oleum benedictum ad depellendos morbos. In *Oleum.*
Organorum muſicorum inventio, uſus. *In hac voce.*
Oeconomi Eccleſiarum. *In hac voce.*
Oſculum, cùm in ſacris, tum in prophanis. *In hac voce.*

P.

PAGANI cur interdum appellati infantes, & unde paganorum nomenclatura. *In hac voce.*
Pallium Archiepiſcopale, de quo plura. *In hac voce.*
Pallio cooperiendi filios natos ante matrimonium ritus. In *Pallium.*
Panes varii. In *Panis.*
Paſchatis variæ nomenclaturæ, variaque epitheta. *In hac voce.*
Patriam abjurandi ritus. In *Abjurare.*
Penoncellos deferre quibus competiit. In *Penons.*
Perſona, Perſonatus, dignitas Eccleſiaſtica, de qua plura. *In hac voce.*
Placita, ubi ea tenebantur, &c. *In hac voce.*
Pœnitentes, Pœnitentia publica & privata, &c. *In hac voce.*
Pœnitentium Reconciliatio. In *Reconciliatio.*
Potare nomine matrimonii. In *Potare.*
Precariarum & Præſtariarum ratio. In *Precaria.*
Primatum Eccleſiaſticorum dignitas. *In hac voce.*
Principum, ſtatim atque renuntiati eſſent, imagines in provincias miſſæ. In *Lauratum.*
Prioratuum Eccleſiaſticorum origo, In *Obedientia.*
Pſalmi varii. *In hac voce.*
Purgationis per Euchariſtiam ratio & uſus. In *Euchariſtia.*

Q.

QUADRAGESIMÆ variæ. *In hac voce.*

R.

RATIONALE Epiſcoporum, quid. *In hac voce.*
Regis titulus conceſſus Reginis. In *Rex.*
Regradationis pœna. In *Menſa*, & *Regradatio.*
Reliquiæ inter ſpinas depoſitæ, & alii in Reliquiis ritus. In *Reliquiæ.*
Reorum evaſionis culpa in vicanos refuſa. In *Eſcapium.*
Reos clamore perſequendi forma. In *Haro Hueſium.*

S.

SANCTI è quorum ſepulchris manna, ſeu liquor odorus effluit. In *Manna.*
Sanguis Dominicus in calicem vino plenum refuſus, quo populus communicabatur. In *Calix.*
Scabinorum vox. In *Scabinus.*
Scacarium Francicum, Anglicum, &c. *In hac voce.*
Scriptores, ſcriptoria in Monaſteriis. In *Scriptor.*
Secundo-geniti primogenitis præferuntur in aliquot provinciis. In *Burgengliſch.*
Sellæ geſtatio, pœna nobilium. In *Sella.*
Sellarum equeſtrium origo. In *Sella.*
Senatoris Romæ dignitas. In *Senator.*
Sepulchra cancellis muniri ſolita. In *Cancellus.*
In Sepulchris corpus corpori non inferebatur. In *Biſomum.*
Sergentiæ, feudorum ſpecies, ex diverſi generis. In *Serviens.*
Servi ſervorum Dei titulus uſurpatus ab Epiſcopis, Summis Pontificibus, Principibus, &c. In *Servus.*
Servorum ſeu glebæ adſcriptitiorum matrimonia. In *Foriſmaritagium.*
Servorum conditio &c. In *Servus.*
Servientes ad Legem in Anglia, eorum dignitas ac prærogativa. In *Serviens.*
Servitiorum variæ ſpecies. *In hac voce.*
Sigilla pendentia quando primùm uſurpata, Sigillum Secreti, &c. In *Sigillum.*
Signorum, ſeu ſignis quidpiam denotandi apud Monachos variæ ſpecies. In *Signum.*
Stapedum uſus & origo. In *Staffa.*
Subſcriptiones rubricæ, ſeu per cinnabarim exaratæ. In *Cinnabar.*
Superpoſitio Jejunii, Pſalmorum, quid. In *Superpoſitio.*
Syncelli Summorum Pontificum, Patriarcharum, &c. *In hac voce.*

T.

TEMPLARIORUM ordo, Magiſtrorum Templi catalogus. In *Templarii.*
Teſtes per aurem attracti. In *Auris.*

V.

VASSI, Vaſſalli, qui? In *Vaſſus.*
Verſus politici qui dicti. In *Politici*, ubi col. 556. emenda, *cui ſubjungitur.*
Veſtibus candidis induti baptizati. In *Illuminare.*
Vexilli erectio dominii ſymbolum. In *Vexillum.*
Viæ militares quatuor Angliæ. In *Erminſtreat.*
Vicedominorum dignitas, munus. *In hac voce.*

II.

EXCURSUS CIRCA RES FRANCICAS,

ſeu quæ ad Hiſtoriæ Francicæ cognitionem & κριτικὴν ſpectant.

A.

ABBATES Laïci. In *Abbacomites.*
Alebretenſis familiæ nomen unde. In *Leporetum.*
Ampulla Remenſis. In *Ampulla.*
Annuli Regii cura penes quem fuit. In *Annulus.*
Annum à Kl. Martii olim auſpicati Franci, interdum à Natali Dom. deinde à Paſchate, &c.
Sed & annos à Chriſti Paſſione iidem auſpicati, præterea à tranſitu ſeu morte S. Martini. In *Annus.*
Apanagiorum apud Francos ratio & uſus. In *Apanagium.*
Apocriſiariorum apud Francos quod fuerit munus. In *Apocriſiarius.*
Archiatrorum Regum Franciæ ſeries. In *Archiatri.*
Archicancellarii in Francia. *In hac voce.*
Ardentes, qui in Francia. *In hac voce.*
Auriflamma Francorum. *In hac voce.*

B.

BACULI Regum Franciæ cujuſmodi fuerunt. In *Baculus.*
Bagaudæ Gallici qui? *In hac voce.*
Bajuli Regis ſeu Pædagogi apud Francos, eorum dignitas, & ſeries. *In hac voce.*
Bajulorum, ſeu Ballivorum in judiciis apud noſtros munus, ſacramentum, & origo. *In hac voce.*
Balthei Francorum. In *Baldrellus.*
Barones qui dicti apud noſtros. In *Baro.*
Baſilei appellati Francorum Reges. In *Baſileus.*
Benedictiones Regum Franciæ. In *Benedictio.*
Berſarii in Regum Palatiis qui? In *Berſare.*
Blavotini & Bloetini qui dicantur apud Guill. Britonem. *In hac voce.*
Bombardarum origo, & uſus in Gallia. *In hac voce.*
Bullis aureis diplomata ſua muniebant Reges Francici. In *Bulla.*
Burgeſia Regia apud nos. In *Burgenſis.*
Buticularii Franciæ dignitas & munia. In *Butti.*

C.

CALCARIA veterum Francorum. In *Calcar.*
Cambellanorum Franciæ dignitas & munus. *In hac voce.*
Camerariorum Franciæ dignitas & munus. *In hac voce.*
Campus Martii & Maii apud Francos. *In hac voce.*
Cancellarii in Regum Franciæ Palatiis qui dicti. *In hac voce.*
Caorcini in Francia qui dicti. *In hac voce.*
Capa S. Martini, quæ fuerit. *In hac voce.* p. 775.
Capella S. Martini. *In hac voce* p. 778. 779.
Capellanorum & Archicapellanorum apud Francos dignitas, eorum ſeries. In *Capellanus.*
Capetus unde dictus Hugo Rex. *In hac voce.*
Capitales, ſeu *Captaux*, qui & unde dicti in Francia. In *Capitalis.*
Capitaneorum ſeu Gubernatorum majorum munus apud noſtros. In *Capitaneus.*
Capitolia varia in Gallia. *In hac voce.*
Capitulorum ſeu Capitularium libri apud Francos. In *Capitulum* p. 811.
Carolo M. cur Magni nomen tributum. In *Magnus.*
Crines nutriebant Reges Gallorum. In *Crinus.*
Curia Franciæ. In *Curia.*
Curiæ Coronatæ, in quibus Franciæ Reges coronati ſedebant ac procedebant. In *Curia.*

D.

DECIMA Saladinæ. In *Decima.*
Dies magni Trecenſes. In *Dies.*
Domeſticorum apud Francos dignitas. In *Domeſticus.*
Domicelli dicti Regum Franciæ filii. In *Domicellus.*
Dominæ appellatæ Regum Franciæ filiæ. In *Domicella.*
Dona annua Regibus Fr. fieri ſolita. In *Donum.*
Drudes apud Francos qui? *In hac voce.*
Ducum ſub 1. & 2. Regum ſtirpe dignitas. In *Dux.*
Durandal, enſis Caroli M. In *Duriſſimus.*

E.

ELEEMOSYNARII Regum Franc. horum ſeries, & dignitas. In *Eleemoſynarius.*
Emancipationis apud Francos formula. In *Emancipatio.*

F.

FALCONARIORUM apud Francos dignitas & munus. In *Falco.*
Faſciæ crurales Francorum. In *Faſcia*, & in *Caliga.*
Fert; Diviſiæ Ducum Sabaudiæ vox unde. *In hac voce.*
Flavi appellati à Scriptoribus Franci. In *Flavus.*
Foreſtæ Francicæ præcipuæ. In *Foreſte.*
Franciæ nomen unde & quando ortum. In *Francia.*
Fraxineti in Provincia ſitus. In *Marrones.*

G.

GABELLÆ apud noſtros origo. In *Gablum.*
S. Germani in Laia oppidi nomen unde. In *Leda.*
Giſta Regum Franciæ. In *Giſtum.*
Gradus, ſeu *Gras*, in Occitania, pro trajectu maritimo. In *Gradus.*
Gravionum dignitas, munus. *In hac voce.*
Gynecæorum apud Francos ratio. In *Gynæceum.*

H.

HÆREDES apud noſtros nudè dicti prædiorum paternorum hæredes, adhuc infra ætatem. In *Hæres.*
Haro, clamoris ita dicti, origo & uſus. *In hac voce.*

Haſtæ, Francis propriæ. *In hac voce.*
Heraldorum Regis in Francia creationis ritus. In *Heraldus.*
Herebannum, de quo plura. *In hac voce.*
Hucinus unde dictus Ludovicus Rex Fr. *In hac voce.*

I.

ILLUSTRES cur dicti Reges Franciæ prioris ſtemmatis. In *Illuſtris*, & in Addit.
Imperatores dicti Francorum Reges. In *Imperator.*
Indicti, ſeu Nundinarum San-Dionyſianarum origo. In *Indictum.*
Inferenda apud ſcriptores noſtros, quid. *In hac voce.*
Ingenui qui dicti apud Francos. *In hac voce.*
Inquiſitores Judicum apud noſtros. *In hac voce.*
Inquiſitores fidei apud noſtros quando inſtituti, eorum munus. *In hac voce.*
Judæi habitu à Chriſtianis in Europa ex decretis Principum & Conciliorum ſecreti. In *Judæus.*
Judæi apud noſtros in Bonis dominorum ac Baronum cenſiti. *In hac voce.*
Judicum majorum in Comitatu Provinciæ dignitas & ſeries. In *Judex.*
Jus ſcriptum, quo provinciæ aliquot Franciæ reguntur, unde inductum. In *Jus.*

L.

LANCEA Caroli Magni. In *Lancea.*
Leti in Gallia, qui populi ſic appellati. In *Leti.*
Lex, terra Salica, & de ea obſervationes. In *Lex.*
Liardus, monetæ minutioris ſpecies, unde dicta. In *Miliarenſis.*
Liberationes, noſtris dictæ veſtes quæ ſtatis anni temporibus domeſticis quotannis præbebantur. In *Liberare.*
Libertorum in Francia conditio. In *Liberti.*
Lingua Romana in Gallia. In *Romani.*
Locumtenentes, apud noſtros, provinciarum Gubernatores, eorum munus. *In hac voce.*
Lombardi, fœneratores & mercatores in Francia. In *Longobardi.*
Lotharii & Caroli Calvi Regum & Imp. imaginum explicatio. In *Armiger.*
Lui, pro *ille*, apud noſtros. *In hac voce.*

M.

MADRINARII qui in aula Francica. In *Mazer.*
Magiſter Oſtiariorum, Pincernarum, dignitates in aula. Regum Franc. In *Magiſter.*
Magni Coci dignitas & munus apud Francos. Magnorum Coquorum ſeries. In *Coquus.*
Majorum domus Franciæ dignitas, munus, ſeries. In *Major.*
Manſionarii in aula Regum Franc. dignitas, officium. In *Manſionarius.*
Mareſcallorum in Francia erat facere *antegardam*, ſeu ducere primam aciem. In *Antegarda.*
Mareſcalli filei dicti Domini de *Levis.* In *Mareſcalcus.*
Matrones, dictæ circa Alpium juga gentis Saracenicæ reliquiæ. *In hac voce.*
Martellus unde dictus Carolus. *In hac voce.*
Merovingi dicti Reges ex prima Regum ſtirpe. *In hac voce.*
Meta'lum, vox nummis Francicis olim inſcripta. *In hac voce.*
Milites Eccleſiaſtici apud Lugdunenſes, &c. qui. In *Miles.*
Milites Regis, qui dicti apud noſtros. In *Miles.*
Milites ſtellæ in Francia. In *Stella.*
Miſſorum dominicorum apud noſtros officium. In *Miſſus.*
Monetæ aureæ & argenteæ Regum & Baronum Francicorum nomina, pondus, figuræ, &c. In *Moneta.*
Monogrammata Imperatorum & Regum Franciæ. In *Monogramma.*
Mons gaudii, clamor militaris Regum Franciæ, unde. *In hac voce.*
Mutones, aurei Francici, eorum pretium, à quibus primùm cuſi, &c. In *Multo.*

N.

NIHIL fecit, epitheton quorundam Regum Franciæ. *In hac voce.*
Noctium numero tempora diſtinguebant Franci. In *Nox.*
Nundinæ Campanienſes, de quibus multa. In *Nundinæ.*

O.

ORDINIS Hiſtricis ſeu Camalli origo. In *Camelaucium.*
Oſtiarii dignitas apud Francos. *In hac voce.*

P.

PALATIA regia in Francia, eorum ſeries. In *Palatium.*
Pallium Francorum quadrangulum. *In hac voce.*
Palma Regibus Franciæ porrecta cum aliis inſignibus in eorum inaugurationibus. In *Palma.*
Parium feudalium & Franciæ origo, munus, numerus, &c. In *Par.*
Parlamentorum Franciæ initia. *In hac voce.*
Patricii dignitas unde Pipino, Carolo M. cæteriſque Imperatoribus tributa. *In hac voce.*
Patritiorum Maſſiliæ ſeu Provinciæ dignitas ac ſeries. *In hac voce.*
Philippi cur appellati Reges Franciæ. In *Philippus.*
Philippi IV. Reg. Franc. ſtatutum de Duellis. In *Duellum.*
Picardiæ, provinciæ Galliæ, nomen unde? In *Beghardi.*
Picardiæ vocabulum unde, & quando cognitum. *In hac voce.*
Pileatus cur dictus Willelmus Nothus. In *Pileatii.*
Pipinus proſtratus ſepultus, & cur. In *Proſtrati.*
Poheri in Francia qui populi ſic dicti. *In hac voce.*
Pondus Caroli M. vel Palatii. In *Pondus.*
Poſt Conſulatum, cur appoſitum in Diplomatibus Reg. Franc. In *Conſulatus.*
Poteſtatis dignitas in francia perinde obtinuit ac in Italia. In *Poteſtas.*
Præceptor Palatii, quæ dignitas, in Francia. In *Præceptor.*
Præpoſitus capis, apud Francos, qui? in *Capus.*
Præpoſitorum in Francia munus. In *Præpoſitus.*
Principes in Francia qui potiſſimum dicti. In *Princeps.*

R.

RECHINUS cur cognominatus Fulco Comes Andegavenſis. *In hac voce.*
Reclauſus dictus Carolus Simplex. *In hac voce.*
Referendariorum apud noſtros munus, ſeries. *In hac voce.*
Regales, apud Francos Regum filii, vel Principes regiæ ſtirpis. *In hac voce.*
Regalia Epiſcoporum in Francia. *In hac voce.*
Reginæ dictæ Regum filiæ apud noſtros. In *Regina.*
Rex Regum dictus Rex Franciæ. In *Rex.*
Ribaldi apud noſtros qui? Rex Ribaldorum. In *Ribaldi.*
Ripuarii in Gallia qui dicti. *In hac voce.*
Robæ dictæ in Francia veſtes quæ à Regibus proceribus & miniſtris diſtribui ſolebant. *In hac voce.*
Roſa aurea Ludovico VII. Regi miſſa à Summo Pontifice. In *Roſa.*
Rotæ ſupplicium in Francia, quando in uſu eſſe cœpit. In *Rota.*
Ruptarii in Francia qui? *In hac voce.*

S.

SALICÆ terræ, quæ dictæ. In *Terra*.
Scacarium Normannicum. *In hac voce.*
Scholæ publicæ in Epiſcopiis inſtitutæ à Carolo M. In *Schola*.
Senatores qui dicti in Francia. *In hac voce.*
Seneſcalli in Francia, eorum dignitas & munus, catalogus. *In hac voce.*
Servientes armorum qui in Francia. In *Serviens*.
Sire, apud noſtros vox unde? In *Siriaticus*.
Soldicorum dignitas apud noſtros. In *Syndicus*.
Solidi Francici. In *Solidus*.
Spathæ ſeu enſes Francorum. In *Spatha*.
Submonitionum in Parium judiciis formulæ, ritus. In *Submonitio*.
Supranominum apud nos origo. *In hac voce.*

T.

TALLIÆ aſſidendæ apud noſtros ratio. In *Tallia*.
Teloneari dignitas in aula Regum Franciæ. *In hac voce.*
Templum, ædes Templariorum Pariſiis, in qua reconditus & aſſervatus theſaurus regius. *In hac voce.*
Tertiarum origo in Francia. *In hac voce.*
Torneamentorum repertores Franci. In *Torneamentum*.
Torturæ apud noſtros uſus & ratio. In *Gaggare*.
Treugæ Dei origo in Francia, ejus hiſtoria. *In Treuga.*
Tribuni in Francia qui olim dicti. *In hac voce.*
Turris de *Mambergeon* Pictavis nomen unde. In *Malbergum*.

V.

VALDENSES Hæretici, varia eorum nomina, & variæ ſectæ. In *Valdenſes, Aginnenſes, Albanenſes, Albigenſes, Arnaldiſtæ, Bagnolenſes, Barrini, Bonihomines, Bulgari, Cathari, Comiſtæ, Comanelli, Concordenſes, Conſolati, Dulciniſtæ, Leoniſtæ, Ordibarii, Ortlibienſes, Paſſagini, Pauperes, Piſſi*, &c.
Venationem ſemper exercuere Francici Principes. In *Foreſte*.
Vexillum Regale in Francia. In *Vexillum*.
Vexillum S. Martini. In *Vexillum*.
Vicecomites in Normannia. *In hac voce.*
Uſurarii exagitati, damnati in Francia. In *Uſurarius*.

III.

ÆDES, PVBLICÆ, PRIVATÆ, Ædium partes.

ACCUBITUS. Açutum. Agulia. Amaſatus. Ambulatorium. Amœna. Anaticla. Andamius. Androna. Angarium. Anguſtiportum. Anpits. Antemurale. Antiparies. Apertorium. Apogæum. Apotheca. Appendaria. Appendicium. Applicium. Arcovolus. Arcus. Arenæ. Armaria. Armatorium. Arſena. Arſenalis. Aſcenſorium. Aſtrum. Atriamentum. Atrium. Attegia. Aviarium. Aurilegium. Auvanna. Bacia. Bacifollum. Bafumaria. Balaſtrum.

Balcones. Balingium. Ballaſtrum. Balliſtraria. Ballatorium. Ballium. Baluſtrum. Baphium. Balanium. Baſinduca. Baſtia. Baſtida, &c. Baſtonicum. Batalliæ. Batatorium. Batifollum. Batiſchæ. Beccharia. Bedum. Belfredus. Berbicaria. Bercaria. Bicellum. Billicus. Binna. Biſomum. Biſturris. Bladataria. Bobellum. Boçaria. Bodia. Bodium. Boel. Borda. Bordellus. Boſtar. Botatorium. Botha. Bovellum. Boviale.

Bovolcaritia. Bracina, &c. Brachiale. Breviarium. Bubulcaria. Bubulcerium. Bugia. Caballatrium. Cabannaria. Caldararia. Caldicum. Camara. Camaradum. Camba. Cambra. Camera. Cameraria. Caminata. Canava. Cantarum. Capanna. Capdolium. Capitellum. Capitolium. Capitulum. Capparitia. Carbonaria. Carvale. Carvarium. Caſa. Caſalinum. Caſarina. Caſata. Caſellum. Caſſarum. Caſſinum. Catabulum. Cauponia. Caya. Cella.

Cellarium. Centimolus. Cerclarium. Cervinaria. Chartularium. Cloaca. Cluarium. Cocina. Cœnale. Cœnatio. Cohua. Colax. Coliſæum. Commodum. Comodium. Conciliabulum. Conclave. Conclavum. Conflatorium. Conſiſtorium. Conviviarium. Corficina. Cortis. Cota. Crota. Cubile. Cubucellum. Culina. Deambulatorium. Diaulium. Diſpenſa. Diſtegum. Doana. Doctrinum. Dolatorium. Doma. Dominicum. Domiſtadium. Dormitorium.

Dulciatum. Durpilum. Ealahus. Embolus. Ephebia. Epicauſtorium. Epitomium. Equiale. Equicinium. Equiſtratium. Ergaſterium. Ergodochium. Eruditorium. Eſchaffaudus. Eſtaco. Eſtagga. Excubitorium. Excuſſorium. Exedra. Fabrateria. Fabricæ. Falda. Famicus. Farinale. Farinarium. Faverca. Fenile. Feſtra. Fimella. Floretus. Foculare. Forgia. Fornelſum. Freſtra. Fritticula. Fulina. Fullencium. Fumaria. Funda. Furnile.

Galeria. Garderoba. Gardinum. Garzaria. Geminarium. Geola. Granea. Gurguſtium. Gymnaſium. Gynæceum. Haga. Halla. Ham. Hamſoca. Haſtellaria. Herberga. Hird. Hippocoercium. Idolium. Imbulus. Inſulæ. Judæaria. Librarium. Lignarium. Literarium. Lobia. Lodia. Logium. Longanea. Lucerna. Machale. Macrona. Maidanum. Malarium. Malbergium. Managium. Mançanores. Manerium. Manſæ.

Manſionile. Manſitorium. Manſura. Manſus. Mareſcalcia. Mareſtalla. Maſara. Maiſa. Meſchita. Meſſuagium. Mola. Molaria. Molendinum. Molina. Monetum. Monitorium. Mulnaris. Mulneda. Munitorium. Murus.
Muſcheta. Muſium. Neceſſaria. Nuptorium. Nymphæum. Officium. Operatorium. Orda. Oriolum. Orticlineum. Oviale. Palatium. Penticium. Peribolus. Pinna. Pinſinochium. Piſalis. Piſtoria. Pleiſſicium. Poipia.
Porcaria. Porciſtetum. Poſterula. Poſticium. Potionarium. Pranſorium. Principium. Privata. Proaula. Prolocutorium. Pulſatorium. Quadriporta. Quadriporticus. Raperia. Raphalis. Receptaculum. Receptorium. Rectorium. Reparium. Sala.
Salvatorium. Sartrinum. Scholæ. Schoppa. Scof. Screo. Scuria. Selda. Sicla. Socina. Solarium. Specular. Spicarium. Spoliarium. Spoliatorium. Stagium. Stallum. Stantia. Staplus. Stare.
Staulus. Sterium. Stermentorium. Strapa. Stuba. Stuffa. Stye. Subaula. Sudis. Tabularium. Tectora. Tegorium. Terracia. Teſqua. Textrinum. Thalamus. Thermarium. Tintoria. Titionarium. Todericum.
Togiforium. Tornelia. Torra. Tractatorium. Tranſenna. Triporticus. Triſtega. Trullus. Turregetes. Turturilla. Valcatorium. Venterium. Ventilogium. Voratrina. Zeta. Zotheca.

IV.

ÆDES SACRÆ, MONASTICÆ, earum partes, Officinæ Monaſticæ, &c.

Abbatiola. Abſceda. Abſida. Acolyti. Adytum. Ædes. Agnus. Alæ. Altare. Ambo. Analogium. Andropolis. Antemurale. Antetemplum. Apodanea. Apoſtolicæ Eccleſiæ. Aquila. Archimonaſterium. Archiſtratici ædes. Arcus. Area. Arenarium. Aſcenſus. Aſceterium. Atrium. Auditorium. Aula. Balatoferum. Baptiſterium. Baptizatorium.
Baſilica. Brephotrophium. Buticum. Calefactorium. Campanarium. Cancellus. Capella. Capitium. Capitolium. Capitulum. Capſum. Callium. Carnarium. Caſa-Dei. Caſula. Catacumbæ. Cathedra. Cella. Celliola. Cellula. Cementaria. Chorus. Cimeliarchium. Cimiterium. Cinerarium. Clangorium. Clauſtrum. Clocarium. Coclerium. Cœmeterium. Cœnodochium. Cœnoperium. Colum.
Columnæ altaris. Concha. Concilium Martyrum. Conditorium. Confeſſio. Conſervatorium. Conſignatorium. Conſiſtorium. Continæ. Conventus. Cornu. Cortis. Cratis. Criſpido. Crontochium. Crypta. Cubiculum. Culina. Decanicum. Deductorium. Deſcenſus. Diaconia. Diaconicum. Diœceſis. Domus Dei. Dormitorium. Eccleſia. Eleemoſyna. Eleemoſynaria. Emunitas. Epiſcopium. Eremitorium.
Exedra. Facies. Fanum. Feneſtra. Firmaria. Fons. Foreſtolium. Forma. Galileæ. Gerocomium. Gradus. Gremium. Hypocauſtorium. Inatrium. Inclauſtrum. Inducta. Infirmaria. Laura. Limen. Liminare. Loca. Locutorium. Loquericium. Mandatum. Mandra. Manica. Martyrium. Matricula. Matronæum. Mediana. Menſa. Metochium. Monoca.
Navis. Octachorum. Officinæ. Oraculum. Oratorium. Orciſtra. Oſſuarium. Palatium. Pallatorium. Paradiſus. Paratorium. Parlatorium. Parochia. Paſtophorium. Paupertas. Pergula. Piſcina. Plebes. Podium. Polyandrium. Porticus. Pratum. Preſbyterium. Propitiatorium. Pulpitum. Puteus. Pyrale. Reclinatorium. Refectorium. Regiæ. Retrochorus. Reveſtiarium. Rota.
Ruga. Sacrarium. Sacratorium. Safarium. Salutatorium. Sanctuarium. Secretaria. Secretarium. Semnium. Sinodochium. Solium. Spelæum. Statio. Subconfeſſio. Tabernaculum. Tabula. Tegurium. Templum. Titulus. Tremia. Tribuna. Tribunal. Trichorus. Triforium. Triſantia. Triſtega. Turrile. Turris. Tympanarium. Valetudinarium.

V.

AFFINITATES, COGNATIONES.

Amma. Ancuba. Antenatus. Avius. Aviaticus. Barbanus. Biſavus. Bors. Carnalis. Commater. Compar. Compater. Concubina. Concubitor. Confratres. Confratriſſa. Congeneri. Congermanus. Conjuga. Conjugium. Conſocer. Conſponſalis. Conſponſus. Contectalis.

Conthoralis.
Diagnatus.
Exadelphus.
Exitus.
Femella.
Femina.
Filiaſter.
Filiolus.
Filius.
Fraternus.
Fratria.
Fratriſſa.
Fratruelis.
Fratruus.
Genealogia.
Gener.
Generatio.
Genu.
Genuculum.
Gradus.
Homo.
Janitrices.
Inſobrinus.
Jugalis.
Jurata.
Lateraneus.
Linea.
Mana.
Marita.
Matrea.
Matrimonium.
Matrina.
Matrona.
Mulier.
Naturalis.
Nepos.
Nepta.
Par.
Paraſter.
Parens.
Pater.
Patraſter.
Patreus.
Patrinus.
Pertinentes.
Poſtnatus.
Proculus.
Progener.
Progenies.
Pronaus.
Proſocer.
Puer.
Putativus.
Recognatus.
Relicta.
Sanguinitæ.
Sculnus.
Secundus hæres.
Senior.
Socia.
Sorores.
Sororinus.
Superavus.
Suprinus.

VI.

AGRIMENSORIA, AGRORVM MODI, urbes, oppida, caſtra, villæ, fluvii, lacus, campi, &c.

ABLADIUM.
Abroſtura.
Abſus.
Acadia.
Acceptæ.
Acerra.
Acies.
Acla.
Aclea.
Acra.
Actergum.
Aczadus,
Actuarius.
Actus.
Adjacentiæ.
Afferi.
Affinis.
Affrontatio.
Ager.
Agger.
Aggeſtus.
Agnile.
Agricola.
Ahanare.
Ajacis.
Alcheria.
Aldea.
Algia.
Alivus.
Almunia.
Alpes.
Amnenſis.
Andecinga,
Ancinga,
Accingia, &c.
Apertæ terræ.
Aperti limites.
Aqua.
Aquagium,
Aquagangium.
Aquale.
Aqualicium.
Aquarium.
Aquiductium.
Arabilis.
Aralia.
Arapennis,
Arpentum,
Agripennis, &c.
Aratoria.
Aratrum.
Aratum.
Aratura.
Arbor finalis, &c.
Arca.
Arcella.
Arcatura.
Arcifinius.
Area.
Arinchada.
Arrogium.
Arva.
Arum.
Arura.
Arvus campus.
Aſſimetra.
Atriamentum.
Atrium.
Augia.
Baccalaria.
Bannum leugæ,
Banleuca.
Barrium.
Barton.
Baſtia.
Baſtida, &c.
Beciaria.
Beka.
Beria.
Berlia.
Berton.
Bertonia.
Biſinium.
Binalia.
Bonna,
Bunda,
Bodina, &c.
Bonnarium.
Borda.
Bordaria,
Borgha,
Burgha, &c.
Boria.
Bothena.
Botones.
Bovata.
Bozola.
Brachiata.
Branchiata.
Caballaria.
Cæpetis.
Calaſneo.
Calcea.
Calceia.
Calceata.
Calcetum.
Caligo.
Calis.
Callis.
Calma.
Calorta.
Cambo.
Camera.
Caminus.
Campania.
Campellus.
Campitus.
Campus.
Campus Martius.
Canabula.
Canalis.
Canavaria.
Cancellares.
Candetum.
Canna.
Cantredus.
Capilum.
Capitolium.
Caput.
Carpinus.
Carrectata.
Carreria.
Carrucata
Cartalata.
Cartonata.
Carubium.
Caſa.
Caſale.
Caſtellum.
Caſtrum.
Catabolum.
Cavanna.
Cauſea.
Cauſetum.
Celga.
Centena.
Centenaria.
Centerius.
Centuria.
Centuriatus.
Ceptum.
Cequia.
Ceſpes.
Chacea.
Cheminus.
Cherulas.
Chomata.
Cingellus.
Cingulum.
Circamanaria.
Citratus.
Clabata.
Clauſa.
Clauſaria.
Clauſtrum.
Clauſtura.
Clauſura.
Clawa.
Clima.
Cloeria.
Cluſa.
Cluſoria
Cluſares anguli.
Cluſoria.
Cluſellum.
Coda.
Collarum.
Collectaculum.
Collina.
Colonia.
Combona.
Comitatus.
Comitia.
Commarchia.
Commercium.
Commotum.
Communia.
Comportionales termini.
Compoſtare.
Concaptio.
Concavarium.
Conchada terræ.
Condamina.
Condirectum, &c
Condis.
Condita.
Confinium.
Conformia.
Congeries.
Conjugla.
Conſecrare.
Conſiſterium.
Conſortes.
Conternare.
Contrata.
Conturnus.
Corda.
Cornalia.
Corneria.
Corona.
Corpus.
Corrigia.
Cortis.
Corva.
Coſta.
Coſtera.
Coſtis.
Criſta.
Cro, Croia.
Croftum.
Crota.
Crux.
Crypta.
Cubilaris.
Cubitus.
Culfum.
Cultellare.
Cultura.
Cumba.
Curia.
Curiaria.
Curtis.
Gurriculum.
Curriles aquæ.
Curſus.
Davata.
Dalus.
Dayla.
Decanummus.
Decania.
Decimaria.
Decimanus.
Decumanus.
Declarare.
Decuria.
Defenſa.
Deiwerca.
Delimitare.
Dextri.
Dies.
Dietarium.
Dilapidata.
Dimoiſſarium.
Diœceſis.
Dirigere.
Diſcolatus.
Diſtrictum.
Diſtrictus.
Divergia.
Diviſæ.
Diurnalis.
Diuturna.
Doga.
Doha.
Dola.
Doma.
Domus.
Drudaria.
Ducarius.
Ducatorium.
Ductarium.
Ductus.
Dunjo.
Dunum.
Eia.
Epilogonius.
Epipedonicus.
Epitecticum.
Eremus.
Erplant.
Eſculenus.
Etfundus.
Exoiſſatus.
Extorquere.
Extracluſus.
Fabaria.
Factus.
Faicia.
Faleſia.
Fallum.
Familia.
Fazenda.
Feordwendel.
Fera.
Ferdella.
Ferdingel.
Ferlingus.
Ferrago.
Finagium.
Firma.
Fiſcus.
Flaco.
Flactra.
Fleta.
Flexura.
Flumaria.
Flumetica.
Flumicellus.
Fluminea.
Focis.
Folcland.

Foliata.
Fontana.
Forda.
Forera.
Forma.
Foſſa.
Frachenda.
Fractitium.
Fraga.
Francalia.
Franchiſia.
Fraſcarium.
Frauſtum.
Fretale.
Friſcum.
Frontaria.
Fruſſura.
Fruſtum.
Frutetum.
Fugacia.
Fundora.
Funiculus.
Furlongus.
Gaba.
Gadium.
Gagnagium.
Galetus terræ.
Gamma.
Gara.
Garricæ.
Gaſcatia.
Gaufra.
Gerba.
Gleba.
Gliſeria.
Gobia.
Gordus.
Gota.
Granieies.
Graveria.
Gregaria.
Gremialis.
Greva.
Gromulus.
Gronna.
Gualdus.
Gulfus.
Gurges.
Guſtorium.
Habulum.
Hamarium.
Hamma.
Haſta.
Haſtula.
Haula.
Heda.
Hida.
Hoſtata.
Hominata.
Huba.
Hulmus.
Jactus.
Janum.
Jarna.
Incretus.
Infrontatio.
Inland.
Interfines.
Jornale.
Jornaria.
Jornata.
Jova.
Itinerarius.
Juctus.
Jugatio.
Jugatum.
Jugeratio.
Jugia.
Jugo.
Jugum.
Juhere.
Juierius.
Julia.
Juncaria.
Kerſonaria.
Lacina.
Lacuna.
Lagenares.
Lagia.
Lama.
Landea.
Landimera.
Larricium.
Laſtum.
Latoplaga.
Lavina.
Leda.
Lenticularia.
Leporetum.
Leuca.
Leuda.
Liber.
Libertas.
Libra.
Librata.
Limſta.
Linar.
Littoraria.
Locale.
Longitia.
Lunaris.
Luſter.
Mainagium.
Maiteriata.
Manales.
Manerium.
Manwert.
Mappa.
Maragium.
Marcha.
Marga.
Mariſcus.
Marla.
Maſſa.
Mata.
Medena.
Mediamnæ.
Medietaria.
Mega.
Menſales.
Menſura.
Merſca.
Meſailhata.
Mitariata.
Modietas.
Modiolus.
Molaris.
Moles.
Monſgaudii.
Monſtrata.
Montana.
Monticellus.
Mora.
Mota.
Motalis.
Munda.
Mutulus.
Napina.
Nava.
Noa.
Noca.
Nona.
Normales.
Novale.
Noverca.
Occlata.
Oglata.
Olca.
Padules.
Pagina.
Palmatia.
Palus.
Panalata.
Pantanum.
Parcus.
Partita.
Paſſus.
Paſtenum.
Paſtitium.
Paſtorale.
Pedarium.
Pedatura.
Pedica.
Pelagus.
Pena.
Peribolus.
Pernada.
Pertica.
Petraria.
Pichea.
Pictellum.
Pictura.
Pineta.
Piſaria.
Pinanga.
Plagia.
Planitia.
Plantagines.
Plantata.
Planum.
Planura.
Pleuca.
Podere.
Podiſmus.
Podus.
Podium.
Pogetum.
Pola.
Pomaris.
Pomerium.
Pomifer.
Porcamis.
Portæ.
Portus.
Poſitio.
Poſſeſſio.
Poteſtas.
Pradum.
Præcinctura.
Præurbium.
Proaſtium.
Profinis.
Pugillus.
Pugnerjata.
Puncta.
Quadrellus.
Quarentena.
Quarta.
Rachia.
Ragaleia.
Raiçia.
Raſta.
Rebinare.
Recalcus.
Rectura.
Reep.
Rega.
Regicula.
Regio.
Regularia.
Reia.
Reſtis.
Retertiare.
Reugia.
Rhotus.
Riaria.
Rieſa.
Rifletum.
Riga.
Rigor.
Rigus.
Riparia.
Riſpa.
Rivera.
Riviga.
Rivora.
Roboretum.
Rocca.
Roda.
Ruata.
Ruda.
Ruga.
Runcalis.
Rupes.
Rupina.
Ruricola.
Ruta.
Sablo.
Sagraba.
Salicia.
Saltus.
Sapultura.
Satinalia.
Sazo.
Scala.
Scalinga.
Scamnum.
Scinda.
Scorpio.
Scringæ.
Scurpiones.
Scyra.
Segus.
Seitiva.
Selio.
Seminalia.
Senterium.
Sentia.
Serra.
Seticus.
Sextarata.
Seweræ.
Siccaria.
Sinaida.
Soga.
Solidata.
Solinum.
Sors.
Sotus.
Sponda.
Staphilum.
Stillaria.
Strand.
Strata.
Streame.
Strictum.
Stringa.
Suburbanum.
Suburbicariæ.
Tabula.
Talgiata.
Telia.
Tempe.
Termen.
Terminus.
Terra.
Terrada.
Terratorium.
Terrenum.
Terricella.
Terrifinus.
Territoriæ res.
Territorium.
Tertiarium.
Tetrans.
Themata.
Thermiphilæ.
Tofta.
Torallus.
Torcia.
Tornatura.
Toro.
Torrentulus.
Tranſenda.
Treffundus.
Tributarium.
Tricalium.
Trifinium.
Trithinga.
Trocium.
Tunnaria.
Turma.
Vaccaria.
Vaco.
Valleſtria.
Valvus.
Vegæ.
Vegri.
Venella.
Via.
Vicus.
Villa.
Villagium.
Villare.
Villata.
Vineale.
Vineatica.
Virga.
Virgarea.
Virgulta.
Ulna.
Uncus.
Voranta.
Utfangi.
Warectum.
Wahſshum.
Waterganga.
Watericapum.
Wiſta.
Zuda.

VII.

ARBORES, STIRPES, HERBÆ, SILVÆ.

ARBORUM nomina.

Adamatica.
Alberus.
Alierus.
Amandalarius.
Arbor.
Arctlaurus.
Avellanarius.
Cadex.
Camborta
Canopus.
Capillamentum.
Capito.
Caſnus.
Caſtegneta.
Cereſarius.
Cerca.
Chalba.
Cornolium.
Expalmitare.
Ivus.
Laurendrum.
Melanium.

Mizela.

Mizela.
Morarius.
Nixa.

SILVÆ, Foreſtæ, & quæ ad rem ſilvaticam pertinent.

Agiſtare.
Albareta.
Alnedus.
Arboretum.
Arbuttatus.
Berra.
Boillonus.
Boſcus.
Brauſa.
Brena.
Brugalia.
Brolium.
Bruaria.
Bruſcia.
Buſca.
Bucceria.
Cablicia.
Caſtanaretum.
Ceppagium.
Cerritum.
Ceſa.
Cumbri.
Conciſa.
Coopertio.
Coopertum.
Defenſum.
Denſetum.
Devezum.
Exartus.
Exemplum.
Expeditare.
Extruncare.
Fagia.
Fagus.
Faia.
Fannatici.
Faus.
Foëſia.
Fogagium.
Foreſta.
Fuſtis.
Gaium.
Grava.
Indagines.
Kaneium.
Laeia.
Leda.
Leigium.
Lucanar.
Lucarius.
Moiplea.
Nogareda.
Refletum.
Regardum.
Routurare.
Secretarius.
Subboſcus.
Superpoſitum.
Sylva.
Tallea.
Talterium.
Talea.
Veneris.
Viride.
Warenna.
Wic.
Wodwardus.

STIRPES, Vites, Herbæ, &c.

Affinſium.
Baditis.
Bauſa.
Barta.
Berbigenes.
Berſa.
Biſmalua.
Buranexa.
Calcacrepa.
Calliomarcus.
Canamellæ.
Capito.
Cardo.
Carolina herba.
Cerefolium.
Citrones.
Citrolus.
Creſſo.
Febrifugia.
Fencemouth.
Feugera.
Feugia.
Folloriata.
Fulgeria.
Fuxolana.
Gabuſia.
Gimareſta.
Gimnaremus.
Gladiolum.
Glaſtum.
Groſpoſa.
Humlo.
Linodella.
Liſca.
Malixia.
Malhones.
Manelata.
Mardegena.
Milimendrum.
Mora.
Pergula.
Pignolus.
Ravacaulus.
Rauſea.
Roſa.
Roſarium.
Rufus.
Signum Salomonis.
Siſaga.
Soilequium.
Sparagus.
Sponſa ſolis.
Tribliana.
Turio.
Verdiga.

VIII.

ARCHITECTONICA,

ſeu quæ ad Architecturam ſpectant.

Acutus Baria.
Buccula.
Cancer.
Capitellum.
Capriolus.
Caprones.
Carpiſculus.
Caſtratura.
Caſtriatus.
Cavile.
Celtis.
Centrum.
Chekeratus.
Ciborium.
Cimentum.
Catebaſa.
Clavatura.
Cnodax.
Cochlea.
Cœlum.
Columnatio.
Commaliolare.
Coppus.
Coriare.
Cryptatim.
Cryptatus.
Culmen.
Cultrum.
Cupla.
Cuppula.
Diſpoſitio.
Epauleum.
Epigti.
Epiurus.
Eſcenla.
Eſſannna.
Fixorium.
Formatum.
Fornicepi.
Foſſarius.
Foſſator.
Gaid.
Gapo.
Glodus.
Hamaſcha.
Inciſio.
Intercolumnium.
Lambroſicare.
Laſtrum.
Lare.
Lilium.
Lithoſtrotum.
Lutum.
Machines.
Malta.
Mandalus.
Materia, &c.
Murale.
Muramen.
Murare.
Muratum.
Muſivum.
Olla.
Pannei.
Patula.
Pedeplanum.
Peta.
Pilare.
Planca.
Platona.
Portale.
Purpureticæ columnæ.
Quadrificium.
Ragiatus.
Rinca.
Salia.
Saritia.
Scaliones.
Scandile.
Scindula.
Spiculus.
Spira.
Suliva.
Superficium.
Suſpenſura.
Tabulamentum.
Tabulatum.
Thalapſicum opus.
Tholus.
Tibicines.
Tiranni.
Tornovelæ.
Trabea.
Trabes.
Vallatorium.
Volta.
Walla.

IX.

ARTES, ARTIFICES, NEGOTIATIONES,

Profeſſiones.

Abacista.
Abacus.
Abjectarius.
Accenſatores.
Accipitares.
Achivus.
Acuarius.
Acutiator.
Adularius.
Affactores.
Africanus.
Agaſo.
Agitatores.
Agnellarii.
Albator.
Albinus.
Algebra.
Algoriſmus.
Alytarchæ.
Anaglypharius.
Androchia.
Annularius.
Antiquarius.
Apenarii.
Apothecarii.
Apprenticii.
Aquarius.
Argentarius.
Ariblatones.
Armerii.
Armifactor.
Artidoctor.
Artiſta.
Artificiarius.
Artigraphus.
Artillator.
Aſſertor.
Aſſeſſor.
Aucarius.
Aucellator.
Auditionalis.
Auditor.
Auraria ars.
Aurator.
Aurearii.
Auricindus.
Aurifex.
Aurigraphus.
Aurípercuſſor.
Auriſcidus.
Azemblarius.
Baccalarii.
Baccarii.
Bachinator.
Bactroperatæ.
Bajula.
Bajulus.
Balneatores.
Bannerii.
Barbaricarii.
Barbatores.
Barberius.
Barcarius.
Barcaniare.
Barigildus.
Barrarius.
Baſtangari.
Baſtonerii.
Berbecarius.
Bidarius.
Billeus.
Bladarius.

Blato.
Bolendegarius.
Bolonæ.
Bambacarius.
Boſchero.
Braciator, &c.
Bracteator.
Breviatores.
Brocarius.
Brodiatores.
Brunearii.
Bucerius.
Bucharius.
Bulgetarius.
Burdus.
Cabidarius.
Calefatus.
Calciarius.
Caldararius.
Calerarius.
Caligarius.
Caſtolarius.
Cambarius.
Camelarius.
Camparius.
Candelarius.
Candidarius.
Candidator.
Caorcini.
Caparcus.
Caplarius.
Carbonator.
Carbonellus faber.
Carterarius.
Careratores.
Carnifex.
Carpentarius.
Carrectarius.
Caſeatrix.
Cataractarius.
Cavacequia.
Cavalarii.
Caudo.
Celer.
Centonarius.
Ceragius.
Cerarius.
Cerealis.
Cerularius.
Ceſpitarii.
Cetarius.
Chartarius.
Cinerarius.
Ciniflo.
Cipparius.
Circulatorius.
Civiliſtæ.
Clavicarii.
Clavicularius.
Clauſarius.
Cloacarius.
Cloſtrarius.
Cluſor.
Coactiliarius.
Coactor.
Cocarius.
Cociones.
Coctarius.
Cœnaclarius.
Collectarius.
Collegiati.
Comacinus.
Comeſtores.
Commentarienſis.
Commerciarius.
Commiſſarii.
Commiſſionatus.
Comparatores.
Compulſores.
Compotiſta.
Conchylioleguli.
Confector.
Confectuarius.
Conforaneus.
Conreatores.
Conſergius.
Conſtremus.
Contubernales.
Coquinator.
Coraula.
Corazarii.
Corbelli.
Cordex.
Cornarius.
Coronarius.
Corpodicina.
Corporicida.
Corraterius.
Cornificini.
Corvelarii.
Coſmeta.
Crenkinarii.
Criaria.
Cribriones.
Cupidenarius.
Curanderii.
Currerius.
Curſor.
Cuſores.
Cuſtos ſepulchrorum.
Dapificus.
Dardanarii.
Dealbatores.
Deauratores.
Decimarii.
Dendrophori.
Deſcriptor.
Deuparius.
Dietarii.
Dictatii.
Diſertor.
Diverſoriarius.
Divinus.
Diviſor.
Doanerius.
Dogarius.
Dogmatiſta.
Draperius.
Dromedarius.
Dubleria.
Dulciarius.
Ealſcop.
Emptor.
Epiſtolarius.
Equarius.
Equitiarius.
Ergata.
Ergaticus.
Ergalabus.
Erogator.
Ewrii.
Exactor.
Exartarius.
Excluſor.
Executores.
Exemptor.
Exercipes.
Eximequi.
Extenſor.
Fabricenſes.
Fabri.
Factor.
Fagotarii.
Fenator.
Fenarius.
Ferramentarius.
Fictiliarius.
Filanderia.
Flaturarii.
Fictarius.
Fleshmongers.
Forbator.
Foreſtarius.
Foryſta.
Frænarii.
Francigini.
Fructuarius.
Frumentarii.
Fagatores.
Funerarii.
Furnarius.
Fuſarius.
Gallicarii.
Gardinarius.
G_rzator.
Gaſterius.
Gerdius.
Glebo.
Gleinator.
Gunnarius.
Hamatores.
Haſtator.
Hiator.
Hiſtoriographus.
Hotwarders.
Hullarii.
Janizzer.
Illuminator.
Impletor.
Implicatrix.
Incluſor.
Incopolitus.
Infertor.
Ingraſſator.
Inhibitor.
Inteſtinarii.
Jucolarius.
Juraticus.
Keys.
Laborarius.
Laccarius.
Lactarius.
Lacunarius.
Lanarii.
Lanaſſeria.
Lancinator.
Latinarius.
Laturarius.
Lavandarius.
Lectarius.
Legiſta.
Legiſterium.
Legumenarius.
Libellio.
Libelliſius.
Librarius.
Ligatores.
Linogia.
Liminones.
Literator.
Liturgi.
Logographi.
Lorarius.
Loricarius.
Macellator.
Macerio.
Machecarius.
Macio.
Maia.
Manceps.
Mancipatius.
Mandatarius.
Manuoperarius.
Manſionator.
Manſuetarius.
Manualis.
Manuartifices.
Mapparius.
Marango.
Margaritarius.
Marius.
Maſſarius.
Matricarius.
Mediator.
Medica.
Medietarius.
Mellicida.
Memoralius.
Menſor.
Menſularii.
Menſurarius.
Mercedarius.
Mercenarius.
Mercerius.
Meſſarius.
Metator.
Minutularii.
Molocenarii.
Monetarius.
Montarius.
Mulociſiarius.
Mulomedicus.
Murarii.
Murator.
Murileguli.
Mutarius.
Narratores.
Naupicus.
Nautilenus.
Nautologus.
Negotium.
Negotitæ.
Nomunales.
Numeratores.
Numerarius.
Nummularius.
Oblearius.
Obſcariones.
Obſetrix.
Ociſtrio.
Offarius.
Officinator.
Operoſus.
Opinatores.
Ornamentarius.
Ornator.
Ornatrix.
Oſtrearii.
Pabulator.
Pancolleria.
Pandarius.
Pandoxatrix.
Panetarius.
Pannicidæ.
Pannificus.
Parabolani.
Paracellarii.
Parafrenarius.
Parcarius.
Pantaderii.
Particus.
Partizanus.
Paſtillarius.
Paticus.
Paticinarius.
Pelheria.
Pelliparius.
Peræquatores.
Permentarius.
Perpendicularius.
Philippanus.
Picator.
Pigmentarius.
Piperarius.
Piſtoriſſa.
Piſtrinarii.
Placentarius.
Plaſticator.
Plumarius.
Polentarius.
Poledrarii.
Poletarius.
Pomilio.
Pontanerius.
Portonarius.
Portitor.
Portulanus.
Prælocutor.
Pratarius.
Preſtaldi.
Proſcholus.
Pullarius.
Purpurarius.
Quadratarii.
Quadrivium.
Quæſtionarius.
Regratarii.
Retiatores.
Riparii.
Sacearii.
Sagarius.
Salinarii.
Salſarii.
Saltarii.
Saminatores.
Saponarii.
Sarcitectores.
Sardocopi.
Sartores.
Scalores.
Scenofactores.
Sceptores.
Scillores.
Scribarii.
Scriptores.
Scurro.
Scutarius.
Scutatores.
Scutellarius.
Seapicip.
Sector.
Sellatores.
Senſales.
Seplaſiarius.
Serrarius.
Siceratores.
Signarius.
Siricarius.
Simaci.
Sindonarius.
Sophiſtæ.
Spadicarii.
Spatarii.
Spatharii.
Speculatores.
Squillarii.
Stabularii.
Stamnarii.
Steoreſman.
Stotarii.
Structores.
Sufflatores.
Sylvani.
Symmachi.
Tabernaculi r i.
Tavili.
Tectores.
Theoſophus.
Thucarii.
Trapezetæ.
Trotarii.
Turnarius.
Vaccarius.
Vecticularius.
Vectigaliarii.
Vecturalis.
Vedalarii.
Velarius.
Ventrix.
Veredarii.
Veſtificus.
Veſtiplica.
Vinatarius.
Vinator.
Vinearii.
Vineator.
Vitellarius.
Utrarius.
Vulnerarius.
Wallactores.

X.

ANIMALIA,

& quæ ad ea pertinent vocabula.

QUADRUPEDES.

ADmiſſarius.
Aſſa.
Aſeri.
Agminales equi.
Alopex.
Ambulator.
Amorenſes.
Angargnaco.
Animal.
Amiculus.
Azemila.
Babewynus.
Baca.
Bacharus.
Bacus.
Baſſuaria jumenta.
Berbix.
Beſtia.
Beſtialia.
Beſtiarium.
Bever.
Bicula.
Biſſa.
Bos, &c.
Botta.
Bovetta.
Bracco.
Bracetus.
Brana.
Brunicus.
Bruſcus.
Bubalus.
Buccus.
Buricus.
Caballus.
Cabo.
Caçor.
Camoccia.
Campitor equus.
Canis, Canum variæ ſpecies.
Caprifer.
Capriola.
Capritus.
Camerius.
Caſtor.
Caſtritius.
Catomus.
Catta.
Cattus.
Cervus.
Chirogryllus.
Cicurris.
Ciſimus.
Colpendach.
Coreta.
Coſſio.
Curſor.
Cutiones.
Dextrarii.
Dorx.
Emiſſarius.
Eques.
Equiſer.
Equitatura.
Equus.
Etleha.
Farius.
Feta.
Feramen.
Feramus.
Fingia.
Furectus.
Furo.
Gammus.
Gatta.
Gazella.
Gialinſco.
Hermellina.
Hogaſter.
Hunniſci.
Iberus.
Iſengrinus.
Jumentum.
Junix.
Letiſſa.
Levrerii.
Lictor.
Ligorius.
Ludarius.
Lupus.
Luter.
Magnicaper.
Mammones.
Manna.
Mannus.
Marach.
Mardanus.
Martrices.
Martures.
Maſtinus.
Melota.
Mingas.
Moninus.
Monſtranſelis.
Morder.
Muloſus.
Mulotes.
Multo.
Muriceps.
Murilegus.
Mus.
Muſcio.
Muſio.
Muſipula.
Oviſer.
Paraveredus.
Petulus.
Pilax.
Pilotonſus.
Pirolus.
Poledrus.
Porcaſter.
Pullani.
Pullonatus.
Putacius.
Ratus.
Rhaphius.
Rubeus-feramus.
Runcinus.
Sabelum.
Sagmarius.
Sciniſes.
Scuriolus.
Sellio.
Singularis.
Sonopair.
Soſcallus.
Spalagus.
Staggon.
Stalonus.
Sualis.
Sublones.
Tertuſſus.
Tignum.
Tottonarius.
Trepidarius.
Truega.
Vates.
Veredi.
Verres.
Verſipello.
Urus.
Waranio.

AVES.

Acceptor.
Açor.
Atra.
Airo.
Alauda.
Amma.
Anates de Pharaone.
Anatinus.
Aneta.
Angutio.
Apes.
Aprones.
Aregata.
Arpa.
Aſtur.
Atelabus.
Auca,
Aucella, &c.
Augtiones.
Aves Franciæ.
Avis S. Martini.
Barba.
Bardæa.
Bardala.
Barnaces.
Bavinæ.
Beacita.
Becco.
Bernæ.
Biſtarda.
Bitorius.
Blenecta.
Budellus.
Burdo.
Buſio.
Butor.
Butorius.
Caccula.
Calandrus.
Canthareda.
Cappus.
Capus.
Cara.
Carbones.
Carda.
Cavanna.
Cavannus.
Cauha.
Cecua.
Cercella.
Cicones.
Cinnas.
Circella.
Citacus.
Coſanus.
Corinda.
Corlinus.
Cornicula.
Cornix.
Cozardus.
Cranohari.
Cricella.
Croerola.
Cucuba.
Eipeticus.
Empimones.
Facha.
Falco.
Feſſara.
Franquilinus.
Gaia.
Galerannus.
Gantæ.
Gariola.
Gaza.
Giffardus.
Glaëpci.
Glandara.
Gracula.
Griſalcus.
Griphus.
Grua.
Gueſpa.
Guvus.
Heiro.
Airundella.
Impulſorium.
Lacertina.
Lanarii.
Landula.
Linoſa.
Livercinus.
Macis.
Mallardus.
Malvitius.
Martineta.
Mergones.
Muſcetus.
Papagen.
Paſſa.
Payſanæ.
Pepiones.
Pipizo.
Pluerius.
Pulcinus.
Pullicenus.
Pullipaſta.
Qualia.
Rabanus.
Rallus.
Sacer.
Saxaroli.
Siclæ.
Siſtarga.
Smeriliones.
Sparvarius.
Spiriolus.
Teta.
Toda.
Todotius.
Tucus.
Turgni.
Vanellus.
Vanni.
Vitularius.
Volturinus.

XI.

CHRONOLOGICA,

& quæ ad tempora ſpectant.

ÆRa.
Almanach.
Annus.
Autumnus.
Bendidius.
Biſſextus.
Caput Jejunii.
Caput Quadrageſimæ.
Carementrannus.
Carnelevamen.
Carnicapium.
Carnivora.
Catamane.
Cenſorius dies.
Centennis.
Clavis.
Computus.

Concurrentes.
Curriculum.
Cyclus.
Data, Datarium, &c.
Decendium.
Dies.
Embolıſmus.
Epacta.
Facere.
Feriæ.
Gradus.
Indictio.
Interlunium.
Madius.
Manè.
Maniſſimè.
Maturitas.
Menſis.
Nox.
Octimber.
Octodium.
Pullus.
Theſeus.
Trihorium.
Trimilchi.

XII.

RES CIBARIA, ANNONARIA, POTORIA, Convivialis.

ACrumen.
Acutus.
Adeps.
Adeſcatio.
Adipata.
Agnina.
Albus.
Alebra.
Aletudo.
Alleum.
Alogna.
Altile.
Ambulacium.
Amendula.
Amonitio.
Antecœnium.
Arangia.
Armilla.
Artocopus.
Artocreas.
Artona.
Aſcaloniæ.
Athera.
Baco.
Baſſa.
Balducta.
Balneum.
Benedictio.
Berbix.
Bibere,
Biberes, &c.
Bolundum.
Bolus.
Borgeraſa.
Botellus.
Brachiolum.
Braciatus.
Brado.
Bricia.
Briſca.
Brodium.
Broëtban.
Bruſtum.
Buccea.
Buccella.
Buccellatum.
Bulligo.
Bulluga.
Cadula.
Cagelus.
Cahua.
Calaticum.
Caldacia.
Caldus.
Camba.
Caniſtrellus.
Capitum.
Carbonella.
Carenum.
Caritas.
Carpeia.
Caſata.
Cauganæ.
Celia, Ceria.
Cellarienſis ſpecies.
Cerealis potus.
Cereviſia.
Chenetellus.
Chucrum.
Cibarius.
Clara.
Claretum.
Coctum.
Cœna.
Cognidium.
Colidaria.
Collatum.
Collyrida.
Commeatus.
Companagium.
Concinnus.
Conditum.
Conditura.
Conredium.
Conſolatio.
Conſpolium.
Convivium.
Copadium.
Cratones.
Crignum.
Criſpellæ.
Crucigira.
Crumelum.
Cruſtum.
Cuetella.
Cuneus.
Delicantia.
Demencus.
Diæta.
Diarium.
Dies.
Dignerium.
Draſcus.
Dulcia.
Dulcicium.
Dulco.
Edoporium.
Eſca.
Eſcaticum.
Eſchaudati.
Eſus.
Fabana.
Fabriles uvæ.
Fagina.
Farrago.
Fertum.
Feſtivare.
Firma.
Flantones.
Focaria.
Foliata.
Formaticum.
Formula.
Friſcinga.
Friſia.
Fritellæ.
Frixura.
Garnachia.
Gazetum.
Geltina.
Gemina.
Generale.
Gentare.
Geroldinga.
Geſtorium.
Glandis.
Glando.
Gormaringa.
Gruellum.
Grutaria.
Grutum.
Guſtum.
Iſungia.
Impenſa.
Intromiſſum.
Iſicium.
Juncaria.
Karpia.
Lactantia.
Lactorones.
Ladridus.
Leibo.
Lemiga.
Limones.
Liquamen.
Lora.
Lumbi.
Martiſia.
Matutinellum.
Mazzacara.
Medo.
Mellita.
Membrum.
Mengerium.
Merus.
Mica.
Miniſtratio.
Mixtones.
Mixtum.
Moratum.
Morucla.
Mulſa.
Nebulæ.
Nectar.
Oblatæ.
Olepora.
Orgeraſus.
Orinda.
Pactiſis.
Palmatiaria.
Panicium.
Panis.
Parenthetica.
Paſta.
Paſtillus.
Paximatium.
Perſica.
Pigmentum.
Piper.
Piratium.
Pitzulum.
Pollilacium.
Pomagium.
Pomata.
Poſca.
Potagium.
Preſmo.
Pucciolum.
Pulmentum.
Pulſatum vinum.
Raptura.
Raſpetum.
Recentatum.
Refectio.
Repaſtus.
Roſcella.
Roſtuca.
Rufeola.
Sabaia.
Saccatum.
Sagimen.
Saginum.
Salces.
Salgama.
Sapor.
Scincus.
Seracium.
Servitium.
Sierum.
Simenellus.
Simula.
Sorbicium.
Species.
Spiranca.
Tarta.
Tartaboiſa.
Taxea.
Torna.
Torta.
Tragematia.
Trogalium.
Viriteum.
Volatile.
Waſtellus.
Zema.

RES ANNONARIA.

Annona.
Bladum.
Blava.
Bortren.
Brace, &c.
Cantabrum.
Cantarinum.
Cruata.
Fromentum.
Granum.
Hybernagium.
Magadaris.
Marcheſia.
Marta.
Maſtilio.
Meditaneum.
Milica.
Mixtolium.
Panicium.
Sandalis.
Seatium.
Semalium.
Sigalum.
Siglix.
Spelta.
Tremiſſum.

XIII.

COLORES, & quæ ad colores ſpectant.

ALbeſcitas.
Albianus.
Albineus.
Albitas.
Albor.
Alithinus.
Allaſſon.
Annulare.
Aquilinus.
Atritudo.
Bagus.
Bajus.

Batardus.
Balzanus.
Barrus
Bauçens.
Biſius.
Blanchardus.
Blatta.
Blavus.
Blotus.
Blundus.
Bruntus.
Brunus.
Burtuum.
Buſius.
Cacabatus.
Cæleſtinus.
Candibalus.
Cannavacius.
Canus.
Canutus.
Cardiacus.
Carmeſinus.
Cicerculus.
Cinnabar.
Climpſa.
Color.
Coloreus.
Crameſinus.
Criſeus.
Diacitrinus.
Diapraſius.
Diſcolorare.
Doſinus.
Eranea.
Extriſidus.
Falvus.
Fenaticus.
Ferrandus.
Floralis.
Frecia.
Fulgus.
Galnus.
Garancia.
Garaneus.
Geria.
Griſeus.
Holablatteus.
Holochryſus.
Holoverus.
Jalnus.
Illuminare.
Indus.
Lactinus.
Laius.
Lazur.
Leuco porphyrus.
Liardus.
Mauroruſus.
Melinus.
Melnus.
Melocineus.
Morellus.
Murreus.
Nigellus.
Oxydeauratus.
Oxypederotinus.
Perſus.
Praſinopurpura.
Praſinovalcis.
Praſinum.
Profundus.
Pſeudoalythinus.
Pſeudoflavus.
Pſeudolactinus.
Rhodinus.
Roſetus.
Rubricus.
Saphyrinus.
Saurus.
Scarlatum.
Siclinus.
Siricum.
Varius.
Vermiculus.
Vermileus.
Viridis.
Xerampelinus.

XIV.

CORPVS, CORPORIS PARTES, HOMINVM Animalium, &c.

Acella.
Acroma.
Albarangi.
Amobitis.
Anca.
Ancha.
Aqualium.
Arca.
Aſcella.
Axilla, &c.
Bola.
Bolida.
Botellus.
Branca.
Burbalia.
Calvaries.
Capillatura.
Capillati.
Capilli, &c.
Capſum.
Cara.
Carcaſium.
Carnatio.
Caro.
Cartellana.
Catomus.
Cavilla.
Cavicula.
Ceta.
Cervella.
Cheries.
Columelli.
Conſcaplium.
Contractorium.
Contumax.
Cor.
Corporoſus.
Coſtarium.
Crocus.
Cropa.
Crupponus.
Cuſa.
Cutica.
Dentiva.
Digitus.
Embotum.
Eſculentia.
Extales.
Familla.
Fegatum.
Fellæ.
Fibella.
Ficatum.
Focile.
Follis.
Forceps.
Furcula.
Gamba.
Garceta.
Garectum.
Gargalia.
Gavanus.
Gedeola.
Genuiculum.
Genuinum.
Genziva.
Gequaria.
Geuſiæ.
Gleba.
Gluten.
Golta.
Gorgia.
Grani.
Grointum.
Groppo.
Grugnum.
Guſtator.
Haſta.
Infranares.
Interdigitium.
Intralia.
Intrania.
Lacca.
Locatura.
Loci.
Longao.
Lonza.
Lucarna.
Lumbi.
Magulum.
Mallones.
Maſpina.
Matia.
Maxillarii.
Mento.
Milum.
Milus.
Minutalia.
Mithridi.
Muſum.
Natica.
Natura.
Naturalia.
Navicula.
Nervota.
Nucha.
Obliga.
Oculare.
Ola.
Omaſus.
Ortilli.
Ovaria.
Ovum.
Pabu.
Palearium.
Pannus.
Paſturale.
Pelota.
Perunctum.
Pirula.
Poleta.
Præcordium.
Pronus.
Prora.
Prunellum.
Pudimentum.
Pupillus.
Puppis.
Racha.
Ramus.
Raſeta.
Rictinares.
Scalones.
Scia.
Scirbum.
Siphac.
Soma.
Spadula.
Spalla.
Spatula.
Stera.
Strillum.
Subhircus.
Sublinguium.
Suboculare.
Talo.
Throtebolla.
Toroc.
Tremum.
Tripa.
Tuellus.
Vectis.
Viſus.

XV.

DIGNITATES CIVILES, PALATINÆ; Militares, Honores, Officia, &c.

Abatis.
Abbas.
Acceſſor.
Actarius.
Actio.
Actionarium.
Actionarius.
Actor.
Actuarius.
Actus.
Adalides.
Adalingus.
Adjutores varii.
Adjutor illuſtris Comitivæ ſedis.
Adjutor Comitis rei privatæ.
Adjutor Commentarior. Procos.
Adjutor Commentarienſis.
Adjutor ſacri Conſiſtorii.
Adjutor Cornicularii
Adjutor Magiſtri officior.
Adjutor Numerorum.
Adjutor Palatinorum Officiorum.
Adjutor de Schola Numerariorum.
Adjutor Præfecti urbis.
Adjutor Præfecti Prætorio
Adjutor Præfecti annonæ.
Adjutor Præſidis.
Adjutor - Prætor. &c.
Adjutor Procos.
Adjutor Provinciæ.
Adjutor Quæſtor. Palatii.
Adjutor Secretorum.
Adjutores regii.
Adjutores eleemoſynæ.
Admezatores.
Admiſſus.
Admiſſionales.
Admonitor.
Adſeſſor.
Advocati Cameræ & Imperii.
Æquilibrator Regis.
Agentes, Agentes in rebus.
Alaminus.
Alcaydus.

Aldermannus Hundredi.
Aldermannus Regis.
Aldermannus totius Angliæ.
Aldermannus mercatorum.
Aldermannus hoſpitalis.
Alferus.
Algozinus.
Alguazilus.
Allecti.
Almoçabal.
Almudaçafi.
Almuzerifus.
Alvaridus.
Amermutnnes.
Amir, Amiralius, Ammiratus, &c.
Amman.
Anchoragius.
Anculus.
Anger.
Annonarius.
Annotatores.
Anthypatus.
Antiani.
Antigraphus.
Apendice cedri.
Aphopliſtæ.
Apocriſiarius.
Appantio.
Archiatri.
Archicancellarius.
Archicomes.
Archidux.
Archigerontes.
Archigraphus.
Archigubernus.
Archijuſtitiarius.
Archilogotheta.
Archimetator.
Archiminiſter Palatii.
Archinotarius.
Archipirata.
Archiſenior.
Architarius.
Archizupanus.
Armarius.
Armiductor.
Armidoctor.
Armigeri.
Aſecretis.
Auguſtalis.
Auricularis.
Auricularius.
Axiomatici.
Bajulus.
Balcaniſer.
Banneretus.
Banus.
Baro.
Baronetti.
Baſileus.
Baſilicus.
Baſiliſſa.
Baſilides.
Bedelli.
Beneficiarii.
Berroerii.
Biarchus.
Bibliothecarius.
Burgravius.
Burgimagiſter.
Buticularius.
Buttarius.
Cacepollus.
Cacherellus.
Cadius.
Cæſariani.
Caganus, Cham, Canis, &c.
Acaliculis.
Camerlengus.
Cambellanus.
Cameralis.
Camerarius.
Campidoctor.
Campiductor.
Campio Regis.
Canonarius.
Cancellarius.
Candidatus.
Caniferi.
Canonicarii.
Capellani, Archicapellani.
Capitalis.
Capitaneus.
Capitularii.
Capitulares, &c.
Caporalis.
Caput.
Caput militum.
Caput ſcholæ.
Caput Senatus.
Carnifex.
Caſtellanus.
Caſtricomes.
Caſtularius.
Catapanus.
Cataxantus.
Catholici.
Catholicus.
Caytus.
Cellarita.
Cellerarius.
Cenſor.
Centenarius.
Centurio.
Cephalæotæ.
Cequiarius.
Chalifa.
Chartographus.
Chartophylax.
Chartularius.
Chetoniti.
Cheuptanus.
Chier.
Chriſtiferus.
Cimbriones.
Cinctus, &c.
Circitores.
Clarigarius.
Clavarius.
Clerici.
Clitones.
Coffrarius.
Cognitor.
Combaro.
Comes, Comites varii.
Comitatenſes.
Comitiacus.
Comitiva.
Comitores.
Comitulus.
Conſervator.
Conſiliarius.
Conſiliator.
Conſiſtor.
Conſtapholarii.
Conſul.
Conſularis.
Conſularitas.
Conſularius.
Conſulator.
Conſulatus.
Contrarcha.
Convivæ Regis.
Coquus.
Cornicularius.
Coronator.
Credentiarii.
Crepectator.
Criſtarius.
Criti tu bilu.
Cubiclarius.
Cubicularius.
Cura, &c.
Curagendarii.
Curatores.
Curia.
Curiales.
Curioſus.
Cuſtos.
Daienus.
Dapifer.
Decani.
Decemprimus.
Defenſivæ.
Defenſor.
Delongaris.
Delphinus.
Demarchus.
Deputati.
Diadotæ.
Dictator.
Dignitoſus.
Diæcetæ.
Diſcifer.
Diſcophorus.
Diſcurſores.
Diſcuſſores.
Diſpenſarius.
Diſpenſator.
Diſpoſitiones.
Diſſipatus.
Diſtein.
Domeſticus.
Draconarius.
Dragumanus.
Droſſatus.
Drungarius.
Ducæna.
Ducatrix.
Ducatus.
Ducenarius.
Ducianus.
Ducillus.
Ductor.
Dux.
Eleemoſynarius.
Emir.
Eorla.
Epitendeſion.
Epituykiacon.
Equeſter.
Equiſtrator.
Eſcaetor.
Eſcouetus.
Eſcuderius.
Eunuchus.
Examinator.
Exarchus.
Executores.
Exgravator.
Exprimario.
Falconarius.
Familiares.
Faro.
Ferthingmanni.
Foreſtarius.
Gardianus.
Gardingi.
Gaſtaldus.
Gavarretus.
Generales.
Glomerarii.
Gogravius.
Gravaringus.
Grietmanni.
Gruarius.
Holſkyneg.
Hanſgravius.
Hedinus.
Heregravius.
Heretochius.
Heteriarchæ.
Holdes.
Honor.
Honorati.
Hovetmanni.
Hypatus.
Imperator.
Inquiſitor.
Inſpectores.
Interrex.
Irenarcha.
Judex.
Juncta.
Junctarius.
Juniores.
Juridicus.
Juſtificator.
Juſtitia.
Juſtitiarius.
Lampadarii.
Landgravius.
Latrunculator.
Ledgravius.
Legatarius.
Legatus.
Legiferi.
Libellenſis.
Limenarcha.
Lociſervator.
Logiſtæ.
Logotheta.
Longariſtis.
Luparius.
Magiſtri varii.
Magiſteriani.
Magnerius.
Major.
Majorinus.
Mandator.
Manſionarius.
Marchiones.
Marearchus.
Mareſcalcus.
Marcgravius.
Marpahis.
Mavecharius.
Megadomeſticus.
Megaducas.
Megaltriarcha.
Melloprotimi.
Memoriales.
Mepe.
Mergreve.
Miles.
Miliarius.
Millenarius.
Miniſter.
Miniſterialis.
Miniſteria.
Miramomelinus.
Mittendarii.
Municeps.
Nobiliſſimus.
Notarius.
Numerarius.
Obſecundatores.
Officialis.
Officiolatus.
Officionarius.
Officium.
Oſpatinus.
Ogetharius.
Oldemannus.
Optimates.
Optiones.
Ordinarius.
Oſtiarius.
Paciarius.
Palanſgravius.
Palatinus.
Papias.
Parachimomenus.
Patricius.
Perfectiales.
Pincerna.
Portireve.
Poſtcomes.
Poteſtas.
Præceptor.
Præco.
Præfectiani.
Præfectorius.
Præfectus.
Prænotarius.
Præpoſitus.
Præſes.
Primani.
Primarchio.
Primas.
Primicerius.
Primiſcrinius.
Primivirgius.
Primoperum.
Primus.
Princeps.
Prior.
Privatarius.
Privatiani.
Procer.
Proconſul.
Procurator.
Propoſitor.
Propræfecto.
Prorogatores.
Proſecutores.
Protector.
Protocapellanus.
Protojudex.
Protonobiliſſimus
Protopatricius.
Protopincerna.
Protoſecretarius.
Protoſcriniarius.
Protoſpatharius.
Protoſtrator.
Protoſymbolus.
Proximus.
Puericelluli.
Quingentenarii.
Quinquagenarii.
Rachimburgii.
Rationales.
Rator.
Rector.
Recuperator.
Referendarius.
Referendi.
Regendarius.
Regens.
Regulus.
Requiſiti.
Sa.
Sagibarones.
Saiones.
Sapientes.
Satelles.
Satricus.
Satrapa.
Scabini.
Scancio.
Scapoardus.
Scaramanni.
Scarani.
Scario.
Schirmannus.
Schultetus.
Scultais.
Sculterus.
Sebaſtus.
Secretarius.
Secundicerius.
Segregallus.
Senatores.
Seneſcallus.
Senior.
Septetus.
Servientes, &c.
Setnicus.
Sigibolth.
Silentiarius.
Singulares.
Spatharius.
Spatharocandidatus.
Spatharocubicularius.
Stabulator.
Stallarius.
Stator.
Staturarius.
Stolizaz.
Strategus.
Stratilates.
Strator.
Subadjuva.
Subconſul.
Subdominus.
Subregulus.
Subſcribendarius.
Sultanus.
Summates.

Suprajunctarii.
Supraſtans.
Suſceptores.
Syndicus.
Syriarchæ.
Tabularii.
Talemanni.
Tata.
Tareotæ.
Telonearius.
Thainus.
Theſaurarius.
Theſaurenſis.
Thetſindus.
Thiuphadus.
Tractatores.
Tribuni.
Triſcamerarius.
Triſtatæ.
Tronarii.
Tumburgt.
Tunginus.
Tungravio.
Turcopularius.
Turmarcha.
Tutor.
Tyrannus.
Vacantes.
Vaivoda.
Vergobretus.
Veſtararius.
Veſti.
Veſtiaritæ.
Veſtiarius.
Veſtitor.
Vexillarius.
Vexilliferi.
Viarius.
Vicarius.
Vicecomes.
Viceconſul.
Vicedominus.
Vicejudex.
Viceprinceps.
Vigerius.
Villicus.
Vindices.
Virgatores.
Waldegravius.
Wittelcalchi.
Zavalmedina.
Zupanus.

XVI.
DIGNITATES ECCLESIATICÆ ET MONASTICÆ, Officia, Munia, &c.

ABBAS, &c.
Abbatiſſa.
Accentor.
Acolythus.
Aculus.
Adminiculator.
Advocatus Eccleſiæ.
Advocatus matricularis.
Ædilitas.
Æditius.
Altariſta.
Altararius.
Annonaria Præpoſitura.
Antiſtita.
Antiſtitium.
Apocriſiarius.
Apoſtolicus.
Applumbarii.
Arcarius.
Archiacolythus.
Archiantiſtes.
Archicantor.
Archicapellanus.
Archicerarius.
Archiclavus.
Archicuſtos.
Archidiaconus.
Archidiaconus Eccl. Rom.
Archidiaconus Cardinalis.
Archidiaconus menſæ.
Archielectus.
Archiepiſcopus.
Archiepiſcopus Palatii.
Archifrater.
Archilevita.
Archimandrita.
Archimandritiſſa.
Archimetropolitanus.
Archiœconomus.
Archipalatinus Præſul.
Archipater.
Archiphoniſta.
Archipolites.
Archipontifex.
Archipræſul.
Archipreſbyter.
Archiprotopapatus.
Archiſacerdos.
Archiſacriſta.
Archiſcholaris.
Archiſcholus.
Archiſcrinius.
Archiſcrutinarius.
Archiſubdiaconus.
Architriclinus.
Aſſiſii.
Bacularius.
Bajuli Abbatum, horarum, obituum, Conventuales, Capitularii.
Baſilicanus.
Baſilicani.
Beneficium.
Bereſellarii.
Bibliothecarius.
Cambucarius.
Camerarius.
Campanarius.
Canavaria.
Cancellarius.
Candelarii.
Canonicus.
Cantaria.
Cantuaria.
Cantores.
Capellani.
Capitiarius.
Capitulares.
Canonici.
Caput ſcholæ.
Cardinalis.
Cataſcopus.
Cathedrales.
Catholicus.
Cellararius.
Cellerarius.
Cereoſtarii.
Ceroferarii.
Chartophylax.
Chartularius.
Choraules.
Chorepiſcopi.
Cimeliarcha.
Cipiacus.
Circa.
Circarius.
Circanus.
Circator.
Claviger.
Clauſarius.
Clerici.
Cleroproximi.
Clerus.
Cloacarius.
Coadjutor.
Coepiſcopus.
Cognitor.
Colideus.
Collectores.
Commendator.
Communarius.
Compulſores.
Confeſſores.
Corba.
Corbanus.
Corbillarius.
Corona.
Coronati.
Correarius.
Corrector.
Curtilarius.
Crucifer.
Cubicularius.
Cura.
Curatus.
Cuſtos.
Cuſtrix.
David.
Decani.
Decumani.
Defenſor.
Definitor.
Deputati.
Diacon.
Diacona.
Diaconiſſa.
Diaconium.
Diaconus, Diaconus Cardinalis, regionarius, Palatinus, Baſilicus, Stationarius, teſtimonialis.
Diaretor.
Dignitas.
Diſcoferæ.
Diſcretæ.
Doctor.
Domeſticus.
Domicellæ.
Dortorarius.
Draconarius.
Draperius.
Eccleſiaſticus.
Electi.
Eleemoſynarius.
Emendator.
Epiſcopa.
Epiſcopus.
Exarchus.
Excluſor.
Exercitator.
Exorciſta.
Firmatarius.
Flamines.
Flaminia.
Formarius.
Foſſarius.
Frico.
Gararius.
Gardianus.
Grangiarius.
Herenachus.
Hoſtilarius.
Hypodiaconus.
Janitores.
Infirmarius.
Inquiſitores fidei.
Interceſſores.
Juniores.
Lampadarii.
Lector.
Lectorarius.
Legati à latere.
Levita.
Librarius.
Major.
Malingrerius.
Manſionarius.
Marmita.
Marotimus.
Martyrarius.
Mater.
Metropolis.
Metropolitanus.
Miniſter.
Neocorus.
Nomenclator.
Notarius.
Oblationarius.
Oeconomus.
Oecumenicus.
Ordinarius.
Ordo.
Oſtiarius.
Papa.
Papas.
Paramonarii.
Particularius.
Pater.
Patriarcha.
Pentaëmarchus.
Peregrinarius.
Pergamenarius.
Perſona.
Pictantiarius.
Plebanus.
Pœnitentiarius.
Pontifex.
Portarius.
Poſticiaria.
Præbenda.
Præpoſitus.
Præcentor.
Præceptor.
Preſbyter.
Primas.
Primicerius.
Primiclerus.
Primitianus.
Princeps.
Prior.
Procurator.
Pronuntiatores.
Protocapellanus.
Protochartularius.
Protopapas.
Protoſcriniarius.
Protoſyncellus.
Protothronus.
Proviſor.
Pſalmiſtæ.
Pſalmitani.
Pſalmicines.
Pſalmodizare.
Quæſtor.
Quartus ſcholæ.
Rector.
Refectorarius.
Regionarii.
Ruarius.
Sacerdos.
Sacrifex.
Sacrifica.
Sacriſcrinarius.
Sacriſta.
Sacrocola.
Sceuophylax.
Scholaſticus.
Scrutator.
Secretarius.
Secreti.
Secundarius.
Senex.
Senior.
Staurophori.
Subdiaconi.
Subprior.
Subpulmentarius.
Suffraganeus.
Superinſpector.
Superiſta.
Superpoſitus.
Supplementarius.
Syncellita.
Syncellus.
Terminator.
Theotrapus.
Theologus.
Theſaurarius.
Thurifex.
Vates.
Vigiliarii.
Vinarius.
Viſitator.
Xenodochus.
Zacones.

XVII.

FESTA CHRISTIANORVM, Gentilium, &c.

ASCENSA.
Aſſumptio.
Bema.
Candelaria.
Capitilavium.
Carena.
Cheretiſmus.
Cœna Domini.
Coronamentum.
Cuſtodire.
Cypriana.
Dedicatio.
Dies.
Dominicæ variæ.
Dormitio.
Epipanti.
Epiphania.
Feriatica.
Feſtilia.
Feſticatulæ.
Feſtivitas.
Feſta varia.
Hebdomada.
Hokeday.
Hypapanti.
Jubilæus.
Kalendæ.
Majuma.
Miſſa.
Natalis.
Neomenia.
Palma.
Paſcha.
Paſſio.
Pentecoſte.
Quadrageſima.
Quatuor tempora.
Quinquageſima.
Rami.
Sabbatum.
Septuageſima.
Tetrada.
Theophania.

XVIII.

CHRONOGRAPHICA, ſeu vocabula ad Geographiam & Topographiam ſpectantia.

AD.
Adlobrius.
Adverſipedes.
Agaunum.
Agiopelagus.
Agulani.
Albanicus.
Albanus.
Albidia.
Alcheria.
Aldea.
Alliger.
Amoravii.
Annonariæ regiones.
Archipelagus.
Aſcomanni.
Aſſaſini.
Athenaſi.
Athanati.
Avalterræ.
Auſtria.
Azymitæ.
Baſior.
Bagaudæ.
Barbaricini.
Barbaricum.
Barbarus.
Baſcli.
Baſclones.
Baſculi.
Baugarus.
Beduini.
Befulci.
Beſca.
Biſſeni.
Blavotini.
Bova.
Brabantiones.
Brachium.
Bracus.
Bragus.
Braida.
Braium.
Braiheri.
Breve.
Briva.
Broga.
Bryonia.
Buccea.
Bucceavia.
Burgus.
Burgwardus.
Butta.
Campania.
Carbonaria ſilva.
Chaldæi.
Cimbri.
Circius.
Comiſtæ.
Concordenſes.
Condate.
Cophti.
Cotuloſus campus.
Curti.
Dalmatica.
Dunum.
Eporedica.
Erigena.
Erminii.
Erminſtreat.
Eſcotus.
Eſterlingus.
Fatamia.
Ferancus.
Flavi.
Formicæ.
Francia.
Francigenæ.
Franciſci.
Franci.
Frigiſci.
Fulcus.
Fuſci.
Græciſcus.
Griſiones.
Guarani.
Guti.
Haga.
Haſtingi.
Heukini.
Jacobitæ.
Itinerarium.
Katherani.
Langobardi.
Latini.
Lemmane.
Leti.
Limane.
Limogia.
Lingua.
Magarizare.
Mameluchi.
Marani.
Marchiones.
Mare.
Maritima.
Maronitæ.
Marrones.
Merovingia.
Meta.
Metrocomiæ.
Moſarabes.
Mucerinii.
Mudejares.
Muguli.
Munda.
Muſelenenſes.
Muſulmani.
Nazareni.
Nivicollini.
Northintus.
Northius.
Odewini.
Optimatos.
Orbis.
Orobiotæ.
Oſtmanni.
Otlingi.
Paga.
Paganiſmus.
Pagus.
Palantia.
Parigium.
Pauperes de Luddunoo.
Picardia.
Plagia.
Poheri.
Provincia.
Pullani.
Purgatorium.
Ripuarii.
Romania.
Runcalia.
Saraceni.
Saxa.
Scallingi.
Scoti.
Stadingi.
Stapulæ.
Scellinga.
Suriani.
Syri.
Tartaricini.
Themata.
Theotiſci.
Turcomannus.
Vargi.
Weſeldingi.

XIX.

HÆRETICI, PAGANI, GENTILES.

ABſtinentes.
Acephali.
Adamiani.
Adecertitæ.
Aginnenſes.
Albanenſes.
Albigenſes.
Aliama.
Angelici.
Antidicomaritæ.
Apoſtatæ.
Apoſtoli.
Apoſtolici.
Apotactitæ.
Aquarii.
Arabici.
Arnaldiſtæ.
Aſcodrogitæ.
Auditores.
Bagnolenſes.
Barrini.
Baſiani.
Begardi.
Begumi.
Bema.
Boni homines.
Borboriani.
Bugari,
Bulgari, &c.
Campitæ.
Canini.
Carracenſes.
Cathari.
Cathariſtæ.
Cenones.
Circuitores.
Cœlicolæ.
Collucianiſtæ.
Comiſtæ.
Comminelli.
Concordenſes.
Conſolamentum.

Conſolati.
Coronati.
Corrupticolæ.
Credentes.
Crucifratres.
Cunitæ.
Deipaſſiani.
Deonarii.
Diſcernentes.
Dulciniſtæ.
Electi.
Encratici.
Encratitæ.
Enici.
Flagellatores.
Foris eſſe.
Frediani.
Geniſtæ.
Gens.
Gentiles.
Gnoſtici.
Hæretici.
Hæſitantes.
Henriciani.
Homuncionitæ.
Incredentes.
Leoniſtæ.
Libellatici.
Lollardi.
Macarii.
Magaritæ.
Mahum.
Manazei.
Maronitæ.
Martyriani.
Maſſiliani.
Macarii.
Melchitæ.
Milites.
Montaniſtæ.
Montenſes.
Monteſiani.
Ordibarii.
Pagani.
Pars.
Paſſagii.
Paſſalorinchitæ.
Patarea.
Paterini.
Patripaſſiani.
Piſſli.
Politici.
Populicani.
Proſelyti.
Pſalliani.
Quartadecimani.
Refugæ.
Renegatus.
Runcarii.
Rupitani.
Sabatati.
Saccophori.
Saciani.
Schiſmatici.
Segardi.
Siſcidenſes.
Sodales.
Tarabocci.
Taſcodrogitæ.
Textores.
Tornadiz.
Traduciani.
Trellalitz.
Turcare.
Turlupini.
Valdenſes.

XX.

LIBRI, ECCLESIASTICI, PROPHANI; Epiſtolæ, Eccleſiaſticæ, Civiles; Chartæ, Diplomata, &c.

LIBRORUM, Epiſtolarum, & Chartarum nomenclatura.

ABſolutoria.
Admonitoria.
Adventoria.
Anagnoſticum.
Angarialis.
Antiphonarium.
Apennis.
Apertæ literæ.
Apices.
Apocha.
Apodixa.
Apologeticum.
Apoſtolium.
Apparatus.
Auctoritas.
Auguſtea.
Baptiſterium.
Benedictionalis.
Bibliotheca.
Bulla.
Canonicæ literæ.
Cantatorium.
Cantorium.
Cantulare.
Capibrevium.
Capitulare.
Capitulum.
Charta.
Chartula.
Chirographum.
Collectaneum.
Collectarium.
Collectionis Epiſtola.
Combinæ.
Comes.
Comicus.
Commemoratorium.
Commendatitiæ Epiſtolæ.
Commonitorium.
Communicatoriæ Literæ.
Computus.
Conculcatoria Epiſtola.
Confeſſoriæ Literæ.
Conjectorium Danielis.
Conſervatoria.
Conſuetudinarius
Corpus Juris.
Curſinarius.
Decreta.
Decretum.
Defetari.
Delegatoria.
Deprecatoria.
Deluſceptum.
Diaconicæ Epiſtolæ.
Dialapis.
Dimiſſoriæ.
Diptycha.
Docrum.
Documenta.
Dombec.
Domeſdei.
Doxologia.
Draco.
Duploma.
Ecbolum.
Eccleſiaſticæ Literæ.
Edictum.
Efora.
Eleemoſynaria Charta.
Elucidarium.
Emancipatoriæ Literæ.
Encautaria.
Entelma.
Entolin.
Epanagnoſticon.
Epiſtolæ.
Epiſtolarium.
Epiſtolium.
Evangeliarium.
Evectio.
Evidentiæ.
Evindicatorium.
Eulogium.
Evocatoriæ.
Expomonogeron.
Expoſitum.
Expeditoriæ Literæ.
Extravagantes.
Factum.
Farcitæ Epiſtolæ.
Feriales Libri.
Formales Epiſtolæ.
Formatæ.
Geronticon.
Geſta.
Gradile.
Hæreditaria.
Homiliarius.
Horarius.
Hormeſta.
Hymnarius.
Iudentura.
Indiculus.
Infortiatum.
Laureatæ.
Lectionarius.
Legatariæ.
Legenda.
Liber.
Literæ.
Lucidarius.
Majeſtas.
Manuale.
Manualis.
Mariale.
Martilogium.
Martyrologium.
Matricula.
Memoratorium.
Metropolitanæ Epiſtolæ.
Micrologus.
Miſſale.
Mitrale.
Mixtum.
Mundiburdum.
Munimina.
Nocturnales.
Notio.
Notitia.
Notoria.
Novellæ.
Oeconomicæ.
Officialis.
Orationes.
Ordinale.
Ordinarius.
Ordo.
Ormeſta.
Pacificæ.
Pandectes.
Parenſales, &c.
Paricle, &c.
Paſchales Epiſtolæ.
Paſſionarius.
Pœnitentiale.
Politogum.
Polyptychum.
Præceptoriæ Literæ.
Præceptum.
Pragmaticum.
Precaria.
Programma.
Proſecutoria.
Proverbiator.
Recapitulatoriæ Literæ.
Redemptionale.
Refutatorii Libelli.
Regeſtum.
Regula.
Relatoriæ.
Relatorium.
Relatum.
Rogatoriæ.
Romancium.
Sacerdotales Literæ.
Sacra.
Sacramentales Literæ.
Sacramentarium.
Salutatoriæ Epiſtolæ.
Sanctoralia.
Sermologus.
Sigillum.
Soliloquium.
Starrum.
Syllabæ.
Synodalis Liber.
Synodica.
Synthema.
Telligraphia.
Temperantiæ Libellus.
Teſtamentum.
Teſtimoniales.
Textus.
Tomus.
Tractatoria.
Tractoria.
Traditoria.
Triſcabina.
Viatica.
Vitaſpatrum.
Vocatoriæ.

CÆTERA ad rem Librariam pertinentia.

ABominariū.
Acceptoriū.
Albo.
Allogus.
Analogium.
Aurigraphus.
Authenticum.
Bannita.
Bargina.
Bibleator.
Bibleus.
Billa.
Billeta.
Breve.
Brevis.
Bulla.
Butaneum.
Burus.
Calamarium.
Calcata.
Camiſiæ Librorum.
Canon.
Capitale.
Capitaneæ Literæ.
Cartellus.
Carticellus.
Catagraphare.
Centonizare.
Ceruſa.
Charaxare.
Charta.
Charticinium.
Chryſobullum.
Claſpa.
Clauſa.
Clauſula.
Codex.
Codicella.
Codicium.
Conſcripti.
Cornu.
Curſarii.
Deletitia.
Dica.
Dictare.
Dictator, &c.
Dictio.
Dictica.
Dictitum.
Diſpoſitum.
Encauſtum.
Encautum.
Encyclia.
Epitaphium.
Excopiare.
Exemplare.
Exemplificare.
Expanſale.
Explicit.
Extracta.
Feliciter.

Fractura.
Francenum.
Graphia.
Graphium.
Idiocera.
Intercaraxare.
Intitulare.
Literalia.
Libellare.
Liturarii.
Longaria.
Membrana.
Miniare.
Notæ.
Offendix.
Paginaliter.
Palea.
Pancharta.
Panellum.
Paperds.
Papyrus.
Parcamentum.
Pergamenum.
Pittacium.
Poſtillæ.
Protocolum.
Pſeudographa.
Punctare.
Quaternio.
Quinternio.
Rapiarius.
Raſorium.
Redorſare.
Regulare.
Rotulus.
Scida.
Siricum.
Soma.
Sulcare.
Supercapitulum.
Superdictiones.
Unciales.
Zeta.

XXI.

LITVRGICA,

ſeu quæ Sacramenta & Eccleſiaſtica Officia ſpectant.

Abſingere.
Actio.
Agenda.
Agere.
Agnus.
Alleluya.
In Altari offerre.
Aqua tepida in ſacrificiis adhibita.
Aqua.
Audientes.
Baculus.
Baptiſmus.
Benedictio.
Buccella.
Canon.
Canonizare.
Cautamilla.
Cantare.
Catechumeni.
Caurico
Centenarium.
Cereus Paſchalis.
Choræ.
Chriſma.
Chriſtianitas.
Cinis.
Claſſicum.
Cœna.
Collecta.
Commemoratio.
Cõmendationes.
Communio.
Communicare.
Competentes.
Completa, Completorium, &c.
Confirmare.
Confirmatio.
Conſecrare.
Conſignare.
Conſiſtentes.
Conſparſus.
Conteſtatio.
Conteſtada.
Conventus.
Corona.
Corporatio.
Corpus Domini.
Credulitas.
Cruces nigræ, bannales.
Curſus.
Deſiderata.
Diapſalma.
Diæta.
Directaneus.
Diſcommunicantes.
Diviſio.
Domina.
Dominicalis.
Dominicum.
Dominus.
Donum.
Duodecima.
Embolis, Embolum.
Ephéta.
Euchariſtia.
Eulogia.
Excommunicatio.
Excubiæ.
Execrari.
Exomologeſis.
Exorcizare.
Exorcidiare.
Exſufflatio.
Extorres.
Farcia.
Fermentacei.
Fermentum.
Ferrum.
Fertura.
Fiſtula.
Fons.
Formata.
Geſtantes.
Gloria.
Gradale.
Gradus.
Gratia.
Hiſtoriæ.
Horæ.
Hymnus.
Hypopſalmus.
Illatio.
Illuminare.
Immolare.
Imponere.
Inciſio.
Incommunicatus.
Incorporare.
Indulgentia.
Infantes.
Infertum.
Inhumanatio.
Inoleare.
Introitus.
Itinerarium.
Kyrieles.
Laus, laudes.
Lecticulæ.
Lectiones.
Levare.
Liber pacis.
Litaniæ.
Lucernarium.
Luminaria.
Mandatum.
Margarita.
Matutinarius.
Matutini.
Mediavita.
Memento.
Miſſa.
Moſarabes.
Munus.
Myſterium.
Neophytus.
Nocturna, &c.
Nomen.
Nona.
Novenarius.
Obitus.
Oblata.
Oblatio.
Octava.
Offerentium.
Offerenda.
Offerre.
Offertorium.
Officiare.
Officium.
Oleum.
Optari.
Opus.
Oramen.
Oratio.
Oſculatorium.
Oſculum.
Panagia.
Panis.
Partes.
Paſtor.
Pax.
Peregrinus.
Plenarium.
Pompæ.
Poſtcommunio.
Prædicare.
Præfatio.
Precatio.
Precatorium.
Prima.
Proprium.
Proſa.
Pſallentia.
Pſallentium.
Pſalmus.
Pſalterium.
Punctum.
Purificare.
Recincerare.
Reconciliare.
Regnum.
Requiem.
Reſponſorium.
Rogationes.
Regus.
Rota
Sacramentale.
Sacramentum.
Sacrificium.
Salve regina.
Salus.
Sancta.
Sapientia.
Sarcalogus.
Schola.
Scrutinium.
Secreta.
Septenarius.
Septimale.
Septimus.
Sepulchrum.
Sequentia.
Servitium.
Servitus.
Signaculum.
Signare.
Signum.
Sonus.
Statio.
Subſcripti.
Suffragia.
Superfuſio.
Supermiſſi.
Superpoſitio.
Suſcipere.
Symbolum.
Sympſalma.
Synaxis.
Synodus.
Tabula.
Te igitur.
Tenebræ.
Tertia.
Tertius, &c.
Thurificare.
Tingere.
Tonſura.
Tonſurari.
Tonus.
Tricenarium.
Triceſimus.
Triduana.
Tropus.
Verſus.
Vexillum.
Viaticum.
Vigiliæ.
Undeiare.

XXII.

LVDI, LVDICRA,

& quæ ejuſmodi ſpectant.

Acamraſſa.
Alphinus.
Arena.
Arenarii.
Aventura.
Azarum.
Ballare, Ballatio, Ballimathia, Balliſteũ, &c.
Banſatrices.
Barbatoria.
Barrizare.
Baſia juvenum.
Berlengum.
Bohordicum.
Buhors.
Burdare.
Burſare.
Candida.
Cantores.
Cembellum.
Charolare.
Cheolare.
Cipæ.
Circiſſarii.
Circulator.
Colores.
Conficium.
Coraula.
Corcula.

Cordex.
Curſus equorum.
Danſare.
Decius.
Deductio.
Detelierare.
Domneare.
Ephalmatores.
Epiſcopus puerorum.
Equeſter.
Factionarii.

Fortunium.
Funambuli.
Fuſcanus.
Gioſtra.
Giraculum.
Haſtiludium.
Inciti.
Interludium.
Intermetium.
Jociſta.
Joculari.
Jocus partitus.

Jotici.
Juglatores.
Juſta.
Juſtitia.
Lepuſcula.
Ludimentum.
Ludicra.
Ludus.
Luſorium.
Manducus.
Mappa.
Matare.

Mimilogus.
Minator.
Miniſtelli.
Orciſcopalarius.
Pancratiarius.
Parapallium.
Petauriſtarii.
Pictomacharii.
Pirgus.
Polotellus.
Popularitas.
Quintana.

Sago jactari.
Samardacus.
Satyrici.
Scaci.
Scæneca.
Stadiodromotus.
Stipadium.
Tabula.
Tabula rotunda.
Tabulatum.
Taxelli.
Theatroquinegii.

Tornatrices.
Torneamentum.
Torneta.
Trepidare.
Tricolus.
Trochus.
Trotingi.
Tyrocinium.
Velarium.
Uiterpes.

XXIII.

MAGICA,

ſeu vocabula ad Magiam, Sortes, Auguria, Superſtitiones, & ejuſmodi ſpectantia.

MAGICA.

Alyrumnæ.
Anclionea.
Aranſcarti.
Arriva.
Artificium.
Aucones.
Auta levatitia.
Azardum.
Bivium.
Brevia.
Broxæ.
Cantatores.
Cantellator.
Canterma.
Caragus.
Caranda.
Carmen.
Cataboliti.
Cauculatores.
Chaldæi.
Chriſma.
Cindator.
Cochlea.
Contraratio.
Conſtellatio.
Cornu.
Defigere.
Devocare.
Divinus.
Diviſio.
Energima.
Energumeni.

Facula.
Fetilleri.
Frequentidici.
Fulguratores.
Geneſis.
Geniculum.
Geniſcus.
Genitiali.
Getia.
Gignadius.
Herba.
Horarius.
Imaginarius.
Incantare.
Initiare.
Lac.
Libri nigri.
Ligaturæ.
Literæ.
Luna.
Machina.
Magicatus.
Maleficus.
Malitas.
Maſca.
Mathematici.
Matheſis.
Mechanicus.
Medicamenta.
Naſcentia.
Nigromantia.
Nocturnum.
Obligatores.
Paredrus.

Planetarii.
Præcantare.
Prophetæ.
Pulvis.
Somniarius.
Somniator.
Sortes.
Sortiariæ.
Specularii.
Stigmata.
Stria.
Striga.
Strioportas.
Talamaſca.
Tegularia.
Tempeſtarii.
Vanitas.
Vegius.
Umbræ.
Vultivoli.

SUPERSTITIONES, PAGANIÆ.

Abracadabra.
Arbores.
Arietem levare.
Arturum expectare.
Bruma.
Cantatores.
Cervula.
Chorizantes.
Dadſiſa.
Didemafii.

Dies tinearum.
Fanatici.
Faſtidiatio.
Feriæ.
Fornax.
Fuſtis.
Hoſtiæ, &c.
Idolium.
Idololatra.
Immolatitiæ eſcæ
Kalendæ.
Maialis.
Malleus.
Nedfri.
Nimida.
Nodiyr.
Paganiæ.
Parentalia.
Pedes lanei.
Petra.
Philacterium.
Remedium.
Sacrivus.
Saxorũ veneratio.
Simulachrum.
Solliteum.
Spurcalia.
Strava.
Sulci.
Superventa.
Tauroboliare.
Tectum.
Teda.
Vetula.

Vincelunæ.
Urſus.

AUGURIA.

Conſernova.
Confert.
Conſervetus.
Conjectorium.
Conoppi.
Emponemb.
Fernova.
Fert.
Harenam.
Phyſiculatus.
Portendiculum.
Prænoſticus.
Reſpector.
Scaſſarnova.
Scaſſarvetus.
Scimaſſarnova.
Superauguriare.
Viaram.

DÆMONES, SPECTRA, DII GENTILIUM.

Contrarius.
Dæmon &c.
Diana.
Diclug.
Dracus.
Duſii.
Ermulus.
Fadus.

Fauni.
Folli dæmones.
Formidamina.
Frea.
Genius.
Genempirus.
Geruſſus.
Gobolinus.
Grant.
Heliogabalus.
Jucubi.
Incurſus.
Inimicus.
Iniquus.
Irmi ſul.
Krodo.
Lama.
Larvæ.
Majeſtas.
Malignus.
Malus.
Miratores.
Neptunus.
Heraclea.
Obiciſſus.
Occurſus.
Othan.
Pervalatrid.
Phantaſia.
Piloſi.
Thur.
Tribulantes.
Wodan.
Zabolus.

XXIV.

MEDICA, MULOMEDICA, CHIRURGICA,

Morbi, Ægritudines, & cætera quæ ad rem medicam ſpectant.

Abluciratio.
Abominatio
Accenſiuncula.
Acceſſio.

Accubatus.
Achavum.
Acidonicus.
Acrimonium.

Acroïſia.
Acuta.
Admanſiones.
Ægrimonia.

Agdulizare.
Agonizare.
Albulæ.
Alembicum.

Algalia.
Alienatus morbus
Allopitium.
Alteritas.

Anatas.
Anilia.
Antidotum.
Antimonium.

Apoſtatizare.
Appotiare.
Aragaicus.
Arectica.
Ardentes.
Arnaldia.
Arpeta.
Arſura.
Aſtroſus.
Adtractus.
Avortare.
Auriſia.
Auticax.
Barbaricum.
Baruli.
Boſſa.
Bova.
Bullare.
Cadivus.
Caducarii.
Cancerare.
Cancrarium.
Caprizans pulſus.
Caputpurgium.
Carpia, carpita.
Catalepticus.
Cataplaſma.
Catapotium.
Cathinia.
Cauda.
Cauſa.
Cauſarii.
Cedria.
Cerotarium.
Cerugia.
Chronica infirmitas.
Ciatica.
Cimoxa.
Cingulus.
Ciſurgium.
Claperſedra.
Clinici.
Clocire.
Cloppus.
Coculæ.
Coleres.
Condolomatus.
Conductio.
Confectio.
Conſuetudo.
Contagium.
Conrractus.
Coutritus.
Coppa.
Coralis.
Coriago.
Corporatura.
Colli.
Covenum.
Crepatiæ.
Creticare.
Cruditare.
Cucurbita.
Cuſa.
Culbare.
Cyclus.
Decoctio.
Dementare.
Dementire.
Dentaria.
Dentiducum.
Derbioſus.
Diapraſium.
Digma.
Dimiſſio.
Diſcracis.
Diverſiones.
Divinatio.
Dolg.
Diurinare.
Electuarium.
Eligma.
Embrocare.
Encolpiſmus.
Enſignè.
Epilepticus.
Erudire.
Exmellare.
Exſurdare.
Extorquere.
Farſa.
Febreticus.
Febrire.
Fellicula.
Ferita.
Ferſa.
Feruvra.
Ficta.
Fictus.
Ficus.
Fiſtula.
Fitora.
Flava.
Flebilis.
Fluma.
Focoſitas.
Formicans.
Fractura.
Freneticus.
Freniſculi.
Frigdor.
Friggedo.
Frigitudo.
Frigor, frigoretici, &c.
Frigulitus.
Furnia.
Furundum.
Galla.
Gamba.
Gargarizare.
Gariſmatium.
Garpæ.
Garſa.
Gibboroſus.
Girapigra.
Glama.
Glomo.
Goſſum.
Gradus.
Guſta.
Gutteria.
Hercalæ.
Hernia.
Hettematicus.
Jarſa.
Ignis.
Imbromidare.
Imbrumari.
Imperare.
Impotentes.
Impotionare.
Inæqualitas.
Incancrire.
Incenſio.
Incorporatio.
Indiſpoſitus.
Infeſtatus.
Infuſio.
Inguiſſatus.
Inquinatizare.
Inſanus.
Invaletudinarius.
Julep.
Laborioſus.
Laureola.
Laureolum.
Lunaticus.
Magdalium.
Malagma.
Malandria.
Malatus.
Malaxare.
Malpitio.
Maniaticus.
Marmor.
Martellinus.
Maſcla.
Mater.
Medica.
Medicinaculum.
Menceps.
Migma.
Migranea.
Milinæ.
Minnere.
Miſelli.
Moleſtia.
Morbere.
Morbificatus.
Morbus, &c.
Mugæ.
Muliebria.
Muta.
Neutrotus.
Obſetrix.
Oſculatio.
Paramicium.
Panis.
Panucula.
Papula.
Paregorizare.
Patagine.
Peiana.
Phlebotomum.
Phyſica.
Pinna.
Ponderoſus.
Ponticus.
Potio.
Potionare.
Potirium.
Potitium.
Præſentaneus.
Princeps.
Priſanarium.
Pullare.
Pus.
Puſcula.
Putrilago.
Quartanarius.
Quartanicus.
Ramoſus.
Recorporare.
Recuperare.
Regimentum.
Remediare.
Reumaticus.
Roboroſus.
Rupti.
Santhacus.
Sanguiminuere.
Sanguinare.
Scabea.
Scaria.
Scatus.
Scia.
Scortilacus.
Secundinæ.
Sedimen.
Senecia.
Senevica.
Serrinus pulſus.
Silera.
Similaria.
Skerda.
Smegma.
Soda.
Sodellæ.
Somnus venereus.
Spallaciæ.
Spandidatio.
Spavenus.
Spicella.
Spinella.
Spuntia.
Stranquillo.
Stranguina.
Stringina.
Struſus.
Sturolæ.
Subglutio.
Sublardatus.
Subleſtia.
Submeres.
Suffugium.
Superfuſi.
Superpoſita.
Suppoſitorium.
Suppreſſum.
Suſpirium.
Syncopare.
Syrupus.
Tædium.
Taxta.
Teichi.
Telum.
Tentipellium.
Tinea.
Toginatio.
Tormentum.
Tornutio.
Tortitudo.
Tranſportanei.
Trencatæ.
Typus.
Tyriaca.
Tyrana.
Varietas.
Variola.
Ventoſa.
Ventriculoſi.
Vertibella.
Veterana.
Vivolæ.
Uniones.
Vulnerarius.
Vultiva.
Zarda.
Zona.

XXV.

MENSURÆ ARIDORUM, LIQUIDORUM, Pannorum; Pondera.

Acetabulum.
Æphi.
Ama, Amula.
Ambra.
Amona.
Antul.
Appendium.
Arpata.
Arſinum.
Aſſinus.
Batus.
Bicherus.
Boiſtellus.
Brachium.
Bria.
Buſſellus.
Buſtellus.
Cabus.
Caſicium.
Campana.
Canna.
Cantarium.
Cantellum.
Caphiſus.
Capiſa.
Carta.
Carterencha.
Cartharaſa.
Carto.
Celdra.
Centena.
Charrus.
Chema.
Chirat.
Chiſt.
Chſtirna.
Chulleus.
Cochlear.
Cochlearium.
Coctanum.
Coddus.
Coket.
Concha.
Condium.
Corbis.
Coretus.
Corus.
Coſcinus.
Coterotum.
Criblus.
Cubitus.
Cubulus.
Cupa.
Curitze.
Dacra.
Doretus.
Duclis.
Duodena.
Duplarium.
Eſchantillare.
Eskepa.
Exagella.
Exagium.
Fertella.
Fieta.
Fiſſuls.
Firtala.
Formella.
Gagga.
Galo.
Gata.
Gomor.
Groſſus.
Hemina.
Hemiſecla.
Hemmethe.
Hodus.
Hydria.
Junctum.
Juſta.
Lagena.
Lancea.
Laſta.
Laurna.

Leais.
Lepa.
Libra.
Librarium.
Lotum.
Lunda.
Maltra.
Manata.
Manca.
Mancuſa.
Marca.
Mellerola.
Mencaldus.
Menſura.
Metcaria.
Mina.
Minellus.
Mitta.
Modius.
Mornanteſius.
Mudinus.
Novena.
Nudus.
Paleta.
Peda.
Penſa.
Petra.
Pinta.
Poçalis.
Pociolus.
Poichia.
Polkinus.
Pollex.
Pondo.
Pondus.
Puginata.
Pugnexderra.
Quarta.
Quartallus.
Quartarius.
Quartarola.
Quartaronum.
Quartonchia.
Quintale.
Quintarius.
Rabo.
Raficii.
Ramich.
Raſeria.
Raſus.
Rota.
Rotulus.
Saccus.
Salarius.
Satum.
Scala.
Scapha.
Scapilas.
Scapula.
Scatta.
Sceffilum.
Sceppa.
Scriptulus.
Sellus.
Sericum.
Seſter.
Sextarium.
Sicla.
Siclo.
Smelo.
Someta.
Stallo.
Stara.
Strick.
Talentum.
Teiſa.
Tenſa.
Tetraſſarius.
Tolitmunyng.
Trona.
Trane.
Tublium.
Turnini.
Vannus.
Ulna.
Urna.
Waga.
Waya.

XXVI.

METALLA, RES METALLARIA.

Abſicanum.
Alba.
Alquitranum.
Anchotarii lapides.
Ardeſia.
Argentum Regis, finum.
Arpaga.
Artura.
Aſſakum.
Aurum.
Azarum.
Balluca.
Bamber.
Battutilis.
Cararia.
Carbones foſſiles, terreſtres, &c.
Carraria.
Chimia.
Cidima.
Cineraſtium argentum.
Cruſtalia.
Cuprum.
Cyprinum.
Enchori, &c.
Flatura.
Flavor.
Giſtum.
Gluſia.
Hullæ.
Litium.
Loys.
Macina.
Metallum.
Mina.
Minera.
Olea.
Ora.
Plata.
Rame.
Regelatum.
Scaliæ.
Smaragdina.
Specular.
Stagnum.
Stainum.
Talentum.
Tuſus.
Turba.
Uzifur.

LAPILLI, Gemmæ.

Abadir.
Alabandine.
Amatixus.
Arpaga.
Balaſcus.
Beloculus.
Berillus.
Camaëhus.
Diamantes.
Gimel.
Margella.
Mazer.
Orphanus.
Perlæ.
Pernæ.
Rubinus.
Topazio.
Turkeſius.

XXVII.

RES MILITARIS,

ſeu vocabula ad eam pertinentia.

MILITES, Factiones, &c.

Adreſcentes.
Almugavari.
Apocaligus.
Arbaliſtæ.
Arcani.
Arcerii.
Archeratii.
Archerii.
Arciſtæ.
Armati.
Armicolæ.
Arquites.
Auxilia.
Balearii.
Baliſtarii.
Bidaldi.
Blavotini.
Brabantiones.
Brigantii.
Buccellarii.
Campiator.
Caputiati.
Caſtrenſes.
Cohortalis.
Comitivæ.
Compagniæ.
Coterelli.
Crenkinarii.
Crupellarii.
Cultellarii.
Curſiarii.
Curſores.
Dardiarii.
Diſcooperatores.
Eccleſiani.
Evocati.
Excubitores.
Falcatores.
Fandalutes.
Ferentes.
Feritores.
Fœderati.
Galearii.
Galleti.
Garciones.
Gibellini.
Gualdana.
Harpigeri.
Heydeott.
Hobellarii.
Jacobi.
Jaculator.
Imaginiferi.
Impriſii.
Intakers.
Juniores.
Knapones.
Latrunculi.
Loricæ.
Maitnada.
Maiſnadarii.
Merentes.
Militares.
Munifices.
Muniones.
Numeri.
Ordinarii.
Palatini.
Palearii.
Paſtorelli.
Paviſarii.
Pedones.
Pleromi.
Prætenturæ.
Præventores.
Princeps.
Principium.
Promoti.
Protectores.
Pſeudocomitatenſes.
Pugillones.
Ribaldi.
Riparienſes.
Ritteri.
Ruptarii.
Scamares.
Scholares.
Scribones.
Scutarii.
Scutati.
Scutiferi.
Soldurii.
Solidarii.
Stationarii.
Triaverdini.
Tritæ.
Turbiculi.
Turcopuli.
Turmarii.
Tyrones.
Valve.
Vargi.
Vexillationes.
Zaſſones.

ARMA.

Acciatus.
Aguzo.
Alarica.
Albaliſta.
Alborium.
Anelacius.
Angones.
Arcobaliſta.
Arcus de aubut, &c.
Ategar.
Balea.
Balearis, &c.
Baliſta.
Baſillardus.
Bebra.
Bicellus.
Biſacuta.
Bord.
Borda.
Brochia.
Caliburne.
Campulus.
Cateia.
Claſſendis.
Clunabulum.
Cluniculum.
Colum.
Crochum.
Cucurma.
Cultellus.
Curtana.
Dagger.
Dardus.
Dextralis.
Duriſſimus.
Falcaſtrum.
Faliſcus.
Falſarius.
Falſo.
Fixorius.
Fornix.
Franciſca.
Froberga.
Garrotus.
Gaveloces.

Geſſum.
Giſarma.
Glavea.
Godendac.
Haſta.
Helmus.
Lancea.
Lunchus.
Malleus.
Mataras.
Maxuca.
Miſericordiæ.
Muſchetta.
Nux.
Pampa.
Phalarica.
Pilarus.
Pulzones.
Quadrelli.
Runco.
Rutellus.
Sacabuta.
Sareza.
Saxa.
Scirtum.
Scogilum.
Scoperum.
Scorpio.
Scrama.
Secures Danicæ.
Semiſpathium.
Sexaudrus.
Sicca.
Skrep.
Snyrtir.
Sparro.
Sparth.
Spatha.
Splendona.
Spontones.
Subula.
Telum.
Tenaculum.
Teutona.
Tigris.
Trialemellum.
Vanga.
Vaſa.
Verones.
Veru.
Zalda.
Zibynnus.

ARMATURÆ,
Veſtes militares.

Aclergum.
Aketon.
Angia.
Arma.
Bacinetum.
Bainberga.
Barbuta.
Branca.
Buccula.
Camiſia.
Capellum.
Capellus.
Capitium.
Carcaiſſum.
Cataphracta.
Cervellerium.
Chirothecæ.
Cinctorium.
Clamucium.
Clibanus.
Clypeocentrus.
Clypeus.
Coratium.
Coxale.
Duplodes.
Exſcutum.
Faretrum.
Gaina.
Halſberga.
Lamna.
Lorica.
Loricus.
Lucenna.
Macula.
Mamillaria.
Maſcla.
Naſale.
Ocularium.
Pancerea.
Parma.
Pavenſes.
Peracia.
Perpunctum.
Plecta.
Priwen.
Scamma.
Scutarium.
Spourones.
Strantum.
Talavacium.
Targa.
Teſtinia.
Thoraconactus.
Trilices.
Turcaſia.
Tymbris.
Zaba.

MACHINÆ
bellicæ.

Argumentum.
Ara.
Artificium.
Aſellus.
Barbicalis.
Barbizellum.
Berbices.
Biblia.
Bipedile.
Blida.
Boachiers.
Bombarda.
Bombardella.
Bricola.
Cabulus.
Cancer.
Canones.
Carabaga.
Carcamuſa.
Catus.
Cauſia.
Cazafuſta.
Domina.
Ericius.
Falconium.
Fundabulum.
Fuſtibalum.
Gunna.
Guſſa.
Hirundo.
Ingenium.
Jactatorium.
Librilla.
Lupus.
Malveiſin.
Manganum, &c.
Matafunda.
Muruſculum.
Muſculus.
Pararium.
Paterea.
Perdiceta.
Petraria.
Pixis.
Præcipitaria.
Prederia.
Priapus.
Scropha.
Serimialia.
Spingarda.
Sus.
Talpa.
Talparii.
Tichodiſtus.
Tornum.
Tortirella.
Tractarea.
Trajectorium.
Trebuchetum.
Tribulus.
Triſtega.
Troia.
Vulpes.

PROPUGNACULA,
Munimenta.

Anpita.
Antemurale.
Archeria.
Antiatorium.
Barbacana.
Batalia.
Brachiale.
Bretachiæ.
Burghwardus.
Cataractæ.
Charnelli.
Cleia.
Colax.
Faſcenina.
Firmitas.
Forſula.
Fortentia.
Fortia.
Foſſatum.
Foſſatura.
Gantæ.
Liciæ.
Loricæ.
Machicollare.
Merulum.
Minæ.
Munimen.
Municium.
Procaſtria.
Promurium.
Pſeudocaſtellum.
Quarnellus.
Saraceneſca.
Sbaraſſum.
Spaldus.
Spara.
Sticata.
Subarra.
Suda.
Trencata.
Tricinctum.
Tuldum.
Valvarre.
Ziro.

VEXILLA.

Angelus.
Auriflamma.
Baldanum.
Bandum, Banderium.
Baneria.
Bertolata.
Cantabrum.
Carrocium.
Confano.
Draco.
Flammulum.
Guntfano.
Imaginiferi.
Imago.
Inſigne.
Labarum.
Labor.
Leoniferi.
Lingua.
Lupiferi.
Penones.
Standardum.
Tuſa.
Vexillum.

CÆTERA
ad rem militarem
ſpectantia.

Antegarda.
Arcuare.
Arma.
Armata.
Armatura.
Badalatius.
Baldanum.
Bannum.
Bannire.
Barbaricum.
Bellum, publicū, campale, &c.
Biaſora.
Brachium.
Caballicatio.
Campus.
Cantilena Rolandi.
Capulare.
Caputporci.
Carræ.
Celata.
Cerrare.
Ciſca.
Circhia.
Clamor bellicus.
Claraſius.
Colſecta.
Cornu.
Cruciatæ.
Currodrepanus.
Curſus.
Deus vult.
Dies.
Diffidare.
Diſconficere.
Duellio.
Duellium.
Duellum.
Efforcialiter.
Efforcium.
Elephas.
Enſatus.
Enſicium.
Excubiæ.
Excubitare.
Exercitare.
Exercituare.
Exercitus.
Exforcium.
Expeditionæ res.
Expiare.
Exuperare.
Faida.
Familia.
Ferire.
Ferrum.
Forulus.
Garcinæ.
Garnimentum.
Garniſio.
Gracilis.
Heraldus.
Herebannum.
Heriſliz.
Hoſtis.
Hurdicium.
Ictus.
Impriſa.
Incaſtellare.
Interſignum.
Itinerarium.
Lacerti.
Lis.
Menetum.
Minare.
Mens gaudii.
Monſtrum.
Nobilcum.
Obſidium.
Palaria.
Paletare.
Papilio.
Pharro.
Protuteſa.
Pugna.
Quarentena.
Rebellare.
Rebellio.
Rebellium.
Reiſa.
Retentio.
Retrobannus.
Retrogarda.
Sagittamen.
Sagittare.
Salinatio.
Salpiſta.
Salpix.
Scala.
Scara.
Scaragaita.
Scholæ.
Sconfitta.
Sedita.
Solidata.
Spia.
Stabilitates.
Stormus.
Subſellæ.
Subſidio.
Tabur.
Tagma.
Talare.
Tenda.
Tenſura.
Tergafuga.
Telleraru.
Titulus.
Tornatio.
Treva.
Trivulgi.
Trumba.
Trummeta.
Tubare.

XXVIII.
MINISTERIA SACRA,
Vaſa, Ornamenta Eccleſiaſtica.

Abſterſoria.
Accenthuraria.
Acerna.
Acetabulum.
Altare viaticum.
Ama, Amula.
Amendola.
Ampulla.
Analogium.
Antependium.
Apophoretum.
Appellarea.
Applare.
Aquamanile, Aquammanus, &c.
Arbor.
Arcellina.
Arcus.
Ariſtato.
Armellum.
Bacchonica.
Bacinus, Bacile, &c.
Baſiliſcus.
Bazia.
Benna.
Cælatura.
Calami.
Calefactorium.
Calix.
Cambuta.
Canna.
Canneta.
Canola.
Canolum.
Canthanim.
Cantharus.
Capella.
Capitolium.
Capſa.
Capſella.
Carola.
Carrum.
Caſella.
Cedellus.
Ceraptum.
Cereaptum.
Cereoſtata.
Cereophalum.
Ceroferale.
Ceroferarium.
Cerogerulum.
Chauſſepoin.
Chriſmal, Chriſmale, Chriſmarium, &c.
Ciborium.
Cicindela.
Cimelia.
Cimiline.
Circitorium.
Clamacterius.
Clavis.
Cochlear.
Cogina.
Colum, Colatorium, &c.
Columba.
Communicales.
Concha.
Concinnatio luminum.
Cophinus.
Cornu.
Corona.
Corporale.
Crater.
Craticulæ.
Creſta.
Cupa.
Delphini.
Digitiæ.
Diſcus.
Dominicalis.
Dorſale.
Eccleſia.
Emunctoria.
Enaphoti.
Endothis.
Exafoci.
Falden.
Faſtella.
Faſtigium.
Feretrum.
Ferratum.
Filaterium.
Fibula.
Fimbriæ.
Flabellum.
Flamina.
Florentia.
Fons.
Forcipes.
Freda.
Frontale.
Frontellum.
Fumigatorium.
Fuſcina.
Gabata.
Gamula.
Geſtatorium.
Hercia.
Hichinarius.
Hyſopus.
Jeſſe.
Incenſum.
Incenſorium.
Infertorium.
Jugulum.
Laterna.
Laudanæ.
Lectica
Lectoriale.
Lectorium.
Lectricium.
Lectrinum.
Lectrum.
Lectus.
Legatorium.
Legile.
Legivum.
Lichinus.
Lipſana.
Loculus.
Lucerna.
Lucernarium.
Luitrinum.
Luter.
Majeſtas.
Malum.
Manna.
Manuale.
Mariola.
Maſorica.
Mauſolæum.
Metreta.
Miniſterium.
Monſtrantia.
Muſa.
Navicella.
Navicula.
Oblatorium.
Offertorium.
Oſtiolum.
Oſtrea.
Palergium.
Palla.
Pancalia.
Patena.
Patrocinium.
Pavo.
Pecten.
Periſterium.
Pharus.
Phiala.
Phylacterium.
Pignus.
Polycandilum.
Pomum.
Poſtabula.
Poſtaltare.
Pſilia.
Pugillares.
Purificatorium.
Pyxis.
Regnum.
Regulares.
Repa.
Repida.
Saccus.
Salarium.
Scutum.
Scypho.
Scyphus.
Sium.
Sparſorium.
Spinetrum.
Stantarium.
Statuarium.
Subſtratorium.
Sumptorium.
Supracelum.
Sortaria.
Tabula.
Tau.
Tetravelum.
Theca.
Thimiamaterium
Thoracida.
Thuribulum.
Thuricremium.
Truncus.
Turris.
Tutelli.
Velothyrum.
Ventaculum.
Ventilabrum.
Veronica.
Veſtis.
Urceolus.
Vultus.

XXIX.
MONASTICA,
ſeu vocabula ad rem Monaſticam ſpectantia, Ordines Monaſticos, Militares, &c.

Acephali.
Acœmetæ.
Anachoretæ.
Ancillæ Dei.
Aſcetæ.
Aſcetriæ.
Aſinorum Ordo.
Beghardi.
Beguini & Beguinæ.
Bethleemitæ.
Bichini.
Bigrinæ.
Birrati.
Bizochi.
Boni homines.
Calogeri.
Capitulum.
Cartuſienſes.
Caſtimoniales.
Catenati.
Cellani.
Cellulanus.
Chriſtiani de cinctura.
Cionitæ.
Circelliones.
Circumcelliones.
Clauſarius.
Clauſtrales.
Clauſtrenſes.
Clerici.
Cocti.
Cœlicolæ.
Cœnobita.
Cœnobium.
Colidei.
Collatio.
Commiſſi.
Concellita.
Condonati.
Confeſſæ.
Confeſſores.
Conſuetudo.
Continentes.
Conventuales.
Converſæ.
Converſare.
Converſi.
Cophti.
Cruciferi.
Curſitores.
Dati.
Deicolæ.
Deodicatæ.
Deodicati.
Deonandi.
Devotæ.
Diſputatio.
Donati.
Draculum.
Emancipatio.
Eremitæ.
Excuſati.
Exercitatores.
Exocionitæ.
Familiares.
Filiæ.
Filiatio.
Firmitas.
Frater.
Fraterculi.
Fraternitas.
Fraticelli.
Hebdomadarius.
Humiliati.
Jacobitæ.
Idiotæ.
Ignoſce.
Inclinatio.
Incluſi.
Infantes.
Innubæ.
Lazari.

Leanes.
Licentia.
Loricati.
Mandritæ.
Maſtigia.
Matriculariæ.
Matta.
Meridiana.
Metanœa.
Minores.
Miſericordia.
Monachus.
Monialis.
Monos.
Morronenſis Ordo.
Munditiæ.
Negligentia.
Neophyti.
Nodus.
Nomen.
Nonnus, &c.
Norma.
Novitium.
Novitii.
Nutritiæ.
Nutriti.
Obedientia.
Oblati.
Officiatus.
Ordo.
Pactum.
Palmata.
Pauperes Chriſti.
Peregrinatio.
Petegolæ.
Petitio.
Philoſophia.
Pictantia.
Pies.
Pœnitentes.
Prædicatores.
Profeſſio.
Promiſſio.
Proprietarii.
Pſeudofratres.
Pulſare.
Pyrocaræ.
Quarentena.
Recordari.
Redditus.
Regula.
Relevatio.
Religio.
Renuictæ.
Sacci.
Sanctimoniales.
Sarabaitæ.
Scala.
Scema.
Scholares.
Scriptores.
Sempectæ.
Septimanarius.
Servi, &c.
Solatium.
Sorores.
Sororitas.
Spatharii.
Sporta.
Stabilitas.
Stallum.
Status.
Stauria.
Stella.
Stragulati.
Superlicentia.
Supplicare.
Suſcepti.
Synoditæ.
Tanacetum.
Templarii.
Templum.
Terminarii.
Velum.
Veniæ.
Vita, &c.

XXX.

MONETÆ, RES MONETARIA.

Abatare.
Adrodere.
Adulter.
Ænigma.
Æſculator.
Ambroſini.
Ardaricanus.
Arnaldenſis.
Arnulfinus.
Aſperi.
Aſprio.
Aſſarium.
Aſſis.
Auguſtalis.
Auguſtarius.
Aurizum.
Balishus.
Barbarini.
Billio.
Bimo.
Birmandus.
Blancus.
Bordhalpeny.
Boſſanaya.
Brabantini.
Bruna.
Burgenſis.
Byzantius.
Camera.
Cartanenſis.
Caſinina moneta.
Cathedra.
Cauci.
Cema.
Centenionalis nummus.
Chapotenſes.
Chatus.
Clocerium.
Cocodones.
Colliſum.
Conflare, &c.
Conſtantinus.
Conus.
Copkinus.
Corona.
Coronatus.
Crematium.
Criſtaticum.
Croccardus.
Cudis.
Cuneus.
Curti.
Dativus.
Dealbare.
Dealbatio.
Decargyrum.
Denariata.
Denariſmus.
Denarius.
Denata.
Derenus.
Dimidius.
Ducatus.
Duplex.
Efforciatus.
Egidienſes.
Eſterlingus.
Exmerare.
Falſaria.
Ferlingus.
Ferto.
Flauvoneſpeny.
Florenus.
Follis.
Forma.
Francus.
Furcia.
Galihalpens.
Gigliati.
Gleiſatus.
Goilart.
Goliardus.
Groſſus.
Hyperperum.
Jacobus.
Janneti.
Imago.
Imperialis.
Inciſio.
Judicium.
Lacta.
Leones.
Luculenſis.
Lushborow.
Mailla.
Malachinus.
Mallia.
Manlat.
Marabotinus.
Maſculi.
Maſmodina.
Mauritienſis.
Mazati.
Medallia.
Meloquinus.
Meraculum.
Mercari.
Merus.
Michaëlitæ.
Miliarenſis.
Minuta.
Mita.
Moneia.
Moneta, &c.
Monogium.
Mynecenæ.
Nobile.
Nomiſma.
Nummus.
Obolus.
Obryzum.
Ora.
Ortuga.
Otto.
Paracharagma.
Pariſienſes.
Pecunia.
Philippi.
Picta.
Pila. Pilum.
Pimpenellus.
Pipiones.
Piaca.
Pogeſia.
Prædulati.
Præteſtati.
Provinciales.
Pruvinenſes.
Quadrans.
Raboinus.
Raimundenſis.
Recurſus.
Regales.
Riſſo.
Romanatus.
Romeſina.
Roſarius.
Saica.
Saracenus.
Sceatta.
Schinderling.
Scudati.
Scutum.
Scyphatus.
Semiſſis.
Siclus.
Siliqua.
Solidus.
Spendibilis.
Stamma.
Stephanienſes.
Talentum.
Tarenus.
Targa.
Tartaron.
Teſtones.
Thrimſa.
Tonſores.
Tremiſſis.
Turchifarus.
Turonenſes.
Victorinus.
Willelmenſes.

XXXI.

MORES,

ſeu vocabula quæ mores hominum ſpectant.

Amoroſus.
Animequus.
Babugus.
Baburrus.
Cenodoxus.
Diſplacidus.
Diſſolutus.
Diſtemperatus.
Docibilitas.
Doctus.
Dogmaticus.
Dolidus.
Dominalis.
Dominoſus.
Druſus.
Dubingenioſus.
Ducibilis.
Dulcoroſus.
Duplex.
Duplicarius.
Duricors.
Durio.
Edecumatus.
Effatuus.
Effronter.
Eleſſior.
Erraticus.
Eſtrix.
Evigilans canem.
Exorius.
Expudoratus.
Expenſaticus.
Factitioſus.
Fatigoſus.
Felibris.
Fellibilis.
Femellarius.
Feriferus.
Finus.
Flammeus.
Follis.
Fronimus.
Frontoſus.
Fugitivoſus.
Fulvidus.
Gabator.
Ganeo.
Garcio.
Gaudibundus.
Gaudioſus.
Gayus.
Geniolus.
Gloriabilis.
Gluto.
Gluvidenus.
Goliardus.
Gripus.
Guillator.
Guiſcardus.
Gurdus.
Idiota.
Improbus.
Impuderatus.
Inactivus.
Incultio.
Indiſciplinatus.
Inerticus.

Inerticus.
Infantioſus.
Infantiſſimus.
Infrontatus.
Innaturalitas.
Inrubidus.
Inrudis.
Inſuabilis.
Intelligibilis.
Joventalis.
Juventabilis.
Laſcivus.
Lecator.
Liguritor.
Longanimis.
Lubricus.
Lunaticus.
Lupax.
Magnanimis.
Malecreditus.
Malecurtenſis.
Malicordis.
Malivoloſus.
Mandones.
Mandrator.
Mattus.
Mecapus.
Mentioſus.
Mitita.
Molles.
Moralitas.
Mongeroſitas.
Mugiſſor.
Mundicordis.
Munerarius.
Murcus.
Murgiſſo.
Muſardus.
Muſca, &c.
Naufragus.
Neaniſcologus.
Neceſtuoſus.
Nepotatio.
Nequitioſus.
Neſapius.
Nidering.
Nihilfecit.
Noctivagi.
Nuga.
Ophiſticus.
Opinabilis.
Opinatus.
Opinoſus.
Paltonarius.
Pandox.
Papelardus.
Philarchicus.
Philocompus.
Philopompus.
Pietas.
Pietoſus.
Placibilis.
Pompolentus.
Pompoſus.
Pravicordius.
Probabilis.
Probus.
Promiſſarius.
Pudoroſus.
Puellarius.
Pultrones.
Puſillanimis.
Querculoſus.
Satus.
Scardus.
Scordalus.
Scorio.
Senſatulus.
Sententioſus.
Serius.
Sobrius.
Sottus.
Statualis.
Strophoſus.
Stultatus.
Stulticines.
Stultiloquus.
Stultomalus.
Subdulus.
Superabundus.
Sylvaticus.
Tabernio.
Tetranus.
Timoroſus.
Triſtis.
Trutanus.
Valetro.
Vanaglorioſus.
Vaniaſtutus.
Ventoſus.
Verboſus.
Vulpio.

XXXII.

MULCTÆ IUDICIARIÆ,
Monaſticæ.

Angildum.
Bannum.
Blodwita.
Bot, Bota.
Cahſlite.
Calumnia.
Camlwrw.
Cynebot.
Damnum.
Emenda.
Enach.
Epitimium.
Firdwita.
Flemenefwite.
Fletwite.
Footegeld.
Foraneitas.
Foreſtera.
Fornicium.
Fredum.
Frinigildum.
Furigildum.
Gerſuma.
Gildwite.
Gorſum.
Grithbrech.
Harmiſcara.
Herireita.
Henſliz.
Hlotbota.
Immunitas.
Impartitio.
Incurrimentum.
Juſtitia.
Kelchyra.
Lacopum.
Laga.
Laghſlit.
Lairwita.
Leudis.
Lex.
Lowbote.
Mægbota.
Manbota.
Marancia.
Miſericordia.
Mucheunt.
Novigildum.
Overherneſſa.
Pretium.
Redhibitio.
Regradatio.
Repentalia.
Scyldwita.
Septena.
Thefbote.
Trigildum.
Triumgeldum.
Uralda.
Wera.
Wereleda.
Wita.

XXXIII.

MUSICA,
Muſica Inſtrumenta, Cantus Eccleſiaſticus, &c.

Accantare.
Antiphona.
Antiſtropha.
Apertio.
Aſiatim.
Barto.
Bemollis.
Bicinium.
Cabellum.
Cantata.
Canticinium.
Canticum.
Cantilena Rolandi.
Cantilenoſus.
Cantores.
Cantorium.
Cantus Eccleſiaſticus.
Capitula.
Clavis.
Cornare.
Cornicare.
Decentum.
Diſcantus.
Docticanus.
Dulciana.
Evigilans ſtultū.
Fabarius.
Fauſetus.
Firmare.
Fiſcla.
Fiſicolus.
Frigdora.
Imponere.
Infantes.
Jubilæus.
Leudus.
Melificare.
Melodia.
Melodima.
Melodus.
Modulizare.
Modus.
Notæ.
Odarium.
Offertorium.
Paraphoniſtæ.
Paritanus.
Pneuma.
Sincinnium.
Superacutæ.
Tractim.
Tractus.
Tricinium.
Vocalis.
Uſus.

MUSICA Inſtrumenta.

Acetabulum.
Ærenervū.
Batallum.
Batillus.
Baudoſa.
Burda.
Calamella.
Calamizare.
Caſcaviellus.
Ceromella.
Chrotta.
Citola.
Clangorium.
Claraſius.
Clario.
Claſſicum.
Claxendix.
Cloca.
Cornu.
Corrigiuncula.
Cymbalum.
Filoſa.
Flauta.
Harpa.
Laudis.
Magadium.
Monochordum.
Muſa.
Muta.
Nablizare.
Nacara.
Organum.
Pandurizare.
Pifferus.
Plectrum.
Pſalterium.
Pulſare.
Rigabellum.
Rocta.
Sambuca.
Signum.
Skella.
Stiva.
Symphonia.
Tinniolum.
Tintinnabulum.
Tintinnum.
Tonabulum.
Turturi.
Tympanum.
Tympaniſtria.
Vitula.
Vociductus.

XXXIV.

RES NAVALIS, NAVICVLARIA.

NAVIUM nomina.

ACcepta.
Agrarienſes.
Alegium.
Anchiromachus.
Argis.
Aſcus.
Baccha.
Baccus.
Bacula.
Balingaria.
Barbota.
Barca.
Barcella.
Barcuſſus.
Barga.
Baſelus.
Baſtaſſiza.
Bátalaria.
Batſueius.
Batus, Batellus, &c.
Bieres.
Brigentinus.
Brinum.
Buſcarla.
Buſſa.
Buza.
Calatia.
Campulus.
Carabus.
Carolus.
Carraca.
Carrica.
Caudica.
Caupulus.
Celones.
Ceola.
Chelandium.
Chervigium.
Chimera.
Claſſis.
Cogo, &c.
Columpha.
Concha.
Corbita.
Corimbata.
Corſerius.
Cumba.
Curculiæ.
Currabius.
Curſoriæ.
Curucha.
Dromones.
Durcones.
Emptica.
Eſcauda.
Falcatoria.
Fercoſta.
Flota.
Floze.
Galea.
Galera.
Galladellus.
Gandeia.
Ganzara.
Gatus,
Gata, &c.
Germundus.
Golafri.
Gondola.
Grippa.
Hulka.
Jarrecta.
Jalleſatum.
Iſtega.
Judiciariæ.
Latena.
Legia.
Levamentum.
Lignum.
Luſoriæ.
Madius.
Maranus.
Muſculus.
Naca.
Palmizare.
Palmula.
Pantonium.
Paro.
Placta.
Pontones.
Potomium.
Rada.
Sagena.
Sagitta.
Schippa.
Sichia.
Sithia.
Spinachium.
Stellaria.
Targia.
Tarida.
Trabariæ.
Vas.
Ulcus.

CÆTERA ad rem navalem pertinentia.

ADlittare.
Adripare.
Æquorare.
Agiama.
Albagia.
Ancrima.
Aplutrum.
Arbor.
Armacalci.
Avironatus.
Bidens.
Blanpum.
Calafatare.
Calatores.
Calca.
Camelus.
Caplum.
Capſa.
Caſterium.
Caſtra.
Cataplus.
Cataliarares.
Cautel.
Ciurmia.
Claſſicè.
Claſſici.
Claſſitarius.
Cloes.
Collus.
Columbarium.
Columna.
Comes.
Comites.
Cucurba.
Dalum.
Ebba.
Effretare.
Ejectus.
Embola.
Embulum.
Eſchipare.
Evectio.
Exarcia.
Exfretare.
Expalmentum.
Facere.
Flotzon.
Frenellatus.
Incamatatus.
Laſtagium.
Ledo.
Ligatura.
Malina.
Marinarius.
Marinellus.
Naucherius.
Naviclerus.
Navigerium.
Naupego.
Naupicus.
Nautella.
Nautici.
Nautileni.
Paradiſus.
Pramekarle.
Primua.
Prodenſes.
Proderius.
Puſticæ.
Remitores.
Sarcia.
Sarco.
Scala.
Scroter.
Serraculum.
Sigla.
Stolus.
Superſalientes.
Supervannum.
Suprapons.
Terzarolus.
Towagium.
Voguerius

XXXV.

PISCES, PISCATVRA.

PISCIUM nomina.

ALlec.
Anchora.
Anchorago.
Anguillaris.
Angula.
Aſco.
Aſpratiles piſces.
Balena.
Breiſna.
Breſmia.
Brugina.
Cabos.
Catus.
Colacus.
Craſpiſcis.
Craſſantus.
Dentrix.
Eſox.
Flota.
Gabbarus.
Gambarus.
Gardio.
Glaſſanus.
Guaid.
Help.
Khanones.
Luceus.
Maquerellus.
Mulnellus.
Padelenga.
Piſcis.
Plada.
Plateſia.
Plays.
Rotlin.
Selures.
Sicca.
Simones.
Spinaticus.
Spiringus.
Struthio.
Sturgio.
Thokei.
Tinca.
Tritula.
Trocta.
Uſones.

CÆTERA ad Piſces & Piſcaturam pertinentia.

ABardilla.
Amis.
Angiſtrum.
Aranea.
Arolus.
Aſſegia.
Aſſeſia.
Batuda.
Bocharius.
Capſum.
Captura.
Cippus.
Diſpiſcare.
Durſus.
Everclum.
Expegatorium.
Fiſſina.
Fodita.
Foſſina.
Foventatio.
Fria.
Fuſcina.
Graſpecla.
Golacia.
Ingenium.
Juncatica.
Kidellus.
Lorra.
Panchon.
Panthera.
Paries.
Penellum.
Ramata.
Rivale.
Sagena.
Saltans.
Saurarium.
Scorticaria.
Smoltus.
Sordus.
Spadernæ.
Tractus.
Tragal.
Tragum.
Tramallum.
Tranſverſarium.
Trulla.
Trublia.
Zaclus.

XXXVI.

POENÆ, SVPPLICIA, TORMENTA, & quæ ad ejuſmodi ſpectant.

Abacinare.
Accabuſſare.
Adulterii pœnæ.
Annulus.
Anſa.
Aquila.
Articulus.
Atia.
Auris, Aurium abſciſſio.
Baculare.
Bargus.
Baſtonicum.
Battere.
Batulus.
Benedictione privari.
Biothanati.
Boia.
Bullare.
Byrſagium.
Calçar
Caldaria.
Caliba.
Calvaria.
Canem ferre.
Capillos ſibi invicem detondere.
Captio.
Captivare.
Capturæ.
Carcannum.
Carcer, &c.
Carena.
Carrina.
Caſtratio.
Cataracta.
Catasta.
Cenitus.
Centenæ.
Character.
à Chriſtianitate ſeparari.
Cippus.
Ceppus.
Cleia.
Colaphus.
Colliſtrigium.
Collum.
Columbar.
Comatio.
Combuſtio.
Condemnare.
Corium.
Crines.
Cro.
Currere.
Debilitare.
Decalvare.
Decapitare.
Decervicare.
Decollare.
Dedecus.
Defoſſus.
Defuſtare.
Degradare.
Dehoneſtare.
Dehonorare.
Delapidare.
Demembrare.
Denaſatus.
Deodanda.
Depilare.
Depoſitio.
Diabeſteria.
Diffactio.
Digitus
Dirwy.
Diſciplina.
Diſtrictio.
Dorſum.
Edorſare.
Efforciare.
Equuleus.
Eſcaſſa.
Eſtema.
Excommunicatio.
Excoriare.
Exenteratio.
Exiliare.
Exinterare.
Exoculare.
Exorbare.
Expalmare.
Extemare.
Exterminium.
Exteſticulare.
Fames.
Ferrum.
Fidicula.
Flagellatio.
Flammeriare.
Foſſa.
Fovea.
Fruſtare.
Furca.
Fuſtis.
Gaggare.
Gehenna.
Geola.
Gibetum.
Grilliones.
Hardes.
Harmiſcara.
Henghen.
Ictuare.
Ictus.
Imparticare.
Incitio.
Incrocare.
Infaliſtatio.
Infurcare.
Lampadare.
Lignum.
Mancus.
Maſtigia.
Maxilla.
Menſa.
Monaſterium.
Necare.
Nervus.
Palus.
Panis fortis, &c.
Patibulus.
Pendere.
Pedis abſciſſio.
Pilorium.
Plumbatum.
Præcipitium.
Puteus.
Quarterizatio.
Rota.
Scala.
Scalciatus.
Scamnum.
Scematio.
Scopæ.
Scorpio.
Scorticare.
Sepeliri, &c.
Submergium.
Suggillare.
Superundatio.
Supplicia.
Suſpenſio.
Talio.
Taringæ.
Taureæ.
Terribulum.
Teſtæ.
Tormentare.
Torquimentum.
Torturæ.
Tranſverſariæ.
Trepalium.
Trotare.
Truncus.
Truſorium.
Tumbrellum.
Virga.
Ungula.

XXXVII.

PVRGATIONES CANONICÆ ET VVLGARES; Sacramenta, &c.

Aaſuoreneed.
Abſcondere.
Adramire.
Advocatus.
Advocator.
Ahteid.
Alfetum.
Aquæ frigidæ judicium.
Aquæ ferventis judicium.
Aiſſath.
Ath.
Batalia.
Bellum.
Benedictiones judiciorum.
Camiwick.
Campio.
Campus.
Chirotheca.
Circulus.
Corſned.
Crucis judicium.
Cyreath.
Dejurium.
Duellum.
Evangelium.
Euchariſtia.
Exagium.
Examen.
Ferrum candens.
Firma.
Forathe.
Jeſmiteed.
Jejunium.
Ignis.
Judicium Dei.
Iviſium.
Jura.
Juramentum.
Juratus.
Lada.
Lex.
Ligare.
Mulaminum.
Niſtaid.
Ordela.
Orſus
Pugna.
Purgatio.
Purgatores.
Rimath.
Sfurſiern.
Superjurare.
Turna.
Tripondium.
Trygeed.
Verberare.
Vomeres.
Urpheda.
Urtella.

XXXVIII.

STATVS ET CONDITIONES HOMINVM.

Abonnati.
Abra.
Abſarii.
Accolæ.
Adalingi.
Advenæ.
Adventitii.
Advocatitii.
Advoii.
Affidati.
Agilolfingi.
Agrarps.
Agrarii.
Albani.
Albarraneus.
Aldermannus.
Aldius.
Alepimau.

Alienigenæ.
Alodiarii.
Amali.
Ambacti.
Amund.
Ancilla.
Angariales, Angariarii, Angarii.
Aſcriptitii.
Baccalarii.
Barones.
Barſcalci.
Baſſalli.
Baſtardus.
Batinus.
Benenati.
Betagii.
Biennarii.
Bonda.
Bondus.
Boni homines.
Bonnarii.
Bordarii.
Bordmanni.
Bort.
Brennarii.
Bubii, Bubones.
Buccellarii.
Buffones.
Burdonarii.
Burgenſes.
Burgmannus.
Buringi.
Burs.
Burſarii.
Buſones.
Cabelgenſes.
Calcarienſes.
Campenſes.
Capillati.
Capitales.
Capi, Capones.
Capitecenſi.
Carſamatium.
Caſarii.
Catati.
Cavaticarii.
Cenſores.
Cenſiles, Cenſarii, &c.
Ceorlus.
Cerarii.
Chartularii.
Chartulati.
Chnapina.
Chodones.
Cidelarii.
Ciffo.
Circumpedes.
Cirliſtus.
Civitatenſes.
Clan.
Clinici.
Cociones.
Cocſeti.
Collaterii.
Collatores.
Colliberti.
Coloni.
Color.
Colverkerli.
Commanentes.
Commendati.
Commerciones.
Compagus.
Comparietici.
Compatrianus.
Competentes.
Conciliales.
Conditionales.
Conditionarii.
Confeſſores.
Conſortes.
Conſuetudinarii.
Conterati.
Contribules.
Convicaneus.
Copitenants.
Corporati.
Corregionalis.
Coſcez.
Cotarius.
Coterelli.
Criniti.
Curiales.
Dagſcalci.
Dagewardi.
Daltini.
Datini.
Debilis.
Decennarii.
Deditiiti.
Drengh.
Drudes.
Dula.
Durus.
Eaſtinctus.
Eccleſiaſtici.
Embolani.
Emphyteuticarii.
Eſingæ.
Ewoeck.
Exarichus.
Excuſati.
Exdomarii.
Extaliati.
Exteſtinus.
Expeditionales.
Extrarius.
Exulatitius.
Familia.
Familiares.
Famuli.
Faramanni.
Fatiti.
Fideles.
Fiſcalini.
Focaria.
Folgarii.
Forecenſitii.
Forenſes.
Forinſeci.
Forishabitans.
Franchenus.
Franchilanus.
Franci.
Frilazin.
Frilingi.
Frithmannus.
Fugaces.
Fulfrea.
Fundarius.
Ganerbii.
Galindii.
Gavelman.
Geburus.
Geneath.
Gilbogus.
Haiſtaldi.
Herimanni.
Hidalgi.
Hindeni.
Hiremanni.
Homo.
Homologi.
Hoſtmannus.
Hunones.
Hurſcarla.
Jammundling.
Infantiones.
Ingenui.
Intranei.
Jobagiones.
Juniores.
Juremanentes.
Juvenis.
Karolingi.
Kmethones.
Knave.
Lancetus.
Landegadman.
Landmannus.
Landridder.
Laſſi.
Lazzi.
Levantes.
Leudes.
Libellarii.
Liberi.
Liberalis.
Ligius.
Litus.
Maalman.
Majores natu.
Mancipialis.
Mancipiolum.
Manentes.
Manſionarii.
Meliores.
Minores.
Miſerabiles.
Mundman.
Natale.
Natio.
Nativus.
Nobilis.
Oblati.
Oblatiarii.
Obligati.
Originarii.
Pædagogiani.
Pagius.
Pagoti.
Pagenſes.
Palatini.
Pares.
Pedepulveroſi.
Pegen.
Perdingi.
Pertinentes.
Plebeius.
Præſtandarii.
Proſervi.
Quæſtales.
Radekenitres.
Radmanni.
Reddentes.
Reſidentes.
Rici homines.
Rupturarii.
Ruſtici.
Sanctuarii.
Sclavus.
Servi.
Sindmanni.
Sithcundi.
Sixhindi.
Socomanni.
Spadarii.
Stallati.
Statarii.
Stophanii.
Subditi.
Submilitones.
Subraſores.
Suburbani.
Suſcepti.
Tabularii.
Tarchan.
Terrarii.
Terrator.
Toftmanni.
Tributales.
Valeti.
Vaſſi, Vaſſalli.
Vavaſſores.
Vawornick.
Viduæ.
Vigiles.
Villatici.
Vogtman.
Vulgares.

XXXIX.

SUPELLEX DOMESTICA, RUSTICA.

VASA.
Res Vaſaria.

Acceptorium.
Acetabulum
Acetallum.
Acetrum.
Aciarium.
Æneum.
Ænulum.
Aliphanus.
Aliterna.
Alveolus.
Ambix.
Ambra.
Ampa.
Anacleta.
Anax.
Animatoria olla.
Anſa.
Apophoretum.
Applare.
Aquamanile.
Ariſtophorium.
Armillum.
Arpago.
Arcepta.
Aſcopa.
Atanulum.
Athiſca.
Atramentale.
Attanuba.
Auxilla.
Bacca, &c.
Bachio.
Bacia.
Bactea.
Bacario.
Bagerna.
Bambum.
Barile.
Barridus.
Baſcauda.
Batea.
Bauca, Baucalis, &c.
Bechin.
Bicarium.
Bureta.
Butta, Buttis, &c.
Cabillinus
Cacabulum.
Cacavellus.
Caller.
Caldaria.
Caldus.
Caliclare.
Calvarioſa.
Candes.
Cantharus.
Canthelium.
Capax.
Capis.
Capſaces.
Captis.
Caucatus.
Caucus.
Cavea.
Caupus.
Chargerium.
Chryſendetum.
Cibutum.
Cicindela.
Cimbia.
Cochlea.
Compoſtile.
Corbecula.
Cornu.
Coſtarez.
Creche.
Crucea.
Crucibulum.
Cuba.
Cubila.
Cucuma.
Cululli.
Cumera.
Cunctus.
Cupa.
Curialis.
Cuva.
Cyphus.
Dibler.
Doga.
Duciculus.
Dupia.
Eglitræ.
Ejucarum.
Emicadium.
Emola.
Epulicænium.
Fabataria.
Fabricaturæ.
Fabricinium.
Faſculum.
Ferratum.
Fiola.
Flaſca.
Flaxa.
Follis.
Fons.
Fretales.
Frivola.
Fruitus.
Fuſorium.
Gabata.
Garalis.
Galter.
Gemellarium.
Gemellio.
Gergena.
Gillo.
Godetus.
Guva.
Hanapus.
Infertorium.
Infuſorium.
Ju la.
Juſtitia.
Ketel.
Lancla.

Laſſanum.
Lavatorium.
Laudunæ.
Lenticula.
Lepiſta.
Levita.
Manile.
Maninga.
Manulavium.
Mazer.
Mellarium.
Menſorium.
Merarium.
Mergoræ.
Metreta.
Miſſorium.
Mulctra.
Obba.
Olba.
Olearium.
Olfactorium.
Oliferale.
Ona.
Orca.
Orcium.
Orna.
Patena.
Pipa.
Pitharia.
Platellus.
Potus.
Quadrantale.
Recentarium.
Repoſitorium.
Rotumba.
Salitia.
Salomon.
Salſarium.
Scafa.
Scala.
Scapton.
Scirpus.
Scortia.
Scutra.
Seria.
Siraſcula.
Sitarchus.
Soccus.
Sperum.
Standa.
Staupus.
Stloppum.
Suffulorium.
Sulzita.
Sumptorium.
Suruſcula.
Suxta.
Tacea.
Tina.
Toreuma.
Treſlellus.
Trublium.
Truca.
Trulito.
Tunna.
Turgeolum.
Typrus.
Vas.
Vaſarium.
Vaſcio.
Veges.
Vinageriæ.
Vinitorum.
Vitrum.
Urceolus.
Utriciſcum.

ALIA ad Supellectilem ſpectantia.

Abacium.
Accaro.
Accubitus.
Aciarium.
Aciſculum.
Actile.
Acucula.
Aczadus.
Adirutabulum.
Affurabulum.
Agitarium.
Aichata.
Amalupus.
Amblacium.
Anclena.
Anclidia.
Andena.
Aptamentum.
Arfina.
Artabularius.
Artavus.
Artificium.
Arula.
Attraba.
Attillamentum.
Averum, Averii, &c.
Aulaticum.
Aumarium.
Auriculare.
Axovar.
Baciballum.
Bahudum.
Balaium.
Balanx.
Balinia.
Bancus, Bancale, &c.
Baſſuaria jumenta.
Baſta.
Baſtaga.
Baſterna.
Bazana.
Becca, Beſca, &c.
Benna.
Berciolum.
Beſilium.
Beudum.
Bidubium.
Biga
Birotum.
Bitellum.
Blanx.
Brander.
Burrene.
Cacia.
Cadomea.
Caga.
Cama.
Campſa.
Capetum.
Capiſterium.
Capitale.
Capitium.
Carnus.
Carreta.
Carruca.
Caſcia.
Caſtibulum.
Caſtularius.
Cazola.
Cillaba.
Ciſtæ.
Ciſtellum.
Clenodium.
Clepo.
Clepſydra.
Chothedrum.
Cluſorium.
Cœnovehum.
Cofferum.
Cofinus.
Collus.
Condus.
Cophinus.
Coppetella.
Corbecula.
Cornu.
Corvilla.
Coſtrelli.
Cottum.
Cotus.
Cramaculus.
Credentia.
Cubicularis.
Cubiculum.
Cubitale.
Cubitorium.
Cuculata.
Cultellus.
Curullum.
Cuſſinus.
Cuſtodia.
Dagus.
Dapocleorium.
Deis.
Delphica.
Dentrix.
Deſca.
Digitabulum.
Dolabrum.
Dolatoria.
Dreſſorium.
Eda.
Erinaceus.
Erptia.
Expedimentum.
Falcile.
Faldao.
Faldiſtorium.
Fallera.
Ferculum.
Fertorium.
Fervorium.
Fiſco.
Flagellum.
Flaſſata.
Fodio.
Forfex.
Foſſorium.
Frixorium.
Fugillus.
Fulcralia.
Fulcrari.
Fornimentum.
Genuflexorium.
Gerula.
Geſtarium.
Geſtatorium.
Gulbium.
Hercia.
Herpix.
Inciſorium.
Inſtaurum.
Jocalia.
Lampena.
Lectarium.
Lecticoceſſium.
Lectiſternium.
Lectiſtitium.
Lectuale.
Lectuarium.
Lectumſtratum.
Lectus.
Leviga.
Libellare.
Lidorium.
Longellus.
Lucernarium.
Lucibrum.
Lutherium.
Mala.
Manta.
Manualia.
Manuaria.
Maratoriæ, &c.
Marra.
Maſſaritia.
Matta.
Menſale.
Menſarium.
Miniſterium.
Natta.
Navis.
Netorium.
Nutrimen.
Oſanna.
Pala.
Palus.
Panellum.
Panga.
Pannulula.
Pectinarium.
Phalera.
Planarati.
Plonum.
Plumarium.
Plumbum.
Pliathium.
Rampico.
Recla.
Reclinatorium.
Rhed.
Rhedo.
Rotundarium.
Runcina.
Sabanum.
Sabuta.
Sagma.
Salaria.
Sapa.
Sarpilleria.
Sartago.
Scamellum.
Scamnale.
Scimpodium.
Scriſorium.
Scrippum.
Scriptorium.
Scuditia.
Sedes.
Sediculum.
Serriculum.
Socus.
Soket.
Soliar.
Species.
Spicum.
Spitum.
Spotium.
Spondaiis.
Sternum.
Storium.
Stracuna.
Stragiola.
Stratilectilia.
Stratorium.
Subjuga.
Subjunctorium.
Subſelliæ.
Subtela.
Sudaria.
Suppedaneum.
Tanuſium.
Tapeſium.
Torale.
Torallum.
Toreuma.
Toxa.
Traga.
Transfoſſorium.
Treſtellum.
Triga.
Triparium.
Tripetia.
Tritiles.
Trulla.
Vanga.
Vectorium.
Vertibulum.
Viſpilio.
Umbellum.

XL.

TITVLI HONORARII, COMPELLATORII.

Almitas.
Almus.
Altitudo.
Angelus.
Auctoritas.
Beatitudo.
Celſitudo.
Chriſtianitas
Clariſſimatus.
Claritas.
Corona.
Dicatio.
Dignatio.
Dignitas.
Dominatio.
Dominus.
Domnus.
Domnula.
Donna.
Egregiatus.
Eminentia.
En, Ena.
Eximietas.
Expectabilis.
Extremitas.
Filiolitas.
Flavius.
Germanitas.
Gloria.
Honorabilitas.
Honorificentia.
Illuſtris.
Indoles.
Infans.
Laudabilis.
Magiſtratus.
Magnificentia.
Magnitudo.
Majeſtas.
Nobiliſſimus.
Nobilitas.
Perfectiſſimus.
Pius.
Porphyrogenitus.
Potentia.
Præcellentiſſimus
Præcluis.
Purpurati.
Reverentia.
Sanctitas.
Sanctitudo.
Ser.
Serenitas.
Spectabilis.
Sublimitas.
Superilluſtres.
Tantitas.
Tranquillitas.
Venerabilitas.
Venerantia.

XLI.

TRIBVTA, VECTIGALIA, Præſtationes, Exactiones, Operæ, Servitia, &c.

ABactio.
Abra.
Accapitum.
Accenſa.
Accubitus.
Acheſo.
Actarium.
Acrimoniæ.
Adcordabilis.
Ademprum.
Ademptio.
Adhoa.
Adjutorium.
Admoagium.
Adripagium.
Adſuetudo.
Adventus.
Adverſationes.
Advocatio.
Æneum trumentum.
Æquatio.
Ærariæ annonæ.
Afbatamentum.
Afficavagium,
Afflictus.
Agiſtare.
Agnus.
Agrariæ.
Agrarium.
Aguzadura.
Alacadix.
Alcavala.
Alegium.
Alctal.
Alfarda.
Allevamentum.
Altare.
Altaragium.
Anchoragium.
Andamentum.
Angariæ.
Annales,
Annata.
Annuale.
Annuitas.
Anubda.
Apportum.
Apprehenſio.
Aquaria.
Aquatia.
Aquatura.
Aquaticum.
Araticum.
Arativum.
Aratura.
Arboragium.
Arbuſtaria.
Arceutum.
Arcaticum.
Arquintale.
Aſpargia.
Aſſa.
Aſſagium.
Aſſidere, &c.
Aſſiſa.
Audientia.
Avenagium.
Aventura.
Avercorne.
Averagium.
Averpeny.
Aurum comparatitium, coronariũ, oblatitium, pœnoſum.
Autopracti.
Auxilium.
Auzeda.
Balena.
Balneaticum.
Bancaticum.
Bauſalmora,
Banwerc.
Barbicanagium.
Barganaticum.
Barillagium.
Barræ.
Barragium.
Bathinodium.
Baucagium.
Beborania.
Beconagium.
Befeht.
Benerth.
Berbiagium.
Beregafol.
Berna.
Beſenagium.
Beuragium.
Biberagium.
Bichenagium.
Bicocaria.
Biennum, Bidannum, &c.
Bierbannum.
Bina.
Biſſextus.
Bladada.
Blaveria.
Blakmale.
Bonitas.
Boquetallum.
Bornewing.
Buſcagium.
Boſſelagium.
Boſſonagium.
Bota.
Bocellagium.
Bovagium, Bohada.
Braconagium.
Brazeagium.
Bren.
Brennagium.
Bucſtal.
Buſetagium.
Burdatio.
Burgagium.
Burgh-bote.
Burgh-brech.
Botagium.
Cabale.
Caballacum.
Calcagium.
Calcearium.
Calciaticum.
Calefagium.
Calix.
Calx, Calcaria, &c.
Camelaſia.
Cameragum:
Campatgium.
Campipars.
Candelæ de Madio.
Canon.
Capetiæ.
Capiſtragium.
Capitale.
Capitalitium, &c.
Capitaneum.
Capitatio.
Capitulum.
Caplim.
Captiones.
Capturæ.
Caput.
Caractio.
Carbonis præbitio.
Carbonagium.
Carcerarium.
Caria.
Cariagium.
Carigo.
Caritativa ſubſidia.
Carnale.
Carnaticum.
Carneragium.
Carræ.
Carreda.
Carreium, &c.
Carretum.
Carrigatio.
Carropera.
Carrucagium.
Carvaticum.
Caſalaticum.
Caſaticum.
Caſta.
Caſtelgardum.
Caſteliagium.
Caſtellum.
Catabolum.
Catenaticum.
Cathedraticum.
Caulagium.
Cayagium.
Centaria.
Cenſus.
Centeſima.
Centurionum jura.
Ceparum uſaticum.
Ceragium.
Cerocenſus.
Ceſpitaticum.
Chantelagium.
Chantellum.
Chartiaticum.
Cheminagium.
Cherchez.
Cheveſcium.
Chirographa.
Chirotheca, &c.
Chriſmales denarii.
Circulagium.
Cincietum.
Cirliſtus.
Circmanagium.
Civadagium.
Civeragium.
Clama.
Cluſiaticum.
Cœna.
Cœnaticum.
Cœnatio.
Cofra.
Cogeſhuſt.
Coliuagium.
Collatio.
Collativum.
Collecta.
Collectio.
Colonaticum.
Colonitium.
Colta.
Comeſtiones.
Commenda.
Commendiſia.
Commenſalia.
Commercium.
Commodum.
Commune.
Comortha.
Compares.
Compenſus.
Complainta.
Complantum.
Conditio.
Conductus
Confertum.
Confeſſio
Conjectus.
Conredium.
Conſtitutio.
Conſuetudo.
Continium
Contradictoria.
Contragagium.
Contramandare.
Convivium.
Coptumum.
Corda.
Cornagium.
Corneſagium.
Corngavel.
Coroata.
Corona.
Corrata.
Corretagium.
Corrogata.
Corriatæ.
Coſſa.
Coſſatum.
Cotagium.
Cotalata.
Cotum.
Criagium.
Cruſtica.
Cubia.
Culcita.
Culvertagium.
Cupa.
Cuponagium.
Curatoricii equi.
Curatura.
Curmedia.
Cuſſolæ.
Cuſtodiæ.
Cut.
Danigeldum.
Data, Datio, &c.
Debitale.
Debitum.
Decimæ.
Decimum.
Demandæ.
Denarius.
Deſcenſus.
Deſcribere.
Deſcriptio.
Devetum.
Devotio.
Diagraphum.
Directum.
Dominatio.
Dona.
Donaticum.
Donum.
Dorna.
Doſſagium.
Douta.
Dralha.
Drinclean.
Duclitia.
Ebedju.
Eleemoſyna.
Emolumentum.
Emphaniſticum.
Encænium.
Epimenium.
Epimetrum.
Epiſcopalia.
Equus.
Eſpandagium.
Eſtoublagium.
Eſus.
Eulogiæ.
Excluſagium.
Excluſaticum.
Excubiæ.
Excuſaticum.
Exenium.
Exercitus.
Exhibitiones.
Exigentia.
Exitura.
Expoſitiones.
Extolneare.
Expeditio.
Extortiones.
Fabacena.
Fabarium.
Factio.
Facula.
Falcagium.
Falcillagium.
Falconagium.
Farinagium.
Fenator, fenagium.
Feneſtragium.
Fengeldum.
Ferculum.
Ferdfare.
Ferdwita.
Fermentada.
Ferratica.
Feſtagium.
Feltragium,
Fetwita.
Fidantia.
Firdelare.
Fiſcalia.
Foagium.
Focata.
Fodrum.
Fontagium.
Foragium.
Foraticum.
Foreſtagium.
Foriſcapium.
Forpriſa.
Foſſatum.
Fraternitas.
Friſcinga, &c.
Fructuaria.
Fructuationes.
Frumentagium.
Fumagium.
Furfari.
Furnagium.

Furnaticum.
Fuſio.
Gablum.
Gafulland.
Gallinagium.
Gallinium.
Gandargium.
Garbagium.
Gavelbred.
Gaveldung.
Gavelrother.
Gavelherte.
Gavelrip.
Gavelſeſter.
Gaveltymber.
Gavelwerk.
Gavena.
Gellagium.
Gheſcot.
Gildum.
Giſtum.
Godgildum.
Granchiagium.
Graſanet.
Gravaria
Griecchia.
Gruarium.
Grutpopte.
Grutt.
Guaccia.
Guidaticum.
Haia.
Halbannum.
Hallebic.
Hamc.
Hanſa.
Hartpenni.
Haſpacium.
Havagium.
Heredpeny.
Herbagium.
Herberga.
Herezelda.
Hergewith.
Hidagium.
Honor.
Hornegeldum.
Hoſticum.
Hoſtilagium.
Hoſtilitium.
Hoſgablum.
Huſloda.
Jacere.
Jantar.
Immiſſio.
Impaſtum.
Inciſio.
Inciſura.
Indictio.
Inferenda.
Injectio.
Impeny.
Inquiſitio.
Inſlotum.
Intragium.
Introitus.
Jugaticum.
Jugeria.
Juſtitia.
Kalendaticum.
Kilket.
Kingeld.
Kunigſtëur.
Lana.
Landgable.
Largagium.
Laſtagium.
Laudaticum.
Lauſe.
Ledtchet.
Lentiacum.
Leva.
Leudis, &c.
Leyrwit.
Libertas.
Libertaticum.
Libum.
Lignagium.
Lignarium.
Lito.
Lot, locum.
Magiſtratus.
Mallevantia.
Maltſhot.
Manopera.
Manſio.
Manſionaticum.
Marchetum.
Marcouceia.
Marena.
Mareſcalciæ.
Mareſchagium.
Martellagium.
Menſata.
Menſuraticum.
Mercimoniatus.
Meſſale.
Meſſio.
Meſtiva.
Militia.
Minagium.
Modiatio.
Monetagium.
Monetaticum.
Monetatio.
Monetagium.
Montaticum.
Mortalagium.
Mortalia.
Mortitium.
Mortuarium.
Motaticum.
Mulca.
Mulneragium.
Multatio.
Multonagium.
Multura.
Muragium.
Muſella.
Muta.
Mutationes.
Mutuum.
Napatica.
Narod.
Navaticum.
Naufragium.
Naulum.
Nauticatio.
Nefrendicium.
Nocturna.
Nona.
Nonagium.
Nox.
Nuptæ.
Nuptiaticum.
Obedientia.
Oblata.
Oblatio.
Oblonium.
Occaſio.
Occurſus.
Octavarium.
Operæ.
Operata.
Ordeacum.
Oſtenſio.
Ovagium.
Pactum.
Paladuit.
Palagium.
Palaticum.
Palificatura.
Paratæ.
Pàrochiagium.
Paſſagium.
Paſſata.
Paſtio.
Paſtus.
Patronaticum.
Panagium.
Pedagium.
Pedocheum.
Peſſonagium.
Peitæ.
Pelagium.
Penygeldum.
Penſa.
Penygavel.
Peregrinatio.
Pertuſagium.
Petitio.
Picagium.
Pilagium.
Piſaceum.
Piſcatores.
Piſſonagium.
Plaintagium.
Plaſſagium.
Plateaticum.
Plebes.
Ponaticum.
Pondagium.
Pons.
Porcellagium.
Porcilatio.
Porta.
Portaticum.
Portorium.
Portulaticum.
Potagia.
Potus.
Præcinctura.
Præſentatæ.
Preſentia.
Præſtagium.
Prandium.
Precaria.
Precatura.
Preces.
Preſbyterium.
Prezechi.
Priſæ.
Priſionagium.
Prodecima.
Propina.
Proponenda.
Proſcriptio.
Provoduarem.
Publicum.
Publicarium.
Pulveraticum.
Quadriga.
Quæſta.
Quarentenum.
Quarta.
Quartagium.
Quintadecima.
Quintellum.
Quintum.
Quota.
Raſica.
Raſtellagium.
Receptum.
Rectitudo.
Redecima.
Redhibitio.
Refectio.
Regalia.
Regium.
Remillaria.
Reportarium.
Requeſta.
Reſpectus.
Reſponſaticum.
Retrodecimum.
Reva.
Riga.
Ripa.
Ripaticum.
Ritus.
Roga.
Rogus.
Romepeny.
Romeſcot.
Romfeah.
Rotaticum.
Rucengia.
Rugadium.
Rumpeſtat.
Saccus.
Salagium.
Salinaria.
Saltus.
Salvamentum.
Salus.
Salutaticum.
Saulſcot.
Scalatinum.
Scaticum.
Scavagium.
Scheiſa.
Scobere.
Scopaticum.
Scot, &c.
Scutia.
Scutagium.
Scitum.
Sedatium
Sedes navium.
Sepiaticum.
Sepultura.
Serventagium.
Servida.
Servitium.
Servitus.
Sextariaticum.
Sgarmigliatum.
Sigillaticum.
Siliquaticum.
Siſa.
Socagium.
Sogalis.
Solemnia.
Somata.
Spargiela.
Spenta.
Sporta.
Stabulatio.
Stagium.
Stallagium.
Stamixat.
Statio.
Steura.
Strataticum.
Strena.
Strina.
Stropha.
Stud.
Subjugatio.
Subventio.
Suffragium.
Suggillatio.
Supercenſus.
Superimpoſitio.
Superindictum.
Superpoſitio.
Superpriſa.
Superſtitio.
Supertenere.
Synodaticum.
Tabernagium.
Taſuria.
Tallia.
Tallio.
Tanuta.
Taſca.
Taxa.
Telon, &c.
Telwore.
Temo.
Temonaticum.
Tena.
Tenſamentum.
Terciolagium.
Terragium.
Terraticum.
Terſana.
Tertiæ.
Tertiagium.
Tertiana.
Tertiaria.
Tertium.
Teſtagium.
Tethingpeny.
Theſaurus.
Timberlode.
Timonagium.
Tolleſter.
Tolta.
Tonna.
Tonneurs.
Torrelagium.
Tortitudo.
Tota.
Trabaticum.
Tranaticum.
Tranſitus.
Tranſvectura.
Traſſa.
Trava.
Traverſum.
Trecenſus.
Trezenum.
Triblagium.
Tributatio.
Triceſimalis.
Trigeſima.
Tronagium.
Troſſa.
Tunnagium.
Turnus.
Turris.
Vacca.
Vaccagium.
Varcinaticum.
Varea.
Vaſſaticum.
Veciacum.
Veluones.
Venda.
Verſchinga.
Vigiliæ.
Vilager.
Vinada.
Vinagius.
Vinericia.
Vintenum.
Violarium.
Viſitatio.
Uiaticum.
Vultaticum.
Wactæ.
Warſcot.
Wrez.
Xenium.
Zona.
Zwod.

XLII.

VENATICA,

ſeu quæ Venationem & Aucupium ſpectant vocabula.

Adlaſſare.
Alanus.
Alatores.
Alenarani.
Barmbracus.
Berſare, &c.
Beverani.
Bigarus.
Caciare.
Captator.
Copularius.
Cupla.
Curbaculum.
Diſcopulare.
Expeditare.
Fera.
Feramen.
Feramus.
Ferina.
Feraſcula.
Focalia.
Footegeld.
Fovinare.
Fuga, &c.
Luparius.
Manicium.
Manicularia.
Odorenceci.
Pedica.
Rubeus feramus.
Rugire.
Taliola.
Triſta.
Varus.
Umber.

AUCUPIUM.

Acceptor.
Aëria.
Affamatæ pennæ.
Agrifare.
Anetapich.
Area.
Aſtur.
Beccum.
Bloire.
Brenexellus.
Caliga.
Carneria.
Cranohari.
Curbaculum.
Falca.
Formidines.
Gyrofalconos.
Jactus.
Lanarii.
Longa.
Lorra.
Loyrum.
Malleolum.
Nidaſii.
Ramagii.
Sacer.
Saurus.
Silera.
Smerliones
Sparuarius.
Stagia.
Talus.
Tornettum.

XLIII.

VESTES ECCLESIASTICÆ, LAICÆ;

Res Veſtiaria.

Abacot.
Accubitoria.
Acitara.
Acupictus.
Acus.
Adlicula.
Admaſurus.
Agnaſus.
Agnellinus.
Aiot.
Aketon.
Alamaneſca.
Alba
Alfanegue.
Alguexis.
Alicula.
Aliphaſis.
Alloverium.
Almucium.
Amictorium.
Amictus.
Amphibalus.
Amphimallus.
Amuſtia.
Anabala.
Anaboladium.
Anabolagium.
Ancitiana læna.
Andromeda.
Angelica veſtis.
Anitergium.
Antela.
Antemanica.
Areſt.
Armilauſa.
Armillum.
Armiſpatha.
Articularius.
Aſcopera.
Aſemus.
Aſpergo.
Atrabaticæ.
Adtogatio.
Averta.
Aurifilum.
Aurifrigia.
Auroclavus.
Aurotextilis.
Baen.
Balandrana.
Baldakinus.
Baldrellus.
Baldringus, &c.
Baltheus.
Bandellus.
Barbaricum.
Barbaricarii.
Bargilla.
Barracanus.
Batlinia.
Bauga.
Belamia.
Beneventanum.
Bernichriſt.
Betiu.
Bever.
Bifurcati.
Bigera.
Billeus.
Binda.
Birretum.
Birrus.
Biſaccia.
Biſſa.
Biſſus.
Blatta.
Bliaudus.
Bluet.
Bombax, Bambax, &c.
Boneta.
Boquerannus.
Borra.
Botonatus.
Bouratium.
Bracæ, Braccæ, Bragæ.
Bracharium.
Bracheriolum.
Brachiale.
Brachile.
Brachiolineum.
Brachionarium.
Bracile.
Brandeum.
Brando.
Bruneta.
Bruſdus.
Bruſtus, &c.
Brycan.
Buda.
Bulga.
Bulgia.
Bulla.
Burda.
Burra.
Burſa.
Cabſaricius.
Calbaſius.
Calcar.
Calcia.
Calcio.
Caliendrum.
Camaſus.
Camelaucum.
Camellum.
Camelotum.
Camilla.
Camiſia.
Camiſile.
Camoca.
Camucum.
Campeſtratus.
Canava.
Canevaſium.
Candida.
Candius.
Capa.
Capapellis.
Caparo.
Capedulum.
Capella.
Capellus.
Caphardum.
Capidulum.
Capitale.
Capitegium.
Capitium.
Capitulare.
Capſa.
Capſula.
Capſana.
Capulla.
Caputium.
Caracalla.
Carda.
Carpita.
Caſſidile.
Caſſioticus.
Caſtorinatus.
Caſula.
Catablattion.
Cataclitus.
Catasfitulum.
Cattinæ pelles.
Celendra.
Çendalum, Cendatum.
Cento, Centrum, &c.
Centonium.
Cervicorium.
Chaluns.
Chaſdium.
Chirometricale.
Chirothecæ.
Chlamys.
Chriſmale.
Cilicium.
Cimetum.
Cinctorium.
Cingillus.
Cingula.
Cingulum.
Circelli.
Circulus.
Circumrotatus.
Circumtextus.
Clavatura.
Clavellus.
Clintinna.
Cloca.
Coccinum.
Coccula.
Coccum.
Cognitiones.
Cointiſes.
Colærigeratus.
Colica.
Collectra.
Colleſtrum.
Collomellinus.
Colobium.
Compernola.
Coninæ pelles.
Conſarſum.
Coopertorium.
Copla.
Coriofus.
Corneta.
Corona.
Cortina.
Cota.
Cotta.
Cottus.
Cotardia.
Cowyll.
Cozzo.
Creare.
Crinile.
Crocea.
Cruralia.
Crurarium.
Cruſna, cruſina.
Cruſta.
Cubital.
Cucullus, cuculla.
Cucutium.
Culla.
Cultellare.
Cuphia.
Circimbaldus.
Curtamiſia.
Cuſire.
Cyclas.
Cyprenſe opus.
Dalmatica.
Depanare.
Detricale.
Dextrale.
Dextrocherium.
Diaconale.
Diffibulare.
Diloris.
Diſcincta.
Diſconſutus.
Diſcrimen.
Diſcriminale.
Diventum.

Dormitorium.
Drappus.
Duplarium.
Eleemoſynaria.
Endimita.
Endotis.
Ephot.
Epidecen.
Epiloricum.
Epiſimus.
Epitogium.
Elophorium.
Eſpericlus.
Exametum.
Exemplum.
Exequiæ.
Exfibulare.
Exomium.
Extergifacium.
Facialis.
Facitergium.
Facitergula.
Falangus.
Faldones.
Famulares.
Fano.
Faſciamenta.
Faſciola.
Faſciolum.
Fateles.
Feltrum.
Feminalia.
Femoralia.
Fibulatorium.
Ficacium.
Fieraduca.
Firmaculum.
Firmale.
Firmatorium.
Fixula.
Fixus.
Flage.
Flaſciliones.
Floccare.
Flocus, floccus.
Foderatus.
Fodratura.
Folligantes.
Forago.
Fractillus.
Fractilatus.
Frectatus.
Frepatus.
Friſii panni.
Friſium.
Frontale.
Fundatus.
Furratus.
Fuſtanum.
Gagelli.
Gaitanum.
Galabrunus.
Galandrum.
Galerus.
Galnabis.
Galumma.
Gamberia.
Gambeſo.
Gammadium.
Gandenga.
Gardacorſium.
Garlanda.
Garnachia.
Garnaria.
Garniamentum.
Gaſtia.
Gavina.
Gauſapæ.
Gaydes.
Garratum.
Genuale.
Girdella.
Glizzum.
Gobonatus.
Godebertum.
Goſſilia.
Gremiale.
Guarnellum.
Guaſcapus.
Gucla.
Guimpa.
Gula.
Gyro.
Haira.
Hangala.
Haubergetum.
Herigaldus.
Houſia.
Huca.
Humerale.
Hypocamiſium.
Jacque.
Jazeran.
Imizilum.
Imperiale.
Indumina.
Induſiari.
Infuſa.
Inſigne.
Iſembrunus.
Jupa.
Kirtel.
Lablellus.
Labulum.
Laculata.
Lena.
Laneotus.
Laneſtris.
Langeolum.
Laſcia.
Lenicanarium.
Levitonarium.
Lexa.
Limas.
Linatus.
Linea.
Lingua.
Linguatæ.
Linna.
Linoſtimus.
Linteator.
Liripipium.
Liſura.
Laceratus.
Litra.
Logium.
Lorum.
Ludiaria.
Lumbare.
Lunulæ.
Mafors.
Majacta.
Malbella.
Mancella.
Mandibulum.
Mandus.
Manica.
Mampulus.
Manticus.
Mantuelis.
Mantulæ.
Mantum.
Manuale.
Manuariolum.
Manulus.
Manumundium.
Manutergium.
Mappale opus.
Mappula.
Marmoreus.
Marſippa.
Maſtigia.
Mataxa.
Mattabas.
Melote.
Meneverum.
Miſchita.
Mitana.
Mitra.
Morettum.
Morſarius.
Morſus.
Mozetta.
Muccinium.
Muſſulæ.
Murenæ.
Muſca.
Mutandæ.
Mutatoria.
Naſtalæ.
Nebula.
Nodus.
Nuſca.
Octapulum.
Oculatus.
Oloſorus.
Olora.
Orale.
Orarium.
Orinale.
Ormiſcus.
Ornatura.
Orthoplumus.
Oxyblatta.
Palla.
Pallium.
Palmaria.
Pannuceus.
Pannus.
Pantonaria.
Papaver.
Paragauda.
Parthicæ.
Paveſca.
Pavonatilis.
Pectineus.
Pectorale.
Pectoralis.
Pedale.
Pedalis.
Pelles.
Pellicia.
Pelliti.
Pellum.
Pendentes.
Pendulæ.
Pera.
Peramentum.
Phœnicium.
Phrygium.
Pigacium.
Pignolatum.
Paleus.
Piſcis.
Planeta.
Plumarium.
Pluviale.
Poderis.
Polymitus.
Præclava.
Pſachnon.
Pſeudoſericum.
Ptygma.
Pulvinarii opus.
Punga.
Purpura.
Purpurilla.
Quadrapola.
Racamas.
Racana.
Radiatus.
Raga.
Raſilis.
Raſum.
Rationale.
Raxium.
Rebrachiatorii.
Regnum.
Reminiculum.
Renelenus.
Repeciare.
Rheno.
Ricellus.
Rigula.
Rihle.
Roba.
Roccus.
Rondellus.
Raſatus.
Rotundellus.
Ruſſetus.
Sabellinæ.
Sacciperium.
Saccus.
Sagana.
Sagia.
Sagitta.
Sagochlamys.
Sagum.
Salacianum.
Saraballa.
Saraca.
Saracenicum.
Sarcilis.
Sargineum.
Scafones.
Scapulare.
Scaramanga.
Scarcella.
Schuba.
Sclavina.
Scolatura.
Scrobulla.
Secta.
Semicinctium.
Sericalis.
Sericoblatta.
Serpentum.
Seta.
Sigla.
Simichenium.
Sindon.
Singiliones.
Siricus.
Sona.
Sorcotium.
Spatularia.
Staminea.
Stanium.
Stapio.
Sthema.
Sticharium.
Stigna.
Stigula.
Stola.
Storax.
Stragulum.
Strictoria.
Striga.
Strinctorium.
Stringes.
Strophium.
Struma.
Stunium.
Stuppacium.
Subarmale.
Subcingulum.
Subdiaconalia.
Suffibulum.
Subtaneum.
Subtile.
Subuncula.
Succa.
Succinctorium.
Suchorna.
Sudarium.
Suffibulatorium.
Superalia.
Superaria.
Superhumerale.
Superinſigne.
Superpellicium.
Supertotus.
Supertunica.
Supraligaturæ.
Supravellis.
Surcotium.
Tabardum.
Taccunatus.
Tacolinum.
Taffata.
Tarſicus.
Tartariſcus.
Taſca.
Taſſellus.
Tebennum.
Teleoporphyrus.
Teſſellus.
Textilicinium.
Thabit.
Theriſtorides.
Theriſtrum.
Tilptalium.
Tina.
Tipettum.
Tobancula.
Togipurium.
Toragium.
Tortus.
Tramoſerica.
Trapus.
Triacontaſimus.
Triblatton.
Tribunarium.
Trifilum.
Trogulus.
Tunica.
Tunicella.
Tutupia.
Vaſtrapes.
Ventrale.
Vermiculus.
Villoſa.
Vinipa.
Virga.
Virgatus.
Urna.
Wanto.
Zamblottus.
Xatoüy.
Zona.
Zuppa.

CALCEI, res calcearia.

Abarca.
Æſtivalia.
Alpargates.
Baralio.
Blatea.
Bota.
Botta.
Calceamentum.
Calciare.
Calcearium.
Calciarius.
Calciaticum.
Calciacaliga.
Caliga.
Campagus.
Carpiſculus.
Cordebiſus.
Cordewan.
Cothurnus.
Culpones.
Curcuma.
Cuſpus.
Diſcaligatus.
Diurnales.
Embadia.
Eſtivallus.
Feltrum.
Fico.
Foliati.
Formella.
Galeares.
Gallica.
Gamacha.
Joppa.
Limpedium.
Nocturnales.
Oſa.
Pedules.
Pero.
Pigaciæ.
Plantare.
Poulainia.
Roſtra.
Sandalis.
Scarpus.
Soccus.
Sola.
Spartea.
Suban.
Subtelares.
Trainellum.
Tubrucus.
Tubuli.
Tzangæ.
Udo.
Wandangiæ.

XLIV.

ANGLO-SAXONICA VOCABVLA,

vel quæ Anglo-Saxonicæ linguæ originem ſuam debent.

Abarnare.
Abſoniare.
Agenfrida.
Agild.
Anfeldthyhde.
Anhleta.
Anhlot.
Aſſinaſare.
Aſtrum.
Ategar.
Ahlt.
Averpeny.
Accurſa.
Beconagium.
Bellagines.
Berebrectus.
Berewick.
Bernet.
Bilage.
Blanhornum.
Blodwita.
Blundus.
Bolla.
Bonda.
Bondus.
Borda.
Bordhelpeny.
Bordlode.
Borghum, &c.
Brandet.
Brede.
Brigdumum.
Bighbot.
Burgemotus.
Burghbote.
Burgh-brech.
Cahilite.
Cenegild.
Circiſetum.
Corſned.
Couthut-laughe.
Crocca-cowellet.
Croftum.
Cynebot.
Cynedomas.
Cyrealh.
Dedbanna.
Derefald.
Dolæ.
Dolg.
Dombec.
Droſlatus.
Ealahus.
Ealſcop.
Eaſtintus.
Eia.
Eodobryce.
Eorla.
Erthmiotum.
Ewbryce.
Exfrediare.
Færbena.
Fæſtingmen.
Falda.
Faldao.
Falæſmote.
Farding.
Fariſtel.
Farlegami.
Faſtermannes.
Felagus.
Fengeldum.
Feordwendel.
Ferlingus.
Ferſpeken.
Ferthingmanni.
Ferto.
Fithwita.
Firdeſare.
Firderinge.
Firdſocne.
Firdwita.
Firebote.
Firlota.
Firma.
Firſtalli.
Firſtſul.
Firth.
Flaxa.
Flemen firma.
Flemeneſwite.
Flemenſrede.
Fleſmongers.
Flet.
Fleta.
Fletgeſoth.
Fletwite.
Flima.
Fodrum.
Folcland.
Folgare.
Folkeſmote.
Footegeld.
Forathe.
Forda.
Foreſtel.
Forſang.
Forſpecen.
Foſterlean.
Friborga.
Frilazin.
Fritorga.
Fritgear.
Frithgildum.
Frithmannus.
Frithſtoll.
Frodmortell.
Furigyldum.
Fryderinga.
Gafulland.
Gamales.
Gangdayes.
Geburſcypa.
Gemotum.
Geneath.
Gerſuma.
Gewineda.
Gewitneſſa.
Gildum.
Giltwite.
Girdella.
Gleiſcywa.
Laderunga.
Halſfang.
Hamſoka.
Handhalbenda.
Handgrith.
Handgwith.
Hardpenny.
Headborow.
Henedpeny.
Heordfeſt.
Heneſare.
Herenames.
Heriotum.
Hidgildum.
Hordera.
Hornegeldum.
Hredige.
Hræfawnt.
Hringas.
Hodegelt.
Hurdereſeſt.
Huſcarla.
Huſbrece.
Hurſta.
Imbren.
Infaugtheſe.
Inlagare.
Inland.
Inlaugha.
Innonia.
Impeny.
Inſetenys.
Lafordswic.
Laga.
Lagamannus.
Lagan.
Lagadayum.
Laghſhit.
Lancetus.
Landreap.
Landefricus.
Laudimera.
Larwa.
Laſtum.
Mægbota.
Mainad.
Mambota.
Melda.
Meldefeoh.
Mergreve.
Merica.
Midthrina.
Minegunga.
Miſbota.
Miſkenninga.
Morganegiba.
Morth, &c.
Mundbrece.
Ordela.
Oredele.
Orgilde.
Overcythed.
Overherneſſa.
Pengeldum.
Portſoka.
Pudherper.
Punga.
Reafau.
Reſſare.
Rimath.
Rodknygts.
Romepeny.
Romeſcot.
Romſeah.
Saulſkot.
Scatlegi.
Scatz.
Sceitmannus.
Schippeſhere.
Scyldwita.
Sega.
Sicha.
Sipeſſocna.
Streame.
Sublegerus.
Sundernota.
Suthdure.
Swanmotum.
Teumantale.
Tenus.
Teada.
Theſbote.
Throtebolla.
Thumelum.
Tibla.
Trithinga.
Tythlen.
Ungeaſeſath.
Uatridmannus.
Unlage.
Uſa.
Utlaga.
Utlep.
Waliſcus.
Wemminge.
Wera.
Witereden.
Witerſacan.
Witercila.
Wittemon.
Witernamium.

XLV.

FORENSIA VOCABVLA,

ſeu Fori ac Iuriſprudentiæ mediæ ætatis, ſed & hodiernæ.

Abandum.
Abarnare.
Abſtardare.
Abatare.
Abbetator.
Abeiantia.
Abjective.
Abiſhering.
Abjudicare.
Abjurare.
Ablitigatus.
Abmatrimonium.
Abollagium.
Abonnatus.
Abrocamentum.
Abſcedere.
Abſcondere.
Abſtipulare.
Accaptare.
Acceſſorius.
Acclamare.
Actionare.
Actionarius.
Actor.
Actoria pars.
Acunydare.
Adæquatio.
Adærare.
Addretiare.
Additio.
Adſidere.
Adfiliare.
Adheredare.
Adimbreviare.
Adjornare.
Adjurare.
Adlegiare.
Admenſurare.
Admigrare.
Adminiſtrator.
Admodiare.
Admonitio.
Admonitoria.
Admortizatio.
Adnuntiatio.
Adramire.
Adterminare.
Adtrahere.
Adverare.
Advocare.
Advotum.
Æqualentia.
Ætas.
Afferatores.
Affidare.
Aiſantia.
Alienigenare.
Allegare.
Allocare.
Allocatus.

Alioqui.
Alodis.
Alodiarius, &c.
Altè & baſsè.
Amerciare.
Amicitia.
Amicus.
Amor.
Amparare.
Andigare.
Annus & dies.
Annus& vaſtum.
Apoſtoli.
Appartiamentum
Appellatores.
Appellitum.
Apponere.
Apportionamentum.
Appropriare.
Appruare.
Appruator, &c.
Appunctare.
Apriſia.
Areniare.
Areſtum.
Arrentare.
Arrendatio, &c.
Aſſecurare.
Aſſiſa.
Aſſociare.
Attachiare.
Attaintus.
Attractus.
Atturnare.
Auctionarius.
Auctionator.
Auctor.
Auctorizare.
Auctoramentum.
Audientia.
Audire.
Averare.
Avolorii.
Bajulus.
Balius, &c.
Bancus.
Bannum, &c.
Baratum.
Barræ.
Benefactum.
Beneficium.
Binæ, ternæ.
Blandimentum.
Blanditia.
Blaſphemare.
Bona gratia.
Bonna.
Brando.
Brandonare.
Breve.
Burgator.
Burgenſatica.
Burſa.
Caducum.
Callengia.
Calumnia.
Cambiare.
Cambipartita.
Camera.
Campiparticeps.
Cape.
Capitale.
Caplevator.
Captenere.
Captio.
Caſare, Caſamentum.
Caſus.
Catallum.
Cauſa, Cauſales, &c.
Cautio.
Cautum.
Cenninga.
Certificare.
Charta, &c.
Chriſtianitas.
Citatorium.
Clamare, &c.
Clamator.
Clameum.
Clamodicus.
Clamor.
Cobrancia.
Cognitio.
Cognitio placiti.
Cohua.
Colligere.
Comeſtores.
Commenda,
Commendatio, &c.
Committere.
Comparatum.
Compartimentum.
Compaternicum.
Competere.
Componere.
Concilium.
Concilius.
Concordantiæ.
Condeſcenſio.
Conducere.
Confirmatores teſtes.
Congeare, &c.
Conjurare, &c.
Conquiſitus.
Conquiſitum.
Conſiderare.
Conſignatio.
Conſilium.
Conſpiratores.
Contagiare.
Conteſtatio.
Contenementum.
Contracauſator.
Contrappellare.
Contraplegium.
Contrapoſitio.
Conventionare.
Conventores.
Coopertura.
Coopertus.
Copia.
Cornagium.
Cornerium.
Corporatio.
Corruptio ſanguinis.
Cravare.
Creantare.
Creſſementum.
Criare.
Crida.
Crux.
Crucis privilegium.
Cuberta.
Cudreach.
Curechec.
Curia.
Curialitas.
Cuſtos.
Cuſtodia.
Deadvocare.
Declamatio.
Deculpare.
Dedicere.
Defalta.
Defectus.
Defendere.
Deguadiare.
Dehæritare.
Dejuſtificare.
Delatura.
Denarrare.
Denizatio.
Denominatio.
Deportus.
Deſafiliare.
Deſaforare.
Deſembargatus.
Dehominamentum.
Deſtinatio.
Deſpectus.
Deſpitus.
Deſuſceptum.
Dictores.
Dictum.
Dies.
Diſforciare.
Dilatare.
Diligiatus.
Directum.
Diſadvocare.
Diſbagnare.
Diſparagare.
Diſtringere.
Diviſa.
Dominicum.
Dominium.
Donator.
Dos.
Dotalitium.
Dotarium.
Eberemurdrum.
Eccleſiaſticum.
Edictum.
Ejectio.
Ejectus.
Eleemoſyna.
Elitigare.
Elongare.
Embraciatores.
Emologare.
Emprendimentum.
Empreſtare.
Enantare.
Engleſcheria.
Erogator.
Eſcaeta.
Eſcapium.
Eſcheccum.
Eſcligniatio.
Eſdevenimentum
Eſgardium.
Eſtoverium.
Eſtraeriæ.
Eſtrepamentum.
Evindicare.
Evindicale judicium.
Excondicere.
Excutere.
Exforciare.
Exigenda.
Exlex.
Exoccupare.
Extentare.
Extendere.
Expedire.
Expletum.
Extrafamiliatus.
Extraneus.
Exuere.
Factum.
Fadiatus.
Fahnelen.
Falſare.
Faſſio.
Fatigare.
Favere.
Fedium.
Fello.
Ferendarius.
Feudum; Feudorum variæ ſpecies.
Fictus.
Fidantia.
Fidator.
Fidedicere.
Fidedigni.
Fidejurare.
Fidejuſſores.
Fidelitas.
Fides.
Fidiator.
Fiducia.
Filacium.
Finis.
Firma.
Firmancia.
Foreſtare.
Forgurpire.
Foriſbannire.
Foriſcaſatus.
Foriſconſiliare.
Foriſfacere.
Foriſfamiliare.
Foriſfamulare.
Foriſjudicare.
Foriſmaritagium.
Foriſmittere.
Foriſnegare.
Foriſſtallare.
Foriſtlagiare.
Franchire.
Fraternitas.
Fratriagium.
Friborga.
Frydius.
Frigraviatus.
Fugaces.
Furca.
Furcare.
Ganata.
Gaphans.
Garaiatores.
Garire.
Gaſalia.
Gavelkind.
Gohennatio.
Gerſuma.
Gladius.
Groſſus.
Guerpire.
Guſt.
Hæredipeta.
Hæreditagium.
Hæreditare.
Hereditarii.
Hæredes.
Haſnecourts.
Haimaldare.
Halimotum.
Hamallus.
Headborow.
Hermendatum.
Heuvelborh.
Hominium.
Honor.
Hoſtagius.
Hotchpot.
Hueſium.
Hundredus.
Idoneus.
Illegalis.
Impachiare.
Impegnare.
Imperium.
Implicare.
Impotire.
Incantare.
Inclamare.
Inclinare.
Incorporatio.
Increpare.
Incriminare.
Incrocamentum.
Inculpare.
Indebitare.
Indentura.
Indicator.
Indictare.
Indorſare.
Infenſare.
Infeſtare.
Infiſcare.
Infractio.
Infractura.
Ingreſſus.
Ingroſſatores.
Inlagare.
Inlegiare.
Inoperatio.
Inſacramentare.
Inſcribere.
Inſervire.
Intendere.
Intercedere.
Intercipere.
Intercurſus.
Intereſſe.
Intermittere.
Intertiare.
Intimare.
Intruſio.
Invenire.
Jocus partitus.
Iratus.
Irretitus.
Iter.
Iterare.
Judicare.
Junctura.
Jurata.
Juratores.
Jurificare.
Juriſfirma.
Jus.
Juſtificare.
Juzgum.
Lagedayum.
Lailiverpum.
Latro.
Laudare, &c.
Laudum.
Langheleſman.
Launechilde.
Lauſus.
Laweday.
Laxa.
Legalis.
Leta.
Letum.
Lex.
Libellus.
Ligius.
Livor.
Loquela.
Majoratus.
Majorennis.
Malbergum.
Mallus.
Mamburnus.
Manifeſtatio.
Manneichen.
Mannire.
Manucapere.
Manufidelis.
Manufirma.
Manulevare.
Manumiſſio.
Manumiſſor.
Manuopus.
Manutenere.
Marcha.
Marcheta.
Mariagium.
Marrire.
Maternicum.
Matrimonium.
Medianus.
Medius.
Medleta.
Meinpriſa.
Meliorare.
Membrum.
Menſa.
Mercia.
Meritum.
Meſleia.
Meta.
Methium.
Militia.
Miniſterium.
Miſericordia.
Miſevenire.
Miſfacere.
Miſprendere.
Mobiliæ.
Morganegiba.
Mortalia.
Mota.
Mulier.
Mundman.
Mundium.
Mundualdus.

Munus.
Namium.
Narratio.
Nonplevina.
Nontenura.
Nuntiare.
Obſes.
Obſidio.
Offerre.
Opponere.
Oſculum.
Oſtenſio.
Pacare.
Pageſia.
Paſſo.
Par.
Paragium.
Parata.
Pariæ.
Parrochiatio.
Pars.
Paternicum.
Patrocinium.
Paupertas.
Peculium.
Pecunia.
Pegium.
Perambulatio.
Percalcare.
Percurſus.
Perhorreſcentia.
Perpars.
Potens.
Petitorium.
Pignus.
Placitum.
Plegius.
Poderagium.
Porprendere.
Primaria.
Probare.
Probatores.
Proferimentum.
Proferum.
Proheres.
Proportatio.
Proprietates.
Proprium.
Pulſare.
Punctum.
Purificare.
Quarentena.
Quietus.
Rachetum.
Radix.
Rapa.
Ratio.
Recatagium.
Recautum.
Receptabilis.
Recognitio.
Recognitores.
Recolligere.
Recordum.
Recredere.
Recriminatio.
Rectitudo.
Rectum.
Redirigere.
Reditus.
Refluxio.
Reformare.
Regalia.
Regarium.
Relictio.
Relegium.
Relevare.
Remanentia.
Renſortium.
Replicare.
Repreſaliæ.
Repromiſſa.
Requeſta.
Requirere.
Reſcaſſus.
Reſervatio.
Reſpectus.
Reſpectare.
Reſpondere.
Reſponſalis.
Reſſortum.
Reſtaurum.
Reſultare.
Retentio.
Retinere.
Retractus.
Retròfeudum.
Reverſio.
Rodknights.
Sagemannus.
Saiſire.
Saliburgio.
Salva.
Salvagardia.
Sanare.
Sanguis.
Scacarium.
Scalia.
Scandalum.
Scombra.
Scotallum.
Scotare.
Secta.
Secatores.
Sententiare.
Sikerborch.
Soca.
Sollicitare.
Solſatire.
Solvere.
Spaviæ.
Species.
Specificatió.
Spondarius.
Sponſalia.
Sponſalitium.
Stabilia.
Stillatura.
Stipula.
Stipulatio.
Submovere.
Succlamatio.
Sunnis.
Superdemanda.
Superdicere.
Superducere.
Superſcribere.
Superventor.
Supravita.
Surſum reddere.
Talliare.
Tanganare.
Tavernica.
Taxare.
Tenens.
Tertiare.
Teſtamentarius.
Teſtamentum.
Teſtare.
Teſtimoniare.
Teſtimonium.
Teſtis.
Tetmallum.
Theam.
Thema.
Thingare.
Titulus.
Toleratio.
Tornus.
Tortum.
Tracea.
Trailebaſton.
Triare.
Truſtis.
Turba.
Torna.
Turnus.
Vacuare.
Vadium, &c.
Vaſtum.
Vercheria.
Veredictum.
Veſtire.
Viarius.
Vicinetum.
Vidimus.
Viduitas.
Villenagium.
Viſores.
Viſta.
Viſus.
Ultragium.
Vox.
Uſucapio.
Uſusfructus.
Utlaga.
Utlep.
Wapentachium.
Warantus.
Warda.
Wayf.
Wiſa.
Wrecum.
Wytemaminh.

XLVI.

VOCABULA GALLICA, SEU FRANCICA;

pleraque obſoleta ac antiquata; quædam etiam ex iis quæ in uſu ſunt, quorum origines & notiones reteguntur; aut quæ obiter ex veteribus ejuſdem linguæ Scriptoribus laudantur & illuſtrantur.

A.

AATIR,
Aaſtie. } A. 376. b
Abandon.
Abandonner. } A. 5.
Abardella. A. 6. c
Abatre. A. 6.
Abbeter. A. 16. c
Abbrevoir. D. 37. b
Abeillage. A. 22. c
Abeillon. A. 22. c
Abette. A. 17. c
Abeyance. A. 17. c.
Abjuration. A. 20. d
Ablais. A. 21. c
Aboillage. A. 23.
Abonné. A. 23. c
Aboutir. A. 661. b
Acampraſſa. A. 31. c
Acaptes. A. 33. c
Acaſer. A. 864. a
Acater. A. 32. b
Acaterres. D. 37. a
Accenſement. A. 33. c
Accenſer. A 34. a
Accenſeurs. A. 34. b
Accenſiſſement. A. 34. a
Acceſſoire. A 35. c
Accompagner. A. 364. b
Accordement. A. 54. b
Accredité. A. 37. a
Accroire. A. 37. a
Accueillance. A. 44. b
Acculer. A. 38. b
Acheſon. A. 40. c.
Acheſonné. A. 40. c
Acheter. A. 32. b
Acier. A. 41. b
Acier Poitevin. B. 384. b
Acouder. A. 37. b
Acre. A. 45. b
Acrochement. A. 17. c
Adcenſement. A. 33. c
Açopars. A. 173. a
Addiller. A. 55. b
Addreſſer. A. 55. c
Adempre. A. 55. c
Adextrer. A. 55. a
Adheriter. A. 57. c
Adjourner. A. 58. b
Adiré. A. 68. b
Adjuré. A. 58. c
Admeſurement. A. 62. a
Admodier. A. 63. c
Admoiſonner. A. 63. c
Adouber. A. 65. a. b. c
Adrener. A. 8. c
Adveu. A. 68. c.
Adviſer. A. 75. a
Advoué. A. 68. c. 88. c. 89. b
Advoüer. A. 67. c. 68. b
Advoüerie. A. 86. c
Advenſon. A. 98. a
Afeltrer. B. 372. a
Affaire. A. 97. b. 98. c
Affereurs. A. 98. c
Affeurer. A. 102. b
Afficavage. A. 96. b
Affier. A. 100. a
Affilier. A. 56. c
Affoer. A. 101. c
Affoler. A. 101. 102. a
Affolure. A. 102. a
Afforer. A. 102. b
Affranchir. B. 524. b
Affubler. A. 99. a
Affuage. A. 103. b
Afranchir. A. 103. a
Agens. A. 107. b
Agés. A. 108. b
Agiſtement. A. 109. c
Agrément. A. 113. b
Agrer, Agreer. A. 113. a
Agriſer. A. 113. c
Aguait. A. 113. c.
Aguſadge. A. 114. b
Ahan, Ahaner. A. 114. c
Ahireter. A. 57. c
Aide. A. 115. b. 404. c. 405. &c.
Aide Chevels, Couſtumiere, &c.
Aigrun. A. 46. a
Ague. C. 255. c
Aiguille. A. 37. b. 50. b
Aineſſe. A. 115. c
Aiot. A. 115. c
Aire. A. 315. c
Aiſance. A. 116. a
Aiſement. A. 116. b
Aiſné. A. 196. c,
Ainſné. A. 241. a
Aiſtre. A. 367. b
Ajuſter. A. 59. a
Aize. A. 115. b
Alacadu. A. 117. a
Albaletrier. A 117. a
Aleauter. A. 61. a
Alée. C. 242. a
Alen. A. 143. 144. &c.
Alege. A. 131. b. C. 255. b
Alegement. A. 131. b
Aleger. A. 60. c
Aleier. A. 61. a
Alemiele D. 1188. c
Alemaneſque. A. 117. b
Aletol. A. 131. c
Alfier. A. 132. a
Alienner. A. 134. b
Alienés. A. 133. c. 134. a
Alier. A. 134. b
Allen. A. 136. c
Alletes. A. 137. c
Allié. A. 136. b
Allomance. A. 138. b
Alloüer. A. 138. b
Almanach. A. 140. b
Alcé. A. 137. b
Aloiere. A. 139. c.
Alonger. A. 720. b. 721. b
Aloſer. A. 139. a
Altelage. A. 154. c
Amaire. A. 328. c
Amandier. A. 159. b
Amaſer. A. 160. a
Amatis. A. 250. b
Ambaſſade. A. 161.
Ambedeux. B. 146. c
Amble. A. 165. 166.
Ambleure. A. 166. a
Amende ployée. B. 238. a
Amengier. A. 65. c
Amiral. A. 169. 170.
Amman. A. 171. c
Amonition. A. 172. b
Amoravis. A. 173. a
Amortiſſement. A. 64. b
Ancrage. A. 182. b. c
Andain. A. 187. b
Andouille. A. 186. c
Angar. A. 190. c
Angevin. A. 6. c. C. 851. b
Anian. A. 725. b
Annui, ennui. A. 180. b
Aonnié. A. 196. c
Aombrer. A. 899. b
Aouſter. A. 403. c
Apanage.
Apaner. } A. 247. 248.
A par ſoi. D. 248. a
Apaſtis.
Apatiſer. } A. 256. b
Apoſtole. A. 262. a
Apparager. D. 149. c
Appentis. A. 266. b. D. 235. a
Appui. D. 322. a
Appleger. D. 311. b
Appointer. A. 271. a
Apport. A 268. b
Apprendre. A. 67. a
Apprentis. A. 268. c.
Approuvandement. D. 376. b
Aprés. D. 360. c
Apriſe. A. 271. b
Aquenter. A. 37. b
Aquiſenter. D. 30. a
Araiſonner. A. 318. a
Aramie. A. 68. c. 69. a
Aramir. A. 68. c
Arap. A. 288. a
Arbaleſte. A. 443. c. 446.
Arban. B. 728. c.
Arc de Aubour. A. 313. a
Arcegaie. D. 317. c
Archaux. A. 197. a
Archer. A. 296. c. 297. b
Archiere. A. 298. a
Archipelage. A. 108. c
Arçon. A. 312. c
Ardeau. A. 313. b
Ardoiſe. A. 314. b
Arent. A. 316. b. c
Areſt. A. 318. b
Areſter. A. 318. c
Argent le Roy. A. 320. c
Arierebar. B. 726. c
Arierebant. D. 598. c
Armes pleines. A. 326. b
Armoirie. A. 326. c
Arpent. A. 288. b. 289.
Arraié. A. 339. c
Arraiguer. A. 318. a
Arrement. A. 69. b
Arrentement. A. 340. b
Arriereban. A. 459. c
Arrierefief. D. 599. c
Arrieregarde. D. 451. a
Arrivage. A. 70. c
Arriver. A. 70. b
Arſenal. A. 342. c
Arſis. A. 343. a
Artillerie. A. 345. b
Aſſaillie. A. 71. a
Aſſaut. A. 71. b
Aſſeeurs. A 358. c
Aſſecher. A. 358. a
Aſſemblée. A. 357. b. 359. b
Aſſeoir. A. 358. b
Aſſeurement. A. 356. b
Aſſignation. A. 357. b
Aſſiſe. A. 360. b. &c.
Aſſoler. A. 72. b
Aſtelé. A. 722. a
Aſtier. B. 702. c
Ataïner. A. 370. c
Atarger. A. 369. b. D. 1069. b
Atargier. D. 70. b
Atendre. D. 1090. b
Aterminer. A. 72. c
Atine. A. 370. c
Attaquer. A. 372. c
Attedier. A. 373. a
Atteint. A. 373. b
Attellé. A. 374. a
Atteriſſement. A. 374. a
Attorné. A. 376. a
Attornement. A. 375. c
Attraiere. B. 281. c
Avaler. A. 376. c

Avaliſon. A. 376. c
Avalois. A. 377. b
Avantage. A. 377. b 1339. A. c
Avantgarde. D. 451. a
Avantparlier. D. 385. b
Avantpied de chauſſes. D. 227. b.
Aubains. A. 123. 124.
Aubaleſte. A. 122. c
Aubejois. A. 126. a
Auberge. B. 730. b
Aubour. A. 126. c
Aucube. A. 38. b
Avement. A. 68. b
Aveer. A. 68. b
Avenage. A. 385. c
Aventure. A. 386. c. B. 288. d
Averer. A 74. c
Averer. } A. 386. b
Averement. }
Aveugle. A. 22. c
Auferrant. B. 362. b
Aviron. A. 389. c
Aulnaie. A. 143 b
Aumaille. C. 407. a
Aumaire. A. 140. b. 391. c
Aumoniere. B. 226. b
Aumuce. A. 141.
Aune. D. 1357. a
Avoir. A. 386. c. 387. B. 684. b
Avolez. A. 90. b
Averter. A. 392. b.
Auqueton. A. 116. c
Autour. A. 367. c 368. b
Auvan. A. 403. c
Azur. C. 235. b

B.

BAbiole. A. 509. b
Babouin. A. 415. c.
Bachelier, Baceler, Bachelerie. A. 419. b
Bacinet. A. 423. b
Bacinet à camail. A. 423. c
Bacon. A. 424. b. c
Bacule. A. 425. c
Badaues. A. 432. b
Bagatelle. A. 511. b
Bagnoire. A. 449. b
Bagues. A. 511. a
Bahud. A. 433. a
Baiard. A. 433. a
Bail, Baillis. A. 436. 437. &c.
Baille. A. 448. b. 505. b
Bailler. A. 448. a
Baiſſette. A. 419. c
Bal, Baler, Ballet, A. 442. a
Balandras. A. 441. a
Balay. A. 441. b 446. c.
Balcon. A. 443. b
Baldakin. A. 443. c
Balle. A. 443. b. 449. a. D. 99. a
Balgard. A. 446. a
Balinge. A. 446. c
Ballenger. A. 446. c
Ban. A. 454. b
Banc. A. 451. a
Banchier. A. 452. c. 453. a
Bancloche. A. 706. c
Bandeau. A. 453. a
Bandon. A. 5. c 6. a
Banir. A. 459. a.
Banlieu. A. 466. b
Banliëue. A. 465. b
Bannart. A. 461. a
Banneret. A. 435. c
Bannie. A. 460. b
Banniers. A. 460. a
Banon. A. 466. c
Ban-vin. A. 458. bc
Barat. A. 470. c 471. a
Barateur. A. 471. b
Barbacane. A. 472. c
Barbiere. A. 330. a.
Barboire. A. 478. b
Barbote. A. 479. a
Barbuë. A. 479. c
Bareil. D. 1108. a
Bargainne. A. 481. b
Barge. A. 482. b
Barguigner. A. 480. c. 481.
Baril. A. 483. c.
Barillage. A. 484. b
Bariller. 484. b
Barnage. A. 494. c 495. a
Baron. A. 486. a
Barné. A. 495. b.
Barque. A. 482. b
Barracan. A. 497. a
Barrage. A. 496. b.
Barre. A. 495. c 496. a b.
Barrez, freres Barrez, A. 562. b.
Barre. A. 497. b.
Barriere. A. 496. c
Bartas. A. 33. c
Baſelarde. A. 501. b
Baſques. A. 499. a
Baſſe-chambre. A. 423. b
Baſſe-foſſe. B. 518. b
Baſſin. A. 515. b
Baſt. A. 501. c
Baſtard. A. 502. c
Baſtide. A. 504. b
Baſtir. A. 504. b
Bâtail, Batant. A. 505. c
Bataille. A. 505. b
Bataille campal. A. 522. c
Batel. A. 509.
Batoir. A. 505. c
Battre. A. 506. b c
Bauçens. A. 510. b
Baudekin. A. 444. b
Baudré. A. 445. a
Baudrier. A. 444. c
Bauloier. A. 454. b
Baume. A. 449. a
Bave. A. 509. b
Bay. A. 432. c
Bazene. A. 513. c
Beauvaiſiens. D. 271. b
Bec. A. 515. a b.
Bec de cane. D. 372. b
Bec de faucons. B. 101. b
Bec-jaune. A. 514. a
Bedats. B. 37. c.
Bedeaux. A. 515. c
Beduins. A. 516. c
Beer. A. 18. a
Beffroy. A. 519. c
Beguine. A 518. b
Behourt. A. 576. c
Belbamie. A 519. b
Belle. D. 245. a
Bemol. A. 523. b
Bende. A. 557. b
Beneau. A. 535. c
Benevisers. A. 555. c
Ber. A. 486. c, &c.
Berbis. A. 556. b
Bericle. B. 715. a
Berleng. A. 538. c. 539. a
Berſeiller. A. 541. a
Berſel. A. 541. c.
Berſer. A. 540. c. 541. a
Beſagu. A. 562. c
Beſche. A. 514. b
Beſicle. A. 538. a
Beſil. A. 542. b
Beſte. A. 542. c
Beurage. A 543. b
Bezant. A. 664. b
Biafora. A. 544. b
Biaus, Biaux. A. 552. a
Biche. A. 549. c
Biche, Biſſe. A. 564. c
Bichet. A. 549. c
Bichenage. A. 549. a
Bichier. A. 549. b
Bidaux. A. 551. a
Biennable. A. 552. c
Bienfait. A. 528. b
Biens. A. 587. c
Biens adventifs. A. 74. a
Bievre. A. 543. c
Bigots. A. 555. b
Bigre. A. 554. a
Bille, Billet. A. 535. c. 556. a. b
Billon. A. 556. c
Biner, Binoter. D. 524. b
Bis. A. 565. c.
Biſac. A. 562. b
Biſſes. D. 1035. b
Biſſexte. A. 565. a
Blaçon, Blazon. A. 634. c
Blaerie. A. 568. c
Blanc. A. 127. a. 569. b
Blanchard. A 569. b
Blanchemaille. A. 569. b
Blaſme. A. 570. b. c
Blatiers. A. 567. c
Blazon. D. 1094. c
Blé. A. 567. a
Bleant. A. 717. b
Bleerie. A. 569. b
Bleu. A. 572. a
Bliaud. A. 572. c 573. a
Bliaut. A. 8. c
Bloie. A. 574. b
Blond. A 574. c
Blonque. A. 722. a
Bluet. A. 574. c
Bluteau. A. 644. c
Bluter. A. 575. a
Boachiers. A. 575. b
Boçail. A. 510. a
Bocel. D. 274. c
Boche d'Avie. A. 631. b
Boel, Boele. A. 595. b
Boete. D. 480. c
Bohade A. 597. b
Behourt, Bohourdis. A. 576. b
Boidie, Boiſdie. A. 512. b
Boibedie. A. 598. a
Bois vif, Bois mort. A. 593. b
Boiſer. A. 512. c. 513. a
Boiſſeau. A. 661. c
Boiſte. A. 662. c
Boiſteau. A. 661. c
Bombarde. A. 579. c
Bombaſin. A 580. c
Bonet. A. 583. b
Bonne, Bonner. A. 585. b
Bannier. A. 586. c
Bons-hommes. A. 584. b
Bord. A. 590. b
Borde, Borderie. A. 588. c
Bordel, Bordelet. A. 589. c
Bordon. D. 111. b
Borie. A. 591. b.
Bornage. A 585. b
Bort. A. 591. b
Bos, Bois. A. 593. b
Boſſe. A. 593. c
Boſſelage. A. 594. c
Botte. A. 594. c
Bouc. A. 634. c
Boucherie. A. 514. c
Bouciaus. A. 660. a
Boucle. A. 634. c
Boudin. A. 595. c
Boue. A. 635. b
Boue de terre. A. 597. c
Boüeles. A. 595. b
Boufons.. A. 636. a
Bouge. A. 636. b
Bougran. A. 588. a
Bougres. A. 637. a
Boule. A. 637. c
Boulevard. A. 652. b
Boulengers. A 578. c
Bourdelage. A. 589. a
Bourdelier, Bourdelayer. A. 589. c
Bourdons. A. 646. a. c
Bourg. A. 651. b
Bourgeois. C. 632. A. 649. a. b.
Bourgeſie. A. 647. c
Bourgward. A. 652. b
Bourique. A. 652. c
Bourleur. A. 653. b
Bouroüaſte. A. 558. c
Bourrachers. A 598. a
Bourre. A. 655. c
Bourſe. A. 654. a
Bourſiers. A. 654. c
Bous. A. 660. b
Bout. A. 661. b
Boutage. A. 661. b
Bouteillage. A. 595. b
Bouteille. A. 658. c
Bouteiller. A. 659 a
Bouter. A. 657. b
Boutier. A. 660. b
Boutique. A. 293. c
Boutons. A 586. c. A. 596. b
Braçer. A. 602. a
Braciere. A. 330. c.
Braconage. A. 606. a
Branc. A. 65. c. A. 119. a
Branche. A. 607. c. 608. c
Brandir. B. 317. c

Brandon. A. 610. b
Braise. A 606. c
Bras ſeculier. A. 605. a
Bras S. Georges. A. 604. b
Braſſage. A. 611. a
Breſſes. A. 603. b
Brans. A. 608. b
Bray. A. 607. b
Brebiage. A. 537. c
Brehaigne. A. 607. c
Breluque. A. 644. c
Bren-Brennage. A. 611. c. 612. a
Breſche de miel. A. 623. b
Braeſches. A. 613. c. 614.
Breuil. A. 625. c.
Breuvage. A. 545. a
Bricole. A. 621. a
Bricon. A. 621. c
Brief. A. 616. b
Briez. A. 616. c. A. 786. b
Brigandine. A. 622. c
Brigandins. A. 622. c.
Brigans, Brigander. A. 622. b
Brive. A. 623. b
Broce. A. 629. c
Broche. A. 623. D. 1288. a
Broderis. A. 629. c
Broet. A. 624. b
Broigne. A. 628. b
Bromardier. A. 627. c
Bromars. A 912. c
Bronze. A 629. b
Broüete. A. 560. a
Brouſſailles. A. 629. c
Brouſt. A. 629. b
Bruiere. A. 626. c
Brun. A. 619. b
Brunete. A. 628. a.
Buſet. A. 635. c
Buſſe. A. 635. c
Buhors, Buhot. A. 636. c
Buie. A. 577. c
Buiſine. D. 1227. c
Buiſſon. A. 578. c
Buletin. A 638. c
Bulteel. A. 644. c
Bure, Bureau. A. 563. b
Burete. A. 647. a
Buretel. A. 611. c
Burgage. A. 647. b
Burni. C. 675. c
Buſar. A. 660. c
Buſcage. A. 593. c
Buſche. A. 654. c. 655. a
Buſc. A. 655. c. 656. b
Butel. D. 337. c
Buticle. A. 658. c
Butor. A. 657. c. A. 566. b
Buverage. A. 635. c

C.

C*Abal, Caban.* A. 796. c
Cabillaux. A. 669. c
Cabuſſa. A. 31. c
Cadaſtre. D. 497. b
Cadenas. A. 890. a
Cadet. A. 777. c
Cage. 903. c. B. 367. a. A. 675. c
Cahuan. A. 900. a
Caiſſe. A. 867. b
Calandre. A. 677. c. A. 911. c
Calenge. A. 689. a
Camail. A. 330. a. A. 698. c. 699. a. 704. b
Camayeu. A. 690. c
Cambe, Cambage, Cambier. A. 691. c. 692. a
Camelin. A. 699. c
Camocas. A. 707 c
Campe. A. 706. c
Canif. A. 742. b
Canne A. 748. c
Canon. A. 751. b
Capable. A. 776. b
Capage. A. 803. c
Capdeulh. A. 778. a
Capes. A. 791. c
Caphard. A. 791. c
Capiſcol. A. 827. a
Capitaine. A. 801. c. 802.
Capital. A. 796. b. c
Capmas. A. 825. c
Capriole. A. 814. c
Caprit. A. 815. b
Capſoos, Capſools. A. 827. c
Captalier. A. 1299. c
Captau, Capteau, Captal. A. 800. c. 801.
Captein. A. 818. b
Cara. A. 828. c
Caravanne. A. 831. b
Caraude. A 831. c
Carcan. A. 833. c
Carcaſſe. A. 833. c
Carcois. A. 833. b. D. 1222. b
Carnaler. A. 845. c
Carnaval. A. 848. a
Carneaux A. 946. a
Caribary. A. 840. a
Carole. } A. 946. b
Caroler. }
Carroche. A. 852. b. A. 1322. a
Carrairon. A. 855. a
Carraria. A. 853. a
Carreye. A 854. a
Carsel. A. 861. b
Carton, Cartonée. A. 85. a
Caruage. A. 859. c
Caſal. A. 863. a
Caſalée. A. 865. c
Caſaque. A. 830. b
Caſe. A. 866. a
Caſement. A. 864. c
Caſtel A. 801. b
Caſtice, Caſtiche. &c. A. 872. c
Caſtoier. D. 188. b
Caſure. A. 122. b
Catacombe. A. 880. a
Catel. 881. b
Caterue. D. 497. b
Catiche A. 873. a
Cavage. A. 799. c
Cauchiage. A. 680. c
Cavée. A. 899. c
Cavelicin. A. 800.
Cauſe A. 906. 907.
Cauſer. A. 907. a
Cay. A. 910. b
Cembel. A. 917. b
Cendal. A. 917. c
Cendrier. A. 987. c
Cengle. A. 988. b
Cenier. A 1040. b
Cens croiſſant A. 920. c
Cens doubles. A. 921. a
Cens mort. A. 921. c
Cens tiercé. A. 921. b
Cenſe. A. 922. b
Cenſive. A. 923. c
Cenſel. 922. c
Cep. }
Cepiel. } A. 930. c. A. 991. a. b
Cepier. }
Cerce. A 995. a
Cerceau. A 933. b
Cercelle. A. 933. a
Cerclage. A. 996. b
Cerfeuil. A. 933. b
Cerquemaner. } A. 994. c
Cerequemanage. }
Cervelière. A. 933. a
Cervoiſe. A. 934. c
Ceſes. A. 33. c
Chaable. A. 670. c
Chable. A 670. c
Chace. A. 671. c
Chaceur. A. 672. c
Chadeler. A. 777. c
Chamelle. A. 944. b
Chainſe. A. 707. b
Chaiſel. A. 707. b
Chaiz. A. 910. a
Chalan. A. 960. a
Chalemie. A. 677. b
Chalemelle. A. 977. b
Cham. A. 975. c
Chambellan. A. 691. b
Chamberie. A. 704. a
Chambre. A. 696. c. 700. b 701. b
Chambrier. A. 702. b
Cap de maille. A. 698. c
Chambre aiſée. B. 515. b
Chamois. A. 707. c
Champ. A. 728 c
Champart. A. 726. c
Champagne. A. 713. b
Champaier. A. 713. c
Champeau. A. 714. b
Champertie. A. 696. b
Champion. A. 715. b. &c.
Chance. A. 681. a
Chancel. A. 736. c
Chandeleur. } A 738 c
Chandeliere. }
Change, Changer. A. 693. 664.
Chanteau. A. 763. c
Chantel. } A. 944. a
Chantelage. }
Chantier. A. 944. b
Chapeau. A. 790. c
Chapelle. A. 781. b
Chaperon. A. 778. c
Chaper. A. 944. c
Chappel. A. 790. c
Chapelles. A 790. b
Chappe. A. 771. c. &c.
Chapple. } A. 821. b
Chappleis. }
Charcel. A. 881. b
Charbonage. A. 832. c
Charge. A. 839. a
Charger. A. 833. c. 834. a
Chariage. } A. 840. b. c.
Charier. } 855. c. 858. c
Charuel. A. 843. b
Charivari. A. 840 a
Charles. B. 816. b
Charneis. A. 846. c
Charnier. A. 846. c. 847. a
Charolle. A. 946. b
Charpie. A. 850. b. 851. a
Charretier. A. 834. c
Charvée. A. 860. a
Charretée. }
Charretier. } A. 852. b. 853. 854. b
Charron. }
Charriere. A. 854. c
Charrete. A. 832. a
Charrue. A. 858 c
Chas. B. 599 a
Chaſteler. A. 777. c
Chaſement. A. 864. c. 866. a
Chaſſer. B. 549. c
Chaſteneraie. A. 869. c
Chaſteillon. A. 871. c
Chaſtris. A. 873. c
Chaſuble. A. 876. b
Chat. A. 899. b
Chaſtaine, Chataigne. A. 803. b
Chats. A. 958 c
Chatel. A. 881. b
Chauaige. A. 799. c
Chauan. A. 900. a
Chaucée. A. 679. c
Chaucement. D. 1045. c
Chançon. A. 330. a
Chaudronier. A 652. a
Chauſſecons. A. 958. c
Chauſoir. A. 683. c
Chauffage. A. 683. c
Chaume. A. 668. a
Chauſſepoin. A. 958. c
Chaze. } A 866. a. b
Chazier. }
Chef de bourg. A. 823. c
Chef meiz. } A 825. b
Chef mois. }
Chef mez. C. 399. a
Chef d'oſtiez. A. 825. b
Cheinſil. A. 707. b
Chemier. A. 825. b
Chemin. A 705. a. A. 960. c
Chemin ferré. D. 1301. c
Cheminage. A. 961. a
Cheminée. A. 704. c
Chemiſe. A. 705. b
Chenbele. A. 937. b
Chenu. A. 771. b
Cherté A. 841. b
Cheſeolage. A. 863. c
Chevage. A. 799.
Chevais. A. 806. a
Cheval de prix. B. 263. a
Chevalier le Roy. C. 546. b. c
Chevauchents. A. 968. a
Chevece. A. 806 b
Cheveſche. A. 805. b
Chevecier. A. 806. c
Chevelage A. 800. a
Chevelure. A. 792. b
Cheveſtrage. A. 795 c
Cheveſtre. A 796. a
Cheville. A. 904. b. c

Chevrette. A. 677. b
Chevreuil. A. 814. c
Chezé. A. 862. c
Chieneſſe. A. 731. c
Chiere, Chere. A. 829. a
Chiffon. A. 984. c
Chiffre. A. 984. b
Chifonie. B. 620. b. D. 1037. b
Chiourme. A. 1002. c
Choler. A. 961. c
Choque. A. 930. a
Chouette. A. 900. b
Choſe. A. 905. c
Chreſtienté. A. 978. b
Ciers. D. 1035. b
Ciglaton. A. 1331. a
Cirmenage. A. 999. c
Citrouille. A. 1001. b
Civade. A. 1001. b
Civerage. A. 100. c
Civiere. A. 1041. a A. 919. c
Claceliet. A. 1011. b
Claie. A. 1016. c
Claim. } A. 1006. a
Claime. }
Clairain. D. 486. b
Clairon. A. 1008. b
Clame. A. 1009. b
Clameur. A. 1006. c
Clap. D. 1372. c
Clapier. A. 1008. a
Claret. A. 1008. c
Claſſes. A. 1008. c
Clavaire. A. 1010. c
Clerc. A. 1021. 1022.
Clergeſſe. A. 1021. a
Clinquart. C. 251. b
Cloche. A. 1027. b
Clop. A. 1029. a
Cloiſtre. A. 1013. c. 1014.
Clos. A. 1015. c
Coart. A. 903. a
Cocu. }
Cocom. } A. 1290. b
Coux. }
Coffre. A. 1041. b
Cohuë. } A. 1045. a
Cohuage. }
Coiffe. A. 1290. b. 1300. b. c
Coin. A. 1210 b. A. 1297. c
Cointiſes. A. 1045. c. 1046. a. b
Coite. D. 187. b. A. 1249. a
Coker. A. 1049. c
Cole. D. 942. c. A. 1293. b
Colée. A. 118. c. 119. a
Colerette. A. 330. a
Comarque. A. 1104. c
Combe. A. 1297. b
Commande. } A. 1107. b. c
Commandie. } 1101. c 1111.
Commandiſe. }
Communal. A. 1117.
Commune. A. 1118. a
Compagnon. A. 1130. a
Compagnie. A. 1129. b. c. 1130. c
Companage. A. 1130. b
Comparer. D. 781. a
Compares. A. 1351. b
Complans. A. 1135. 1136.
Compter. A. 1140. b
Comter. A. 1104. a
Concierge. A. 1177. c
Condé. A. 1153. a
Condition. } A. 1157. b
Condicioné. }
CondreZelas. A. 33. c
Conduire. } A. 1158. c.
Conduit. } 1159. a. c
Conestable. A. 1094. 1095.
Congé. } A. 1099. a. 1169.
Congeer. } c
Conjurer. A. 1172. c. 1173. a
Connoiſſance. A. 1042. c. 1043. a. b
Conqueſte. A. 1174. c
Conratiers. A. 1175. a
Conreer. } A. 1175. a
Convoy. }
Conreeurs. A. 1175. a
Conſeil. } A. 1179. c.
Conſeiller. } 1180. c. 1181.
Conſors. A. 1184. b
Contour. A 1204. a
Contremander. A. 1199. 1200.
Contreplege. A. 1201. b
Contreſter. A. 1202. b
Convers. A. 1207. b
Convier. A. 1208. c
Convine. A 1250. a
Copac. A. 1299. a
Copie. } A. 1212. a. b
Copietenant. }
Cople. A. 1301. c
Copon. A. 1069. b
Coponage. A. 1299. b
Coquet. A. 1044. b
Coquin. A 1034. b
Coraille. A. 1215. b
Corbeaux. A. 1216. a
Corbeille. A. 1216. a
Corde. A. 1217. a
Cordoüan. } A. 1217. b
Cordoüanier. }
Cornage. A. 1220. b
Corner. A. 1221. a
Corneſage. A. 1221. b
Cornet. A. 1221. c
Cornets. A. 1223. b
Cornette. A. 777. a
Correlage. A. 1233. a
Cors SaraZinois. A. 677. b
Corſaire. A. 1317. c
Corſains. A. 771. b
Corvée. A. 1241. c
Corvoiſiers. A. 1241. c
Coſſe. A. 1244. b
Coſte. A. 1245. a
Coſterez. A. 1245. b
Coſtiere. A. 1245. b
Cote. } A. 1050. b
Cotiere. }
Coſtereaux. A. 1248. c
Cotte. A. 1245. c. 1246. b
Cotte hardie. A. 1247. c 1248. a
Cottier. A. 1246. c
Coucher. A. 1061. c
Coule. A. 1263. a
Coulée. A. 119. a
Coup. A. 1047. b
Coup apparent. C. 7. c
Coup orbe. C. 7. b.
Coupe. A. 1298. b
Couquage. A. 1250.
Cour. A. 1306. &c.
Couronné. A. 1226. b
Couronnez, eſpece de monnoye, &c. C. 251. a
Courriers. A. 1233. a
Courſier. A. 1319. b.
Courtebouſe. A. 620. c
Courtil. A. 1240. b
Courtillage. A. 1241. a. 1257. c
Courtiller. A. 1242. b.
Courtoiſien. A. 1240 b
Courve. D. 1214. b
Couſtange. A. 1329. c
Couſtepointier. B. 580. c
Couſtume. } A. 1187. 1188.
Couſtumier. }
Coutrais. A. 1199. b
Coutre. A. 1198. c
Coutte. A. 1292. b
Couture. A. 1295. c
Couvert. A. 1211. a
Couverture. A. 1211. a
Couvrechef. A. 804. b
Couvriſeu. C. 19. a
Couvrir. A. 1296. b
CoZine. A. 1035. c
Cracet. A. 1268. c
Cramoiſy. A. 844. c
Cranequiniers. A. 1260. b
Crapaud. A. 1251. b
Crappe. A. 1251. c
Cran. A. 1249. b
Creance. A. 1256. b
Creant. } A. 1253. b. c
Creantier. }
Creche. A. 1255. a
Credit. A 1256. a
Creme. A. 1260. b
Crenqueniers. A 1260. b
Cretine. A. 370. c
Crever les yeux. A. 3. c
Criage. A. 1261. c
Crier. A. 1263. a
Croce. A. 1266. a
Croiſſement. } A. 1280. c
Croiſerie. }
Croiſſel. A. 1268. c
Croiſt. A. 1261. a
Crote. A. 1267. c
Croupian. A. 1270. a
Cucucie. A. 1292. b
Cuignet D. 124. c
Cuiſſere. A. 1251. a
Cuiſſeaux. A. 330. c. 531. a
Cuivre. A 1301. c. 1334.
Culbute. A. 31. c.
Curé. A. 1302. b
Curial. A. 1314. c.
Curtein. A. 1321. a
Cuuchier. A. 1142 a
Cuve. A. 1298. b. 1330. b

D.

DAgue. B. 4. a
Dais B. 14. c. 64. c.
Dame. B. 162. c
Damedieu. B. 162. c
Dame Dex. A. 65. c
Damoiſel. B. 146. b
Damoiſelle. B. 147. b
Danger. B. 7. b. 8. c. 9. a. b. 148. b
Danjon. B. 205. c
Dans, Dant. B. 162. c
Danſer. B. 9. b
DanZel. B. 146. b
Dard. B. 10. b
Dayer. B. 3. b
Deanblage. A. 593. c
Decende. B. 250. c
Decroire. B. 29. b
Deculpez. B. 31. b
Dedire. B. 34. a
Deduit. B. 34. c
Dé. B. 26. c. 27. b
Deel B. 102. a
Defacion. B. 97. c
Defaire. B. 97. b
Defaut. B. 35. a. 36. b
Defendre. B. 36. b
Defens. B. 37. a. c
Deffais. B. 37. a
Deffenſable. B. 37. c. 38. a. c. 39. a
Deffier. B. 98. c. 99. b
Defforc. B. 41. c
Defigurer. B. 100. b
Deforcer. B. 101. b
Defouir. B. 100. c
Defubler. A. 99. a
Defuler. B. 41. b
Degager. B. 120. b
Deiciers. B. 27. a
Déjeuner. B. 44. c
Déliage. B. 66. b
Demaine. B. 50. a. B. 158. c
Demandeur. D. 257. a
Demembrer. B. 50. b
Démener. B. 121. a
Dementer. B. 50. c
Dementir. B. 51. b
Demeurer. B. 105. b
Deniers à la mace, à l'aignel, à la Reine, &c. C. 616. c
Déparager. B. 121. b. 122. c
Depaiſer. B. 123. b
Depanner. B. 59. b
Depiter. B. 59. c
Déplier. B. 59. c
Deport. B. 60. b
Derober. B. 63. b
Deramme. A. 69. c
Derraul. A. 1257. c
Deſadvoüer. B. 114. b
Deſavoüer. B. 13. a
Deſafubler. A. 99. b
Deſagié. D. 37. a.
Deſbareter. D. 98. a. A. 471. c
Deſbleure. A 568. c
Deſchant. B. 115. a
Deſcharger. B. 115. b
Deſcheveler. B. 115. b
Deſconfire. B. 118. b
Deſcoupler. B. 118. c
Deſconfu. B. 118. c
Deſemparer. A. 174. b
Deſerter. B. 55. b. 65. b
Deſervir. D. 939. b.
Deſheriter. B 43. c
Deſir. B. 66. b
Deſloüer. C. 216. c
Deſordonner. B. 121. b
Deſoubiter. B 68. c

Deſous.

Deſons. B. 68. b
Deſpareiller. B. 123. a
Deſpecher. B. 125. c
Deſpendre. B. 67. a
Deſpenſe. B. 123. c
Deſpenſer. B. 124. a. 125. b
Deſpiecer. B. 125. b
Deſpirer. B. 67. b
Deſpit. B. 66. c. 67. b
Deſplaiſir. B. 125. c
Deſpouiller. B. 67. c
Deſpris. B. 61. c
Deſpriſer. B 61. b
Deſramme. A. 69. c. 76. a
Deſrober. D. 522. b
Deſrois. A. 370. c
Deſtourber. B. 132. a
Deſtourbier. B. 132. a
Deſtrainde. B. 129. c
Deſtraver. A. 899. b
Deſtremper. B. 128. b
Deſtriers. B. 74. b
Deſtriver. D. 727. a
Deſtroit. B. 129. b
Deſvoer. B. 70. c
Detalenter. D. 1058. b
Detrier. A. 69. c
Devé. B. 70. a. c
Devéer. B. 70. a
Devidoir. B. 71. b
Deviſe. B. 133. b
Devoir. B. 69. c
Dex. } A. 65. c. B. 76.
Dextre. } a. b. 77. a
Deits. }
Diaſpré. B. 85. c
Dictum. B. 89. c
Diex. A. 69. a
Digne. B. 87. b
Diſeur. B. 89. c
Diſner. B. 103. b 121. b
Diſparagement. B. 121. c
Diſtroit. B. 121. b
Divers. B. 132. c
Doanne. B. 135. c
Dodu. B. 137. c
Doke. B. 138. b
Dois. B. 4. c
Doloire. B. 138. c
Doloüeres. A. 562. c
Dome. B. 140. a
Donez. D. 16. a
Donjon. B. 105. c
Doüaille. B. 187. a
Double. B. 207. b
Doublier. B. 86. b
Douts. B. 187. a
Douve. B. 137. c. 206. c
Douzil B. 185. b
Dragne. B. 177. c
Drap. } B. 177. b. c
Drapier. }
Draſchiers. A. 555. b
Dreſſoir. B. 112. a. 178. b
Droit. B. 112. b
Droiture. B 113. b
Druncat. B. 175. c
Dru. B. 181. b
Druerie. B. 180. c
Ducace. B. 33. b
Dunes. B. 206. a

E.

EFfors. B. 220. b. 317. b
Effrontement. B. 220. c
Eguille. A. 114. b
Elme. B. 714 c
Emblavé. *Emblaveures*, &c. A. 568. b
Embler. A. 568. b
Embloquer. C. 22. a
Emboeller. A. 16. c.
Embreveure. A. 617. c
Embroncher. B. 322. c
Embronchié. D. 322. c
Emparager. B. 123. a
Emparcher. D. 157. c
Emparanter. D. 160.
Emparer. A. 173. 174.
Emparlier. D. 385. b
Empeſcher. C. 25. c
Emplaider. D. 298. c
Emploier. C. 29. c
Empoſonner. D. 371. a
Empriſe. C. 31. b
Emprunt. D. 393. c
Enbronchié. A. 775. c
En. B. 242. b
Encainte. C. 36. c
Encalz. A. 113. c
Encerchier. A. 773. c
Enchercher. B. 245. b.
Encombrer. A. 1073. b
Encombrier. B. 190. a
Encroer. } C. 43. b
Encrouer. }
Endenture. C. 45. b
Enditer. } C. 46. b
Enditement. }
Endommager. A. 54. c
Endouer. A. 100. b
Enfant. C 57 a
Enfeſtuquer. B. 395. b.
Enfrainte. A. 167. c
Engin. C. 65. c. D. 415. a
Engigneur. C. 66. a.
Engolé. } B. 670. c
Engoulé. }
Engraiſſer. C. 42. c.
Engreſlure. A. 559. c
Enherber. B. 723. c. 724. a
Enhuiler. C. 72. c
Enlieger. C. 71. a
Enſeigne. C. 82. 293. c. D. 865. b
Enſeigner. C. 81. b
Enſeller. D. 787. c
Enſoint. D. 1009. b
Entalenté. D. 1058. b
Enterrer. C. 94. c
Enteſer. D. 1096 a
Entrecours. D. 238. b
Entredeux. C. 90. b
Envalter. D. 1381. b
Errament. C. 721. c
Eſbaudir A. 613. c
Eſbanois. D. 1050. b
Eſblouir. A. 574. b
Eſbrancheure. } B. 269. b.
Eſbrancher. } 300. b
Eſcarcelle. D. 728. c
Eſcarie. A. 69. c. 70. a
Eſcarlate. D. 730. b
Eſcarmouche. D. 728. b
Eſchaffaud. D. 717. a
Eſchallas. B. 272. c
Eſchançon. D. 723. c
Eſchantilloner. B. 272. c
Eſchaper. B 271. a
Eſchapin. A 59. b D. 731 a
Eſcharas. *Eſchalas*. A. 853. b
Eſchargaite. D. 727. b
Eſcharnir. A. 841. a
Eſchars. D. 728. c
Eſchaudez. B. 273. b
Eſchelle. D. 717. c. 719. b
Eſchellette. D. 720. a
Eſchec. } D. 713. c. 714.
Eſchequier. } c. 715. 716.
Eſchas. }
Eſchevins. D. 718.
Eſchielle. D. 964. c
Eſchis. D. 786. a
Eſchiver. B. 273. c
Eſciens. D. 1010. b
Eſclat. } D. 1118. b
Eſclature. }
Eſclavine. D. 745 b
Eſclos. D. 745. c
Eſcondir. A 25. b
Eſcondire. B. 307. c
Eſcondre. A. 25. b
Eſconſe. A. 25. b
Eſcorcher. B. 29. a. 308. c
Eſcot. D. 749. b
Eſcrain. D. 754. b
Eſcuage. D. 761. b
Eſcucian. A 6. c
Eſcuyer d'honneur. A. 336. b
Eſculte. } B. 274. b
Eſculus. }
Eſcurie. D. 760. b
Eſcus C. 627. 631.
Eſgard. } B. 274. c.
Eſgardeurs. } 275. a
Eſgraigner. C. 69. a
Eſil. C. 16. c
Eſmail. D. 881. a
Eſmerer. B. 321. a
Eſparre. D. 913. b
Eſpavain. D. 918. b
Eſpave d'avettes. A. 25. a
Eſpave. D. 918. b
Eſpaule. D. 910. c
Eſpauliere. B. 190. c
Eſpée. D. 914. c
Eſperon. A. 679. b
Eſpices. D. 919. a. b
Eſpingle. D. 926. c
Eſplucher. D. 462. a
Eſporle. D. 931. a
Eſpouron. } D. 931. c
Eſporon. }
Eſpouſſer. D. 468. b
Eſpraver. D. 913. b
Eſprevier. D. 914. a
Eſpringale. D. 239. c. 926. b
Eſquenbaux. D. 70. a
Eſquierre. D. 727. a
Eſquiex. D. 736. b
Eſquiper. B. 273. b
Eſrament. B. 12336. a
Eſſai. B. 276. a
Eſſart. B. 299. b
Eſſample. B. 314. c
Eſſilier. } B. 319. a
Eſſilleur. }
Eſſoigne, *Eſſoigner*. D. 899. c
Eſſorm. D. 1009. b
Eſſoriller. A. 397. c
Eſtablie. D. 933 c
Eſtache. B. 277. b. 934. c
Eſtage. } D. 938 b. 939.
Eſtager. } a. b
Eſtagiée. }
Eſtallage. D. 941. b
Eſtallins. A. 321. a
Eſtamine. D. 942. c
Eſtampois. C 638. b
Eſtaples. D. 946. c
Eſtandeaux B. 692. a
Eſté. B. 551. b
Eſtendars. D. 943. c. 644. a
Eſtendre. B. 331. c
Eſtevenars. D. 959. a
Eſtchadon. A. 95. a
Eſticke D. 960. c
Eſtime. A. 94. c
Eſtivaux A. 95. b. D. 70. a
Eſtiver le beſtail. A. 95. a
Eſtloi. A. 990. b
Eſtoffe. } D. 978. b
Eſtoffer. }
Eſtoqueſes. D. 964. c
Eſtoquage. D. 964. c
Eſtormie. }
Eſtormir. } D. 967.
Eſtourmir. }
Eſtouble. B. 280. c
Eſtouper. D. 29. a
Eſtoupper. D. 979. c
Eſtons. C. 521. b
Eſtouvier. B. 281. a
Eſtrafilé. B. 333. c
Eſtratere. B. 281. b
Eſtranger. B. 334. a
Eſtre. A. 367. b. B. 276. b
Eſtrée. D. 969. c
Eſtrejure. B. 281. b
Eſtrepement. } B. 281. c.
Eſtreper. } 282. a
Eſtrief. D. 972. c
Eſtriller. D. 974. c
Eſtron. D. 976. c
Eſtuian. A. 330. c
Eſtuve. D. 479. b. 976. a
Eſveille-chien. B. 289. c
Eſwarder. A. 724. a. 725. a
Exoinateur. }
Exoineur. } D. 1014. a
Exonier. }
Exploit. B 327. b
Extrait. B. 333. b
Extrajure. B. 281. a

F.

FAce. B. 344. c
Facunde. B. 342. b
Faërie. B. 342. c
Fagotier. B. 343. c
Faille. D. 259. b
Faitneant. C. 740. c
Faire. B. 138. a
Faire ſemblant. A. 71. c
Faiſſeau. B. 365. b
Fauteuls. B. 340. c
Faléſe. } B. 353. b
Faliſe. }
Fallir. B. 553. c
Fanfelue. B. 357. b. D. 1209. c
Farſe. B. 365. b

Faribing. B. 390. a
Fatigue. B. 367. c
Fautre. B. 373. a
Faucet. B. 369. b
Fauchée. B. 347. b. 348. a C. 596. a
Fauchon. B. 347. b. 356. b
Fauchons. D. 318. a
Faucillage. B. 348. b.
Faucon. / Fauconier. } B. 348. b. 349. b
Faude. / Faudage. } B. 348. b. 351. c
Faudeſtuef. / Fauteuil. } B. 352. b
Fauſſart. B. 355. c. 356. a
Fauſſebraye. A. 602. c
Fauſſe-porte. D. 361. c
Fauſſer. B. 354. c. 356. a
Fauve. B. 356. c
Faye. B. 343. b
Fayne. B. 343. b
Fazende. B. 369. c
Feal B. 427. c
Feauté. B. 428. c
Fée. B. 342. c
Felenesks, C. 717. c
Felon. B. 371. a
Femier. B. 442. c
Femoraſſe. B. 373. c
Fenage. B. 373. c
Feneſtrage. B. 374. c
Fer. B. 385. c
Ferain. / Fierain. } B. 376. c
Ferains. D. 1035. b
Ferlin. B. 380. c
Fermail. B. 449. c. 450. a
Fermance. B. 450. b
Ferme. B. 446. c. 449. b
Fermer. B. 451. a
Fermeté. B. 451. c. 452. a
Fermeteur. B. 451. b
Ferpe. / Ferperie. } B. 538. b
Ferrand. B. 383. a
Ferrant. D. 1390. b
Ferté. B. 452. b
Feſt. / Feſtage. } B. 391. c. 392.
Feſte. B. 405. b. c
Feſtin. / Feſtiner. } B. 393.
Feſtu. B. 394. b
Feu. B. 471. a. c
Feugere. B. 422 a
Feuleux. B. 469. c
Feurre. A. 102. b. B. 473. b. c
Feutre. B. 372. c
Fiancer. A. 100. b
Fifre. D. 273. c
Filace. B. 436. c
Filatiere. D. 266. b
Filatire. B 437. b
Fillaſtre. B. 438. a
Filleul. B. 439. b
Fillolage. B. 439. b
Filous. B. 441. c
Fils de bas. A. 502. c
Fin. B. 445. b
Finage. B. 443. c
Finance. / Finaiſon. } B. 443. b. c
Flagiex. A. 677. b
Flaiel. B. 459. c
Flanchiere. A. 330. b. c
Flans. B. 460. c
Flaque. B. 457. c
Flaſcon. B. 461. a
Flet. B. 467. a
Florin. B. 465. c
Florin chasse. A. 958. c
Flos. B. 535. b
Foimentie. B. 432 b
Foineſon. B. 357. c
Foire. B. 379. b. 512. b
Follet. B. 477. b
Fonde. B. 554. a
Fondeſle. B. 554. c
Fontaine. B. 479. b
Forage. B. 480. a
Foreſtager. B. 508. c
Forban. / Forbanir. } B. 493. c
Forceler. B. 510. c
Forconſeiller. B. 494. b
Foreſt. B. 482. c
Forge. B. 336. b
Forfaire. / Forfait. / Forfaiture. } B. 494. c. &c.
Forjuger. B. 496. b. c
Forjurer. B. 497. a
Forlonge. / Forlonger. } B. 560. a. D. 148. b.
Formage. B. 506. b
Formariage. B. 498. b
Forme. B. 503. c
Fornage. B. 560. b
Fornoier. B. 500. b
Fors. B. 5.5. c
Forschap. B. 493. c
Fort B. 510. a
Forterеſſe. B. 509. c
Fortune. B. 511. c
Foſſé. B. 516. a
Fourage. B. 474. b
Foutrage. B. 563. a
Fourré. B. 471. c. 562. c
Fourrer. / Fourrier. } B. 473. b. c
Fourreau. B. 512. a. 559. b
Foxarade. B. 517. c
Foſſe coie. B. 515. b
Foſſour. B. 517. c
Fouache. B 469. a
Fouage. B 468. b
Fouaille. B. 549. b
Fouée. B. 470. b
Fouerre. B. 549. b
Fourcel. / Fourcelle. } B 559. b
Fourche. B. 556. a
Fourlongner. B. 560. a
Fournir. B. 561. b
Franc. / Franc-lin. } B. 559. b
Francarcher. A. 296. c
Franchiſe. B. 525. a
Frareſcheurs. B. 533. c
Freiton. B. 390. a
Frelin. B. 381. a
Fremaille. B. 446. c
Frerage. B. 533. c
Freres Pies. B. 529. a
Frereſche. B. 533. c
Frés. B. 544. a
Freſche. B. 544. a
Frete. B. 536. b
Freté. D. 304. c
Frez. B. 537. b
Frezange. B. 542. c
Friche. / Frichete. } B. 544. a
Friçon. B. 539. c
Frippé. / Frippier. } B. 538. a
Friſer. B. 544. c
Froberge. A. 119. a B. 545. c
Froc. B. 464. c
Froc & Flegard. B. 535. b
Fromentage. B. 548. a
Fronteau. B. 546. c
Frontiere. B. 547. a
Fruitier. B. 547. c
Fuer. A. 102. b. B. 480. a
Fumage. B. 552. c. 553. a
Funeraille. B. 556. c
Fuſtage. B. 563. b
Fuſtaine. B. 563. c
Fuzil. B. 551. b

G.

GAagner. B. 571 b. c
Gabelle. B. 568. b
Gaber. A. 513. a
Gabois. D. 1380. a
Gabus. B. 570. a
Gage. D. 1237. &c.
Gager la loi. A. 69. c
Gager l'amende. A. 462. c
Gagnage. B. 571. a
Gaberie. B. 574. b
Gaidy. B. 89. c
Gaignerie. B. 571. b
Gaillart. B. 637. b
Gain. B. 571. c
Gaine. B. 571. c
Gaite. D. 1384. b
Gaive. B. 1396. b. c
Gal. B. 661. b
Galandrau. B. 572. c
Galebrun. B. 672. c
Galiee. D. 1114. a
Galiot. B. 573. c
Galloche. B. 575. c
Galois. B. 573. c
Galon. / Galonner. } B. 578. c
Galoper. A. 688. c
Galopin. B. 576. c
Gamache. B. 578. c
Gambe. B. 579. b
Gambeſon. / Gamboiſie. } B. 580. b
Gambiere. B. 579. c
Gambroiſius. A. 321. a.
Gant. A. 967. b. c. D. 1387. c
Gantelet. A. 966. c
Gaole. B. 613. b
Garance. B. 586. b
Garant. D. 1389. c
Garantir. B. 591. c
Garbun. B. 588. a
Garcáge. D. 528. a
Garçon. B. 588. c
Garde. D. 1390. c
Garde-corps. B. 589. c
Garderobe. B. 590. a
Gardon. B. 591. b
Garenne. D. 1393. a
Garir. B. 591. c
Gariſon. B. 594. a
Garitte. B. 592. a
Garnache. B. 592. c
Garnaſche. B. 593. a
Garnement. B. 595. b
Garniſon. B. 594. c. 594. b
Garniſſement B. 593. c
Garniture. B. 593. b
Garriges. B. 594. c
Garrot. B. 594. c. D. 489. b
Garſer. A. 945 a. b. B. 597. a
Gaſalhe. B. 597. c
Gaſchiere. B. 597. c.
Gaſcon. A. 1331. c
Gaſt. / Gaſter. / Gaſtine. } D. 1261. c
Gaſteau. / Gaſtel. } D. 1394. c. 1395. a
Gaſtier. B. 598. b
Gaudine. B. 662. a
Gavene. B. 602. b
Gaut. B. 661. b
Gay. B. 572. b
Gajole. B. 613. b
Gazs. B. 603. c
Gazon. D. 1397. b
Geate. B. 599. b
Geline. B. 576. b
Gencive. B. 613. b
Genouillon. C. 383. c
Gente. B. 585. c
Gent.lhomme. B. 611. a
Geole. B. 567. b. 913. b
Gerbe. B. 587. b
Gereme. B. 604. c
Gerſe. B. 616. c
Geſt. B 617 c
Ghille. B. 668. c
Gibet. B. 619. c. 620. a
Giges. D. 1037. b
Gigue. B. 620. b
Giron. B. 682. b
Giſte. B. 626. c
Glaive. B. 631. b
Glanneur. B. 632. b
Glas. A. 1008. c. 1019. a
Glous. B. 635. b
Gobelin. B. 635. b
Godale. A. 912. c
Godebert. B. 636. b
Godendac. B. 635. b
Goilart. B. 637. a
Golfe. A. 1292. c. B. 670. a
Goncos. A. 746. b
Gond. B. 670. b
Gondole. B. 638. b
Gonfanon. / Gonfanonier. } B. 673. a. b
Gonne. / Gonnelle. } B. 670. c. 672. a
Gorgiere. A. 330. a
Gorgieres. A. 1300. c
Gort, Gort. B. 638. c
Gors. B. 675. a
Goufre. B. 602. b
Goule. B. 670. b
Gouliart. B. 637. b
Goulouſer. B. 605. b
Goupil. D. 1380. a. b
Gourd. B. 674. b
Gourgons. D. 207. b

Gouſſe. C. 478. b
Goute. B 676. b. c
Goutiere. B. 677. b
Gragnage. B 645. a
Grandpois. A. 1251. c
Grange. B. 647. b
Grans iours. B. 94.
Granter. A 1254. a 1257. c
Grappe. B. 594. b
Gras. B. 651. b
Grave. B. 652. b
Gravereaux. B. 653. a
Graverie. B. 652 b
Gravier. B. 653. b
Greage B 653. c
Gré. } A. 1253 c. 1254.
Grez. } b
Greel. B. 640. c
Greffe. B. 650. c
Greil. B. 640. c
Greille. B. 639. c
Grenas. A. 790. c
Grenons. B. 649. a
Greſle. B. 639. c
Greve. A. 310 b. B 654. b. c
Grenge. B. 654. c
Griſant B 655. a
Griſon. B. 655. b
Griſons. B. 655 b
Grignoner. B 655. c
Grimace. C 473. b
Griperie. B. 655. c
Gris. A. 1264. a. D. 459 b. B. 656. a
Griſle C 506. a
Griſles. B. 639 c.
Grogner B 657 c
Groin. B. 657. c
Gros. B. 658. c 659. a
Gros Tournois. C. 631 635. &c.
Gru, Gruau. B. 657. b
Gruage. B. 657. b
Grutier. B. 656. c
Grument. D. 919. c
Guaragnon. D 1390. b
Guernon. B. 649 b
Guerpir. B. 663 b
Guerite. B. 592. a
Guerre. B 664. a
Gueſde. B. 660. c
Guet. D. 1383. b
Guet à pens. D. 234. c
Gueulle. B. 669. c
Guleron. A. 823. b
Guichet. D. 314. b
Guide. B 665. c
Guier. B 666. a
Guille. } B. 668. c
Guiller. }
Guillot. B. 621. a
Guimple. B. 669. a
Guionage. B. 697. a
Guirlande. B. 592. b
Guiſarme. B 625. c. 626. a
Guiſchard. B. 669. c
Gnort. B 638. c
Gurpir. B. 663. b

H.

HAble. B. 685. a. 709. c. D. 337. c
Hachie. B. 703. c
Haie. B 690. b. 691. a
Haire. A. 554. c
Halacton. A. 841. b
Hallage. A. 46. b
Halle. B. 694. a
Hallebarde. D 777. b
Hambois. B. 580 c
Hanas. } B. 697. c. 696. b
Hanap. }
Hanapier. }
Hanepier. }
Hanſe. } B. 699. c
Hanſé. }
Hanſeatique. }
Hances. A. 330. a
Haras } B. 700. c. 701. a
Haraſſer. }
Harcelle. D. 728. c
Harcelles. B 701. c
Hardies. A. 1248. a
Hards. } B. 701. c
Hart. }
Harangue. A 317. c
Haraus. } B. 704. c. 705. a
Harnoiſcher. }
Harnois. }
Haro. B 705. b. 706. a
Harpe. B. 706. c
Harpons. B. 707. b
Haſcle. A 193 b
Haſchie. B. 703. c
Haſquie. B. 703. c
Haſtie. A. 370 b
Haſtier. B. 708. c. D. 256. b
Hauban. } B. 692. b
Haubannier. }
Hauberc. } B. 694. c. 695.
Haubercot. }
Hauberjon. }
Haubergeon. A. 350. a
Hauqueton. A. 116. c
Havre B. 685. a
Heuſe. D. 69. c. 70. a
Heuſer D. 70. a
Herant. B. 717. &c.
Herandie. A. 1248. a
Herbage. B. 724. b
Herberger. } B. 729. b. 732 a
Herbergage. }
Herce. B. 723. c
Hercemps. B. 265. c
Heritier. B. 686. 687.
Herme. B. 715. a 265. c
Hermine. B. 742. b
Herons. B. 714. b
Hivernache B. 818. c
Hoc. B. 756. b
Hommes de corps. A. 800. b
Homes de Parage D. 148. c
Hontage D. 477. c
Hoſe. D. 69. c
Houblon. B 810. b
Houche. D. 1045. c
Houppenbiers. A. 912. c
Hourdis. } B. 815. a. b
Hours. }
Houſeaux. D. 70. a
Houze. } D. 70. a. b
Houzeau. }
Huche. B. 804. b
Hucher. B. 804. a. D. 938. c. 1045 c
Hueſſe D. 70 a
Huiſſier. D. 76 a
Hurepois. D. 332. c
Hurter. D. 28. b
Huse. B. 818. b

I.

JAcobins. C 3. a
Jacque. C. 2. 24. a
Jambe B. 579. b
Jardin. B 591 a
Jarſer. B. 597. a
Jaſchiere. B. 280. c
Javelle. C. 6 a
Javelot. B 601. c
Iauge. B. 570. b
Iaugeage. B. 578 b
Iaunie. B. 714 c
Iay. B. 571. c
Jazeguene A 330. c
Jazeran. A 330. a. 116. c
Jazeron. C 6. a
Ice. B. 223. a. C. 4 c
Ieu de de. B. 27. b
Ieu parti. C. 118. b
Ieudi abſolu A. 28. a
Incarna.. C 68. a
Ingrin. C. 121. c
Ieuene. D. 979 b
Jones. B 618. c
Iour. B. 90. c
Iournée. B 90. b
Iournel. B. 90. c
Jouſte. C 174. a
Irois. B. 267. a
Iſembrun. C. 121. b
Iſengrin. C. 121. b
Iſſu. B 320. a
Iſné. B. 319 c
Iugerie. C. 19. b
Juis. C. 140. c
Iuſarme. B. 625. c. 626. a
Iuſarmes. D. 318. a
Iuſe. A. 281. a
Jupel. A. 330. c. C. 145. b
Iuré C. 170. c
Iuré de la paix. 216. b
Iurée. C. 199. b
Ius. C 181 c
Iuſte. C. 175. a
Iuvigneurs. C. 144. c

K.

KArriere. A. 855 b
Karvanne. A 831. b
Kyrieles. C. 188. c

L.

LAire C 135. b
Lagan. C. 200 204. c
Laid. } C 198. c. 199. a
Laidange. }
Laſſer. C. 334. b
Lambeau. C. 191. a
Lande. C. 213. a
Landier. A. 187 a
Lange C. 214 c. D. 786. a
Langoine. C. 654. c
Langue. } C. 304. b
Langage. }
Languecorte. }
Languedoc. }
Lanier. C 210. a
Larlier. C. 218 c
Larris. C. 219. c. D. 322. c
Larron. C. 224. b
Las. } C. 218. a
Laſſet. }
Laiſt C. 220. c
Late. C 221. b
Latinier. C. 223. b
Lauſe. A. 33 c
Leitres. C. 252. c
Lecheeur. } C. 236. c
Lecherie. }
Lectrin C. 240. c
Leder. C 199. a
Lez C. 241. a. D. 70 a
Legiſte. A. 1021. a. C. 248. a
Leude. C 258. 259.
L[illegible] C. 50
Lerre. D. 206. b
Lettres D. 259 b
Leſte. C 259. b
Leſſe. C. 275. c
Letage. C. 220. c
Levage. C. 254. c
Levans & Couchans. C. 256. a
Levée C. 256. a
Lever. C 255. c
Leurre. C 328. b
Liance C 290. b
Lia[illegible]. C. 2.5. c. 550. a. 644. c
Liage. C. 291. b
Lice C 290 a
Lie. C. 275. c
Lieſtage. C. 221. b
Lieutenans. C. 318. c
Lige. C. 293. &c.
Ligeier. C. 293 c
Limaigne. C 270. a
Limons. C. 302. b
Lin. C. 300. b
Liſſe. C. 2. 4. c
Liſte. C. 308. c. 309. a
Litiere. C. 257. a
Litre. C. 314. b
Livrée C. 282. b
Livrer. } C. 280. b. 281. 282.
Livrée. }
Livraiſon. }
Locé C 257 a
Loer. C. 226. b
Loerre. C 326. c
Logis. C. 321. b
Long. C. 324. b
Longe C. 323. b. 324. b
Lorein. C 325. a
Loſenge } C. 327. b
Loſenger. }
Los. C. 328. c
Los & ventes. A. 139. c
Louer. C. 226. b
Louvetier. C. 334. a
Loy. C. 273. c. 274. c
Luminiers C 331. b
Lut. C. 227. c
Lyon. C. 2 1. a

M.

MAçe. C 489 a
M[illegible] C. 338. b
M[illegible]chon. C 338. c
Machecolis C. 338. c
Maçon. C 339 b
Madre C. 490. a

Mahomerie. C. 349. b
Mahon. } C. 349. b
Mahonet. }
Maie. C. 525. b
Maille. C. 340. b. 352. b. 368. b. 474. a D. 272. c
Mailles. C. 251. c
Mailliere. C. 464. c
Mainbornir. C. 373. b
Mainferme. C. 408. b
Mainmorte. C. 427. &c.
Mairrien. C. 481. a
Maiſon. C. 391. b
Maiſſelers. C. 488. c
Maiſtre de l'œuvre. D. 47. a
Mal S. Martin. C. 675. a
Mal S. Quentin. C. 675. b
Malade. C. 363. c
Malandre. } C. 363. c. b
Malandrin. }
Malcourtois. C. 365. b
Male. C. 362. c. 363. a
Malepague. C. 374. b
Maletote. D. 1140. b
Malin. C. 366. b
Mallard. C. 367. c
Maltraiter. C. 366. a
Malveiſine. C. 371. c
Mammeliere. C. 373. c
Manaige. C. 374. c
Manans. C. 383. a. D. 148. b
Manbour. C. 372. c
Manchette. C. 375. c
Mançais. } C. 653. a
Manſois. }
Mandé. C. 375. a. 405. c
Margeurs. A. 1098. b
Mangoneau. C. 384. b
Manicle. A. 330. a
Manœuvre. C. 390. c
Manoir. C. 383. c
Manſion. C. 393. a
Manſioniers. C. 393. b
Manſois. A. 6 c
Mante. C. 402. c
Manteau. C. 403. a
Marance. C. 436. b
Marchage. C. 448. c
Marbre. } C. 538. c. 539. a
Marbré. }
Marche. C. 447. a
Marché. B. 515. a
Marennes. C. 464. b
Mareſchauſſées. C. 459. b
Mareſchaux des Logis. C. 458. b
Mareſchiere. C. 461. c
Mariage. C. 460. c. 462. c
Mariole. C. 461. b
Mariſon. C. 466. b
Marle. C. 464 b
Marque. C. 447. c. 448. c
Marrien. C. 480. c
Marroner. A. 100. c
Marſel. } C. 338. b
Marſelloire. }
Marſois. } C. 446. b. c
Marsis. }
Marteleis. C. 470. b
Marterin. C. 468. c
Maſe. C. 475. c
Maſnage. C. 374. c
Maſſacre. C. 489. c
Maſſuë. C. 489. a. b
Maſtin. C. 478. b
Maſure. C. 397. a
Mater. C. 478. c
Materas. D. 472. b
Matabas. C. 487. b
Maubergeon. C. 365. a
Mauchevat. B. 261. b
Mauferu. C. 365. c
Mautalent. } D. 1058. b
Mautalentis. }
May. C. 340. c
Mazelin. C. 491. c
Mazerin. C. 491. c
Medaille. C. 493. b
Mellée. C. 521. b. b
Menace. C. 374. a
Minage. C. 552. b
Mener. C. 552. b
Meneſtreux. } C. 558. b. c
Meneſtrier. }
Menuel. C. 506. c
Menupeuple. D. 349. c
Meralleresse. C. 513. c.
Mercy. A. 167. b. C. 515. c. 516. c
Merſaux. C. 529. c
Merien. C. 518. a
Merin. C. 361. a
Merir. D 578. a
Merrien. C. 480. b
Més. C. 562. c. 583. c
Meſavenir. C. 571. b
Meſchin. C. 566. c. 597. a.
Meſchite. C. 520. b
Meſdire. C. 567. b
Meſeaux. } C. 568. b. c
Meſellerie. }
Meſigier. C. 521. c
Meſler. C. 567. c
Meſlins. C. 521. b
Meſme. C. 525. a
Meſnage. C. 523. c
Meſnie. C. 361. b
Meſnil. C. 396. b
Meſprendre. } C. 572. b
Meſpriſon. }
Meſſerie. } C. 521. c
Meſſier. }
Meſſiviaux. D. 348. a
Meſtier. C. 562. a
Meſtier de Dieu. D. 51. b
Meſtive. } C. 524. b c
Meſtivier. }
Metaier. C. 496. c
Metre. D. 344. b
Meurtre. C. 680. a. c
Meute. C. 685. c
Miche. C. 529. c
Millereis. C. 549. c
Miner. C. 552. c
Miniere. C. 553. b
Mire. D. 267. b
Miſericorde. A. 350. b
Mistere. C. 591. c
Modele. C. 594. b
Moderne. C. 594. c
Moie. C. 525. b
Moienjaux. B. 230. c
Moiie. C. 596. a
Moieul. C. 686. c
Moiſſon. C. 597. a
Mole. C. 598. b
Moller. *Moiller*. C. 688. c
Momerie. C. 349. b
Monjoie. C. 670. c
Monnoiage. C. 661. b
Monſieur. B. 147. a
Monſtrance. C. 671. b
Monſtre. C. 971. c
Monſtre d'armes. A. 325. c.
Monſtre de terre. D. 293. a
Monſtrée d'heritage. D. 75. a
Montage. C. 671. c
Monter. C. 672. c
Mordans. C. 373. c
Mordant. D. 612. a
Morel. C. 675. c
Morille. C. 683. b
Morſeau. C. 677 c
Morsaillage. } C. 678. b. c
Morsaille. }
Mote. C. 684. b
Moucher. C. 686. c
Mouchette. C. 708. a
Mouffle. C. 687. c
Moufflet. D. 125. c
Moulte. C. 600. b
Mouſches. C. 704. a
Mouſturange. C. 686. b
Mouton. } C. 690. c. 691. a. b
Moutonage. }
Moutons. C. 827.
Mue. C. 713. c
Muire. C. 672. c
Mulot. C. 689. c
Muraille. C. 702. c
Mure. C. 706. a
Murs. A. 195. b
Muſard. } C. 707. a. b
Muſardie. }
Muſeau. C. 712. b
Muſete. D. 1037. a
Muy. C. 596. a

N.

N*Acaire*. C. 718. c
Naſel. C. 721. c
Naſſelle. C. 718. a
Nate. C. 726. b
Navette. C. 729. b
Navré. C. 731. c
Nazal. C. 721. c.
Neceſſité jurée. D. 209. b
Niellé. C. 740. a
Nef. C. 730. b. 731. a
Nobles. C 251. c
Noe. C. 741. c
Noel. C. 723. b
Noellé. C. 740. a
Nogarede. C. 745. b
Noiellé. C. 740. a
Noier. A. 188. c. C. 733. b
Noif. D. 183. c
Nommée. B 56. b
Nonne. C. 752. b
Norrois. C. 754. b
Nous. C. 771. c.
Nuque. C. 765. b

O.

O*Beïſſance*. D. 5. b. c
Obit. D. 6
Oblats. D. 25. b
Oublier. D 9. a
Oblée. } D. 8. b
Oblie. }
Oubliage. }
Obole. D. 23. 24.
Obſedé. D. 27
Obſeques. D. 25. c
Oc. B. 585. c
Oeillere. D. 32. a
Oeuvre. D. 47. a
Officier. D. 39. c
Offices. D. 41. c
Offrande. D. 34. c
Offrir heritage. D. 36. c. 37. a
Oliſant. B. 230. c
Orage. D. 52. c
Orange. A. 287. c.
Orbe. C. 7. b
Ordea. D. 58. c
Ordeſenade. D. 59 a
Ordinaire. D. 60. b
Ordonner. D. 60. b
Oreiller A. 393. a b
Orendroit. A. 786. a
Orfroiſié. A. 790. c. 791. a
Orfroy. A. 396. c
Orier. D. 54. c
Oriflamme. A. 394. 396.
Orine. D. 66. c. 478. a
Ormier. C. 519. c
Oſche. D. 42. b
Oſt-bannie. A. 459. c
Oſter. D. 28. b
Oſter. A. 367. b
Otrevoie. D. 28. c
Otroier. D. 77. b
Oüail. A. 722. c. 725. b
Oimance. A. 382. c
Ouvrage de Limoge. C. 302.
Ouvrage. D. 46. c
Ouverture de fief. A. 251. b
Ouvré. D. 47. b
Ouvroir. A. 251. c. A. 910. a. D. 47. b. D. 42. b
Ouſche D. 42. b
Ouſclage. D. 74. b
Outil. A. 46. c
Oyance. A. 382. c
Oye. } A. 377. c
Oyer. }
Oyſeau. A. 378. b
Oyſeau de S. Martin. A. 391. a

P.

P*Adoenct*. D. 83. c
Padoiens. D. 83 c
Paduir. D. 83. c
Page. D. 84. b. 87. c
Pageſie. D. 89. c
Pagets. D. 88. b
Pague D. 80. c
Paier. D. 79. c
Paille. D. 104. c. 105. a
Paillers. D. 97. b
Pain. D. 126. c
Pain fort & dur. D. 121. b
Pains curiaux. D. 121. a
Pain doubleau, reboutis, raté, eſchaudé, alis, meſtourné, bourgeois, de Chailly, de brode. D. 126. c
Eſtre en Pain. D. 126. c
Mettre hors de Pain D. 126. c
Pair. D. 133. c. 138. b. c
Paiſſeau. D. 217. b. 228. b

Paſſiere. D. 216. c
Paiſſon. A. 38. b. D. 90. a
Paix, paix. D. 213. c
Paix. D. 214. a. 216. b
Pal., *Paller.* } D. 105. c
Paladins. D. 92. c
Paladuit. D. 90. c
Palangue. B. 346. c
Palefroy., *Palefremer.* } D. 156. b
Pales. D. 98. a
Paleter. D. 97. c. 98. a
Paletteis. 98. a. b
Paletis. D. 98. a
Palette. D. 97. c
Paller. D. 105. c
Pallier. D. 98. b
Paliſſade. D. 91. b. 99. a
Palmier. D. 113. a
Paltot. B. 352. c
Pampe. D. 114. a
Pan. D. 127. c. 911. c
Panchon. D. 115 a
Panchire. D. 114. c
Pancoiſſe. D. 115. b
Pancter. D. 116. c
Panetier D. 116. c
Panon. D. 232. c
Panner. D. 127. c
Panneau. D. 232. b
Pannonceau. D. 233. b
Panoncel., *Panonceau.* } D. 233. b
Pans. A. 330. a
Panſe. D. 114. c
Panſſu. D. 128. c
Paonacé. D. 207. c
Paonaſſé. D. 208. a
Parage. D. 148. b. c. 149. b
Parc. D. 157. b
Parcours. D. 238. b
Pardevant. D. 287. c
Pardonner. D. 239. c
Parée. D. 154. b. c
Parement. D. 152 a
Parer. D. 151. c
Parenté. D. 160. b
Pariage. D. 144. a
Pariſis. D. 163. c
Parlement. D. 164. c
Parlier. D. 385. a
Parloir. D. 168. c
Parmentier. D. 155. a. 145. b
Parole. D. 145. b
Paroler. D. 145. c
Parſon. D. 157 a
Parſonier. D. 156. c
Tirer à part. D. 172. b
Partie de terre. D. 171. b
Partizans. D. 175. a
Parvis. D. 146. c
Parure. D. 152. b
Papegué. D. 130. b
Papelard. D. 131. c. 132. a
Papellier. D. 131. c
Pas. D. 182. c
Paſchiers. D. 180. b
Paſaage. D. 184. c. 185.
Paſqué cloſe. D. 177. b
Paſſage. D. 180. c. 181.
Paſſager. D. 181. b
Paſſavans. A. 321. b
Paſt. D. 188. b
Paſte. D. 183. c
Paſté. D. 184. a
Paſtiner. D. 184. b
Paſtu. D. 186. b. 189. b
Paſtoier. D. 188. b
Paſtoureaux. D. 187. b. c
Paſtureau. D. 188. b
Patelins. D. 193. b
Pavage. D 206. a
Pavas. D 209. c. 207.
Paveſcheurs., *Pavoiſiers.*, *Paveſſier.* } D. 206. c
Pavillon. D. 132. b. c
Paumer. A. 8. c
Paumier. D. 70. b
Paume., *Paumier.* } D. 111. b
Pavoiſiers. D. 209. c
Pauſe. D. 210. b
Pautonerie. C. 321 b
Pautonnier. D. 1424. b
Pax. D. 212. c. 216. c
Payenne. D. 86. b
Pays. D. 194. a
Peade. D. 223. a
Peage. D. 223. c
Peignoir. D. 219. c
Pelage. A. 70. c. D. 229. a
Pele. D. 90. c
Pelice. D. 229. c 230. a
Peliçon. D. 230. b
Pellage. D. 91. a
Pelle. D. 245 a
Pelote. D. 231. b. 338. c
Peluche. D. 231. b. 462. a
Pendants. D. 231. c
Pendre. D. 231. c
Pennaige. D. 185. c
Penneau. D. 231. b 232. b
Pennon. D 231.
Penon. D. 232. c. 233.
Penſer. D. 234. c
Per. D. 333. c. 138. c. 141. c
Perçant. D. 248. b
Perde. D. 239. b
Perdriau. D. 239. c
Pergie. D. 242. c
Periller D. 244. b
Perle. D. 244. c
Perpetuel. D. 246. c
Perriere. D. 258 c. 259
Pers. D. 251. a
Perſonage. D. 250. b
Perte. D. 239. b
Pertuis. D. 263. b
Pertuſage. D. 253. c
Peſaige. D. 223 c
Peſche. D. 148. b
Peſcherie. D. 285. c
Peſes. D 234. c
Peſſon. D. 217. b
Peſtel. D. 256. a. b
Peſtors. C. 317. b
Pet. D 259. a
Peu. D 322. b
Peupler. D 348 b
Philatere. D. 266. b
Phyſicien. D 267. a
Phyſique. D. 267. a
Pic. D. 269. c
Picage. D. 268. a
Picardie. D. 268. &c.
Picheure. A. 549. b
Piciere. A. 330. b. c
Piece. D. 218. b. 226. c
Pieſtre. C. 251. b
Piege. D. 226. c
Piependreux. D. 226. b
Pierre. D. 258. a
Pies. D. 273. b
Pietons. D. 227. b
Pietement. D. 274. c
Piffres. D. 273. c
Pigeons. D. 283. b. c
Piguen. D. 281. c.
Pigueter. D. 276. a
Pile. D. 276. c
Pilet. D. 276. b
Pilet., *Pilete.* } D. 277. b
Piller. D. 276. c
Pillevilles. C. 658. c
Pilori. D. 231. c. 279. b. c
Piment. D. 274. b. c
Pinpenelle. D. 282. a
Pinte. D. 282. b
Pipe. D. 282. c
Piper. D. 281. b
Pipeth. D. 283. b
Pitance. D. 272. a. b
Pite. D. 271. b
Pitence. D. 273. c
Place. D. 290. c. 299. b
Plaiſſis., *Plaiſſier.* } D. 314. a. c
Plait. D. 293. b
Plaſtre. D. 303. c
Plate. A. 330. b. D. 304. b
Plateau. C. 57. c
Plauder. D. 306. c
Plainpied. D. 226. a
Plege. D. 312. c
Pleige. D. 310. c
Plets., *Playis.* } D. 305. c. 307. a
Pleiſſis., *Pleſſez.*, *Pleſſeis.*, *Plaiſſié.* } D. 313. c. 314. a. b.
Pleſſis. D. 313. c. 314. b
Plevine. D. 311. c
Plevir. D. 312. c
Pleure. D. 314. c
Piçon D. 230. b. c
Plommée. B. 317. c. 347. b. D. 317. c. 318.
Pluſieurs. B. 318 c. D. 318. c
Poacre. A. 590. a
Poche. D 473 c
Poleſtas. D. 366. 367
Poeſtat. D. 368. c
Poeſteis. D. 370. a. b
Poète. D. 369. b
Poi. D. 321 b
Poigeoiſe. D. 332. a
Peignée. D 469. b. 474. a
Poignie. D. 463. b. c
Poibiers. D. 332. c
Point. Pointer. D. 473. b.
Pointe. D. 472. b
Poipe. D. 332. c
Poiſſe. C. 679. b
Poitevin. A. 6 c D 272. a.
Poitevine. D. 271 b
Poltevineur. D. 271. b
Pourail. D. 219. c
Poural D. 220. a
Poirvrier. D. 283. a
Polaine. D. 372. b
Polentier., *Polentiers.* } D. 334. b.
Polkia., *Poken.*, *Poquin.* } D. 337. c
Poltron. D. 470. a
Pomade D. 340. c
Pomier. D. 340. c.
Ponçons. D. 347. c
Poudre. D. 344. b. c
Ponhiers. D. 332. c
Pont. D. 347. c. B. 545. c
Ponts & chauciés. D. 345. b
Pontage. D. 345. c
Pontenage. D. 346. a.
Popelican. D. 349. c
Poquin. D. 337. c
Poquinage. D. 337. c.
Poche. D. 473. c
Porcherie. D. 350. a
Porgue. D. 474. c.
Porpoint. D. 246. b
Porprendre. D. 351. a. b
Port. D. 358. b
Portage. D. 353. c
Portail. D. 353 c
Portolan. D. 357. c
Poſte. D. 360 c. 369. b
Poſteau. D. 361. c
Poſteis. D. 370. a
Poſterle, Poſterne. D. 362. b
Pot. D. 371. b
Potage. D. 364. c
Potier. D 371. c
Pougeoiſe. D. 332. a
Poulaillier. D. 465. b
Poulain. D. 338. a
Poulains. A. 330. b
Poulanne. D. 372. b
Poulcin. D. 464. b
Poulenage. D. 334. a
Poules. D. 340. b
Poullain. D. 465.
Poullié. D 340 b
Poupée. D. 208. b. 348. a
Pouppie. D 348. a
Pourchas. D. 474. b
Pourpoint. D. 246. c. 247 c
Pourprendre., *Pourpris.* } D. 351. a
Pourpris D 352. b
Pourſuite. B. 550. c
Pourſuivant d'armes. D 445
Pourvoiance. D 451. b
Pourvoieurs. D. 452. b
Poutrain, Poutrulle. D. 334.
Praguerie 4. a
Prairie. D. 390. b. 397. c
Preau. D. 397. b
Prebandier. D. 375. c
Premeſſe. D. 170. c
Pr[illegible] D. 425 a
Prendre à point. D. 473. b
Preſent D. 391. c
Preſentement D. 391. c
Preſenter. D. 391. b
Preſt. D 394. c. 395. a
Preſumptueux. D. 395. b
Preſtrerie. D 413. b

Prevoire. D. 376. a
Preu. D. 436. b
Prevoſtez. D. 387. c. 388. c. 397. c
Prevoſts fermiers. D. 348. c
Preure. A. 330. b
Prince. D. 422. a
Prince de ſurceance. D. 422. b
Princes du ſang. D. 422. a
Prié-Dieu. D. 57. b
Princier. D. 417. b
Priſe. D. 426. c
Priſée. D. 427. c
Priſon. D. 427. c
Priſonnier. D. 428. b
Prochaineté de la bourſe. D. 37. a
Profrer. D. 436. c
Proiſme. D. 37. a
Promener. D. 439. a
Prone. D. 381. b
Propoint. D. 246. b. c 247. c
Provende. D. 375. b 376. b
Provendiere. D. 337. c
Proüeſſe. 430. c
Provinciaux. D. 431. c
Prouveres. D. 376. a
Provoire. D. 376. a
Prunier. D. 453. a
Prunelle. D. 453. a
Pſaltere. D. 1037. b
Pucelage. D. 461. c
Pui. B. 322. c. D. 322. c
Puier. D. 322. a
Pueſch. D. 322. b
Puiſoir. D. 478. c
Purgir. D. 474. c
Purpart. D. 246. c
Purpartie D. 246. b
Purprendre. D. 351. b
Purpret. D. 351. c
Putage. *Pute*. D 477. c. 478. a
Putain. D. 478. a
Puteis. D. 477. b

Q.

Quarantaine. D. 491. b
Quareillon. A. 1010. b
Quarreau. D. 486. b
Quartereçer. D. 496. b
Quenoüille. A. 1204. a
Querneau. D. 493. a
Queſte. D. 488. c. 489.
Quilles. D. 880. c
Quintaine. A. 715. c. D. 502. b
Quintal. D. 501. b
Quitte, *Quittance*. D. 499. a
Quoques. A. 1044. b

R.

Rabine. D. 505. c
Rachat. D. 506. c
Raye. D. 610 c
Raiere. D. 508. c
Ramacas. C. 538. c
Ramentû. D 577. c
Ramoiſin. D. 627. b
Rancune. D. 513. a
Rappleger. D. 312. a
Raſiere. D. 515. b
Raſque. D 515. a
Raſquer. D. 514. c
Ravine. C. 228. b
Rebaſche. D. 524. a
Rebelle. C. 718. c
Reblandir. 569. c.
Rebrouſſe, *Rebrouſſer*. D. 525. a
Receps. D. 528. a
Rechin. *Rechigner*. D. 528. c. 529. a
Rechignier. B. 230. c
Recinſer. D. 529. c
Record. D. 533. c
Recreant. D. 537. b
Redieſme. D. 543. b
Regaire. D. 558. c
Regale. D. 554.
Regent. D. 559. b
Regeſte. D. 559. b
Regiber. B. 620. b
Regort. B. 638. c
Regratiers. D. 564. c
Regnes. D. 1385. b
Reillage. A. 1146.
Reireacapites. A. 33. c
Relevés. D. 572. b
Relever. D. 569. c
Relevoiſon. D. 571. b
Rendu. D. 541. b
Renge. D. 612. a
Rente ſeche. A. 922. a
Repaire. D. 580. b
Replevyſſable. D. 312. a
Repanner. D. 581. b
Repertage. D. 581. c
Repoſt. D. 582. b
Requeſte. D. 583. c
Reſcous. *Reſcouſſe*. D. 585. a
Reſe. *Rezs*. D. 568. c. 590. a
Reſeant. *Reſeance*. *Reſeandiſe*. D. 586. a. b
Reſpit. *Reſpiter*. D. 589. c. 590. a
Reſpondre. D. 590. c
Reſter. D. 593. b
Reſwarder. A. 723. c
Retenail. D. 1089. b.
Retenir. D. 596. b
Retenue. D. 595. b. 596. a
Reter. D. 540. a
Retourner. D. 596. c
Retrait. D. 598. a
Reuber. D. 619. a. b
Reve. D. 600. c
Reverence. D. 601. a
Ribaud. D. 606. c. 607.
Ribaudeau. D. 609. a
Ribaus. A. 559. c
Riche. D. 609. c
Riffleure. D. 610. c
Rigole. D. 611. b
Riboter. D. 612. b
Rinſer. D. 529. c
Riorte. D. 597. c
Rivage. D. 614. b
Rives. *Riviers*. D. 615. c
Riviere. D. 612. c
Roage. D. 634. b
Robe. *Rober*. *Roberie*. D. 617. c. 619. a
Roche. D. 620. a c
Rodage. D. 633. c
Roderie. D. 1242. c
Roge. D 622. c. C. 717. c
Rosé. D. 507. c
Roman. D. 626.
Romeſin. D. 627. b
Romier. D. 627. c
Rompeis. D 640. a
Roncin. D. 644 c
Roſeau. D. 523. b
Rote. D. 621. a
Rotte. D. 641. c
Roturier. D. 640. c
Rouage. A. 70. c
Roncis. D. 644. c
Rougeolle. D. 637. c
Rouir. D. 634. b
Route. *Routier*. D. 641 b. c
Roux. D. 638. b. 644. b
Rox. B. 361. a. D. 644. b
Roy des Ribauds. D. 607. c
Royaux. C. 627. D. 551. c
Rubi-Balais. A. 443. a
Ruë. D. 638 c
Ruever. D. 600. c
Ruptier. D. 640. b
Rus. D. 639. b

S.

Able. D. 650. a
Sacs. *Sachez*. D. 656. b
Sagittaire. D. 670. c
Sanctuaire. 695. c. D. 266. b
Sauteurs. D. 696. a
Saiſir. D. 658. b. 778. c
Salage. D. 681. b
Sale. D. 680. b. 681. a
Salles. B. 383. b
Sambuë. D. 651 b
Samit. B. 297. a
Sanglier. D. 875. b
Saoner. D. 899. b
Sapin. D. 701. b
Saqueboute. D. 652. b
Sarge. D. 705. c
Sargen. D. 705. a
Sarre. B. 501 b
Sarzil. D. 705. b
Satin. D. 1413. b
Saubuë. D. 651. c
Saucice. D. 682. b
Sauf. D. 690. b
Saume. D. 673. a
Savoir. D. 699. c
Sautoir. D. 686. a 935. c
Sauvegine. D. 1035. b
Sauvoir. D. 689. c
Sconſe. A. 25. c
Sebelin. D. 650. c
Sodée. *Sodoier*. D. 891. b
Segle. D. 850. b
Segner. D. 839. a
Seigneur. D. 807. c
Seille. A. 549. b
Seillon. D. 785. b
Seimeniers. D. 695. c
Sejour. *Sejourner*. D. 785. c. 784. a
Seins. D. 863. b
Sejour. *Sejourné*. B. 74. b
Selet, vel *Seillet*. A. 911. a
Selle. D. 786.
Sembro. A. 33. c
Semonner. *Semondre*. D. 988. c. 990. b
Sendal. A. 918. b
Seneſchal. D 802. 1. 803. 804.
Septaine. D. 811. c
Sercot. A. 722. b
Serjant. D. 811. c. &c.
Serpentine. D. 207. c
Serpol. D. 819. c
Servage. D. 5. c
Service. D. 828. &c.
Seurſaillans. D. 1020. c
Serrés. D. 821. b
Seſcher. D. 842. b
Siege. D. 779. b. 781. a. b
Sieure. D. 820. c
Siglaton. *Singlaton*. A. 1331. a
Sigler. D. 857. c
Simenjaux. D. 872. c
Signacle. D. 858. b
Singler. D. 857. b
Sere. D. 877. a
Socage. D. 883. b
Socine D. 885. c
Soit. D. 842. c
Soigner. D. 899. c
Soin D. 900. a. 1008. b
Solier. D. 888. b
Somier. *Somelier*. D. 673. b. c. &c
Sommage. D. 675. b
Sometier. D. 674. a
Sommer. A. 365. a
Soner. D. 899. a. b
Sor. D. 710. a.
Sorcot. D. 902. b
Sorte. D. 904. a
Soſçaingle. D. 972. c. 983. c
Sot. D. 903. b
Soubſmanans. C. 383. b
Soudée. D. 891. b
Souldée. D. 890. c. 891. c
Souliers. D. 995. c
Sourdre. *Sourſe*. D 1018. a
Souſacazer. A. 864. a
Souſterrer. D. 997. b
Staſier. D. 935. b
Subbois. D. 983. a
Subelin. D. 650. c
Sujets. D. 985. b
Suite. B. 550. c
Supercherie. D. 1011. c
Surannè. D. 1011. b
Surcens. D. 1012. a
Surcot. D. 902. b
Surdemande. D. 1012. a
Surmener. D. 1012. c.
Surnom. D. 1026. b

Surpelis. D. 1016. a
Surplus. D. 1017. b
Surpois. D. 1017. b
Surrendre. D. 1019. a
Survie, *Survivance*. D. 1027. b
Symphonies. D. 1037. c

T.

T*Abart*. D. 1045. c
Tabor, *Tabour*. D. 1053. c
Tacle. A. 939. b
Tacles. A. 423. c
Tacon. D. 302. a
Taffetas. D. 1054. c
Taillage. D. 1062. b
Taille. D. 1056. b. 1059. c
Tailler. D. 744. c. D. 1055. c
Taillis. D. 1064. b
Taillon. D. 1063. c
Talevas. D. 1056. b
Tan. D. 1065. c
Tapinage. D. 1066. b. c
Tapon. D. 1065. a
Tarabuſter. A. 294. c
Targe. *Targer*. } D. 1069. b
Tarin. D. 1056.
Tas, *Taſſer*. D. 1074. b
Taſche. D. 1072. b. 1073.
Tavernage. D. 1046. c
Tauldis. D. 1116. a
Taxe. D 1077. b
Teke, *Teque*. *Teche*. } D. 1073. b
Tempre. D. 1083. a
Tenens, *Tenure*, *Tenemens*, &c. } D. 1091. 1092.
Tence. *Tenſon*. } C. 86. a
Tenſer. *Tenſement*. } D. 1094. c. 1095. b
Teme. D. 1089. c
Tercuau. *Tercueil*. } D. 1096. c
Terrace. D. 1099. a
Terrage. D. 1099. b
Terragerie. D. 1099. b
Terrier. D. 1100. b
Teſtes. D. 266. b
Teſtons. C. 645. b. 646. D. 1111. c
Teſtiere. A. 530. a. c
Thoron. D. 1151. a
Tiercer. D. 1103. c
Tiercelet. D. 1104. c
Tiers & Danger. D 1104. b
Tieute. D. 1114. a
Timbre. D. 1129. b. 1227. c
Tinel. B. 459. c
Tiroir. D. 1133. c
Toffe. D. 1215. b
Toiſe. D. 1106. c
Tombereau. D. 1217. b. c
Toulieu. D. 1081. b
Tonne. D. 1219. b
Torche. D. 1155 b
Toreillage. D. 1151. c
Torner. D. 1146. b
Torte. D. 1157. c
Torture. D. 1155. b
Tote. D. 1157. c
Touaille. D. 1137. b
Tourage. D. 1226. b
Tourbe. D. 1220. b
Tourjette. D. 1226. c
Tourne. D. 1224. b
Tornicle D. 1218.
Tourte. D. 1152. a
Tonſche. D. 314. a
Tranchée. D. 1179. c
Trancheoir. C. 37. c. D. 744. c
Traite. D 1169. a
Trappe. D. 1174. c
Travers. D. 1175. c
Trebuchet. *Trebucher*. *Trebus*. } D. 1177. a
Trecens. D. 1177. c
Trece. D 1192. c
Trefond. D. 1178. a
Treille. D. 1178. b
Treillis. D. 1198. b
Tremorel. D. 1178. c
Tremper. D. 1802. b
Trepeil. D. 1180. a
Trepignier. D. 1180. b
Três. D. 105. a
Trevage. D. 1214 a
Treve. D. 1181. c
Treſtice. A. 628. b. D. 1198. b
Treſtourner. D. 1181. b
Trial. D. 1189. b
Tricherie. D. 1193. c
Trier. D. 1189. a. b
Trotier. *Trotier*. } D. 1207. c. 1208. b
Trouver. D. 1214. a
Trouſſe. *Trouſſeau*. *Trouſſer*. } 1206. b. 1207. a. b
Truand, *Truander*, *Truandiſe*. } D. 132. a. 1037. c. 1212. 1213.
Trouble. D. 1208. c
Truchemau. B. 176. b
Trufe. *Trufer*. } D. 1209. c
Truie. D. 1204. c
Tuchins. D. 1214. c
Tuer. D. 1226. c
Tuffe. D. 1215. b
Tumtriau. D. 1217. c
Tunicle. D. 1218. c
Turcople. D. 1222. c
Turlupins. D. 1223. b
Turquoiſe. D. 1227. b
Tutupie. D. 1227. b
Tympane. D. 1037. c

V.

V*Agier*. D. 857. c
Vaine paſture. D. 1247. a
Vairon. D. 1251. a
Vair. D. 1249. b. 1251. a
Vaiſſeau. D. 1252. b c
Valet. D. 1243. b
Vallet. D. 1244. c. 1245. b
Vaſe. D. 1251. c
Vavaſſeur. D. 1267. c. 1268. a
Vauderie. D. 1242. c
Vaſſal. *Vaſſelage*. } D. 1257.
Venue. D 1276. b. c
Ventaille. B. 580. b. D. 1277. c
Verne. D. 1273. c
Verguer. B. 663. b
Vermeil. D. 1287. a
Veté. D. 1295. c
Vetez. B. 37. c
Vervelle. A. 423. a
Viautre. A. 749. b
Vicomte. D. 1314. b
Vieles. D. 1037. b
Vielle. D. 1355. c
Vienage. B. 618. a
Viez haint. D. 32. c
Viguier. D. 1308. a
Villain. D. 1333. a
Villanie. D. 1333. b
Ville. D. 1331. b. c
Villenage. D. 1335. c
Vimaire. D. 1339. b
Vinage. D. 1340. c
Viole. D. 621. a
Vires. D. 207. a
Virolles. B. 236. c
Vis. A. 574. c
Voailler. D. 1245. c
Voeu. A. 84. c. 85. a
Voier. *Voirie*. } D. 1503. a. b
Vouge. D. 1247. b
Uſage. D. 1372. c
Vuaſon. D. 1397. b
Vuibes. D. 1402. b
Vuillot. D. 536. c
Wam. D. 1388. b
Warſchaix. D. 1395. a
Warnir. B. 593. c
Waſtis. D. 1260. c
Wez. D. 1241. b
Werre. B. 665. b
Wierre. B. 665. b
Willot, *Wibot*. D. 1042. b
Winage. B. 667. c

Z.

Zatouy. D. 1413. b

VOCABVLA GRÆCA NOTIONIS INSOLENTIS, aut Græco-barbara, quæ obiter laudantur & illuſtrantur.

A.

Ἀββᾶς. A. 9. b. 10.
Ἀββᾶ. A. 24. a.
Ἀββαδίσσα. B. 371. b.
Ἀββάτης. A. 24. c.
Ἀγιοβλέπιον. A. 189. c.
Ἀγίδρος. A. 190. b.
Ἀδελφᾶτον χρῆμα. A. 192. a.
Ἀζγητις. A. 193. b.
Ἀκίτα. A. 108. b.
Ἀκα. D. 693. b.
Ἀκάκια. A. 112. c.
Ἀκουστικόν. A. 1271. a.
Ἀδελφοποιΐα. D. 903. b.
Ἀδελφοποιητός. B. 529. c.
Ἀδελφοσύνη. B. 529. c.
Ἀδρομέντης. D. 592. b.
Ἀετός. A. 286. b.
Ἀζυμίτης. A. 414. c.
Ἀθιγγάνος. A. 569. c.
Ἀθίγγοι. A. 369. c.
Ἀκατεργία. A. 180. c.
Ἀκούβιτον. A. 37. c.
Ἀκροάσεις. A. 384. c.
Ἀκροατήριον. A. 384. c.
Ἄλβα. A. 119. c.
Ἀληθινός. A. 135. a.
Ἀλλαγή. C. 724. a. b.
Ἀλογοθεσία. D. 219. a.
Ἀλληγία. A. 148. c.
Ἄμβων. A. 165. b.
Ἀμμᾶ. A. 171. b.
Ἀμηρμουμνῆς. A. 171. a.
Ἀμιλᾶ. A. 167. a.
Ἀμὴρ ἀμηρᾶς. A. 169. b.
Ἀμφίμαλλος. A. 175. b.
Ἀνα. A. 176. c.
Ἀνάγλυφος. A. 178. b.
Ἀναγνωστικόν. A. 178. c.
Ἀναθεματίζειν. A. 180. c.
Ἀναλογεῖον. A. 179. b.
Ἀνάργυροι. A. 180. b.
Ἀναχωρήτης. A. 179. c.
Ἀνθύπατος. A. 242. a.
Ἀντιμίσιον. D. 1315. c.
Ἀντίφωνον. A. 243.
Ἀντιχειρία. B. 88. a.
Ἀπομύκτηρ. D. 793. b.
Ἀπολογία. C. 508. b.
Ἀπόδειξις. A. 257. b.
Ἀποκάλυψις. A. 253.
Ἀποκρισιάριος. A. 253. c. &c.
Ἀπολογία. A. 257. c.
Ἀπολυτικοί. B. 105. a.
Ἀπαρασίζειν. B. 44. c.
Ἀποσώστης. A. 1158. c.
Ἀποσπαθίζειν. A. 196. a.
Ἀπόστολος. A. 262. b.
Ἀργυροπρατήριον. A. 320. b.
Ἀριμαναίοι. A. 317. b.
Ἀρένα. A. 316. c.
Ἀρτίειον. B. 48. c.
Ἀρτοφόριον. A. 323. c.
Ἀρμάδα. A. 329. b.
Ἀρμαμέντον. A. 336. c.
Ἀρόγες. A. 347. a.
Ἀρσενάλης. A. 342. c.
Ἀρχεῖον. A. 310. c.
Ἀρχιερεία. A. 963. a.
Ἀρχιγέροντες. A. 305. c.
Ἀρχιεβδομάριος. C. 712. c.
Ἀρχιμανδρίτης. A. 306. c.
Ἀρχιστράτηγος. A. 309. c.
Ἄρχοντες. A. 311. c.
Ἀρχοντίδης. A. 494. c.
Ἄρχων τῶν μοναστηρίων. A. 11. a.
Ἀσηκρῆτις. A. 362. a.
Ἀσκηταί. A. 349. a.
Ἀσκητήριον. A. 350. b.
Ἀσκητήριον. A. 349. b.
Ἀσώματος. A. 351. a.
Ἀσπάσιον. A. 355. a.
Αὐγουστάλιος. A. 388. c.
Αὐτοκέφαλος. A. 402. c.
Αὐξίλια. A. 404. c.

B.

Βάγιος. A. 452. b.
Βαγοῦλα. A. 452. c.
Βαΐουλος. A. 434. a. c.
Βαυλίζειν. A. 425. c.
Βατοπέδιος. D. 1233. c.
Βάκλον. A. 1425. c.
Βακτηρία. A. 426. c. 428. b.
Βακτηροφόρος. A. 425. a.
Βάλας. B. 362. c.
Βελλίζειν. A. 442. a.
Βασιλομάτορ. A. 442. c.
Βαμβάκιον. A. 381. b.
Βαμβακεράξ. A. 450. c.
Βάνδον. A. 454. 4.
Βανδοφόρος. A. 454. c.
Βαπτίσιον. A. 506. b.
Βαρδαριῶται. A. 478. c.
Βασιλεοπάτωρ. D. 191. b.
Βασιλικὴ πόλις. D. 560. c.
Βασιλικός. A. 500.
Βασταγή. A. 502. a.
Βαυκάλιον. A. 509. c. 510. a. B. 624. b.
Βαυκίς. A. 509. b.
Βεστήτωρ. D. 1295. a.
Βεστιάριον. D. 1289. c.
Βεστιαρίτης. D. 1289. c.
Βῆλον. C. 432. b. D. 1270. b.
Βήλιον. A. 561. c.
Βάτωρ. D. 1037. b.
Βικίον. A. 548. c.
Βιοθάνατος. A. 558. c.
Βίτζα. A. 564. c.
Βλαττίον. A. 571. b.
Βόθρος. A. 592. c.
Βουτί. A. 627. b.
Βοήθημα, Βοηθεία. A. 595. c.
Βρέβιον. A. 614. c.
Βουκάλιον. A. 627. b.
Βουκελλάρειον. A. 632. c. 633. a.
Βούκινος. A. 631. c.
Βούκινον. A. 633. c. C. 289. b.
Βουλλωτήριος. A. 638. c.
Βουκαλῶ. A. 644. a.
Βομβιέριον. A. 638. b.
Βερδόνιον. A. 646. b.
Βρείχαλον. A. 652. c.
Βυρσεύς. A. 645. b.
Βύτζιν. A. 658. b.
Βυτσῖς. A. 660. b.
Βύτλος. A. 657. b. 658. a. 1298. b.
Βραχιόλιον. A. 602. 603. b.
Βοζομάχαιρον. A. 563. a.

Γ.

Γάϊσα, Γαισός, B. 616. c. 617. a.
Γαισσάτιον. B. 572. a.
Γαλιλαῖα. B. 575. a.
Γάμος. C. 764. c.
Γαυλός. A. 1298. b.
Γέρδις, Γέρδιος. B. 654. b.
Γεροντικόν. B. 615. c.
Γεροντοκομεῖον. B. 614. c.
Γέρων. D. 807. a.
Γηροκομεῖον. B. 614. c. 615. a.
Γλῶσσα. C. 304. c.
Γονυκλισία. B. 612. c. 615. a.
Γραμματικοί. C. 303. c.
Γύλιον. B. 624. b.
Γυλιός. B. 624. c.

Δ.

Δανειστάσιος. B. 3. a.
Δαλματική, B. 5. c.
Δάμαλις. B. 6. c.
Δεβάμπουλον. C. 209. b.
Δεῖγμα. A. 1032. a. 1042. c. B. 102. c.
Δεκανοί. B. 16. c.
Δεκαπρῶτος. B. 20. B.
Δεκάργυρον. B. 20. b.
Δεκάτη, Δεκατευτής, Δεκαπλόγης } B. 20. 6.
Δέκρετον. B. 29. c.
Δελματική. B. 5. c.
Δελφικόν. B. 48. c.
Δεξαμενή. B. 478 a.
Δεξιὸς ἵππος. B. 74. c.
Δεσπότης. B. 62. b.
Δέσπος. D. 1122. c.
Δεσποσύνος. B. 145. c.
Δευτερευάριος. D. 776. b.
Δευτερεύειος. 7.
Δευτερεῖον. D. 776. c.
Δηλάτωρ. B. 46. b.
Δημοχαριστικά. B. 51. a.
Δημοσιάρειον. B. 105. b
Διωκεῖον. B. 105. c.
Διωκεισμός. B. 52. b.
Διαβάτη. A. 166. c.
Διαχαράξειος. B. 83. a.
Διαχαραγή. B. 83. a.
Διάχαρον. B. 82. c.
Διαβέτης. B. 81. b.

Διαγνώσιος. B. 62. c
Διαπίρχας. B. 82. c
Διακαντζεῖ. B. 76. c
Διακλίνδινος. B. 82. a.
Διακονία. B. 79. a.
Διακόπτονας. B. 82. a
Διάμοιζος. B. 83. b
Διακρίνιον. B. 83. c
Διασωσις. D. 1158. c
Διατύπωσις. B. 85. b
Διατραπέζιον. B. 86. b
Διάψαλμα. B. 84. c
Διέδριον. A. 563. c
Δικανίκιον. A. 428. b
Δίνουμμα. A. 557. c
Δίνουμμον. B. 105. c
Διοχέτης. B. 105. c
Διοίκησις. B. 105. c
Διοικητής. B. 106. b
Διπλοΐνη. B. 62. b
Δίθυχον. B. 107. b
Δισκοκάλυμμα. B. 116. b
Δίσκος, Δισκάριον. B. 116. b
Δισυπάτωρ. B. 124. c
Διούπατος. B. 127. c
Διπλοζάβον. B. 113. c
Διχόθηλον. B. 87. c
Δοκάριον. A. 355. a
Δομέστικος. B. 141. c. 142. 143
Δούκας. B. 183. c
Δουκᾶτον. B. 184. c
Δουκάτωρ. B. 183. c
Δουλοῦν. B. 206. a
Δούξ. B. 209. c
Δρόμος A. 1310. a
Δρόμων. B. 179. b
Δροῦγγος, Δρουγγάριος. B. 182. a. b
Δωρεά. C. 761. b
Δῶρον. B. 165. c

E.

Ἑβδομάριος. C. 711. c
Ἑβδομαδιαῖος. B. 124. a
Ἐγκαμπίζειν. B. 244. a
Ἐγκαίνιον. C 435. c
Ἐγκαρπῶ. C. 35. b
Ἔγκλεισις. C. 39. b
Ἐγκαίσια. C. 40. b
Ἐγκόλπιον. B. 246. a
Ἐγκρατής. A. 1196. c
Ἐγγίσαι. A. 746. c
Εἰδωλεῖον. C. 9. b
Ἐλαντίλιον. D. 634. c
Ἐκβιασμοί. B. 312. c
Ἐκκλησιέκδικος. B. 40. a
Ἐκκλησία. B. 212. 213
Ἐμβολή. B. 234. c
Ἐμβολισμός. B. 234. c
Ἔμβολος. B. 236. b
Ἐμβείμιον. B. 237. a
Ἐμβροματίζειν. C. 23. b
Ἐνθρόνισμος. D. 1116. b
Ἐνθρονιστικόν. A 893. c
Ἐντάφιον. C. 85. a
Ἐνταλικάριον. B. 249. a
Ἑορταστικά. B. 380. a. 391. c
Ἐπολίτης. B. 250. b
Ἐξάγιον. B. 295. b. c
Ἐξάδελφος. B. 294. c
Ἐξάκτωρ. B. 294. c
Ἐξάμιτος. B. 296. b
Ἔξαρχος. B. 297. c
Ἐξέδρα. B. 312. c
Ἐξεμπτωτής. B. 314. b
Ἐξκούβιτον. B. 309. c
Ἐξκουβίτωρ. B. 310. a
Ἐξκουλκάτωρ. A. 162. c
Ἐξκουσσία. B. 311. c
Ἐξκουσσεύειν. B. 310. c
Ἐξοφφίζειν. B. 319. c
Ἐξοφφιστικοί. B. 321. c
Ἐξόδιον. B. 321. c
Ἐξπλικάτης. B. 327. a
Ἔξω. B. 492. c
Ἐξωματίτης. B. 528. b
Ἐπανωκάμισος. D. 912. a
Ἐπεξεργασία. B. 311. c
Ἐπίδεσμον. B. 251. a
Ἐπιλωρίκιον. B. 252. a
Ἐπιμανίκιον. B. 252. a
Ἐπίσημος. C. 48. a. c
Ἐπιφάνια. B. 253. a
Ἐπισκοπή. B. 258. a. b
Ἐπίσκοπος. B. 253. b
Ἐπιστολή. A. 260. c
Ἐπίβαι. C. 83. a
Ἐργολάβος. B. 266. c
Ἔργον. C. 735. c
Ἐσωματίτης. B. 528. b
Ἐσφόρειον. B. 275. b
Ἑταιρεία. C. 498. c
Ἑταιρειάρχης. C. 743. c
Εὐκτήριον. D. 56. b
Εὐλογία. B. 290. 291. D. 54. c
Εὐνοῦχος. B. 293. b
Εὐφημεῖν. B. 553. b
Εὐνουχεῖον. B. 293. c

Z.

Ζάβα. D. 1411. b
Ζαβαρεῖον. D. 1412. b
Ζέμα. D. 1414. c
Ζυγών. D. 1415. c
Ζίθωμος. D. 1418. c

H.

Ἡμικεστής. C. 496. c

Θ.

Θέμα. D. 1119. b
Θεοφανία. D. 1120. a
Θρεσίφων. B. 380. b
Θυσία. A. 370. a
Θυρωρός. D. 76. c
Θωρακᾶτοι. C. 795. c

I.

Ἰάγγος. C. 182. c
Ἰκανάτοι. B. 142. c
Ἰνδικτίων. C. 47. c
Ἴνδικτος. C. 48. a
Ἱερεία. } C. 749. b
Ἱερολοχάφος. } C. 749. b
Ἰσάγγελος. A. 191. b

K.

Καβάλλης. } A. 667. c. 668. b
Καβαλλάριος. } A. 667. c. 668. b
Καβαλλικεύειν. } A. 667. c. 668. b
Κάγκελλος. A. 736. b
Κάδις. A. 673. b
Καθηγητής. A. 893. c
Καθολικόν. B. 224. b. c
Καθοσιωμός. A. 894. b
Καθολικός. A. 894. c. 895. a. c
Καθωσιωμένος. C. 346. b
Καλά. A. 1747. c
Καλαμοφορεῖν. D. 123. c
Καλιγάριος. A. 685. b
Καλόγηρος, Καλογραία. B. 688. b
Κάλτζαι. D. 1180. b
Κάμασος. A. 691. b
Καμηλαύκιον. A. 697. c. 698. a
Καμπολάριος. A. 697. c
Καμίσιον. A. 705. c
Καμουχᾶς. A. 707. c
Κάμπος. A. 710. c. B. 802. b
Κάμπτρα. A. 727. c
Κάμψα. A. 727. c
Καμψάκης. A. 727. c
Κανάλιος. A. 730. b
Κανδήλα. A. 738. b
Κανονικοί. A. 758. b. B. 504. c
Καμπτήρ. A. 765. b
Κανών. A. 752. b
Κάπα. A. 775. b
Καπίκιον. A. 707. c
Καπηλάδειος. A. 1011. b
Καπνικόν. B. 467. c. 553. a
Καπούτζιον. A. 828. b
Κάραβος. A. 828. c
Καρκαλάτιον. A. 829. b
Καρβάσινος. A. 831. b
Κάρρον. A. 851. c
Κάσσα. A. 877. a
Καστίλα. A. 875. b
Κάσας. A. 877. a
Κατάβασις. B. 64. c
Καθίσματα. A. 38. c
Καταπετάζειν. A. 34. a
Κατζικόν. A. 1008. a
Κατηχητής. A. 888. b
Κατηχουμένιον. A. 884. c
Κατηχούμενοι. A. 889. a
Καπνούπτης. B. 72. a
Κατέλλης. B. 597. a
Κελλία, Κελλίον. A. 901. c. 902. a
Κεμίσια. A. 898. a
Κενοδοχεῖον. A. 985. c
Κειμηλιοφυλακεῖον. A. 986. a
Κελάτιον. A. 959. b
Κεφαλής. A. 962. c
Κηφήν, Κηφήνιον. A. 796. c
Κηρόβολον. A. 643. b
Κιβώριον. A. 982. b
Κιλίκιον. A 985. a
Κιμίνιον. B. 461. b
Κισσίτης. A. 990. b
Κλαβικάριος. A. 1011. b
Κλάπα. A. 1008. a
Κλάσμα. D. 1022. c
Κλασματικός. A. 1009. b
Κλεισιάδες. A. 1016. c
Κλεισούρα. A. 1017. c
Κλητώριον. 1016. a
Κληρικός. A. 1019. b
Κλιβανάριοι. A. 1024. b
Κλίβανος. A. 1024. a
Κλίμα. A. 1025. a
Κλοβίον. A. 1027. b
Κνίζος. A. 676. c
Κνώδαξ. A. 1032. b
Κοβίκουλον. A. 1285. c. 1287. a.
Κόδρα. A. 1036. c
Κοιτῶνα. A 1124. b
Κοινωνῶ. A. 1125. c. 1126. 1127

Κατοῦν. A. 1285. c
Κουκούβα. A. 1287. b
Κολόβιον. A. 1064. a. b
Κολυμβίστρα. B. 478. a
Κομάσιον. A. 1290. b
Κόμης. A. 1067. a. 1080. a. 1081. a.
1082. c. 1083. a
Κομητικός. A. 1103. b
Κομμέρκιον, Κομμερκιάριος. A. 1114. a
Κόμοδον. A. 1116. b.
Κομπανία. A. 1129. b
Κόμπαρος. A. 1131. b
Κονσιάριον. A. 1182. b
Κοντουλάριος. A. 1192. a
Κοπή. A. 1198. c
Κορτιγίνος. A. 1079. a
Κορτιγίνης. D. 763. b
Κορτίνιον. A. 1079. a
Κουάδιον. A. 1211. c
Κουμερκιάριος. A. 1210. c
Κουροπαλάτης. A. 918. c
Κονταρή. A. 1212. b
Κουράτζα. A. 1215. b
Κορωνάλιον. A. 1044. c
Κοσμάτης. } A. 1244. a
Κοσμήτισσα.
Κυβέρνησις. A. 1285. b
Κιβωτάριος. A. 1285. a
Κοιτωνάρια. D. 490. b
Κλάσσος. A. 1290. c
Κουκουβαῖος. A. 1287. b
Κουρουλλάτον. A. 1288. a
Κουσσούμιον. A. 1289. a
Κούκουρον. A. 1289. c
Κουλά. A. 1047. c
Κύμβαλον. A. 1296. c
Κουρουπλαί. B. 638. b
Κοῦπα. A. 1298. b
Κουπίον. A. 1301. c
Κουράτωρ. A. 1304. b
Κουρατωρεῖον. A. 1305. a
Κουρβία. A. 312. c
Κουρίωσος. A. 1316. a
Κουρσεύειν. A. 1306. a
Κύρμα. A. 1316. c
Κυροπαλάτης. A. 1303. a
Κυριακεῖον. A. 1317. c
Κυρσεύειν. A. 1320. b
Κύρσος. A. 1320. b
Κύρσωρ. A. 1318. a
Κῦμος. A. 1322. c
Κτήτορες. D. 360. b
Κυκλάριον. A. 998. b
Κυκλαί. A. 1330. b
Κύπελλον. A. 1299. b
Κυριακή. B. 149. c. 151. &c.
Κυριακόν. B. 155. b. c
Κύρις. D. 877. a
Κύριος. A. 980. c
Κουδίτιον. A. 1036. c
Κορυτάνι. A. 1250. b

Λ.

Λαβίς. A. 1034. a
Λαβίς. B. 456. a
Λαβαράτον. C. 229. c
Λαζάριον. C. 794. c
Λαμπαδάριος. } C. 209. b
Λαμπαδηφόρος.
Λαπάριον. B. 223. a.
Λαῦρα. C. 229. a. b
Λαυράτον. C. 230. b. c
Λεβιτωνάριον. C. 260. b
Λίτζι. C. 794. c
Λογαριαστής. C. 323. c
Λογοθέτης. C. 322. c
Λίτρα. C. 334. b
Λυχνικόν. C. 319. b
Λῶρος. C. 526. c

M.

Μαγγλάβιον. C. 342. b
Μαγγλαβίζειν. C. 341. a
Μαΐουμας. C. 384. c
Μαγίστριον. C. 520. c
Μαγκιπικός. C. 346. b
Μάγκιψ. } C. 376. b
Μαγκιπεῖον.
Μάγγανον. C. 348. c
Μαθηματικός. C. 481. c
Μάκελλα. C. 362. c
Μανάδες. C. 374. b
Μανδάτωρ. C. 346. b. 379. b
Μανδήλιον. } C. 405. b
Μανδύας.
Μάνδρα. } C. 381. b
Μανδρίτης.
Μανίκιον. C. 386. c
Μανούθιον. C. 405. c
Ματτιάριος. C. 432. c
Μασσάλι. C. 460. c
Μαρτύριον. C. 471. c
Ματζούκα. C. 489. a
Ματζουκάριος. C. 482. b
Ματζίκιον. C. 482. c
Μαφόριον. C. 341. b
Μεγαδούκας. C. 498. b
Μεγαστρατοπεδάρχης. C. 498. b
Μεγαλεῖον. C. 347. a
Μεγάλη. C. 498. c
Μέδος. C. 497. c
Μεμοροφύλαξ. C. 505. b
Μεσάζοντες. C. 494. a
Μετάνοια. C. 526. c
Μετόπιον. D. 1275. b
Μεσώτη. D. 317. c
Μέταξα. } C. 528. a
Μεταξάριος.
Μητρωάκιος. C. 591. c
Μετόχιον. C. 528. c
Μηλωτάριον. C. 501. c. 502. c
Μηναῖον. C. 527. c
Μινσουάρειος. C. 583. b
Μίσσον. C. 573. a
Μισσίτιος. C. 582. b
Μιτάτον. } C. 520. c. 527. b
Μιτάτωρ.
Μιχαηλάτης. C. 530. b
Μίλιον, Μιλιάριον. C. 504. a. b
Μογγός. C. 596. c
Μολυβδόβουλλον. A. 642. b
Μόλος. C. 598. c
Μονάζοντες. C. 609. c
Μοναστήριον. C. 603. b
Μονασπία. C. 609 c
Μοναχικόν. C. 603. a
Μοναχός. C. 600. c
Μονή. C. 392. b
Μονόχρωμα. C. 664. b
Μονομάχιον. A. 355. a
Μονοχόρδιον. C. 663. c
Μοῦλος. C. 598. c
Μοῦσα. C. 706. c
Μουσεῖον. C. 709 c. 711. a
Μυστάρχης. C. 710. c
Μυστουργικός. C. 709. c
Μύδρος. B. 387. a
Μυζομαΐστωρ. D. 790. c
Μύστακες. C. 588. b
Μῶλος. C. 598. c

N.

Νάρθηξ. B. 391. b
Νεόνυμφος. D. 150. c
Νερόν. C. 738. a
Νικολάος. D. 125. a
Νουμμάριος. A. 673. b
Νουμμίον. A. 355. a
Νυμφευτής. D. 150. c
Νυμφίτζα. D. 709. c
Νωβελλίσσιμος. C. 742. c

Ξ.

Ξάμιτον. B. 460. c
Ξηρομυτίλωνες. D. 1408. b

O.

Ὀψάριον. D. 33. a
Ὀδοντάγρα. B. 56. c
Οἰκειακός. B. 260. a
Οἰνόμελι. B. 33. c
Ὀκτάβα. D. 31. c
Ἱμάτιον. A. 1297. c
Ὅπλον, Ὁπλῖται. A. 327. a
Ὀπλοφυλάκιον. A. 324. a
Ὀπλιμάτων. D. 50. b
Ὀπλίτιν. D. 50. c
Ὀστιάριος. D. 76. a
Ὀρφανάριον. D. 77. a
Ὀστιαρίκιον. D. 721. b
Οὐέργαγοι. A. 746. b
Οὐεστιοβαστής. A. 674. c
Ὀφίκιον. D. 34. a
Ὀψίκιον. } D. 25. c. 26. b
Ὀψικιανός.

Π.

Παΐς. D. 460. b
Παππάριος. D. 82. c
Πάππας. D. 82. c
Πάπια. D. 99. b
Παλοῦδις. A. 731. b
Παμβακία. A. 581. b
Παναγία. D. 114. a
Παρούκια. D. 119. a
Παξαμάδιον. D. 217. c
Παπυρί. D. 130. a
Παπαδίσσα. D. 131. b
Παπαλίστρα. A. 1224. b
Παπᾶς. D. 131. a
Παπαλίνος. D. 132. c
Παρακοιμώμενος. D. 146. b
Παρακοιτώνιον. A. 244. b
Παραμονάριος. D. 150. b
Παρανύμφεξις. D. 153. b
Παραφονευτής. D. 151. a
Πάρεδρος. D. 159. a
Παρηγορεῖν. D. 159. b
Πάρεισις. D. 166. b
Παρρησία. D. 169. a. 170. a

Πάροχοι. B. 74. c
Πάτος. D. 206. a
Παστελλόνιον. D. 203. a
Πεδούκλιον. D. 577. b
Πελλοράφος. D. 230. c
Πεπιτούμενον. A. 355. a
Πεσκέτον. D. 499. c
Πετροβόλιον. A. 624. c
Πηγκέρνης. D. 280. c
Πικότζυλον. A. 691. b
Πιστικός. D. 288. a
Πιττάκιον. D. 288. c
Πλακουντέλαιον. D. 290. c
Πλατωνεία. D. 313. b
Πλατείκλινος. B. 40. c
Πλεκτάδιον. D. 315. b
Πλουτή. D. 315. b
Πλυμυστής. D. 317. c
Πλημμυδρικός. D. 317. b
Πνευματικοέλεος. B. 441. c
Ποδίσεις. D. 320. c
Ποδόψελλον. A. 433. a
Πολεμοδρόμος. B. 39. b
Πολυκανδήλον. D. 339. a
Πολυχρόνιον. D. 339 b
Πομπός. C. 372. a
Ποντικός. D. 709. c
Πορφύρομορφος. C. 21. b
Πούγγη, Πουγγίον. D. 473. c
Πραιπόσιτος. D. 390. a
Πραξαποστολάριος. A. 262. b
Πραίδιον. A. 606. b
Πρεσβυτέριον. B. 410. c
Πρεσβύτερος. D. 406. b. 407. c. 408. b
Πρεσβυτίδες. D. 409. c
Πριβατάριος. D. 428. c
Πριβάτον. D. 428. c
Πρίγκιψ. D. 420. a. c
Πριμμικήριος. D. 417. a
Προβελλίς. D. 452. c
Πρόκενσον. D. 432. a
Πρόξιμος. D. 452. c
Πρόοδος. D. 432. b
Προσμονάριος. C. 394. b. D. 150. b
Προσφοράριος. D. 111. b
Πρόσωπον. B. 241. a
Προπάτωρ. D. 448. a. b
Προτζίνος. A. 629. b
Προφήτης. } D. 440. b. c
Προφητεύειν. }
Πρωτασηκρῆτις. D. 447. c
Πρωτέκδικος. B. 40. c
Πρωτόθρονος. D. 450. c
Πρωτομανδάτωρ. C. 379. b
Πρωτοπαπᾶς. D. 449. b
Πρωτοπολίτης. D. 431. c
Πρωτοσύμβουλος. D. 450. b
Πρωτοσύγκελλος. D. 449. c
Πρωτοπαπαδιάριος. D. 450. a
Πτυχίον. D. 460. b
Πυλωρός. D. 76. c
Πυραμίς. D. 1356. a
Πυλόξυφος. D. 464. c

P.

Ραιφερενδάριος. D. 546. c
Ράσον. } D. 1516. c
ρασοφόρος. }
ρηχιόν. D. 562. c
ρίνος. D. 505. c
ρίσκα. D. 612. a
ρετήρια. D. 396. c
Ρόξ. A. 499. c
Ρογία. D. 596. a
Ριβάριος. D. 617. a
Ρίγος. B. 541. c
Ρόσαμος. D. 793. b
Ρόγα. D. 622. b
Ρουσάλια. D. 629. c
Ρούχον. D. 620. b
Ρύμη. D. 638. c
Ρωμανίτης. D. 624. b

Σ.

Σάβανον. D. 647. c. 648. b
Σάββατον. D. 649. c
Σάβεα. D. 709. c
Σάγμα. D. 671. b
Σαγμοσέλλιον. A. 366. c
Σάγος, Σάγιον. D. 677. a
Σακελλάριος. } D. 556. b
Σακέλλιον. }
Σάκκος. D. 654. b
Σακούλιον. D. 473. c
Σαμφάτιον. A. 351. a
Σάμα. D. 658. c
Σαρακηνικάβια. D. 681. c
Σαγαμάνιος. D. 682. c
Σάρος. D. 690. b
Σαμψύχινος. D. 692. b
Σάγουρα. A. 959. b
Σαρζάνις. B. 361. b
Σαρμανός. A. 846. b
Σαχλαμάνιον. A. 731. b
Σεκουνδικήριος. D. 776. c
Σέκρετον. D. 772. b
Σελοτιός. D. 789. b
Σεμικίνθιον. D. 790. c
Σεμίδιον. D. 792. a
Σθηνάριον. D. 1125. b
Σθλάβος. A. 369. c
Σιγίλλιον. D. 851. b
Σικάλις. D. 850. b
Σίκλα. D. 848. b
Σιλέντιον. } D. 879. c. 881. b
Σιλεντιάριος. }
Σιλεντιαρίκιον. }
Σιμικίνθιον. D. 790. c
Σιρόσα. A. 986. c
Σκαμάρεις. D. 721. c
Σκαραμάλλιον. D. 722. c
Σκαραμαγγομάνικος. D. 723. a
Σκευόλιον. D. 743. c
Σκευοφύλαξ. D. 735. c
Σκιάδιον. D. 1356. a
Σκολάκιον. D. 746. c
Σκορπίδιον. D. 748. b
Σκούλκα. A. 1063. a
Σκουτάριον. D. 762. c. 763. b
Σκουτέρης. D. 763. b
Σκουφία. A. 1300. c
Σκρίβωνες. D. 755. b
Σκρινιάριος. D. 418. b. D. 754. c
Σολίμιον. D. 890. a
Σεβαλίσσα. D. 981. b
Σοῦβλα. } D. 998. c
Σουβλίζειν. }
Σοῦδα. } D. 1000. c
Σουδάτον. }
Σουδάριον. D. 790. c. D. 1001. b
Σπαθίον. A. 575. b
Σπάθη. D. 915. a
Σπαθάριος. D. 917. a
Σπαθαροκανδιδᾶτος. D. 917. b
Σπαθαροκουβικουλάριος. D. 917. c
Σπαθίζειν. D. 916. c
Σπεκλόμιον. D. 921. b
Σπεκουλάτωρ. D. 921. b
Σπέρμα. D. 942. c
Σπίνος. D. 949. b
Σπορεῖον. A. 1268. b
Σπυροφύλαξ. A. 1325. b
Σπαράγκια. A. 525. c
Σπόριμος. A. 1216. a. 1229. c
Σπίδια. D. 220. c
Στηθίον. D. 960. b
Στοά. A. 898. c
Στοράκιον. D. 967. b
Στράτα. D. 969. a
Στρατόπεδον. A. 874. b
Στάτωρ. D. 970. c
Σύγκελλος. D. 1039. a
Συμβαία. D. 1054. a
Συναξάριον. C. 247. c
Σύναξις. A. 1055. b
Σύναξις. D. 431. c
Σύναξις. D. 1058. a
Σύναξις μαρτύρων. C. 471. b
Συναπτή. A. 1054. b
Συνάσκητος. B. 331. c
Σύνοδος, Συνόδιον. A. 1186. c
Συνοδικόν. A. 1187. a
Συνδεκάρχης. D. 876. b
Σύνθημα. B. 288. b
Συνοδικά. D. 1043. c
Σύνδρομος. D. 150. c
Συρτός. B. 74. c
Συστατικά. A. 1113. a
Σφραγίς. B. 506. b
Σχεδογραφία. D. 173. b
Σχοῖνος. D. 743. a
Σχολάριος. D. 739. c
Σχολαστικός. D. 741. b
Σχολή. D. 737. c
Σῶμα. A. 564. c. D. 897. a
Σοπεία. D. 686. b

T.

Τάβλα. } D. 1052. a
Ταβλίζειν. }
Ταμιείον. D. 1045. c
Ταξάτοι. } D. 1077. b
Ταξεῶται. }
Τάπης. D. 1070. c
Τάρταρον. D. 1071. c
Τάσεις. D. 1074. c. 1075. a
Τειχόλιθος. D. 1127. b
Τεμπλοαμφάκτωρ. D. 1084. b
Τετάρτηρον. D. 1071. c
Τεβαστέειος. D. 1112. c
Τζαγγάρειον. A. 447. c
Τζαγγία. D. 1131. b
Τζινούρειον. A. 562. c
Τζόκος. D. 1417. a
Τιβέτιον. D. 1078. a
Τοξικά. A. 298. a
Τοῦλδον. D. 671. c.
Τουρκαλόγυρον. A. 688. b
Τούρμα. D. 1223. c
Τοῦφα. D. 1215. b
Τεχνευτής. D. 1160. b
Τρώνα. D. 1169. b. c
Τυπικόν. D. 457. b
Τύπος. B. 502. b
Τύπος. D. 1229. c

Υ.

Ὑιάφιον. B. 436. c
Ὑπαπία. A. 1193. a
Ὑπατία. D. 412. b
Ὑψῶσις. } D. 1019. a
Ὑψώθωσις. }
Ὑποκάμισον. B. 250. b
Ὑποκάρτωσις. A. 691.
Ὑπόθεσις. D. 1147. b
Ὑπομνηματικός. D. 789. a

Φ.

Φάκινος. B. 337. b
Φακιόλιον. B. 338. c. 364. c
Φαινόλιον. D. 790. c
Φαλκουλίνον. B. 349. a
Φαλτούϊον. B. 365. b
Φάμουσα. B. 358. c
Φαντασία. D. 260. b
Φάρος, Φάρεος. B. 362. b
Φακιόλιον. B. 364. c
Φημιτάλια. A. 599. c
Φιβλατούριον. B. 423. a
Φιμινάλια. B. 373. b
Φλάμουλον. B. 460. b
Φλαμμίδιον. B. 461. b
Φλοκίον. B. 466. c
Φουλγέτης. B. 474. c
Φορεῖον. B. 390. c
Φορμοῦμα. B. 501. c
Φόρος. B. 513. c. 514. b
Φοσσάτον. B. 516. 517. a
Φούσκα. B. 562. c
Φραγέλλιον. A. 564. c
Φροντιστήριον. D. 264. b
Φυλακαί. A. 1322. b
Φυλακτήριον. D. 265. b. c
Φύλαρχοι. D. 266. b
Φωτεῖν. A. 1003. b
Φωτίζειν. C. 20. a

X.

Χανία. A. 771. a
Χαρτοθέσιον. A. 311. a. 957. a
Χαρτουλάριον. A. 957. c
Χαρτουλάριος. A. 957. b. c
Χαρτοφύλαξ. A. 956. c
Χειμαζόμενοι. B. 3. b
Χειροβαλλίστρα. A. 312. a
Χειροτονία. } C. 426. b
Χειροθεσία. }
Χελάνδιον. A. 959. a. b
Χελανδάριος. A. 959. a
Χηρεία. A. 963. a. b
Χερσαῖον. D. 1326. b
Χρῖσαι. C. 733. c
Χρυσάργυρον. A. 400. c
Χρυσόβουλλον. A. 978. c
Χρυσοκλάβος. A. 979. b
Χῶμα. A. 968. a
Χωρεπίσκοπος. A. 965. b

Ψ.

Ψαλμός. D. 455. a
Ψαλτική. D. 454. b
Ψαλτήριον. D. 458. c. 459. a
Ψάχιον. D. 453. c
Ψευδαλήθινος. D. 458. c
Ψήφισμα. B. 30. c
Ψῆφος. }
Ψήφωσις. } C. 709. c. 710. c
Ψηφοθέτης. }
Ψίαθος. D. 459. c
Ψυχή. A. 194. b

Ω.

Ὠμοφόριον. D. 53. c. 54. a. D. 1014. a
Ὡράριον. D. 53. c

DE
IMPERATORUM

DE
IMPERATORUM
CONSTANTINOPOLITANORUM
ſeu
DE INFERIORIS ÆVI, VEL IMPERII,
uti vocant,
NUMISMATIBUS,
DISSERTATIO.

DISSERTATIONIS
DE
IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM
NUMMIS
SYLLABUS.

I. Nummorum CP. cognitio neceſſaria.
II. Nummi Conſulares.
III. Paria Conſulum.
IV. Habitus Conſularis.
V. Trabea.
VI. Lorum.
VII. Pallium.
VIII. Lora feminarum Conſularium.
IX. Forma Pallii Pontificii.
X. Stolæ Sacerdotum.
XI. Sceptrum Conſulare.
XII. Volumen vel Mappa.
XIII. Acacia.
XIV. Nummi in quibus equi Imperatoribus appinguntur.
XV. Nimbus.
XVI. Cæſarea Inſignia.
XVII. Camelaucium.
XVIII. Globus cruciger.
XIX. Globus cruciger inter Inſignia Imperatorum Occident.
XX. Labarum.
XXI. Narthex.
XXII. De Codice Evangeliorum ab Imperatoribus geſtato.
XXIII. Crux in Nummis.
XXIV. Monogramma Chriſti.
XXV. De Inſcriptione IC. XC. NIKA.
XXVI. Chriſti effigies in Nũmis.
XXVII. Nummi Zimiſciani.
XXVIII. Quomodo Chriſtus in Nummis effingitur.
XXIX. Imperatores à Deo coronati.
XXX. Deipara efficta in Nummis.
XXXI. Sanctorum imagines in Nummis.
XXXII. Sancti Georgii imago in Nummis.
XXXIII. Imperatoris titulus omiſſus in Nummis Byzantinis.
XXXIV. Titulus DN. tributus Imperatoribus & Cæſaribus in Nummis.
XXXV. Deſpotæ titulus in Nummis.
XXXVI. Flavii prænomen.
XXXVII. Titulus Perpetui Auguſti.
XXXVIII. Titulus Imperatoriæ & Tribuniciæ poteſtatis.
XXXIX. Titulus Novi Conſtantini.
XL. Nummi votivi.
XLI. Nummus Conſtantini in quo exaratum, PLUR. NATAL.
XLII. Vota multa.
XLIII. Acclamatio πολυχρονίου.
XLIV. Anni Imperii Nummis adſcripti.
XLV. Inſcriptiones in medio Nummo.

XLVI. Nomina Urbium in quibus cuſi ſunt, Nummis adſcripta.
XLVII. De literis CONOB.
XLVIII. Eædem literæ in aliis Nummis, quàm iis qui CPoli cuſi ſunt.
XLIX. Eædem literæ in Nummis Francicis.
L. Officinæ monetariæ Orientis.
LI. Officinæ monetariæ Occidentis.
LII. Aliæ officinæ monetariæ.
LIII. Nummus Conſtantini M. explicatus.
LIV. Vetus Inſcriptio nuper detecta.
LV. Nummi alii Conſtantini, in quibus exaratum *Francia*, *Alemannia*.
LVI. Nummi in quibus vallum deſcribitur.
LVII. Sapphyrus Conſtantii Imperatoris.
LVIII. Nummus Conſtantis in Britanniam tranſmittentis.
LIX. Nummus Julii Silvani.
LX. Nummus Bonifacii triũphum exhibens.
LXI. Nummus Plac. Valentiniani, in quo expreſſus Petron. Maximus.
LXII. Nummus Juſtiniani, in quo expreſſus Beliſarius.
LXIII. Nummus Stilichonis.
LXIV. Nummi reſtituti & contorniati.
LXV. Nummus adulterinus Heraclii.
LXVI. Ædes Anaſtaſeos expreſſa in eo Nummo.
LXVII. Imperatores Conſtantinopolitani imberbes, barbati.
Nummi Imperatorum ex gente Palæologâ.
LXVIII. Medalliæ Joannis & Conſtantini Palæolog.
LXIX. Nummi Helenæ nomen præferentes.
LXX. Nummi utriuſque Theodoſii.
LXXI. Nummi utriuſque Juſtini.
LXXII. Nummi Conſtantini & Conſtant. ex familiâ Heraclianâ.
LXXIII. Nummi Regum Gothicorum Italiæ.
LXXIV. Nummi Exarchorum Ravennæ.
LXXV. De barbaricis characteribus.
LXXVI. Solidus aureus.
LXXVII. Exagium.
LXXVIII. Nomiſma.
LXXIX. Chryſinus.
LXXX. Hyperpyrum.
LXXXI. Talentum.
LXXXII. Byzantius.
LXXXIII. CPolitani Nummi.
LXXXIV. Nummi Imperatorum nomine donati.
LXXXV. Semiſſis.
LXXXVI. Tremiſſis.
LXXXVII. Tetarteron.
LXXXVIII. Miliarenſis.
LXXXIX. Ceratium.
XC. Follis.
XCI. Follis majoris pretii.
XCII. Obolus.
XCIII. Leptum, quadrans, nummus.
XCIV. Aſſarium.
XCV. *Στάμενα.*
XCVI. Aſpri.
XCVII. Centenionales, Majorinæ pecuniæ.
XCVIII. Monetæ, Caucii, Quadratæ, &c. dictæ.
XCIX. Scyphati.
C. *Χάραγμα*, *στατὴρ*, quævis pecunia.
CI. Medallia.
CII. Malliæ noſtrates.
CIII. Maſculi.

DE

TABELLÆ ALIQVOT GRÆCANICÆ
ad *Dissertationis* de
IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM NUMMIS,
atque adeò
totius HISTORIÆ BYZANTINÆ illustrationem.



I

Gloss. Pars III. in Dissert. de Nummis C.P. Pag. I.

p.5.ms



SAPHIRVS CONSTANTII




+ ΘΙΕΡΟΗΘΕΙ ΝΙΚΗΦΟΡΩ·ΦΙΛΟΧΡΙCΤΩ ΔΕCΠΟΤΗ·ΤΩ·ΒΟΤΑΝΕΙΑΤΗ
ΜΗΡ
ΘΥ
ΜΡ
ΘΥ
IC
XC


ILLVMINA VVLTVM TVVM DEVS


SVPER ASPIDEM ET BASILISCVM AMBVLAVIT


✝ΙΩΑΝΝΗC ΒΑCΙΛΕΥC ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙΩΝ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟC


OPVS·PISANI·PICTORIS.
ΕΡΓΟΝ·ΤΟΥ·ΠΙCΑΝΟΥ ΖΩΓΡΑΦΟΥ


+CONSTANTINVS


+MIHI. ABSIT. GLORIARI. NISI. IN. CRVCE.

V



VI



ΜΙΧΑΗΛ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ
ΘΕ Ω ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΚΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ
ΡΩΜΑΙΩΝ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ
ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΟΣ
ΚΟΜΝΗΝΟΣ
Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ

ΘΕΟΔΩΡΑ ΕΝ ΧΡΙΣΤΩ ΤΩ
ΘΕ Ω ΠΙΣΤΗ ΒΑΣΙΛΙΣΣΑ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΣΣΑ
ΡΩΜΑΙΩΝ Η ΚΟΜΝΗΝΗ


ΜΡ
ΘΥ
ΜΑΝΟΥΗΛ ΕΝ ΧΩ ΤΩ ΘΩ
ΠΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΡΩΜΑΙ
ΩΝ Ο ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ
ΚΑΙ ΑΕΙ ΑΥΓΟΥΣΤΟΣ
ΕΛΕΝΗ ΕΝ ΧΩ
ΤΩ ΘΩ ΠΙΣΤΗ ΑΥΓΟΥΣΤΑ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙΣΑ
ΡΩΜΑΙΩΝ Η ΠΑΛΑΙ
ΟΛΟΓΙΝΑ
ΙΩ ΕΝ
ΧΩ ΤΩ
ΘΩ ΠΙΣΤΟΣ
ΒΑΣΙΛΕΥΣ
Ο ΥΙΟΣ ΑΥΤ
ΘΕΟΔΩΡΟΣ
ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝ
ΝΗΤΟΣ ΕΥΤΥ
ΧΗΣ ΔΕΣΠΟΤΗΣ
Ο ΥΙΟΣ ΑΥΤΟΥ
ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ
ΔΕΣΠΟΤΗΣ Ο ΠΑ
ΛΑΙΟ
ΛΟΓΟΣ Ο ΥΙ
ΟΣ ΑΥΤΟΥ

VIII



IX



X



XI



DE IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM,

ſeu

DE INFERIORIS ÆVI, VEL IMPERII,

uti vocant,

NUMISMATIBUS,

DISSERTATIO.

ETSI tot viri eruditiſſimi & in re nummariâ antiquâ peritiſſimi de hac liberalium diſciplinarum parte copiose hactenus diſſeruerint, ac luculentos de Numiſmatum figuris, & inſcriptionibus ediderint Commentarios, eos tamen quos inferioris vocant Imperii Nummos, ferè omnes neglexerè, maximè qui poſt Heraclium regnavere Imperatorum Conſtantinopolitanorum, tum quòd malè formatas figuras exhibeant, inſulſaſque, ne dicam ineptas, inſcriptiones, tum etiam quòd nihil in ſe fere contineant quod ad arguta illa & ingenioſa veterum numiſmatum ænigmata accedat. Verùm quiſquiliarum ejuſmodi, quandoquidem poſtremam iſtam nummariam ſupellectilem ita indigitant, doctiorum hominum ſtudio minimè videtur indigna cognitio. Licèt enim exquiſita illa in iis vix occurrant reconditioris eruditionis argumenta, quæ vetuſtiora numiſmata paſſim ſuppeditant, ac viris literatis divinationum & conjecturarum prabent occaſiones; inſunt aliquando tamen in iſtis quæ OEdipo indigeant, qui obſcura pravéque quantumvis edita pandat oracula atque explicet. Fatendum deinde viliora iſta numiſmata ad ævi, quo formati ſunt, hiſtoriam conducere, ab iiſque lumen interdum accendi Scriptoribus Byzantinis. Horum denique notitia ex ſeſe nullam licèt contineret utilitatem, aut certè haberet nihil quod diſtinere debeat liberalem & excultum literis animum, ſi non magni, aliquanti tamen intereſt agnoſcere quorum ſint Principum, & à quibus cuſa & formata, quæ manibus verſamus, numiſmata, & characterum in averſa eorum facie vim vel percipere, vel ſaltem inveſtigare; quandoquidem nihil fruſtra in iis poſitum vel effictum licet arbitrari. Enimverò ut in antiquioribus numiſmatibus, præteritorum ſæculorum felicem artium peritiam, ingeniorum acre judicium, & præclaras ac ſagaces ænigmatum adinventiones demiramur; ita in iis quæ ævi ſunt ſequioris & labentis Imperii, artificum inſcitiam, literarum, atque mechanicarum perinde ac liberalium artium lapſum & interitum; & quod ſtupendum, apud gentem cui literas & artes orbis debet, licebit deplorare. Licebit, inquam, malè formatos ac cuſos nummos intueri, peſſimè inſuper effigiatos, barbaros inductos characteres, barbaras etiam ac utrâque linguâ mixtas perſæpe inſcriptiones, nullo denique fere genio vel ingenio expreſſas adverſarum partium, ſi quæ habentur, figuras. Sed hæc ſunt infimæ omnino ætatis numiſmatum: I. Nummorum CP. necessaria cognitio.

nam ævo Conſtantini & qui proximè ſucceſſerunt Auguſtorum, longè alia occurrit nummorum facies, ut qui & in figuris & ænigmatum deſcriptionibus vix prioribus cedant. In utroque porrò ejuſmodi numiſmatum genere, quæ ad Stemmatum Byzantinorum illuſtrationem delineari curavimus, explanando, haud inutilem forte operam nos collocaturos exiſtimavimus, etſi cùm qualemcumque divinandi præbent materiam in rebus per ſe obſcuris ac incertis, nobiſmet conjecturis indulgendi facultatem arrogaremus. Quod quidem hac ratione ita viſum eſt aggredi, ut quæ vel omnibus, vel pluribus ævi ſequioris numiſmatibus conveniunt, in hac Diſſertatione explicarentur, ut ad eorum accedentibus inſpectionem expeditior ſit & figuras & characteres dignoſcendi via: quæ verò cuique propria ſunt, poſt ſingula Imperatorum ſtemmata brevioribus notis illuſtrarentur, in eo quod de Familiis Auguſtis Byzantinis confecimus opere, ſi tamen illud in lucem prodire contigerit. Quæ igitur omnibus vel pluribus conveniunt, aut Imperatorum effigies, veſtes nempe & adjuncta dignitatum inſignia ac ſymbola ſpectant; aut inſcriptiones ab iis quæ in ſuperioris ævi occurrunt nummis diverſas; vel denique nummorum ipſorum novas & antiquis incognitas appellationes: quibus quidem obſervationibus quædam adjungenda duximus, quæ in nummis iiſdem prolixiori indigent Commentario, tum etiam de ſpuriis ac adulterinis, atque adeo de iis quos *Contorniatos* vocant. Ita quadripertitum opus adornandum nobis incumbit.

II. NUMMI CONSULARES. *Liban. in Conſulat. Julian. T. 3. p. 289.*

ATQUE ut ab Auguſtorum figuris initium ducat inſtituta diſputatio, ex nummis Imperatoriis quidam Conſulares appellantur; in quibus ſcilicet Imperatores aut Cæſares Conſulari habitu effinguntur, iis quibus Conſulatum geſſere annis cuſi: nam unicam Conſulatus dignitatem tanquam Imperatoriæ Majeſtatis προσθήκην, ut loquitur Libanius, ſemper ambierunt Auguſti. Variè autem effictos cernimus: interdum enim *expreſſâ thorace vultus imagine*, ut verbis utar Pollionis, cum ſtolâ Conſulari, ſceptro aquiligero in dextrâ, & coronâ radiatâ quâ caput cingitur, ut ſunt nummi Aurelii Probi apud Triſtanum, Conſtantii Chlori, cui pro lemmate, VIRTUS AUGG. & Conſtantini M. qui in cippo præfert, VOT. XX. cujuſque eſt anno decimo, vel decimo-quinto Imperii: nam hiſce annis Conſul fuit Conſtantinus. Ejuſmodi etiam eſt nummus Criſpi Nobiliſſimi Cæſaris laureâ præcincti, cum ſtolâ perinde Conſulari, & ſceptro aquiligero, nullâ anni Conſulatus notâ. Ter autem Conſul fuit Criſpus, ac primò cum Licinio V. rurſum cum Conſtantino II. denique cum Conſtantino III. Iis etiam fortean accenſendi aliquot ex Licinianis, tametſi ſceptrum non præferant. Simili denique figurâ exhibentur in nummis, non luſcâ quidem, ſed plenâ facie, protomæ Tiberii Conſtantini, & Mauricii Tiberii, dextrâ volumen, lævâ ſceptrum aquiligerum, Phocæ verò loco ſceptri crucem, Philippici denique loco voluminis globum crucigerum tenentium. Nam etſi poſt Juſtinianum in Faſtis Conſules non deſcribantur, certum eſt tamen longè poſtea hanc dignitatem obtinuiſſe, uti mox dicturi ſumus, & ad Conſularem dignitatem referendos videri nummos inferioris ætatis Auguſtorum, in quibus Conſulari habitu exhibentur.

III. PARIA CONSULUM EXPRESSA IN NUMMIS. *Orat. 11. p. 254.*

INTERDUM par Conſulum ἐπὶ τοῦ βήματος, ut eſt apud Themiſtium, ſeu pro tribunali ſedentium, effictum conſpicitur. Ita in nummo Conſtantis Imperatoris æreo, majoris formæ, ſedet ipſe Conſtans celſior, caput nimbo vel lumine circumdatus, cum binis Conſulibus, in tribunali, in cujus baſi legitur hæc inſcriptio, VOT. V. quæ arguit Felicianum & Titianum in eo exprimi, qui Conſulatum gerebant, cùm Conſtantinus M. exceſſit 25. Julii, quo pro Conſtante Auguſto vota quinquennaliorum ſoluta ſunt: aut fortè Urſum & Polemium, qui ſequenti. Conſules etiam Conſtantinum & Conſtantem repræſentat nummus alter aureus, majoris perinde formæ, pro tribunali ſedentes, caputque nimbo exornatos, quibus adſtant figuræ duæ ſtolatæ, laureos ramos porrigentes, cum Chriſti monogrammate inter utriuſque Auguſti capita, & hac inſcriptione, GLORIA REIPUBLICAE; nam ter ſimul Conſulatum geſſere, annis ſcilicet 339. 342. & 346. Maximè verò inter Conſulares inſignis eſt nummus aureus Theodoſii junioris, in quo Theodoſius ipſe in ſellâ ſedet cum Placidio Valentiniano. Uterque autem habitu Conſulari dextrâ volumen, ſiniſtrâ globum crucigerum tenet, ubi Valentinianus ut puer effingitur, adeo ut ad primum, quo Cæſaris, vel potiùs ad ſecundum ejus Conſulatum, quo Auguſti nomen geſſit, ut qui cum globo crucigero effingatur, Imperii ſymbolo, referri debeat, cùm ætatis annum ſextum vel ſeptimum vix tum attigiſſet. Eorumdem etiam Theodoſii & Valentiniani Conſulum imagines, in altero ipſius Theodoſii, qui hunc excipit, ni fallor, habentur. Imperatorum denique paria exhibent perinde nummi Valentiniani ſenioris, Valentis, Gratiani, Valentiniani junioris, Theodoſii, Maximi Tyranni, & Victoris, non ut Conſulum, ſed ut Imperatoriæ dignitatis conſortium & collegarum; quod & indicat globus quem iis in nummis uterque expreſſius Auguſtus dextrâ tenet. Nam nec Maximus, nec Victor filius Conſulatum unà geſſere, quorum alter ut puer in nummo effingitur.

IV. Habitus Conſularis.

Ex habitu igitur Conſulari nummos Imperatorum Conſulares eſſe deprehendimus.
Non de veterum Reipublicæ Romanæ, ſed de citerioris ævi Conſulum ornatu ac veſte hic ſermo eſt, quorum inſignia a priorum Conſulum inſignibus ſi non diverſa, ſaltem non prorſus eadem fuiſſe, in conteſſo eſſe debet. Notum ex Scriptoribus priſcorum Conſulum veſtes fuiſſe togas pictas & palmatas, ac trabeas, quod pluribus docuere pridem Criticorum filii, tametſi utrumne à ſe invicem diverſæ fuerint, non planè definiunt. Certum pariter iſtius nomenclaturæ indumenta etiam Conſulibus ſub Conſtantinopolitanis Imperatoribus adſcribi. Sed cum veterum Conſulum imagines, ſive in ſtatuis, ſive in numiſmatibus dignitatis iſtius inſignium formam materiamque non ita prodant, ut res extra omnem controverſiam habeatur, incertum manet an eadem fuerint quæ numiſmata ac Diptycha Conſularia repræſentant. In iis quippe, maximè in Diptychis, ubi habitus Conſularis univerſus plene conſpicitur, Conſules tunicis palmatis & togis pictis induti apparent, cui ſuperfunditur faſcia latior collum ambiens, cujus pars dextra ſtrictior, a dextro humero rectà circa pectus ultra genua deſcendit, ipſumque humerum ac brachium dextrum circumvolvens, ſiniſtrum humerum amplectitur, explicans ſeſe, latiorque ſenſim effecta, ac circa dorſum delapſa, rurſum a dextro latere per umbilicum tranſverſum agitur, & infimam ſiniſtri brachii partem, quà manui illud conjungitur, involvit, reliquà faſciæ parte retro pendulà. Ita quidem in Diptychis Leodienſi & Bituricenſi ab Alexandro Wilthemio deſcriptis, quæ in Compendienſi apud Sirmondum ad Sidonium, & in numiſmatibus decuſſata tantum ad pectus cernitur, fortè quòd reliqua & inferior corporis pars in iis deſit. Sed præſtat hoc loco Diptychon aliud Conſulare eburneum, (tametſi cujus Conſulis ſit minimè conſtet, cum nulla in eo habeatur inſcriptio) ex Gazophylacio Regio deſcribere, eâ quâ eſt forma ac magnitudine; tum ut habitus Conzularis omnino percipiatur, tum quòd quædam contineat, quæ in aliis Diptychis non occurrunt. Nam Conſuli utrimque adſtant figuræ muliebres habitu ſatis inſolenti, præſertim quoad ornatum capitis, quarum quæ ad dextram eſt, haſtam vel bacillum tenet altera clypeo lævâ innititur, ſeu illa Minerva vel Pallas ſit, ſeu alia quævis Dea, cum hiſce figuris virtutes deſignari pro certo ſit, ut in Julianæ imagine, de quà mox agemus, & ut ejuſce ævi pictores ac ſculptores ſolebant, quod præterea ſatis docent figuræ aliquot ejuſmodi in Notitiâ Imperii Orientalis deſcriptæ. Conſul verò ipſe dextram, quâ mappam ſeu volumen tenet, non erigit, ſed in gremio demiſſam habet.

(V. Tabell. 1.) (*Notit. Orient. cap.* 159.)

V. Trabea.

Fasciam iſtam, veterum eſſe latum clavum quidam cenſent, qui apud Soſipatrum *impurpurata veſtis, id eſt, ἐμπόρφυρος ἐσθὴς, κ. ὁ ἧλος* appellatur, & Senatorum proprius fuit: qui trabeis aliiſque veſtibus attexebatur, quas περιπορφύρους & φοινικοπαρύφους vocat alicubi Dio, ut πλατυπόρφυρα ἱμάτια Archippus apud Pollucem: purpuræ quippe nomine limbos veſtium donabant. Veteres Gloſſæ κύκλας, ἡ περὶ τ̃ χλαμύδα κυκλοπετύ-εα, *limbus.* alibi: πορφ. ἐν ὑφάσμασι, *clavus.* Gloſſ. S. Benedicti cap. de Veſtimentis: *Clavi*, σημεῖα. *Clavare*, πορφυρῶσαι. Senator in formulâ Rectoris provinciæ: *Chlamydis tuæ procul dubio clavos intende, quos ſcias non inaniter poſitos. Hinc ſit ut cùm publicum agentes, purpuram cernerent, de vigore Principis ſemper admonerent.* Septima Synodus can. 15. ἤδη ἐκ σηρικῶν ὑφασμάτων πεποικιλμένην ἐσθῆτα ἐπενδύονται, ἤδη προσεπιθέασιν ἐπιρόαια ἀνθίσματα ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων. Sed *clavi* iſti *purpurei* limbos veſtium propriè ſpectant, à quibus dictæ ejuſmodi veſtes *auroclavatæ*, vel *auroclavæ*, ut habet vetus Interpres Juvenalis: unde recentiores Græci vocem χρυσοκλαβαρικὸς formarunt. Verum alii fuere poſtmodum Senatorum & Conſulum *lati clavi*, quorum formam ita deſcribit Acron ad illud Horatii: *Prætextam & Latum clavum: Latum clavum purpuram dicit, quæ in pectore extenditur Senatorum. Græci τὸν κολοβίωνα vocant. Uſum ejus hodie retinent Principes, injicientes veſti à cervice ad pectus indumentum ex purpurâ, vel pellibus pretioſis muris Pontici, vel aliis, dum regio habitu prodeunt in publicum* Ubi nemo non videt graphicè deſcribi ac deſignari faſciam iſtam Conſularem, quæ ad collum convoluta, à cervice ad pectus deſcendens colobii ſpeciem referebat: quod tunicam abſque manicis fuiſſe teſtantur paſſim Scriptores. Unde apud Ammianum, *pectorali illa tunica ſine manicis texta*. cujuſmodi colobion Acronis fuit, *Regale indumentum* appellatur: non quòd revera Acronianus colobion eſſet tunica contexta abſque manicis, ut Diaconorum fuit: ſed quòd clavus, olim veſti adtextus, deinde ab eâ avulſus, ita ad collum & humeros circumvolveretur, & ad pectus deflueret, ut colobii revera ſpeciem præberet. Clavos enim non modo purpuras veſtium limbis adtextas vocabant, ſed & quaſvis longiores faſcias, ut *linteorum clavos latiſſimos* dixit Ammianus, *mappas laticlavas* Petronius Arbiter, *manutilia cocco clavata* Lampridius in Alexandro Severo. Clavos igitur intelligit Pacatus per *purpuras Conſulares*, cum, ut diximus, eæ veſti Conſulari olim attexerentur, uti ea effingitur in nummo Auguſti, quem deſignavit Biæus: quæ neque multum diſcrepat ab eâ qua indutus conſpicitur Maximianus cum radiato ſtemmate in nummo argenteo, in cujus averſa facie ſcriptum, Pax

(*Soſip. l.* 1. *Pollux l.* 7. *c.* 14.) (*Senator l.* 6. *ep.* 21.) (*Ad Satyr.* 6.) (*l.* 14.) (*l.* 16.) (*Biæus ad Aug. dial.* 13.)

Augg. niſi quòd revera faſcia latior collum ambiens, & ante pectus defluens potiùs videtur. Atque hic quidem colobi…n, Conſulum proprius non omnino fuit, ſed Senatorum omnium pacificus habitus, ut docet lex 1. Cod. Th. de Habitu quo uti oportet intra urbem: *Nullus Senatorum habitum ſibi vindicet militarem, ſed chlamydis terrore depoſito, quieta coloborum ac penularum induat veſtimenta.* Tametſi Conſulum *colobiones* purpureos fuiſſe, aut ex pretioſiori alio panno, par ſit credere.

At cùm inter veſtes Conſulares alia occurrat apud Scriptores ævi poſterioris, quam *Subarmalis* nomenclaturâ donant, videant eruditi an non ipſa eadem ſit faſcia, ſic appellata, quod ſub *armis*, id eſt, ſub humeris, circumvolvat pectus, uti effingitur: adeo ut fuerit quod ὠμοφόριον vocavit ætas poſterior. Valerianus quippe Auguſtus ſic Valerianum compel- *In Aurel.* lat apud Vopiſcum: *Cape igitur tibi pro rebus geſtis — tuis togam prætextam, tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem profundum, ſellam eboratam: nam te Conſulem hodie deſigno, &c.* Ubi cùm *ſubarmalis* poſtrema ex veſtibus Conſularibus recenſeatur, admodum probabile eſt eam eſſe quæ cæteris ſuperfundebatur. Neque ſanè omnino à ſubarmali diverſa fuit veſtis illa, quàm *Succinctorium* nuncupabant, uti deſcribitur ab Iſidoro: *l. 19. Orig. c. 33.* *Redimiculum eſt quod Succinctorium, ſive Bracile nuncupamus, quod dividens per cervicem, & à lateribus colli diviſum, utrarumque alarum ſinum ambit, atque hinc inde ſuccingit, ut conſtringens latitudinem veſtiat corpus, atque conjungendo componat: hoc vulgo Bracile, quaſi Brachiale vocant, quamvis nunc non brachiorum, ſed renum ſit cingulum. Succinctorium autem vocatum, quod, ut dictum eſt, ſub brachiis ductum alarum ſinum ambit, atque hinc inde ſuccingit.* Quæ quidem Succinctorii vel Bracilis deſcriptio, ſi non ſubarmalis prorſus, ſaltem convenit *ſtolæ* Eccleſiaſticæ, de quâ mox agemus, deſcriptioni. *Subarmalem* autem, non Conſulum duntaxat, ſed & aliorum magiſtratuum pacificum fuiſſe habitum, & quibus ii in ſolennibus Imperatorum proceſſibus ac feſtis diebus utebantur, pridem alii obſervarunt ex Spartiano, Trebellio Pollione, & Herodiano. Sed quod Caſaubonus dixit fuiſſe ſagum, ſeu militarem togam ſic dictam, quòd ſub armis fibulâ annecteretur, vel ſub armis rejiceretur, ex Auctorum locis ab eo allatis id confici nemo, opinor, dixerit. Neque etiam fortè fidem apud pleroſque obtinebit, dum *profundum* appellari ſubarmalem ſcribit, quaſi ποδήρη, id eſt, *talarem*, cùm hoc loco vox *profundus* videatur potiùs colorem denotare ſaturum, intenſiorem, & ſubfuſcum, ita ut idem ſit *ſubarmalis*, qui Pollioni *cum purpurâ maurâ* nuncupatur, id eſt, ex purpurâ fuſcâ: nam ita Græci βαθὺ interdum uſurpant, ut Heſychius, qui καὶ τὸ μέγα, καὶ ὑψηλὸν, *In Deſcrip. S. Sophiæ part. 2. v. 227.* καὶ μέλαν ſignificare ait. Hac notione χλοερὸν βαθυνόμενον, Paulus Silentiarius *viridem colorem ſaturum* appellat. Sic etiam βυσσὸν Græci pro *profundo*, perinde ac pro *byſſo* ſeu purpurâ uſurpant, atque adeo αἵη τῆς ὕσγης, ut habet idem Heſychius, ſic ut *ſubarmalis profundus* fuerit ὑσγινοβαφὴς, *hyſgino infectus*, ut loquitur Plinius. Quod verò *profundum* vocat Valerianus Imperator, *fundatum* appellarunt Scriptores ævi inferioris: nam *In Gloſſ.* vocem hanc cum *Tyriâ* purpurâ, aut *blattâ* ferè ſemper conjungit Anaſtaſius Bibliothecarius, uti alibi docemus. Igitur *ſubarmalis profundus*, fuerit noſtrâ quidem ſententiâ, ex purpurâ intenſiore ac ſaturâ, atque adeo ὀξυβαφής.

VI. LORUM.

Sed quam hæc ætas *clavum*, vel *ſubarmalem*, vel aliâ nomenclaturâ dixit, faſciam illam Conſularem poſterior *Lorum* appellavit, quòd lori ſeu cinguli formam referret. Id enim genus eſſe ornamenti, quod Silveſtro ſummo Pontifici inter alia conceſſum aiunt à Conſtantino Magno, jam perſuaſum habetur. Ita enim Anaſtaſius Bibliothecarius, *p. 12.* ubi de ejuſdem Auguſti donatione, ex Codice Mazarino: *Deinde diadema, videlicet coronam capitis noſtri, ſimulque Phrygium, necnon & ſuperhumerale, videlicet lorum quod Imperiale circumdare ſolet collum.* Ubi Græca habent, ἅμα καὶ τὸ λῶρον, ἢ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ κυκλοῖ τὸν βασιλικὸν τράχηλον. Hic exclamat Laurentius Valla: *Superhumerale ais eſſe lorum, nec quid ſit lorum tenes. Non enim cingulum ex corio factum, quod dicitur* *De Donat. Conſtant.* *Lorum, ſentis circundari pro ornamento Cæſaris collo: hinc eſt quòd habenas & verbera vocamus lora. Quod ſi quando dicantur lora aurea, non niſi de habenis, quæ auratæ collo equi aut alterius pecudis circundari aſſolent, intelligi poteſt, quæ te res, ut mea fert opinio, f[…]llit: & quùm lorum circundare collo Cæſaris atque Silveſtri vis, de homine, de Imperatore, de ſummo Pontifice equum aut aſinum aut canem facis.* Ita nugantur plerumque puræ Latinitatis ac veteris ſcientiſſimi, dum in inferioris ætatis Scriptorum ſalebras & quiſquilias incidunt. Sed indulgendum viro alioquin doctiſſimo, qui nec quid eſſet *bannum*, vel *lorum* in hac donatione ignoraſſe debuit, cùm totam vitam terendis melioribus libris inſumpſiſſet. Perperam verò *lorum* in Gr. diſtinguitur à *ſuperhumerali*, quod unum idemque eſſe conſtat, ſatiſque firmat Anaſtaſius. Scio pallii uſum ſummis aliiſque Pontificibus adſcribi longè *Anaſtaſ. in Marco.* ante Silveſtri, atque adeo Conſtantini M. ætatem: cum Anaſtaſius ſcribat Marcum PP. conſtituiſſe *ut Epiſcopus Oſtienſis qui conſecrat Epiſcopum Urbis, pallio uteretur, & ab eodem Epiſcopo urbis Romæ conſecraretur.* Sed & auctor Ceremonialis Romani, quem Chriſto- *Ceremon. Rom. l. 1. ſect. 10.* phorum Marcellum quidam nominant, ab ipſo Lino ejus uſum ac originem auſpicatur. Extat porro hujuſce ornamenti Imperatorii nomenclaturæ veſtigium inſigne apud

Leonem Grammaticum in Baſilio; ἐνθρονίζεται καὶ ἐγκαινίζεται ἡ ἐκκλησία, ἣν ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκαλλώπισε κόσμῳ πολλῷ, παρὰ Φωτίου Πατριάρχου, τοῦ βασιλέως ἐν τῷ αὐτῆς ἐγκαινισμῷ λῶρον φορέσαντος, καὶ χρήματα πολλὰ δόντος, *Dedicatur Eccleſia quam excitavit Imperator, ornatuque plurimo decoravit, à Photio Patriarcha, Imperatore in ejus dedicatione lorum ferente, & multas pecunias eroganie.* Eſt igitur *lorum*, quod poſtea *Palium* dictum eſt, quod Conſulum & Imperatorum geſtamen ac habitus primum fuit. Græci ὠμοφόριον appellavere, Latini *ſuperhumerale*, quia ad humeros circumvolveretur, collumque ambiret: unde τὸ κυκλοῦν τὸν τράχηλον ὠμοφόριον Mathæo Blaſtari, ὃ κύκλῳ περὶ τοὺς ὤμους ἔμπροσθέν τε καὶ ὄπισθεν περιβάλλεται, ut habet Symeon Theſſalonicenſis, & περιτραχήλιον dicitur Germano Patriarchæ Conſtantinopolitano. Proinde ea appellatio indita Conſularibus ac Pontificiis iſtis ornamentis, quòd hæc ætas veſtium ſegmenta *lora* appellaret, ipſaſque veſtes uno, duobus, tribus aut quinque ſegmentis diſtinctas, *monolores, dilores, trilores*, & *pentilores*, ut Vopiſcus, quæ univerſim ἱμάτια λωρωτὰ vocat Achmes.

Leo Gram. in Baſilio p. 472. Germ. Hiſt. Eccl. Symeon Theſſalon. de Templo. Vopiſc. in Aureliano. Achmes c. 220.

VII. PALLIUM.

Simile porro Conſulari loro eſſe pallium Pontificium ultrò fatebitur, qui pallii Sancti Gregorii M. Papæ deſcriptionem apud Joannem Diaconum in ejus Vita attentius expenderit. Ita enim effingitur, ut haud ferè diverſum fuiſſe à Conſulari loro prorſus evincatur: *Pallio*, inquit, *mediocri, à dextro videlicet humero ſub pectore ſuper ſtomachum circulatim deducto: deinde ſurſum per ſiniſtrum humerum poſt tergum depoſito, cujus pars altera ſuper eundem humerum veniens, propriâ rectitudine, non per medium corporis, ſed ex latere pendet*. Ex quâ deſcriptione colligit Angelus Rocca hanc minimè convenire poſſe Gregorii imagini, quæ in ædiculâ S. Andreæ Romæ conſpicitur; cujuſmodi etiam ſimiles omnino Pontificum Romanorum complures effigies in ſacris ejuſdem civitatis ædibus haberi auctor eſt, in quâ quidem imagine pallium Gregorii more Latino factum reperitur. Unde colligit, pallium Gregorianum ejus fuiſſe formæ, quâ Græcorum Pontificum fuit: hi enim, inquit, pro pallio faſciam quamdam ſeu zonam, latiorem ſane ac longiorem quàm ſtolam, ſed inſtar ſtolæ collo imponunt: dextra tamen ejus pars multò eſt longior, & ad terram uſque defluit, cujus pars major per ſiniſtrum humerum poſt tergum rejicitur, ita verò ut crux una à tergo maneat, altera ad dextram, tertia ad ſiniſtram appareat, quarta verò ad eam pallii partem, quæ ab humero ſiniſtro pendet. Sed & alio loco pallii materiam deſcribit idem Joannes Diaconus: *Pallium ejus byſſo candente contextum nullis fuiſſe cernitur acculeis (aculeis) perforatum, ſicut vetuſtiſſimis Muſis, vel picturis oſtenditur.* Græcorum Homophorium ex lanâ, non ex lino contextum fuiſſe ſcribit Iſidorus Peluſiota. Enimvero ad terram defluxiſſe Patriarchale ὠμοφόριον ſatis innuit Zonaras in Copronymo, dum illud Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani ab Anaſtaſio quodam inter eundum calcatum ſcribit. In hoc tamen differt Conſulare lorum in Diptychis expreſſum à Pallio Pontificio, quod non modò collum lorum amplectatur, & ad pedes antè defluat, ſed etiam à dextro latere circa umbilicum tranſverſum agatur, lævâque manu extrema ejus ora ſuſtentetur: pallium verò Pontificium etſi interdum antè & retro ad pedes defluit, interdum etiam pars anterior lævâ ſuſtentatur Pontificis, ut videre eſt in veteribus tabellis Græcanicis, quas ad illuſtrationem Hiſtoriæ Byzantinæ pridem delineari curavimus. Pallium id genus Conſularis ornamenti appellatum nemo fortean mirabitur, qui Conſulum, in Diptychis, lorum inſpexerit, quod ſat latitudinis videtur habere, præſertim ubi genua ambit, ut pallii appellatione donari potuerit: cùm veſtem interiorem totum ferè involvat & ambiat. Et ſanè labente ſæculo apud Græcos Byzantinos id nominis habuit: μανδύας enim dixerunt Imperatorium iſtum ornatum qui humeros & ſcapulas ambit, in *Rochi* ſeu *Rocheti* Epiſcopalis formam, ut obſervat Gretzerus ad Codinum: ex quo ſtolæ noſtratis ſpecies quædam antè defluit, ipſi *Rocho* adjuncta. Ῥοῦχον enim ad genua uſque deſcendiſſe auctor eſt idem Codinus: quo ſpectant iſta ex Gloſſario MS. Regio: μανδύας, εἶδος ἱματίου, ὅπερ καλεῖται λωρίκιον. Niſi vox poſtrema non λῶρον, ſed ἐπιλωρίκιον, ſagum ſcilicet militare hoc loco ſignificet, ut apud Leonem in Tacticis, & alios: tametſi ἐπιλωρίκιον civilibus etiam magiſtratibus non ſemel adſcribat idem Codinus.

Io. Diacon. l. 4. cap. 84. Id. c. 80. Iſid. lib. 1. epiſt. 136. Zonar. Leo Imp. Orac. 16. p. 273. l. 3. c. 14. Codin. l. 14. n. 3. Cod. 1673. Leon. Tact. cap. 6. n. 26.

VIII. LORA CONSULARIUM FEMINARUM.

Id quoque obſervatione non indignum prorſus exiſtimo, quod non Conſules duntaxat, ſed & *Conſulares feminas*, uti ab Ulpiano Conſulum uxores vocantur, eodem ac ſimili penè perinde habitu uſas, quo conjuges, colligere ſit ex iconiſmo, qui in vetuſtiſſimo Dioſcoridis codice ſcripto habetur in Bibliothecâ Cæſareâ, uti à Petro Lambecio ejuſdem curatore doctiſſimo deſcribitur: ubi Μεγαλοψυχία & Φρόνησις habitu muliebri illuſtriſſimæ Julianæ, cujus nomen ibi exaratum legitur, aſſident: ipſa verò, faſciâ illâ ampliori collum & humeros amplectente, & pectus attingente, exornata conſpicitur, in hoc à Conſulari faſciâ diverſâ, quòd iſta muliebris ſiniſtro brachio non aptetur. Faſciæ colorem non diſtinxit idem Lambecius, contentus obſervaſſe *in medio octogono ſedere in throno duabus aquilis ſuffulto, feminam diademate regio, veſtituque partim aureo, partim cæruleo, & calceis rubris, inſtar Imperatricis Conſtantinopolitanæ exorna-*

l. 1. D. de Senator. Lambec. l. 2. Comm. de Cæſareâ Bibl. c. 8.

Juſt. Nov. 105. cap. 2. *tam.* Certè ex novellâ Juſtiniani, Conſulum uxores, quæ *συγκλάμπουσι ταῖς τῶν συνοικούντων ἀκτῖσι*, *radiis maritorum coruſcant*, eodem quo ii *ſchemate*, id eſt, ornatu donatas licet colligere. Ubi Julianus Antecesſor, quod Juſtinianus *σχῆμα*, *honorem* vocat *Con-* *Julian. Antec. Conſt. 98.* *ſularia dignitatis*, & *maritales infulas*. Fuit autem Juliana, filia, ut rectè conjicit idem Lambecius, Olybrii Auguſti ex Valentiniani III. filia Placidiâ, & Areobindæ Conſulis *V. Tabell. 2.* uxor.

Lora Imperatorum Occidentis.

Eidem muliebri Julianæ loro propemodum ſimile videtur illud quo uſi ſunt Occidentales Imperatores. Extat ſiquidem in Codice Auguſtano libri Friderici II. Imperatoris *de Arte venandi per aves rapaces*, icon ejuſdem Imperatoris ſedentis cum paludamento togæ ſuperinjecto, dextrâ ſceptrum liliatum tenentis. Supra togam verò pendet à collo faſcia latior, gemmis & lapillis diſtincta, ad pedes, quæ balteo quodam ejuſdem ferme latitudinis circa pectus conſtringitur, quem *faſciam pectoralem*, ſeu *στηθοδέσμιον* poſſumus appellare, ut eſt in vett. Gloſſis. Figuram exhibuit Editor, qui putat eſſe Manfredi Regis Siciliæ, qui additamenta quædam parentis libro adjecit, hoc argumento, quod imberbis ſit, cùm aliæ ejuſdem Imperatoris barbatæ, inquit, conſpiciantur. Nos verò non tam Regium quàm Imperatorium eſſe ornamentum omnino cenſuerimus, quamquam Regum etiam fuiſſe ſatis evincunt quæ Petrus IV. Rex Aragonum de ſui ipſius veſtibus Regiis ſcribit: ait enim iis ſuperfuſam ſtolam quæ etiam pectus ambiebat, hiſce verbis Catalanicis: *è apres una Dalmatica de drap vermell biſto-*
L. 3. c. 16. 33. *rias ab obres d'aur & ab fullatges: mas noi avia perles, ne altres obres, perço que ſe apparella cuytadament: & daqueſt drap mateich una eſtola, que comença en lo muſcle eſquerra, & traverſa al coſtat dret, & puis er acincta entorn, e eren egualats los caps de la eſtola, e un maniples, & calces deldit drap ſens ſabates, &c.*

IX. Forma Pallii Pontificii.

Ut porrò procedente tempore Pontificium pallium, apud Latinos præſertim, non faſcia fuit libera ac ſponte defluens, collumque circundans, ſed ad majorem ſacra facientium Pontificum commoditatem ita aptata, connexa, ac conſuta, ut formam ſuam antiquam ſervaret, tribus acubus vel aciculis, quas & *ſpinas* aut *ſpinulas* vocabant, caſulæ defixa, in anteriori & poſteriori parte, & ad humerum ſiniſtrum· in dextra enim acus non figitur: ita à Græcis Auguſtis *lorum*, quod primitus liberum fuit, ſimplexque faſcia collo ac corpori circumfuſa, poſtmodum ad majorem etiam commoditatem ſuperiori veſti, quam, ut diximus, *μανδύαν* ſeu *ῥοῦχον* nuncupabant, aſſutum eſt: ita tamen ut lori veteris formam quadantenus ſervaret. Id ſanè omnino deprehendere eſt in Michaelis & Manuelis Palæologi Imperatorum figuris, quas delineari curavimus: in quibus non modò neſcio quis ornatus collum ambiens deſcribitur, ex quo ſtolæ ſeu largioris faſciæ ſpecies antè defluit: umbilicum verò circuncingit faſcia alia latior margaritis & lapillis adornata, cum limbo ex opere Phrygio, unionibus perinde ac lapillis pretioſis diſtincto, ubique faſciam ambiente, cujus pars extrema ſiniſtro Impe-
Codin. de Off. c. 6. n. 34. ratoris brachio ſuſtentatur, ab eo, ut Conſulare lorum, pendula. Id genus Imperatorii ornamenti *διάδημα* appellavit ætas poſterior, quemadmodum tradit Codinus, ut quod veſtes cæteras conſtringat.

X. Stolæ Sacerdotum.

Neque fortean aliunde ſtolas ſuas accepere Chriſtiani Sacerdotes, Regiis nempe ornamentis & indumentis donati ſubinde à Principibus: cùm & Theodoſii junioris nummi aliquot à nobis deſcripti Imperatorem eundem Conſulem ſimili ſtolâ ad pectus decuſſatâ repræſentent; ut & vetus tabella Græcanica Michaelem & Gabrielem Archangelos, loro quidem auguſtali decoratos, ſed ad pectus decuſſato, illud etiam ambiente, & ad ſiniſtram reflexo: quomodo denique Imperator Conſtantinopolitanus effingitur in Leonis Imperatoris Oraculis: adeo ut inde colligere liceat ſtolam iſtam aliud
Leo Orac. 14. 16. non eſſe, quàm ſuccinctorium, cujus ſuprà meminimus. Quinetiam Stola interdum nuncupatur ipſum Archiepiſcopale pallium: quod vulgò dicitur eſſe *ornamentum ad*
Silveſter in Summâ. *modum ſtolæ ſacerdotalis, crucibus intextum, ſuper alia ornamenta delatum, humeros ad inſtar coronæ pectuſque circundans, antè dependens.* Sanè *ſtolæ* nomine pallium exertè donant Eadmerus, ubi de S. Anſelmo Archiepiſcopo Cantuarienſi, Alexander II. PP. in Epiſtolâ ad Hugonem Archiepiſcopum Rotomagenſem, & Landulfus de S. Paulo, locis in Gloſſario noſtro deſcriptis. Collum verò, perinde ac pallium, circundat ſtola *ad interiora deſcendens*, inquit Stephanus Eduenſis, decuſſatimque ſtringitur, ut Conſula-
Themiſt. orat. 11. extr. ris faſcia, quam fortaſſis *ἱερὰν στολὴν* vocat Themiſtius. Nec ſcio an ſtola ſacerdotalis, ut Conſularis, pectus olim amplexa ſit, ſiniſtro brachio circumfuſa, uti in veteribus tabellis Græcanicis homephorium Epiſcoporum interdum delatum obſervavimus, cum
Jacob. l. 2. c. 1. id teſtari videatur Manipulus, qui ſiniſtrum Sacerdotis brachium cingit, ita ut pars ſtolæ olim fuerit, & ab ea poſtea reſecta, ad majorem ſacra facientium Sacerdotum
Chryſ. hom. de Filio prodigo. commoditatem. Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII. PP.

— *Cubitum lævum cingitque maniplus.*

Euchol. p. 254.

Hiſce omnibus addendum inſuper, Diaconos, apud Græcos, ſtolam, (quam in humero ſiniſtro pro more recepto geſtant, ut docent Chryſoſtomus, Euchologium

Digitized by Google

Græcorum, & vetus tabella Græcanica, quam hîc deſcribi curavimus, in qua effictus eſt Sanctus Stephanus, præterea Georgii Pachymeris effigies, quam ex codice MS. Auguſtano ejuſdem hiſtoriæ deſcripſit Wolphius) cùm communicaturi erant, ζωνοειδῶς præcingere antè & retro, ita tamen ut pectus ambiat, formâ haud omnino diverſâ ab eâ quâ *lorum* geſtari diximus, ut videre eſt in tabellâ, quam delineavit vir eruditiſſimus Jacobus Goarus.

Tabella 10.
P. 147.
P. 254.

XI. CONSULARE SCEPTRUM.

De ſceptro eburneo, vel aureo, dignitatis Conſularis perinde in nummis ſymbolo, nihil eſt quod hîc dicamus, cùm obvia ſint quæ in hanc rem conferri poſſunt; præſtat tantum monere in Conſulis Anaſtaſii ſceptro, quod habetur in Diptycho Leodienſi, aquilam corollâ laureâ ambiri & includi, cui trina virorum capita imminent. In Bituricenſi aquila alis expanſis circulum vel orbem amplectitur, in quo viri, Imperatoris fortè, effigies delineatur. Addo denique Imperatorum numiſmata Conſularia videri, quotquot ejuſmodi ſceptro in iis conſpicui ſunt: in quibus eſt Medallio æreus Licinii, in Gazophylacio Canonicorum Regularium S. Genovefæ Pariſienſis, cum inſcriptione in averſâ parte, JOVI CONSERVATORI, in quo palmatâ indutus conſpicitur idem Auguſtus. Verum deſiit ſenſim geſtamen iſtud Conſulare, primuſque Phocas Imperator pro ſceptro aquiligero crucem aſſumpſit, ut ex nummis ejus docemur, in quibus Conſulari habitu effingitur, & cum volumine: quod cæteri ferè deinceps Auguſti uſurpavere: tametſi poſtmodum idem ſceptrum geſtaſſe Philippicum Imperatorem ejus oſtendant nummi.

Vide P. Fabrum ad l. 2. de Orig. Juris, Demſter. & al.

Aquila Imperii ſymbolum.

Hîc porro diſquirendum videtur, an ab ejuſmodi Conſularibus Imperatorum ſceptris, an verò à Romanorum veterum militaribus aquiligeris ſignis, in utriuſque Imperii ſymbolum, ſeu, uti vocant, armorum inſignia, aquila transierit: quando etiam effecta biceps, & an revera apud Conſtantinopolitanos armorum ſeu inſignium uſus, ſaltem ſub extrema tempora, obtinuerit: cum ad numiſmatum Byzantinorum hiſtoriam id prorſus pertineat, in quibus aquila interdum conſpicitur, uti mox indicabimus. Aquilam pro regiæ ac ſupremæ dignitatis ſymbolo fere ſemper habitam palam eſt. Scribit Fulgentius in præliis aquilam auream in ſignis bellicis ſibi feciſſe Jovem, hincque finxiſſe Poëtas ejuſce avis miniſterio rapuiſſe Ganymedem; atque ideo fortaſſis Scholiaſtes Cæſaris Germanici ad Arati Phænomena aquilam *ſignum Jovis* appellavit: ut de eâ longe antea dixerat Theocritus, Διὸς αἰετὸς αἴσιος Ζηνός τοῦ τόδε σῆμα. Aiunt porrò Jovem ſibi hanc potiſſimùm avem delegiſſe, quòd dum adhuc in cunis eſſet in Cretâ inſulâ, nectar eidem quotidie deferret aquila ex ſcopulis, ut ex oceano ambroſiam columbæ: vel, ut alii volunt, quòd felici aquilæ advolantis augurio victoriam contra Titanas eſſet conſecutus: vel ſanè quòd aquila ζῶον βασιλικὸν, *animal regium* ſit, uti appellatur ab Æſchyli Scholiaſte, & ſupremi Imperii, quod in Jove finxere Gentiles, ut eſt apud Dionyſium Areopagitam, ſymbolum fuerit. Hinc Clearchus Heracleenſis Tyrannus, cùm ſe ab ipſo Jove prodiiſſe populis vellet perſuadere, aquilam, tanquam divinorum iſtorum natalium præcipuum argumentum, ſibi præferri voluit. Scribunt alii Perſarum Reges aquilam haſtæ longiori impoſitam, vexilli loco in præliis extuliſſe: atque inde Æſchylum non alio Xerxem Perſarum Regem, quàm αἰετοῦ nomine indigitaſſe. Sed & Oſeas Propheta, de Nabuzardano Perſarum Regis, (quem nudo Regis nomine ſemper intelligit Scriptura ſacra) Legato ac Duce verba faciens, hunc aquilæ comparat.

Fulgent. lib. 1. Myth. p. 133.
Cæſar Germ. ad Arati Phænom. p. 127.
Theocrit. id. 17. v. 72.
Maro Byzant. apud Athen. l. 11.
Lactant. l. 1.
Fulgent.
Iſid. l. 8. Orig. c. 3.
Schol. Æſchyli p. 61. 135.
Memnon.
Plut. lib. 2. de fort. Alex.
Juſtin. l. 16.
Xenoph. l. 7. Cyrop. Philoſtr. in Hero.
Æſch. in Perſis p. 135.
Oſeas c. 8.

Aquila Romanorum.

Aquilam porrò à Perſis accepiſſe Romanos, nolim pro certo ſtatuere: cùm ab ipſis Reipublicæ primordiis inter præcipua ſupremæ dignitatis inſignia ſemper habita ſit: tradatque Dionyſius Halicarnaſſæus hanc à Tuſcis habuiſſe Romanos: quibus poſt inita pacis fœdera Regum ſuorum ornatus præcipuos miſere, quos inter fuit ſceptrum eburneum aquilâ inſignitum, quod Romani Conſules ſervavere deinceps tanquam præcipuum dignitatis ſuæ argumentum. Atque exinde aquila in ſignis militaribus præcipuum etiam fuit, unicumque ferè, ex quo Marius, bello contra Cimbros, cæteris, quibus hactenus uſi erant in præliis Romani, abrogatis, ſolam aquilam retinuit: quæ quidem aurea erat, quomodo poſtea depicta eſt in Imperatorum Byzantinorum inſignibus, & in ſacrario perinde aureo ſolebat aſſervari.

Dion. Halic. l. 3.
Stewech. ad Veget. l. 1. c. 23. l. 2. c. 6.
Lipſius ad Tacit.

Aquila biceps quando invecta.

Quando verò biceps aquila invecta fuerit, non planum eſt aſſequi, cùm nec in Imperatorum vel Conſulum nummis, nec in cæteris rei antiquariæ monumentis uſpiam occurrat, præterquam in columnâ Trajani, Romæ, in quâ militis clypeo inſcripta viſitur. Sed priores Byzantinos Imperatores bicipitem aquilam, aut in ſceptris Conſularibus, aut veſtibus adtextam detuliſſe nondum advertimus. Scribit Guillelmus Apulienſis, Romanum Diogenem, eo prælio quo à Turcis cæſus eſt, agnitum ab iis ex aquilâ aureâ loricæ intextâ, ſed an bicipiti, non indicat:

Indiciū aquilæ, quòd plus dabat omnibus armis
Aurea conſpicuum lorica innixa nitorem,
Græcorum dominus cognoſcitur.

Lipſius in Analect. ad milit. Rom. p. 18.
Lib. 1. de Geſt. Norm. p. 23.

Florus lib. 4. c. 12.
Tacit. lib. 1.

Quidam Germanos bicipitem aquilam ſibi adrogaſſe exiſtimant, ex quo in clade Varianâ, ſigna Romanorum, & aquilæ duæ in eorum venére poteſtatem: tertiâ à ſignifero, priuſquam in manus hoſtium veniret, in cruentâ palude demerſâ, ut ait Florus: quas quidem binas aquilas diis patriis in lucis ii ſuſpenderint. Ulricus Huttenus:

In Carmine de German. non degenere.

> *Vindice ut Arminio, celeris prope rura Viſurgis,*
> *Romanas acies miro Germania metu,*
> *Quintiliumque ducem conciderit, unde biroſtra*
> *Contigerint aquilæ, traducti inſignia regni,*
> *Excuſſumque jugum, non tantùm hæc tempora noſſent.*

In Cæſarib.
Bellarm. de tranſlat. Imper. Rom. lib. 1. c. 7. §. 2.

Non enim biceps eſt aquila, ſubdit Cuſpinianus, *ut imperitum vulgus credit: ſed duæ ſimul, quarum altera alteram expanſis alis obtegit, &c.* Sed hanc ſententiam, cui adſtipulatur Flavius Illyricus, jure exagitat Cardinalis Bellarminus, qui non duas aquilas in inſignibus Imperatores gerere, ſed unam diviſam in duo capita, ejúſque rei cauſam eſſe, *quòd Imperium eſſet inter duos Principes diviſum, quorum alter in Occidente, alter in Oriente ſedem habebat.* Cui quidem Bellarmini ſententiæ conſentanea ſunt, quæ habet Joannes Georgius Triſſinus Poëta Italicus lib. 2. de Italiâ à Gothis liberatâ:

Lib. 2. della Italia liberata da Gothi.

> *Il grande Imperio, ch'era un corpo ſolo,*
> *Havea due capi, un ne l'antica Roma,*
> *Che reggeva i paëſi Occidentali,*
> *E l'altro ne la nuova, che dal volgo*
> *S'appella la citta di Conſtantino.*
> *Queſta era capo a tutto l'Oriente;*
> *Onde l'aquila d'oro in campo roſſo,*
> *Inſegna Imperial poi ſi dipinſe,*
> *Et ſi dipinge con due teſte anchora.*

Tabella 6.

Sed hæ recentiorum conjecturæ ingenii potiùs acumine quàm ipſâ nituntur rei veritate, cùm biceps aquila longè recentior videatur, præſertim apud Byzantinos: utpote quæ uniceps in inſignibus gentilitiis Palæologorum Monferratenſium deſcripta ſit, quâ Imperium Conſtantinopolitanum deſignatur; deinde in effigie Conſtantini Palæologi, Michaelis Imperatoris filii, quam initio hujus Diſſertationis deſcribimus, pallium aquilis cum unico capite inſperſum conſpiciatur. Præterea in prioris Theodori Laſcaris, ejuſdemque Michaelis Palæologi, Imperatorum, nummis, quos exhibuit Octavius Strada, ſi tamen genuini ſunt, pulvilli quibus pedes inſiſtunt, ejuſmodi aquilis inſperguntur. Ita pariter in Michaelis Palæologi Imperatoris pedibus ſubſtrato pulvillo ad utrumque latus uniceps effingitur aquila: in Andronici verò ad ſiniſtrum duntaxat, in iis ſcilicet eorumdem Auguſtorum imaginibus, quas ex codice Auguſtano hiſtoriæ Georgii Pachymeris, Nicephoro Gregoræ præmiſit Hieronymus Wolphius.

Aquila biceps deſcripta in nummis Byzantinis.
Phranz. l. 2. c. 14. p. 133.
Bulıald. in Not. ad Ducam c. 37.

Idem tamen Octavius Strada Theodori Laſcaris junioris nummum alium deſcribit, in quo pulvillus aquilis bicipitibus exornatur: quomodo etiam effingitur à Wolphio ex eodem codice Auguſtano. Sed & Georgius Phranzes ſolennem apparatum, quo Venetiis exceptus eſt Joannes Palæologus Imperator, deſcribens, ait nautarum, qui navem, quâ ille vehebatur, ducebant, pileos bicipitibus aquilis fuiſſe exornatos: & in ipſius navigii puppi, binos exaratos leones, hoſque inter aquilam bicipitem effictam. Teſtatur denique vir eruditiſſimus Iſmael Bulialdus etiamnum in eo Palatio, quod Conſtantini nomen ſervat, complura ſpectari ſcuta cum aquilâ bicipiti. Sed quod in eo quod binas haſce literas Π A præfert, feſtum Paſchatis deſignari putat, vix viro doctiſſimo aſſentiar, cùm longè potiùs Palæologi nominis prima elementa videantur continere. Verùm, (quod omnem adimit controverſiam) habemus præ manibus Epiſtolam Demetrii Palæologi Deſpotæ ad Carolum VI. Francorum Regem, quam ſuo loco damus, cui adtextum eſt ſigillum cereum papyro ſuperfuſum, in quo biceps aquila cum binis corollis effingitur: quæ quidem Deſpotæ inſignia hiſce verbis deſcribuntur in MS. *Provinciali*, uti vocant, ſub Carolo VII. exarato: *Le Roi Depos de Roumenie, de gueules à l'aigle d'or à deux teſtes abecquié & ampieté de ſenais.* Habentur etiam in eodem codice armorum inſignia Imperatoris Conſtantinopolitani: *Le Roy de Rommenie, de gueules à trois* (leg. *quatre*) *lettres qu'on appelle B. d'or.* alio loco: *L'Empereur de Conſtantignoble porte de gueules à quatre ſuſils* (leg. *fuſils*) *d'or.* Deſcribuntur etiam inſignia Imperatoris Trapezuntini: *L'Empereur de Trapezonde, d'argent à quatre faices de ſable, au quartier de Conſtantinoble.* Ex quibus primò colligitur familiarum Auguſtarum inſignia hîc deſcribi, Palæologæ ſcilicet, & Comnenæ: non verò Imperii Orientalis, quæ aquilâ aureâ bicipiti in campo rubeo conſtabant: deinde eos qui nigras tres campanulas Comnenis adſcribunt pro inſignibus, vix fidem mereri, cùm potior haberi debeat Scriptori horum Auguſtorum coævo. Denique obſervationem meretur, quòd Demetrius Palæologus non familiæ, ſed Imperii inſignibus uſus ſit: quaſi *aquila* pro-

Ughell. in Epiſc. Croton. n. 45.

ſuerint Deſpotarum, quibus etiam horum veſtes, pilei, ac cothurni interſtinguebantur, ut auctor eſt Codinus. Ex his igitur videtur omnino confici Byzantinos ævi *De Off. c. 5.* poſterioris Auguſtos bicipitem detuliſſe aquilam: uſoſque perinde ac cæteras nationes, armorum inſignibus. Quod ultimum firmat præterea Joannes Cantacuzenus, quo loco *Cantac. l. 2. c. 12.* navalem Andronici Palæologi Imperatoris ad Chieniem expeditionem proficiſcentis apparatum commemorat: ἦν τε ἅμιλλα πολλὴ τοῖς τριηράρχαις, ἑκάστου φιλοτιμηθέντος πολυτελείᾳ καὶ λαμπρότητι παρασκευῆς τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλεσθαι, καὶ τά τε ἄλλα ἐξηρτύοντο πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον, καὶ τὰ πληρώματα ἐκόσμουν ἰδίοις παρασήμοις, ὅτι ὅπλοις καὶ ἀσπίσιν· ἦσαν γὰρ οὐ τυχόντων, ἀλλὰ τῶν τε εὐγενῶν καὶ μεγάλα δυναμένων. *Tum non levis hierarchis contentio incidit, dum quilibet cæteros ſumptuoſo ſplendidoque apparatu ſuperare nititur, & cùm alia magnificè inſtruit, tum claſſiariorum arma, & clypeos ſuis inſignibus exornat; nec enim de infimâ plebe, ſed viri nobiles & admodum copioſi erant.* Quibus quidem verbis bellè deſcribit eam majorum clypeorum ſeriem, quæ in navium marginibus exponi ſolebat, noſtriſque *Paveſade* appellatur, ut ad Villharduinum olim monuimus. Quando verò inſignium uſus apud Byzantinos cœperit, vix definiri poteſt; tametſi id planè conſtet, à Latinis hunc mutuatos, æquè etiam ac Sultanos ſeu Saracenicos & Turcicos Principes, quorum arma ac inſignia in antiquis Provincialibus exarantur.

Neque proclivius eſt divinare quando Occidentales Auguſti nigram aquilam pro *Aquila Occidentalis Imperii.* Imperii inſigni uſurparunt. Quis enim ſupini adeo ingenii eſt, ut præſtet fidem nuperis Scriptoribus hac de re nugas vendentibus, atque adeo ipſum Joannem Villaneum audiat, ſcribentem Julium Cæſarem auream detuliſſe, Auguſtum & ſucceſſores ni- *Jo. Villan. l. 1. c. 40.* gram, tandemque Conſtantinum Magnum bicipitem auream in ſcuto rubeo detuliſſe? Quis eidem Villaneo, Chaſſaneo, & aliquot aliis aſſenſum præbeat, nullo vade, *l. 4. c. 3.* tradentibus Carolum Magnum detuliſſe pro inſignibus ſcutum bipartitum, parte altre- *Chaſſan. concl. 17.* râ dimidiatâ aquilâ nigrâ in campo aureo, alterâ liliis aureis in campo cæruleo effictis? Quis denique Miramontii frontem patiatur, affirmantis hæcce inſignia *Miramont. de Cancellar. p. 29.* præferre veteres tabulas Caroli Magni, Ludovici Pii, & Caroli Calvi: quaſi non longè alia ſint horum Auguſtorum cerea & aurea ſigilla, in quibus ipſorum thoracidæ effinguntur? Quis Andreæ Fauyno & Varennæo credat, ſcribentibus Carolum *Fauyn, le Roy d'armes.* Magnum detuliſſe pro inſignibus auream aquilam in campo cæruleo: nigram verò in campo aureo tum primùm uſurpatam ab Ottone, qui Saxoniæ Ducum, à quibus ortum ducebat, inſignium colores ſervare voluerit? Aquilam ſanè ſignum & vexillum fuiſſe Imperii Occidentalis, Friderico I. imperante, teſtatur Guntherus lib. 7. Ligurini:

> *At qua Cæſarea, ſignum Latiale, cohortis*
> *Regia fulget avis, magnorum denſa virorum*
> *Agmina, ceu magni glomeravit viſcera regni.*

At de aquilæ colore nigro poſt Saxonicos Auguſtos, verumne id ſit, dubium facit Rigordus, quo loco deſcribit Ottonis Imperatoris in Prælio Bovinenſi vexillum: *Ab oppoſitâ*, inquit, *parte ſtabat Otto in medio agminis confertiſſimi, qui ſibi pro vexillo erexerat aquilam deauratam ſuper draconem pendentem in perticâ oblongâ erectâ in quadrigâ.* Ubi *draco* idem valet quod pannus oblongior, in quo depicta erat aquila aurea: nam *dracones* vexilla ferè omnia Scriptores appellaſſe in Gloſſario docuimus; tametſi Willelmus Brito veram draconis effigiem fuiſſe ſcribat: *Rigordus in Phil. Aug. an. 1215.* *Lib. 11.*

> *Erigit in carro palum, paloque draconem*
> *Implicat, & procul hinc atque inde videri,*
> *Hauriat ut ventos caudâ tumefactus & alis,*
> *Dentibus horreſcens, rictuſque patentis hiatu,*
> *Quem ſuperauratâ volucer Jovis imminet alâ,*
> *Tota ſuper fines, cujus nitet aurea, ſolis.*
> *Æmula, quo jactat plus ſe ſplendoris habere.*

At Chronicon Flandrenſe, draconis figuræ non meminit: *Il y avoit au milieu du char une attache de vingt pieds de haut, & y avoit deſſus un aigle doré, de moult riche ouvrage: & avoit les aiſles eſtendues bien longues, & reluiſoit ſi fort, qu'à peine on le pouvoit regarder.* *Chr. Flandr. c. 15.* Ex quibus ſanè colligi videtur poſſe, aquilam non intextam panno alicui, ſed ſculptorio opere effictam fuiſſe. Fatendum tamen non inde planè evinci, aquilam Occidentalium Auguſtorum fuiſſe auream in armorum inſignibus, licèt ejuſmodi fuerit in eorum vexillis, quod maximè docet Philippus *Mouskes* in Hiſt. Francorum MS. de Ottonis Imp. in Prælio Bovinenſi clypeo:

> *Quar il porte, ce n'eſt pas fable,*
> *L'eſcut d'or à l'aigle de ſable.*

Præterea idem Chronicon Flandrenſe, ubi de Henrico VII. Luxemburgenſi: *Et fut monté ſur un grand deſtrier, & avoit veſtu un ternicle d'or* (tunicam auream) *à l'aigle noir, — & un Chevalier chevauchoit devant lui portant une lance en un bichot de ſa ſelle:* *Cap. 51.*

& par deſſus avoit un aigle d'or, qui les ailes avoit ouvertes, & ſuivoit les bannieres, &c. Sed ex hiſce ſuprà allatis patet omnino nondum eâ tempeſtate uſurpatam ab Occidentalibus bicipitem aquilam: proindeque in controverſiam vocari poſſe, an Juriſconſultum Marianum Socinum jure refellat Carolus Molineus, ſcribentem Occidentales Imperatores bipartita inſignia detuliſſe, in quorum parte alterâ dimidia aquila, in alterâ familiæ inſignia deſcripta erant, uſque ad Sigiſmundum Imperatorem: qui cùm Orientalium Auguſtorum videret inclinare poteſtatem, Saracenis ac Turcis undique eorum provincias invadentibus, primus aquilam integram ac bicipitem in inſignibus adſcripſerit, quod nec facere auſus fuerat Carolus Magnus quantumvis potens ac bellicoſus, ne Græcos irritaret. Huicce Socini de Sigiſmundi Imperatoris aquilæ bicipitis uſurpatione ſententiæ favere videtur lemma adſcriptum ejuſdem Auguſti ſigillo cereo, uti deſcribitur à Marquardo Frehero: ait enim in averſâ parte circa aquilam hoſce verſiculos, neſcio quid *μυστηριώδης* ſonantes legi: AQUILA EZECHIELIS, SPONTE MISSA EST DE CELIS, VOLAT IPSA SINE META, QUO NEC VATES NEC PROPHETA EVOLAVIT ALTIUS. Ex quibus ſanè verſibus ſatis apparet Imperatoriam Occidentalium dignitatem, ſe demum imperante, ad ſummum decus & gloriæ culmen evectam innuere voluiſſe Sigiſmundum. Sed erudito Scriptori gratiam aliam haberemus, ſi an biceps iſta fuerit aquila, nobis indicaſſet. Deſcribit idem Freherus, ſigillum aureum Caroli IV. Imp. Sigiſmundi parentis, adfixum diplomati, quod ille de electione Imperii exaravit, & vulgò *Auream bullam* vocant; in quo Imperator coronatus ſedet in throno, ad cujus latera habentur bina ſcuta, in quorum altero aquila, in altero leo effinguntur. Ejuſdem Imperatoris ſimile ſigillum effictum habetur apud Nicolaum Zylleſium, ubi aquila cum unico capite exhibetur, cum hac inſcriptione, CAROLUS DEI GRACIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUSTUS ET BOHEMIAE REX. Verum cur nigra aquila ab Occidentalibus Auguſtis uſurpata ſit, hactenus incompertum, niſi eo colore effictam dicamus, quòd is revera ſit aquilæ melioris color, quam *ἀετὸν μελανάετον* & *μελανάετον* vocant Græci, *Valeriam* Latini, qui ideo *Aquilam* nominarunt, à colore ſubfuſco, quem *Aquilum* vocant: de qua quidem aquilæ ſpecie ita cecinit Jacobus Auguſtus Thuanus:

Optima & ipſa æquans animis ingentibus illam
Corporis inferior quamvis ſit mole, nec ungue,
Aut roſtro tantum valeat, digitiſve: ſed ortus
Non mentita ſuos, animive oblita virilis,
Accipitres collata nothos facit. Hanc quoque noſtri
Valeriam dicunt, Graii Melanæeton, atrum
Quod referat roſtro, penniſque, atque ungue colorem.

Atque hîc quidem longiori fortean, quàm par erat, de utriuſque Imperii aquilâ obſervatione, ſumus digreſſi, quam tamen haud ingratam fore, vel omnino à propoſito alienam, viſuram iri ſperamus: cùm & res Byzantinas quoquomodo illuſtret, & de Græcorum Auguſtorum agat inſignibus, quæ ſubinde in Familiis noſtris Byzantinis effinguntur.

Socinus in cap. Cum contingat. de foro comp.
Molin. in Conſ. Par. tit. 1. de Feod. n. 11.
In Not. ad bullam Sigiſm. poſt Petr. de Andlo p. 385.
In Not. ad lib. 2. Petri de Andlo c. 5.
V. Hoeppingũ in tract. de Inſign. cap. 6. part. 2.
Nic. Zylleſius in S. Maximino Trevir. p. 63.
Feſt.
Thuan. l. 1. de Re accipitr.

XII. VOLUMEN, VEL MAPPA.

UT igitur unde divertit, redeat oratio, quæri ſolet quid illud ſit, quod Conſules & Imperatores geſtant, dextrâ interdum, quandoque ſiniſtrâ, chartaceo volumini ſimile. Id quidem non inferioris omnino ævi Auguſtis proprium fuit, cùm in Achata S. Capellæ Pariſienſis, quem ære incidi curavit Triſtanus, neſcio quis cum volumine effingatur: & Fauſtinæ & Antonini Philoſophi proſtent nummi, quibus pro lemmate adſcribitur, VOTA PUBLICA, ubi binæ ſtant figuræ muliebres, cum viri alterâ, ſtolatâ & palliatâ, quæ Conſulis videtur, tenentis dextrâ ſimile volumen: alius præterea Aurelii Veri Imperatoris, in quo duæ figuræ dexteras jungunt, quæ videntur eſſe Conſulum, ſiniſtrâ volumen perinde tenentium, cum hac inſcriptione, CONCORDIÆ AUGUSTOR. TRIB. P. COS. II. alius etiam Commodi Imp. cum iiſdem figuris, & inſcriptione, PIETATI SENATUS COS. V. PP. denique alius ejuſdem Aurelii Veri in quo Imperator & Conſul dextram Romæ galeatæ ſedenti porrigit, ſiniſtrâ volumen tenens, cum epigraphe, TR P. VII. IMP. IV. COS. II. Ejuſmodi etiam volumen in vetuſtiſſimis palliatorum, vel etiam togatorum, (atque adeo mulierum) imaginibus ſiniſtrâ teneri, apud Velſerum & Boiſſardum paſſim obſervare eſt, quos ex conjecturâ Duumviros eſſe idem Velſerus, tametſi falsò, opinatur. Exhibet præterea idem Scriptor informe aliud *στηθιέσιον*, ſeu mavis thoracidam, viri pariter palliati, cum hocce volumine in ſiniſtrâ manu. Sed & in Codice Vaticano ſcripto an. DC. LXXXXIX. S. Petrus ſimile volumen ſiniſtrâ tenens effingitur, ut & S. Paulus in Ottonis II. ſepulcro, apud Nicolaum Alemannum in Diſſertat. de Lateranenſibus Parietinis. Exinde crebriùs occurrit in Byzantinorum Auguſtorum nummis, maximè in Conſulari Juliani Cæſaris, qui pro inſcriptione præfert, VIRTUS CAESARIS: nam bis Cæſar Conſulatum geſſit, an. 356. & 357. & in nummo aureo Theodoſii junioris, in quo idem Theodoſius & Va-

Apud Bizũ poſt Auguſtini Dial. p. 43. 45. 50. 51.
Velſer. in Aug. Vindelic. p. 116. 228.
Boiſſard. in Antiq. Rom. part. 3. fig. 51. 147. part. 4. fig. 56. 57. 119. 123. part. 5. fig. 71. part. 6. fig. 29.
Nic. Alemannus cap. 10. p. 86. 88.

lentinianus III. habitu Conſulari effinguntur: præſertim verò in Diptychis Conſularibus, & fere ſemper in Tiberii, Mauricii, Phocæ, & Leonis Iſauri nummis. Id vero geſtaminis mappam eſſe ludorum edendorum ſymbolum, quidam volunt: Conſules enim ſtatim atque renuntiati fuerant, populo Circenſes dare conſueverant. Quæ quidem mappa in Bituricenſi Diptycho explicata, in Compendienſi & Leodienſi, & in omnibus nummis convoluta ac complicata effingitur, ſic ut membraneo volumini ſimilis ferè ſit: in Regio verò ita efficta conſpicitur, ut extrema in rotunditatem quandam complicata majora cernantur, quam quâ manu dextra ſtringuntur: ut liquido appareat fuiſſe quiddam tractabile. Neſcio an ipſa explicata cenſeatur eſſe in eodem Diptycho mappa in binis figuris, quæ ſellæ lateribus adpinguntur, quarum ſingulæ binis manibus mappas explicatas tenent, in ludorum editionis ſymbolum: niſi forte eæ mappæ contineant nummorum certam quantitatem, qui efficti quodammodo conſpiciuntur, ita ut ad Conſulum ὑπατείας, ſeu miſſilia referri debeant. Mappam autem ſignum fuiſſe edendorum ludorum, & mappas dictos ipſos Circenſes apud Marcellinum Comitem, Julianum Anteceſſorem, & Polemæum Silvium in Laterculo notum eſt: unde μαππᾶσθαι, in Gloſſis Baſilicon, dicebatur is qui projectam ab Imperatore, vel Conſule, aut alio Magiſtratu mappam excipiebat, ſignumque gladiatoribus dabat, quem *Mapparium* vocant S. Chryſoſtomus, auctor Chronici Alexandrini, Scylitzes, Nicetas Choniates, & alii. Quòd ſi ita ſe res habet, dicendum perinde videretur à Duumviris iſtis Auguſtanis, quorum ex Velſero ſuprà meminimus, datas, ut olim à Conſulibus Romanis, civibus ſuis mappas, ſeu editos Circenſes: quod à vero abſonum minimè videri debet, cùm amphitheatra ac circos ſuos habuiſſe nobiliores civitates conſtet. Sed cùm ſanctos Petrum & Paulum in vetuſtiſſimis picturis cum ejuſmodi pariter voluminibus depictos deprehendamus, neſcio an ea pro mappis Circenſium generatim uſurpari debeant.

S. Chryſoſt. Orat. de Circo. Chr. Alex. p. 876. Nicet. in Alex. lib. 3. n. 2. Scylitzes, &c.

XIII. Acacia.

Certe etſi primis Imperii ſæculis Mappam revera fuiſſe id Conſulum geſtaminis concedatur, vel etiam codicillos Conſulares, quod quidam opinantur; ſeu Magiſtratuum omnium qui res publicas tractabant, inſigne, quod potiſſimum colligere eſt ex figuris adjunctis Notitiæ Imperii, in inſignibus Quæſtoris, Primicerii Notariorum, Magiſtri Scriniorum, &c. id de veterum Romanorum aliorumque ſtatuis, in quibus eadem in ſiniſtris ſymbola conſpiciuntur, dici non poteſt, quæ non chartaceorum voluminum, ſed mappularum ſeu ſudariorum complicatorum potius ſpeciem referunt. Ut ut ſit longè aliud fuit extremâ Græciâ; ſiquidem illud idemque ſit, quod certè licet arbitrari, quanquam fortaſſe in aliquo immutatum. *Acaciam* enim vocabant recentiores, fuitque ſaccus ex panno purpureo confectus, codici ſimilis, terrâ vel arenâ plenus, cujus arcanum ſic prodit Codinus, ubi de Imperatore: τὸν δέ γε σταυρὸν ἐν δεξιᾷ φέρει ἀεί· ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ βλάπτον κώδικι ἐοικὸς, δεδεμένον μετὰ μανδυλίου· ὁ βλάπτον ἔχει χῶμα ἐντὸς, καὶ καλεῖται ἀκακία, ὡς εἴπῃ μὲν τὸ τὸν βασιλέα ταπεινὸν εἶναι ὡς θνητὸν, καὶ μὴ διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ἐπαίρεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖν. *Crucem in dextrâ ſemper portat, in ſiniſtrâ verò pannum ſericum codici ſimilem, ligatum mantili, habetque intus terram vel arenam, & vocatur Acacia: quaſi dicat illud, Imperatorem humilem eſſe ut mortalem, neque propter Imperii faſtigium efferri, neque ſe tumidum jactare debere.* Eandem Acaciæ ſignificationem adſcribit Simeon Theſſalonicenſis, qui quod χῶμα Codinus, χοῦν, *pulverem* vocat: μετὰ τὸ λαβεῖν τὸν σταυρὸν εἰς δεῖγμα τῆς εὐσεβείας, καὶ τὴν ἀκακίαν, ὅπερ χοῦς ἐστὶν, σημαίνον τὸ φθαρτὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν ἐκ τούτου ταπείνωσιν, &c. *Cruce in pietatis argumentum, & Acaciâ ſusceptâ, quæ pulvis eſt, Imperii fragilitatem denotans, & quæ ex ea oritur, abjectionem. &c.* Hocce ſane ſchemate *Acacia* depingitur in Michaëlis Palæologi Imperatoris effigie, quam hic damus: licet in aliis Theodori Laſcaris junioris, ejuſdem Michaelis, & Andronici ſenioris imaginibus, quas ex Codice Auguſtano Hiſtoriæ Georgii Pachymeris delineari curavit Hieronymus Wolphius, in voluminis ſpeciem exhibeatur.

Codin. de Off. c. 6. n. 27.

Simeon Theſſ.

Tabella 6.

XIV. Nummi in quibus equi Imperatoribus adpinguntur.

Sed cum de Mappis edendorum Circenſium ſymbolo ſuprà quædam præmiſſa ſint, ad eoſdem etiam Circenſes, ac proinde ad Conſulares nummos referri videntur, qui equum ipſis Auguſtis adjunctum præferunt, quem habenis ii dextrâ prehendunt. Triſtanus in Claudio exiſtimat fortunam Imperii eo deſignari, ſeu potiùs ipſum Imperium, pro cujus ſymbolo equus ſemper habitus fuerit. Verùm Circenſes datos denotari longe probabilius: nam & in Diptychis Leodienſi & Bituricenſi equos dextrâ adductos, quos inde *Dextrarios* noſtri appellarunt, ad Circenſes ludos licet intueri, ab ipſis, à quibus edebantur, aurigis diſtributi. Quod præter Symmachum ſatis innuit Capitolinus in Gordiano; ubi de ejus adhuc privati Conſulatu: *Equos Siculos & Cappadoces permittentibus Imperatoribus, factionibus diviſit, & per hæc populo ſatis carus, qui ſemper talibus commovetur.* Et Marcellinus Comes de Conſulatu Juſtiniani: *Numeroſos præterea, phaleratoſque in Circo caballos jam donatis quoque impertivit aurigis, unâ duntaxat, ultimâque mappâ inſanienti populo denegatâ.* Ejuſmodi porrò cum equo nummos Claudii & Numeriani Imperatorum exhibet idem vir eruditiſſimus. Alium Conſtantini Nobiliſſimi

Triſtan. tom. 3. p. 191. 316. Symmach. l. 4. Ep. 8. Capitolin. Marcell. Com. p. 60.

Cæſaris damus, cuſum anno votorum Vicennaliorum 20. qui pro lemmate BEATA TRANQUILLITAS præfert, ex qua quidem inſcriptione perperam Conſtantino Magno affictus videtur, cùm Cæſaream is dignitatem paulò ultra biennium tenuerit, Cæſar, quo pater Auguſtus dictus eſt, anno renuntiatus, ipſoque poſt annos duos & tres menſes extincto, Imperator pariter appellatus: ac proinde vota pro Vicennalibus Conſtantini M. Cæſaris ſolvi non potuere, qui ad ejuſdem dignitatis decennium non pervenerat: ex quo, Conſtantini junioris eſſe par eſt credere, in cujus nummis eadem vota in cippo etiam exarata leguntur, ſed cum additione JUN. quæ in hoc abeſt. Neque tamen Conſtantinus junior Conſulatum geſſit hoc Cæſareæ dignitatis votorum Vicennaliorum anno, qui in Chriſti 326. cadit, adeo ut ex hiſce adpictis equis Circenſes in Conſulatibus non ſemper, ſed in votorum nuncupatione interdum datos liceat colligere. Idem dicendum videtur de Criſpi Nobiliſſimi Cæſaris nummo, anno pariter votorum Vicennaliorum cuſo, quo Conſulis dignitatem etiam non obtinuit. Ita denique effingitur Jovianus in Medallione, quem ſuo loco delineamus.

XV. NIMBUS. CIRCULIS, ſanctitatis apud nos indicibus, ambiri innuimus capita Imperatorum Conſtantii ac Conſtantis, & Theodoſii junioris, ac Placidii Valentiniani in eorum nummis Conſularibus. Qui quidem circuli videntur Conſularis dignitatis inſignibus

Mamert. n. 3. accenſeri à Mamertino in Panegyrico Maximiano dicto: *Trabeæ veſtræ triumphales, & ſellæ curules, & hæc obſequiorum ſtipatio, & fulgor, & illa lux divinum verticem claro orbe complectens, veſtrorum ſunt ornamenta meritorum.* Nam quod Latini *nimbum* dicunt, alii

Servius. *lumen* appellant: ut Servius ad illud 2. Æneid. ubi de Pallade:

——nimbo effulgens, & Gorgone ſæva.

Id eſt, inquit, *nube diviná: eſt enim fulvidum lumen, quod capita Deorum tingit.* Ita

Honor. Auguſt. lib. 1. c. 133. etiam Honorius Auguſtodunenſis: *Lumina, quæ circa capita Sanctorum in modum circuli depinguntur, deſignant quod lumine æterni ſplendoris coronati fruuntur. Idcirco verò ſecundùm formam rotundi ſcuti pinguntur, quia divina protectione, ut ſcuto, nunc muniuntur.* De nimbo ita rurſum Servius ad illud ex 3. Æneid.

Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat.

Propriè, inquit, *Nimbus eſt qui Deorum vel Imperatorum capita, quaſi clara nebula nubere*

Iſid. lib. 19. c. 31. *fingitur.* Et Iſidorus: *Lumen quod circa Angelorum capita pingitur, Nimbus vocatur: licèt & nimbus ſit denſitas nubis.* Sed & quod in Anaſtaſii Conſulis utroque Diptycho, Leodienſi ſcilicet & Bituricenſi, affingitur, in conchæ figuram radiatum, Nimbus videtur. Ejuſmodi igitur luminoſis circulis capita ſua ambiri Auguſti voluere, iis etiam poſtea Conſulibus communicatis, ut divinitatis ſpeciem quandam ſibi aſſererent, cùm nimbis, ſeu claris nubibus, deos ſuos ita in picturis ac tabellis ambirent. Hinc tam frequens Divinitatis, Numinis, ac Æternitatis ab iis uſurpata vocabula & epitheta, quibus plenæ

Fileſac. l. 1. de Idololatr. Polit. c. 1. ſunt Imperatorum Leges, locis pridem ab aliis indicatis. Verùm hæc veniam aliquam merentur in Auguſtis, quorum adeo ampla fuit poteſtas, ſi recentiorum Imperatorum expendatur ambitio, qui hominum omnium vaniſſimi, ac omni facinorum genere contaminatiſſimi, provinciis etiam ſuis penè exuti, & intra Urbis mœnia, paucorumque circumjacentium oppidorum limites coërciti, Sanctos ſeſe à ſubditis, atque adeo ab ipſis Conſtantinopolitanis Patriarchis cæteriſque Pontificibus compellari voluerunt, ut

Pachym. l. 6. c. 31. lib. 10. c. 11. 29. 32. Id. l. 9. c. 5. docemur ex Pachymere; cùm eundem titulum Summo Romæ Pontifici denegarent, quod tradit idem Scriptor: contra quam Magnus ipſe Conſtantinus, qui *Sanctum*, ſe vel certè *Divum* appellari prorſus renuit, ut tradit Juvencus lib. 4. Hiſtoriæ Evangelicæ extremo:

Hæc mihi pax Chriſti tribuit, pax hæc mihi ſæcli,
Quam fovet indulgens terræ regnator apertæ
Conſtantinus, adeſt cui gratia digna merenti.
Qui ſolus Regum Sacri ſibi nominis horret
Imponi pondus, quo juſtis dignior actis
Æternam capiat divina in ſæcula vitam.

Hinc formula compellationis vulgata, Δεσπότα μου ἅγιε, quam obſervare licet non ſemel

Cod. de Off. c. 4. n. 31. c. 8. n. 2. Tageno Patav. in Rationali Peræquatorum ſub Alexio Comneno exarato, Codino, & aliis Scriptoribus Byzantinis. Jure igitur Iſaacium Angelum ſuggillabat Fridericus I. Imperator, ejus Legatos alloquens: *Dominus veſter Sanctum ſe appellat: mirabilis eſt ſanctitas quâ ſanctos viros, honeſtos, religioſos, benignè, utpote fideles nuncios in oſcula pacis exceptos, in quorum ore non eſt inventum mendacium, nec iniquitas, ſubitò conſuevit incarcerare, & fame ac nuditate uſque ad mortem macerare. Longè faciat à nobis Deus talem ſanctitatem.*

Conſularis dignitas quando deſiit. Atque hæc quidem de Conſularis dignitatis inſignibus: ſed quando illa demum deſierit apud Byzantinos, non omnino planum eſt. Illud conſtat, Conſulum ordinariorum extinctam dignitatem ſub Juſtiniano, quam ſibi ſolis aſſeruere poſtmodum Imperatores ipſi, qui perinde ac jam olim Vitellius, hac videntur ratione *Conſulis*

Grut. 239. 1. Nov. 5. *Perpetui* titulum ſibi adrogaſſe. Quod & ipſe Juſtinianus exertè ait, τῇ μὲν βασιλεῖ διηνεκὴς ἕπεται ὑπατεία, πᾶσι πόλεσί τε καὶ δήμοις καὶ ἔθνεσι, καὶ ἐφ' ἑκάστης τὰ δοκοῦντα διαιρήσει·

προσήρτηται δὲ, ἡνίκα αὐτὸς νεύσειε, ἡ στολή. Quibus quidem verbis hoc voluit Juſtinianus, ut vir doctiſſimus cenſet, cùm perpetuum Conſulatum Imperator gerat, vi ſcilicet ipsâ, quatenus omnibus civitatibus, populis, gentibuſque ſeu provinciis, vel pro *P. Faber Sanjorian.* arbitrio jus reddit, vel imitatione Conſulum largitur munera, & ſubditis ſuis quæ collibitum eſt diſtribuit, ſtolam tamen Conſularem aliáque inſignia Principi accedere, cùm ipſe annuerit. Primus autem Gordianus Imp. veſtes Conſulares, *palmatam tunicam, & togam pictam* privatus ſuas fecit, ut auctor eſt Capitolinus. Poſt Conſulatum *Capitolin.* igitur Baſilii junioris, qui ſolus Magiſtratum iniit anno 14. Juſtiniani, Chriſti 541. nullus Conſul ordinarius creatus eſt: quod Juſtiniani avaritiæ adſcribit Procopius: ſed *Procop. in Anecdot. c. 26.* anni numerati ſunt ab ejus Conſulatu, hac formulâ, *Poſt Conſulatum Baſilii Junioris anno 1. 2.* & ſic deinceps, uſque ad 25. qui incidit in annum quo Juſtinianus extinctus eſt. Tum enim Juſtinus Junior Conſulatum iniit, cujus ſolennem apparatum & *Proceſſum* pluribus deſcripſit Corippus, & quoad vixit, hanc dignitatem ſibi ſoli adſeruit, *Coripp. l. 4.* annis ita recenſitis, ut eſt apud Marium Aventicenſem, *anno 2. 3. 4. &c. Conſulatus Juſtini junioris Auguſti.* In Chronico Alexandrino ſic ejuſdem recenſentur anni, *anno* *Marius Aventic.* *1. Iuſtini, poſt Conſulatum Iuſtini junioris ſolius*, & ita deinceps uſque ad annum quo obiit. *Novellæ Juſtini.* Verùm adſcriptæ Novellis Juſtini conſtitutionibus, tum à Scrimgero, tum à Franciſco Pithœo poſt Julianum Anteceſſorem editis, ſubſcriptiones in recenſendis Conſulatus Juſtini annis nullatenus ſibi cohærent, adeo ut mendis haud carere in pleriſque liceat ſuſpicari. Dehinc idem Tiberius Imperium & Conſulatum excepit, ejuſque *Chr. Alex.* anni hoc modo numerantur in eodem Chronico Alexandrino: *Ind. 12. Tiber. 1. poſt Conſulatum Tiberii Novi Conſtantini iterum ſolius.* Deinde anno ſecundo: *Anno Tiber. 2. poſt Conſulatum Tiberii Novi Conſtantini iterum ſolius.* Deinde, *tertium ſolius.* Verum longe aliter anni Imperii Tiberii Auguſti exarati interdum leguntur. Quippe Pragmaticum ejuſdem Tiberii *de Filiis colonorum*, editum ab eodem Pithœo, datum dicitur *anno octavo, & poſt Conſulatum ejus anno tertio.* Præterea vetus Scheda adſcripta *Tom. 1. Analect. p. 11.* Collectaneo ex libris S. Auguſtini ab Eugippio ſcripto, à viro doctiſſimo Joanne Mabillonio edita: *Ego Petrus Notarius Eccleſiæ Catholicæ Neapolitanæ, ut potui, emendavi ſub die Iduum Decembrium, Imperatore Domino noſtro Tiberio Conſtantinopolis Auguſti anno ſeptimo, poſt Conſulatum ejuſdem Auguſti anno tertio, Indictione quinta decima, obſidentibus Langobardis Neapolitanam civitatem.* Unde planè colligitur annos Imperii auſpicatum Tiberium à 7. Sept. Ind. 8. an. 574. quo Cæſar & Imperii ſucceſſor dictus eſt à Juſtino. Eo mortuo Mauricius Imperium iniit anno Chriſti 582. quo Conſul defuit, ut eſt in Chronico Alexandrino: ἰνδ. α΄ πρῶτος ἐνιαυτὸς ἀνύπατος, καὶ ἐκ κοινοῦ δόγματος ἐγράφη. Μετὰ ὑπατείαν Τιβερίου Κωνσταντίνου τοῦ τῆς θείας λήξεως ἔτους τετάρτου. *Indictio prima, primus annus caruit Conſulibus: atque ex communi decreto ſcriptum eſt, Poſt Conſulatum divæ memoriæ Tiberii Conſtantini anno quarto.* At ſequenti Conſulatum iniit Mauricius ſolus. *Beda lib. 1. Hiſt. Eccl. cap. 24.* Exhinc qui excepere Mauricii anni ſic numerati, *Anno 2. 3. &c. poſt Conſulatum Mauricii Auguſti ſolius*: atque ita deinceps uſque ad 20. quo à Phoca Tyranno eſt interemptus, qui ſtatim Conſulatum cum Imperio adiit. Ejus autem pri- *Chr. Alex.* mus Imperii annus ſic in Actis publicis conſignatus eſt: *Conſule Phoca ſolo.* Secundus verò, *Poſt Conſulatum Phocæ Auguſti.* At tertius ſic inſcribitur: *Poſt Conſulatum Phocæ Auguſti primum.* Deinde quartus, *Poſt Conſulatum Phocæ Auguſti ſecundum*, & ſic deinceps uſque ad octavum, qui inſcriptus eſt, *Poſt Conſulatum Phocæ Auguſti ſextum*, quo & neci datus eſt ab Heraclio. Sed cur primus Phocæ Conſulatus in tertium Imperii annum videatur rejici, cùm Conſulatus ejuſdem Imperatoris primo & ſecundo mentio facta fuerit, fateor me non aſſequi. Exin idem Heraclius Imperium auſpicatus eſt Indictione 14. Octob. 7. à quo quidem die, ad 13. Januarii in publicis tabulis adſcriptum tantùm, *Anno primò Heraclii Imperatoris.* Sed poſtea ab eodem die ad ultimum Decembris decimæ quintæ Indictionis, additum, *Et Conſulatu ejuſdem religioſiſſimi Domini noſtri.* Nam licèt, ait auctor Chronici Alexandrini, in publicum curru vectus non proceſſerit, illud tamen tempus ejus Conſulatui adſcriptum eſt. Annus deinde ſecundus Heraclii ſic notatus: *Secundo poſt Conſulatum Heraclii Auguſti.* Mox à 22. Januarii, quo filius Conſtantinus à patre dictus eſt Impera- *Synodus* tor Indictione 2. ſtatutum eſt, ut poſt verba iſta ſolennia, *In nomine*, ſcriberetur, *VIII. Act. 1.* *Imperii Divorum Dominorum noſtrorum & beneficentiſſimorum Flavii Heraclii piiſſimi anno 3. poſt Conſulatum ejus anno 2. & Flavii Novi Conſtantini à Deo protecti filii ejus anno 1.* *Jus Græc. Rom. p. 83. in margine.* *ſemper Auguſtorum & Imperatorum*; & ſic deinceps uſque ad obitum Heraclii: quo etiam imperante, Heraclius Junior, qui & Novus Conſtantinus eſt appellatus, Januarii 1. *Niceph. C P.* anno Chriſti 617. & Heracleonas, qui & Heraclius, circa annum ſexcenteſimum quadrageſimum à patre Conſules renuntiati ſunt, ut narrat Nicephorus Conſtantinopolitanus: tametſi nomine tenus, ut videtur, cùm omnes Heraclii parentis anni, *Poſt ejus Conſulatum*, formulam præferant, nullâ filiorum Conſulatus factâ mentione. Mortuo igitur Heraclio, Heraclius alter, qui & Conſtantinus nuncupatus eſt, vulgó-

Ughell. to. 4. Ital. ſacr. p. 1331. *Margarinus in Bullario Caſin. p. 2.* *Baron. an. 713. n. 6.* *Othlonus lib. 2. de Vita S. Bonif. c. 5.*

que Conſtans vocatur à Scriptoribus, ejuſdem Heraclii ex filio Heraclio juniore Novo Conſtantino nepos, Imperatorium titulum adeptus menſe Junio Indict. 14. poſt patris obitum, ſequenti Indictione Conſularem dignitatem iniit. Extat enim Epiſtola Theodori PP. ad Babolenum Bobienſem Abbatem, *data quarto Nonas Maii, Imperii Domini piiſſimi Auguſti Conſtantini anno ſecundo, Conſulatus primo, Indictione prima.* Unde colligitur Conſulatum iniiſſe 1. Januarii anno Imperii 2. quod menſe Junio 15. Indictionis inierat, cum tertius menſe Junio inciperet Indictione eadem prima. Exinde Acta liberatæ à dæmonio virginis an. 713. apud Baronium, Conſulatus Anaſtaſii, ſeu Artemii Imperatoris, mentionem agunt: quorum initium ita concipitur: *Imperante domino noſtro piiſſimo perpetuo Auguſto Anaſtaſio magno Imperatore anno primo, & poſt Conſulatum ejuſdem Serenitatis anno primo, &c.* Concilium Romanum ſub Gregorio II. PP. an. 721. celebratum dicitur, in ejus præfatione, *imperante domino piiſſimo Auguſto Leone à Deo coronato magno & pacifico Imperatore anno VI. poſt Conſulatum verò ejus anno XVI. ſed & Conſtantino Novo Imperatore ejus filio anno II. menſe Aprili Indictione IV.* Ubi indubiè delenda litera numeralis X. tametſi in ſubſcriptione rurſum reperiatur. Copronymus mortuo Leone parente anno 741. Junii 18. Conſularem titulum pariter ſibi adſcripſit, quod præ cæteris teſtatur inſcriptio Romanæ Synodi actæ ſub Zacharia PP. anno 744. menſis Octobris 25. Indict. 14. *imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino Imperatore anno 26. poſt Conſulatum ejus anno quinto.* Ubi annus Imperii numeratur ab anno quo Imperator à patre dictus eſt; Conſulatus verò ab eo quo in ſolidum Auguſtus eſt factus eo extincto. Sed Conſulatus Copronymi notam abeſſe ab aliis Codd. MSS. obſervat Baronius. Certè in Epiſtolis ejuſdem Zachariæ Pontificis Conſulatus annus non adſcribitur, ſed tantùm Imperii initi ab primà inauguratione, & à patris obitu, hac formulà, *Imperante Domino piiſſimo Auguſto à Deo coronato, magno Imperatore, anno 32. Imperii ejus anno 11. Indictione* 5. Ita Artabaſdus arreptà poſt ſoceri Leonis mortem ſupremà dignitate Conſul etiam dictus eſt, quod docet inſcriptio à nobis relata in filii Nicephori elogio. Leonem vero ipſum Conſularem dignitatem iniiſſe evincunt ejus nummi, in quibus cum loro & mappa, ejuſdem dignitatis inſignibus effictus conſpicitur: cùm aliquot alii qui eum excepere Auguſti, non cum mappa, ſed cum loro tantum effingantur: ita tamen ut incertum maneat an revera Conſulis titulum ſibi reſervarint. Hæc neceſſariò de Conſulari dignitate hoc loco inſerenda duximus, ut cur Conſularia inſignia ſibi adrogarint in nummis ſuis ſequioris ævi Auguſti, planum fieret.

Baron. an. 745. n. 23. *Bullar. Caſinenſe to. 2. p. 8.* *In Stemmat. Byzant.* *Vide Gloſſ. in Conſulatus.*

XVI. CÆSAREA INSIGNIA.

QUÆ quidem hactenus dicta ſunt, Auguſtorum aut Cæſarum qui Conſulari dignitate florebant, veſtes ac indumenta ſpectant. At cùm alia Cæſareæ atque Imperatoriæ etiam Majeſtatis in ævi ſequioris nummis occurrant inſignia, quæ vix aut raro habentur in eorum numiſmatibus qui Conſtantinum præceſſerunt, de iis quædam perinde videntur præmittenda. Ut autem à Cæſarum diadematibus initium ducatur, ex quo à Trajano, adſcito ad Imperium Hadriano, *diviſa nomina Cæſarum atque Auguſti, inductumque in Rempublicam, uti duo ſeu plures ſummæ potentiæ, diſſimiles, cognomento ac poteſtate diſpari eſſent*, ut ait Aurelius Victor, ii non modò *Imperatoriis muricis fulgore flagrarunt*, ut verbis utar Ammiani, ſed & laureâ & diademate donati ſunt, quod ex eorum nummis colligitur, ubi interdum nudâ faſciâ aut tæniâ caput cinguntur, ut Conſtantinus junior in eo qui inſcriptionem præfert, PRINCIPI JUVENTUTIS: interdum coronâ radiatâ, ut Conſtantius Clorus in compluribus, præterea Licinius junior in altero, cui inſcriptum, VIRTUS EXERCIT. & Conſtantius Conſtantini M. filius in aureo, cujus averſa pars typo caret. Denique Juliani Cæſaris caput, eodem quo is poſtmodum Imperator uſus eſt diademate, duplici ſcilicet margaritarum lineâ, cum lapillo ad frontem grandiori, exornatum exhibet ejuſdem votorum Quinquennaliorum nummus. Ex quibus prorſus evaneſcit viri doctiſſimi conjectura, qui Cæſares diademate uſos negat, quod contra evincit etiam Conſtantini Magni nummus ab ipſomet, Triſtano, & Gretzero deſcriptus, in quo Criſpus & Conſtantinus junior filii cum gemmato diademate effinguntur. Et ſanè diadema Cæſaribus tribuere Zonaram, Theophanem, Manaſſem, Glycam, & alios, à nobis haud ita pridem eſt obſervatum ad Joinvillam, ubi plura de Imperatorum ac Regum coronis congeſſimus: quod firmat præterea Euſebius. Nam quod ex Scriptoribus aliis diadema ſoli Auguſto faſtigio vindicatur, id verum omnino: cùm in Auguſtis Imperatoriæ, in Cæſaribus Cæſareæ dignitatis ſymbolum haberetur.

Victor Schotti. *Lib. 15. p. 49.* *Bianch. p. 66.* *Spanheim. diſſert. 8. p. 682.* *Diſſert. 24.* *Euſeb. l. 1. de Vita Conſtant. c. 18.*

XVII. CAMELAUCIUM.

VARIAS deinde diadematum ſpecies in Imperatorum Conſtantinopolitanorum monetis, priſcis haud cognitas, intueri licet, in quibus præ cæteris illud conſpicuum eſt, quo Conſtantini & ſucceſſorum capita teguntur. Calyptræ enim ſpeciem præfert, quà totum caput ambitur, vel caſſidis, apice quem τῦφαν vocabant, decoratæ: quam quidem ab ipſo Conſtantino adinventam auctor eſt Polemæus Silvius in Laterculo: *Conſtantinus*, inquit, *ſenior, qui Chriſtianæ religionis miniſtros privilegiis communivit, diadema*

capiti ſuo propter refluentes de fronte propriâ capillos, (prò quâ re ſaponis ejuſdem cognominis ordinata confectio eſt) quo conſtringerentur, invenit, cujus more hodie cuſtoditur. A Conſtantino igitur inductus iſtius diadematis uſus ad poſteros promanavit, non tamen ut geſtatum eſt à Conſtantino, ſed aliquanto diverſi: quod ex illius numiſmatibus licet advertere, ac duobus potiſſimùm, priore, cujus averſæ parti inſcriptum, SOLI INVICTO COMITI: & altero in quo pro lemmate eſt, VICTORIAE LAETAE PRINCIPUM. Præterquam enim quod more caſſidum, ſub mento Conſtantinianum iſtud diadema alligatur, qui imminet apex diverſus eſt ab eo qui poſtmodum eidem calyptræ ſuperponitur in ſucceſſorum Imperatorum nummis, & quà ex iis primus Conſtans Conſtantini M. filius conſpicuus effictus eſt in eo numiſmate votivo, quod in clypeo ſcriptum exhibet, VOT. XXX. MULT. XL. cujuſmodi, qui ſubſecuti ſunt, Auguſtos uſos paſſim teſtantur eorum nummi. Sed cùm de hocce diademate, cæteriſque ferè ævi ſequioris Auguſtorum coronis loco jam indicato copiosè diſſeruerimus, his omiſſis juvat tantùm monere poſteriores Auguſtos diademata ſua ferè ſemper cruce decoraſſe, cujus moris primus, ex nummis, auctor colligitur Juſtinus, quem ſecuti ſunt Tiberius, Mauricius, Phocas, & cæteri quorum crucigeros omnes pridem collegerunt Lipſius & Gretzerus. Band. p. 60. In libr. de Cruce.

SED & globos cruce perinde inſignitos geſtant in iiſdem Imperatores Chriſtiani, quos prioris ævi Auguſti nudos deferebant, quibus ſe dominos orbis indicarent. *Pilam*, inquit Iſidorus, *in ſigno conſtituiſſe fertur Auguſtus, propter nationes ſibi in cuncto orbe ſubjectas, ut magis figuram orbis oſtenderet.* Idipſum præterea in nummis præſtitit, in quibus orbem ſive globum deſcribi curavit: ex quo uſus deinceps invaluit, ut aliquot ex iis qui ſubſecuti ſunt, Imperatores in ſuis pariter monetis effingi ſe pariter voluerint cum globo in dextrâ, quò, ut diximus, univerſi orbis Imperium adeptos ſe denotarent: hoc enim ſymbolo teretem terræ figuram ſemper adumbrarunt. Hinc Martianus Capella *duos globoſos orbes, quorum unus auro, electro alius pranitebat, dextrâ porrectiore corripuiſſe* Jovem fingit, eoque habitu in Deorum conſiſtorio conſediſſe, quibus cæli & terræ imperium deſignaretur. Ita auctor eſt Codinus ſtetiſſe Conſtantinopoli Jovis ejuſdem ſtatuam, quæ globos tres dextrâ tenebat, qui tria, inquit, mundi climata illius ſubdita dominatui indicarent. Narrat Ammianus *Maximiani ſtatuam Cæſaris Antiochiæ, locatam in veſtibulo Regiæ, amiſiſſe repentè ſphæram æream formatam in ſpeciem poli, quam geſtabat* Imperatores verò, Mundi ſe dominos appellaſſe, ſatis declarant Caracallæ & Didii Juliani nummi, in quibus uterque globum manu geſtat, cum hac epigraphe, RECTOR ORBIS. Et Conſtantius in Obeliſci Romani inſcriptione, DOMINUS MUNDI dicitur, quam quidem appellationem affectaſſe præ cæteris tradit Ammianus, ſcribens *confeſtim à juſtitiâ ita declinaſſe intemperanter, ut Æternitatem meam aliquoties ſubſereret ipſe dictando, ſcribendóque propriâ manu Orbis totius ſe dominum appellaret.* Sic Juliano in vet. inſcriptione idem titulus datus legitur: & apud eundem Ammianum, Valentinianus *orbis terrarum dominus* appellatur à quodam Theodoſio Magiſtro militum. Scribit Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, qui Imperatorum imagines aſpiciunt, cum ſtupore demirari chlamydem marino flore collucentem, ac diadema lapillorum lumine coruſcans: tum, *χεῖρα τῷ σφαιροειδεῖ σχήματι τοῦ κόσμου τὸν κύκλον τοῖς δακτύλοις φέρειν νομιζομένην, manum denique, quæ orbem terrarum in modum ſphæræ formatum digitis geſtare creditur.* Ejuſmodi globis in nummis effictis inſiſtunt interdum victoriolæ, laureas coronas porrigentes Imperatori, interdum cruciculæ. Sed poſterioris iſtius uſus notam ante Valentiniani tempora in iiſdem vix reperire eſt, tametſi crucis figura variis in locis impreſſa poſt Conſtantinum obſervetur: niſi ad Conſtantinum aut Conſtantium filium referenda ſit gemma, cujus ectypon extat in Dactyliothecâ MS. Ludovici Chalucii, in quâ inſculptus globus cruciger, cum A. & Ω. characteribus, qui Deo adſcribi ſolent, qui, quod de Jove dixit Orpheus, eſt *ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτὴ*, & hiſce aliis in circuitu, SAL. GEN. HUM. CONST. id eſt, ut interpretatur idem Chalucius, *Conſtantius ſalus generis humani*, quomodo in nummis indigitantur M. Lepidus, C. Cæſar, Galba, & aliquot alii, niſi hæc ad crucem referri debeant, quod idem cenſet, atque ſuadere videntur characteres, CONST. globo crucigero ſubjecti, quibus fortè Conſtantinopolis intelligitur, ut in primo nummo Juſtini junioris aureo, in quo penè ſimilis effingitur figura. In hoc porrò nummo aureo Valentiniani, quem deſcripſimus, ſedet figura ſtolata & galeata, quâ Roma fortean aut Conſtantinopolis adumbratur, ſiniſtrâ haſtam, dextrâ globum tenens, cui crux inſiſtit. Exhinc crucigeros globos in utriuſque Theodoſii, & aliorum qui ſubjecti ſunt, numiſmatibus conſpicimus. Quin & equeſtris Juſtiniani in Auguſtæo poſita ſtatua ſimilem globum ſiniſtrâ continuit, ut exertè habet Procopius: *ἔχει δὲ*, inquit, *οὔτε ξίφος, οὔτε δοράτιον, οὔτε ἄλλο τῶν ὅπλων οὐδέν. ἀλλὰ σταυρὸς αὐτῷ ἐπὶ τῷ πόλῳ ἐπίκειται, δι' ᾧ δὴ τήν τε βασιλείαν καὶ τὸ τοῦ πολέμου πεπόρισται κράτος, non gladium, non haſtam, aliudve geſtat armorum genus, ſed crucem globo impoſitam, cujus operâ imperium ac belli victoriam adeptus eſt.* Similia ferme ha-

XVIII. GLOBUS CRUCIGER.

Iſid. l. 18. c. 3.

Martian. Cap. l. 1.

Codin. Orig.

Ammian. l. 25.

Biens ad Auguſt. p. 52.

Ammian. l. 15.

Gruter. 1086. 7.

Ammian. l. 19.

Baſil. Seleuc. ſerm. 2. p. 9.

P. 18.

Orpheus hymno in Jovem.

Band. p. 6. 15. 22.

Procop. l. 1. de Ædif. c. 2.

bent Cedrenus, Suidas, Glycas, Codinus, & Georgius Pachymeres in ejuſdem ſtatuæ deſcriptione M S. Ac Suidas quidem de globi crucigeri iſtius ſignificatu hæc commentatur : καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, ἐμπεπηγότος τοῦ σταυροῦ ἐν αὐτῇ, ὑποσημαίνοντος ὡς διὰ τῆς εἰς σταυρὸν πίστεως, τῆς γῆς ἐγκρατὴς γεγόνει· σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος, πίστις δὲ ὁ σταυρὸς, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ προσηλωθέντα θεόν. *Levâ quidem manu globum tenet, cui crux infixa eſt, quæ ſignificat ipſum propter fidem in crucem, terræ dominum factum. Globus enim is terra eſt propter rotundam ipſius figuram; fides verò eſt ipſa crux, ob incarnatum Deum illi clavis affixum.*

XIX. GLOBUS CRUCIGER INTER INSIGNIA IMPERATOR. OCCID.

Glaber l. 1. c. ult.

A Byzantinis & Orientalibus Auguſtis tranſiit ad Occidentales globus iſte cruciger : nam Carolus Calvus hunc ſiniſtrâ geſtat in ejus imagine quam delineari curavit vir clariſſimus Steph. Baluzius, tametſi fortè necdum Imperator. Henrico II. Imperatori, ut auctor eſt Glaber Rodulphus, ſub annum 1013. Benedictus VIII. PP. ſimilem globum, à ſe vel inventum, vel compactum obtulit : *Præcepit fabricari*, inquit ille, *quaſi aureum pomum, atque circundari per quadrum pretioſiſſimis quibuſque gemmis, ac deſuper auream crucem inſeri. Erat autem inſtar ſpeciei hujus mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate conſiſtere perhibetur, ut dum ſiquidem illud reſpiceret Princeps terreni Imperii, foret ei documentum non aliter debere imperare vel militare in mundo, quam ut dignus haberetur vivificæ Crucis tueri vexillo.* Neque ab his abſona habet de crucigeri iſtius

Chron. Flandr. c. 51. V. Knygbtonum p. 2572. Gotefrid. Viterb. in Panth.

Imperatorii ſymboli ſignificatu Chronicon Flandriæ vernaculum, ubi de Coronatione Imperatoris Henrici Luxemburgii ſub annum 1308. *Et li mirent en la main feneſtre une pomme de fin or, & une croix deſſus, en ſignifiance que la pomme, qui eſtoit toute ronde, ſignifie le monde de quoi il eſtoit ſouverain Gouverneur : & la Croix ſignifioit que toudis il eut la Paſſion de Noſtre-Seigneur en memoire.* Similia etiam tradit Gotefridus Viterbienſis, qui globum iſtum *Pallam* appellatum ſcribit ; à Theutonico fortè *Paleyen*, quod orbem ſonat : vel à Gallico *Balle*.

Aureus iſte globus Pomum vel Palla vocatur,
Unde figuratum mundum geſtare putatur,
Quando coronatur palla ferenda datur.

Infrà :

Crux ſupereſt pomo cæli ſuper inſita dono, &c.
Crux & palla ſimul pariter connexa tenentur :
Hæc magis, illa minùs parte reverenda videntur,
Hæc ferit, hæc ſanat, hæc perit, illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere regna,
Significata Crucis tibi ſunt reverenter habenda :
Servulus eſto Dei, qui tua ſceptra regit.

Coquil. in Hiſtor. Conr. Uſp. Aſſertor Gall. Hiſt. S. Martin. de Camp. Hoved. Walſingh. p. 196. Monſtrell. 1. vol. c. 266. Chr. Petri Reg. Arag. l. 2. c. 10. Montaner. c. 297. Niver. p. 322. Crom. in Polon. l. 2. Jeſſen. in relat. de Coronat. Reg. Math. Geſta Innoc. III. p. 134. 135. Epiſt. Martini IV. PP. tom. 5. Hiſt. Franc. p. 878. 10. Mercur. Gall. p. 94.

Atque hæc fuit utriuſque, maximè Occidentalis, Imperii Auguſtorum pietas, ut inter dignitatis ſuæ ſymbola crucem ſibi præferri, & globum, cui crux, in quam oculos defigerent, inſiſteret, geſtare voluerint. Narrat Conradus Uſpergenſis Henrico V. in Imperatorem electo tradidiſſe parentem *Regalia vel Imperialia inſignia, crucem ſcilicet & lanceam, ſceptrum, globum atque coronam.* Quem quidem Globum crucigerum tenendi, ac Imperatori, cùm inauguratur, porrigendi, Comiti Palatino Rheni, ex bullâ aureâ Caroli IV. Imperatoris, munus incumbit, qui ita novum Auguſtum compellat : *Accipito globum ſphæricum, & omnes terræ nationes Romano Imperio ſubjicito.* Neque tamen Imperatoribus proprius ac peculiaris fuit globus inter ſupremæ dignitatis ſymbola : nam & geſtaſſe Reges noſtros, nudos tamen, teſtatur Roberti Regis ſigillum, apud Dominicum & alios, ut Reges Angliæ Rogerus Hovedenus, Thomas Walſinghamus, & Monſtrelletus. Etiam crucigeros detuliſſe Hieroſolymitanos Reges ſcribit Coquillius ; Poloniæ, Cromerus ; Hungariæ, Jeſſenius ; & Daniæ, Hogembergius. Sed & *pomum* inter Regum Aragonenſium inſignia recenſent Geſta Innocentii III. PP. ut & Petrus ipſe Rex Aragonum in Chronico, quod de rebus à ſe geſtis conſcripſit. Sic autem deſcribitur à Raimundo Montanerio in Hiſtoria Regum Aragonum, ubi de coronatione Alphonſi Regis : *E lo pom era d'aur, e havia al cap una flaur ab peres precioſes, è ſob e la flor una eren molt ricament ordonada de peres precioſes.* Octavianus Sangelaſius in Viridario Honoris, ait Carolum VIII. poſt fugatum Alphonſum, Neapolim ingreſſum, *comme Roy de France, de Cecille, & de Iheruſalem, & qu'il fiſt grant triomphe & excellence en habillement Imperial nommé & appellé Auguſte, & tenoit la pomme d'or ronde en ſa main droite, & à l'autre main ſon ſceptre, &c.* At cùm globus cruciger pro Imperatorio præſertim ſymbolo hactenus habitus ſit, Franci noſtri in Regiarum puellarum commutatione actâ anno 1614. cum coronam globo crucigero in apice decoratam, Hiſpanici Regis armorum inſignibus adpoſitam in Hiſpanorum tabernaculis conſpexiſſent, in auguſto iſto commercio ulteriùs progredi recuſarunt, donec amoveretur ; ne hocce ſymbolo prærogativam aliquam in Francos ſibi arrogare viderentur Hiſpani.

In

In inferioris ævi præterea numiſmatibus vexillum militare, quod *Labarum* appellant, XX.
ab ipſis Principibus ſæpe geſtari ac teneri advertimus. Illud autem ita effictum eſt, ut LABARUM.
penſilis pannus, fimbriis aliiſque ornamentis inſtructus, & tranſverſario, antennæ ſpecie, ligno affixus, a ſupremâ conti parte funiculis dependeat. Id porrò etſi non omnino nuperum, & ante Conſtantini ævum cognitum, Labari tamen nomenclatura non niſi apud Scriptores, qui aut ipſius ætate, aut poſtea floruerunt, vix cognita vel uſurpata; adeo ut in dubio ſit an Romanorum proprium vexillum fuerit, an verò illud ii à nationibus barbaris acceperint, quod poſtremum exiſtimare prorſus licet. Nam quod aliquando in priorum Imperatorum nummis effictum occurrat, non propterea exiſtimandum eſt Romanorum fuiſſe: ſed ita in iis exhibetur, ut quibus id vexilli proprium fuit, gentes domitas ferè ſemper denotet. Proſtant tria Auguſti numiſmata, in quorum duobus figura nuda galeata dextrâ Labarum, ſeu contum cum quadrato ſiparo fimbriato tenet, cum hocce lemmate, VOT SVSC PRO SAL ET RED I O M SACR. Id eſt, *vota ſuſcepta pro ſalute & reditu Jovi optimo maximo ſacrum.* Cuſi nempe bini hi nummi dum Auguſtus bella cum Germanis gereret, de quibus actum ab eo triumphum, vel certè partam victoriam, indicat alter, in quo Scuta Germanica bina (cujuſmodi viſuntur in Vitellii, Domitiani, Antonini, & aliorum monetis) decuſſatim cum ſpiculis poſita, medio inter utrunque ſtante Labaro. Cui ſimilis penè proſtat alter *Apud Bizum p. 10. 17. Idem p. 31. 46.* Domitiani cum inſcriptione, DE GER. Neque aliâ exprimitur figurâ in Arcu triumphali Marii Avenionenſi, in quo ſpolia de Cimbris, Germaniæ populis, effinguntur, cum eorundem vexillis & ſcutis. *Joseph de la Piſe.* Unde nuper detectum Arcum illum triumphalem, tribus portis inſignem, Remis urbe Galliarum celeberrimâ, à quodam ex iis Auguſtis qui de Germanis victorias adepti ſunt, erectum par eſt credere: in cujus quatuor μεσοτύλοις conſpiciuntur rotundi clypei, in quibus effictum Imperatoris caput, ſed temporum injuriâ ita deformatum, ut cujus fuerit divinare non liceat. Supra clypeos, qui in mediis duobus intercolumniis deſcribuntur, effıcta conſpiciuntur bina Labara decuſſatim poſita, quorum haſtilibus, ſub ſiparo, affixi ſunt clypeoli alii cum Imperatoris imagine. In extremis verò intercolumniis, loco Labarorum deſcribuntur bini caducei decuſſatim pariter poſiti: ex quibus ſatis conſtat erectum Arcum iſtum triumphalem, pace poſt devictos Germanos conſecutâ. Sed an Julii Cæſaris, uti vult Bergerius, vel Juliani Parabatæ opus ſit, quod innuere videtur vir clariſſimus, cujus ſtudio illius ectypon ære inciſum hoc anno prodiit, non omnino quis definiat, tametſi ex Labari figurâ ante Conſtantinianæ familiæ tempora extructum fuiſſe conjicere poſſimus, cùm deinde Julianus, cùm Germanos debellavit, nondum Chriſtianam Religionem ejuraſſet, quod perfecit demum poſt Conſtantii mortem, in Illyrico. *Berger. in Hiſtor. Remenſi.* Ledæ enim imago ſatis prodit erectum Arcum triumphalem ab Imperatore gentile. At cùm is recentioris, ac minùs probæ ſit architecturæ, proindeque Auguſti & priorum Romanorum Principum Germanicis victoriis adſcribi vix poſſit, ſub quibus illa tum maximè florebat, longè potius tribuendus videtur Probo Imperatori, qui, ut auctor eſt Vopiſcus, *cum ingenti exercitu Gallias petiit, quæ omnes, occiſo Poſthumio, turbatæ fuerant, interfecto Aureliano, à Germanis poſſeſſæ*, ubi *tanta prælia feliciter geſſit, ut à Barbaris ſexaginta per Gallias, nobiliſſimas reciperet civitates*, (quas inter extiterit Durocottorum Remorum.) *Et quum jam in noſtrâ ripâ, imò per omnes Gallias ſecuri vagarentur, cæſis propè quadringentis millibus qui Romanum occupaverant ſolum, reliquias ultra Nicrum fluvium removit, &c.* Mox ſubdit, *nec ceſſatum eſſe unquam pugnari, quum quotidie ad eum barbarorum capita deferrentur, jam ad ſingulos aureos ſingula, quamdiu Reguli novem ex diverſis gentibus venirent, atque ad Probi pedes jacerent, quibus ille primùm obſides imperavit, qui ſtatim dati ſunt, deinde frumentum, poſtremò etiam vaccas atque oves.* Quâ quidem victoriâ pacè redditâ, coronas aureas Probo omnes Galliæ civitates obtulere, ut ipſemet in literis ad Senatum ſcribit. Unde admodum vero conſentaneum, eâ tum tempeſtate à Remenſibus Arcum triumphalem erectum, in quo & victoriæ de Germanis per Labarum, & pax reddita per Caduceos effingerentur. Pannonibus etiam in Hadriani nummo, & Armenis tribuitur ejuſmodi vexillum in binis aliis Antonini nummis, in quibus eſt figura ſtolata *P. 40. 46. 50.* ac pileata humi procumbens, & dextram lachrymabundæ inſtar admovens oculis, cum clypeo ad genua, & Labaro juxtà defixo, in quorum altero ſubjectum lemma, ARMEN. Præterea Sarmatis, in nummo ejuſdem Antonini, cui ſubjecta inſcriptio, DE SARMATIS. *P. 47.* Denique in nummo altero Vitellii Gradivus effingitur, *p. 24* dextrâ haſtam, ſiniſtrâ Labarum tenens, cum hiſce characteribus, CONSENSVS EXERCITVVM; cuſus nempe videtur propter partas de Germanis victorias, de quibus etiam erecta in alio ejuſdem Imperatoris tropæa cernuntur, cum lemmate, GERM. CAPT. Ex quibus licet omnino conficere Labarum non Romanorum proprium fuiſſe ab initio vexillum; ſed à gentibus domitis, Germanis, vel Armeniis quorum fuit, in victoriarum ex iis adeptarum monumentum vexillis ſuis hos illud adſcripſiſſe; cùm ex nummorum inſpectione devictas provincias, armis maximè quorum apud illos uſus

L. 2. c. 11. apud Mabillonium. Encomium Emmæ Reg. p. 169. 170. Aſſerus de Reb. geſt. Aelfredi p. 10. Euſeb. l. 2. Vita Conſt. c. 8. Sozom. l. 1. c. 4. Turneb. l. 15. c. 16. Acta Nicæna Syn. II. Aldhel. de Laudib. virgin. Turneb. loco cit. Baron. an. 312. n. 25. Dorleans ad Tac. Fuller. l. 2. Miſc. ſacr. c. 1. l. 4. c. 12. Stewechius ad Veget. l. 3. c. 17. Gretzer. l. 1. de ſancta Cruce c. 4. Triſtan. to. 3. Comm. p. 484. Jacob. Gotofr. ad tit. Cod. de Præp. labor. &c. Apud Baron.

erat, denotari palam ſit. Nolim porrò pro vero præſtare, quod ſcribit auctor Anonymus de Miraculis S. Bertini, ſequiore etiam ſæculo, circa ſcilicet tempora Caroli Calvi, Labari appellationem vexillis ſuis tribuiſſe Danos: *Pagani in antefati collis cacumine principale vexillum, quod Labarum vocari fertur, alto ſtipiti pro terrore infixere.* Tametſi uti Labarum effingitur, Danorum fuiſſe vexillum indicare videatur auctor Encomii Emmæ Reginæ: *Erat*, inquit ille de Danis verba faciens, *eis vexillum miri portenti, quod licèt credam poſſe eſſe incredibile, lectori tamen, quia verum eſt, veræ inſeram lectioni. Enimverò dum eſſet ſimpliciſſimo candidiſſimoque intextum ſerico, nullius figuræ in eo inſerta eſſet imago: tempore belli ſemper in eo videbatur corvus, ac ſi intextus, in victoria ſuorum quaſi hians, excutienſque alas, inſtabiliſque pedibus, & ſuis devictis quietiſſimus, totoque demiſſus.* Eadem ferme de corvis iſtis habet Aſſerus, qui *Reafan*, ſeu *Reafan*, ut emendat Spelmannus, voce Anglosaxonicâ id vexillum appellatum ſcribit: adeo ut incertum maneat an revera *Labarum* voce Danicâ, eâ tempeſtate, dictum fuerit. Sed præſertim ita appellatum ſub Conſtantino M. vexillum, in quo Chriſtianæ religioni initiatus, Chriſti monogramma deſcribi curavit, quod τῶν ἄλλων τιμιώτερον, *cæteris pretioſius & ſanctius* haberi, Imperatorem ſemper præcedere, à militibus adorari, & in præliis à fortioribus exercitus militibus ambiri & ſtipari præcepit, uti narrant Scriptores Eccleſiaſtici: quos quidem milites eſſe eos plerique autumant, quos *Præpoſitos laborum* vocat Codex Theodoſianus, cùm quod *Labarum* Ambroſius, Prudentius, & alii, *Laborum* appellent Sozomenus, Gloſſæ veteres apud Turnebum, Acta ſecundæ Synodi Nicænæ, & Aldhelmus. Cum igitur Labarum vexillum barbaricum fuerit, quod indicare videntur nummi, fruſtra de ejus nomenclaturâ hariolantur viri pereruditi, qui de ſigno hoc militari tam multa commentati ſunt, ut iiſce diſquiſitionibus tædeat immorari. Illud autem paſſim in ſequioris ætatis Imperatorum nummis cum Chriſti Monogrammate licet intueri: ſed & in ipſius Conſtantini numiſmate, in cujus averſa parte effingitur, cum Chriſti Monogrammate ſupra ſiparum, in quo quidem tres globuli deſcribuntur: Labari vero haſtile draconem premit, cum hac inſcriptione, SPES PUBLICA. infra, CONS.

XXI. NARTHEX.

AT quod veteres è Latinis perinde ac Byzantinis Scriptoribus *Labarum* vocabant, poſteriores Νάρθηκα, ſeu *Ferulam* appellavere: ſiquidem Imperatorum idem fuit geſtamen, quod revera videtur, etſi poſtmodum non eâdem omnino formâ ac figurâ. Labarum quippe, uti obſervatum ſuprà, quadratum fuit, ex panno aut ſerico confectum, Chriſti inſignitum Monogrammate: Narthex verò ferulæ ſolidæ ſpeciem prætulit, quæ paulò longior quàm latior fuit. Unde Medicos quoſdam Νάρθηκας libros ſuos nuncupaſſe, monitum à nobis ad Alexiadem, quòd libri ſpeciem ferulæ omnino referant. Ejuſmodi autem Narthex præclarè effingitur in bulla plumbeâ Balduini II. Imperatoris Conſtantinopolitani diplomati anni 1241. appenſa: in quâ Balduinus Imperatorio habitu ſedens, dextrâ virgam tenet, in cujus parte ſuperiori neſcio quid quadratum oblongius eminet, fimbriâ circumdatum, & ad extremos angulos globulis vel margaritis exornatum. Ab inferioribus verò angulis pendent vittæ, margaritis pariter diſtinctæ. Haſtæ extremum claudit globulus ſeu margarita grandior, cui minor inſiſtit. Narthecem ipſum exteriorem exornat circulus ovali figurâ unionibus contextus. At in Narthecibus qui effinguntur in nummis, apparent fere ſemper in quinquncem diſpoſitæ margaritæ: ita ut liquidò evincatur diu ſervatas Labari figuræ, ſeu Chriſti Monogrammatis reliquias. Scribit Codinus moris eſſe ut quando Imperator geſtat ſtemma, dextrâ Crucem, ſiniſtrâ Νάρθηκα teneat. Symeon verò Theſſalonicenſis Ferulam geſtari ab Imperatoribus tradit, in poteſtatis iis indultæ populos ſubditos caſtigandi ſymbolum: καὶ τὴν ῥάβδον λαμβάνει, οὐ βαρεῖάν τινα καὶ σκληρὰν. ἀλλ' ἐλαφρὰν καὶ μαλακὴν, διὰ τὸ παιδευτικὸν ἐν πραότητι, καὶ μὴ ὀργίλον καὶ φθαρτικὸν, μηδὲ συντρίβειν καὶ ἀφανίζειν. *Inſuper etiam virgam aſſumit, non gravem quampiam & duram, ſed levem & mollem, ut nimirum cum manſuetudine caſtiget, non verò cum iracundiâ, aut quavis pernicie, neque aut confringat aut perdat.* Ita magiſtrorum aut pædagogorum ferulas arbitrati ſunt ſequiores Græci, quæ revera Labara extitere.

Codin. de off. c. 17. n. 37.

Symeon Theſſ.

XXII. DE CODICE EVANGELIORUM AB IMPERATORIBUS GESTATO.

Strada p. 301. 305. 298. In Vita Baſil. cap. 58.

PROSTAT nummus aureus Baſilii Imperatoris, apud Octavium Stradam, (neque enim hunc alibi videre contigit) in quo Evangeliorum codicem dextrâ, & globum crucigerum ſiniſtrâ geſtat. Alium etiam aureum Conſtantini nomen præferentem deſcripſit, quem Porphyrogenito adſcribit, cùm ſit Pogonati, ut ex averſâ parte colligitur: ubi Imperator codicem perinde ſiniſtrâ ad pectus gerit: tametſi nolimus omnino præſtare fidem exſculptoris, cùm exiſtimari poſſit librum putaſſe, qui volumen fuit, ut in nummo Theophili aureo apud eundem deſcribitur. Conſtat tamen interdum effictos Imperatores cum Evangeliorum codicibus, tanquam conſtantis in fidem Chriſtianam animi argumento. Scribit quippe Porphyrogenitus in avi vitâ, in quodam Magni Palatii triclinio à Baſilio exædificato, quod Καινούργιον appellabant, expreſſum opere muſivo in throno ſedentem Imperatorem operis conditorem, & conjugem Eudociam, Imperatoriis indumentis amictos, & coronis redimitos, cum communibus liberis, quo-

rum maſculi τόμους ὑπεσχημένοι conſpiciebantur, τὰς θείας ἐντολὰς, αἷς στοιχεῖν ἐπαιδεύοντο, περιέχοντας, *libros divina præcepta, quibus ipſi inſiſtere edocebantur, continentes:* feminæ verò & ipſæ βίβλους τινὰς tenebant, νόμων θείων ὑποθέσεις ἐγγεγραμμένας, *libros in quibus divinarum legum argumenta deſcripta erant:* quaſi, inquit Porphyrogenitus, in animo habuerit artifex non tantùm progeniem maſculam, ſed & femineam ſacris literis initiatam, & divinæ ſapientiæ participem eſſe demonſtrare. Atque hi quidem libri non alii, opinor, erant ab Evangeliorum codicibus, cum in iis Chriſti præcepta contineantur. Narrat auctor Chronici Alexandrini Juſtinianum excitatâ Victoriatorum ſeditione, in Circum progreſſum ſediſſe in tribunali geſtantem manu ſanctum Evangelium: ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱππικὸν ἐν τῷ ἰδίῳ καθίσματι βαστάζων τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον. In manus ſcilicet Juſtinianus ſumpſerat Evangelii codicem, quo fortaſſe ſeditioſæ multitudini fidem faceret indultæ a ſe pro perperam ab eâ perpetratis veniæ, tactis ſcilicet ſacroſanctis Evangeliis, quæ fuit ſemper apud Chriſtianos ſacramentorum formula hiſce verbis concepta, μὰ τὰς ἁγίας γραφὰς ταύτας, καὶ τὸν Θεὸν τὸν λαλήσαντα δι' αὐτῶν, ut eſt in ſextâ Synodo, & alibi paſſim. Evangelium tamen geſtare ſolius Preſbyteri fuiſſe, neque id juris habuiſſe Imperatorem contendit olim Maximus Monachus in Collatione habitâ in ſecretario cum Principibus, ubi de Imperatore, quem Sacerdotis titulo donari non poſſe aſſirmabat: ***neque baptizat, neque chriſmatis confectionem patrat, neque facit Epiſcopos, vel Preſbyteros aut Diaconos. Neque linit Eccleſias, neque indicia Sacerdotis fert, ſuperhumerale ſcilicet & Evangelium, quemadmodum Imperii coronam & purpuram.***

p. 780.
VI. Syn. act. 13. 14.
Apud Anaſt. in Collect. Lan. p. 123. & Baron. an. 656.

XXIII. CRUX IN NUMMIS.

JAM verò Imperatorum Byzantinorum pietatis, ſi qua fuit in Principibus, qui ſceleribus & cædibus ſupremam hanc dignitatem ferè ſemper conſequebantur, argumentum præcipuum fuit, quòd Crucem, vel Chriſti monogramma nummis ſuis crebro adſcriberent, Chriſti etiam ipſius, interdum & Deiparæ, atque adeo Sanctorum imagines effingi curarent. Ac de Cruce quidem ut aliquid dicamus, inſignis eſt nummus ille æreus Conſtantini junioris tum Cæſaris, in quo Crux grandior inter duas figuras militares, tenentes ſigna militaria, conſpicitur, cum hac inſcriptione, GLORIA EXERCITVS. Ejuſdem præterea Cæſaris alter, in quo inſcriptum, VICTORIA AVGVSTORVM. Et aurei alii Valentiniani ſenioris & Valentis, qui pro lemmate præferunt, RESTITVTOR REIPVBLICAE. Habetur etiam Theodoſii ſenioris alius æreus, in quo Imperator captivum ſiniſtrâ premit, Cruce ad latus ejuſdem Auguſti deſignatâ; alius etiam in quo Crux ſola averſam partem occupat. Ad priorem referri poteſt quod ſcribit Theodoritus, Theodoſium poſt inita aliquot cum Eugenio Tyranno prælia, cum ſui ea intermittere ſuaderent, donec collectis novis copiis auctiorem haberet exercitum, eis intuliſſe, Non eſſe committendum ut ſalutaris Crux tantæ argueretur imbecillitatis, Herculiſque ſtatuæ tantum tribueretur virtutis, cùm ut Crux in ſuo, ita illa in hoſtium exercitu antecederet. Occurrunt ſimiles alii, maximè ſequioris ævi, ubi paſſim in averſâ parte Crux habetur, quos inter præcipuus eſt aureus ille Olybrii Auguſti, in quo exhibetur idem Auguſtus recto vultu, cum ſtemmate gemmato & crucigero, & hiſce characteribus, DN. ANICIVS OLYBRIVS AVG. In averſæ verò partis medio Crux nuda conſpicitur, cum hac inſcriptione, SALVS MVNDI, infrà CONOB. Quinetiam in Iconomachorum Auguſtorum nummis Crux ipſa paſſim conſpicitur, quod mirum videri non debet, cùm, licèt in Servatoris & Sanctorum imagines dirè graſſarentur, Crucem tamen privatim & publicè effingerent, colerentque, quod monuimus in noſtrâ Conſtantinopoli Chriſtianâ, ubi de imagine Chalces. Id præterea diſertè firmat quod habetur in Epiſtolâ Michaelis & Theophili Imperatorum Iconomachorum ad Ludovicum Imperatorem, de Chriſtianis imagines colentibus: *Primùm quidem vivificas & honorificas Cruces de ſacris templis expellebant, & in eaſdem loca imagines ſtatuebant, ponebantque lucernas coram eis, &c.* Nam etſi falſum ſit ejuſce ævi Chriſtianos Cruces ab ædibus ſacris abſtraxiſſe, inde ſaltem colligitur Iconomachos, abdicato cæterarum imaginum cultu, Crucem coluiſſe. Obſervare eſt denique Cruces cum duplici tranſverſario ſtipite tum primùm conſpici in aureo nummo Conſtantini & Irenes matris, ſi genuinus eſt, quâ ſanè formâ effictas deinceps à Græcis ſatis declarant cùm figuræ Græcanicæ veteres, tum quæ vivificæ ipſius Crucis reliquias ſervant Phylacteria, uti monuit jam olim Gretzerus, atque adeo à nobis obſervatum in Tractatu de Capite S. Joannis Baptiſtæ. Sed cur ita Crux cum duplici tranſverſario ſtipite, majore altero, altero minore, effingeretur, non omnino conſtat: vix enim eidem Gretzero aſſentiar, qui inde eum fluxiſſe ritum putat, quod Patriarchis hacce figurâ præferretur, quaſi id recentioris moris non eſſet. Longè magis arridet eorum conjectura, qui Cruces iſtas duplices profluxiſſe volunt, ab iis, quæ in nummis Auguſtorum Byzantinorum deſcriptæ viſuntur, quas Imperator & Auguſta, ſiniſtrâ alter, altera lævâ tenent, ita ut ita effictæ ſint, quaſi uterque Crucem tenuerit, Imperator quidem majorem ac cum majore tranſverſario ſtipite, Auguſta verò cum minore. Sed & triplici effictam figurâ Crucem Dominicam apud Græcos obſervare eſt ex picturâ Græcanicâ,

Baron. p. 6 . . .
L. 5. c. 24.
Baron. an. 824.
Gretzer. de Cruce p. 1618.

quam ex Gazophylacio R R. P P. Canonicorum S. Genoveſæ Pariſienſis delineari curavimus: conſtat autem illa quatuor tabellis, in quarum vnâ effinguntur ſancta Paraſceve, S. Barbara, & S. Marina, ſingulæ dextrâ Crucem tenentes, ſed diverſâ, ut dixi, formâ. Nam S. Paraſceve Crucem, ſicut vulgò dicimus, *recruciatam*, ſeu in cruciculas in ſingulis brachiis deſinentem; S. Barbara Crucem cum duplici ſtipite tranſverſario: ſancta denique Marina Crucem nudam, niſi quod ſub extrema, globulis exornatur. In alterâ verò tabellâ, S. Thecla & S. Æcatherina Cruces *recruciatas* perinde geſtant: has inter medius ſtat S. Stephanus Diaconi habitu, ſtola in ſiniſtrum humerum refuſa, in quâ ter vox A Γ I O C ſcribitur.

Tabella 11. *Tabella 10.* *Vide Euchol. Goari p. 147.*

XXIV. CHRISTI MONOGRAMMA IN NUMMIS.

IN quibuſdam verò nummis ſæpe Chriſti Monogramma deſcribitur, quod ab ipſo Conſtantino fluxiſſe oſtendunt ejus nummi, in quorum medio exaratur cum figuris ibidem effictis, in aureo præſertim, cui inſcriptum, VICTORIA CONSTANTINI AVG. In alio vero, caſſidi adſcriptum viſitur, quo firmatur quod tradit Euſebius, hoſce characteres κατὰ τῦ κράνς detuliſſe Conſtantinum. Conſtat autem Chriſti Monogramma literis majuſculis Græcis P. & X. invicem junctis ac implexis; quibus *compendio totum Christi nomen includitur*, ut eſt apud Primaſium Africanum. Exhinc mos idem in ſucceſſores derivavit, qui aut in Labaro, aut in medio nummo ipſo id Monogramma deſcripſere. Præclarus autem ille eſt Conſtantii junioris Cæſaris æreus, in quo ipſe vel Conſtantinus pater militari habitu ſtat, Labarum dextrâ tenens, in cujus ſiparo deſcriptum Chriſti monogramma, victoriâ à tergo ſubſequente, & coronam ejus capiti imponente, cum hocce lemmate, HOC SIGNO VICTOR ERIS. In medio verò nummo idem Monogramma exhibet Conſtantii Imperatoris aureus cum A. & Ω. Decentii perinde cum iiſdem characteribus, & inſcriptione, SALVS DD NN AVG ET CAES. ut & Joviani, ſed abſque inſcriptione: de quorum quidem characterum A. & Ω. Chriſti Monogrammati adſcriptorum vi ac ſignificatu multa alii commentati ſunt: præterea Juſtæ Gratæ Honoriæ Auguſtæ, Severi Tyranni, &c. Habetur præterea ectypon gemmæ inſignis in Ludovici Chalucii Dactyliothecâ MS. quæ eſt S. Genoveſæ Pariſienſis, in quâ inſculptum Chriſti Monogramma, cum hiſce characteribus, SALV DOMI NOST AUG LUC. Id eſt, ut interpretatur idem Chalucius, *Salus Domini noſtri Auguſti lucet.* Cui quidem ectypo, adjungenda alia nummorum Conſtantii & Decentii inſcriptio, apud Cholium, in quorum averſâ facie ſimile viſitur Monogramma, SAL. DD. NN. AVGG. LVCET. Interdum præterea ita effictum erat Chriſti Monogramma, ut Crucem referret, cùm P tranſverſario ſtipite trajiceretur. At, quod mirari ſubit, non ætate duntaxat Conſtantini M. ejuſcemodi Chriſti Monogramma noſci ac deſcribi cœpit, ſed & longè antea; cùm extet gemmæ inſignis ectypon in laudatâ Ludovici Chalucii Dactyliothecâ, cui inſculptum Chriſti Monogramma, cum A. & Ω. ad latera, & hiſce in circuitu characteribus, SAL DO N ALEX FIL LVCE, id eſt, *Salus Domini noſtri Alexandri filii Mammææ lucet.* Sanè etſi gemmam hanc ſub Alexandro Mammææ filio ſculptam nolimus præſtare, fieri tamen poteſt ut à viro Chriſtiano exarata fuerit, qui & eâ ætate vixerit, & ad Chriſtum pro Alexandri Imperii ac vitæ incolumitate preces ſuderit, quomodo ferè ſolebant Chriſtiani, ut ſatis indicant verba S. Cypriani ad Paternum Proconſulem: *Nullos alios deos novi*, inquit ille, *niſi unum & verum Deum, qui fecit cælum & terram, mare, & quæ in eis ſunt omnia. Huic Deo nos Christiani deſervimus, hunc deprecamur diebus atque noctibus, pro nobis, & omnibus hominibus, & pro incolumitate ipſorum Imperatorum.* Sed, ut verum fatear, fucum facit vox *Domini noſtri*, quæ non eſt omnino iſtius ſæculi. Simile porrò Monogramma in nummo Maxentii Cæſaris obſervare eſt apud Cholium, ubi ſcriptum, VOT V MVLT XX VIC·CAE MAXE, i. victoria Cæſaris Maxentii. In alio ejuſdem Maxentii, qui pro lemmate præfert, VOT V MVLT X, idem Monogramma ex P. & X. implexis conficitur, quod ſanè ſtupendum, ut tum à Principe Chriſtiani nominis hoſte infenſiſſimo uſurpatum fuerit. Tametſi à paganis interdum notam hanc Deorum ſuorum imaginibus adſcriptam obſervare ſit, ut in gemma, in qua Jovis, Apollinis, & Dianæ capita, ut in Deliorum nummis apud Goltzium, effinguntur, cum Chriſti Monogrammate Jovis capiti imminente, & hiſce characteribus, VIVAS IN DEO F. Id eſt, *vivas in Deo feliciter.* Profert idem Cholius nummum alium, in quo Chriſti Monogramma quadruplex, vel quadrilaterâ formâ conſpicitur, cum hac inſcriptione, PAX DOM N AETER, id eſt, *Pax Domini noſtri æterna.*

L. 1. de Vita Conſt. c. 25. *Baron.* *Fr. Angelon. p. 369.* *Primaſius in Apocal. lib. 4. c. 13.* [illegible] *Roſweid. ad Paulin. ep. p. 864.* *P. 5.* [illegible] *Du Choul. p. 171.* *p. 18.* *A* *Acta S. Cypriani.* *Du Choul. p. 255.* *Goltzii Inſul. Gr. Tab. 18.* *Gretz. o. 1. l. 2. c. 38.*

XXV. DE INSCRIPT. IC. XC. NIKA.

IN quibuſdam etiam inferioris maximè ævi nummis Crux medium nummum occupat: cum hiſce ad quatuor angulos characteribus, IC XC NI KA. Deſcripſit Gretzerus Diploma Fulcheri Patriarchæ Hieroſolymitani & Amalrici Prioris Eccleſiæ S. Sepulcri, cui appenſum fuiſſe teſtatur ſigillum plumbeum, quod Canonicorum ejuſdem Eccleſiæ fuiſſe ait, in cujus uno latere Crux duplex, quam Patriarchalem dicimus, effingitur, cum iiſdem characteribus, IC-|-XC / NI|KA in alio verò fabrica Dominici ſepulcri,

Gretzer. in horto S. Cruc. part. 1.

cum hacce inſcriptione, † SANCTISSIMI SEPULCHRI. Neque propria omnino Græcis Auguſtis fuit ejuſmodi inſcriptio, cùm & Reges noſtri in Scutis, uti vocant, aureis hancce exarari voluerint, CHRISTUS VINCIT, CHRISTUS REGNAT, CHRISTUS IMPERAT: quibus quidem verbis conceptas fuiſſe *Laudes* Carolo M. dictas Romæ, cùm Imperator coronatus eſt à Leone PP. auctor eſt Radulphus de Diceto: *Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat, Karolo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romano vita & victoria.* Sed & is fuit Cruceſignatorum & aliorum clamor militaris. Proſtat denique æreus neſcio cujus Imperatoris, cum ſtemmate & globo crucigero, & longiori cruce in dextrâ, cum hocce lemmate, ΕΝ ΤȢΤΟ ΝΙΚΑ. Quod illud ipſum eſt quod circa Crucem inſcriptum tradunt Scriptores, quam in prælio contra Maxentium vidit Conſtantinus: à quo etiam clamorem militarem ſuum formavere Græci Byzantini, qui in Tacticis Leonis ita conceptus legitur, Νίκη τȢ̃ ςαυρȢ̃, ſeu, ut eſt apud Scylitzen, ςαυρὸς νενίκηκε, quòd ſcilicet Crux à Conſtantino in cælo conſpecta, victoriæ ſignum fuerit: unde νικητικὸν σημεῖον appellatur in inſcriptione Græcâ, quæ Nicææ legitur.

Radulph. de Diceto an. 801. Tageno Patav. p. 13. Galfridus Monemuth. lib. 2. c. 5.

Leon. Tact. c. 12. §. 69. & 106. Scylitzes p. 572. Grut. 1060. 17.

XXVI. CHRISTI EFFIGIES IN NUMMIS.

JAM verò quod ad Chriſti, vel Deiparæ & Sanctorum effigies in nummis deſcriptas ſpectat, ſcribit Joannes Damaſcenus cuſa à Conſtantino M. numiſmata, in quibus Chriſtus cum Crucis, quam in cælo viderat, figurâ, unâ facie, ipſe verò in alterâ effecti conſpiciebantur: τρόπαιον ἐξαίρετον καλλιέρημα τ̃ εἰς Χριςὸν τ̃ ἀληθινὸν ἡμῶν Θεὸν εὐσεβείας ἐγχαράξει τῷ βασιλικῷ τ̃ πολιτείας νομίσματι, τό τε ὀυρανοφανὲς σημεῖον τȢ̃ Σωτηρίȣ ςαυρȢ̃, καὶ θεανδρικὸν Χριςȣ̃ χαρακτῆρα ἐν αὐτῷ μετὰ τȢ̃ ἰδίȣ ἀντιτυπώσατο· ἐνδεικνύντος τὴν τȢ̃ ἐπȣρανίȣ βασιλέως αὐθεντίαν πρὸς τ̃ ἐπίγειον γεγονυῖαν, &c. *Pietatis in Chriſtum verum Deum noſtrum præcipuum argumentum fuit, quòd Imperatorio ac publico numiſmati ſalutaris Crucis quod in cælo viderat ſignum, Chriſtique Dei hominis venerandam imaginem, cum ſuâ ipſius impreſſerit, quo ſcilicet cæleſtis Regis præ terreno majorem potentiam declararet.* Neque forte alia videtur moneta illa, quam Conſtantino adſcribit Joannes Damaſcenus, ab eâ quam Σωτηρίκιον vocat Anonymus in Antiquitatibus Conſtantinopoleos, quòd in eâ Servator effictus eſſet: ἐν οἷς καὶ χαραγὴ βασιλικὴ Κωνσταντίνȣ ἡ λεγομένη Σωτηρίκιο̃ χίλια κεντηνάρια, &c. At cùm inter tot qui ex Conſtantini ſuperſunt nummis, nullus hactenus repertus ſit, in quo Chriſti imago effingatur, verendum maximè ne vox Σωτηρίκιο̃ referenda ſit ad ſolum Crucis typum in Labaro aut alibi depictum, quem *ſignum Chriſti* vulgò appellaſſe veteres docuimus ad Paulum Silentiarium: nam & σωτήριον ςαυρὸν appellabant, ut hoc etiam loco Damaſcenus: ut verò Synodus Trullana, ζωοποιȣ̃ ςαυρȣ̃ σωτήριον. Primus autem qui Chriſti imaginem in nummis ſuis deſcripſerit, videtur Juſtinianus Rhinotmetus, cujus aureus habetur expreſſus apud Stradam & Chiffletium, quem illi, ut & Occo, perperam Juſtiniano Magnò attribuunt: is enim in priore facie Chriſtum habet expreſſum, thorace tenus, dextrâ benedictionem impartientem, ſiniſtrâ Evangeliorum codicem tenentem, cum inſcriptione, IHS CRISTVS REX REGNANTIVM. In alterâ Juſtinianus ipſe barbatus (quod Juſtiniani M. non eſſe evincit) cum ſtemmate crucigero, ac *Loro*, quod ſuprà deſcripſimus, Cruci majori manum admovens effingitur, hiſce caracteribus in orâ exaratis, DN IVSTINIANVS SERVVS CHRISTI. Exhinc effictа Chriſti ſimili modo ac inſcriptione cernitur effigies in nummis Baſilii, & Conſtantini Porphyrogeniti.

Joan. Damaſcen. in Synodicâ ad Theophil. p. 112. v. Ant. Aug. de Num. Dial. 1 p. 7.

p. 99. Ed. Combef.

Syn. Trull. c. 73. Strada p. 265. Chifflet. de Lint. ſepulcr. p. 212.

Βασιλ. Πορφ. [marginal annotation]

XXVII. NUMMI ZIMISCIANI.

INPRIMIS verò Joannis Zimiſcæ pietatem commendat quod refert Scylitzes, cum nempe præcepiſſe ut in nummis & obolis Chriſti effingeretur imago, cum id antea neutiquam factum eſſet: προσέταξε δὲ καὶ ἐν τῷ νομίσματι, καὶ ἐν τῷ ὀβολῷ εἰκόνα ἐγχαράττεσθαι τȣ̃ Σωτῆρο̃, μὴ πρότερον τȣ́τȣ γενομένȣ. Quæ quidem extrema Scylitzæ verba ita capienda eſſe ſuprà allata conficiunt, ut Joannes Zimiſces ſolum Chriſtum in nummis primus deſcribi curaverit, cùm in alterâ & mediâ eorum facie Græca hæc characteribus Romanis exararentur, IESVS CHRISTVS BASILEVS BASILEON. ἐγράφοντο δὲ, ſubdit ille, καὶ γράμματα Ῥωμαϊκὰ ἐν θατέρῳ μέρει ὧδέ πη διεξιόντα, ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ. Proinde pro Zimiſcianâ monetâ haberi debet, in cujus facie alterâ Chriſti protome, in alterâ iidem characteres viſuntur. Atque ejuſmodi quidem nummi jure etiam Σωτηρίκιοι appellari potuere, quos Græci recentiores Conſtantino Magno ex falſo rumore, vel fortean ex imperitiâ adſcripſerunt. Sed incertum omnino an ad hos Zimiſcæ nummos referri debeant compluſculi alii, qui nullâ quidem Imperatoris imagine conſpicui, Chriſtum, aut eadem quâ in Zimiſcianis, aut etiam formâ aliâ, atque adeo aliâ etiam inſcriptione effictum præferunt: quos iis adjungere viſum eſt in Stemmatibus noſtris Auguſtis Byzantinis, non quòd revera Zimiſcianos eſſe velimus aſſerere, ſed quòd commodiori vel certiori loco collocari vix potuerint. Ejuſmodi autem ſunt qui Chriſti protomen cum inſcriptione EMMANOTHA exhibent, cum iiſdem quos Zimiſciani habent characteribus, niſi quòd in horum altero Crux in medio cum gradibus depingitur. In alio deſcribitur perinde crux, cum hiſce ad angulos literis, IC XC NI KA. In alterius denique qui

Scylitz. p. 683.

Triſtan. in Amid. p. 42.

EMMANOTHA Chriſti figuræ adſcriptum in anticâ, in poſticâ regum Adorationem cum binis columbulis præfert.

XXVIII. QUOMODO CHRISTUS IN NUMMIS EFFINGITUR.

In iſtis porro nummis ita Chriſtus effingitur, ut dextram protendat, binis extenſis digitis, tanquam benedictionem impartiens, ſiniſtrâ verò librum Evangelii teneat: *Divina namque majeſtas*, ut ait Durandus Mimatenſis Epiſcopus, *depingitur quandoque cum libro clauſo in manibus, quia nemo inventus eſt aperire illum, niſi Leo de tribu Iuda: & quandoque cum libro aperto, ut in illo quiſque legat, quòd ipſe eſt lux mundi, & via, veritas, ac vita, & liber vitæ.* Ita autem à Græcis depingi auctor eſt Allatius; quod teſtatur etiam Paulus Silentiarius:

Durand. l. 1. Ration. c. 3. n. 12.
Allat. l. 1. de Conſ. utr. Eccl. c. 6. n. 31.
Paul. Silent. in Deſc. S. Sophiæ part. 2. v. 359.

——ἔοικε δὲ δάκτυλα τείνειν
Δεξιτερῆς, ἅτε μῦθον ἀειζώοντα πιφαύσκων·
Λαιῇ βίβλον ἔχων ζαθέων ἐπιίστορα μύθων,
Βίβλον ἀπαγγέλλουσαν ὅσα χραισμήτορι βουλῇ
Αὐτὸς ἄναξ ἐτέλεσσεν, ἐπὶ χθονὶ ταρσὸν ἐρείδων.

Videtur autem dextræ digitos protendere, velut ſi ſermonem immortalem annuntiaret, ſiniſtrâ librum tenens, ſacros ſermones narrantem, librum pandentem quæ utili conſilio Rex ipſe (Chriſtus) *peregit, dum in terris ageret.* Interdum in tabellis Græcanicis, in apertis libri Evangelici foliis, interdum ad ipſa imaginis latera, deſcripti viſuntur characteres Græci Α. & Ω. deſignantes Chriſti divinitatem & humanitatem, ut teſtatur idem Allatius. Sed ut plurimum cernuntur iſti, IC. XC. id eſt, Ἰησοῦς Χριστός. Chriſti verò nominis literarum contractio perantiqua eſt: illius ſiquidem meminit Clemens Alexandrinus: τὸ δὲ ἰῶτα καὶ ἦτα τοὔνομα σημαίνει τὸ σωτήριον, ut & Epiſtola, quæ S. Barnabæ adſcribitur, qui quidem characteres numerum XVIII. conficiunt, de quo multa commentati ſunt antiqui Patres, & quem Valentini hæretici ſectatores ad ſua de mundi duratione ſomnia traduxerunt, ut auctor eſt S. Epiphanius. Sed hæc Chriſti nomen per IH. contractum ſpectant: in nummis autem ac veteribus tabellis ferè ſemper per IC. XC. ſcribitur. In iis porrò nummis Chriſtus interdum ſtans effingitur, ut in præclaro Iaſpide, cujus ectypon ex muſæo C. V. Claudii Hardii habetur in egregia illâ Dactyliothecâ MS. Ludovici Chalucii, in foro Ricômagenſi Conſiliarii Regii, quæ fuit Magni Peireſcii, deinde V. C. Petri Seguini, modò verò R R. P P. Canonicorum Regularium S. Genovefæ Pariſienſis. In eo Chriſtus ſtans ad genua, dextram protendit binis extenſis digitis, ſiniſtrâ librum tenens, cum hiſce characteribus ad latera, IC XC Ο ΕΛΕΗΜΩΝ. In alterâ facie inſunt hi characteres, † ΧΕ Ο Θ CO ΕΙC CE ΕΛΠΙΖωΝ ΟΤΚ ΑΠΟΤΤΓΚΑΝΕΙ. Id eſt, *Ieſus Chriſtus miſericors, Chriſte Deus, qui in te ſperat, non fruſtratur.* In aliis nummis Chriſtus in cathedrâ vel ſellâ ſedens effingitur, dextrâ pariter benedictionem impartiens, altera Evangelium tenens, ut eſt in veteri tabellâ Græcanicâ Gazophylacii S. Genovefæ Pariſienſis, cujus ectypon hîc damus. Ita ſedentem Chriſtum effictum non uno loco annotat Anaſtaſius in Vitis ſummorum Pontificum. ac in Silveſtro: *Faſtigium argenteum battutile, quod habet in fronte Salvatorem ſedentem in ſellâ.* Et mox: *Item à tergo reſpiciens in abſidâ Salvatorem ſedentem in throno.* Neque tantùm in Græcanicis, ſed & in Venetorum Ducum nummis, ita expreſſum Chriſtum licet intueri, cum adſcriptis ſolitis Græcis characteribus IC. XC. adeo ut Veneti Byzantinis Auguſtis potiſſimùm addicti, eorum non mores duntaxat & habitus, ſed & monetarum typos amplexi ſint. Proſtat enim in Gazophylacio eorum R R. P P. Canonicorum Regularium S. Genovefæ Pariſienſis nummus argenteus P. Ziani Ducis, qui ante annum 1200. vixit, in quo ipſe ad dextram togatus & barbatus conſpicitur, ad ſiniſtram verò ſtat S. Marcus cum Evangelio, dextrâ vexillum Duci porrigens. Inſcriptio hos characteres præfert P. ZIANI VENETI. S. M. DVX. Habuere etiam Serviæ Regum nummi Chriſti ſimilem figuram, prout expreſſam exhibemus in nummo Vroſci & Stephani Serviæ Regum, quem inter Gentis Palæologæ nummos retulimus, tum quòd habitu Græcanico Principes ii conſpicui in illo ſint, tum quòd ad ejuſdem ſtemma omnino pertineat. Jam verò quâ formâ à Græcis depingeretur Chriſtus, docet Joannes Damaſcenus: ait enim χαρακτηρίζομεν καθὼς οἱ ἀρχαῖοι ἱστορικοὶ διαγράφουσιν αὐτοῦ τὴν ἐκτύπωσιν, εὐήλικα, σύνοφρυν, εὐόφθαλμον, ἐπίρρινον, οὐλόθριξιν, ἐπίκυφον, εὔχροον, γενειάδα μέλαινα ἔχοντα, σιτόχρουν τὸ εἶδος κατὰ τὴν μητρῴαν ἐμφέρειαν, μακροδάκτυλον, εὔφωνον, ἡδύλογον, πρᾳότατον, ἥσυχον, μακρόθυμον, ἀνεξίκακον. *Depictum eâ formâ quâ à veteribus Hiſtoricis deſcribitur, præſtanti ſtaturâ, ſuperciliis junctis ac confuſis, venuſtis oculis, juſto naſo, criſpâ cæſarie, ſubcurvum, eleganti colore, nigrâ barbâ, vultu coloris triticei pro materna ſimilitudine, longis digitis, voce ſonorâ, dulci eloquio, leniſſimum, quietum, longanimem, patientem.* Ita etiam Chriſtum effictum in Baſilicâ S. Sophiæ Jeroſolymis ſuâ ætate teſtatur Antoninus Monachus: *Ibique remanſit imago* (Chriſti) *habens pedem pulchrum, modicum, ſubtilem, naturam communem, pulchrum facie, capillum ſubanellatum, manum formoſam, digitos longos: & quantum imago deſignabat, cùm in mundo eſſet, picta eſt, & poſita in ipſo Præ-*

Clemens Alex. l. 6. Strom.
Epiſt. S. Barn. c. 7.
Epiph. l. 1. adv. Hæreſ. 2. n. 14.
Tabella 8.
Anaſtaſ. in S. Silveſtro.
Joan. Damaſcen. in Synodicâ ad Theophil. Imp. p. 114.
Itiner. T. S. Antonini Mon.

terio. Chriſti capillos raros ac criſpos fuiſſe, apud Græcos conſtantem fuiſſe opinionem teſtatur præterea Theophanes: *φασὶ δέ τινες τῶν ἱστορικῶν, ὅτι τὸ οὖλον καὶ ὀλιγότριχον σχῆμα ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος οἰκειότερον ἐστίν.* Sanè in nummis non tam rari quàm promiſſi effinguntur. Notandum porrò in ejuſmodi numiſmatibus potiorem haberi eam partem, atque pro anticâ accipi debere, quæ Chriſti protomen præfert: quod, præterquam quod id ſatis evincit divinæ Majeſtatis dignitas, docent characteres ΚΕΒΟΗΘΙ, nummis Alexii & Manuelis Comnenorum in eâ facie adſcripti, qui, ut verum fatear, diu me torſere & ancipitem tenuere, utpote in omnibus peſſime formati. Neque, opinor, ab hac difficultate expediiſſem me, niſi ſuccurriſſet opportunè nummus æreus à R. P. *Du Molinet* ex eodem PP. Canonicorum Regularium Muſæo ſubminiſtratus, in cujus anticâ, protome Imperatoris crucem geſtantis effingitur, in poſticæ verò medio deſcripti leguntur characteres iſti, etiam malè formati, ΚΕΒΟΗΟΗΔΥΛΟ COV ΙΤΛΙΜΙΡΙ, ſed ex quibus tandem conficitur legi debere, ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΤΩ ΔΟΥΛΩ ΣΟΥ. Reliquorum verò characterum vim nondum percepi. Neque ipſe doctiſſimus Salmaſius ſimilem inſcriptionem eſt aſſecutus in veteri alvei luſorii inſcriptione, apud Gruterum: Ο ΔΕ ΠΕΖΩΝ ΤΟΙC ΤΑ ΒΟΛΙΑ IC|XC ΚΕ ΒΟΙΘΙ ΤΟΥ ΕΓΡΑΨΑΝΤΟC ΑΦ ΚΑΙ ΠΕΖΟΝΤΕC IC ΤΑ ΒΟΛΙΑ. NI|KA ΑΜΗΝ. Quæ verba ita conſtituenda putavit: *ᾄδε παιζόντων εἰς τὰ βόλια, Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ καὶ βοηθεῖ τοὺς γράψαντας αὐτὸν, καὶ παίζοντας εἰς τὰ βόλια.* Ego verò ea ſic legerim: *οἱ δὲ παίζοντες εἰς τὰ βόλια, (λέγετε, dicite dum luditis) Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, καὶ βοήθει τοὺς γράψαντας αὐτὸν, καὶ παίζοντας εἰς τὰ βόλια.* Utcumque ſit de conjecturâ noſtrâ, ſaltem ex his docemur cur in alterâ Comnenicorum nummorum facie Imperatorum nomina tertio caſu ponantur: totius enim inſcriptionis ſententia ita concipitur: ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ ΑΛΕΞΙΩι ΔΕΣΠΟΤΗι, vel ΜΑΝΟΥΗΛ ΔΕΣΠΟΤΗι ΠΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝΗΤΩι, *Deus adjuva Alexium Deſpotam*, vel *Manuelem Deſpotam Porphyrogenitum.* Cui quidem inſcriptioni ſimilis quodammodo eſt, quæ in nummo Heraclii habetur, DEVS ADIVTA ROMANIS. Ita in cereis ſigillis Imperatorum Caroli M. Ludovici Pii, & Caroli Calvi, inſcriptiones ſimili ſenſu leguntur exaratæ: XRE PROTEGE CAROLVM, vel LVDOVICVM IMPERATOREM. Sed & adnotat Scylitzes, Græcorum clamorem militarem hiſce conflatum verbis, *Χριστὲ βοήθει*, qui in Leonis Tacticis unico *Βοήθει* concipitur. In nummis verò Alexii Ζ pro Ξ in voce ΑΛΕΞΙΩ poni liceat advertere, quod in antiquioribus monumentis factitatum obſervavit haud ita pridem eruditus Spanheimius. Nummum præterea alium argenteum damus, quem, quantùm ex inſcriptione conjicere eſt, Conſtantini Ducæ Imperatoris eſſe opinamur. Præfert enim in alterâ facie Chriſtum ſedentem in cathedrâ, cum characteribus valde attritis ΚΕ-..ΟC, qui, ni fallor idem ſonant quod in Comnenianis, ΚΥΡΙΕ ΒΟΗΘΕΙ. In alterâ Chriſtus ipſe ſtans, ſiniſtrâ Evangelii codicem tenens, crucem porrigit Imperatori, cum hac inſcriptione... STANTIO DVX. Qui verò *Ducas*, interdum *Δοὺξ* dicitur Scylitzæ.

Theoph. an. 6. Icon. M. p. 97. & apud Suid. — *Spanheim. p. 730. Notæ ad Alexiad.* — *Ad Hiſtor. Auguſt. p. 467. Gruter. 1049. 1.* — *Scylitz. p. 781. Leon. Tact. c. 7. §. 74. Spanh. diſſ. 2. de Præſt. numm.*

XXIX. IMPERATORES A DEO CORONATI.

HAC igitur figurâ Conſtantinus Ducas ab ipſo Chriſto Auguſtam dignitatem adeptum ſe teſtatur: à quo & coronatur unà cum Eudociâ conjuge Romanus Diogenes in Diptycho eburneo, quod ære incidi curavimus. Sic porrò etiam in tabellis depingi ſolitos Auguſtos Byzantinos teſtatur Joannes Euchaïtarum Metropolita, carmine *εἰς στεφανωθέντας ὑπὸ Χριστοῦ.*

Οὐ χεὶρ κραταιὰ τοὺς κραταιοὺς Δεσπότας,
Ἔστεψε Χριστὸς, καὶ παρέσχε τὸ κράτος.
Non manus fortis fortes Imperatores,
Sed Chriſtus coronavit, ipſeque Imperium dedit.

Vide Tabellam 5. *Joan. Euchait. p. 53.*

Et mox, ſcribens hancce tabellam poſitam fuiſſe à Monachis Soſthenitis, in templo S. Michaëlis,

Οἱ γὰρ μονασταὶ τῆς Μονῆς τῆς τιμίας
Τοῦ Σωσθενίτου τοῦδε τοῦ Ταξιάρχου,
Πολλῶν τυχόντες δωρεῶν καὶ πλουσίων,
Ταύτην ἀμοιβὴν τοῖς καλοῖς εὐεργέταις
Ἀντεισφέρουσιν, ἱστοροῦντες ἐντέχνως
Σε, Χριστὲ, στέφοντα τούτους ἐνθάδε.

Quippe Monachi venerandi Monaſterii S. Michaëlis Archangeli Soſtenitæ, multis donati muneribus & divitiis, vicem reddunt, pingentes artificioſè te, Chriſte, iſtos coronantem hoc in loco. Atque ita effingi Imperatores volebant, quo à Deo ſolo ſupremam ſe conſecutos auctoritatem oſtenderent. Facundus Hermianenſis de Theodoſio Magno: *A ſacratiſſimo ejus avo ter beato, & à Deo Imperii ſceptra ſumente Theodoſio, &c.* Inde *Θεόστεπτοι, à Deo coronati* appellati, ut Copronymus in Zachariæ PP. Epiſtolis, Alexius Comnenus apud Annam filiam, *Manuel* Comnenus apud Theorianum in Legat. &

Anna lib. 13. p. 406. Theorian.

alii paſſim: quorum exemplo Imperatores etiam Occidentis *à Deo coronati* appellati. Hinc Carolo M. Imperatori acclamatum à Romanis teſtatur Eginhardus, *Carolo Auguſto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori vita & victoria;* & in antiquiſſimis Litaniis ex codice Eccleſiæ Arelatenſis, *N. Regi excellentiſſimo magno & pacifico à Deo coronato vita & victoria.* Ita etiam Ludovicum Pium compellat Amalarius Fortunatus: *Glorioſiſſime Imperator & magnificentiſſime, ac centies invictiſſime, à Deo coronate, necnon & conſervate & conſervande.* Sic alii deinceps Germaniæ Auguſti compellari amaverunt. Atque eo referri debent Alexii & Manuelis Comnenorum, de quibus ſuprà egimus, nummi aurei, in quibus manus de nube exiens eorum capitibus ſtemma imponit: ut ſcilicet Θεοςέπτες revera ſe indicarent: quod etiam à Regibus noſtris uſurpatum colligere eſt ex tabellâ Caroli Calvi, quam delineari curavit V. Cl. Stephanus Baluzius.

Eginhard. Chron. Farfenſ. p. 653.

Crantz. in Metrop. l. 1. c. 10. l. 7. c. 5.

In Not. ad Capitul

XXX. DEIPARA EFFICTA IN NUMMIS.

QUANTUS autem erga Deiparam Auguſtorum Byzantinorum cultus fuerit, attigimus in Conſtantinopoli, cujus patrona ac tutatrix ſemper habita eſt, ex quo maximè à Conſtantino M. eidem eſt dicata. Verùm præter ea quæ in hanc rem congeſſimus ex Scriptoribus, Imperatorum ipſorum nummi id omnino declarant, in quorum æreis litera M cum ſubjectâ literâ A. *Mariam* ſeu Deiparam indubiè denotat, quam in Anaſtaſii ^ Dicori perinde æreis exaratam primùm licet obſervare, à quo ad ſucceſſores mos idem profluxit. Tanta verò quorundam emicuit erga ſanctiſſimam Virginem obſervantia, ut eam in nummis ſuis repræſentari voluerint. Habetur enim Romani Diogenis aureus, in quo ab ipſâ ſacratiſſimâ Deiparâ diademate donatur, quod ei accepṭum tuliſſe docet adſcriptum lemma, ΘΕΟΤΟϹ. ΡΟΜΑΝω ΔΕϹΠ. Id eſt, Θεοτόκε Ῥωμανῷ δεσπότῃ. Alium ferme ſimilem perinde æreum exhibet Octavius Strada, qui quidem, ut opinor, haud diverſus eſt ab eo quem ex V. C. & amiciſſimi D. *Du Mont* Senatorum Ambianenſium Decani meritiſſimi Gazophylacio deſcripſimus in Notis ad Alexiadem. Eo etiam ſpectat æneus alter ab eodem Strada deſcriptus, cujus facies una Deiparam Chriſtum infantulum in ſinu complectentem exhibet, cum ſolitis characteribus præpoſtero ordine collocatis, ΥΟ.-ΙΗ, qui alias mihi impoſuerat, cùm ſcribi debuerint ΜΡ. ΘΥ. Id eſt, Μήτηρ Θεοῦ. In alterâ verò nummi facie habentur exarati hi characteres ΘΗΚΟ ΡωΜΑΝω ΔΕϹΠΟΤΗ τῳ ΔΙΟΓΕΝΕΙ, ubi indubiè ſcriptum ΘΚΕ ΒΟΗΘΕΙ, ut in nummo alio aureo ejuſdem Diogenis, quem damus, & in præclarâ illâ Nicephori Botaneiatæ Imperatoris Iaſpide, quæ olim fuit Gaſparis Monconiſii Lierguii Lugdunenſis, & à Joanne Chiffletio Canonico Tornacenſi juri publico eſt anno 1661. donata, in quâ effigta Deipara, utrâque palmâ ante pectus extenſâ, quemadmodum etiam ſtans exhibetur in Achate Orientali apud eundem Chiffletium, cum binâ inſcriptione perpendiculari, ab alterâ parte ΜΗΤΗΡ, ab alterâ ΘΕΟΥ, perinde ac in nummo æreo, quem exhibemus inter Zimiſcianos, & in alio Iſaacii Angeli Imp. In Iaſpide verò habentur ſoliti characteres, ΜΡ. ΘΥ. In circulo autem, qui imaginem ambit, iſti leguntur, ΘΚΕ ΒΟΗΘΕΙ ΝΙΚΗΦΟΡΩ ΦΙΛΟΧΡΙϹΤΩ ΔΕϹΠΟΤΙ ΒΟΤΑΝΕΙΑΤΗ. Ubi binas priores voces non percepit vir eruditus, ut nec vim vocis δεσπότης, quæ Imperatorum ſequioris ſæculi propria fuit, quod ſuprà docuimus, cùm putavit ſculptam Iaſpidem poſt abdicatum à Botaneiata Imperium. Nec tamen mirum ſi contracta hæcce vocabula ei impoſuere, cum malè etiam exarati legantur, &, ut in Alexii & Manuelis Comnenorum nummis, quorum mox meminimus, R Latinum pro B Græco habeatur. Iaſpidem porrò ut ſingulare Hiſtoriæ Byzantinæ monumentum rurſum exhibere operæ pretium duximus. Jam verò Deiparam ita ferè ſemper à Græcis depingi ſolitam, docent Græcanicæ tabellæ, eáque in primis, quam ex Gazophylacio Canonicorum S. Genovefæ Pariſienſis hic damus. Interdum Chriſti effigies in ſcuto vel clypeo effigta, ab ipſâ Deiparâ utraque manu in ſinu tenetur: ut in nummis ejuſdem Romani Diogenis & Iſaacii Angeli. Is enim apud Græcos maximè mos invaluit, ut Sanctorum imagines in clypeis, ſeu tabellis orbicularibus depingerentur, unde ἀσπίδας ὀμφαλοέσσας vocat Paulus Silentiarius, *ſcuta* Anaſtaſius Bibliothecarius. Extat locus inſignis apud Scylitzen in Romano Argyro de ejuſmodi Deiparæ imaginem effingendi apud Græcos more; ubi ait inventam fuiſſe in æde Blachernenſi tabellam Deiparæ Chriſtum ad pectus applicatum tenentis, quæ à Copronymo in iſtum uſque diem per annos trecentos duraverat integra: εὑρέθη εἰκὼν ὁλογραφική, σανίδιον, ἐπὶ σανίδιον κεχαραγμένης τῆς Θεοτόκου τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν, &c. Aliter tamen interdum depictam, & ut Latini ſolent, in ulnis ſcilicet Chriſtum geſtantem Deiparam, colligi videtur ex Theophane Cerameo, ſcribente in celeberrimâ illâ D. Virginis imagine à S. Luca depictâ, & quam in Ὁδηγῶν Monaſterio aſſervatam & cultam alibi docemus, depictam hanc ἐς ἐπὶ ἱεραῖς ὠλέναις ἀγκαλιζομένην τὸν Κύριον. Quomodo etiam deſcribitur à Theodoro Studita in Iambis:

Strada p. 318.

Strada p. 327.

In tabella 3. v. Ant. Aug. de numiſ. l. 25. Chron. Orientale p. 126.

Vide Gloſſar. noſtrum VV. Scutum, Surtaria.

Scylitz. p. 719.

Homil. 20. Theodor. Studita in Iambis apud Greizer. de Cruce.

Θεὰς

Θείως τεκοῦσ' ὡς Ἐν ἀσπόρῳ τρόπῳ Ω
Ἐκ σοῦ προῆλθε τὸ Νέου πόλου φάος Σ
Ὁ τῶν Χερουβὶμ αἶνος, ἡ πρὶν αἰτία Α
Τὴν νύκτα μειοῦν τῆς Ὅλης πλάνης πάλαι Ι
Ὃν ἀγκαλίζῃ καὶ Μάλα χαρτὸν φέρεις Σ
Κεκραμένον σῇ θεοειδεῖ εἰκόνι Ι
Ὡς δεσπότην τε καὶ Σὸν ὄντως υἱέα Α

Apud Gretser. lib. de Cruce.

Id eſt ad verbum,

Divinè paris tanquam ſeminis experte modo
Ex te prodiit novi cœli lumen,
Cherubinorum laus, priùs cauſa,
Noctem imminuens totius erroris priſci,
Quem ulnis tenes, & valde pictum portas,
Mixtum tuæ Dei ſimiliter imagini,
Tanquam dominum & tuum verè filium.

Diogeniano priori ſimiles habentur aurei Joannis Comneni nummi, in quibus ſcilicet diadema excipit a Deiparâ, cum hiſce characteribus, ω ΔΕCΠΟΤ in facie verò alterâ effingitur Chriſtus ſedens. In altero ejuſdem Auguſti Deipara crucem duplicem porrigit ipſi Joanni, cum lemmate ω ΔΕCΠΟΤ. ſupra caput, & ad latus Deiparæ, ΘV. MP. In alio præterea in quo ſtat ipſe Joannes cum Narthece & globo crucigero, hiſceque literis, ω ΔΕCΠΟΤ ΠΟΡΦΥΡΟ. ΕΝ. Averſa facies ſacræ Virginis protomen præfert cum utroque brachio expanſo, ut in aliis perinde inter Zimiſcianos, & Manuelis, Andronici Tyranni, & Iſaacii Angeli, & ſolitis characteribus, MP. ΘV. In alio denique ejuſdem Manuelis Deipara Virgo ſtat facie luſca, brachiis pariter erectis, in precantis ſpeciem: quaſi ad Deum preces funderet pro Imperii vel urbis incolumitate.

Neque Chriſtum duntaxat aut ſacram Deiparam in nummis ſuis expreſſere poſteriores Auguſti Conſtantinopolitani, ſed etiam Sanctos quos potiori cultu venerabantur. Iſaacii Imperatoris binos nummos ex Gazophylacio S. Genovefæ Pariſienſis protulimus, utrumque ex iis quos Caucios, ſeu Cavos, vocant, alterum æreum, argenteum alterum, paris magnitudinis, niſi quod adroſi ferè ſunt characteres, qui in æreo diſtinctè leguntur. Stant in æreo figuræ duæ, prior Iſaacii, Imperatorio habitu, dextrâ crucem geſtantis: altera Angeli cum nimbo circa caput, crucem perinde longiorem dextrâ prehendentis, quam is Imperatori porrigit. In nummi orâ ac circulo exarati habentur minutiores iſti characteres, ICAAKIOC ΔΕCΠΟΤ. Suprà Crucem mediam, ΑΓΙΟC ΑΡ. Infrà ad lævam Χ. ΜΙ. quibus intelligitur Ἀρχάγγελος, vel Ἀρχιστράτηγος Μιχαὴλ, quem ut patronum ſibi adſciverat Iſaacius, ob Angeli, quod ei erat, cognomen. In convexâ nummi parte Deipara ſedet Chriſtum puerulum in clypeo effictum, gremio complectens, cum characteribus ſolitis, MP. ΘV. Ejuſdem ferè fabricæ monetariæ eſt nummus aureus, quem ad Alexiadem deſcripſimus, præterquam quòd manus de nube profecta diadema capiti Imperatoris imponit. Cætera ſi non inſtar ſunt ejus quem exhibemus, cùm in figuris, tum in inſcriptionibus, culpa eſt, ni fallor, illius a quo ectypon acceperamus: nam nummum ipſum inſpicere non licuit. Enſem tamen ab Angelo in eo porrigi Imperatori obſervatum à nobis erat in magni Peireſcii, qui nummum viderat, Adverſariis. Unde ad id referendum videbatur, quod Scylitzes & Zonaras ſcribunt, Iſaacium Comnenum, quod imperatoriam quam conſecutus erat, dignitatem, non Deo, ſed propriæ virtuti adſcriberet, in nummis imaginem ſuam ſtricto enſe inſculpendam curaviſſe: tametſi verendum ne qui primus ex iis id tradidit, hallucinatus ſit, ac imaginem S. Georgii, quem cum diademate & ſtricto enſe effingere ſolebant Græci, ut mox dicturi ſumus, quæ forte expreſſa fuit in averſo nummo, ipſius Imperatoris eſſe putaverit: nam & in Manuelis Comneni monetis ita effingitur. Ab hac porrò expreſſâ Iſaacii Comneni, enſem tenentis, in nummis imagine, Spataphori Italici Roccellæ Marchiones, Schlaſanni & Agulii Comites, olim ex Acarnaniâ vel Dalmatiâ profecti, eundem Iſaacium gentis ſuæ, ac cognominis auctorem, levi ſanè fundamento, profitentur. Iſaacii Angeli nummus alter argenteus in concavâ ſui facie binas pariter exhibet figuras. Prior, quæ eſt Imperatoris, dextrâ Narthecem tenet; altera quæ eſt Sancti alicujus, caput nimbo ornata, & ſago militari induta, ſiniſtram manum pectori admovet, & dextrâ Narthecem Imperatori porrigit. Characteres oræ dextræ adſcripti, non modò minuſculi, ſed & pene omnino adroſi ſunt, adeo ut aliud nihil expiſcari fas fuerit, niſi quòd ſimiles videntur iis qui in æreo nummo exarantur. Ad ſiniſtram verò, ſi bene conjicimus, habetur, ΑΓΙΟC ΑΡ.·. Τ.·. C. Cætera aſſequi non potuimus. In alterâ & concavâ nummi facie, ſedet, ut in priori, Deipara cum Jeſu infantulo, in ſinu, & ſolitis literis MP. ΘV.

XXXI. Sanctorum imagines in nummis.

Jo. Bapt. Laurus de Annulo pronubo Deiparæ.

In aliquot aliis Joannis & Manuelis Comnenorum nummis æreis effictum cerni- XXXII.

S. GEORGII IMAGO IN NUMMIS.

mus S. Georgium, quem μεγαλομάρτυρα vocant Græci, non tamen quâ ab iis exhiberi ſolet ſpecie. Hic enim προτομὴ ſancti Martyris, uti ſuprà diximus, deſcribitur, nudatum enſem vel ſpiculum dextrâ, clypeum ſiniſtrâ tenentis. Caput margaritarum lineâ ſeu unionibus diſtincto diademate, inſtar Imperatoris, cingitur. In Manuelis nummo adſcribuntur hi characteres O, in quo A minutulum includitur, quo ἅγιος vulgo contrahunt Græci, ΓΕ - ΓΙΟC, id eſt, ἅγιος γεώργιος. Nec multùm diſpar eſt S. Georgii figura, quàm habet Conſtantini cujuſdam [illegible] ſigillum apud Octavium Stradam, in quo ſtans habitu militari deſcribitur, dextrâ ſpiculum tenens, ſiniſtrâ clypeo Cruce inſignito ac humi defixo innixus, cum hiſce characteribus, O ΑΓΙΟC ΓΕ. Verùm Græci à quibus immensè cultus eſt, ἱππότην, ſeu equitem, ferè ſemper ſanctum Georgium depingebant: quòd eo habitu non ſemel, ut aiunt, in præliis adſtitiſſe Græcis, ac pro iis dimicaſſe conſpectus ſit. Ita à Conſtantinopolitanis depictum auctores ſunt Nicetas, Nicephorus Gregoras, Codinus, & alii.

P. 361.
Nicet. in Man. l. 6. n. 5. Gregoras l. 8. Codin. de Off. c. 6. n. 23.
Differt. 11. ad Joinvillam p. 211. 212.

DISSERTATIONIS hujuſce initio, inferioris ævi, ſeu Conſtantinopolitanorum Imperatorum numiſmata habere diximus quidpiam peculiare, quodque in ſuperioris ætatis nummis vix reperitur, tum quoad Principum ipſorum veſtes ac geſtamina, tum etiam quoad inſcriptiones. Ac cùm de priore hac parte copioſè ſatis, ni fallor, actum ſit, ut id quod inſcriptiones ſpectat, eadem procedat methodo, inſtituti noſtri ratio poſtulat. Ac primò quidem occurrit Spanhemii viri doctiſſimi obſervatio, à Conſtantinopolitanis Auguſtis non planè omnino, quod velle videtur, ſed crebrò omiſſum in eorum nummis Imperatoris titulum, exceptis fortè Juliani æreis, in quibus ſolitum illud IMP. legitur. Conſtat ſanè Imperatorium hunc titulum à Julio Cæſare in nummis haud receptum, nec ab Auguſti ſucceſſoribus Tiberio, Caio, Claudio etiam, niſi rariùs in iis admiſſum, ut de Tiberio & Claudio aſſeruit Suetonius, illos à prænomine Imperatoris abſtinuiſſe: adeo ut in magnâ nummorum copiâ, qui ſuperſunt eorumdem Principum, vix ſemel tributum advertere ſit. Unde etiam eorum exemplo neglectum ab aliis Cæſaribus, ut Severo, Caracalla, Gallieno, & reliquis, quorum nummi frequentiùs eo carent prænomine.

XXXIII. IMPERATORIS TITULUS OMISSUS IN NUMMIS BYZANT.
Differt. 8.

XXXIV. TITULUS DN. IMPERATORIBUS ET CÆSARIBUS TRIBUTUS IN NUMMIS.
Sueton.
Lamprid.
Lamprid. in Diadum.
Grut. 273. 5. 7 274. 2. 275. 3. 4. 279. 1. &c.
Occo p. 508
Occo p. 515. 519. 522. 523.
Occo p. 535. 536. 543. 544. 545.
Baron. an. 324. n. 62.
Occo p. 540. 545. 551. 556.
Grut. 281 1. 282. 4. 284 6. 7. 8. 1086. 2.
Grut. 284. 1. 287. 4
Bano p. 67. 284. 2.

HUJUS autem loco ſucceſſere apud Conſtantinopolitanos binæ iſtæ literæ, DN. id eſt, *Dominus noſter*, quæ in venerationis titulum à populis, à quibus cudebantur, videntur adſcriptæ. Priores certè Cæſares *Domini* appellari omninò recuſarunt: quod de Auguſto, Tiberio, & Alexandro Severo exertè Scriptores tradunt. Neque tamen omnes intra modeſtiæ iſtius limites ſe ſe continuere, cum Plinius junior Trajanum, ad eum ſcribens, *Dominum* ſemper compellet: & apud Lampridium, Antoninus Diadumenus de Opilio Macrino Auguſto patre verba faciens, *Dominum noſtrum & Auguſtum* vocet: ac in antiquis denique inſcriptionibus, Decius Trajanus, Æmilianus, Valentinus, Gallienus, & Diocletianus, & qui eos deinceps excepere, *Domini noſtri* dicantur. Sed vix ante Marcum Aurelium Carum, ejuſmodi titulos nummis inſcriptos obſervare eſt: cujus quidem aureus proſtat cum hiſce aſſentatoriis verbis, DEO ET DOMINO CARO AVG. Similes propemodum habentur Diocletiani, in quorum altero iſta leguntur, DN. DIOCLETIANO BEATISSIMO; in alio, FELICISSIMO SEN AVG. prætereà Maximiani, cum hacce inſcriptione, DN MAXIMIANO BEATISSIMO SEN AVG. Verùm in hiſce nummis tertio caſu conceptæ ejuſmodi inſcriptiones ſatis declarant cuſos à Conſtantio Chloro & Gal. Valerio Maximiano, quos ii adoptaverant, poſt abdicatum ab utroque Imperium, quod vox SENIORI ſuadet, quo modo *Dominum & parentem noſtrum Diocletianum ſeniorem Auguſtum* adhuc ſuperſtitem appellant Conſtantinus & Licinius in lege 2. Cod. Th. de Cenſu, edita anno 313. vel certè poſt eorum exceſſum, cùm iſtorum aliquot nummorum averſa pars, QVIES, REQVIES OPT. MERIT. vulgò præferat; quæ quidem inſcriptio, ut in ipſius etiam Conſtantii nummis, mortuum Auguſtum omnino ſignificat. Lateres figlinos deſcripſit Baronius ex baſilicâ Vaticanâ veteri, in quibus exaratum legitur, DN CONSTANTINVS AVG. In aliis Conſtantini & Licinii nummis binæ iſtæ literæ DN in ſecundo caſu exaratæ leguntur, DN CONSTANTINI AVG. ita ut ſubintelligatur vox, *moneta*. In aliis Romuli, Licinii, Conſtantini junioris, Conſtantis, & ſubſequentium Imperatorum in primo. Delatos eoſdem honoris titulos Cæſaribus ipſis probant nummi Criſpi, Licinii junioris, Conſtantii, Decentii, Juliani, & aliorum. Sed & ipſis Imperatricibus, maximè verò Helenæ Conſtantii uxori, Conſtantini M. matri, attributos arguunt inſcriptiones veteres, quarum altera, quæ Romæ legitur, hæc præfert, DOMINAE. NOSTRAE. FL. IVL. HELENAE, &c. In nummo Conſtantini filii [illegible] continente exhibetur illa cum hiſce characteribus DN. MR. Id eſt, *Domina noſtra mater*, ut quidam interpretantur. In æreo, quem delineari curavimus, pro DN. omnino habetur VN. id eſt, fortè, *venerabilis*: quo quidem titulo donatur in veteri inſcriptione Neapolitanâ: PIISSIMAE. AC. VENERABILI. DOMINAE. NOSTRAE. HELENAE. AVGVSTAE. MATRI. DOMINI. NOSTRI. VICTORIS. SEMPER. AVGVSTI.

CONSTANTINI. ET. AVIAE. DOMINORVM. NOSTRORVM. BEATISSIMORVM. CAESARVM. ORDO. ET. POPVLVS. NEAPOLITANVS. Tradit auctor Chronici Alexandrini Gratianum Auguſtum Valeriam Severam matrem, quam Marinam vocat, Δέσποιναν, ſeu *Dominam* appellaſſe. In aliâ denique inſcriptione Maria Honorii Auguſti conjux eodem donatur titulo, DOMINO. NOSTRO. HONORIO. DOMINA. NOSTRA. MARIA. Carolum præterea Magnum, ut & ſummos Romanos Pontifices eundem ſibi arrogaſſe, probant veteres aliquot Inſcriptiones apud Nicolaum Alemannum in Diſſertatione de Lateranenſibus parietinis.

Chron. Alex. p. 702. 704. *P.* 42. 45. 110.

XXXV. DESPOTÆ TITULUS IMPP.

UT porro *Domini*, voce Latinâ, priores Byzantini Imperatores, ita & poſteriores, Δεσπόται, Græco idiomate, cùm Latinum tunc exoleviſſet penitus, appellari voluerunt, ſicque in nummis inſcribi. Habetur aureus Nicephori & Stauracii, in cujus facie alterâ effingitur ipſe Nicephorus, cum hac inſcriptione, ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ BASILEV, in averſâ verò Stauracius, cum lemmate, STAVRACIb dESPOT. quaſi ea ætate Δεσπότης appellatio, Βασιλέως, ſeu Imperatoris appellationi ceſſerit: & Stauracius, licèt εἰς βασιλέα à Patriarcha Taraſio in Sophianæ Eccleſiæ ambone coronatus fuerit, patre ſuperſtite, eo titulo ipſo parente dignitate ſe inferiorem teſtari voluerit. At aliquot ex ſubſequentibus Auguſtis ſe in nummis Δεσπότας inſcripſerunt, ut Conſtantinus, vel Michael Ducas, Nicephorus Botaniates, Romanus Diogenes, Alexius, Joannes, & Manuel Comneni, Iſaacius Angelus, Alexius Angelus, & qui poſtea imperarunt Auguſti, qui hacce nomenclaturâ à ſubditis vulgò etiam ita compellabantur, cum adjectione Sanctitatis, hac ratione, Δέσποτα μου ἅγιε. Quinetiam ex iis quidam eundem titulum honoris causâ proximioribus affinibus communicarunt, primuſque, ni fallor, Michael Ducas avunculo, ut eſt apud Zonaram: quæ quidem honorifica appellatio in præcipuam Palatii dignitatem poſtea tranſiit, quod aliàs adnotavimus.

In Not. ad Cinnam. p. 468.

XXXVI. FLAVII PRÆNOMEN.

POST expreſſas haſce DN literas, hæ FL. ferè ſemper ſubſequuntur, quibus indicatur Flavii prænomen, quod ſequioris ævi Imperatores affectaſſe, ſibique adſeruiſſe eorum nummi ſatis declarant. Ac gens quidem Flavia, Romanorum ſtante republicâ, vix cognita fuit. Veſpaſianus verò ejuſque liberi Titus & Domitianus ex eâ orti, Imperatoriam adepti dignitatem, ſplendorem familiæ ſuæ perinde ac famam conciliavere: cui non modicum dedit incrementum Claudius Imperator, qui ab eâ genus arceſſebat. Huic enim prænomen Flavii attribuit Pollio, qui vitam illius deſcripſit, ut & vetus inſcriptio à Panvinio relata, IMP. CAES. FL. CLAVDIO. PIO. FELICI. &c. Illud porrò etſi in Claudii nummis nequaquam legatur, ab eo ad Conſtantii Chlori, Claudii ex fratre neptis filii, tranſiiſſe familiam conſtat. Unde idem Scriptor de Claudio verba faciens, *Ille*, inquit, *velut futurorum memor, gentes Flavias, quæ Veſpaſiani & Titi, nolo autem dicere Domitiani, fuerant, propagavit*. Iſtius igitur affinitatis jure Conſtantii nomen cum Flavii prænomine licet obſervare in antiquis inſcriptionibus, & aliquot illius nummis. Atque inde, non in ejuſdem gentis duntaxat, ſed & in cæteros ferme Auguſtos Byzantinos, tanquam Imperatoriæ dignitatis decus, traductum docent Stemmata noſtra Byzantina. Nam, ut Conſtantino Magno Conſtantii filio, proprium quodammodo fuerit, ſatis innuit Aurelius Victor, ſcribens *Urbis fanum atque baſilicam Flavii* (Conſtantini) *meritis Patres ſacraſſe, & per Africam Sacerdotium decretum Flaviæ genti.* Primus porrò Jovianus poſt extinctam Conſtantii Chlori & Conſtantini M. familiam id prænominis ſibi arrogaſſe oſtendunt ejus nummi, quod ab eorum ſucceſſoribus deinceps factitatum. Quin & ipſe Autharitus Longobardorum Rex, quo familiæ ſuæ lumen accenderet, Flavii etiam affectavit prænomen, quod fecere poſtmodum pariter qui eum in iſtâ dignitate excepere, ipſique adeo, utrorumque exemplo, Gothici Hiſpaniæ Reges, quod à Recaredo primo factitatum volunt quidam in Concilio Toletano III. ubi Flavii prænomen ei attributum legitur. Nec Romanorum Auguſtis duntaxat, aut Regibus Longobardorum, vel Gothorum id prænominis proprium fuit, ſed & à ſummis in Republicâ viris, Conſulibus nempe, Prætoribus, Præſidibus, & Viris Clariſſimis & Patriciis, ævo ipſius Conſtantini, uſurpatum docent Faſti Conſulares, veteres Inſcriptiones, & Diptycha Leodienſe, Bituricenſe, & Compendienſe, in quibus Philoxenus & Anaſtaſius Conſules ordinarii Flavii prænomine donantur, adeo ut templo Flaviæ gentis, quod effictum cernitur in Titi nummo, rectè conveniat ex eventu adſcripta epigraphe, AETERNITATI FLAVIORVM, in quo etiam ludens Martialis, ſimili penè ſententiâ hæc de gente Flaviâ vaticinatus eſt:

> *Manebit altum Flaviæ gentis decus*
> *Cum ſole & aſtris, cumque luce Romanâ.*

Hocce tamen Flaviæ gentis templum à Domitiano excitatum tradit Suetonius. Atque id fortè cauſæ fuit, cur ſcripſerit Caſaubonus Veſpaſianum & Titum, qui in Cenſurâ ſuâ ampliſſimos ordines variis bellis exhauſtos ſuppleverant, & honeſtiſſimos

Suet. in Veſp. c. 1. *Pollio in Claudio. Aurel. Victor. Paul. Warnefr. l.* 3. *de Geſt. Long. c.*16. *Bullar. Caſin. to.* 2. *p.* 1. *&c. Regino an.* 517. *Baron. a.* 744. *n.* 41. *Bicarius in Chr. Maxim. p.* 73. *Chifflet. in Vindic. Hiſp. p.*350. *Grut.* 1076. 2. 1023 1. 431. 4 412. 5. 282. 4. 1079. 14. 175. 5 406. 1. 1052. 10. 1076. 2. 1054. 8. 192. 12. 391. 3. *Apud Bucium p.* 30. *Mart. l.* 9. *ep.* 2. *Sueton. in Domit.*

quoſque ex Italicis & provincialibus allegerant, eoſdem communi Flaviarum gentium nomine appellari voluiſſe, eaſdemque gentes Flavias propagaſſe Claudium, atque in earum numerum novos Patricios adſciviſſe, quaſi jam tum prævidiſſet deferendum Imperium uni ex illis gentibus orto. Verum hanc viri doctiſſimi ſententiam meritò ſuggillat Salmaſius, cùm ante Conſtantini tempora nemo ex ſupremis Imperii magiſtratibus vel Palatinis Proceribus Flavii nomen uſurpaſſe legatur: quod circa ea tempora viris Patriciis ab Imperatoribus indultum par eſt credere. Quando verò honorifica iſta tandem *Flaviorum* nomenclatura ab Auguſtis deſierit uſurpari, haud omnino conſtat. Hac certè non modò donantur Heraclius & Conſtantinus filius, ſed & Leo Philoſophus in eorum Novellis: ita ut poſthæc viguiſſe aliquamdiu liceat colligere. At quod Strada id prænominis ex Comnenis ac Angelis Imperatoribus attribuit, atque adeo in poſteriorum Imperatorum nummis deſcriptum fingit, non indubitatam fidem apud pleroſque obtinet: tametſi conſtet apud Waddingum ex MS. Cencii Camerarii Vaticanæ Bibliothecæ illud tribui Joanni Ducæ Imperatori ſub ann. M CC XXXII.

Jus Gr. Rom. p. 77. 83. Novella Leonis Imp. p. 430. edit. S rimzer. Wadding. an. 1235. n. 10.

XXXVII. TITULUS PERPETUI AUGUSTI.

CÆTERI Imperatorum Byzantinorum, maximè qui ante Leonem M. imperarunt, in nummis tituli, ab iis quos priores in ſuis ſibi adſcribunt Auguſti, vix diſcrepant. At tum primùm advertimus pro hocce titulo, PIUS FELIX AVGVSTVS, qui per PF. ſolet efferri, hunc, PERPETVVS AVGVSTVS, poni, qui interdum & crebrius per duplex PP. ſcribitur, in ejuſdem Leonis aureis, qui hanc inſcriptionem præferunt, DN. LEO. PERP. AVG. ut & in Zenonis, Baſiliſci & Phocæ: quæ in Anaſtaſii, Juſtini, Juſtiniani, Tiberii, Heraclii, & aliquot aliorum, per duplex PP. contrahitur. Enimverò Perpetuitatis titulus in inſcriptionibus & numiſmatibus paulò recentioris eſt ævi. In inſcriptione ad Urbinum, Conſtantius & Maximianus PERPETVI CAESARES, in aliâ, Romæ ad arcum Septimii Severi, Valentinianus PERPETVVS AC FELIX SEMPER AVGVSTVS, in aliâ, circa Brixiam, idem Valentinianus, Valens, & Gratianus, PERPETVI PII FELICES SEMPER AVGVSTI dicuntur. Apud Marium Mercatorem, ejus *Commonitorium* dicitur oblatum *piiſſimo Principi Theodoſio ſemper auguſto.*

Grut. 161. 3. 285. 8. 1086. 8. Marius Mercat.

XXXVIII. TITULUS IMPERATORIÆ, ET TRIBUNICIÆ POTESTATIS, &c.

NEQUE omnino videntur abrogatæ ſolennes eæ in priorum Imperatorum numiſmatibus & inſcriptionibus Epigraphæ, quæ Imperatoriæ, vel Tribuniciæ, aut Conſularis dignitatis exactos titulos denotant. Dedimus enim aureum Valentiniani ſenioris, in cujus averſâ facie figura ſtolata ac galeata ſedet, cum hiſce characteribus, IMP XXXXII COS XVII PP. Proſtant inſcriptiones veteres in quibus Conſtantinus M. PONT. MAX. TRIB. POT. COS. III. PP. indigitatur: in aliâ verò, PONT. MAX. TRI. P. XXIII. IMP. XXII. PP. Julianus, P. M. IMP. VII. CONSS. III. Valentinianus idem ſenior & Valens, PONTIF. MAXIMVS. TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II. Gratianus denique in eadem, ut & in aliâ inſcriptione, perinde, PONTIF. MAXIMVS. TRIB. POT. III. IMP. II. CONS. PRIMVM. Atque hanc inſcriptionum formulam à militum acclamationibus manaſſe pridem viri docti obſervarunt, ex rerum ſcilicet præclarè geſtarum, vel expeditionum bellicarum ab ipſiſmet Imperatoribus, aut ab eorum legatis ſuſceptarum numero: cùm, ut ait Dio, ſemel tantùm uno de bello id nomen liceret adſumere. Pontificis verò Maximi titulum in nummis etiam ſibi adrogaſſe Conſtantinum M. arguit ille à Spanheimio deſcriptus, in quo hi characteres exarati conſpiciuntur, PMTRPPP COS IIII PROCOS. Ubi, quare Proconſularem dignitatem vel titulum ſibi adrogarint Imperatores, diſputat idem vir doctiſſimus. Cur autem Pontifices Maximi, Imperatores Chriſtiani interdum appellari voluerint, notum ex Zozimo, qui tradit non modò Latii Reges, ſed & Romanorum Imperatores hoſce titulos ſibi adrogaſſe, quos neque etiam primò ex Chriſtianis reſpuerint Auguſti Conſtantinus M. Valentinianus & Valens, quibus ex ritu veteri Pontificium habitum à gentilibus Pontificibus delatum & acceptum ait: ſed recuſatum à Gratiano, ἀθέμιτον εἶναι χριστιανῷ τὸ σχῆμα exiſtimanti: vel quod de Leone M. Imperatore dixit Facundus Hermianenſis Epiſcopus, quia noverat, *quòd poſt adventum domini gentiles tantùm Principes Imperium ſimul Sacerdotiumque tenuerunt, judicavit non decere Principem Chriſtianum quod fuit aliquando gentilium.* Jam verò cur Valentinianus *Conſul decimum ſeptimum* inſcribatur, nemo, opinor, attigit, cùm ſemel hanc dignitatem cum filio inierit, adeo ut dicendum ſit hæc in longioris vitæ ac Imperii vota fuiſſe adſcripta.

Grut. 283. 1. 3. 285 1. 2. 3. 4. 160. 4. 1082. 13. Spanheim. diſſ. 8. p. 690. Dio lib. 60. Spanh. p. 711. Zozimus lib. 4. p. 761. 37. Lib. 12. cap. 3. Ammian. lib. 25.

XXXIX. TITULUS NOVI CONSTANTINI.

ATQUE hæ quidem appellationes Auguſtis omnibus fuere communes: at ex iis aliæ præ cæteris quoſdam ſpectarunt, ut fuit illa *Novi Conſtantini*, quæ Tiberio, & Heraclio, Heraclii Imperatoris filio, potiſſimùm in nummis adſcribitur, voce tamen, *Novi*, expunctâ, propter numiſmatum exiguitatem. Quippe Juſtinus junior morbo correptus adoptatum Tiberium Cæſarem creavit, & Νέον Κωνσταντῖνον, *Novum Conſtantinum* appellavit, ut eſt in Chronico Alexandrino; ubi interdum, ſuppreſſâ priori

voce, nudè *Tiberius Conſtantinus*, quo modo etiam in nummis ejuſdem Auguſti, dicitur. Eâdem perinde nomenclaturâ donatus eſt à patre Heraclio Imperatore, Heraclius filius primogenitus; dictus enim *Heraclius Novus Conſtantinus*, non *junior*, uti habet Interpres: quem errorem erravit etiam in Tiberio; quod præ cæteris arguit ſubſcriptio Novellæ Heraclii, quæ *data* legitur *VIII. Kalend. Maias CP. Dominorum noſtrorum piiſſimorum Perpet. Augg. Heraclii anno VIIII. & Heraclii novi Conſtantini filii ipſius anno VII.* ut & ſubſcriptio diplomatis Honorii PP. apud Ughellum in Epiſcopis Bobienſibus. Neque tamen Tiberio & Heraclio peculiaris fuit hæc appellatio, niſi quod cognominis vice propriè videatur iis indita, Tiberio quidem à Juſtino proſocero, Heraclio verò juniori à parente, cùm hanc cæteri ferè ambierint Auguſti. Marciano enim Auguſto *Novo Conſtantino* non ſemel acclamatum legimus in Concilio Calchedonenſi act. 4. & 6. Juſtino in Synodo ſub Hormiſda, Juſtiniano in Concilio ſub Menna act. 5. Conſtantino Pogonato in VI. Synodo act. 8. & Conſtantino filio Irenes in VII. Synodo act. 7. Quinetiam poſtremi Imperatores honorificam iſtam appellationem affectarunt, quod de Michaele Palæologo teſtatur inſcriptio in æde Deiparæ Peribleptæ Conſtantinopoli, quam profert Leunclavius, firmatque Georgius Pachymeres. Sed & Conſtantinopolitani ex Francica gente Imperatores videntur appellationem eandem uſurpaſſe, quod præ cæteris docet Innocentius III. Pontifex, qui Balduinum Flandrenſem *Conſtantinum Imperatorem* nudè vocat, in epiſtolâ ad Namurcenſem Comitem: *Præterea*, inquit, *præſentibus vobis litteris innoteſcat, quod poſtquam illuſtris memoriæ Conſtantinus Imperator ſub hoſtili cuſtodiâ diem clauſit extremum, chariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus, germanus ipſius Conſtantini frater, Imperator illuſtris, ab univerſo exercitu Latinorum unanimiter & concorditer fuit in apicem Imperii ſublimatus.* Niſi fortè mendum ſit, legendumque *Conſtantinopolitanus.*

Chr. Alex. p. 862. 864.
Jus Gr. Rom. p. 83.
Ughell. to. 4. p. 1325.
Concil. Calched. &c.
Leuncl. in Pand. Turc. n. 51.
Pachym. l. 4. c. 21. l. 13. c. 23.
Innocent. III. l. 9. epiſt. 47.

XL. NUMMI VOTIVI.

Ex Imperatoriis deinde nummis, Votivi vulgò appellantur, qui Vota publica nuncupata, ſuſcepta & ſoluta pro ſalute Principis in inſcriptionibus ſuis præferunt, vel quod iis quibus ſuſcepta ſunt annis cuſi ac formati ſint. Atque hi quidem licèt ævi inferioris nummorum, ſeu Conſtantinopolitanorum Imperatorum non omnino proprii fuerint, habent tamen qui ab iis cuſi ſunt, quiddam peculiare, quod in ſuperioris ætatis Principum nummis non occurrit. Quod quidem ut legenti planum fiat; lubet Votorum iſtorum originem ab ipſis primordiis ſummatim repetere. Scribit Dio, Auguſto, cum primum decennium exiviſſet, aliud quinquennium, atque eo circumacto, rurſum aliud quinquennium, poſt decennium, ac eo finito aliud item decretum fuiſſe, ut continuatis decenniis per totam vitam, ſummam Imperii obtinuerit: eamque ob cauſam poſteriores quoque Imperatores, licèt non ad certum tempus, ſed ad vitam Imperium eſſet eis delatum, id deinceps obſervaſſe, ut ſingulis decenniis feſtum pro ejus renovatione agerent, quod etiam hodie fit, inquit ille. Ad quintum autem decennium Auguſto oblatum ac decretum ſcribit idem Dio. Exhinc cæteri deinceps Auguſti, exactis decenniis, principatum ſibi confirmari ſenatuſconſulto non petierunt, cum id non inviti retinerent, ut Auguſtus, ſed ultrò ſibi aſſererent, quod de Tiberio idem Scriptor commemorat, & ex eo Xiphilinus, qui ſubdit πανήγυριν δεκαετηρίδα, quam δεκαετῆ πανήγυριν vocat Euſebius, exacto decennio celebraſſe. Ita poſtmodum, eodem Dione auctore, Severus Imperator Imperii exacto decennio congiaria & annonas militibus diſtribuit, & populo Circenſes dedit. Ex hoc igitur recepto more decennalia ſingulis decenniis celebrata conſtat, quod præterea firmat Trebellius Pollio in Gallieno Salonino. Sed poſtmodum obtinuit, ut vota publica pro decennalibus feliciter auſpicandis & ineundis ederentur cujuſque decennii initio, quod ex nummis potiſſimùm Antonini Pii colligimus, quorum alii, PRIMI DECENNALES, alii, SECVNDI DECENNALES præferunt, alii, VOTA SOL. DECEN. II. alii denique, VOTA SVSCEP. DECENN. III. Ita tria decennalia inita ab Antonino Pio, qui annos 24. tantùm imperavit. In gemmâ quam habet Dactyliotheca MS. Ludovici Chalucii, extat figura ſacrificantis ſpecie, cum hiſce characteribus, VOTA SVSC. VICE. Id eſt, *Vota ſuſcepta Vicennaliorum.* In aliis perinde nummis Antonini Philoſophi leguntur, PRIMI DECENNALES, & VOTA SVSC. DECENN. & VOTA. SOL. DECENN. In nummis Commodi, VOTA DECENN. SVSC. In nummis denique Helvii Pertinacis, qui vix menſes quatuor imperavit, VOT. DECENNAL. & in Pupieni Maximi, cujus Imperium haud biennii fuit, VOTIS DECENNALIBVS, quæ totidem habentur in Severi Alexandri, & Julii Philippi monetis. Profert Cholius nummum alium Diocletiani, qui viceſimum Imperii annum vix exceſſit, in quo ſcriptum, VOT. XXX. S. Habetur in ejuſdem Chalucii Dactyliothecâ ectypon gemmæ, cui inſculptum, VOT. XXX. S. DI. Id eſt, *Vota Tricennaliorum ſuſcepta, Diocletianus.* Præterea gemmæ aliud ectypon, quæ hoſce characteres præfert, MAXI. VOT. XXX. P. Id eſt, *Maximianus, vota Tricennaliorum publica.* Ex quibus perſpicuum fit vota decennalia vel decennaliorum ſuſcepta cujuſque de-

Dio l. 53.
Xiphilinus.
Euſeb. in Orat. de Laudib. Conſt.
Treb. Pollio.
Occo p. 257. 264.
Du Choul p. 156.
Erizzo p. 452.
Id. p. 335. 336. 429. 430. 415.
Du Choul p. 255.
Chalucius p. 56.

cennii initio. Alii præterea nummi nudè præferunt, VOTA PUBLICA, ut Lucillæ L. Veri uxoris, Hadriani, Septimii Severi, Caracallæ, Getæ, Macrini, Elagabali, & aliorum: in quibus omnibus ſacrificium ferè ſemper effingitur, quòd vota ejuſmodi pro ſalute Principis & Imperii felicitate, cum ſacrificiis initio cujuſque luſtri aut decen-
Petrus Faber ad tit. 2. de Orig. Jur. p. 764.
nii exſolverentur, ut monemus in noſtrâ Conſtantinopoli, ubi de Tribunali novendecim accubituum agimus. Atque hæc quidem obtinuere priuſquam religionem Chriſtianam eſſent amplexi Imperatores, à quibus, abrogatis in votis publicis ſacrificiis, reliquæ ſolennitates ſervatæ ſunt, vel novæ excogitatæ, in quibus illa fuit, ut offerrentur Imperatoribus ex more à magiſtratibus munera, certa nempe aureorum ſolidorum quantitas ab ipſis Principibus definita. Extat eam in rem inſignis epiſtola Symmachi ad Valentinianum juniorem, in qua ait Valentiniano & Valenti *ob decennium minorem ſummam decretam:* Gratianum, *cùm tertium luſtrum ævi Imperialis exigeret, par-*
Symm. l. 10. ep. 26.
ciore munificentiâ honoratum: eidem denique Valentiniano *mille ſexcentas auri libras decennalibus Imperii faſtis devotum ordinem promiſiſſe, urbanis ponderibus conferendas, id eſt, trutinæ largioris examine.* In hac etiam decennaliorum celebritate edebantur Circenſes,
Euſeb. l. 8. c. 11. 26. Id. l. 1. de Vita Conſt. c. 41. l. 3. c. 21.
eximebantur rei de carceribus, agebantur Deo gratiarum actiones, & diſtribuebantur pecuniæ per civitates, ut teſtatur Euſebius. Sed quæ ſingulis decenniis concipiebantur vota, poſtea ſingulis quinquenniis ſunt exſoluta, quod indicat loco laudato Symmachus. Indeque Quinquennalium aut Quinquennaliorum votorum inſcriptiones in nummis manarunt, ita ut Quinquennalium vel Quinquennaliorum vota primo initæ dignitatis anno celebrata cenſeri debeant, Decennaliorum poſt exactum quinquennium, vel ipſo quinto exeunte anno, Quindecinnaliorum exeunte decennio, Vicennaliorum exeunte decimo-quinto dignitatis anno, & ita deinceps. Alia enim ſunt *Vicennaliorum vota concepta,* alia *edita Vicennalia.* Edebantur quippe Vicennalia anno viceſimo Imperii, Vicennaliorum vota anno decimo, aut decimo-quinto. Verbi gratiâ, Conſtantinus Magnus Vicennalia Romæ edidit ipſo Conſtantino VII. & Conſtantino Cæſare Coſſ. qui fuit Imperii viceſimus annus, Chriſti 326. ut eſt apud Euſebium, Idacium, & auctorem Chronici Alexandrini: vota verò Vicennaliorum acta Imperii decimo-
Euſeb. Idac. Chr. Alex. Nazar. Paneg.
quinto, quod innuit Nazarius in Panegyrico ipſi Conſtantino dicto: *Quintum decimum annum maximus Princeps ſalutaris Imperii degit, ſed auguramur jam Vicennalia, & venturi fidem ſuperiorum felicitate ſancimus.* Cumque eo anno agerentur quinquennalia Licinii junioris, Criſpi & Conſtantini junioris, qui Cæſarum dignitate cohoneſtati fuerant Kal. Mart. Sabino & Rufino Coſſ. anno Chriſti 316. hæc ſubdit: *Quinquennalia beatiſſimorum Cæſarum occupatos in gaudiis habent, ſed in deſtinatis decenniis jam vota properantia & ſpes volucres conſtituunt, horum dehinc compotes propagabimus optabilis boni ſeriem.* Atque horum quidem una ſimulque Cæſarum vota nuncupata crebrò advertere eſt in eorum nummis, in quibus legitur, VOT. X. aut XX. CAESARVM NOSTRORVM; etſi interdum ſua cuique vota inſcripta, ut in nummo Conſtantini junioris, VOTA VICENNALIORVM: & in nummis Criſpi, in quibus pro lemmate eſt, BEATA TRANQVILLITAS, & VIRTVS EXERCITVS, & VICTORIAE LAETAE PRINCIPVM, in cippo, clypeo, & labaro deſcriptum legitur, VOT. XX. quæ quidem Vicennaliorum Criſpi vota, utpote exacta in ejuſdem decennalibus, cadebant in Vicennalia Conſtantini patris: quod indicat Porphyrius in Panegyrico, eidem Au-
Porphyr. Paneg.
guſto in ipſis Vicennalibus dicto, in quo dum metro ludit, in medio paginæ corpore, minio hoſce characteres depinxit, AVG. XX. CAE. X. Id eſt, *Conſtantini Auguſti Vicennalia, Cæſaris Decennalia.* Ac de Criſpo quidem:

——Tu carmina prome
Vate Deo digna: aut ſi quod perferet audens
Majus opus nectens, mens totâ mole ſubibit,
Spe pinget carmen, pangat ſi cœpta camena,
Compleat & verſu variata Decennia picto,
Ore ſecunda vovens ſub certo limite metri.

Ubi ſecunda vota Criſpi, ſunt vota Vicennaliorum, de quibus alio loco:

Sancte pater, rector ſuperûm, Vicennia læta
Auguſto, & decies creſcant ſolennia natis.

Et de Conſtantini Vicennalibus:

——Te tanto in carmine muſa
Et tua deſcriptis pingit Vicennia metris.

Mox de votis Tricennaliorum:

——Sæclis da, Conſtantine, ſerena
Tempora, ſumme pio Tricennia ſuſcipe voto.

Quæ quidem Conſtantini Tricennaliorum vota concepta leguntur in nummo aureo, clypeo, quem tenet Victoria, inſcripta, VOT. XXX. ubi pro lemmate eſt, VICTORIA CONSTANTINI AVG. Ad quam Conſtantini eo anno victoriam reſpexit idem Poeta:

Auguſto Victore juvat rata reddere vota.

At cùm nullam hoc anno victoriam ab hoſtibus adeptus Conſtantinus legatur eam forte nummus iſte ſpectaverit, quam paulo antè fuſo Licinio retulerat anno Chr. 325. cum inde glorioſam *Victoris* appellationem poſtmodum ambierit, ut teſtatur Euſebius, quamque nomini ſuo fere ſemper præpoſuit, ut eſt apud eundem Scriptorem, auctorem Chronici Alexandrini, & alios. Niſi referri debeat ad victoriam illam, quam ſe conſecutum gloriabatur eo anno 326. quo Vicennalia acta ſunt, contra Eccleſiæ hoſtem, poſtquam Epiſcopos in Concilio Nicæno invicem diſſidentes in concordiam revocaſſet, ut auctor eſt idem Euſebius, adeo ut *Victoriam Conſtantini*, ut ſuam ac propriam in nummis inſcribi voluerit. Ex prædictis etiam patet Criſpum poſt edita Cæſareæ dignitatis Decennalia, quæ in Kl. Martias in Vicennalibus Conſtantini Patris cadebant, ab eo ſublatum. Tricennalia porrò Conſtantinopoli edidit idem Conſtantinus 8. Kal. Aug. anno Imperii triceſimo, ut eſt apud Idacium & auctorem Chronici Alexandrini: in quorum quidem celebratione panegyricum Conſtantino ex more dixit Euſebius Cæſarienſis, qui ejus Hiſtoriæ ſubjicitur, ut ipſemet teſtatur. Conſtantius vero filius Romæ Vicennalia celebravit ipſo Conſtantio IX. & Juliano Cæſare II. Coſſ. anno ſcilicet Imperii viceſimo, Chriſti 367. Ita denique Arcadius anno Imperii quinto, Valentiniano III. & Eutropio Coſſ. anno Chriſti 387. *Quinquennalia propria cum Theodoſio Auguſto patre ſuo editionibus ludiſque celebraſſe dicitur 17. Kal. Febr.* apud Idacium & Marcellinum Comitem. Sic etiam Theodoſius Junior Quinquennalia, apud auctorem Chronici Alexandrini: Decennalia apud eundem Marcellinum, eodemque anno Honorius Decennalia: Tricennalia idem Honorius: Tricennalia perinde Theodoſius anno triceſimo Imperii, Chriſti 430. ediderunt. Idem denique Theodoſius, apud Marcellinum, anno Chriſti 439. *octava*, & anno 444. *nona Quinquennalia edidit.* Quæ quidem ut ſingulis luſtris edita Quinquennalia, ita eorum nuncupata vota cujuſque luſtri initio, vel potiùs anno proximè ante exactum luſtrum, prorſus evincunt nummi aliquot, ut ille Conſtantini Junioris Cæſaris, in quo X V inſcriptum in clypeo cum lemmate ROMÆ ÆTERNÆ, niſi Decennaliorum aut Quindecinnaliorum vota intelligantur: alii Valentis & Gratiani, VOT. XV. MVLT. XX. Præterea ex Nazarii Panegyrico videtur poſſe colligi eum in Quinquennaliorum celebritate dictum fuiſſe; ut Incerti Panegyricum Maximiniano & Conſtantino dictum, eo quo idem Conſtantinus Auguſtus appellatus eſt anno, proinde in Quinquennaliorum votorum nuncupatione. Nam Conſtantino, quem *Orientem* Imperatorem vocat, dictum inſinuans ob *Lætitiam* publicam, *quâ ei Cæſari additum nomen Imperii*, & ob *cæleſtium nuptiarum feſta* tum celebrata, ſubdit: *Huic voto propria nunc debetur oratio, quod ſemel factum, futurum eſt ſempiternum.* Et infrà: *Reſtat ut ipſa illa quæ ſeparatim de virtutibus veſtris locutus ſum, ſicut huic voto congruit, in ſermonis finem conjungam.* Erant igitur iſti Panegyrici *publica* populorum *vota*, quorum edendorum gratiâ deligebantur oratores diſerti, qui in Principum laudes excurrerent, & felicia luſtra vel Decennalia eis adprecarentur, ut in Nazarii laudato Panegyrici loco vidimus, votis ipſis in nummis relatis, cum ipſâ interdum Felicitatis adprecatione, ut in inſcriptione veteri, VOTIS. VICENNALIB. FELICITER. Et in aliâ in clypeo exaratâ, apud Boiſſardum, CAESARVM DECENNALIA FELICITER. In aliâ apud Gruterum, VOTA FELICISSIMA OB REDITVM NVMERI. In nummo æreo Licinii Junioris Cæſaris in corona laurea, VOT. X. FEL. XX. & in aureo Conſtantis Medallione, in quo exaratum, FELICIA DECENNALIA, & in clypeo, VOT. X. MVLT. XX. ubi felicia Decennalia edita anno decimo, quo Vicennaliorum vota nuncupata. Neque hîc edendorum Panegyricorum in Dignitatum natalibus mos proprius Imperatoribus fuit: cùm & in Epiſcoporum Cathedræ, ſeu initi Epiſcopatus Natalibus, editi complures legantur apud Gregorium Nazianzenum, Nyſſenum, Chryſoſtomum, Auguſtinum, Ennodium, Chryſologum, & alios, ut pridem annotatum à viris doctis.

Euſ. l. 2. de Vita Conſt. c. 19. l. 3. c. 58. Idem l. 2. c. 45. 47. Euſeb. l. 3. c. 14.

Euſeb. de Vita Conſt. l. 4. c. 46.

Chron. Alexandr.

Nazarius.

Gruter. 22. 3. 46. 7. Boiſſard. lib. 1.

Roſweid. ad Paulini ep. 16. Boland. ad 18. Janu. Sirmond. ad Ennod. &c.

XLI. NUMMUS CONSTANTINI, IN QUO EXARATUM, *PLUR. NAT. FEL.*

AD has Felicitatis adprecationes & vota pertinet etiam inſcriptio illa, quæ exarata legitur in Conſtantini M. Cæſaris nummo, PLVR. NAT. FEL. Id eſt, *Plures natales felices.* Is autem, ſi bene auguror, tum primùm cuſus videtur, cùm Nobiliſſimi Cæſaris dignitatem conſecutus eſt à Maximiano Auguſto & ſocero. Ejuſmodi enim dignitatum, quæ ad Imperatorium faſtigium veluti gradus erant, dies natales celebrabantur ab omnibus, & faſtis inſcribebantur. Quod potiſſimùm deprehendere licet ex Kalendariis Philocali, & Herwartii, & Laterculo Silvii, in quibus Natales Imperatorum & Cæſarum deſcribuntur, ſuis quique locis adnotati. In iis porrò Conſtantini Magni Natales tres adſcripti leguntur; primus III. Kl. Martii, alter prid. Non. April. tertius denique VIII. Kl. Aug. Ac primus quidem & tertius *dies Auguſtorum* ſpectant, *qui vel lucis auſpicia, vel ortus Imperii protulerunt*, ut loquitur lex 2. Cod. Th. de Feriis. Prior igitur ad *Genuinum*, uti vocatur à Silvio, & in lege 17. Cod. Theod. de Proxim. Comit. &c. *Natalem* Conſtantini pertinet, quo nempe eſt in lucem editus: alter quo Cæ-

ſar : tertius ad eum quo Auguſtus creatus eſt. Cæſarem dictum Conſtantinum ſtatim
Victor. in Epit. poſtquam Conſtantius pater Auguſtus eſt renuntiatus, tradit exertè Aurelius Victor.
Conſtantius verò ſupremam adeptus eſt dignitatem Kal. April. Diocletiano. X. & Maxi-
miano VIII. Coſſ. ut eſt apud Idacium. Quo quidem menſe Cæſar etiam dictus Con-
ſtantinus, qui, eodem auctore, *levatus eſt Auguſtus* VIII. *Kl. Aug.* Qui proinde dies
Natalis eſt Conſtantini *purpuræ*, ut loquitur Silvius, ubi de Natali Imperii Valenti-
niani : de quo quidem hæc habet Eumenius in Panegyrico eidem Conſtantino dicto :
Quamvis igitur ille FELICISSIMVS *dies proxima religione celebratus, imperii tui Nata-*
lis habeatur, &c. Conſtantinus igitur Cæſar dictus eſt prid. Non. April. cujus dignita-
tis Natalis ſic deſcribitur ab eodem Silvio : *Prid.* (Non. April.) *Natalis Conſtantini. Cir-*
cenſes. Unde colligitur, ut & ex aliis hujuſmodi Kalendariorum locis, hiſce Natalibus
editos quotannis ludos Circenſes. Plures igitur optantur Conſtantino *Natales Felices*,
id eſt, ut quo modo Cæſar jam & Nobiliſſimus dictus eſt, ita & deinceps Auguſtus
renuntietur, iſtiuſque novæ ac ſupremæ dignitatis *Natalis* Faſtis perinde adſcribatur.
Natalium verò appellatione donatos dies, quibus qui in Dignitate quadam inaugura-
tur, alibi pluribus docemus. Ad hæc etiam vota, adprecationes, vel potius publicas
populorum acclamationes, referri poteſt inſcriptio illa Græca, barbariſque characteri-
bus in medio nummo æreo Theophili Imperatoris exarata, cujus geminum aureum
Strada p. 297. habet Octavius Strada, ΘEOFILE AVGOVSTE TV NIKAS, id eſt *Theophile Au-*
guſte tu vincas, ubi NIKAS, pro NIKA.

XLII. VOTA MULTA. OBTINUIT deinde ut non felicia duntaxat, ſed & multa voverentur Decennalia,
ut in Conſtantini M. nummo, in quo deſcriptum legitur, VOTIS MVITIS X. &
in alio, VOTIS V MVLTIS X. rurſum in alio, X. MULT. XX. Hinc crebræ ejuſmodi
Bixur p. 64-67. fluxere formulæ ac inſcriptiones in ſubſequentium Imperatorum nummis, cum populi
vota ſua ad ſolam Quinquenniorum aut Decenniorum felicitatem nollent coërcere, &,
ſi non pro æternitate, ſaltem pro vitæ & Imperii diuturnitate, vota ſua nuncupa-
rent. Quo ſpectant iſta Nazarii : *Verùm quid agimus vicenis aut jam tricenis annis cir-*
cumſcribendo quæ jam æterna ſentimus? Ampliora ſunt merita Principum, quam optata Voto-
rum, quinimo in immenſum felicis curſus Imperii, nec humanorum terminos curent, qui ſem-
Coripp. l. 4. *per divina meditentur.* Et iſta Corippi de Laudibus Juſtini :

Hinc veſter primus feliciter excipit annus,
VOTA*que* PLVRA *tuis celebret Nova Roma triumphis.*

Interdum denique ita populorum concipiebantur Vota, ut *ſicut* Quinquennalia, ſic
Decennalia feliciter exigerentur, hiſce characteribus in nummis deſignata, SIC. X. SIC.
XX. & SIC. XX. SIC. XXX. quam quidem votorum concipiendorum formulam in
Conſtantii & Conſtantis fratris nummis tantum advertimus. Maximè vero, ac ut
plurimum vota iſta edebantur de decennio in decennium, uti ſuprà obſervatum, quod
etiam Byzantinorum Auguſtorum nummi docent, in quibus paſſim exaratum legitur,
VOT. X. MVLT. XX. VOT. XX. MVLT. XXX. &c. Extant præterea bini Licinii
Imperatoris nummi, in quibus ſcriptum, VOT. XX, qui quidem annum dominationis
fere poſt decimum quartum cæſus eſt, ut ait Victor, niſi dicamus cuſos ineunte quin-
decennio. Deſiere tandem adſcribi nummis ejuſmodi Vota poſt extinctam Theodoſii
familiam : tametſi in Majoriani numiſmate legimus, nulla Quinquennaliorum aut
Sidon. Carmel. 13. Decennaliorum mentione, VOTIS MVLTIS : quo ſpectant iſta Sidonii ad eundem
Majorianum :

Sic te Sidonio recocta fuco,
Multos purpura veſtiat per annos.
Sic luſtro Imperii perennis acto,
Quinquennalia faſtibus dicentur.

Et in alio argenteo Juſtiniani, VOT MVLT HTI, quibus vocibus felicitatem, vel diutur-
nitatem Imperii adprecabantur : ut hacce, FLOREAS, vel FLVREAS Baduelæ Italiæ
Regi, in ejus nummis. Cui quidem ſimilis eſt illa quæ adſcripta legitur Philocali
Kalendario : VALENTINE FLOREAS IN DEO. VALENTINE VIVAS FLOREAS.
Epiſt. 68. 74. 91. 112 Poem. 182. VALENTINE VIVAS GAVDEAS. Iſtiuſmodi adprecationis formulam uſurpat Soſi-
pater Cariſius in epiſt. ad filium, Grammaticæ præfixâ, quam ſic claudit, *Valeas, floreas,*
vigeaſque ævo longiſſimo, Fili, patri tuo cariſſime. Utitur etiam non ſemel Alcuinus. Et
HRabanus Maurus ad Gregorium IV. PP.

Ut valeas, vigeas ſanus, & proſpera captes,
Hic & in æternum regna ſuperna metas.

XLIII. ACCLAMATIO Πολυχρονίου. ATQUE inde fortean in diuturnioris etiam vitæ & Imperii votum, acclamatum
Principibus Byzantinis, πολυχρόνιον, ſeu *Multos annos*, quod tamen non nuperum : quo
ſpectat inſcriptio illa in nummo aureo Conſtantini Copronymi, C LEON PA
MVLϾ, id eſt, ut interpretor, *Conſtantinus Leoni Perpetuo Auguſto multos annos.* In
alio litera θ. deeſt. Qui quidem nummus, ut & hoc obiter adnotemus, cuſus videtur
quo

quo Leonem filium coronâ ac diademate donavit Conſtantinus Copronymus, die feſto Pentecoſtes anno 750. In anticâ enim facie Conſtantinus ipſe Imperatorio habitu effingitur, cum iis quos deſcripſimus characteribus. In nummi verò facie alterâ effinguntur iidem Conſtantinus & Leo, quorum nomina exhibent characteres Græci, CONSTANTINOS S. LEON O NEOS. Ubi cùm Leo Copronymi filius ὁ Νέος dicatur, ut *Minor*, Adoni Viennenſi, qui revera infans erat, non video cur *Major* dicatur in ſubſcriptione Bullæ Stephani III. PP. quem alii II. nominant, pro Monaſterio Sandionyſiano, quam poſt Doubletum & Sirmondum deſcripſit vir eruditiſſimus Joannes Mabillonius, unàque cum eo in Archivo ejuſdem Monaſterii in ipſis phyliris exaratam inſpeximus non ſemel, quidquid dicat vir doctiſſimus, quæ ſic habet, *Datum* IIII. *Kal. Martias, imperante domno piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato magno Imperatore, anno decimo octavo Imperii ejus, ſed & Leone majore ejus filio anno quarto Indictione decimâ.* Quæ quidem adſcripta temporis nota, neſcio an non mendo careat. Cùm enim Conſtantinus Copronymus Imperium inierit poſt parentis obitum 18. Junii Ind. 9. an. Chr. 741. non potuit decimus octavus Imperii annus incidere in Indictionem decimam IV. Kal. Mart. qui hoc anno 757. & hoc menſe erat tantùm decimus ſextus. Neque id referri poteſt ad annum quo à patre Copronymus renuntiatus eſt Imperator, qui fuit 720. ipſo Paſchatis die 25. Martii. Deinde cùm Leo filius natus 25. Januarii anno 750. Ind. 3. & ſequenti anno 751. die Pentecoſtes feſto, qui incidit in 5. Junii, ab Anaſtaſio Patriarcha diademate donatus fuerit, ut habet diſertè Theophanes, hoc anno 757. IV. Kal. Mart. Leonis Junioris Imperii annus erat ſextus, necdum finitus. Fatendum tamen huicce ſubſcriptioni, alterius Epiſtolæ Pauli I. PP. quæ extat apud Rubeum in Hiſtoriâ Ravennenſi, ſubſcriptionem convenire: ſic enim clauditur: *Dat. Non. Febr. Imp. Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo coronato magno Imp. anno* * XI. *& pacis ejus anno* XX. *ſed & Leone Majore ejus filio anno* VII. *Indictione* XII. ubi pro XI. *& pacis*, legendum videtur, XX. *& poſt Coſſ. (id eſt, Conſulatum) ejus anno* XX. *&c.* quæ quidem Indictio in annum 759. cadit. Nodum ſolvent alii. De hac porrò πολυχρονίου formulâ ita S. Auguſtinus: *Exhibes aliquam ſolennitatem amicis, audis ibi & bene optantibus tibi, Multos annos vivas.* Et Leo III. PP. *Reverſus eſt ad murum civitatis Conſtantinopolitanæ, & cœpit cum eis foris muros vocibus magnis laudare* (εὐφημεῖν) *ac dicere, Conſtantinum magnum Imperatorem Multos annos.* Synodus VIII. εὐθὺς γὰρ ὁ καθεσπάμενος Νοτάριος εἶπε, Πολλὰ ἔτη τῶν Βασιλέων. Denique Theophylactus Bulgarienſis: προσκυνεῖ μὲν ἴσως ὁ πολίτης, καὶ μεγαλύνει, καὶ εὐφημεῖ, καὶ προσθήκην ἡμερῶν αἰτεῖται παρὰ τοῦ κρείττονος. Sed hæc vulgata & obvia; ſubdam tantùm quæ de ejuſmodi adprecationibus Imperatoribus & Patriarchis in Eccleſiâ fieri ſolitis habet Codex ſcriptus Bibliothecæ Regiæ: ὅπως πολυχρονίζουσι τοὺς Βασιλεῖς καὶ τὸν Πατριάρχην ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Χριστοῦ Γεννήσεως, καὶ τῶν Φώτων, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ Παρασκευῇ. Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ Θεὸς τὴν κραταιὰν καὶ ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Πολυχρόνιον ποιήσαι ὁ Θεὸς τὴν θεόστεπτον, θεοπρόβλητον, θεοδόξαστον κραταιὰν καὶ ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Τὸν δεσπότην καὶ Ἀρχιερέα ἡμῶν Κύριε φυλάττοις εἰς πολλὰ ἔτη, Δέσποτα. Τρεῖς εἰς τὴν τράπεζαν λέλεγνται οὕτως, Εἰς τὸ Πολυχρόνιον ζωήν, εἰρήνην, ὑγείαν. εὐοδωσιν, καὶ κατ' ἐχθροὺς νίκην τῶν κραταιῶν καὶ ἁγίων ἡμῶν αὐθεντῶν καὶ Βασιλέων εἰς τὸ πολυχρόνιον ζωήν, ὑγείαν, καὶ σωτηρίαν τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότου τοῦ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου, &c.

Ado in Chron. — *Daniel Papebroch. in Propyleo ad tom. 2. April. n. 129.* — *Hieron. Rubeus lib. 5. initio, & in Concil.* — *S. Aug. de Verb. Dom. ſerm. 39. c. 3.* — *Leo III. Ep. 4.* — *Syn. VIII. act. 1.* — *Theoph. Inſtit. Reg. part. 2. c. 14.* — *Cod. 2023.*

XLIV. Anni Imperii in Nummis deſcripti.

AD nummorum prætereà Byzantinorum inſcriptiones pertinent adſcripti in iis Auguſtorum, quorum ſunt, Imperii anni, quod uſurpatum in æreis Juſtini Thracis, Juſtiniani, Juſtini Junioris, Tiberii, Mauricii, Phocæ, Heraclii, & aliquot aliorum, obſervare eſt: neque enim in aureis & argenteis ulli reperiuntur exarati. Scribuntur autem characteribus Romanis. Errare enim conſtat Alemannum, qui in nummis Juſtini & aliorum, ϛ Græcum ἑξάμηνον, ſex denotans ſcribi putavit, cùm ſit V barbarum, ſeu ut à Græco-barbaris tum effingi ſolebat, quod ex ſimilibus nummorum inſcriptionibus cuivis licet colligere. Quidam etiam Indictionem præferunt, ut ille æreus Mauricii, in quo ſub I. literâ, vel columnâ crucigerâ, exaratum, IND. II. Cùm autem imperaverit Mauricius à decimo tertio Auguſti Indictione 15. anno Chr. 582. interfectuſque fuerit à Phoca 27. Novemb. anno 602. Indict. 6. cuſam hanc monetam ſequitur anno 583. vel 599. quibus inceptæ Kl. Septembribus Indictiones ſecundæ, eo regnante. Alius habetur perinde æreus Heraclii & Conſtantini, cui adſcriptum, INDICT. XIII. quæ quidem Indictio cadit in annum Chr. 625. & 640. Imperavit enim Heraclius ab anno 610. uſque ad annum 641.

Spanheim. p. 861. — *Aleman. in Not. ad Procop. p. 42. 1. Edit.*

XLV. Inſcriptiones Græcæ, et in medio nummo.

ENIMVERO vel inde colligitur Latinas literas diu Conſtantinopoli cultas, quòd Imperatorum qui in mediâ vivebant Græcia, & inter Græcè loquentes converſabantur, Latinas inſcriptiones præferant, uſque ad Baſilii Macedonis tempora, quibus tum primum Græcæ conſpiciuntur, characteribus Latinis interdum etiam pro Græcis adhibitis. Sed & animadverſionem aliquam exigit, quòd in ſolis ferè Baſilii Macedonis,

& ex ejus familiâ Auguſtorum numiſmatibus, pars averſa, Imperatorum, quorum perinde ſunt, nomina & titulos nullâ adjunctâ figurâ, in medio nummo contineat, quod in aliis factitatum nondum advertimus: quorum quidem titulorum vice, Joannes Zimiſces hoſce deſcribi voluit, IESVS XRISTVS BASILEVS BASILEON, ut alibi obſervamus.

XLVI. NOMINA URBIUM IN QUIBUS CUSI SUNT, NUMMIS ADSCRIPTA.

Cedr. in Theod. *L. 3. Cod. Th. de Falsâ monet.* *L. 1. eod. tit.* *Vet. Urb. Deſcript.*

JAM verò ut quod ad ejuſmodi ſequioris ævi numiſmatum inſcriptiones ſpectat, abſolvamus, adſcriptos inferiori eorum poſticæ parti characteres, urbium in quibus cuſa fuere ſignantes nomina tum primum in iis advertere licet: cùm ante Maximianum & Diocletianum, vel Probum, vix id uſurpatum obſervetur. Quos quidem characteres videtur intellexiſſe Auctor Queroli, ubi de ſolido: *Etiam hîc diſtantia quæritur in auro, vultus, ætas, & color. nobilitas, literatura*, PATRIA, *gravitas, &c.* Erat autem in univerſo Imperio officinarum monetariarum definitus numerus, cùm alibi excudi monetæ vetarentur: quod à Conſtantino M. exertè ſtatuitur: *ut in monetis tantùm noſtris cudendæ pecuniæ ſtudium frequentetur.* Officinæ iſtæ, *Moneta publica* & *fiſcales* appellantur, habebantque ſuos officiales, de quibus attigimus quædam ad Joinvillam. Cùm autem ſub Conſtantino & ſucceſſoribus bipertitum eſſet Imperium, Orientemque & Occidentem contineret, ſtatæ erant & definitæ in Oriente monetariæ officinæ in quibuſdam civitatibus: quarum præcipua fuit Conſtantinopolitana, ex quo ſcilicet à Conſtantino Byzantium inſtauratum fuit. Monetam in duodecimâ regione ſtatuit vetus ejuſdem Urbis Deſcriptio: ſed in dubium vocat Gyllius, officinàne fuerit monetaria, an verò templum Junoni Monetæ ſacrum. Sanè vix eſt probabile ſub Theodoſio Juniore, ſeu, ut alii volunt, Honorio, ſub quo exarata dicitur, ſtetiſſe in urbe Chriſtianâ fana Deorum gentilium, quæ tanto ſtudio evertenda in aliis curarat Conſtantinus.

XLVII. DE LITTERIS CONOB.

Cedren. p. 322. *Notæ Juris editæ cum vett. Gram. p. 1679.* *Ant. Aug. Dial. 7. p. 223. In l. de Uſur. & alibi. Ortel. Occo p. 566. Gretz. to. 1. de Cruce l. 2. c. 56. Triſtan. tom. 3. p. 503. Chifflet. in Anaſt. Plantus. Salmaſ. de Modo uſur. cap. 11. Cic. orat. pro Cluentio.*

VARIE autem Monetam Conſtantinopolitanam deſignant nummi: interdum enim per nudum C. interdum per tres hos characteres, CON. interdum per hos quatuor CONS. interdum denique, & ut plurimum, per hoſce CONOB. & KONOB. quæ quidem notæ in nummis ipſius Conſtantini Magni, à quo urbs ipſa Conſtantinopolis condita eſt, & ſtatuta in eâ publica moneta, conſpici incipiunt. Licèt porrò in eo ferme conſentiant eruditi omnes per iſtud CONOB. Conſtantinopolitanam monetam deſignari; de characterum tamen vi ac ſignificatu haud omnino ii conveniunt. Ac primùm, jure Cedreni explodunt ſententiam, ſcribentis in Theodoſio has literas quinque deſcriptas ἐν τοῖς Νικαρίοις, id eſt, in nummorum parte poſticâ, in quâ effingi ſolent Victoriarum imagines, aut vox VICTORIA exarari, hæcce verba ſignificare, *civitates omnes noſtræ obediant venerationi*: quaſi verò, ut cætera abſurda omittantur, vox *Venerationi*, per B ſcriberetur apud Latinos, quia apud Græcos recentiores Βῆτα & V Latinum idem ſonant. Legerat etiam fortaſſean apud auctores qui de Notis ſcripſerunt, OB, *obediens* denotare. Etſi autem in confeſſo ſit apud omnes tribus prioribus literis urbis nomen efferri, de duabus aliis haud ſimiliter conſtat. Primus autem Antonius Auguſtinus dixit auri qualitatem hiſce deſignari, quod iſtius ævi Scriptores *obryzum* appellant, id eſt, coctum, examinatiſſimum ac puriſſimum, ita ut CONOB. Conſtantinopoli *obryzum*, vel *obryzatum*, vel denique *Conſtantinopolitanum obryzum* denotet: quæ quidem ſententia utcunque poteſt firmari ex iis qui de Notis ſcripſere. Quippe apud Magnonem & Paulum Diaconum, OB. *obryziacum* ſonat; ut COMOB. *Comitia obryziaca*, ſeu, ut habet Papias, *obrydiaca*, quod idem eſt: nam & *obrydum*, pro *obryzo* legitur in Gloſſario Arabico-Latino. At cùm ipſis Conſtantini M. nummis duntaxat argenteis ac æreis hæ literæ inſcriptæ conſpiciantur, omnino conficitur in iis *obryzum*, haud poſſe intelligi, cùm de auro tantùm uſurpetur, de cujus vocis etymo ac notione multa commentatus eſt Salmaſius. Plerique igitur, ferméque omnes Scriptores eò conceſſere, Ortelius ſcilicet, Occo, Gretzerus, Triſtanus, Chifflctius, & alii, ut hiſce characteribus CONOB. *Conſtantinopoli obſignatum*, ut COMOB. *Conſtantinopoli moneta obſignata*, deſignari exiſtimarent: quo modo etiam in Trevirenſibus Monetis, vox, *obſignata*, ſcripta reperitur, TROB. TROBC. TROBS. TROBT. TROS. & in Aquileienſi Theodoſii M. AQOB. in Leonis M. Theſſalonicenſi, THCOB.

XLVIII. EÆDEM LITERÆ IN ALIIS NUMMIS QUAM CONSTANTINOPOLI CUSIS.

Rudolph. Capell.

quæ in aliis nuſquam occurrit. Vix tamen, ut dicatur quod res eſt, vocem *obſignare* aliâ notione uſurpatam reperire eſt, quam pro σφραγίζειν, vel ἀποσφραγίζειν, & κατασφραγίζειν, ut eſt in Gloſſis Græco-Latinis. Nam etſi *pecuniam obſignatam* dixerit Cicero, pecuniam ſigillo obſignatam intellexit.

AT ſcrupulum injicit viro in re nummariâ ſat perito, apud Rudolphum Capellum, quòd in nummis aliquot Imperatorum vel Tyrannorum Occidentis eædem literæ CON. aut CONOB. exarentur: verbi gratiâ in nummis Honorii, Attali, Joannis, Aviti, Jovini, Petronii Maximi, Eugenii, Majoriani, Romuli, Nepotis, Anthemii, Severi, & aliorum, quos nemo ſanus Conſtantinopoli cuſos dixerit: ſiquidem, aut qui partito ac diviſo ultro Imperio Romæ poteſtatis ſuæ & Occiden-

talis Imperii ſedem ſtatuerant : aut qui in Galliis vel in Italiâ, alibive tyrannidem invaſerant, proindeque nummos ſuos in civitate, cui non modò imperabant, ſed quæ etiam adverſas interdum partes tueretur, ſuo nomine excudiſſe dici non poſſunt. Id etſi in confeſſo ſit, ſententiam tamen ſuprà allatam, quæ pro indubitata haberi debet, nullo modo labefactat. De Auguſtis quippe Romanis, qui cum Conſtantinopolitanis, partitis ultro Imperii provinciis, Romæ ſedem fixerant, illud licet augurari, amborum in utraque urbe cuſa promiſcuè numiſmata, ad mutuæ conſenſionis, concordiæ, ac etiam benevolentiæ argumentum. De Tyrannis verò ita exiſtimari poteſt, quòd cùm totius Imperii provinciarum, atque adeo urbis metropoleos ſe eſſe compotes populis vellent perſuadere : vel quòd is tum invaluiſſet uſus, ut characteres iſti pro Imperatoriarum monetarum præcipuâ notâ haberentur, ne quid ſibi videretur ad ſupremæ dignitatis ſymbola deſuiſſe, his etiam inſigniiſſe ſuas monetas.

XLIX. EÆDEM LITTERÆ IN NUMMIS FRANCICIS.

Neque enim Imperatores Romani duntaxat, aut Auguſtæ dignitatis invaſores, ſed & quidam è Francicis primæ ſtirpis Regibus idem CONOB. ſuis perinde nummis aureis adſcripſere, quo, ut olim cenſuimus, venerationem quandam *Mundi Dominis*, impertirent, eoque facto dignitate longè ſe iis inferiores ultrò agnoſcerent : quæ etiam fuit Petri Seguini, viri hac in rei literariæ parte ſcientiſſimi, ſententia. Is enim dum de commentationibus quas ſuper Francicis noſtris nummis, qui hoſce characteres præferunt, à nobis prolatæ ſunt in 23. Diſſertatione ad Joinvillam, invicem verba faceremus, conjecturam de iis allatam probare ſe omnino affirmabat. Primas autem in iis tenet præclarus ille aureus Theodeberti Auſtraſiæ, ſeu Francorum Regis, Juſtiniano M. imperante cuſus, quem in eâ Diſſertatione quammultis pro virili explicare conati ſumus. Ejuſmodi etiam eſt aureus alter, quem neſcio quo fundamento Childeberto I. Regi adſcribit Buterous, niſi quòd Lugduni cuſum arguat Doccionis Monetarii nomen, quod in altero quem profert, rurſum reperitur, cum hiſce characteribus, LVGDVNO FIT, eique civitati tum imperarit Childebertus. Habet autem nummus iſte Regis Francici peſſimè effigiatam imaginem, cum Monetarii Doccionis nomine : in alterâ verò parte crucem, cum hiſce characteribus, VICTORIA AVGVSTOR & ſub cruce, CONOB. Ejuſdem, id eſt, Franciçæ ac peſſimæ, fabricæ, eſt nummus alius perinde aureus à Paulo Petavio Senatore Pariſienſi deſcriptus in veterum numiſmatum Gnoriſmate, in cujus utraque facie, VICTVRIA AVG. exaratur, nullo certo indicio cui debeat adſcribi Principi. Verùm quod allatam ſuprà ſententiam videtur aliquantum labefactare, eſt nummus aureus qui Childerici II. & Chlotarii III. fratrum nomina præfert, cum characteribus CONOB. cruci ſubjectis. Cùm enim ſub annum 670. uterque vixerit, hac ſanè tempeſtate Reges noſtros cum Imperatoribus Conſtantinopolitanis ſtrictis adeo fœderibus devinctos, ut in eorum honorem nummos ſuos formarint, vix probari poſſe haud ægrè concedi debet : præſertim cùm jam dilabi inciperet Auguſtorum poteſtas, Saracenis Imperii provincias invadentibus ac uſurpantibus. Unde quod ſuprà de Romani, vel Conſtantinopolitani Imperii Tyrannis obſervatum, dici etiam poteſt de Francicis noſtris Regibus, monetas ſuas, ut majorem iis conciliarent auctoritatem & uſum, præcipuis Imperatorum Conſtantinopolitanorum ſymbolis ac characteribus inſigniiſſe : cùm aliàs *aurum Gallicum minore æſtimatione taxaretur*, ut eſt in Majoriani Novellâ. Quomodo verò eâ ætate Principes noſtri erga Byzantinos Auguſtos, ita Proceres Francici, quibus cudendæ monetæ jus fuit, ſe ſe geſſere erga Reges ipſos, monetis ſuis cum regiæ monetæ ſymbolis, pondere ac formâ, ſed deteriori materiâ cuſis, quo qui intra dominationis limites earum uſus coercebatur, in totius Regni partes ſe ſe diffunderet, quæ regiæ monetæ erat prærogativa. Hinc crebræ ſuper Procerum uſurpatione Regum noſtrorum querelæ, ad ipſos etiam ſummos Pontifices delatæ, quo anathemate ipſo inhiberetur : cùm *ex ſimilitudinibus imaginum, deſtruerentur, turbarentur ac vilificarentur* monetæ, ut habet Fridericus II. Imperator in Diplomate anni 1220. apud Willelmum Hedam.

Petav. in Gnoriſm. p. 13.

W. Heda p. 333 1. Edit. To. 11 Spicil. Acher. p. 392.

L. ALIÆ OFFICINÆ MONETARIÆ ORIENTIS.

Quod verò ad cæteras Orientis urbes pertinet, in quibus erant Officinæ monetariæ, has inter *Alexandriam* recenſet Ammianus; *Antiochiam* Lampridius; *Cyzicum* Sozomenus, & ex eo Nicephorus, qui complures in hac urbe tradunt extitiſſe Monetarios, qui περὶ τὴν πηγὴν ἐξέβαλλον τοῦ νομίσματος. Alexandrinam monetam præ cæteris ſpectat nummus ille æreus Juſtiniani, in cujus aversâ facie I. & B. inter Chriſti Monogramma deſcribuntur, cum ſubjectis hiſce characteribus, Α Λ Ε Ξ. qui Alexandriæ cuſum denotant, ubi major Eccleſia dicata erat Joanni Baptiſtæ, qui per I. & B. indicatur. Ex quo enim Serapidis fanum à Chriſtianis everſum eſt, Theodoſio imperante, in Eccleſiam Arcadio cognominem reformatum fuit, ut ait Sozomenus, (id eſt, *Arcadiana* dicta eſt,) Sancto Præcurſori ſacram, cujus reliquiæ in hanc ædem, vel certè Alexandriam illatæ poſtea anno quarto ejuſdem Arcadii. Sed incertum an diverſa fuerit ab προαγγέλου τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, quod anno Leonis M. octa-

Ammian. l. 22. Lampr. in Sever. Sozom. l. 5. c. 14. Nic. l. 10. c. 20. Sozom. l. 7. c. 15. Evagr. l. 3. c. 12. Rufin. l. 2. Hiſt. Eccl. c. 27.

vo extructum narrat Theophanes. Hujus porrò Alexandrinæ ædis S. Præcurſori dicatæ mentio eſt apud alios Scriptores laudatos in Diſſertatione noſtrâ de Capite ejuſdem S. Joannis Baptiſtæ.

Theoph. p. *Valeſium ad Evagrium lib. 3. c. 12.*

LI. OFFICINÆ MONETARIÆ OCCIDENTIS.

Notit. Imp. *Triſtan. to. 3. p. 284.* *L. 10. C. Th. de Murileg.* *Pollio in Victoria.* *Grut. 493. 3* *Ortel. Itiner. p. 64.*

At in eâ Imperii parte, quæ Occidentis appellatione innotuit, ſex extitere potiſſimùm fabricæ monetariæ, ut docet Notitia Imperii, *Sciſciæ* ſcilicet in Pannoniâ, de quâ urbe copiosè egit Triſtanus; *Aquileiæ*, & *Romæ* in Italia; *Lugduni*, *Arelate*, & *Treveris* in Galliis: quæ quidem ita diſtributæ erant, ut tres intra Præfecti Prætorio Italiæ, & totidem intra Præfecti Prætorio Galliarum juriſdictionis limites eſſent. Romæ Monetam ſemper extitiſſe notius eſt quàm ut firmari debeat. Ad Aquileienſem referendam quidam putant Gratiani, Valentiniani & Theodoſii Conſtitutionem, quâ pœna ſtatuitur in monetarum opifices, qui ſe extraneis matrimonio jungebant. Occurrunt plures nummi, in quibus SIS. & SISC. deſcribitur, quod ad Siſciam referri debere omnes putant. In Gallicis monetis prima recenſetur Lugdunenſis in Notitiâ Imperii. Hujus mentio eſt in nummo æreo Juliani Imperatoris à nobis deſcripto, in quo exaratum ſub bove in eo effictum, LUGD OFF S. Id eſt, in *Lugdunenſi officina ſignata*, vel *Lugdunenſis officina ſignavit*. Complures habentur in quibus Arelatenſis moneta variis characteribus denotatur. Treverenſem verò memorat Trebellius Pollio: *Cuſi ſunt*, inquit, *ejus* (Victoriæ) *nummi ærei, aurei, & argentei, quorum hodieque forma extat apud Treveros*. Ejuſdem etiam mentio habetur in veteri inſcriptione, ubi *moneta Treverica* nuncupatur. Infiniti propemodum proſtant nummi qui hujuſce fabricæ characteres exhibent, quod pridem obſervatum ab Ortelio.

LII. ALIÆ OFFICINÆ MONETARIÆ.

Velſer. l. 7. Rer. Vindel. p. 159. *Eutrop. Oroſ. &c.*

Verum præter recenſitas monetas publicas, ſeu monetarias officinas, alias extitiſſe non minùs celebres, ſtante etiam ac imperante Conſtantinianâ familiâ, ex nummis colligitur: quas inter extitere Theſſalonicenſis, Carthaginenſis, Sirmienſis & Cyzicena. Ad Carthaginenſem pertinere, vel certè ad Monetas Africæ referri poteſt lex 3. Cod. Th. de Falſâ monetâ, quæ ad Tertullum P.C. Africæ ſcribitur. Labente deinceps Imperio, Nicææ, & Nicomediæ in Bithyniâ monetæ publicæ extitere, de quibus intelligenda perinde Conſtantini Conſtitutio ad Bithynos, l. 1. eod. Cod. de Murilegulis. Conjicit denique Velſerus fabricam monetariam extitiſſe Auguſtæ Vindelicorum, ex hiſce characteribus, qui Victoris Imperatoris nummo inſcribuntur, AVPS. quos quidem ita interpretatur, *Auguſta Vindelicorum pecunia ſignata*. Pari etiam argumento *Ambiani* cuſum præclarum illum Magnentii nummum æreum dicere licet, qui in averſâ facie Chriſti Monogramma præfert, cum hac inſcriptione, SALVS DD NN AVG ET CAES. & infrà, AMB. nam & in Galliis regnaſſe in confeſſo eſt ex Scriptoribus omnibus. Ita in nummis Magni Maximi Tyranni, & filii Victoris, MDPS. *Mediolani pecuniam ſignatam*, interpretari haud abſonum à vero fuerit: nam Maximus Italiam obtinebat, cùm à Theodoſio fuſus eſt, ac proinde Mediolanum. Eædem etiam literæ occurrunt in nummis Arcadii & Honorii. Deſiere porrò ejuſmodi officinarum monetariarum nomina monetis Imperatoriis adſcribi, poſt Michaelem Theophili filium. Atque ut adſcriptæ ſingulis numiſmatibus earumdem officinarum notæ faciliùs à quibuſvis percipiantur, viſum eſt characteres ipſos cum eorum vi ac notione, quantum conjicere licuit, hocce loco ſubjicere ſecundùm ordinem literarum.

AALEX. *Alexandriâ*. in nummo Juſtiniani.
AMB. fortè *Ambiani*, Magnentii.
AMID. . . . Conſtantini M.
ANT. *Antiochia*. Conſtantini M. Juliani.
ANTA. *Antiochia*. A. annus 1. Imp. vel nota Monetarii. Juliani, Eudoxiæ.
ANTB. *Antiochia*. ubi B. annus eſt Imperii ſecundus, vel potiùs nota Monetarii. Honorii, Heraclii.
ANTΓ. *Antiochia*. Γ. annus 3. Imperii, vel nota Monetarii. Valentiniani, Theodoſii, Arcadii.
ANTE *Antiochia*. E annus 5. Imperii, vel nota Monetarii. Valentiniani.
ANTH. *Antiochia*. Valentiniani. H. nota Monetarii, vel annus 8. Imp.
ANTP. *Antiochia*. P. nota Monetarii, vel *Antiochia percuſſa*. Valentiniani, Valentis, Honorii.
ANTS. *Antiochia ſignata*. Arcadii.
APLC. *percuſſa Lugduni*. Magnentii.
AQ. *Aquileia*. Conſtantini M. Conſtantii, &c.
AQOB. *Aquileia obſignata*. Theodoſii M.
AQPS. *Aquileia pecunia ſignata*, vel *percuſſa*. *ſignata*. Gratiani, & Valentiniani junioris.
AQS. *Aquileia ſignata*. Conſtantini jun. & Conſtantis.
AQT. *Aquileia percuſſa*, ubi T. pro P. perperam ſæpe ſcribitur. Conſtantini M. Conſtantini jun.
ASIS. *Siſcia*. Conſtantini M. Licinii, Criſpi, &c.
ATR. *Treveris*. Criſpi. ubi A. ut & in præcedenti videtur eſſe nota Monetarii.
BΓ. . . . Conſtantii Chlori.
BTR. *Treveris*. Criſpi. B. nota Monetarii.
BSIS. *Siſcia*. Vetranionis. In aliis PSIS. Id eſt, *percuſſa Siſciæ*, habetur. B. nota eſt Monet.
C. . . . Conſtantii Chlori.
CAR. *Carthagine*. Juſtiniani.
CΓ. . . . Procopii.
CLC. *Cuſa Lugduni*. Conſtantii.
COM. *Conſtantinopolitana moneta*. Theodoſii.
COMOB. *Conſtantinopoli moneta obſignata*. Arcadii, Jovini, Placid. Valentiniani, Majoriani, Severi.
CON. *Conſtantinopoli*. Conſtantini M. Joviniani, Valentis, Theodoſii, Anaſtaſii.
COMOB. *Conſtantinopoli obſignata*. Hannibaliani,

Valentiniani, Theodoſii, &c.

CONA. *Conſtantinopoli* Mauricii.

CONΓ *Conſtantinopoli.* Phocæ.

CONB. *Conſtantinopoli.* Phocæ. ubi A. Γ. & E. notæ ſunt Monetariorum.

CONS. *Conſtantinopoli.* Conſtantini M. Conſtantii.

CONSA. *Conſtantinopoli*, vel *Conſtantinopoli ſignata.* A. nota Monetarii. Juliani.

CONSΓ. *Conſtantinopoli.* Γ. nota Monetarii. Arcadii.

CONSh. *Conſtantinopoli.* h nota Monet. Honorii.

CONST. *Conſtantinopoli.* Conſtantii, Conſtantis, Valentis. Vide Novellas Scrimgeri p. 427. 428.

CONSPΓ. *Conſtantinopoli.* Γ. nota Monet. Juliani. Vide Nov. Juſtini apud Pithœum p. 241.

CONSP. *Conſtantinopoli.* Valentiniani.

D.·.·. Conſtantii Chlori.

EI.·.·. Conſtantii Chlori.

HERACL. *Heraclea.* Juliani.

KAR. *Karthagine.* Juſtiniani.

KART. *Karthagine.* Juſtiniani.

KB. *Karthagine.* Conſtantii.

KΔ. *Karthagine.* Conſtantini junioris.

KONOB. *Conſtantinopoli obſignata.* Conſtantini M.

KONSA. *Conſtantinopoli.* A. nota Monet. Conſtantii.

KONSAV. *Conſtantinopoli.* Conſtantii, Juliani.

KRTC. *Karthagine.* ubi C. pro S. Mauricii.

KRTS. *Karthagine ſignata.* Conſtantini Pogonati.

KYZ. *Cyzici.* Conſtantii Chlori, Juſtini, Mauricii, Phocæ.

KYZB. *Cyzici.* B. nota Monet. Phocæ.

LUG. *Lugduni.* Conſtantii, Juliani, Julii Nepotis.

LUGD. *Lugduni.* Gratiani, Valentiniani jun.

LUGPS. *Lugduni pecunia ſignata*, vel *percuſſa, ſignata.* Valentiniani, Eugenii.

MDPS. *Mediolani pecunia ſignata.* Maximi, Victoris, Arcadii, Honorii.

MKV. *Moneta Carthaginenſis.* V. nota Monet. Conſtantini M. Licinii.

MHB.·.·. Conſtantis.

MNLB. *Moneta nova Lugduni* cuſa. B. nota Monetarii. Conſtantini M.

MOSTQ. *Moneta ſignata Treveris.* Q. nota Monet. niſi T. pro A. exaratum ſit, ita ut *Aquileia ſignata* intelligatur. Conſtantini M. Licinii.

MOSTR. *Moneta ſignata Treveris.* Conſtantii Chlori.

N.·.·. Conſtantini M.

NHTA.·. Licinii.

NIC. *Nicomedia.* Anaſtaſii.

NIKO. *Nicomedia.* non Nicopoli, ut vult Alemannus. Juſtini, Mauricii.

NOS.·.·. Conſtantii Chlori.

PAQ. *percuſſa Aquileia.* Conſtantini M.

PAR. *percuſſa Arelate.* Conſtantii.

PARL. *percuſſa Arelate.* Conſtantini M. Licinii, Conſtantii.

PCON. *percuſſa Conſtantinopoli.* Conſtantii.

PCONST. *percuſſa Conſtantinopoli.* Juliani.

PERP. *pecunia Romæ percuſſa.* Conſtantini M.

PL. *percuſſa Lugduni.* Criſpi.

PLG. & PLC. *percuſſa Lugduni.* Conſtantii Chlori.

PK. *percuſſa Karthagine.* Juſtiniani.

PLM. *percuſſa Lugduni.* M. nota Monetarii, Conſtantini M.

PLN. *percuſſa Lugduni.* N. nota Monet. Conſtantii Chlori.

PR. *percuſſa Romæ.* Conſtantii Chlori, Conſtantini M. Licinii, Conſtantii.

PROM. *percuſſa Romæ.* Conſtantii.

PS. *percuſſa Siſciæ.* Licinii.

PSIS. *percuſſa Siſciæ.* Criſpi, Vetranionis.

PTR. *percuſſa Treveris.* Conſtantii Chlori, &c.

QA. pro AQ. *Aquileia.* Conſtantini jun.

R. *Roma.* Conſtantini M. Conſtantii, Juliani.

RA. *Ravenna.* Heraclii.

RAV. *Ravenna.* Heraclii, Conſtantini.

RB. *Roma.* Conſtantii. niſi B. pro P. *percuſſa.*

RB.·.·. Theodoſii.

RM. *Romæ.* Honorii, Severi.

RO. *Roma.* Gratiani.

ROM. *Roma.* Juſtini, Mauricii, Heraclii.

ROMB. *Romæ percuſſa.* B. pro P. Aviti.

ROMA. Joviani, Juſtiniani.

ROPS. *Romæ pecunia ſignata.* Honorii.

RP. *Romæ percuſſa.* Conſtantii Chlori, Conſt. M.

RPS. *Romæ pecunia ſignata.* Magnentii.

RS. *Romæ ſignata.* Licinii, Nepotiani.

RSLG. *pecunia ſignata Lugduni*, ubi R. pro P. Juliani.

RT. *Romæ percuſſa*, ubi T. pro P. Conſtantii.

RVPS. *Ravennæ pecunia ſignata.* Honorii, Joannis.

S. *Siſcia.* Conſtantini M.

SA. *Signata Antiochiæ.* Licinii.

SANB. *ſignata Antiochia.* B. nota Monet, vel annus 2. Imperii Martiniani.

S. ARL. *ſignata Arelate.* Conſtantini M.

SAR. *ſignata Arelate.* Magnentii, Helenæ.

SC. *ſignata Conſtantinopoli.* Arcadii.

SCON. *ſignata Conſtantinopoli.* Conſtantii.

SCONS. *ſignata Conſtantinopoli.* Juliani.

SE. *Siſciæ.* Conſtantii.

SIR. *Sirmii.* Conſtantini M. Licinii.

SIRM. *Sirmii.* Conſtantini jun. Joviani.

SIS. *Siſcia.* Conſtantini M. Licinii, Conſtantii, Conſtantis.

SISPZ. *Siſci. percuſſa.* Z. nota Monet.

SISCP. *Siſciæ percuſſa.* Gratiani.

SMK. *ſignata moneta Karthagine.* Licinii jun.

SMKA. *ſignata moneta Karthagine.* Licinii jun.

SMKE. *ſignata moneta Carthagine.* Conſtantini junioris. E. nota Monet. Licinii.

SMK. *ſignata moneta Karthagine.* Helenæ.

SMKE. *ſignata moneta Karthagine.* E. nota Monet. Arcadii.

SMA. *ſignata moneta Antiochiæ.* Juliani.

SMAQ. *ſignata moneta Aquileia.* Conſtantii, Gratiani, Arcadii.

SMAN. *ſignata moneta Antiochia*, vel *ſacra moneta Antiochena.* Conſtantini M. Conſtantii.

SMANΓ. *ſignata moneta Antiochiæ.* Γ. nota Monet. vel an. 3. Imperii Theodoſii.

SMANT. *ſignata moneta Antiochia.* Conſtantii.

SMANTS. *ſignata moneta Antiochia*, vel *ſacra moneta Antiochia ſignata.* Conſt. M.

SMANS. *Sacra moneta Antiochia ſignata*, vel *ſignata moneta Antiochiæ.* S. nota Monetarii.

SMANR. *ſignata moneta Antiochia.* R. nota Monet. Conſtantini M.

SMANTE. *ſignata moneta Antiochia.* E nota Monet. Conſtantii.

SMAT. *ſignata moneta Antiochiæ.* T. nota Monet.

Conſtantini M.

SMAB. *ſignata moneta Antiochiæ*. B. nota Monet. Conſtantini M.

SMN. *ſacra moneta nova*. Licinii, Conſtantii.

SMNA. *ſignata moneta nova Antiochia*. Martiniani, Theodoſii.

SMNΓ. *Sacra moneta nova*. Γ. nota Monet. Licinii jun.

SMNC. *ſignata moneta nova Conſtantinopoli*. Conſtantini M.

SMNKAB. *ſignata moneta Karthagine*. B. nota Monet. Theodoſii.

SMNS. *Sacra moneta nova ſignata*. Conſtantii.

SMNM. *Sacra*, vel *ſignata moneta nova*. M. nota fortè Monetarii. Criſpi.

SMRB. *ſignata moneta Roma*. B. nota Monet. Gratiani.

SMRP. *ſacra moneta Roma percuſſa*. Valentis.

SMSISC. *ſignata moneta Siſcia*. Valentis.

SMRQ ubi R. pro A. *ſignata moneta Aquileiæ*. Conſtantii, Valentiniani.

SMTA. *ſignata moneta* .·.·. Theodoſii.

SMTES. *ſignata moneta Theſſalonica*. Valentiniani.

SMTR. *ſignata moneta Treveris*. Maximi.

SMTRS. *Sacra moneta Treveris ſignata*, vel *ſignata moneta Treveris*. Conſtantii.

SMTS. *ſignata moneta Treveris*. Conſtantini M. Valentiniani.

SMTSE. *Sacra moneta Treveris ſignata*, vel *ſignata moneta Theſſalonica*. Delmatii.

ST. *ſignata Treveris*. Conſtantii Chlori, Conſtantini M. &c.

STR. *ſignata Treveris*. Conſtantini M. &c.

TAR. pro PAR. *percuſſa Arelate*. Criſpi.

TCON. pro PCON. *percuſſa Conſtantinopoli*. Juliani, Gratiani, Valentiniani junioris.

TEC. *Theſſalonica*. Juſtini.

TES. *Theſſalonica*. Conſtantii, Conſtantis, Helenæ, Phocæ.

TESA. *Theſſalonica*. Arcadii.

TH. *Theſſalonica*. Conſtantii.

THEU. *Theſſalonica urbe*. Juſtiniani, Tiberii, Mauricii.

THEUP. *Theſſalonica urbe percuſſa*. Juſtini, Juſtiniani, Tiberii, Mauricii.

TI. fortè *Treveris*. Conſtantini M.

TR. *Treveris*. Conſtantii.

TRMS. *Treveris moneta ſignata*. Jovini.

TRO. *Treveris obſignata*. Theodoræ, Conſtantini M. Conſtantii.

TROB. *Treveris obſignata*. Valentiniani junioris.

TROBC. *Treveris obſignata*. Valentiniani junioris.

TROBS. *Treveris obſignata*. Conſtantini M. Conſtantini junioris.

TROBT. *Treveris obſignata*. T. Valentiniani, Gratiani.

TROS. *Treveris obſignata*. Conſtantini M.

TRP. *Treveris percuſſa*. Helenæ.

TRPS. *Treveris pecunia ſignata*. Valentiniani, Gratiani, Valentinani jun.

TRS. *Treveris ſignata*. Conſtantini M. Conſtantini jun.

TS. *Treveris ſignata*. Licinii.

TSE. *Treveris ſignata*. E nota Monet. Conſtantis.

TSR. *Treveris ſignata*. R. nota Monet. Conſtantini jun.

TT. pro PT. *percuſſa Treveris*. Conſtantini M.

XMTA. ·.·. Theodoſii.

LIII. NUMMUS CONSTANTINI M. EXPLICATUS.

L. 2. C. Th. de Annon. l. 1. de Exact. Zozim. l. 2. p. 677. Incerti Paneg. c. 21.

DIXIMUS hujuſce Diſſertationis initio in nummis quos delineamus, familiæ præſertim Conſtantinianæ, præclara haberi interdum ænigmata, quæ ad horum temporum hiſtoriam illuſtrandam non minimè conducant, noſque ex iis aliqua quæ paulò fuſioris ſunt commentarii, in ſpecimen delibaturos, reliquis, ſi quas expoſcunt, brevibus notulis alio loco explicandis: deinde acturos de adulterinis, vel etiam incertis inferioris ævi numiſmatibus, ut nihil relinquatur intactum, quod ad hujuſce rei nummariæ partis notitiam videatur pertinere. Ac primus quidem occurrit, Conſtantini M. Auguſti nummus, qui in averſâ parte Conſtantinum Equeſtrem exhibet, cum hoc lemmate, GLORIA EXERCITVS GALLICANI. Cuſus autem Treveris videtur, cùm Conſtantinus poſt Maxentium devictum in Galliam reverſus in eâ urbe aliquandiu conſtitit anno 313. ut ex aliquot Codicis Theodoſiani Conſtitutionibus colligitur, & inde in inferiorem Germaniam tranſiit ob repentinos Francorum in Galliâ motus, quos *exercitus Gallicani*, cujus *gloria* ibi prædicatur, ope compeſcuit.

LIV. VETUS INSCRIPTIO NUPER DETECTA.

Lib. 19. p. 150.

ATQUE hujus quidem nummi Conſtantinianæi lemmatis occaſione veterem inſcriptionem hîc lubet proponere, quæ nuper detecta in Eccleſiâ Monaſterii SS. Achii & Acheoli, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, ad Ambianum, exercitus Gallicani, ni fallor, meminit, novumque & hactenus inauditum numen à Gallis, ſeu potiùs Belgis noſtris, ex iis quæ πατρῷοι θεοὶ dicuntur, *localiter*, ut verbo utar Ammiani, cultum indicat, quo locupletari poteſt viri docti Jacobi Sponii libellus de Ignotis atque obſcuris quibuſdam Diis. Sic autem illa concipitur:

PRO SALVTE ET
VICTORIA EXX G
APOLLINI ET VER
IVGODVMNO
TRIBVNALIA DVA
SETVBOGIVS ESUGGI
F. D. S. D.

Occo p. 482.

Crebra eſt in nummis inſcriptio, VIRTVS EXERCITVS, GLORIA EXERCITVS: at SALVS EXERCITVS, rariùs habetur, tametſi in nummo Poſthumi occurrat. Sic porrò hoc loco legendum arbitror: *Pro ſalute & victoria exercitus Gallicani*, vel *exercituum Galliæ*: ſiquidem geminata litera XX pluralem arguat, ut in nummis in quibus exaratum, DEBELLATORI GENTT BARBARR. *Verjugodumni* numinis à Gallis culti,

quod hîc Apollini adjungitur, nulla, quod ſciam, apud veteres memoria. Utrique autem *tribunalia dua* (ſic pro *duo* uſurpatum ab antiquis, ex Quintiliano & aliis docuimus) *Senhoginus Eſuggi filius de ſuo d. u. t.* Ubi *tribunalia* videntur eſſe ſtylobatæ, in quibus Apollinis & Verjugodumni ſtatuæ conſiſtebant. Ita vetus Inſcriptio tribunalia diis erecta declarat: NVMINI. AVGVSTOR. DEO. VOLIANO. M. GEMEL. SECVNDVS. ET. C. SEDATVS. FLORVS. ACTOR. VICANOR. PORTENS. TRIBVNAL. CVM. LOCIS. EX. STIPE. CONLATA. POSVERVNT. Huc etiam fortè ſpectat alia: P. AELIVS. VALERIANVS. HOC. VAS. DISOMVM. SIBI. ET. FELICITATI. POSVIT. ET. TRIBVNAL. EX. PERMISSV. PONTIF. PERFECIT. In quâ quidem poſtremâ inſcriptione, *tribunal perfectum ex permiſſu Pontificis*, vel *Pontificum*, dicitur, quod è re ſacrâ eſſet diis *tribunalia* erigere, quæ in hac, quam edimus, bina videntur, ſuo proinde unicuique numini adſcripto, ita ut non dii *σύμβωμοι*, ſeu *σύνθρονοι*, ut eſt in veteri Inſcriptione, apud Boiſſardum, dici potuerint, licèt *σύνναοι*, utpote erectis in uno eodemque templo binis tribunalibus: tametſi aliquando *σύνναοι* & *σύμβωμοι* unà ſimulque erant, ut Dii illi quorum mentio eſt in veteri Inſcriptione in inſulâ Delo nuper repertâ.

In Gloſſ. — Boiſſard. part. 6. fig. 78. — Salmaſ. ad Inſcript. Herod. p. 12. — Sponius de Ignot. p. 87.

LV. NUMMI AUREI CONSTANTINI, IN QUIBUS EXARATUM, FRANCIA [illegible] ALEMANNIA [illegible]

BINOS exinde damus Alemanniæ & Franciæ debellatarum à Conſtantino indices nummos aureos. Superatos autem ac profligatos à Conſtantino Francos, paſſim perſonant Hiſtoriæ: ſed vix antiquius ac illuſtrius monumentum reperire eſt, in quo regionis ubi ſedes fixere, appellatio deſcribatur: tum enim eam Germaniæ partem incolebant, quæ eſt Rheno contermina, atque adeo Cattorum provinciam. Unde vetus Juvenalis interpres, *Cattos gentem Germanorum, ſeu Francorum* fuiſſe ait. Et Hieronymus, quæ *apud Hiſtoricos Germania*, ſuo ævo *Franciam* vocatam auctor eſt, quam *Francorum regionem* alibi vocat: unde *Germanicum* & *Francum*, gentem eandem eſſe volunt veteres Gloſſæ ex Bibliothecâ regiâ: *Γερμανικός, ὁ Φράγκος*. *Franciam* etiam dixit Julianus, ut & Claudianus. Sed & ſæculis poſterioribus id nominis manſit Franconiæ, quam tum incolebant, quam *Franciam* nudè vocat Monachus Sangallenſis. Quæ quidem appellatio tum Galliæ noſtræ indita, cùm Franci tranſmiſſo Rheno provincias Gallicas inſederunt. Tum enim Francia appellata eſt, quo quidem nomine primus uſus videtur Gregorius Magnus, vetere nihilominus primæ eorum ſedi remanente nomenclatura, quæ ad Novæ Franciæ diſcrimen, *Antiqua*, *Magna*, *Ulterior*, & *Orientalis* dicta: cùm Gallia noſtra Francia *Occidentalis*, *Citerior*, *Gallicana*, *Latina* ac *Romana* vocaretur. Alter perinde aureus nummus ex Gazâ Illuſtriſſimi Colberti, eodem habitu, quo Franciam prior, devictam Alemanniam præfert: ex quo tandem conficit Cl. Spanheimius *Alemanos*, non *Alamannos* appellatas eas gentes, de quorum ſedibus pluribus diſſeruit Philippus Cluverius.

[illegible] ſ. 4. — Hier. in Vita S. Hilarion. — Chron. an. 327. — Cod. 2062. — Julian. or. 1. — Claudian. in 1. Conſ. Stilich. l. 1. — Mon. Sangall. l. 1. c. 25. l. 2. c. 16. — Greg. M. l. 6. ep. 33. — V. le Gloſſ. In Germ. antiq. l. 3. c. 4.

LVI. NUMMI IN QUIBUS VALLUM DESCRIBITUR

BINIS Conſtantinianeis aureis tres alii ærei ſuccedunt nummi, Licinii, Conſtantini, & Conſtantini junioris Auguſtorum præferentes nomina, novâ, & quæ in antiquioribus haud reperitur, figurâ conſpicui: habentur enim in iis quatuor cantherii, quatuor aliis oppoſiti, in quorum ſuperiori divaricatione inſiſtit Imperator, cum hac inſcriptione, VIRT. EXERC. Iis porrò *vallum* Romanorum deſcribi putant ex quarto Varronis de Linguâ Latinâ: *Vallum*, inquit, *vel quòd ea varicare nemo poſſit, vel quòd ſingula ibi extrema bacilla furcillata habent figuram literæ* V. quam ſanè quaquaverſum in nummo expreſſam cernere eſt. *Vallos* autem Romani appellabant ſtipites ac cippos, quibus caſtra muniebantur, non acutos modò, ſed biſurcos. Nam ut eſt apud Suidam, Græci vallo ac aggeri conficiendo eos vallos ſeligere ſolebant, in quibus circumcirca multi magnique rami enati eſſent, Romani autem qui *δύο κεραίας ἢ τρεῖς ἔχοντα*, *qui bicornes eſſent aut tricornes*, quomodo *biſurcos aut trium, aut cùm plurimum quatuor ramorum vallos* fuiſſe ait Livius. Virgilius:

Exacuunt alii vallos furcaſque bicornes.

Et alibi:

Quadrifidaſque ſudes & acuto robore vallos.

Vallum, ait Servius, *dicitur ipſa munitio: valli verò fuſtes ſunt quibus vallum munitur.* Willelmus Brito in Vocabul. MS. *Vallus, li, eſt palus ſic dictus, quòd ſit validus. Unde vallum dicitur Concatenatio palorum circa turrim. Unde ſcribitur in Conciſo,*

Eſt vallus palus circa turrim peracutus,
Mutua vallorum connexio ſit tibi vallum.

Rurſum:

Vinetus, vallus, ſed vallum convenit urbi.

S. Hieronymus: *Nonne melius eſt brevi tempore dimicare, ferre vallum, arma ſumere, laſſeſcere ſub loricâ, & poſtea gaudere victorem, quàm impatientiâ unius horæ ſervire perpetuò.* Ut verò ipſi diſponerentur *valli*, bellè explicat Cæſar; *truncis arborum, aut admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum dolabratis, atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur. Huc illi ſtipites demiſſi, & ab infimo revincti, ne revelli poſſent,*

Livius l. 33. — Virg. 4. Georg. — Servius ad 9. Æneid. — Epiſt. 22. — Cæſar l. 7. de Bello Gall. c. 73.

ab ramis eminebant. Quini erant ordines conjuncti inter ſe, atque implicati, quo qui in-
traverant, ſe ipſis acutiſſimis vallis induebant. Hos Cippos appellabant. Ante hos obliquis or-
dinibus in quincuncem diſpoſitis, ſcrobes in trium altitudinem pedum fodiebantur, paulatim
anguſtiore ad ſummum faſtigio. Huc teretes ſtipites feminis craſſitudine ab ſummo præacuti
præuſti demittebantur, ita ut non amplius quatuor digitis ex terrâ eminerent. Lubet etiam
Beda lib. 1. c. 5. hoc loco valli deſcriptionem ex Eccleſiaſticâ Bedæ hiſtoria ſubnectere: *Murus de lapi-*
dibus, vallum verò, quo ad repellendam vim hoſtium caſtra muniuntur, fit de ceſpitibus, qui-
bus circumciſis è terrâ, velut murus extruitur altus ſuper terram, ita ut in ante ſit foſſa, de
quâ levati ſunt ceſpites, ſupra quam ſudes de lignis fortiſſimis præfiguntur. Quod vero ex-
hiberi aiunt in ſummo vallo militem, qui corollam vallarem tenet, ſanè in tribus
iſtis quos damus, & manibus verſavimus, vallares iſtæ minimè habentur coronæ, ſed
Imperator ipſe paludatus globum ſiniſtrâ tenens, dextram verò prætendens effingitur,
Capitol. Pollio Gruter. tanquam caſtrorum ac valli præſes, vel etiam *pater.* Certè *Matres Caſtrorum* Auguſtas
paſſim nominatas docent veteres Inſcriptiones & Scriptores.

LVII. SAPPHIRUS CONSTANTII IMP. CONSTANTII Imperatoris, Conſtantini filii, nummis, eximiam gemmam, quæ
ejuſdem Auguſti Xiphianam venationem exhibet, ſubdidimus, quòd ad ejus ſpectet
hiſtoriam: cujus quidem interpretationem Marquardi Freheri, cui debetur, huicce
Diſſertationi, quòd in pauca folia contracta rarior ſit, ſubjecimus.

LVIII. NUMMUS CONSTANTIS IN BRITANNIAM TRANSMITTENTIS. QUI deinde primus inter Conſtantis nummos prodit, inſcriptione perinde ac typo
raritatem præfert: eſt enim ex iis quos Medalliones vocant. In hujus facie anticâ Con-
ſtans Imperator, in poſticâ idem Auguſtus militari habitu exhibetur, parmam lævâ
tenens, dextrâ haſtam, quam in militem in aquas detruſum intorquet: niſi figura il-
la nuda aquis immerſa Oceanum ipſum repræſentet, qui expanſis ulnis Conſtantem
in Britanniam tranſmittentem ultro excipiat: Victoriâ cum palmâ & lanceâ præ mani-
bus proræ inſiſtente, ſignisque militaribus ad puppim defixis, quibus ſubſequens in-
telligitur exercitus, cum hiſce characteribus, ſuprà, BONONIA, infrà, OCEANEN.
vel OCEANVS, nam extremæ literæ aliquatenus detritæ: quibus quidem Bononia
ad Oceanum in Morinis innuitur, ad Italicæ diſcrimen, aut illius quam ad Dravum
fluvium ſtatuunt Geographi; quomodo non ſemel expreſſa urbium nomina in num-
Spanheim. diſſ. 9. mis haud ita pridem obſervavit vir ſingularis eruditionis Spanheimius, qui & iſtum
inſpexerat in Cimeliarchio Regio: in quo quidem numiſmate trajectum Conſtantis
in Britanniam deſignari in confeſſo eſt. Conſtans quippe devictis Francis Conſtan-
Socrat. l. 2. c. 10. Sozom. Hieron. Idac. &c. Ammian. l. 20. init. Libanius in Baſil. J. Firmic. tio IV. & Conſtante Coſſ. uti teſtantur Socrates, Sozomenus, Hieronymus, Idatius,
& alii, ſequente anno, Chriſti 343. Placido & Romulo Coſſ. ſævâ hieme in Britan-
niam trajecit adverſus Scotos & Pictos, ut innuere videtur Ammianus: vel ut Liba-
nius, quo rebellionem ibi enatam comprimeret; quam Conſtantis in Britanniam
trajectionem attigit etiam Julius Firmicus libro de Errore prophanarum religionum, ad
Conſtantem ipſum ſcribens: *Poſt excidia templorum in majus Dei eſtis virtute provecti,*
viciſtis hoſtes, propagaſtis Imperium: & ut virtutibus veſtris gloria major accederet, mutato ac
contempto temporum ordine, hieme, quod necdum factum eſt aliquando, nec fiet, tumentes ac
ſævientes undas calcaſtis Oceani: ſub remis veſtris incogniti jam nobis penè maris unda con-
tremuit, & inſperatam Imperatoris faciem Britannus expavit. Annum verò, & initæ iſtius in
Britannos expeditionis tempus indicat omnino ſubſcriptio legis 5. Cod. Th. de Extraord.
quæ *data* dicitur *VIII. Kal. Febr. Bononiæ, Placido & Romulo Coſſ.* Ex quâ recte collegit Ja-
cobus Gotofredus perperam Conſtantium præferre ejus auctorem, licèt poſt Sigonium
Triſtan. to. 3. p. 620. contrà ſentiat Triſtanus, qui hunc nummum non viderat: adeo ut vel inde firmetur
quod Firmicus & Ammianus tradunt, ſævâ hieme initam expeditionem. Sed & obſerva-
tionem expoſcit quod ait idem Firmicus, *ſub remis* Conſtantis undam contremuiſſe,
ſic ut navigiis ramis inſtructis Oceanus enavigatus, quod ſecus ferè ac hodie, dicatur;
quod navis, cui Conſtans inſiſtit, in nummo deſcripta præterea declarat. Id etiam fir-
Cæſar l. 5. de Bello Gall. c. 8. mat Cæſar tranſitum ſuum in Britanniam commemorans: *Tum rurſus æſtus commuta-*
tionem ſecutus remis contendit, ut eam partem inſulæ caperet, qua optimum eſſe egreſſum ſupe-
riore æſtate cognoverat.

LIX NUMMUS JULII SILVANI. ATQUE hic præclarus Conſtantis nummus admonet ut alterum, cujus meminit Arnol-
dus Ferronus, deſcribamus, Julii Silvani, qui Gallo Cæſare à Conſtantio occiſo Impera-
tor in Galliâ dictus, 28. Imperii die à Legionibus, à quibus præſidium ſperaverat,
peremptus eſt. Licèt enim nulla Silvani nomine inſignita numiſmata proferant anti-
Ferron. in Conſuet. Burdegal. l. 2. p. 248. Goltz. Theſ. quarii, quodque à Goltzio refertur cum hac inſcriptione, DN. FL. SILVANVS. P. F.
AVG. incertæ fidei videatur Triſtano, ob prænomen Flavii, quod ſibi arrogaſſe Silva-
num vix probabile eſſe cenſet, Conſtantinianæ familiæ proprium, ipſâ adhuc ſuperſti-
te, teſtatur tamen Ferronus effoſſa Burdigalæ ejuſdem aliquot: ſed quæ non ita deſcri-
bit, ut planum fit qui fuerint eorum typi: *Nuper,* inquit, *apud nos inventa vetera numiſ-*
mata, &c. — Sed & alia inventa numiſmata Silvani cum Conſtantis Cæſaris majore ima-
gine: nam & hunc veriſimile eſt Aquitaniæ præfuiſſe. Nam cùm apud Gallias poſtea Imperium
affectaret,

afflaret, intra triginta dies extinctum legimus. Ex quibus quidem videtur Ferronus exiſtimaſſe cuſos ejuſmodi nummos Conſtante ipſo ſuperſtite, in honorem forte Silvani, qui in Galliis exercitibus præerat, cum & ipſe Gallus eſſet, Boniti perinde Galli Ducis filius; uti non ſemel ab Imperatoribus factitatum conſtat. Nam ſi Auguſti titulo in iis donaretur, non dixiſſet poſtea Imperium in Galliis arripuiſſe, niſi hæc Aquitaniæ præfecturam ſpectent. Quod ſi in iis Silvanus Auguſtus nuncuparetur, exiſtimari poſſet, cùm ſibi à Conſtantio metuens, purpuram induiſſet, patrocinio ſe ſe tutari voluiſſe Conſtantis extincti, cui ſuperſtiti coparum Dux militaverat, ita ut formatâ ejus in nummis imagine, & Auguſti ejuſdem & peractæ ſub eo militiæ memoriâ revocatâ, militum animos magis ſibi conciliaret.

LX. NUMMUS BONIFACII TRIUMPHUM EXHIBENS.

Præ cæteris autem numiſmatibus, maxime poſt ævum Conſtantini, quæ magnorum virorum, vel fortiſſimorum Ducum honori quodammodo dicata, ab ipſis Auguſtis cuſa ſunt, non contemnendæ perinde raritatis eſt Placidii Valentiniani æreus Medallio, quem ex Regio Theſauro depromptum in eo opere exhibemus, in cujus anticâ facie idem conſpicitur Auguſtus cum diademate lapillis ac margaritis contexto, inciſuſque ad vultus latus ramus palmeus. Averſa autem Bonifacium triumphantis ſpecie exhibet: quadrigæ enim inſidet ille, militari habitu, *στολήν τε σχῆμα ἀναδρ-σάμενον, καὶ κλάδον κρατῶν*, non *ἐν τῇ δεξιᾷ*, ut triumphantem deſcribit Zonaras, ſed (Zonar. to. 2. p. 31.) in ſiniſtrâ; quâ præterea, ut eſt apud Valerium Maximum, *triumphalis currus habenas retinet*. (Val. Max. l. 4. c. 4. n. 5.) dextrâ vero unà cum coronâ laureâ flagellum tenet. Currus ipſe quo vehitur, & quem quatuor trahunt equi, juxta illud Naſonis, (Ovid. 1. de Arte am.)

Quatuor in niveis aureus ibis equis,

ἐς πύργου περιφεροῦς τρόπον, *inſtar turris rotundæ* confectus cernitur, uti triumphantium currum repræſentat idem Zonaras. In inferiori nummi parte quatuor deſcribuntur Monogrammata. (Proſp. Chr.) Jam verò Bonifacius, quem ut *virum bellicis artibus præclarum* prædicat Proſper Aquitanus, *γενναιότατον* vocat Olympiodorus, (Olymp. apud Phot. p. 186.) tum primum inclaruit, cum Ataulphus Gothus Maſſiliam, celeberrimam in Galliis urbem, intercipere tentavit. Ejus enim conſilio acriter obſtitit Bonifacius, à quo vulneratus Ataulphus, vix ſalvus in ſua ſe tentoria recepit, Maſſilienſibus Bonifacium liberatorem ſuum extollentibus ac prædicantibus, quod quidem geſtum antequam Ataulpho nupta eſſet Placidia. At extinctis ipſo Ataulpho, & Conſtantio Auguſto Placidiæ conjugibus, eidem (Olymp. p. 195.) Auguſtæ, cùm à fratre Honorio Conſtantinopolim relegata eſt, ſolus penè fidem ſervans, ex Africâ, cui Prætor præerat, pecuniam ſubmiſit, obſequia ſua impendit, nihilque non egit, ut non intermiſſam, ſi non amiſſam, recuperaret illa Auguſtam dignitatem. Erat Bonifacius, inquit Olympiodorus, vir heroicus, qui cum multis ſæpe gentibus barbaris ſtrenuè pugnavit, paucis interdum copiis adhibitis, interdum pluribus, nonnunquam verò & ſingulari certamine: atque, ut verbo abſolvam, qui Africam à barbaris variiſque nationibus provinciam hanc incurſantibus liberavit. A Placidia deinde, quæ tum Auguſtam receperat appellationem, ex Africâ in Hiſpanias evocatus anno 422. ut Caſtino Magiſtro militum contra Vandalos bellum gerenti adeſſet, Caſtino ſocium habere dedignante, in Africam eſt reverſus: quod *Reipublicæ* (Idac. p. 16.) *multorum laborum & malorum ſequentium initium fuit*, ait Proſper. (Proſper.) Aëtius quippe Bonifacium, quocum occultas fovebat ſimultates, cuique invidebat, ut poteſtatis ſuæ potentiori æmulo, ad Placidiam detulit, quaſi Africam omnem ſibi aſſerere cogitaret: addiditque verum deprehendi poſſe, ſi Romam acciretur. Præmiſerat interim Aëtius arcanas ad Bonifacium literas, per quas ſignificabat inſidiari ſibi Imperatoris matrem, & (Proſper.) eripere vitam velle. Cùm igitur accitus Bonifacius venire renuiſſet, miſſi ſunt Mavortius, Galbio, & Saonecis Duces, qui bello cum Bonifacio contenderent: quibus cæſis, ſuffectus eſt Sigiſvultus Comes. Geſta hæc anno 427. quâ tum tempeſtate evocati ex Hiſpaniis à Bonifacio in auxilium Vandali in Africam trajecerunt, (Jornand. p. 57. 113.) è quâ non niſi ſub Juſtiniano exacti ſunt. Aëtii interea dolo patefacto, Bonifacius à Placidiâ in Italiam revocatur. Venit ille, benignéque exceptus, & Magiſtri militum dignitate, quâ tùm potiebatur Aëtius, donatus eſt anno 432. Scribit Procopius, & ex eo Theophanes, (Procop. l. 1. Vand. c. 3. Theoph. p. 80.) Bonifacium, priuſquam in Italiam reverteretur, precibus ac promiſſis ampliſſimis Vandalos, ut ex Africâ decederent, fruſtra perſuadere conatum; cum recuſantibus bello contendiſſe, & ab iis ſemel ac iterum bello ſuperatum, ac demum auxilia conquiſiturum in Italiam trajeciſſe. Ingens exinde bellum inter Bonifacium reducem & (Idac. p. 19.) Aëtium geſtum eſt, initoque prælio, Aëtius Bonifacium ſecum congredientem vulneravit (Marcellin. p. 23. Proſper. p. 205.) illæſus, qui tertio pòſt menſe ex vulnere, quo ſauciatus fuerat, interiit. Inſigne illud eſt quod refert Marcellinus Comes, Bonifacium morientem, Pelagiam uxorem ſuam, valde locupletem, nulli alteri, niſi Aëtio, ut nuberet exhortatum. Hæc neceſſariò præmittenda fuere, ut non modò quis eſſet Bonifacius in Medallione effictus, agnoſceremus, ſed etiam quando nummus idem cuſus eſt à Valentiniano: quod dubio procul poſt Bonifacii ex Africâ reditum, & cùm Magiſter militum dictus eſt,

factum exiſtimare licet, non quòd ante hæc tempora nullam aliam bellicam expeditionem ſuſceperit, aut victoriam adeptus ſit, ex quibus decerni eidem potuerit triumphus; quod prædicta refellunt: ſed quòd à Valentiniano ætate paululùm provectiori cuſus videatur Medallio, qui antea excudi non potuit, cùm antequam idem Valentinianus Auguſtus dictus eſſet à Theodoſio juniore anno 425. inter Placidiam Auguſtam & Bonifacium bella intercederent, quæ circa annum 422. cœpta, non niſi decennio pòſt ſunt ſopita: quâ tempeſtate, reverſo Bonifacio, Valentinianus, qui tum ætatis, quem in nummo præfert, annum decimum tertium attigerat; ſeu potius mater Placidia, virum de Republicâ bene meritum, victoriis celeberrimum, innocentem, & per calumniam falsò delatum, ſibi demereri volens, hocce honoris & benevolentiæ ſymbolo exornavit. Sed quid denotent ſubjecta Monogrammata, quorum tum primum, ni fallor, uſus in nummis, fateor mihi prorſus ignotum, neque ipſe fortè Apollo divinet. Similem nummum, ſed aureum, deſcripſit Octavius Strada, in hoc ab æreo noſtro diverſum, quòd in aureo Bonifacii caput radiis cinctum appareat, curruſque non ab equis, ſed à cervis trahatur, quo modo Helagabalum *proceſſiſſe in publicum quatuor cervis junctis ingentibus*, ſcribit Lampridius: & in Aureliani Auguſti triumpho *currum extitiſſe quatuor cervis junctum, qui fuiſſe dicebatur Regis Gothorum*, Vopiſcus: niſi quod cornua eſſe exiſtimavit Strada, palmæ fuerint equorum capitibus affixæ, ut in aliis conſpiciuntur, maximè Neronis, qui Euthymium præfert in averſa facie, & in eo quem in Honorio deſcripſimus, qui, PANNONI NIKA, pro inſcriptione præfert. Severus in Epiſtolâ ad Salvium: *Scimus enim palmigeros bijuges, ubi è circo receſſerint, quietiſſimè ſtabulari. illos non jugis formido, non ambigua palmæ ſollicitant, ſed demum pictatis adfixæ præſepibus, timere jam neſciunt hortatorem, &c.* Cervos autem ejuſmodi πλατυκέρωτας, *palmatos* vocat Julius Capitolinus in Gordiano: quorum ſcilicet cornua natura finxit in palmas. Monogrammata non omnino eadem ſunt quæ in æreo, quæ ob nummi fortean exiguitatem haud bene expreſſit Monetarius, aut minùs percepit Strada.

Vopiſc. in Aureliano. Bians ad Ant. Aug. p. 20. Tom. 5. Spicileg. Acheriani p. 535. Capitol. Plin. l. 11. c. 37.

LXI. NUMMUS PLAC. VALENTINIANI, IN QUO EXPRESSUS PETRON. MAXIMUS. *Lib. 3. Ep. 12.*

NON minoris raritatis eſt ejuſdem Placidii Valentiniani prægrandis nummus alter æreus, quem ad Sidonium laudat Sirmondus, cujus antica facies Valentiniani vultum exhibet, cum ſolitâ inſcriptione, DN. PLA. VALENTINIANVS. P. F. AVG. altera Petronium Maximum, Senatorio, ſeu potiùs Conſulari habitu in ſellâ ſedentem, volumen dextrâ, lævâ ſcipionem cum aquilâ tenentem, nomine hinc inde adſcripto, PETRONIVS MAXIMVS V. C. CONS. quo quidem numiſmate Petronium Maximum Conſulem ſimili penè honore quo Bonifacium proſecutus eſt Valentinianus, quam ille accepti beneficii gratiam malè tandem rependit. Eo autem imperante bis dignitatem hanc obierat Maximus, ac primùm anno 433. cum Theodoſio: iterum decennio pòſt, cum Paterno: unde Tironi Proſpero in Chronico Pithœano, *vir* dicitur *gemini Conſulatus & Patriciæ dignitatis*. Ad alterutrum igitur referendus præclarus hic Medallio, & fortean ad poſtremum.

LXII. NUMMUS JUSTINIANI, IN QUO EXPRESSUS BELISARIUS. *Gyll. l. 2. de Topograp. CP. c. 12. Procop. l. 1. de Ædi. c. 10. Id. l. 2. Vand. c. 9. Cedr. Glyc. Manaſſ.*

BONIFACIANO ſuppar propemodum eſt, quod Petri Gyllii olim fuit, numiſma, *in cujus uno latere ſcalptus erat*, inquit ille, *Juſtinianus Beliſarium excipiens triumphantem; in altero, Beliſarii imago, cum hoc elogio*, GLORIA ROMANORVM BELISARIVS. Effictus ſcilicet fuit in eo numiſmate Juſtinianus, quo modo ferè teſſellato ſeu muſivo opere, in Chalces, quæ Palatii Conſtantinopolitani veſtibulum fuit, camerâ ac fornice, ut auctor eſt Procopius. Ibi enim, ut is Scriptor refert, Beliſarius ad Imperatorem redux cum exercitu integro exuvias ipſi offerebat, Reges ac Regna, & quidquid inter homines excellebat. In medio ſtabant Imperator & Theodora Auguſta, eâ uterque ſpecie, ut ſummam lætitiam præ ſe ferrent, & feſto victoriam celebrarent, captis ſuppliciterque accedentibus Vandalorum Gothorumque Regibus inſignem, circunſtantibus Senatoribus, feſtumque agentibus. Ita autem Beliſarium in Circo excepit Juſtinianus, ut idem Procopius commemorat. In iſtis porrò Juſtinianeis numiſmatibus aureis perinde ac argenteis effictum volunt Beliſarium Cedrenus, Glycas, & Conſtantinus Manaſſes, ὁπλίτην ῥομφαίαν ἐσπασμένον, *armatum cum gladio ſtricto*.

LXIII. NUMMUS STILICHONIS. *Philoſtorg. l. 12. c. 2.*

ADJUNGI-ne iis quæ modò deſcripſimus in virorum de Republicâ bene meritorum honorem cuſis numiſmatibus, Stilichonis nummi debeant, dubium facit Philoſtorgius, ſcribens inter alia affectatæ ab eo tyrannidis argumenta illud fuiſſe, quòd auſus etiam ſit nummos cudere, ſolâ formâ ab Imperatoriis diſcrepantes: οὕτω δὲ καταφανῶς καὶ ἀδεῶς τὴν τυραννίδα προσποιεῖσθαι τὸν Στιλίχωνα, ὡς καὶ νόμισμα, μορφῆς λειπούσης μόνης, κόψαι: *Ita apertè & confidenter tyrannidem affectaſſe Stilichonem, ut etiam numiſma, ſolâ formâ exceptâ, cuderet*. Quæ de aureo nummo capienda ſuadet vox νόμισμα, ſolidis aureis ab ejuſce ævi Scriptoribus tribui ſolita. Voce verò μορφῆς habitus Imperatorius intelligitur, quem *venerabilem formam* vocat lex 6. Cod. Th. de Indulgentiis criminum. Verùm ab Honorio ejuſmodi Stilichonis ſoceri nummos in rerum

præclarè geſtarum monumentum cuſos longè probabilius, cùm Stilichoni ſuo nomine aliunde formandi occaſio deeſſet ac prætextus, ejuſceque rei in viris quantumlibet auctoritate apud Imperatores pollentibus factitatæ nullum ferè hactenus habeatur exemplum.

LXIV. NUMMI RESTITUTI ET CONTORNIATI.

LONGE alterius generis ſunt nummi aliquot, ad virorum illuſtrium qui prioribus ſæculis vixerant, revocandam memoriam cuſi ab Imperatoribus, quorum alii inde *Revocati*, alii *Contorniati*, ab Antiquariis appellantur. Prioris generis multò plures habentur ab ipſomet Auguſto & ſucceſſoribus cuſi, de quibus hìc non eſt ſermo: poſterioris vero tum primum occurrunt poſt Conſtantini M. ævum, atque adeo circa Honorii tempora, in quibus primas tenet æreus ille Medallio, in cujus anticâ parte idem Auguſtus *majori habitu faciei* effingitur, ut loquitur Conſtantinus M. in quadam Conſtitutione, cum hac inſcriptione, HONORIO AVGVSTO: in poſticâ expreſſus conſpicitur vir triumphantis ſpecie, laureâ caput cinctus, dextrâ flagellum, ſiniſtrâ palmam tenens, curru quadrijugo vectus, cum inſcriptione, EVTYMI NICA, ita ut penè geminus ſit alterius Medallionis qui à Nerone primùm cuſus eſt, in quo alterâ facie ipſe effingitur, cum inſcriptione, IMP. NERO. CÆSAR AVG. P. M. in alterâ, vir eodem habitu, quo ſuprà, curru perinde quadrijugo vectus, cujus equi palmis ad capita inſigniuntur, cum hiſce characteribus, EVTYMVS. Qui quidem eximius eſt Olympiæ victor *Euthymius* ſeu *Euthymus Pycta* Locrenſis, de quo Plinius hæc ait: *Conſecratus eſt vivus ſentienſque ejuſdem oraculi juſſu, & Jovis deorum ſummi aſtipulatu, Euthymus pycta, ſemper Olympiæ victor, & ſemel victus.* Euthymii iſtius inſignis pugilis meminit præterea Ælianus: hujus autem memoriam revocavit Nero, quòd ille quadantenus inter certaminum Deos Præſides haberetur, utpote conſecratus, quo modo ferè Olympionicæ omnes apud Ethnicos pro Diis habebantur, ut auctor eſt Joannes Chryſoſtomus, ipſeque Nero Circi certamina plus æquo amaret: non verò, uti conjicit Conſtantius Landus, quòd aurigationi impenſiùs ſtuduerit, ut de eo teſtatur Suetonius. Non enim Euthymius auriga, ſed pugil, ſeu, ut à Plinio vocatur, *Pycta*, quâ etiam voce, eadem notione, utuntur Seneca & Tertullianus: curru verò vehitur, quemadmodum Hieronicæ conſueverant deduci coronati per medium ſtadium, triumphantium ac ovantium ſpecie, palmam deferentes, quæ eorum propria erat. Neronianum Euthymii Medallionem revocavit, ſeu recudit Trajanus Imperator, in cujus facie alterâ ipſe effingitur, cum hac inſcriptione, TRAIANVS P. F. AVG. in alterâ ſimili habitu Euthymius, niſi quòd flagellum dextrâ tenet, cùm in Neroniano ſpiculum, ſed perperam, eidem tribuatur; præterea in Neroniano binæ laureæ invicem colligatæ ſubſint currui, diductæ in latitudinem. In Trajaniano perinde inſcribitur, EVTHYMIVS. Trajanianum ſervat Gazophylacium Regium. Neronianum denique & Trajanianum revocavit etiam, uti diximus, Honorius Imperator: ſed Honorianus in inſcriptione differt ab aliis, cùm hæc verba partim exeſa præferat, EVTIMI NICA. Quæ quidem eadem fermè ſunt, quæ Præcones efferre ſolebant, cùm quis victor exiſtebat in certaminibus, ut apud Laërtium, Νικᾷ Διογένης, & apud Xiphilinum in Nerone, Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα. Inde fluxit familiaris apud Græcos Chriſtianos formula, IC. XC. NIKA, & apud Latinos, CHRISTVS VINCIT, CHRISTVS REGNAT, CHRISTVS IMPERAT, cùm ii victorias ſoli Deo adſcriberent: ut & rurſum illa Græcorum, poſt devictum à Conſtantino, virtute Crucis, quam in cælo, vel in ſomnis, uti vult Lactantius, viderat, Maxentium, σταυρὸς νενίκηκε, de quâ egimus. Hinc etiam fortean acclamationes populares ad Imperatorem in Circis, NIKA, *vince*, à quâ famoſa illa ſeditio ſub Juſtiniano nomen accepit, quòd eſſet τὸ σύνθημα τῶν δήμων, *teſſera factionum*, ut auctor eſt Evagrius.

Spanheim. diſſ. 1. p. 44.
L. 1. Cod. Th. Si quis ſolidi circ. &c.
Occo p. 134.
Biæus p. 20.
Conſtant. Landus de Veter. Numiſm. p. 70.
Plin. l. 7. c. 47.
Ælian. l. 7. Var. c. 47.
S. Joan. Chryſ. hom. 66. ad pop. Antioch.
Petr. Faber l. 2. Agon. c. 10. 11. 12. 25.
Franciſc. Angelon. in Hiſt. Aug. p. 123.
Petr. Faber. Agoniſt. l. 2. c. 13.
Diog. Laert. l. 6. in Diog. Sinop.
Dio & Xiphil. in Nerone.
Evagr. l. 4. c. 13.

LXV. NUMMUS ADULTERINUS HERACLII.

EXACTIS quæ dicenda erant de *Contorniatis* nummis, operæ pretium videtur de Byzantinorum Auguſtorum adulterinis quibuſdam ac ſpuriis ſermonem facere, quos rei nummariæ periti in ſuam ſupellectilem etiam admittunt, non quòd revera ipſorum Principum quorum effigies repræſentant, eſſe exiſtiment, ſed quòd ſaltem antiquioris ſint ævi, & aliquid contineant in ſe dignum obſervatione. In iis eminet præ cæteris major Medallio Heraclii, cujus ectypon variè deſcripſere Lipſius, Octavius Strada, Patinus, Jacobus Oiſelius, & alii. Habetur is aureus ac pulcherrimus in Gazophylacio Regio, ejus quâ exhibuimus magnitudinis, adeptæ ab eo Crucis à Perſis, ac in urbem Regiam relatæ hiſtoriam referens: de quâ breviter hoc loco videntur refricanda, quæ in hanc rem habent Auctores, ut faciliùs non tam quod verum aut adulterinum ſubolet numiſma, deprehendatur, quàm inventoris conſilium ac animus. Aiunt igitur Beatam Helenam inventis in Hieroſolymitanâ urbe vivificis lignis, horum partem cum clavis, quibus Chriſti corpus confixum eſt, miſiſſe ad Conſtantinum filium: alteram Macario Hieroſolymitano Patriarchæ auro incluſam ſervandam commendaſſe. Ita Theophanes anno 21. Conſtantini. Hieroſolymis verò à Sarbaro &

Theoph.

Perſis captis anno 5. Heraclii, ſublata etiam vivifica ligna, & abducta ſunt in Perſidem, cum ipſo Zacharia Patriarcha. Verùm haud multò pòſt, Syroe Perſarum Rege, poſt Choſrois patris necem, cum Heraclio fœdus ineunte, inſtitit potiſſimum Heraclius, ut vivifica ligna, quæ Hieroſolymis in Perſidem tranſtulerat Sarbarus, ſibi redderentur: quod ultro pollicitus eſt Syroes, ſi uſpiam poſſent inveniri. Extinctis interea ipſo Syroe, Chaboe, Hormiſda, & Hormiſdæ filio, Perſarum Regibus, Sarbarus regnum Perſicum, Heraclio adjuvante, adeptus, pace cum Romanis conſtitutâ, Ægyptum atque Orientem omnem Imperatori reſtituit: qui dum adhuc in Perſide moraretur, ea uti erant cum primùm capta ſunt obſignata ſecum deferens, Hieroſolymam perrexit, & Modeſto Patriarchæ ejuſque Clero monſtravit. Ab iis verò integra adhuc ſigilla deprehenſa ſunt, intellectumque ſanctiſſima hæc ligna neque prophanis ac pollutis manibus attrectata, neque ab illis omnino conſpecta, eóque nomine actæ Deo gratiæ, & laudes perſolutæ. Tum Patriarcha clavem, quæ apud ſe remanſerat, domo deferens, adorantibus univerſis, loculum aperuit. Poſt hæc erectâ illic Cruce, Imperator eam illico Byzantium remiſit: cui cum Litaniis ex Blacherniano Deiparæ templo obviàm proceſſit Sergius Patriarcha, & ad Sophianam Eccleſiam deducens, ibidem illam ſuſtulit Indictione 2. anno Chriſti 629. qui eſt decimus nonus Heraclii. Paulò pòſt verò Heraclius ipſe domum rediens, urbem ingreſſus eſt, curru vectus, quem elephanti quatuor trahebant, cum fauſtâ omnium acclamatione, feſtis diebus ob victoriam celebratis. Hæc ferme Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus in Heraclii Vita. Theophanes autem in totâ hac narratione Nicephoro haud uſquequaque conſentit. Quippe, eo auctore, Heraclius anno Imperii decimo octavo, confecto Perſico bello, quod per annos ſex duraverat, inito cum Perſis fœdere, ſeptimo demum in Urbem reverſus, ab omnibus cum gaudio & tripudiis exceptus eſt. Anno verò ſubſequenti, vere ineunte, Urbe profectus, venit Hieroſolymam, & venerandis ac vivificis ſecum delatis lignis, grates Deo perſolvit. Cúmque in Syria uſque ad vigeſimum quartum Imperii annum, qui eſt Chriſti 635. difficillimis bellis incubuiſſet, rebus quaſi deſperatis, venerandis iiſdem ſecum inde aſportatis lignis, Conſtantinopolim receſſit. Ex Nicephoro igitur illata in Urbem vivifica Crux anno decimo nono Heraclii, quo Sarbarus Regnum Perſicum invaſit. At cum paulò pòſt tradat Heraclium in Urbem reverſum, videtur prorſus indicare miſſam vivificam Crucem paulò antequam ex Oriente reverteretur, ubi totos ferè ſex annos ſecundò exegerat. Ita quòd ait acta Indictione ſecundâ, referenda videntur ad annum quo Crux recepta eſt à Perſis, non quo relata eſt in Urbem. Proinde ex Theophane, Heraclius ſacra ſecum in Urbem ligna aſportavit. Quod ſi ita eſt, intelligi poſſet expreſſus in hoc numiſmate Heraclii triumphus, cùm Conſtantinopolim rediit. At cùm tradat Nicephorus remiſſam Crucem ab Heraclio in Oriente adhuc degente, exceptamque à Sergio Patriarcha, Heraclium verò aliquanto pòſt curru vectum, quem quatuor trahebant elephanti, Urbem ingreſſum, videtur potiùs expreſſus in nummo triumphi apparatus, referri debere ad ſolennem Heraclii in Urbem Hieroſolymitanam ingreſſum; cùm ſcilicet acceptam à Perſis vivificam Crucem in eam intulit, uti Nicephorus commemorat: cum præterea non elephantis, ſed quadrigis inſtructo curru effictus hîc exhibeatur.

Niceph. C P. in Brev.

LXVI. ÆDES ANASTASEOS EXPRESSA IN NUMMO HERACLII.

NEC ſcio an adpenſæ ad trabem tres lampades templum ipſum quod à B. Helenâ Hieroſolymis Anaſtaſeos nomenclaturâ excitatum, & in eo reconditam vivificam Crucem tradit Theophanes, non indicent. Nam in ædibus ſacris appendebantur trabibus auro, argento, vel ære obductis, vel iis imponebantur luminaria, ſive ædium parietibus eſſent infixæ, ſive ex ſe liberæ, & à fornice catenulis aut funiculis penſiles. Ita porrò de iis ædium ſacrarum trabibus Leo Oſtienſis: *Trabem quoque nihilominus fuſilem ex ære cum candelabris numero quinquaginta, in quibus utique totidem cerei per feſtivitates præcipuas ponerentur, lampadibus ſubter in æreis uncis ex eadem trabe triginta ſex dependentibus. Quæ videlicet ærea trabes æreis æquè brachiis ac manibus ſuſtentata, trabi ligneæ, quam pulcherrimè ſculpſit, & auro colorúmque fucis interim fecerat Deſiderius exornari, commiſſa eſt.* Agunt præterea de ejuſmodi trabibus Petrus Diaconus Caſinenſis, Hariulphus, Chronicon Atinenſe, Bromptonus, & alii. Quod ſi ita ſe res habet, iique lychnuchi ædem Ἀναςάσεως referunt, ii fortean fuerint ad Chriſti ſepulcrum appenſi, quos Sabbato ſancto divinus accendebat ignis ſub horam veſpertinam, ſiquidem συνῆθες iſtud θαῦμα, uti ejuſmodi miracula vocat Anna Comnena, eâ tempeſtate obtinuerit, de quo tam conſtans eſt apud Scriptores, qui deinceps floruerunt, teſtimonium, ut mirum ſit viros eruditos quæ de hac re ab iis proferuntur, in controverſiam revocare. Primus ſanè qui ejus meminerit, videtur fuiſſe Bernardus Monachus qui vixit an. 870. (ut teſtatur Willelmus Malmeſburienſis) in Itinerario Hieroſolymitano edito à viro doctiſſimo Joanne Mabillonio, qui rem ut *conſuetum prorſus miraculum* commemorat, adeo ut incertum ſit quando cœperit, & *an ante tempora Sa-*

Leo Oſt. l. 3. c. 31. al. 33.
Petr. Diac. l. 4. c. 73.
Hariulph. l. 2. c. 10. l. 3. c. 3.
Chr. Atin. an. 1061.
Brompton. an. 19. W. Nothi.
Cap. 10. Tom. 4. SS. Ord. S. Bened.

racenorum fuerit, inquit idem Malmeſburienſis. Sed & perinde quando deſierit, minimè conſtat, cum tantum ex Chronico Andrenſi anno 1177. adhuc hac tempeſtate viſum colligere ſit. Septem autem lampadas ibi appenſas fuiſſe teſtatur Glaber Rodulſus: at Anonymus de Locis ſanctis ad triginta ſex pependiſſe ſcribit. Aſſervatam porrò vivificam Crucem in æde Reſurrectionis longe ante Heraclium palam eſt: cum non modò ἐκκλησία ἁγίου σταυροῦ inde dicatur auctori Chronici Alexandrini, ſed & qui Crucem in eâ ſervabat Preſbyter, *Cuſtos Crucis* dicatur Victori Tunnenſi in Chronico, σταυροφύλαξ Theophani, qui Joanni Moſcho σταυροφύλαξ τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως. Quod ſanè muneris obibat, Francis noſtris Hieroſolymitanum regnum obtinentibus, *Cuſtodis ſanctæ ſcilicet Crucis* titulo inſignis, ejuſdem Eccleſiæ Canonicus, particulæ ſcilicet ejuſdem ſalutaris ligni quæ in eâ æde aſſervabatur. Heraclius igitur receptâ à Perſis Cruce, hanc in Anaſtaſi recondidit, donec Conſtantinopolim relata eſt. Ita ſi Heraclii adventus in Urbem Hieroſolymitanam hic deſcribitur, per lampadas in eo numiſmate expreſſas videtur innui ipſa Anaſtaſis in quam illata ſunt vivifica ligna: contrà, ſi ejuſdem Auguſti adventus in urbem Regiam effingitur, extracta ex eadem Anaſtaſi innuuntur: quam quidem ædem ſacram à Modeſto Patriarcha reædificatam eodem imperante Heraclio tradit Antiſtes Tyrius.

Vide Gloſſ. in Crux. Glaber l. 4. c. 6. Anonym. de Loc. SS. c. 1. Chr. Alex. in Conſtant. M. Victor Tunn. in Anaſtaſ. Theoph. p. 134. Jo. Moſch. c. 48. 49. Gretſer. de Cruce p. 2584. W. Tyrius l. 1. c. 4.

LXVII. IMPERATORES CONSTANTINOPOLITANI IMBERBES, BARBATI.

JAM verò barba quæ lata & promiſſa Heraclio hic tribuitur, haud multùm diſcrepat ab eâ quam præferunt genuini ejus nummi, niſi quòd in iſto paulò promiſſior, contra quàm tradit Cedrenus, ſcribens Heraclium, priuſquam adeptus eſſet Imperatoriam dignitatem, barbam latam atque promiſſam nutriviſſe, ſed Imperatorem factum, comam totondiſſe & barbam, quomodo, inquit, Imperatores ſolent. Ejus verba ſunt: οὗτος ὁ Ἡράκλειος ἦν τὴν ἡλικίαν μεσῆλιξ, εὔστερνος, εὔσαρκος, εὐόφθαλμος, ὀλίγον ὑπόγλαυκος, ξανθὸς τὴν τρίχα, λευκὸς τὴν χροιάν, ἔχων τὸν πώγωνα πλατὺν, καὶ πρὸς μῆκος ἐκτεταμένον. ἐπηνίκα δὲ πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἦλθεν ἀξίωμα, εὐθέως ἐκείρατο τὴν κόμην καὶ τὸ γένειον τῷ βασιλικῷ σχήματι. *Fuit Heraclius ſtaturâ mediocri, robuſtus, firmo pectore, oculis elegantibus, ac non nihil cæſiis, fulvo crine, albus, barbâ latâ atque prolixâ. Sed Imperator factus extemplo comam totondit, ac mentum raſit. qui eſt Imperatorum habitus.* Quibus quidem verbis innuere videtur Cedrenus ſolos Imperatores barbam deceſſorum more raſitaſſe, cæteros verò Græcos nutriviſſe. Et ſanè ante Heraclium barbam raſiſſe Imperatores, teſtantur paſſim nummi, ipſeque auctor Chronici Alexandrini, quo loco Juſtinianum deſcribit, quem mentum raſum, ὡς οἱ Ῥωμαῖοι, habuiſſe ait. Verum ab Heraclii temporibus, *moris fuit Orientalibus tam Græcis, quam aliis nationibus*, ut habet Antiſtes Tyrius, *barbas tantâ curâ & omni ſollicitudine nutrire, pro ſummoque probro & majori quæ irrogari potuerit unquam ignominiâ reputare, ſi vel unus pilus quocumque caſu ſibi de barbâ cum injuriâ detraheretur.* Subdit deinde, *barbam eâ diligentiâ conſervaſſe* Græcos, tanquam *argumentum viri, vultus gloriam, hominis præcipuam auctoritatem*: à quo eadem hauſit verba Jacobus de Vitriaco. Characteres cum Græci tum Latini non iidem omnino ſunt in ejuſmodi numiſmatis ectypis, quæ ab aliis deſcribuntur, tametſi haud multùm diverſi. Sed negotium faceſſit pleriſque vox malè exarata, Α Ͻ Λ Ο Θ Τ Η C. Quidam enim ut Lipſius legendum putavere ΛΟΓΟΘΕΤΗC, alii ΝΟΜΟΘΕΤΗC. Ego verò ΑΓΩΝΟΘΕΤΗC malim, quo vocabulo recentiores Græci ac Latini, ἀγωνιστὴν, *pugilem*, vel *præliatorem* indigitabant, ut alibi obſervamus. Neque in hac voce duntaxat mendum occurrit: nam & voces CΙΔΗΡΑC. (ubi Α. pro Δ.) & ΠΤΑΑC. (vbi Τ. pro Υ. proclivi utrobique mendo habentur) perperam exarantur. Jam verò numiſma iſtud non ejus eſſe antiquitatis, quam Cuſpinianus ei adſcribit, ſatis, opinor, ex prælibatis colligitur: quod præterea Imperatoris habitus, & Auguſtis Byzantinis prorſus inſolens diadema arguit. Inſcriptiones deinde Græcæ ac Latinæ ex Sacris ferè hauſtæ Literis mixtim exaratæ; lux etiam illa quæ Heraclii vultui affunditur, omnino indicant recentioris eſſe ſcalptoris alicujus inventum, qui divinæ Crucis triumphum exprimere voluerit. Sic porrò legendi ſunt Græci characteres, ac in anticâ quidem, ΗΡΑΚΛΕΙΟC. ΕΝ. ΧΩ. ΤΩ. ΘΩ. ΠΙCΤΟC. ΒΑCΙλεὺς. ΚΑΙ. ΑΥΤΟκράτωρ. ΡΩμαίων. ΝΙΚΗΤΗC. ΚΑΙ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΗC. ΑΕΙ. ΑΥΓΟΥCΤΟC. In poſticâ verò, ΔΟΞΑ. ΕΝ. ΥΨΙCΤΟΙC. ΧΩ ΤΩ. ΘΕΩ. ΟΤΙ. ΔΙΕΡΡΑΞΕ. CΙΔΗΡΑC. ΠΥΛΑC. ΚΑΙ. ΗΛΕΥΘΕΡΩCΕ. τ. (l. σταυρ.) ΑΓΙΟΝ. ΒΑCΙλεὺς. ΗΡΑΚΛΕιος. In Lipſiano æreo exarati præterea leguntur hi characteres Græci ad occiput Heraclii, ΑΓΙΟΛΙΝΙC. qui nihil ſonant.

Cedren. an. 1. Heracl. Chron. Alex p. 860. W. Tyrius l. 11 c. 11. Nicet. in Iſaac. l. 1. n. 10. Jac. de Vitriaco lib. 1. c. 74. In Gloſſ.

LXVII. NUMMI IMPP. EX GENTE PALÆOLOGA.

INTER adulterinos nummos, binos etiam ex gente Palæologâ exarari curavimus, alterum Joannis, alterum Conſtantini ultimi Imperatoris Conſtantinopolitani, quos rei monetariæ antiquæ ſtudioſi in numiſmatum Auguſtorum ſerie vulgò reponunt, quod indubitatæ ferè fidei poſt Angelos vix reperiantur. Neſcio enim an pro genuinis haberi debeant Theodori Laſcaris & Andronici Palæologi aurei, qui ab Octavio Strada deſcribuntur, quos vix crediderim fuiſſe tam elegantis formæ ac exhibentur. Utcumque ſit de rei veritate, donec ſuppetant alii, etiam eos hic & in noſtro de Familiis Au-

guſtis Byzantinis opere repræſentamus. Mirum ſanè videri debet, quòd extremi iſtius ſæculi, quod noſtris proximum fuit, Imperatorum Byzantinorum nummi, atque adeo ex Laſcaricâ, Palæologâ, vel Cantacuzenâ gente vix occurrant: nam Theodori Laſcaris, quos ibi damus, nummi, ex eodem Strada deſcripti ſunt, penes quem fides erit. Atque id accidiſſe ex eo prorſus exiſtimare licet, quòd ut peſſimè formati neglecti fuerint ab Antiquariis, vel quòd à Turcis in proprias monetas converſi: niſi fortè quidam ex iis quos Joanni & Manueli Comnenis adſcripſimus, Palæologorum fuerint ejuſdem nomenclaturæ Imperatorum: vel, quod longè potius exiſtimaverim, quia poſtremi iſti Conſtantinopolitani Auguſti in monetis ſuis effigies ſuas, ac ſua nomina non ſemper deſcripſerint, proindeque eorum fuerint plerique quos inter Zimiſcianos exhibuimus. Michaelis Palæologi nummorum aureorum meminit Georgius Pa-
Pachym. l. 12. c. 8. chymeres, atque receptâ à Latinis Conſtantinopoli, in poſticâ facie, ejuſdem urbis figuram effingi curaſſe, metalli probitate detritâ. Sic ille, ubi de Andronico ſeniore: ἀλλὰ καὶ τὸ νόμισμα διὰ τὴν χρείαν ἐκιβδηλεύετο, πρότερον μὲν γὰρ ἐπὶ Ἰωάννου τοῦ Δούκα, τὸ ἥμισυ ὂν τοῦ ταλάντου τῶν νομισμάτων, χρυσὸς ἦν ἄπεφθος. ὕστερον δὲ ἐπὶ Μιχαὴλ, τῆς Πόλεως ἁλούσης, διὰ τὰς τότε κατ' ἀνάγκην δόσεις, καὶ μᾶλλον πρὸς Ἰταλοὺς, μετεχαράξατο μὲν τῶν παλαιῶν σημείων, τῆς Πόλεως χαραττομένης ὄπισθεν. Καθυφίετο δὲ καὶ παρακεράννον τὸ ἐκ χρυσοῦ νομιζόμενον, ὡς πεντεκαίδεκα πρὸς θ. τῶν εἰκοσιτέσσαρα γίνεσθαι. Μεταλλαξάντος δ' ἐκείνου, πρότερον μὲν εἰς δεκατέσσαρα προσέκειτο; δέκα. νῦν δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμισείας τὸ ἄπεφθον καταμίγνυται. *Sed & moneta ob ejus pecuniam, adulterata eſt. Priùs enim ſub Ioanne Duca, nummi dimidium ex puro auro coƈto ſeu ὀβρύζῳ erat. Poſtea verò Michael, captâ Urbe, ut haberet unde largitiones neceſſarias, Italis præſertim, faceret, immutatis notis veteribus, urbis figuram in poſticâ facie expreſſit, detritâ interim metalli bonitate, eò uſque ut è viginti quatuor partibus aurei ſolidi, auri duntaxat puri novem eſſent, quindecim miſturæ ſequioris. Poſt Michaelis mortem, primò quidem decem partes auri purgati ad vitioſas quatuordecim adjecta ſint: nunc verò ad dimidium purum aurum miſcetur.* Quæ porrò hîc dicuntur de Urbis figurâ in nummis Michaelis effictâ, penè nos impulere, ut ejus eſſe exiſtimaremus nummum æreum, in quo Imperator cum Cruce & globo in alterâ facie, in alterâ verò Urbis porta triplex, ſuis turribus & pinnaculis inſtructa viſitur, cum adſcriptâ ſubtus hac epigraphe, VICTORIA, in receptæ Urbis, atque adeo Francorum ab eâ expulſorum ſymbolum. Sed erunt fortaſſe qui quo Auguſtus ille cingitur diadema vix eſſe putent iſtius quo Michael vixit ætatis. Proſtat alius Andronici Imperatoris aureus prægrandis, in quo urbs Conſtantinopolis, muris ſuis circumducta exhibetur, Deipara pallium expandente, ac brachia ſuper eam porrigente, tanquam Urbis tutatrice ac πολιούχῳ. In alterâ, coram eadem beatiſſimâ Virgine in genua procumbit Imperator, ſupra cujus caput inſcriptum, ΑΝΔΡΟΝΙΚΟϹ ΒΑϹΙΛ. quæ quidem urbis expreſſa figura ſuadere poteſt eſſe Andronici ſenioris Palæologi, ita ut parentis monetarum figuras in ſuis etiam ſervarit: quod ſuadere imprimis poteſt Andronici in Deiparam cultus eximius, qui, ut tradit Pachymeres, poſt debellatum Alexium Phi-
Pachym. lib. 9. cap. 13. lantropenum, in Monaſterium Hodegorum venit, & coram ſacrâ Deiparæ imagine, toto ferè corpore proſtratus, adeptæ victoriæ gratias egit. Sed cum nummus iſte ſit ex iis quos Caucios vocant, cujuſmodi cuſi habentur ex familiâ Comnenâ Auguſtorum, Andronico Comneno Tyranno, interim dum lux alia affulgeat, adſcripſimus. Scribit denique Raimundus Montanerius in Hiſtoriâ Catalanicâ Regum Aragon. Rogerium Florum Magnum Ducem ab Andronico ſeniore, cui cum Catalanis militabat, dictum, rogaſſe Imperatorem ut militibus ſuis ſtipendia perſolveret, cumque monetam cudi curaſſe probitate longè imminutam, quæ inſtar erat Ducatorum Venetorum, argenteorum ſcilicet, quorum pretium erat octo denariorum Barcinonenſium: præterea minutiorem aliam monetam quæ trium denariorum erat, quamque perperam *Vincilions* appellatam ait, manifeſto errore, pro *Miliariſion*. Ejus verba ſunt: *E com aqueſta pau fo*
Cap. 210. *feyta, lo Megaduch dix à l'Emperador que donas paga à la Companya, e l'Emperador dix que faria & feu battre moneda en manera de Ducat Venetia, que val. 8. diners Barceloneſes caſcu. E axi ell feu ne fer que havien nom Vincilions, e non valia tres diners la hu: e volch que corregueſſen per lo preu daquells qui valen 8. diners, e mana & caſcu que prengueſſen dells Grechs Caval, o mul, o mula, o viandes, o altres coſes que hagueſſen ops, e que pagueſſen de quella moneda, e aço feu per mal vici, ço es que entras hoy, e mala volentat entre los pobles e la hoſt: que tantoſt que ell hach ſon enteniment de totes les guerres, volgra quels Franchs foſſent tots morts, e feſſen fora del Imperi.* Verùm etſi hodie vix ulla obvia ſint poſtremorum Imperatorum, ex gente præſertim Palæologâ, numiſmata, quibus monetariæ ſupellectilis ſtudioſorum ἀρχεῖα locupletentur, damnum iſtud quodammodo reſarciunt quæ ſuperſunt eorum figuræ, ex quibus habitum Imperatorium horum temporum, qui deſcribitur à Codino & aliis, licet percipere. Quas inter præ cæteris inſi-
Leunclavius in Pand. Turc. c. 51. gnes haberi debent Michaelis Palæologi, Theodoræ Auguſtæ uxoris, & Conſtantini Porphyrogeniti filii imagines, quæ Conſtantinopoli in Deiparæ Περιβλέπτου æde ſacrâ

conſpiciuntur, quas delineari curavimus. In quâ quidem tabellâ Theodora effingitur cum τουπαρίῳ, in capite, margaritis & lapillis diſtincto, uti Euphroſyne Auguſta Alexii Angeli Imperatoris uxor apud Nicetam Choniatem. Habetur alia haud abſimilis ejuſdem Michaelis Imp. effigies deſcripta ab Hieronymo Wolphio ex codice MS. Auguſtanæ Bibliothecæ Hiſtoriæ Georgii Pachymeris, cui diadema capiti impoſitum non omnino ejuſdem eſt formæ, quâ in eâ imagine à nobis deſcriptâ cernitur. Sed & quod *Acaciam* vocant, voluminis ſpeciem planè refert. Aliam præterea tabellam damus Manuelis Palæologi & Helenæ Auguſtæ uxoris, ut & Joannis, Theodori, & Andronici filiorum effigies continentem, ex MS. codice Operum Dionyſii Areopagitæ, quem idem Manuel ad Monaſterium S. Dionyſii in Franciâ, ubi aſſervatur, per Manuelem Chryſoloram Legatum ſuum miſit anno 1408. uti præfert eidem imagini ſubdita, hicque deſcripta epigraphe, quam, ut & ipſas effigies, beneficio viri humaniſſimi perinde ac doctiſſimi Joannis Mabillonii ſumus conſecuti. τὸ παρὸν βιβλίον ἀπεστάλη παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου Βασιλέως καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου, εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ ἐν Παρυσίῳ τῆς Φραγγίας ἢ Γαλατίας ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. διʼ ἐμοῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ πεμφθέντος πρέσβεως παρὰ τοῦ εἰρημένου Βασιλέως. ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἑξακισχιλιοστῷ ἑπτακοσιοστῷ ἑξκαιδεκάτῳ. ἀπὸ σαρκώσεως δὲ τοῦ κυρίου, χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδόῳ. Ὅς τις εἰρημένος Βασιλεὺς, ἦλθε πρότερον εἰς τὸ Παρύσιον πρὸ ἐτῶν τεσσάρων.

Tabella 6. *Nicet. in Alex. l. 1. n. 3.* *Ad Niceph. Gregor. E lib. 8 a il. an. 1 61.* Tabella 7.

LXVIII. MEDALLIÆ JOANNIS ET CONSTANTINI PALAIOLOG.

SPURIIS igitur nummis, ut diximus, nummum accenſemus, qui revera non eſt nummus, Joannis Palæologi Manuelis filii, exaratum in Medallionis formam à Victore Piſano: cujuſmodi complures alios ſculptor ille egregius ſuæ ætatis, atque etiam priorum ſæculorum illuſtrium virorum imagines ſimili figurâ delineavit. Hanc autem Joannis, quam ex æreo Illuſtriſſimi Comitis Joannis de Lazara Patavini, Marchionis Nicolai filii damus, ſic commendat Paulus Jovius in Epiſtolâ Italicâ ad Coſmum Ducem Florentinum, apud Georgium Vaſſarium: *Oltra queſto ho ancora una belliſſima medaglia di Giovanni Paleologo Imperadore de' Conſtantinopoli, con quel bizarro capello alla Grecanica, che ſolevano portare gl' Imperadori, & fu fatta da eſſo Piſano in Fiorenza, al tempo del Concilio d'Eugenio, ove ſi trovò il prefato l'Imperadore, ch'a per riverſo la Croce di Chriſto ſoſtentata da due mani, verbi grazia dalla Latina, & dalla Greca.* Nummum denique æreum expreſſimus Conſtantini Palæologi ultimi Imperatoris ex muſæo ejuſdem, cujus meminimus, Comitis, ſuper quo, ut ſpurio, multa multi commentati ſunt, atque in iis Joſephus Scaliger & Jacobus Gretzerus. Scaligeri Diſſertationem, quòd in paucis foliis exarata rarior ſit, noſtræ ſubjecimus, omiſſâ Gretzerianâ, quod in ſpiſſioribus de Cruce commentariis omnibus obvia ſit.

Georgius Vaſſarius in Vitis Pictor. Tabella 4.

LXIX. NUMMI HELENÆ NOMEN PRÆFERENTES.

PORRO inter nummos quos exhibemus, vel qui in Antiquariorum Pinacothecis proſtant, habentur aliquot, non incertæ quidem fidei, ſed qui dubium præferant, quibus ſint adſcribendi, ſeu propter malè formatas, detritas, vel denique contractas inſcriptiones, vel interdum, quòd nullam præferant, cujuſmodi ſunt non pauci ex inferioris omnino ævi nummis. Interdum etiam alii occurrunt, in quibus cum bini aut plures ejuſdem nominis ſe ſe offerant Auguſti, vel Auguſtæ, incertum manet utri debeant adſcribi, in quibus maximè ſunt Heleniani. Cùm enim Helenæ Auguſtæ nummi præferentes nomen ac titulos in eruditorum virorum Gazophylaciis ſerventur complures, atque adeo in Regio octo ærei, non unius omnino figuræ vel ornatus, ac inſcriptionis vix tamen conſtans eſt inter ſtudioſos ejuſce ſupellectilis nummariæ indagatores, cui debeant adſcribi, matri-ne Conſtantini Magni, vel Juliani Parabatæ, vel etiam Criſpi, ſi quæpiam fuit, conjugi. Matrem Helenam Auguſtam renuntiatam, ejuſque effigie cuſos à Conſtantino filio aureos nummos teſtantur Euſebius, Sozomenus, Nicephorus, & Theophanes, qui Monetam ὡς Βασιλίδι attribuiſſe aiunt. Ejuſmodi autem Helenianos aureos Romæ anno 1398. repertos auctor eſt Thomas Walſinghanus: *Sub hoc anno*, inquit, *Romæ repertus eſt theſaurus Helenæ matris Conſtantini Imperatoris, ſub quodam pariete ruinoſo. Ipſa verò moneta aurea ſignata fuit imaginibus dictæ dominæ, habens in circulo nomen ejus ſcriptum: & valuit una petra XX. ſol. de noſtrâ monetâ. Cum quo theſauro poſtea Papa fecit readificari Capitolium, & Caſtellum S. Angeli.* Eſt autem *petra*, ponderis Anglicani ſpecies, conſtans duodecim libris, ut libra quindecim unciis: quæ quidem *petra* vulgò in lanipendiis etiamnum uſurpatur. Enimverò aurei cujuſlibet Helenæ nummi rariores ſunt æreis, quorum perinde, ut diximus, inſcriptiones, atque etiam capitis ornatus diverſitatem quandam arguunt. At binorum quidem, qui hoſce characteres præferunt, FL. HELENA AVGVSTA, in averſâ verò facie, SECVRITAS REIPVBLICAE, prior nitidiſſimus Helenæ caput exhibet tectum neſcio quâ calyptrâ deſuper reticulatâ, & in caſſidis modum protenſâ quæ aures ipſas ac capillos tegit, præterquam eos qui fronti ſuperfunduntur. Ubi fortaſſe *Mitræ*, vel *Mitellæ*, *quas criſpantes* vocat S. Hieronymus, *quibus vertex arctatur innoxius*. exprimuntur, vel *turriti alienis capillis vertices*, de quibus idem Scriptor, & Tertullianus hiſce verbis:

Euſeb. l. 3. de Vita Conſt. c. 46. *Sozom. l. 2. c. 1.* *Niceph. l. 8. c. 31.* *Theoph. an. 20. Conſt.* *Walſingh. p. 3 6.* *Fleta l. 2. c. 12. §. 1. cap. 79 §. 10.* *Vide Relat. de monte Libano. Biamp. 64.* *Epiſt. 10. 23.* *Id. Epiſt. 7.*

Tertull. lib. de Cultu fœmin.

Banud. p. 96

Affigitis præterea neſcio quas enormitates ſutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum quaſi vaginam capitis, & operculum verticis, nunc in cervicem retro ſuggeſtum.
Alter Helenam prodit duplici unionum lineâ caput cinctam, crinibus ad aurem contractis ac collectis, criſpatis aliis fronti imminentibus, uti ferme omnes alii: ita tamen ut ſuperior capitis pars tecta perinde videatur. In tertio qui pro lemmate habet, FL. HELENA AVGVSTA, & in poſticâ, PROVIDENTIAE AVGG. Helenæ capitis pars ſuperior tota reticulo videtur tecta, quod limbulo unionum lineâ exornato continetur: ſic ut ad ſinciput, & ad aures, crinibus ſubſit limbulus, iis tantùm circa frontem criſpatis & annulatis extantibus. Aliorum trium nummorum Helenæ nomen præferentium varius itidem in capite & capillis ornatus. His vulgò pro inſcriptione eſt in anticâ facie, FL. IVL. HELENAE AVG. in poſticâ verò, PAX PVBLICA. Ac prior quidem neſcio quam diadematis ſpeciem præfert, quæ ad ſinciput latior, ad aures verò, ubi capilli in orbem contrahuntur, arctior, caput ſtringit: ita tamen ut quà latior eſt, extra caput promineat, uti ſolent laureæ corollæ in Auguſtorum nummis, criſpatis crinibus frontem adornantibus. Diadema autem ſeu limbus, niſi capillorum contextus vel *σειρὰ*, uti vocat Naumachius, ſeu, uti dicimus, *trecia* ſit, unionum ſerto in medio diſcernitur. Neque multum diverſus eſt alter, niſi quòd limbulus, qui, ut & prior, ad ſinciput in duplex cornu evadit, rarioribus margaritis videtur diſtinctus. In tertio denique, cujuſmodi binos alios ſervat Gazophylacium Regium, Helenæ caput latiori diademate unionibus & lapillis diſtincto ſtringitur, capillis ad aurem contractis, & ad frontem criſpatis eminentibus. Præter iſtos Helenæ nummos, alium aureum

Strada, Triſtanus to. 3. Chiffl. in Anaſt.

titulo & capitis ornatu prorſus diverſum exhibent Octavius Strada, Triſtanus, & Chifletius: is enim Helenam repræſentat abſque ullo capitis ornatu, capillis tantùm ad occiput collectis & nodatis, cum hac inſcriptione, FL. HELENA MAX. ſeu, ut habet Strada, HELENA MAX. ut Chiffletius denique, HELENA FL. MAX. niſi legatur, FL. MAX. HELENA. In averſa parte ſtella conſpicitur. Ex hac igitur inſcriptionum & habitus ſeu capitis ornatus diverſitate tres Helenas confecit idem Chiffletius, quibus totidem iſtiuſmodi nummorum ſpecies adſcribit: ac eos quidem in quibus SECVRITAS deſcribitur, Helenæ Conſtantini matri tribuit: alterum Helenæ Maximæ Criſpi uxori: eos denique qui Flaviæ Juliæ Helenæ nomen præferunt, Helenæ Juliani Imperatoris conjugi: atque id quidem levioris quantumlibet momenti argumentis ſtabilire nititur. At Wilthemius, quem Chiffletius Juliani uxori tribuit, Conſtantini matri

Wilthemius in Icon. Conſt. M. & Helenæ.

adſcribit, quòd, ut ait, in nummi parte averſa Crux efficta conſpiciatur. Is eſt quem ex Helenianis quartum delineari curavimus, cujuſmodi aſſervatur æreus in Gazophylacio Regio: in quo quidem æreo ita Crux efficta conſpicitur, ut rectus ſtipes paulò verſus figuram curvetur. Et ſanè ſi revera Crux eſt, Juliani uxori haud poteſt adſcribi, quæ ut conjux, Deorum cultui addicta, Iſidis etiam effigie in nummis ſuis expreſſa conſpicitur, ut cenſet Triſtanus. Ita nummi quos idem Scriptor, quem etiam ſecuti ſumus in deſcriptione nummorum Conſtantii Chlori, Helenæ matri attribuit, neptis fuerint, ſeu Juliani uxoris. Nam & titulorum diverſitas, diverſarum Auguſtarum nummos eſſe arguit. Ac titulorum quidem in eo varietas deprehenditur, quòd priores tres nummi, FL. HELENAM AVGVSTAM, tres alii, FL. IVL. HELENAM, aureus denique Triſtani & aliorum, FL. HELENAM MAX. appellent: etſi ex veterum nummorum inſpectione ſatis conſtet variatos interdum Auguſtorum titulos, ita ut validum omnino ex hoc minimè conficiatur argumentum. At in tribus poſterioribus primò ob-

Gruter.

ſervare eſt Helenam Juliæ prænomine donari, quo modo in inſcriptionibus Helena Conſtantini mater: deinde inſcriptionem ſecundo aut tertio caſu poni, ita ut ſi cùm ſecundo, monetæ nomen ſubintelligatur: ſi cùm tertio, in Helenæ matris honorem cuſos à filio Conſtantino nummos liceat ſuſpicari: cui præterea, PAX PVBLICA, adſcripta cenſeri poteſt, quod eâ procurante, Eccleſiæ Chriſtianæ, damnatâ in Nicæno Concilio Arianâ hæreſi, pax revera reddita ſit. Nam & anno 20. Conſtantini, quo illa à filio Auguſta appellata dicitur à Theophane, Nicænam Synodum celebratam conſtat. Sed & non minimè ſententiam hanc firmant expreſſa in nummis iſtis diademata, cùm coronatam à filio Conſtantino matrem Helenam tradat idem Theophanes, Auguſtam renuntiatam Euſebius & alii. Nam in ſexto nummo lapillis & margaritis diſtinctum diadema prorſus effingi videtur, niſi quòd vittis caret. Sed quod dubium in hiſce conjecturis ingerit, illud eſt potiſſimùm, quòd in omnibus ferme, iiſque præſertim qui nitidiores ſunt, Auguſta effingatur junior ac formoſa, quod in Helenam matrem vix quadrat, quæ anno viceſimo Conſtantini, cùm Auguſta dicta eſt, & cuſi ejus nomine ſunt nummi, ſi Theophanem audimus, tum ætate provectior erat. De Flaviâ Helenâ Maximâ, & an illa Criſpi uxor fuerit, non minor eſt difficultas, quam attigimus in Criſpi elogio. Utcumque ſit de nummis iſtis Helenianis, quos unà omnes Conſtantini Magni familiæ ſubjecimus, ut cuique liceat inſpicienti quod arriſerit ſtatuere, id conſtat ex iis inditam à vulgo *Sanctarum Helenarum* appellationem omnibus ferme

ferme numiſmatibus Auguſtorum Conſtantinopolitanorum ævi inferioris, maximéque iis quos ejuſmodi rerum ſtudioſi propter male formatos characteres, aut vultus ineptos, vel quòd nihil exquiſitum contineant, ſolent aſpernari. Quod inde fortean originem habuit, quòd non Helenæ duntaxat ut divis adſcriptæ imagines, ſed & crucigeros omnes nummos ſacri Phylacterii, aut Encolpii vice ad collum quilibet appenderet; unde nummorum ejuſmodi pleroſque videmus perforatos: quod quidem etiam ante Conſtantinum obtinuiſſe obſervare eſt ex iis quæ in Anaſtaſi Chiffletius annotavit: tametſi id potiſſimum tum primum profluxiſſe cenſendum ſit ex nummis Helenæ Romæ in ejus Theſauro inventis, quæ fortaſſis ſummus Pontifex, ut feminæ de Eccleſiâ bene meritæ, diſtribuerit. Harum verò Sanctæ Helenæ monetarum vim mirè commendat Boſius, aitque præſens eſſe remedium adverſus comitialem morbum.

Chiff. in Anaſt. p. 269. 275. 276.
Boſius l. 15. de Sign. Eccl. fig. 68. c. 12.

LXX. NUMMI UTRIUSQUE THEODOSII.

Qui Theodoſii nomen præferunt & titulos nummi, Seniori ne, an Juniori, adſcribi debeant, non perinde planum eſt definire: cum in iis vultuum delineatio non adeo ſit exacta, priſcorum nempe monetariorum intercidente tum peritiâ ac arte, ut utrius ſit liceat advertere. In iis tamen bini ſunt aurei, quorum alter, SALVS REIPVBLICAE, alter, VOT. XXX. MVLT. XXXX. qui indubitatè Junioris ſunt: cùm prior par Conſulum referat, ipſius Theodoſii & Valentiniani, uti ſuprà obſervatum, alter nonniſi Juniori attribui queat, cum Senior anno Imperii ſexto-decimo obierit, ac proinde Vicennalia non attigerit, quæ hic deſcribuntur per vota tricennaliorum. Cùm verò bini iſti nummi Theodoſii protomen cum caſſide, ſpiculo, ac clypeo præferant, haud inani fortaſſe, tametſi vix prorſus certa conjecturâ, ſimilis figuræ nummos Juniori; cæteros in quibus figurâ luſcâ exprimitur Auguſtus, Seniori adſcripſimus.

LXXI. NUMMI UTRIUSQUE JUSTINI.

Neque minor eſt difficultas in diſcernendis utriuſque Juſtini, Senioris ſcilicet ſeu Thracis, & Junioris, qui & Curopalata vulgò appellatur, nummis. Eos qui Imperatorem plenâ facie exhibent cum camelaucio, clypeo, ſpiculo, vel globo, Seniori adſcripſimus, quòd cùm ſatis ſint bene expreſſi aut formati, non eâ nobis viderentur ætate cuſi, quâ barbaries in orbem Romanum invecta eſt, maximè ævo Juſtiniani & Juſtini nepotis, quod præ cæteris evincunt eorum nummi, peſſime effigiati, ſiquidem Juſtini Junioris ſint quos ei adfinximus, luſcâ plerique facie, ſed levi, fateor, conjecturâ: cum in iis qui plenâ facie ſunt, extet æreus, qui cuſus annotatur Conſtantinopoli anno decimo Imperii, quem vix attigit, cùm anno nono, menſe ſecundo extinctum prodat Marcellinus Comes, tametſi cuſus dici poteſt decimo ineunte Imperii. Qui verò Juſtini Imperatoris nomina, eumque unà cum uxore Auguſtâ in eadem ſella ſedentem præferunt, indubitanter Juniori attribuimus, cùm in iis ſint qui annum Imperii quo cuſi ſunt duodecimum adſcriptum habeant, adeo ut inde firmari poſſit annus Imperii Juſtini Junioris, quo exceſſit, de quo controverſia eſt apud veteres Scriptores. Ex eo etiam abunde docemur errare quoſdam, tradentes in hiſce nummis Juſtinum Seniorem & Juſtinianum exhiberi, cùm Juſtinianus Cæſar ſub annum Juſtini ſextum, Auguſtus verò menſibus quatuor ante ejuſdem obitum renuntiatus ſit, ac proinde Collega Imperii exhiberi non potuerit anno ſecundo Imperii avunculi, uti præferunt ii nummi: qui præterea Seniori non poſſunt adſcribi, cum Euphemiam Auguſtam ſuperſtite Juſtino Seniore conjuge extinctam palam ſit ex Scriptoribus. Deinde in his nummis uxor Imperatori adjungitur anno Imperii duodecimo, quem non attigit Senior, ſed Junior, cui Sophia uxor ſuperſtes fuit. Feminam eſſe quæ Juſtino adjungitur, (nam in pleriſque adeo ſunt attritæ ac evanidæ effigies, ut certum aliquid ſuper hac re elici vix queat) oſtendit diverſitas geſtaminis: nam Juſtinus globum crucigerum dextrâ gerit, Imperatrix verò Crucem oblongiorem ſceptri vice, non verò ramum aureum margaritis & unionibus diſtinctum, quomodo deferre ſolitas Auguſtas ſeneſcente Græciâ tradit Codinus. Nam qui ex Octaviano Sada proferuntur ab Alemanno, male à ſcalptore deſcripti ſunt, cum & in iis Juſtinus barbatus, & quæ adjungitur effigies veluti adoleſcentis effingantur: priori Crux, alteri virga, in dextrâ, utrique verò in ſiniſtrâ globus tribuantur: cùm Juſtinianus, quem exhiberi putat idem Scriptor, non adoleſcens, ſed plenâ jam ætate & Cæſar & Auguſtus dictus ſit: ita ut quos Alemanno inſpiciendos præbuit Sada, non diverſi ſint ab iis nummi, quos adſcripſimus Juſtino Juniori. Verùm longè major eſt difficultas in enodandis aliquot aliis æreis, quos hiſce ſubjunximus, hac tantummodo fulti ratione, quòd ejuſce ætatis videantur, cùm ex characteribus qui in iis deſcribuntur, licet in quibuſdam ſat perſpicuis, vix quicquam divinari poſſit. In iis verò bini effinguntur Imperatores; vel ſaltem Imperator, cui adſidet Auguſta conjux, nam facies in omnibus, (octo vidimus) ac veſtes ferè evanidæ ſunt, uterque ſimili diademate conſpicui globum crucigerum in medio ſuſtentant; altero dextrâ, altero ſiniſtrâ bacillum ſeu ſceptrum geſtantibus. Omnes penè Theſſalonicæ cuſi characteres anomalos repræſentant, quidam hoſce malè formatos, VTLIVT—TSPP AVC. quidam, ASS—VNV V, alii—ACVC SC. alii—OSIAN. alii denique—ALO9NO. In poſticâ autem horum facie anni Imperii adſcri-

V. le Stemma Juſtini.
Cod. de off. c. 17. n. 25.
Aleman. ad Procop. p. 42. 44. 1. edit.

buntur IIV. IIIII. VI. & VII. adeo ut Juſtino Seniori & Juſtiniano adſcribi vix debeant, cùm Juſtinianus, ut diximus, anno Juſtini 6. aut 7. Cæſar dictus ſit ab avunculo, uti teſtatur Victor Tunnenſis: *Poſt Conſulatum II. Juſtini & Apionis, Juſtinus Auguſtus Juſtinianum nepotem ſuum ad Senatorum ſupplicationem invitus Cæſarem facit.* Incidit autem Conſulatus Juſtini ſecundus in annum 524. quo Julii 9. Imperii annum ſeptimum inibat: unde conficitur anno ejus quinto Juſtinianum ut avunculi Collegam in nummis effingi non potuiſſe. Sed de hiſce nævis lector ac inſpector ipſe per nos licet decernat. Iis præterea nummis duos aut tres alios æreos ſubjunximus, Juſtinoque adſcripſimus, nullâ aliâ ferme conjecturâ, quàm quod Imperatorem & Imperatricem exhibeant cum hiſce characteribus, DN IV—AAΓ. & hiſce, infra eaſdem effigies, VITA. in averſâ verò facie K. cum hiſce, ANNO VIII. KAR. Unde colligitur Karthagine cuſum fuiſſe, ac proinde ſaltem ante an. 698. quo in Saracenorum poteſtatem venit Carthago, Leontio imperante: niſi per IV. Juſtinianus Rhinotmetus intelligatur, antequam à Leontio Imperio deturbatus fuiſſet. Tertium nullis characteribus inſignem, alterâ facie Imperatorem, alterâ Auguſtam exhibentem, quod eorumdem videantur ac priores, pariter ſubdidimus, ut liceat cuique perinde de iis judicium ſtatuere.

LXXII. NUMMI CONSTANTINI ET CONSTANT. EX FAMILIA HERACLIANA.

SED præ cæteris jure negotium faceſſunt Baronio, Gretzero, aliiſque in re nummariâ peritis viris numiſmata aurea & argentea, quæ CONSTANTINI ET CONSTANT nomina præferunt, æreaque alia ejuſdem typi nullis characteribus inſignita, non unâ tamen omnia figurâ, ſed diverſâ. Ac primum quidem ex iis quæ delineari curavimus æreis, alterâ facie, Imperatoris cum promiſſâ ſatis barbâ protomen exhibet: alterâ columnam, vel literam I. cum hiſce characteribus, ANNO I. qui cuſum anno Imperii primo declarant. Bina ejuſdem typi ſervat Gazophylacium Sangenovefanum. Tria exinde alia aurea habentur in Regio, in quorum anticâ facie duorum pariter Imperatorum ſunt στηθάρια, quorum prior cum promiſſâ & latâ barbâ, alter barbæ primam lanuginem indutus viſitur, cum hiſce characteribus, qui in quibuſdam ex iis adeo minuſculi & peſſimè formati, ut puncta potiùs dixeris, quàm literarum apices, DN CONSTANTINI S (alii habent ET) CONSTANTIC. In averſâ parte Crux habetur gradibus inſiſtens, cum inſcriptione malè pariter exaratâ, VICTORIA AVGVST. & CONOB. Ejuſdem ferme typi binos aureos Regios, & argenteum unum Gazophylacii S. Genovefæ damus: niſi quod Imperatoris *pogonati* diademati crucigero additur neſcio quæ calyptræ ſpecies, *Camelaucium* fortè, cum hiſce characteribus, DN. CONSTANT. In poſticâ Crux altior globo inſiſtit, ad cujus latera bini Imperatores cum globis crucigeris ſtant, prior altior barbam, non tamen promiſſam indutus, alter ut puerulus effinguntur, cum hiſce characteribus, VICTORIA AVGVS. CONOB. ita ut in hocce nummo quatuor à ſe invicem diverſos Imperatores effictos par ſit credere. Argenteum præterea delineamus, qui eſt ejuſdem Gazophylacii Sangenovefani, in cujus anticâ, idem cum barbâ promiſſâ Imperatoris vultus, & cum ſimili, cujus mox meminimus, calyptrâ, ac globo crucigero, & hiſce in circuitu characteribus peſſimè deſcriptis, VICTORIA AVGVST. In poſticâ tres ſtant Imperatores, cum ſtemmatibus & globis crucigeris; medius altior cum barbâ, non tamen promiſſâ, qui ad dextram eſt, ut puerulus, qui verò ad ſiniſtram, medio altitudine cedens: infrà, CONOB. Diverſi alium aureum typi exhibemus, in quo tres conſiſtunt Imperatores, medius, & altior, cum promiſſâ barbâ; qui ad dextram eſt, ut puer: qui ad ſiniſtram, ut adoleſcens effecti. In averſâ facie Crux inſiſtens gradibus effingitur, cum eadem ſemper inſcriptione, VICTORIA AVGVST. CONOB. Ejuſdem typi proſtat alter æreus, præterquam quòd in averſâ facie annus Imperii viceſimus deſcribitur, & Ravennæ cuſus innuitur. Damus præterea æreos alios nullo conſpicuos lemmate, quorum facies altera, Imperatoris cum barbâ promiſſâ προτομὴν, altera literam majuſculam M. cum tribus, ad latera & caput literæ, Imperatorum στηθαρίοις. Delineari denique curavimus nummum æreum, in cujus latere altero Imperator iſte pogonatus, militari habitu, ſpiculum tenet, cum Imperatore alio tunicato ad ſiniſtram ſtante: in altero annus XXI. deſignatur, quo cuſus Conſtantinopoli. In alio perinde æreo ejuſdem RAvennæ cuſo, barbatus idem Imperator captivum pede dextro proculcat. Atque hi omnes & ſimilis penè typi peſſime omnino effigiati ſunt nummi, quos tametſi alicujus ex Heraclianâ familiâ Imperatoris, ex numiſmatum iſtius ævi collatione eſſe pro certo haberi debeat, cui tamen adſcribendi non planè conſtat. Cùm enim is Conſtantinus dicatur, pluréſque in eadem Heraclii gente occurrant hac nomenclaturâ Auguſti; vix tamen ex iis aliquis reperitur, cui & typi & Auguſtorum unà ac ſimul imperantium qui in iis effinguntur numerus, ut & adſcriptæ denique Imperii annorum notæ conveniant. Nam ut numiſmatis auctor retegatur, neceſſe eſt ut demus aliquem Conſtantinum qui anno Imperii primo ejus fuerit ætatis, ut barbam induiſſe ſat promiſſam dicendus ſit, uti exhibetur in primo numiſmate; in quo cùm ſolus appareat & unicus,

tunc temporis Imperii Collegam non habuiſſe colligitur. Neceſſe eſt prætetea ut is Conſtantinus binos habuerit poſtea Auguſtæ dignitatis Collegas ſat adultos, utpote pogonatos ſub extremos Imperii annos, quos ad viceſimum ſecundum produxiſſe quædam ex iis ſatis declarant, cùm alia annos XV. XVII. XX. & XXI. prætерant. Nec ſcio, uti mox obſervatum, an in aliquot ex iis nummis interdum quatuor diverſi efficti ſint Auguſti, qui unà imperaverint, quod ex argenteo potiſſimum, in quo ejus qui medius ſtat inter binos alios, barba non tam promiſſa, ac eſt illius qui in anticà, deſcribitur. Denique ut cujus ſint iſtiuſmodi nummi plenè doceamur, neceſſe eſt ut aut filium, qui ut puerulus interdum effingitur, aut fratrem Collegam *Conſtantem*, aut certe *Conſtantinum* is habuerit: nam cùm alterius iſtius Auguſti nomen haud omnino exaratum ſit, incertum manet *Conſtans*-ne, an vero *Conſtantinus* appellatus fuerit. Enimverò, ut expendamus cui ex Heracliana familiâ poſſint adſcribi, primum quidem Heraclio juniori, qui & *Conſtantinus* nuncupatur in parentis Heraclii nummis, & apud Scriptores, uti monemus infrà, tribui non poſſunt; ſiquidem is diebus centum & tribus poſt patris exceſſum tantùm regnavit, licèt ab eo Imperator dictus & coronatus anno Chriſti 613. annos 28. & dimidium imperâſſe dicatur. Quamvis enim filium habuerit *Conſtantem*, præterquam quòd ſuperſtite patre, ejus ſolius nomine ac effigie nulli formati nummi, anno Imperii primo barbam induiſſe dici non poteſt, qui in cunis exiſtens diademate donatus eſt. Heraclius porrò junioris filius, cui & *Conſtantini*, cum Imperator eſt appellatus, nomen à populo impoſitum dicitur, & quem à Scriptoribus aliquot Conſtantem appellari monemus, revera annos regnavit viginti-ſeptem: adeo ut viceſimus ſecundus Imperii annus in nummis iſtis deſcriptus convenire eidem queat. Deinde *Conſtantinum* Pogonatum filium habuit, præterea Heraclium & Tiberium liberos alios, quos fortean coronâ ſuperſtes donaverit, & in nummis ſecum effingi voluerit. At cùm Imperator dictus eſt anno 641. vix ætatis decimum exceſſerat, utpote natus anno 630. Atque ita primo Imperii anno barbatus exhiberi non potuit. Neque verò quomodo Conſtantino prioris filio convenire poſſint eadem numiſmata, omnino percipere licet. Favet ſanè promiſſa barba, à quà is cognomen accepit: favet quòd ætate maturior Imperium capeſſivit. Nam imberbem in Siciliam patris necem ulturum profectum aiunt, inde barbatum reverſum, Πωγωνάτου adeptum cognomen. Favet quòd Heraclium & Tiberium, fratres, vel quòd filios duos habuerit, Juſtinianum Rhinotmetum, & Heraclium. Sed obſtat quòd imberbis dicatur fuiſſe primo Imperii anno, quo is Conſtantinus barbam etiam promiſſam induerat: deinde quòd anno Imperii decimo ſeptimo obierit, ac denique quòd nullos *Conſtantini* aut *Conſtantis* nomine filios aut fratres habuerit. Quis igitur ita felix ut nodos iſtos intricatos ſolvat. Sanè Pogonati parenti magis convenirent ejuſmodi nummi, niſi obſtaret annus Imperii primus in iis adſcriptus, in quibus plenâ jam ætate barbatus apparet: cùm & *Conſtantinum* filium habuerit, Imperii fortean Collegam, etſi hac de re ſileant Scriptores: præterea *Heraclium* & *Tiberium*, quos ſaltem poſt patris exceſſum Imperatores appellari voluiſſe plebem tradunt Hiſtorici, quòd fortaſſe etiam hac dignitate donati fuiſſent patre adhuc ſuperſtite: ut proinde in nummorum aureorum facie anticâ *Conſtantinum*, qui & *Conſtans* dictus, cum filio *Conſtantino* Pogonato: in averſâ verò *Heraclium* & *Tiberium* effictos par ſit credere. Quid denique ſi nummus, qui primum Imperii annum deſignat, eidem Pogonato attribuatur, cæteris Conſtantino parenti adſcriptis, ut uterque barbam promiſſam induerit? Sed cum in hiſce difficultatibus fateamur ultro nos cum doctioribus cæcutire, aliis quibus otium erit, & felicior aura aſpiraverit, has examinandas relinquimus; ut Conſtanti tamen potiùs, quàm Pogonato filio ejuſmodi nummos pogonatos attribuerimus, id potiſſimùm cauſæ fuit, quod ex iis qui Conſtantini nudum nomen præferunt, tres ejuſdem typi æreos ſervet Gazophylacium S. Genovefæ Pariſienſis, in quorum adverſa parte ſubſcriptæ hæ leguntur literæ, CRTS. quas ſic interpretari licet, ut in Mauricii numiſmate, *Carthagine ſignata:* quòd quidem ſi ita ſe res habet, nummi iſti Conſtantiniani Copronymo non poſſunt adſcribi, cùm antea, Leontio ſcilicet imperante, Carthago in Saracenorum veniſſet poteſtatem: longè minùs etiam Porphyrogenito Leonis Philoſophi filio, cujus præterea nummorum facies diverſa prorſus fuit. *Joel.*

Hoc porrò loco obſervare licet numiſmata Imperatorum, ex Heracliana maximè familiâ, quæ tria capita præferunt, τρικέφαλα appellari in Artis notariæ formularum Commentario, qui τύπος τέχνης τῶν γραμματίων inſcribitur, ſervaturque in Bibliothecâ Regia, ex quo ſequentia excerpſit Salmaſius: καὶ καταβληθῆναι ἀπὸ τῶν σῶν χειρῶν εἰς τὰς χεῖράς μου τόσα νομίσματα τρικέφαλα. Ubi quæ hîc τρικέφαλα, deinceps ὑπέρπυρα dicuntur: unde monetas aureas fuiſſe licet conjicere. Neque fortè alia fuere τρικέφαλα, quæ in die ſancto Paſchatis à Patriarcha Conſtantinopolitano dabantur, ut habet Balſamon: ait quippe diebus Catecheſeon poſt Dominicam τοῦ τελώνου, θυμιάματα, ſeu incenſa, ἀντὶ ῥογῶν καὶ βαΐων, in feſto Palmarum, ſeu τῶν βαΐων, cereos & Cruces; rurſum magnâ feria quartâ, cereos & incenſa; denique in feſto Paſchatis ἀσπασμοὺς καὶ

Numiſmata τρικέφαλα.

L. de Modo uſur. p. 342.

Balſam. de Incenſ. Patriarch. die Catecheſis.

Allat. de Domin. & Hebd. Græc. 9.

τρικέφαλα dari. Quo loco Meurſius τρικέφαλα, neſcio quid *die Paſchatis in ſignum lætitiæ ob reſurrectionem Dei trini populo dari ſolitum a Patriarcha* interpretatur. Leo Allatius qui Balſamonis verba refert, de vocis ſignificatu prorſus ſilet. Sed cùm *Rogam*, quæ in Hebdomade τοῦ Πάσχα pro more exhibebatur, in magnæ feriæ tertiæ anniverſariam *rogam* rejectam fuiſſe ſcribat idem Balſamon, quod ex *Rogaliis* ſe didiciſſe ait, ſeu libris in quibus nomina ſcripta erant eorum quibus erogabantur *Rogæ*, videtur vero ſimile Balſamonis ætate *Rogas* eaſdem diſtributas die Paſchatis, atque adeo τρικέφαλα, id eſt, nummos aureos. Ἀσπασμὸς autem hoc loco *oſcula* interpretatur Allatius: ſed vereor ne ἀσπασμὸς idem ſit cum *Rogâ*, quo modo *ſalutaticum* & *ſalutes* dixit Latinorum inferior ætas, ut ſuo loco docemus: id ſanè ſuadere videntur Gloſſæ Gr. Lat. ἀσπασμὸς, *Salutatio*, *Amplexus*, *Rogatura*. Ubi pro *Rogatura*, legendum fortean, *Roga*, *Thura*, nempe donativum, & θυμίαμα, ſeu ſalutatio cum incenſo. Neque enim apud Balſamonem, per τρικέφαλον, *tricipitem*, ſeu triſulcum cereum, quem Græci τρικηρίον vocant, intelligi velimus aſſerere, quem εἰς δόξαν καὶ τύπον τῆς ἁγίας τριάδος formatum ſcribit Symeon Theſſalonicenſis, cùm hac notione vox iſta neutiquam reperiatur uſurpata. Ut igitur olim *Tricipitinam* Triumvirorum Collegium appellavit Varro, quòd eorum capita in unâ eademque nummi facie exarata eſſent: ita Byzantini numiſmata tribus Imperatorum capitibus inſignia τρικέφαλα nuncuparunt.

Symeō Theſſ. p. 223. Gretzer. in Horto S. Cruc. part. 4. c. 21. Goar. ad Euchol.

LXXIII. NUMMI REGUM GOTHICORUM ITALIÆ.

Diſſert. 23. p. 180.

At cur Gothicorum Regum Italiæ, qui ſub Anaſtaſio, utroque Juſtino & Juſtiniano floruere, nummos qui ſuperſunt, aut quos videre contigit, eorundem Auguſtorum nummis, in laudato noſtro opere ſubjecerimus, juvat Lectorem admonere. Ea verò potiſſimùm cauſa fuit, quod horum plerique Auguſtorum effigies & nomina præferant, in averſâ verò parte Regum iſtorum exarata nomina & titulos, quod, ut non ita pridem monuimus ad Joinvillam, Byzantinis Principibus quodammodo obnoxii, hac Italiam conditione poſſiderent, ut ipſos tanquam ſupremos dominos agnoſcerent, monetamque eorum imagine cuderent, nominibus ſuis iiſdem tantummodò inſcriptis. Ejuſmodi igitur ſunt, qui Anaſtaſii, Juſtini, & Juſtiniani effigies & nomina præferunt, cum horum Regum nominibus: atque adeo, ni fallor, ærei complures, Juſtini ſolius imagine & nomine inſignes (qui ideo fortè Seniori, non Juniori adſcribi debuerant) qui in averſâ parte monogrammata minuſcula R D. aut ſimilia habent: quod ex eo potiſſimùm colligere licet, quod in nummi, qui Juſtini effigiem & nomen præfert, parte poſticâ, circa idem monogramma, deſcribatur hoc lemma, INVICTA ROMA, quòd qui eorundem Regum nomina & imagines repræſentant, ſimilem habeant inſcriptionem, cùm iiſdem Auguſtis imperantibus, Roma Gothicis Regibus pareret jam ab ipſo Honorio, ſub quo in Alarici & Gothorum poteſtatem venit, à Beliſario ad Romanum Imperium tandem revocata, Juſtino Coſ. Ind. 3. Gothicorum Italiæ Regum monetarum meminit Additamentum ſecundum Burgundionum: *De monetis ſolidorum præcipimus cuſtodire, ut omne aurum quodcunque penſaverit accipiatur, præter quatuor tantum monetas, Valentiniani, Genavenſis, & Gothium, qui à tempore Alarici Regis adærati ſunt, & Ardaricanos. Quòd ſi quiſcunque præter iſtas quatuor monetas aurum penſatum non acceperit, quod vendere volebat, non accepto pretio perdat.* Ubi monetæ *Gothium*, pro *Gothorum*, dicuntur. At pro *Ardaricanos*, editio Tiliana *Ardarica annos* præfert. *Ardaricanos* verò non alios eſſe exiſtimare licet ab *Alaricanis*, & fortè ita legendum. Alarici autem nummos aliquot exhibuimus. Genavenſis autem moneta hoc loco appellatur, quæ Regum Burgundionum fuit, & in urbe Genevenſi cudebatur: nam Geneva Regum Burgundiæ ſedes fuit, ut colligitur ex Fredegario. Denique nummi Valentiniani iidem ſunt quos Gundebadus in Præfatione ad Legem Burgundionum *Romanos* vocat.

Marius Aventic.

§. 6.

§. 7. Fredeg. Epit. c. 18. 34.

LXXIV. NUMMI EXARCHORUM RAVENNATUM.

Delineavimus denique nummos alios aliquot æreos Ravennenſes, quos Ravennæ Exarchorum eſſe, vel certè ab iis cuſos exiſtimamus, ac proinde Mauricianis ſubjecimus, quo imperante Exarchi iſti potiſſimum floruere. In horum pleriſque imago pectoralis effingitur feminæ, caput coronâ murali exornatæ, cum hac inſcriptione, FELIX RAVENNA. In poſtica ejuſdem urbis monogramma deſcribitur, R. ſcilicet cui A implexum eſt & E. In aliis Aquila cum alis expanſis conſpicitur, Imperii Romani ſignum fortean effingens.

LXXV. DE CHARACTERIBUS BARBARICIS.

Jam verò priuſquam partem hanc de Numiſmatibus Byzantinis abſolvamus, præſtat de immutatâ characterum formâ, & quando barbaries in iis inducta fuerit, aliquid obiter obſervare. Inclinante enim Imperio, ex quadratis & uncialibus literis, quæ olim obtinuerant, abolitæ aliquot, & viciſſim novæ ſubrogatæ barbaricæ, quas incertum an à Gothis, barbariſque aliis nationibus acceperint cum Græci tum Latini: an verò ſcalptorum aut ſcriptorum vitio, collabente priſtinâ liberalium exterarumque artium ſolertiâ, ſenſim id inductum exiſtimari debeat. Atque eæ maximè in nummis Imperatoris Juſtiniani conſpici incipiunt: ſub quo, & Imperatoribus qui eum deinceps excepere, effuſi undique barbari Romanum omne Imperium pervaſerunt. Tum

quippe novi hi characteres in eorumdem Auguſtorum obſervantur nummis barbaricâ quadam efficti formâ, & hactenus minimè viſa: idque præſertim licet intueri in characteribus Latinis, B. D. E. M. N. T. V. qui ſemper novâ & inſolenti, imò barbarâ figurâ efformantur, adeo ut non immeritò Michael Μεθυστὴς Imperator in epiſtolâ ad Nicolaum I. PP. Linguam Latinam, *Barbaram & Scythicam* appellaſſe videri debeat, quam Græci ipſi, illius fere penitus ignari, perinde ac inſignis elegantiæ, omnino deturparant. Neque apud Byzantinos duntaxat obtinuit hæcce ſcribendi ratio, ſed & apud Gothicos in Italiâ Reges, atque adeo apud Gallos ſeu Francos noſtros, quod ex Regum Franciæ monetis, veteribuſque monumentis colligitur: ſic ut Claudius Buteroüs ex variis, quos in iis obſervarat, characteribus, novum inde alphabetum ſibi conficiendum putaverit. Sed nihil, ſi non artium omnium, certè Monetariæ præſertim, poſtremis hiſce ſæculis, interitum tantùm arguit, quàm peſſimè in nummis Auguſtorum, aliiſque, formatæ effigies, rudi adeo ſtylo, ut virorumne ſint, an feminarum, non proclive ſit conjicere. Quinetiam in pleriſque characteres ipſi, qui in circulis deſcribuntur, punctorum potiùs, quàm literarum ſpeciem præferunt, ita ut ſæpe nobis divinandum fuerit, ut aliquid expiſcaremur, quod ſanè non ſine labore, adhibitaque ſimilis typi nummorum collatione exegimus: unde ſi alicubi à nobis erratum eſt in malè adſcriptis auctoribus ſuis numiſmatibus, ab ejuſmodi quiſquiliarum amatoribus veniam nos facile conſecuturos confidimus.

Nicolai I. PP. Epiſt. 8.

Pag. 579.

LXXVI. SOLIDUS AUREUS

Ex quatuor Diſſertationis hujus partibus, tribus hactenus exactis, quarta & poſtrema ſupereſt de Monetarum Byzantinarum propriis appellationibus; de quibus cum quædam etiam attigerint qui de numiſmatibus ſcripſerunt, in iis quæ obvia, vel ab aliis dicta ſunt, ita verſari nobis viſum eſt, ut ea levi calamo perſtringamus, reliqua majori cum diſquiſitione inveſtigaturi. Monetarum igitur aliæ majores, aliæ minores; aliæ denique aureæ, aliæ argenteæ, aliæ æreæ: harum etiam interdum non una forma. Atque ut ab aureis ordiamur, *Solidum* appellarunt, aureum nummum, novâ nomenclaturâ, cum ante Diocletiani tempora vix receptam obſervaverit Joſephus Scaliger: ita ut incertum ſit an Lampridius, qui Conſtantini M. ævo vixit, cum in Alexandro Severo hac voce uſus eſt pro aureo, ut ſui ſæculi vocem uſurparit. Serius etiam receptam innuit Iſidorus, ſcribens *ſolidum apud Latinos alio nomine Sextulam dici, quòd de iis ſex unciæ compleantur, huncque vulgus aureum ſolidum vocare.* Vetus Agrimenſor: *Veteres ſolidum, qui nunc Aureus dicitur, nuncupabant.* Sanè Conſtantinum ipſum, & qui proximè ſucceſſere, ita *ſolidum* accepiſſe docent eorum Conſtitutiones. Auctor Queroli, loco ſuprà laudato, ut cæteros omittam: *Quid tam ſimile quàm ſolidus ſolido? Etiam hîc diſtantia quæritur in auro, vultus, ætas, & color, nobilitas, literatura, patria, gravitas, atque ad ſcriptulos quæritur in auro plus quàm in homine.* Solidus autem Conſtantinianus fuit quaternorum ſcripulorum, ita ut ſeptem uncias appenderit. Unde conficitur octoginta quatuor ſolidos in libram auri tum computatos, ut argenti libram veterem apud Plinium & Celſum. At poſtea Valentinianus Senior aucto jam auri pretio ſeptuaginta duos ſolidos in libram auri accepto ferri voluit: quæ quidem libra *Occidua* appellatur in Actis S. Marcellini PP. & in Synodo Sueſſanâ, locis à Baronio, Scaligero, & aliis indicatis, quorum de vocis *Occiduæ* nomenclaturâ variæ ſunt ſententiæ, quas expendit, ſuâ etiam productâ, Jacobus Gotofredus.

Scaliger de Re nummaria p. 52. 53.
Iſid. lib. 14. Orig. c. 24.
Pag. 332.
L. 1. C. Th. Si quis ſolidi circul. l. 1. de Ponder. l. 1. de Falſa moneta. l. 2. de Contr. ar. &c.
D. l. 1. de Ponderat.
Plin. l. 33. c. 9. Celſus Epiſt. ad Natal. & l. 5. c. 17.
L. 13. cod. Cod. de Suſceptor.
Baron. an. 302.

LXXVII. EXAGIUM.

SOLIDI porro *exagium*, ſeu pondus, inter Honorii nummorum typos in noſtro de Stemmatibus Byzantinis opere ex Gazophylacio RR. PP. Canonicor. Regular. S. Genovefæ Pariſ. delineari curavimus, ejuſdem Auguſti nomine, & Exagii appellatione inſcriptum. Eſt autem *exagium* certæ ponderationis genus, inquit Cujacius. Hinc in Gloſſis Græco-Latinis pro quavis penſatione ſumitur: *ἐξάγιον, penſatio.* Et *ἐξαγιάζω, examino, perpendo.* SVB EXAGIO PECORA VENDERE, in veteri inſcriptione. Caſſianus: *Sine illa quorum pondus ac pretium ærugo vanitatis arrodens exagio ſeniorum adæquari non ſinit.* Et Zeno Veronenſis: *Habetis aginam, exagium facite, quemadmodum vultis ponderate.* Ab exagio formata vox *exagella*, pro legitimâ & ad trutinam examinatâ parte hæreditatis, apud Ennodium, & *Exagellario titulo* relinquere vel poſſidere, id eſt, penſato & æquato, in Regulâ Magiſtri. Ad exagium verò ſolidi pertinet Novella Theodoſii Junioris & Valentiniani de pretio ſolidi: *De ponderibus quoque ut fraus penitus amputetur, à nobis aguntur exagia, quæ ſub interminatione ſuperiùs comprehenſâ ſine fraude debeant cuſtodiri.* Atque ea ſunt exagia ſolidorum, quibus inſcripta erant Auguſtorum nomina, ut in Honorii exagio. Inde poſtmodum invaluit, ut id vocabuli pro ipſo ſolidi pondere uſurpatum fuerit, quia ſolidus ſexta pars unciæ fuerit: ut apud Zonaram, ſcribentem Nicephorum Phocam Imperatorem monetam imminuiſſe, cum hactenus quodvis numiſma, id eſt, ſolidus aureus, exagium penderet, *μόνου ἐκείνου, παντὸς νομίσματος ἐξαγίου σταθμὸν ἕλκοντος.* Exagium igitur uſurpatum pro ſolido, ſeu ſolidi pondere: ex quo Saladinus libro de Ponderibus, ſolidum ſolo nomine differre ab exagio ait, ut & Poeta inferioris ævi in Gloſſario laudatus: atque

Grut. 647. 6.
Caſſian. coll. 1. c. 22.
Zeno ſerm. ad Neoph. 6.
Ennod. in Vita B. Epiphan. Epiſc. Ticin.
Reg. Magiſtri c. 91.
Zonar.
Saladin. l. de Ponderib.
Poeta MS.

Conſtant. Afric. in libris de Morbor. curat. Alciat. l. 2. Parerg. c. 23. But. in Nũmis Francic.

hac notione paſſim occurrit apud Conſtantinum Africanum Medicum, qui ſub Alexio Comneno vixit. Exagii etiam crebra eſt mentio apud Anonymum de Ponderibus Nicandro ſubjectum: ubi ϛάγιον ſcribitur, voce contractâ ex ϛ, quæ ἕξ ſignificat, & ἄγιον, licet non ab ἕξ deducatur, quod pridem ab aliis animadverſum. Hujus porrò quod Honorii nomen præfert, & Magni Peireſcii, poſtea V.C. Achillis Harlæi Regii in ſupremo Senatu Pariſienſi Procuratoris fuit, nunc eſt RR. PP. Canonicorum S. Genovefæ Pariſienſis, & grana ex noſtris.... appendit. Ejus figuram jam antea delineari curaverat Buteroüs.

LXXVIII. NOMISMA. Iſid. lib. 14. Orig. c. 24. Philoſtr. l. 1. de Vita Apoll. c. 21. Prudent. Greg. Tur. l. 4. Hiſt. c. 33. 37. Anon. l. 4. de Mirac. S. Ben. c. 26. Aimoin. ſer. de S. Bened. L. 1. Cod. Th. de Falſa moneta, &c.

Quod verò ſolidum Latini ſequioris ævi, Græci perinde recentiores νόμισμα appellarunt, cujus quidem vocis varias notiones acutè, ut ſolet, expendit Scaliger in poſthumo de Re nummaria libro. Quod enim Latinis pecuniæ ſignatæ nomine intelligitur, id Græcis νόμισμα dictum. Iſidorus, de ſolido: *Ipſe quoque Nomiſma vocatur, pro eo quòd nominibus Principum effigiebuſque ſignatur.* Unde poſtmodum etiam pro formâ, charactere, ac typo nummi uſurpatum, ut ex Philoſtrato, & aliis paſſim conſtat. Prudentius:

En Cæſar agnoſcit ſuum
Numiſma nummis inditum.

Concilium Francofordienſe an. 794. cap. 5. de Denariis: *Si autem nominis noſtri nomiſma habent, & mero ſint argento, &c.* Sed crebrius pro aureo, ut in hac Conſtantini Conſtitutione: *Quicunque adulterina fecerit nomiſmata, pœnam pro diſcretione ſexus & conditionis ſuæ diverſitate ſuſtineat.* Gregorius Turonenſis: *Dantes multa numiſmati aurei millia pro redemptione ſua.* Ita etiam paſſim Græci Byzantini, Philoſtorgius, auctor Chronici Alexandrini, Theophanes, Leo Imp. Nicetas, Pachymeres, & alii ſine numero.

LXXIX. CHRYSINUS. Syn. Chalc. Act. 12. Syneſ. Ep. 129. Pallad. Ed. V.C. Emer. Bigotii p. 51. Doſith. l. 3. Leo in Tact. c. 8. §. 15. Anna l. 11. &c. Leuncl. in Pand. n. 18. Mich. Apoſt. Cr. 56.

Solidos deinde iſtos aureos χρυσίνους appellarunt iidem Græci recentiores. Gloſſæ Gr. Lat. χρύσινος, *ſolidus.* Phavorinus: τὸ δὲ χρύσινος μόνον ἀεὶ λέγεται, καὶ δηλοῖ νόμισμα τοῦ χρυσοῦ. Ita Conſtantinus Manaſſes χρύσινον & νόμισμα confundit:

Χρυσίνου γὰρ ὁ μέδιμνος ἀπημπολεῖτο.

Et mox:

Δώδεκα γὰρ τὸ χρύσινον τὸ νόμισμα μεδίμνους
Ἐξέλιπεν ἀντάξιον εἶναι τοῖς σιτωνοῦσι.

Quâ etiam notione vocem hanc uſurpant Synodus Calchedonenſis, Syneſius, Palladius in Vitâ Chryſoſtomi, Doſitheus, Leo Philoſ. Imp. Anna Comnena, Zonaras, Nicetas, Cinnamus, & alii. Leunclavius: *Chryſini Græcis a Chryſo dicuntur, ut ab auro nobis aurei: quod imitati Turci, ſuos ſive Ducatos, quod nomen à Venetorum Ducibus profectum arbitror, ſive Sultaninos, ab Altum vocavere Altum ler.* Inde formata vox ἡμιχρύσινος, pro ſemiſſe aureo apud Michaëlem Apoſtolium.

LXXX. HYPERPYRUM. H. Steph. L. 1. C. Th. de Ponder. l. Unde auri publ. profec.

Ut porrò à χρυσοῦ, χρυσίνους, ita ab obryzo, quod ὑπέρπυρον vocabant, eâdem nomenclaturâ aureos ſive ſolidos dixerunt: eſt enim Grammaticis ὑπέρπυρον, *ſupra modum igni excalefactus,* quod obryzo potiſſimùm adſcribitur. *Aurum coctum* vulgo in Cod. Theodoſiano, & apud Scriptores appellatur, quod ἄπεφθος χρυσὸς Themiſtio & Scholiaſti Thucydidis dicitur, ἐξάπεφθος, Simocattæ, niſi legendum ſit ἐξάπεφθος, *iterum ſexies coctum,* ſeu *recoctum,* Anaſtaſio Bibliothecario *antipephion*: ita enim legendum in Leone III. uti in Gloſſario noſtro monuimus: *Fecit aquamanus antipenton deauratas paria duo,* ut apud Rainerum de Inventione reliquiarum SS. Eutychetis & Acutii apud Ughellum: *Crucem Domini ex auro puriſſimo fecit admirabili artificio compactam, quod Splandoclaſtum & Antipenton vocabatur.* Ubi *ſplandoclaſtum* vox hybrida videtur, compoſita nempe ex *ſplendor,* Latinâ, & κλάσις *fractus,* ut ſit aurum ductile in laminas tenuatum: nam in Gloſſis veteribus MSS. Regiis, *Obryzum* definitur *ſplendor auri:* ex quâ quidem definitione ὑπέρπυρον appellari etiam potuit, quaſi ὑπὸ πυῤῥόν, *aurum eximiè rutilum:* nam obryzi color πυῤῥὸς dicitur apud veterem Scriptorem de Urinis: εἶτα γίγνεται ὑπόπυῤῥον κιῤῥὸν χρυσῷ ἐοικὸς, καὶ μετ' αὐτὸ τὸ πυῤῥὸν ὅμοιον ὀβρύζῳ κεχρωσμένον χρυσῷ. Ubi aurum Gallicum, quod *minore æſtimatione taxatum* ait Novella Majoriani, & colore pallidiore fuit, obryzo, quod *rutilum* eſt, opponitur. S. Hieronymus ait iſta Eſaiæ, *Pretioſior erit vir auro, & homo mundo obryzo,* Aquilam interpretatum eſſe obryzum, πυῤῥὸν, quod coloris optimi atque ſanguinei eſt. S. Audoënus in Vitâ S. Eligii Epiſcopi Noviomenſis: *Cùm omnis cenſus in unum collectus Regi pararetur ferendus, ac vellet Domeſticus ſimul & Monetarius adhuc aurum ipſum fornacis coctione purgare, ut, juxta ritum, puriſſimum & rutilum Aulæ Regis præſentaretur metallum, &c.* Charta Karlomanni Regis apud Beſlium in Regibus Aquitaniæ: *Trecentorum ſolidorum auri ad purum excocti ſe noverit pœnâ mulctandum.* Neque aliud videtur χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, in Joannis Apocalypſi. E contrà aurum quod è metallis eruitur, ἀκάμινος, & ἄπυρος χρυσὸς dicitur Agatharchidæ. Ὑπέρπυρον autem nomenclaturæ ante primam Francorum noſtrorum in Syriam expeditionem mentionem fieri nondum advertimus.

Ab iis enim ad hæc ſacra bella profecturis, Conſtantinopolim adeuntibus, vel in Syria ipsa cum Græcis pacta agentibus, aut commercia, tum primum Hyperperorum auditum nomen, quod Græci idiomatis ignari varie depravatum extulere. Tudebodo quippe *Purpurati* dicuntur: *Et vendebant unius aſelli onus octo Purpuratis, qui appretiati erant centum viginti denariorum ſolidis.* Eadem habet Baldricus. Sed & Guibertus *Byzantios Purpuratos* aureos fuiſſe omnino teſtatur: *Ut aſini unius ex frumento ſarcina octo eorum Byzanteorum pretio diſtraheretur, quos iidem Purpuratos vocitant, qui centum viginti nummorum ſolidis æſtimabantur.* At [illegible] apud Græcos nomen paulò ſerius occurrit, apud Theodorianum ſcilicet, qui Manuele imperante vixit, Scholiaſtem Harmenopuli, Codinum, & aliquot alios. Willelmus Tyrius vocem Græcam retinuit: *Viginti duo millia Hyperpyrorum, & tria millia marcarum argenti examinatiſſimi dicebatur eſſe largitus.* Hanc etiam ita reddidit S. Antoninus. At poſtmodum invaluit ut *Hyperperum* diceretur. Idem Antiſtes Tyrius paulo ſuprà: *Dotis autem quantitas erat in centum millibus Hyperperorum juſti ponderis, &c. Yperperum* abſque aſpiratione dixerunt Innocentius Tertius, Thomas Archidiaconus Salonenſis, Vincentius Belvacenſis, & aliquot Chartæ, quæ deſcriptæ leguntur apud Guichenonum in Bibliothecâ Sebuſiana, & in Probationibus Hiſtoriæ noſtræ Gallo Byzantinæ: *Yſperos* denique, *Yperperos*, & *Perpera*, pactum initum inter Michaëlem Palæologum & Genuenſes, quod nos ibidem perinde deſcripſimus, in quo interdum duplici P P. deſignatur hæc moneta. Nam extremis hiſce ſæculis uſus invaluerat, ut non jam *Hyperpera*, ſed *Perpera* ejuſmodi monetæ appellarentur. Ita enim hæc vox ſcripta reperitur apud eundem Innocentium III. Rogerum Hovedenum, Guntherum in Hiſtoria Conſtantinopolitanâ, Joannem Lucium in Hiſtoriâ Dalmaticâ, & alios. Atque inde Franci noſtri *Perpre* dixerunt. Albericus, de Gotofredo Villharduino Achaiæ Principe: *Ex quo Rex Joannes venerat ad partes illas, mittebat quolibet anno ducenta viginti millia Perpres ad conducendos auxiliarios.* Occurrit paſſim in Tabulis idiomate Gallico conſcriptis, ut *Perperi*, apud Mathæum Villaneum. Ex quâ corruptâ nomenclatione noſtri Franci Hieroſolymitani *Purpuratos* formarunt, cùm *Perpres* tum appellarentur eæ monetæ, voce haud multùm abludente à *Porpre*, uti eâ ætate, *Purpuram* dicebant. Hyperperos autem aureos fuiſſe docet præterea Pactum inter Michaëlem Palæologum & Genuenſes initum: *Yperperos aureos & Turchifatos.* Et Charta Balduini II. Imp. Conſtantinopolitani an. 1248. *Comme nos aions emprunté des Marcheans vint & quatre mille Perpres de or de droit pou de Conſtantinoble, &c.* Unde à Guiberto cum Byzantiis confunduntur. De Hyperpyrorum pretio egere etiam ſuprà laudati Scriptores, Tudebodus, Baldricus, & Guibertus, qui ſingula Hyperpyra valuiſſe tradunt viginti ſolidis denariorum. Et Hugo Plagon in Verſione Gallica MS. Willelmi Tyrii ait Hyperpyrum valuiſſe ſeptem ſolidis Pariſienſium: *L'Empereres dit qu'il lui donnoit en mariage cent mille Perpres d'or. C'eſt une monnoie de Conſtantinople, une Perpre valoit bien ſept ſols de Pariſis. Pardeſſus dit que li envoiroit dix mille Perpres pour les deſpens & la feſte des noces.* Scribit Guntherus Hyperpyrum monetam fuiſſe auream, pretii unius Fertonis: *Per totum annum ad quatuordecim dies fiſco regio perſolvebat nummum aureum, qui Perpre vocari ſolet, Ferdoni, id eſt, quartæ parti Marcæ æquivalens.* Vincentius Belvacenſis ait quadringenta Hyperperorum millia confeciſſe quinquaginta ſeptem millia marcarum argenti: *Terra Soldani valebat ei quotidie 400. millia Iperperi, id eſt, 57. millia marcas argenti.* Verùm ut hæc omnia de Hyperpyrorum pretio, de quo quædam attigit Scaliger, concilientur & comparentur, majoris eſſet otii, cum prætertim ejus diverſitas ut plurimum ex vilitate vel augmento metalli ſecundum tempora oriatur. Hyperpyrum porrò nota *ι* deſignari apud Harmenopuli Scholiaſtem pridem obſervatum ab eodem Scaligero, quâ etiam *νόμισμα* deſignari in Rationali Peræquatorum, quod MS. ex Bibliothecâ Regiâ legimus, cenſet Salmaſius: quod certè vel ex eo liquet, quòd ſeptuaginta duo *ι* dicantur libram conficere, auri ſcilicet, uti de librâ Occiduâ ſuprà diximus: [illegible]. Ibidem præterea nomiſma ſeu ſolidus aureus dicitur conficere duodecim milliarenſes argenteos: [illegible]. Ab ejuſce verò monetæ ſpeciei penſitatione dicti olim *Perpyrarii* quidam liberæ conditionis homines in Regno Cyprio Luſinianorum, quòd Regi quindecim Hyperpyra quotannis penſitare tenerentur. Verum addit Porcacchius Hyperpyra ejuſmodi, valoris fuiſſe Marcelli argentei Veneti, cui conſentit Leunclavius ex relatione cujuſdam Athenienſis. Quòd ſi ita ſe res habet, conſectaneum videtur Hyperpyra iſta Cypria argentea, non aurea fuiſſe. Tandem ex ſuprà dictis doceri poteſt vir eruditus unde dicta ſint Perpera, in cujus vocis origine non minimè hallucinatur.

Tudebod. l. 3. p. 787. Baldric. p. 101. Guibert. l. 4. c. 5. Theodorian. in Lexic. Scholiaſt Harmen. Codin. de Origin. p. 72. Wil. Tyr. l. 18. c. 22. l. 20. c. 22. S. Antonin. 3. part. tit. 19. c. 8. § 3. Innoc. III. l. 13. ep. 36. Tho. Archid. c. 35. Vinc. Belv. l. 31. c. 75. 143. l. 32. c. 16. 159. Bibl. Sebuſ. p. 199. Hiſt. Gallo-Byz. p. 2. 10. 12. 13. Innoc. III. l. 13. E. 155. 159. 162. Hov. p. 593. Gunth. c. 18. Joan. Luc. p. 471. 472. Alberic. MS. an. 1236. Math. Villan. l. 7. c. 73. Gunther. c. 8. l. 31. c. 143. Scaliger de Re num. p. 63. Schol. Harmenop. l. 1. tit. 15. § 3. Loredan. in Hiſt. Cypr. l. 1. & 7. p. 8. 369. Porcacchius de Inſul. Leuncl. Pand.

LXXXI.

Talentum. *Vid. Gloſſar.*

TALENTUM pro librâ Annam Comnenam & Scriptores Latinos ætatis inferioris, Theophanem verò anno nono Nicephori generalis, pro centenario, ſeu centum libris dixiſſe, docuimus ad Alexiadem, & in Gloſſario: ſed & pro Numiſmate,

Heſych. in Κοδράντης.

ſeu nummo aureo, uſurpatum teſtatur Heſychius: τὸ δὲ λεπτὸν ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου, ὅ ἐστι νόμισμα. Atque ſic videtur accepiſſe idem Theophanes anno primo Michaelis Curopalatæ, quo loco ſcribit Michaelem militum provincialium, qui bello Bulgarico perierant, uxoribus conceſſiſſe *πέντε τάλαντα χρυσοῦ*, cùm vix probabile ſit de centenariis auri hæc intelligenda.

LXXXII. BYZANTIUS.

Baldric. l. 1. Hiſt. Hier. W. Malmeſb. l. 4. Gunther. Hiſt. CP. c. 15. Tudebod. l. 4. Capit. Radelch. c. 20. 27. Lamb. Ard. p. 163. Ughell. to. 7. p. 394. 395. 405. Id. to. 6. p. 127. 298. Diſſ. 20. ad Joinvill. Ughell. to. 7. p. 60.

AUREOS iſtos Imperatorum Conſtantinopolitanorum, Latini Scriptores ferè ſemper *Byzantiorum* nomine donant, Græcis ipſis prorſus incognito: ex quo mirari contigit unde noſtri vocem inuſitatam, nec ævo ſuo receptam uſurparint, cùm Bizantium ab ipſius Conſtantini ætate urbs ipſa deſierit appellari. Baldricus Dolenſis, Wilelmus Malmeſburienſis, & Guntherus *Byzantios*, à Byzantio ſeu Conſtantinopoli non denominatos duntaxat, ſed & nummos aureos fuiſſe conſentiunt. Hinc *Byzantei aurei* apud Tudebodum, & *Viſanti aurei* in Capitulari Radelchiſi Principis Beneventani, *Byzantini aurei*, apud Lambertum Ardenſem, ut cæteros omittam. Charta Joannis Anthypati Patritii Ducis Amalphitanorum, apud Ughellum: *Inſuper componere debeat illa perſona in cujus manibus hæc charta pervenerit auri ſolidos quingentos Byzantios.* Alia Sikelgaitæ Roberti Guiſcardi uxoris an. 6. Ducatus Amalphiæ, Ind. 2. *Componat in ſupraſcriptum Epiſcopium auri ſolidos Byzantios ſexcentos.* Rurſum alia anni 1128. *Tum componere pars infidelis ad partem quæ firma ſteterit, auri ſolidos centum Byzanteos.* Ita paſſim *libra Byſantea.* Charta Athanaſii Archiepiſcopi Neapolitani circa annum 937. *Componat vobis pœna nomine auri libras duodecim Byzanteas.* Charta denique Gullelmi Epiſcopi Nolani an. 1123. *Inſuper componas vobis — auri libras decem Byzanteas.* Ad Saracenicas deinde & Turcicas monetas tranſiit Byzantiorum nomen: quos ad Græcanicorum nummorum diſcrimen, *Saracenatos Byzantios* appellant plerique Scriptorum mediæ ætatis, uti aliàs docuimus. Neque tantùm aureis monetis id vocabuli attributum, ſed & argenteis, præſertim in Cyprio Luſinianorum regno. Extat apud laudatum Ughellum Diploma Gregorii IX. PP. in quo hæc habentur: *Byzanciorum alborum mille & nonaginta ducram percipiendorum in reditibus civitatis Paphenſis & territorio ejus.* *Byzancios bona plata*, id eſt, probi argenti, habet Charta Bermundi de Sancto Martino Majoricenſis an. 1232. quâ ſcilicet *Nunoni Sancii vendit aliquot alquerias pro mille & quingentis Byzanciis bona plata.* Unde colligitur præterea ejuſmodi Byzantios monetam fuiſſe Maurorum Principum Hiſpanicorum. Hinc etiam percipere poſſunt Heraldicæ ſcientiæ ſtudioſi, cur in armorum inſignibus globuli aurei & argentei *Byzantiorum* donentur appellatione, cùm qui alterius ſunt coloris, *Tortelli* dicantur, quia videlicet nummos aureos & argenteos exhibent, quos *Bezans* vulgò nos ipſi appellamus.

LXXXIII. CONSTANTINOPOLITANI NUMMI.

Ughell. to. 7. p. 509. To. 7. p. 511. Ibid. p. 504. 509. 511. to. 6. p. 844. to. 8. p. 302. 714. 718. To. 7. p. 501. To. 7. p. 978. To. 6. p. 844.

QUOS denique Byzantios plerique, ut diximus, vocant, interdum *ſolidos Conſtantinopolitanos* nuncupari in veteribus Tabulis, quas paſſim profert Ughellus, obſervare eſt. Amatus Salernitanus Epiſcopus anno 1. Gaimarii Principis Ind. 3. circa annum 990. *Si taliter omnia ſuprà dicta non adimpleverimus, — componere obligavimus & meos ſucceſſores vobis veſtriſque hæredibus — quatuor millia ſolidos Conſtantinopolitanos, &c.* Ita certè hoc loco habetur: verùm, ne quid diſſimulem, in pleriſque Chartis, quas laudat aut deſcribit Ughellus, vox *Conſtantinopolitani ſolidi* contracta ferè ſemper legitur. Alia ejuſdem Amati Ind. 5. *Obligavi me — 500. auri ſolidos Conſtantin.* Alia Giſulphi Principis Salernitani an. 17. Principatus Indict. 14. *Componat ipſi patruo & nepotibus eorum 50. aureos Conſtant.* In aliis *Conſtantini ſolidi* nuncupari videntur. Charta Petri Epiſcopi Salernitani circa an. 882. *Obligamus nos & ſucceſſores noſtros ad componendum vobis — mille aureos Conſtantinos.* Unde dubium relinquitur, fuerint-ne eæ monetæ Conſtantini alicujus Imperatoris. Charta Joannis Barenſis Archiepiſcopi exarata *Conſtantino ſimulque cum eo regnante Romano Porphyrogenito filio ejus*, anno quarto ejuſdem Conſtantini, menſe Januario, Indictione ultimâ: *Vobis obligamus pœnam comprehendi centum Conſtantini ſolidos.* Alia Pandulphi Comitis Montis-Oderiſii an. 1027. *Obligat ſe & ſucceſſores ſuos ad obſervantiam ſub pœnâ mille ſolidorum Conſtantini.* Sed cùm omnia penè quæ deſcripſit Ughellus vetera Diplomata, exſcriptorum, vel typographorum fortaſſis incuriâ, de quâ is non ſemel queritur, cum omni accuratione minimè edita conſtet, admodum probabile eſt, exſcriptores eoſdem aut typographos literam *i.* ad *Conſtantin.* quo Conſtantinopolitani ſolidi deſignabantur, adjeciſſe, cùm exiſtimarent aureos illos eſſe Conſtantini alicujus Imperatoris.

LXXXIV. NUMMI, IMPERATORUM NOMINIBUS DONATI.

Anna l. 3. Alex. p. 93. Falco Benev. an. 1130. 1131. Ughel. in Arch. Benev.

LICET tamen fateri aureos Byzantios, eorum quorum erant Imperatorum, vel imagines præferebant, nominibus perſæpe donatos à Scriptoribus. Nam Ῥωμανάτας appellatos Romani Diogenis nummos teſtatur Anna Comnena, *Romanatos* noſtris, Chartæ veteres Latinæ, quas ad ejus Alexiadem laudamus. Falco Beneventanus an. 1130. *Hortum ſuum vendiderat ſexaginta Romanatos.* Et anno 1131. *Monet ut illi ſexaginta Romanatos redderet.* Bulla Alexandri III. PP. an. 1179. apud Ughellum: *Quadraginta & octo Romanatos de paradiſo, & de altari tantum, quod 24. unciarum auri compleat.* Ita

Ita *Conſtantinatos*, Conſtantini Ducæ, *Michalatos*, Michaelis Ducæ, *Manuelatos* deni- *Note ad A-*
que Manuelis Comneni Imperatoris nummos in veteri Inſtrumento, & *Manlat* vo- *lex. p. 312.*
ce contractâ vocari apud Arnoldum Lubecenſem ibidem annotavimus, & in Gloſ- *401.*
ſario. LXXXV.

Jam verò ut ad ſolidi partes, aliaſque minutiores, vel minoris pretii monetas de- S. MISSIS.
ſcendamus, quemadmodum *ſemiſſem*, dimidium ſolidum Latini, ita Græci Byzantini *Theoph. in*
ἡμίσι eadem notione ſæpenumero uſurpant. Theophanes ait Chaganum dixiſſe Romanos *Maur. an.*
captivos redditurum ſe, ſi κατὰ ψυχὴν, id eſt, *in ſingula capita*, unum νόμισμα daretur: *18.*
Mauricio id abnuente, petiiſſe Chaganum ſaltem ἀνὰ ἡμισυ λαβεῖν κατὰ ψυχήν. Rationa- LXXXVI.
le Peræquatorum ſub Alexio Comneno exaratum: τὸ μὲν νόμισμα, ἤτοι μονὰς, δύο ἡμί- TREMIS-
σεια ἀποτελεῖ. πάλιν ν. τὸ ἡμισυ ἀπὸ τῶν δύο ἐξαγίων λέγομεν. Ita ſanè: nam vox ſemiſſis SIS.
quibuſvis monetis etiam convenit, argenteis nempe & æreis, perinde ac aureis, ut- *Iſidor. l.*
pote pars dimidia cujuſvis nummi. Hinc in aliquot æreis infimæ ætatis, in quibus *14. c. 24.*
nullum Imperatoris adſcriptum eſt nomen, in averſâ parte, circa literam majuſculam *Cujac. ad*
M. legitur EMICHS, qui quidem characteres *ſemiſſem* æreæ alterius monetæ eſſe in- *lib. 12. Cod.*
dicant. *Caſaub. ad*

Ut porrò *ſemiſſis* eſt dimidius ſolidus, ita *Tremiſſis* tertia pars ſolidi dicitur, ut eſt *Lampr.*
apud Iſidorum, ubi de ſolido: *Hunc, ut diximus, vulgus Aureum vocat, cujus tertiam* *Salmaſ. de*
partem ideo dixerunt tremiſſem, eo quòd ſolidum faciat termiſſus: ubi inſulſum etymon. Atque *Modo uſur.*
hujus quidem monetæ ſpeciei mentionem tantum fieri apud mediæ ætatis Scriptores, *Concil. Car-*
pridem obſervatum à Cujacio, Caſaubono, Salmaſio, & aliis. Lampridius auctor eſt *th. IV. L. 2.*
ab Alexandro Severo primùm aureos tremiſſes cuſos: *tuncque primùm tremiſſes aureorum* *C. de Erog.*
formati ſunt. Exhinc occurrunt paſſim *tremiſſes* apud inferioris ævi Scriptores, ac præ- *milit. ann.*
ſertim in Concilio Carthaginenſi IV. in Codice Theodoſiano & Juſtinianeo, in Legi- *L. 16. Cod.*
bus barbaricis antiquis, maxime in Ripuariâ, ubi *tremiſſis* dicitur conſtare quatuor de- *de Caſtr. pec.*
nariis, quia ſolidus eſt duodecim denariorum: præterea apud Gregorium M. Paulum *lib. 12. L. 4.*
Warnefridum, Leonem Oſtienſem, & alios non ſemel. Hinc τρίμισιν dixerunt Theo- *C. Th. de*
phanes & Leo Grammaticus: ex quibus *trimiſium* confecit Anaſtaſius Bibliothecarius. *Milit. veſt.*
Trientem verò aureum apud Pollionem in Claudio, idem eſſe quod *Tremiſſis* dicitur, *L. 2. Ne Co-*
pridem alii adnotarunt, quod & firmat Gregorius Turon. *Ad domum ſuam reverſus, vi-* *mit. &c.*
dit ante pedes ſuos aureum in ſimilitudinem trientis: quo aſſumpto, penſatoque, unius ſolidi *Lex Rip. tit.*
appenſus eſt pondere. *23.*

Tradunt Scylitzes & Zonaras Nicephorum Phocam Imperatorem monetas ſuas *Greg. M. l.*
pondere imminuiſſe: & cùm ad ea uſque tempora nummus omnis *exagium* penderet, *9. Ep. 29.*
id eſt, *ſolidum*, uti hanc vocem accipi ſuprà docuimus, τεταρτηρὸν inveniſſe, ſtatuiſſe- *Paul. War-*
que, ut tributa graviore darentur, largitiones vero ac impenſæ mutilato ac leviori *nefr. l. 5. c.*
numiſmate fierent. Ex quibus, redactum ſolidi pondus, ad quartam partem quidam: *39. Leo Oſt.*
quo modo *quartarios* vocat Lampridius: alii ſolidum quartâ legitimi ponderis parte *l. 2. c. 8.*
imminutum volunt. Cui poſtremæ ſententiæ favere videntur veteres Tabulæ Conſtan- *Theoph. p.*
tinopoli ſcriptæ anno 1064. proinde annis 450. poſt Phocæ interitum, apud Ughel- *374.*
lum: *Hic in urbe Conſtantinopoli obiit D. Ioannes Cajetanus, — & dimiſit in veſtro Epi-* *Leo Gram.*
ſcopio ſol. 3. & ſol. 5. ad Sancto Eraſmo defore, — toti ſunt ſolidi 35. Tetartaron. Ubi mo- *p. 504.*
neta iſta ſolidus dicitur cum adjectione *Tetarteron*, ad diſcrimen aureorum ſolidorum *Anaſtaſ. in*
legitimi ponderis, qui nude *ſolidi* ibi appellantur, quorum octo efficere dicuntur 35. *S. Silveſtro,*
ſolidos Tetarteronum: unde patet ejuſmodi monetæ ſolidum quartam eſſe partem aliorum *& in Hiſt. de*
ſolidorum, aut paulò plus: nam ſi *Tetarteron* fuit ſolidus quartâ parte tantùm conſtans, *Exil. S.*
triginta duo ſolidum legitimi ponderis confeciſſent. Quod autem Τεταρτηρὸν Græci, *Martini.*
contractiùs Scriptores qui expeditionum Hieroſolymitanarum hiſtoriam literis manda- *Lib. 4. de*
runt, *Tartarones* vocant. Albertus Aquenſis: *Imperator — ducentos Byzantios aureos ſibi* *Mirac. S.*
dari juſſit: de monetâ vero quæ dicitur Tartaron, modium unum exercitui illius erogavit. Et *Martini c.*
alio loco: *Per ſingulas hebdomadas quatuor viri aureis Byzantiis onerati, cum decem modiis* *39.*
monetæ Tartaron, de domo Imperatoris Duci mittebantur, quibus milites ſuſtentari poſſent. LXXXVII.
Iſtiuſmodi monetæ idem alibi meminit, ſatiſque innuit prorſus diverſam fuiſſe ab au- TETAR-
reis & Byzantiis nummis, ſeu ſolidis: quod firmat etiam Fulcherius Carnotenſis, exer- TERON.
tè ſcribens *Tartarones* æreos fuiſſe: *Juſſit Imperator de auro ſuo & argento, atque palliis,* *Scylitz. p.*
proceribus noſtris dari, & peditibus quoque fecit de nummis ſuis æneis, quos vocant Tartaro- *658.*
nes. Neque nomenclaturâ aliâ donantur nummi iſti ærei ab Orderico Vitali: *Tartaro-* *Zonar. p.*
nes quippe quadratos ex cupro nummos Thraces vocitant, de quibus in Thraciâ ſeu Bithyniâ *162.*
provinciales mercimonia ſua, ſicut Philippis aut Byzantiis actitant. Erant igitur *Tartarones* *Lamprid. in*
ex monetarum illarum genere, quas τραχὲα vocat Novella Juſtiniani; cujuſmodi, *Alexandro*
inquit Scaliger, ſunt argentei nummuli, quos Græci Ἄσπρυς vocant, id eſt, *Albos*. Cer- *Severo.*
tè apud Tartaros vigere etiamnum iſtius appellationis memoriam, quod fortaſſis mo- *Ughell. to.*
netæ iſtæ minutiores è Græciâ in commerciis eò tranſierint, teſtari videtur Joſephus *5. p. 1505.*
Barbarus in Itinerario ad Tanaim: ſiquidem *Tetartis* idem ſit quod *Tetarteri*, quod *Albert. Aq.*

l. 1. c. 16. l. 2. c. 16. l. 8. c. 26. Fulch. l. 1. c. 4. Order. Vi-tal. l. 10. p. 791. 792. Nov. Juſtin. 105. c. 1.

proſus licet exiſtimare. Ita porrò ille ſub an. 1436. *Neque hoc prætereundum videtur,*
Joſeph. Barb. p. 433. (*cum mentionem nummi, quomodo Tartarico idiomate proferatur, hactenus fecerim*) *Tetarti*
propriè Albus dicitur, & per hunc colorem, nummum Tartari Argenteum, qui aliàs Albus eſt,
intelligunt. Græci etiam Aſpros ſuos Albes vocant, Turci Akejen habent, Album nobis quo-
que, & Zagathiteng Album item nominant. Nec multùm refert quod *Tetarti* Tartarici
Argentei ſint, perinde ac Aſpri & Albi Græcorum aut Turcorum, cum *Tetarteri*, aut
Tetartera Græcorum ex ære fuerint, quandoquidem id appellationis minutioribus mo-
netis quibuſvis tributum omnino pro certo ſit.

ENIMVERÒ conſtabat ſolidus, ſeu aureus Byzantius duodecim miliarenſibus ar-
LXXXVIII. genteis: Miliarenſis autem duobus ceratiis: ceratium denique duodecim follibus æ-
MILIARENSIS. reis, de quibus ſigillatim dicendum. Inter Auguſtorum Byzantinorum τὰ λεπτὰ, ſeu
minutiores nummorum ſpecies, fuit illa argentea, quam *Miliarenſium* appellatione vul-
Gloſſæ Baſil. gò indigitant Scriptores: Græci verò Μιλιαρέσιον & Μιλλιαρήσιον vocitant. Fuit autem
Miliarenſis, Nomiſmatis pars duodecima. Gloſſæ Baſilicῶn: κατὰ νόμισμα λαμβάνει μι-
λιαρήσια ιβ. & Suidas, μιλιαρέσιον, τὸ τοῦ νομίσματος δωδέκατον, uti reſtituunt viri docti, pro
δέκατον. Conſtabat etiam Miliarenſis duobus ceratiis, ceratium verò duodecim follibus:
Suid. Scholiaſtes Baſilicῶn: ἐν κεράτιον φόλλεις εἰσὶ δώδεκα, ἤτοι μιλιαρησίου ἥμισυ. Et vetus Rationa-
Schol. Baſil. l. 25. le Peræquatorum, quod παλαιὰ λογαρικὴ inſcribitur in codice Regio; ἕως ὧδε ὀφείλεις ἀ-
παιτεῖν δεκάεξ τὸν καὶ μόνον. ἀπὸ δὲ τοῦ ἡμίσεος καὶ ἔξω, ἤτοι τῆς διμοιρίας τοῦ ἑνὸς χαράγματος ὀ,
Cod. 1024. ὀφείλεις ἀπαιτεῖν καὶ ἑξάφολλον διὰ χαράγματος, λογαριάζειν δὲ δώδεκα μιλλιαρήσια τῷ νομί-
σματι, ἤτοι τὸ μιλλιαρήσιον ἔχειν φόλλεις κδ κατὰ τὴν παλαιὰν παράδοσιν τοῦ Αὐγούστου Καίσαρος.
Duobus etiam ceratiis valuiſſe Miliarenſem omnino indicat Cedrenus, ſcribens Chaga-
Cedren. an. 18. Mauric. num poſtulaſſe ab Imperatore pro ſingulis captivis quatuor ceratia, quæ duos, inquit,
Miliarenſes conficiebant. Scholiaſtes Baſilicῶn loco laudato: τὰ οὖν ιβ. κεράτια εἰσὶ νομί-
σματος ἥμισυ. τὸ γὰρ ἀκέραιον νόμισμα ἔχει μιλιαρήσια δώδεκα, ἤτοι κεράτια κδ. Quod etiam
Theoph. p. 345. Cedr. p. 458. firmatur à Theophane, ſcribente Leonem Iſaurum lege ſanxiſſe, ut in murorum ur-
bis, qui terræ motu collapſi erant, reparationis ſumptus ſinguli ex incolis *miliarenſem*
penſitarent: καὶ ἀπαιτοῦσιν εἰς κανόνα μετὰ ὁλοκοτίνου τὸ μιλιαρίσιον. Mox addit ab eo deinceps
tempore exſolvi ſolitam pro murorum refectione duorum ceratiorum penſitationem:
ἐντεῦθεν οὖν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια δίδειν τὰ δύο κεράτια τοῖς διοικηταῖς. Quæ quidem pen-
ſitatio δικέρατον dicitur Cedreno, Zonaræ, Manaſſæ, Glycæ, & aliis. At quærunt viri
Theodorit. l. 2. c. 16. docti quid ſit ὁλοκοτίνιν apud Theophanem loco laudato, & iſto Theodoriti in Hiſt.
Eccl. ὁ βασιλεὺς ἀπέστειλε πεντακοσίους ὁλοκοτίνους αὐτοῦ εἰς δαπάνας, ubi vetus lectio χρυσίνους
habet, quam ſanè vocem firmat Cedrenus, qui præfert hoc loco: προσέταξαμεν τοῖς
διοικηταῖς τῶν θεμάτων ἀπαιτεῖν εἰς τὸν κανόνα κατὰ νόμισμα μιλιαρίσιον ἕν. Ita ὁλοκοτίνιν, vel ὁλο-
κότινος idem erit ac νόμισμα, *ſolidus*, uti redditur ab Epiphanio Scholaſtico, vel *nummus*
argenteus, ut ab Anaſtaſio in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, incerto licèt etymo. Sed & idem
fuit Miliarenſis cum Argenteo. Rationale: ἴσθι ὅτι δώδεκα μιλιαρήσια, ἢ δώδεκα ἀρ-
γύρια, τῷ νομίσματι λογαριάζονται εἰς Σέκρετον τοῦ Γενικοῦ. τὸ γὰρ μιλιαρήσιον ἀντὶ ἀργυρίου λογί-
ζεται, τὸ δὲ ἀργύριον ἀντὶ μιλιαρισίου. μιλιαρεσίων verò mentio primùm videtur facta ſub Ho-
norio, cùm *ſcrinium à Miliarenſibus* ſub diſpoſitione Comitis Largitionum ſtatuatur in
Simoc. l. 5. c. 14. Notitiâ utriuſque Imperii, ejuſdem Auguſti ævo editâ: dein ſub Juſtiniano, qui horum
Theoph. Cedr. Porph. de adm. Imp. c. 43. meminit in Novellâ 105. mox ſub Mauricio apud Simocattam, ſub Heraclio apud
Theophanem & Cedrenum anno ejus duodecimo, ſub aliis demum apud Porphyroge-
nitum libro de Adminiſtrando Imperio, Leonem Grammaticum in Leone Philoſopho,
Leo Gram. p. 480. Achm. &c. Achmetem, & alios. Cedrenus ἀπὸ τῆς μιλιτίας, ἤτοι στρατείας, *à militiâ* deducit, quod
ſcilicet eà monetæ ſpecie militum ſtipendia exſolverentur, cui ſententiæ conſentanea
Cedr. p. 168. habent Gloſſæ Baſilicῶn: ἔστι δὲ ἕτερος φόλλις συναγόμενος ἐξ ἀργυρείων λεπτῶν τοῖς στρατιώταις
Gloſſ. Baſil. διδόμενον, καὶ διὰ τοῦτο μιλιαρισίων καλουμένων. Sed quod ſubdit Cedrenus, Scipionem pe-
Anon. de Mirac. S. Anaſtaſii Perſæ cap. 1. cuniæ inopiâ laborantem, dum bella Romanos inter & Annibalem exardeſcebant,
ejus uſum adinveniſſe, vix fidem meretur, cùm Miliarenſium demum nomen audi-
tum fuerit poſt inſtauratum à Conſtantino Byzantium. Neque ab hac Cedreni ſenten-
tiâ abludit Epiphanius, ſcribens miliareſium apud Romanos eſſe στρατιωτικὸν δόμα,
Epiph. lib. de Ponder. *militare ſtipendium*: ſeu ut habent Gloſſæ Baſilicῶn, στρατιωτικὸν δῶρον. At his adverſa-
Scalig. p. 55. tur Joſephus Scaliger, hoc potiſſimùm nixus fundamento, quòd ſi à militiâ vox hæc
Gloſſ. Baſil. p. 72. Petav. ad Epiph. deduceretur, non *miliarenſis*, ſed *militarenſis* hæc moneta nuncupari debuerit. Ve-
rùm objectioni Scaligerianæ id præſertim opponi poteſt, quòd Græci Byzantini μιλίτας
appellabant, quos Latini *milites*: quod ex Porphyrogenito & Annâ Comnenâ præſer-
tim colligitur, qui quos Latini Magiſtros militum, unico vocabulo μαΐστρομιλίτας appel-
lant, uti ad Alexiadem monuimus. Sed ut incertum eſſe etymon iſtud fatendum eſt,
ita videant eruditi an majoris ſit fidei illud quod proferunt Gloſſæ Baſilicῶn, *miliareſia*
ſcilicet ſic nuncupata, quòd libræ auri milleſimam partem conficiant, quovis Nomiſ-
mate duodecim miliarenſibus conſtante: μιλιαρήσιον, τὸ χιλιοστὸν τῆς τοῦ χρυσίου λίτρας. μίλε
γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὰ χίλια καλοῦσι, καὶ οὕτω κατεναρμόνισαν τὸ πόσον τῆς λίτρας, ἵνα δι' αὐτοῦ σώζηται

τὰ χίλια μιλιαρήσια, ὥστε κατὰ νομίσματα λαγχάνει μιλιαρήσια ιδʹ. Sed pro ιδʹ legendum prorſus ιβʹ. ſuprà enim diximus nomiſma conſtitiſſe duodecim Miliarenſibus. Certè huic ſententiæ vox *Miliarenſis* non repugnat, cum *Miliarenſem porticum*, quæ Romæ in Hortis Saluſtianis extitit, appellet Vopiſcus, quam *Millenariam* Suetonius. Iſtius etiam monetæ uſus tranſiit in Italiam: quippe apud Ughellum in Archiepiſcopis Brunduſinis, deſcriptum legitur Diploma Rogerii Siciliæ Regis anni 1133. ex quo hæc ſunt: *Concedimus præfato Monaſterio in terrâ noſtrâ Miſanii villanos* 80. *demanios noſtros, qui reddant ſingulis annis in duabus datis centum quadraginta Michalatos, & centum Miliarenſes*. Ubi *Michalati* perinde ſunt Michaelis Ducæ Imperatoris Nomiſmata, ſeu ſolidi aurei, uti ſuprà innuimus. Neque aliunde Provinciales noſtri ſuos *Millarenſes* accepere: nam quod ſuſpicatur Scaliger à quodam *Muley Rats* Arabum Principe, & in Hiſpaniâ regnante denominatos, & ex Hiſpaniâ in Galliam invectos, refutatione non eget; quandoquidem an in rerum naturâ Princeps ille unquam fuerit, ſe neſcire ultro fatetur. *Millarenſium* verò *Maſſilienſium* mentionem in veteribus Tabulis fieri comperio. Pactum initum inter Carolum Comitem Provinciæ & Maſſilienſes art. 20. *De prædictis monetis quæ fiunt in Maſſiliâ, habeat Dominus Comes duodecim denarios Maſſilienſium minutorum tantum pro marchâ argenti fini, — & eodem modo intelligitur de monetâ Millarenſium*. Horum etiam meminit Diploma aliud, quo Berengerus Fredolus Magalonenſis Epiſcopus Monſpelienſibus cudendæ *monetæ Millarenſis dictæ* facultatem concedit, ad legem decem denariorum, in toto Epiſcopatu & Comitatu, &c. Extat præterea Diploma aliud Guillelmi Gerundenſis Sacriſtæ an. 1268. in quo Miliarenſium mentio fit: *Ita tamen quòd de Miliarenſi a nobis & D. Infante Iacobo nobis conceſſo habendo de quolibet maidino ſalis ad opus murorum conſtruendorum & reficiendorum, &c.* Sed an à *Miliarenſibus* minutiores apud nos monetæ, quas *Liards* appellamus, nomen & originem ducant, uti vult Pithœus, major eſt difficultas: cùm exiſtiment alii ita vocitatam monetam Regum Angliæ, in Aquitaniæ Ducatu ab iis cuſam: atque adeo contendant haud diverſam à monetâ aureâ, quam *Nobilem Roſatum* vulgò dicimus, & quam Regeſtum, quod Briſſonis vocant, teſtatur pendere quatuor denarios & ſex grana. Addunt præterea Edwardum III. Angliæ Regem primum id genus monetæ fabricaſſe, quod etiam ſcribit Seldenus: idque nominis monetæ ejuſmodi datum, *les Hardis*, ſeu ut tum efferebant, *Li hardis*, deinde *Liards*, quod in eâ Rex manu enſem nudatum tenens effingatur. Pulinus tradit *Liardorum* iſtorum alios fuiſſe aureos, alios argenteos, alios denique ex materiâ argento & ære conflatâ, quam *billonem* dicimus: appellationemque iſtam, quam certis quibuſdam æreis monetis vulgò tribuimus, ab eâ monetæ Anglicæ ſpecie deductam. Diploma quoddam anni 1400. pro monetis confundit *les Hardis*, & *les Liards de France*, pro tribus denariis: in quo etiam mentio fit *des Hardis Morlans*, pro duobus denariis & obolo. *Milreis* aureos Luſitanicos à Miliarenſibus quidam etiam deducunt, vel certè eorum appellationem: quos Heniſchius ideo cenſet appellatos, quòd mille *Raſis* conſtiterint: *Raſum* autem eſſe quintam partem ait *Cruciferi*, ſive unum obolum cum duabus quintis: cùm 40. *Raſi* Regalem conficiant. Vel ex his ſaltem conficitur viri doctiſſimi evaneſcere conjecturam, qui monetam dictam *les ardis*, Gothicam eſſe credidit, atque inde *panes ſordidos*, *Ardinienſes* dictos in Codice Theodoſiano, quòd ſinguli vænirent ſingulis *Ardinis*, id eſt, quadrantibus, quo modo Toloſates etiamnum quartam partem aſſis vocant: adeo ut verba hæc, *qui nunc dicuntur Sardinienſes*, vel, uti legit, *Ardinienſes*, Aniano interpreti adſcribat.

Vopiſcus in Aureliano. Sueton. in Nerone c. 31. Ughell. to. 9. p. 45.

Apud Sammarth. in Epiſcop. Monſpel. n. 31.

Pithœus ad Leg. Salic. tit. 1.

Selden. l. 2. de Mari clauſo c. 25.

D. Poulin au Traité des Monnoies de France.

Heniſch. lib. de aſſe p. 117. Samuel Petitus lib. 2. obſer. c. 11. L. 5. Cod. Th. de Annon. civic.

LXXXIX. CERATIUM.

Ut ſolidus duodecim Miliarenſibus argenteis, ita Miliarenſis conſtabat duobus ceratiis perinde argenteis: *Ceratium* verò duodecim Follibus æreis, ut eſt in Legibus Georgicis, & apud Cedrenum anno viceſimo quarto Leonis Iſauri: & ſi eundem Cedrenum audimus, ab ipſius Numæ temporibus id genus monetæ obtinuit. Duo præterea ceratia Miliarenſem confeciſſe, atque inde *Δικέρατον* dici Scriptoribus, mox innuimus: quod firmat idem Cedrenus anno decimo-octavo Mauricii, qui quatuor Ceratia duos Miliarenſes confeciſſe ſcribit, & Theophanes anno octavo Nicephori Generalis, qui unicâ voce τετρακέρατον dixit, quod Epiphanio τετράδραχμον dicitur, ſexta ſcilicet ſolidi pars; ſiquidem *Drachma* idem eſt quod *Ceratium*, pars nempe viceſima quarta ſolidi. Proinde τετρακέρατον ſemiſſis fuit moneta illa argentea, quâ Heraclius *Rogas* ſuas ſeu largitiones feciſſe ſcribit autor Chronici Alexandrini, anno illius quinto: τούτῳ τῷ ἔτει γέγονεν ἀπὸ νόμου νόμισμα ἑξάγραμμον ἀργυροῦν, καὶ βασιλικαὶ ῥόγαι δι᾽ αὐτοῦ γεγόνασι, καὶ κατὰ τὸ ἥμισυ τῆς ἀρχαιότητος. *Hoc anno numiſma ex lege cuſum eſt argenteum ſex ſcripulorum, & largitiones eo genere nummi factæ, ad ſemiſſem veteris moris.* Ubi perperam interpres ἑξάγραμμον, *ſenis literis inſignitum* reddidit: eſt enim γράμμα idem quod *ſcripulus*, vel *ſcriptulus*, unde fortè Græci nomen formarunt, quaſi à voce *ſcribere*, vox *ſcriptulus* ducatur, quod punctis olim, ſeu γραμμαῖς notarentur nummi, quæ eorum pondera deſignarent. Iſidorus: *Scripulus ſex ſiliquarum pondere conſtat. Hic apud Græcos Gramma vocatur.* Gloſſæ Gr. Lat. γράμμα, ὁ σταθμὸς, *ſcripulum*. Gloſſæ Lat. Gr. *Semuncia*, γράμ-

LL. Georgicarum. 2. §. 1. Cedren. p. 458. Cedren. p. 399. Theoph. p. 412.

Iſid. l. 1. c. 24.

τρα δώδεκα. Ita apud Heſychium στατὴρ dicitur eſſe τετράγραμμος, ut apud Cleopa-
tram in tractatu de Ponderibus, τὸ δηνάριον ἔχει γράμματα δ'. Quanquam apud He-
ſychium legendum τετραδραχμος cenſet Scaliger; quod firmat idem Cleopatræ liber,
in quo ὁ στατὴρ ἔχει δραχμὰς δ', & τετράδραχμον vocari dicitur. Apud Medicos & cæte-
ros Scriptores *Ceratium* eſt ponderis ſpecies, de quo præter Iſidorum, & auctorem de
Ponderibus, qui Nicandro ſubjicitur, copioſe egit Piſanus.

Iſid. l. 16. c. 24.
Piſan. l. 3. de Numiſm. c. 1. & 2.

XC. FOLLIS.

FOLLIUM autem ut monetæ minutioris crebra mentio eſt apud Scriptores, etiam
aliquot qui Conſtantini ævum præceſſerunt, Lampridium, S. Auguſtinum, Evodium
Uzatenſem, & alios, adeo ut non omnino damnandus videatur auctor Rationalis
Peræquatorum, qui ejuſmodi monetis pretium inditum ab Auguſto Cæſare ſcribit.
Et certè Caſaubonus & Salmaſius ab ipſis Hebræis vel Chaldæis etymon perinde ac
uſum arceſſunt. Ex quo explodit idem Salmaſius Epiphanium, qui *follem* per βαλάν-
τιον reddit: tametſi annotetur in veteribus Gloſſis MSS. *nummos folles dici à ſacculo*
quo conduntur. Certè ſacculus *follis* exertè appellatur apud Fredegarium Scholaſticum
cap. 18. cujus lemma eſt, *de Aureliano qui follem peraidit*, qui in ipſo contextu *pera*
dicitur. Follium verò alii erant argentei, alii ærei. Follem argenteum τετράδραχμον
vocat Epiphanius. Unde idem fuerit quod τετρακέρατον, quod perinde quatuor Dra-
gmis conſtitit. De æreis hic agimus, quo modo intelliguntur à pleriſque Scriptorum
Byzantinorum. Gloſſæ Græco-Latinæ: φόλλις, *as*. *Folles æris* dixit Lampridius; *folle-*
rales Marcellinus Comes, ſeu *follares*, ut præfert Sirmondi Editio, quaſi folles æreos:
Nummis quos Romani Terunciaños vocant, Græci Follares, Anaſtaſius ſuo nomine figuratis
placabilem plebs commutationem diſtraxit. Lectionem Sirmondi firmat Falco Beneventa-
nus, ubi de Rogerio Rege Siciliæ: *Induxit etiam tres follares æreos Romeſinam unam*
appretiatos. Græcam porrò voci originem eſſe hîc indicat Marcellinus, ſcilicet à φόλις,
φολίδος, *ſquama*: nam & φολίδα τοῦ χαλκοῦ dixit Hippocrates. quòd ſcilicet *folles* inſtar
ſquamæ æris eſſent. Atque ita nonnulli ex Scriptoribus Græcis cum unico λ habent,
ut Procopius: διακοσίους ὀβόλους, οὓς φόλεις καλοῦσιν. Sic denique Theophanes, & Ce-
drenus anno viceſimo quarto Anaſtaſii, iidem & Zonaras anno perinde viceſimo
quarto Leonis Iſauri, auctor Vitæ S. Auxentii, Gloſſæ Baſilicæn, Moſchopulus, &
alii. Φόλας dixit Harmenopulus, à φόλη, uti appellatur ab Epiphanio. Φόλλιν dixit etiam
Cedrenus anno ſeptimo Juſtini Thracis: cæteri *follem* habent. Vetus inſcriptio:
IS. TVM. INFERET. POENAE. NOMINE. REIP. FOLLES. MILLE. Sic non ſemel
in Codice Theodoſiano. Chronicon Alexandrinum anno decimo ſexto Heraclii: ὁ
γὰρ λεχθεὶς ὁ Σισιμὸς γ φόλλεων παρασκομβρὼν τὸ ψωμίον, αὐτὸς ἡ φόλλεων αὐτὸ ἠβουλήθη
ποιῆσαι: *quippe Joannes iſte Siſinus cum offulá tribus follibus diſtraheretur, ipſe rem eò de-*
ducere conabatur, uti octo follibus id fieret. Alibi φόλεις habet. Sed miſſis reliquis Scripto-
ribus, lubet tantùm obſervare, quingentos folles æreos conficere libram argenti, ex
L. 3. Cod. Th. de Piſtoribus, quæ definit primam Præturam expendere viginti quin-
que millia follium, & quinquaginta libras argenti: ſecundam viginti millia follium &
quadraginta libras argenti: tertiam denique quindecim millia follium, & triginta li-
bras argenti. Quos verò *ſenos folles*, quibus libra porcinæ carnis æſtimatur, vocat lex
tertia eodem Codice de Suariis, ἑξάφολον appellat auctor Rationalis Peræquatorum,
quo loco ait ita nuncupatam additionem factam *Dicerato* à Leone Iſauro: χρὴ δὲ γινώ-
σκειν ὅτι τὸ ἑξάφολλον προσθήκη ἐγένετο Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, à quâ quidem ſuperindictio-
ne ejuſmodi tributum unico vocabulo ibidem non ſemel δικερατοεξάφολλον appella-
tum. Apud Hiſpanos habetur moneta minutior, quam *Folus* nomenclaturâ donant,
& valere *coronato* ſeu *cornado*, eſſeque tertiam partem *Blancæ* ſcribit Sebaſtianus Co-
barruvias. Sed quod addit vocem eſſe Arabicam, vix ei aſſentiar, niſi Arabes à
Romanis acceperint, eamque ad Hiſpanos tranſmiſerint.

Lampr. in Elagab. S. Aug. l. 22. de Civ. Dei c. 8. l. 3. Contra Creſcon. c. 29. ſerm. 40. in Nov. Evod. l. 1. de Mir. S. Steph. c. 14.
Caſaub. ad Lamprid.
Salmaſ. l. de Uſur. c. 11. extr. Franciſcus Francus in Elencho Cercopetaviano p. 45. & ſeqq.
In Epit. c. 18.
Marcell. Com.
Falco Beneven. an. 1140.
Hippocr. l. de Viſu.
Procop. in Anecd.
Theoph. Cedr. p. 458.
Zon.
Vita S. Auxent. n. 7.
Harmenop. in Georg. tit. 2. §. 1. & 10.
Grm. 810. 10.
L. 3. de Veter.
L. 3. de Piſtor.

XCI. FOLLIS MAJORIS PRETII.

ERANT præterea folles alii majoris pretii, quàm ii de quibus egimus. Tradit Zo-
zimus Conſtantinum M. deſcribi juſſiſſe magnatum poſſeſſiones, iiſque tributum im-
poſuiſſe quod *Follem* nominavit, τέλος ἐπιθεὶς, ᾧ τινι φόλλιον αὐτὸς ἐπέθηκεν ὄνομα.
Hinc *Follem Senatorium* vocat Novella Majoriani de Indulgentiis debitorum. Neque
tamen unus, ſed duo penſitabantur à Senatoribus folles, ex lege 2. Cod. Th. de Se-
natoribus, & l. 1. de Prætoribus. Cujuſmodi autem eſſet *Senatorius* iſte *cenſus*, uti
appellatur à Symmacho, docet Vir Illuſtris Heſychius Mileſius Hiſtoriarum libro ſex-
to in Gloſſis Baſilicon. Ait enim pro modo facultatum eam fuiſſe Senatoriam penſi-
tationem, quam *follem* etiam appellatam innuit, qui variis conſtitit quantitatibus: à
duabus enim auri libris ad octo proceſſiſſe ſecundùm dignitatis ac facultatum ratio-
nem: ἔστι δὲ καὶ ἕτερος φόλλις διαφόρους ἔχων ποσότητας· ἀπὸ γὰρ δύο χρυσίου λιτρῶν ἀρξάμενος,
εἰς ὀκτὼ προῆλθε κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ τὴν δύναμιν τῶν ἀπαιτουμένων. Addit deinde primæ digni-
tatis viros octo auri libras, ſecundæ quatuor, tertiæ denique duas penſitaſſe. Ex quibus
primò percipimus, quod ait Zozimus *Follem* propriâ nomenclaturâ appellatum Sena-
toriam iſtam penſitationem, quam qui implere non valebant, ſaltem ſolidos præſtare

Zozim. l. 2. p. 699.
Symmach. l. 10. Ep. 60.

jubebantur, ex lege 4. Cod. Th. de Senatoribus, &c. Sed & ex Heſychii verbis videtur follis iſte idem fuiſſe cum librâ auri. Nam lex ſecunda dicto titulo de Senatoribus, præcipit *duorum follium manere cunctos* (Senatores) *indiſcretam poſſeſſionem, etiamſi poſſeſſionem fortè non habeant*: Heſychius verò cùm *Follem* dicit eſſe cenſum hominum locupletum, qui à duabus auri libris ad octo progrediebatur, habitâ facultatum ratione, conſequi videtur, binos iſtos folles eſſe binas auri libras Heſychii. Proinde hac notione *Folles* intelligendi in L. 2. & 3. Quorum appellat. non recip. L. 1. de Prætoribus, & L. 1. de Menſis oleariis, in Codice eodem Theodoſiano. Et ſanè Gloſſæ Baſilicôn exerte dicunt *Follem* eſſe σταθμὸν, ſeu libram vel pondus, quod appendit denarios 250. hoc eſt, libras 82. & 6. uncias, denario computato pro unâ librâ & tredecim unciis.

XCII. Obolus. Suid. in ὀβολὸς p. 111. 1. ed. Scyl. p. 689. Zon. ad Syn. Trull.

Obolos eoſdem eſſe cum follibus æreis auctor eſt Procopius in Anecdotis, quo loco ſcribit auri ſtaterem, ſeu Nomiſma cum decem & ducentis obolis commutatum à nummulariis. Unde de follibus intelligendus videtur Scylitzes, cùm ait Joannem Tzimiſcen Imperatorem ſtatuiſſe, ut ἐν τῷ νομίσματι καὶ ἐν τῷ ὀβολῷ Servatoris inſculperetur imago, id eſt, in aureis, ac æreis, minutioribuſque nummis. Memorat ibidem Procopius quendam Petrum Barſymen Syrum ἐπὶ τῇ χαλκῷ τραπέζης καθήμενον, ob τὴν περὶ τοὺς ὀβολοὺς κλοπὴν famoſum, qui quidem ex iis erat quos Collybiſtas, Nummularios, & Collectarios vocabant, Zonaras τοὺς τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντας, qui vendebant nummos, ſeu ſolidos aureos minutulis monetis permutabant, de quibus nummorum venditoribus agit Codex Theodoſianus L. un. Si quis circul L. 1. & 2. Si quis pecun. conflaverit, & L. 1. de Ponderat.

XCIII. Leptum, Quadrans Nummus. Lucas c. 21. Chryſoſt. Marc. 12. p. 59.

Folles igitur ærei & oboli monetis minutioribus accenſentur. At Heſychius τάλαντον, id eſt, ſolidum dividit in λεπτὰ, νούμμους, κοδράντας, ἀσσάρια· λεπτὸν apud Lucam, ὀβολὸν interpretatur Chryſoſtomus: διεφυλάξε καὶ φιλοτιμος ἡ ἐκ τῶν δύο λεπτῶν ἐλεημοσύνη, τουτέστιν ἐκ τῶν δύο ὀβολῶν. Heſychius ait λεπτὸν eſſe ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου, ὅ ἐστι νόμισμα ἓν, idemque eſſe quod Κοδράντης, ὁ τὸ τέταρτον τοῦ φόλλεως. alibi Κοδράντην eſſe ſcribit λεπτὰ δύο, ex Evangeliſta: τὰ δὲ δύο λεπτὰ κοδράντης εἷς, ἤγουν νουμμία τρία. Unde conficit Scaliger ſolidum dividi εἰς κοδράντας 6000. εἰς λεπτὰ 12000. εἰς νουμμία 18000. Et ſanè τὰ λεπτὰ per νουμμία numerari docet Rationale Peræquatorum, in quo χαλκῶν νουμμίων crebra mentio occurrit. Ibi enim Alexius Imperator ſtatuit διὰ χαλκῶν νουμμίων ἀπαιτεῖσθαι τὰ λεπτὰ ψηφία τῶν τελουμένων δημοσίων, *per æreos nummulos exigi minutos calculos, qui in tributis penduntur*: & καταλογίζεσθαι τὰ νουμμία ἐπὶ τῶν τεσσάρων μιλιαρησίων τοῦ νομίσματι, ὥστε χρεωστεῖν τὰ ἥμισυ νομίσματος δίδοσθαι μιλιαρήσια β' νουμμίων χαλκῶν. Ita νουμίον eſt minutiſſima moneta ærea, uti *nummus* uſurpatur in Codice Theodoſiano, & in Novellâ Theodoſii & Valentiniani: *Ne unquam intra ſeptem millia nummorum ſolidus diſtrahatur, emptus è collectario ſeptem millibus ducentis.* Et in Gloſſis MSS. Regiis, νοῦμμος, τὸ νουμίον exponitur. Quod verò νουμίον alii, Heſychius interdum νόμισμα vocat, cùm ſcilicet ait Quadrantem νομίσματα τρία confeciſſe. Ab ejuſmodi *nummis* dictum fortaſſis *Dinummium vectigal*, quod urbis Alexandrinæ ſinguli cives ad urbis onera pendebant: quemadmodum in Gloſſis Lat. Gr. *binio*, δίνουμμα eſſe dicitur.

L. 1. de Medic. L. 1. de Pretio panis Oſtienſ. Novella Theod. 25. L. 2. Cod. Th. de Alex. pleb. primat.

XCIV. Assarium. Heſych. Cujac. l. 7. Obſ. c. 35. Cod. 930.

Assarium, præterea idem eſſe quod λεπτὸν, auctor eſt Heſychius: ἀσσάριον καὶ λεπτὸν ἓν εἰσιν, ἤγουν ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου, quo loco λεπτὸν cum Quadrante confundit, qui eſt ſexmilleſima pars ſolidi, quo modo alibi etiam uſurpat. Gloſſæ veteres ἀσσάριον, νουμμίον vertunt. Ita Suidæ ἀσσάρια, ὀβολοὶ, νομίσματα, & στάμενα, idem ſonant, vel certè pro λεπτοῖς, ſeu minutioribus monetis confunduntur. Et in Gloſſis Græco-Latinis ἀσσάριον, *as* eſſe dicitur, minimus nempe æris nummus, cùm de numeratâ in ære pecuniâ agitur, ut obſervat Cujacius. Sed & de vocis notione ac monetæ valore non ſibi conſtant Græculi iſti: quippe in Gloſſis Regiis MSS. ἀσσάριον exponitur πεντανούμιον, ἢ δεκανούμιον, ita ut *aſſarium* confecerit quinque vel decem νουμία ærea, vel certè appenderit: nam ἀσσάριον pro pondere uſurpat Cleopatra de Ponderibus, ubi τετρασσάριον Ιταλικὸν unciam vocari ait. Apud Marcellum Empiricum de Ponderibus & menſuris, *Tetraſſarius ſemuncia eſt*: unde colligitur aſſem unciæ quadrantem habuiſſe.

XCV. Stamena. Gloſſar. Meurſi. Odo de Diogil. l. 3. de profect. Lud. VII. in Or. lib. 4.

Quod verò ad vocem στάμενα pertinet, à Græculis infimi ævi pro minutiore monetâ uſurpatam, videtur illa eſſe quam Odo de Diogilo *ſtammam* vocat, proclivi mendo, pro *ſtaminam*, uti in Gloſſario monuimus. Is enim Ludovici VII. Francorum Regis per urbem Conſtantinopolitanam tranſitum enarrans, ait à Francis noſtris, cùm ad Græcorum terras acceſſiſſent, *monetas cupreas*, ſeu æreas, & *ſtammas* tum primùm viſas: *Hic primò* (in Græciâ) *cupream monetam & ſtammas offendimus, & pro unâ earum quinque denarios, & pro duodecim ſolidis Marcam triſtes dabamus.* Rurſum alio loco: *Ante Palatium, vel etiam in tentoriis habebamus congruum, ſi duraret, concambium, minus quàm duobus denariis ſtammam unam, & earum triginta tres ſolidos propter Marcam.* De

vocis etymo non conſtat : nolim enim præſtare ita nuncupatas, quòd ex ſtanno ære fortean mixto conflatæ fuerint : nam σάμνον Græci, ut Latini, recentiores *ſtamnum* & *ſtagnum* appellant, quod veteres *ſtannum*. *Nummi ſtagnei* habentur in Pandectis Florentinis, de quibus Cujacius. Scio aliam arceſſi originem voci σάμβα ab Salmaſio, quæ neſcio an perinde ab omnibus probetur. Ait quippe τῇ ἱςαμβίων voce, propriè ſignificari quæ fœnore dantur : ἵςαϑαι enim eſſe fœnore accipere : præterea Pollucem pro pecuniâ numeratâ etiam ἱςάμβια vocem uſurpaſſe, hoc loco : πέντε χρυσοῦ σατῆρες μνᾶν ἐδύναντο· οἱ γὰρ ἐν τοῖς ἱςαμβίοις τὴν μνᾶν τὸ πεμπτον σατῆρα ὀνομάζουσι. Sed alii ἐν ἱςαμβίοις, *in appenſis* rectiùs opinor vertunt.

Cujac. l. 11. Obſer. c. 1. Salmaſ. l. de Uſur. p. 581. 685. Pollux l. 9. c. 6.

XCVI. ASPRI.

INTER monetas minores argenteas occurrunt etiam eæ quas *Aſpros*, vel *Aſpra* vocant Græci recentiores, cum quâ Collybiſtæ, ſeu *Cambitores*, majorem tam argenteam quàm auream commutare ſolent. Unde denarium *Aſprum* reddunt Gloſſæ Græco-Latinæ : δηνάριον, λευκὸν, *aſprum* : ubi λευκὸν idem valet quod *album*, & quod *aſprum*. Quò ſpectant iſta Heſychii : λεπταλέον. ἰσχνὸν λεπτόν· λεπτὰς καὶ παχείας, λεύκας ἐν νόμοις, τὰς δραχμὰς, λεπτὰς μὲν τὰς ἐξαβόλους, παχείας δὲ τὰς πλέον ἰσχύσας. Eadem habet Favorinus : ubi λεῦκον in nummis dici obſervat, idemque eſſe quod λεπτὸν, deinde drachmam eſſe, cui opponitur παχεῖν, quæ Achæis δίδραχμον ſonat, ut alibi obſervat. Notum porro Græcos ἄσπρον pro λευκῷ etiam in colore uſurpare. Sed & inde noſtri fortè minutiores monetas ſuas argenteas *Blancs* vocavere, niſi ii à noſtris hauſerint, ab argentei metalli ſcilicet colore. Quòd verò ejuſmodi minutioribus monetis majores permutarentur, *Aſpraturam*, κόλλυβον reddunt Gloſſæ veteres; eſt enim collybus, quod pro pecuniæ permutatione datur, ut Collybiſtæ, qui majores pecunias minoribus vendunt ac diſtrahunt. De his *Aſpris*, præ cæteris Vincentius Belvacenſis : *Etiam ſuum habet tributum* (ſuper *tributarios terra Anaph*) *ad minus quindecim drachmas ſeu aſperos, qui bene valent triginta ſterlingos*. Ubi aſpri *drachmis* æquiparantur, ut in laudato Heſychii loco. Præterea Alexius Comnenus in Rationali Peræquatorum : τοῦτο γὰρ προσέταξεν ἡ Βασιλεία μου τὸ μὲν χάραγμα νόμισμα διὰ τραχέων ἄσπρων νομισμάτων ἀπαιτεῖσθαι, τὰ δὲ λεπτὰ ψηφία διὰ τεμίων χαλκῶν, καταλογίζεσθαι δὲ τὰ τεμία ἐπὶ τῷ τεσσάρων μιλιαρησίων τῷ νομίσματι, &c. Ubi ἄσπρα τραχέα ſunt *aſpri aſperi*, recèns cuſi, non uſu detriti : ut *aſperi nummi* efferuntur à Suetonio, Perſio, & aliis : unde etiam ejuſmodi *Aſpris* datam nomenclaturam plerique cenſent. Ita in eodem Rationali, νομίσματα τραχέα habentur : ἐπὶ δὲ ἀπαιτήσεως τῶν νομισμάτων τὸ τραχὺ παλαιὸν ἐν ἀπαιτεῖσθαι, βαρείαν ἐλογίζοντο τὴν ἀπαίτησιν. De Aſprorum duplici apud Turcos ſpecie egit alicubi Leunclavius.

Chr. Alex. p. 724. 766. 781. 886. Theophan. p. 144. Conſt. de adm. Imper. p. 117. &c. Vide Gloſſ. Vincent. Belv. l. 30. c. 75. Sueton. in Ner. Perſ. ſat. 3. Leuncl. Pand. Turc. n. 18.

XCVII. CENTENIONALES, MAJORINÆ PECUNIÆ.

ATQUE iſta quidem quæ hactenus diximus, minutiores inferioris ævi potiſſimùm monetas ferè ſpectant : verùm ſub Conſtantino, vel etiam deceſſoribus, aliæ fuere, atque in iis quas *Centenionales* appellabant, quòd centum æreos ſeu ſtipes conficerent, quarum uſum, ut & *Majorinarum*, à Conſtantio interdictum legere eſt in Codice Theodoſiano, Centenionales quidem propter nimiam ſui exiguitatem, *Majorinas* verò propter nimium pondus; tametſi Centenionalium poſtmodum uſus permiſſus fuerit ab Arcadio & Honorio. Eorum enim prorſus repudianda videtur ſententia qui Centenionales cum Centenariis aureis, quorum meminit Lampridius, qui centum aureos conficiebant, confundunt; cùm revera Centenionales *minutula*, ut loquitur Valerianus in Epiſtolâ ad Aurelianum, moneta fuerit, ſicque nuncupata, quaſi *centenio*, qui centum, ut *binio*, qui binis nummis conſtabat. Majorinæ verò pecuniæ mentio præterea occurrit in lege ſexta de Falſâ monetâ eod. Cod. quæ ex argento & ære conflatam fuiſſe arguit. Pœna enim ibi indicitur in flaturarios qui Majorinam pecuniam *ſeparato argento ab ære purgant*. Alibi *major moneta* dicitur, cujus quidem ſpecies fuit *Decargyrus*, niſi eadem ſit. Ita porrò appellatum volunt, aut quòd decima tantùm ejus pars argentum eſſet, ſiquidem Majorina pecunia ex argento & ære conflata, vel potius quòd decem argenteis æſtimaretur, quemadmodum Denarium dixerunt Latini, qui decem argenteis valeret : Græci verò δεκάχαλκον, quòd decem æreis æſtimaretur, ita ut Decargyrus ſpecies fuerit Majoris pecuniæ, decem minutis argenteis æſtimata.

I. Cod. Th. Si quis pec. conſl. I. 2. eod. tit. Lampr. in Elagab. L. 6. de Falſa moneta. L. 2. Si quis pec. conſl. Jac. Gotofr.

XCVIII. MONETÆ, CAUCII, QUADRATÆ, &c. DICTÆ.

MINUTIORIS ac pretii vilioris monetæ ſpecies quatuor recenſet præterea Novella Juſtiniani, quâ ne Conſules in Proceſſibus publicis aureos nummos aut argenteos in populum deinceps ſpargere vetantur, ita tamen, ut ὑπάτια, ſeu miſſilia ſua facere iis liceat, ἐν μιλιαρησίοις τε καὶ μήλοις, καὶ καυκίοις, καὶ τετραγώνοις συμμετρίοις, καὶ τοῖς πινάκοις. Id autem ſtatuit Juſtinianus, quòd ſuâ ætate Conſules, perinde ac ipſi Auguſti aureos & argenteos nummos miſſilium vice in populum ſpargere attentaſſent, contra quàm jus eis erat, cùm æs tantum ſpargere fas eſſet, quod exertè docet Marcellinus Comes : *Marcianus Auguſtus ſuis ſtatuit edictis, ut hi qui Conſules fieri cupiebant, nihil æris in populum ſpargerent, ſed ſtatutam pecuniam ad reparandum Urbis aquæductum dependerent.* Igitur monetæ in Novellâ Juſtiniani memoratæ, æreæ fuere, quod

Nov. 105. c. 2. §. 3.

tamen de Miliarenſibus dici non poteſt, cùm ex argenteæ fuerint, adeo ut Juſtinianus minutiores monetas ſive argenteas, ſive æreas ſpargere Conſulibus conceſſerit. Quid verò per *μῆλον* intelligatur, non conſtat; quidam, ut Haloander & Scaliger, ita nuncupatam monetam iſtam putant, quòd *ovem*, quam Græci *μῆλον* vocant, vel *malum* expreſſum haberet. At cùm nulla hactenus ovis vel *mali* effigie ſignata Imperatorum viſa fuerit, jure ea exploditur ſententia. Nec ſcio an probabilior videatur Cujacii & aliorum conjectura, ſcribentium ita dictam, quod rotunditate ſuâ *malum*, ſeu pomum referret, reſpectu alterius, quam *τετράγωνον*, ſeu *quadratam* vocat Juſtinianus, cujuſmodi, inquit Scaliger, nummulos Turcicos videre eſt, quos *Aſpros* appellant, aut *Tartarones*, quos quadratos fuiſſe ſcribit Ordericus Vitalis. *Cauſios* vero ita dictos putat Cujacius, quòd *Cauci*, ſeu caliculi ac ſcyphi inſtar concavæ ſint, jure exploſâ Haloandri, quam temere ſecutus eſt Meurſius, ſententiâ, exiſtimantis ita nuncupatas, quod in iis cauci, ſeu calicis figura repræſentaretur. Nummos concavos aureos, argenteos, & æreos Imperatorum Conſtantinopolitanorum paſſim videre eſt, in quibus antica pars ea eſt quæ eſt convexa. De cauco vero & receptâ iſtâ apud Græcos Byzantinos & Latinos recentioris ævi nomenclaturâ, plura congeſſimus ad Alexiadem, & in Gloſſario.

Joſ. Scaliger Epiſt. 204.

Ord. Vit. l. 10. p. 791.

XCIX. SCYPHATI.

INCERTUM autem an ad hanc monetæ Byzantinæ ſpeciem referri debeant nummi, quos *Scyphatos* vocavit ætas inferior: quod à vero haud procul abeſſe binæ potiſſimum ſuadent conjecturæ. Primo quidem quòd *Scyphati* nummi videantur fuiſſe Imperatorum Conſtantinopolitanorum; deinde quòd ita appellatos par ſit credere, quòd *ſcyphi*, ſeu *cauci* formam referrent: ita ut Itali, apud quos hæc potiſſimum obtinuit appellatio, quos Græci *Caucios*, à *Cauco*, ii *Scyphatos*, à *Scypho*, quod idem eſt cum *Cauco*, nuncupaſſint, cum *Cauci* vox apud illos inſolens ac minus uſitata tum eſſet. Jam verò ut *Scyphati* Imperatorum Byzantinorum nummi fuiſſe cenſeantur, facit Charta exarata imperantibus Conſtantino & Baſilio fratribus anno mundi 6532. (Chr. 1024.) Ind. 7. apud Ughellum, ex quâ hæc excerpſimus: *ut quia conſuetudo eſt ut fideles recognoſcant dominum ſuum, & honorent de ſuis bonis, per unumquemque annum Scyphatos Imperiali Curiæ perſolvant.* Ex quibus ſaltem colligitur ejuſmodi nummos in Theſauros Imperatoris illatos. In Italiâ verò ita poſtea nuncupatos Siculorum ex gente Normannicâ Principum aureos, docet Chronicon Caſinenſe, in quo *Scyphati*, ſeu, ut habet editio Angeli à Nuce, *Shcyphati* vocantur, ut & Bulla Anacleti Antipapæ, & altera Innocentii II. pro erectione Regni Siciliæ apud Baronium: à quo profertur præterea Charta alia Guillelmi Regis Siciliæ an. 1156. quæ ejuſmodi *Scyphatos* aureos in Apuliâ præſertim & Calabriâ uſum habuiſſe innuit, cùm ibi *Schifati de Apuliâ & Calabriâ* nominentur.

Ughell. tom. 7. p. 1361.
Chr. Caſin. l. 4. c. 56. al. 58.
Baron. an. 1130. 1139. 1156.
Ughell. tom. 8. p. 712.
Vide Gloſſ.

C. ΧΑΡΑΓΜΑ, ΣΤΑΤΗΡ.

UT porrò *pecuniam* Latini, ſic Græci recentiores quaſvis monetas ſignatas *χαράγματα* appellarunt: ita uſurpant Theophanes, Anna Comnena, Rationale Peræquatorum, Nicetas Choniates, Ducas, Codinus, Achmes, & alii. Sed & interdum *στατῆρας* vocant, quod nomen Athenienſium, Macedonum, aliorumque monetis aureis vulgò tribuitur. *στατῆρα χρυσοῦ* dixit Joannes Cinnamus, *ἀργυρέους στατῆρας* Nicetas. Et Procopius ait ſtaterem aureum confeciſſe decem atque ducentos obolos. Theophylactus Simocatta *στατῆρας μιλιαρισίων* habet. Denique ſcribit Zonaras Nicephorum Phocam, cum invaluiſſet *στατῆρα πάντα βασιλικὸν ἐκτύπωμα φέροντα ἰσότιμον εἶναι τῷ ἄρτι κοπτομένῳ*, ſua *νομίσματα* aliorum præferri juſſiſſe: & Alexium Imperatorem, cùm pecuniæ inopiâ laboraret, *τινὰ τῶν δημοσίων ἔργων τῶν χαλκουργημάτων* deſtruxiſſe, & ex iis *στατῆρας* cudiſſe.

Theoph. an. 2. Rhinotm.
Anna p. 128.
Nicet. in Man. l. 3. n. 6.

CI. MEDALLIA.

AT cur noſtri non Auguſtorum duntaxat, ſed veteres etiam quoſvis nummos omnes, quorum in commerciis nullus ampliùs uſus, *Medallias* appellent, inter eruditos controvertitur. Scaliger vocem eſſe Arabicam putavit, quod etiamnum Arabes Chriſtianorum monetas, quæ caput alicujus Principis, aut imaginem aliam præferunt, *Methalias* nuncupent. Sic ille ad Euſebium: *quem nos vulgo Medaliam vocamus, Arabes etiam Methalia: quod neſcio quo commercio ab Arabibus ad Italos & Gallos delatum. Ita enim vocant numiſmata Chriſtianorum, quæ expreſſum caput humanum præferunt.* Sed non advertit vir doctiſſimus, non ab Arabibus ad Chriſtianos, ſed à Chriſtianis ſeu Europæis ad Arabes traductum fuiſſe id vocabuli: cùm in Italiâ & Galliâ monetæ quævis *Medalliæ* indigitarentur, communi & ab omnibus receptâ quadam nomenclaturâ. Habetur enim Diploma Guillelmi D. Montiſpeſſulani an. 1103. in quo hæc leguntur: *Sextaralicum dono vobis—& Tertium denarium in Arquintali & Medallias, quas donant homines Montiſpeſſulani & Longobardi pro Arquintali.* Joffredus in Hiſtoria Epiſcoporum Nicænſium aliud deſcripſit anni 1136. in hæc conceptum verba: *Redaunt enim ſupradicti homines annuatim decem & octo denarios Mergolienſes, & Medallam, & quatuor ſextarios avenæ.* Aliud præterea linguâ Vaſconicâ exaratum apud Marcam in Hiſtoriâ Bencharnenſi vocem hanc monetis aureis adſcribi oſtendit, quas *Medailhes*

Scaliger ad Euſeb. Jac. Gotofr. ad Cod. Th.
Joffred. de Nicaa.
Hiſt. Benearn. l. 5. c. 13. n. 3.

d'aur vocat. Denique Willelmus Brito Ordinis Fratrum Minorum in Vocabulario MS.
Joan. de Janua. W. Brit. MS. ſcribit *Obolum* dici *Medaliam, id eſt, medietatem nummi.* A *Medal* à effićta deinde vox
Medaliata, ut à ſolido *Solidata*, à denario *Denariata*, ad deſignandum *Medallea* unius pro-
ventum, de qua voce diximus in Gloſſario. Neque porro omnino difficile eſt hujus
appellationis rationem expiſcari, cum ipſa ſemet offerat probabilis admodum conje-
ćtura; monetas nempe ita vocitatas à *Metallo*, quod *Metail* noſtri dicunt, è quo con-
flatæ ſunt. Nemo enim ignorat antequam cuderentur monetæ, æs & argentum ma-
Salmaſ. de Uſur. p. 330. 454. 469. 470. gnitudine & certo pondere perpenſum pro nummo datum eſſe, neque impreſſam
metallo figuram, niſi ut ponderis quantitatem indicaret, ut ait Salmaſius. Sed & Pau-
lus Venetus teſtatur ſuâ etiamnum ætate in aliquot Indiæ provinciis levioribus metalli
laminis peraćta commercia. Atque inde Manilius *factum metallum*, quod Græcis ἐπί-
Manil. σημον dicitur, monetas ſignatas vocat, ad *infećti*, ſeu ἀσήμου diſcrimen:

Et facti mercator erit per utrinque metalli,
Alterum & alterius ſemper mutabit in uſus.

Maxime verò poſterioribus ſæculis *Metallum* appellarunt quaſvis monetas, quòd om-
nis pecunia ſignata tunc temporis, tam aurea quàm argentea appenderetur, non nu-
meraretur tantum, præſertim ſi uſu eſſet detrita, adeo ut pro ſolo *metallo*, ſeu pro ſolâ
nummi materiâ acciperetur. Hinc quod *monetam uſualem* alii, *Metallum uſuale* vocat
Senator l. 7. Ep. 6. Senator: *Ut figura vultus noſtri metallis uſualibus imprimatur, monetamque facis de noſtris*
temporibus futura ſecula commonere. Quinetiam ipſis interdum nummis inſcripta vox
Metallum legitur. Servat enim Gazophylacium Regium bina numiſmata ærea, quæ o-
lim fuerunt Petri Seguini viri de re nummaria bene meriti, in quorum uno, METAL
DELM. id eſt, *Metallum Delmaticum*: in altero quod eſt Trajani, in coronâ laureâ,
MET. NOR. id eſt, *Metallum Noricum*, exaratum conſpicitur. Utriuſque ećtypon de-
Buteroüs p. 103. ſcribit Buteroüs in libro de Nummis Francicis. Sed & habentur alia, in quibus præ-
terea vox eadem reperitur: complures enim proſtant nummuli argentei Caroli M.
Paul. Petav. in Gnoriſm. in quorum parte alterâ Crux effingitur, cum hac inſcriptione, CARLVS REX. in alterâ,
in ipſo nummo medio, MET ALLO. Habetur alius cum Cruce, & hac inſcriptione in circu-
lo, METVLLO, & in averſo medio METALLVM. Alii etiam ejuſmodi nummuli Lu-
dovici Pii præferunt in medio, LVDO VVIC. in alterâ parte Crucem cum inſcriptio-
ne in circulo, METALLVM. Alius ejuſdem Ludovici nummulus argenteus vo-
cem hanc exhibet in mediâ parte averſâ: in alterâ autem crucem cum hiſce charaćte-
ribus in circulo, † HLVDOVVICVS IMP. Proſtant denique duo alii ejuſdem Im-
peratoris, qui in averſâ ſui parte monetarios typos, ſeu, uti vocamus, *Cuneos* binos
& totidem marculos habent, cum hac voce in circulo, METALLVM. Alter horum
nummulorum in anticæ medio, LVDO VVIC. alter Imperatoris caput, cum hac inſcriptione,
HLVDOVVICVS IMP AVG. habent. Cum igitur monetæ iſtæ *Metalli* præfer-
rent vocabulum, inde fortè accidit, ut *Metalli* nomine quævis monetæ à vulgo dona-
rentur: ita ut quemadmodum in ſuis nummis, MONETA, vocem inſcribebant Roma-
ni, ita ejuſce ævi Franci vocem METALLVM deſcriberent. Quæ quidem quibuſvis
monetis eò magis videtur fuiſſe communis, quò non æreis duntaxat, ſed argenteis
tribuitur in hiſce nummis, atque adeo aureis, ſiquidem extitere etiam *Medalliæ* au-
reæ, uti ſuprà obſervatum.

CII. MALLIÆ NOSTRATES.

QUINETIAM admodum vero proximum eſt, à *Medalliis* efficitum à noſtris vo-
cabulum *Maille*, quod pro monetis ex quovis conflatis metallo uſurpatum conſtat. Ne-
que enim, quod plerique perperam opinantur, *Malliæ* fuere ſemper monetæ minu-
tiores, ac vilioris pretii, quomodo vocem hanc hodie uſurpamus: cùm ex antiquis
tabulis & monumentis certum ſit argenteis & aureis perinde attributam. In veteri
quippe Regeſto Communis Ambianenſis à Joanne Bargulio ejuſdem civitatis Clerico
deſcripto anno 1453. complures recenſentur monetæ aureæ, quæ *Malliæ* nomenclaturâ
donantur, cum earum pretio: ſcilicet, *Malliæ Ultrajećtenſes*, *Malliæ Erneldi*, *Malliæ*
Moguntinæ (de Mens) *& Bethunienſes*, *Malliæ Rheni*, *Malliæ Poſtulas*, *Malliæ cum ſtel-*
lulis, (Mailles à Eſtoilletes) *Malliæ Treverenſes*, (Mailles au bon Trievron) *& Malliæ*
au bon & mauvais T. id eſt, bono vel malo T. ſignatæ. Alias *mallias* recenſet Rober-
Rob. Cenal. de Menſ. & Ponder. tus Cenalis ævo ſuo notas, *Mallias au Chat*, *Mallias au Chien*, & *Mallias de Horne*, ſeu
Hornenſes. *Malliarum verò Florentinarum* nondum omnino exolevit appellatio. In Re-
geſto Curiæ Monetariorum, quod *inter duos aſſeres* vulgò indigitant, fit mentio *Mal-*
liarum Laudunenſium, quæ *Mailles Loviſiennes* ibidem appellantur. Denique in Regeſto
Vide Gloſſ. v. Moneta. Parlamenti, Statuta Ludovici XI. continente, ejuſdem Regis Diploma deſcribitur anni
1463. pro *nobilitatione* loci *Cauda Vaccæ* dićti, ad Rupellam, in Caroli Cenomanenſis
Comitis gratiam, tenendi à Rege in quavis Vaſſalli mutatione ad *Malliam auream*
pretii duorum denariorum aureorum. Hanc porro de Malliarum noſtratium appella-
tione ſententiam attigit etiam ſuprà laudatus Cenalis: *Illud*, inquit, *dici poteſt quod hi*
aurei nummi, quos Gallicè appellamus Mailles, *non ab obolari traxere originem: imo potiùs*
ab

ab aliis idiomatis noſtri nomenclaturâ, quam dicimus Medailles, *eò quòd Principis nonnunquam alicujus nomen præferant.* Quibus poſtremis verbis ſatis etiam innuit ſuâ ætate hanc obtinuiſſe ſententiam de *Medaliis*, quam ut ſuam protulit Scaliger. Scio quoſdam exiſtimaſſe *Mallias* dictas à loricarum ferrearum maculis, quas *Mailles* etiamnum dicimus, quòd *Malliæ* monetariæ, perinde ac loricariæ, quadratæ fuerint : quod quidem quàm procul abſit à vero, cuivis ſani ingenii licet advertere.

CIII. MASCULI.

ALII præterea *Mallias* putavere eſſe id genus nummos, quos *Maſculos* vocant Scriptores, ac Chartæ veteres aliquot, ita ut propriæ fuerint Comitum Pictavenſium, ex hoc Goffridi Vindocinenſis loco : *Quòd ſi trecentos ſolidos Pictavenſium Maſculorum vobis daret, &c.* Horum etiam mentio occurrit in Tabulario Angeriacenſi, & in Tabulario S. Stephani Lemovicenſis in Charta anni 1081. *Solidi ejuſdem monetæ Maſculinæ.* Et paulò antè, *ſolidi nummorum Pictavinorum.* Unde percipere licet *Maſculinam* & *Pictavinam* monetam eandem fuiſſe. Quæ quidem vox *Maſculina*, in monetis, admonet me ut viri pereruditi lapſum detegam, qui *generis diverſi pecuniam* in Concilio Duſiacenſi primo, & apud Hincmarum, de monetis aureâ & argenteâ intelligendam exiſtimavit, ita ut aurea maſcula, argentea verò feminina moneta fuerit, quod ex S. Auguſtino ſtabilire nititur : quaſi hæc verba de pecudibus utriuſque ſexus non eſſent capienda, & apud recentiores perinde ac veteres *Pecunia* non id ſonet. Porrò *Maſculi* dicuntur nummi Pictavenſes, non quòd ii Pictavenſium Comitum proprii fuerint : ſed quod ejuſmodi nummi ita denominati, ejus eſſent monetæ ſpeciei, quam *Malliam* vocant, vel quòd univerſim quaſvis monetas *Mallias* vocarent. Quocirca ſi quis ejuſce ævi verba Goffridi Gallico reddidiſſet idiomate, indubiè dixiſſet, *trois cens ſols de Mailles Poitevines* : cùm horum temporum Scriptores ac Commentarienſes, qui Latinè chartas exarare ſolebant, efferre ſe debere voce aliâ quàm, *Maſculus*, non arbitrarentur, quòd ea propiùs accederet ad noſtratem *malle*, quæ *maſculum* ſonat. Verùm ſi quis *Mallias* Pictavenſium fuiſſe proprias obſtinatiùs contenderet, neſcio an hoc caſu nomenclaturæ iſtius non eſſet arceſſenda origo ab oppido in Pictonibus, quod *Meille* vocant : cùm ex iis fuerit, in quibus ſtante ſecunda Regum noſtrorum Stirpe Monetæ cuderentur, uti docent Capitula Caroli Calvi, ubi *Metulum* & *Metullum* appellatur : quod etiam firmant monetæ ipſæ Caroli M. in quibus vox METVLLO exarata legitur, uti annotatum ſuprà. In aliis præterea ejuſdem Imperatoris nummis, quorum ectypon exhibuit Paulus Petavius Senator Pariſienſis, in anticæ, CAROLVS, in poſticæ verò medio, MEDOLVS, characteribus barbaris ac Gothicis voces deſcriptæ leguntur. Verùm de poſtremâ hac conjecturâ ſtatuat quiſque quod lubet. Id certè in confeſſo eſſe debet, quod *Malliarum* nomenclaturam minutioribus monetis attribuant vulgò noſtri, id inde fluxiſſe, quòd Malliæ Pictavinæ ferè ſemper minutiſſimæ fuerint : ſed & anno 1329. cudi cœpiſſe *Mallias* minutiores 18. *granorum legis argenti regii ad Marcam*, ut eſt in veteri Regeſto Cameræ Computorum Pariſienſis : ex quo neceſſe eſt monetas iſtas, minutiſſimas ac vilis admodum pretii fuiſſe. Sed longe videtur probabilius, *Mallias* minutiores, ſeu *Maſculos* Pictavenſes eſſe id genus monetæ quam *Malliam Pitam* dicimus, id eſt, Malliam Pictavinam. Nam *Pita* (*les Pite.*) dicuntur minutiores monetæ Pictonum, quæ *Pictæ*, *Pictavinæ*, & *Pictavenſes*, Gallicè autem *Poitevins*, paſſim in Chartis appellantur : unde vox *Pitancia* & *Pictancia* deducta poſtmodum, quæ *Picta*, ſeu *Pictavina* unius valoris rem ſignificat : nam toto cælo aberrant qui à Pittaciis etymon deducunt, quod in Gloſſario pleniùs probavimus. Hæ porrò *Pitæ*, ſeu *Pictæ*, adeo minutæ erant, ut Willelmus Nangius verba faciens de quadam ad oculi caudam ſeu angulum maculâ, eam dixerit fuiſſe *ad modum puncturæ pulicis rubeam, & latam ſicut una Pictavina.*

Goffr. Vind. l. 1. Ep. 20. *Tabul. Anger. f. 47.* *Capit. Car. C. tit. 31. n. 12.* *Paul. Petav. in Gaz. r. ſm.* *Reg. Noſter. f. 204. 205.* *Vide Gloſſ.* *W. Nang. in S. Lud. p. 394.*

CONSTANTINI

IMP. BYZANTINI

NUMISMATIS ARGENTEI EXPOSITIO,

JOSEPHI SCALIGERI JUL. CÆS. F.

Vide Tabellam 4.

Ex Literis ill. V. Joſ. Scaligeri ad Marquardum Freherum.

TUI nummi ſtemma omne ἐξαυτοσχεδιάζω. Judicium de eo meum ſeorſim habes. Dixi quod ſentio, non quod fortaſſe tibi probabo. Non potui tamen hanc operam denegare, magis quia ex-

egiſti à me, quàm quòd aliquid ſententiæ de eo tuæ adjiciendum à me exiſtimarem. Vale. Lugduni Batavor. XIV. *Kal. Martii Juliani.* CIↃ IↃ CII.

Ex aliis. *Scis, mi Frehere, quid de tua diatriba judicem in Aprum Xiphian? Nihil potuiſſe verius dici, nihil exquiſitius, planè perſuaſiſti mihi. De illo autem grandi nummo tuo Conſtantini non poſſum ſatis mirari, qui factum ſit, ut ex uno latere recentiſſimi ſæculi veſtigia in eo extent, ex altero vetuſtiſſimi moris Eccleſiæ. Sed quando prodibunt monumenta illa tua de Lupoduno & Moſella Auſonii? avidè exſpecto, ecque magis quod nihil niſi eximium à te ſperare poſſumus. Vale.* IX. *Kal. Martii Juliani.* CIↃ IↃ CIII.

JOSEPHI SCALIGERI COMMENTATIO.

NUMMUS ingens argenteus clariſſimi viri Marquardi Freheri, quàm recens ſit, argumento ſunt characteres arithmetici 234. 235. qui ante trecentos, aut paulò plures annos ab Arabibus ad nos tranſierunt, ac primò quidem diſſimiles his noſtris hodiernis, poſtea memoria proavorum hac forma interpolati, quæ hodie nobis in uſu eſt. Itaque nummus hic cuſus, aut conflatus eſt non illo ſæculo, quo ii à Chriſtianis recepti ſunt, ſed illo, quo interpolati: hoc eſt, memoria proavorum. Præterea, an unquam à Græcis uſurpati ſint, meritò ut dubitem, faciunt libri multi Aſtronomici, Logiſtici, & computorum Eccleſiaſticorum paulò ante aut poſt everſionem Imperii Conſtantinopolitani conſcripti, quorum omnium numeri non his peregrinis characteribus concepti ſunt, ſed literis Græcis. Denique illos characteres primi omnium Chriſtianorum Hiſpani à Mauris, ab Hiſpanis reliqui Latini Chriſtiani, ab illis Græci acceperunt. Et quidem concedamus accepiſſe, ii tamen apud Græcos nunquam vulgò noti fuerunt: ut non opus fuerit eos in hoc nummo cudere, ut à paucis tantùm intelligerentur. Nobis igitur conſtat recentiſſimam quidem nummi conflaturam eſſe, formas autem incuſas & veteres eſſe, & ex aliquo vetuſto libro aut pictura alicujus Eccleſiæ deſumptas: cujuſmodi multas hodie videmus in gemmis novitiæ quidem cælaturæ, ſed vetuſtiſſimi argumenti. Nunc de formis ipſis agamus. Non audio clariſſimum virum Abrahamum Ortelium, qui partem Imperatoris equitantis laudabat, tanquam non recentem, averſam νοθδόσως ſuſpectam habebat. Nos contrà ſentimus: averſæ partis argumentum longè vetuſtius judicamus, quàm illud Imperatoris equitantis, cujus pedibus ſubjectæ ſtapedæ, & omnis ornatus equi quàm novitia res ſit, ſatis produnt. Averſæ partis ſtemmata non uno verbo explicari poſſunt. Priuſquam igitur ad explicationem aggrediamur, ſciendum apud veteres Chriſtianos ſymbola μυστηριώδη alia atque alia fuiſſe, pro ratione temporum ac diverſitate nationum. Ratio temporum primùm nullam formam humani vultus, ſed aliarum rerum admittebat: poſtea etiam humanæ formæ admiſſæ. Nationes Orientales alia habuerunt, alia Occidentis Eccleſiæ, in quibus nullum ſymbolum fuit ſine cruce, ut neque Orientalibus. Sed in Occidentali Eccleſia crux ſtatuebatur minio lita, ut Chriſti fuſum ſanguinem deſignaret. Cacumen crucis corona cingebat cum purpureis lemniſcis, adjuncta etiam palma. utrunque νικητήριον erat debellati hujus ſæculi, & mundi triumphati, aut martyrii acquiſiti. Hoc ſimplex ab initio erat ſtemma Crucis. Adjectum poſtea Trinitatis myſterium, poſt debellatum impium Arrii dogma. Patrem Deum deſignabant verba ex rutila nube erumpentia: HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS. Filius Deus agni, Spiritus Sanctus Deus columbæ ſpecie ſignificabatur. Alii etiam alia parerga apponebant; XII. columbas, quibus Apoſtolos volebant intelligi, quatuor flumina ex rupe manantia. Rupes, ſeu petra eſt Chriſtus, fluenta quatuor Evangeliſtæ aut Evangelia ipſa. Hæc erant ſymbola ſimpliciſſima illorum temporum, quum formas rerum, aut animalium, non autem humanas auderent pingere. Nam anchoram, navem, piſcem, columbam ſculpebant, aut pingebant: hominem non item. οὐ γὰρ, inquit Clemens, εἰδώλων πρόσωπα ἐναποτυπωτέον, οἷς καὶ τὸ προσέχειν ἀπείρηται. In averſa autem parte nummi propoſiti duæ mulieres ſunt: ex quo apparet ſymbolum non eſſe vetuſtiſſimorum temporum. Argumentum tamen oſtendit non eſſe infimæ vetuſtatis. Primum igitur ingens ſolium, aut inſtar ſolii conceptaculum nihil aliud eſt, quàm hortus ille concluſus & fons ſignatus in Cantico Canticorum, per quem ſacrum regenerationis lavacrum deſignatur. Ambroſius: *His igitur ſacramentis paſcit Eccleſiam ſuam Chriſtus, quibus animæ firmatur ſubſtantia. Meritóque videns profectum ejus gratiæ concinentem dicit ad eam: Quàm decora, &c. Hortus concluſus, ſoror mea, hortus concluſus, fons ſignatus.* In medio hujus κολυμβήθρας extat minus labrum, quod veriùs dixeris hortum concluſum. Nam ex eo enaſcitur lilium convallium juxta illud: *Ego ſum flos campi, & lilium convallium.* de quo loco Hieronymus ad Demetriadem. Decem germina aut fructus emittit. Origenes homilia XVI. in Geneſim: *At verò Iſraëliticus honorat decadem perfectionis numerum. Decem enim*

verba legis accepit, & Decalogi virtute instructus ignota mundo huic ſacramenta divina largitione ſuſcepit. Sed & in novo Teſtamento ſimiliter venerabilis eſt Decas, ſicut & fructus Spiritus denis exponitur germinare virtutibus. Non potuimus dare magis idoneum interpretem. Inter lilium erecta eſt Crux inſtar ligni vitæ, è cujus cacumine quatuor columbæ totidem fluenta eructant. Ea ſunt quatuor Evangelia: quemadmodum in Eccleſia Occidentali quatuor fluenta è petra manantia idem ſignificabant. Columbæ ſunt quatuor Evangeliſtæ. Et hoc quoque cum Occidentali Eccleſia facit, quæ per columbas coronam crucis circunſtantes Apoſtolos intelligebat. Paulinus:

Cui corona ſunt corona Apoſtoli,
Quorum figura eſt in columbarum choro.

Atqui duo ex Evangeliſtis ſunt Apoſtoli, duo Apoſtolorum adminiſtri. Aqua illa, quæ inſtar ſilanorum ex columbis fluens ſolium complet, eſt aqua Baptiſmi: & denique omnia reliqua ſunt ſequela Baptiſmi. Primum duæ columbæ ſunt in latere ſolii, interjecto ſerpente, ſuperincumbente leone. Sed columbæ cum ſerpente per ſe conſiderandæ ſunt, poſtea ſerpens ſimul cum leone. Columbæ cum ſerpente eſt id quod Dominus à regeneratis exigit: *Eſtote prudentes ut ſerpentes, ſimplices ut columbæ.* Hoc enim baptizatis occinebatur. Ambroſius libro de iis, qui initiantur myſteriis, capite IV. poſt alia: *Simul & eorum, qui baptizantur, non in ſpecie eſſe debet, ſed vera ſimplicitas, unde & Dominus ait: Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Unde manavit illud in vetere Eccleſia proverbium: *μιγνύειν τῇ περιστερᾷ τὸν ὄφιν.* Clemens Stromate ſeptimo: *οὐκ ἄρα ἐπιθυμητικὸς πρὸς ἑτέρου ὁ ἔχων ἀναπαυόμενον τὸν Θεόν. αὐτίκα πάντα τὰ ἐμποδὼν καταλιπὼν καὶ πᾶσαν περισπῶσαν αὐτὸν ὕλην ὑπερφρονήσας τέμνει διὰ τῆς ὁσιγνώμης τὸν οὐρανὸν, καὶ διελθὼν τὰς πνευματικὰς οὐσίας, καὶ πᾶσαν ἀρχὴν, καὶ ἐξουσίαν, ἅπτεται τῶν θρόνων τῶν ἄκρων, ἐπ' ἐκεῖνο μόνον ἱέμενος, ἐφ' ὃ ἔγνω μόνον. μίξας οὖν τῇ περιστερᾷ τὸν ὄφιν, τελείως ἅμα καὶ ἀνεπιβουλεύτως βιοῖ, πίστιν ἐλπίδι κεράσας πρὸς τὴν τοῦ μέλλοντος ἀπεκδοχήν.* Ait hominem, qui habet *ἐναναπαυόμενον τὸν Θεὸν*, & omni impedimento mundanarum rerum renunciantem, (quis eſt ille, niſi *ὁ φωτισθεὶς* & Baptiſmo regeneratus) miſcere columbam ſerpenti. quod & loco Ambroſii adducto convenit, & rationem tacitè reddit columbarum cum ſerpente ſubter limbum colymbithræ poſitarum. Leonis verò cum ſerpente conſideratio, pertinet ad victoriam de Orco & Diabolo. Chryſoſtomus in Pſalmum XCIII. *Quis eſt iſte Leo, qui de tribu Juda vicit leonem & draconem, qui ſignificatus eſt in Pſalmo?* Item: *Diabolus, qui delectatus eſt in primo homine captivato, exinde captivatus eſt, Chriſto reſurgente glorificato, qui conculcavit leonem & draconem.* Quare non poſſumus ignorare, cur draco ſerpenti ſubjectus eſt. Aſſident ſolio utrinque oppoſitæ invicem feminæ duæ in ſellis, anus ſtolata, & puella nuda, niſi qua velat ea quæ pudor celare jubet. Anus eſt Fides, puella Spes Anus fingitur, quia antiquior lege. Abraham prima credentum via, ut canit Prudentius, longè antiquior Moſe. Unde & fides Tertulliano in Marcionem victrix vetuſtatis dicitur. Manu apprehendit, quia fide apprehendimus, quæ oculis ſubjici non poſſunt Stolata eſt, quia Baptiſmus vocabatur fidei veſtimentum: ut Tertullianus ſcribit cap. XIII. libri de Baptiſmo. Et capite XII. *induere Baptiſmum* dicit. Contrà Spe & puellari ſpecie eſt, quia ſemper viget; & nuda, quia omnibus terrenis renuncians expedita tendit ad cælum, *πᾶσαν τὴν περισπῶσαν ὕλην*, ut loquitur Clemens, *ὑπερφρονοῦσα*. Ideo averſantis habitu eſt, & canem tanquam omnes blanditias ſæculi calcantis, aut omnes adlatrationes hoſtium Chriſtianæ pietatis. Ideo quemadmodum canem alcat, ſic colludit cum columba, quam manu dextrâ prehendit, ſimplicitatem unicam ibi cordi eſſe ſignificans. Meritò autem conjunguntur ambæ, quia altera ſine altera noneſt. Chryſoſtomus in caput XIII. prioris ad Corinthios, commate ultimo, in editione Latina: *Quæ duo, id eſt, Fides, & Spes, ita certa ſibi mutua vice conjuncta ſunt, ut altera ſine altera ſtare non poſſit. Quicquid enim Fides credendo acquirit, hoc Spes ſuſtinendo præſumit.* Quid quod veteres novum Teſtamentum Fidei ſymbolum eſſe dicebant, vetus autem Spei? Paulinus:

Lex antiqua novam firmat, veterem nova complet.
In veteri Spes eſt, in novitate Fides

Denique quid à Catechumeno exigebatur? Fides. Credo in Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum, &c. Spes: Spero reſurrectionem. Inde illa in vetuſtiſſimis monimentis Chriſtianorum: CREDO VIVERE. SPERO RESURGERE. DEPOSITUS IN SPEM RESURRECTIONIS. Quin etiam non ſolùm has duas conjungebant Poëtæ Gentium, ſed etiam & Fidem veſtitam & anum inducebant. *Quam Spes & albo nuda Fides colit velata panno— Cana Fides, & Veſta—* Cana igitur Fides & velata panno, ut hîc, & conjuncta Spei. Inde Clemens *παρωνυμικῶς*, dixit *πίστιν ἐλπίδι κεράσας*, quemadmodum dixerat *μιγνύειν τῇ περιστερᾷ τὸν ὄφιν*, alludens nimirum ad hæc vetuſta ſymbola. Poſt ſellas utriuſque aſtant ſingulæ aquilæ, renovationem hominis per Baptiſmum ſignificantes. quòd percepto Baptiſmo dicerentur inſtar aquilæ renovati. Ambroſius de Initiandis capite VIII. *Hæc abluta plebs dives inſignibus,*

&c. depoſitis autem inveterati erroris exuviis, renovata in aquilæ juventutem, &c. ut nihil
ſit in hac nummi parte aversâ, quod non ad ſacramentum Baptiſmi, & Catechumenos
pertineat. Poſtremo totus apparatus iſtius præſtantiſſimi ſymboli clauſulam habet fe-
licitatis regni Chriſti, ſub quo ſecuritas ab omni nocumento promittitur capite XI.
Iſaiæ, commate 8. ubi dicitur puerum cum aſpide colluſurum. Ideo in labri, quod
extat ſupra aquam, latere viſitur puer caudâ ſerpentes duos apprehendens, & ſecu-
rè tractans ſine noxâ. Quàm eleganter Tertullianus in Hermogenem, capite XI.
Quum reſtituta innocentia, & integritate conditionis pecora condixerint beſtiis, & parvuli ae
ſerpentibus luſerint, &c. IV. in Marcionem, cap. XXIV. *Sed bene, quòd Creator hanc po-*
teſtatem etiam parvulis per Eſaiam repromiſit, conjicere manum in cavernam aſpidum, &c.
Et utique ſcimus ſalva ſimplicitate Scripturæ, nam nec ipſæ beſtiæ nocere poterunt, ubi fides
fuerit, &c. Infrà: *Jam tunc eidem ὕλῃ, id eſt, fidei, hanc evacuationem & ſubjectionem*
beſtiarum pollicetur. Propter fidem igitur hoc ſymbolum pueri & ſerpentum appoſitum.
Quare vides omnia inter ſe apta, ut aliud ex alio pendeat. Quàm vetuſta hæc ſint, &
quam falſus fuerit doctiſſimus vir; qui averſam partem hujus numiſmatis ſuſpectam
habebat, ex iis, quæ diſputavimus, & ex aliis, quæ longè plura afferri poterant, col-
ligi poteſt. Nobis ſatis hæc erunt, dum doctiora judicia aliquid melius in medium af-
ferant. Itaque hactenus.

SAPPHIRUS CONSTANTI IMP. AUG. EXPOSITA.

Vide Tabellam 2.

N. V. MARCO VELSERO, IIVIRO PRÆF. AUG. VIND. Marquardus Freherus S.

VERUM *dico. Nemo eſt, ad quem mittere mea tantùm geſtiam ſimul & trepidem. Ita*
mihi & candor humanitaſque tua illicio eſt, & judicium formidini. Neque ſatis pu-
dorem ſolvit iſta ſcriptiuncula, utut argumenti non vulgaris fiduciâ ſe attollens. Sed nimirum
quem alium petebat nobiliſſimum antiquitatis pignus, quàm omnis elegantiæ & eruditionis ar-
bitrum? Et ut palmam artis ferat, qui ceſtro gemmam ſcalpſit: ita qui vel plumbo incluſam,
commodiùs tractandam viſendamque exhibeat, nihil peccaverit. Tu quidquid opellæ, non æquus
minus quàm catus æſtimator accipies: neque neſcius, parvis tabellis grandium ſummarum obli-
gationes contineri, & feſtuca levi agros ingentes tradi ſolere, magni in te affectus & cultus
certum pignus habebis. Vale V. C.

JANUS GRUTERUS.

NOMINE *quum magnus magnos Conſtantius inter*
Induperatores Induperator ovet:
Atque idem morti det Aprum nimis undique magnum;
Gemmaque item hoc graphicè nonniſi magna notet:
Iure tua illa modò famæ, VELSERE, *dicantur,*
Teutona quo majus non habet ora decus.
Sed neque magna, FREHERE, *tot inter agis minor. imò,*
Imò ipſo tete nunc quoque major ades.

GREGORIUS Nazianzenus in ea Oratione, quâ Juliani Imp. (quem
Conſtantius hic noſter Cæſarem feci, ſucceſſoremque habuit) impie-
tatem & vanitatem pro merito exagitat, ubi ad imaginum illam &
ſtatuarum ambitionem venit, in quibus ipſi Principes adorari gauderent,
Stylent. 1. ait, *Imaginibus illis alios aliud quid Imperatorum appingere ſolere: nos quidem*
Civitates clariores dona ferentes; alios autem Victorias capiti ſerta imponentes,
nonnullos militiæ præfectos eos adorantes; quoſdam Barbarorum devictorum, & pedibus pro-
volutorum, ſeu caſorum figuras: οἱ δὲ (addit denique) *ϑηραϲτορίας ἢ ἀϲτεχίας*. Utramque

gloriolam exprimes, quam belluarum iſti confectores affectabant: & audaciæ roboriſque in adgrediundis depugnandiſque feris; & ſolertiæ dexteritatiſque in excipiendis, figendis, collocanis: Herculis nimirum pariter Phœbique imitatores. Obvia in hiſtoriis exempla, non otioſorum tantum & væcordium, quibus iſta cura & oſtentatio fuit, Neroni, Comodo, Domitiano; ſed & laudatorum Principum, quibus remiſſio, ut Trajano, Hadriano, Antonino, Alexandro, & huic Conſtantio. Nec remiſſio tantùm, ſed verò etiam labor habitus, & Principe dignus, liberare noxiis feris regionem. Plinius ad Trajanum: *Quæ remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montium juga, & horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius manu, nullius veſtigio adjutum: atque inter hæc pia mente adire lucos, & occurſare numinibus. Olim hæc experientia juventus, hæc voluptas erat: his artibus futuri Duces imbuebantur; certare cum ſagacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu: nec mediocre pacis decus habebatur, ſubmota campis irruptio ferarum, & obſidione quadam liberatus agreſtium labor. Uſurpabant gloriam iſtam illi quoque Principes, qui obire non poterant: uſurpabant autem, ut domitas fractaſque clauſtris feras, ac deinde in ipſorum quidem ludibrium emiſſas, mentitâ ſagacitate colligerent.* Sed præſertim in apris, ferociſſima & violentiſſima ferarum, virtutis venatoriæ palmam poſuerunt: ut de fatali Diocletiani Apro legimus, & multa in numiſmatis rei memori. Et Valentiniani junioris Imperat. de Leone confecto ſignum marmoreum, Auſoni Epigrammate celebratum videmus.

Neque ſatis ex re nummos, marmore ſtatuas, monumenta talium facinorum Principibus feciſſe, ſed ad gemmas etiam hoc argumento nobilitandas aſſentatio laborem protulit: quæ & precio ſuo monimenti gratiam apud illos augerent, & durabilitate immortalem apud poſteros memoriam promitterent. Hinc elegans Panegyriſtes æternandorum Theodoſii geſtorum curam Pictoribus pariter cum Poëtis demandat: *Huc totas pii Vates doctrum noctium conferte curas: hoc omnibus linguis literiſque celebrate: nec ſitis de operum veſtrorum perennitate ſolliciti: illa quam præſtare hiſtoriis ſolebatis, ab hiſtoria veniet æternitas. Vos quoque, quibus ſecunda ſors ceſſit dare famam rebus, Artifices, vulgata illa veterum fabulcum argumenta deſpicite: Herculeos labores, & modicos Liberi triumphos, & anguipedum bella monſtrorum. Hæc potius, hæc geſta ſolertes manus ducant: his fora, his templa decorentur hæc ebore reddantur, hæc marmore, hæc in coloribus vivant, hæc in ære moveantur, hæc gemmis augeant precium.* Latin. Pacatus.

Hoc ex genere Sapphirus iſta fuit: quæ ut in ſe vulgaris non erat, (ipſa enim vel pura, abſque cælturæ æſtimio, tam rara magnitudine, quàm coloris vere cærulea ſerenitate, non parem, non ſecundum admittit) ita nominatim honori Cæſaris delectam, ipſique à provincia aut procerum aliquo oblatam veriſimile eſt. Cùm hanc gemmam præ aliis gratam Principibus etiam Epiphanius ſcribat: ἔστι θαυμαστὸς ὁ λίθος καὶ ἀειδέστατος καὶ χαρίεστατ. διὸ καὶ ἐν ταῖς χλιδόσι καὶ ὁρμίσκοις κατακτῶνται τοῦτον, μάλιστα οἱ βασιλεῖς. De XII. Gem.
Et quis ſcit, an non vel ipſa, vel ſimile ejus quid aliud ſub magni illi Nazianzenis Antiſtis oculos venerit: qui quidem in eadem provinciâ & natus fuit, & Epiſcopatum obtinuit, in qua memorabili iſta θηροτοκία cum laude defunctum Conſtantium Auguſtum videmus, etſi alibi non legimus. Nec ad rem tamen parum facit, quod Ammianus Marcellinus ſcribit: *Nec minore ſtudio ſequuti legati hæc ſecum ferentes, intenti ad viandum, moraſque per Italiam & Illyricum perpeſſi diuturnas & graves, tandem transfretati Boſphorum, itineribuſque lentis progreſſi, apud Cæſaream Cappadociæ etiam tum degentem invenere Conſtantium, Mazacam antehac nominatam, oportunam urbem & celebrem, ſub Argæi montis pedibus ſitam* Et poſtea: *Equitandi & jaculandi, maximéque peritè dirigendi ſagittas, artiumque armaturæ pedeſtris perquam ſcientiſſimus.* Et infrà: *Breviſſimis cruribus & incurvis, unde ſaltu vehebat & curſu.* Et Sext. Aurelius Victor de eodem: *Placidus clemenſque pro negotio, literarum ad elegantiam prudens, atque orandi genere levi jucundóque: laboris patiens, ac deſtinandi ſagittas mirè promptus.* Idem in Epitoma: *Mirus artifex in ſagittis: à cibo vinoque & ſomno multùm temperans: patiens laboris, facundiæ cupidus.* Habemus enim quod volumus, venationis proprias artes doteſque habuiſſe: apud Cæſaream Cappadociæ diutulemoratum: ubi ſpecimen ſe dignum illius ἀριστείας, in exitiabili apro regionem infeſtante tollendo, applaudente illa ediſſe, ſpectatiſſimus lapillus hic fidem facit. Libr. 20.

Sed quid vetat Romani neque per omnia illaudati Principis venationem heroïcam conſiderare exactiùs? cùm ignoti juvenis συνθήραν tam accurato ſtylo depingat, penicillo deſcribat nobis Philoſtratus. Belluam ante omnia mihi inſpicite: quàm vaſto corpore, quibus ſetis, quo roſtro, quo dente metuenda, planè digna, quæ non plebeia manu caderet. Nec Erimantheo aut Calydonio minorem aut mitiorem cernis Icone 29. lib. 1.

—aprum, quanto miores herbida tauros
Non habet Epirus, ſi habent Sicula arva minores.
Sanguine & igne micant oculi, riget horrida cervix,
Stantque velut vallum, velut alta haſtilia ſetæ;

Fervida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit: dentes æquantur dentibus Indis:
Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent.

Heſiodicam illam deſcriptionem implet:

In Scuto Hercul.

Οἷος δ' ἐν βήσσῃς ὄρεος χαλεπὸς προϊδέσθαι
Κάπρος χαυλιόδων φρονέει θυμῷ μαχέσασθαι
Ἀνδράσι θηρευτῇς, θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα
Δοχμωθείς, ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα μαστιχόωντι
Λείβεται, ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐΐκτην,
Ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας ἀμφί τε δειρήν.

Nihil hic de aprorum ira & ferocia ex Ariſtotele aut Æliano fferemus, nihil de ignito & fulmineo eorum dente ex Oppiano. Utut Plinio fides coſtet, qui apros Indicos dentium flexus cubitales habere ſcribit; hunc quidem Capplocem iis telis quæ Græci χαυλιόδοντας vocant, inſigniter armatum fuiſſe, quibus ceu falce aut machæra obvia quæque meteret, ſterneret, conſecaret, notabile nomen argit: quod à popularibus ſævitiem expertis ei inditum exiſtimare licet, marini ne ignoti piſcis, cui natura

Lib. 8. c. 52.

ΞΙΦΙΑΣ.

— ὑπὲρ γενύων ἐτέλεξεν
Ὄρθιον, αὐτόρριζον, ἀκαχμένον, οὔ τι σιδήρου
Φάσγανον, ἀλλ' ἀδάμαντος ἰσοσθενὲς ὄμβριμον ἄορ.
Οὐκ εἶναι κρυόεσσαν ἐπιδεισαντες ἀκωκὴν,
Οὐδὲ μάλα στερεὴ πέτρη λίθος οὔ τι θεῶσι.
Τοῖοι οἱ ζαμβρύς τε πέλε προσίασι τ' ἔρωκ.

Oppian. 2. Halieut.

Hunc talem quantum provinciæ in ſegetibus, vineis, olivetis, (unde prorumpentem videmus) imo & armentis, damni & pauperiei dediſſe putamus? Καὶ ὁρῶ τὰ ἔργα τοῦ θηρίου. καὶ τὰς ἐλαίας ἐξορώρυχε, τὰς ἀμπέλους ἐκτέτμηκε, καὶ οὐδὲ συκῆν καταλέλοιπεν, οὐδὲ μῆλον, οὐδὲ μηλάνθην. πάντα δὲ ἐξήρηκεν ἐκ τῆς γῆς· τὰ μὲν ἀνορύττων, τοῖς δὲ ἐμπίπτων, τοῖς δὲ παρακνώμενος.

Et modò creſcentes ſegetes proculcat in herba:
Nunc matura metit fleturi vota coloni:
Et Cererem in ſpicis intercipit. area fruſtra,
Et fruſtra expectant promiſſas horrea meſſes.
Sternuntur gravidi longo cum palmite fœtus,
Baccaque cum ramis ſemper frondentis olivæ,
Sævit & in pecudes. non has paſtorve caniſve,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi, nec ſeſe in mœnibus urbis
Eſſe putant tutos, donec CONSTANTIUS *ipſe, &*
Lecta manus juvenum caluere cupidine laudis.

Ὁρῶ δὲ αὐτὸν καὶ τὴν χαίτην φρίττοντα, καὶ πῦρ ἐμβλέποντα, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ παταγοῦσιν ἐφ' ὑμᾶς, ὦ γενναῖοι.

Jamque aper excitus medios violentus in hoſtes
Fertur, ut excuſſis eliſus nubibus ignis.
Sternitur incurſu nemus, & propulſa fragorem
Silva dat, exclamant juvenes, protentaque forti
Tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
Ille ruit ſpargitque canes, ut quiſque furenti
Obſtat, & obliquo latrantes diſſipat ictu.

Et progreſſum quidem certaminis ſuo jam quilibet ſibi fingat arbitrio, aut à ſimilibus exemplis. De Severo Imperatore ſcribit è Dione Xiphilinus, cùm Niſibin veniſſet, aprum reperiſſe maximum, qui magno impetu equitem dejecerat atque interfecerat, dum is viribus confiſus conaretur ipſum: tandem verò triginta militum opera captum cæſumque, ad Severum fuiſſe perlatum. Venationem ſuam Piſanam ita eleganter deſcribit Cl. Rutilius:

Otia vicinis terimus navalia ſilvis,
Sectandiſque juvat membra movere feris.
Inſtrumenta parat venandi villicus hoſpes,
Atque olidum doctas noſſe cubile canes.
Funditur inſidiis & rara fraude plagarum,
Terribiliſque cadit fulmine dentis aper:
Quem Meleagrei vereantur adire lacerti,
Qui laxet nodos Amphitryoniada.
Tum reſponſuros perſultat buccina colles,
Fitque reportanti carmine præda levis.

Telorum quoque ad hanc rem non unum genus, jacula, haſtæ, haſtilia, conti, enſes, cultri, venabula: quorum alia jactu mittuntur & vibrantur, alia manu inferuntur & defiguntur. Nimirum tutior ratio, primò haſtis miſſilibus præludere aut experiri, quæ vulnere ſaltem debilitent feram, ſi non ſternant. Neque aliter Meleager ipſe, de quo ita Naſo: *Gratius Cynege.*

At manus OEneidæ variat, miſſiſque duabus,
Haſta prior terra, medio ſtetit altera tergo.

neque ille apud Philoſtratum, eques licèt: ἀποπεδῶσαν τοῦ ἵππου τὸ μειράκιον, καὶ ἐς τὰ δεξιὰ κλῖναι, αἴρει τῇ χειρὶ πᾶσαν, καὶ βάλλει, τὸν σῦν κατ' αὐτὸ μάλιστα τὸ συνάπτον τὴν πλάτην τῇ δέρῃ. Idem inſigni quadam in gemma apparet, cujus ectypon ad me Patavio miſit eruditiſſimus vir Nicolaus Fabricius: nimirum eques haſtam intentans apro irritato, jam alteram in tergo fixam habenti, non ſine literis, APR. Et in denario Getæ III viri una parte Diana pharetrata conſpicitur, altera aper à cane exagitatus, haſtile tergo impactum ferens. Noſter quidem Conſtantius neque militibus & multa comitum manu cinctus, neque equo ſublimis hîc conſpicitur: & ut canes, retia, tela ei non defuiſſe credimus, ita manus potiſſimùm lacertorumque fiducia ferum comminus adgreſſus apparet, *Apud Choul. pag. 89.*

— hoſtemque irritat ad iram,
Splendidaque adverſos venabula condit in armos.

Idem in Nerone, Tito, Commodo ſubinde repræſentant nummi. Idem de Anthemio prædicat Sidonius, cui puero ludus fuerit *Apud Æn. Vico. Erizzo.*

Inventas agitare feras, & fronde latentes
Quærere, deprenſas modo claudere caſſibus artis,
Nunc toto penetrare vera: tum ſæpe fragore
Laudari comitum, frendens cum bellua ferrum
Ferret, & iratos exirent arma per armos.

Atque en Conſtantium, ne quid artis venatoriæ in iſto diſcrimine abeſſet, eo ipſo ſtatu nixuque corporis, quem peritiſſimus magiſter præſcribit; læva telum dirigente, dextra urgente, & pede utroque brachium ſuum juvante. Sed quin verba adſcribimus artis à magno Imperatore olim traditæ à magno hic præſtitæ: εἶτα ὅστις ἂν ᾖ τῶν παρόντων ἐμπειρότατος καὶ ἐῤῥωμενέστατος, προσελθόντα ἐκ τοῦ πρόσθεν ἀφ' προβολίου παίειν. ἐὰν δὲ μὴ βούληται ἀκοντιζόμενος καὶ βαλλόμενος κατατείνειν τὸ περίδρομον, ἀλλ' ἐπανιεὶς ἔχῃ πρὸς τὸν προσιόντα περιδρομὴν ποιούμενος, ἀνάγκη, ὅταν οὕτως ἔχῃ, λαβόντα τὸ προβόλιον προσιέναι, ἔχεσθαι δ' αὐτοῦ τῇ μὲν χειρὶ τῇ ἀριστερᾷ πρόσθεν, τῇ δ' ἑτέρᾳ ὄπισθεν. κατορθοῖ γὰρ ἡ μὲν ἀριστερὰ αὐτό, ἡ δὲ δεξιὰ ἐπιβάλλει. ἔμπροσθεν δὲ ὁ πούς ὁ μὲν ἀριστερὸς ἑπέσθω τῇ χειρὶ τῇ ὁμωνύμῳ, ὁ δὲ δεξιὸς τῇ ἑτέρᾳ. προσιόντα δὲ προβάλλεσθαι τὸ προβόλιον μὴ πολλῷ μείζω διαβάντα ἢ ἔμπαλιν ἐπιστρέφοντα τὰς πλευρὰς τὰς εὐωνύμους, ἐπὶ τὴν χεῖρα τὴν εὐώνυμον, εἶτα εἰσβλέποντα εἰς τὸ ὄμμα τοῦ θηρίου, ἐνθυμούμενον τὴν κίνησιν τὴν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τῆς ἐκείνου. Denique quod ſupremam εὐστοχίας laudem implet, non temerarium fortuitumque infert ictum, ſed vulneri catè locum deligit, delectum validè penetrat, ex eadem diſciplina: προσφέρειν δὲ πάλιν τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ προσθεῖναι ἕως τῆς ὠμοπλάτης ἢ ἡ σφαγή. καὶ ἀντερείσαντα ἔχειν ἐῤῥωμένως. ὁ δ' ὑπὸ τοῦ μένους πρόεισι, καὶ εἰ μὴ κωλύοιεν οἱ κνώδοντες τῆς λόγχης, ἀφίκοιτ' ἂν διὰ τῆς ῥάβδου προωθῶν αὐτὸν πρὸς τὸν τὸ προβόλιον ἔχοντα. Hoc eſt, quod Philoſtratus ſignanter dixerat, μάλιστα τὸ συνάπτον τὴν πλάτην τῇ δέρῃ. Et Homerus de Ulyſſe: *Xenoph. in Cynege.*

Τὸν δ' Ὀδυσεὺς οὔτησε τυχὼν κατὰ δεξιὸν ὦμον. *Odyſſ. τ.*

Macte igitur virtute Conſtanti! qui (ut Epigrammatarii verbis utamur)

tam certo venabula dirigis ictu: *Martial.*
Et tua Cappadocem collocat haſta ſuem.

Utique non ſine præſenti ope Dianæ: quæ cælatoris ingenio ponè aſtat, telum & ipſa gerens, neſcio quid ſatagens. Illam enim venatricem & ἀγροτέραν noſcere videor ex habitu: quam ita ſuccinctam in nummis videmus, & ſtatuis. * Minutius Felix Octavio: *Diana interim eſt altè ſuccincta venatrix, & Epheſia mammis multis & verrucis extructa.* Si modò paganum numen religioſo Principi apponere conveniebat: & non potius aliquem comitum ſociorumque (quod doctiſſimo itidem viro, Laurentio Pignorio placuiſſe video) interpretamur, præ terrore refugientem, nec congreſſum horribilis monſtri ſuſtinentem. Quod ad extollendam Cæſaris virtutem artifex addiderit, qui comites ipſe ſuos turbatos & timentes præſenti periculo liberaverit: fortior & felicior in venatione iſta Cappadocica Rege illo Artaxerxe, de quo è Polybio refert Conſtantinus Porphyrogenneta Imperator, cùm in eadem regione inter venandum leo ei occurriſſet, ejuſque equum invaſiſſet; oblatum caſu Perſam quendam ſtricto acinace Regem de vita periclitantem liberaſſe, leone interfecto: proque tali merito, altiſſimo monte conſcenſo, omnem regionem quam inde circumſpicere potuerit, dono à Rege accepiſſe, Cappadociæ nomine Perſico indito.

Choul. pag. 89.
** Lib. 2. tab. 20. 22.*
De Themat. cap. 2.

Quas ergo grates publico hoſte ſublato liberatori ſuo provincia retulit; magnas proculdubio, & plauſum triumphalem, & hoc ipſum forſan donariolum, utut mole exiguum, elegantia & raritate conſpicuum, artifice manu ſcalptum, honoris ergò ipſi conſecravit. Et ipſa quidem ſpectatrix accubat, dextra feram demonſtrans, ſiniſtra cornu Amaltheæ tenens: quo ſymbolo fertilitatem regionis frugumque abundantiam
Strabo lib. 12. Geographis notam denotari palam eſt. Quo habitu & alias provincias in Noticia Imperii, atque etiam nummis depictas videmus, & nominatim Cæſaream in nummo uno atque altero à Cæſarienſibus in honorem Antonii IIIviri cuſo, apud Goltzium:
Tabula 55. in quibus mulier caput turrita, palmæ ramum cum cornucopiæ læva gerens, dextram gubernaculo admovens. Quos tamen ad hanc Mazacam nihil pertinere, evidenti palmæ Idumeæ argumento, acutè idem vir ille elegantiſſimi ingenii Fabricius obſervavit: ſed apud aliam Cæſaream Idumeæ ab Herode Rege cuſos. Antonius namque (Appia-
Lib. 5. c. 13. no teſte) Herodem Samariæ & Idumeæ præfecit: Cæſareamque ejus gentis oppidum recenſet Plinius, quam & ipſe & Strabo priùs Stratonis turrim vocatam ſcribunt: Veſpaſianus poſtea colonia eo deducta Primam Flaviam appellavit, & in nummo quodam Aurelii Cæſ. legitur: COL. PRIMA. FL. AVG. CÆSAREA. Sed & Mazacæ nomen Antonii tempore nondum in Cæſaream mutatum: quod ſub Tiberio Cappadocia in provinciam contigiſſe Eutropius & Euſebius; ſub Claudio Sozomenus & Nicephorus, & alii aliter prodidere. Eam porrò jacentem cælator fecit, ſive quòd non aliter gemmæ ſpaciique ratio ferret, ſive ſtudioſè: ut in nummis ſubinde provincias afflictas, & bellis aliiſque calamitatibus oppreſſas & proſtratas, ſalutari demum Principum manu erectas ſurgere obſervamus. Et hæc hactenus.

ADDITIUNCULÆ.

Εὐστοχίας.) Auſonius de Gratiano Imperatore: *Nemo adductiùs jacula contorſit: nemo ſpicula crebriùs fecit, aut certiùs deſtinata percuſſit.* Aurelius Victor de eodem: *Nihil aliud die noctuque agere, quàm ſpiculis meditari: ſummaque voluptatis divinaque artis credere, ferire peritè ſibi deſtinata.*

Μᾶλλον οἱ βασιλεῖς.) Meliùs diſertiſſimus ille Pontificum, de quo ita Platina: *Libros plus quàm Sapphiros & Smaragdos caros habuit, quibus Chryſolithorum magnam copiam ineſſe dicebat.*

ΚΕϹΑΡΙΑ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑ.) Barbariſmo Græcanico, aut cælatoris inſcitiâ perperam ſcriptum: res illi generi non nova. Sidonius epiſt. 12. lib. 3. *Carmen hoc ſanè quod conſequetur, peto ut tabulæ, quantulumcunque eſt, celeriter indatur. Sed vide ut vitium non faciat in marmore lapidicida. Quod factum, ſive ab induſtria, ſeu per incuriam, mihi magis quàm quadratario lividus lector adſcribat.*

FINIS GLOSSARII.

REGESTUM GLOSSARII tres in Tomos diſtributi.

Tomi primi, ſive Partis primæ incipientis à litera A

PRINCIPIUM, quod eſt duernio.
PRÆFATIO AD GLOSS. A B C D E F G H I: omnes ſunt duerniones præter I, quæ eſt ternio.
INDEX ſeu NOMENCLATOR, &c. K L M N O P Q R: omnes ſunt duerniones.
GLOSSARIUM, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X (*hic inſerendum medium folium pag. 529. loco alterius lacerati*) Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr: omnes ſunt duerniones.

Tomi ſecundi, ſive Partis ſecundæ incipientis à litera D

PRINCIPIUM, quod eſt folium ſimplex.
SECTIO PRIMA. ¶A ¶B ¶C ¶D ¶E ¶F ¶G ¶H ¶I ¶K ¶L ¶M ¶N ¶O ¶P ¶Q ¶R ¶S ¶T ¶V ¶X ¶Y ¶Z ¶Aa ¶Bb ¶Cc ¶Dd ¶Ee ¶Ff ¶Gg ¶Hh ¶Ii ¶Kk ¶Ll ¶Mm ¶Nn ¶Oo ¶Pp ¶Qq ¶Rr ¶Sſ ¶Tt ¶Vu ¶Xx ¶Yy ¶Zz ¶Aaa ¶Bbb ¶Ccc ¶Ddd ¶Eee: omnes ſunt duerniones præter Eee, quæ eſt ternio.
SECTIO SECUNDA (incipiens à litera I) A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr (*hic inſerenda eſt Tabella Monetarum, quæ incipit,* Henricus Rex Angliæ, *fol.* 645) Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd: omnes ſunt duerniones præter Ddd, quæ eſt ternio.

Tomi tertii, ſive Partis tertiæ incipientis à litera O

PRINCIPIUM, quod eſt folium ſimplex.
GLOSSARIUM, A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee: omnes ſunt duerniones præter Eeeee, quæ eſt ternio.
DE IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM, &c. PRINCIPIUM, quod eſt folium ſimplex *Poſtea compingenda ſunt ſeparatim tria folia continentia* TABELLAS GRÆCANICAS, *quæ incipiunt ab* I *ad* XII. & ſequuntur a b c d e f g h i, quæ ſunt omnes duerniones.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google